


4-a. 2-12

MUSEO HISTÓRICO	
CALLE DE SAN JUAN	
Salto	2
Exhibición	616
Tabla	85

2 408 40 **Velita** MADE IN SPAIN



B-5655

32

COMMENTARIA IN ESAIAM PROPHETAM, EX SACRIS SCRIPTORIBVS GRÆCIS,

& Latinis confecta, aduersus aliquot commentaria, & interpretatio-
nes quasdam ex Rabinorum scrinijs compilatas: Authore
LEONE CASTRO, sacrae Theologiae & ingenua-
rum artium Salmanticensi Magistro.

*Sunt in extrema huius operis parte Periocæ, quæ singulorum capitum Esaiæ summam continent, iuxta interpretatio-
nem sanctorum, quæ docent totum Esaiam nihil aliud, quam Christum sonare, additis singulis partibus suis numeris,
ut quilibet legere possit sanctorum de eare sententias consentaneas Hebrææ, Græcæ, & Latinæ editioni.*

EST & concordia Euangelica cum Esaiâ Propheta, ut prædicta singula nostræ fidei mysteria
videas in Esaiâ, & in literis Euangelicis completa.



*SUNT etiam loci quinquaginta, quos iuxta Lxx viros ex hoc propheta citant Apostoli, & Euangelistæ, collati inter se
Græci, ubi notatur Euangelistæ, & apostolos citare etiam paraphrasas Lxx virorum.*

INDEX rerum prædictarum de Christo ab Esaiâ.

*Est opus totum argumentosum, quo aduersus iudeorum nationem rebellem multa
fieri necesse est, quæ sequens facies indicat.*

Del Sol. del Camp. de los de Granada

M. de ...



SALMANTICÆ
Excudebat Mathias Gastius

M. D. LXX.
Cum licentia et Privilegio.

*Tallado en veinte y ocho reales.
Las Concordancias en*



Defenditur vulgata editio D. Hieronymi aduersus ingratos nostra tempestate magno impetu Iudaizantium phalages, qui nouas quaedam praescriptum Iudaeorum translationes excudere typis, quibus coronam fidelissimi interpretis veritatis Hebraicae D. Hieronymo detrachere conantur, quae in eius capite, vsq; ad nostra tempora haeret multa cum laude, & nescio cuius capiti eam imponere contendunt.

¶ Et quod Iudaizantes huic rei tam deformi dant colore, quod Iudaei, ex quorum scripnijs suas mutantur interpretationes D. Hieronymo fuerint longe periculosiores Hebraei sermonis, Hebraeasq; phrasas nouerint multo melius, & hoc praetextu obtrudic ecclesiae diuersis partibus orbis apud exteras nationes, & apud nos etiam quibusdam, qui parum sibi, & alijs cauent, falsas, & impias Iudaeorum interpretationes. Aduersum hoc tantum malum eruitur ex omni antiquitate vera Lxx interpretum historia, qui multis saeculis ante crucem Domini veterem scripturam Graece, & quae de Lxx cellis, & de miraculis editis in illa translatione prodita sunt, ostenduntur esse verissima, ex vetustissimis scriptoribus, tam nostris, quam alienis, & ex Philone Iudaeo, atq; adeo ex Iosepho Iudaeo, & Aristaeo, quos duos schola Iudaeorum pro se citat aduersus Lxx viros, & refellitur Iudaeorum schola, vt qui quae sententiam Iudaeorum de intellectu scripturae, habeant Lxxvi Iudaeos suae tempestatis longe sapientiss. qui multo ante promulgatum euangelium, scripturam enucleare euangelice, ea veluti paraphrasi, qua vulgata editio D. Hieronymi defenditur: sanctorum patrum sententia de intellectu scripturae constabatur: impii Iudaeorum rabies reprimitur: aperiantur doli, quos Iudaei aduersus nos versant leui litterarum inflexu, coniungendis, diuidendisq; literis, & syllabis, varia distinctione, interpretatione varia, & mille alijs technis, quas comminifcentur mali, & impii Iudaei.

¶ Hinc refelluntur impii Iudaei, qui ecclesiae Orientis, atq; adeo nostrae, & sanctis patribus, concilijque sanctissimis, obijciunt, quod scripturae testimonia citarent, iuxta Lxx viros quae dicerent parum fideliter versa, cum prius ipsi impii Iudaei technis dictis ea vitia essent. Ostenditur enim hoc opere translatio Lxx, & vulgata editio D. Hieronymi semper consentire cum veritate Hebraica: hoc tantum interesse, quod translatio vulgata D. Hieronymi ad verbum reddidit veritatem Hebraicam, Lxx virorum interpretatio paraphrasis quaedam euangelica est in plerisque, quae vere exprimat sensu sacrae lectionis Hebraeae, quod Lxx verbu verbo non curent reddere fidei interpretes, quae causa est, vt a veritate Hebraica discrepare sint crediti, & vbi a veritate Hebraica discrepare videtur, aperitur supradicti doli a Iudaeis facti dispositio varia, & varia distinctio, & supradictis technis, vt vaticinia de Christo, quod Hilarius ait, obfurent, aut alio defectere possint, nunquam tamen Deus Opt. Max. passus est vitia scripturam, ita vt non sonet Christi mysteria, planius tamen alibi, alibi obscurus.

¶ Refelluntur iidem impii Iudaei qui Apostolis & euangelistis obijciunt, quod citent scripturae testimonia, iuxta Lxx, quae parum fideliter versa esse dicunt, cum summa fide veritatem Hebraicam exprimat, quod his commentarijs ostenditur, & reuincuntur Iudaei suorum testimonij, nunquam enim interpretantur voces Hebraeas quin eas interpretentur iuxta sententiam Rabbinorum, iuxta canonem praescriptum a D. Chrysostomo, quo docemur vobiscum significationes petendas a libris Iudaeorum, scripturae sensu sacra ex ecclesiae thesauro, hoc est, ex veterum patrum scriptis, quod a nobis toto hoc opere fit.

¶ Et quod veteres patres, D. Hieronymus, Origenes, Iustinus, Tertullianus, Athanasius, & alij docent, Iudaeos in quibusdam vitia esse scripturam, vt obfurent vaticinia manifestissima de Christo, & inter sanctos patres, & Iudaeos lis est antiquissima in huiusmodi locis, sit ne castigatio lectio in ecclesia, an apud Iudaeos lectio ecclesiae defenditur, & refellitur synagoga Iudaeorum, & ostenditur manifestiss. argumentis Iudaeos multos scripturae locos obfuisse, vitia esse multos, etiam testimonij ipsorum Iudaeorum, praecipue tamen hac Lxx virorum interpretatione, qua supradictae fraudes documento, quod D. Hieronymus praescripsit, et exemplo deprehenduntur.

¶ Monstratur hanc translationem Lxx virorum per quadringentos penes annos lectam esse publice summo consensu in synagoga Iudaeorum, pari religione cum lectione Hebraea, caepit fuisse oppugnari, & oppugnata per quingentos alios annos, postquam intellectum est aperte nimis loqui de Christo, expunctos esse locos multos a Iudaeis, qui Christum clare sonarent, aduocatos multos alienis translationibus, multas partes de medio sublatas, dum nostri fugerent, latitarent in principio nascens ecclesiae, & vbiq; terrarum per omnia cruciamenta necarentur, retenta tamen penes omnia a plerisque, in synagoga Iudaeorum, quod veritatem amarent, & plerisque conuerti vellent, si videretur, & conuenterentur.

¶ Castigatur haec translatio Lxx, quae relicta est fraude Iudaeorum, & temporis iniuria trunca, & lacera, ex Hebraea, Graecaq; lectione, et ex vetustissimis patribus, qui eam citant, quod a D. Hieronymo sua tempora postulantur.

¶ Monstratur praesidium esse firmissimum quo malitiosas Iudaeorum interpretationes coercemus, et defendamus nostram vulgatam D. Hieron. et sanctorum patrum interpretationes scripturae, si ostendamus Lxx viros Iudaeos tot numero tanto tempore ante aduentum Domini scripturam explanasse euangelice, idque plane sonare verba Hebraea, si ita distinguimus vt distinguerent Lxx et ea accipimus significatione, qua acceperunt Lxx, quoties verba Hebraea plura significant, factas fraudes deprehendi monstramus ex translatione Lxx, documento praescripto a D. Hieron. et exemplo eiusdem diui si conferantur cum translatione Lxx, et si ad faciem, quam tanto tempore ante promulgatum euangelium praesluxerunt Lxxvi illi Iudaei sanctissimi, Hebraea verba explanentur, & si monstramus, Iudaeorum interpretationes editas esse post crucem Domini a Iudaeis qui ardent odio nominis Christiani, et peruerti ab eis sensus sacros additis verbis, et orationibus integris, et alijs doliis confectis mille, responderetur etiam omnibus obiectionibus aduersariorum.

¶ Ponitur ergo vtriusque editionis contextus, vulgatae editionis D. Hieronymi, et translationis Lxx virorum et enucleatae cetera quadam, te xta ex sacris doctouibus, Graecis, et Latinis, quod vulgata editio D. Hieronymi contextus sit scripturae sacrae ad verbum reddidit summa fide: Lxx seniorum interpretatio, veluti paraphrasis quaedam sit in plerisque et commentarium euangelicum, quod omnis sanctorum patrum chorus in statu spiritus sancti editum esse pro certo habet.

Aduertendum est in hoc opere, me capita Graecorum codicum esse sequutum, quod distinctus occupatio libris, distinctionem librorum, & capitum mutare, & aliquando mutare.

¶ Quando varias veterum patrum interpretationes alicuius loci Esaiam ponimus, neque addimus, quae ceteris verior sit, ideo fit, quod probamus illas interpretationes omnes: & locus vnus scripturae aliquando plures habet sensus literales.

¶ Postremo si quid obscure dictum videatur, aut diminute, adenda sunt errata, quod negligentia calcographi sunt omissa quaedam, ex quibus potissima reponenda curauimus, non omnia.

Don

Epistolarum, Periocharum, Concordiae, & Indicis Errata.

In epistola M. Francisci Sanctij columna 19. atq; vt idem a me. deest, iussit, & dicendum, atq; iussit vt, & ea. In epistola Regis Philippi linea 26. Thammum, lege Thammum. in eadem epist. fol. 4. lin. 11. facie. 2. cetera soles, dicendum, cetera solet. fas. lin. 9. fulcis dic fulcis. in eadem fac. fol. lin. 13. humana si, dic, humana. In epist. ad Lectorem lin. 13. fa. 2. qui tum in omni liberali doctrina, dele dictionem, in. in linea sequenti, liberali doctrina in hac sacra Theologia, dele, in.

EX PERIOCHIS.

In periocha. 3. lin. 3. vbi nullo modo ad captiuitatem, nullo modo posse referri ad captiuitatem. in periocha. 6. lin. 14. statim ruit, dic, statim ruit templum. paulo infra, & quod sit forceps, dic, & cur & quid sit. Periocha. 7. lin. 13. vbi nunc conuinctis, dic, nunc conuinctis. Periocha. 11. lin. 2. Abacuch, dic, Abacue. in periocha. 15. lin. 2. vbi litteram vnam et, dic, litteram vnam, vbi, & c. infra lin. 4. in principio, vbi duplex sit lectio Hebraea, dic, mutatione vnus litera Hebraea. Periocha. 17. lin. 10. & Aquila, dic, & Aquila legunt. & eadem lin. per aim, dic per aim. in periocha. 29. lin. 10. vbi monemur historia veteru, dic, historia veteris testamenti. Periocha. 40. lin. 1. & iuxta ceteros, dic, & iuxta ceteros. & lin. 12. vbi Ioannis, dic, Ioannes.

IN CONCORDANTIIS.

Col. 1. lin. 29. annunciauimus, & c. dicendum, annunciauimus coram illo, & c. in lin. sequenti 30. vbi dicit euan gelizauimus quod, dicendum, euangelizauimus coram ipso quod. in fac. 2. col. 1. lin. 36. vbi, 22. dic 21. infra li. 45. Esaiam cantabo, dic Esaiam c. 3. col. 2. lin. 3. vbi 214. 215. 217. in eadem col. lin. 12. vbi, beati mites & pauperes, dicendum, beati mites & beati pauperes. El capitulo 6. diui Matthaei que se figue que tiene treze renglo nes, no esta en el original, dice el Auctor que esta bien aunque no esta en el original, porque el Impresor per dio el folio donde estava. in fac. seq. col. 1. lin. 19. vbi Esaiam c. 40. dicendum 21. in ead. fa. cap. 9. lin. 11. vbi 637 dicendum 636. in ead. fa. col. 2. lin. 4. ego mitto, & c. dicendum, ecce ego mitto. paulo infra lin. 34. vbi 873. dic 833. item lin. 37. vbi inquit 28. dic 285. fa. ead. col. ead. lin. 49. qui posuerit, dicendum, qui si posuerit c. 11. sequenti lin. 5. vbi dicit completa signa ostendat, dic, completa signa ostendat, se Christum ostendat esse. & paulo infra lin. 7. vsq; ad Ioannem Esaiam cap. 3. fac. seq. col. 1. lin. 4. inundata abbreviabit, dic, abbreviata inundabit. infra lin. 7. vbi vitam, dic, mortui vitam. in fa. ead. lin. 8. non videbit, nec medici suscitabunt. in lin. 12. eiusd. col. vbi 332. dic, 352. in cap. 12. lin. 21. ecce puer quem, dic, ecce puer meus quem. infra lin. 30. notandum, dic, vbi notandum. infra lin. 33. vbi significauit, dic, significauerat. linea vlt. eiusd. col. vbi dicit, vasa fortis, dic, Esaiam c. 8. quomodo auferet vasa fortis. Cap. 13. D. Matth. lin. 16. vbi inquit Esaiam c. 30. dic c. 3. eod. cap. & c. col. lin. 30. vbi margarita inueni, fundabo te, dic, margarita inuenta Esaiam 44. fundabo te. cap. 16. D. Matth. lin. 6. vbi fol. 809. dic 699. cap. 26. lin. 9. col. 2. vbi 374. dic 375. infra li. 31. vbi dicit qui seruus, dic, qui seruus est. infra lin. 32. vbi dicit seruire me fecisti, dic, seruire me fecisti in peccatis tuis. cap. 21. Matth. lin. 27. vbi incenditis vineam, dic, incenditis vineam meam. cap. seq. vbi cap. 15. dic 25. item cap. seq. vbi c. 16. dic 26. col. 2. eiusd. cap. 26. vbi c. 30. dic 8. in cap. 127. lin. 3. vbi dicit c. 12. dic c. 32. in cap. 27. col. 2. lin. 17. vbi cap. 6. dic incipiendum crucifigatur f. 565. col. ead. lin. 30. vbi dicit dicentes, dic, omnes dicentes crucifigatur. col. seq. lin. 25. vbi dicit 660. dic 960. Cap. 3. D. Marci lin. 18. vbi fac. 506. sequitur & dic. & cap. 28. iuxta Lxx hoc in consilium causa opum. fac. 473 tota facie & 476. infra linea 26. vbi 655. dic 955. in cap. 4. D. Mar. lin. 15. c. 32. dic c. 72. in cap. 7. D. Mar. lin. 17. vbi dicit faciebat, dic, faciebat munera & magna. infra lin. seq. vbi sustinimus. i. venisti, dic, sustinimus venisti. i. venisti.

EX INDICE omnia recte, ordo tamen mutatus est, nam quae minus exacte posita erant in exemplari, iuxta ordinem alphabeti hic exacte ponuntur, seruato alphabeti ordine: & quae repetita in exemplari erant, breuius hic ponuntur.

Yo Iuan Fernandez de Herrera secretario de su Magestad doy fee que auiendo visto por los señores del, la concordia que hizo el Maestro Leon de Castro, de Esayas y los Euan gelios y cartas q con licencia de los dichos señores hizo ymprimir, le dieron licencia para que pu diesse vender cada pliego a tres marauedis en papel, que son quarenta y dos marauedis con que antes que lo venda ymprima en la primera hoja este testimonio de tasa, e porque dello conste de la presente fee que es fecha en Madrid a quinze dias del mes de Setiembre de mil y quinientos y setenta años.

Iuan Fernandez de Herrera.



ON Phelippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iuen, de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, de las islas de Canaria, de las Indias y tierra firme del mar Oceano, Duque de Milan, Conde de Flandes y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el Maestro Leon, cathedratico de la vniuersidad de Salamanca, nos fue fecha relacion diziendo, q̄ vos auades compuesto vn libro, intitulado, comentários sobre el propheta Esaias, y vna epistola de Origenes, y los comentários de Hippolyto. Lo qual queriades hazer imprimir todo juto, y por ser catholico y de sancta doctrina, nos pedistes y supplicastes, vos diessemos licencia para ello, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por el nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos nueuamente fecha dispone. fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra carta, en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por esta vez podays hazer imprimir los dichos libros, que de suso se haze mencion, todo junto. Y mandamos, que la dicha impresion se haga por el libro original, que van rubricadas todas las ojas, e firmado al fin del, de Iuan Fernandez de Herrera nuestro secretario de camara de los que residen en el nuestro consejo. y que despues de impresso, no se pueda véder, ni vendar, sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, y se tasse el precio, porque se yuiere de vender cada volumen. So pena de caer, e incurrir, en las penas cōtenidas en las pregmaticas y leyes de nuestros reynos, y mas de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en la villa de Madrid a. 23. dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y sesenta y siete años.

El licenciado Diego de Spinosa. El licenciado Menchaca. El licenciado Pedro Gasco. El licenciado Fuenmayor. El licenciado Iuan Thomas. El licenciado Iuan Capata.

Yo Iuan Fernandez de Herrera, secretario de camara de su Magestad, la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los de su consejo.

El Rey.




Or quanto por parte de vos el Maestro Leon, Cathedratico de la vniuersidad de Salamanca, nos fue fecha relacion diziendo, que vos auades compuesto vn libro, intitulado, Comentarios sobre el propheta Esaias, y vna epistola de Origenes, y los Comentarios de Hippolyto: y porque en lo hazer, auades puesto mucho estudio, y trabajo, nos pedistes y supplicastes, vos mandassemos dar priuilegio, para que ninguna persona sin vuestra licencia lo pudiessse imprimir, ni vender, por el tiempo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse. Y nos acatando lo suso dicho, y que el dicho libro a sido visto y examinado por los del nuestro consejo, y les aparecido ser obra vtil y prouechosa, y de buena doctrina y exēplo, lo auemos tenido y tenemos por biē. Por ende por la presente damos licēcia y facultad a vos el dicho Maestro Leon de Castro, para q̄ vos, o la persona q̄ v̄o poder especial para ello tuuiere, y no otra alguna, podays hazer imprimir y véder el dicho libro de que de suso se haze mencion, en estos nuestros reynos y señorios de Castilla, siendo primeramente tassado, por los del nuestro consejo, el precio porque se ha de vender cada volumen, y poniendo se el traslado desta nuestra cedula con la dicha tassacion al principio del dicho libro: por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, que se quantan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, en adelante. So pena que qualquiera persona, o personas que sin tener para ello nuestro poder, lo imprimieren, y vendieren, o hizieren imprimir y vender pierdan toda la impresion, que hizieren e vendieren, y los moldes y aparejos della, y mas incurran cada vno en pena de diez mil marauedis por cada vez que lo contrario hizieren, la qual dicha pena, sea la tercia parte para la persona que lo acusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para nuestra camara e fisco. Y mandamos a los de nuestro consejo, y a otras qualesquier justicias destos nuestros reynos y señorios, que guardē y cumplan y executen, hagan guardar cumplir y executar esta nuestra cedula, y lo en ella contenido. Fecha en Madrid a. 21. dias del mes de Iunio de mil y quinientos y sesenta y siete años;

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad. Pedro de Hoyo.

Yo Iuan

 O Iuan Fernandez de Herrera, secretario del consejo de su Magestad: doy fe, que auiendo se visto por los señores del consejo de su Magestad, vn libro, que con su licencia, hizo imprimir el Maestro Leon de Castro, intitulado, Comentarios sobre el propheta Esaias, le dieron licencia, para que pudiesse vender cada volumen del dicho libro de la dicha impresion, en papel, con la tabla y lo demas: que por licencia de los dichos señores se ha mandado imprimir, en veynte y ocho reales: con que antes e primero que lo véda, imprima en la primera oja del, este testimonio de fassa, y las erratas que en la dicha impresion ay, a parescer del maestro Francisco Sancho, cathedratico en la vniuersidad de Salamanca. Y por que dello consiste, di la presente fee, que es fecha en Madrid a veynte y vn dias del mes de Hebrero, de mil y quinientos y setenta años: y con que la tabla y sumario, que agora se le dio licencia para imprimir lo, lo trayga impresso al consejo, para corregir, antes de vender lo.



VL G A T V M est illud Antiphonis, quo se magno animo esse, & excelso omnibus probauit, quod reus factus ab aduersarijs, & dānatus, pro nihilo duxit, & hilari se vultu, & alacri gessit, quod Agathonis viri sapientissimi, & præcellentissimi iudicio, & sententia laudatus esset. Illud sibi per amplum, & per magnificum esse putabat, probasse suam causam viro omnium sapientissimo, ceteram turbam susque deque habebat. Ipse igitur iudicio splendidiss. doctoris Balbafij insignis academix Complutensis abbatis maximi, doctorum clarissimorum, qui in illo literarum Lycio, veluti clarissima sydera singulari quodam lumine lucent probatus, auctum me multa laude credebam, quod principibus placuisse viris non vltima laus est. Epistolas, quibus nostrum hoc opus commendabant viri literatissimi, nunquam putavi me modestiæ esse huic operi præfigere: itaque illas, quæ me pleniore ore laudabant doctorum præstantissimorum Complutensium tres ad illustriss. D. Pontium Leonem Episcopum Placentinum transmisi, quod is, vt suspicabar, nescio cuius inductu, non magnoperè hoc nostrum opus probare mihi videretur, cū ego illi probare hanc meam rationem scribendi magnoperè cuperem, vt sententiam refellerem illorum, qui meis captis aduersarentur. Epistolam societatis sanctiss. nominis IESV, qua meum hoc opus doctiss. & religiosissima illa Societas non vulgariter commendabat ad illustrissimum D. Ioannem Emmanuelem episcopum Zamorensis misit. Excidere manibus epistolæ multæ illustrissimi D. Didaci Couaruuij Episcopi Segobienfis, quibus hoc meum opus mirifico honore verborum proferebatur, quod eo tempore, dum illud doctores doctiss. Complutenses censerent, Compluti erat fortè fortuna, & vir laudatissimus, nra tēpestatis lumē fulgētissimū, qui singulari quadā doctrina, & admirāda multis editis literarū monimētis, nomē suū immortalitati cōsecrauit, hoc nostrū opus testatus est milles magno æstimādū apud nros Hispanos, & apud exteros. Cum horum nihil, eorum, qui meum hoc institutum improbant frænari impetum, vt non me in crimen vocarent, negocium me mihi facerent, non sat habui hic præfigere reliquas epistolas, quas reperi apud me missas illo tempore à doctoribus præcellentiss. Complut. Academiæ, quibus me, & vitam meam acceptam refero & totum hoc opus, vt si quid ex illo vtilitatis est dimanaturum in ecclesiæ vsus, secundum Deum illis acceptum referri debeat. Nā cum post tot excellentium virorum decreta videam me in crimen vocatum, cum Antiphonte illo, de quo in principio dixeram, gloriabor me non probatum solum, sed amplissima ornatum laude ab eo, qui Agathone illo longè præstantior est, Magistro splendidissimo Fratre Didaco Chaue, qui multis antè annis Salmanticiæ sacratæ theologiæ professor primarius fuit. Postea à sacris confessionibus sereniss. Principis Caroli, quem super astra tenent, & nunc cuius est religionis, & sanctimonix Madridj de huiusmodi rebus, rebu s̄que maximis alijs talis vir quidam est, qualem in Olympiis describit Pindarus. *ἀργυρὸς ἰθαυόδινος*. i. verissimus, & syncerus Græciæ totius iudex, qui Græciæ toti, summis, medijs, infimis æquum iudicem, & arbitrum se præberet in Olympiis, quæ eius committerentur arbitrio. A tali quodam viro laudatus non grauabor post hac me non magnoperè quibusdam placuisse, qui sibi magnoperè placent, quod à magnis viris dissentiant. Nā quod noster præceptor Doctissimus magister Franciscus Sanchus, iussu seuerissimi, & amplissimi Senatus sancti officij nostra commendat, & tam exquisita laude profequitur, suas res agit, si modò singulari doctoris doctrinæ nostra respondēt, dicere quantū haberet laudis, hoc opus nostrū primū omnium probatū & laudatū, & tot decretis laudatū & probatū Seuerissimi & amplissimi senatus sancti officij, cuius ad cōparationē Ludus locufq; erat grauitas Areopagi Athenis, & Romani senatus præsci auctoritas, si hoc citra inuidiam dici commodè posset.

Doctor

Doctor Balbafius, Magistro Leoni Castro. S. D.



PER attentè legimus, ego, ceteriq; vnā clariss. doctores Complutenses, quibus hoc munus est demādatum, commeteria in ESAIAM prophetam tua, ex cap. 22. ad cap. 42. Simul etiam percurramus, quæ postremo adieceras: quæ omnia præclara censuimus, nec exigua doctis, ac pijs hominibus vtilitatem allatura. Duo, vel tria, quæ in margine adnotata sunt, leuia, ac ne animaduersione quidem digna sunt: adnotarunt tamen ita, vt ea tuo committant arbitrio. Quod ad tuos aduersarios spectat, ego in veteri mea sententia persisto, iudicoq; hoc tuum opus, vbi in lucem prodierit, suis satis instructum armis, nullius cuiusquam auxilio, ad se tuendum, ei fore opus. Quin etiam confidimus, vt qui nunc ei obstitunt, te probe intellectu, illud idem summo in honore esse habituros. Quod verò in me culpa deriuas, quod tui aduersarij tibi negotiū exhibeat mea causa, vt qui sua serim tibi copiā legendi facere omnibus, dixerimq; eorū animos leniendos esse, libenter dicā. Felix culpa, cum tibi occasione præberit scribendæ ad Lectorē epistolæ, qua præclare ad eō respōderes aduersariorū obiectionibus. Eā omnes studiosè legimus, visaq; nobis est, valdè prudēter cōscripta, vt potè quæ appositè satis, ac plenè Lectori satisfaciāt. Neq; ego video, quid cause sit, cur opus hoc tuū (quo ita dilucidè, & singulari eruditione: & tot sanctorū auctoritate nō refutētur modo, sed reuincatur etiā, qui negāt oēm prophetiā in Christo IESV cōpleri, & de ipso loqui, non acceperim, & supra modum gratum sit omnibus futurum. Esto autem, vt loci quidam è sacra scriptura, sine ipsius scripturæ præiudicio, aliò, quam ad Christum, detorqueri possint, qui pauci admodum sunt, vt vult tamen si de Christo ijdem ad literam explanari queant (vt tu sanctiss. anti quissimos, & doctiss. viros sequutus facis) quam obrem id improbare quisquam debet: cur non potius tuum studium omnes amplectantur, collaudēt, & in oculis ferant: præsertim cum sit nobis hoc aduersus impios Iudeos validissimū telū, qui tā impudenti pernicacia in id vniū neruū intendunt omnes, vt illis quibus persuadeant clarissima de Christo prophetarum oracula non de Christo domino loqui. Præterea quod tam studiosè & velut ex professo sequare in scriptura enodanda sanctorum patrum sententiam, idq; tantopere commendes, rem facis (meo quidem iudicio) maximè laudabilem, & per necessariam, & vbi magna res catholice ecclesiæ agatur. Maximum enim, hac præsertim tempestate abusus inuectum à quibusdam scripturæ interpretibus, in ea elucidanda, animaduerto, qui vnum aliquem nacti recentem scriptorem, ad Rabiorum normam, & præscriptum, vetus testamentum declarant, neglecta sanctorū patrum interpretatione (qui Spiritus sancti lumine collustrati arcana nobis fidei nostræ mysteria è scripturis eruerunt, & ob oculos posuerunt) itant & inculcant, quæ in eo reperere, & præ illo sordere aiunt omnia. Quod dū faciunt, quis nō videt eos, haud obscure dicere veteres sanctos patres hac in re, nō attigisse scopū: quod perniciosissimū esse puto, quod si nihil aliud in hoc effecisses, quā huius rei studiosos cōmonere, maximū operis præciū te Christi ecclisæ fecisse arbitror. Quod verò tantū Lxx. viris tribuas, mirificè probo tuā sententiā, nec iure mihi quisquā id tantæ cōeutione videtur posse reprehendere, licet is oppositam opinionem mordicis teneat: cum hoc potissimum commune sit tot sanctorum, eorumq; doctissimorum, & in primis Euangelistarum, qui passim eorū citates trāslationē magnū eos operè commendat, quæ plurimū iuamur ad intelligendam, & declarandā vulgatam editionem, sacrosancti concilij Tridentini decretis comprobata, quæ tu quidem omnia præclarissimè in hoc tuo libro doces. Iudicium nos quidem hoc fecimus, & sententiam vltimū de tuis in Esaiam commentarijs, omni synceritate, & simplicitate: & remur opus esse valdè frugiferum Christianis reip. idq; nostris subscriptum, & firmatum nominibus dedimus. Tu verò (mi Leo) vt verè Christianus, & eruditus, omne id acceptum referto immortalī Deo, eidemq; immortalis agito gratias, qui tuos hos labores, ob eius gloriā adios, perperosq; (vt assolet) fortunabit. Vale. Compluti. 10. Cal. April. 1567

Doctor Balbafius, Magistro Leoni Castro S. D.

Vaterriones vnā cū tuis literis accepi, accurateq; eos legimus omnes. Quod affirmare tibi de his clariss. doctoribus Cōpluten. verè & sine fuco, ac fallacijs possum, id est, omneis insigni affectos esse lætitia, propterea quod ad eorū manus hoc opus delatum fuerit, quo significare omnibus possint, quā illis placeat, quæ laude digna sint. Opus est (vt ingenuè fatear) omnium cognitione digniss. quodq; doctorum teratur manibus. Et vehemētè olim lætare, te laudabiliter in eo operā posuisse, feliciterq; hos adij se labores, id quod nobis videtur omnibus, nemine disidente. Si quid autem legentibus nobis occurrerit, quod ad maiorem perfectionem perducī posse videatur, eadem animi libertate nos te commonefaciemus, quā hæc significamus, vt intelligas nos Lynceis oculis tuas commutationes peruidisse. Vale. Compluti Idibus Martijs. 1568.

¶ 3 Perlegi

Perlegi, qua potui diligentia, & animi attentione Doctoris Leonis commentaria in caput. 9. 10. & 11. Item in caput. 37. & 38. prophetæ Esaiæ, meo sanè iudicio erudita, pia, & religiosa, quæ nulla in re, vt arbitror, catholica fidei aduersantur, nec ab ea dissonant: & quantum coniecturis assequi valeo, totum opus pro sua dignitate, & magna eruditione, si prælo mandetur, magnam afferet studiosis vtilitatem, & fortasse finis ab auctore in eo opere præfixus scripturæ sacræ lumen aliquod pariet. Compluti. 19. Maij. 1567.

Doctor Truxillus.

Acuratè legi Magistri Leonis Castri in Esaiam prophetam commentaria mihi tradita, à capite. 23. vsq; ad 28. Quæ cum legissem, adhibita magna diligentia, animaduerti, in eis commentarijs doctrinam contineri maximè catholicam, & sanam. Neque vlla in eis est omnino propositio, quæ sanctæ & orthodoxæ fidei repugnare videat: quin potius quæ hoc opere scripta sunt, fidei catholicæ sunt cõsentanea maximè. Opus est eius modi vt mereatur magni ab omnibus fieri. est enim singularis eruditionis, & maiorem in modù vtile ijs erit, qui sacras literas, aut discere optant, aut profitentur. Agnosces in eo magnum, & scælix authoris ingenium, at fiduas vigilias, indefessoq; labores, quos, D. Hieronymum imitatus, pertulit, cum in percipienda trium linguarum vi, & proprietate, tum in multiuga veterum sanctorum patrum lectione. Quapropter mihi videtur huius operis inuulgatio cessura in magnam Dei optimi maximi gloriam, & summam eius ecclesiæ sanctissimæ vtilitatem. Quod cum ita esse mihi persuaserim, mea manu subscripsi. Compluti die. 13. Maij. Anno. 1567.

Frater Fernandus Paetz.

Doctor Gaspar Cardillus Villalpandæus.

M. Leoni Castro. S. D. P.

BINAS à te hodie literas accepi, quibus id respondebo, abijisse iam duos menses postquam ego absolui, & perlegi operis tui partem illam, quæ mihi celsit, quam etiam ostendi illustriss. D. D. Didaco Couarrubia Segobienfi antistiti, vt tam singulari doctrina opus legeret. Solicitavi, mihi crede, aliquot ex his doctoribus, quibus liber fuerat distributus, vt eius lectionem maturarèt. Nam quanuis non essem hac erga te, tuaque omnia animi propensione, (quæ quam optima est) nihilominus, vt qui simili in re haud semel molestia fuerim affectus, elaboravi ne dilatione cruciarere. Opus tuum hoc dignissimum. mihi videtur, quo omnes fruantur, & vel mora ipsa iniuriam fieri censeo doctis omnibus, qui magnas vtilitates ex hoc tuo libro possent capere. Tuum porro institutum, postquam partem mihi traditam euolui, longè melius visum est mihi, quàm cum tu coràm illud significasti, tametsi tum etiam valdè mihi probabatur. Hoc idem sentire videntur præcellentissimi hi doctores omnes Complutenfes. Magnas igitur concipe spes animo, & quod reliquum est confice, ad nosq; mitte: arbitror equidem fore hoc opus ad magnam Dei immortalis gloriam: & tibi laudem conciliaturum, atque adeo toti Hispaniæ decus. Eo perfectò, admonebo ego te peramicè, si qua mihi visa fuerint animaduersione digna. Vale Compluti. 5. Martij. 1567.

Perlegi, qua potui diligentia præfata commentaria in. 29. cap. Esaiæ, vsq; ad. 35. inclusiuè: inueni autem nihil, quod posset catholicas aureis planè offendere. Est autem in his commentarijs immensa penè lectio, varia, & recondita eruditio. Spero, si typis mandentur, magnovisui, & emolumento doctis omnibus, Ecclesiæ catholicæ vtilitati, Dei Opt. Max. obsequio futura. Compluti. 6. Calen. Maias. 1567.

Doctor Franciscus Sanctius.

En la villa

EN la villa de Madrid, à diez y feysdias del mes de Hebrero, año de mil y quinientos y setenta, El padre Maestro fray Diego de Chaves, de la orden de sancto Domingo, cõfessor q̄ fue del principe Don Carlos nuestro señor, que aya sancta gloria. Auiendo visto por cõmissiõ de los señores del consejo de su Magestad de la sancta Inquisicion, el libro que el Maestro Leon de Castro, Cathedratico en la vniuersidad de Salamanca, compuso super Esaiam prophetam, dio censura y parecer, y vna carta de aprobacion del dicho libro: la qual vista por los señores del dicho consejo, mandaron que la dicha carta de aprobacion, se ponga en el principio y cabeza del dicho libro: porque conste como ha sido visto, y aprouado por su mandato y cõmission, y mandaron à mi Pedro de Tapia secretario en el dicho consejo, lo de asì por fe y testimonio.

Pedro de Tapia.

Frater Didacus de Chaves sacræ Theologiæ professor ordinis prædicatorum, candido ac pio Lectori S. P. D.

SVpremi senatus sacrosanctæ generalis Inquisitionis hæreticæ prauitatis decreto, meæ fidei commissa sunt commentaria Leonis à Castro, in præclara Salmanticensi academia studiorum humanitatis Primarij professoris, & sacræ Theologiæ Magistri, in Euangelicū vatem Esaiam. Quæ cum alta mente reuoluerem, luce clarius intellexi plus vtilitatis & eruditionis in recessu habere, quam in fronte promittebant, cum ad interpretandas & intelligendas sacras literas, tum ad deturbandos, & proprio (vt aiunt) gladio iugulandos perfidos & proteruos Iudæos. Vtinam multis ab hinc annis in lucem edita & typis mandata fuissent, melius vtique fuisset actum cum plerisque ex nostris alioquin viris clarissimis, qui in suis commentarijs verbum verbo (vt ipsi aiunt) è Græco, & Hebræo multa trāsferre in Latinum conati sunt, qui si hæc nasti fuissent commentaria, eaq; accurate euoluissent, maiorem honorem habuissent translationi vulgatæ, & eorum labores, vigilias, & lucubrationes nusquã nõ probatæ fuissent. Est enim hæc translatio vulgata & veterum patrum longo vsu cõmendatissima, & nuper sanctissimi concilij Tridentini autoritate constabilita. Hoc sanè qui periti linguarum, literas callent, quiq; sanctæ ecclesiæ Romanæ vnicè in terris Christi Iesu Opt. Max. sponsæ fidus, & candidus cultor est, moliri debet, hoc vnum meditari, (hoc potissimum calamitoso tempore) vt hanc vulgatam translationem à nefariorum maleuolentia & imperitia vindicare, hanc probare, hanc sustinere, hanc defendere, ac tueri velit. Quod quam egregie, quam pie, quam erudite Leo noster in hoc præclaro opere præstet, si assiduè euoluas re ipsa comperies. Haud dubium, quin eius rugitibus luporum rabiem procul à Christi ouili validius possis effugare. Vale Madridij. 15. Februarij. 1570.

Frater Didacus de Chaves.

EN la villa de Madrid, à veynte y siete de Abril, año de mil y quinientos y setenta, visto por los señores del consejo de su Magestad de la sancta general Inquisicion, el parecer dado por el Maestro fray Diego de Chaves, de la orden de sancto Domingo, à quien cometierõ vie se el libro que el Maestro Leon de Castro escribio super Esaiam: dixerõ que dauan y dieron licencia para que el dicho libro se imprima, y venda, por ser de mucha erudicion y prouecho. y que el reuerendo Maestro Francisco Sancho, canonigo en la sancta yglesia de Salamanca, cõmisario del sancto officio de la Inquisiciõ, le de para ello el fauor y ayuda necessaria. Lo qual passo ante mi Pedro de Tapia secretario en el dicho consejo.

Pedro de Tapia.

Al Reuerendo señor Maestro Francisco Sancho, Canonigo en la sancta yglesia de Salamanca, commissario del sancto officio.

Reuerendo señor *Por vuestra relacion, y la de otras personas, que por nuestra orden y commissiõ an visto el libro, que el Maestro Leon de Castro, cathedratico en la vniuersidad de Salamanca, escribio super Esaiam prophetam: tenemos entendido de quanta erudicion es, y lo mucho que importa que se imprima y venda. Y asì os encargamos, que para que esto mejor se haga, le deys el fauor que os pidiere, y fuere necessario: demanera que se consiga el prouecho que del dicho libro se tiene por cierto à de resultar, que dello receuiremos mucho contentamiento.*
Guarde nuestro señor V. R. P. En Madrid à. 27. de Abril de. 1570.
El licenciado Francisco de Soto Salazar, El licenciado Iuan de Ouando, El licenciado Hernando de Vega de Fonseca.

4 MAG

MAGISTER FRANCISCVS
Sanchus, sacrae Theologiae facultatis Salmanti-
censis Decanus, & Canonicus, sanctae Inquisitionis
Vicarius, ad studiosum le-
ctorem.



DERNOTA mihi erant candidè Lector, atq; optime explorata, iam multo ante quam praelo mandare-
tur haec in Esaiam prophetam commentaria, et id quidem peculiari, atq; familiari cum authore comu-
nicatione, insuper et propria lectione. Pernotus et ipse eorum author Magister inquam Leo Castren-
sis, ac notior (ut ita dixerim) quam ipse mihi, et propter arctam, singularemq; amicitiam, atq; assiduam
iam à iuuentute et pluribus annis, omnibus in rebus, potissimum tamen literarijs consuetudinem. Vnde
expertus sum per spicacissimum hominis ingenium, tenacissimam memoriam, omnium et humanarum
et diuinarum disciplinarum miram praestantiam, linguarum Graecae, Latinae, atq; Hebraicae peritiam ra-
ram, et quantam, quod citra vilius iniuriam dictum volo, in alio vix quis reperiat vniquam, ad labores studiorum, pro-
pensione eximiam, adeo ut verè videatur homo sui oblitus, atq; eorum, quae ad vitam, somnum et vestitum sunt necessa-
ria. Tanta facilitate quoruncunq; scriptorum genera penetrat, et medullitus intelligit et aperit, ut quae alij longo tempo-
re nequeant ipse breuissimè palam facit, atq; velut ob oculos proponit: proinde et vir et multa et variae lectionis euasit,
qualis alius nemo. Noui praeterea et hominis animum candidum, verè Christianum, et pium fidei catholicae et religio-
nis cultorem, ac nimis si liceat dicere zelatorem. Quare huiusmodi commentaria ab eo viro edita facile est coniectare at-
que intelligere quanta et quàm abundanti, eleganti, et pia oportet pollere doctrina, quantumq; legentibus in intelligendis
Esiae Prophetis futuris sit fructus. Verum tamen haec tacendum censui, nec aperiendum iudicium meum, ne forsitan, quae
verè dicerem, scriberentur adulationi tribuerentur, aut mutuae tam antiquae amicitiae, ob eamq; reputaretur, tanquam
in proprio laus ore. Hac equidem de causa silem et nunc, verum sanctae inquisitionis senatus supremi mandato ac meam sen-
tentiam aperire, quodammodo sum coactus: siquidem accurato praecedenti libri examine, id quod nusquam fieri solet ap-
probationis testimonio dignum iudicauit ipse senatus inclutus, atq; ut idem à me tanquam eius ministro praestaretur iussit quo
ad eius pertinere auctoritatem, ac promeritam estimationem. Ad cuius quidem executionem, quàm plurima praelonga ora-
tione merito commendanda consulto iussu facio, certus opus ipsum equis, et bonarum et sacrarum disciplinarum amatoribus,
ex sese laudibus efferendum, nec alieno indigere praecone. Vnum hoc studiosos omnes, et verbi domini ad populum
concionatores, et scholasticos, et intelligentiae sincerae scripturarum sacrarum, earundemq; sensum inueniendi cupidos,
ac solertes indagatores admonitos velim, plurimum in horum scriptorum lectione et iucunditate et fructus percepturos, si qui-
dè in eis latentia, et recondita aperiuntur mysteria, insuper, et praenuntiationes mysteriorum Christi et sententiae Euangeli-
cae. Palamq; sit totum Esaiam iuxta literam perspicue resonare Christum, idq; ex communi sanctorum doctorum ac veterum
consentiente expositione, ita ut reipsa cuius compertum esse possit, quod D. testatur Hieron. Esaiam non tam prophetam
dicendum, quam Euangelistam, quod vniuersa Christi, et ecclesiae mysteria ad liquidum persecutus fuerit, ita ut non pute-
tur de futuris vaticinari, sed de praeteritis historiam texere. Apertum etiam sit prophetae et Euangelij verba consona
esse, idq; septuaginta duos seniores interpretes pluribus, quam trecentis annis ante domini passionem certo praesensisse. Eo-
rum deinde mira editio integritati restituitur, et ab aduersarijs eadem relicentibus atq; deprauantibus mirifice vendica-
tur, atq; eorum falsae interpretationes, à Christo longè distantes, et auertentes, tanquam falsae et violentae reselluntur,
atq; ut mendaces fortissimè redarguuntur. Huc accedit, quod schemata artis oratoriae, figurae et tropi triumq; linguarum
proprietas atq; delectus pariter et ex caeteris et humanis disciplinis quantum satis est ad Esaiam plenam intelligentiam aptis-
sime accommodantur. Vocanturq; ut sapiens praecipit, ancillae ad arcem, quae sanè omnia sacrae scripturae interpreti ad-
uocanda esse author est libro de doctrina Christiana egregius ac D. August. omnibusq; maxime sunt necessaria, Theolo-
logis praecipue scholasticis, quorum nonnulli disputationibus subtilioribus ingenij acumen magis desiderantibus forsitan
occupati parum opera hisce impenderunt et veterum scriptis legendis: quo quidem labore commentaria haec plane eos li-
berabunt. Etenim miro quodam, et eleganti artificio patrum sententiae in eis colliguntur, ac velut catena quadam conne-
ctuntur, quibus omnibus diligens beneuolusq; lector plurimum, et facile iuuari poterit ad alios etiam intelligendos pro-
phetas, et quam plurima vtriusq; testamenti loca, alias obscura et conuoluta, hic autem ad vnguem discussa atq; elucidata.
Vtere igitur pariter et fruere optime lector his tantis, tamq; fructuosis laboribus in omnium studiosorum atq; Catholi-
ca, ac sanctae matris Ecclesiae, gratiam ab eius filio, et quidem bono et pio zelo et animo oblati. Quos si eodem suscepe-
ris animo, quod dicta sunt, experientia comprobabis, atq; authorem bene meritum optato premio donabis, atq; ad alia quae iam
preparat, non minor nec minus utilia, vehemèter inuitabis, maximumq; calcar addes, valeas in Christo Iesu Madridij, Ca-
lendis Maij à redemptoris ortu. 1570.

Magister Franciscus
Sanchus.

AD PHILIPPVM II.
HISPANIARVM REGEM
Catholicum, Regum Max.
& potentissimum.



MULTA ante Domini aduentum (S. C. M.) non so-
lùm in populo Dei, sed etiã inter barbaras nationes edi-
ta sunt rerum miracula à Deo Opt. Max. quo do-
ciliior, attentiorque esset vniuersus orbis ad euangelij
praedicationem, cuius iam tempus appetebat. Ut enim
agricola non nisi bene culto, et bene subactò solo semē
tem faciunt, ita Dominus non nisi praemollitis homi-
num animis ad satum accipiendos. Spiritus sancti, suū
Christum misit. Inter alia miracula nō minus illud pu-
tat Chrysost. quod Deus Optimus Maximus, per regem potentissimum illū qui-
dem, barbarum tamen, et infidelem ad rem tantam praemunerit viam. Namq;
cum esset ablaturus Dominus à Iudaeis regnum, et illud traditurus genti facien-
ti fructum, quod multis prophetarū vaticinijs praesignificatum erat, ad id voluit
pandere viam, non per regem vnum aliquem fidelem, non per sanctos viros, quo-
rum in populo Dei magna fuit copia, et gloria, ne hominum consilio id factum
videri posset: sed per Ptolemaum Philadelphum, qui Aegypti sceptrum tenebat,
à religione vera alienissimum, populo Dei acerrimum hostem, cuius pater Iudaeo-
rum vrbeis bello vastasset, multa Iudaeorum milia capta duxisset, quo diuino mu-
tuo id factum appareret. Iniecta igitur diuinitus regi Aegyptio est eacura, ut sa-
cros libros Hebraicè conscriptos Graecè verti iuberet, ealiqua videlicet, quae illis
temporibus omnib. ferè gentibus cōmunis erat, nimirum, ut trecētis annis, plus mi-
nus uè ante Christi tempora scriptura sacra, quae ab impijs Iudaeis abducenda
erat, et ad nationes, vnde erat adificanda Ecclesia, traducenda, ealiqua conscri-
pta esset, quae omnibus ferè nationibus esset peruia. Neque fecit solum Dominus,
ut id munus Rex Ptolemaeus obiret, sed tanto conatu, tanto rerum molimine obi-
ret, ut supra cētum Iudaeorum milia, qui apud Aegyptios seruitutem seruebant,
sua pecunia redemerit, manumiserit, ad suos libere abire permisit. Prius enim
clariss. ille Rex gentem iudaeam voluit demereri, et regali magnificentia iudaeos si-
bi conciliare, quo facilius ageret quod animo moliebatur. vnde omni cura aduo-
cauit omnes regni sui aurifices, vniuersos, qui insigni arte praestaret magnificentis-
sima munera prorsus regia, et qualia nisi rex potētissimus, parare nemo posset,
auro purissimo, et preciosissimo, miro artificio elaboranda curauit. Ea per le-
gatos Hierosolyma, templo Dei misit dono, alia ad Eleazarum Iudaeorum Pon-
tificem

tificè Max. penes quem in gēte Iudaea regia potestas erat, transmisit, ut ab Eleazaro impetraret libros sacros Hebraea lingua conscriptos, et Lxxii viros ex singulis xii. tribubus senos, qui sacras literas Gracè redderent, petijt q, ab Eleazaro ut lectissimos sua gentis seniores mitteret, qui vita essent integerrima, & diuinale legis peritissimi, ut veros scripturae sensus eruere, & Gracè lingua exprimere possent. Addidit q, se tot velle numero interpretes, quod certū habiturus esset, ea versa fideliter, quae plures vertissent: exciperet q; ex omnium translatione ea, in quibus plurimum esset consensus, & inde translationem texti iuberet, ex ijs videlicet in quibus consentirent plures, quae exactissima esset, & omnibus numeris absolutissima. Erat enim, (S. M.) vsq; ad illa tempora, (ut prodidit Iosephus lib. 12. Iudaicae Antiquitatis, & Aristaeas in historia Lxx virorum, qui hac, quae dico omnia, litterarum monumentis prodidere) erat inquam sacra scriptura, ita exarata literis Hebraicis, ut videri posset notis potius (quas nos cifras nominamus,) quam literis mandata: quod erat conscripta tantum consonantibus, sine punctis, quae apud Iudaeos pro vocalibus sunt, ita ut una dictio plures efficere posset sonos, & plures habere intellectus, ut mittā apices, quorum varietas significationes facit longè diuersas, ut apud nostros, (mana, maña, luena, sueña, lana, laña.) Quod factum arbitror ut semper populus Dei excubaret animo, cū lex Dei, ita esset scripta, ut semiscripta videri posset, non prorsus scripta: acciperent q; minores à maioribus, iam inde vsq; à Mose, & ceteris prophetis lectionem scripturae, quibus vocalibus, quibus apicibus singula legenda essent, & spiritalem scripturae sensum. Nam si credita chartis sacra omnia essent, Iudaei literis fiderent, neq; memoria tenerent quae viderent exactè litterarum monumentis mandata. Et si per tot ruinas, quibus Iudaei sunt attriti ob scelera impia quae semper in se admittēbant, libri sacri perijissent, perijisset eadē opera omnis cognitio caelestis disciplina. Quod fortasse à Iudaeis mutuatus Plato in Phaedro scribit regem Aegypti Thammam sapientiss. dixisse Theuth, litterarum, aliarumq; artium inuentori, futurū, ut litera, quas inuenisset, officerent hominum memoria, & artibus honestis, quod homines cum habeant disciplinas literas conscriptas, freti libris, indormiēt ocio, exolescent q; apud omnes artes ingenuae, neq; erunt homines tam sapientes, quam erāt vsq; ad illa tempora, cū ad id toto pectore incumbēt, ne quid ex disciplinis excideret memoria. Fortasse igitur ea causa consignata notis scripturae sacra erat, ut filij à parentibus, minores à maioribus necesse haberent lectionem, et intellectū scripturae simul accipere, nec ullum tempus intermittere, quin res sacras meditarentur. Nam si nūc docti Hebraei sine punctis legunt, id inde fit, quod habent iam post translationem Lxx virorū libros dispunctos, apicibus notatos, & exercitatione assidua meditati, ad id perueniunt, ut liberè sine punctis legant, & si quid dubitationis accidit, libros adeunt dispunctos, & suorum Rabinorum commentaria, quorū olim nulla erat copia. Appetente igitur Christi Optimi Maximi aduentu, iam hac oportebat plene, & exactè scribi, oportebat hac esse rata, & fixa, nec solum Hebraicè, sed etiam Gracè, quod Gracè lingua uniuersae terrarum orbi communis erat. Id facit Deus (ut ait. D. Chrysost.) per Ptolemaum Philadelphum Aegypti regem, quod cerni ve-

lit oculis

lit oculis possit, diuino consilio hoc factū esse. Vnde enim Iudaicae religionis contemptori, regi superbissimo, et hosti acerrimo populi Dei hac iniecta mens est: ut totū se in ea cura consumat, tot faciat sumptus, tot impensas, tot parat munera, tam magnifica, tam ampla, tam prorsus regia, tot res moliantur: dicat se velle habere erutos scripturae sensus sacros, & velle se demereri ea re populum Dei, qui toto orbe dispersus erat, quod curare volebat vertendas literas sacras Gracè, per tot numero interpretes, ut fidelissimè reddita postilla velut facem quandam pralucerent legentibus Hebraicè literas sacras. Nam ex significatione vocum facilimum erat Iudaeis in patria lingua intelligere, quibus apicibus, quibus ve punctis singula legi oporteret. Si enim semel ceperit esse pro certo de significatione vocis homini Hebraei sermonis docto, nulla dubitatio reliqua est de punctis, quibus verba singula legenda sunt: vnde ergo huic regi barbaro à vera religione alienissimo hac cura tantā nisi à Deo: qui dicere solet, Ego Babylone per regem Babylonium faciam quae volo omnia: veluti si dicat nostris temporibus, ego apud Turcos per Turcorū regem, quae volo faciam, id est, faciam ut rex ipse Turcorum, si volo, res quae ad Ecclesiam catholicā pertinent, faciēdas curet. Neq; id sat habuit Deus opt. Max. nisi adderet miracula, quibus ostenderet legem Dei illam esse, & afflatus spiritus sancti latam olim, & eo tempore tralatam. Ostendo enim hoc opere non solum testimonij nostrorū, quibus Euseb. Casarien. dolet, atq; adeo meritisimo dolet paruam apud nos esse fidem, sed etiam alienigenarum hominum, & infidelium verissima esse quae de miraculis editis à Domino apud Aegyptios in translatione Lxx virorum perhibentur, ut si quis his fidem abroget, eadem opera abrogare fidem possit rebus omnibus, quae veterum monumentis sunt testatissima. Quorum illud primum fuit, quod Theodorus Antiochenus, Hierosolymitanus episcopus refert, quod res tanta intra Lxx dies peragi potuit. Quāuis enim eo tempore essent amanuenses, qui quae celerimè dicta notis exciperēt omnia, manu citissima. Res magna fuit tamen & admiranda, quae arguerit diuina opera, non humana, versam scripturam omnem à singulis, & scriptam intra Lxxij dies: cōtinuo regi Aegyptio non humanis opibus, non arte magistra factum apparuit, continuo manus Dei in re tanta resplenduit. Deinde quod rex Ptolemaeus tot numero interpretes ex Iudaea accerserat ut ex plurimum consensu scire posset quae fideliter reddita essent, & ea exciperet, & inde translationem fidelissimè reddita textēdam curaret. Et ea causa in domicilio ad id extructo apud insulam Pharum quae septem stadijs distabat ab Alexandria, quod Aegypti regni caput erat, in singulis cellis collocarat singulos, dispositis custodibus, qui ipsos obseruarent, ne ullo modo inter se translationes possent conferre ut sic deprehenderet, ubi consentirent plures: Simul etiam cauebat ne sibi verba daretur, quod Iudaei alienigenis hominibus diuinā legē nō cōmunicabant. Peracta translatione reperti sunt omnes magno, & admirādo miraculo, nō solū sententijs consensisse inter se, sed verbis eisdē, ut quae verba apud unū reperiretur eadē reperiretur apud omnes: quae verba addidisset vnus scripturae, addidissent, et ceteri, quae detraxisset detracta apud omnes inuenirentur: ut tātō miraculo testaretur Deus legē illā ut diuinitus erat lata, ita diuinitus Gracè

¶ 6 esset

esse tralatā. Et quoniā notis quibusdā vsq; ad illa tēpora conscripta erat, potius-
quā mandata literis, & in plurimis locis multos sensus habere poterat, illis tantis
miraculis appareret enodata, & explanata diuinitus. Ostēdit. n. Deus tāto mira-
culo, quod idē spiritus sanctus, qui illius diuinae legis lator fuisset, fuisset etiā inter-
pres. Quā ratione deductus uniuersus Iudaorū populus sanxit legibus, ut quādo
diuinitus reddita erat Gracē ut olim diuinitus erat data, in synagogis legeretur pu-
blice Gracē aut Hebraicē citra discrimen. lectaq; est per annos DCCC. & eo am-
plius, quoad intellectū est, impietate Iudaorū hac tralatione dānari uehementer,
quod Lxx seniores hi, qui scripturam uerterant iussu Ptolomai regis, in plerisq;
non ad uerbū eā reddiderant, sed paraphrasi quadā sententiā expresserant, ut
suā interpretationē accomodaret, ut inquit Iustinianus imperator, ad Christi my-
steria, quae, tot ante annis gratia spiritus sancti ipsos circūfulgēte, quasi presentib;
oculis cernebant. Quod ut à Iudaeis intellectum est, longo tempore post crucē Dñi
cēpere singula scripturae testimonia, ubi Christ^o singulari micaret splēdore, expū-
gere, ubicunq; latere se posse putabant, ut docet Iustinus martyr rēporibus Chri-
sti proximus: q; apud ipsos Iudaeos hac tralatio Lxx seniorū adseruaretur, & A-
lexandria, ubi multa habitabant Iudaorū milia. Sic multi sunt loci expuncti, mul-
ti Iudaorum fraude aliorum tralationibus adulterati. Huic malo initio nascentis
ecclesiae varijs circūfusi laboribus nostri occurrere nō potuerūt. Postquā uerō
Iudaei intellexere, etiā expunctis tot locis ē tralatione Lxx uirorum, Christū, quo-
quō se uerterent, singulari lumine lucere: fecere illā ream tanquam parum fideli-
ter uersam, uenit in crimen postquā est intellecta Iudaorum impietate dānnare,
euāgelica referre sensa. Et ut dñs prius flagellis casus, corona spinea traiecto ca-
pite, postremo cruce est affectus, sic illa uulneribus contrucidata prius fraude Iu-
daorum, & lacera, quod sic quoq; trunca, et mutila euāgelica uerba sonaret, Sy-
nagogis exacta est octigētisimo post anno, et falsitatis facta rea. Sic lacera, sic mu-
tila in usu ecclesiae fuit vsque ad D. Hier. tēpora, estq; in praesentia, fuit q; semper
omni ecclesiae oriētis, & in plerisq; ut in psalmis, & alijs recinitur ab uniuersa ca-
tholica ecclesia. D. Hiero. uelut optimus Chirurgus, uulneribus tralationis Lxx
uirorum mederi primus cēpit, tralationem ad uerbū ex Hebraea lingua exactis-
simā fecit, qua de Rep. Christiana quā optime est meritis: qua tralatione, illa loca
expuncta à Iudaeis, quae plurima erāt, nobis restituit. Attulit q; plus opis, plusq; emo-
lumētū quā uerbis ullis exprimi possit. Interpretatio nāque Lxx seniorū in plerisq;
q; nō tam interpretatio, quam metaphrasis quadā est scriptura sacra. Diuinitus
n. catholica ecclesia cōsultū est, quod. CCC. annis ante tempora euāgelica ita Lxxij
Iudaei scripturae sacros sensus pandūt, ut euāgelia ipsa representasse uideātur
quo nec maius, nec inuulsū ueritatis firmiter argumentum dici, aut fingi potest.
Sed quod ita reddita sint litera sacra à Lxx uiris, ut paraphrasis euāgelica, et
apostolica facta uideatur, non continuo tamen scriptura ipsa ad uerbū tralata
necessaria nō erat. Neque quod Themistius paraphrasin librorū Aristotelis edi-
derit: aut quod Nonnus poeta, & Gregorius Nazian^z quorundā librorum scri-
pturae fuerint admirandi metaphrasta, protinus quisquā Joannē euāgelistā sa-
pientiam

pientiam Solomonis, aut Aristotelem cōtempserit. Imò paraphrasin Themistij
ad intellectum Aristotelis adhibemus: paraphrasin Nonni, & Gregorij ad in-
tellectū D. Ioannis, & sapientia Solomonis. Sic D. Hiero. tralatio, qua scripturā
ad uerbū reddit, nō tātum utilissima catholica ecclesia est, sed etiam per neces-
saria: ad eius intellectum paraphrasin Lxx uirorū, quam in plurimis scripturae
locis edidit, qui adhibuerit, magnū inde tulerit precium opera. Hac ego S. C. M.
(huc n. spectabat haec omnis tam altē, lōgeq; repetita narratio) hac inquā si ipse
tantum inuenissem peritia linguarum, quibus a puero inde fesso labore incubui, et
cognitione ingenuarum artium, & Theologiae sacrae, quam cum linguarum cog-
nitione coniunxi dignissimum etiam munus ducerem, quod tua Regia Maiestatē
dicarem. Nec solum quod Regis potentissimi Ptolomai Philadelphi opus non po-
test sartum tectū reddi, nisi opera potentissimi, & inuictissimi nostrae tēpestatē Phi-
lippi. II. qui imperiū suū in ultimos orbis terrarum fineis protulit. Sed quod hoc
opus diuinum, & diuinitus factis cōmendatum miraculis, dum ecclesia sancta ia-
cerentur fundamenta, eius regis opera refecti oportere uideatur, qui Remp. Christia-
nam nostra tēpestate suis humeris maxime fulsit. Sed huic rei tanta multa alia
accedūt appendices. Tollit. n. res haec dissidiū, quod inter sacros doctores esse uide-
batur de tralatione scripturae sacrae, qua uerior esset, qua uellectioni Hebraeae ma-
gis cōsentanea, uerisimāq; indicat dixisse D. Hier. qui scripsit aliam uideri lectio-
nem Hebraeam in plerisq;, aliam tralationē Lxx uirorum. Nempe quod in plerisq;
q; tralatio Lxx uirorum nō tam sit tralatio, quam metaphrasis, & cōmentarium.
Iudicat etiā nō temerē sensisse D. Augustinū, et omnes ad unū ueteres patres spi-
ritus sancti instinctu eam factam esse, quae tribus seculis ante tempora euāgelica,
euāgelica sensa representet. Cum praesertim illud accedat, ut illa ferē citēt euāge-
listā, & apostoli, quos nūquam id facturos credit D. August. spiritus sanctus his
Lxx uiris adspirasset, nunquam. n. inquit ni hoc ita esset, humana cōmentaria spi-
ritus sanctus, qui ore apostolorū loquebatur, pro diuinis citaret respōsis, ubi Iudaeo-
rū impietate refello, qui nobis obijciūt, euāgelistas, et apostolos Lxx uirorū trala-
tionē, quā à ueritate Hebraea toto caelo disidere dicūt, citasse. Ostēdo. n. ipsorū ra-
binorum testimonijs Lxx uiros à ueritate Hebraica nepilo quidē discrepare: ui-
deri tamen à lectione Hebraea dissentire q; non semper uerba numerent, sed sacra
sensa reddant: ut Cicero cum orationem Demostenis pro corona, aut Xenophon-
tis oeconomicam Latinè uertit, aut Iliada Homeri, Thucydidemue Laurētius Val-
la, nō curarunt uerbum uerbo reddere fidi interpretes, sententiā expressisse cō-
tenti. Tolloq; dissidiū, quod erat, cum ueteres omnes Lxx uirorum tralationem
essent sequuti, alij D. Hiero. interpretationem anteponebant. Monstro unam es-
se scripturam, unam tralationē, nō duas: alteram alterius esse cōmentarium. Mo-
stro (ut Irenaei uiri apostolici uerbis utar) ecclesiam unam esse, & unū os posside-
re, & quāquam loquela dissimili, uirtute tamē traditionis unam, et eandem esse.
Hoc ostēdere, Rex Maxime regū, maius esse puto, quā ut uerbis possim explica-
re: dignumq; arbitror quod ei regi, cuius humeris uniuersa Christiana resp. feli-
cissime innixa recumbit, muneri offeratur, quanuis ipse pro tenuitate ingenij mei

rem hanc ad umbram, non prorsus exprimam. Tantum vero est operis ad hunc
tantum thesaurum optimis ingenijs aperuisse viam, ut in hac palestra desudent felici-
cius, ut hoc quidquid est, quod a me tenuitate perficisci potuit, non indignum arbitrer
quod tanta Maieft. nuncupetur. Nam in rebus maximis, ut philosophorum princeps
Arist. inquit, incepisse maximum est. Sed quantula haec sunt, quae dixi: si cum illo con-
feratur, quod nostra tepestate Iudaei impy iunctis phalagibus in translatione D. Hier.
fecere impetu, ut quemadmodum interpretatione Lxx virorum nobis manibus
excusserant, hanc quoque loco moueant: Et ipsa Synagoga Iudaorum (si Deo placet)
Christiano populo leges, et iura det, scriptura interpretetur, Christianos homines
dedoceat Christianismum, edoceat Iudaismum. Non metiar apud tuam Catholicam
Maieft. utinam metirer, sed sunt testes multi, apud Lutherianos fuisse non paucos,
qui primo de curriculo Christianae religionis deslexerunt ad Lutheranismum, inde
ad Iudaismum. Primus, n. gradus, et descensus ad Iudaismum, Lutheranismus est.
Id Iudaei recte moluntur, non. n. directa fronte aduersus nos pugnant, non aperto Marte
dimicant, sed per insidias, per nostros, quorum familiaritate utuntur. Nullus. n.
ferè ex haeresi archis fuit, quin suam translationem scripturae sacrae exuerit, eamque ad
veritatem Hebraicam factam fuerit testatus, cum potius ad perfidiam Iudaicam esset
contexta, ut translatione D. Hier. loco mouerent, et eam nobis manibus excuterent.
Huic malo nisi perquisitores haereticae prauitatis, quos tuorum maiorum impulsu sum-
mi potentis potestas regno praefecit, obuiam itum esset, non tam pacata res nostra es-
set. Nec desuere tamen, quantum audire me commemorari, qui cum libris sacroscri-
ptis linguis excudere pararet. T. S. M. pro dolor. eliminata D. Hieron. tra-
latione in eius locum nescio cuius interpretatione sufficere contendere, aut la-
teri translationis vulgatae D. Hier. apponi, quae ad veritatem Hebraicam scripturam
magis reddidisse dicerent quam D. Hier. quae quanto errore, quantaque peste Christia-
nae religionis putet, vel ex hoc opere licebit conicere. Neque desunt qui ex scriptis Iu-
daeorum commentaria consarcinentur, quae (mirabile dictu) quae apud quosdam sunt plau-
sibilia, cum sint delibata ex rabi Abraham, rabi David, rabi Kimbi, rabi Selomob,
suppresso tam rabinorum nomine, ut in scriptis harum rerum bibant venenum. Hac
multorum malorum origo est, hoc fortasse multarum haeresum, quae nostro hoc te-
pore in Christiana Reip. crassantur sauisime, est seminariu, unde impietatis hydra
se tollit, cuius capita, neque, inquisitores flamma, quae Hercules olim fecisse dicitur, va-
let exurere, neque, T. Maieft. per magistrat, quos Reip. gubernaculis admoues, fal-
cere fecare, quod dediti studiis literarum sacrarum, dum haec et illa legunt, et con-
tra Christi, et prophetarum monita putant Iudaeos sapere, bibunt venenum. Neque
continuo tamen repudientur studia, quae sint aliqui, qui pestem inde trahunt. Quis. n. in
rebus gerendis tam plibens est, ut neget utendum equis, ut edum armis quod alius pra-
ceps equo lapsus fregit brachia, alius ambo crura, allisus est alius: alius armis im-
mane designauit nefas? Si relinquantur arma, et equos, ingruent Turci, et Mauri,
et rerum potentur. Si relinquantur studia, haereticorum causa uictrix erit, quantum
in nobis est. Huic malo scalpellum quidem adhibendum est, medendum tamen ra-
tione, arte, et studio. Non. n. desunt et nostris, qui, quae Hebraei sermonis peritiores Iu-
dai

dai sint quam nostri, Iudaeos melius intelligere literas sacras arbitrentur quam no-
stros, et ab illis cognitionem scripturarum petendam putent, non minore errore,
quasi quis, legum cognitionem, et iuris peritiam a viro Graeci, Latini, sermonis do-
ctissimo iuris, legumque ignaro petat potius quam a viro iuris utriusque peritissimo,
qui non magnopere, aut Graece, aut Latine facundus esset. In hac parte ego homin-
um condicione tenuissima tuam catholicam Maieft. appellare sum ausus, ut quae
do penes te summa rerum potestas est, in hac parte laboranti Reip. feras opem, quae Lxx
virorum translatione Dei Optimi Max. beneficio edita per potentissimum Aegypti re-
gem Ptolemaum, hanc pestem magna ex parte possit refecare. Nam nostra catholi-
ca fidei veritas, utrimque muro firmissimo septa, et munita inaccessa videbatur un-
diq. impijs hostibus, et quod mysteria nostra fidei Hebraicis literis sint consignata
quae Iudaei nomini Christiano offensissimi proprijs manibus exarant, et apud se ad-
feruant, ideoque Iudaei ad finem saeculorum usque sunt duraturi, nequis tanta, et tam
evidentia oracula de omnibus nostra fidei mysterijs a nobis esse conficta suspicetur.
Altero muro septa est quae tribus saeculis ante Christiana scriptura uersa Gra-
ece est, et explanata, quia controuersia poterat oriri de intellectu scripturae inter nos,
et Iudaeos, ne reliqua vlla dubitatio esset de veritate eius interpretationis, quae CCC
annis ante regefta esset edita, et a Iudaeis ipsis, non a nostris esset edita, cuius veri-
tatis Lxxij Iudaei illorum temporum longe doctissimi sint testes, ut dicere liceat,
quod olim Aul. Varius dicere solebat, aut hoc testium satis est, aut nescio quid testium
sit satis. Sed quid scabra, et impia fudorum malignitati clausum est? Sic quoque
nos oppugnant. Negant scisse Hebraice Lxx viros: si respondeas, veteres omnes pa-
tres testatos fuisse hos Lxx viros Iudaeae gentis fuisse delectos doctissimos, sapien-
tissimos, nostris habendam fidem negant. Si Philonem, et Iosephum Iudaorum longe sapie-
ntissimos, et antiquissimos testes cites, et Aristum Aegyptium, qui historiae Lxx se-
niorum monumentis mandauit, illis quoque, abrogant fidem. Si queras, quo auctore
dicant fuisse indoctos Lxx viros, nullum proferre aut horum possunt. De hac cau-
sa non ad tuam M. primum itum est, rex Regum Max. millesimo ab hinc anno
ad Iustiniani Imperatoris tribunal est itum, quod Rabini contra ius et aequum hanc
translationem Lxx virorum in Synagogis Iudaorum exigere inuitis multis Iudaeis
conabatur, quorum petulantiam Iustinianus Imperator constitutione Nouella-
rum. 146. repressit, Iudaei, quia sunt impudentia Imperatoris iura perfringere, et
perrupere, illam prorsus exegere Synagogis. voti copotes, ut inquit Orig. in epistola
ad Aphricanum, clamoribus, et uociferationibus illam quoque nobis excussere in
manibus: duplici potuit victoria translationem D. Hier. nostris quoque temporibus ma-
gno impetu oppugnant. Nam, et si in tuo imperio Rex potentiss. per inquisitores
illorum impetus reprimatur, per alias partes Christiana Reip. nouis translationibus edi-
tis in fontibus Iudaicis nos validissime oppugnant. Quomodo confugiemus ergo aduer-
sum hunc Iudaorum impetum? unde petem? opem nisi a T. M. Rex inuictissime? cuius
humeris uniuersa resp. Christiana nititur, quo ppugnatore, duce, et imperatore
Augustissimo fidei catholicae veritas aduersus aduersarios omnes uictrix altuca-
put exerit, aduersum impios promit igneis, et secureis expedit ultricis. Hoc po-
tentissimi

tētissimi regis Philadelphi munus, quo felicissime ecclesia catholica penè per bis mille annos est usque, quis potissimum tuendum suscepit, nisi PHILIPPVS. II. Hispaniarum Rex potentissimus: ut quod Aegypti Rex clariss. infidelis tamē et Barbarus tanto conatu molitus est, ut de populo Dei benè mereretur, piissimus, et catholica veritatis assertor, et vindex inuictiss. Hispaniarum Rex PHILIPPVS, tueatur, et foveat, ut regale munus Regum Maximus tueatur, et defendat, Iudaeis, et Iudaizantibus opponat, ut hinc gladio refecet nocēteis, illinc doctrina imperitos erudiendos curet. Nam quod Rex potentiss. Ptolemaeus Philadelphus habuit necesse magnificentissimis muneribus, prorsus regis Eleazarum pontificem demereri, ut eius opera ad hanc rem tantam iuuaretur, tuae S. M. in promptu est, si velit hoc negocium ad D. D. SPINOSAM Saguntinum Pontif. et Cardinalem, ut cetera soles, transmittere, ut quemadmodum hoc opus captum, et perfectum est, per Regē clariss. Ptolemaeum, et pontificem Eleazarum, sic per te Rex Maxime regum, et per tuum ministrum pontificem sartum, tectum reddatur. Non habes necesse tuum Pontificem Cardinalem nouis conciliare donis, ut tantum hoc opus exsequi velit, qui tanto studio, tanta industria, tanta fide, et religione tua faceat imperata, Eleazarus nulla ex parte minor. Si n. penes Eleazarum pontificem inter Iudaos regia eo tempore potestas erat. T. S. M. huius pontificis humeris tui regni, et imperij, quod longius, latiusque patet multo, omnia imponit negocia, omnesque ad eum transmittit, ut olim me, cum de re simili te supplex adij singultim pauca locutus, cum me in medio cursu oratio semel, iterumque defecisset, ita me regius splendor obstupescerat, ad illum transmissisti, regum maxime, quod ego à te fieri puto admiranda quadam prudentia, sed et diuino nutu cor enim regis in manu Domini, qui illud huc, et illic flectit, quando vult, et temperat. Quod enim philosophorum princeps Arist. optimum Reip. praesidem, et gubernatorem, legem viuam esse docet, quae tanto intervallo leges sacras scriptas exsuperat, quanto quod vegetum anima, et ratione praeditum est caelesti, et diuina, rebus inanitis antestat, legis viua decreto liberanda permittis omnia, cum ad tuum Cardinalem ea transmittis, ut ceteri homines solent suas merces libra, lance, et suis ponderibus ponderare. Regis Persarum, qui propter excellentiam, regum commune nomen, fecerat olim proprium suum, hac laus peculiaris erat omnium scriptis nobilitatissima. Ferebatur enim in calum, quod nihil in republica ex arbitrio gereret, sed omnia ad legum sanctarum praescriptum administraret, quod quinque propter se haberet magos sapientissimos, quorum arbitrio, quae ad se de rep. referrentur gereret, ita sancte, et religiose omnia gubernabant. T. S. M. multo sanctius, religiosius multo, cum enim in clarissimis verbis, et populis potētissimis habeas iudicū cōuētus quā plurimos, sanctiss. magistratus, seueriss. splendiss. senatus, et regum senatum fulgentiss. qui rebus praesint, ad sanctarum legum normam omnia gerant, tamē quod sapientissimi philosophorum decreuere, si quis in rep. vir diuinis virtutū ornamentis ita excellat, ut sol fulgentiss. inter. longe lateque nitētia sidera splendidiss. Reip. ad administrationem eius humeris imponendam, de eius consilio remp. administradam, hunc pontificem talem ratu ipse, qualem describunt sapientiss. philosophi, unum dele-

delegisti, ad quem tanquam ad humani iustitiae viua libram, negocia transmitteres, sapientius multo quam Persarum reges, si Aristoteli habenda fides est, quod viro huic si quis reip. contingat talis, qualem paulo ante descripsimus, negocia regni omnia permittenda putabat. Neque id solum facis, sed cum nostra tempestate inter Christianos reges potentiss. T. S. M. remp. Christianam, quae calum in literis sacris dicitur, suis sustineat humeris maxime, ut olim Atlas calum suo capite fulsisse est dictus, ut hic Atlas cum conquiscere à laboribus volebat, Hercule supposito fulciebat fulgentia sidera. Sic T. M. apud omnes nationes, quae iuis sceptris obtemperant, calum, id est, sacrosanctam ecclesiam fulcis, hoc Hercule supposito. Nam verè Hercules, Hercules non erat, si cum hoc tuo Cardinali conferatur. Hic n. verè Hercules. i. huius aeris gloria, huius vitæ, quam degimus, decus est, id n. Græca vox. Hercules Latine sonat ita velut sidus fulgentiss. res omnes, et diuinas, et humanas suis humeris sustentat, et tanta gerit facilitate, quanta post homines natos nullum meminimus, ut in spem maximam adducar te Rege inuictiss. et tuo hoc ministro pontifice, et Card. splendidiss. rem hanc, quam molior cesuram felicissime si modo sit qui hoc apud tuam maiestatem proponat, ut quemadmodum capta, et perfecta per regem potentiss. Ptolemaeum, et Pontificem Eleazarum, ita sartum tectum reddenda sit sub auspicijs inuictiss. regis PHILIPPI, et eius ministri fidissimi pontificis Cardinalis. Hos mihi alit animos (T. S. M.) cum hac mente, et cogitatione lustro, nec eos depono, cum in meam tenuitatem descendendo, quanquam me meo pede, et modulo metior. Venit enim mihi in mentem Demetrius Phaleræus, quo non tenuior ipse sum cuius precibus Rex Ptolemaeus literas sacras describendas curasse dicitur. (Erat enim demetrius Phaleræus grammaticus regia Bibliotheca Alexandriae praepositus.) Is ad Ptolemaeum Aegypti regem detulit legem Dei, apud Iudaos negligenter scriptam iacere, regia cura esse negligentiam illam è re omnium maxima pelleret. Qui minus ipse PHILIPP. Hispaniarum regē inuictiss. qui sineis imperij hinc in Morinos, Italos, illinc, in Indos, in extremas terrarum insulas protulit, quanuis tenuissimus appellem: conquerar que apud meum regem, cuius hac cura maxima est, ut veram De religionem tueatur aduersus impios, et defendat, libros sacros veteris testamenti apud omnes partes Christiana reip. aliqua ex parte negligenter legi in auditum ab ipsis inuictiss. nascentis ecclesiae Christiana, et nunquam usque ad hac tempora visum malum ecclesiae inuasisse, quod Iudaismus (quanuis his partibus inquisitoria cura arceatur puraque sint nostra Hispania illorum secundum Deum beneficio) passis velis per multas ecclesias peruolet, quod ardentissimo studio cognitio scriptura à quibusdam è Iudaorum libris petatur apud exterarum nationes relictis pene iam sanctorum patrum scriptis. Regium est munus, non solum apud suos, sed etiam apud alias nationes tantam pestem auertere. Demetrius regem infidelem Aegyptium de lege Dei, à qua rex ille erat alienus, quaque non apud Aegyptios, sed apud Iudaos erat scripta negligenter, nihilominus quod nutu Dei reges regnēt, cura regia esse

esse putauit quidquid ad veram Dei religionem, etiam in alienis regnis, pertine-
ret. Et rex Ptolemaeus non mediocri gaudio est delibutus, quod à Demetrio de re
tanta fuerit admonitus, et Demetrium collaudauit, eiusque precibus, quod peteba-
tur, indulgit. Quāto iustiore de causa ipse ad eum regem adibo, qui catholica fidei
praeceptis propugnator, et defensor sit: supplexque ad genua accidam, dicamque ad
regem regum maximum pertinere, hoc tantum etiam apud exterarum nationes refe-
care malum. Demetrius magnis impensis, magnis sumptibus opus esse aiebat, ut
res tanta peragi posset, sed neque hoc munificentiss. regem PHILIPPUM à tanto
incepto deterreret unquam quae in rebus, quae ad Dei Opt. Max. cultum, et reli-
gionem spectant, Alexandri Magni liberalitatem, quae omnium scriptis est nobi-
litate longe, et multum à tergo relinquit: Ego tamen per exiguo sumptu, tenui im-
pensa opus esse dico, aut nulla potius: exornas enim rex inuictiss. Bibliotheca mag-
nificentiiss. undique conquisitis libris, cuius praecipuum ornamentum est, et decus ma-
ximum, non si vulgares, et qui omnibus ad manum sunt, libros praeferat, et osten-
tet, sed si omnium disciplinarum sacros praecipue libros antiquos, et peruestos,
Graecos, et Latinos raros undique conquisitos, tam typis excusos contineat, quam
manuscriptos, quos T. R. M. ex Bibliothecis Italis, Germanicis describi iu-
beat, et à toto orbe terrarum conquirendos curet, et in ea reponendos, ut pracla-
ra ingenia, quae fecunda virorum Hispania alit, iuuet, et ad scribendum excitet.
Hunc enim usum regia Bibliotheca habet, ut studiosis, qui ad scribendum ani-
mum appulerint, librorum, quibus fuerit opus, fiat copia. Nam ut tabellio sine ca-
lamo scribere, tibicen sine tibia canere, ita scriptor sine magna veterum librorum
copia magnum opus moliri non valet: alioquin nunquam Hispania in hac parte po-
steriores esset latura, quae ut ceteris nationibus non cedit armis, ita nec ingenio.
Hoc solo vincitur, quod aliae nationes antiquissimas, et plurimas scriptorum
vtriusque linguae, et omnium disciplinarum habent Bibliothecas, Hispania nullas,
absque hac vna tua, quam, ut tanta maiestate dignum est, pro omnibus qui ubi-
que terrarum sunt futuram speramus. Hac inquam re, et studiosorum scri-
pta, et studia, et haec nostra cepta à paruis inijs prouehere. T. M. multum po-
test. Nam (ut de alijs taceam, qui maiori omnis liberalis disciplina suppellectile in-
struati sunt, praeditique longe maiore sacrarum literarum cognitione) ego homo te-
nuis à vigilantissimo Dominici gregis pastore Petro Pontio Leone, Episcopo Pla-
centino, qui deditos literis, et disciplinarum studijs ad scribendum excitat, ac lite-
ratis hominibus indulgentiss. Macenas est, quibusdam Graecis libris manuscrip-
tis adiutus, quos ille apud se habebat, quosque acceperat utendos à Diego Hurta-
do Mendocça, commentaria hac in Esaiam prophetam, quibus ea, quae supra dixi
omnia, si non expressi, certe adumbravi, texere potui. Quāquam eorum copia an-
tequam cepto operi supremam manum imponerem, subducta est. Fateor tamen
sine eis minus erā factururus: quauis enim Iudaeorum aperire fraudes, et dolos,
ostenderemque translationem Lxx virorum cum lectione Hebraea mirabiliter con-
sentire,

sentire, eamque, et D. Hieron. interpretationem solam habere verborum discre-
pantiam fere, rerum nullam, cum altera alterius sit commentarium, ut dictum est.
commentaria illa breuissima, quae dico decerpta à Iudaeorum libris, quae vulgo cir-
cunferuntur, et leguntur audivissime, non sine magna, ut opinor, multorum peste,
delibata esse ex Iudaeorum libris, nihil promouerem tamen, et concitare populi
aduersum me cachinos, ut mihi, cum hac molirer à principio, et doctissimi cuius-
que sententiam quaererem, frater Gaspar Torres Theologus sapientissimus, et vir
prudentissimus dicere solebat, nisi simul omnes euoluerem sacros scriptores Gra-
ecos, et Latinos, rimarer omnia, et commentarijs è rabinorum fontibus haustis op-
ponerem commentarios alios ex sacris scriptoribus contextos, ubi res cum re, cau-
sacum causa, ratio cum ratione conferri queat: appareatque in luce sanctorum
patrum Iudaeorum cecitas, et caligo, prehendi que possit manibus, quod Iustinia-
nus Imperator ait, Iudaeos falsa interpretatione sua ab usosignatione hominum
qui Hebraice nescirent, et commotos fuisse dolos, quibus Hebraei sermonis rudes
homines à vera religione auerterent. Quare ut operosa mihi visa est, ita per quā
fructuosa, fortes fortuna, inquam, dicebant veteres, ego illud potius dicam, quod
ait Dominus, Aperi os tuum, et impleb o illud, rei tātā fuga laboris nūquam de-
ero. Vfus prudentissimi viri consilio exegi hoc opus, adiutus non magna librorum
copia, multo maiora factururus, si maiora nactus essem adiumenta: spes tamen opti-
ma mihi semper affulsit quoties animo lustrabam quanta animi contentione T.
M. uniuersas Christianae reip. parte istuendas suscipiat omnibus ornamentis au-
gendas, decorandas, illustrandas: quanto conatu tua regna Hereticis hominibus
purses, moribus, et legibus ornes: ubique terrarum pro fide catholica summa vi-
pugnes, templa magnificentissima ponas, quorum ad comparationem futurum est
ut illa, quae olim septem orbis miraculis adnumerabantur, incredibili fecunditate pal-
lescant, regiam Bibliothecam cōdas, libris undique conquisitis augeas, et am-
plifices, nouam instituas academiam superbissimis, et prorsus regijs adificijs insi-
gnem, regalibus augeas vectigalibus, libros sacros typis excudēdos cures, herbas
varias quibus arti Apollineae multum accedat opis, et adiuuenti ex ultimis or-
bis partibus iubeas asportari, quae, et alia innumera tua Maiestatis decora
alijs maiori tuba canēt. Ego tantum dicam, quod cum haec tacitus mecum reputa-
bā, oīa mihi secūda pollicebar futurū ut sub tali principe feliciter cedat hoc opus,
quod me a quidē sententia magnū esset, si quis modo magno ingenio, magna literatu-
ra, regio favore euocatus pro rei dignitate explicet, et absoluat, quod ego tenuiter
adumbrare tantum potui. Neque enim quantum commemini, post homines na-
tos, tanto quisquam ingenio fuit, ut rei, quam ipse incepisset summum adderet fa-
stigium. Speravi tamen semper, ut sub auspicijs regis regum maximi, et potentis-
simi, qui tanto studio modis omnibus reip. Christianae cōsultum eat, qui sollicitum
in omnes partes vultum circumagat, ut qua posset via cuncta illustret, et ampli-
ficet, hac restant nunc incepta per suos gradus ad summum perueniat. Quae spe
hos

hos meos labores T. M. nuncupare sum ausus, et genibus regis aduolutus imis precibus petere, ut libris hac mea incepta iuues, quod fiet si quinos, senosue T. M. iubeat utendos dari, cum priores saluos, et incolumis tuaregia Bibliotheca retuleres enim hac tanta est, ut sedentarium postulet studium, et indefessum, neque patiatur huc, et illuc excurrere eum, qui rei tanta manu fuerit admolitus, sicque prouehes mea studia ut tuaregia maiestati Christianaeque reip. quantum mea tenuitas poterit efficere, inseruiam. Quare, quantum arbitror extimulabit tua Maiestas, et excitabit alios, qui hoc opus a me ceptum felicioribus auspicijs capeissent, Quod sic natura comparatum est, ut inquit Plato, ut quare reges maximi suo favore prosequantur, uniuersa summo studio faceat respublica, ea agat, ea colat, ea meditetur. Excitantur, excitantur inquam, ingenia, quare rem hanc promoueant usque ad summum, reprimant Iudaeos, et Iudaeizantes, qui tanto impetu sese ferunt per omnes nationes, quanto ab inijs Christianae religionis Iudaei caput exerere aduersum nos nunquam sunt ausi. Vale Rex inuictissime.

Ad Lectorem.



Pellema iunt pictorem illum omnium scriptis nobilitatiss. solitum fuisse perfecta opera proponere in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latere, & vitia quae notarētur à transeuntibus auscultare. Quod, ut ait Arist. in omnibus lumē quoddā veritatis est, vnde pictor eximius excipere conabatur, quae ad suae artis perfectionē pertinere viderētur. Mihi latere nō fuit necesse nec clandestinis rumoribus hominū excipere. Nā cū copiam legendi, quae typis excuderētur, fecissem omnibus, etiā ijs, quibus hoc meū institutū nō magnopere placeret, relata mihi gratia est à viris optimis, ijsdēque doctiss. & literatiss. qui mihi significarūt presenti corā obijci à quibusdā. Primū illud quod contextū hoc opus sit ex scriptis sanctorū patrū Græcorū, & Latino-rū, qui more concionantiū nostri temporis scripturā loca interpretantur, ita ut rei, de qua disputant, cōgruant, parum solliciti de vero, & literali scripturā sensu. Ego pro concionatoribus causam dicere nō habeo necesse, quibus lingua, & vis doctrinae suppetit, ut horum dicta resellant. Pro veteribus patribus respondebo, ne quis erret, neue alios trahat in errorem. Igitur hi quibus haec nostra ratio parū placet, sciat sanctorū patres, vnde haec scripta excerpimus, nō solere ludere cum interpretantur scripturas, sed serio agere, & veros, & literales scripturā sensus explicare, & non à Cōcilio modò Tridentino, sed à temporibus vsq; apostolorum hūc interpretandae scripturā canonem praescriptum esse, ut docet Clemens Alex. Stromaton libr. 7. ut enodemus scripturā loca, de sententia veterum patrum, & more trapezitarū, eos veros sensus putemus scripturā, quos veterū patrū cōsensus, pbat. adulterinos, & spurios, qui à sanctorū patrū interpretatione discrepāt. Et illud rationis habeat viri docti hi, nō satis tutò dici sanctorū patres illos, cū aduersus Iudaeos, & haereticos disputāt, cū locis scripturā Iudaeos, & haereticos resellunt, ludere sanctorū patres, & scripturā deflectere, quò velint, parū sollicitos de vero sensu. Quid reliquū. n. esset si hoc largiremur, nisi uti fateremur inanissimis rationibus Iudaeos, & haereticos à sanctis patribus esse refutatos? Sed opinor pios homines, qui hoc mihi vitio vertere, haec non aduertisse, putasse hoc opus ex hominibus sanctorū tantū esse cōpilatū: quāquā si hoc ita esset, modestius cū sanctis erat agēdū, quod ecclesiae lumina, vnde hoc opus cōpilamus, scripturā veros ac literales sequitur sensus, siue cōcionētur ad populū, siue aduersus Iudaeos, & Haereticos disputēt. Sed alibi, aiūt, haec loca scripturā ijsdē sancti patres aliter interpretātur quā in ijs locis, quae ego cito. Quid nī fateor. Ego literale tantū sensum persequor, quē Hebraea, Graeca, Latina lectio sonat, eū sensum potissimū deligo ex varia sanctorū patrū interpretatione, quem Hebraea lectio cātat, & Graeca, & Latina, & qui cōgruat antecedētib⁹, & cōsequētib⁹, allegoricos, tropologicos sensus missos facio. An temerè hoc texēdū. erat op⁹ sine delectu, sine iudicio? Non

Non sat est si prophetae verba euangelicis, & apostolicis semper verbis congruant? Si euangelica interpretatio Hebraea lectioni semper cōsentiat? Si ab omnibus veteribus patribus ita explicetur? Sciant etiā me, quod facio, cōciliorū exēplo facere, quae plurima decernūt de sententia veterū patrū ut in disputatione de translationibus pluribus dicitur. Sic concilium Hispalense secundum act. 13. sanctos patres citat, & illorum testimonijs decreta decernit, quod facit etiam 6. Synodus Constantinopolitana act. 4. vbi sanctos scriptores citat, & illos sequitur, & omnibus nobis author est, ut eos sequamur. Neque sat habet semel fecisse nisi etiā actione. 10. eisdē citasset Doctores sacros, nobisque exēplo esset, ut eos sequeremur, & actione. 18. rursum eorū vtitur testimonijs. Et synodo Nicena. 2. actione. 6. citantur sancti patres, & alibi mille locis. Neque sordent tamen haec concilia nisi apud haereticos homines, & impios, quod sanctorū patrū citent testimonia, quae admonere libuit ne odio fortasse mei hi viri docti errēt, & in eos laqueos se induant, vnde postea se nequeant explicare. Nec tantum amorem praese ferant in ea scripta, quae à Iudaeorum commentarijs sunt contexta, à concilijs sanctis admoniti Iudaeorum fugere interpretationem, qui, ut conciliorum verbis vtar, in nouam semper recrudescunt infaniam. Sciat igitur quisquis haec leget, si quis fortē leget, hoc opus delibatum esse ex thesauro apostolorum, & repositoio ecclesiae, ut Irenaei verbis vtar, sic enim sanctorum patrū scripta nominat, & inde petendam scripturā explanationem putat, non ex Iudaeorum scripms, ut postea latius est dicendum. Obijciunt illud etiā quod puncta mutē, qua de re pluribus dictū est in disputatione de translationibus. Interim illud dixisse satis erit, Chrysostomū in ca. 1. Genes. homil. 3. docere in sacra scriptura, etiā in leui dictione, variam esse sententiarum vim, & in credibilibus diuitias inueniri: esse similē scripturā fonti, & thesauro, qui nouis semper scatuiat diuitijs: & tantā esse huius fontis scripturarū vbertatem, ut qui ante nos fuere aquas inde hauserint, & qui post nos futuri sunt inde sint hausturi, nec sicut totum sine vacuaturi tamen. idem Chrysost. in caput Genesios. 5. homil. 21. obsecrat ne simpliciter, ea quae in scriptura sacra continentur, accipiamus, quod multas sensuum habeat diuitias, quod dictata sit ab spiritu sancto, neque syllabam, neque apiculum in sacris literis esse, in cuius profundo non sit ingens thesaurus, & haec enties idē Chrysost. repetit, et homilia. 2. de eo quod dixit Esaias: Factū est anno quo mortuus est Ozias, Sibi inquit, qui fodiunt metalla ne minima quidem frustula praetereunt, verum vbi naeti fuerint aliquam venam auri, meatus omnes exactē circumspicunt multo magis hoc nos facere oportet in scripturis sacris. Cuius sententia est etiam D. Basilus in proemio operis de spiritu sancto, vbi viris theologis expendendos esse docet ipsos literarum apices, ipsas literas, & syllabas, non solum ipsas voces, & orationes. Cur ergo mihi quicquam vitio vertat si dum interpretor, & teor vulgatam D. Hieronymi interpretationem, & Lxx seniorum translationem, quibus auctore Gregorio Papa catholica ecclesia vtitur, Iudaeorū fraudes aperio? qui ut docet Clemens Alexandrinus Stromaton lib. 3. scripturas peruertūt ad proprias sententias torquēt apicū, & punctorū mutatione. horū ego veter aperire fraudes? aut liceat Iudaeis, & Iudaeizantibus puncta mutare ut Christum obscurant, nobis non liceat illorū aperire dolos, ut Christus purius astris resplendeat? non liceat nobis dū ad lucē euangelicā enodamus scripturam iuxta translationem D. Hiero. & Lxx virorum, expendere, quod Chrysost. in bet literas, & syllabas, & apices, & puncta, ut cōstabilatur sententia sanctorū patrū, & ut Christi mysteria, quae ibi latent, explicemus planius ad lucē euangelicā, non licebit factas à Iudaeis fraudes aperire? Sed aiunt, nihil fixū, & stabile sic erit, si puncta liceat mutare, si eodē iure (aiunt) vtatur Iudaeus, vt puncta mutet, omnia peruertet, nihil erit stabile. Quasi vero in ea re operā parferit Iudaeus, & non puncta multa mutarit, & nō hūc sibi à temporibus Christi proposuerit scopū, vt peruertat omnia, quod alibi pluribus est dictum. Quid? non fixum, & stabile satis est, quod Lxxij testes Iudaei suae tempestatis longe doctissimi. 300. annis ante aduentum Christi ad nos transmittunt, quod Christum clara voce sona & tot annis ante eius aduentum sacratum? Nam vt docet D. Hier. in epistola ad Damasum super quatuor euangelia Lxx viri, interpretatiōe sua, ei, qui sciat Hebraice, indicāt quid post eorū translationē in veteri testamēto sit mutatū, additū, aut detractū. nā sua interpretatione significant quibus punctis, quibusue literis legerint singula. Illa ne scriptio Hebraea, illa disputatione non fixa satis, & stabilis est, quae bis mille simo ante anno scriptis. 72. testiu est cōsignata? & ab apostolis ecclesiae tradita, & ab ecclesiae proceribus vsq; ad haec tempora quasi per manus transmissa. Si quid aequae antiquū haberēt Iudaei nō citarēt vti que, nō n. à Iudaeis faceret, sed à nobis. Nō dolēt viri docti si quid immutēt Iudaei, & Iudaeizantes,

tes, qualia innumera hoc opere esse mutata ostendimus, siquid dicas mutato pūcto vno, q̄ ap-
 pinxit Iudæus impius, dilucidius euangelio, responsurum, id maxime dolent, si sanctè, & reli-
 giosè tuemur vtranq; tralationem, Iudæos refellimus ex Hebræa lectione, & sanctorū patrū
 4 sententiā confirmamus, egrè ferunt, id que accusant. Improbāt, inquit, Salmaticæ hoc opus
 docti oēs theologi. Ego quos appellēt theologos doctos hi viri doctissimi nescio, vno poterā
 esse cōtentus, qui instar doctorū omniū mihi esse poterat doctiss. Mantius theologiae sacræ ca-
 thedraticus primarius eminētiss. cuius ex gymnasio tanquam ex equo Troiano innumeri pro-
 diere doctores theologi præcellentissimi, qui totā Hispaniam implerunt nominis sui gloria.
 Is legatus missus de re graui. ab hac academia ad regium senatum hoc opus meum secum de-
 tulit; senatui regio examinandum obtulit, & commendauit, & mihi in ea re sedulo operā de-
 dit, nūquā id facturus si hoc opus improbasset. Et cum alibi, tū etiam Pincia sciolos quosdam
 qui in hoc opus nostrū inuehebantur, repressit, sepeque alibi hoc nostrum institutum vir hic
 sapientissimus defendit. Quid doctissimus Magister Fraciscus Sanchus qui tum in omni libe-
 rali doctrina, tū in hac sacrata theologia inter primos semper est habitus, vnde q̄ graui. & do-
 ctissimi quiq; huius academix viri iurati per sanctè, excellētix inter theologos ceteros qui
 sacras literas veteris, & noui testamēti possent interpretari, ei testimoniū dedere, creatus ca-
 nonicus Salmaticēs. ecclesix scripturā sacræ professor est, citra cōtentionē vllā, nullo admissio
 cōpetitore, vt Theologus qui huius disciplinæ teneret fastigiū, & excelleret, cū pri⁹ creat⁹ ef-
 fet senatus sancti officij vicarius, est. n. ambidexter velut Homeric⁹ ille Asteropus, qui rerū
 cognitione inter doctos docēdo excellat, & qui in rep. gerēda, rep. Christianā mira dexteri-
 tate iuuat. quid ergo hic talis vir de hoc meo opere senserit, cū illū cōsulerē, cōferrēq; cū eo
 ex hoc opere priuatim plurima, ipse si volet, testabitur aliquādo. Meū nō est, qd ipse priuatim
 dixerit, testari publice, ipse testetur. Publicè si nō laudat, certe nō improbat. Sapientissimi viri
 illi Magistri Frater Petrus Sotus maior, Frater Ioānes cognomēto Peña qui fuere huius acade-
 mię lumina fulgētissima, non solū probarūt hoc opus, sed operā sunt mihi polliciti, & socios
 mihi huius operis se erant addituri, nisi morte intercepti essent. Quē tātacōmēdatio est quā
 tam exprimere vix possim. Vir sapientiss. & prudētiss. F. Gaspar Torres hoc opus tantis lau-
 dibus in cælum extulit, quantis alius nemo. Postremi in hac academiā venere vir clariss. D.
 D. Gregor. Gallus episcop⁹ Origuelēsis cathedrarius Salmaticens. Sacrorū Bibliorū emeritus,
 quē hęc academia admirata legentē, vniuersa Hispania admirata est cōcionātem. Et frater ger-
 man⁹ eius, acerrimi ingenij, doctrinæ raræ F. Ioannes Gallus, quē ob præclaras animi dotes, au-
 thoritatē, & excellentē doctrinā virū vnū delegit hęc academia, quē ad regem inuictissimū
 Philippū, & pontificē Max. Romā legatū de reb⁹ magnis mitteret, quorū episcop⁹ splēdidissi-
 mus cū quēdā ex meo opere legisset, nihil plus ab antiquis expectari potuisse dixit. Doctiss. F.
 Ioannes Gallus tot laudibus est hoc opus prosequutus, vt eas hic explicare esset inuidiosum.
 Certè inter innumeras occupationes, quibus vir religiosiss. distinebatur, singula penē capita
 excussit, & penē totius hui⁹ operis se exhibuit Aristarchū, & mihi sedulā operā dedit & meos
 hos labores doctrina singulari, & acerrimo iudicio perpoliuit. Nimis longū facerem si enu-
 5 ederē, quod indignū tā diuturno studio esse videretur. Ego his doctis viris, alijsque, quos fa-
 ma celebrat, quibus ego meos hos probaui labores placere volo, reliquis si nō placeo, nō sum
 magnoperè sollicitus. Illud vero ridiculosissimū, q̄ vitio vertitur q̄ ad Christū referā omnia, cū
 Aug. in caput. 5. Ioannis, tractatu. 23. dicat, putemus scripturā Dei tanquā agrū esse, vbi aliquid
 volumus edificare, fodiamus altius donec perueniamus ad petrā, petra autē erat Christus. Cū
 hęc dicat Aug. si Hebræa, Græca, & Latina lectio plane Christum sonat, adeo vt interiectis di-
 ctionibus, & multa fraude obscuretur à Iudæis, nō aperiā dolos? Christū in prima facie scriptu-
 ræ p̄minētē, & purius astris splēdētē, nō ostendā digito? altius effodere iubet Aug. vt appareat
 Christus, p̄minet in prima literę facie, & Iudæorū more iniecta terra illū obscurabo? Sed oīare
 fers, aiūt ad Christū, at qui idē Aug. in epistolā Ioānis Tractatu. 2. Quicquid scripturarū est (in-
 quit) Christū sonat, sed si aures inueniat. & idē Aug. lib. 12. cōtra Faustū Manichēū ca. 27. Chri-
 stū sibi vbiq; in scripturis occurrere ait. Augustino fidē nō habebō? Iudæis, & Iudaizātibus ha-
 bebo? qui scripturā omnē vt sancti patres aiunt, fabulas faciūt aniles? Indoctos aiūt Hebræi ser-
 monis sanctos patres & imperitos solo excepto D. Hiero. quū Paulus doceat spiritū sanctū de
 disse quosdā apostolos, quosdā p̄phetas, quosdā doctores: sunt. n. quidā qui plusquā satis est
 libere de sanctis patrib⁹ pronūciāt, indoctos appellāt in plerisq; q̄ Hebraice nescierint: & nō
 vident quod in hoc opere ostēdimus Iudæos & hereticos solitos esse sanctos patres appellare
 indo-

indoctos, & hanc primā viā esse ad impietatem, veteres patres imperitię arguere, & inscitie re-
 rū & verborū. Qua de re quid respōdeant veteres patres, dictū est alibi latius. Saltē aiūt, iuxta
 tralationem. Lxx virorum scripturam semper sonare Christum, nam quod tempestate Lxx
 interpretum iam expectabant Iudæi Christum; Lxx viros aiunt sua tralatione omnia retulisse
 ad Christum. Quanto Christianè magis Iustinianus (vt alibi dicitur latius) quod Lxx viri (in-
 quit) illustrati lumine spiritus sancti presentibus oculis mysteria nostræ redemptionis om-
 nia viderunt, ad illa mysteria Christi quæ videbant, suam accommodarunt translationē. Hęc
 magis Christiani hominis oratio est. Coguntur fateri pij, & docti viri Lxx viros omnia ad
 Christum retulisse 300. annis ante Christi aduentum, & ita verisse scripturam, vt eorum in-
 terpretatio in omnibus, veros habuerit euentus, vt vera dixerint semper, & scripserint. 300. an-
 nis antè rem gestam. Quæ restam est mira, vt veteres patres hoc nomine eos prophetas appel-
 larint, quod ita scripturā interpretati sint tot annis ante tempora Christi, vt euangelicè, & apo-
 stolicè illam sint interpretati; & audent dicere nostri homines, quod expectabant Christum
 Lxx viri, ideo omnia eos retulisse ad Christum. Si errabant quomodo semper concordant cū
 euāgelio, & apostolicis literis? errat ne quisquam ita vt semper vera dicat? Audent rursus im-
 peritos dicere Lxx viros, omnia veterum scripta doctissimos suæ gentis aiunt (nā de D. Hiero-
 niā respōdimus) idq; non solū nostri testatur, sed Iudæi, Philō, & Iosephus, & Aristæus alic-
 ni à nostra religione. Et quidā adeo ardēt odio Lxx vt nullo teste, nullo authore, affirmēt ta-
 6 men imperitos fuisse Lxx viros. Pergunt porrò, negant eo tempore quēquā Iudæorū Hebraicè
 scisse, negant scripturā sacrā Hebraicè fuisse conscriptam, quod lingua Hebræa eo tēpore
 perijisset idq; literis mandant quidam, typis excudūt, nullo teste, nullo authore, aduersantur
 veterū monumentis Philoni, Iosepho, Iudæis doctissimis, & Aristæo, qui scripturā sacrā He-
 braicè scriptā docent, & Hebræę linguæ doctissimos fuisse Lxx viros. Mitto nostros, quod il-
 lis apud quosdam nescio quanta sit fides. Si authorem aliquem ex veteribus citarent, quō pro-
 barent Hebræam linguam perijisse tempestate Lxx virorum, & scripturam non fuisse scriptā
 Hebraicè, aduersarent sanè Iosepho, Aristæo, & nostris. Nullo authore, nullo teste aduerse-
 tur quisquam antiquis scriptoribus, testibus oculatis? quo nomine hęc audaciam nominem,
 ignoro profus. Sat illis debuit esse, quod euāgelicæ, & Apostolicæ literæ Iudæorum lin-
 guam Hebræam nominent, nē negarent Hebræam linguam, eo tempore, vtitatā apud Iudæos
 fuisse. Nisi Hispanam linguam, quod Maurorum vocibus immutata est aliquantum, Hispanā
 esse negemus. Ego, vt dicam quod sentio apertè, non obliquis sententijs, si quis quod oculati
 testes prodidere, de Indis, aut de locis longè summotis, quod narrant hi, qui ea loca peragra-
 runt, & suis oculis lustrarunt, falsa contenderet esse, negaret esse Indos, negaret esse Perulios,
 Mexicum, cum ipse nunquam pedem extulisset patria, cum se semper cōtinuisset domi intra
 domesticos parietes vixisset semper, furere mihi, & insanire videretur. Non est ferendus igitur,
 qui natus quinquagesimo, aut sexagesimo ante anno sibi credi postulet de his quę bis mil-
 lesimo ante anno facta sunt, & mentiri dicat oculatos testes, veteres omnes scriptores illis tē-
 poribus proximos, Iudæos etiam qui nobis astipulantur, & aduersantur suis Iudæis, Philonē,
 scilicet & Iosephum, & Aristæum Agyptium qui Hebraicè conscriptam esse scripturam sac-
 ram prodidere, & Lxx viros doctissimos Hebraicæ linguæ fuisse, & legis Mosaicæ eruditissi-
 mos. Tantone odio ardebit quisquam Lxx virorum, vt nullo authore: nullo teste mentiri
 dicat scriptores omnes qui illorum historiam literis prodiderunt? Sibi postulent credi de re-
 bus quæ bis millesimo ante anno acciderē, a nostris temporibus tā longè summotis? & detra-
 hi fidē antiquissimis scriptoribus, qui illa monumentis literarū tradidere? Exularunt inquit
 Iudæi apud Babylonios per septuaginta annos, & tāto tēporis spatio, & tot ruinis, perijt He-
 bræa lingua. Exulāt per mille quingentos annos post Christi aduentū, mille ruinis accisi, & nō
 perijt Hebræa lingua etiam nunc, & perijt per septuaginta annos cum Hebraicè loquebātur?
 & prophetas habebāt, qui Hebræa lingua prophetarēt Ezechielem, & Danielem, etiam cū
 exularent apud Babylonios? Sed Daniel aiunt Chaldaicè scripsit multa, quæ lingua Babylo-
 nicā erat, ita est, sed scripsit etiā Hebraicè, & Zacharias, & Aggeus, qui post captiuitatē Babylo-
 nicā fuere, Hebræa lingua scripsere. Nō perijt ergo lingua Hebræa captiuitate Babylo-
 nicā. Age Ezechiel, Daniel, Zacharias, Aggeus eadē lingua scripserunt suas prophetias, qua Moses,
 & Esaias, & prophetæ, qui fuere ante captiuitatem Babylo-
 nicā, neque quisquam sciet Hebraicè, qui vel vno apice distare dicat prophetas, qui fuere ante captiuitatē Babylo-
 nicā, & eos qui fuere post captiuitatē Babylo-
 nicā. Non excidit ergo lingua Hebræa. Certè nō verba face-
 rēt prophetæ ad populū ea lingua, quā populus nō intelligeret, & lib. 2. Esdræ ca. 8. cū. Esdras
 legem

legem Moſis recitat populo coram multitudine viroꝝ, & mulierum, cunctiſq; qui poterat intelligere, Hebraicè legit, & ſcriptura dicit, lectam eſſe coram multitudine viroꝝ, & mulierum, cunctiſq; qui poterant intelligere. Intelligebant ergo mulieres Hebraicè nedum viri. Si peruicax ſis, & dicas Moſen & reliquos prophetas non fuiſſe ſcriptos lingua Hebræa, ſed tranſlatos è lingua Hebræa, & eſſe ſcriptos ea lingua, qua populus Iudæoꝝ vtebatur poſt captiuitatem Babylonicam, qua ſcripſere etiam propheta poſt captiuitatem Babylonicam. Sat hoc mihi eſt huius linguæ doctiſſimi ſuæ tempeſtatis erunt Lxx, quod aiunt Iosephus, Philon, & Ariſtaus, hoies à religione noſtra alieniſſimi, ne eos dicas nobis fuiſſe. Quid? quod aduerſantur literis ſacris? D. Ioãni. c. 5. Hebraice bertheſda, & 19. Hebraicè Golgotha, & Hebraice gabata erat ſcriptus Hebraice, Græce, & Latine. Lucas cap. 23. literis Græcis, Latinis, Hebraicis, & Act. 21. Loquebatur Hebræa lingua. & 22. Rurſus Hebraica lingua. & 26. Hebræa lingua. Nemo igitur tanto flagret odio Lxx viroꝝ, vt literis ſacris aduerſari contendat, vt de laude Lxx viroꝝ detrahat. Illud exciderat, quod mihi obijci ſolet à quibuſdã quod nemo magis Iudæoꝝ, & rabinorũ testimonijs vtatur cũ Iudæis aduerſer, & hũc mihi propoſuerim ſcopũ, vt illorũ ſcripta reſellã. Quid? an non publica lex hominũ naturaq; continet hoc fas, vt telainimicorũ in ipſos retorqueamus, & inimicorum armis inimicos iugulemus, & ſuo gladio ipſorum pectora confodiamus? Quis vnquam Dauidi vitio vertit quod Goliath Philiſtæo eius gladio caput præciderit? Ergo hoc opus textum eſt ex ſcriptis ſanctorum patrum, qui proximi fuere temporibus Chriſti, quos ſequuntur concilia, & vnde ſancti patres cenſent petendam ſcripturæ interpretationem: & iudicio inde excerptum hoc opus eſt, quando Hebraicè, & Græcè editioni, & vulgatæ ſententiæ congrueret ſanctorum interpretatio, & literalis eſſet, & antecedentibus, & conſequentibus reſponderet. Interpretamur vulgatam D. Hieronymi editionem è tralatione Lxx viroꝝ quam euangelia citant, & apoſtolica litera, & ſancti patres, & reſellimus Iudæos qui obijciebant nobis apoſtolos, & euangelistas citare tranſlationem Lxx viroꝝ, quæ toto cælo diſtaret à lectione Hebræa, oſtendimus non diſcrepare à lectione Hebræa, ſed cum lectione Hebræa mirabiliter conſentire. Nam quod D. Hieron. inſcriptione hoc crimen Iudæoꝝ diluerat cum negauit citatam Lxx viroꝝ interpretationem ab Euangelis, & Apoſtolis, reſellebatur à Iudæis, & à noſtris. Oſtendimus tralationem vulgatam, & Lxx eandem habere ſententiam, hoc diſferre quod tralatio D. Hieronymi ad verbum eſt reddita, interpretatio Lxx viroꝝ in plerisque paraphraſis eſt potius quã tranſlatio. Efficiamus vt ſcripta ſanctorum patrum ſint magis vlti literatis hominibus: nam ſi interpretantur tranſlationem Lxx viroꝝ, & ea à veritate Hebræa diſcreparet, interpretatio ſanctorum inanis videretur, & caſſa. Nunc cum oſtenditur conſentire cum lectione Hebræa, neque ab ea latum vnguem diſcrepare, reſerre magna Chriſti myſteria, eundem habere ſenſum cum tralatione vulgata, & eſſe veſtigi ſcholũ vulgatæ tranſlationis, multo magis vtilia veterũ patrum ſcripta ſtudioſis erunt. Si hoc aduerſatur ſcriptis conſarcinatis ex Rabinorum commentarijs, tantũ abeſt vt fraudi mihi eſſe debeat, vt hæc multo maior accedat vtilitatem cenſenda ſit.

LEONIS CASTRI SACROSANCTAE THEOLOGIAE,

INGENVARVM QVE ARTIVM SALSANTICENSIS MAGISTRI, IN COMMENTARIA IN ESAIAM PROPHETAM

praefatio: et disputatio de D. Hieronymi, et Lxx interpretatione, aduersus veteris Testamenti recens editas quasdam interpretationes.



Rinceps Philosophorum Plato vi. de Republ. lib. postquam eius Philosophia, quam nos sacrosanctam Theologiam nominamus, dignitatem descripsisset, & veri Philosophi naturam monstrasset, adiecitque virtutes eas, quibus praeditos esse oportebat sapientia veros sectatores, conquestus pluribus verbis est, hos raros esse (vt maxima quæq; sunt rarissima) & horum pluresque à meditatione sacrae sapientia ad summos Reipubl. magistratus, ad prouinciarũ gubernacula tractanda tranſuenſos rapi necesse esse, eosque aliquando, vnde hæc disciplina summa incrementa erat acceptura: Et inde fieri vt relinqueretur nonnunquam sacra hæc doctrina hominibus, nulla disciplinarum suppellectile instructis, vitio ingenio, & detrito, artibus tenuioribus, qui relictis suis artibus, ad hæc studia sacra commigrassent, fordibusque manibus ea attrerent, & infamarent indignissimè, eorumque splendorem terra quadam labe commacularent. Quod vtinam nostra tempestate nõ tam verum esse experti essemus, nec ita esse testis esset Oecolampadius, Philippus Melanchthon, & alia id genus Lutharanorum monstra. Esse tamen non paucos prodidit vir sapientissimus, qui alta quadam, ac diuina mente praediti, relictis alijs disciplinis, quibus se dedissent ad hanc sacram sapientiam cõfluxere, quod maius ingenium illorum erat, & mens altior, ac diuiniõ, quàm cui vlla alia doctrina facere satis posset, qui huic diuinæ sapientia summum decus addidissent. Esse quoque magna ingenia, quæ se in altissimum otium assererent, contemnerent opes, & diuitias, potentatus, & magna nomina, & in hac rerum cælestium scientia ita versarentur, vt excelleret, & orbis terrarum essent lumina splendidissima, quibus non posteriores tulissent, qui ingenio acri praediti, & diuina quadam mente insignes suis artibus, quas prius factitabant relictis, ad huius disciplina cultum conuolassent, quorũ è numero (vt Aelianus est author) Plato ipse erat, qui relictã poetica, in qua excelluit ad philosophia cultum se contulit, & ob admirabilem quandam sapientiam diuini cognomen inuenit. Theagen nominat Plato, & alios quosdã qui cum sero se in huiusce disciplina portum recepissent, non sine magna laude in ea sunt versati. Nos maiora habemus exempla. Ex hoc enim genere fuit D. Augustinus, D. Ambrosius, Chrysostomus, Basilii, alijque non pauci, quæ Christiana Reipubl. fulgentissima lumina vniuersa ecclesia veneratur, ac suspicit. Tertium verò genus eorum est, qui huius sacrosanctæ sapientia amore incensi, cùm consilij nobis essemus ingenij tarditatis, doctrinaeque perexigua, admoneremurque ab eodem Platone, eum qui vellet adire hæc sacra studia oportere, vt omnis artis haberet comites, & administras, duceretque ancillas ad arcem, nec solum acri excelleret ingenio, nos solabamur illo vulgato: Non possis oculo quantum contendere lynceus, Nõ tamen idcirco contemnas lippus inungi. Voluebamus animo illud Aristotelis, vel tenuissimũ quiddam è rebus cælestibus delibare, multo esse praestabilius, quàm horum omnium inferiorum cognitionem mente complecti. Si rursus commoneremur à puero hæc esse adenda studia, multos esse fubeundos, & experiundos labores. Subibat illud, nullam ætatem feram esse discipulis, saxum durum esse, vndam mollem: gutta cauata videri dura saxa. Nihil mollius manu hominis, nihil ferro durius, manubria tamén ferrea cultorum, & machærarum sapius humana manu tractata, & diutius, exesa videri. Non laudari homines, quos fuga laboris perasum magni incepti, rerumque magnarum est. Certè cùm in mentem venit huius desiderij, quod me à primis studijs abduxit, & ad hæc studia sacra traduxit, non temerè summus poeta mihi videtur dixisse -- Di ne hunc ardorem mentibus addunt? An sua cuique Deus est dira libido? versat enim Deus mentes humanas quò vult, huc enim & illuc, quò placet, torquet &

quet & fleat. Nam inter Herculeos labores quos adolescens tuli, horum desiderio ex-
 stuabam noctes, & dies: placebat mihi laudatus Vlysses, qui cum apud apud Circeam, & Ca-
 lypsonem vitam plenam, ac confertam voluptatibus degere posset, optavit potius duros pati
 labores, & repetere natale solum, optabat vel morte depacisci, ut fumum de patrijs focis pro-
 filientem videret. Quam imagine nos admoneri putat ille alter, satius multo esse, dum caelum pe-
 timus, quæ nobis patria est, meditari studia sacra, & sic per exiguam vitam degere, quam omni-
 bus diuitijs abundare, & Tithoni, quod aiunt, transcendere senectam. Multa enim Homerus
 (ut Iustinus Martyr docet) de doctrina prophetarum hausit, quæ in suam poesin est mutuatus.
 Statui deniq; imitari Iacob, qui cum coniunctam sibi matrimonio Liam, quæ lippis erat ocu-
 lis, vidisset pro mercede septem annorum, quos seruiisset Labam, forti animo aggressus alios
 septem annos seruire eidem pro Rachel, quæ decora vultu erat, & egregia figura oris. Sic enim
 ipse cum contriuissem vitam, & ætatem meam in perdiscendis linguis, excelsisq; studijs
 humanioribus, cum mihi comparatas eas artes animaduertirem, quæ lippis oculis mihi esse
 viderentur, neq; si intra earum cancellos substitissem, magnopere decora: decreui studiofo-
 rum labores renouare, redintegrare studia, & qui ad studiorum metam peruenisse me putare
 stadij carceres repetere, & de quo studia auspici sacra. Ita animatum ecce vir doctiss. magi-
 ster Franciscus Sanctius Theologiæ, & philosophiæ professor eminentissimus, me ad hæc stu-
 dia inuitat, æquum Lydium in campum (quod aiunt) ut secum vnâ Aristoteleos libros ad-
 irem, excitaretque ad maiora, altiora conciperem animo, nec semper humi reperem, pollicetur
 operam, addit animos, fore ut cõiunctis studijs secum vnâ magnos in studijs. Philosophi-
 cis, Theologicisq; facere progressus possem. Accipi conditionem, ne longiores traham am-
 bages, hunc nactus doctorem Theseum ducem, & antesignanum; qui in hoc literarum lyceo
 ingenuarum artium, & sacrosanctæ Theologiæ cognitione inter primos erat, per viginti plus
 minus annos per Aristoteleos campos, per Platoniam doctrinam, per Theologorum libros,
 quanta potui cura sum vagatus, quo tempore vnâ cum hoc viro doctissimo, & præcellentissi-
 mo omnia opera Aristotelis, omnes Græcos interpretes, postea Platonem, & Platonicos phi-
 losophos, Plotinum, Proclum, Olympiodorum, Hermeam euolui, priusquam ad theologos
 adire cõpisssem, deinde totum me contuli ad studia sacra, in quibus posteaquam tantum pro-
 moueram, quantum meo doctore, & Theseo huic viro sapientissimo visum est satis, ut magi-
 sterij honore in sacra hac Theologica disciplina insignirer: Magister theologus sum in hac
 insigni Salmanticensi Academia creatus, ut studiorum meorum rationem publicè in theolo-
 gicis commissionibus, & ingenij specimen quotidie præberem, probaremq; me vulgo nõ lu-
 fuisse operã, promouisseq; aliquid in his studijs, in quibus me tam diu viderent versari.

Quod cum confecissem, multumq; temporis postea euolendis sacris noui & veteris testa-
 menti libris impendissem, ne auram popularem tanto conatu viderer comparasse, ut gemini
 vertice micarent flosculi, & ne temerè viderer ad Græcas, Latinasq; literas, & Hebræas, & ad
 Rethoricas, & ad bonas artes, quas per tot annos profitebar Aristotelicam, Platoniamq; do-
 ctrinam, & sacra theologiæ cognitionem adiunxisse, non sine magno, & penè dixerim Her-
 culeo labore, circumspiciebam tacitus, qua parte potissimum hac studiorum congerie, qua vi-
 tam, & ætatem meam contriueram rei literariæ prodesse quocunq; modo possem. Quamuis in
 his studijs non tantum promouissem quantum iat erat. Tamen cõpici cogitare, laudatam esse
 viduam illã quæ in gazophylacium, vel duo minuta ærea obtulit. Mihi quoq; nõ fore fraudi
 putabam, si quantum possem sacrosanctæ ecclesiæ matri muneri obtulissem.

Cum cuncta animo, & mente lustrarè, per multos annos versanti sacros libros veteris testa-
 menti, occurrit illud quo aliquantulã opellã sacrosanctæ Theologiæ studiosis me ferre posse
 putavi. Incidi em in quosdã veteris testamenti ad veritatè Hebraicã (vt ipsi aiunt) translatores
 qui Septuaginta viros, conuicijs prosequerentur, imperitos, & rudeis patrij sermonis esse dice-
 rēt, te etè quoq; D. Hieronymi tralationè improbarēt, noua quædã in Remp. Christianã indu-
 cerēt, contra quã monet illud vetus prouerbiũ *non moueda, ne moueris*, quod
 diuinus Plato in religione, & rebus sacris, si semel de eorum veritate constiterit, potissimum
 obseruandũ putat. Nam nescio quomodo præ se fert semper legisse nostra: capitale enim ex-
 istimat vir sapientissimus debere esse, si semel de veritate religionis constiterit, receptas, & sta-
 tas res sacras mouere loco, aut mutare, nisi quid in melius mutes, quod religionè receptã con-
 stabiliat magis, & confirmet: contra hoc, inquam, quosdã facere reperiebã, qui nouas quãdã
 edidit

A edidere veteris testamēti editiones, quiq; adiecere cõmentaria breuissima, veluti oracula quæ
 dam Pythagorica, quæ recipienda essent, & si quid dubitationis incidisset, necesse esset dicere
 dicitur. Quæ mihi statim magno perè suspecta sunt visa, quod diuissimè obseruans, nullam
 prorsus veterũ patrũ in his mentionè fieri animaduertè. Non agnoscebam nostros, videbar
 agnoscere Iudæorũ castra, non inter meos, sed inter alienos versari videbar. Quamquã aliquan-
 do illa charta Christũ & apostolos sonarēt, suspicabar (sum enim suspiciosus) verbis illis blã-
 dis inescari homines, ut venenũ biberent. Est enim hic morbus eorũ, qui Rabinorum scrutan-
 tur cõmentaria, ut nostros oderint, neq; quos legant, aut citent dignos deputent. Monuit hoc
 benè Socrates apud Platonem: Etiam atq; etiã vide (inquiens) quos libros legas potissimum,
 quãmue tractes disciplinã. Sic enim natura comparatũ est, ut si quis foetulentia affuescat rerum,
 foetidissimarũ, res illa foetida benè ipsi oleant, foeteant contra opobalsama, foeteant Arabici
 odores. Cui simile illud est, quod cum alij patres, tum CLEM. in pædag. inquit lib. 2. c. 8. Mir-
 rha, & gutta, & casia à Christi vestimentis exhalat, quæ quidã, affueti foetulentia, auersantur,
 vt suauissima vnguenta vultures, & scarabei, quos aiunt, rosaceo vnguento perunctos necari,
 refici foetore. Iam igitur hoc primum cõpici displicere, quod in his nullam prorsus sanctorũ
 patrũ repererim fieri mentionem.

Cum hoc cum Theologis quibusdã doctissimis contulissem, erras, inquiunt, breuitas hoc
 facit, & authoris grauitas, hæc pauca lectissima quæq; excerpta ex cõmentarijs sanctorũ pa-
 trũ suppresso nomine sunt. Audias viros doctissimos sensisse ab Spiritu sancto hæc esse dicta-
 ta. Mihi statim hic error ingens est visus, qui latissimè serpere posset, & imperitorum me-
 teis inficere veneno, quãdo viros sapientissimos in tanto viderem errore versari. Cõpici magis
 ad id attendere, reperi lectissima illa, quæ excerpta ex scriptis veterũ patrũ suppresso nomine
 doctissimi viri arbitrarētur, quæq; alij (nescio qua delusi vana rerũ imagine) ab spiritu sancto
 dictata esse discerent, excerpta esse ex cõmentarijs Rabinorũ, ex Rabi Abrahã, Rabi David,
 Rabi Kimhi, Rabi Selomoh, R. Mosel. & ex huiusmodi Iudæorũ portentis. Cõpici tunc mul-
 tũ magis suspicari testos hos esse dolos, & testas Iudæorũ insidias & fraudes. Nã si R. Abrahã
 & R. Selomoh, & reliqui huius notæ, illorum iudicio verè interpretantur scripturas, & erran-
 bant olim D. Hilarius, Athanasius, Ambrosius, reliquiq; patres veteres, qui Iudæorũ interpretatio-
 nes nominabãt nugas, ludibria, fabulas: apertè agant, personã detrahant sibi, qui hæc etiã viris
 doctissimis obtrudere parant, dicant Iudæorũ sententiã esse verã, errasse nostros, ut sciamus
 illos hostes esse nostros, & aduersarios, quos nostris castris, infestis telis oporteat repellere, nõ
 quos in nostra castra recipiamus. An nõ periculosissimũ est, quod suppresso nomine, deliria
 Rabinorũ Christiano populo pro sanctorũ dogmatis propinantur? Certè D. BASIL. in epist.
 ad Alexandrinos, technã dæmonis hæc esse putat, quando aperto Marte, & directa fronte pu-
 gnare aduersus ecclesiã nõ potest, vt insidijs agat, & verset dolos, & per eos aduersum nos pu-
 gnet, qui Christianorũ sibi aptarint insignia, vt Christiano nomine testi in rebus maximis fal-
 lant. Cõpici admouere magis aurè, reperi euangelistarũ & apostolorũ fieri aliquando mentio-
 nẽ raro tamen, quodq; magis auxit suspicionẽ (si suspicio hæc dicenda est, & nõ certa res) mul-
 ta loca explanata ab apostolis, & euangelistis, deprehendi ab his longè secus de Rabinorũ sen-
 tentia explanari: euangelistarũ aut apostolorũ ibi nullã fieri mentionẽ. Incidi in commenta-
 rios Oleastri cuiusdã, qui iam non testè, sed planè, & apertè Rabinos citat, deq; eorũ sententiã
 scripturam interpretatur, sanctos patres vniuersos citat aliquando vt refellat, & ad Rabinorũ
 librã eorum scripta expendat, & castiget, vulgatã interpretationi alias anteponat: iam hæc
 licentia nihil licentiũ esse putabam.

Aiebant boni viri, doctissimi illi quidem, & rei Theologicæ scientissimi, sed qui hæc parũ
 cautè expendant, Rabinorũ hic sensus literalis est, sensus euangelistarũ & apostolorũ spirita-
 lis, quo quid pestilētius dici aut fingi possit, nõ video, ut in fine huius disputationis pluribus
 est dicendũ. Interim illud dixisse contentus ero, veteres patres videri potuisse (si hoc ita esset)
 ludere, cum millies vt in his cõmentarijs in Esaiã apparebit, Iudæos & Iudaizantes refellũt,
 quod vaticinia de Christo, & Christi temporibus ad Assyrios, Babiloniõsue referant, cur em
 Iudæos redarguant? si Iudæi sensum literalem docent, apostoli, & euangelistæ spiritalem, cur
 D. Hieronymus toties Iudæos & Iudaizantes, quod sua interpretatione impia, vaticinijs de
 Christo offundant tenebras, reos facit? cur Hilarius Rabinos accusat, quod suis commentis fa-
 bulis prophetarum oracula falsa faciant, & vana? Cur Ambrosius, Athanasius, Eusebius, Iudæo-
 rum in-

Refelluntur
 qui Iuda-
 zantes sen-
 sum, sensu
 literale ef-
 se aiunt.

Refellitur qui sensum Iudeorum sensum putant literalem.

Esse sensu literalem esse spiritalem. Hæresim fuisse olim quorundam, qui omnibus scriptis de Christo sensum esse alium quendam sensum dicerent que literalem appellarent.

Iudei omnia vaticinia de Christo inuenerunt, certamque sententiam esse affirmant.

Quæ apostoli et euangeliste interpretantur, quidam nostris autem interpretantur aliter de Rabinorum sententia. Contra eos qui affirmant licere recitare partes, quod aliter Hebraicè se dicatur.

rum interpretationes deliria vocant, & aniles fabulas? dicemus conuiciatores sanctissimos veteres patres, qui tam falsum crimen inferant Iudæis, & Iudaizantibus? aut si hoc durum est nimis, infucios, & imperitos appellabimus veteres patres, quos lumina fulgentissima Christianæ Reipublicæ appellauit antiquitas? neque hoc eos intellexisse fatebimur, quod nunc docet quidam qui vix primoribus labris sacras attigere literas, & de Rabinorum scrinijs texunt commentaria. Doctiores dicemus eos qui meras nugas crepant, & fabulas Iudaicas, quæ apostolorum discipulos? Si vera horum sententia esset, an non intelligerent sacri doctores, Rabinorum interpretationem literalem sensum enodare, quem subesse necesse erat sensui spirituali, neque ipsos falsi criminis nota inurerent? Scite quidem hi huic rei tam deformi colorem de disse videntur, ni contra staret veterum omnium patrum autoritas, qui vno consensu, & vno ore Iudæorum interpretationem, deliria, fabulas, meras nugas vocant. Et ni cum ventum ad rem ipsam est, non tam frigida pugnarēt calidis, humentia siccis, quam Iudæorum sensus cum sensu Christiano, & pio. At est quidem sensus literalis, & spiritualis. Quid ni? quasi id ignoremus, quod vel pueri sciunt. Sed theologis notum esse oportet in plerisque sensum literalem de Christo esse, & eundem esse sensum historicum, fuisseque hæresim iam olim damnatam, nihil literaliter dici de Christo, subesse omnibus nescio quem literalem alium sensum. Itaque in multis est sensus quidem literalis & historicus, qui Christi est typus & umbra, super quem est sensus spiritualis. In plerisque vero sine vlla circuitione, sine vllis anigmatis, sine historia, sine vllis typis Christi mysteria prædicuntur, quibus idem est sensus literalis, & spiritualis de Christo, quales multi sunt psalmi, quorum quibusdam Christus Dominus os obturauit Iudæis, qui si sensum alium literalem haberent, quæ Iudæorum erat impudentia, non reticissent. Et commentum post mille quingentos annos sunt impientissimi Iudæi, quo detorquerent psalmorum prophetias, & ex oraculis sanctissimis historias vanas, & lamenta viri non magnopere fortis, mendacia, nugas, bartologias effecerint, qualia essent prophetarum vaticinia plurima, si ea ad Iudæorum præscriptum interpretaremur, vt infra dicendum est ex veterum patrum autoritate, quibus tenebras offundunt Iudæi, ne Christum sonent, & Christi mysteria efficiant, vt fabulæ videantur, non prophetiæ, nisi putas subesse sensum historicum verbis illis: Ecce virgo concipiet: & cum Iudæis ad Ezechiam referas magna Christi mysteria, quæ postea tubæ euangelica cecinit D. Ioannes, cum dixit: Verbum caro factum est, & nisi magnū illud mysteriū, quod Dominus scribi iubet stylo hominis, hoc est, ineffabile mysterium incarnationis, quod ne angelorū quidem linguæ enarrare queant, planis verbis, quæ captus humanæ mentis queat comprehendere, impudentioribus verbis cum Iudæis velis interpretari, quam quæ nisi prorsus verecundiam omnem exuas, dicere audeas. Et hos sensus tu historicos dicas rerum sanctissimarum? horum locorum similitudine que historia, historia est euangelica, & historicus sensus, ac literalis sensus euangelicus, & apostolicus est, quem nos docet D. Paulus, optimus scripturarum interpretas a veteribus patribus appellatus, quod plenus Spiritu sancto, vt ipse ait, scripturam interpretatur, cælum conscenderit præterea, vnde cognitionem rerum sacrarum, quod ait Hilarius, plenissimo pectore hausit. Quæ Paulus interpretatur, quæ que enodant euangelistæ, aut apostoli audeat quisquam de Rabinorum sententia aliter interpretari? idque admonitus à D. Hieronymo, Augustino, Hilario, & cæteris patribus, Iudæorum interpretationes esse deliria, admonitus à Domino Iudæos cæcos esse, & cæcorum duces. Subest (aiunt) quibusdam sensus historicus, subest igitur omnibus. Callida sanè argumentatio. Subesse in quibusdam sensum literalem, vbi citatur spiritualis sensus ab euangelistis, notius est quam vt dicendum sit, sed quam notum est, & perspicuum historiam illam esse veteris testamenti, vt, Os non comminuetis ex eo, tam planè historia ipsa præfert typum Christi, qui fuit verus agnus, & tam planè alijs multis locis scripturæ ostenditur historiam ipsam Christi typum esse. Neque minus licet innumerabilia alia loca scripturæ, Christi mysteria habere tantum pro sensu literali, quæ tam multis verbis libuit exequi, quod plurimos viros doctissimos in literis sacris versatissimos esse intellexi, quibus hæc opinio, quam refutavi, ita penitus animo infederit, vt excindi, aut euelli vix possit, qui auro contra Rabinorū emunt commentaria, & ea lectitant, & admirantur scholia, quæ sunt de Iudæorū scrinijs delibata, & huiusmodi locis affirmant licere reijcere lectionē vulgatā, idque sensisse viros doctos, quod reclamet lectio Hebræa, & vocū Hebræarū significatio, quo quantam fenestram ad eludendum concilium Tridentinum, & ad introducendas Iudaicas interpretationes patefaciant, quis non videt?

A Cap. I. Vnde petenda explanatio scripturae, et quod sit huius operis argumentum.

Gitur visus sum mihi operæ pretium facturus, si quemadmodum texta viderē de Rabinorū Iugis commentaria, sic ipse quoque commentarios hos texerē ex sacris scriptoribus, vt collatione sententiæ sanctorū patrum apparet Iudæorum fraudes & doli, intelligerentque; nostri homines nō excerpta esse ex veterū patrum scriptis, illa, quæ tantoperē admirabantur, sed ex Iudæorū scholijs, vt sequi possint potius in legendis literis sacris sanctorū patrū interpretatione, & receptā sententiā in ecclesia catholica, & quæ recta sunt excerptare, auerfari quæ ab interpretatione sanctorū patrū discrepant. Nam CLEM. Alex. Stromaton lib. 7. hunc ab initio nascentis ecclesiæ obseruatū Canonē scripturæ ait, vt in interpretanda scriptura, sanctorū patrum semper consensum sequamur, si quis nouum aliquid in interpretanda scriptura cuderit, quod dissentiat à consensu veterū patrum, tanquam adulteratā monetam reijciamus. Et lib. 6. Stromaton idem CLEM. Alex. hunc ecclesiasticū Canonem interpretandę scripturę appellat, vt in enucleando scripturarū sensu is sit scopus, quod omnia dirigamus, vt summa sit concordia, summus concentus legis, & prophetarū cum nouo testamento. Hunc concentum veteris & noui testamenti in Iudæorū chartis reperiet quisquam? Ad lucē euangelicam Rabinum tibi enodabunt scripturam? aut ecclesiasticū Canonē traditum nobis per manus à nostris maioribus contemnes? & aliter explanandam scripturā dices, quam vt præscribere nobis nostri maiores? Hic, inquit, nouus modus est, quo patefactus est aditus, & accessus ad scripturam nostris maioribus inauditus. CYRIL. in epistolis aduersum Nestorū, quibus summā autoritatē tribuunt Concilia, repetit frequenter, nouitatē, hæreseon seminariū esse, ne tantoperē quibusdā ex nostris placeat nouitas, & commutatio. Nouitas (si Cyrillū consulas, & alios patres) omneis peperit hæreseis. Sic EPIPH. synodi Nicenæ. 2. act. 6. nequaquam vna via hæreseos, & Christianorum orthodoxis, semper mos est regiam ambulare viam. Et actionē. 7. eiusdem synodi, in definitione sanctæ, & magnæ, & vniuersalis in Nicæa synod. 2. His ita se habētibus, inquit, regiam viā incedentes, & sanctorū nostrorū, & diuinorū patrum doctrinā insistentes, & catholicæ ecclesię, in qua Spiritus sanctus inhabitat. Ex quibus verbis apparet, qui regiam viā insistant in ecclesia orthodoxos esse, qui de se cētūt de via, ad hæresim viā præmunire. Fidē catholicā tuetur (fateor) vt quimaximē, viros pijsimos & doctissimos esse quosdā qui his aliquid doctus. sed illud admoneo, ex Iudaismo omnes penē hæreses dimanasse. Nā Arianos Iudaizasse docet Alexander in epist. ad Alex. tom. 1. Concil. ante Nicenū conciliū. Et in Concil. Chalcedonenfi act. 2. Hæretici, Iudæi appellantur. Et tom. 1. Concil. in additionibus ad Liberati breuiarium, Beatus Theodor. contra Sabelliū, Sabellium Iudaizare docet. Et. 6. synodo Constantinopol. Macarius hæresiarcha act. 18. æmulator Iudaicæ discessionis factus dicitur, in exemplari diuinæ iusionis Domini Constantini: & præcedenti epistola, Iudaica, scripta alterius hæretici nominantur. Et syn. Nicæna. 2. act. 6. à Greg. Nestorius Iudaizans dicitur. Sed quod sæpè, inquit ille, in viros doctissimos maxima incidunt errata, quorum ipsos pudeat maximè cum ad se redeunt, audiāt viri docti quid IREN. (quem vt virū apostolicū proximū temporibus apostolorum D. Basilii, & Clemens Alex. & Eusebius sæpè citant, vtinam Græcè haberemus, & non quibusdam locis ab interprete vitiatū) audiant, inquam, quid vir apostolicus Irenæus in principio lib. 5. dicat, & vnde moneat scripturarum interpretationem esse petendam, à sacris ne doctoribus, an à Iudæorum scrinijs, vnde ex Concilijs ostendimus hæreses esse natas? Christi mysteria (inquit) prædixere prophetæ, perfecit Christus, apostoli prædicauerunt, à quibus accepit ecclesia per totum mundum, & ipsa benè custodiens tradidit filijs suis. En IREN. ab apostolis ecclesiam accepisse doctrinam ait per totum mundum, & benè custodire, & indè filios ecclesię petere oportet. Quod idem dixerat lib. 4. cap. 43. Doctoribus, inquit, ecclesiæ habenda fides est, qui successione ab apostolis habent, & cum episcopatus successione charisma veritatis accepere, reliquos suspectos esse habendos, & mala sententiæ. Vides non solūm damnari Iudæos, sed quicunque dissentiat à doctoribus sacris suspectos haberi, & mala sententiæ? Inunc, & Iudæos tibi adhibe præceptores, & auro contra Iudaizantiū tibi emito libros. Nam quid ego dicam eundem Irenæum lib. 4. cap. 52. docere apud presbyteros ecclesiæ esse apostolicam doctrinā, & non in Iudæorum chartis? & cap. 45. vbi charismata Dñi posita sunt, ibi discere oportere veritatē, vbi etiā apostolorū doctrina sana, & successio. An D. Paulus non docet, Spiritū sanctū de disse doctores? Spiritus sancti dona contemnes? & Iudaismi

Nota scripurae interpretatio reijcienda. Canones interpretanda scripturae.

Nouitas hæreseon seminariū. Orthodoxi semper regiam ambulare viā.

Ex Iudaismo dimanasse omnes hæreses.

Vnde petenda interpretatio scripturae.

Expositio scripturae petenda ex sanctis patribus.

Cur initium ab interpretatione Esae sit sumptum.

Argumenta insolubilia nostrae fidei catholicae, Iudaei & Iudaismi res dissolue re aliter non possunt, quae infamando translatione Lxx viro- rum.

Iudaeorum rabies in noua semper recrudescit infania.

Per quosdam ex nostris nos opugnauit Iudaei, quoniam per se non possunt.

Contra eos qui sensum Iudaeorum sensum literalem putant.

Iudaismi dogmata bibes? Deus Opt. Max. tantum malum auertat. Ecclesia, vt idē Irenaeus inquit lib. 3. cap. 4. diues repositoriū est doctrinae apostolicę, reliqui sunt fures. An sensum fūrum dicēs esse literalem? si fures scripturam interpretantur literaliter, non sunt fures.

Hoc nomine ergo ab Esaiā libuit hoc opus auspiciari, vt toto hoc opere appareret quantum malū molirentur in Rempub. Christianam, qui hęc ē Iudaeorum scrinijs contexerent cōmentaria, & non solum imperitę multitudini fucum facerent, verū etiā doctissimos homines in errorē inducerent, & rei Theologicę scientissimos. Apparebit enim his commentarijs, quę ex veterum patrū scriptis excerpti, & contextui, quam penē singulis Esaię versibus doctores sacri, qui orbē terrarum ab impietate abduxere, post apostolos & discipulos Dñi, & ad fidem traduxere Christi Dñi, Iudaeos iugulent, & os obturent Iudęis, arctissimis eos constringāt vinculis, cū dicunt: Audi Iudae prędicta, vide completa: sic eant per singula, sic texant insolubilia argumenta, vt singula Christi mysteria millesimo ante anno, aut quingētesimo, aut octingentesimo prędicta ostendant, quę oculis legant gentes omnes, & completa oculis suis oēs intueantur, vt euidentissima argumenta nominet August. & insolubilia, & ad gentiū, ac nationum conuersionem hoc maximum pondus habuisse videatur, cū prędicta cernerentur millesimo ante anno, & completa suis oculis cernerent omnia, & argumentorū hoc robur maximum in ecclesia catholica fuit, quod Iudaei, aut alię nationes refellere nullo modo possent, cū pręsignificata tanto ante viderent, & legerent oculis suis Gręcę translata, & cernerent cōpleta. Quę hic tergiuersatio reliqua erat? quid dicerent? quid responderent? confugiebāt ad illud vt ait Iustinus philosophus martyr, non sic interpretandas esse literas sacras, alium scripturarū esse sensum, non audiendos Lxx viros, qui parum fideliter literas sacras vertissent, ē Iudaeorū scrinijs petendam scripturarum interpretationē. Et commenti mille fraudes, mille dolos, & refutati a sanctis patribus non conquiescunt ab armis, neq; milles victi, possunt abistere bello. Nam, vt sepē a concilijs vsurpatū est, Iudaeorū rabies in noua semper recrudescit infania. Commenti sunt alios dolos, technas alias nouas, quibus si nos aggredierentur aperto Marte, directa fronte, ruderentur, quōd iacentes miseri per tot annos adhuc auderēt hiscere, reuicti milles, rebellarent, redintegrarēt proelia, per se nihil effecere vnquā tantum, quantum nostra tempestate, arte & dolo, nā docuere Hebręas literas quosdam ex nostris, simul & illarū interpretationē malitiosam, vt appellat Iustinianus, impiam & fabulosam, vt nomināt omnes veteres patres, & tacent ipsi. Horū discipuli pro ipsis dimicāt aduersum nos, & Christianorū insignibus tecti, pro Iudaeis arma mouēt, inscij fortasse ipsi, & imprudentes. Et hac fraude tacentes Iudaei penē iam quibusdā scripta sanctorū excussere manibus, & quibusdā Iudaica venena oppinant, per quosdam ex nostris, qui alioqui per se ne audirentur quidē, per discipulos effecere non solum vt cōmentaria ex Rabinis excerpta vulgō legerentur, & a quibusdā scriptis sanctorū patrum anteponebantur, sed etiam vt iam Rabinorū libri excuderentur typis, & Thargum, vt passis velis per ecclesiam, nisi obuiam tanto malo eatur, feratur Iudaismus. Ergo prudens sectator huius disciplinę sacre hinc intelliget hos, qui commentaria texunt ex Iudaeorum chartis, pro Iudaeis quasi sustulisse signa, Iudaeorū causam victam a nostris maioribus, & prof ligatā, quasi tueri, bellū aduersus nostros pro Iudaeis veluti redintegrare, maximum argumentorū robur, & penē dixerim solum, quo nostri maiores vt ebantur ad conuertendas nationes, & ad Iudaeos refellendos labefactare, atq; infirmare velle, cū negant sensum literalem a maioribus nostris citari, sed sensum spiritalem, vt sic vniuersa nostrorū patrum argumenta simul labefactēt, quib⁹ Iudaei victi iā olim loco cesserāt sensum literalem Iudaeorū esse sensum, vt & hoc prętextu dicere possent tuto, Iudaeos verē interpretari scripturas, quorum interpretationē maiores nostri fabulas anileis vocant, Iudaeorum deliria, & ludibria Iudaeorum. Hoc nullo alio libro scripturę apparebit manifestius quā his in Esaiā cōmentarijs, quibus consensum veterū patrū intelliges, & constrictos manifestissimis vaticinijs Iudaeos videbis, manibus depræhendes Iudaeorum fraudes & dolos, intelliges commenta Rabinorū, quę per mille quingentos annos confinxere, vt se irretitos in vinculis nostrorū expediant, neq; expedire se tamen vilo modo possint. Videbis quod in prouerbio est: In pice mures, qui quanto magis se conentur explicare, se magis implicent. Hęc igitur cōmentaria in Esaiā horū omniū quę diximus, atq; adeo omniū quę dicemus hac tā longa disputatione exempla suppeditabunt abundē, quę causa fuit, vt hęc disputatio alioqui futura longissima, si testimonijs singula constabilerentur, prętexeretur his cōmentarijs, vnde exempla omnium abundē suppetent.

A

Maior quędam commoditas videtur suboriri, & opus longē, mea quidem sententia, fructuosius, vt ostendamus quātum boni situm sit in tralatione Lxx viro- rum. Cū enim redacti in summas angustias Iudaei, vt docet Iustin. philosophus martyr in dialogo aduersus Tryphonem Iudaeum, cū ea insolubilia argumenta nostrorū maiorū, quibus in singulis mysterijs Christi dicere solebant: Audi prędicta, vide completa, resoluere nullo modo possent, confugere ad illud solebāt, parum fideliter Lxx illos viros Iudaeos scripturam vertisse, quod apertissimis, & manifestissimis illorum configerentur testimonijs, qui hanc rimam, qua elabuntur Iudaei, obturari, qui hoc illis perfugium sustulerit, quōd victi se recipiunt, & quōd constricti ilaqueis se conantur explicare, & nostris, & illis rem fecerit vtilem, vt illi respiciant, & nostri triumphos agāt. Quo d enim maius esse possit nostrę fidei catholicę stabilimentum, & magis inconcussum, quā quōd Lxxii Iudęi, trecentis plus minus annis ante Dñi aduentū omnia mysteria Christi vno consensu apparent prędixisse, descripsisse tam planē, tam apertē, vt in re presentem venisse videantur, ac rebus gerendis interfuisse? Sic enim Lxxii Iudaei ante ceconomia redemptionis trecentis annis, & eō amplius, omnia mysteria referāt, euangelica & apostolica verba repręsentant, & in plerisq; non tralationē, sed commentaria quędā scripturę con scribunt euangelica, vt scripsisse videantur, non ante lucē euangelicā, sed luce euangelica, & literis apostolicis illustrati, & rerū euentu, historiaq; rerū gestarū admoniti, quo quid admirabilius? quid maius dici, aut fingi potest? quodue incorruptius nostrę veritatis potest esse testimoniū, quā Lxxii Iudaeos, quos prophetas nominat, non solum veterū multorū patrū consensus, sed etiā Philon Iudęus, velut ex editissima specula tibi tot ante seculis, euangelica & apostolica, & Christi mysteria, quibus ipse initiatus sis, & reliqua tibi tua sacra personare? Alijs fortasse aliud erit iudiciū, ego quidē sic iudico, hoc inconcussum, & insolubile nostrę veritatis esse argumentū, ex nostris aduersarijs, & Iudęis Christiano nomini infensissimis, trecentis annis ante re gestā esse Lxxii Iudaeos testeis, quos vel Philon Iudaeus prophetas appellet, qui nostra omnia vera esse testētur, Iudaeorū causam dānent, & quoties hęc nostra, quę dixi, argumēta conantur inuertere, & aliō delectere, veluti in illos irruant, & ora cōprimant, cū trecentis ante annis pro nobis interpretētur scripturas. Nā quot testeis nobis postulabamus dari nostrę veritatis, & Iudaeorū impietatis? si Lxxii testeis satis nō sunt, ijdemq; delecti ex gente Iudaeā, tot seculis ante Christi tēpora, neq; solus ego in hac sum sententia, sed August. Irenaeus, alijq; patres veteres, qui hoc argumēto colligūt, eos afflatu Spiritus sancti scripturas vertisse, quōd tot ante re gestā annis euāgelia repręsentent. Neq; quicquid est tā saxeus, & adamantinus, vt si attentē legeret Gręcę hos Lxx viros, & cū Hebręa lectione conferret, & cum tralatione D. Hieron. admonitus a nobis Lxx viro- rum editionem, non tā tralationē esse in plerisq; quā paraphralim, & commentariū, cū videret sibi tot ante annis a Lxxii Iudaeis scripturę explanari euangelicę & apostolicę, non hoc inconcussum, & insolubile nostrę veritatis diceret esse argumentū. & quanto metiendū est pretio, quod quoties inter nostros, & Iudaeos, de intellectu scripturarū orta est cōcertatio a Lxx Iudaeis dirimitur pugna statim? qui secundū nos litēdant, & Iudaeos dānant semper, quōd quoties Iudaei robustissimā illa argumēta, quę insolubilia nostri maiores appellat, nobis manibus extorquere cōnātur, & inuertere, & obscurare, & aliō delectere, Lxx semper nobiscū faciūt, refellunt Iudaeos. In oēs enim se vertūt facies, vt Christo aduersentur Iudaei, quod vt Gregorius Nazianz. in apolog. scribit Iudaei audacia, & confidentia quadā incredibili vt fues, margaritas omnes veritatis scripturę sacre, & quicquid est pulchrū pedibus proterunt atq; conculcāt, & veluti in luto prouoluunt. Tamen nostra tempestate (pro dolor) sunt qui nostris, veluti margaritas, Iudaeorum deliria muneri offerunt.

Iudaei omnia inuertunt.

De utilitate translationis Lxx viro- rum.

A in hoc exorta controuersia, quod Iudæi Hebræas literas tractent, iudicarentur à quibusdam fortasse melius ea intelligere quam nostri. Huic malo occurrit Deus, 72. Iudeos habemus, qui interpretati sunt scripturas vno consensu, multis sæculis ante Christi tempora, vt suspicari nullo modo esse possint: vt si illos habere duces volumus, intelligamus Iudeorum fraudes, disca mus interpretari scripturas, non ad Iudaicam perfidiam, sed ad lucem Euangelicam, & si qui scire auent quomodo Iudæi scripturas interpretentur, illud præstant Lxx Iudæi, cum eas tibi redditas Græcè tradidere ea scientia, & doctrina, quam à Mose, & reliquis prophetis, vt ait Hilarius, per manus traditas accepere vt veram Iudæorum interpretationem accipias, non corruptam, & tenebris offusam, quam necesse est esse Iudæorum interpretationem post Christi tempora.

De utilitate tralationis Lxx virorum.

Peruadebam mihi si antiquissimos Lxxii Iudæorum commentarios essem nactus, editos ante Christi tempora, quos vno consilio, vno consensu pariter texuissent Lxxii Iudæi, nostris hominibus offerrem, quos nullo vnquam tempore recepisset catholica ecclesia, quibusque nunquam esset vsura, qui tamen mysteria Christi panderent, euangelicis, apostolicisque litteris consentirent, ipsum Christum Dominum sonarent, œconomiam redemptionis suo ordine vt gesta est, representarent, magnum quoddam me facturum operæ pretium, quod huius modi quædam vetusta commentaria in lucem hominum proferrem vnde nostra constabilirentur, refellerentur Iudæi & Iudaizantes, qui literas sacras cum ad perfidiam Hebraicam vertât, ad veritatem Hebraicam eas se vertisse gloriâtur. Hoc ego admonitos omnes volo tralatione Lxx ita esse tralationem, vt simul sint commentarij antiquissimi & vetustissimi tralationis D. Hieron. sexcentis & eo amplius annis ante D. Hieron. editi, quod tota hac disputatione pluri bus est dicendum, illis enim locis quibus tralatio Lxx virorum ab editione Hebræa dissidere videtur, videtur quidem dissidere quod non verba verbis reddat, non dissidet, non dissidet inquam vt non dissidet Laurentij tralatio, quæ non ad verbum Homerum exprimit, vt nõ dissident excellentium virorum interpretationes, qui libros Græcos non vertunt ad verbum, sententiam eloquentissimè expressisse contenti, hoc enim Lxx seniores sæpè faciunt, præsertim vbi parabola sunt, & ænigmata, vt docemus ex Procopio, & ex aliorum veterum patrum auctoritate. More enim excellentiũ interpretum vbi quid tale accidit, non parabolas, & ænigmata, sed pro parabolis, & ænigmatis rem ipsam quam parabola & ænigmata significant, exprimunt, & sensa scripturæ aperiunt, & ea scripturæ scholia addunt, quæ apostoli, & Euangelistæ pro textu sacro citent, quod multis locis huius operis factum ostendemus, quodque argumētum insolubile putat August. quo appareat in flatu, instinctuque spiritus sancti eos vertisse litteras sacras. Nam si euangelistæ & apostoli tam hæc citant scholia Lxx virorum, quam lectionem Hebræam, tam hæc scholia quam scriptura sacra in flatu instinctuque diuino fusa esse conuincuntur. Tales commentarios, tam antiquos, Lxx virorum tralationem hanc esse contendo, & commentarios vulgatæ interpretationis D. Hieronymi breues quidem, quod licet munus interpretationis interpretem in paraphrasim excurrere patiatur, & in rerum obscurarum enodationem, latius tamen euagari non finit. Nec si D. Hieron. suam tralationem vulgatam in suis commentarijs aliter explanet, quam Lxx viri interpretantur, eumque sensum esse dicat secundum Hebraicam veritatem, continuo Lxx viri sunt reijciendi, nec mirandum est, si quid vertunt aliter quam reddidit ipse D. Hieron. quod scripturæ sæpè plures sunt vt ait August. litterales sensus. Et D. Hier. explicat euangelica sensa: Lxx viri ea sensa expressere quæ Iudæi suæ repositatis à Mose & prophetis, vt ait Hilarius, accepta, scripturæ sacra esse putabât, quæ si congruere etiam intelligas, cū apostolicis, Euangelicisque litteris potius est quod admirare, quã quod contemnenda esse existimes, cum præsertim ipse D. Hieron. in commentarijs postea editis multa aliter interpretada putarit quã in priore tralatione, quam vulgatam nominamus, fuerit interpretatus, & aliter multa intellexerit quæ antea intellexerat & vtrumque ecclesia sit amplexa, neutrum reiecerit & frequentissimè Lxx virorum tralationem sequatur potius quam suam, vt toto hoc opere apparet. Adde illud, quod in suis canticis ecclesia catholica recinat psalmos iuxta tralationem Lxx virorum, & alia multa, doctores Græci, & Latini omnes antiqui hanc tralationem Lxx interpretentur, hanc solam agnoscant, & cum vtraque sit vera, vtraque Hebræa lectioni consentiat, etiam si diuersa sonet aliquando, quis ea damnare audeat quæ ab apostolis accepta, vt postea ostendemus, retinet ecclesia iam inde à suis initijs, & in publicis cantionibus toto orbe recinit, & in sacris, festis celeberrimis cantat?

Cap. III.

A Cap. III. Quod non, si lumen Catholicae ecclesiae fulgentissimum sit D. Hieron. continuo reliqua ecclesiae lumina sint extinguenda. Et de utilitate tralationis Lxx virorum, et quorundam impudentia.

N Ec quod vnum lumen sit fulgentissimũ Catholicæ ecclesiæ D. Hieron. reliqua omnia ecclesiæ Catholicæ fulgentissima lumina extinguenda putabis: nec quod sol cuncta suo splendi dissimulo lumine compleat, reliqua dicas stellantis cæli sidera esse delenda. Stellatum cælum innumeris luminibus micat, & ecclesiam suã Dominus pollicitus est Abrahamo habituram tot lumina, quot cæli regia habet stellas. Est quidem fulgentissimum sydus D. Hieronymus, quid protinus Augustinus, Ambrosius, Hilarius, Cyprianus, Athanasius, Cyrillus, omnesque veteres patres, ecclesiæ Catholicæ lumina clarissima sunt extinguenda? Omnibus sanctis patribus, qui testimonijs scripturæ iuxta tralationem Lxx virorum Iudæos vrgent, & premunt, cum completas docent omnes prophetias, completa omnia docent, est obstrependum? comprimenda erunt ora veterum patrum triumphantum de Iudæis? eripiendæque de ore voces illæ audis Iudææ prædicta hæc, & illa, atque ad eã omnia vides completa? causa pro Iudæis est dicenda, erratis, & vsque adhuc in errore versati estis iam inde vsq; ab initijs nascens ecclesiæ. Quid hoc interpretationis est? nescio, quid hoc sit tralationis? quæ nescio qui marginibus librorum adscribunt, felicitatis erit illud, si catholica ecclesia vnum habeat fulgentissimum sydus D. Hieronymum, reliqua extinguat? an potius illud, vt cum D. Hierony. quàm plurima ecclesia catholica habeat ornamenta, & clarissima lumina? Nam veteres patres quorum opera secundum Apostolos, & discipulos Domini, nationes sunt ad fidem conuersæ, tam Græci quàm Latini, quique suis monumentis nobis sacrae scripturæ sensa referant, Lxx virorum interpretationem sunt secuti, eam interpretantur, eam enucleant, & enodant. Huius interpretationis Lxx virorum, si conuelliur auctoritas, omnium veterũ patrum scripta ruit, quippe quæ falso nitantur fundamento. Sæpè inaniter tunderet Hilarius, Basilius, Theophylactus, verba vetis daret irrita Epiphanius, Iſychius, Ambrosius, Cyrillus, Theodoretus, frustra denique omnis esset vetustas, quæ ab Apostolis interpretationem Lxx virorum accepit, & nobis suis posteris dedit, multis librorum voluminibus expositam, atque explicatam, quod non sinat ille Deus, vt quisquam dicat ecclesiam catholicam per tot annos frustra fuisse, per tot annos doctores ab Spiritu sancto non accepisse; cum D. Paulus dicat: Dedit quosdam prophetas, quosdam doctores, vna est vtraque tralatio, vnus scripturæ sensus, vna est columba mea (ait Dominus) cur quisquam duas faciat columbas? Nec enim veteres patres ab ecclesia abalienabis, quorum si alia est scriptura, alia D. Hieronymi, non vna esset columba sed duæ. Vnde mihi persuasi pretium operæ fore, si ostenderem vtriusque editionis, D. Hieronymi, & Lxx virorum vnam, eandemque esse sententiam, vtranque consentire cum editione Hebræa, neutram ab editione Hebræa vilo loco discrepare, excepto quod D. Hierony. ad verbum reddidit lectionem Hebræam, Lxx viri in plerisque editionis Hebrææ fecerint paraphrasim, hanc illius esse commentarium, ne duæ columbæ, sed vna sit iuxta diuinum oraculum, ne liceat quibusdam hominibus, illa quæ dixi, marginibus veterum patrum adscribere, quoties citantur scripturæ, nescio quid hoc sit interpretationis, dissentit à veritate Hebraica, nil tale agnoscit veritas Hebræa, & alia id genus, temeritatis, & stultitiæ plena scholia: neue qui vertunt à Græco sermone Latine scriptores sacros pro tralatione Lxx virorum, reddant interpretationem D. Hieronymi, vt sæpè ipsa interpretatio nec pedes, nec caput habeat (quod in prouerbio est) quod sacri scriptores verba tralationis interpretantur aliquando: & verba eadem non sunt vtriusque tralationis, & ita nec frequentibus, nec præcedentibus congruunt. Est enim hoc vitium tralatorum, qui vertunt Latine scriptores sacros, vt pro tralatione Lxx virorum quam citant veteres patres, reddant tralationem D. Hieronymi. Ergo si apostolos, & euangelistas verterent Latine quoties citarentur Lxx viri, deceptos putarent apostolos aut euangelistas: & pro tralatione Lxx, tralatione D. Hieronymi redderent. Hoc est quod vulgo dicitur, in alieno libro esse ingeniosum, vt omittat quod maxime iniuriũ est, tralatione Lxx, quod nobis faueat, vbicunq; sit, damnare, cum eam acceperimus ab apostolis, cum præsertim is qui id facit, Iudæorum sententiæ fauere videatur, quod Iudæis nihil magis sit odio, quàm Lxx tralatio, quod ipsos Iudæos iugulatio lat quoquo se vertat. Nã D. Hier. sic ait se noua cudere, ne vetera destruat. Huic rei pro aucta-

Vna est tralatio D. Hieron. et Lxx virorum.

Interpretes Græcorum librorum pro tralatione Lxx virorum reddunt tralationem D. Hieron.

Iudæis sane videretur, qui tralationem Lxx virorum in seclum accersit,

¶ 5

rio accessit illud quod commentaria in sacros libros à priscis patribus edita nullū vsum habere viderentur cum Lxx virorum tralationem interpretantur, si tralatio Lxx virorū à veritate Hebraica dissideat. Qui ostenderit ergo tralationem Lxx virorum redditam è lectione Hebraica fidelissimè, nec ab ea vel latum vinguem discrepare, is profecto vites reddiderit veterū patrum editos in sacras literas commentarios, quod vel solum maius est operæ pretium, quā vt verbis queat explicari, ne omnium veterum patrum scripta, & commentaria incassum recidisse videantur.

De maxima tralationis Lxx virorū vitio.

Quantula vero hæc sunt, quæ enumerauimus, quæ quidem sunt maxima, si rem excutiās bene, & expendas, quantula inquam hæc sunt, si cum illo conferas quod nobis obijciunt Iudæi, & impij homines, vt leges in epistola Origenis ad Aphricanum, nostros maiores testimonijs falso ex scriptura petitis, conuertisse nationes ad fidem? quasi vero hominum opera conuersus sit ad fidem orbis terrarum, & non potius hominum ministerio, diuina tamen virtute, & quasi Deo mendacio fuerit opus ad orbis conuersionem, quod vel Plato primo de re publica libro, ridiculum putat & vel pueri videant, Deo, vt faciat quod velit, nihil mendacio esse opus, non fraude, non arte dolosa. Adde quod Iudæorum impudentia non intra hæc subsistit, audent maiora. Aiunt Iudæi, euangelistas, & apostolos multa citasse ex sacris libris, quæ ab Hebraica veritate discrepent, quarunt enim vbi sit illud Esaia: Dedit eis spiritum cōpunctionis vt videntes non videant, & illud eiusdem Esaia: Qui crediderint in eum non confundentur & illud. Videbunt omnes fines terræ salutare Dei, & Qui surget imperare gentibus, & In eum gentes sperabūt & alia huius notæ plurima, quæ negant esse Hebraicæ, quæ que in tralatione D. Hieronymi non reperias, quæ que apostoli & euangelistæ iuxta tralationem Lxx virorū citarunt, quæ toto hoc opere interspersa agnosces plurima, quæ, quod aliter verterit D. Hier. quod eius scopus erat Hebræam lectionem ita dispunctam, vt præferunt Hebræi codices ad verbum reddere, & quod aliter interpretantur Iudæi, audent dicere homines impientissimi Iudæi ab apostolis, & euangelistis falso esse citata. Nostri homines, quod ferendum nullo pacto esse videtur, cum in huiusmodi loca incidunt, quidam scribere audent, apostolus hoc loco aut euangelista non consentit cum Hebraica veritate: Hoc loco à veritate Hebraica discrepat: qui huic malo medebitur, qui petulantiam Iudæorum represserit, qui quorundam hominum procaecitatem frænauerit (nec enim quod D. Hieron. clarissimo ecclesiæ catholicæ lumine licet aliquando, id, atq; adeo plus, liceat oportet cui libet) qui hæc fecerit, & qui ostenderit tralationem D. Hieron. & Lxx virorū & euangelistarum, atque apostolorum interpretationem semper cum Hebraica lectione consentire, nec ab ea villo loco vel transuersum digitum discrepare, rem nostram nihil iuuuisse videbitur?

Cap. IIII. De argumento operis quæ aduersari cepto operi videntur.

Hæc vniuersa igitur huius nostri operis farrago est, cuius si implerem omnes numeros non tenue quiddam, aut minutum aliquid sacro sanctæ matri ecclesiæ me obtulisse arbitrarer, sed magnum me fecisse precium operæ, idque præstitisse, quod mille ducentis ante annis D. August. si trium linguarum cognitio ei suppetijset, optabat præstare: quodque vt postea ostendemus, optabant præstare multi ecclesiæ proceres. Sed magna sunt hæc, & multo, multoque maiora, quam quæ nostri humeri ferre valeant. Maior quædam doctrina erat optanda longè longèque maior scripturarum cognitio, & quod cæteris maius pondus habet, multo purior vita & longè maior morum sanctitas. Verum id consilium fuit vt nostros admonerem huius viæ, & thesauri magni qui in tralatione Lxx virorum delitescit, aperirem viam, qua is erui posset. Fortasse magna ingenia hoc subibunt onus, maiore disciplinarū instructa suppellectile, sancta, & pura, quibus sancti spiritus numè familiaris sua referet mysteria. Mihi abū de laudis contigisse putauero, si cœpisse contingat: quanquam laudem non moror, vtinam hoc minutissimum es in Dei opt. Max. gazophylacium conferam.

Huic meo argumentoso operi illud obstare videtur quod D. Hieron. ecclesiæ catholicæ fulgentissimum sydus Lxx viros millies arguit erroris, & imperitiæ, hallucinatos in lectione scripturarum ostendit millies, eaque re se impulsū prædicat, vt ad veritatem Hebraicæ scripturam verteret, quod Lxx virorum tralatio plurimis locis mutila esset, & manca, negarique, postremo Lxx viros vertisse quidquam aliud Græcè, quam quinque Mosis libros, riserit cellulas Lxx

lulas Lxx virorū, cachino prosequutus sit ingens illud miraculum, quod celebrat omnis veterum patrum chorus in Aegypto editum, cum hæc tralatio Lxx virorum facta est, vnde natus est Lxx virorum contemptus, vnde orta quibusdam confidentia est, vt quod D. Hieron. licuerit, id quoque sibi putent licere. Et vtinam substitissent intra ea quæ dixit D. Hieron. & non plus, plusque multo auderent, & non molirentur machinas aduersum tralationem D. Hieron. etiam vt postea dicendū est. Ego si D. Hieronymo veritatem ipsam opponerem, flexis genibus ad eundem Diuum prouocarem, vt attentius rem expenderet, quam districtus occupationibus, quæ ad eum ex toto orbe conuolabant, transcurrisset, vt ipse testatur, num iniquum petere videret in caussa tralationis Lxx virorum quæ in vniuersa catholica ecclesia tā alta, vt pauld ante descripsi, egit radices? quanque, vt non solum Aug. sed omnes patres veteres, atq; adeo ipse D. Hieron. sunt authores, apostoli, & discipuli Domini nobis tradiderūt? Ea est huius Diui sanctitas, vt æquissimum hoc iudicaret, dignumque quod attentissima cura expenderetur, præsertim si in memoriam redigeremus quæ supra sunt dicta, non celata esse mysteria Christi à Lxx senioribus, sed trecentis ante crucem Christi annis, quod in plerisque paraphrasin, & commentarijs potius ediderint, quam tralationem, tam dilucide Christi mysteria referasse, vt sic ea citent veteres patres, vt interprete egerè non putent. Quod in his commentarijs sole ipso illustrius apparebit, testesque huius rei veteres patres citarem, & pro tribus quatuorue locis, quæ citat D. Hier. è tralatione Lxx virorum vitiata, allegarem loca mille, vbi in Lxx virorum tralatione Christus purius astris nitet, & ea causa Iudæis & Iudæis antibus odiosa est: quis dubitat hunc sanctissimum diuum iudicaturum fuisse, hoc attentiore cura esse expendendum?

In tralatione Lxx virorū Christi purius astris nitet.

Cap. V. Proponit controuersiam inter D. Hier. & D. August.

Sed ne quidam, qui animo ab alienato sunt à Lxx senioribus sibi placeat, quod D. Hier. sententiæ habeant astipulatorem, ne ve Iudaizantes quibus D. Hier. hoc nomen dedit quibusque hic Diuus semper fuit offensissimus, quosque suis scriptis semper insectatur accerrime, D. Hier. auctoritate veluti septemplici Aiaci clypeo tecti, Lxx viris possint amplius libere maledicere, altius huius rei initium repetere consilium fuit, præstringamque ingens certamen, quod de tralatione Lxx virorum inter D. Augustinum, & D. Hier. fuit de que nõ recipienda ab ecclesia catholica tralatione alia, cum D. Hier. tralationem quam fecisset ex Hebræa lectione ab ecclesia catholica recipendam contenderet, non solum Christianæ reip. vtilem, verum etiam necessariam: quod Lxx viri tralationem edidissent, quæ quibusdam locis cum Hebræa lectione non videretur consentire, quibusdam locis ijdem Lxx viri hallucinati videri possent, & quod confessum erat, quod tralatio Lxx virorum innumeris locis trunca esset, & mutila, plurimis quoque locis aliorum tralationibus adulterata, quæ caussa erat, cur quædam ab Apostolis, & euangelistis, citarentur scripturæ testimonia, quæ in tralatione Lxx non reperias. Cõtra vero Augustinus multa disputabat, quæ nõ ab re erit suo ordine attexere, nõ enim quenquam latet quod inter sanctos viros aliquando sit orta dissensio, quod Paulus, & Barnabas Actorum cap. 15. inter se ita disenserint vt discesserint ab inuicem, nec continuo ecclesia rejicit aut Paulum, aut Barnabam, nec huius aut illius consilium damnat, nec putat repugnare charitati, quod Theologi docent, duos viros sanctissimos, quorum vterque Dei cultum, & religionem sibi proponat scopū quo referat omnia, inter se dissentire, aut rationes sequi diuersas, quod in D. Augustino, & D. Hieron. minus mirandum est, cum ita inter se disenserint, vt vterque optimam causam tueretur, & post dissidia maxima, postremo inter vtrunque summus fuerit consensus, & vterque alterius sententiam probavit, quod, vt pateat, iam illorum controuersiam, & postea consensum attexamus.

D. Hieron. Iudæi sancti hostis accerrimus, ne Iudæi testes eo se defendant.

Cap. VI. Quo D. August. disputat aduersus D. Hier. de tralatione Lxx virorū.

Primum omnium Hier. in præfatione in Pentateuchū extenuans auctoritatem Lxx, Nescio, inquit, quis primus author Lxx cellulas Lxx virorū, quibus scripturæ vertisse perhibentur, mēdacio suo struxerit, & attende quam acriter se gerit hic diuus. Cõtra Augustin? de ciuitate Dei li. 18. c. 42. narrat historiā illā qua proditū memoriæ est, Ptolemæū regē petijisse ab Elca

Lxx cellæ & miracula.

ab Elcázaro Iudæorū pontifice Maximo scripturas diuinas, & interpretes, qui eas Græcè verterent, datofque Lxxii. interpretes, de singulis duodecim tribubus, senos, vtriusque sermonis Græci, & Hebræi doctissimos, qui Græcè scripturam verterent. Additq; Augustinus regem Ptolemæum fidem illorum Lxx interpretum voluisse explorare, ne sibi darent verba, & inuiderent sibi scripturas diuinas, ideoque iussisse vt sigillatim vnusquisque scripturam verteret in singulis cellulis, & adhibuisse custodes, ne cōmunicare consilia possent, vt id in quo plures consentirent, quod ait Iosephus, id haberet ratum. Editumque ait August. tunc ingens miraculum, quod omnium animos admiratione imbuit. Cum enim quæ singuli perse vertissent in cōspectu regis conferrentur, apparuit summus, non solum rerū cōsensus in omnibus, sed etiā verborum, tanquam si vnus esset interpres, ait Aug. ita quod omnes interpretati sunt, vnum erat, quoniam re vera spiritus erat vnus in omnibus. Subijctq; Augustin⁹ hoc tantum miraculum editum vt illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed tanquam diuinarum cōmendaretur autoritas, credituris quandoque gentibus profutura, quod repetit idem Aug. de doctrina Christiana lib. 2. cap. 15. Lxx inquit interpretum excellit autoritas, qui iam per omnes peritiores Ecclesias, tanta præsentia Spiritus sancti interpretati esse dicuntur, vt os vnū tot hominū fuerit. Ergo, si vt fertur, multiq; non indigni fide prædicant, singuli, cellis etiā singulis separati cum interpretati essent, nihil in alicuius eorū cōdice inuentum est, quod nō iisdem verbis, eodemque verborum ordine inueniretur in cæteris, quis huic autoritati conferre aliquid, ne dū præferre audeat? An quod Hieron. hoc quod refert Aug. de Lxx cellis mē daciū putat, & causam addit, quod earum nulla mentio, aut apud Aristæam, aut apud Iosephū sit, qui historiam Lxx interpretum literis prodidit, de quorum fide postea pluribus dicendum erit, Augustinus continuò damnandus erit? qui historiam de cellulis Lxx virorū putat verissimam, multosque non indignos fide authores esse ait huius historię, & omnes ecclesias hoc habere pro certo ita accidisse, & ingens illud miraculum fuisse editum, quo apparuit præsentia Spiritus sancti tanta, illam tralationem editam fuisse, vt ne verbo quidem discreparit quisquam illorum, cum singuli in singulis cellis vertissent scripturam. Sed hoc quoque ridet in eadem præfatione in Pentateuchum idem D. Hieron. nec magis putat Lxx viros afflatu spiritus sancti sacras vertisse literas, quam Cicero œconomica Xenophontis, aut Protagorā Platonis, aut aliquid huius modi afflatu spiritu Rethorico vertisse credendus sit, additque aliud esse vatem esse, aliud interpretem: cui rei nihil aliud August. respondet quam quod dictum est, omnes peritiores ecclesias hoc testari, tanta præsentia Spiritus sancti hos Lxx viros esse interpretatos, vt omnium os vnum fuerit, vt consensus summus fuerit, cum sigillatim suam quisque interpretationem texerit, non solum sententijs sed verbis inter se consenserint omnes. Certè si sigillatim in singulis cellis suam texuit quisque interpretationem adhibitis custodibus, quod fidem illorum in interpretanda scriptura, ne sibi verba darent, rex Ptolemæus voluit periclitari, si singulis eadem verba sunt suppeditata, non solum sententiæ, & summus fuerit consensus sententiarum, & verborum eorūdem, adeo vt ne verbo quidem alius ab alio discreparit, nemo queat inficiari afflatu spiritus sancti id factum esse, vt ait August. longeque aliud hoc fuisse, vbi Lxx interpretibus eadem sunt suppeditata verba diuinitus, quam quod Cicero œconomica Xenophontis Latinè verterit: & longè maiorem autoritatem iudicet esse se quisquis sapiet, Ecclesiarum peritarum, quas citat August. quàm Iosephi, aut Aristæi, cum cōfessa res sit, omnesque veteres patres id tradiderint, quod receptum est apud ecclesias iam D. indè vsque ab apostolis Domini esse deriuatum. Negarat D. Hier. Lxx viros vertisse prophetas, aut certè controuersum putarat, an Lxx interpretes libros sacros omnes Græcè reddidissent, ait enim in cap. 2. Michęæ, & rursus in cap. 16. Ezechielis eruditos esse authores, quinque libros Moysi solos à Lxx viris esse tralatos, & in cap. 5. Ezechielis nominat hos viros eruditos, quos huius rei authores esse prædicat, Aristæam, & Iosephum, & omnem Iudæorum scholā, quod alijs locis plurimis repetit idem D. Hier. Hoc, quantum ego arbitror, Aug. indignū deputat responsione, cum Lxx viri ab Apostolis citentur & euangelistis, tam in prophetis, q̄ in libris Moysi: versi ergo erāt oēs libri sacri à Lxx. Sed premit vehemēter D. Hiero. illo argumēto q̄ Apostoli, & Euāgelistæ tantū autoritatis tribuant Lxx tralationi, quantū lectioni Hebręę, quod argumentū putat esse insolubile, quo appareat afflatu spiritus sancti illam tralationē esse editam. Negarat hoc à primo D. Hieron. citari vnquam tralationē Lxx virorū ab Apostolis, aut euangelistis, idemque repetierat centies. Sed vrget August. & lib. 15. de ciuitate Dei cap. 14.

Afflatu spiritus sancti versus scripturas, iuxta sententiam Aug.

An afflatu spiritus sancti versus fuerit scripturae?

An Lxx viri omnes sacros libros verterint?

cap. 14. apostolos ait non solum ex Hebræa lectione scripturae testimonia citare, sed etiam ex tralatione Lxx virorum, quod prophetae fuerint Lxx viri, & ideo quæ aliter etiam dixerint Lxx viri, quæ prophetae, citasse apostolos. Hic ingens pugna, certamen ingens inter duos Diuos cum Hieron. in præfatione in Pentateuchū dicat: si quæ aliter Lxx viri interpretati sunt quæ prophetae dixerint, citant apostoli, & Euangelistę, iuxta interpretationem Lxx virorū, idque dicat aliquis, certè diceret apostolos esse mentitos, cum testentur Esaiam dixisse quæ non dixerit Esaias, quippe citant Esaiam iuxta versionem Lxx virorum qui aliter verterint, quam dixerit Esaias, & certè si August. putaret aliud Spiritum sanctum dixisse per Esaiā, aliud per Lxx viros, & apostoli, & euangelistę, quod per Lxx Spiritus sanctus dixisset, testaretur dixisse per Esaiā, cum per Esaiā id non dixisset Spiritus sanctus, sed per Lxx seniores. Haud dubium quin mententur apostoli, quod ait Hier. quod dictu nefas est, nec id crimen August. posset deprecari. Vndè cum vrgeret adhuc August. instaretque adhuc illo quod dictum est Apostolos, & Euangelistas tantum tribuere fidei tralationi Lxx virorum, quantum editioni Hebrææ, quod Græca Græcis conferens deprehenderat frequentius multo Lxx virorum tralationē ab Apostolis citari, quam lectionem Hebręam, etiam in his locis quibus Lxx viri non verbū verbo redderent, sed paraphrasim facerent ex alijs locis scripturae, aut commentarios potius, quam tralationem, cum verba adderent, aut demerent, cum August. inquam instaret Hieron. hoc argumento, tantum fidei tribuisse apostolos Lxx viris quantum lectioni Hebrææ, cum ex æquo lectionem Hebræam, & tralationem Lxx virorum citarent, nunquam facturi, nisi spiritus sancti afflatu fuisset edita, idque non solum loco citato obieciisset Hieron. August. sed alijs locis, & lib. de ciuitate Dei 18. cap. 44. in fine, Ego pro meo modulo, inquit, vestigia sequor apostolorum, quia & ipsi ex vtriusque. i. ex Hebræis, & ex Lxx testimonia prophetica posuerunt, vtraque autoritate vtēdum putauit, quoniam vtraque vna atq; diuina est. Cui rei respondēs D. Hier. (tectè enim hæc Diui inter se agebant, ne contentiose agere viderentur) dat quidem quod alijs locis negarat apostolos, & euangelistas citare tralationem Lxx virorum vbicunq; Lxx ab Hebræo non discordant, vtar enim ipsis D. Hieron. verbis in Apologia aduersus Rufinum in fine, subijctq; idem Hieron. Ostendat accusator aliquid scriptum esse in nouo testamento de Lxx interpretibus, quod in Hebraico non habeatur, & finita contentio est, Hæc D. Hieronym⁹ siue Ruffinum accusatorem vocans, siue quod ego non alienum puto Augustinū cum quo illi tam acre certamē erat, de hac re quam disceptamus. Sed quantum iudico quæ aliter dicta sunt à Lxx quam à Prophetis. i. verbis alijs. eadem sententia tamen, ea citari ab Apostolis, dixit August. quod nec ipse D. Hieron. inficias iret, qui in eadem sententia est, sequitur enim ipse D. Lxx viros cēties, cum Lxx viri hoc faciūt, nec enim Hebraicè est: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sed, reliquisset nobis residuum, quod Lxx pro residuo velut interpretantes quid esset residuum, facta paraphrasi ex alio loco Esaiæ, edidit semen, idque probauit D. Paulus qui locum hunc citat iuxta tralationem Lxx virorum. Ipse quoque D. Hierony. ita vertit, cum sciret Hebraicè esse non semen, sed residuum. Sed mille sunt hæc, & in illo: Ecce virgo concipiet, & pariet filium vocabit, &c. Sic Lxx viri vertere, facta ex alio scripturae loco paraphrasi, vt idem vtroque loco significari ostenderent, & hoc, & illo loco, & ad vnam, & eandem pertinere prophetiam vtrunque, cum Hebraicè sit: Ecce virgo pregnans, & pariens filium, vocabis nomen eius Emmanuel. i. Deum inter homines, vt virgo ante partum, & in partu, & post partum dicatur ab Esaiā, & peperisse Deum, qui inter homines habitari, factus homo, Christus. i. quod facta paraphrasi Lxx vertere vt alibi latius dicitur: Ecce virgo concipiet, &c. quam paraphrasim angeli citant apud Matthæum & Lucam. D. Hier. sequitur tralationem Lxx virorū. Ergo quæ aliter dixerint Lxx viri. i. alijs verbis, seruaata eadem sententia, si apostoli citent, & illa Esaiam, alium ve prophetam testentur dixisse vere testentur: veritas enim in sensu posita est, non in verbis. Nā si in verbis esset posita cum propheta Hebraicè scripserint, & apostoli Græcè, haud dubium quin verba Græca non dixerint prophetae. Aliud quoque sensit August. inquam quam quædam euangelistæ aliter interpretentur quam Lxx viri, vt illud, Videbunt in quem transfixerunt, quod citat D. Ioannes, quodque vertere Lxx viri: videbunt in quem insultauerunt, vtrunque sensum ab Spiritu sancto esse significatum, qui canon est scripturae, cum verbum Hebræum plures sensus habet, qui omnes ad rem de qua agitur pertineant, illos omnes ab Spiritu sancto esse significatos: & vere igitur August. inquit, D. Ioannes reddidit: Videbunt in quem transfixerunt, quod Domini latus lancea perfora-

Autoritas Lxx virorum, et quæ citata sit ab apostolis.

Citant apostoli tralationē Lxx, et ubi non redditur ad verbum lectio Hebræa, sed proleptice Hebræa texunt commentaria.

Lxx viri scripturae faciunt paraphrasim ex alijs scripturae locis.

perforatum est, & vere Lxx, Videbūt in quem insultauerunt, quod Iudæi Domino illudebāt, **A** vt constat ex literis euangelicis. Hoc ita sensisse Augustinum liquet inde, quod cum de ciuitate Dei lib. 18. cap. 42. dixisset tralationem Lxx virorum illo ingenti miraculo commendatā apud Regem Ptolemæum, de quo supra dictum est, quo crederetur texta auctoritate Spiritus sancti non ingenio humano, sequenti capite scribit ecclesiam, quæ à suis initijs tralationē Lxx virorum recepit, iudicasse neminem præferendum tralationi Lxx virorū, quod quanuis edita non esset inflatu, & instinctu Spiritus sancti, vt certè est edita, sed inter se tot viri, more hominum suas interpretationes contulissent, vt quod placuisset omnibus maneret, nullus eis vnus interpres debuit anteponi. Cū vero tantum in eis signum diuinitatis apparuerit, profecto congruet Lxx virorum interpretatio lectioni Hebrææ, si non congruit, altitudo ibi prophetica credenda est, spiritus enim qui in prophetis erat quando illa dixerunt, idem ipse erat in Lxx viris quādo illa interpretati sunt, qui profecto auctoritate diuina aliud dicere potuit tanquam propheta idem vtrunque dixisset, quia vtrunque idē Spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, vt si non eadē verba, idē tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret. Hæc A. V. G. **B** vbi plane aliter dicta sic interpretatur, vt alijs verbis dicta intelligas, eodē tamen sensu, quod in fine cap. 45. eodem lib. repetit his verbis in quibus ab Hebraica veritate putatur Lxx interpretes discrepare, benè intellecti inueniuntur esse concordēs.

Cap. VII. De concordia D. Hieronymi et D. Augustini, et sententiarum, et rationum vtriusque comparatio.

Quæ verba Augustini summo opere notanda puto, quod Hieron. ea postea probarit, nā in lib. de optimo genere interpretandi ad Pammachium, docet commune hoc esse Lxx **Lxx viri** viris cum apostolis, & euangelistis vt non verbum verbo reddiderint, sed expresserint sacra **redat sententia scri** **ptura vt** **apostoli et euangelista** **verborum** **no magno** **per solli** **citi.** **Compara** **tio senten** **tie D. Hieron. et sen** **tentie D. August. et ra** **tionum qui** **bus vterq;** **diuus niti** **tur, vt ap** **parcat que** **sit senten** **tia potior.** **Q**uæ verba Augustini summo opere notanda puto, quod Hieron. ea postea probarit, nā in lib. de optimo genere interpretandi ad Pammachium, docet commune hoc esse Lxx viris cum apostolis, & euangelistis vt non verbum verbo reddiderint, sed expresserint sacra sententia scriptura vt apostoli et euangelista verborum no magno per solliciti. Comparatio sententie D. Hieron. et sententie D. August. et rationum qui bus vterq; diuus niti tur, vt ap parcat que sit sententia potior. Quæ verba Augustini summo opere notanda puto, quod Hieron. ea postea probarit, nā in lib. de optimo genere interpretandi ad Pammachium, docet commune hoc esse Lxx viris cum apostolis, & euangelistis vt non verbum verbo reddiderint, sed expresserint sacra sententia scriptura vt apostoli et euangelista verborum no magno per solliciti. Comparatio sententie D. Hieron. et sententie D. August. et rationum qui bus vterq; diuus niti tur, vt ap parcat que sit sententia potior. Quæ verba Augustini summo opere notanda puto, quod Hieron. ea postea probarit, nā in lib. de optimo genere interpretandi ad Pammachium, docet commune hoc esse Lxx viris cum apostolis, & euangelistis vt non verbum verbo reddiderint, sed expresserint sacra sententia scriptura vt apostoli et euangelista verborum no magno per solliciti. Comparatio sententie D. Hieron. et sententie D. August. et rationum qui bus vterq; diuus niti tur, vt ap parcat que sit sententia potior.

Lxx viri **redat sententia scri** **ptura vt** **apostoli et euangelista** **verborum** **no magno** **per solli** **citi.** **Compara** **tio senten** **tie D. Hieron. et sen** **tentie D. August. et ra** **tionum qui** **bus vterq;** **diuus niti** **tur, vt ap** **parcat que** **sit senten** **tia potior.**

C **D**

A scholia, commentaria scripturae sunt potius quam translationes, arnon vel auctore ipso D. Hieron. D. August. sententiam potiorē dicit? Si hoc ostendatur inquit Hierony. vbi causa est ostenditur hoc, vicia ergo causa est, & potior est August. sententia. Quod si hoc in foliabi- **Quibus ra** **tionib' pro** **bet Augu.** **afflatu spi** **ritus sancti** **factam tra** **lationem** **Lxx viro** **rum** **rum** argumentum non esset & videres Augustinum pro se citare peritiores ecclesias, & apostolos, & euangelistas qui tralationem Lxx virorum probant & sequuntur, amplius quidquam quaereres? An nō id tibi satis superq; esset vt Augustini sententiam sequerere? nā principes magis imperat exemplo suo quam verbis, & magis mouent, vt liquet ex decimo. moralium ad Nicomachum libro: sequuntur apostoli interpretationem Lxx virorum, nobis ergo sunt auctores vt ea sequamur, cum ecclesia sint principes, & triūphales duces. Ergo si hoc certamē fuisse inter D. Hieron. & Augustinū neque vnquam inter eos conuenisset, valere oportebat Augustini sententiā de Lxx viris, etiam si nullus ex sanctis patribus huius rei fecisset mentionem. Sed quid quod conuenit inter D. Augustinum, & D. Hieron. & vterque altericēssit, & eadē hęc totius ecclesiae sententia est, vt postea apparebit. Repetit enim D. Hieron. non solum locis citatis Lxx viros, sensa scripturae explicasse sapē, si attendās, verborū non magnopere sollicitos, sed etiam alijs locis ceteris vt D. Hieron. & Augustini sit commune præceptum hoc quod sequimur, si excutiamus benè verba Hebræa, reperiri semper, Lxx viros expressisse seniper sensa sacra, aut pro interpretatione reddidisse commentaria, quæ citant apostoli & euangelista, quæ si sacra scriptura sunt (ait Augustinus) edita sunt ergo afflatu Spiritus sancti, & si non sunt edita afflatu Spiritus sancti, non sunt scriptura sacra, & vera erit Iudæorum sententia (quod est dictu nefas) qui affirmant apostolos non citasse scripturam sacram. Nā quod quidam respondent, est ridiculum, esse quidē eandē sententiā propheta, non esse commentaria, quasi verò non sit idē esse eandē sententiam, & esse commentaria, si eadē verba non sunt.

Cap. VIII. De scopo huius operis, et cynosura quaregatur.

Hanc ergo Augustini & D. Hieron. sententiā pro cynosura habui toto hoc opere, quod **C** **D** **H** in Esaiam prophetam contexui, cum enim certares esset & cōfessa de qua nemo possit dubitare, tralationem D. Hieron. ex Hebræa lectione ad verbum redditam fidelissimè, illud habui rationis fieri nullo modo posse quin vtriusque tralationis D. Hieron. & Lxx virorum quam ecclesia peritiores auctore Augustino afflatu spiritus sancti editam docerent, idem esset sensus. Quanuis ergo D. Hieron. in suis commentarijs prius prophetas sit interpretatus aliter iuxta tralationem Lxx, aliter iuxta Hebraicam veritatem, versabam animo eiusdem D. Hieron. verba hæc quæ citavi, Lxx viros commune hoc habuisse cum apostolis & euangelistis, vt non verba sequerentur, sed sensa scripturae. Neque fieri posse putaram vt si sensa exprimerent Lxx viri, verba Hebræa alium haberent sensum, quam Lxx tralatio, idq; sensisse postremo D. Hieron. verbis citatis, eumq; finem controuersie fuisse inter ipsum & August. Re petebam ergo mēte, atque animo verba August. quæ dixi de ciuitate Dei lib. 18. cap. 43. quibus affirmat Hebrææ lectionis, & tralationis Lxx virorum eundem esse sensum: ait enim si non eadem verba, idem tamen sensus benè intelligentibus elucescet, & cap. 44. vbi Lxx interpretes ab Hebraica veritate discrepare videbūt, benè intellecti inueniuntur esse cōcordes, quæ verba Augustini & D. Hieron. animo tractans ad id toto pectore incubui, in hoc enodando propheta, vt vtriusque tralationis eundem esse sensum docerē. Quod pro mei ingenij captu præstitisse me arbitror. Simul etiā illud ex sententia D. Augustini sum sequutus, vt docerē si quādo dissentiant inter se tralationes Diui Hieronymi, & Lxx virorum, recte vtrūque esse dictū, cum spiritus sanctus qui in prophetis erat quādo illa dixerunt, & vtrunque voluit significare sententiam, alteram per hūc, alteram per illum voluerit interpretari, quod Hebraum verbū vtrunq; significaret, quod vno verbo Græcè, & Latine exprimi non potuit: quod August. docet, cum alijs locis plurimis, tum aliquātulo durius lib. 18. de ciuitate Dei cap. 44. quo loco aperte significat fieri potuisse, vt Spiritus sanctus aliud per prophetam aliud per Lxx viros diceret. Sed non ait talia citari pro testimonio prophetae ab Apostolis, & euangelistis, quod ne duriusculum quibusdam esse videatur, effecturum me paulo post spero. Et cum D. August. hanc tralationem Lxx virorum afflatu spiritus sancti editam esse dicat, non hominum ingenio idque vel illo ingenti miraculo edito esse declaratum, contentatque cap. 43. lib. 18. de ciuitate Dei fieri non posse quin cum Hebræa lectione congruat. Ad id quoque incubui mo- **nitore**

nitore August. & D. Hieron. qui Lxx viros scripsit senfa scripturæ reddidisse, verborum noni magnopere sollicitos, vt ostenderem tralationem Lxx virorum, quam ecclesie, auctore Augustino, in flatu spiritus sancti scriptam affirmarent, cum lectione Hebræa consentire mirabiliter, neq; ab ea vel latum digitum discrepare, excepto quod reperiebam esse verissimum; quod idem August. affirmat, eiusdem spiritus sancti afflatu aliquid prætermittere, quod sepè repetitum esset, aliquid addere quod lucem afferre possit prophetiæ, quod his commétarijs ita erit perspicuum vt vel manibus prehendi possit, vt totius huius operis, August. & Hieron. mihi fuerint duces, & antesignani.

Cap. I X. Quibus in rebus in hac controuersia sententia D. Hier. fuerit superior.

Sed haectenus, vt ad id vnde digressus sum regrediar; ostensum est, quibus in rebus sententia Augustini superior mihi fuisse videatur, quod idem confessum esse D. Hieron. ostendimus. Præ se enim fert D. Hieron. verissimè dictū ab Augustino, Lxx viros non verba secutos sed senfa, idque commune fuisse Lxx viris cum apostolis, & euangelistis, & in præfatione in librum Paralipom. Lxx viros ait Spiritu sancto plenos, ea, quæ vera fuerunt transtulisse, & vitia quæ inoleuere in tralatione Lxx virorum, librarijs imputanda putat. & in Apologia aduersus Rufinum, quam scriptam constat post editam tralationem, & post editos in prophetas commentarios, se à puero ait tralationem Lxx virorum didicisse, eamque interpretatum semper & interpretari, idque pluribus verbis repetit, & ceteris testatur afflatu spiritus sancti esse conscriptam, vt damnasse appareat sententiam, quam prius erat secutus, quam Iudeorum scholæ dixerat esse, quemadmodū & August. Retractationum libros edidit. Iam ex hoc loco dicamus quibus rebus sententia D. Hieron. fuerit superior, quanq; postea secutus fuerit D. Augustinus, cum enim D. August. ita retinendam putaret tralationem Lxx virorū vt nullū locū tralationi D. Hieron. relinquendum duceret, quod liquet ex epistolis vtro, citroque missis, ait D. Hieron. hoc esse iniurium cum tralatio Lxx virorum sit trunca lacera, mutila, quod penes Iudæos adleruaretur, vt postea docebimus: & in Bibliotheca Regis Ptolemæi Alexandriæ, vbi multa habitabant Iudæorū millia, qui quoties nacti occasioe erant, loca omnia quæ potuere quæ Christi vaticinia manifestissima præferret, vt ait etiā Iustinus Philosophus Martyr in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, expunxerunt, neque hoc malum tantum in tralatione Lxx virorum grassatum est, cum enim ad refarciendum ea loca quæ fraude Iudæorum, & temporum iniuria desiderabantur in tralatione Lxx virorum adhiberentur Iudæorum tralationes aliæ, quas ediderant Symmachus, Theodocion, Aquila, & alij blasphemii Iudæi, vt inquit D. Hieron. post crucem Domini, vt obstreperent Lxx viris, quod testimonijs manifestissimis Lxx virorum damnabantur Iudæi, factū est vt multis locis adulteraretur tralatio Lxx virorum, aliorum tralationibus & in locum tralationis Lxx virorum irreperet tralatio alicuius Iudæi blasphemii: Audiūtur, inquit D. Hieron. Iudæi blasphemii, & legūtur qui tenebras offundunt vaticinijs de Christo, tamen leguntur in ecclesia catholica, ad hæc incommoda, quæ dixi refarcienda, & non extrudentur Iudæi blasphemii, nec legetur hominis Christiani tralatio? cuius fides perfecta est, & experta, quibus rationibus D. Hieron. & illud addi poterat Lxx viros, in plerisque non tam edidisse tralationem, quam paraphrasim, aut commentarios, quæ à primo D. Hieronymus à lectione Hebræa disfidere putarat, & factum quidem diuino consilio illud est vt Lxx viri trecentis annis ante crucem Christi eruerent sensus sacros, & nō verbum verbo redderent, & sonarent verba euangelica & apostolica, & euangelice & apostolicè interpretarentur scripturas: quod in solubile veritatis catholicæ est argumentum. Re iam tralata, rebus luce euangelica reiectis, necesse erat quod ait ORIG. in epistola ad Aphricanum esse tralationem ex Hebræa lectione ad verbum editam, qua cum tralatione Lxx virorum vteremur, quamque legeremus, & cum altera tralatione conferremus, cuiusque testimonijs aduersum Iudæos vteremur, quod concessis, & confelsis in altercationibus, testimonijs est vten dum aduersus Iudæos. His, alijsque argumentis, quæ omnia persequi non necesse habeo in re confessa D. Hieron. vtitur aduersus Augustinum, & alios, vt suam tralationem ex lectione Hebræa ad verbum expressam, recipendam probet. Quibus rationibus D. August. postea manus victas dedit. Ex æquo enim tralationem D. Hiero. & Lxx virorū citat, & interpretatur, quod toto hoc opere apparebit, quodq; facit lib. 4. de doctrina Christiana cap. 7. & alijs multis locis, &

Inhibere n. s. i. o. f. u. etū est, vt Lxx viri paraphrasim scripserunt in pleurisq; facerēt potius quàm interpretatiōnem.

cis, & ita ex tam acris, & vehementi certamine orto inter hos duos diuos, summus extitit consensus, vt vterque alterius hac in re sententiam sequeretur, ne sibi plaudant Iudæi aut Iudaizantes, quod suæ sententiæ D. Hieronymum, qui alioqui Iudæis, & Iudaizantibus est infestissimus, habeant ad stipulatorem.

Cap. X. Quod vulgata editio facta à D. Hieronymo sit, & quod tralatio Lxx virorum vulgata quoque editio sit appellata.

Sed fortasse iam dudum reclamationat, quisquis hæc legit, & his quæ dicta sunt à nobis repugnat, negatque tacitus vulgatam editionem à D. Hieronymo esse editam, meque incitiae arguit, & erroris, quod vulgatam editionem, D. Hieronymi, interpretationem nominem implicat enim multos hic error, vt vulgatam editionem quam dicimus, multò antiquiorem D. Hieronymo esse arbitretur. Quam breuissimè fieri poterit, hic error est excindendus, & euclendus hominum animis, qui indè natus est, quod D. Hieron. vulgatam editionem aliam quam appellat quam suam, vnde colligunt doctissimi homines, si D. Hieron. vulgatam editionem suam esse negat, haud dubium quin vulgata editio D. Hieronymi non sit. Sed hi viri doctissimi errore nominis labuntur, nam tempore D. Hieronymi vulgata editio dicebatur tralatio Lxx virorū, tralatio D. Hieronymi, noua tralatio appellabatur, & sic eam nominat Gregorius papa in epistola ad Leandrum, in expositione libri B. Iob cap. 5. Et Innominatus qui cū Saluiano circumfertur, in interrogationibus in loca Ezechielis prophetæ. Et Eucherius centies in libros regum, alioqui non admodum probatus author. Vnde D. Hierony. tralatione Lxx seniorum vulgatam nominat, & quoties vulgata tralatio dicitur apud Hieronymum, tralatio Lxx virorum est intelligenda, vt in præfatione in Ezechielem, cum ait, Vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico, & intelligit tralationem Lxx seniorum, miraturq; cū cum Lxx viri vniuersos sacros libros transtulerint in alijs eadē, in alijs diuersa transtulerint, hortaturq; nos D. Hieron. vt suam quoq; tralationem legamus. & in cap. 14. Esaiæ interpretans verba illa, Ne lateris Philistæa, Palestinos significat (inquit) quos alienigenas vulgata scribit editio, vbi vulgatam editionem tralationem Lxx virorum appellat, qui semper pro Palestinis, siue Philistinim reddunt alienigenas, quod factum nunquam reperies in tralatione vulgata quam nos appellamus, & in caput Esaiæ 49. interpretans verba illa, Et nunc dicit dominus formans me, reprehendens Lxx viros, satis miror (inquit) quomodo vulgata editio. & c. & in cap. 59. in illud veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, qui versus inquit in editione vulgata additi sunt, in Hebraico non habetur: & versus illos additos esse in tralatione Lxx virorū videbis, & non in tralatione nostra vulgata, & in cap. 66. interpretas illud, Iniquus autem qui immolat vitulum, iuxta tralatione Lxx virorum, ait, quod sequitur in editione vulgata, iniquus autem qui immolat vitulum, iniquus in Hebraico non habetur. Deniq; quoties apud D. Hieronymū legeris, aliquid esse in vulgata editione, deprehendes illud ita esse in tralatione Lxx virorum, quam D. Hieron. agnoscit, nam aliquando varia est lectio tralationis Lxx virorum, quæ vulgata merito dicebatur, & vet, quod antiquissima erat, & ab initijs ecclesiæ tradita ab Apostolis, & recepta apud omnes erat, tralatio verò D. Hierony. quæ olim noua dicebatur, (vt ostendi) nunc vulgata dicitur. Editam autem esse hanc tralationem vulgatam quam nos appellamus à D. Hierony. vel vnus August. locus apertè indicat, de ciuitate Dei lib. 18. cap. 43. quo proditū est, ecclesiam catholicam iam inde vsq; à suis initijs hanc tralationem Lxx recepisse, hanc solum agnoscere, hanc Latine versam Latinas ecclesias tenere. Quibus verbis docet Augustinus vsque ad tempora D. Hierony. solum tralationem Lxx virorum Latine versam in Latinis ecclesijs fuisse, vnde apparet errare eos qui putant vulgatam hæc editionem quam nominamus aliam à tralatione Lxx virorum ante tempora D. Hierony. fuisse: quod docet etiam D. Hiero. in præfatione in libros Paralipomenon, cum negat se redditurum fuisse Latine ex Hebræa lectione scripturam sacram, si Lxx interpretum tralatio pura esset, subiicitque causam, quod æquum erat vt id quod occuparat aures hominum ab initijs nascentis ecclesiæ permaneret, & probaretur. Quibus verbis Hieronymi liquet Lxx interpretum tralationem ab initijs ecclesiæ vsque ad sua tempora lectam esse, & se nouam ex Hebræa editione tralationem cudisse, quod Diuus Augustinus loco citato refert his verbis, Quauis non defuerit nostris temporibus presbyter Hierony. homo doctiss. & omnium trium linguarum peritus, qui non

Vulgata editio à D. Hieron. tralatio Lxx appellatur

qui non ex Græco, sed ex Hebræo sermone in Latinum eloquium eisdem scripturas conuerterit. Quibus verbis Augustini apparet vsq; ad tēpora D. Hieron. solam tralationem Lxx Latinē versam tantum in ecclesijs fuisse, & D. Hieronymū primū Latinē vertisse literas sacras ex Hebræa lectione, ne quisquā possit suspicari hanc tralationē vulgatā, quam nos appellamus, quam D. Hieron. explanat in suis cōmentarijs, diuersam à tralatione Lxx virorū, ab alio quopiam esse editā, quod idem repetit ex eodē August. E V G Y P P I V S abbas, thesaurorū cap. 329. & apparet ex locis citatis D. Greg. papæ, & Innominati, tralationē vulgatā à D. Hieron. esse editā. Quin vel ex vno Esaiæ cap. quiuis facilè hoc intelliget, vbi D. Hieron. in comment. hanc tralationē, quā nos vulgatā nominamus prius à se editam castigat. Interpretans enim verba illa: Et non erit in Aegypto opus quod faciat, caput, & caudam incuruantem, & refrānantē, dānat hanc interpretationē, quā prius ediderat, & fatetur se deceptū ambiguitate verbi. Et rursum eodē cap. interpretans illa verba: Erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem, se malè vertisse ait, & suū fatetur errorē, his verbis: Melius reor propriū errorē reprehendere, quā dū erubescō imperitiā confiteri, in errore persistere, in eo quod transuli, Et erit terra Iuda in festiuitatē, & c. Suū ergo dānat errorē D. Hieron. & se authorē tralationis esse prædicat. Et in cap. 21. in illa verba: Expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas: pro labruscas, inquit, quas nos vertimus, Hebraicè est, beusim. Se ergo ait vertisse vulgatā editionem. Et rursum in illa verba eiusdem cap. In aurib⁹ meis sunt hæc: pro eo, quod nos, inquit, iuxta Hebraicū vertimus in aurib⁹ meis sunt hæc, vbi vulgatā editionē emendat, & suā fatetur. Et in cap. 21. in illa verba: Qui incredulus est, docet lectionē Hebræā potuisse verti aliter, & subijcit: Sin autē sic legitur, vt trāstulimus, qui incredulus est, vbi se tralatorē vulgatę editionis esse fatetur. Nec hoc loco solum se transulisse ait vulgatā editionem in hoc cap. sed etiā in illa verba eiusdē cap. Onus in Arabia, vbi ait, & pro eo quod nos iuxta Lxx transulimus. Et in cap. 58. in illa verba: Aedificabuntur in te deserta seculorū, in eo loco vbi nos iuxta Lxx interpretati sumus, nequid innouare vi deremur, quia vulgatū est testimoniū: Et vocaberis ædificator sepium: suā interpretationem vocat vulgatā editionē. Et ad Pammachiū de optimo genere interpretandi: In eo loco, inquit, vbi nos legimus, atq; transulimus: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: in Hebræo ita scriptū est, Exiet virgo de radice Iesse, & Nazarus de radice eius crescet: vbi se quoq; authorē vulgatę tralationis prædicat. Sed alia mille loca, cum alibi, tum in commentarijs D. Hieron. reperies, vbi D. Hieron. vulgatā editionē nominat suā, vnde quod eo tēpore Lxx virorū tralatio, sola vulgata diceretur, vetus tralatio quoq; est appellata, noua verò nominabatur tralatio D. Hieron. Sic eam nominat B. Gregor. papa, & Innominatus, sed quæ noua erat olim, post mille & trecentos annos inueterauit, & vulgata quoq; dicitur.

Ex his D. Hieronymi testimonijs, quibus vulgatā editionē quam nominamus, à se fatetur editā, & se sic transulisse profiteatur, secutū Lxx viros, refelluntur nostri, qui interim validius nos oppugnat, q̄ ipsi Iudæi. Primū omnium ERASMVVS, qui in scholijs in quæstiones, seu traditiones Hebraicas Genes. ex cap. 13. in illud: Et viri Sodomorū mali, multa cornicatur, vt probet editionē hanc vulgatā qua vtimur, non esse purè eā, quā Hieron. nobis tradidit ex Hebraica veritate, siue quod ipse D. Hieron. multa admiscuit, siue quod ecclesia multa mutauit, siue scio li deprauarunt. Non possum eloqui, quā mihi prauè dicta ab Erasmo hæc omnia videantur: Multa, ait, in hac tralatione vulgata sunt, quæ dissentiant à fontibus Hebræorum, & ab Hebraica veritate, quæ mutauit ecclesia, vel imperitus aliquis. Quā irreuerenter, quā immodestè ecclesiā eodē ordine ponit cū imperitijs, & sciolis: D. Hieronymū arguit imperitiæ, quod suæ tralationi immiscuerit aliena, & tanq̄ parū fidelē scripturam in ecclesia receptā improbat. Ego qua mente, atq; animo in nos, & nostra fuerit Erasmus, diuinare nō queo, quantum spectat ad eruditionē, & scripturas in ecclesia catholica receptas. Sed argumēta Erasmi refellamus, quæ perexiguū sunt momenti. Multa dānat D. Hieron. in scriptura, quæ in vulgata editione, qua ecclesia vtitur, circumferuntur: vulgata igitur editio non est D. Hieronymi. Leuissimum hoc est argumentum. Vt ut etiam eo Petrus Antonius Beuter Valentinus, vt probet vulgatam editionem non esse D. Hieron. quod postea ipse refellit. Data opera citauit testimonia D. Hieronymi, vbi fatetur D. Hieron. suam esse vulgatam editionem, & vulgatam editionem à se editam castigare, & se sequutum fuisse in illis locis, quæ castigat, Lxx viros, quod Erasmus aduertisse oportebat, & illud rationis habuisse, D. Hierony. duas tralationes interpretari distinctas, suam, & Lxx virorum. Et cum paululum interest inter vtranq; suæ tralationi admiscuisse tralatio-

Altrationem Lxx, duabus virgulis inclusam, quod si aperias prophetas, penè singulis locis in oculos incurret, vel non aduertenti. Lege quodcunq; voles cap. Hieremię, tot orationes reperies duabus inclusas virgulis, vt lupinæ cuiusdā curę dicas fuisse, id nō aduertisse. Quāto igitur prudentioris erāt dicere, aut Hieronymū, quod ipse fatetur, cum edidit editionē vulgatā, Lxx viros esse in plarifq; sequutū: & iuxta illorū interpretationē multa vertisse, aut addidisse, quæ postea castigat, & emendat in cōmentarijs editis, aut alijs locis, vt apparet ex testimonijs Hieron. quæ supra citauit: vel addidisse suæ versioni quibusdā locis interpretationē Lxx, duabus lineis interclusam, quod factū videbis in Hieremia, alijsq; prophetis, obliteratas esse virgulas illas, quod quæ addita sunt à Lxx, afflatu Spiritus sancti addita crederentur, vt iā pluribus erit dicendū: Sed iā dices, scio, cur quæ D. Hieron. vitiosa scripsit, & castigauit in editione à se edita, nō sic nunc leguntur castigata, & emendata, vt D. Hiero. castigauit & emendauit? ridiculū, D. Hieronymū credis euangelistā esse aut apostolū, quæ sequi sit necesse? Doctor est nō euangelista, cum tralationē illā vulgatā edidit, qua ecclesia vtitur maiore quodam lumine Spiritus sancti illustratū apparet, quod vt D. Chrysof. in cap. Genes. 13. homil. 33. ait, Neque fieri potest eū, qui diuinis scripturis magno studio, feruentiq; desiderio vacat, semper negligi. Sed licet de sit nobis hominis magisteriū, ipse Dñs supernè corda nostra intrās, illustrat mentem, rationi iubar suū infundit, detegit occulta, doctorq; fit eorū quæ ignoramus. Hæc Chrysof. de doctore ecclesiastico, quid futurū credis de scripturæ interprete? qui scripturas verteret in ecclesiæ vsū, quanto maiore lumine illustratum putas? vidit ecclesia D. Hieron. multa mutasse, castigasse multa in suis commentarijs, & alijs locis tralationis vulgatę, quā ipse diuus ediderat, retinuit tamen tralationē vulgatā D. Hieron. etiā ipso authore Hieronymo castigante, quod ecclesia Spiritu sancto regatur, & retineat ea quæ meliora, vt multos libros scripturæ D. Hiero. putat nō esse canonicos, quos improbata sententia D. Hiero. in hac re, ecclesia recipit, & canonicis adnumerat, quod ecclesia Spiritu sancto regatur, probet, in quā, probet semper meliora. An non satis esse deberet nostris hominibus D. August. authorē esse vsq; ad sua tēpora in ecclesia catholica semper Lxx tralationē esse lectā? sua tēpore, D. Hieronymū ex Hebræa lectione vertisse scripturas. Non satis esse deberet ipse D. Hieron. qui semper hoc testatur Lxx tralatione ecclesiā vti, & se fecisse nouā tralationē, & petere vt ita legatur cum tralatione Lxx, vt legebantur vsq; ad illa tēpora Iudæorū tralationes? vt intelligeremus vsq; ad tēpora D. Hiero. tralationē Lxx interpretū tantum ecclesiæ catholicæ in vsu fuisse, D. Hieronymū primò fecisse Latinā tralationē. Nō sat esset Eugypcius, qui hoc idē ait abbas antiquiss. non sat esset Greg. papa, qui nouā, & veterē tralationē probat? vt dicendū iā est, & vtranq; se sequuturū profiteatur in interpretanda scriptura, neq; aliā sequitur, quā tralationem D. Hieron. & Lxx: si quis fortè dubitabat quā veterē tralationē, quā uere nouā nominaret, excuteret, expēderet, si vir doctus erat, quas D. Gregorius tralationes citaret in interpretanda scriptura, & cum intelligeret solā D. Hieronymi & Lxx à D. Gregorio interpretationē citari, intelligeret veterē appellari interpretationē Lxx, nouā D. Hieronymi. Cum hoc idē faciat Innominatus, nouamque & veterē tralationē citent tantū, easq; interpretentur: & si expendas quā appellent nouam, intelligas D. Hieron. tralationē esse, si quæris quam veterē dicant, deprehendas esse interpretationē Lxx. Cum tot, inquam, veterū testimonijs liqueat duas tantum fuisse tralationes in ecclesia receptas, nescio quid malū in mentē veniat nostris hominibus hæc turbare, & rebus manifestis simis ostendere tenebras, nisi patefacere aditū moliantur Iudæorū interpretationibus. Deum immortalē quas tenebras cudunt? quæ nugantur? quæ turbāt? cum D. Hieron. qui vulgatam editionem edidit, duo triūue verba mutauerit postea, clamant aliam esse translationē. Quis author ex antiquis est, quem si cū antiquis exemplaribus conferas, non reperies multas habere varietates? Tamē diluam quædam argumenta quibus vtuntur: Dissonat, inquit, multis in locis vulgata editio ab Hebraica veritate. Dissonat, fateor, à Iudaica interpretatione, ab ijs tralationibus quæ expressę sunt ad Iudaicam perfidiā, à veritate Hebraica non dissonat, vt his cōmentarijs ostendimus. Taxat, aiunt, D. Hiero. in epistola ad Suniam, & Fretelam locos plures in psal. qui permanent in vulgata editione, fateor, sed oportebat intellexisse psal. in catholica ecclesia legi non iuxta tralationem D. Hieron. sed iuxta tralationē Lxx interpretum, & veriora esse quæ ecclesia catholica, quæ regitur Spiritu sctō probet, quam quæ dicat D. Hieron. Sed multa aiunt, reprehendit D. Hieron. in vulgata editione, & castigat, quæ sic nunc in ea leguntur & multa huiusmodi citat testimonia ex varijs scripturæ locis, cui rationi supra respondimus,

cum Erasmo refellebamus, Postremo à lectione Hebræa discepare aiunt editionem vulga- A tam, quod falsum est & commentitium.

Cap. XI. Cur hæc disputatio præfixa sit his in Esaiam commentarijs, et quid sentiant veteres patres de tralatione Lxx virorum.

Hanc tantâ disputatione, tantarum rerum tanti poderis, & momenti his commentarijs prætexe relibuit, quæ harum rerum omnium quas diximus, quæque dicuntur, ex epla texere, & testimonia nõ est necesse, cum abunde testimoniorum omnium, quæ in hac disputatione dicta sunt, & dicuntur hæc commentaria sint suppeditatura, apparebitque his commentarijs post tantâ contentione D. Hieron. & D. August. vtrunq; p̄miscuè vtraque, tralatione esse vsum: & ecclesiã catholicã non solũ psalmos & alia quædã, iuxta tralatione Lxx canere, sed in sacris mysterijs vtraque, tralatione vti.

Et de tralatione vulgata, quæ summorum pontificum, & postremo concilij Tridentini auctoritate stat, quanq; nemo attentat, nisi iudaizet, non necesse est plura dicere.

Non enim missa faciã, quæ dicuntur alibi ex D. August. & Hieron. ubi probamus, solã editio- nem Lxx vsq; ad tẽpora D. Hier. in ecclesiã fuisse, neq; vllã aliã, quod centies testatur D. Ambr. neq; quicquid testimonijs veterum vllã aliã fuisse in ecclesiã ostẽdere poterit, quæ cõmunis editio diceretur, aliouè nominaretur nomine. D. HIER. ad Suniam & Fretelam, illos docere poterit hoc est, cõmunẽ editione nullã aliã fuisse, quam hanc Lxx interpretatione, verba D. Hieron. sunt: non autẽ ista, hoc est, cõmunis editio, ipsa est quæ & Lxx. Hæc Hieron. ubi nõ potuit apertius ostendere cõmunẽ editione esse tralatione Lxx: dictã autem sic arbitror, quod quanuis alijs tralationibus vterentur ecclesiæ, vt iuuarentur illis ad intellectu scripturarũ, huius tantũ vtebantur testimonijs, & ad intellectu huius, alias adhibebant, quod hæc esset omnibus ecclesijs cõmunis, & huius tantũ testimonijs vterentur ecclesiã, vt docet D. Ambr. D. Hieron. hoc interesse putat inter cõmunẽ editione, & tralationem Lxx, quod cõmunis editio scatebat mendis adiectione multarum rerum, quas scriptores adiecerant ex alijs tralationibus, tralatio Lxx dicebatur hæc eadẽ tralatio repurgata mendis, & veluti sibi reddita. Et vti- nam illam cõmunem editionem haberemus, neque expuncta essent multa ex illa à D. Hieron. & ab alijs eruditjs, vt ipse ait, quod Hebraicẽ non haberentur, multa enim Lxx addiderunt de suo, quæ in latu Spiritus sancti addita docent omnes veteres patres, idque ita esse apparet, cum ea quæ addita sunt à Lxx viris citantur ab euangelistjs, & apostolis.

Quidã enõ fr̄s tralatione Lxx oppugnãt, qui hoc loco reselluntur.

Lxx viros vertisse omnes libros sacros.

Contra eos qui negant tralatione Lxx esse cõmunẽ, quæ nunc circumfertur.

Nam quod imperiti .i. cõmunẽ editione aliã nescio quã putant esse, imperitiẽ est. Vt enim missa faciã, quæ dicuntur alibi ex D. August. & Hieron. ubi probamus, solã editio- nem Lxx vsq; ad tẽpora D. Hier. in ecclesiã fuisse, neq; vllã aliã, quod centies testatur D. Ambr. neq; quicquid testimonijs veterum vllã aliã fuisse in ecclesiã ostẽdere poterit, quæ cõmunis editio diceretur, aliouè nominaretur nomine. D. HIER. ad Suniam & Fretelam, illos docere poterit hoc est, cõmunẽ editione nullã aliã fuisse, quam hanc Lxx interpretatione, verba D. Hieron. sunt: non autẽ ista, hoc est, cõmunis editio, ipsa est quæ & Lxx. Hæc Hieron. ubi nõ potuit apertius ostendere cõmunẽ editione esse tralatione Lxx: dictã autem sic arbitror, quod quanuis alijs tralationibus vterentur ecclesiæ, vt iuuarentur illis ad intellectu scripturarũ, huius tantũ vtebantur testimonijs, & ad intellectu huius, alias adhibebant, quod hæc esset omnibus ecclesijs cõmunis, & huius tantũ testimonijs vterentur ecclesiã, vt docet D. Ambr. D. Hieron. hoc interesse putat inter cõmunẽ editione, & tralationem Lxx, quod cõmunis editio scatebat mendis adiectione multarum rerum, quas scriptores adiecerant ex alijs tralationibus, tralatio Lxx dicebatur hæc eadẽ tralatio repurgata mendis, & veluti sibi reddita. Et vti- nam illam cõmunem editionem haberemus, neque expuncta essent multa ex illa à D. Hieron. & ab alijs eruditjs, vt ipse ait, quod Hebraicẽ non haberentur, multa enim Lxx addiderunt de suo, quæ in latu Spiritus sancti addita docent omnes veteres patres, idque ita esse apparet, cum ea quæ addita sunt à Lxx viris citantur ab euangelistjs, & apostolis.

Nam quod oes fabricas mouet aduersum hæc editione Lxx quidã ex nostris, vt labefactẽt, & eneruent omnia veterũ patrũ scripta, quæ illã interpretantur, qua mente, quoue animo id faciãt nescio. Multa, inquit, interpretati sunt malẽ Lxx, oportebat ire per singula, & ostẽdere quæ malẽ versa essent à Lxx. D. Hieron. aiunt multa adnotat, sed viri prudentes & docti, non si cõtrouersia orta est, inter sapientis cõtinuò indicta causa damnant alterã partẽ, si docti sunt ea loca disceptent: sin minus, taceant neq; vnã cũ Lxx primitiuã ecclesiã dãnent. Si addiscunt linguas, & quærunt adiuuenta doctrinẽ, quibus velut armis vtantur ad defendendã primitiuam ecclesiã, vnde nostra fides dimanat, nõ ad eã oppugnandã ijs erat vtendũ: neque iuuanda erat causa iudæorũ & iudaizantiũ. Schola iudæorũ aiunt, & Iosephus, & Aristes negãt Lxx vertisse aliud quã Pentateuchũ Moysi, postea refellenda est schola iudæorũ, & respõdendũ est Iosepho, & Aristee. Nũc ijs viris doctis respõdeamus iudæorũ scholã à nostris nõ fuisse iuuandã, sed refellendã, cum videãt ab Apostolis & euangelistjs ferẽ semper citari testimonia prophetarũ iuxta tralatione Lxx. Erat igitur hæc tralatio ante tẽpora euangelistarũ & apostolorũ. Neque scriptura reddita Græcẽ erat ante Christi tẽpora ab alijs quã à Lxx. Quæ igitur reliqua dubitatio erat nisi quidã ex nostris, nostra omni ope labefactare conarentur? Sed verẽ, aiunt, hæc, quæ nũc circumfertur, nõ est ipsa tralatio Lxx: benẽ sit illis, qui ita nostra iuuant. Eadẽ opera negare posses euangelia, nõ esse euangelia, quæ ab euangelistjs scripta sunt, vt alibi pluribus dicimus, sic euangelia proponuntur ab ecclesiã, vt docet August. cum ab apostolis per manus pontificũ, & per scripta sanctorũ, ad nostra vsq; tẽpora descendit integra, & incontaminata: eodẽ modo tralatio Lxx ad nostra vsq; tẽpora descendit ab apostolis nõ solũ per manus pontificũ, & doctorũ sed consignata omniũ sanctorũ, qui proximi fuere tẽporib; Christi, scriptis, qui singula citãt & interpretãtur, vt nisi apostolis & sanctis tẽporibus Christi, proximi fidẽ detrahere velis, dubitare non possis de hac re, nam vel hoc opere ostenditur, cum citamus interpretatio- nes

nes sanctorum, & interpretamur singula de sanctorum patrum sententia, sanctos patres singula sic legisse. Sed quis vnquam libros veterum ad hanc normam exegit, animo tam inimicõ & alieno, vt nisi singula citata ab antiquissimis ostendamus, adulterina esse cõtendat? sed multa Græcẽ aliter leguntur (aiunt) Eadem opera omnes translationes damnabis, negabisque esse eadẽ cum Græca lectione, quod deprauata sunt quædam, castigandaq; ex lectione Græca. Multa, dicunt, variẽ leguntur in alijs exemplaribus. Eadem opera rursum negabis Virgilium, esse Virgilium: & Ciceronem, Ciceronem esse, & alios scriptores, quod si consulas exempla vetera & antiqua, varias lectiones deprehendas innumeras. Et res confessa est, translatione Lxx multis locis alienis translationibus esse adulteratam, ne ij boni viri operam sumant perdere, vt id ostendant: quæ causa fuit D. Hieronymo vt nouam euderet translationem, & ecclesiã vt eam reciperet, & vtranque amplecteretur, quod quanuis afflatu Spiritus sancti tralatio Lxx esset edita, tamen à iudæis esset adulterata, truncata, & vitata multis locis.

Tralatione Lxx iã inde vsq; ab initijs nascẽtis ecclesiæ iudæi oppugnãt, vt docet I V S T. philosoph; martyr in dial. aduersus Triph. iudẽũ, quã manifestissimis eĩ testimonijs, iudæorũ cõfigatur impietas, & Christus admirãdo quodã lumine luceat, quã paraphrasim in plãrisq; scẽcerint potius quã interpretatione, vbi planius dicere potuerunt christi mysteria: & nescio qua mala sorte etiã ex nostris quidã, omnes in eam intendunt fabricas, & balistas. Quando ergo dictum pluribus verbis est de sententia D. Hieron. & August. dicam; quid de ea reliqui patres sentiãt.

Nam orthodoxis mos est, regiã viã insisterẽ, vt EPIPH. ait act. 6. synodi Nicen. 2. quod igitur est in definitione sanctæ magnæ, & vniuersalis Nicenẽ synodi, 2. act. 7. Sanctorum patrum viã insistamus, quã illi de rebus magnis decernere solebant, sic nos de sententia sanctorum videamus quid sentiendũ sit de tralatione Lxx virorum, quoties em̄ orta esset cõtrouersia: de sententia veterum patrum statuãt veteres, quid potissimũ esset sentiendũ. Sic LEO papa epist. 95. ad Leonem Augustum tom. 1. Concil. decreta multa sanxit, & in eis fanciendis in calce veterũ patrũ citat sententias. Quod fit tom. 1. Concil. etiam Chalcedonẽsi concilio act. 1. Et in eodẽ Chalcedon. concil. in alloquutione ad Marcianũ imperatorẽ sub sinẽ. Et. 2. to. Concil. 6. synodo Constantinopol. act. 11. sub Agathone. Et act. 12. vbi illud adijcitur omninõ, necesse est esse non solũ secundum sensum sequi sanctorum patrũ dogmata, sed eisdem vocibus vti cum illis, nihilq; penitus innouari. Quod idem fit act. 18. vbi scriptũ est, Nos sanctos, & probabiles patres nostros sequentes, &c. Et syn. Nicenẽ. 2. act. 6. in expositiõẽ Cyrilli in locũ quendã apostoli: Non solũ, inquit, hæretici apostolicas sententias peruertitis, sed sanctis patribus cõtraria statuitis. Et deinceps, sententiã sanctorum patrum recitantur per totã penẽ. 6. actione. Denique hic mos conciliorũ est, vt de rebus omnibus statuãt ex veterũ patrũ scriptis. Hũc morẽ sequitur Cyrillus in epistolis aduersum Nestorium, Augustin; Eusebi; Basil. Epiphã. & reliqui.

Conciliorũ ergo & veterum patrum vestigijs insistamus, perferutemur quid ab initijs nascẽtis ecclesiæ de Lxx viris fenerint sancti patres, idq; lectori, si quis hæc fortẽ legerit, ob oculos ponamus, quanquam satis erat cõtrouersia ortam inter D. Hieronymũ & D. August. & postea consensum explicasse. Sed quod res magna est, citemus omnes veteres patres, eorũq; sententias de interpretatione Lxx; & ab aduersarijs petamus, vt de contraria sententia citent testimonia sanctorum patrũ, quod act. 12. 6. synodi Constantinopol. non longẽ à principio fit, vbi leges hæc verba: Postremo adhortati eum sumus, testimonia nobis proferre sanctorum, &

probabilium patrũ, illorum videlicet, quos omnes cõmuniter doctores confitemur, & quorũ dogmata, legẽ, sancta Dei cognoscunt ecclesiæ. Et infra: Attritas hortamur potius sanctorum vocẽs sequi, neq; quæ à quibusdã patribus dicta sunt, & non circa hæc intentione habentibus. Et infra: Sufficiat ei cauta, ac trita sanctorum patrũ recta traditio. Et postremo: Permaneat in attrita patrum doctrina, quam omnes consonanter confitemur. Iisdẽ nos vocibus huius concilij, eos qui cõtrã sentiunt, hortamur, vt cum nos sanctorum patrũ testimonia citauerimus, citent illi non vnũ aliquem, sed patres sanctos, quibus fidant, vt aduersentur Lxx viris, aut palã fateantur se defletere de orbita detrita sanctorum patrũ vestigijs.

Primũ omnium si verũ est, quod omnium scripta decantant, imperatores ex eplõ suo præcipere, nõ minus quã verbis. Apostoli & euangelistæ, cum frequentissimẽ citãt interpretatione Lxx; principes ecclesiæ, videlicet, & triumphales duces, auctores sunt nobis, vt eam sequamur, & Spiritus sanctus, qui apostolorum ore ecclesiã docet, cum eorum scripta citat, quod frequentissimẽ factũ, toto hoc opere apparebit, nos docet vt eam suspiciamus, ac veneremur.

Qua ratio intelligatur tralatione; hanc quæ circũfertur esse Lxx virorum.

Cur utatur ecclesiã tralatione Hieronymi frequentius.

Cur oppugnetur tralatio Lxx.

Quare veteres decreta ecclesiæ sanxerint.

Mos conciliorũ in exquirẽda veritate.

Quid apostoli, & euangelistæ se esse vidẽtur de tralatione Lxx virorum.

D. HIERON. in lib. Paralipom. docet, Lxx viros Spiritu sancto plenos, transtulisse fidelis-
simè scripturam: & vitia quæ inoleuerunt in tralatione Lxx virorum, librarijs imputanda putat.
Et in apologia aduersum Rufinum, apostolos fatetur citasse testimonia scripturæ, iuxta tralati-
onem Lxx. Et de optimo genere interpretandi, vt supra dictum est, nos docet, apostolos, &
euangelistas, in vertendis literis sacris, sententiam expressisse, verborum non magnopere soli-
citos. Rursum, sensa quæ sisse, non verba: & ceteris testatur afflatu Spiritus sancti vertisse sacras
litteras, damnans eam sententiã quam alibi sequutus esset, vbi translationem Lxx improbareret,
vt **D. Hieron.** plus nobis videatur fauere, quàm aduersarijs, qui suam sententiã damnat, & om-
nium sanctorum patrum sententiã ad stipulatur.

D. AVGVST. etiam historiam narrat Lxx virorum, & miracula edita, & prophetas no-
minat, & afflatu Spiritus sancti, scripturam vertisse confirmat locis supra citatis.

THEODOR. in præfat. in psal. Mihi audax facinus esse videtur psalmorum titulos, qui cir-
cunferuntur, sub Ptolemæo rege Aegypti, qui ab Alexandro regnũ exceperit, in scriptos, subuer-
tere, quos Lxx viri omnes in Græcam linguã vertere, vt aliam omnẽ scripturã plenus Spiritu
sancto Esdras, centum quinquaginta ante annis verterat, præ Iudæorum negligentia, & incur-
ria, & ob cladem inuectam à Babylonijs iam olim corruptam. Et si ille afflatu Spiritus sancti
scripturæ sacræ memoriã renouauit, & ij non sine diuino inflatu, tanto consensu literas sa-
cras in Græcam linguã interpretare, & præter alias literas sacras, quas sunt interpretati, ipsos quo-
que titulos enucleare, & enodare, audax facinus, & confidentiã plenum, has appel-
lare interpretationes mendaces, & proprias sententias sapientiores Spiritus sancti inspira-
tionibus arbitrari. Et alibi idem Theodoretus, referente Augustino Eugubino, vbi disputat
an vulgata editio sit **D. Hieronymi**, Historiam Lxx virorum narrat, & Spiritum sanctum exci-
tasse ait Ptolemæum regem, Philadelphum appellatum, vt Bibliothecam libris Græcis, & La-
tinis, & Aegyptijs exornaret, vt admonitus rex Ptolemæus, esse apud Iudæos libros, qui & an-
tiquitate, & veritate cæteris excelleret, eorum flagraret desiderio, & ab ijs, qui apud Hebræos
rerum potirentur eos libros efflagitaret, peteretque ne eorum vsu & utilitate priuaretur, mit-
teretque dona regia prorsus, & templo, & Eleazaro. Et accepisse prodit scripturam Hebræis
litteris conscriptam, & Lxx viros à singulis tribubus senos, iuxta numerum illum, & iuxta ty-
pum; quem imperat Dominus Mosi. Qui Lxx viri præ se ferrent, Spiritus sancti se esse habi-
tacula, hos misisse ait ipsi Ptolemæo Eleazarum, & alios Iudæorum principes, vt scripturæ
translationem ederent, quam petebat Ptolemæus. Hos exceperit Ptolemæus; diuisis cellulis a-
pud Pharum, quæ apud Alexandriam est, ne si simul essent, de compacto veritatem celarent.
Et cum hoc fecisset, translata à singulis simul accepit, & aded concordasse omnes inuenit, vt
nec verbo disiderent, nec sententia. Accipiens igitur translationem multo maiores gratias e-
git ijs, qui ad hoc incubuerant, vt verterentur literæ sacræ, & plurimis vt par erat, eos profe-
quutus donis nationem Iudæorum laudibus in cælum tollens, eos remisit. Prima hæc tran-
slatio facta est tricentesimo primo anno ante aduentum cum carne ad nos Dei verbi & Do-
mini nostri Iesu Christi.

Rursum idem Theodoretus in præfatione in psalmos cum dixisset interpretes scripturæ,
alios allegorias cum multa fatietate persequi, alios vaticinationes quibusdam historijs ad-
aptare, vt Iudæis potius interpretationem conscriberent, quàm fidei alumnis. Solertis homi-
nis esse putauit, & horum & illorum superuacuam copiam fugere. Quæ quidem prius histo-
rijs cohærebant, ijs hæc accomodare. Prædictiones autem de Domino Christo, & de eccle-
sia ex Gentibus conflanda, & de euangelica Republica, de quæ apostolicis prædicationibus,
non alijs quibusdam adscribere, id quod Iudæi facere solent, qui malitię assueti sunt, & suę in-
fidelitatis excusationem contexunt. Hæc Theodoretus, quæ summoperè notanda sunt con-
tra quosdam homines, de quibus supra dixi, qui malitiosas Iudæorum interpretationes, tan-
quam munera quædam preciosissima conantur ecclesiæ obtrudere.

ORIGEN. qui adhibebat etiam Iudæorum tralationes, vt illis iuuaretur ad intellectum
scripturæ, qui que effecit hexaplum illud omnium scriptis nobilitatum, in cap. 15. epistola ad
Roman. author est, apostolos ferè tralationem Lxx seniorum citare. Ait enim in illa verba:
Et erit radix Iesse, Vnde sciendum est, quod apostolus ferè in omnibus tralationem Lxx vi-
rorum tenet. Et in. 10. cap. eiusdem epistolæ in illa verba: Domine quis credidit audire pro-
pheta? Scire, inquit, conuenit, quod illa vox, Domine, in Hebræis exemplaribus non habetur,
sed apo-

Lxx viro-
rum cellæ, et
miracula.

A sed apostolus citat tralationem Lxx, eam probans, vbi Origen. oblitus est dicere, **D. Ioannem**
hunc quoque locum citasse cum illa additione, vt in illa verba cap. 53. Esaiæ ostendimus. Et
paulò infra idem Origen. interpretans verba illa: Esaias audet & dicit, Non cõuenit, inquit, igno-
rari, quod in Hebraico non habentur voces illæ duæ, & contradicentem: Apostolus autem se-
quutus est Lxx interpretum veritatem. Audis Origen. testari, apostolos citasse etiam verba ad-
dita à Lxx? & veritatẽ Lxx virorum citasse? vt veritatẽ Hebraicã dicimus, quasi vtraq; à prima
veritate profecta dicatur. Quantò meliùs hic quàm nostri, qui librorum marginibus adscri-
bunt de Lxx, de apostolis, & euangelistis, à veritate Hebraica discrepant. Discant saltẽ ab Orig.
sic loqui, vt dicant iuxta veritatem Lxx interpretum, iuxta veritatem euangelicam, vt iuxta
veritatem Hebraicam dicunt. Mitto epistolam Origen. ad Aphricanum, quæ tota de laude trala-
tionis Lxx virorum est conscripta.

A MBR O S. quoq; Hexameron lib. 3. cap. 5. multa Hebraicæ lectioni à Lxx viris nõ ocio-
se addita dicit: Est enim Ambrosij hæc forma dicendi, vt non ociose dicat, pro mysticè, & scie-
tia spiritali, vt de Caim & Abel cap. 3. vnde non ociose in sancto miramur euangelio, quod pul-
lum afixa Deus infederit. Et de Noë & arca cap. 16. Nec illud ociosum quod dictũ est, quod me-
mor fuit Deus Noë. Et de Abraham patriarcha cap. 8. Neq; ociose filii ei dilectis. dicit: quibus
locis & alijs, semper Amb. dicit nõ ociose. i. mysticè, & sciẽtia spiritali. Et idẽ Amb. cũ in psal.
expositione citet Symmachum, Aquilam, Theodocionem, vt alię tralationes alijs sint pro
commentario, in psal. 43. interpretans illa verba, Quoniam humiliasti nos: Et Lxx virorum, in-
quit, cum his sententia videtur conuenire, cuius interpretationis testimonia de scripturis no-
bis sunt arcessenda diuinis.

HILAR. in præfatione in psal. narrat historiam Lxx virorum, quos rex Ptolemæus ex Iu-
dæa accersit, quosque misit pontifex maximus Eleazarus, quibus totius legis cura est demã
data, quq; cælesti & spiritali sciencia, virtutem psalmorum intelligentes, addidere titulos psal-
mis, quæ indẽ petet qui volet. Et ex eodem Hilar. in psal. 2. vbi eandem historiam Lxx virorum
multis verbis exsequitur, & sciencia spiritali quam à Mose, & prophetis, quasi per manus acce-
perant, vertisse eos libros veteris testamenti ait, multa que diuinitus scribit de Lxx viris, & de
eorum tralatione. Vbi videas, nescio quem, tam anxie hæc Hilarij verba legisse, vt mille deli-
ria marginibus adscriperit: non credo, audi Hieronymum: Aliud sentit Hieron. fabulę de cel-
lis Lxx, quasi malè hoc illum videret, quasi hoc non minus malè illum haberet, quàm si miser
Iudæus esset, & infœlix. Quid te malè habet hoc, tu quicunq; sis? quasi hoc primum miraculũ
ediderit Dominus inter infideles, vt doceret Dñs se solum esse Deum, & eos ad lucem euangeli-
cam præpararet. Si cæteris fidem habes, quæ Dñs edidit apud Danielelem, cur his abrogas
fidem? quæ non solum nostri (vt iã ostendimus) sed etiã alieni à religione suis scriptis tanto-
pere celebrant de Lxx cellis. Sed hos miseros, missos faciamus, vt inam non sint miseri. Idem
Hilar. in psal. 145. verba addita à Lxx viris ad explanationẽ scripturæ docet pertinere, idemq;
repetit multis verbis in psal. 146. & 147. alijsq; locis, & sciẽtia spiritali addita, & cælesti scribit,
eiusdemq; sententiæ cum August. Orig. & Ambr. est, nam de August. diximus scripsisse, Lxx
viros, sciencia spiritali multa addidisse scripturæ, quæ ad scripturæ explanationẽ pertineret.

EPIPHAN. de Lxx seniorum tralatione, in fine sui operis multa scribit. Hoc tantum di-
stat, quod cellulas non septuaginta duas putat, sed triginta sex, binos enim scriptitasse ait, qui
bus præpositos custodes fuisse scribit, ne inter se scripta possent conferre, prodit vertisse om-
neis sacros libros, donum habuisse Spiritus sancti, omnium tralationes consensisse editas si-
gillatim, non solum sententijs, sed etiam verbis, quod afflatu Spiritus sancti verterint scriptu-
ras. Et vbi vnus verbum addiderat, cæteros inuẽtos esse idem verbũ addidisse, quod ab aliquo
verbum esset detractum, cæteros detraxisse, quod quæ geminata erant semel dixisse fuere cõ-
tenti, & vbi aliquid deesse videbatur, vt oratio esset dilucida, & perspicua, additũ ab illis esse,
quodque ab vno additum est, à cæteris fuisse additum, deprehensum esse: quod admirabili
quadam præsentia Spiritus sancti factum apparet: & cætera quæ multis verbis exsequitur Epi-
phanus, quæ indẽ petet qui volet.

Dicere **EVGYPP.** thesaurorũ cap. 328. & sequentibus capitibus, referre historiam Lxx
virorum & miracula, appellasse ipsos prophetas, & propheticò spiritu addidisse quædam, pu-
tasse, & afflatu Spiritus sancti scripturam vertisse: sed cum Eugypcius thesaurum suum ex **D.**
Augustino compilasse se dicat, fat esse arbitror **D. Augustini** sententiam retulisse.

EVCHER. (quanuis in alijs non satis probatus author, nec Lxx magnopere amicus) lib. A
1. in libros Reg. cap. 2. significat Lxx viros multa non vertisse ad verbū, sed paraphrasi qua-
dam longiore explicuisse, his verbis, Hoc canticum, iuxta Lxx interpretum tralationem infe-
rere compulsi sumus, vt à beato Augustino positum est, pro eo quod in ipsa tralatione amplio-
rem & veriore continet historiam: Hæc Eucherius non admodum amicus Lxx viris, vt po-
stea ostendemus, & ideo veritate se compulsum ait. Quod autem veriore dicit historiam in
tralatione Lxx virorum esse, apertiore voluit dicere, nam æquæ vera vtroque loco est, & ead-
em sententia, quod ostendere non est huius loci. Fortasse quod parum cōsideratē loquitur
& aliquando parum piē, mea quidem sententia, ideo est improbat. Sed nisi intellexeris Lxx
viros paraphrasi quadam, loca quædam scripturæ latius fundere, non intelliges cur Eucherius

Lxx viros
explanare
scripturā
potius quā
interpretari
in quibus
dam.

Cur Lxx
viri discre-
pare à ve-
ritate He-
braica qui-
busdā etiā
sapientissi-
mis & san-
ctissimis vi-
si sunt.

Lxx viros
prophetas,
iuxta sentē-
tiam Euche-
rij.

De verbis
additis à
Lxx viris,
& q. scri-
pturam ex-
planant spi-
ritualiter.

amplio-rem historiam esse in tralatione Lxx virorum dicat, nam vt dixi, veriorē appellat quæ
planior est, & dilucidior, nam si excussisset verba Hieronymi, eandem inuenisset sententiam
præsertim si cum Hebræa lectione eā cōtulisset, intellexerat tamē Lxx paraphrasi loca obscu-
ra explanasse, ideo em̄ ait ampliorē historiam esse in tralatione Lxx. Nam li. 2. in Genes. cap. 10.
pro eo quod Hebraicè est, de hur Chaldæorū, Lxx viros vertisse ait, de regione Chaldæorū: &
quod Hebraicè dicitur, in hur ces din. i. in hur Chaldæorū, reddidisse, in terra natiuitatis suæ:
quasi enodarent scripturam, & dicerent: in hur Chaldæorum, hoc est, in terra natiuitatis suæ:
& de hur Chaldæorum, hoc est, de regione Chaldæorum. Et in quæstionibus veteris testamē-
ti, cum ageret de quæstionibus in Iob, scripsit, non quod his apud Hebræos nominibus cen-
scantur, sed vt apud nos horum syderum significantia posset esse manifestior: ita hæc tran-
slator appellare voluit, vt vsus gentilitatis inuenerat. Quibus verbis significat, Lxx viros obscu-
ra, quæque minus intelligeremus, alijs verbis expressisse, quæ essent in vsu gentilitatis rece-
ptissima, quasi dicerent, quæ Hebræi hoc nomine appellant, Græci sic nominant, quod res le-
gentibus sit manifestior, quæ sententia etiam Procopij est, qui interpretationes veterum pa-
trum in Esaiam, in vnum librum congesit. PROCOP. vt dicimus in caput primum in Esaiā,
admonet, ænigmata & res obscuras scripturæ, Lxx viros non reddidisse ad verbum, sed pro
ænigmatē sententiam expressisse; & res obscuras alijs verbis enodasse, quæ sæpē repeto, vt ap-
pareat vnde Lxx viri ab editione Hebræa discrepare videantur, cum non discrepent, sed eno-
dent scripturæ obscura loca, & ænigmata planioribus verbis dicant. Quod idem visum est
Origeni in Ioannem tom. 7. in illa verba, Ego vox clamantis in deserto. Illud tamen Eucherius
non satis piē dixisse videtur in Genes. lib. 3. cap. 48. vbi D. Lucas Lxx interpretes citasse ait,
quod D. Lucas contemptus & vilis scriptor, & magnæ opinionis erat Lxx virorum interpreta-
tio. Semper euangelistæ principes ecclesiæ sunt habiti, & non solum Lxx viris, sed omnibus
sunt antelati, subijctique Apostolos & apostolicos viros tralatione Lxx virorum, vt in citan-
dis testimonijs scripturæ, quod esset ea in gentibus diuulgata: quod repetit de quæstionibus
veteris testamenti cap. de quæstionibus in Iob, hoc eodem loco, quæ sumus interpretati, quod
mihi quoque non satis piē dictum videtur. Spiritus enim sanctus ore apostolorum loqueba-
tur, qui mentiri non potest, aut fallere: & apostoli, & euangelistæ non habebantur viles, sed
principes fuere semper ecclesiæ, & nimis honorati serui Dei (vt ait scriptura) qui omnes, vt to-
to hoc opere ostendimus, citant testimonia scripturæ iuxta Lxx viros. Neq; dicendum est ve-
riora vlla esse testimonia illis, quæ ore apostolorum citat Spiritus sanctus, sed res ipsa coëgit
eundem Eucherium fateri, quod supra vidimus, sanctos patres dixisse, & docuisse. Nam in Ge-
nes. lib. 3. cap. 31. prophetica libertate Lxx viros, propter aliquam mysticam significationē, nu-
merum quendam complessē dicit, qua de re non huius loci est disputare; hoc in præsentia o-
stendisse contentus ero, Eucherium, qui Lxx viris nō admodum est amicus, vt ex eius scriptis
satis liquet, confessum esse Lxx viros prophetica libertate addidisse quædam, planius dixisse
alia, obscura nō ad verbum vertisse, sed ita esse interpretatos, vt manifestiora erant futura, quæ
eadem sententiā est Procopij & Origenis.

ISYCH. in Leuiticum lib. 8. in illa verba: Fecit Moses vt Dominus imperauerat, alluisse
Lxx viros, ait, ad verba euangelica, quod certē non dixisset, nisi intelligeret eos Spiritus sancti
inflatu scripturas vertisse. Et lib. 3. in illa verba capitis secundi, Qui morticina eorum tetige-
rit, ait, Lxx viros de suo addidisse animam, vt verbo illo addito, admoneret non de bestijs hoc
dici: non enim qui tangit morticina bestiarum, immunditiā animæ tangit, sed corporis. Qui-
bus verbis docet Isychius, Lxx viros legem interpretari spiritualiter, & morticina animæ pec-
cata mor-

Acta mortalia interpretari. Et in Leuitic. lib. 5. in illa verba, Postquam emundauerat tabernacu-
lum, docet Lxx viros figura illa sacrificij, vnigenitum Dei filium declarasse additione verbo-
rum. Et paulò infra docet, eosdem Lxx viros sua tralatione significasse finem legalis figuræ
eorum fuisse per Christum, quæ nunquam dixisset Isychius, nisi afflatu Spiritus sancti vertisse
eos scripturas intelligeret. Atqui alijs tralationibus vtēbatur, vt illorum tralationibus ad in-
tellectum scripturæ iuaretur.

Lxx viri
pphetae, &
de cellulis,
& miracu-
lis iuxta se-
ntentiam Iu-
stiniani.

IUSTINIANVS Imperator, Nouellarū constit. 146. vtendum ait interpretatione Lxx
virorum, quæ omnibus exactior est, & præter cæteras multa continet occulta, præsertim pro-
pter id, quod in interpretatō accidit, nā cum semper bini seorsim cōclusi essent, & diuersis lo-
cis interpretarentur, vnam tamen omnes compositionē ediderunt. Ad hæc quis non illud in
his viris admiretur, quod cum lōgo tempore salutarem apparitionem magni Dei, & Seruato-
ris nostri Iesu Christi præcesserint, tamen illā futurā, quasi præsentib⁹ cernentes oculis, pphē-
tica quodāmodo gratia ipsos circūfulgente, sacrorū illi librorū interpretationē accommoda-
rūt: Hæc Iustinianus Imper. & cum Iustinianū Imp. cito, eū cito authorē quæ Concilia ipsa ci-
tāt, & nō vnū aliquē authorē citare me puto, sed Ecclesiæ Catholicæ totius vnū consensum. Ea
em̄ grauitate, & autoritate imperator Romanus de consilio doctissimorū hominū illius tē-
pestatis hæc sanxit, quæ cæteras leges tulit, quibus orbis obtēperat, vt supra summi Pōtificis B.
GREGOR. decreto tralatio Lxx virorum sit constabilita, & nūc summi imperatoris, & Chri-
stianissimi principis Iustiniani sit lege firmata. Vbi miraculū editum in tralatione Lxx virorū
à Iustiniano imperatore refertur de cellis, in quibus per se bini, aut singuli verterunt scriptu-
ras, & de consensu non solum in sententijs, sed etiam in verbis ijsdem, & de afflatu Spiritus
sancti & gratia. Monemurq; multa occulta dixisse Lxx viros, quæ gratia Spiritus sancti ipsos
circūfulgente dixerat, vt quæ Lxx addiderint, quæque explanauerint, conuenienter literis
euangelicis, non expungere, sed admirari debeamus, & venerari sententia Iustiniani.

PHILON Iudæus, vt alienos quoq; citē, nō solum nostros, lib. 2. de vita Moſis scribit Pto-
læmeum Philadelphum, tertium ab Alexandro incensum desiderio cognoscendi legem Iu-
dæorum, legatos misisse ad Iudæorum principē, & petijisse vt viritim deligeret optimos quos
cerdotum præstantissimos ex Iudæis delegijſſe, qui Græcè etiam scirent, quos exceperit maxi-
ma cum letitia rex Ptolemæus, quique in insula Pharo collocati, à Deo petierint, vt rei tantæ
pares esse possent, & præstarent hoc opus, quod ab eis postularetur: & scribit Dominum hoc
eorum precibus indulsiſſe, vt, aut maxima pars, aut vniuersum genus hominum vtilitatem cap-
peret. Additque prophetasse eos Spiritu plenos, non alia alios, sed eadem omnes, & nomina
& verba tanquam inuisibiliter, nescio quo, singulis suggerente verba. Hæc Philon Iudæus, &
quod Spiritum sanctum homo Iudæus nō agnosceret, scripsit, tanquam suggerēte nescio quo,
vbi spiritum sanctum planè significat, quem singulis sentētijs, & verba suggestiſſe ait, & pro-
phetas nominat, & diuinos scripsisse ait singillatim, & postea non solum sententijs, sed ver-
bis etiam ingenti illo miraculo concordasse. Et infra idem Philon obstupuisse eos, qui tantū
miraculum viderunt, nec interpretes eos, sed prophetas nominasse, & instituisse quotannis
tanti miraculi festos dies, eosque etiam sua tempestate fieri. Atqui Philon Iudæus Alexan-
driæ natus, ibidem etiam consenuit, vt horum festorum dierum testis fuerit oculatus, non
Dauritus: & cum vir fuerit suæ tempestate maximè æstimationis, nisi res ita se haberet, & vul-
go notā esset, tam impudenter ne vellet mentiri, vt apud suos, & apud omnes manifesti mē-
dacijs reus peragi posset?

Lxx viri
prophetae,
& cellula,
& miracu-
la iuxta sen-
tentiā Phi-
lonis.

Cap. XII. De autoritate tralationis Lxx virorum.

Libuit hos scriptores cōmemorare simul, & eorum coniungere sententias, vt liqueat Lxx
viros verba scripturæ addidisse instinctu, & afflatu Spiritus sancti, ne quis putet obelo ex-
pungenda, quod ea Hebræa lectio non agnoscat, vt intelligat Christianus lector veteres ita sen-
sisse, non humano ingenio illa addita esse, sed diuino consilio. Et euangelistarum quidem, &
apostolorum autoritas hoc docere poterat, qui testimonia ex tralatione Lxx virorum pe-
tunt, vt docuit Orig. ea; verba citant pro sacris responsis, quæ Lxx de suo edidit, nunquā
id factum vt humana cōmentaria pro diuinis responsis citarent, nisi præ se ferrent afflatu Spi-
ritus san-

ritus sancti hanc translationem esse editam. Nō enim semel, aut bis hoc factum ab apostolis est, A vt citent verba addita à Lxx viris, vt notat Orige. sed sēpē id factitatum ab apostolis est, quod toto hoc opere apparebit, vt nemo ea attentet, quæ Apostoli, & euangelistæ probarūt, quæ sacri scriptores ecclesiæ Catholicæ lumina, quæ summus Pontifex Gregorius, quæ summus imperator Iustinianus, quæ Iudæi etiam putant sanctissima. Iam reliquorum veterum patrum sententias de translatione Lxx virorum persequamur, vt qui singulorum sanctorum marginibus adscribit, Origeniacum hoc est, audi Hieronymum: aliter sentit Hieron. fabula de Lxx cellulis: non credo, consensui veterum Patrum eadem adscribat, & contra torrentem sanctorum brachia dirigat, D. Hiero. clypeo tectus. Ergo concilia quæ supra citauit quæ plurima decernunt de autoritate veterum patrum quod D. Hieron non citant, erunt irrita?

IREN. quem vt virum Apostolicum, vt dixi, citant D. Basilius, & Epiphanius de translatione Lxx virorum, cum dixisset, multis ante annis prædicta fuisse omnia, quæ in lege noua sunt, & contineri literis Hebraicis, & seruari à nostris aduersarijs Iudæis, qua causa August. docet Iudæos esse seruatos, duraturosque vsque ad consummationem seculi, vt inter nos viuant, vt si qua sit orta quæstio, à Iudæis Christiani nominis hostibus accerimis, libros petamus, & res fidei, vel aduersariorum libris confirmemus, & si quis obijciat manifestissima de Christo vaticinia, à nobis esse conficta: à Iudæis, qui nos viperino sanguine peius odere, petamus libros, & illis libris quos manus nostrorum aduersariorum exararunt, res nostras consignatas probemus, cum hæc in quæ, quæ sēpē repetit August. supra dixisset IREN. addidit li. 3. aduersus hæreses Valentini cap. 24. has scripturas Hebræas multo tempore ante aduentum Domini Græcè redditas à Lxx Iudæis, vt nulla relinqueretur suspicio, ne forte vt nobis morem gererent Lxx Iudæi hæc ita sint interpretati. Quibus verbis Irenæus proximus temporibus Apostolorum, Polycarpi discipulus, qui fuit D. Ioannis auditor, & qui se à discipulis Apostolorum sacram scripturam interpretari didicisse ait, idque repetit sēpē lib. 5. contra hæreses Valentini: maximum fidei Catholicæ stabilimentum in translatione Lxx virorum situm esse ait. Nam vt August. ideo relictos inter nos Iudæos ait, vt literis Hebræis consignatam nostram fidem seruent hi qui nominati Christiani sunt offensissimi, vt quoties cum infidelibus sit orta contentio & veteris testamenti citauerimus vaticinia, quibus hæc nostra sint multo ante prædicta, vt omnibus obtulerimus os, ne prophetias à nobis esse fictas calumnientur, à Iudæis infestissimis Christiano nomini libros petamus Hebræos, & literis Hebræis exaratis manu offensissimi nobis Iudæi res nostras probemus: Vt hæc inquam August. sic Irenæus scribit, quod de intellectu Hebrææ lectionis, magna inter nos, & Iudæos semper erat futura controuersia, cautum à Domino multo ante tempora Christi esse, vt & Iudæi, & tot numero verterent scripturas, vt nulla Iudæis relinqueretur tergiversatio. Quid præstaret plus Deus? consignata literis Hebraicis, quæ à nostris acerrimis hostibus seruantur catholica veritas est, & ne de intellectu scripturæ posset esse contentio, reddita Græcè est, propter ea quod tunc Græca legerentur in omnibus ferè gentibus, & reddita à Iudæis ipsis, à tot numero Iudæis, & tanto ante tempora Christi, ne dubitationi vllus reliquus esset locus. Certè IREN. cap. sequenti impudentis esse ait tam manifestè rei repugnare, & quantum ego iudico hæc IREN. & D. Augustini argumenta sunt insolubilia, nisi eo modo resolui posse dicas, quo Arist. scripsit ad exteriorem sermonem, demonstrationem non esse. Ad dit Idem IREN. eodem lib. cap. 25. historiam Regis Ptolemæi, Regemque Ptolemæum voluit se periclitari, an scriptura esset diuina, timuisseque præterea ne Iudæi de legis veritate se clarèt & sigillatim eos interpretari scripturas iussisse, ne ei verba dare possent, id ratum habiturus, vbi plurimum esset consensus, consensisse autem omnes, etiam cum singillatim scripsissent, non solum eisdem sententijs, sed verbis eisdem, vnde Dominum glorificatum esse ait, & scripturas creditas esse diuinas, & afflatu spiritus sancti Græcè esse versas, & tale miraculum hoc fuisse, quale cum Esdræ sacerdoti post captiuitatem Babylonicam scripturæ corruptæ, sunt inspiratè diuinitus, vt populo Iudæorum eas restitueret. Additque inde colligi, & hæc interpretationem Lxx virorum afflatu spiritus sancti esse textam, vt eodem spiritu editæ sint prophetiæ, & versæ.

NICEPHORVS Callistus lib. 4. ecclesiasticæ historiæ cap. 13. & 14. hunc Irenæum fuisse scribit proximè temporibus apostolorum, quo tempore nec miracula cessarāt, & mortui precibus ecclesiæ reuocabantur in vitam, & refert hanc eadem historiam Lxx virorum scriptam ab Irenæo, vbi diligens ille Iudæorum fautor adscriptis scholijs margini, negat Hieron. placere, vno

re, vno hoc prætextu se tuentur, produnt tamen quo animo sint in res nostras, nec enim citant vnquam multa D. Hieron. loca, vbi D. Hieron. damnata priore sententia, plus laudat Lxx viros, quam omnes patres veteres ante laudarint. Sed tamen impudentis est, ne dicam parum pij consensum sanctorum damnare, quod vnus ex veteribus aliter senserit. Ergo concilia quæ multa decernunt ex consensu veterum patrum, quod Hieron. non citant, erunt irrita?

TER TULLIANVS proximus etiā Christi temporibus in lib. quem aduersus gæteis scripsit, de prophetis agēs, Ptolemæorum eruditissimus, inquit cognomine Philadelphus, omnis literaturæ sagacissimus, Demetrii Phalerei persuasū à Iudæis libros postulauit, qui missi sunt cū Lxx interpretibus, quos Menedemus Philosophus prouidentia vindex admiratus est de sententiæ communionē, & addit idem Tertullianus etiam sua tempestate hanc translationem Lxx virorum in bibliotheca regia contineri & à Iudæis vulgo legi.

THEODORVS Antiochenus in prophetam Sophoniam cap. 1. Lxx viri inquit literas sacras Græcè vertere, patrij sermonis peritissimi, & diuinarum scripturarū scientissimi, dilecti à principe sacerdotū & ab vniuersis tribubus Israel, tanquam maximè idonei ad vertèdas scripturas, quorum interpretationem planè liquet accepisse Apostolos, & tradidisse his, qui ex nationibus crediderunt, ad quos ante vetus testamentum non peruenerat, & ab Apostolis accipientes hanc Lxx virorum translationem habemus omnes qui ex gentibus credidimus, & in ecclesijs legimus, & domi euoluimus. Quomodo ergo non stultū putabimus si quis dicat Lxx viros tot numero, & tales, probatos à pontifice Maximo Eleazaro & ab vniuerso Israele literarum sacrarum eruditissimos, in verbo esse lapsos?

Translationem Lxx virorum traditam ecclesijs ab apostolis.

Hæc THEODORVS. quibus verbis author est, ecclesiam Catholicam Lxx virorum interpretatione ab Apostolis accepisse, quod etiam nos docet D. Hieron. in præfatione in quatuor euangelia ad Damasum papam. Cum enim de tralatoribus veteris testamenti ageret, subiicit, Sit illa vera interpretatio, quam apostoli probauerunt, quod de alia interpretatione intelligere non possis, solum enim translationem Lxx virorum, quod postea D. Hieron. est confessus, apostoli citant: Quæ verba D. Hieron. eo magis notanda puto, vt appareat inter D. Hieron. & D. Augustinum, inter quos tam ingens orta contentio erat, postea summum fuisse consensum, hæc enim eadem verba Augustinus scripserat ad Hieron. epistola 19. vbi in fine ait, Lxx virorum translationem aures ecclesiæ audire consueuerunt quæ etiam ab Apostolis approbata est. Ec quis ergo tam est impudens vt quod Apostoli probauerunt, ipse improbet? sed quid D. Hieron. & quid D. Augustinus de Lxx viris senserint, supra pluribus est explicatum.

CYRILLVS episcopus Hierosolymit. 4. Catechesi. Lege, ait, libros scripturæ 22, à Lxx senioribus tralatos. Alexandro enim rege Macedonum mortuo, imperio eius diuiso in quatuor regna, Ptolemæi in Aegypto regnarunt, secundus Ptolemæus cognomèto Philadelphus, qui in literas literatosque homines fuit propensissimus, bibliothecam pulcherrimam omnium librorum genere Alexandriæ exornauit. Cum à Demetrio Phalereo, quem bibliothecæ & conquirendis toto orbe terrarum libris præfecerat, admonitus esset de scriptura legis veteris & prophetici sermonis Hebræorum, honestius iudicauit & pulchrius, non vi hos libros à Iudæis extorquere, sed precario petere potius, & conciliare sibi donis & muneribus eos, penes quos hi libri erant. Plurima igitur dona misit Hierosolyma Eleazaro principi sacerdotum, petijtque è singulis 12. tribubus tenos ad se mitti, vt sibi scripturam sacræ interpretarètur. Voluit enim periclitari diuini ne libri essent, an non, quæ res fecit vt nollet, vt simul verterent libros sacros, sed sigillatim, suspicans fieri posse, vt sibi verba darent. In Pharo igitur, quæ non longe à Alexandria distat, singulis singulas domunculas, neque re communicata, ad Regem ierunt: Conferens ergo Rex scripturas inter se, reperit non sententijs solum, sed verbis etiam eisdem inter se consentire, non enim erat opus humanum, sed sancti spiritus, sanctarum scripturarum interpretatio. Hos 22. libros à Lxx senioribus Græcè redditos lege, reliquas translationes rejice, hanc tantum diligenter euolue; quæ in ecclesia legimus audacter. Multo te prudentiores, & pij magis erant Apostoli, & antiqui episcopi, qui hanc translationem Lxx virorum nobis tradiderunt.

Hæc Cyrillus episcopus Hierosolymitanus. Quis audeat ergo à Cyrillo, & à Theodoro Antioche-

Antiocheno, & à D. Hieron. & ab Augustino apostolos tralationem Lxx virorum nobis tra-

vtinam ne
mo à Iudae
is quicquid
accepisset
praeter lin
gue cogni
tionem.

didisse, & tam ferreus sit, & adamantinus vt eam non habeat in medullis.
EUSEBIUS. Caesariensis iam è numero quorundam fuit ex veteribus, qui plus tribuere Iudaeis, quam par erat: vtinam ex veteribus nemo fuisset qui Iudaeos audiendos putasset & scripturae sacrae asciscendos praecipuos, cognitionem Hebraeae linguae ab illis accepissent, & verborum significationes, Iudaeorum fabulas prorsus reiecissent, & commenta. Quod enim eos aliquando audierint, vbi nihil periculi erat, aut non multum fortasse, nostri illorum exemplo, plus, plusque indies audent: ceci sunt Iudaei, & duces eorum, quid lucis afferre possunt cognitioni scripturae sacrae, quibus, vt ait Esaias, liber est ob signatus, ita vt nihil plus intelligant, quam qui nunquam didicere literas? Sed Euseb. tantum intra hanc substitit, vt adhiberet Iudaeorum interpretationes ad intellectum scripturae, quod fecere alij item patres veteres, nunquam scripturae sacrae sensa petijt à Iudaeis. Nò tribuit tamen tantum Lxx viris quantum alij patres: quod factum ab eo doleo, & queror; fidem enim habuit in plerisque Iudaeorum interpretationibus Aquile, Symmachi, & Theodocionis, & relicta tralatione Lxx virorum cas est sequutus aliquando, & quod Iudaei, vt postea dicendum est latius, Lxx virorum cellas, miracula edita apud Aegyptum, & tralationem omni conatu oppugnabant, & vociferationibus vt docet ORIG. in epistola ad Aphricanum, omnia replebant, videtur mihi Iudaeorum his clamoribus celsisse in quibusdam. Retiuit enim miracula edita in Aegypto, caetera eodem ordine narrat quo reliqui veteres, ait enim praeparationis euangelicae lib. 8. cap. 1. Deum optimum maximum, quod futurum erat, vt omnes gentes, & nationes ad Christum conuerterentur, cuius appetebat aduentus, fecisse vt praedictiones prophetarum ex Hebraeo sermone Graece reddite in lucem hominum proferrentur, reponerenturque in publicis bibliothecis, & ea causa mouisse cor Regis Ptolemæi, vt curaret vertendas scripturas, quod vniuersus orbis ad fidem esset vocandus, neque enim nobis, inquit, litera sacrae aliter contigissent, quod Iudaei suos libros occultabant, neque alij dabant describendos, multo minus nobis eorum copiam fecissent, propter inuidiam. dignatus igitur, inquit, est, nos Deus hac diuinitus facta tralatione. Quauis ergo Euseb. ea qua dixi causa miracula reticet, & tralationi Lxx virorum alias anteponebat aliquando, diuino consilio factam fatetur, & dispensatione diuina, in alijs fortasse Iudaeorum celsit clamoribus, & vociferationibus, nisi forte quidam ex veteribus vsi sunt figura quadam sententiarum, vsitataissima apud oratores, qua concessio dicitur, quae fit, cum aliquid etiã iniquum cause bonae fiducia patimur, veluti si dicerent: largiamur Iudaeis, id quod falsissimũ est, esse verum, vno consensu Lxx viros vertisse scripturas, non per se singulos, singulis cellis diuisos, tamen nec sic illorum auctoritati quidquam est anteponendum, quod facit August. de doctrina Christiana lib. 2. cap. 5. his verbis: si autem cõtulerunt inter se Lxx viri vt vna, omnium communi tractatu iudicioque, vox fieret, neque sic quidem quenquam vnum hominem quilibet peritiam praeditum ad emendandum tot seniorum, doctorumque consensum aspirare oportet, quam rationem suspicor secutos esse quosdam veteres patres: omnes tamẽ vno ore fatentur diuino consilio factam esse hanc tralationem Lxx virorum.

Veteres pa
tres de tra
latione Lxx
figura vni
tur orato
rũ, quae dici
tur conce
fio.

CHRYSOSTOMVS enim hoc plane pra se fert, qui in primũ caput Matthæi Homil. 5. ait caeteros omnes tralatores suspectos esse debere, quippe qui ex odio dixerunt multa, & prophetias, dedita opera, obscurauere: Lxx, vero ante centũ, & aliquanto amplius annos ante Domini aduentum ad interpretandum tot pariter accedentes, ab omni suspitione huius modi vindicantur, tum ob ipsum temporum interuallum, & illorum numerum: tum ex ipso, quod super omnia debet valere consensu. Hęc CHRYS. qui aliam sequitur fortasse historiam: cõtrouersum enim est quis ex Ptolemæis scripturam vertendam curarit, aut numerus est vitiat. & Idem CHRYS. in caput 1. Genesios Homilia 4. omnes diuini libri veteris testamenti Hebraeorum lingua sunt compositi, & non multis annis ante aduentum Christi Rex quidem Ptolemæus in cõquirendis libris admodum studiosus operæ pretiũ putauit, & eos libros colligere, eaque de causa quosdam Iudaeorum Hierosolymitarum vocauit, qui eos in lingua Graecam verterent, quod & factum est, contigit autem hoc non sine diuina dispensatione, vt non solum Hebraicè linguae periti, sed & omnes qui totum orbem inhabitant ex eis vtilitate perciperent, estque rarum miraculum, quod non Iudaicæ religionis quisquam hoc curauit, sed vir idolatriæ deditus & religioni damnatæ multum fauens, hoc enim modo se habent omnia quae à Dño nostro dispensantur, vt per aduersarios semper crescãt præcepta veritatis.

Miraculũ.

EVTHY.

EVTHYMI VS Zigabonus in illa verba Matthæi, Ecce virgo concipiet, & pariet filium eadem cantat verbis ipsdem, mutuatur enim omnia ex D. Chrylostomo.

PROCOPIVS Gazæus in Genesios, in principiũ, Verus, inquit, testamentũ ex Hebraeo sermone Graecè translatum est, quod, Deo dispensante, per Ptolemæum est factum ante Christi aduentum. Quod igitur Procop. *de d. inuentione scripturae*. i. Deo prouidente, & gubernante, ac disponente factum dicit, vna cum consensu omnium veterum patrum: quisquam parum fideliter factum esse causari potest? Sed hi inquam ne Iudaeorum clamoribus obtunderentur, tantum sumunt id quod manibus teneri potest, oculis cerni, quodque nemo, nisi sit impudentissimus, queat inficiari, etiam ex hominibus à fide alienissimis, si tantum audiat historiam: caeteri eadem eisdem verbis narrant.

CLEMENS enim Alexandrinus Stromaton lib. 1. de tralatione Lxx seniorum sic scribit, verfas fuisse scripturas legis, & prophetarum ex Hebraeo sermone in Graecam linguam, aiunt, Rege Ptolemæo Lagi filio: aut vt alij prodiderunt, rege Ptolemæo Philadelpho, qui id vt fieret vehementer studuit, curabat enim bibliothecam Alexandriæ omni librorum genere exornandam, Petijt ergo vt Hierosolymitani eas quoque quae apud se erant prophetias in sermone Graecum interpretarentur, illi autem lectissimos quoque, & scripturarum scientissimos Graecè quoque doctos LXXII viros delectos, ad eum cum diuinis libris miserunt, cum autem vnus quisque per se sigillatim scripturas essent interpretati, & prophetias omnes, ipsae interpretationes singulorum inter se consenserunt, & inuenta sunt expressè eisdem verbis, & sententijs eisdem. Dei enim voluntas fuit vt Graecè redderentur scripturae, neque fuit ad eum alienum, ipsius Spiritu sancti inflatu fieri interpretationem, vt Spiritus sanctus qui prophetiam dederat, redderet etiam interpretationem, velut altera ad Graecos factam prophetiam. Hęc CLEMENS Alexandrinus, conuenienter sanctorum patrum sententia, & D. August. de doctrina Christiana lib. 2. vbi ait: Quam ob re si quid aliter Hebraicè inuenitur quã Lxx viri posuerunt cedendum esse arbitror diuinæ dispensationi, quae per eos facta est vt libri quos gens Iudaea caeteris populis, vel religione vel inuidia prodere nolebat, credituris per Dominum gentibus, ministra regis Ptolemæi potestate, tanto ante proderentur: itaque fieri potest vt sic illi interpretati sint quemadmodum congruere gentibus ille Spiritus iudicauit, qui eos regebat, & qui eos vnum omnibus fecerat. Hęc Augustinus. quae sic intellige spiritum sanctum fecisse, vt Lxx viri non aliud dicerent, quam sacris libris contineretur, sed aliter, obscura planioribus verbis, ambigua manifesta oratione. Quod enim ad gentes transferebantur scripturae diuina dispensatione factum est, vt scripturae non ad verbum redderentur, sed facta paraphrasi perspicue, & dilucide ea lingua quae omnibus esset communis, propterea quod Graeca legebatur in omnibus ferè gentibus, vt ait Cicero pro Archia poeta, & Apostolus Iudaeo primũ, & Graeco, Graecum appellans populum gætium. Ergo nõ solum factum est, vt Graecè verteretur scripturae, sed vt ait hoc loco AVGVST. quemadmodum Spiritus sanctus iudicauit congruere gentibus. i. planè aperte vt sine interprete plurima intelligere possent ipsae nationes. Nam si scripturae ad verbum essent redditae, prophetarum enigmata, & parabolas, & obscurissima quaeque nationes non intelligerent, quae omnia septuaginta viri non ad verbum sed paraphrasi quadã interpretantur, vt supra diximus ex D. Hiero. qui nos docuit apostolos, & prophetas, & Lxx viros non ad verbum reddere scripturas, sed sensa sacra exprimere, quodque docere alij veteres, vt supra ostendimus, & PROCOP. & hoc loco CLEMENS Alexandr. innuit, cum ait hanc tralationem Lxx virorum velut alteram prophetiam esse factam ad nationes, vt cum nationes in tenebris versarentur, neque assueuissent sermonibus Spiritus sancti, haberent scripturas genere quodam perspicuo, & dilucido orationis, conscriptas, vt multa sine interprete, sine magistro intelligerent in Christi aduentu: qui iam pro foribus erat: & sic veteres patres scripturae multa testimonia recitant iuxta tralationem Lxx virorum, neque ea interpretantur quod interprete non putent egere tam perspicue, & dilucide Christi mysteria resonant, quae res fecit, vt crediti sint dissidere à lectione Hebraea, quod verba verbis non responderent, aliud Hebraicè, & aliud Graecè esse videretur. Erant enim Hebraicè parabolas, enigmata, Graecè ænigmatum, & parabolarum interpretationes, quae ad lucem euangelicam factae viderentur, tanfo tempore ante euangelij praedicationem, quod nos docent hi veteres patres quorum sententiam retulimus, quae verissimè dicta hoc opere ostendimus, doctores enim sacros Spiritus sancti lumen illustrat.

Lxx virorum
cellae, et
miracula.
A flatu sp
ritus sancti
date et tra
slata scri
pturae, &
cur?

Cur tralati
o Lxx pa
raphrasis
potius, quã
translatio
in plerisque

Cur Lxx vi
deantur dis
sidere à le
ctione Hebraea.

IVSTIN.

IVSTINVS Philosophus Martyr tēporibus Christi proximus, in oratione parznetica ad Græcos, huius historiæ meminit: narrat q̄; Ptolemæum Aegypti regem bibliothecā Alexandriæ exornasse, & vndiq; conquisitis eam libris compleffe, cum q̄; certior factus esset antiquissimas historias Hebræorum literis contineri, & seruari ab Hebræis diligentissimè, illarum historiarum cupiditate incensum, curasse Lxx viros sapiētes Hierosolymis accerfendos Græcè quoque eruditos, quibus imperavit vt Græcè verterent scripturas, quod vt sumnota omni cura præstarent celerius, edificandas curasse, nō in vrbe, sed in Pharo quæ septem ab vrbe Alexandria stadijs distat, cellulas totidem numero, quot interpretes erant, vt singillatim per se quisque suam faceret interpretationem. Imperasse ministris, qui eis præerant, & eorum custodia, vt ipsorum curam gererent, & darent operam nequid ipsis deesset, cauerent tamen ne inter se conferre sermonem possent, aut communicare consilia de vertenda scriptura, vt interpretationis exacta veritas ex plurimorum consensu constaret. vbi enim plures consentirent id pro vero scripturæ sensu, habiturus erat. Postquam vero intellexit Lxx seniores non solum sententijs, sed etiam verbis inter se consensisse, neque vel vna dictione dissentire inter se, sed eadem verba de rebus eisdem singillatim scripsisse per se singulos, percussam admiratione intellexisse Regem diuina virtute interpretationem illam factā fuisse, omni honore ipsos vt Deo charos & acceptos, esse profecutum, & multis donis remuneratos in patriam remississe, & libros admiratum, vt par erat, consecratos, in sua reposuisse bibliotheca. Neque sat habuit Iustinus hæc dixisse prodita historijs hominum alienorum à fide, adiecit se suis oculis vidisse cellularum vestigia in Pharo, & hæc omnia ita accepisse ab his qui ea loca tenerent.

Hæc enim sententiæ veterum patrum de translatione Lxx virorum. Petitur ab his qui contra sententiā, qui authoribus sacris fidem detrahūt, quo malo nullum est pestilentius. Et si tā vt pferant sententijs sanctorum aut fateantur se falsas aduersari.

Hæc igitur via trita, & sanctorum patrum, & conciliorum vestigijs vt supra ostendimus, quam orthodoxi semper insititire, vt conciliorum verbis vtar, vt sanctorum patrum sequamur sententijs, neque ab eis vel latum vnguem discrepemus, quas vsque adhuc recitauimus. Nunc, quod diximus 6. syn. Constantino pol. act. 12. fieri, adhortemur eos qui cōtrā sentiāt, testimonia proferant sanctorum & probabilium patrum, illorum videlicet quos omnes communiter doctores confitemur, neque quæ raro à quibusdam patribus dicta sunt: aut permaneant in attrita patrum doctrina, quam omnes consonanter confitentur, ne videantur illorū probante sententiā, qui authoribus sacris fidem detrahūt, quo malo nullum est pestilentius. Et si tātum mihi res esset cum catholicis & orthodoxis, hoc sine omnem hanc disputationem clausissem, sed quoniam refutandi sunt Iudæi & Iudaizantes, pergendum porro est & addicienda quæ restant.

Cap. XIII. De authoritate tralationis Lxx virorum.

IGitur ex his quæ diximus liquet, veteres patres omnes vno consensu tralationē Lxx seniorum afflatu Spiritus sancti textam esse sensisse, nec veteres patres solum, sed Philonem Iudæum huius rei fuisse authorem, nec ex antiquis quēquam fuisse, qui id ierit inficias. Nā quod D. Hieron. contra senserit aliquando, mutasse sententiā ostendimus, & in veterum patrum sententiā pedibus ijsse. Apparuitque quod omnium maximum est, euangelistas, & apostolos tralationem Lxx virorum citasse, probasse, nationibus vocatis ad fidem tradidisse, traditā seruasse ecclesiæ episcopos, & per manus posteris tradidisse: postremo summum Pontificem Beatum Gregorium vna cum tralatione Hieronymi probasse & confirmasse, Imperatoremq; Iustinianum sua authoritate constabilijsse.

Cap. XIII. Proponit quæ sunt refellenda.

RELiquum ergo est vt dicta ex parte diuersa refellamus. Schola Iudæorum huic tanto, tanque graui veterum patrum consensui opponit Iosephum Iudæum, & Aristeam, qui historiam Lxx virorum literis mandarunt, neque quicquam de cellulis, aut de miraculo edito illo magno meminere, nec prodidere scripturæ libros omnes à Lxx viris esse tralatos, sed tantum libros quinque Mosis iussu Regis Ptolemæi Græcè esse redditos. In multis Lxx viros lapsos esse fœdissimè. Illam calumniam Iudæorum qua inficiantur libros omnes sacros Græcè fuisse versos à Lxx viris, subuertemus primum, respondebimusque ordine his quæ apud Iustinum in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, nobis obijciunt Iudæi, parū fideliter Lxx viros

AViros literas sacras vertisse, in multis locis fuisse hallucinatos, fœdissimè in quibusdam literarum similitudine lapsos fuisse: postremo Iosephum & Aristeam ita refellemus vt Iudæorū fraudes pateant, & doli, & ad id toto pectore incumbam, vt nemo sit quin si primoribus labris Græcas, Hebræasque attigerit literas, cum scripturæ cognitione aliqua, si modo pie hæc tractet studia, vel manibus prehendat Iudæorum dolos, & verissimam veterum patrum sententiam fuisse, oculis cernat.

Cap. XV. Quod vniuersa scriptura à Lxx viris Græcè sit reddita contra scholam Iudæorum.

AVGVSTINVS contra Faustum Manichæum lib. 18. docet multis verbis ecclesiam catholicam, non alio modo nobis proponere scripturam, quam per apostolos, & antistites, succedentibus sibi met episcopis vsque ad nostra tempora: neque alio modo euangelia, & reliquas scripturas nos accepisse, nec aliter euangelistas Matthæum, Marcum, Lucam, Ioannem, nos agnoscere, & apostolos Petrum, Paulū, Iudam, & eorum epistolas, quæ quod sic nobis proponit ecclesia per manus Pontificum ecclesiæ succedentibus sibi met episcopis, & quasi per manus tradentibus. Cum ergo tralatio Lxx virorum tradita sit ecclesiæ ab Apostolis, vt supra authoritate veterum patrum ostendimus, & ecclesia per Apostolos, per antistites ad nos transmiserit, quæ reliqua dubitatio de hac re esse potest? Certè si apud infideles, aut hereticos in dubium vocaretur, an quatuor euangelia scripta essent, à Matthæo, Marco, Luca, Ioanne, nō tam firmis argumentis id posset probari, quam Lxx viros, prophetas, & omnes libros sacros vertisse, testimonio nanque infidelium id euincemus quibus apud infideles esset fides, qui catholice ecclesiæ fidem non habent, & catholicam ecclesiam ab Apostolis accepisse tralationē Lxx virorum & per manus vsque ad nostra tempora transmisisse, testantur omnes veteres patres, vt dictū est. Quod etiā intelligit quiuis ex cathena huius operis, quæ totum Esaiam ponet ante oculos explanatum ab Ireneo, Iustino, Tertulliano, & alijsque patribus proximis temporibus Christi, Origene etiam antiquioribus, cuius tempestate adulterata Lxx virorum interpretatione dicitur qui Esaiæ loca citant iuxta tralationem Lxx virorum quam ab Apostolis acceperant. Quod si quis tanto patrum consensui fidem non habet quod desperatissimè cuiusdam impudenti esset, vel inuitus ita esse fatebitur, his enim commentarijs patebit plus ceteris tralationem Lxx virorum ab Apostolis & euangelistas vel ex hoc propheta Esaiæ esse citatā quod signum insolubile est hanc tralationem Lxx agnitam & probatam ab apostolis & euangelistis, quādo ab eis toties citatur. Erat igitur illorū tempore conscripta, non enim ante tempora Christi versæ sacre littere dicuntur Græcè nisi à Lxx viris. Nō solum igitur quinque libri Mosis tralati à Lxx sunt, sed etiam reliqui libri sacri qui ab Apostolis citantur & euangelistis.

QVINTILIANVS: Vbi signum, inquit, insolubile est, ibi lis non est, vt non fuisse Romæ, qui eadem hora fuit Athenis: concubuisse cum viro mulierem, quæ peperit. Cum videamus citari prophetas & psalmos à D. Luca, Paulo: ab euangelistis; & Apostolis reliquis iuxta tralationem Lxx virorum, signum insolubile erit, quod dirimat omnem litem, hanc translationem factam ante Apostolos, & euangelistas & traditam nobis esse ab Apostolis, & euangelistis. Negat (aiunt) id D. Hieron. negat citata testimonia scripturæ ab Apostolis & euangelistis iuxta tralationem Lxx seniorum. dixi id ita prius sensisse D. Hieron. & ita respondisse Iudæis fortasse, qui nobis obijciebant apostolos, & euangelistas falsa citasse scripturæ testimonia, quæ à lectione Hebræa toto cælo disiderent, id crimen quod Iudæi apostolis, & euangelistis obijcerent inficiando tollere conatus est D. Hieron. Negauit Apostolos, & euangelistas citasse testimonia scripturæ iuxta tralationem Lxx virorum, postea mutauit sententiā, quod veritas ipsa cogeret: confessus est Apostolos, & euangelistas citasse tralationem Lxx virorum, Iudæorum impudentiam aliter repressit: docuit enim nos, vt supra dictum est, lib. de optimo genere interpretandi, Apostolos & euangelistas & Lxx viros ita vertisse scripturam, vt sentia sacra exprimerent, non numerarent verba. & centies fatetur, quod supra ostendimus, citasse testimonia scripturæ Apostolos iuxta tralationem Lxx virorum, quod docuit etiā Orig. August. & alij patres de quibus supra dictum est, quodque tu ipse facile deprehendas hæc commentarijs, si quid Græcè scias, & Græca Græcis conferas, quod Apostoli, & euangelistæ & Lxx viri Græcè scripserint. Aristoteles ad Theodecten i. de arte Rhetorica lib. hoc signum insolubile non fuit

Quare manibus pre-hædi possit translationē, com- tra Iudæos & Iudaizantes.

solubile, *et sic patet*, dicit appellatum, quod finem adferat controuersia: nam, *et sic patet*, finis est, vt **A** non fuisse Romæ qui eadem hora fuit Athenis: Citantur Lxx viri ab apostolis, & euangelistis in psalmis, & prophetis, vt re ipsa patet, eis, qui Græca Græcis conferunt & vt docent omnes veteres patres, vt supra ostensum est, translati ergo erant à Lxx viris prophetæ, & psalmi ante tempora euangelica, neque dubitationi reliquus vllus potest esse locus.

Cap. XV. Cur Iudæi translationem Lxx virorum tantopere oderint.

Cur ergo dices, Iudæi suos hos Lxxi Iudæos, qui CCC annis ante Christi tempora vertere scripturam tantopere oppugnant? Cur eorum translationi aduersantur tantopere? Nè pè, quod, vt ait IVSTIN. philosophus martyr in dialogo aduersus Tryphonem Hebræum: Iudæi constricti in vinculis testimonij scripturæ iuxta translationem Lxx virorum, quo se vertant non habent, nisi confugiant ad illud, nec scisse Hebraicè Lxx viros: nec reddidisse fideliter litteras sacras. Peius enim odere impij Iudæi hos Lxx viros quam Christum Dominum, quod apertissimè Christum prædicent, quod manifestissimis testimonijs Iudæorum damment impietatem, quod tot ante seculis euangelicam doctrinam repræsentent. Vndè mirandum non est, probasse Iudæos vno consensu translationem D. Hieron. quod ait D. Augusti. etiam si ipsos premeret vehementer, vt rejiceretur illa quæ illos multo premebat acrius, & vrgebat vehementius: & quod à Iudæis & tot numero Iudæis, vt nihil amplius esset, erat edita tanto ante tēpora Christi, vt Iudæi causari nullo modo possint Lxx Iudæos, nostris rebus studuisse, neque Lxx possent obijcere, quæ nunc opponunt D. Hier. quod noster est, quod Christianæ reip. columen, quod ita vertit scripturam, vt Christianæ reip. conueniebat. quod non eque peritus Hebraicæ linguæ esset atque sunt ipsi Iudæi, quibus ea lingua esset patria & vernacula. Nam quauis Iudæi dicant ipsos Lxx viros imperitos fuisse linguæ Hebrææ, contra stare vident omnes historias veteres quæ eos refellant, atque etiam illos quos D. Hieron. doctissimos Iudæorum appellat Philonem, & Iosephū, qui suæ gētis doctissimos, & sanctissimos Lxx viros fuisse scribunt. quæ singula plurimum habent ponderis, & momenti. Sed illud longè maximum quod in plerisque commetarium potius est hæc Lxx virorum interpretatio quam tralatio & de Christo frequentissimè loquitur planè, & de eius mysterijs paraphrasi quadam euāgelica, quod IVSTINIAN. imperator, qui tantæ autoritatis fuit, vt cum Concilia ipsa cum magna honoris præfatione citent, Nouellarū constitutione 146. scripsit de consilio etiam sapientissimorum hominum, quos illa tulere secula, his verbis: Ad hæc, quis non illud in his viris admiretur, quod cum longo tempore salutarem apparitionem magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi præcesserint: tamen illam futuram, quasi præsentibus cernentes oculis, prophetica quodam modo gratia sacrorum illi librorum interpretationem accomodarūt? Hoc, in quâ, quod Iustinianus Imperator ait, Lxx viros Iudæis fecit odiosissimos, quod quasi præsentibus oculis viderunt aduentum Iesu Christi & mysteria redemptionis, & interpretationem suam accomodarunt illi, scilicet Christo & aduentui eius, & texuerūt Lxx viri interpretationē suā, conuenienter aduentui Christi & eius mysterijs. hoc enim significauit Imperator Iustinianus, cum dixit interpretationem accomodarunt illi. i. fecerunt interpretationem conuenienter, & congruenter illi (supp. apparitioni Christi) quam viderunt præsentibus oculis gratia prophetica. Hoc inquam fecit Lxx viros Iudæis odiosissimos, quod euangelica quadam tuba, vt ait IVSTINIA. Christi mysteria personat. Vndè vt discas ex IVST. philosopho martyre Iudæorum scopus semper fuit vt hos Lxx viros semper oppugnarēt, in hos omnes fabricas intenderent, & machinas, ne te Iudæorum scholæ moueat authoritas, neque ex Iustiano hoc solum & Iustino discas, sed ex ORIGENE quoque in epistola ad Africicum, qua docet Iudæos vociferationibus, & clamoribus extudisse à nostris ne testimonia quædam iuxta translationē Lxx virorum citarent, quod falsa dicerent, & ab Hebræa lectione dissentanea, vt adhererent alios interpretes, vt alijs crederent, & sic à primo D. Hieron. Iudæis videbatur acceptissimus, vt excuteretur nobis è manibus Lxx virorum interpretatio. Postquam id factū est Iudæi in D. Hieronymum exeruerunt odia, quæ celabant ante illa tempora. Nam qui potuit Iudæis acceptus esse Iudæorum, & Iudaizantium acerrimus hostis? Vndè postquam iam Iudæorum opera excusa manibus Lxx virorum tralatio est, impetus Iudæorum & Iudaizantium in translationem D. Hieronymi fieri est coeptus, vt hanc quoque suo loco moueāt, & se imperitis (quod Deus auertat) insinuet Iudaismus. Videas tot iam editas ad veritatem, vt aiunt Hebraicam, interpretationes veteris

Iustinianus
imperator
de Lxx vi
ris.

A veteris testamenti, vt numero vix possis comprehendere: quarum ego quasdam ad Iudaicā perfidiam editas arbitror. Quæ quid aliud agunt, quàm vt translationem D. Hierony. moueant loco? Videas commentarios delibatos è Rabinis, conuellentem authoritatem sanctorum, esse plausibiles quibusdam, Rabinos, & Thargum typis excussos vulgò circumferri apud exteros.

Cap. XVII. De Iudæorum dolis, et quòd authore D. Hieron. translatione Lxx virorum possint deprehendi.

Sed vt redeā ad id vnde digressus sum, quando ostendi Lxx viros vertisse non solum quinque libros Moysi, sed etiam prophetas, & psalmos, & vniuersam scripturam, idq; insolubili argumento, & prius veterū patrum testimonijs, deinceps locus ille est, vt Iudæis respondeamus, qui Lxx viros contendunt in multis esse hallucinatos, literarū similitudine frequentissimè lapsos esse, vbi illud habeo certissimū, neque Euthydemū apud Platonem tot captiones habere sophisticas, neque Aristotelē tot parexelenchorum docere vias, quot Iudæi sunt committunt, in inuertenda scriptura sacra, dū quædam coniungunt, alia diuidunt, multa distinguunt aliter, puncta mutant, literarum leui inflexu sententiā inuertunt, moluntur omnia, vt vaticinijs de Christo offundant tenebras, integra vaticinia expungunt ex scriptura, turbant omnia. Si Lxx viri has fraudes retegāt, quod, vt inquit D. Hieron. in præfat. in quatuor Euangelia, ad Damasum papā (quod supra dictū est) post Lxx nihil in literis sacris veteris testamenti potest immutari, aut perverti, quin eorū translatione omnis fraus, & dolus fiat palam: si igitur Lxx viri hos Iudæorū dolos retegant, & hæc aperiant furta, clamant Iudæi deceptos fuisse Lxx viros literarum similitudine, lapsos esse, & hallucinatos. Et quòd ipsi varia distinctione orationū quibusdam coniunctis, alijs diuisis, multis literarum leui inflexu vitiatas vocibus, corruerāt, vt euangelistarū & apostolorū testimonijs hoc libro probamus, quod longè secus Lxx viri interpretentur, errasse eos contendunt, idq; persuadere nostris conatur. Si ipsos refellas testimonio Lxx, & furta illorū arguas, multa Iudæorum coëat manus, quæ cogat clamoribus parum cautos in suā concedere turbā, vociferantur falsum hoc crimen esse, Hebræam lectionem obseruatā sanctissimè, nihil indè mutātū, literas esse numeratas, numeratos apices, religio tibi esse videatur contrastare si illos audias, tam sanctè disputant, tam religiose, de literis, de apicibus, de punctis. Irrumpendum est in horum penetralia, aperiendi doli, ipsorum Rabinorum testimonijs, Iudæi sunt reuincendi, & iudaizantes. Postremo euangelistarum, & apostolorum authoritate, vt qui vel primoribus labris Hebræas literas attigerint, Iudæorum furta manibus præhendant. Quod si ex antecedentibus, & consequentibus refellas Iudæos, vt eorum furta arguas, negant prophetas dicere coherentia, sed quæ spiritus ipse sanctus furentes cogat dicere, ita nunc hæc, nunc illa vaticinari, quæ non sibi mutuo respondeant. Hoc primum refellamus: est enim hoc firmamentum Iudæorum causæ, quod si subuerteris, Iudæorum omnia cōmentaria ruent, ita enim dum inuoluere tenebris conantur vaticinia de Christo, interpretantur scripturas, vt neque prima medijs, neque media congruant vltimis, omnia sint soluta, quæ nec inter se congruant, neque sibi mutuo respondeant, pugnant potius inter se omnia, (quæ mendaciorum est natura, vt inquit Lactantius Firmianus.) Cum hoc ergo refutauerimus quod Iudæorum & hæreticorum causæ firmamentum est, testimonijs petitis ex scriptis Rabinorum, Iudæos & Iudaizantes refellemus.

Cap. XVIII. Quòd propheta coherentia inter se dicant, contra Iudæos, qui putant dicta prophetarum non coherere inter se, et quòd antecedentia respondeant consequentibus.

Nam quidā è nostris in eadem fuere sententia, vt putarent etiam prophetas non dicere inter se coherentia, sed nunc hæc, nunc illa fundere oracula, vt instigaret Spiritus sanctus. Ostēdamus, & testimonijs sanctorum patrum, & rationibus, & argumentis falsissimum hoc esse, & Iudæorum commentum, & hæreticorum, vt Iudæos ipsos, & hæreticos reuincamus, qui aduersum nos hac arte crassantur, & vt nostris appareat sententiam veterum patrum esse longè diuersam, quæ nos doceat non furere prophetas, neque furentium more, nunc hæc nunc illa dicere, sed fuisse sedatissimos prophetas, cum pleni erant Spiritu sancto, coherentia in-

b tia in-

Iuxta interpretationem sanctorum scripturae sacrae sibi mutuo respondet antecedentia consequentibus, & contra. Iuxta sanctorum interpretationem, veterum & novum testamenti concordantem permittit.

Canon scripturæ.

Falsos prophetas non dicere consequentia inter se.

tia inter se dixisse omnia, quæq; sibi responderent mutuo, ita vt prima medijs, media vltimis congruerent, quod signu esse veræ interpretationis, quis non videat? & si scripturam explanatam à sacris scriptoribus expendas, reperies omnia sibi mutuo respondere, conuenienter prioribus dici sequentia, nihil esse quod non cohæreat antecedentibus & consequentibus, siue excutias Latinam, siue editionem, siue Græcam, aut Hebræam, siue has omnes inter se conferas, siue singula verba trutinere, & examines, quod poterit experiri quisquis Esaiam ita interpretetur, vt nos hac cathena texta ex scriptoribus sacris enodamus. Nam à principio ad finem vsq; cohærentia sibi omnia prophetæ dicta reperiet, & non solum capita ipsa singula summo ordine texta, & sibi mutuo respondentia ab initio ad finem vsque, sed totam prophetiam Esaiæ, non ad Iudæicam perfidiam, sed ad euangelicam lucem enucleatam: qui canon ecclesiasticus est (vt supra diximus ex Clemente Alexand.) vt in explicanda scriptura habeamus scopum illu, vt omnis prophetia, & lex omnis vetus euangelio per omnia concordet, quod actum esse hac interpretatione texta ex scriptis veterum patrum intelliget, qui eam legere volet. Contra vero si Iudæorum interpretationes, & Iudæicorum commentaria legas, nihil consequens esse in prophetis dicas, nihil cohæreere aut cum sequentibus, aut cum præcedentibus, nunc hunc versiculū explanari de Babylonijs, sequentes de Sennacheribo, præcedentes de decem tribubus, omnia inter se sint soluta, at qui Aristot. 1. de physico auditu lib. 1. cap. 8. Et lib. 4. cap. 4. Signu veritatis insolubile esse putat, cum omnia sibi mutuo respondent, & mendacij, cum multa repugnant. Quod Lactant. Firm. lib. 5. cap. 3. Iudæos refellens dixerat his verbis: Hæc est enim mendacioru natura, vt cohæreere non possint: nostroru verò traditio, quia vera est, quadrat vndique, ac sibi tota consentit: & ideo persuadet, quia constanti ratione suffulta est. Et D. CHRYS. in Marcum homil. 4. idem docet his verbis: Scriptura sancta hæret sibi tota, & vno spiritu copulata est, & quasi vna catenula est, & quasi vt circulus in circulo innectitur, & quicquid aliud sumpseris, aliud latè pendet. Et CLEM. Alex. Strom. lib. 1. monet, vt instructi omni supellestili liberalis doctrinæ ad inuestigandam, & eruendam hanc scripturam consequentiam accedamus: ait enim, Est autem quæ maximè fieri potest dialecticè ad scripturam accedendum, consequentiam diuinæ doctrinæ venantibus: Vnde Augustin. de vnitæ ecclesiæ, præscribit hunc scripturæ interpretandæ canonem, vt si confiterit ex literis apostolicis de intellectu alicuius loci scripturæ, antecedentia & consequentia omnia, quæ cohæreere videantur, eodem referamus. Et EVSEB. demost. euag. li. 2. cap. 4. in fine consequenter superioribus, docet sequentia esse explananda. Et li. 6. c. 18. refellit Iudæoru interpretationem, quod antecedentia & consequentia repugnent. Et li. 9. c. 4. ait instandū consequentiæ sermonis. Sed & ORIG. alijq; veteres patres hunc canonem præscribunt, eorūq; vtitur D. Hieron. in illud cap. 1. Audite verbu Dni principes Sodomoru. & alijs locis. Tamen BASIL. in proœmio in Esaiam, refellit Iudæos, quod aiebant prophetas furere: Non furiant, inquit, neq; patiuntur mentis abalienationem, prophetæ Dni non furiant, quod spiritus sanctus qui mentes prophetarū illustrat, lux est, & ordo, & tranquillitas. Et AVG. li. 12. de Genes. ad literam, penè toto lib. & de spiritu & anima, lib. 1. quæ inde petet, qui volet, nã si omnia persequi consiliu fuisset, hoc opus in magnu excreuisset volumè: & profecto testimonijs opus non esset, si recta ratione in stes, siquidè. ARIST. li. 2. phys. auscult. & metè tà physica li. 12. & alijs locis Deu esse ait intellectu, & ordinem: hic igitur cum imbuit prophetarū animos, eos copleuit intellectu & ordine, neq; eos obcoecauit, magis quam ignis frige faciat ea quib; adhæreat. Sed hanc questionem, disceptat optimè Epiph. contra hæreses li. 2. contra Phrygastas, siue Montanistas, vbi prophetas ait constituta mente, & non mota prædixisse futura, & consequenter omnia loquutos, idq; probat plurimis verbis petitis è prophetarum vaticinijs, vbi constituta & composita mente, non commota Esaias, Ezechiel, Daniel, semper consequentia dicunt, & cohærentia, vt non possit magis quicquid esse compositum. Hoc solo distent, quod sapientiam præferat, quæ maior sit, quã pro captu mentis humanæ, propter donu spiritus sancti. Hanc consequentiam negat posse reperiri in dæmonu vaticinijs qui furiant, & coecæ noctis caligine pleni ea fundat deliria, quæ non mutuo nexu inter se cohæreant, qualia Montani esse ait vaticinia, quæ nullam habeant reru aut verborum consequentiam, qualem Alchoranū esse intelligit Mahomæ, qui eum legit, vbi nullus nexus verboru, aut sententiarum est, vbi omnia soluta, varia inter se, dissentanea, taleis esse dæmonu vates, qui non consequentia dicat, qualis Montanus est, possis tu addere & qualis Mahoma: & subiicit Epiphanius, Alius character spiritus sancti est, qui in prophetis loquitur, additq; quid sit ecstasis prophetica, ne quisquam credat ecstasin amentiam esse, aut mentis

mentis alienationem, docetq; esse abstractionem à sensibus, & ab alienationem ab ijs rebus, qui bus intendebat, cum ab ijs abducitur, & totus rapitur ad rerum coelestium contemplationem, quibus tota mente defigitur, vbi constituta mente, plenaq; diuino lumine, non furore percita videt futura mysteria, quæ sedatus prædicit, non commotus, neque furens, vbi admirabilis rerum, & vaticiniorum apparet consequentia, vbi nihil est quod non antecedentibus, & consequentibus sit consentaneum. Additq; idem Epiphanius eundem spiritum sanctu, qui in apostolis, & euangelistis locutus est, in prophetis quoq; esse locutum, sed in euangelistis & apostolis cohærentia loquitur, & consentanea: igitur in prophetis consequentia quoq; dixisse apparet. Agabum enim ait prædixisse D. Paulo vincula: & D. Petrum visionem illam vidisse, non commota mente, sed animo tranquillo. & prophetas Antiochiæ prædixisse famem futuram toto orbe. & Paulum: Erunt tempora periculosa, ad fabulas conuertentur, prohibentes nubere, & alia huius notæ vaticinatum esse, & D. Ioannem Apocalypsin hoc argumento texuisse vbi admirabilis omnium rerum ordo, vbi mutuos cunctarum rerum nexus est. Neque quisquam tantu stultè sapiet, vt Petrum, aut Paulum, cum prædixere futura spiritu sancto plenos consequentia dixisse neget. Qui minus inquit Epiphanius dices prophetas spiritu sancto plenos dixisse consequentia, & quæ inter se mutuo nexu hæreant? Quæ sententia Epiphanijs, meo quidem iudicio, quanuis sit verissima, videtur quædam Iudæis largiri, quæ largienda non essent. Nam licet prophetæ dæmonu furerent, (quod nemo inficiatur) consequentia tamen dicebant, & quæ inter se cohærent, quod facile intelliget, qui lustret mente, & animo Pythij Apollinis oracula, aliorumque locorum dæmonum vaticinia, & qui legerit Phædrum Platonis, vbi prophetas Delphici oraculi, & Dodones sacerdotes, & Sybillas ipsas infans diuina percitas, vt ille ait, multa scribit dixisse diuinitus, quæ supra omnem humanam sapientiam essent, & supra prudentiam omnem. Nec me fugit eo loco, Platonem præ se ferre multa inaudisse de veris Dei prophetis, & eo referre, quæ illo loco dicat omnia. Tamen prophetas ipsas dæmonum, quæ Delphi vaticinabantur, & quæ Dodone insanijisse quidem ait, quæ res notior est, quàm vt dicenda sit, aut probanda. Tamen, vt dixi, si veres animo oracula, quæ inflatu dæmonum fundebant, dicebant consequentia, & quæ sibi respondebant mutuo. Dæmones enim intelligentiæ sunt malæ quidem, tamen intelligentiæ, quæ multum superant humanam naturam, & prophetæ dæmonum hoc distant à veris prophetis Dei, quod veri Dei prophetæ non furiant, & inflatu spiritus sancti vera dicunt semper: dæmonum prophetæ afflati dæmone furiant, & mentiantur multa, tamen qui veterum monumenta euoluerit nunquam inficiabitur dixisse consequentia. Quid ergo Epiphanius tantu inferemus crimen, vt dicamus eum falsa dixisse: minimè, effet enim ei comunc crimen cum alijs multis sanctis patribus, pseudoprophetarū hoc crimè est, qualis Montanus fuit, & Mahoma, alijq; omnes pseudoprophete, quoru apud prophetas multa mentio est, qui dum mentiuntur se esse prophetas, dum prophetas agunt, & simulat, quæ non sunt furere se simulant, & quæ dæmonu prophetæ obscuras caneant ambages, vt inquit ille, afflati numine, & rabie tumidi, hoc dum imitantur pseudoprophete, simulabat se furere, & multa fundebat deliria, quæ nullo nexu inter se cohærent, quoru neq; caput, nec pes appareret, qualia esse videas deliria Mahomæ, si ea legas: qualia Epiph. & alij patres scribunt fuisse Montani, & alioru pseudoprophetarū, de quibus Epiph. & alij patres loqui videtur. Itaq; Iudæi dum negant prophetas dicere consequentia, & quæ inter se cohæreant, videntur eos facere multo inferiores prophetis dæmonum, infaniores, inquam, & furiosos magis. Videntur illos eodem ordine habere, quo pseudoprophetas, sed illi dum Christo aduersentur (vt inquit Athanas.) cetera nihil morantur. Iudæi ergo hoc sunt commentu, vt inuertant prophetarum oracula, quæ de Christo sunt manifestissima, vt neq; reru ordine, neq; vaticinioru consequentia refellatur. Et si Assyrij aut Medi mentio fiat, si verbu vnu tenuis, aut vocali vnã aliquã, quod ait Iust. in dialogo aduersus Tryphonem Iudæu nacti sunt, quæ dent suis delirijs colorem, eam arripiunt, eam tenent mordicus, eius occasione sacra oracula peruertunt, consequentia non morantur, nec antecedentia, contra nostri ex consequentibus, & antecedentibus interpretatur scripturas, vt dictu est. Et Orig. quæ quidam aiunt destruere literam scripturæ, quoties orta controuersia de intellectu est alicuius loci inter nos, & Iudæos, cum alijs locis multis, tum. 10. tom. in Ioan. Iudæos aduersarios sic vrget, vt dicat α' πολυθίαν προφητίαις σαφέντασιν. i. consequentiam prophetiæ seruent, & huc canonem præscribit, quoties orta controuersia est, vt ipsa consequentia, & verboru series seruetur, quod Iudæi facere non possunt, & hæretici quidè hanc artem aduersum nos sunt mutuati à Iudæis, vt

docet August. contra Adimantum Manichei discipulum lib. 1. cap. 14. particulas enim quasdam A de scripturis eligunt, quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ supra, & infra scripta sunt. Et CYPR. de simplicitate prælatorum, has fraudes esse ait corruptorū euangelij, atq; falsorum interpretum, vt extrema apponant, superiora prætereant. Et CHRYS. in ferm. aduersus hæreticos, dicit, Arium hac arte grassatum esse aduersus imperitos, exorsum sæpè à capite & tacere cætera ne argueretur: & sic in eodem fermone psal. interpretans, refellit Arium ex sequentibus enodans antecedentia. Et CLEM. Alexand. Stromat. lib. 3. Solent, inquit, hæretici decerpere ex prophetis sermonibus particulas quasdam, quibus nos oppugnant, quas aliò deflectunt, & detorquent: nec eo sensu accipiunt, quo à propheta sunt dicta. Et IREN. lib. 5. Sic, inquit, hæretici duas voces tollentes à Paulo, neque sensum apostoli prospexerunt, neque virtutem dictionum scrutati sunt. Quo loco Irenæus docet, hæreticos hac arte vt aduersum nos: si verba Irenæi altiùs repetas. Quare, qui Iudæis largitur (sunt enim ex nostris quidam, qui hoc largiantur Iudæis) qui ergo hoc Iudæis largitur, idem hæreticis largiatur necesse est. A Equum est enim esse idem ius Iudæis, & hæreticis, nisi maior reuerentia Iudæis habenda est, quod sciunt Hebraicè: & vt inquit IUSTINIA. abutuntur nostra ignorantia, & negant falsis interpretationibus decipiant. Verùm si tollas hoc quod est firmamentum causæ Iudæorum, omnis Iudæorū interpretatio ruet, si cogantur seruare cōsequutionē interpretationis, iuxta canonē Origenis, quauis Oleaster ex consecutione suberti posse dicat sanctorū sententiā falsò.

Cap. XIX. De Iudæorum dolis, qui auctore D. Hieronymo, deprehenduntur translatione Lxx virorum.

Hoc ostenso aperiamus Iudæorum fraudes, qui varijs interpunctionibus, varia orationū distinctione coniungendo diuisa, diuidendo coniuncta, mutatione punctorum, literarū inflexu, omni arte sophistica, quam Plato in Euthydemo docet, & Arist. in sophisticis elenchis, inuertunt scripturas, quos hæretici quoque imitantur, vt docet CLEM. Alex. Strom. li. 3. vbi scribit, hæreticos peruertere scripturā, aut vocū varia modulatione, aut varijs interpunctionibus, aut simili fraude aliqua: & quā Iudæi vociferationibus complēt omnia, & negant fraudē vllā factā, summa religione, aiunt, seruatas, & numeratas literas, hoc quoque disceptemus. C

Primū omnium, sige librum esse summæ antiquitatis, res maximi ponderis complexū, Hispano sermone conscriptum, hunc ducentis, aut trecentis ante annis à Lxx viris literatiss. vno consensu Latine esse redditū: tunc te rogo, si quo loco in Hispano illo libro legitur, tanto viri illi Hispaniæ longè sapientissimi, qui iussu regis illum librum Latine vertissent, pro tanto, reddidissent Latine saxum, persuaderet ne sibi quisquam errore vnus literulæ, lapsos tot viros sapientissimos esse, & putasse (tanto) significare idem quod (canto) an non potius eorū tempestare in Hispano codice, canto scriptū fuisse & non, tanto? si vbi (laguna) Hispanicè legeretur, vertissent pro, laguna, aliquam? nū crederes illos deceptos, & non intellexisse, quid Hispanè significaret laguna? an potius diceres, cum redditum videres Latine, pro, laguna, aliquam? in Hispano codice pro (laguna) legisse (alguna?) si vbi Hispanè legitur (color) pro hac voce color, translatum Latine videres dolorem, lapsos putares tot illos viros prudentissimos, prioris literæ errore, quod pro, c, legissent, d, & quod (color) putassent esse idem quod (dolor?) an potius fuisse in illo exemplari Hispanam lectionem diceres, dolor quod illā agnoscerent veteres illi interpretes? si vbi (cumbre) legeretur, lumen redditū videres, prima litera deceptos, diceres illos D sapientissimos, & pro (cumbre) legisse (lumbret) aut, cumbre putasse idē esse quod Hispanè lumbre lapsu foedissimo? an potius castigatum quoque lectionem diceres in libro Hispano, lumbre. Apologum me narrare putas? non apologus est, vera res agitur. D. Hieron. in præfatione in quatuor euangelia, ad Damasum papam, hanc eruendā veritatis docet viam, vt è translatione veterū deprehendamus si quid vitiatū est à recentioribus, vt in exemplis à me positivis, vbi (tanto) in Hispano codice legeretur, intelligeremus legendū esse (canto) & vbi (color) legendū esse (dolor) quod interpres vertisset saxū, & dolorem, quæ ratio in reliquis seruanda esset. Ait enim D. Hieron. translatione Lxx virorū factū, ne quid in vetere testamento immutari, addi, aut detrahi posset, quod est à D. Hieron. prudentissimè dictū, ac sapientissimè, nempe quod ex lectione Lxx, qui Hebraicè sciret, facilè intelligeret mutatā vnā, aut duas literulas, vt tu qui scis Hispanè, cum pro (laguna) redditū vides Latine aliquam, intelligis olim in libro illo Hispano non lectum esse (laguna) sed (alguna) id tibi significat interpres, cum reddidit aliquam. & cum pro (cumbre) Hispana voce

A navoce lumen Latine redditum vides, emendatiùs in Hispano codice legi intelliges (lumbre) quàm (cumbre) Quemadmodū ergo tralatio illa, de qua paulò antè dicebā, quā Hispani codicis, ducētis ante annis doctissimi Hispaniæ viri texuissent, effecisset, nequid in Hispano codice immutari, addi, detrahiue posset, quod non ex Latina translatione deprehenderes, quod Latina tralatio patefaceret dolos factos in Hispano codice, vbi litera mutata esset, vbi addita, detractaue vbi varia interpunctione, aut distinctione mutatus esset sensus. Sic lingua Hebræa perius, si piè hæc tractent sacra, & Græcè sciant, & Theologiam nouerint tralatio Lxx virorum arguit quibus locis mutatae literæ, quibus varia dispositione, aut punctis varijs immutatus sensus scripturæ est, verba D. Hieron. sunt, Nec in toto Veteri testamento post 70. interpretes emē dare quid licuit, neq; in nouo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Vides documento D. Hieron. è translatione Lxx virorum deprehendi posse, quæ addita, & quæ immutata sunt à Iudæis. Non ergo habet Iudæus quid respondeat, si illud præsertim addas, Iudæis aliquem suorum mendaciorum fortasse futurum fuisse colorem si in uocabulis obscuris Lxx viri semper lapsi dicerentur: lapsi dicuntur B in uocibus significationis vulgatissimæ, quam vel pueri norunt, & mulierculæ quæ vendunt holera in medio foro, quod nemini credibile esset potest. Sed scio Iudæizantes, si hæc audiant, non reuerituros D. Hieron. nomē, clamaturos, morē illius Demæ, ô cælum, ô terra, ô maria Neptuni, negaturosq; quicquā tale Hebraicis literis fieri potuisse, sacras literas esse obseruatas religiosissimè, nunquam hoc crimen obiectum Iudæis à Domino. & alia id genus multa. Quod solo argumēto deprehēditur Lxx viros non esse lapsos.

Cap. XX. Ex Rabinis aperit Iudæorum fraudes, et ex Josepho, et alijs.

Opus erat ergo Hercule aliquo, qui in horum fraudes præcipite se conijcerat saltū, nā more illius Caci, Iudæi faucibus ingentē fumū euomunt, & scripturarū lucē caligine coeca inuoluunt, mentis humanæ oculis prospectū eripiunt, & in interpretatione scripturæ glomerant fumiferā noctē, commissis igne tenebris: opus, in quā, erat Hercule aliquo, qui horū claustra irrūperet, cælo ostenderet Iudæorū fraudes, Iudæos Iudæorumq; dolos, vt ille Cacus pedibus in lucē protraheret. Tātisper dū ille adest (dilucescet enim ille dies, cum Deus opt. max. illū in lucē edat, qui Iudæos proterat Herculeis viribus, & eorū dolos aperiat) tantisper ergo dū ille adest, nos pro nostra virili illorū irrumpamus speluncas, in lucē illorum dolos proferamus. Cum. 4. Reg. ca. 5. חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, legitur pro חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, vt leges in dictione. נחש, in thesauro linguæ sanctæ, aut cōtrouersum est, vtrū sit legendū, amanah, an, abanah, de eaq; re inter se Rabini cōcertāt: quid distat ab illo, cuius exemplū auctore Hieron. ponebā, si in Hispano codice cōtrouersum esset, legendū mne esset (lumbre) an (cumbre) (tanto) an (canto) vbi clamores hic sunt, & vociferationes Iudæorū, qui negant quicquā tale in Hebræis codicibus reperiri? & cum Esaiæ cap. 5. comedēt חַרְבֵּי נַחֲשִׁים. i. peregrinātes: R. Dauid contēdit legendū חַרְבֵּי נַחֲשִׁים. i. agni. vt leges in dictione חַרְבֵּי נַחֲשִׁים non simile est his exemplis, quæ supra posuimus? & 2. Regum cap. 3. vt leges in dictione, חַרְבֵּי נַחֲשִׁים an non magna contentio, est legendum ne sit חַרְבֵּי נַחֲשִׁים. i. venit omnis populus vt edere faceret Dauid lautē, vbi pro leacheroth, (hoc est) pro, edere faceret lautē, alij Rabini contendūt legendū leaberoth. i. vt parcē edere facerent, quod Dauid mcerabat, & vero similius est, vt venissent ad Dauid, qui eū facerent aliquid cibi sumere, quod significat barah, quàm vt facerent illum mcerent lautē & opiparē conuiuari, quod charah verbū significat. Quæro an quicquā inter sit inter hæc, & illa quæ dicebamus, si in codice Hispano contentio esset, legendum mne esset (laguna) an (alguna) (dolor) an (color) cur non hic vociferantur Iudæi? cur non complent omnia clamoribus? cur non magno eloquio tonant, sacras literas esse obseruatas religiosissimè, numeratas literas, apices numeratos esse? Prouerborum etiam. 23. vbi legitur, Sicut aquila volauit, pro volauit, Hebraicè est חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, scribendumque aiunt Iudæi חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, mutatione primæ & tertiæ literæ in literas similes: an non durius hoc est, vbi non prima litera, sed duæ literæ mutantur? & vt leges in dictione חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, Iob. 5. Absorbebit, inquit, latro diuitias eorum: vbi pro, absorbebit, legitur חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, notatum est tamē esse duplicem lectionem, quod alijs codicibus legatur חַרְבֵּי נַחֲשִׁים mutata prima litera, & dictione vna diuisa in duas, vt significet, & absorbit, præterito tempore, non futuro, & cum coniunctione copulatiua, &. Sed negabis positum à nobis esse simile exemplum illi si in Hispano codice legeretur (laguna) pro (alguna) 2. Regum, vt leges in dictione חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, vbi legitur, Forsan videbit Dominus afflictionem meam: pro חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, Rabini contendunt legendum חַרְבֵּי נַחֲשִׁים, multis mutatis, & additis literis. Vfus sum enim data opera exēplis

petitis ex Hebræo onomastico, quo qui primoribus labris Hebræas literas attigerit, possit A
 quorundam petulantiam reprimere, qui hoc negant in literis sacris fieri vilo modo posse, sta-
 ta esse omnia, & certa: nusquã esse duplicem lectionem, cum si Hebræa Biblia in manus sumas, mil-
 le locis agnoscas duplicem lectionem, mille locis videas, o, superscriptã literis quibusdã, quod
 signum est redundare literas illas. Agnoscas multa signa dubiæ lectionis, sed vtor exemplis pe-
 titis ex Hebræo onomastico, vt videre possit quibus exemplis, & deprehendere has fraudes:
 Igitur ratio illa D. Hieron. ad Damasum papã in omnibus linguis valet; & est receptissima a-
 pud viros literatissimos, & vtriusq; sermonis doctissimos, sic enim libros castigare solent ex
 Græcis scriptoribus vt illud ex. i. lib. Liuij Decad. 3. Is plura consilio q̃ vi gerens auspicijs regu-
 lorum magis, q̃ vi gerens, sic castigant vt pro auspicijs legatur, hospitij, mutatione primæ syl-
 labæ ex Polybio lib. 2. Οὐκ οὐλοῦσα δὴ τὴν ἀσπίδα τῶν ἑλλήνων, ἀλλὰ τῶν ἀσπίδων τῶν ἑλλήνων. i. non sic operib⁹
 bellicis valens, vt potentiorum amicitia: quod enim Polybius dixerat, valere illũ de quo ser-
 mo erat, non virtute bellica, & gloria militari, sed quod sibi coniuerat amicitia regulos, & po-
 tenteis, id Liuius dixit, plura consilio, quã vi gerens; & hospitij regulatorum magis (nam ho-
 spitium pro maxima necessitudine accipitur) Leges hæc latius apud Liuium, & Polybiũ, vbi B

Varie le-
 ctiones in
 codicib⁹ He-
 bræis.

alterum ex altero mutuatum intelliges. Sic illud Pomponij castigari quoque solet de Cilicia.
 Ibi ingens amnis ingenti fronte se attollens, vbi pro fronte, legendum esse fontem, intelliges
 ex Strabone, qui pro fronte dixerit πρυφῶν. Et illud Valerij Maximi li. 5. de Lucio Paulo, Dextra
 manu alleuauit, sermoneq; grato, ad spem vitæ hortatus est: vbi intelliges vitiose legi sermo-
 ne grato, legendumq; sermone Graio ex Liui. 5. lib. Decad. 5. sic deniq; Plinius ex Aristotele
 & Theophrasto castigatur, & alij scriptores ex Græcis scriptoribus qui castigatores sunt, à
 viris doctissimis, & in veterũ lectione versatissimis emendantur. Negant id Iudaizantes, atq;
 adeo pernegat in sacris literis habere locũ. Sacra sunt, aiunt, vbi religiose literæ & syllabæ sunt
 numeratæ. Cur ergo Iob cap. 4. mouebit caudã suam sicut cedrũ, vbi pro mouebit, Hebraicè
 est יָרַחַי, Rabini contendunt mutata posteriore syllaba, legendum יָרַחַי, vt leges in dictione
 יָרַחַי. Et in psal. 48. Ipse reget nos vsq; in sæcula, pro in sæcula, est duplex lectio: aut em legitur
 יָרַחַי. i. vsq; ad mortem, vna voce in duas diducta, vt sit, Ipse reget nos vsq; ad mortem, aut
 יָרַחַי. i. vsq; in sæcula: facta triplici mutatione: prima, vt non duæ dictiones sint, sed vnã: C
 secunda, vt addatur vna litera, 1: tertia, vt mutetur altera, 1, in, 1. Neque post tot ruinas gentis
 Iudæe hoc accidit, sed hæc varietatẽ lectionis Hebræe olim fuisse discas ex Iosepho, quẽ scho-
 la Iudæorum authorem habet, & solum eruditũ nominat, qui multa huius notæ possit suppe-
 ditare exẽpla. Mitto obscuriores voces, sequar exempla notiora quæ in ore erant omni popu-
 lo Iudæorum, qui memoria tenebat scripturam. Pro Abdon, filio Helel, de quo Iudic. cap. 12.
 mentio est, Iosephus mutata posteriore litera, filio Helen legisse videtur, atque adeo mutato
 puncto filio Helon. Siquidem lib. 5. Antiquit. cap. 9. scripsit, vt punctum mutauerit, & postre-
 mam literam, l, in, n, cum pro Helel, Helon legerit. Scripsit enim Abdon filius Helonis, nem-
 pe quod Hebraicè legerit Abdon filius Helon, cũ cholem in fine puncto diuerso: Et pro Adad,
 de quo metio est lib. 3. Reg. cap. 11. scribit Ioseph. lib. 9. Adar mutata litera postrema, quod sic
 Hebraicè legisset, & quod maxima vicinia est inter, 7, & 7, adeo vt vix internoſci queant: Et
 regem Benadab, de quo. 4. Reg. cap. 6. & sequẽtib⁹, duas dictiones putat Iosephus, Ben filius,
 & postea, Adad, vt sit, filius Adad, quod sic Hebræi loquantur, cum filij parentibus sint cogno-
 mines, filius Adad, pro Adad filius Adad, neq; id solum, sed quod D. Hieron. Benadab vertit, D
 ille Adar scripsit, qd̃ etiã duplex esset lectio Adad, & Adar: & Iosep. semper nominat illũ A-
 dar. Et pro Obed propheta, de quo. 2. Paralip. cap. 28. Iosep. li. 9. c. 12. Obel legit, mutata litera, d,
 in literã, l, quod duplex sit lectio. Et impia Athalia, quæ tenuit septẽ annis regnũ Iuda, à Iose-
 pho lib. 9. dicitur Gotholia, ad dita litera à principio, & mutatis punctis, q̃ lectionẽ Hebræam
 aliã agnouerit, & alia puncta. Et Rafis rex Syriæ, de quo Esaias cap. 7. dicitur ab eodẽ Iosep. lib.
 9. c. 12. & 13. Arafis, nepe quod addita litera à principio Hebraicè legerit. Quãuis enim nomina
 Barbara emolliantur, à principio nihil in illis mutari solet, neq; consonantes mutantur, nisi for-
 tẽ quædã refecentur, & quoties D. Hieron. vertit in Ramoth, Iosephus legit in Aramoth, aut
 Aramathã, & innumera hui⁹ notæ, ex Iosep. & Philo. colliges, quib⁹ arguitur duplex lectio He-
 braicè fuisse. Quæ omnia, quid distat quæso ab illis exẽplis Hispanis, quæ suprà posui? vt appa-
 reret verissimũ esse D. Hier. documentũ eruendæ veritatẽ è tralatione antiqua in linguã aliã?
 Quid em euidentiũs q̃ si in Hispano codice illo, vt redeã ad illam imaginẽ de qua suprà agebã
 si lege-

Ex Iose-
 pho depre-
 henditur li-
 teras et pũ-
 cta in iuriã
 repositis mu-
 tari, ne q̃
 mirẽ Lxx
 viros sua
 interpreta-
 tione osten-
 dere alta se
 agnouisse
 in quibus-
 dã puncta
 et alias li-
 teras.

A si legeretur Hispane (imitar) redditum videres Latine, & interficere, non intelligeres vitiatam
 Hispanam lectionem, & diuisim legendũ, pro (imitar, y malar) quod si pro voce Hispana (muchas)
 Latine, aut Græcè redditum videres myxas, non intelligeres legendum esse Hispanicè, non
 (muchas) sed (mechas) an potius errasse diceres viros illos Hispaniæ sapientissimos, qui ita verte-
 runt? Quid? si vbi legitur Hispanè (vvas) redditum videres vluas, non animaduertes Hispanã
 lectionem fuisse ouas, non vvas? Si vbi (Marco) legitur in Hispano codice, Latine reddi tum vi-
 deres mensẽ Martium: non diceres antiquam lectionem Hispanam Março fuisse, non Mar-
 co? qui minus quæso te cum aliquid huius notæ agnoscis esse in tralatione Lxx virořũ, fateris
 antiquam illã fuisse lectionem, & non minus castigatã, quã quæ vulgò circumfertur, præsertim
 quando cum literis apostolicis, & euãgelicis cõcordat? Si vbi vnus, aut alter Rabinus Christia-
 ni nominis acerrimi hostes duplicẽ aiunt lectionem esse, illã recipis, & agnoscis, vbi Lxx Iudæi
 Rabini suæ tẽpẽstatis longẽ doctissimi trecentis annis nati ante tempora Christi, transmittũt
 ad te lectionem quæ literis euãgelicis, & apostolicis concordet, eam reijcies? negabis duplicẽ
 B fuisse lectionem? atqui eo tempore castigatissima erãt exemplaria Hebræa, & Lxx tot nume-
 ro testes, vacui omni odio, & gratia: omni exceptione maiores sunt. Et illud insolubile argu-
 mentum quod trecentis ante Christi crucem annis, velut ex editissima specula, euãgelica tibi
 & apostolica verba resonant.

Cap. XXI. Ex D. Hieron. et ex Rabinis aperit Iudæorum fraudes.

Sed Lxx viris (vt ait IVST. in dialogo aduersus Tryphonẽ Iudæum) omnis Iudæořũ turba
 se opponit, qui durũ nimis esse aiunt multis in locis puncta mutari, & apices, qui affirmãt
 numeratos esse apices literarũ, puncta mutare esse nefas. De punctis postea dicendũ est latius:
 nunc hanc partẽ breuiter perstringamus. D. Hieron. in epist. ad Euagriũ docet, puncta pro ar-
 bitratu mutari, addi, & detrahi à doctis Hebræis, vt mirandũ non sit alia puncta apposuisse vi-
 ros, qui vt diximus ex Hilar. cognitionẽ scripturarum, & scientiã spiritalẽ à Mose vsq; & pro Pũctorum
 phetis traditã, quasi per manus acceperãt, quos primos authores apponendi puncta fuisse ostẽ
 demus, hos quiscum aliter dispunxisset scripturã mirabatur, quã Iudæos, qui odio Christia-
 ni nominis ardẽt? Verba D. Hieron. sunt, Nec refert vtrũm salem, aut salim nominetur, cum
 vocalibus in medio literis perrarẽ vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorũ, & varietate regio-
 num eadẽ verba diuersis sonis, atq; accentibus proferantur. Hactenus D. Hieron. sed intelligas
 oportet, quas appellet Hieron. vocales, puncta esse, quibus Iudæi pro vocalibus vtuntur. Hæc
 puncta aithic D. esse varia, & pro voluntate lectorum. Sed Iudæi cum quibus nunc susce-
 ptentio est, ridebũt multũ D. Hiero. & aduersum me magnos tollent cachinnos, nisi Iudæos,
 Iudæořũ testimonij frãnauero, & Iosephum Iudæũ aliter multa dispunxisset ostenderimus,
 quã vulgò in codicibus Hebræis dispunctum sit. In thesauro linguę sanctę in dictione יָרַחַי,
 reperies Rabi Dauid in lib. Radicum scripsisse vitiose seua esse seua, & in libris emendatori-
 bus inueniri cum camez cateph. Ex quibus verbis, quis non intelliget etiam inter ipsos Ra-
 binos disceptationem esse de punctis, & punctorum varietate, cum alij, seba, punctum
 scribendum putent, alij camez cateph. Et in dictione יָרַחַי, cum puncto in sinistro cornu,
 ait Rabi Ionah, quod apud Ezechiel. cap. 30. legitur יָרַחַי. i. prohibuit dies: legendum po-
 tius cum puncto in dextro cornu. i. nigrescet dies. Et addit author libri, omnes codices habere
 D punctum in sinistro cornu, nec fas esse, pro suo arbitrio mutare puncta quenquam, & tamen
 vnus Rabinus, R. Ionah ea mutat. Quid futurum putas, vbi erant Lxxii Rabini, eo tempore po-
 tissimum, quo Iudæa literis & religione florebat, & cum primum addita puncta sunt codici-
 bus Hebræis? Et in dictione כָּלָה, 3. Regum cap. 6. vbi legitur כָּלָה הַבַּיִת, Ait author alios co-
 dices habere mutato puncto כָּלָה, & eodẽ loco alia puncta mutat. Est ergo in codicibus He-
 bræis, etiã testimonio Iudæořũ, punctorum varietas: & docti, quæ dispuncta sunt vulgò, ali-
 ter dispungunt: vt nulla religio sit mutare puncta iuxta tralationẽ Lxx virořũ, cum præsertim
 illorũ tralatio concordat cum luce euãgelica. Et in dictione שָׁבַע, reperies in illo Esaiã. 29. v-
 bi legitur puncto in dextro cornu. R. Ionah sic legere, puncto, inquam, in dextro cornu, quan-
 uis in alijs codicibus cum puncto in sinistro cornu legatur, quod sequitur Rabi Ionathã,
 & paulo infrã apparet in alio loco esse varietatem in punctis. Et in dictione קִיר, scribit
 author multis in locis permutari puncta. Habemus ergo confitentẽs reos, mutant Iu-
 dæi puncta, & multis locis permutari fatentur, & vel ex solo Thesauro linguę sanctę,
 b 4 discas

Pũctorum
 permutatio

Puncta.

miscet millies in scriptura sacra, Rabinorū concessu, varietatem esse pūctorum, ne tibi durū videatur esse, aut asperum si iuxta Lxx seniorum interpretationem pūctorum varietas esse videatur, præsertim vbi Lxx viri Apostolicis, euangelicisque literis consentiant, aut Christi mysteria referent.

Cap. XXII. Imagine quadam & similitudine ponit ob oculos, dolos Iudæorū, & veritatem translationis Lxx virorum.

A Ge, finge te delectum arbitrum causæ, quæ multos annos in iudicijs esset versata, vbi ex testamento actor magnam vim auri, & argenti petat, si testamētum illud Romæ vbi disceptata lis est, summi pontificis iussu, quod res esset magna, à 20. doctoribus Theologis, aut Iuriscōsultissimis viris, centū ante annis Latine esset reddita, postea excitatis bellis, & tumultibus, non fuisset locus liti, deindè pacatis demum rebus repeteretur de integro, eadem argenti, & auri summa. Si vbi in testamento Hispano legitur (*mando a Titio todo el todo de mi casa, y toda la vasija de del todo, y de la plaza de que ay gran copia*) quæ verba reus in inuidiâ actoris citaret quasi diceret pro auro, aut at auro actoris tam odiosum fuisse testatori, vt non solum eū exheredaret, sed testamento ipso ei fuerit conuiciatus, si pro verbis inquam illis actor redditum Latine cētum ante annis ostenderet à 20. doctoribus iuris vtriusque consultissimis, aut à Theologis doctoribus 20, summi Pontificis iussu, lego Titio omne aurum domus meæ, omnem abacū auri, & argenti, cuius domi meæ magna copia est, non appareret Hispano sermone corruptâ esse lectionē, & nō legendū esse (*mando a Titio todo el todo*) sed potius (*todo la baxilla del oro y de la plata*) si tu delectus, inq̄, es huius litis arbiter te rogo quid faceres? quid constitueres? secundū quæ litē dares? certè nisi inquisitissimus iudex esse velles, reum corrupisse tabulas diceres, legitima verba testatoris esse diceres, quæ centum ante annis 20. doctores vera esse testarentur. si ad hoc exemplum Christianus ageret cum Iudæo, te iudice, & disceptatore litis huius, citaretque plurima testimonia prophetarum quæ Iudæis omnibus obturant os, & Iudæos constringunt vinculis, ita vt nullo alio modo, quem admodum leges apud IVST. Philosphum martyrem in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, se se indè extricent, & expediant, quam si negent quicquam tale Hebraicè esse, sed Babylonica illic referri bella, aut Assyria, idque verbis Hebræis significari: si aurem adhibeas, nihil ne iuuerit Christianum hominē testari Lxxii Iudæos summæ autoritatis trecentis annis ante tempora Christi, cum suspicio nulla esset, aut à Christo, aut à Christianis esse subornatos, ita vertisse vt non ad Babylonica, aut Assyria bella retulerint, sed ad Christum, & Christi mysteria, & vnus litteræ, aut duarum mutatione, aut diuersa disputatione, aut varia orationū distinctione, Hebræam lectionem significare, idem quod interpretatio illa Lxx seniorum & sonare euangelica & apostolica verba planè & apertè: quid hic faceres? quid constitueres? nō te causa cogeret ipsa, etiam si Hebrææ linguæ esses studiosissimus, fateri à Iudæis vitiatam esse lectionem? videres ne tu Hebræam lectionem mutatione vnus puncti, aut duorū aut vnus duarum ve litterarum leui inflexu cum translatione Lxx virorū euangelica verba sonare, Christi representare mysteria, tam apertè, tam planè, quam aut Marcus, aut Lucas, aut D. Ioānes, & te teneres? non clamares? non vociferarere Iudæorū esse fraudes, & dolos? apparere manifestissimas Hebræorum insidias? an esses ex illorum numero, quos infamat Quintilianus cum inquit, Est enim nonnunquam prauus hic ambitus aduersum amicos pronunciandi, faciendiq; iniuste, ne fecisse videantur. Dicit opinor aliquis, hæc tu de tuo comminiferis, & alij te doctiores sunt, qui hæc videant: fateor, sed non hæc mea sunt commenta, hæc vel oculis videre, & manibus prehendere quiuis posset, & tamen hæc omnia D. Hierony. ait, quid enim aliud verbis paucissimis dixit D. Hieron. in præfatione in 4. euangelia ad Damascum Papam, quam hæc quæ nos latè fudimus, vt supra dictum est.

Cap. XXIII. Idem facit testimonijs Rabinorum & probat apud Hebræos mutari literas & duplicem esse lectionem frequentissime

S Ed durum (inquiunt) est, quod nos exigimus, cum literæ Hebrææ aliquando contrariam sententiam præferant vt Genes. cap. 8. de coruo: quod enim reddidere Lxx, Et exiens non est reuer-

A est reuersus. Hebraicè sine negatione legitur, & sic reddidit D. Hieron. & Esaiæ. 9. quod D. Hieron. conuenienter Hebræe lectioni reddidit, Multiplicasti gentem, non magnificasti latinitatē: sine negatione reddidere Lxx viri, & alia multa ad hoc exemplum, quæ in translatione Lxx virorum contraria reperies. Quæ veterior lectio sit, non cōtrouerto, ea vera est, quæ recipit catholica ecclesia, quæ nec rejicit doctores sacros, qui agnoscunt translationem Lxx virorum, & interpretationem D. Hieronymi nos legere, & interpretari, & citare iubet. Ecclesiæ est imperare, nostrum est dicto esse audientes, & admonere sapè apud Hebræos duplicem esse lectionem. Leges enim in dictione צור, psalmo. 139. in verbis illis אלה אהרן ברוך. i. non vnum in eis. Rabi Abraham negat legendum esse אלה. inon. vides Rabinos cōtrouertere inter se legendū ne sit hic locus cum negatione, an sine negatione, vt mirandum non sit Lxxii Rabinos illa loca sine negatione legisse: & in dictione וי, multa loca adnotata reperies, vbi inter Rabinos quæstio est, sit ne apponenda negatio, an sine negatione sint legenda? & in dictione עילוי, Ezechielis. 9. vbi legitur, Percutite, ne parcat oculus vester. Pro ne, vt ipsi aiunt, Hebraicè scriptum est עלוי. i. super, in margine tamen scribitur אלה. i. non: & in dictione צור, Esaiæ. 63. & in omni angustia eorum, non certant Rabi legendum ne sit cum negatione, an sine negatione אלה. i. non, aut וי. i. ipsi? & in dictione חכך Regum cap. 2. dubium est, legendum ne sit ipsi ponderata sunt opera, an non ponderata sunt opera, cum Rabi Solomon, & Rabi David in commentarijs sine negatione legant, & וי. i. ipsi scribendum contendant. Auditur vnus Rabinus impius, & blasphemus, vt ait D. Hieron. cum addendum, detrahendumue negationem contendit, & Lxx Iudæi optimi, & religiosissimi suæ gentis longè eruditissimi, quod euangelica & apostolica verba sonent, cum cachinno rejiciunt. Quid de hac re sententiâ tacere multo satius puto quæ proloqui.

Sed negant Iudæi esse tolerabile vt millies dicam וי, in, וי, & contra esse permutatum, addendum וי, aut, וי, mille locis, & mille locis vtrunque detrahendum, quasi verò hoc non fiat, millies penè dixerim in scriptura, ex quibus paucissima attingā. Leges in dictione רבו, quod apud Hieremiam cap. 46. legitur רבואות הרבות. i. multiplicauit medicinas. Rabi David sine, וי, legit, quo loco Rabi David litteram detrahit, & puncta, & primam personam mutat in secundam, & masculinum genus in foemininum. Et in dictione רוב, leges apud Iob cap. 23. vbi legitur: Et contendet cum ossibus eius dolore vehementi, duplicem esse lectionem, רוב, cum, וי, i. contendet, & sine, וי, רוב: & in dictione ראה, Ecclesiast. 5. cap. intelliges duplicem esse lectionē vel ראה, vel ראוה: & eodem loco ר, pro, מ, positum esse docet Rabi David: & in dictione קרא, leges Numer. 23. duplicem esse lectionem, cum alij legant קרוי, cum, וי, alij cum, וי: & in dictione כפר, leges Ezechiel. 43. alios legere כפר, sic enim aiunt Hebræos codices præferre, alios verò וכפרו, cum, וי, quod sic marginibus adscriptum reperitur, quod duplex sit lectio. Sed hoc tam frequenter fit, vt vel nolentibus mille exempla in oculos incurrant.

Quid quod serid affirmant Iudæi, literas esse numeratas, & quod religio sit dicere scripturæ sacræ additas, aut detractas literas? Cur igitur si tantum manibus verses Hebræos codices, & folia euoluas, vel vna pagina sapè deprehendas quibusdam literis, o, literulam superscriptā, vel decies, atque adeò vicies, quod Hebræi facere solent, cum significant illam litteram redundare? & intelliges in dictione וי, Hierem. 2. legi וי וי, legendumque esse וי וי, vel וי וי, mutatis punctis, & addita vna litera: & in dictione קום, leges Hierem. 51. vbi legitur: Ecce ego suscitabo super Babel, & super habitatores לב קומי, cordis inimicorum: pro לב קומי, in margine scriptum tradunt Hebræi לב קומי, tot punctis & tot literis additis: & in dictione שמע, leges psal. 26. vbi legitur שמע וי, Rabi Abraham, & Rabi David deesse duas literas aiunt, וי, &, וי, pro שמע וי, additis duabus literis, & punctis, & mutata coniugatione, & significatione coniugationis: & in dictione וי, in onomastico Hebræo Complutensi leges lib. 1. Reg. cap. 25. Sit fratribus meis, & tibi pax, D. Hieron. legit וי וי. i. fratribus meis, Hebraicè legitur nunc וי וי. i. Deo viuenti. Mille sunt hæc, neq; finem inueniet oratio, si singula persequi coner.

Cap. XXIII. Quod quauis duplex sit lectio Hebraicè, & quauis scriptura mutetur vitio librariorum, cauit Spiritus sanctus vt semper verus sit sensus, & quod fortè propheta duplicem dat a opera reliquit lectionem.

S Ed scio hæc subeat cogitatio legentem, si tot locis scripturæ duplex est lectio, quæ veterior erit? nihil certi erit in ecclesia? Ego certiore lectionem dicerem quæ cum literis euange-

licis, apostolicis quod concordat, vtrunque tamen veram esse existimo, vbi alteram D. Hieron. A fecutus videtur, alteram Lxx viri, quod Spiritus sanctus cauerit, vt quoties lectionis Hebrae varietas esset, vtrunque verum esset: nunquam quidquam mutaretur in scriptura, ita vt non vtrunque haberet sensum sacrum. Quin mihi persuadeo quod saepe deprehendo, vbi duplex est lectio, vtrunque lectione admiranda praeseferre mysteria, ex vbertate Spiritus sancti hoc factum esse, vt multis locis de industria duplex sit lectio, vt duplex sit sensus, & duplex referretur mysterium, quod hoc opere saepe adnotatum est. Et existimo hoc dictum fuisse Augustinum si Hebraice scillet, & intellexisset multis in locis duplicem fuisse lectionem. Quid enim aliud est quod lib. 18. de ciuitate Dei cap. 44. scribit de loco Ionae Prophetae, quo apud Lxx viros legitur post triduum Niniue subuertetur, Hebraice vero, post 40. dies Niniue subuertetur: cum ait duo mysteria esse significata, alterum per Lxx interpretes significasse Spiritum sanctum: alterum Hebraice per prophetam Ionam. Nam dura res est si credas Lxx viros aliud dixisse, quam quod repperant apud Prophetam. Tunc enim valeret argumentum Hieron. qui citaret Ionam prophetam iuxta translationem Lxx, & diceret, Ionam illud dixisse, mentitum fuisse cum diceret Ionam illud dixisse, quod nunquam dixerat Ionas. Et hoc A V G V S. saepe repetit eodem lib. cap. 43. & alijs locis multis, & cum videat duplici lectione duplex saepe referari mysterium, vtrunque amplectitur, vtrunque ab Spiritu sancto reuelatum agnoscit, alterum per Lxx viros alterum per prophetam: & quod pace D. Augustini dictum sit, vtrunque reuelatum est per prophetam, tam id quod dixere Lxx quam quod lectio Hebraea agnoscit, quod duplex fuerit lectio Hebraea dedita opera relicta a propheta: & ita verisimile arbitror dictum a D. August. & repetitum ceteris, duplex esse mysterium. Sic enim quae super Genes. lib. 1. c. 169. vbi in numero, mysterium poenitentiae significari putat, & non frustra 40. dies ieiuniorum esse constitutos, neque frustra Hebraice tres dies Niniuitis datos ad poenitentiam, quibus sua peccata defleret. Additque Lxx interpretes non errasse cum dixerent, Post triduum Niniue subuertetur, cum afflatu Spiritus sancti triduum verterint, quoniam post triduum resurrexit, & post 40. dies ascendit in caelum, & vterque numerus sit declaratus, alter Hebraice, alter a Lxx viris: nempe quod duplex esset lectio, & vbertate Spiritus sancti id factum sit, & numerus litteris significatur apud Hebraeos &

Vnde nota est numerorum varietas, quae in Hebraicis, Graecisque litteris est.

Duplex lectio data opera a propheta relicta, & declaratur locis Augustini.

Gracos & mutatione vnus litterae in alteram, aut tres efficias aut 40. vt si confessa res sit apud Gracos, & Hebraeos numeros significari litteris alphabeti, cum litterae mutentur alij pro alijs, mirandum non sit cur non solum apud Ionam sit illa numerorum varietas, vt Lxx legant triduum, Hebraea lectio praeferat, vt vertit D. Hieron. quadraginta dies, sed etiam in alijs locis scripturae innumerabilibus sit haec varietas, tam apud Lxx viros quam apud euangelistam Lucam in actis, & apud Iosephum, quippe eum litterae Hebraeae, quibus significatur numerus apud Hebraeos, inuicem permutentur, vt ostensum est, & inde numerorum haec est facta varietas, quae de re alibi dicendum est latius. Et his similia innumera reperies in scriptura, quae multo planius, multo apertius quam hic locus, admiranda referat mysteria, siue hanc lectionem spectes, siue illam, idque vnus litterulae varietate. Et apud D. August. reperias huius notae loca mille, quae quavis August. dicat quod alterum Spiritus sanctus dixerit per prophetam, alterum per Lxx viros, vtrunque intelliges per Prophetam dictum esse, sed duplicem fuisse lectionem relictam, data opera a propheta, varietate vnus litterulae quam dubia data opera relinquit vbertate Spiritus sancti, vt vtrunque mysterium significaret: vt summi oratores, qui se fingunt lapsos vna littera, vt aliquid malitiose significet, vt Cicero cum dicit, semper hic erro, & similia: quod Oratores faciunt malitiose Spiritus sancti facit consilio diuino, vt duplici lectione duo sensa sacra significet: & sic D. August. effugiet argumentum illud insolubile D. Hiero. de quo supra dictum est, mentituros fuisse qui illa loca citarent prophetam, vbi aliud dixissent Lxx viros quam prophetam, nempe quod testaretur illud dixisse prophetam, quod non dixere, imo vtrunque dixere, quod duplex est lectio, & data opera sit duplex lectio a propheta relicta, vt dictum est.

Certe illud verisimum est, cauisse semper Spiritum sanctum, vt quoties mutaretur scriptura, semper verus esset sensus vtriusque lectionis: quemadmodum in captiuitate Babylonica corruptis scripturis cum 70 post anno ex captiuitate redirent Iudaei, Esdrae leuita reuocata diuinitus in memoriam sunt omnes scripturae vt populo restituerentur, vt scribit Irenaeus lib. 3. cap. 25. & CLEMENS Alexand. Stromaton lib. 8. & D. BASIL. in epistola ad Chilonem in asceticis: & de historia Esdrae postea dicendum est latius.

Haec ego, tam multis verbis sum exsecutus quod videbam Iudaeos ad id toto pectore incubere vt

A bere vt memoriam Lxx virorum ex hominum pectoribus euellerent, & eorum autoritate quam maxime possent, imminuerent. Consilium igitur fuit veterem editionem Lxx virorum a Iudaeorum calumnia vindicare, frangere Iudaeos, qui Graecis, & Orientis Ecclesijs quae Graecae editione Lxx vtuntur hoc exprobrant, quod scriptura vtatur quae ab Hebraea veritate discrepet, eum non discrepet, sed mirabiliter cum ea consonat: & Latinae ecclesiae obijciunt quod multa quoque legat iuxta translationem Lxx seniorum. Neque hoc sat habent, nisi audeant etiam (sunt enim impudentissimi, & audacissimi) apostolis & euangelistis idem quoque opponere, quod testimonia citent iuxta translationem Lxx virorum, quae cum veritate Hebraea non consentit. Vt petulantiam igitur Iudaeorum coercerem, & impudentiam, & eos ostenderem mendacissimos tam prolixè haec sum exsecutus, vt cum in explanando hoc propheta ostenderem translationem Lxx virorum mirabiliter cum Hebraea lectione, & eum euangelio consentire, si punctum vnum mutares, aut si litteram vnā leuiter in flectas, aut aliquid simile facias, ne sit necesse eadem quae diximus repetere, cum iam patefecerim fraudes, & dolos Iudaeorum, aperuerim illorum insidias, & astus tectos, & eorum argumenta, Iudaeorum suorum testimonijs refutauerim.

Cap. XV. refellit testimonia Iudaeorum ex Iosepho & Aristaea.

Sed iam scio, dicit aliquis, me triumphum canere ante victoriam, restat enim illud quod firmissimum est Iudaeorum scholae argumentum, Iosephum Iudaeum, & Aristeam qui Lxx virorum historiam conscripserunt, libros legis versos esse a Lxx viris prodidisse, nullam de prophetarum libris, reliquique fecisse mentionem, nihil de Lxx cellis, nihil de miraculo illo magno edidisse, non tacituros de re tanta, si vera essent quae veteres patres omnes, omnes ecclesiae catholicae proceres, quos supra citauimus memoriae mandassent. Adde tu his quae schola Iudaeorum nobis obijcit: Philonem quoque quinque libros Moysi versos a Lxx senioribus scripsisse, Philonem, & Iosephum ea literatura, & doctrina fuisse, vt non solum sibi tantum fecerint nomen vt clarissimis antiquitatis viris adnumerentur, sed etiam a D. Hieron. D. Chrysostomo, alijsque veteribus patribus multa laude in caelum ferantur. Haec reliqua nobis pars est, hic restat actus, in hoc laborandum est: videtur enim Iudaeorum natio multiceps illud momentum, quod Hydram veteres nominabant, cui si vnum caput amputes illius loco septem renascantur: mitto dicere de Philone Iudaeo, qui nostrae causae cum primis fauet, de quo postea dicendum. Nunc de Iosepho Iudaeo dicam, & Aristaea.

Quod Aristoteles in omni disputatione prius ambigua diducere praecipit, ne amphibologia nos decipi contingat: illud prius videndum est, quid in sacris litteris lex significet, & quo accipi intellectu soleat, quod hi scriptores a Lxx viris legem Graecè redditam prodidisse, legem autem significare omnem doctrinam reuelatam docet D. Hiero. docent omnes veteres patres sed eos missos facio omnes, quod mihi disputatio suscepta est aduersus Iudaeos, & Iudaizantes, cum quibus iam dudum est sermo, nemo neget, cum Dominus agebat apud Iudaeos, eosque docebat verbis vltatis apud ipsos Iudaeos esse vsuum, & ea significatione quae apud ipsos Iudaeos esset receptissima. Ioannes igitur 10. ait Dominus: Non scriptum est in lege vestra, quia ego dixi dii estis: qui scriptum est psalm. 81. & apud eundem Ioannem cap. 15. vt adimpleretur sermo qui in lege scriptus est. Quia odio me habuerunt gratis: quae verba sunt psalm. 119. vt appareat Iudaeos omnem scripturam, non solum libros Moysi, legem appellasse. & D. Paulus non alijs verbis est vsus quam his quae vulgo apud Hebraeos erant receptissima, & tamen prima ad Corinthios cap. 14. ait: quoniam in alijs linguis, & in alijs labijs loquar populo huic, quod Esaias cap. 28. scriptum est, vbi Esaias vaticinia legem appellat. Quin, & ipse Esaias nequid Iudaei hincere audeant, sua vaticinia nominat legem cap. 1. Audite legem Domini populus Gomorrhae, & nomen ipsum Hebraicum, תורה, quo legem appellant, doctrinam significat, quod nos doctrinam reuelatam nominamus, quo nomine contineri omnes libros sacros quis non videat? vt mirandum non sit תורה .i. Doctrinam reuelatam siue legem Dei, significare ipsos libros Moysi, & omnes libros sacros, qui legis diuinæ nomine continentur. Nec his repugnat Iosephus, qui lib. 1. Iudaicæ Antiquitatis cap. 1. scriptum reliquit, interpretes missos ab Eleazaro iussu Ptolemæi Regis vertisse Graecè ἀπὸ τῆς ἑβραϊκῆς τῶν νόμων .i. ea tantum quae ad legem spectarent .i. ad doctrinam reuelatam, vt interpretati sumus, scribebat enim Iosephus rerum gestarum historiam, quae non continebatur libris prophetis, alijsque quibus doctrina reuelata contineretur, nisi

tur, nisi si quid obiter ex historia in sacris libris prophetarum præstringitur, nam vt ostendimus cum paulo post de fide historiae Iosephi disputabimus ex collatione scripturæ sacræ penè omnia quæ spectant ad legem latam à Deo, Iosephus præterit dicendo, tantum persequitur ea quæ ad historiam pertinent, quorum multa erant monimenta ea tempestate, quæ citantur etiã in libris sacris, præter ipsos libros sacros, quos Græcè reddidere Lxx, & fortasse etiã alij historici erant indigni qui citarentur in sacris literis, vnde Iosephus testatur se texere historiam antiquitatis Iudaicæ, quæ non continetur in translatione Lxx illorum interpretum, quæ tantum complexa est libros sacros, & sacros historicos, nõ omnes historicos, quod vel manibusprehendentes centies, si attentè historiam leges Iosephi, cum multis de Mose narrat fabulas, & multa deliria, quæ fortasse excerptis ex his historijs quas negat esse redditas Græcè à Lxx senioribus, quod nec continerentur sacris libris, & essent fabulosæ, aliaque deprehendes in historia Iosephi quæ cum sacris literis frontibus aduersis pugnent, quæ aut finxit ipse, aut ab his historijs est mutuatus, quæ non erant sacræ.

Cap. XXVI. Probat libros sacros omnes esse versos à Lxx viris Græcè ex Iosepho & Aristeæ, quos pro se citant Iudæi.

Nec satis est ostendisse Iosephi historiam non aduersari nostris: iam Iosephi, & Aristeæ testimonijs euidentissimis euincamus libros sacros oēs à Lxx viris esse tralatos, quod supra necessarijs argumentis est conclusum, IOSEPH. li. 12. Iudaicæ Antiq. c. 2. scribit Demetrium Phalereum qui regis bibliothecæ præpositus erat Alexandriae, habuisse in animo ex toto terrarum orbe conquirere libros & in regia bibliotheca reponere: quibus Iosephi verbis apparet Demetrium Phalereum cuius inductu rex Ptolemæus vertendas scripturas sacras curauit, nõ leges aliquas quæsiisse, nõ Mosis gloria esse permotum, vt quinque libros Mosis, cui Pentateuco nomen est sua cura dignos putarit, nobiles vndiq; libros coemere voluisse, & in regia bibliotheca cui erat præpositus reponere. Hinc facillè colliges Demetrium oēs libros sacros petiisse, cum liqueat qua mente petat hos libros, vnde quos petat facilis est coniectura. Eadè verba reperies apud Aristeam vt à primo Iosephus, & Aristeas nobiscum faciât, non cum Iudæis. Pergit Iosephus, & narrat regi Ptolemæo interroganti de libris bibliothecæ respondisse Demetrium inaudisse se apud Iudæos esse multa legitimorum volumina, cura, & bibliotheca regia digna: Audin quid dicat Iosephus, multa volumina legitimorum, quod de quinque libellis Mosis non possis interpretari? quis enim dixerit Aristoteli scripsisse multa volumina artis Dialecticæ, aut Platonem multa de republica scripsisse volumina, at qui vtrunque opus Pentateucho Mosis gradus est & plures libros habet, necesse est vt intelligamus omnes sacros libros significatos hic esse, præsertim cum subiungat Iosephus: opus vero esse magnis impensis, & sumpto magno, si hæc velit in sua bibliotheca habere. Hæc ne verba ad quinque libros Mosis referri queant? magna ne impensa opus erat Ptolemæo Regi potentissimo, si Pentateuchum Mosis Græcè, & Hebraicè describendum curasset? homini priuato locupleti, vix hæc esse magna impensa, ne dum Regi potentissimo, & magnificentissimo, qui ex toto terrarum orbe libros conquirendos, & describendos mandarât. Ad omnes libros sacros hæc verba pertinent. quorum multa volumina nõ extant, vt docet Origenes, & Iustinus, ab impijs Iudæis sublata de medio. Ad hos transferendos magna erat opus impensa, quod res ipsa docet. Nam rex Ptolemæus centum millia Iudæorum qui seruitutem apud Aegyptum seruiebant manu misit, & magnificentissima dona, prorsus regia, templo Domini, & Eleazaro pontifici Maximo donauit: & multa alia Lxx senioribus dono dedit, vt leges apud Iosephum. Hæc ne pro pentateucho facta putas, & non pro omnibus sacris libris? Expende etiã verba illa Iosephi, *ὅτι πάντα ἐν βιβλιοθήκῃς ἔχον τὰ παλαιότατα* .i. ad hæc in bibliotheca habenda quæ apud illos, si Græcè scis, hæc forma dicendi omnia volumina quæ apud Iudæos sunt significat, non Pentateuchum Mosis. Scribit Iosephus lætatum Regem fuisse quod Demetrius ambitiose, sui honoris causa, de numero librorum certaret: lætatur ne rex vno libello Mosis suam auctam bibliothecam? ridiculum. Quid illud nõ satis est vt Iudæorum refellatur schola quod sequitur apud Iosephum? non parum laboris, & negocij exhibituros hos libros, si in Græcam linguam sunt vertendi: Hic quæso te, paulis per consistere si à Rege potentissimo esset in eunda gratia Pentateuchum Mosis si Græcè vertendū esset multum ne exhiberet laboris translator? tu ipse vide an hoc vilo modo de Pentateucho Mosis intelligi pos

Atelligi possit, omnes libros sacros, quorum multi nunc desiderantur, Græcè vertere magni laboris erat. Cum postea sit edictum de vertendis sacris libris, aduerte Iosephi verba, quibus ait decretum esse factum de libris Iudaicis Græcè vertendis: vbi nulla Mosis mentio, Iudaici tantum libri describi, & transferri iubentur. Et Demetrius à Rege Ptolemæo apud Iosephum hoc petit his verbis: de his quæ defunt ad complementum bibliothecæ libris, reddo enim ad verbum data opera lectionem Græcam, vt appareat Demetrium petiisse non Mosis libros, sed Iudaicos omnes sacros, qui ad complementum bibliothecæ pertinebant & eodè spectat quod apud eundem Iosephum Demetrius regi denunciat, cum ait: Significo tibi ò Rex deesse legum lationis Iudæorum libros, cum alijs. quod Aristeas dixit, legis Iudæorum libros deesse significo tibi cum paucis quibusdam alijs: vbi necesse est intelligas, non legem Mosis, sed libros omnes sacros esse significatos, quorum ad comparisonem alij. i. agiographi pauci sunt. Nam aliter qui posses dicere ad comparisonem librorum Mosis appellatos paucos omnes libros sacros? ergo si singula ex Aristeæ, & Iosepho verba expendas, vel his authoribus, quos schola Iudæorum pro se citat, refelleretur, & reuinceretur Iudæorum schola.

Cap. XXVII. Refutat testimonium Iudæorum ex Philone.

PHILON Iudæus in vita Mosis quinque libros Mosis tralatos à Lxx viris ait. Nihil hoc iuuat Iudæos, non enim negat reliqua volumina sacra esse Græcè reddita iussu Ptolemæi regis. Neque id miratur magno opere si scripta sacra rex Ptolemæus potentissimus Græcè vertenda curarit. Sed cum Mosen eo loco laudaret, illud merito prædicandum & gloriandum esse duxit, quod cum reges suis leges, & iura dare soleant, neque finitimorum regum leges magno opere mirentur, præcipuè Aegyptij reges qui se omnium hominum putabant esse sapientissimos & à se ad Græcos & ad cæteras nationes fluxisse sapientiam, idque cum alijs locis, tum in Phædro dicat Plato: Ptolemæus Philadelphus Aegypti rex potentiss. leges latas à Mose tanti fecerit vt Lxx duos viros à Iudæa accerserit, & eas Græcè à tot viris, vt exacte redderentur, vertendas curarit, & tantoperè eas sit admiratus vt tot dona dederit, tot accerserit interpretes, tantam eis vertendis impenderit curam, eaque res diuinitus tanto miraculo sit insignita? hoc nomine commendat leges latas à Mose hoc loco Philon, non negat tamen reliquos libros sacros tralatos esse, neque id admiratur tantoperè: sed Aegyptium regem, Iudæorum leges tantoperè esse admiratum, quod alij reges non faciunt, id iure miratur, quin alia loca citat iuxta translationem Lxx virorem ex prophetis & alijs scripturæ locis, quod facillè deprehendat qui Græca Græcis comparet.

Mitto dicere illud, quo solo refelli poterat Iudæorum schola quod CLEMENS Alexandrinus Stromaton lib. 1. prodidit, ante regem Ptolemæum, atque ad eò ante Alexandrum, quinque libros Mosis Græcè fuisse tralatos. Vnde existimat Platonem multa fuisse mutuatum, & inde factum esse vt Platonem Numenius Pythagoricus Mosen Attica linguam loquentem appellaret, & CLEMENS Alexandrinum citat EVSEBIUS de præparatione euangelica lib. 8. & illo authore hoc idem scribit, atque Clementem Alexandrinum huius rei citare authorem Aristobulum Iudæum, & Numenium Philosophum Pythagoricum. Interpretatur enim Eusebius Clementem Alexandrinum, & quinque libros Mosis Græcè redditos ante Alexandrum scribit, & verissimum hoc esse intelliges ex Aristeæ, & IOSEPHO qui lib. 12. Antiquitatis Iudaicæ cap. 2. in fine, Theopompum scribit commota mente fuisse per aliquot dies, quod quædam ex libris sacris mutuati sit conatus, aut literis prodere quædam, quæ sunt in literis sacris. Et addit Theodetum quandam Tragicum poetam cum in Tragœdiam suam à libris sacris, nescio quid, mutaretur penè oculos amisisse, amisissetque prorsus, nisi respiciisset, & Dei numen placasset. Quod profecto fieri non posset nisi libri Mosis Græcè essent redditi. Vnde colliges, si Ptolemæus quinque Mosis libros petisset, non habuisse necesse illos interpretes accersere, quod Græcè verserant, sed omnes libros sacros, voluisse vertere, & diligentissime vertere.

Cap. XXVIII. Quod Iudæi multa vaticinia de Christo Hebraicè vicariunt præsertim quoties leui litterarum flexu hoc fieri potuit.

Sed in-

Quod illi-
bri quique
Mosis ante
Lxx viros
Græcè fuisse
versis.

Sed inuicta gens Iudæorum est, victi nanq; nequeunt absistere pugna, aduersum Deum, & aduersum Christum eius redintegrandum bellum imperitos aiunt hos Lxx viros fuisse, in ambiguis fuisse lapsos sæpè, in multis errore literarum hallucinatos, quod quædam litera apud Hebræos sunt simillimæ, alias pro alijs accepisse, quæ omnia significasse videtur IVSTIN. Philosophus martyr in dialogo contra Tryphonem Iudæum, cum ait, Dicere audent Iudæi, interpretationem, quam fecere Lxx seniores, non esse in quibusdam veram, quæ enim planè, & aperte in scripturis Iudæorum stultam sententiam redarguit, hæc audent dicere nõ sic esse scripta Hebraicè. Iuuat enim hæc ad verbũ reddere, quo sint emphaticotera, & quo magis apud omnes habeant fidem. Et post hæc Iustinus addit, Iudæos mille vti strophis, vt inuertant omnia quæ de Christo dicuntur, Et tamen sunt (quod non sine lacrymis dicendum erat) qui fidem habeant Iudaizantibus, qui has fraudes Iudæorum & hos dolos, sensum literalem scripturæ esse dicant, interpretationem veterum patrum, literalem sensum negent, dicant esse spiritalè. Addit ergo Iustinus Iudæos mille vti strophis, & fraudibus, vt inuertant omnia, quæ de Christo dicuntur. Et subiungit, multas etiam scripturas prorsus deletas à Iudæis ex interpretatione facta iussu Ptolemæi regis à Lxx senioribus, quibus aperte, & dilucide Christus Deus, & homo diceretur, & crucifixus, & mortuus, & resurgens, quibus verbis Iustinus testatur id quod docet D. Hieron. mutilam, & laceram translationem Lxx virorum esse. Testatur enim Iudæos è libris sacris multa sustulisse de medio, quibus mysteria Christi panderentur, quodque eam non recipiant Iudæi, cum quibus est suscepta contentio, eis se vti negat, neque è translatione solum Lxx virorum multa sustulisse ait, sed etiam ex lectione Hebræa multa expunxisse in quibus deprehensa ipsorum fraus est. Vnde mirandum non est quod ex Hieremia sublatum sit illud testimonium de 30. nummis, quod citat euangelista, nec in eo quod ab Spiritu sancto dictatũ est fide dignum est, Hieremiam positum pro Zacharia, cum præsertim illud quoque ex eodem Hieremia cœptum sit deleri, Mittamus lignum in panem eius, & deprehensa fraude, repositum sit postea, qua de re Deo bene iuuante dicendum est aliquando latius. Nam deleri cœptum esse hoc quoque leges apud sanctos patres, & apud hunc eundem Iustinum hoc loco quem citamus, repositum vero recognoscimus, quod vt refert D. Iustinus deprehensus est in quibusdam Hebræis exemplaribus vetustis scriptus, & scelus Iudæorum est patefactũ. Si ergo deleuerant hoc totum testimonium Iudæi ex Hieremia, auctore Iustino, quod nunc repositum videmus, quod deprehensa illorum fraus fuit, quis non videat deletum esse illud quoque de triginta argenteis, quod in Hieremia, Euangelista fuisse testatur? & cautius id fecisse Iudæos, & à nostris in quos confurrexerant natio Iudæorum, & populus gentium iuxta illud: Quare fremuerunt gentes, & c. neque in vna sede conuiescebant, sed varijs agitabantur malis, non fuisse deprehensos, quod & suboluit ORIGENI in cap. 10. epistolæ ad Romanos, quodque factum docet alibi multis locis Orig.

Nam quod AVGVVS. in lib. de ciuitate Dei hoc non potuisse fieri putat, ingenij Augustini acumen miror. Cur enim D. August. parum credibile putet, quod vitiarunt Iudæi, potuisse toto orbe terrarum serpere, & in omnes codices Hebræos se se fundere? Quasi vero omnes codices Latini, & multa in Græcis libris non sic sint vitata vt ex vno librarij errore se se vitium in omnes codices fuderit, quod alij ex alijs describantur. Negabit ne aliquis vitata esse multa loca tam in codicibus Latinis, quam in Græcis? nemo sane id neget multa in scriptis veterũ legi vitiose, cum Plinius quoque suis temporibus queratur quædam in veterũ libris esse corrupta, & nostris temporibus in repurgandis veterum scriptis à mendis quæ culpa librariorũ inoleuerant, doctissimorum hominum multum exfudarint ingenia. Quæro hæc vitia quonã modo irrepserint in veterum scripta? an non quod imperitus librarius immiserit vitium, se se transfuderit in omnia exemplaria, quod alia ex alijs describatur? & dubiæ lectiones Hebrææ quæ nunc sunt, non quæ olim, non ita in Hebræos codices irrepserunt? nisi si qua sunt à prophetis data opera sic relicta, vt dupliciter legi possent, quo duplex mysteriũ significaretur quod supra dictũ est. Quid refert vtrũ præ imperitia immittas errorẽ in scribendo, quod serpat in omnia exemplaria quãdo aliter veterũ scripta nõ potuisse vitari liquet, an prudẽs vitiose scribas, & consilio, vt quæ indè describantur, vitiose describatur? quin hoc pacto multo facilius codices vitiantur, si nõ vnus aliquis data opera vitiose scribat, sed de cõpacto omnes Rabini id faciant. Se enim misis legatis per totum orbẽ mutuo adhortabatur aduersum Dñm, & aduersum Christum eius. Quanto facilius sic vitari possunt codices? quod vel ex illa historia Solonis

A Solonis facile ostenditur, qui cum Athenienses, quorum ipse legum lator erat, de insula Salamine cum Megarensibus contenderent, tãtis per dum lis apud Amphictyonas disputabatur, Solonis historia. finxit versiculum, quo dicebat, Salaminios in bello aduersum Troianos naues suas cum Atheniensibus iunxisse, vt appareret Salaminios ad Athenienses pertinere, & 2. Rhapsodia Iliados in catalago nauium adiecit versiculum illum Homeri versibus, tectè, ita vt omnes falleret, & curauit multos libros Homeri indè describendos, qui præferrent versiculum illum, quem ipse Homeri versibus adiecerat. Intra 20. annos quibus litigatum est apud Amphictyonas iam versiculus ille pene in omnibus erat exemplaribus, ita vt illo versiculo victa causa fuerit Megarensium. Huius rei meminit Vlpianus in Demosthenem de male obita legatione his verbis: Nota de Solone quod litigantibus Atheniensibus, & Megarensibus de Salamine, Solõ ex Homeri versibus probationem texuit, inferens versibus Homericis versiculum à se fictum, cum enim diceret Homerus in catalago nauium, *Αίας δ' ἐν Σαλαμίῳσ ἀ' ἄνδρα ῥογὴ δ' ἕνα νῆας*, adiecit ipse de suo versiculum, *Σαλαμίη δ' ἄνδρα ἰσ' Ἀθηναίωσ ἱεραρο φάραγγες*, & ficto illo versiculo vicit Megarenses in causa: cuius rei etiam mentionem fecit Quintilianus lib. 5. cap. de exemplis his verbis. Nec est ignobile exemplum Megareos ab Atheniensibus cum de Salamine contenderent victos Homeri versũ, qui tamen ipse non in omni editione reperiretur, sic enim legendum apud Quintilianum, vitiose enim legitur, non reperitur, legendũ, non reperiretur. Eo enim tempore nõ reperiebatur in omnibus exemplaribus, quia cum victa Megarensium causa est, vix abierant viginti anni ex quo Solon versibus Homeri inseruerat à se fictum illum versiculum, & tamẽ omnia ferè exemplaria versiculum illum præferrebant. Quid mirere ergo si intra centum annos, aut ducentos, quingentos ve aut mille quingentos, quæ vitata à Iudæis sunt, in omnia se Iudæorum exemplaria fuderint? cum præsertim non vnus aliquis Rabinus hæc fecerit tãtum vt olim Solon, sed omnes qui toto terrarum orbe erant Rabini de compacto rem gesserint, & ipsi Rabini qui hæc vitant, soli Hebræa habeant exemplaria, & scribant, nec penes alios sint, & Rabini Hierosolymitani, vt prodit IVSTIN. miserint legatos in omnes oras ad Iudæos qui toto orbe terrarum erant, vt aduersarentur Christo & Christianis, & res nota sit, Iudæos omnes coniurationem inijsse aduersum Dominum.

C Nec his aduersatur D. Hieron. vt quidam ineptissimè putant, ait enim D. Hieron. sublatum Iudæos vitiaisse scripturam in vtilitatem Christianorum, & merito adeo rideret D. Hieron. si quis hæc diceret, quid enim nomini Christiano infestius dici, aut fingi potest quam Iudæus? is ne quæreret Christiani populi vtilitatẽ? nihil minus faceret. Nos non dicimus vitiaisse Iudæos scripturam ad nostra commoda, sed vt nostra commoda expungerent, & quæ de Christo à Prophetis reddita erant oracula. Hoc nunquam risit D. Hieron. nec in his sustulit vnquam cachinos.

Nam Iudæos vitiaisse scripturam, testimonio D. Hieron. & apostolorum, & euangelistarũ his commentarijs liquebit, initto illud: Foderunt manus meas, & pedes meos: quod manifestissimum Christi cruci suffixi vaticinium iam indè vsque ab apostolis catholica decantat ecclesia, vbi pro Caaru, foderunt, mutata postrema literula in v, vitiarunt, vt esset caari, sicut leo cũ trecentis annis ante crucem Christi LXXII testes ad nos transmisisset, licet crepent medij Iudæi, & Iudaizantes, Caaru foderunt: & illos clauos quibus cruci affixi sacri pedes Domini, & sacræ manus ob oculos posuerunt. Mitto illud Esaiæ: In alijs linguis, & alijs labris loquar populo huic: vbi certum est D. Paulum, & D. Hieron. laaze legisse, & Iudæos, vna mutata litera vitiaisse dictionem, & pro laaze legisse laage, qua de re in illum locum pluribus disputatũ est, quæ supra diximus ex Iustino. Et alias Iudæorum fraudes innumerabiles agnoscat quicumq; primoribus labris litteras Hebræas attigerit, si expenderit quæ nos in similia loca multa hoc opere disputamus

Et hunc modum inuertendi scripturam, à Iudæis didicere Heretici, vt conqueritur Clemens Alexan. Stromaton. lib. 3. cum inquit: Hi sunt qui lectionem scripturarum inuertunt immutatione accentuum, interpretatione varia, & varia distinctione, & quæ dicta sunt vtiliter, & sancte ad proprias voluntates trahunt violenter, iuxta illud Malachiæ, Irritantes Deum sermonibus vestris: & in flexu vnus literulæ, aut interpositione turbari sensum sacrũ totũ, docet Basilus in homelia ad locupletes, his verbis. Vna litera interiecta sat est vt totam mutet sententiã, Hereticos nanque omnes Iudaizantibus fuisse, & ex Iudæorum schola, & officina prodijisse discipulos ex epistola Alexandri Alexandrini episcopi, quæ tomo 1. concil. est, in præcedentibus Nicenum

Iudæos vitiaisse libros Hebraicos.
Hereticos imitatos Iudæos, vitiaasse etiã libros sacros & sanctos fraudes Iudæorũ, & illos habuisse magistros, quod clamant cõcilia.

Nicenum concilium vbi Ariani Iudaico schemate aduersum Christum rebellasse dicuntur. **A** Et Calcedon. concilio act. 1. acclamatum est hæretico Iudæum foras mitte & tomo 2. Concil. in additionibus ad Liberati breuiarium. THEOD. contra Sabellium, Iudæi Iudaico sensu inquit, & c. & infra, Sabellio Iudaizanti pergens contrariam viam, & rursus, Sabellius Iudæus est factus, & 6. Synodo Constantinopol. act. 18. in exëplari iusionis Constãtini de Hæretico quodam, Aemulator factus, inquit, Iudaicæ discessionis, & 2. Synodo Nicena act. 6. Greg. Nestorium Iudaizantem appellat alijque multis locis hæretici in sacris concilijs Iudaizantes nominantur neq; alia via procliuiore in hæresim itur, quam si quis Iudaizantes admiretur, aut in Iudæorum versetur libris.

Iudeos corrupisse in quibusdam scripturis. Cõtra eos qui sensum Iudæorum sensum literalem dicunt. Ergo Iustinus Philosophus martyr merito Iudæos multa vitiasse scribit, quæ ipse temporibus Christi proximus nosse optimè poterat, & merito ORIG. in caput 23. Matthæi tractatu 26. longa disputatione hoc probat, & postremo ait Iudæos ad destructionem veritatis scripturarum quædam finxisse, confirmantes sua dogmata falsa, & in cap. 10. Hieremię homelia 12. in fine: difficile est, inquit, aliquem se malum confiteri: ideo exemplaria Iudæi nonnulla falsa **B** runt. ATHAN. de illo quod dictum est in euangelio. Quicumque dixerit verbum, Non enim inquit, Iudæis curæ est si corrumpant scripturarum dogmata, tantum vt negent Christi aduentum, & tamèn viri docti audiunt Iudaizantes qui scripturæ sensum Iudæorũ, sensum affirmat esse literalem: sanctorum sensum literale esse negent.

Cap. XXIIX. Doctissimos & sapientissimos fuisse Lxx viros contra Iudæos & Iudaizantes.

Sed redeo ad Iudæorum calumniam, de qua dicere cæperam, insimulant Lxx seniores imperitiæ, quod vt dixit Iustinus, eorum testimonijs manifestissimis configuntur & impietatis damnantur. Nam vt dicendum est cap. 63. hæreticis & Iudæis mos est, nos catholicos omnes imperitos & idiotas appellare, quo nomine Iudaizantes Lxx seniores etiam nostris temporibus appellant. Nunc Iudæos Iudæorum autoritate refellamus. PHIL O. in vita Moysi optimos delectos esse ait, & probatissimos, & maximè existimationis, additque præterea fuisse prophetas, vt postea dicendum est, cum de cellis agemus. IOSEPH. Iudæus de Antiquitate libr. 12. cap. 2. petijisse ait Ptolemæum ab Eleazaro, postquam manumiserat multa milia Iudæorũ, qui in Aegypto seruibant seruitutem, & postquam per legatos magna dona miserat templo Dñi, & ipsi Eleazaro, senes doctos legis Iudæorũ. & postea subiungit Eleazarũ rescripsisse Ptolemæo se senes delegisse, quos petebat ex singulis tribubus senos, & postremo ab omnib' rabinis, & ab omni Iudæorũ populo, qui inter Aegyptios degeret Alexandrię probatã fuisse eorũ interpretatione, aded vt diris execrationibus vniuersus populus deuouerit, vt moris erat Iudæis, si quis è tralatione Lxx quidquã adderet, aut demeret, quando lecta, & examinata ab omni Iudæorum senatu, & ab vniuerso populo, & exactissimè reddita appareret. & Aristæas etiam refert Ptolemæum scripsisse ad Eleazarum vt deligeret viros vitæ integerrimè, senes, legis peritos, qui possent interpretari scripturam: & Eleazarum rescripsisse, delectos à se viros probos, seniores. & infra, Elegit ergo Eleazarus optimos, & eruditio ne præstantes viros, qui non solum Hebraicè, sed etiam Græcè scirent. & postremo, cum idè Aristæas plurimis verbis doctrinam Lxx virorum descripsisset, & singularem quandam eruditione, dicta, facta, & responsa, si quid rex Ptolemæus ab eis esset scilicet, subiecit eadem quæ Iosephus. (Nam Iosephus quoq; in Lxx seniorum laudem excurrebat) probatã fuisse translationem Lxx virorum ab vniuerso Iudæorum senatu, & ab vniuerso populo, & execratos esse Iudæos si quis quicquam è tralatione Lxx virorum demutasset, quod fidelissimè Græcè esset reddita, & exactissimè. Vides illius tempestatis Iudæos omnes collaudasse Lxx viros? Vides in illos congersisse quicquid potuere laudis? solos eos Lxx virorum esse vituperatores quos Lxx viri impietatis damnant, & cecitatis? certe si plures Iudæi illorum temporum ad nos sua scripta transmisissent, plures illos vexissent in cælum laudibus. Ergo qui eos nostra tempestate vituperant, nullo veterum testimonio, nulla ratione nituntur, sed solo Lxx virorum odio, quo schola quoque Iudæorum ardet, vt arserat olim.

Cap. XXX. Lxx viros primos viam aperuisse ad dispungendam scripturam.

Nec solum

A Nec solum Lxx viros doctissimos suę gentis descriptos à Iosepho & Aristæa arbitror, sed primos omnium qui literas sacras monumentis literarum mandauere, ita vt legi, & intelligi possent, qui primi aperuere viã, qua puncta vocibus Hebræis adscribi possent, quod vsque ad tempora Lxx virorum, sacra litera sine punctis erant scripta, & ex traditione veterum patrum quæ à Mose vsq; & prophetis ad illos descenderat, legi, & explanari solebãt, nullis adscriptis punctis, quæ Hebræis pro vocalibus sunt, vt lex diuina ita esset scripta, vt nõ prorsus esset scripta. Scripta consonantes erant, vocales scripta non erant, vt semper inuigilarent Iudæi literis sacris, neque negligentia torperent, aut memoria literarum fiderent. Quo spectat se puto Platonem in suo Phædro, cum inuentorem literarum Theuth nescio quem Aegyptium virum, inducit gloriantem de artibus inuentis, inter quas literarum inuẽtio erat, Thaumum verò Aegypti regem literas non profuturas disciplinis credentẽ, quod officeret memoriæ potius quàm prodesset, quod post inuentas literas negligentius disciplina essent ediscendæ, quas animis hominũ exarari potius oportebat, quàm chartis. Quæ verba arbitror Platonẽ à Iudæis potius accepisse quàm ab Aegyptijs, quod Iudæos adierat, & certa res est à Iudæis accepisse adiumenta doctrinæ, idq; omnes veteres patres sunt authores: & ipse sæpè præ se fert, ad eundem homines barbaros, eis qui vellent adire studia sapientiæ, futurũ enim vt admiranda & diuina ab illis addiscat. Quod ergo fortasse acceperat à Iudæis Dei legem, partim scriptam, quod consonantes essent scripta, partim non scriptam, quod vocales scripta non essent, nõ possent vnquam torpere negligentia, sed semper studia sacra colerent, litteris sacris inuigilarent, legem Dei animis potius quàm chartis exararent, id Plato fabulis inuoluit. Dicam quo argumento id suspicer: primos literarum inuentores Phœnices fuisse confessa res est, hos Phœnices Iudæos esse, vel Græcarum literarum arguunt nomina, si alphabetum Græcũ percurras, & conferas cum Hebræo alphabeto; alphabeti Græci nomina ab Hebræo alphabeto intelliges esse deriuata. Cur ergo primi inuentores literarum, qui literas alijs nationibus tradidere res sacras habent ita conscriptas, vt eadem non conscriptas habeant, nisi ea sit causa, quam Plato prædicat? Primos igitur Lxx hos viros opinor descriptos ab Aristæa, & Iosepho, qui literas sacras plenè & exactè exarauerunt chartis, vt legi vulgò possint, & intelligi, quare Ptolemæus se optimè mereri putauit de Iudæis, & omnibus nationibus: ait enim lib. 12. de antiquitate Iudaica cap. 2. vbi Lxx virorum historiam scribit, velle se gratificari hac re Iudæis omnibus, qui toto terrarum orbe sunt, & eorum posteris, & ideo decreuisse vt ex Hebræa lingua litera iacra Græcè verterentur, quæ verba eadem apud Aristæam reperies, quibusque significatur id quod à nobis dictum est, sacras literas ita fuisse scriptas, vt scripta non fuisse videantur, vt benè mereri se rex Ptolemæus dicat de Iudæis, & Iudæorum posteris, cum Græcè eas curet vertendas. Græcè enim translata scriptura diuina, velut fax quædam futura ijs, qui Hebraicè scirent, & qui Iudæi nati essent, vt scirent quas vocales addere, & quibus dictionibus oporteret.

Nam quæ Iudæi de hac re disceptant, vinoletorum somnia esse videntur, quæ omnia ex Aristæa & Iosepho facillè difflantur, vt folia farfari, quod aiunt: siquidem Helias in præfatione libri Masoreth, dubitat an puncta vocalium Moysi tradita fuerint à Deo in monte Sina, an longo post tempore inuenta, Rabinorumque sententias citat, quorum alij Moysi tradita aiunt à Deo, alij ab Esdra esse excogitata, & ideo in sacris literis velocem scribam nominatum. **Qui-** dam Esdras, Neemias, Aggeus, Zacharias, Danielis, Ananias, commentos esse vocales. Varietas ipsa facillè arguit Iudæorum hæc esse somnia vana, & hæc omnia simul conuellantur autoritate Iosephi Iudæi antiquissimi, & doctissimi, qui negat scripturam Hebraicè exactè esse exaratam, quod profectò nec Aristæas vnquam diceret, neque Iosephus si plenè esset scripta vocalibus, & consonantibus. Quid enim esset reliquum quo minus exactè diuina scriptura exarata diceretur? cur diceretur negligenter scripta? & indigere cura regia? si vocales habet & consonantes. Quin si scripta lex erat Hebraicis literis & punctis, & apicibus distincta ante Lxx seniores, nihil erat aut Græcè, aut Latine, aut lingua alia ita exactũ, ita distinctum, & tanta curâ scriptum, cum confessa res sit numeratas literas, numeratos apices apud Hebræos fuisse. Quid ergo exactius dici, aut fingi posset? Cur Iosephus, & Aristæas negligenter hæc scripta prodidissent? & regia indigere cura, cum Hebraicis literis essent conscripta sacra volumina, & diligenter scripta? profectò falso proderet negligenter scripta, si puncta habuissent & apices, cum numeratè essent literæ, numerati apices, siquidè Dñs ait: Apex vnus nõ præteribit à lege,

lege, donec omnia fiant. Ergo temporibus Dñi erāt apices, erant pūcta, neq; ante Lxx viros erāt, A quod liquet ex Aristeā & Iosepho, qui prodidere temporibus Lxx, literas sacras negligenter scriptas, non exacte, quod argumentum etiam firmum est, verē prodidisse veteres patres, Lxx viros afflatu Spiritus sancti vertisse literas sacras. Nā qui sacras literas vertit Græcē, sciētī Hebraicē satis monstrat, quibus punctis, & quibus literis, & quibus apicibus singulā literā sint scribendē, vt Dominus loco citato declarare videatur apices, & puncta declarata à temporibus Lxx, compleri debere, neque quicquam ex ijs periturum. Nam locus ille Efdra lib. 2. cap. 8. infra explanatur, quomodo à sanctis patribus sit intellectus, vndē petendus scripturæ intellectus, non à Iudæis. Sed sunt imperitissimi Iudæi Rabini, fingunt quæ nusquam sunt, nulla veterum nituntur autoritate, & eorum antiquissimi quadringentelimum non transcendunt annum, & cū nullos habeant antiquos scriptores, literis produnt aniles fabulas, quas tatas & mammas garrientes audiere confictas post passionem Christi.

Cap. XXXI. Lxx viros primos viā aperuisse ad addēda scripturæ puncta, quia veluti notis, quibus dā quas cifras vocāt, erat scripta sine vocalib⁹ et sine apicibus.

Igitur Lxx viros fuisse primos, qui viam aperuerint, qua dispungenda Hebræa lectio esset, intelliges ex Iosepho loco citato, quod eo consilio delectos dicit gētis Iudææ doctissimos & legis Mosaicæ peritissimos, & tot numero, vt hanc difficultatem punctori, quibus Hebræi pro vocalibus vtuntur explicarent. Cū enim retulisset Iosephus Demetrio regi Ptolemæo significasse libros legis Iudæorum, cum alijs quibusdam libris, literis Hebraicis, & voce peregrina conscriptos neque nota Aegyptijs, bibliothecæ regiæ futuros ornamento. Subicit: Accidit autem hæc negligentius quā habet esse significata, quia non sunt sortita regiam curā. Est autem necessarium hæc apud te esse exacta: quæ verba Iosephi ad verbum reddo, quod sit perspicuum magis, quod dicere volo. Negligentius esse scripta volumina Hebræa ait, quam habet. i. nō exacte esse scripta, neq; plenē, quod vocales desint, negligentius quā habet. i. quā se habet res. Est enim forma dicendi Græca, & negligentius quā se res habet scripta dicit Hebræa volumina, quia diuinandum erat quibus vocalibus adscriptis, essent legenda, quia non erant sortita regiam curam. i. quia tandiu carent rege, qui sacris literis puncta adijcienda curaret. Putabant enim Aegyptij negligentia Iudæorū, & non consilio, sine punctis conscripta esse sacra volumina, tollendamq; hanc negligentiam esse, vndē subiungit: Est enim necessarium esse hæc apud te exacta. i. vt has habeas literas sacras, & tollas tu hanc negligentiam, plenē conscribenda cures sacra volumina: id enim significat verbū Græcum *δυναμιβουμίνω* nam PLATO in Philo *τὸ ἀκριβὲς*. i. exactum, *καὶ τὸ οὐκ ἀκριβὲς*. i. non exactum, sic interpretatur, vt artes exactæ sint: quæ nihil loci relinquunt hominū prudentiæ, & iudicio, quod plena omnia sint, nec desit quicquam quod ingenio sit supplendū, quales sunt Mathematicæ artes, qualis apud nos ars Grammatica est, tam quæ legendi literas, & scribendi ars est, quam quæ recte loquendi: plenē enim omnia docet, vt nihil desit, nihil superfit. Omnia enim regulis sunt præscripta, vt nihil liceat facere citra præscriptum. Alias artes non exactas appellat, quæ multa iudicio hominum relinquunt, qualis ars Medica est, nequit omnia præceptis completi, qualis est ars nauigandi, administrandæque Reipublicæ, vbi plurimum relictum est hominum prudentiæ, & ingenio. Hæc sic disputat Plato. Apud nos ergo exacta est ars scribendi, scribimus enim omnes literas, vt nihil desit, nihil superfit, nihil ingenio relinquatur loci, sed quæ scripta sunt, plenē legantur, nec legatur quicquam quod scriptum non sit. Queritur ergo Demetrius apud Iosephum, hanc scribendi artem Hebraicē non esse exactam, q̄ desint puncta quæ pro vocalibus valent, quæ ingenio sunt supplenda, & doctrina: ociosa quoque multæ sint consonantes, vt ingenio quoq; intelligendum sit quid superfit. Idem ait Aristeas his verbis: Volumina legis Iudæorum cum alijs paucis quibusdam desunt. Sunt autem Hebraicis literis, & lingua Hebræa conscripta, negligentius tamen, nec ita vt re ipsa se habent sunt conscripta, vt referunt qui hæc nouere, nunquam enim sortita sunt regiam providentiam, necesse est hæc apud te exacta esse: quibus verbis Aristeæ constat scripturam sacram Hebraicē quidem fuisse conscriptam, sed non plenē, quod deerant puncta quæ pro vocalibus sunt apud Hebræos, deerant apices, & ideo dicitur scripta *ἀμυλλὸς ἔχει καὶ οὐκ ἴσθι ἀπὸ ἀρχῆς*, id est, negligentē, & non ita vt est, & ideo regi Ptolemæo putat gloriosum fore, si curet vt hæc exacte scripta sint apud se, vndē subiungit Iosephus, si

Aphus, si tibi videtur rex scribes Pontifici maximo, vt mittat ex lingulis tribus senos, legis Mosaicæ peritissimos. Vndē colliges, Lxx viros delectos doctissimos, & paternarum traditio num peritissimos, vt illam difficultatem punctorum, quæ vsque ad illa tempora durarāt, tollerēt, facta nanq; translatione, & interpretatione scripturæ omnis tollitur ambiguitas: Sunt enim Hebraicæ multa ambigua, quæ solo apice distinguuntur, vel puncto, & multo diuersa significant, quæ eo tempore cū nulla essent puncta, obscura erant, & dubia: quod essent referenda: quod significat Aristeas, cū dicit non sic scripta vt se habent, quod non haberēt additos apices, & puncta addita, vt certum sciri posset quomodo essent legenda. Sunt enim plurima, quæ apud Hispanos sunt, *suena, suena, comis, cañar, haca, haca, calde, alcalde, roca, roca, riza, riza, loca, loca, sana, sana, panal, panal, tina, tina, lana, lana, tenido, tenido, mana, mana*: quæ vno apice addito, tam varia, & tam diuersa significant, qualia innumerabilia apud Hebræos sunt. Quæ cū vidēt nostri tam variē à Lxx viris esse reddita, aliquando mirantur, ignari vocum Hebræarum, quas vnus apex facit tam varia, & tam diuersa significare. Ergo cū deessent puncta, quæ pro vocalibus sunt, deessent apices, quibus appositis voces tam variē significant, habes Lxx viros, qui vt scribunt Iosephus, & Aristeas primi omnium hanc perurere difficultatem, & literas sacras ita sunt interpretati, vt apostolicis & euangelicis literis mirabiliter cōgruerint, ad eō vt vel hac vna coniectura, auctore Irenæo, veteres patres scripserint afflatu Spiritus sancti, eos sacras literas veruisse. Et ijdem Lxx viri hac interpretatione his qui docti essent Hebraici sermonis ostendere viam, qua scire possent quæ puncta, quosue apices addi oporteret. Nam cū constiterit de significatione vocis Hebrææ, doctis Hebraicæ linguæ, de punctis, quæ pro vocalibus sunt, & de apice liqueat, necesse est. Quæ omnia eō pluribus sum exequutus, vt appareat e Iosepho, & Aristeā sacras literas vsque ad tempora Lxx virorum ita scriptas, vt notis quibusdam (quas cifras nomenamus) scriptæ essent, consonantibus. I. tantum, sine vocalibus, sine apicibus, vndē plures soni effici possent, & dictiones plures: Lxx viros primos plenē scripsisse sacras literas.

Cap. XXXII. Quod interpretatio Lxx virorum in synagogis sit lecta per annos octingentos, et cur inde sit pulsa.

Accipe nunc aliud, quo vel oculis cernas translationem Lxx virorū, ideo ab impijs Iudæis improbari, quod Iudæorū impietas, & cœcitas euidentissimis eius testimonijs conligatur: aperiantur doli, & fraudes quibus scripturā falsis interpretationibus peruertunt. Agnoscunt hoc beneficiū Iudæi, quod in se cōtulit rex Ptolemæus, cū literas sacras vertendas Græcē curauit, & scribendas exacte, omnium maximo beneficio se affectos confitentur, Demetriū collaudant, & maximorū honorū inuentorem prædicant, per quadringentos annos, & eo amplius toto orbe terrarū translationem Lxx publicē in suis synagogis legunt, quod eo tempore Græca lingua omnibus nationib⁹ cōmunis erat, quod ait Cicero pro Archia poëta verbis illis: Propterea q̄ Græca legūtur in omnibus ferē Gentibus, Latina suis finib⁹, exiguis sanē cōtinentur. Neq; desitū est apud Iudæos legere translationē Lxx, quoad est intellectū, quātoperē ea Iudæorū impietas iugularetur, & constabiliretur Christiani populi sacrosancta religio. Nam vsq; ad tempora Tertull. & Iustini philosophi martyris publicē in synagogis Iudæorū tralatio Lxx legebatur, vt iā autoritate veterū singula ostendemus. Quid? per CCCC annos tantopere Iudæis Lxx tralatio placuit? & per centū annos, & eō amplius post Christi crucē summo omnium consensu Iudæorū erat in manibus, & in synagogis publicis, cur tantoperē postea cœpit forte re? quæ res tanta aduersus eā Iudæorū concitauit odia? Age in hac re, vel Iudaizantiū esto arbitriū, illi dijudicent, per CCC annos toto orbe terrarū in publicis synagogis translatione Lxx legitur, ante Dñi aduentū, & per multos annos post Christi crucē est in manibus Iudæorū, quæ res illā e Iudæorū manibus excussit? quæ res illā Iudæis tā fecit odiofam? peius enim odere Iudæi (vt disces ex Iust.) Lxx viros q̄ Christū Dñm, vndē inter amicissimos (nocturna nanq; & diurna manu Iudæi Lxx translationē versabāt) hæc tāta nata sunt odia? quæ disfidiorū causa? Hæc nos fingere dicent: nos nihil fingimus, Iudæi fingunt omnia, quos mēdaciissimos, & impudentiss. Dñs apud Hierem. appellat. Primū omnium supra diximus ex Aristeā, & Iosepho, vniuersum fenatum Iudæorū, & Iudæorum populū diris execrationibus deuouisse oēs, qui e translatione Lxx quicquā demutassent, quicq; ei verbū addidissent, aut detraxissent, quod eā vniuersus populus cū Hebræis literis contulisset, & intellexisset fidelissimē tralatam esse, vt Aristeas & Iosephus

prodiderunt, quos Iudæi habent authores, eos enim suo gladio iugulamus: Ut autem ego interpretor, quod tanto illo miraculo de quo postea pluribus dicendum est, attoniti Iudæi illud sciuerunt psephisma, & decretum, & deuouere diris, si quis illam sacram translationem attentaret: Commostrabo namq; Iosephum rerum gestarum causas commutare sapere; vt historiam suam nationibus credibilem faceret, & probabilem. Nã alioqui vnde vniuersus senatus Iudæorum, & populus vniuersus diris execrationibus prosequitur; si quis ex ea translatione quicquã mutet? quã tantum audierant; neq; cum Hebræa lectione sigillatim singula contulerant. Tam leues erant in re tanta? Audi nunc alia, scribit Iosephus, & Aristæus collaudatũ Demetrium à Iudæis; q̃t antorũ bonorũ populo Iudæorum inuentor fuisse, & effector. TER TVL. præterea in Apologetico aduersus Gentes, testatur translationem Lxx, qua libri omnes sacri tralati Græcè sunt (loquitur enim ibi de prophetis) sua tempestate extare adhuc in bibliotheca regis Ptolemæi, & vulgo in Iudæorum synagogis legi. Neq; cum scriberet aduersum Gentes, citaret testis ipsas easdem Gentes, & Gentium bibliothecas, nisi veriora veris diceret. Si enim apertè mentiretur fidem sibi in cæteris detraheret, neq; prodidisset vsque ad sua tempora vulgò legi à Iudæis in synagogis, nisi verissimum esset, Gentes enim possent deprehendere verumne an falsum esset, liber enim semper ad Iudæos in suas synagogas omnibus gentibus; quæ inter eos ṽuebant, patuit aditus. IVSTIN. quoq; in. 2. Apologia aduersus Iudæos, cum historiam Lxx virorum narrasset, addidit, Manent hi libri ad nostra tempora vsque apud Aegyptios, & vbiq; sunt apud Iudæos: quibus verbis significauit quod Tertullianus dixerat, legi vulgò in synagogis Iudæorum, & sic deprehendi posse à quouis verissimum esse quod scribat, quod liberè pateat aditus ad Iudæos in suas synagogas: Sed quoniam vt conqueritur E V S E B. de præparatione euangelica lib. 10. & cap. 1. Tatiani sententiam refert, quod caput, tantum Latine non vertit interpretres, multa enim interpretres, nescio qua causa, semper omittit. Nescio qua mala forte apud quosdam nostros parua fides est nostris scriptoribus; hæc à veteribus scriptoribus dicta verissima esse indè discis, quod Philon Iudæus translationem Lxx virorum sequitur, illã interpretatur, confer translationem Lxx virorum Græcè cum textu scripturæ sacro, quod interpretatur Philon, & deprehendes à principio operis vsque ad finem, Philonem translationem Lxx virorum interpretari eò modo, quo nostri doctores sacri, & singula verba Lxx virorum expendere, idq; per omnes libros, quos scripsit, facere. Præscribit enim ternos, quaternosue versus iuxta translationem Lxx virorum, singulis cõmentarijs, quod ita esse deprehendes si Græca Græcis contuleris, & eos enodat & enucleat, & ad alios transit more cæterorũ interpretũ, & quæ citat scripturæ loca, iuxta translationem Lxx virorum citat. Quod signum insolubile est vsque ad illa tempora, Iudæos translationem Lxx virorum tractasse, legisse, nocturna, diurnaq; manu versasse. Et si Iosephum legas Græcè, & admoueas aurem, deprehendas mirabiliter cum translatione Lxx virorum ferè consentire, quæ res indicat accensa odia Iudæorũ aduersus Lxx viros, quos tam habebant familiares, quod postea deprehendere illorum testimonijs planè & apertè referari Christi mysteria, Iudæorum impietatem damnari. Nam tergiversari nõ possunt Iudæi, nec habent quò se vertant. Erat in manibus tralatio Lxx seniorum, vsque ad Philonis tempora, postea odio haberi est cõcepta. Nam nisi in manibus Iudæorum fuisse, nunquam Philon, qui potissimum Iudæis sua opera scribebat, singulis suis scholijs translationis verba præscripsisset, cum scriberet sua opera Iudæis, singulis partibus cõmentariorum præscribebat partem, quam interpretabatur iuxta translationem Lxx virorum. Vulgata igitur lectio apud Hebræos, editio Lxx virorum erat, vt dixit Tertullianus, & vel hoc solo verissimus Tertullianus fuisse apparet. Apparet igitur Lxx virorum interpretationem, summo omnium Iudæorum consensu in Iudæorum synagogis per quadringentos annos lectam fuisse vsque ad Iustini philosophi martyris tempora, qui, vt ipse Iustinus refert in. 2. apologia pro Christianis ad Antoninum Pium, scripsit anno C. L. post Christum natum, vnde natus ipse Iustinus apparet post Christi crucem, anno plus minus octogesimo. Huius tempestate tralatio Lxx virorũ Iudæis odio esse cõperat, iam omnibus criminibus, & maledictis à Iudæis incessabatur, iisdem nimirum quibus nostra tempestate incessitur ea causa, qua dixi modò. Vnde ad id incubuere omnes Iudæi, vt illam synagogis extruderent, & quicumque Christianæ religioni aduersari voluit, eam cõcepit oppugnare: Primus (opinor) Aquila, duodecimo Adriani imperatoris anno, post subuersas omnes vrbes Iudææ Christianus factus, quod abduceretur à Mathematicis & Astrologicis studijs, quibus erat deditissimus, ab Apostolis & discipulis domini

Iudæos vsque semper translatione Lxx virorum in synagogis, quoad intellectum est planè et apertè eam de Christo loqui.

Cur à Iudæis repudiata translatione Lxx.

Omnes qui fidei Christianæ aduersariis, oppugnauere Lxx viros.

A domini, & pertinaciter ad ea studia redibat, ecclesia pulsus, exacerbatus aduersum Christianos est, & relicto Christianismo ad Iudaismũ transijt, & magna animi contentione Hebræas didicit literas, quoad in cognitione linguæ Hebrææ summum teneret fastigium, ea mente atque animo (vt refert Epiphanius) vt oppugnaret Lxx translationem, & vaticinia de Christo inuerteret, & ita interpretaretur, vt nihil minus in eis quam de Christo agi videretur. Et hæc secunda edita interpretatio scripturæ est, non solum vt in Iudæorum synagogis legeretur, pulsa translatione Lxx virorum, sed etiam vt Christianæ religioni aliqua ex parte resisteret. Secundi Commodi Romani imperatoris tempore, quod tralatio Aquilæ multorum manibus terebatur, Symmachus exortus est, qui summa cura nouam quoque translationem scripturæ sacre cudere aggressus est, quæ tertia fuisse dicitur ab eo edita, vt eandem Lxx seniorum interpretationem oppugnaret (vt refert idem Epiph. vbi de translatione Lxx virorum disputat) atq; vt vaticinia de Christo subdola interpretatione peruerteret, vt D. Hieronymi verbis vtat. Decimo tertio post anno, Theodocio quidam ab hæresi Marcionis defecit ad Iudaismum, didicitque Hebræam linguam, & quartam editione edidit, vt nobis aduersaretur, faueret Iudæis,

B pelleretque vna cum alijs translationem Lxx virorum è synagogis Iudæorum, quæ cum nostri magis nouerint, quam manus digitos, nescio qua ratione horum translationibus sint vsi. Longum est si persequar singula quot alios Iudæos impulerint impij Iudæi, vt nouas cuderent interpretationes scripturæ, ne translatione Lxx virorum in synagogis locus nullus reliquus esset, & vt Christiano populo persuaderent, eas potius legere quam interpretationem Lxx seniorum. Tam altè egerat radices in Iudæorum synagogis hæc Lxx seniorum interpretatio, vt etiam post editas tot interpretationes alias accommodatas ad Iudaicam perfidiam, post tot Iudæorũ dolos, tot machinas, tot fabricas aduersum eam confictas, pelli tamen ex synagogis nullo modo potuerit. Vnde quando hac non succedebat, neque iuuabat tot factas translationes alias à Iudæis ipsis, vt hæc de medio tolleretur, alia aggrediuntur via. Cõmentati sunt hos dolos, vt sancirẽt leges quibus non liceret literas sacras in synagogis legi, nisi Hebræicè, vt sic prorsus interpretatio Lxx seniorum ex synagogis exigeretur. Lis orta est maxima inter ipsos Iudæos, cum alij magno conatu hoc contenderent, alij retinendam in synagogis interpretationem Lxx seniorum censerent, neque exigendam putarent, quæ per octingentos annos in Iudæorum synagogis legi non desita est. Hanc litẽm dijudicat Iustinianus Imperator anno à Christo nato quingentesimo trigesimo, quibus si addideris annos trecentos, per quos ante Christi aduentum in Iudæorum synagogis summo omnium consensu est lecta, efficies octingentos & triginta annos. Nã (vt refert Epiph.) à septimo anno Ptolemæi Philadelphii, quo Lxx viri scripturã sunt interpretati ad finem regum Aegypti, quando desiere esse reges Aegypti, cum Augustus Aegypto potitus est, quod datum erat signum aduentus Domini, vt dicendum est in caput xix, anni intercessere 249, postea Christus natus est, Augusti anno quadragesimo secundo, per quos trecentos annos in synagogis publicè legebatur hæc tralatio, & legi non est desita per quingentos & triginta annos, vsque ad Iustiniani imperatoris tempora. Hæserat ergo in synagogis Iudæorum per annos DXXX, & altissimas egerat radices, nec indè poterat exigi, vnde controuersia magna orta inter Iudæos est ea de re, tempestate Iustiniani. IVSTINIAN. Imperator hanc litẽm dijudicat, Nouellarum constitutione. 146. his verbis: Quia tamen didicimus habere ipsos inter se controuersiam, non sustinimus eum tumultum relinquere ipsis incompositum, siquidem per interpellationes quæ ad nos deferuntur, didicimus, quod ex ipsis quidam sola lingua tenentur Hebræica, eaque vtendum esse in sacrorum librorum lectione volunt. Quidam etiam Græcam assumendam contendunt, & longo iam tempore ea de re seditiones inter se agitant. Nos igitur de hac controuersia edocti, meliores esse iudicamus eos qui Græcam etiam linguam in sacrorum librorum lectione voluerunt assumere. Et infra: Enimuerò qui Græca lingua legunt, vtentur interpretatione Lxx, quæ omnibus exactior est, & præter cæteras, multa continet occulta. Hæc Iustinianus: & addit miraculum editum, cum facta Lxx virorum tralatio est, addit fuisse prophetas Lxx seniores, addit illustratos ab Spiritu sancto vidisse Christi omnia mysteria, & ad ea, quæ mente prophetica videbant suam interpretationem accommodasse, vnde facillè coniectetur quibus, qua causa Iudæorum odia tantopere in eam sint accensa, vt quæ supra diximus sint moliti, & tanto conatu eam oppugnarint, oppugnentque semper. Nec oppugnant tantum translationem Lxx virorum, sed etiam D. Hieronymi iam apertè & palam.

Pugna Iudæorum a magis nouerint, quam manus digitos, nescio qua ratione horum translationibus sint vsi. Longum est si persequar singula quot alios Iudæos impulerint impij Iudæi, vt nouas cuderent interpretationes scripturæ, ne translatione Lxx virorum in synagogis locus nullus reliquus esset, & vt Christiano populo persuaderent, eas potius legere quam interpretationem Lxx seniorum.

Lis Iudæorum aduersus Lxx.

Iustinianus imperator Iudæos ad.

Clarissimus ille princeps nulli veterum secundus, de principibus loquor, non de diuis, prin-
ceps, inquam ille, de cuius laudibus nulla vnquam sæcula conticescent, cum omni antiquitate
conferendus, conditor Complutensis academix, Cardinalis Franciscus Ximenius Cisnerius,
cuius fuit pietatis, & religionis, præter alia, quæ exegit monumenta quæ ei peperere gloriam
sempiternam, magnum illud edidit, & memorabile opus Bibliorum Complutensium, quod
vulgò nominat, tribus linguis excusum, atque ad eò quibusdam locis quatuor, vt singula singu-
lis citra vllum negocium conferri possint, & comparari. Quæ res quatum opis, & præsidij ad
intellectum scripturarum afferat, verbis exprimi non potest. Cavit summa diligentia præcel-
lentissimus ille princeps, vt admirabile opus illud Bibliorum purum, & sine vlla labe typis ex-
cuderetur castigatis, & quam emendatissimum, conquisitis toto orbe terrarum exemplari-
bus, accersitis magna mercede viris Hebraicæ, Græcæ, Latinæ linguæ peritissimis. Præstitit, vt
par erat, huic rei tantæ maiorem quam pro hominum opinione diligentiam; tamen vitare nõ
potuit, quo minus quoties D. Hierony. à Iudæorum interpretatione discrepat, dictiones ipsæ
Hebrææ, ne quis perferret, punctis velut obelis sint confossæ, tanquam parum fideliter
reddite à D. Hieronymo, quòd illo prætextu factum est, quod monent quoties illa pũcta sint
dictionibus Hebræis adscripta, aliquid esse in Hebræo Onomastico Complutensi notabile,
quod scitu sit dignum; quod vt est quidem aliquando, ita tamen frequentissimè sine vlla le-
xici Hebræi adnotatione punctis illis velut obelis iugulatas. Hebræas dictiones reperiet, qui
id volet obseruare, intelligetque aliquid latere fraudis & doli. Et si illa loca cum Iudæorum
scholijs conferat, reperiet D. Hieron. illis locis quæ numero nunquam comprehendas (sunt
enim innumerabilia) à Iudæorum interpretatione discrepare. Vnde colliges, quanto odio tra-
lationem D. Hieronymi prosequantur Iudæi, & quanto per eam oppugnant, quòd non Iudai-
zet, & simulasse Iudæos à principio se vehementer probare tralatione D. Hieronymi vt Lxx
virorum interpretationem nobis manibus excuterent.

Mirabere scio, quæ tanta fuerit Iudæorum peruicacia aduersum tot testimonia totius anti-
quitate, & aduersum tantum omnium veterum consensum etiam Iudæorum, & hominum à
Christiana religione alienissimum, aduersum eam interpretationem Lxx virorũ, quæ sum-
mo Iudæorum consensu per CCC annos lecta in Iudæorũ synagogis est, quæque per alios
quadringentes & triginta, vsq; ad Iustiniani tempora nullis Iudæorum dolis, nullis machinis,
nullis fraudibus ex omnibus synagogis exigi potuit. Desine mirari, eam ex nostris quidam nõ
minus validè oppugnant. Quæres quid dicant, aut quæ causam afferant? nihil prorsus. tantum
agunt coniecturis odio Lxx virorum. Imperitos fuisse clamant, patriæ linguæ prorsus ignaros.
Quidam enim nostri, cum vetera oppugnant, & conuellere parant antiqua nullis veterum
testimonijs agunt, autoritate veterũ nulla, nulla peritia linguæ Hebrææ, sed suos duces Iudæos
imitantur, ita esse clamant, si roges quo testimonio probent, cum veteres omnes repugnent
& linguæ Hebrææ ratio, contendit ita esse, & nihil præterea, qua ratione si vtiliceat, quiduis tibi
affirmare, & quiduis negare liceat, si fat est dicere, quia ita est. Si opponas citatos esse ab apo-
stolis, & euangelistis Lxx viros, negant id factum. Si digito mille loca ostendas, pernegant. Si
syllabam conferas noui testamenti loca cum tralatione Lxx virorũ, ita vt nulla sit tergiver-
satio, parati sunt negare Solem esse, qui est Sol, & diem qui est medius dies, vt inquit ille. Si ve-
teres patres cites omnes, negant se habere fidem veteribus patribus: plus se credere aiunt D.
Hieronymo, quam reliquis omnibus. Si dicas D. Hieronymũ si quid dixerat aduersum Lxx
mutasse sententiã, nec damnasse vnquam tralatione Lxx, probasse potius, & afflatu Spiritus san-
cti fuisse textã confessum esse, damnasse vitia, quæ in ea inoleuerant fraude Iudæorum; & remi-
porũ iniuria ea facta tecta reddidisse, quæ à Iudæis erant vitata, & ne Aquilæ, Symmachi, Theo-
dotionis Iudæorum blasphemorum, vereremur tralationibus, vnã cum tralatione Lxx virorũ,
nouam cudisse tralationem ex Hebræa lectione puram, omnibus numeris exactam, nihilomi-
nus probasse cum veteri omni ecclesia tralationem Lxx seniorum; & eã fuisse interpretatum;
mordicus tenent quæ dixerat aliquando D. Hieronymus aduersum Lxx viros, ita tanto nomi-
ne testi, veluti Atiacis septemplexi clypeo, Iudæorum castis fauent, & coniecturis agunt ad-
uersum Lxx seniores; post clades inuictas ab Antigono genti Iudææ post captiuitatem Ba-
bylonicam; post accisas vrbes Iudææ ab Aegypti regibus, post concisos Iudæos tot ruinis;
tot cladibus, nullos fuisse doctos Hebræicæ linguæ, & sacrarum literarum, quòd eo tempore
iacerent omnia, nullus locus reliquus fuerit studijs, parum abest quin negent libros vltos
cros reli-

A cros reliquos fuisse, quod omnia ruinis illis concidissent, cum contra hæc omnia essent, cum
centesimo ante plus minus anno, Eudra leuita scriptura, diuinitus essent inspirata, flore-
retque maximè Iudæorum eruditio eo tempore, quod per singula momenta expectaretur
Christus, numerarent tempora & signa, appetere Christi tempus intelligeretur. Nec enim in
medijs ecclesiæ persecutionibus defuere literatissimi doctores, quia eo tempore ecclesia flo-
ruit maximè viris doctissimis & sanctissimis, qui minus hoc in Iudææ ruinis dicas fuisse, cum
non tanta fuerit, quantæ ecclesiæ persecutiones, in quibus nihilominus erant viri doctissi-
mi. Si opponas Iudæis testimonia doctissimorum Iudæorum Philonis & Iosephi, Philonem,
quòd semper sequitur tralationem Lxx virorum, quanuis collaudatum à D. Hieron. negant
scisse Hebraicè: quo teste probent, si roges, cum eum tantopere D. Hieron. commendet, & Iu-
dæorum longè doctissimum nominet, quod erret, inquit, frequentissimè in interpretan-
dis Hebræis nominibus. Si quæras vbi, aut in quibus in multis aiunt, neque locum vllum pro-
ferunt, opinor ego in his, in quibus aduersatur impijs Iudæis, qui rabie tumet aduersum Chri-
stianum nomen. Si Philone misso, opponas Iosephum Iudæum, hoc loco, negant se habere fi-
dem Iosepho: si quo authore se tueantur, quæras, solo D. Hierony. aiunt. Itaq; quòd D. Hier-
quædam aliquando in Lxx viros dixit, putant hi sibi licere, plenis in illos inuehi velis, & om-
nibus veteribus patribus aduersari, & toti antiquitati, & omnibus historijs, quibus summo cõ-
sensu, quæ diximus omnia de Lxx viris sunt testatissima, respondet se credere nolle historijs
aut sanctis patribus, quibus non credidit D. Hier. dicas D. Hier. non legisse, aut oblitũ esse hi-
storias illas, & ipsum D. Hieron. fateri, ridet, nec putant fieri potuisse, vt Hieron. aut nescierit
quicquam, aut oblitus fuerit quicquam, ita viri doctissimi, dum putant se D. Hieronymi esse
studiosos, Iudæorum & hæreticorũ causæ magno per eam fauent, suntq; similes illis, quos Epiph.
synodo Nicen. 2. act. 6. acculat, quòd neq; euangelicè, neque apostolicè, neque ex sanctorum
patrum sententijs, neque probabilibus vllis argumentis, nostra subuertant, sed proprio ore lo-
quentes contra. s. p. in aciem se constituerunt. D. Hieronymi studiosus est, qui ecclesiæ fauet,
& omni conatu Christi mysteria inuestigat, qui insectatur Iudæos & Iudaizantes, ita vt ille fe-
citis Hieronymum sequitur, & D. Hieronymi interpretationem, adhibet Lxx virorum trala-
tionem, quæ D. Hieronymi interpretationi pro commentario est.

Cap. XXXIII. Quòd vtraque tralatio sit sequenda.

A dhibuit vtranque tralationem suam, & Lxx seniorum primũ, ipse D. Hieron. in om-
nibus suis scriptis, quoties loca scripturæ explanat, & præterquam in commentarijs, nõ
minus tribuit tralationi Lxx virorum quam suæ. Idem facit D. August. Leo papa, Chrysoló-
gus, cuius marginibus diligens typographus, quasi res noua sit, adscribit iuxta Lxx interpretes
hæc citat, vt huiusmodi scholijs totus liber sit plenus. Hoc idè facit B. PROSPER. & alij vete-
res omnes. D. GREGOR. non solum id facit, sed in operis initio se facturũ id testatur in epi-
stola ad Leandrum episcopum cap. 5. Nouã, inquit, translationem dissero, sed vt comproba-
tionis causa exigit, nunc nouam, nunc veterem, per testimonia sumo, vt quia sedes apostolica,
cui authore Deo præsideo, vtraque vitur, mei quoque labor studij ex vtraque fulciatur. Hæc
D. Gregorius, quibus testatur se vtranque tralationem sequi, & D. Hieron. & Lxx seniorum, &
docet ecclesiam catholicam vtraque vti, neque vllam aliam in suis operibus adhibet tran-
lationem, quam Lxx virorum, & D. Hieron. ne quis putet aliam vllam à D. Gregorio appellari
veterem & nouam translationem. Nam tralationem D. Hieron. nouã appellat, vt INNOMIN.
qui cum Saluano circumfertur in quæstionibus in Ezechielem, veterem editionem nominat
editionem Lxx virorũ. Semper deniq; à veteribus sic appellatur, quòd recens edita eo tempo-
re esset tralatio D. Hieron. hoc idem denique faciunt omnia Concilia, quæ promiscuè vtran-
que citant, facit vniuersa catholica ecclesia, quæ vtranque, citra discrimen, in suis sacris reci-
nit vsq; ad nostra tempora, vt apparebit toto hoc opere: vt inexpressibile mihi crimen esse vi-
deatur à tanta autoritate desciscere, vbi summus Pontifex Gregorius id sancit: summus
Imperator Iustinianus imperat: Concilia sacrosancta constabiliunt: Doctores omnes sacri
post illa tempora obsequuntur: vniuersa Catholica ecclesia in suis sacris, & mysterijs reli-
giosisimè obseruat. Hinc quisquam sine nefario crimine resiliat? præsertim si illud

addat, quod diximus ex Theodoro Antiocheno, Cyrillo episcopo Hierosolymorum, D. Hieronymo, & Augustino, & alijs patribus, hanc ab apostolis ecclesiam accepisse. Improbetne quisquam quæ ab apostolis ecclesia accepit, & accepta obseruat religiosissimè? vt apparet ex his commentarijs, & intelliget qui aduerterit psalmos, librum sapientiæ, ecclesiasticum, & alios libros canonicos, legi iuxta tralationem Lxx virorum.

Cap. XXXIII. Cur potissimum sequamur tralationem D. Hieronymi.

Dices, cur ergo tralatio D. Hieron. in ecclesia legitur ferè, Lxx virorum interpretatio nõ tam frequenter? facilis est respõsio, si in memoriam reuocamus quæ supra dicta sunt ex Iustino, & D. Hieron. Nam confessæ res est, Iudæos, Lxx virorũ tralationem vitasse, plurima quæ planè, & apertè Christum sonarent & Christi mysteria, ex ea expunxisse, quòd nostri circunfusi malis, vagi toto orbe errarent, neque huic malo possent occurrere: & hæc tralatio penes Iudæos ipsos erat, & in bibliotheca regis Ptolemæi Alexandriae asseruabatur, vbi multa habitabant Iudæorum milia, qui insidias facerent huic tralationi, vt multa multis locis vitata sint, quod faciliè fieri potuisse, ex eplo Solonis ostēdimus. Opus erat integra tralatione, quæ abesset ab omni suspitione, qualis tralatio D. Hieron. est, cui accedebat hoc quoque, quod in plærifq; interpretatio Lxx seniorum ad verbũ reddita non est, & paraphrasis est potius quàm interpretatio, commentarium potius quàm tralatio, quod cum ante Christi aduentũ prophetiæ ad nationes transmittentur, quod vocandæ erant ad fidẽ, necesse erat prophetias oratione magis dilucida, & perspicua vt ad nationes, quæ sacris eloquijs non afflueuerant: necesse erat Christi mysteria, quæ obscurè prædixerant prophetæ, nationibus referari planiùs, & apertius, & ideo Lxx seniores Dei nutu metaphrasi quadam scripturam enodauere. Simul etiam quod præcius futuri Deus, voluit vt ante lucem Euangelicam mysteria redemptionis essent explicata, vt occurrere possemus falsis Iudæorum interpretationibus, quibus eam obscurare conantur. Iam recepta luce euangelica res ipsa postulabat, quod docet ORIGEN. in epistola ad Aphricanum, vt esset tralatio scripturæ ad verbum reddita ex Hebræa lectione, qua vteremur in disputationibus, & qua Iudæos refelleremus, vt concessis, & confessis aduersus Iudæos vteremur testimonijs. Docet tamen Origenes, quod docent omnes veteres patres, legendam etiam in ecclesijs esse tralationem Lxx virorum, adhibendã studijs sacrarum literarum, & ita eam commendat, vt omnes patres veteres.

Sed hic rursus exoritur clamor ingens eorum qui aduersantur Lxx viris: Concilio Tridentino (inquit) cautũ esse, vt sola vulgata editio citetur, non relinqui ergo locũ tralationi Lxx virorum. Si hoc illis largiremur, nihil relictum loci tralationi Lxx virorum, ita vt nec citanda vnquam esset hæc tralatio, parũmne commodum tibi situm esse videretur in commentarijs editis trecentis annis ante crucem Domini à Lxxii Iudæis? quibus ad nos transmissa sit sententia veterum Iudæorum de intellectu sacrarum scripturarum, ad refellendos Iudæos? qui vt inquit imperator IVSTINIAN. solã Hebraicam linguam assumunt, vt suo arbitratu malitiose eam tractent & interpretentur, & vulgi ignorantia suam tegant improbitatem. Quam dices tu in ecclesia catholica, præter libros sacros noui & veteris testamenti, & concilia, rem maioris ponderis, & momenti, quam commentarios antiquissimos tot Iudæorum, quibus Iudæorum impietas refellatur, quæ aduersus multas partes Reipubl. Christianæ grassatur immanissimè? præsertim cum non reijciatur in concilio Tridentino tralatio Lxx, sed tantũ præcipiatur vt vulgata pro authentica habeatur in publicis lectionibus, & vt nec eam quisquã reijcere quouis prætextu audeat, aut præsumat. Recipiendã sine dices falsas Iudæorum fabulas vt Athanas. Hilar. Augustinus nominant: falsas interpretationes, & commenta, vt Iustinus philosophus martyr, & Iustinianus imperator appellant? & ab ecclesia relegandos Lxxii Iudæos, qui tribus sæculis ante crucem Domini, euangelicam lucem repræsenterunt? Sed vndè quisquam hoc sibi persuadeat? aut vndè cuiquam tam stultè quicquam venire in mentem potest, vt damnatam putet concilio Tridentino tralationem, quam apostoli, & euangelistæ citant, quaque apostoli catholicæ ecclesiæ tradiderunt? quaque toto orbe terrarum ab ipsis initijs nascentis Christianæ Reipub. concinit catholica ecclesia, & suis sacris adhibet? quam probat omnes veteres patres, & interpretantur? & postremò Gregorius papa, & imperator Iustinianus constabiliere? Vulgata, inquit, editio tantũ citanda est. Inter Latinas ò bone neque enim dam-

Anim damnatur Græca, aut Hebræa editio, ad quarum fidem iubent D. Hierony. & August. & alij, Latinam castigare editionem, cum vitiata esse appareat. Quòd si pergas vulgatam editionem obijcere, ostendimus supra tralationem Lxx vulgatam quoq; esse appellatam, licet in concilio Tridentino, vulgata editio sit tralatio D. Hieron. Si in istis quoque nomine vulgatæ editionis, non vides eadem ratione damnari psal. & alia multa quæ leguntur in ecclesia, iuxta tralationem Lxx, & non D. Hieronymi. Quippe omnes libros, quos D. Hieron. canonicos esse negauit, quibus vtebatur ecclesia, & eosdem catholica ecclesia declarauit esse canonicos. Et quia multa apostoli aliter iuxta tralationẽ Lxx citent, aliter D. Hieron. interpretatur, quæ potior habenda interpretatio est? damnabitur ne tralatio D. Hieron. contra concilia, & decreta pontificũ, an Lxx virorũ? quæ probant euangelistæ & apostoli, & vniuersa catholica ecclesia. Non vident doctissimi homines, in quas se demittant angustias, vndè se non possint explicare? cum planè Concilium iubeat Tridentinum explicari scripturas iuxta sententias veterum patrum, & anathematis fulmine feriat eos qui aliter interpretentur. Iubet interpretari iuxta veterum patrum sententiam, qui aut sequuntur solam interpretationem Lxx virorũ, aut vtranq; simul, & sibi ipsi repugnans rursum, eosdem veteres patres damnat atq; adeò totam ecclesiam, cum tralatio nem Lxx virorum damnat, quam sequuntur omnes patres, atq; adeò tota catholica ecclesia? nisi velint quod impium est de sanctissimo Concilio Tridentino dici quod CYRILL. de incarnatione vnigeniti scriptum reliquit de hereticis, forte etiam falsos mendacisq; dicere omnes sanctos mundi totius, nullum videatur esse detrimetum? quod sæpè repetit in epistolis aduersus Nestorium, docetq; catholicos semper veterum patrum persequutos esse vestigia, nullumq; maius esse detrimentum quam si tritam viam à sanctis patribus damnemus. Nam quod quibusdam displicet tralatio Lxx virorum, quod non verba numeret sed sacra sensa pandat, id in ea glorandum, & prædicandum maximè est tot annis ante Domini aduentum referasse Christi mysteria & IVSTINIA. Imp. initio illius constitutionis à me toties citatq; Iudæos hoc nomine vituperat grauiter, quod sensa sacra nolint verbis nudis delectentur, fugiantq; Lxx viros qui reconditos aperiant scripturæ sensus, ait enim. Aequum erat vt Hebræi, cum sacris libris aures præbent, non leuiter & rebus solummodo gestis delectarentur sed reconditos in ipsis sensus spectarent, per quos magnum illi Deum & seruatorem humani generis Iesum Christum annunciant.

Cap. XXXV. De Lxx cellulis quo respondetur D. Hieron. post enumeratas sententias veterum patrum.

Reliquum est iam vt ad Lxxii cellas veniamus, & ad magnum illud omnium scriptis nobilitatum, miraculum quo Lxx virorum tralatio Diuinitus est commendata, quæ nostri homines ronchis cachinis prosequi solent, nescio quibus furijs perciti, quæue demetia implicati. Vbicunque enim harum rerum mentio est, in libris veterum patrum adscribunt marginibus, Lxx cellarum fabulæ: non credo, lege Hieronymũ, & alia huius notæ. Itane quod D. Augustinus, quod Irenæus, quod omnes patres veteres sunt authores risu, roncho, & cachinno prosequare? Quid fabulosum quisquam in ecclesia catholica vidit, vt quod authore August. omnes peritiores ecclesiæ prædicent, nominet fabulas? D. Hieronymus aiunt in præfatione in Pentateuchum: Nescio, inquit, quis Lxx cellas mendacio suo struxerit. D. Hieronymus quod obibat hoc munus vt scripturam sacram ad Hebraicam veritatem summa fide redderet, necesse habuit cuncta rimari, omnia expendere, cuncta manibus iactare, & excutere, sic suã tralationẽ edidit, opus admirabile, quo de Christiana rep. quam optimè est meritũ. Hoc munus quod ille obibat compulsi, vt ad normam Hebrææ lectionis omnia exigeret, neque id solum sed etiam vt exploraret quæcunque fecissent Lxx viri, & quæ de illis prodita essent omnia, vt iudex omnium esset & arbiter. Neque enim aliter quod susceperat munus exsequi posset, vt haberemus omnia quam emendatissima, quam verissima, non necesse est tamen in omnibus D. Hieron. collimasse, neque necesse est quoties ecclesiasticos omnes dānat erroris, faterrisse ecclesiã si quādo id forte fecisset, neque in tenui vocola Ecclesiasticos omnes lapsos audio libeter. Quis enim nesciat D. Hier. acri, & vehemēti fuisse natura, vt dicere possis, amici vitia agnoscenda, & ignoscenda. Nam Chrysippus iubet apud Plutarchum vt prouerbia, & sententias ad similia transferamus, vndè non incommodè dixerimus excellentium Diuorum

naturas agnoscendas, ut in quibusdam conuincamus, ut in illo, ubi D. Hieronymus ea natura, A qua praeclatus erat libera ac vehemēti & acri, D. Paulo imperitiā artis grammaticae obiecit quaestione 10. ad Algasiam, interpretās illud, Quae sunt rationem quidem habentia sapientiae: Ait enim propter imperitiā artis Grammaticae eo loco redundare conuictionem illam, Quidem, quod non sequatur, Sed, aliaue conuinctio, quae solet huic conuictioni, quidem, respondere, qui velut nauis est inter huius D. virtutes fulgentissimas. Nam quis auderet non dico D. Paulo, sed ipsi D. Hieronymo artis grammaticae obijcere imperitiā, quam ille D. Paulo obijcit? praesertim cum illud genus dicendi apud scriptores Graecos & Latinos sit receptissimum, ut haec conuinctio, Quidem, sine conuinctioe responsua ponatur, idque genus sermonis Donatus praecipit eiusdem D. Hieronymi anacoluthon vocet, ut non imperitiā artis Grammaticae illud fecerit D. Paulus, sed summa artis Oratoriā peritiā. Docet enim Demetrius Phalereus in opere, cui titulum praefixit, Perihermeniasii. de elocutione oratoria, capite de compositione orationis, hanc conuinctioem, Quidem, in loco positā, efficere orationem sublimem, & magnificam, & supra paulo ante dixerat, non oportere has conuinctioes semper habere suas responsuas, huiusmodi enim tam scrupulosa obseruatione humilem fieri orationem, & abiectam, negligentia verò tam paruae obseruationis magnificam, & splendidam. Ut illud omittam, quod apud Dionysiu. Halicarnasseu. est de proprietatibus Thucydidis, apud magnos oratores commendari multa eo nomine, quod faciem solocismi habeant, & non sint, quod Fabius sit indè mutuatus cum dixit: Habent quandam ex illa vitij similitudine gratiam, ut in cibus interim acor ipse iucundus est. Non igitur imperitiā artis Grammaticae factū illud à Paulo est, sed summa artis oratoriā peritiā. Nā à Graecis rhetoribus, cum praecipua praescribunt artis rhetoricae, summis oratoribus adnumeratur D. Paulus, citatur ut Demosthenes, Homerus, Isocrates, & per excellentiam diuinus apostolus nominatur, cuius sententiā D. A. V. G. V. S. est, qui cum ad scripturam interpretationem lib. 3. & 4. de doctrina Christiana schematis & tropis, & omni arte dicendi opus esse dicat, Pauli utitur testimonijs, summamque huic apostolo dicendi laudem tribuit. Erat ergo hac natura D. Hieron. acri, ac vehemēti, neque necesse est, ut sibi quisquam persuadeat, D. Hieron. in omnibus collimasse, neque fieri posse ut relicta sententiā huius Diui, sententiā D. Augusti. accedamus potius, nedum omnium veterum patrum & catholice ecclesiae auctoritati. Ut mittam dicere quod nescire se ait quis huius rei primus fuerit author, & quod nesciebat quis primus fuerit author, historiam de Lxx cellis mendacium putauit. Cui accessit illud quoque quod Iosephus & Aristaeas, qui hanc historiam conscripserunt, neque Lxx sunt visi meminisse cellarum, neque illius miraculi ingentis, qui de re tanta, non tacituri videbantur.

De Aristea postea dicendum erit, nunc de Iosepho Iudaeo pauca dicamus: quo auctore se Iudaeorum scholasticus, negatque Lxx illas cellulas Lxx virorum, & miraculum illud editum quod Iosephus, qui hanc historiam conscripserit, nullam eius rei fecerit mentionem. si fides Lxx cellulis de trahitur, quod praeteritas videamus à Iosepho dum Lxx seniorum historiam narrat, eadem opera Iudaei fateantur necesse est multis historijs veteris testamenti detrahendam fidem quod eas praeterijt dicendo Iosephus dum veteris testamenti persequitur historias. Praeterit enim illud cap. 15. de sopore qui irruit super Abraham: & illud de iudicandis Aegyptijs: & illud de egressu Iudaeorum de Aegypto cum magna substantia: & caliginem illam tenebrosam, & clibanum fumantem: & completas iniquitates Amorrhoeorum, & mutata nomina Abraham, & Sarai & caussam cur sint mutata nomina, & nulla mentio de pacto seu testamento inter Deum, & Abraham, & posteros, & de ineundo pacto illo cum Isaac, & non cum Ismaele; mentio nulla apud Iosephum, de gentibus omnibus in Isaac benedicendis. Falsa ergo haec omnia dicant, & fabulosa, quod IOSEPH. historias veteris testamenti scribens harum rerum nullam fecerit mentionem. confer cap. 4. lib. 3. Iud. antiquit. de ascensu Moysi in montem. Si namque historia veteris testamenti, indè colliges quam multa praetereat, nusquam meminit Idolatriae Iudaeorum (quantum commemorari) vsque ad lib. regum nusquam aenei serpentis. Ne te morer, si fidem abrogent Iudaei ijs, quae non narrat Iosephus, maiori parti scripturae fidem abrogent necesse est.

Igitur Iudaei, qui miraculum illud ingens, & Lxx cellas eo argumento refellunt, quod Iosephus Lxx virorum historiam scribens, nullam nec Lxx cellarum, neque ingentis illius miraculi fecerit mentionem: futili vtuntur argumento, & callo. Eadem enim opera nullum testamentum

A mentum factum esse dicemus à Deo cum Abraham, aut cum veteribus patribus, quod eius nullam prorsus fecerit mentionem, falsoque illud prodidit scriptura, falsoque Zacharias scripsit. Memorari testamenti sui sancti, & Iusurandum quod iurauit ad Abraham. Si ad hanc normam rerum veritatem exigas, initum pactum non erit cum Isaac, nullus fuerit aeneus serpens, falsa fuerint pleraque quae in scriptura scribuntur. Si haec ratio non valet, nec valebit illa, non meminit Lxx cellarum Iosephus, aut ingentis illius miraculi, ergo falsum est quod proditum est de Lxx cellis.

Aristeae testimonio respondeamus, nam huius quoque Iudaei testimonio subuertunt Lxx cellas, quod Aristaeas nullam harum fecerit mentionem, cum scribat historiam. Lxx virorum: & facilis quoque est responsio. Nam Aristaeae libellum illum confectum esse à nescio quo & compilatum ex Aristaeo & Iosepho & alijs quibusdam visum est Ludouico Viui viro doctissimo in commentarijs in 42. cap. lib. 18. de ciuitate Dei. & fortasse Iudaeus aliquis id effecit nomine Aristaeas, & vulgandum curauit quod facile factu fuit, ut multi libri supposititij vulgo circumferuntur: & spurij: & huius sententiā Ludouici Viuis multa sunt argumenta. Primum illud est quod Aristaeas de ille regis Ptolemæi; quem se hic esse confingit, qui legatus est missus ad Eleazarum à rege Ptolemæo, aliud habuit nomen, non enim dictus est Aristaeas per epsilon & sigma, ut Graecè se hic author nominat, sed Aristaeus per alpha & iota scripta penultima, sic illum Iosephus nominat, sic Epiphanius, Iustinus Euseb. Nam in Tertulliano scriptore, per antiquo, errore librarij pro Aristaeo, Aristeam scriptum arbitror. Deinde quod Epiphanius, & alij patres multa scripserunt de Lxx viris, quorum Aristaeum testem citant, quae in hoc Aristea non reperies. Vnde necessario colliges supposititium hunc esse Aristeam, neque enim quisquam tam exuat pudorem ut viros sanctissimos, & grauissimos dicat impudenter esse mentitos. Et sunt alia argumenta, quibus intelligi possit libellum hunc Aristaeae, qui vulgo circumferuntur, confectum esse à Iudaeo aliquo, & ad eleuandam fidem Lxx virorum, & obscurandas Lxx cellas, & miraculum illud vulgatum, quae postea erunt exsequenda. Vnde apparet huius testimonium nullius esse ponderis, & momenti, quod liber ille falsus sit, & supposititius, compilatus ex Aristaeo & Iosepho, quod prior me vidit Ludouicus Viues vir doctiss. ut dictu est. Et tamē huius Aristaeae & Iosephi testimonijs ostendimus, manibus prehendi posse, quae de Lxx cellis & miraculo illo prodita sunt.

Cap. XXXVI. Probat verissima esse quae supra prodita sunt à sanctis patribus de Lxx cellulis & de miraculis ibi editis.

Refutatis quae à Iudaeis contra Lxx cellas dicebantur, deinceps locus est ut dicamus auctores, qui de his Lxx cellis, deque illo ingenti miraculo edito scripserunt. Primum omnium EPHIPH. & IUSTIN. Aristaeum illum, de quo modo dicebam regis Ptolemæi hyperaspistae, quem misit legatum rex Ptolemæus ad Eleazarum Pontificem, testem citant, cum ad nationes infideles verba faciunt, non mentiri viri sanctissimi, & grauissimi reipotissimum manifesta, quaeque manibus teneretur & vulgo circumferretur, quod euidentissimum argumentum est alium fuisse Aristaeum illu hyperaspisten, ab hoc Aristea supposititio. Cui accedit illud quoque argumentum, mea quidem sententiā insolubile, quod ni ingens illud miraculum editum esset in translatione Lxx virorum, quid tandem erat quod homo Aegyptius Aristaeus historiam hanc literis proderet? nam si fuisset Iudaeus hic Aristaeus, magnae laudis erat Ptolemæum Philadelphum Regem potentiss. tanti fecisse Iudaeorum libros ut tot hominum milia manumiserit, & tot munera regia templo, & Eleazaro pontifici maximo donauerit, tam enixe petierit legatione hominum magnae estimationis Iudaeorum libros. At homo Aegyptius Idololatra qui Iudaeorum caerimonias, & sacra contemneret id curasse credendus est? aut dignam rem putasse, quae literis proderet? missos à Ptolemæo legatos, qui peterent Lxx interpretes, qui Graecè redderent Iudaeorum libros, quos Aegyptij rideant. Id ne homo Aegyptius historia digni putaret? Si historias euolueres, intelligeres quanto cachino libros Iudaeorum prosequerentur Aegyptij eo tempore, quamque eos contemnerent & flocci facerent. Si historiam conscribere vellet hic Aristaeus, alia erant regis Ptolemæi gesta praecleara, quae literis posset mandare. Hoc fortasse Aegyptijs mouebat cachinum cum fieret, vnde miraculum illud appellat Chrysothomus quod per regem barbarum, cui sacrae litterae essent proderat diculo, id Dominus faciendum cura-

dum curarit. Quæ ergo causa compulit Aristæum, ut hæc literis proderet, nisi hæc eadē, quæ Aegyptijs omnibus, qui usque ad illa contemnebant literas sacras, fuit causa ut per CCC. annos, & eo amplius, festos dies agerent versionis scripturæ sacræ Alexandriæ? Editum enim est ingens illud miraculum, quo imbuti admiratione, Aegyptij festos statuere dies, Aristæas dignam rem putavit, quam sempiterna consignaret memoria.

CL. E. M. E. N. S. præterea Alexan. Stromaton lib. 1. hanc eandem historiam scribit cellarum, & miraculi illius, & scriptam prædicat ab Aristobulo in 1. lib. ad Philometorem, quod Latine versum non satis exactè est, quantum opinor.

PHILON quoque Iudæus in vita Mosis huius historiæ Lxx cellarum, & ingētis illius miraculi meminit. Atqui Philon suæ tempestatis celeberrimus & maximi nominis fuit, de quo D. Hieron. ad Marcellam scribit Iosephus & Philon viri doctissimi Iudæorum, & c. hic in quâ Philon, de quo tantum extat D. Hieron. elogium, quemque in lib. de Viris illustribus D. Hier. magnopere commendat, cuius Alexandriæ fuit, & narrat historiam Lxx cellarum, & ingens illud miraculum editum, & statutos festos dies illius miraculi, & se suis oculis illos inspectasse ludos frequentissimè Alexandriæ natus, & educatus. Mentiretur tam impudēt vir maxime estimationis ludos hos fieri, & tanti illius miraculi festos dies, illic in proximo, in Pharo. inquam, quæ ab Alexandria septem stadijs distat? ubi, si falsum esset, manifestissimo teneretur mendacio, si de re scriberet, quæ locis longè summotis fieret, non ferendum esset ut mentiretur vir tantæ estimationis, quanuis redargui eius mendacium non facile possit. Mentiri de ea re quæ Alexandriæ fieret quotânis, ubi ipse natus, & educatus esset, & ubi ipse hæc scriberet, & mentiri inter suos ciueis tam impudenter, ne baiuli quidem esset, nedum scriptoris celeberrimi. Is ergo 2. lib. de vita Mosis omnem historiam textit Lxx cellarum, & miraculi illius admirandi cum singillatim singuli scripserint appositis custodibus, ne inter se scripta conferrent; & postea inuenti sunt consensisse verbis, & sententijs, quæ res fecit, ut prophætæ sint appellati, & ut rex Ptolemæus, & Aegyptij omnes admiratione imbuti festos dies sanxerint illius tanti miraculi, qui per CCC. eoque amplius durarunt annos, tantū enim temporis intercesserit inter Lxx. viros, & Iustinū ac Philonem, qui prodidere se inspectasse hos ludos.

I. V. S. T. I. N. V. S. præterea in oratione parenetica ad Græcos hanc historiam scribit Lxx cellarum, & hos festos dies tanti illius miraculi fieri, & ciues omnes Alexandriæ, & Aegyptios quanuis infideles essent, causam ludorum interrogatos hanc solam respondere, & se cellarū vestigia suis oculis inspectasse scribit. Quid vis amplius? philosophus Iustinus, & martyr Domini testatur se suis oculis inspectasse cellarū vestigia, & author est ludos illos, & festos dies usque ad sua tempora durare, & Aegyptios à nostra fide alienos, testari causam ludorum fuisse miraculum, quod Lxx viris accidit. & tamen Iustino apud nos fides non est, qui se suis oculis vestigia cellarum vidisse ait, neque Aegyptijs omnibus infidelibus? qui hanc causam dicunt fuisse ludorum & festorum dierum. Certò Iustinus scribens ad Græcos nunquam citaret testes Alexandrinos qui traiccto mari illic in proximo adsunt, si redargui illius mendacium posse putaret, citat testes Alexandrinos, & Aegyptios omneis huius rei, & iubet ut illos Græci per contentur, sciscitentur an ita sit, vulgata ergo res erat hæc inter Aegyptios, & confessa. Atqui negat D. Hieron. qui hæc loca peragravit vlla cellarum esse vestigia. Quid istuc tam mirum est, erant ne futura sempiterna? Durarunt per CCC. annos; aut D. vestigia cellarum usque ad tempora Iustini & Tertulliani, qui centesimo quinquagesimo anno fuere post Christum natum. Non durarunt usque ad tempora D. Hieronymi qui post Iustinum, & Tertullianum CC. anno fuit. Eratne consuetudinem necessarium si vestigia cellarum dicerentur, durasse per D. annos, necesse fuisse ut per DCC. quoque durarent?

Sed iam dudum interpellat fortasse lector tacita cogitatione, fatetur celebratos fuisse hos ludos Alexandriæ per CCC. quingentos ve annos, negat tamen causam ludorum fuisse miracula illa edita in uertendis literis sacris à Lxx viris, quod aliam causam fuisse horum ludorum scribat Iosephus, & Aristæas. Respondebimus Iosepho (nam Aristæam compilatum ex scriptis Iosephi ostendimus, & librum confectum à Iudæo aliquo) Iosephus Iudæus historiæ, texebat Græca lingua, quam principibus Romanis, & doctis viris probare conabatur, neque tam studebat vera scribere, quam credibilia, quod ut inquit Fabius Quintilian. plurima sunt vera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia. Hæc ergo causa Iosepho fuit, cur præterierit dicendo ut supra ostendimus magna rerum miracula quod apud na-

A apud nationes infideles fidem non erant habitura. Hæc causa fuit, cur frequenter, ommissa vera historia, narrarit fabulas, quod putarit nationibus infidelibus futuras magis probabiles Refellit Iosephum ut lib. 2. antiquitatis Iudæicæ cap. 5. & sequentibus, multa de Mose fabulatur, neque causam fugæ Mosis scribit fuisse Aegyptium virū occisum, & arena obrutū, sed fabulas nescio quas, quas ille narrat. Et ut omittam miracula columnæ ignis, & cætera, quæ subicit, decantauit, illud miraculum maris rubri, quod diuisum pedibus traiecit Israel, ita extenuat, ut liberum relinquat opinaturis voluntatē Dei, an casu acciderit, ut maris estu Aegyptij obruti & Israelitæ seruati sint. Vbi negat miraculum illud ingens & æstum maris causam fuisse ait ut Israel sit liberatus, Aegyptij verò suffocati. Et simile quiddam Alexandro accidisse, tradit. Sed innumerabilia sunt hæc. Lib. 9. cap. 11. prophætæ Ionæ historiam narrans, Niniue profectum ait iussu Domini nunciaturū Niniuitis paulo post amissuros imperium Asiæ, idque paulo post factum esse: inuertitque veritatem historiæ omnem, nihil de vaticinio subuersionis Niniue, nihil de Niuitarum pœnitentia, deque Domini venia. Sed mentitur quod nunquam à prophætâ scriptum est, aut prædictū. Sed infinita sunt hæc, si singula conemur persequi, quibus omnia vera rerum historia in illius locum fabulas sufficit, ne quisquam miretur, quod ommissa vera causa festorum dierum, qui fiebant Alexandriæ, aliam scribat non veram. Quod enim putabat apud infideles nationes non habitura fidem miracula illa edita in translatione scripturæ sacræ, neque probabile futurū horū miraculorū causam, festos institutos dies, ommissa vera historia, ut in supra dictis fecit, confinxit alias duas, quas magis credibiles infidelibus fore putabat.

Cap. XXXVII. Cur Iosephus reticuerit historiam Lxx cellarum, & miracula edita in Aegypto.

I. O. S. E. P. H. V. S. Igitur verè historias sacras mandat litteris, ut liquet ex eius libris, si ipsos cū scriptura conferas: mutat tamen multa, multa miscet fabulis, ut historiā textat Græcis, Latinisq; scriptoribus, qui eo tēpore à fide erāt alieni, probabile, iuxta illud quod diximus Quintilianus multa vera quidem, sed parum credibilia; sicut falsa quoque frequenter vero similia, C Quale hoc est quod de Lxx cellis proditum memoriæ est & miraculo illo magno quæ verissima quidem sunt, sed parum credibilia futura sunt visa, & ita præterita silentio, neque à Iosepho solum, sed etiā à multis ex nostris, ut ostendimus, qui sat habebant si illud daretur, quod inficiari nemo poterat CCC. annis ante Christum Dominum Lxx. Iudæos doctiss. vno consilio, & consensu eam texuisse. Quæ res tantū habet pondus, ut nihil maius dici possit, nisi quod vere vsu venit Diuino miraculo tantæ authoritati maius quoque pondus accedat. Ut largiremur ergo Iosephum præterisse silentio Lxx cellas, & miracula edita in Aegypto, Aristæamq; verum fuisse Aristæum, & non supposititium alium quendam, nihilque prodidisse de Lxx cellulis, & adderemus EVTROP. lib. 2. de bello Punico scripsisse verba hæc: Hac tempestate Ptolem. Philadelphus Iudæos, qui in Aegypto erant, liberos esse permisit & vasa Eleazaro pontifici Hierosolymorum votiuā transmittēs, diuinas scripturas in Græcam vocem ex Hebræa lingua per Lxx interpretes transferre curauit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit & cætera. Vbi Eutropius prodidit à Lxx viris scripturas versas esse Græcè ex Hebræa lectione, non meminit tamen aut cellarum, aut miraculorum, ut hæc omnia, inquam, largiremur Iudæis, ita D hæc ab historicis prodita esse, vnde quisquam ex nostris tam iniustus rerum æstimator est, ut cellulas confictas putet fuisse à nostris, & conficta miracula, quæ in Aegypto edita dicuntur? Si historijs infidelium fides habenda est, qui nostra omnia improbant & conuicijs prosequuntur, fidem detrahas necesse est sacris litteris veteris testamētū, quæ aut extenuant infidelium historia, aut improbant, aut ridēt homines infideles. Mitto alios, quod infidelium conuicia referre nolo, Iosephus Antiq. Iudæic. lib. 18. cap. 4. Iesum fatetur, Christū esse illum expectatum à Iudæis, mirabilium operum patratorem, cruci suffixū, morte affectū, reuixisse tertia die, & suis apparuisse postquam reuixerat, iuxta prophetarum prædictiones, qui de eo Christo diuinitus multa prædixerant, tamen de bello Iudæico lib. 4. c. 22. & lib. 6. cap. 8. fatetur subuersa Hierosolyma, & deletas vrbes Iudææ, quod completa sint vaticinia prophetarū. Sed quis postulet ab hoste acerrimo, ut sibi veritatis testimoniū impertiat sanctè & religiose. Iudaismus enim cum Gentilitate pugnat, & vtraque cum Christianismo, ut ait EPIPH. syn. Nicen. 2. act. 6. ne quisquam à Iudæis, aut à Gentibus infidelibus, de nostris rebus, sancta & religiosa spectet testimonio-

Iosephus de Christo Apulhisticos infideles de nulla re nostra mentio cuius est quantitas de Lxx viros exco riu historia

Ioannes baptista

ZONAR de Lxx viis

testimonia. Quod inde conijcies verisimè dictum, quod de rebus veteris aut noui testam... A menti vix mentionem vllam apud veteres historicos infideles reperias: nulla euangelista... B quam quod perfidus fuit Iudæus Iosephus? Age Ioannis Baptista historia ex litteris euangeli... C sed dubitatio quædam hoc loco videtur suboriri: vt ad id redea, vndè sum digressus: quod

Sed dubitatio quædam hoc loco videtur suboriri: vt ad id redea, vndè sum digressus: quod IVSTIN. philosophus martyr, in oratione parænetica ad Græcos, dum historiam hanc Lxx cellarum scribit, se testem quidem oculatum fuisse prædicat huius historiae, quod vestigia cel larum in Pharo suis oculis viderit, quæ vsque ad sua durarint tempora, & se quoque auritum testem affirmat, qui hanc historiam ab incolis, qui ea loca tenerent, audierit, qui à maioribus suis ita se accepisse affirmabant, & ab alijs hoc idem ei, qui volet hanc rem exquirere licere dicere, maximè vero ab ijs qui hanc historiam texuere doctissimis, & probatissimis Philone, & Iosepho. Et Philo quidem hæc eadem, quæ Iosephus vberius, & copiosius multo scribit (vt supra dictum est) Iosephum vero paulo ante ostendimus hanc historiam huius miraculi, & Lxx cellarum præterijisse silentio, vt multa quoque dum suam historiam textit reticet myste ria, quæ scriptura narrat, multa præterit miracula, multa inuertit, quæ supra dicta sunt, multa fabulis miscet, vt quod 3. regum cap. 3. scriptum est diuinitus Solomoni sapientiam in somnijs esse delibatam, ipse libro 8. cap. 2. sic narrat, vt diuinitus scribat Solomonem à Domino artem D magicam esse edoctum, & alias nescio quas nugas. Quomodo ergo Iudæi, teste Iosepho, has Lxx cellulas subuertere conantur, eodem modo Iustinus Philosophus martyr testimonio Iosephi & Philonis, & aliorum, easdem struxit cellas Lxx? Non potest Iosephus nobiscum facere, & cum Iudæis. Si Iudæorum schola suæ sententiæ Iosephum habet authorem: quomodo Iusti nus eius testimonio Lxx defendit cellas? Vtrunque, quantum opinor verum est, præterit silê tio miraculum Iosephus, & Lxx cellas, vt Iudæi aiunt, & postea ea scribit, quibus facile appa reat præ se tulisse miraculum illud fuisse verum, & Lxx cellas, quod facere solet alijs locis, & alijs in rebus: nam lib. 10. Iud. antiq. cap. 11. in fine vbi pollicetur maximè se redditurum fide liter, quæ sacris litteris Hebraicè continentur, ibi mentitur maximè, & prætermittit multa, quod intelliget qui contulerit cum sacris litteris interpretationem somnij Nabucdonosoris: vbi illud, quod traditum est commemoratum fuisse Nabucdonosorem cum feris annos septem, somnium appellat, contra sacram scripturam, & postea cap. sequenti vere accidisse narrat sic historiam

A historiam Lxx cellarum, quam prætermittit, quod parum credibilem apud Græcos & Lati nos futuram putabat, quod hæc rerum miracula, maiora erant quam pro captu nationum in fidelium, postea verisimam esse significauit, dum plures interpretes adhibitos ad tralatione scripturae scribit, vt ex consensu plurimum, & concordia exactissima veritas tralationis intel ligi possit. His verbis Iustinus satis indicari putat singillatim Lxx viros singulis cellis scriptu ram vertisse. Nam ni ita esset qui posset aliter explorari vbi plurimum esset consensus, & cõcor dia? Et ita Iustinus hæc verba Iosephi citat, postquam enim dixerat ædificatas Lxx cellulas, & adhibitos custodes Lxx viros, ne conferre inter se possent tralationes, subiicit verba Iosephi vt interpretationis veritas exacta, ex concordia & consensu horum intelligi posset. Quæ res fecit vt cum sic hunc locum interpretaretur Iustinus, suæ sententiæ Iosephum citaret authore & Lxx cellas authore Iosepho defenderet, quo authore Iudæi eas subruere conabantur.

Cap. XXXVIII. Diluit argumenta D. Hieron. aduersus Lxx cellulas.

B Sed D. Hieron. Aristeam citat, & eius testimonio probat Lxx viros, vno in loco & vna in basilica sacras litteras vno consensu vertisse. De Aristeâ dixi supra quid sentirem, tamen quod illum D. Hieron. citat locus ille Aristeæ si cum alijs huius scriptoris, quisquis ille sit, cõ feratur aliter explanari posse videretur. Verba Aristeæ hæc sunt. συνέδριον ποιησάμενος ἐν τῷ κεντρικῷ μέσῳ αἰῶνα παρὰ τὴν ἰσθμὸν παρακλίνας ἀπὸ τῆς ἐρημίαιας, οἱ δὲ ἐπεὶ ἔλαστο ἡ κἀτα σύμφωνον ποιῶντες πρόσκαιρον τοῖς ἀνθρώποις τὸ δι' ἐκείνης συμφωνίας γινόμενον πρὸς τὸν ἀναγραφῆς ἀποστολῶν ἰσόγραμμα. quæ ad verbum sic vertere posses: Contubernium faciens in domo ædificata propter littus maris, adhortatus est viros ad facien dam interpretationem, illi autem perfecerunt singula, concordantia facientes inter se colla tionibus, & quod factum erat concordans, vt decebat, sic scriptum est. Hæc sunt quæ maximè ex Aristeâ aduersari Lxx cellis videbantur, quæ tamen sic posses interpretari, si velles non ad uersari scriptis ab eodem Aristeâ & Iosepho vt ostendam: Confessum faciens, vel contuber nium propter littus maris. i. fecit in illa domo ædificata propter maris littus, contubernium omnibus, non vt in vna basilica omnes habitarent, hoc enim non esset hospitium potentissi mi regis, Lxx viros suæ gentis celeberrimos, vna basilica excipere, sed in vna domo suis hospi tijs singulos, quas alij singulas cellulas nominant. Posses quidem, συνέδριον, significare vnâ basi licam, sed non necesse est id tantum significare, potest enim domum vnâ significare & hos pitium vnum, vbi multi simul commorentur, vbi tamen singulis cellis multi habitent singil latim. Postea, admoniti sunt vt aggrederentur interpretationem, Illi autem, inquit, perfece runt singula, quæ verba nescio cur non significant illos perfecisse singillatim. Deindè, Con cordantia facientes inter se. i. fecere singuli, quæ concordarent inter se, non solum sententijs, sed etiam verbis eisdem: collationibus. i. dum conferrentur. Postremò; quod cum factum esset, consentiens, & concordans, vt decebat. i. cum inuenti sunt fecisse tralationem, quæ inter se concordaret, sic scripta est. Nam ni ita interpreteris hæc verba, nec consentient superiori bus, & erunt superuacanea. Quorsum enim singuli singula perficeret, & collationibus faceret, vt inter se concordarent? Quorsum mutud inter se conferrent, quæ Græcè vertissent, & colla tis tralationibus concordare eas facerent, sed potius in vna basilica Lxx viri, & vno consensu scripturam verterint, quod Iudæi volunt, & nostri recipiunt, figura illa vsitatissima apud Ora tores, quæ concessio dicitur, cum aliquid, etiam iniquum, causæ fiducia, patimur. Esto, vt nõ verterint Lxx viri instinctu Spiritus sancti scripturam, sat habemus Lxxii Iudæos vno. con sensu tot seculis ante tēpora Christi eas vertisse. Et quis non videat, Lxx viros sigillatim Lxx hospitijjs à rege magnificentissimo fuisse exceptos? Quis vnquam hospites Lxx vna excepit basilica, & non singulos cellis singulis? Ita, aiunt, factum dicimus: quis enim id inficietur? sed affirmamus vna in basilica vno consensu hos Lxx viros texuisse hanc tralationem. Cur ergo Ptolemæus ad Eleazarum scribès apud Aristeam, petit vt deligat fenēs, vitæ integerrimos, le gis peritiss. qui possent interpretari sacras litteras, ex tribus singulis fenos, vt ex pluribus, quod consonum esset, deligi posset, quod de magnis rebus consideratio esset (reddo enim ad verbum Aristeæ verba.) Ergo his verbis Aristeas ratione reddidit, cur Ptolemæus tot nume ro petierit interpretes, vt id fideliter verbum Græcè intelligeret, in quo consentirent inter se plures, id porrò intelligi nullo modo poterit, nisi singuli verteret singula. Nec rex Ptolemæus qui huic rei tantum studium impendebat, & tantoperè periculum facere cupiebat, quæ fide liter red-

liter reddita essent, quæque minus fideliter, certum quidquam scire poterat, nisi singillatim omnes verterent scripturam, appositis custodibus, & ipse rex postea omnes inter se conferret simul, & deligeret, quod ait Aristæas ex omnibus singula, in quibus plurium cõsensus esset, id em̄ erat regis consiliũ, alio qui non tantũ numerũ interpretũ adhibuisset, quod Iosephus quodque his verbis significat: *ἀφ' ὧν τῶν βιβλίων σαφὲς, καὶ σύμφωνον ἐκμαθὲντες ἡμεῖς, τὸ κατὰ τὸν ἑρμῆναιον ἀκριβῆς*. i. à quibus (Lxx viris scilicet) quod certum est & concordans, & quod exacte, & fideliter verum est, deligamus. i. tot numero volo esse interpretes, vt quæ plana sunt, & certa, & ea in quibus concordent, plures consentiant, deligantur, & quod exactum fuerit chartis mandetur, vt par est, in re tanta, vt hoc fieret singulos per se scripturam vertere oportebat, vt postea collatis tralationibus deligerentur quæ inter se concordarent. Adde illud, quod si hæc æque commo-
dè in vtranque partem pertrahi possent, tamen illud hic valere oportebat, quod semper in ex-
plicandis locis scriptorum ambiguis valet, vt ex alijs scriptoribus alios enodemus, omnes ve-
teres scriptores hoc scribunt, quis ergo ambigat, si nihil aliud esset sic hæc esse explanada? Er-
go quod Aristæas, *συνέθεν*, appellat. i. contubernium: sic intellige vt vnũ contubernium putes
quod cellulas illas omnes habebat, quod sic intellexisse videtur ZONARAS, qui exceptos
à rege ait Lxx viros hospitij pulcherrimis. i. cellis illis nobilitatis simis. quanquam interpres
numero singulari vertit, cum Græcè sit numero multitudinis: Zonaras tamè putat Iosephum
sensisse in vno tabernaculo Lxx viros scripturam simul vertisse, quod logè secũs intellexit Iu-
stinus & si singula excutias res ipsa longè secũs se habet.

Zonaras
scribit di-
os histori-
eos putasse
Lxx diu-
sim vertis-
se scriptu-
ram, Iose-
phum verbũ
simul oēs.

Cap. XXXIX. *Refellit eos qui auctoritatem D. Hieron. anteferant auctoritati totius consensus omnium veterum patrum.*

Adhuc quidam importuni inſtāt, & plus apud se valere aiunt vnus D. Hieron. auctori-
tem, quam omnium simul veterum patrum, quam omnium scriptorum, & omnium hi-
storiarum veterũ, quo non video quid stultius dici possit. Finge D. Hieron. nõ mutasse sen-
tentiam, & non eadem postremo sensisse de Lxx viris, vt ostendimus, quæ reliqui veteres pa-
tres. Quis vnquam vnus doctoris sacri sententiam omnium sanctorum patrum atque omnis
antiquitatis auctoritati opponat? an non hæc pertinacia est, vt nihil grauius dicam, si D. Hieronimus
tempestate Lxx virorum fuisse aut Philonis Iudæi, aut Iustini martyris, vt ocula-
tus multarum rerum testis esse potuisset, & multũ diuersa prodidisset literis, quam Philon Iu-
dæus, & quam Iustinus, & quam Aristobulus, non esset tamen cur illius auctoritatem in scri-
benda historia cæteris anteponeret. Nũc verò cum hi scriptores oculati testes fuerint, D. Hieronimus
longo post fuerit tempore habeat fidem oportet D. Hieronimus rebus, historijs ve-
terũ consignatis. An non ridiculũ esset, si plus fidei habere me dicerem ei, qui nõquam Indos
vidisset, neque ea adisset loca, quam ijs, qui ea loca obijissent pedibus, & lustrassent singula, &
suis oculis ea notaſſent? tam esse importunus, vt ijs obſtreperem, mentiri dicerem? Non
animi importunam quandam naturam, & accerbissima odia præ me ferrem si istuc facerem?
Qui minus ij sunt importuni, qui eam rem inficiantur quam Philon Iudæus nominis celeberrimi
Alexandriæ natus, & educatus vbi res est gesta memoriæ prodidit? quæ nisi esset verissima
inter suos in re manifesta mentiri impudenter nullo modo vellet, cuius se oculatum testẽ
profitetur, quam Iustinus philosophus martyr proximus temporibus Christi verissimam esse
scribit, & se testem fuisse oculatũ affirmat? qui vestigia cellularum suis oculis lustrauerit, &
affirmat Aegyptios omnes ita rem gestam narrare, & affirmare sic à suis maioribus accepisse,
quam CLEMENS Alex. Stromaton lib. 1. scribit, & authorem citat Aristobulum. i. ad Philo-
metorem (quod Latine mihi non satis commodè redditum videtur.) & Epiphanius Aristei
testimonio confirmat, quamque omnes veteres patres Græci & Latini, quos supra citauimus
veram esse testantur, & peritiores omnes ecclesiæ & multi alij non indigni fide (vt Augusti-
ni verbis vtar) in re tali & testimonijs tot grauisimorum hominum & Diuorum, testatissi-
ma & in receptissima sententia apud omnes veteres audeat quisquam dicere plus se fidei ha-
bere vni Diuo Hieron. qui hæc non viderit, qui CC post fuerit anno, qui postea mutarit senten-
tiam, quod ei prius non in mentem venerat hanc rem à tot scriptoribus proditam, & ita quæ-
rit quis huius rei fuerit primus author quo plane præ se tulit nõ meminisse vbi hæc scripta ab
historicis esset historia? qui inquam huic, tantę auctoritati se opponit, & plus fidei se habere
dicit D. Hieronymo, non D. Hieronymo fidẽ habet: is em̄ plus commendat Lxx quam cæteri
patres, sed

A patres, sed odio plusquam Vatiniano (quod aiunt) Lxx viros prolequitur, & nomine D. Hieronymi se conatur tueri.

Cap. XL. *Argumentis et rationibus probat verissima esse quæ de septuaginta cellis, et de miraculis sunt prodita ab ecclesijs.*

Adhuc, nunc illud videamus, quam conuenienter rei quæ gereretur, illa sint edita signa.
CYRIL. episcopus Hierosolymitanus 4. catechesi de Lxx senioribus, & rege Ptolemæo
agens. Voluit, inquit, Ptolemæus rex periclitari, diuine libri essent an non, & noluit vt inter-
pretes simul eos verterent, sed sigillatim, suspicans fieri posse, vt sibi verba darentur. Hæc Cy-
rillus. Vndè intelliges Deum Opt. Max. cuius impulsu, vt diximus ex Chrysoſtomo, Ptole-
mæus hæc facienda curabat, conuenienter illud fecisse, vt signa illa ederentur diuinitus, vt re-
gi nulla reliqua esset dubitatio, intelligeretque libros illos esse diuinos, & diuinitus Græcè
redditos, quo maior reuerentia tralationi sacrae scripturae præstaretur, & religiosius in biblio-
theca asseruaretur, & iam ex eo tempore gentium animi pararentur ad recipiendam veram
religionem. Ostendimus supra Augustinum eadem verbis iisdem dixisse.

IREN. lib. 3. cap. 25. scribit regem Ptolemæum timuisse, ne Lxx viri de compacto rem ge-
rerent, & celarent se veritatem scripturae, nempe quod Iudæi sua sacra non communicabant
alijs nationibus, nec clam erat quantoperè Iudæi sacras literas venerarentur, & quanti eas per-
derent. Cum Ptolemæus igitur dubitaret hæc duo, an hæc literæ sacrae essent, datęque diuinitus
Iudæis, & an bona fide illi Lxxii viri redditori essent sacras literas Græcè, indulgentiss. Do-
minus cũ Christi aduentus appeteret, se demisit ad eius vota, & miraculo illo effecit, vt vtrun-
que cognosceret, & illas literas esse sacras, & afflatu diuino Græcè esse redditas, & non secũs
illa Ptolemæo aperuit mysteria, atque olim Balam impio reuelauit prophetiam Pharaoni, &
Nabucodonosori, & eius filio magna mysteria ostendit, in ædificationem omnium hominũ,
vt ita se gefisse videatur Dominus cum Ptolemæo, vt olim cum Palæstinis, cum periclitaban-
tur an ob arcam fœderis illis plagis diuinitus afficerentur, & plauſtro iuuentis iuuençis primi-
peris miserere arcem, vt si contempto fœtu iuuençæ arcam Dei recta reduxissent via, intelli-
gerent illa facta esse diuinitus, Tunc Deus, vt CHRYS. inquit in cap. 2. Matth. homil. 6. demit-
sit se ad illorum vota, neq; indignum maiestate sua putauit illo tanto miraculo edito, pateface-
re se barbaris & infidelibus, vt ipsi aduersarij testes essent diuinæ potentia, multaq; à Deo eo-
dem modo facta commemorat. Ad id exemplum IREN. lib. 3. cap. 25. illo miraculo ait, Deum
fuisse glorificatum apud Aegyptios, & creditũ à Ptolemæo scripturas verè esse diuinas, & affla-
tu diuino tralatas, & summa reuerentia exceptas, & in regia bibliotheca collocatas. Et IVST.
in oratione parenetica ad Græcos, ait regem ipsum Ptolemæum tanto miraculo edito, admi-
ratione percussum, credidisse diuinam potentiam, interpretationem illam esse factam, & regem
Ptolemæum re tanta permotum Lxx viros, vt Deo charos, omni honore esse prosequutum, &
libros sacros, vt par erat, admiratum, in sua bibliotheca reposuisse, & festos dies tanti illius mi-
raculi constituisse, quæ ad sua vsque durarent tempora. Rogo, quid hoc distat ab illo, quod
apud Daniele rex Babylonius, post miracula ingentia prædicari iubet per omnes nationes
Deum Israël verum esse Deum? Quid hoc distat ab euentu aliorum miraculorum, quę sacris li-
teris continentur? quibus parabantur animi gentium ad recipiendam fidem, neque aliud mira-
culũ historicorũ literis tã testatum videas, quàm hoc Lxx virorũ: si quæras, cur nõ credidit er-
go Ptolemæus? rogabo ego te rursus, cur non credidit alijs miraculis gentes quas supra com-
memorauit? nempe quod parabantur animi gentium ad fidẽ, non vocabantur eo tempore.

Igitur si res controuersa esset, quæ penè tenetur manibus, quis tam in literis sacris est plum-
beus, qui hoc quod dicimus non intelligat esse verosimilius, multò probabilius quàm sit scho-
læ Iudæorum sententia? An cum lex vetus lata Iudæis est tot rerum miracula facta fuerint, tot
facta signa ingentia, nunc cum eadẽ lex feratur Gentibus, & nationibus, credibile est nullum à
Domino signum esse editum? Nam vt ait CLEM. Alexand. Stromaton lib. 1. cum versæ literę
sacrae sunt à Lxx, lex diuina lata est Gentibus, prophetiæ datæ sunt nationibus. Cum populo
ergo Iudæorũ lex lata est, ostenduntur signa de cælo, eduntur innumerabilia miracula, & cum
eadẽ lex gentibus & nationibus detur, nulla miracula fiunt? An Iudæorũ tantum cura est Deo?
CHRYS. in cap. 6. Esaiæ scribit Dñm fuisse solitũ edere miracula, vt prophetas magnificaret
& vt pa-

& vt palàm fieret, quod non loquerentur prophetae ipsi, sed Dñs per prophetas, hic cum propheta omnes dantur Gentibus quiescet Dñs: nulla miracula ostendet? qui in re simili tantum erat solitus edere. Vndè tanta ista mutatio? Olim inter barbaras gentes quas prepararet Dñs ad prædicationem euangelij, fulsisse Dominum miraculis videmus, vt ait CHRYS. in cap. 1. Matth. vt multi ex barbaris nationibus essent profelyti, vt testata esset apud omnes Dei potentia, vt olim in Aegypto ingens turba se populo Dei adiungit, & postea in Babylone in fornacis ignibus, in interpretationibus somniorum, in eremo inter infideles. Cur igitur non agnoscamus hunc Dei morem? si historici hoc ingens miraculum reticuisent, nobis non futurum erat veri simile Deum qui inter barbaras gentes fulsisset miraculis, antiquum non seruasse morem, vbi nationibus legem daret, & prophetas. Et certè vt Chrysofost. ait in cap. 7. Matth. homil. 35. impijs reuelata mysteria sunt in ædificationem omnium hominum, vt cum Balaam impio data est propheta, & cum Pharaoni, & Nabucodonosori prænunciata sunt, quæ post multas ætates erant futura, quod euangelicæ prædicationis exordia præfulgebant, multaq; oportebat diuinæ potentia probationes clarescere, ideo plurimi etiam indigni accipiebant dona gratia. His Chrysofostomi verbis quàm cõsentanea sunt quæ de Lxx viris sunt tradita? Ante enim quàm diluaceret lux euangelica, iam appetente Christi tempore, veluti ante Solis exortum, quod alibi Chrysofost. ait, clarescit miraculis Aegyptus, quo sit paratior prædicationi legis nouæ, vndè postea in euangelij prædicatione incredibili turba sanctorum Aegyptus toto orbe refulsit. Itaq; si res controuersa esset, prudens rerum æstimator in memoriam reuocaret, quod idem Chrysofostomus ait in cap. 4. Matth. homil. 14. Dominum in introductione legis inopinata quædam, & noua facere miracula solere, vt præstet pignora suæ potentia: ijs, qui legem eius essent accepturi. Sic mundum creauit, inquit, laturus legem homini in paradiso, sic magna mirabilia edidit, cum mundum obruit aquis, Noë iura daturus: Abrahæ multa signa præstitit, priusquam circumcissionis ei legem ferret: innumerabilia Iudæis ostendit signa, priusquam Mosi legem daret: & cum viam præmuniret legi nouæ, cuius hæc omnia erant vmbra credibile est siluisse Dominum? & suæ potentia: splendorem repressisse?

Cap. XLII. Miracula edita in translatione Lxx virorum.

Idem dicitur Josephus et Aristoteles, et Zonaras.

ERgo nemo ambigat tria hæc esse edita miracula, & illud quod CYRILL. episcopus Hierosolymitanus admiratur intra 72 dies negocium tantum esse confectum. Quantumvis enim Librarij & Amanuenses citissima manu omnia exciperent (erant enim eo tempore Amanuenses, qui orationem Oratoris quam contentissima voce haberet in medio foro, totam notis exciperent, vt ne syllaba quidem excideret) magno tamen miraculo factum esse quiuis confitebitur, vt intra tam breue tempus res tanta peragi potuerit, quod simile esse videtur illi, quod templum Solomonis, quod septem illa orbis miracula superabat, septem annis est ædificatum, vt scriptum est. 3. Reg. cap. 6. Et domus Solomonis quæ dignitate, & magnificentia templo longè longeque inferior erat annis tredecim, vt statim cap. 7. testatur scriptura, quod Iosephus lib. 8. cap. 2. quanquam omnia refert non ad veritatem historiae, sed ad id vt historia Græcis, Latinisque credibilis esse videretur, qui eo tempore à religione erant alieni, non tamen negat diuinitus id, & miraculo factum esse, quanque miraculum extenuet, vt extenuat miraculum maris rubri, & alia, de quibus supra dictum est. Et leges apud ESDRAM cap. 5. lib. 3. hoc idem templum à Babylonijs dirutum, intra alios annos septem esse instauratum. Et CHRYS. secundum miraculum putat, vt supra diximus, quod per idolatram, & alienum à religione res tanta sit confecta. Sed illud tertium longè maximum, quod est nobilitatum omnium scriptis, singulos diuinos per se vertisse literas sacras, ita vt non solum ipsi sententijs consentirent, sed etiã verbis ipsi. Quo facto manifestè apparet, vt aiunt, oēs veteres afflatu Spiritus sancti transtulisse Græcè sacras literas, quæ omnia omnium veterum patrum testimonijs testatissima supra ostendimus. Sed & hæc omnia, vel ex solo Iosepho, quem schola Iudæorum pro se citat, verissima esse facile conijcies. Primum omnium refert Iosephus, regem Ptolemæum constituisse festos dies aduentus Lxx virorum, qui per omne vitæ tempus quotannis celebrarentur, quod eo die etiam victoriam ex Antigono nauali proelio retulerit. Quis non videat hoc loco inuertisse historiam Iosephum? quod facere solitum supra ostendimus frequentissimè, quod dicitur fecit lib. 9. Iudaicæ antiquitatis cap. 14. Cum enim. 4. Reg. cap. 17. scriptum esset post ductas captiuas decem tri-

Ex Iosepho quem schola Iudæorum pro se citat, deprehenduntur veras esse hæc omnia miracula.

A decem tribus Israël immisos leones, qui vastarent colonos deductos ab Assyrijs in vrbes Israël: Iosephus non leones immisos narrat, sed pestem immissam. Et Iudaicæ antiquitatis lib. 20. cap. 8. Iacobum fratrem Iesu, nominati Christi, sic enim ille ait, scribit reum factum ab Anano pontifice, quod legem violaret, & cum quibusdam alijs traditum vt lapidaretur. idque factum omnibus bonis, & legis studiosis displicuisse, deque eo ipsos clam apud regem Iudæorum esse conquestos, cum auctore D. Hieronymo in finem cap. 1. epistolæ ad Galatas, Iacobus hic frater Domini fuerit primus episcopus Hierosolymorum, à Iudæis è templo præcipitatus. Et cum Iosephus se centies in historia verum appellet, & omnium verissimum, idque identidem repetat, quibusdam ex sanctis patribus hoc persuasit, qui si contulissent singula cum litteris sacris, depræhensissent illum mendacissimum. Neque scio vbi Suidas legerit apud Iosephum, subuersa Hierosolyma ob eadem allatam Iacobo fratri Domini, cum nusquam (quantum commemini) Iacobi fratris Iesu Christi mentionem faciat, nisi loco citato. Quin confessus lib. 18. cap. 6. Iesum Dñm fuisse Christum illum expectatum à Iudæis, crucifixum, resurrexisse mortuum, & apparuisse suis tertia die viuum, vt prophetae prædixerant, & completas in eo prophetias prophetarum omnium, postea de bello Iudaico lib. 4. cap. 22. & 6. cap. 8. perijsse Hierusalem ait, quod completa sint vaticinia prophetarum, & fingit vaticinia quæ nusquam sunt, quasi prædictum esset à prophetis propter seditiones peritura Hierosolyma, & non propter Christum repudiatum, & cruce affectum, quod idem repetit lib. 20. cap. 6. cum prius fuerit confessus, penè omnia quæ nos confitemur. Sed satis exemplorum citatum est supra. Agè, coniecturis hanc rem dijudicemus. Rex Ptolemæus aduentum Lxx, festos constituit dies. vndè? aut quomobrem? Cur Lxxii Iudæos tanti faceret nihil erat, neque cur literas Hebraicas homo infidelis tantipenderet, neque erat cur Aegyptij, aut rex ipse Ptolemæus tanti aestimarent victoriam ex Antigono partem. Aliud accipe: Subijcit idem Iosephus lætatum regem Ptolemæum, & omnium maxima bona sibi contigisse confessum, quod didicisset, quoniam modo optimè regnare posset. Fateturne Ptolemæus se omnium fortunatissimum factum, quod libros Hebræos esset consequutus? qui philosophus erat Platonius, idolatra à vera religione alienus? qui tot librorum milia in suam bibliothecam congesserat, vbi multa mirabiliter erant conscripta de regno gerendo, quæ ille optimè intelligebat, literas sacras intelligere nullo modo poterat. Illud, illud erat quod triumphabat, quod sempiternis ludis fanciesbat celebrandum quotannis, quo se prædicabat fortunatissimum factum, & omnium maximis bonis potitum, quod miraculo declaratum est, litteras illas Hebræas, quibus potitus est, diuinitus datas, & Græcè à Lxx viris redditas esse diuinitus, & tanto se beneficio affectum esse. An non hoc erat quo merito triumpharet rex philosophus & sapiens? librorum cupidissimus? qui sapientia: studijs inhiaret, cum videret se potitum libris diuinis, & qui videret se honoratum tanto miraculo diuinitus. Illud etiã expende quod sequitur paulò post, admiratum regem quæsijsse ex Demetrio cur ad hæc vsque tempora sacri libri delituisent, cum historici illorum librorum non meminissent? Tam citò ne rex Ptolemæus sacrorum librorum diuinitatè potuit intelligere? Eratne epistola aliqua, aut libellus vnus aliquis, qui vno die per legi posset? sed fac perlegisse, homine idolatra corticem literarum tantoperè philosophorum scriptis anteponebat, qui neque crederet sacras illas esse literas, neque religionem Iudæorum, aut suis studijs philosophicis, aut suæ religioni anteponeret? libros quidè magni pendebat fateor, qui nulli parcebat impense, vt eos ex toto orbe congereret. At vt tanti faceret, vt se appellaret fortunatissimum, & festos tanto bono consecraret dies, & vt miraretur cur libri tam sacri vsque ad illa delituisent tempora, magna quædam res effecit, & quæ se longè supra humana bona attolleret. Agè quod scribit Iosephus, Menedemum philosophum admiratum, diuina prouidentia omnia gubernari dixisse, quò spectat? certè eò quod illo miraculo intellexit bonis proposita esse præmia, & malis æternas poenas. Id enim Græca verba significant *δουμὸς τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ τοῦ βασιλέως ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ μὴ μόνον τοῦ φιλοσόφου προνοία διοικῶνται πάντα φέροντας, καὶ διὰ ταῦτα ἕκαστος τοῦ λόγου δύναιται καὶ καλῶς εὐχῆσθαι.* i. Admirante ipsos non solum rege, sed etiam Menedemo philosopho, dicente gubernari omnia prouidentia, & propter hoc credibile esse vim orationis, & pulchritudinem esse inuentam. Libet enim ad verbum Græca verba reddere, quo magis appareat quid senserit Iosephus. Nunc agè, singula expendamus. Quid demiratus est rex Ptolemæus aut Menedemus philosophus? quòd vno consensu Lxx viri scripturam vertissent? laudanda quidè erat Lxx modestia & concordia, sed nihil erat cur id tantoperè rex Ptolemæus & philosophus Menedemus

Iacobus frater Domini apud Iosephum. Christus apud Iosephum.

Coniecturis etiam probantur miracula.

demus admiraretur, Quid quod sequitur, Dicente omnia prouidentia gubernari, vel vt vertit A. Tertullianus in apologetico aduersus Gentes, de Lxx viris agens, prouidentia vindex. Solusne philosophus Menedemus sensit mundum prouidentia gubernari? & quis hoc philosophorum non intellexit, & docuit? exceptis paucis quibusdam quos aduersus vocauit antiquitas, quosque acerbissimè in Epinomide, & libro de legibus decimo insectatur Plato, de quibus **IVVENAL**. Et mundum credunt, nulla ratione moueri, Natura volente vices, & lucis, & anni. Quod obscurè ergò Tertullianus dixit, planius multo Græcè Iosephus *ἡ μιν ἀθήρη φιλοσόφου πρῶτα τῶν δεικνύσθαι πάλιν φησὶν ἰσ.* i. Et Menedemo philosopho dicente, vel affirmante mundum prouidentia regi. Quibus verbis planè significat post tantum miraculum admiratione percussum fuisse Menedemum philosophum & affirmasse verè mundum prouidentia regi, quod Tertullianus dixit obscurè. Prouidentia vindex. i. post tantum miraculum vindicem se ostendit prouidentia, hoc est, affirmavit mundum verè prouidentia regi. Vndè quæso Menedemus post tantum miraculum ait apud Iosephum, mundum regi prouidentia? nisi quòd tanto edito miraculo intellexit literas illas esse sacras, & legem illam diuinam, quam Deus tulisset hominibus, qui veram religionem colere vellent? Hoc ergo Tertullianus & si perobscurè, cum ait Menedemum vindicem fuisse prouidentia. i. tanto miraculo per motum affirmasse esse prouidentiam, & suspexisse illos de communi sententia. i. admiratum fuisse illos, quòd cum sigillatim vertissent scripturam, eodem tamen modo vertissent, ob miraculum illud editum scilicet: quæ quidem perobscurè dicta sunt, sicut cætera, est enim Tertullianus scriptor perobscurus. Planius Iosephus, quanquam obscurè hic quoque: non enim audebat auribus infidelium tanta hæc miracula credere. Cum enim dixisset Menedemum affirmasse post illud miraculum mundum regi prouidentia, quæ scilicet bonis diuinas leges ferat, malis poenas parat æternas, subiecit: Propter hoc potentiam sermonis, & pulchritudinem credibile est fuisse inuentam. i. propter hoc quod mundus regitur prouidentia, credibile esse hanc tantam potentiam sermonis, quam hodiè vidimus hoc tanto edito miraculo, quo omnes verbis, & sententijs consenserunt, & hanc pulchritudinem sermonis. i. hanc scripturam sacram, credibile est inuentam esse. i. apparet datam diuina prouidentia.

Quid? illud leue cuiusdam esse videtur? quod scribit Iosephus, Iudæos omnes vno consensu C tralationem Lxx virorum probasse, diris execrationibus deuouisse eos qui ei quicquam adderent aut demerent. Erantne chartula aliqua tenuis, scriptura omnis, de qua tam citò Iudæi ferrent iudicium? quam tam cito cum Hebræa lectione possent conferre & probare tam citò, & tam citò facere sacrosanctam? certè nisi talpa cæciores simus, clare oculis cernemus tot simul edita miracula id effecisse, vt Iudæi magnitudine miraculorum percussi id sanxerint, sancendumque toto orbe terrarum apud omnes Iudæos curauerint, & ita obseruauerint per annos octingentos & triginta, cum tralationem Lxx seniorum in suis synagogis legerint summo consensu per annos quadringentos, neque synagogis eam per alios quadringentos & triginta annos exigere potuerint, vt liquet ex constitutione 146 Nouellarum Iustiniani imperatoris. Nam tu te cogita vndè tanta Lxx virorum tralationi accesserit autoritas, vt æquè legeretur in synagogis per tot annos, atque Hebræa lectio. Certè tanta autoritas ei accedere non potuisset, nisi editis miraculis quæ narrat Aristobulus, Aristæus, Philon Iudæus, & alij scriptores, quos supra enumerauimus.

Cap. XLII. De autoritate tralationis Lxx virorum.

Vide quid addam, Augustinus & Origenes vt supra dictum est, sic commendant tralationem Lxx virorum, vt si integra esset, & non vitata, ex æquo ei fidem habendam existiment, atque Hebrææ lectioni, quod ex æquo citetur ab euangelistis & apostolis atque Hebræa lectio. Ego illud addo, si expendissent Augustinus & Origenes ea quæ modò dixi, hinc quoque fuisse commendaturos Lxx seniores, quòd eorum tralatio æquè legeretur, atque Hebræa lectio in synagogis Iudæorum, cum ibi Spiritus sancti essent charismata, ante Christi aduentum scilicet, quod certè nunquam Iudæi paterentur, nisi certum haberent vtranque datam diuinitus, vtranque afflatu Spiritus sancti esse textam. Nam quòd postea aliæ tralationes Iudæorum, Aquilæ, Symmachi, Theodocionis, in synagogis legebantur exemplo tralationis Lxx virorum fiebat, & priorum temporum. Et id factum est, postquam desierunt esse in

A esse in synagoga Iudæorum charismata Spiritus sancti longo tempore post passionem Domini, Lxx viri extruderentur, postquam enim per quadringentos annos summo consensu, vt centies repetitum est, tralatio Lxx in synagogis Iudæorum est lecta vsque ad tempora Philonis Iudæi, qui, cum Iudæis scriberet, interpretatur tralationem Lxx virorum, tanquam receptissimam & vulgatissimam apud Iudæos editionem. Vt primum ei aduersari cœperunt, Aquilam subornarunt Iudæum, vt tralationem Græcā cuderet, quam Iudæi in synagogis legerent, relicta interpretatione Lxx interpretum, quòdque hoc non malè cesserat (quidam enim eam in synagogis legebat) Symmachum quoque impulerunt, vt idem faceret. Deindè Theodocionem, vt multæ essent, & qualibet suos haberet amatores, veniretque in obliuionem tralatio Lxx virorum. Sustuleruntque de medio Aristæum, qui eorum historiam conscripserat, penes Iudæos enim erat Aristæus, non penes nationes infideles, quæ libros sacros ridebāt, & historicos, qui illorū historiam scripserant, quod vel ex illo Horatij intelliget qui volet, vin' tu curtis Iudæis oppedere? Dicebant enim hæc impiæ nationes, quanuis vt apud Iosephum leges, & ex Platone lib. 10. de legib. nemo qui Deum contemneret, impunè tulit vnquam, tamen infideles hæc nõ magni pendebant. Itaque si qui fortè Aristæi libri toto orbe essent, Iudæi non pepercere operæ, nec impensæ, & eos de medio sustulerat: nec enim poterant tralationem Lxx oppugnare, nisi Aristæum, qui illorū historiam scripserat, de medio sustulissent. Tunc consarcinatus est hic Aristæi liber, qui vulgò circumfertur ex Iosepho & Aristæo, ita vt celarentur miracula & testimonia veritatis tralationi Lxx impertita diuinitus. Nam toto hoc opere ostendimus Iudæos omnem mouisse lapidem, omnia esse molitos, vt aduersarentur veritati. Et supra ostendimus Aristæam hunc, qui se fingit esse Aristæum illū hyperaspistem Ptolemæi, alium fuisse ab hyperaspiste Ptolemæi regis.

Cap. XLIII. Ubilegatur quòd Esdra diuinitus sint suggesta scriptura.

ET quoniam repetitum est illud sapius, veteres patres hoc miraculum editū in tralatione C ne Lxx virorū, illi putasse fuisse simillimum, quod Esdræ post captiuitatem Babylonicam, scripturæ, quæ in illa ruina perierant, sunt suggesta diuinitus, vt illas populo Iudæorum restitueret. Nec defore puto, qui huic quoque, rei fidem abrogent, nec illud habent rationis quidam, multa ex traditione apostolorum, & maiorū vsque ad veterum patrum tempora, quasi per manus fuisse transmissa, quæ illi suis chartis posteris tradidere. Quid vanum, fictū, aut fabulosum quicquam in ecclesia catholica videat, vndè hæc illis similia esse coniectet? Omnia verissima sunt, quæ veteres patres scribunt, mendacio aut fabulæ in eorum scriptis, nunquam fuit locus. Vtinam nunquā cuiquam venisset in mētem demutare quicquā ex ijs quæ veteres patres, qui doctrinam ab apostolis imberant, & ex Spiritus sancti fontibus hauserāt, nos docuissent. Si enim rectè examinentur, omnia veriora veris reperietur, omnia magno fundamento niti. Neque enim fundebant sine sensu sonos in cassum, temerè. Aliquando fortasse hanc quæstionem maiori studio disceptabimus. Nūc veteres patres historiam illā Esdræ, cui scriptura diuina diuinitus est suggesta post captiuitatem Babylonicam, mutuati videntur ex lib. 2. Esdræ cap. 8. ex illo loco: Populus autem stabat in gradu suo, & legerunt in libro legis Dei, distinctè & apertè, ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Quæ verba Lxx viri aliter vertere, D quos supra dixi in plerisque esse metaphrastas, sententiam scripturæ exprimere, non numerare verba. Hi ergo Lxx viri quod in principio capituli dictum erat, Esdræ sacerdotem attulisse legem, & legisse, & quod hoc loco, quod illic dici cœptum erat, explicatur fufius, vertere: Legerunt in libro legis Dei, & docebat Esdras, *καὶ διέτριβεν ἐν ἐπισήμῃ κυρίου.* Et distinguebat in scientia Domini, & intellexit populus lectionem. Quæ verba apertè præferunt sententiam veterum. Si enim quæ ibi scripta essent, legisset, nunquam diceretur legisse scientia Domini, humana nanque scientia legitur ab eo, qui literas nouit: qui diuina scientia legit, & distinguit, suggesta diuinitus verba legit, neque de interpretatione hæc dicere possis, cum sequatur, Populus intelligebat *ἐν τῇ ἀναγνώσει* Id est, In lectione, hoc est, quæ legeret: quæ vox Græca non potest ad interpretationem referri.

Sic THEODOR. in præfatione in psal. hæc intellexerat his verbis: *Πρὸ πενήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν τῆς ἑρμηνείας ὑμῶν ἀπεπλησθεὶς χάριτος εὐαγγελιστὴς εὐδραὶς τὰς ἑβραϊκὰς ἀνάγραψαι βιβλίου ὑπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀμελείας, καὶ τῆς τῶν βαβυλωνίων δυσσεβείας πάλαι, ἀφθαρτίτατι εἰδὲ κακίῃ ὑπὸ τοῦ πατριάρχου πύλουκα τῆν τέσσατον ἀνενοήσαστο μνήμην.* d 3 Id est,

Id est, Admirandus Esdras, centum quinquaginta annis ante interpretationem Lxx virorum, A plenus gratia cęlesti, sacros libros descripsit prę ludęorum incuria, & ob Babyloniorum impietatem iam olim corruptos & deprauatos. Si igitur ille inflatu Spiritus sancti, horum librorum renouauit memoriam, &c. Sic intellexisse videtur CLEM. Alexandrinus Stromat. lib. 1. de Esdra agēs, scripsit: *Δι' ἧς γίνεσθαι ἡ ἀποκαθάρσις τῶν λαῶν, καὶ ὁ τῶν θεοπρόσετων ἀναγνωρισμὸς, καὶ ἡ κατακατασκευὴ τῶν βιβλίων.* Id est, Per quem Esdras facta est liberatio populi, & recognitio, & liberatio sacrorum librorum. Et rursus de Lxx eodem libro infra: Corruptas scripturas ę captiuitate Babylonica, Esdras diuino afflatu, antiquas omnes renouans scripturas prophetauit. Et IREN. lib. 3. cap. 25. Inspirasse Deum Esdrę sacerdoti, prophetarum omnes sermones, vt in memoriam redigeret, & populo restitueret, cū corruptę fuissent captiuitate Babylonica, quod idem ait BASIL. in Asceticis ad Chilonem ipsius discipulum: Esdras, inquit, diuinos libros Dei iussu eructauit, & cęteri sancti patres hoc idem aiunt, & translatio Lxx virorum hoc pręfert lib. 2. Esdrę cap. 8. Legerunt, inquit, in libro legis Dei, & docebat Esdras, & distinxit in scientia Domini, & intellexit populus in lectione, vt planę dicant Esdras scientia Domini inspirata distinxisse, & distinctę legisse omnia, quauis vitiaata & corrupta essent, quod apertius pręfert Hebręa lectio, quam sic distinguunt Lxx. Et legerunt in libro in lege, quod de Esdra pręeunte mentio facta est, & alijs quos legisse dicit in libro in lege pręeunte Esdra. Et postea: Deus manifestans, & ponens intellectum. Sic enim lectionem Hebręam intellexere Lxx viri, vertere enim, & legerunt in libro legis Dei, & addidere de suo, & docuit Esdras. Et postea: Et distinxit in scientia Dñi. Si ergo lectionem Hebręam sic interpretare: Et Deus erat manifestans, & ponens intellectu, potuit apertius dici, quod sancti patres aiunt: quę hęc pugna tanta nostrorū hominū quorundā, qui Hebręicę discunt aduersus Lxx & aduersus sanctos patres? an ideo linguas discunt vt nos, & nostra oppugnet, & Iudęos sequantur? Insufurrari audio, mihi quoque vitio verti, quod multa discam, & mutuer à Iudaizantibus, & tamen illos oppugno, quorsum ergo sacerdos Christianus, operam impendi perdiscendis linguis, nisi vt Iudęos & Iudaizanteis oppugnem? An ideo Hebręicę discet quisquam vt Iudaizet? pereant potius linguę, si hanc pestem sunt importaturę. **LECTIO ERGO HEBRĘA EST.**

Quę verba ^{manifestans Deus legis} possunt quidem lectione in intellexere & intellectu ponere & distinctę Dei lege in libro in legerunt Et vertit vt reddidit *וְיִקְרְאוּ בְסֵפֶר בְּחֹרֶת הַקְּרִיָּהִים מִפְּרֹשׁ וְשׁוֹם שְׂכָל וְיִבְיִנוּ בְּמִקְרָא* D. Hieronymus, vt significetur legisse Esdras distinctę & aperte, quod miraculo quoque factum apparet, cū deessent vocales, deessent apices, & velut notis quibusdam scripturę conscripta esset, quas nos cifras appellamus: & quauis non omnia intercidissent captiuitate Babylonica quod ibi commentarentur quoq; legem Dñi, intercidere plurima tanta ruina, & miraculo apponitur, quod etiam vitiaata & mutila legerit Esdras diuino afflatu. Lxx viri aliter hęc intellexisse videntur, vt dixi, qui sic sunt interpretati: *וְיִקְרְאוּ*, Et legerunt: *בְּסֵפֶר*, in libro: *בְּחֹרֶת*, in lege. i. Et legerunt in libro in lege, quod de Esdra interpretantur Lxx viri. Quauis eñ vertant: Et legerunt in libro legis Dei, & adiecere de suo: Et docebat Esdras. Postea, *וְיִבְיִנוּ*, Deus: *מִפְּרֹשׁ*, erat manifestans (addidere enim alia puncta.) Si sic veritas, potuit apertius dici quę veteres patres scribunt, legisse Esdras quę Deus manifestaret? si scripta essent quę diceret, nūquam scriptura addidisset: Et Deus erat manifestans. i. Deus suggererebat quę legeret: nā quod Pagninus vertit passiuę, legerunt in lege Dei expositi: quid sibi velit nō video, quantum melius D qui exponebat & manifestabat quę legeret. Nam docuimus ex D. Hieron. pro ratione sententię licere hęc vel illa apponere puncta, & puncta faciunt, vt hoc verbum actiuum aut passiuū & verbum Hebręum non significat interpretari, sed legere, vt hęc elohim mephares. i. Deus erat suggerens, & manifestans, non possis ad interpretationem referre, sed ad lectionem, vt sit sensus: Deus erat suggerens quę legebat, vel Deus suggererat verba illa quę legebat, vt Esdras conscripta afferret quę suggessit Deus ex lege, & quę ibi legebat. Postea sequitur: *וְשׁוֹם*, & ponere, vel ponendo: *שְׂכָל*, intellectum: vt sit, Et ponendo intellectum. i. ponebat intellectum, vel posuerat intellectum, quod si ad lectionę referas, nec enim potes aliud referre, quod neque verba Gręca nec Hebręa aliud referri possunt, certę eodem spectant, an vt ego legam quę scripta sunt, necesse est vt denuo mihi Deus addat intellectu? Sequitur postremò, *וְיִבְיִנוּ*, & intelligebant: *בְּמִקְרָא*, in lectione: quę miraculi quoq; loco est, quę legeretur tam fa-

A tam facillę populum intellexisse, neque assuetum lectioni sacre, neque magnoperę linguę Hebraicę, sed Chaldicę, sic Lxx viri hunc locum intellexisse videntur, qui illam sententiam reddidere. Et fortassę à Iudęis suis maioribus hoc acceperat ita euenisse, & inde dimanasse ad primos nostros patres credibile est, & hoc quoque apostolos eis tradidisse. Nam quod tam receptum est apud nostros maiores, non sine magna ratione receptum est, & hic locus si aut Gręcę, aut Hebręicę expendas, id planę pręfert, quod dicunt patres veteres. Quod Iudęi verò, & Iudaizantes, qui Iudęos sequuntur aliter interpretantur, mirandum non est. Notant eñ id veteres patres, vt iam erit dicendum, Iudęos ad id toto pectore incumbere, vt prophetias faciant ad nihilum recidere, vt nihil dicant, aut vt mendacia dicant, & quę manifesto falsa sint. Vnde IUSTIN. Imperator, Dum commentis, inquit, inter ipsos interpretationibus se committunt Iudęi in hunc vsque diem à recta sententia aberrarunt: & dum Iustinianum cito sapientissimorum ecclesię catholicę illius tempestatis consensum cito, de quorum sententia leges sancire solebat. Scio quendam doctum virum hęc aliter interpretari, mihi nunquā placuit sententia, quę à veterum patrum interpretatione desciuerit. Nanque quod idem scriptor prodidit ex lib. 2. Machab. cap. 2. Neemiam congregasse de regionibus libros, & prophetarum, & David, Gręcę legitur non congregasse de regionibus libros, sed quod contruensi bibliothecam Neemias congregauerit ea quę de regibus, & de prophetis erant scripta. Et epistolę Regum de donarijs, quem locum intelligere possis, non de scriptura sacra, sed de alijs libris qui multi erant de regibus, & de prophetis. Quod si libros sacros intelligas, congregauerit ille quidem libros de regionibus, vt textus Latinus pręfert, quanquam Gręca lectio pręferat, congregauit de regibus libros, Esdras vero diuino afflatu quę deerant, restituit, & germanam lectionem, quod idem author ait, & ita verissima sunt, quę veteres patres scribunt. Nam congregasse Neemiam intelligi potest libros sacros ex omni gente Iudęa, quod per partes memoria tenebantur scripturę singula à singulis, nam quę quisque nouerat, ea suos filios docuerat. Sic enim olim discebantur disciplinę, cū nondum erat literarum vsus tam frequens, vt olim Homerus tenebatur memoria per parteis & opera Pisistrati Atheniensis tyranni, qui singulos versus emebat drachmis singulis, Homerum ab interitu reuocauit. Sic enim cū singuli referrent versus, quos tenebant memoria integer Homerus est restitutus, & opera Aristarchi, & Grammaticorum, quos Criticos vocant, fuit repurgata versibus adulterinis, mendis, vitijs. Et sic fortassę significatur hoc loco congregatam ex vniuersa gente Iudęa scripturam sacram, vt conferrent quę quisque tenebat, aut nouerat: Esdras verò, regente Deo, & addente intellectum, in pristinum ordinem reuocauit mutila, & trunca, afflatu Spiritus sancti reddidit facta tecta, vt non Aristarchus aliquis expurgarit mendis, non Grammaticus aliquis Criticus, sed Esdras diuino afflatus numine, vt idem Spiritus sanctus, qui scripturę author erat expurgaret, in pristinum reuocaret nitorem, quę deerant reponeret, cū Esdrę suggereret, quę erat factururus, & addebat intellectum, vt hęc faceret. Sic hunc locum veteres patres enodant & interpretantur sic Gręca & Hebręa lectio pręfert. Hęc ego de paupere penu dicere potui, de locupletiore alius plura promet.

Cap. XLIII. Continet recapitulationem de Lxx cellis & miraculis.

D Nisi tam multa dixissem de hac re, pluribus quererem, ad eò paruam haberi fidem à quibusdam, sacris scriptoribus, vt necesse habuerim ex monumentis scriptorum Iudęorum, aut alienorum à fide, eruere veritatem. Dicerem illud quod Athanasio semper erat in ore, consensum veterum patrum non pro iudicio aliquo, sed pro diuino responso habendum esse: citarem prophetarum testimonia, quibus Iudęi mendacissimi, & impudentissimi à Deo nominantur, populus fidelis appellatur verus, & sanctus: Expostularem cum quibusdam ex nostris, quod à mendacissimis & impudentissimis Iudęis veritatem petere possulent, aquam videlicet ex pumice, ę tenebris lucem, populo sancto Dei abrogent fidem? citarem illud Ciceronis pro L. Corn. Balbo cū Q. Metellus vir summe authoritatis, de pecunijs repetundis causam diceret, & cū ipsius tabulę circumferretur, fuisse iudicę nullū, quin remoueret oculos, & se totū auerteret, ne quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitare quisquā verūmne an falsum esse videretur. Allegarę, quod de Aristide refert idem Cicero, qui cū iurandi causā ad aras accederet, iurare est prohibitus, quod omnes iudices vna voce, ne is iuraret, tam fa-

reclamarint, quod spectato viro iniurato fidem habendam putauerunt. Et contra, quidam ex nostris tot sanctis scriptoribus, & martyribus etiam, cum citent historicos Christiani nominis inimicos, etiam cum se suis oculis vidisse testentur, putant non habendam fidem? Atqui laudabant veteres illud factum populi Romani, quod cum Aemilius Scaurus vir grauiſſ. accusante Varo Sucronense proditionis reus eſſet, neque Scaurus se vellet tueri verbis, sed tantum dixisset. Q. Varus Sucronensis ait me Aemil. Scaurum Rempubl. prodidisse: Ego Aemil. Scaurus nego: neq; plura dicens aduersus accusationem Q. Vari, aduersum testis, aduersum omnia argumenta, neque refellens quicquam, sed sua se autoritate tuitus, iussisset populum Romanum sententiam ferre: populus Rom. eum cunctis suffragijs absoluit. Quanto melius hic constitui hoc genus probationis posset? schola Iudæorum hoc ait, consensus veterum patrum negat: multum hoc est, si non plus dicerem, quam schola Iudæorum hoc ait, minimus ex veteribus patribus negat, apud æquos iudices causam vicissem. Quot causas refert VALER. Maxi vnus grauiſſimi viri testimonio victas aut defensas? & quidam de testimonio omnium sanctorum patrum dubitant? cum præsertim Lxx viri sua se autoritate defendant, tot numero, & Iudæi, & tribus seculis ante Christi tempora, qui ita vertere scripturas, vt euangelica & apostolica verba representarint, quod multo maius est, quam illis fulſiſſe miraculis, quæ Iudæus Aristobulus, & Philon Iudæus testantur eſſe veriſſima.

Cap. XLV. Quod necesse sit ita quæque Græca et Hebræa vertere, vt mente concipit, si Iudaice, Iudaice: si Euangelicè, Euangelicè.

Plærique (vt iam ad nostros tranſeamus) ijque potisſimum, qui hæſiarchæ fuere, nouas nostra tempeſtate veteris testamenti edidere tralationes, quas ad veritatem Hebraicam aſſerunt editas, quarum plures ad Iudaicam perfidiam redditas eſſe contendimus. Vbi prima illa exoritur dubitatio, cum in vinea Domini, vt inquit Auguſtinus, etiam ſi multi, & admirandi ſint vindemiatores, ſemper reliquus futurus locus ſit alijs, ſemper futura ſit racematio, cur non ſolum hæſiarchas auerſemur tantopere, ſed quosdam etiam (neque enim omnes damno) qui nouas cudunt ex Hebræa lectione interpretationes? & iuuant D. Hieron. & veterum patrum labores, quæ vltima pars eſt huius noſtræ diſputationis. Et huius quidem rei qui primoribus labris Græcas, & Latinas attigere literas erunt arbitri, qui Græca Latinè vertere pro ſuo modulo poſſunt, aut verſa legere. Intelliget nanque (quanquam hoc facile cuius eſt animo cernere) quæ mente concipimus, & qualia concipimus, ea nos & talia verbis exprimere, neque alia verbis poſſe eloqui, quam quæ animo concipiamus. Si Græca Latinè reddere volo ita ea reddam necesse eſt, vt ea intelligo, quanuis ad verbum reddere ſit conſilium, quod voces ſere multos habent intellectus, præſertim apud Hebræos, vbi punctorum varietas, varijs apices multum diuerſa ſignificant, ſæpè ego hoc, ille alio intellectu verbū accipit, vndè tralationes ipſæ aliquando toto cælo diſtare videntur. Et pro vt quiſque intellectu ſcripturæ concipit ita varie diſtinguit & diſpungit. Quid ſi verbum ſubaudire, aut vocem aliquam, aut orationem neceſſitas ipſa cogat? quod in Hebræa lectione, quod Hebræus ſermo ſit magnopere conciſus, frequentisſimum eſt, quanta hinc naſcitur, Deum immortalem varietas & tralationum diuerſitas? Nam vndè factum putas cum Lxx viri & D. Hieron. Hebræam lectionem ad verbum verterint, non ſolum vbi Lxx ſint paraphraſtæ, aliquando inter vtrunque tralationē ſit mira diuerſitas? Age ex vno cap. verbi cauſſa multa exempla ſumamus. Quinquageſimo tertio cap. huius prophetæ Eſaiæ redditur cauſſa cur non ſit agnitus à Iudæis Deus homo factus, iuxta tralationem Lxx virorum: quia *aſcendit ſicut puerulus lactens*: iuxta tralationem D. Hieron. *Quia aſcendit ſicut virgultum coram eo*: rurſum, iuxta tralationem D. Hieronymi deſcribitur in paſſione ſic: *Non erat ei aſpectus, & deſiderauimus eum*: iuxta Lxx, *Non habebat ſpeciem neque decorem*. Rurſum D. Hieron. *De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt*: Lxx: *In humilitate iudicium eius ſublatus eſt*: Et pro, *Dñs voluit contere eum in infirmitate*: Lxx, *Dominus vult mundare eum à plaga*. & innumerabilia alia quæ ſunt huius notæ quæ D. Hieron. luce euangelica illuſtratus, & Spiritus ſancti luce perſuſus (facit enim ſpiritus ſanctus quosdam doctores, quosdam vero prophetas) ita vertit vt ſenſus pandat ſacros. Lxx viri vt accipere à Moſe & prophetis, & à maioribus doctrina ſpirituali quaſi per manus tradita, vt ait Hilarius, atque vt voluere veteres patres, vt ſpiritus ſanctus aſpirauit, vt vterque ſenſus ſacer ſit

vbi ali-

A vbi aliqua videtur eſſe diuerſitas, vtrunque; Chriſti præferat magna myſteria, quod multa ſcripturæ loca duos & plures habeant ſenſus literales, vndè verſio D. Hieron. veriſſima eſt, & tralationem Lxx virorum citant apoſtoli, vt illic dicendum eſt. Nam vndè factum putemus (vt dictum centies eſt, repetendumque millies) vt cauerit Deus, vt CCC annis ante Chriſti aduentū per Iudgos ipſos & tot numero verterentur ſcripturæ, & ita verterentur, vt euangelica & apoſtolica verba ſonarent? niſi quod verba Hebræa pro varietate punctorū, & apicū varia ſignificat. Et ſi poſt lucem euāgelicā verſa eſſet Græcè aut Latinè ſcriptura videri poſſet ingenio applicata ad apoſtolica, & euangelica verba, vt re ipſa eſt diuinitus applicata ad euāgelica verba. Quanuis em̄ CCC annis vt Iuſtinianus Imperator cōſtitutione illa toties à me citata, ſcribit, Lxx præceſſerint apparitionē magni Dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, tamē illā gratia Spiritus ſancti circūfulgente, quaſi præſentibus oculis cernētes, ita ſuā fecere interpretationē, vt ad interpretationem Chriſti myſteria exprimerent. Hoc ſi factum eſſet poſt euangelicam lucem non ſolum Iudæis, & infidelibus, ſed nobis omnibus eſſet vehementer ſuſpectum: non enim reddunt ſcripturam ad verbum ſemper, ſed plerunque quadam euangelica facta paraphraſi vt ait Iuſtinianus, & vt affirmant omnes veteres patres ad vnum. Ideo ergo cauit Deus, vt Iudæi ipſi, & tot numero, ſeni de ſingulis duodecim tribubus CCC annis ante Chriſti tempora ſcripturas verterent, ne vllus ſuſpitioni, aut dubitationi relinqueretur locus. Vndè IREN. impudentis hominis eſſe putat, vbi argumentum hoc inſolubile ſit in re tam nota, & tam perſpicua dubitare. Iudæi hāc tantam Spiritus ſancti illuſtationem, qua tāto ante tempore Chriſti myſteria viderunt Lxx viri & ea ſua interpretatione expreſſerunt, imperitiā vocant: vt eſt apud IUSTIN. in dialogo aduerſus Tryphonem & in epiſtola Orig. ad Aphricanum. Nec enim reliquū erat aliud, quo confugerēt cum tralatione Lxx virorum, quoquo ſe vertant, dānentur. Quibus ſuprà reſponſum eſt. Sed eſt operæpretium audire colorem, quem huic rei dedere, multo enim iniquiores ſunt Iudæi & Iudaizantes noſtri temporis nobis, quam erant olim, & multo magis peruertunt ſcripturam. Expectabant, aiunt, Lxx aduentū Chriſti, & ideo omnia referūt ad Chriſtū. Deus vobis bonā mentē: ita Lxx errant, dū referunt ad Chriſtum, vt ſemper cū euangelio cōcordent, & citentur ab apoſtolis, & euangelis: ſemper attingere ſcopū, ait Ariſt. nō fortunę eſt, ſed intellectus. D. ergo Hieron. & Lxx, luci euāgelicæ cōuenienter vertere ſcripturā, Iudæi verò toto peſtore incūbunt ad id, vt vaticinijs prophetarū offundant tenebras, & vt falſa interpretatione, qđ ait D. Hieron. & aiunt oēs veteres patres omnia peruertāt, & quę apertè dicta ſunt & planè à D. Hieron. & à Lxx viris obſcuret, & tenebris inuoluāt, omnium oculis proſpectum eripiant, ne veram religionem videant, vt errent, vt in tenebris verſentur obſcura nocte tecti. Nec meus hic ſermo eſt, ſed omnium veterū patrum, vt iam apparebit. Neque ego hoc primus moneo noſtros, Imperator Iuſtinianus id publica lege monuit cōſtitutione illa toties repetita: Dum commentis, inquit, inter ipſos, interpretationibus ſe cōmittunt Iudæi in hunc vſque diem à recta ſententia aberrarunt. Et infrā damnans Iudæos qui interpretationem Lxx, & alias Græcas tralationes ſcripturæ vitabāt, & manibus reliquorum Iudæorum excutiebant, vt falſis interpretationibus quas ipſi commiſcerentur oculis reliquorum Iudæorum offunderent tenebras, ne veram religionem videre poſſent, vt cœca nocte inuoluti, vitam degerent, damnans, inquam, Imperator Iuſtinianus, has Iudæorū fraudes, dei.

D quibus ſuorum oculis offundunt tenebras, ne veritatem videre poſſint, vetat id facere, vetat excutere Iudæorum manibus tralationes ſcripturæ, etiam quacunque lingua ſint, vt intelligāt ſcripturam, vt paratior ſint ad recipiendam fidem, ſubiicitque: Neque facultas ſit ipſorum interpretationibus, hoc eſt, Rabinis Iudæorum, qui ſolam Hebraicam aſſumunt linguam, vt ſuo arbitratu malicioſe hanc Hebraicā linguā tractent & interpretentur, vt ſic tegant ſuam improbitatem & perfidiam, vulgi ignorantia & noſtra. Quod Imperator ergo Iuſtinianus, Iudæos facere vetat, ne interpretatione ſua malicioſa Hebræę linguę abutantur imperitia vulgi, dum inter imperitias Hebræę linguę malicioſe interpretantur Hebræam lectionem, hoc Iudæi faciunt per noſtros homines aduerſum nos. Quod enim ignoramus Hebræam linguam abutantur noſtra ignorantia, & ex nocte faciunt nobis diem, & ex die noctem, vt inquit ille, ſuis interpretationibus, ſubornatis quibusdam ex noſtris, qui noſtris oculis offundere tenebras moliantur, vetat Imperator Iuſtinianus, Iudæos hos impios, populo imperito Iudæorū, falſis interpretationibus facere impoſturam, tantum ab eſt vt legibus obtemperent impij Iudæi ab-

Quid Iuſtinianus de Lxx ſcripſerit contra perfidiam Iudæorum.

Lxx omnia ad Chriſtū referūt & cur?

ridicula Iudæorum reſponſio de Lxx.

Qua arte nos oppugnant Iudæi.

dæi, abstineantque decipere suos, vt per nostros aduersum nos versent dolos, & ad nos quo- A que transmittant falsas illas, & malitiosas (quas Iustinianus nominat) interpretationes. Nam nostri cum horum scrinia compilant, & cum ex horum Iudæorum commentis suas textat translationes, necesse est vt translationes huius modi Iudaicam impietatem redolant: & cum ad veritatem Hebraicam dicantur editæ, ad perfidiam Iudaicam expressæ potius sint. Siue igitur qui dam ex illis de compacto rem gesserint cum Iudæis & sub persona Christianorum, Iudæorū causam agant, & ad nos transmittant venena quæ Iudæi porrigunt, quæ nostris propinēt, nec opinantibus, siue nostri commentaria Iudæorum, vbi hæc fraudes sunt, compilant & clam ad nostros transmittunt suppresso rabinorum nomine, quidam etiam citatis rabinis sanctos patres oppugnare omnes mihi videntur. Atqui nulla iura sinunt res Iudicatas, & iudicio transactas rescindere, quæ iura re iudicata stari censent, vnde natum vulgo proverbium, a- Etum ne agas, quod iudicio transactum est, & decisum necui ius sit in iudicium reuocare. Et ostensum supra est tot edita fuisse miracula cum verterentur scripturæ à Lxx viris, vt decre- to omnium Iudæorum publice in synagogis Iudæorum litteræ sacræ Græcè redderentur à Lxx vi- ris æque legerentur, atque Hebraicè scriptæ, quod viderentur translatae afflatu Spiritus sancti vt olim eiusdem Spiritus sancti in latu scriptæ fuissent. Et eo tempore id decretum ostendimus cum Iudæa religione floreret, cum synagoga Spiritu sancto regeretur, haberetque charismata Spiritus sancti, idque factum esse per CCCC penè annos, quibus communi consensu omnium Iudæorū æquè litteræ sacræ Græcè legerentur & Hebraicè. Postea cum Iudæi viderent se teneri manifestissimis testimonijs scripturæ, manifestissima quæque expungere cœpisse monstrauimus. Cumque sic quoque, quoquo se verterent, iuxta translationem Lxx virorum, se induerent in laqueos, vnde non se possent expedire, & animaduertent interpreta- tione Lxx seniorū se prohiberi inuertere prophetias, quæ erant de Christo, & refelli se transla- tione Lxx, ad id incubuisse monstratum est, vt eam è synagogis exigerent. Litigatumque inter Iudæos esse, cum alij exigendam dicerent, alij retinendam contendere, quæ per tot annos recepta & Iudæorū manibus trita esset, neque veritatem obscurandam putarent, neque dolis & fraudibus aperiendam viam censerent. Durat hæc lis inter Iudæos per CCCC & XXX annos, quoad Iustinianus Imperator hanc litē diiudicat, damnat Iudæos qui translationem Lxx ex synagogis exigere vellent, iubet vt legatur in synagogis Iudæorū, aperit fraudes eorū qui aduersarentur Lxx viris, dicitque ea causa eos id facere, vt possent scripturam Hebraicè interpretari malitiose, ne refelleretur à Lxx & ab alijs. Peiores enim in dies Iudæi fuerunt, & multò magis inuertebat scri- pturas. Ita lis hæc est iudicata millesimo ante anno, condénati sunt Iudæi, cautumque lege Imperatoria ne cui ius sit, phibere, ne translatio Lxx in synagogis legatur. Si leges & iura iubēt stari re iudicata, cur Iudæi, & Iudaizantes nō sat habēt violasse legem ab imperatore latam, prohibuisse è synagogis Iudæorū contra leges imperatorias Lxx interpretationem nisi etiā ecclesijs Christi- anorū eandē prohibeant? An re iudicatā post mille annos, & eo amplius in iudiciū reuoca- bunt? & quod Iudæi per DCCC & XXX annos efficere non potuerunt, condénati postremo ab imperatore Iustiniano nostris temporibus iam victi & profligati per nostros homines effi- cient, vt quā interpretationem ex suis synagogis pellere nō potuerūt, pellant ex ecclesijs Chri- stianorum & ex nostris omnium manibus excutiant, vt liberè scripturam inuertant? Et si Deo placet audiuntur à nostris, & plausibiles sunt apud nostros quosdam, neque reprimuntur, quanuis dicas oportere stari re iudicata. Opinor taciti se tuentur illo Modestini res inter alios iudica- ta alijs non obesse debet, & quanuis Iudæi sint damnati ab Imperatore Iustiniano, Iudaizantes integram sibi suam causam seruata putant. Iuris legumque periti id nouerint & respondeant an Iudaizantibus liceat quod millesimo ante anno iudicio transactum est, in iudiciū reuocare, & victam Iudæorum causam & profligatam erigere, & subleuare. Mihi non solum contra iura Diuina facere videntur, sed etiam contra legem statam ab imperatore Iustiniano. Vetat ille Iudæos imperitos lingue Hebrææ, qui inter alias gentes agunt, orbari luce interpreta- tionis Græcæ, & decipi malitiosis interpretationibus Rabinorum, quibus abutuntur imperitia eorum, qui non didicerunt Hebræam linguam, & quisquam tanta fuerit confi- dentia, vt contra iura diuina, & humana faciat? & non solum Iudæos imperitos orbem luce interpreta- tionis Lxx virorum, & Iudæorum commentis decipiat, sed etiam Christianos ipsos abducat ab interpretatione D. Hieronymi & Lxx virorū & traducat ad Iudæorum commen- ta? & veritatem Hebraicam nominet cum Iudaica perfidia sit potius, & malitiosa interpreta- tio, vt ap-

Iudaizantes Iudæorū causam agunt, siue scietes, siue inscientis.

Iudæorum lis aduersus Lxx, et condénatio

Iudaizantes videntur postulare causam iudicatam in integrum restitui sibi.

atio vt appellat Iustinianus, contemnat leges imperatorum, nō solū Dei optimi max. & admo- nitus in iudiciū, & fraudum nō caueat, nec sit pœna Iustiniani deterritus, qui vetat Iudæorū commenta, & fraudes ad Iudæos transmitti imperitos, aut de medio tolli translationem Lxx, qua prohibentur id facere liberè, non abstineat id facere, sed nos ipsos dolis adgrediantur, orbare conentur Lxx virorum & D. Hieron. translationibus, vt nobis obtrudere Iudaicas fabulas possint. Non futurum erat impune Iustiniani Imperatoris legem violasse, à lectione Lxx virorum Iudæos abduxisse, ad suas commentitias & falsas Hebraicæ lectionis interpretationes traduxisse, & impune est quibusdam ex nostris Christianos viros à veteri interpretatione D. ui Hieronymi & Lxx virorum auocasse, & traduxisse ad Iudaica deliria? Lex (inquies) Iustini- niani in illos Iudæos lata est qui Iudæis Hebrææ lingue imperitis, quod Hebræam linguam ignorent, fucum faciunt cōmentitijs quibusdam, & falsis Hebrææ lectionis expositionibus. Quid? non longe maius crimen est, Christianos homines à veris interpretationibus scripturæ abducere, & ad falsas, & Iudaicas traducere? quæ huic tanto crimini par pœna dici, aut fingi potest? Aequū erat hoc auferre impune quæquam? ¶ Sed re deo ad id, quod dicere eram ex- orsus, ita quæque aut Græca aut Hebræa scripta Latine vertere, vt ea intelligat, si Iudaicè intel- ligat, versio erit Iudaica, si euangelicè euangelica etiam si ad verbū reddat, quod verba, & Græcè, & Latine, & Hebraicè multa significant, nos hoc modo, Iudæi alio modo vertūt. Nostra ratio plus valet quod Iudæi post Christi crucem commenti sunt interpretationem, qua nostra subuertant: nostra interpretatio non à nobis est facta, sed ab ipsis Iudæis pluribus numero, & trecentis & eo amplius annis ante crucem Domini, vt nulla possit esse suspicio. Illi quod verba multa significant, alio deflectunt omnia quo nobis aduersentur, & sine vlla contentione hoc fit vt vnam, & eandem rem, ego hoc, tu illo interpretere modo, vt i. Regum cap. 15. de Rege Amalechitarum, vertit Hieronymus, Agag pinguisimus, Ioseph. lib. 6. cap. 8. Agag formosissimus, quod verbum Hebræum vt unumque significat, & mente concepta vterque suis verbis significat. 2. Regum cap. 14. de Absalone tondente capillum Hebræa lectio ad verbum sic reddi potest: In attondendo caput erat à fine dierum ad dies quando attondebatur: quæ verba obscurum sensum habent, Iosephus sic interpretatur. In attondendo caput. i. dum attonde- batur caput, erat à fine dierum ad dies. i. durabat tonsura per multos dies, quasi diceret, tantū & tam pulchrum erat capillamentum Absaloni vt tonsura capillamenti Absalonis quando tonderetur, non perici posset vno die, sed per multos dies duraret. & ita vertit Iosephus pro: in attondendo caput erat à fine dierum ad dies. i. tantum erat ei capillamentum vt vix octo diebus tonderi posset, quod enim putauit scripturam dicere tonsuram Absalonis durare per multos dies cum tonderetur, præfinit Iosephus dies, & pro, durabat per multos dies, dixit durabat per octo dies. D. vero Hieronymus verba illa Hebræa, in attondendo caput erat à fine dierum ad dies: sic interpretatur: in attondendo caput. i. cum tondere deberet caput, erat à fine dierum ad dies. i. erat à fine dierum quo tonsus esset ad dies. i. ad multos vsque dies post, hoc est post longum tempus, vt esset sensus, tanta erat vis comæ, & tam formosa Absaloni, vt nunquam tonderetur nisi longo post tempore, quando caput grauabat capillamentū. & quod indefinitum erat in sacris literis, quantum temporis intercedebat inter vnam tonsuram, & aliam, præfinit id D. Hieronymus & vertit pro hoc toto, semel in anno tōdebatur, sensum vi delict exprimens, non verba numerans. Hæc exempli causa dicta sunt vt appareat ita quæque; vertere scripturam, vt eā intelligat, & discas à syn. Nicen. 2. act. 6. Iudaismū cū gentilitate pugna- re & vtranque; cū Christianismo: nec posse conuenire Christianis cū Iudæis nisi in historijs & ce- rimonijs, in cæteris Christianos cū Iudæis fere directā fronte pugnare. Vnde necesse est illorū in interpretanda scriptura contrarias esse sententias, vt illud omittam quod cum verba multa significant, orationes quoque, varios habeāt sensus necesse esse: & vbi nulla est cōtentio, aliter Iudæos, aliter doctores sacros interpretari sepe Hebræam lectionem: vtrosque iuxta sensus quos mente cōcipiūt: doctorem sacrū iuxta sensus euangelicos, Iudæū iuxta Iudaicos sensus, hoc in- teresse quod nostri multis sæculis ante rem gestam habent textam interpretationem, atque adeo textam ab ipsis Iudæis, & pluribus numero: Iudæi post crucem Dñi ardentes odio Christiani nominis suas cudunt interpretationes, & semper aliquid noui afferunt, semper nouas moluntur fraudes. Nam illud vel capti oculis, & mente videant etiā si nullas versent fraudes, nullos necitant dolos qui sensa scripturæ non intelligunt, neque verba posse interpretari, Neque si tibi Demosthenes, & Cicero suam eloquentiam vtendam darent, si rudis Dialectice, & Philoso- phiæ om-

Exemplis docetur fieri nullo modo posse vt Iudæus eodem modo scripturam interprete- tur et Christi- anus.

phia essēs, Aristoteles libros Latinè redderes benè, errares fere in omnibus, tertio quoque A verbo laboreris, quod imperitus esses illius disciplinæ, & falsos sensus mente conciperes, & mendaces, & necesse esset quos mente conciperes sensus verbis redderes, & mentireris, atque imperitiam tuam proderes, & pueris, qui non multum Latinè & Græcè promouissent, si primoribus labris attigissent Dialecticam, venustissimos de te ludos dares, & Græcè Latinèque linguæ peritissimus alioqui, apparerēs rudis, quod quæ nō intelligis: etiam si linguæ sis peritissimus, pessimè interpreteris necesse est: delires, desipias, & sis ridiculus. Atqui ex litteris euāgelicis, & propheticalibus liquet Iudæos cæcos esse, & cæcorum duces. Vocabula in quibus non intelligunt Hebræa Iudæi, non vertent proprie, cum sint doctiores Hebrææ linguæ quam nostri? Vt interim hoc tibi largiar Iudæos Hebrææ linguæ doctiores esse nostris illud non concedam verba ipsa scripturæ melius intelligere quam nostros, nisi in historijs, aut sacris, aut cerimonijs, in quibus à nostris non dissentiant, in reliquis non intelligunt verba melius nostris, non inquam, vt neque ipse Græca verba, aut Latina vtriusque iuris, aut artis Medicæ rudis cum sim harum disciplinarum, intelligam melius quam qui has artes faciunt, qui his disciplinis B pueris studere, quamvis Græcè Latinèque linguæ cognitione infinitis partibus me sint inferiores, neque Græcos libros etiam si mihi promitterentur Perfici montes, qui aurei esse perhibentur (vt in proverbio est) eius disciplinæ quam ignoro Latinè vllō modo reddere possem, nisi vellem omnium doctorum cachinos aduersum me concitare, nisi tales essent vt historiæ quædam viderentur, nec in his esset summa artis difficultas. Historias Iudæus reddat bene, & ceremonias, in his quoque quod verba multa significant, quod orationes varios habeant sensus, à nostris sæpè multum diuersa reddent, in ceteris vero in quibus Christi mysteria sunt prædicta, talia cæciores delirant semper, præsertim si ea mente scripturam interpretentur vt omnia inuertant. Nec nostra hæc inquam sententia est, sed omnium veterum patrum

Cap. XLVI. Quod impia sit & falsa ipsa Iudæorum interpretatio scripturæ, ex veterum patrum decretis.

*Sæctorum
sententiæ de
interpretatione Iudæorum.*

In primis D. Hieronymus qui ad Algasiam quæstione 10. scribit: Frustra inflatur Iudæus, & tumet sensu carnis suæ, carnaliter cuncta intelligens, & traditionum Iudaicarum deliramenta perquirēs, nō tenens caput scripturarum Christum. Quibus verbis D. Hieronymus Iudæorum interpretationem scripturæ vocat deliramenta, negatque Iudæos posse intelligere scripturam, qui omnia referunt ad Senacheribum, ad Babylonios, ad Dauidem, ad Solomonem, non ad Christum qui caput est scripturæ. Et in caput 50. Esaiæ in illa verba: Dominus dedit mihi linguam. Hoc Iudæi dixerunt, inquit, qui omni ratione contendunt Domini euertere prophetias, & ad peruersam intelligentiam praua interpretatione torquere. Hæc Hieronymus quibus similia testimonia in his commentarijs millies ex eodem Diuo Hieronymo sunt repetenda: quæ paucissimis verbis omnia quæ diximus vera esse confirmant. AVGVVS. cum alijs locis multis tum contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 27. interpretationem Iudæorum appellat fabulas, sequutus Paulum ad Titum 1. vbi monet ne attēdamus Iudaicis fabulis, & mandatis hominum: vere enim iuxta interpretationem Iudæorum præcepta scripturæ nō sunt præcepta Dei, sed hominum præcepta, & mandata. & paulo infra idem Paulus: Sunt, inquit, multi non subditi: ac vaniloqui, & seductores, quos oportet redarguere præcipue ex circuncisione. Paulum ergo secutus Augustinus, interpretationes Iudæorum fabulas nominat, posset etiā D appellare iuxta eundem Paulum vaniloquentias, & seductiones. ORIG. in caput 31. Numerorum homelia. 26. Nemo potest ambigere, inquit, quamuis sit Iudaicis fabulis insatiabiliter deditus: quibus verbis Origenes docet suis quoque temporibus, ne nostra tempora miremur, fuisse qui Iudaicis delirijs attonitis animis inhiarent. & Idem ORIG. in lib. Regum homelia 1. in fine: Sed Iudæorū fabulis spretis, nos hæc consideremus. D. ATHAN. de fide vnitatis, & Trinitatis, secundum, inquit, fabulatores Iudæos: & de incarnatione lib. 1. cum euidentissima signa aduentus Christi esset persequutus, subiungit: Fabulosa igitur dicunt Iudæi: & in lib. de hoc quod dictum est in euangelio. Quicumque dixerit verbum aduersum filium hominis, interpretationem Iudæorum scripturæ, appellat Iudæorum stultiloquentiam cum impietate cōiunctam. AMBROS. cum alijs locis plurimis, tum de interpellatione Dauid lib. 1. cap. 5. Iudæorum interpretationes deliramenta vocat. Si canon ecclesiasticus est, vt veterum patrum sequamur cōsensum, vel ex his locis intelliget qui catholicæ doctrinæ admouerit aurem, veteres patres tan-

A tres tantum abfuisse vt aliquid à Iudæis addicerent, aut vt Iudæorum doctrinam admirarentur, quod aliqui è nostris faciunt, vt eam, deliria, deliramenta, aniles fabulas, stultiloquentiā nominauerint. Vnde & qui iuxta Rabinorum interpretationem nouas cudent translationes, quid aliud, quam quos mente concipiunt Iudaicos sensus, verbis exprimunt? & letalia venena, neque opinantibus afflant? Sed vbi Diui Pauli autoritas, est qui fabulatores & seductores & vaniloquos Iudæos nominat, quid aliorum testimonia moramur? Sed reliquos agè audiamus.

INNOMIN. in cap. Matth. 9. Homelia 33. de interpretatione Iudæorum sic ait: Israel propheta occidit, furtum veritatis scripturarum commisit, quod ait Dominus: Quia irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. vbi fures nominat Iudæos, & pro doctrina Dei, impiam suam heresim legentibus propinare dicuntur, vt intelligant, qui sensum litteralem hinc hauriendum putent, quam pestem hauriendam dicat audientum animis, & ad quam doctrinam Christianorum animos dicat accendendos, accendantur ipsi Iudaizantes, accendantur Iudæi, nos insistamus viam à sanctis patribus tritam, & à sancto concilio Tridentino sancitam, nec indè vellatum pedem discedamus. Nam vt inquit idē INNOMIN. in cap. 20. Matt. Homelia 55. crucifigunt Christum Iudæi, nunc falsis expositionibus, & deludent, & flagellant. I. nunc, & cum Iudæis Christum rursus crucifige, & delude & flagella, qui ex scrinijs Iudæorū explanationem scripturæ petis, & rursus in cap. 23. homilia 44. Iudæi falsa interpretatione claudunt ianuam legis, & prophetarum, qui de aduentu Christi manifestissimè prædixerunt vt à fide Christi homines separent.

Hæc si diligenter cum animis suis expendissent viri literatissimi quidam, nunquam vel tenuissima in re Iudaizantium scripta defendissent. Sed delibant, inquiunt, flosculos è Iudæorum libris, flosculos appellas venena præsentissima? IREN. lib. 3. cap. 3. Tatum inquit apostoli, & horum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbotenus communicarent alicui eorū, qui oppugnarent veritatem. Sed fuere aiunt ex veteribus qui aliquando Iudæorū sententiam sint secuti, vt Euthymius, Procopius, & Euseb. parcè tamen, & cum magno temperamento, & quæ à Iudæis mutuuntur, veneno expurgant, & pura ad nos transmittunt, quod vñam nunquā factum esset, quanquā ecclesiā iuuerere. Horum enim exemplo præcipites quidam feruntur ad Iudaismū & quod hi parcè fecerūt, & cū temperamēto, alij sine modo faciunt, & præceptores sibi adfiscunt Iudæos, Christi, & crucis inimicos, neque moniti à sanctis patribus respiciunt. Neq; vident id vitio datū D. Hieronymo à quibusdam obtrectatoribus: quamuis D. Hieronymus hoc suum munus obire viderent, & scripturam ad verbum ex lectione Hebræa Latinè reddere, & quæ fraude Iudæorum, vt Iustinus docet, erant in litteris sacris lacera, & adulterata facta, recta efficere: & vt hoc munus obiret Christianæ reipublicæ maxime vtile, necesse habuisse Iudæorū libros euoluere, cum Iudæis multa conferre, omnia rimari, omnem mouere lapidem. Nam qui posset aliter ad Hebraicam veritatem, scripturam vertere, Iudæorum sententiam refellere, impia Iudæorum dogmata refutare, expurgare omnia? tamen vitio ei datū est, immeritò quidem, sed tamen vitio datum, quod refert aliquando Iudæorum, quibus utebatur præceptoribus, sententiam, vbi non incommoda est visa, quo crimine se in apologia aduersus Rufinum expurgat, quod non potuisset aliundè discere Hebræas litteras nisi ab Hebræo: nisi putabant quenquam sine Hebræo præceptore Hebraicè potuisse discere. Tamen id ei vitio datum est, Iudæorum libros euoluisse, cui id facere necesse erat, qui que Iudæos & Iudaizantes præter ceteros omnes sanctos patres, insectatur, Iudæorum & Iudaizantium hostis accerrimus, doctrinæ apostolicæ, quam acceperat à maioribus, signifer, & antesignanus. Hoc igitur nihil iuuerit Iudaizantibus quod quosdam dicant è nostris maioribus quædam ex Iudæorum libris delibasse. Monent enim omnes ad vnum, & tanquam ex editissima specula voces ad nos vsque transmittunt, quibus hanc vastam Carybdim vt vitemus monent. Nam præter D. Hieronymum quem diximus negasse, Iudæos posse intelligere scripturam, quod nō tenent scripturæ caput Christum: quem que ostendimus interpretationes Iudæorum traditionum Iudaicarum deliramenta nominare, & ad impiam intelligentiam, scripturarum sensu torquere. AVGVVS. de vtilitate credēdi ad Honoratum contra Manichæos cap. 6. dolet quenquā tam esse stultū, vt ab inimicis fidei discat, & deferat ecclesiæ doctores, & his se discipulū præstet, qui doctoribus ecclesiæ acerbissimum indixere bellum. Quis enim vnquam, inquit, libros Aristotelicos ab inimico Aristotelis sibi exponi postulat? & tamen illis disciplinis sine sacrilegio er-

*Contra eos
qui sensum
Iudæorum
sensum literalem detrahunt.*

legio errare potes. Quis Geometricas literas Archimedis discere parat ab eo qui Geometricam disciplinam, & Archimedem ipsum oppugnat? Idem ait ATHAN. in lib. de incarnatione, Iudæis inquiens cura nō est si corruptas scripturas, tantū vt negēt Christi aduentū. Neque hoc reticuit HILAR. in Matt. canone 24. in illa verba: Vā vobis scribæ, & Pharisei, ait enim claudunt Iudæi regnum cælorum quod in scriptura Christum & eius doctrinæ veritatem occultant, & Christi aduentum abscondūt. & in psal. 131. in illa verba. Audiuimus eum in Ephrata, vbi multa in Iudæos dixit, & postremo addidit, Si Iudæorum sententia vera esset, fatendum fuisset mentitum esse prophetam. Non enim dubitant Iudæi, inquit Hilarius vt nobis aduerferentur, mendaceis facere prophetias. quod, vt Germanus epistola ad Thomam episcopū ait, Synodo Nicena 2. Iudæi quid aliud quam canes latrantes contra ouile Christi sunt? & sunt si Deo placet, qui ecclesiam veluti rudem & imperitam, quasi nōn Christi & sanctorū eius dogmatis imbutā, docere conantur Iudæorū dogmata, quod Epiphani. ait synodo Nice. 2. act. 6.

Neque solum hi viri sacri hoc aiunt: omnium veterum patrum communis hæc sententia est, ne quis admiretur Iudaizantem, & scholia è Iudæorum scriinijs confarcinata, neque eorum interpretationes, quæ, vt diximus ex lib. 4. IREN. AE. cap. 25. & è Iustiniano Imperatore & alijs veteribus patribus ea quæ ad aduentum Christi pertinent, vbi cardo nostræ salutis vertitur, inuertunt, & tenebris inuoluunt, vt toto hoc opere apparebit, & quædam auferunt, quædam addūt, scripturæ diuinæ veri corruptores. Si tabellio publicis tabulis, aut testamento verba adderet, corrupisse tabulas publicas diceretur, & magnas pœnas lueret. Videas quosdam verba addere, & orationes Dei testamento, & sacris litteris, vt ab ecclesiæ sententia homines auertant, & ad Iudaicum sensum conuertant, quod eo loco ait Irenæus, & non semel factum à Iudaizantibus nostri temporis intelliges si hos euolueris commentarios. & non fat est vt impune auferant, nisi etiam contra omnium veterum patrum monita, in precio sint. Hic ergo huius operis scopus est, vt insidiarum nostros admoneamus, quædam adnotabimus, nō omnia vt in cæteris, nostri admoneantur ne contraria sententiæ veterum patrum, scripturæ sensu concipiāt, semperque in scriptura Christum querant, qui scripturæ finis est, hoc in litteris sacris enodandis cum D. Paulo teneant caput, non Assyrium, aut Babylonium, aut Iudæorum reges. Quædere si veterum patrum sententias exposuero, & quæ à quibusdā dicuntur refellero huic disputationi imponam modum.

Primum IVSTIN. Philosop. martyr ceteris in dial. aduersus Tryphonē scribit Iudæos falsos scripturarum interpretes esse, quod non bibant ex fonte Dei viuientis, quod omnia vaticinia Christi inuertant, & alio referant, quod se ipsos decipiant, & alios erroris, & caliginis nebulis compleant. Quod si voculam aliquā arripiant, qua occasio sit inuertendi scripturam, ad impietatem scripturæ sensum rapiant, humiliter scripturam interpretentur, vt nihil altū præferre videatur. Hęc, & alia multa Iustinus in eo Dialogo aduersus Tryphonem. ORIG. in leuitici cap. 16. homilia 10. Iudæi, inquit, & Iudaizantes faciunt subdolis, & falsis interpretationibus vt prophetiæ nihil minus sint quam prophetiæ. Quomodo enim prophetam probabis tu cuius litteras asseras esse communeis, futuri nullius conscias, neque occulti aliquid mysterij continenteis? historias rerum gestarum? quæ verisimilē dicta sunt ab Origene, prophetiæ nanteque fiunt à Iudæis veluti historiæ quædam mendaces: nam cum mysteria Christi prædicūtur sine typo, sine figura, Iudæi subdola interpretatione, vt aduersum Rufinum D. Hieronymus ait, Christi mysteria obscurant, & ad Senacheribi historiam referunt, & alio deflectunt. HILAR. quoque in Psal. 124. Iudæos ait facere falsis interpretationibus prophetias, vt nihil minus sint quam prophetiæ: CLEMENS Alexand. Stromaton lib. 6. Mendaces, inquit, sunt, non qui verbo labuntur, sed qui in rebus maximis, in quibus cardo nostræ salutis versatur, cadunt, qui quantum in ipsis est Dominum repudiant: qui improbant Domini veram doctrinam, qui non secundum veram dignitatem Christi scripturam interpretantur. Deposuit enim quod apud apostolos deposuit Dominus, interpretatio est scripturarū, iuxta Christi doctrinam. Additque preterea depositum Domini apud apostolos esse interpretationem scripturarum, ne ille alter dicat petendum sensum scripturæ à Iudæis, cum Dominus apud apostolos deposuerit scripturarum sensum, qui transmissere ad doctores ecclesiæ tam literalem quā spiritalem sensum, vt reuincantur Iudaizantes, qui dicebant nostros, quod ignoraret sensum scripturæ, confugere ad allegorias. Et infra idem Clemens: Corpus scripturarum, hoc est dictiones, & nomina, intelligūt Iudæi, nos scripturæ sensu nominibus expressa videmus. IREN. lib. 3. cap.

Vnde petendus sit scripturæ sensus, tam literalis quā spiritalis.

Iudæi scripturæ addunt, & detrahunt multa auctore Irenæo.

Scopus huius operis.

A lib. 3. cap. 4. cum docuisset à doctrina ecclesiastica quæ eadem est apostolica, sumere oportere potum vite, quod hic est vite introitus, subiicit reliquos omnes esse fures, & latrones, & lib. 4. cap. 25. idem Irenæus interpretans illud: Quare vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram? non solum, inquit, præuaricatione frustrati sunt Iudæi verbum Dei, sed suam legem è contrario statuerunt, quæ Pharisaica vocatur, in qua quædam auferunt, quædam addunt, quædam, vt volunt, interpretantur, legi Dei, quæ docet eos aduentum Christi, subieci esse nolunt. Expende hæc Irenæi verba quicunquæ pius Iudaizantiū sententiā probas, & iuxta eorum sententiā scripturam interpretandam censet, in vniuersum, ait, Iudæos interpretationem suam contrariam legi Dei facere. Iubebit, ne quis nos contrarios esse Deo, & Gigantæo more cum Deo bellare? Additque preterea Iudæos quædam addere, quædam auferre, quædam inuertere: quæ verisimilē dicta ab Irenæo centies his commentarijs ostēdimus. Subiungit sine maledicta legis, quæ sacræ literę imprecantur ijs qui detrahūt, aut aliquid scripturæ addeunt? Postremo subiungit Iudæos non credere ea quæ aduentum Christi significant, & alio defletere. Hunc ne sensum literalē dicet quisquā quo obscurantur ea in quibus nostræ salutis cardo vertitur? atqui dictum supra est Irenæum virū apostolicū fuisse, & vt virum apostolicum citari à Clemente Alexandrino, & D. Basilio. Idem IREN. eodem lib. cap. 4. post Christi aduentum lex habet apud nos liquidam, & certam expositionem, apud Iudæos, lex fabulæ similis est, quod non habet expositionem de aduentu filij Dei. Audis quid dicat Irenæus? apud nos expositionem scripturæ esse perspicuam, apud Iudæos esse fabulam, quod Iudæi illā non referant ad aduentum filij Dei, sed ad Assyrios, s. Senacheribum Dauidem, aut Solomōnem, & illos adsciscendos præceptores quisquam putabit? & subiicit Irenæus. Nobis cum legitur scriptura thesaurus est abscondus in agro, cruce Domini reuelatus, ditans sensum hominis. Hic ager, quem describit hoc loco Irenæus diuenditis bonis omnibus, vt monet Dominus, emendus est, non reiiciendus.

Cap. XLVII. Quod diabolus per nostros nos oppugnet per quos viros magni nominis

C ATEPIPHANIVS 3. lib. aduersus hærefes tomo 2. in principio: Diabolus, inquit, qui aduersus nos assidue bellat, imitatur eos veneficos, qui venena poculis vini generosi infusa nec opinantibus porrigunt, toxica miscunt preciosissimis quibusque cibis, & edulis iucundissimis, vt veneni acerbitas vini suauitate aut escæ iucunditate delitescat, sic enim Zabulus per viros magni nominis Christianis insidias tēdit, per Christianos ipsos magnæ estimationis, qui autoritate apud alios valent, qui literis, & eruditione excellere creduntur, hoc enim opus Zabuli est, inquit, vt fallat, & quærat per quos fallat. & D. BASIL. in epistola ad Alexandrinos technam Demonis hanc esse docet, quando aperto Marte, & directa fronte pugnare aduersus ecclesiam non potest, vt insidijs agat, verset dolos, aduersus nos pugnet per eos qui Christianorum sibi aptarint insignia: neque per hæreticos solum, vt per Arrium, Nestorium, nostra tempestate per Lutherum, Oecolampadium, similesque nostræ tempestatis hæreticos homines, sed per quosdam etiā viros, fortasse bonos, qui tamē errore decepti, Rabinorum scriptis delectati, ad Rabinorum præscriptum contra sententiā omnium veterum patrum scripturā sacrā veteris testamenti Latine verterunt, & aliquid magni muneris se ecclesiæ adferre putarunt, neque sat habent aquas catholice ecclesię infecisse veneno, & letalia pocula incautis propinasse. Defendunt etiam Iudæorum sententiā, & autoritate insignes præmuniunt viam ad Rabinorum libros contra veterum patrum sententias, respondēt veteribus patribus sensum scripturæ Iudæorum literalem esse, sanctorum patrum sensum esse spiritalem. Docent spiritalem sensum ex scriptis sanctorum patrum, literalem è Iudæorum libris esse petendū, transmittunt ad nos Pharisaicam doctrinam, vt per imprudenciam incauti ex nostris sanctorum patrum castris excedant, in Iudæorum castris versentur, aliena signa sequantur, nō sua. Hoc viri Christiani faciūt summę autoritatis, & estimationis, demonis inductu, arte, & dolo. Nam si Iudæi palam falsas, & Pharisaicas, vt veterum patrum verbo vtar, scripturæ sacræ interpretationes suorum Rabinorum. R. Moseh, R. Selemoh, R. Kimhi, R. Dauid præfixis titulis ad nos transmississent, nemo esset quin se tāquam à venenatis serpentibus totum auerteret, quin illas præsentis simas pestes auerfaretur, tantum abest vt illas manibus attrectaret, oculis legeret, animo expenderet, ne manibus, oculis, animo venenum traheret quod Christianorum præfixis nominibus Iudæorum

Attentē hæc Irenæi verba audi quicunquæ admiraris Iudæorum interpretas.

Nota Iudæos multa addere & detrahere scripturæ, quo Christi sensum obscurant.

Contra eos qui sensum Iudæorum sensum literalem esse affirmant.

nibus Iudæorum venena ad nos deferuntur suppresso in quibusdam Rabinorum nomine, in quibusdam citatis Rabinis, ab aliquibus doctissimis viris defenduntur, in pretio sunt, quid dixi in pretio esse? leguntur, manibus quorundam teruntur, relicta sanctorum patrum doctrina. Sunt enim ut in principio dixi quibus opobalsama foeteant, & Arabici odores, contra vero bene oleant res foetidissime, quod illis assuevere. Persuadere imperitis conantur è sanctorum patrum libris spiritalem sensum esse petendum, non literalem, adduntque doctorem Theologum literalem sensum potissimum interpretaturum, & è Iudæorum libris hunc literalem sensum petendum esse. Quo quid suadeant ipse videris: nam si literalis sensus potissimum querendus est in scriptura, ut re ipsa est, quod literalis sensus ceterorum est basis & fundamentum, si que non è libris sanctorum petendus est, sed è libris Iudæorum, Iudaizandum est, confugiendum est ad Iudæorum synagogas, ridenda, & explodenda sanctorum patrum sententia, quæ supra scripta est. Hoc viri doctissimi legunt, & defendere conantur, hoc etiam erit refellendum à nostris Deo benè iuante hanc tetram auertamus pestem.

Cap. XLV III. De Iudaizantium aduersus nos technis

Docet Arist. in sophisticis Elenchis duas has artes Rhetoricen, & Dialecticem, natura omnibus esse innatas, perfici doctrina, & exercitatione, quod ideo dixerim quod harum duarum artium captiones Iudæis sunt meditatiissime. Est ergo quoddam genus dicendi quod rhetores appellant figuratum, de quo QVINT. lib. 9. cap. de figuris sententiarum, cum obliquis sententijs aliquid explicamus, non aperte, cuius generis frequentissimus vsus est si dicere palam parum tutum est, tunc enim non aperte rem dicimus, sed obliquis sententijs, ne capitis discrimen incurramus. Hoc dicendi genere figurato hoc loco Iudaizantes vtuntur, ne viri doctissimi qui eis assentiuntur, errent, neve à Iudaizantibus decipiantur. Quod enim parum tutum erat dicere, falsa est sanctorum patrum interpretatio scripturæ, statim enim sequissimis comburerentur ignibus, aiunt, spiritualis est sanctorum patrum interpretatio, non literalis. Nò potuit honestius dici sanctos patres non intelligere sensum literalem scripturæ, & ideo persequi tropologias, nescio quas, & quod non tutum erat dicere, mentiuntur sancti patres, qui Iudæorum interpretationes fabulas vocant & deliria, præsentissimum enim incurrerent incendiū si hoc dicerent: sic leniere, Iudæorum interpretatio, vera interpretatio literalis est, quod quid distat ab illo, sanctorum illud dictum quo interpretationem Iudæorum appellant fabulas aniles, falsum est, & mendax, continet enim Iudæorum interpretatio verum literalem sensum? Hac ergo fraude aduersum nos Iudaizantes vtuntur, quam viri doctissimi si intellexissent, nunquam eorum sententiæ accessissent. Sed in literis sacris, aiunt, viri doctissimi hi esse sensum literalem, & spiritalem, quis hoc negat? de hoc nulla contentio est, neque quisquam damnat Iudæos cum sensum interpretantur literalem in historijs, in sacrificijs, ceremonijs, similibusque, in quibus Iudæi cum sacris doctoribus assentiunt, ibi non dicuntur fabulatores, aut deliri, sed habere velamen super cor, quod in illis typis, & figuris Christum non vident, quod omnia facta, & dicta illius populi Christi typi essent, & figuræ, in quibus Christus sub factorum, & verborum inuolucris, est veluti thesaurus in agro absconditus, prædicatur tamen Christus locis innumerabilibus scripturæ, sine typo, sine figura, nudis verbis, planè, apertè, ut oculis cerni possit, prehendi manibus, quorum expositio liquida est & perspicua apud nos, apud Iudæos fabulæ similis ut supra dictum est ex Ireneo. Hic delirare dicuntur Iudæi à nostris, quod manifestissima de Christo vaticinia, quæ sole ipso sunt illustriora, praua interpretatione ad peruersam intelligentiam torquent, ut D. Hieronymi verbis vtatur, hanc prauam interpretationem, & peruersam hanc intelligentiam quam D. Hieronymus nominat, hanc interpretationem fabulæ similem, ut ait Irenæus, hanc interpretationem quæ Christum rursus crucifixum ut ait Origenes sensum quisquã dicet esse literalem? quid hoc aliud est, quàm obliquis sententijs, ut dixi affirmare errasse veteres patres illos & omnes, quorum supra de hac re sententiã retuli? negabit ne quisquam sanctos patres literalem sensum interpretari, & spiritalem? Sententiæ omnium sanctorum repugnat, & Iudæis fauet, qui id ait, aut tria folia sanctorum non legit, vel captus luminibus est. Qui negat sanctos patres sensum literalem prius interpretari, & postea spiritalem, legat libros Augustini contra Faustum Manichæum, ubi intelliget literalem sensum explanari prius, & postea diuinitus enodari spiritalem. Sed quid ego libros illos cito? quasi ve

rd non

Aro non omnia volumina sanctorum patrum veterum conscripta sint hoc ordine, ut prius literalis sensus, postea spiritualis enucleetur. An quisquã hoc poterit inficiari? Sūt, aiunt, qui tantum allegoricè interpretentur scripturam. Fateor, continuo quod vnus aut alter sic scripturam explanet, sanctorum omnium chorus damnabitur? Pudit, aiunt D. Hiero. quædã sic olim fuisse interpretatum, puduit, fateor, quod persequutus erat tropologias, quod eotempore literalis sensum non erat assecutus, adolescens non tantoperè in literis versatus, non tamen ideo negabis, quod adolescens D. Hieronymus, aut quod aliquis ex veteribus aliquid ignorauerit, veteres patres omnes literalem intellexisse sensum. Sed id esse quod malè habeat Iudaizantes, scias quod multa apertè de Christo scripta sint, sine typo, sine figura, ubi sensus litteralis historia quædam euangelica est. Ibi Iudaizantes omnia moliuntur ut persuadeant sensum literalem esse de Senacheribo, de Dauide, de Solomone, de quouis dum non de Christo, ibi sensum literalem Iudæorum verum esse aiunt, spiritalem esse sensum sanctorum, mentiuntur impientissimi: ibi à sanctis patribus delirare dicuntur & fabulari. Hic, ut ait IREN. Iudæorum interpretatio fabulæ similis est. Hic, ut ait ORIG. falsis interpretationibus à Iudæis rursus crucifigitur Christus, quæ THEOD. in præfat. in psal. his verbis nos docet, oēs prædictiones de Christo & de ecclesia, nò alijs historijs adscribere oportet id quod Iudæi facere solent qui malitiæ assueti sunt, & suæ infidelitatis excusatione contexunt. Vbi Theodor. planè idè ait quod Iustinianus imper. Iudæos scripturam interpretari malitiose, & quæ de Christo prædicta sunt, ad fabulas aniles deflectere. Vtuntur quoque Iudaizantes (ut decipiant) petitione in principio de qua Arist. 2. Priorum & Topicon. 8. quod miror doctissimos quosdam viros ingenuarum artium, & Theologiæ scitissimos non intellexisse. Est enim petitio in principio cum refutaturi aliquam propositionem petimus, ut similis quædam, & quæ idem significet propositio nobis concedatur, ut refutaturi Iudæi, & Iudaizantes hanc sententiam veterum patrum, de qua modo dicebam, interpretatio Iudæorum est fabulosa, & delira, & impia, & malitiosa, petunt sibi concedi hanc propositionem: interpretatio Iudæorum est vera literalis. An viri doctissimi qui hæc defendunt, nò sentiant eum qui tuetur interpretationem Iudæorum esse deliram & fabulosam & malitosam, & fabulis similem, quæ rursus Iudæi Christum crucifigunt, nunquam largiturum veram esse atque literalem? Est (inquiunt) in historijs, in ceremonijs, in sacrificijs Iudæorum interpretatio literalis, & in similibus, ibi nò dicuntur deliri, nec fabulatores, ubi Christi oracula ad Solomonem referunt, & ad Dauidem, & ad Senacherib, & ad Babylonios, & ad alias historias, ut dicebat Theodoretus ibi deliri dicuntur & fabulatores, ibi tamen Iudæi & Iudaizantes postulant sibi dari illam interpretationem esse literalem. Quiduis enim potius vellat quàm concedere sermonem esse de Christo. Si Iudaizantes viris imperitis verba darent, & sophisticis cauillis hominibus rudibus fucum facerent, mirandum non esset. At satis demirari non queo viros versatissimos in Dialecticis ac Philosophicis studijs hac decipi fraude. An non hæc est manifesta petitio in principio quam Arist. vocat, hoc est, petitio rei cōtrouersa in principio? Cōtrouertebatur enim in principio inter nos & Iudæos, an sententia sanctorum, quæ diceret interpretationem Iudæorum esse fabulas, vera esset, & petunt Iudaizantes sibi dari Iudæorum interpretationes esse literales, ridiculum: si largior esse literales, verè sunt, & bases & fundamentum ceterorum sensuum. Et largior mentiri sanctos patres, vnde absum longissimè (toto cælo quod aiunt) mendaces ego noui Iudæos (docente Domino) veritatem habere sedè in Christiano populo. Rursus cum Iudæi oppugnare illud vellent, vera est interpretatio sanctorum, petunt sibi dari, interpretatio sanctorum non est literalis sed spiritualis, nã petitio in principio (ut docet Arist.) non vno fit modo, neque semper petit idem quod controuertitur verbis alijs quæ fallant, sed aut petunt idem sibi dari, aut aliquid quod spectet eodem. Et certè qui defendit verum esse sanctorum patrum sensum, cum scripturam interpretantur, non largientur non esse sensum literalem scripturæ sensum sanctorum, cum explanant scripturam. Quis enim tam in disputando est plumbeus, qui hanc fraudem non videat? nec Dialectica est opus, ut viri prudentes videre possent hæc fuisse reiicienda ut Iudaica, an non videant piè dici nullo modo posse sensum sanctorum patrum literalem nò esse? nisi sic accipiant literalem & spiritalem, ut D. Hieron. in cap. 11. Esaiæ in fine cum scribit, ut quæ Iudæi, & nostri imo non nostri Iudaizantes, carnaliter futura contendunt, non transacta, spiritaliter doceamus Vbi D. Hieron. spiritaliter intelligit literaliter, cum allegoricè aliquid dictum est, quod literaliter intelligi nullo modo possit, sed allegoricè de hominibus, qui beluino ritu vitam debebant, qui sensus allegoricus est, & literalis, & spiritualis.

c Cap.

Cap. XLIX. *Quosdam ex nostris non intelligere technas Iudaizantium, et ideo A Iudaizantibus non aduersari, cum rem Christianam prorsus subuertant.*

Illud verò demiror multo maxime quosdam viros doctos, & in studijs literarum sacrarum maxime versatos, non aduere quò tendat horum Iudaizantium impudentia. Quæ enim maior fingi, aut dici potest, quam omnium sanctorum patrum, quos supra retuli, sententiæ ad uerari? non enim hanc, vel illam partem fidei catholicæ labefactant, sed vniuersam eneruant. Quod enim Augustinus inquit, sensum literalem esse adhibendum ad disputationes, & ex literali sensu concludendum quod volumus, quia spiritalis sensus ad conuincendos aduersarios non tantum habeat roboris, negant veterum patrum sensum scripturæ literalem esse, vt hoc vno dicto omnia scripta veterum patrum, vniuersam disputationem sanctorum, non hanc, vel illam inquam, sed vniuersam, aduersus Iudæos & Iudaizantes, aduersus infideles omnes & hereticos, ab imo subruant: quippe quæ nihil concludit ex sensu literali, ex quo argumenta sunt texenda potissimum. Si vt ad singula descendat postules, recusant, vniuersalitate pugnare volunt, ad singula descendere detrectant, clamoribus agunt & vociferationibus. Imitantur palestritas exercitatos, qui cum valentiore conferere manus nolunt, sed assultibus, tergiversationibus, & motu corporis agilissimo aduersarium deludunt. Si res ita est, & Iudæi non reuincuntur à nostris, neque Iudaizantes literali sensu, frustra sine victoria triumphum canunt de Iudæis deuictis sancti patres Iustinus martyr, August. Athan. alijque, omnes veteres: frustra appellat insolubilia argumenta euidensissima, manifestissima, quod his commentarijs plurimis locis apparet: ruet omnium veterum patrum autoritas, quæ non concludit quicquam iuxta horum sententiam aduersus Iudæos ex sensu literali. Hoc si viris quibusdam doctissimis opponas, nihil morantur, nihil opus est (inquiunt) testimonijs scripturæ, vt credamus, bene hoc largiri Iudaizantibus possumus, satis firmè credimus. Neque videt quidam, Iudaizantes similes esse lupo Aesopi, qui cum ouibus inire foedus parabat (quod refert Demosthenes, aduersus Philippum Macedoniam regem) ea lege vt suspenderetur canes, quod conciliata amicitia inter lupum, & oues, canibus opus non esset, vt postea suspensis canibus, lupus suo more sauiret in gregem. Hic conatus est Iudeorum & Iudaizantium, vt supra diximus ex Athanasio & Chrysost. dicendumque, postea pluribus est, vt vaticinijs omnibus de Christo offundat tenebras, prophetias omnes inuertat, & alio deflectat, neget de Christo esse prophetias. Largiamur hoc Iudæis inquit quidam, largiamur Iudaizantibus, satis firmè credimus. Magna ab illis iniret gratia qui hoc faceret, tunc liberè insultare Christiano nomini possent, tunc possent audacter suam impietatem tueri. Satis firmè credunt viri docti, qui hoc aiunt, & fiducia sue cause, ecclesiæ catholicæ muros, vallum & munimenta omnia ab imo subruunt, vt hostibus Iudæis, & hereticis esset peruia, infesta, vt satanæ esset prædæ. An non videt D. Paulus ad Ephes. docere nos, ecclesiā superædificatā esse super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu? Qui prophetas detrahit ecclesiæ, & prophetarum testimonia, non dimidiā partem fundamenti detrahit, quauis audiat D. Paulus dicentem, nos fundatos super fundamentum apostolorum & prophetarum. Quare si prophetas detraxeris, apostolorum quoque, ruit autoritas, qui prædicabāt Iesum. Quippe D. Petrus Act. 10. Huic omnes, ait, prophetæ testimoniū perhibent. Et Paul. Act. 24. Credens, inquit, ego quæ in lege, & prophetis scripta sunt, spem habeo in Deo, &c. & sic fide in Christum tuetur. Et ad Rom. cap. 1. Segregatus, inquit, in euangelium Dei, quod antè promiserat per prophetas suos. Denique, Christus Dominus (non solum euangelistæ & apostoli) prophetarum testimonijs utitur, & super prædictiones prophetarum doctrinam euangelicam ædificat, vt si prophetæ ruant, ruat quoque, autoritas apostolica & euangelica. Quod tu firma fide credis, patiere detrahi catholicæ ecclesiæ prophetas? de quibus Dominus ait, Non fecit taliter omni nationi, ludicia sua non manifestauit eis. Testimonia euidensissima & manifestissima, eaque, innumerabilia prophetarum, quibus nititur euangelica & apostolica doctrina, subruunt sine fundamenta ecclesiæ, quæ ait Paulus, subuerti e quo animo ferēs? neque intelliges quantā plagā Iudaizantes ecclesiæ catholicæ inferre parēt? illamne turris David quæ ædificata est cum propugnaculis, suis nudabitur propugnaculis, quod tu firma fide credas? & patiere hoc Iudæos & Iudaizantes facere, vt quæ acceperimus à maioribus armis, manibus amittamus? Mille, inquit, clypei pendet ex ea, omnis armatura fortium. Hos clypeos aliquis, hanc armaturam à Iudaizantibus diripi sinet, quod ipse firma fide credit? nihil opus esse dicet armis ecclesiæ? Frustra Dominus scrutari nos iubet scripturas? non dixit, Legite (dicit Chrysost.) sed scrutamini. Quidam ergo docti viri has Iudaizantium insidias contem-
nunt: ego

Anunt, ego nunquam puto ecclesiam catholicam oppugnata validius alius enim hæc vel illam partem oppugnauit, hi Iudaizantes vniuersam. Nam si hoc illis demus, vt quidam turpiter dant, posse putant, omnibus sanctis patribus os obturabitur, vt nihil concludat aduersum Iudæos quod ex D. Augustino, & alijs patribus colligant ex sensu spiritali, non bene concludi aliquid à nobis: id necessarium colligi, quod concluditur ex sensu literali, qui si apud sanctos patres non est, nihil firme concluditur. Sed vt videtur Iudaizantium amentia, negant apud sanctos patres esse sensum literalem scripturæ, & citant Augustinum, & alios patres, qui in exordio suarum disputationum illa primò iaciunt fundamenta, in disputationibus vtendum esse literali sensu. Literali sensu vtendum ait August. in disputat. antequam ad ipsam disputationem aggrediatur, & statim veluti oblitus promissi spiritali sensu utitur, & non literali. Sed doctor Theologus (aiunt) sentire contra consensum veterum patrum potest, & quæ veteres patres literalem sensum esse putauerunt, dicere spiritalem. Si ita est, cur damnatus Nestorius aut Pelagius? cur ceteri heretici? si vnus theologus potest sentire contra sanctorum patrum consensum, contra putauit omnium antiquitas, consensum sanctorum patrum non consensum esse, sed diuinum responsum, & fides catholica est, spiritum sanctum dedisse quosdam prophetas, quosdam doctores. Errare vnum aut alterum posse faremur, errare veterum patrum consensum, qui affirmet, impietatis crimine se obligare contendam. In rebus fidei (aiunt) ita esse, in alijs non item, quæ vt scripturæ interpretatio iuxta traditionem apostolorum & veterum patrum non sit res fidei, quasi quicquam maiores exceperint vnquam, vbi errare sancti patres possent.

Cap. L. *Quod Iudaizantes putent se nobis verbum dare.*

Neque sibi persuadeant Iudaizantes, quauis cornicum oculos constringant, non intelligere nos quò spectent, non hæc solum mala quæ enumerauimus, ecclesiæ catholicæ inferre parant, sed à nobis ebladiri conantur, vt largiamur sensum spiritalem esse apud sanctos patres, literalis sensum à Iudæis esse petendum, vt postea spiritalem sensum negent omnino, & eludat omnia prophetarum vaticinia. Fuit enim Marcionistarum hæresis (vt supra dictum est ex Tertull.) nullos esse typos Christiani veteri testamento, figuras nullas. Et D. AUGUSTINUS cum alijs locis, tunc contra Paulum Manicheum lib. 12. c. 38. docet Iudæos ridere typos scripturæ, quos conuincimus, vt idem August. ait c. 41. eiusdem libri, tanta consonantia rerum præfiguratarum, & nunc impletarum, & alijs vaticinijs, prophetis apertis & manifestis. Quibus verbis Augustini liquet Iudæos ridere typos & ideo Iudaizantes hoc conari à nobis ebladiri, vt cum dederim literalis sensum apud Iudæos esse, typos cachino prosequatur. Apparet & illud typos scripturæ enodari, & enucleari alijs vaticinijs prophetis apertis & manifestis, quæ si Iudæicè intelligatur, prorsus nihil erit quo obsecra enodemus. Nam ex manifestis, rebus dubijs fieri solet fides, neque enim incertis declarantur: si manifesta patiamur obscurari à Iudæis, nihil erit quo nostra probemus. E Iudæis solus Philon, vt eruditissimus, allegorias interpretari cepit: & quoniam Christum non habebat (vt inquit August.) quò referret quæ diceret, otioso non inuento, neque certo scopo scripturæ præfixo, varijs actus est huc, & illuc erroribus.

Neque, intra hæc se continet Iudaizantes, audent dicere, & cum plausu quorundam ex nostris, veteres patres quòd interpretari scripturam literaliter non possent, aut nescirent, spiritaliter eam esse interpretatos. Quod reliquum est ergo, nisi vt dicant falso dici sensum scripturæ esse in ecclesia cum sit apud Iudæos? Dicunt veteres patres quòd nescirent interpretari scripturam literaliter, ad sensum spiritalem accurrisse. Ergo veteres patres scripturam ignorat, neque illam ecclesiæ referat clavis David? Mentietur ergo Esaias, qui librum signatum Iudæis prædixit futurum, quem Iudæi nobis referant, & resignant. Neque credemus Domino, qui Iudæos cæcos & duces cæcorum appellauit? Sed Hieron. (inquiunt, qui hos defendunt) quosdam ait in phariseo errore sensum spiritalem interpretatos, quòd ignorarent literalem. Scitè, quòd D. Hieron. quosdam indoctè fecisse dicit, viri doctissimi de omnibus sacris doctoribus tuto à Iudaizantibus dici potuisse defendet. Neque, sensus spiritalis tantum est (vt dixi) tropologicus, quo sensu pudet Hieronymum quædam explanasse. Sed ille spiritalis sensus est admirandus, qui typos interpretatur scripturæ, quo nemine puduit vnquam scripturam explanasse. Neque, quod vnus, aut alter scripturam non intellexerit, & se conuerterit ad tropologias, & allegorias, continuo id de omnibus sanctis patribus erit dicendum? neque, sensus tropologicus, si qua oportet grauitate tractetur, continendum esse videretur.

Cap. LI. *Resellitur Iudaizantes, qui negant nostros literaliter explanare scripturam*

Sed agè; expendamus quàm perfricta fronte Iudaizantes negent veteres patres literaliter A
 scripturam esse interpretatos, quanq; parum cōsideratè viri rerum sacrarū scientissimi illo-
 rū crimè deprecantur. Mitto dicere quod suprà dictū est August. de vnitatē ecclesiæ lib. vno
 ante disputatiōē illa iēcisse fundamenta, vt testimonijs scripturæ literalī sensu vtēdum esset;
 literalī ergō sensu testimonijs scripturæ veteres patres vtēbantur. Ideo his cōmentarijs hanc
 disputatiōē prætexui, ne in magnum volumē si singulā suis testimonijs cōfirmarentur hæc
 disputatiō excresceret, essentq; in his cōmentarijs exēpla ac testimonia, quib; singulā quæ hīc
 dicerentur, possent constabilliri. Sic ergō leges in his cōmentarijs Augustinum testimonia scri-
 pturæ citare vt non explanet, sed auditori explananda relinquat: quod cū sit te rogo: literalī
 ne sensu scripturæ citentur, an spiritali? literalī, velis, nolīs fateare necesse est, quem doctor san-
 ctus auditori intelligendum relinquit. IVST. proponit ea mysteria fidei quæ probanda susce-
 perit, deinde subiicit prophetarū vaticiniā quæ recitat tantū, quod interprete nō egeant. Il-
 lū ne tu dices spiritalē esse sensum, an potius literalē, quæ auditor suo ingenio intelligit? an nō
 hunc morē secutus est Eusebius Cæsar, his libris quos de demōstr. euang. conscriptos reliquit,
 vt singulā mysteria cōconomīæ redēptionis præscribat, & sine interpretatione subiungat pro-
 phetias, quibus singulā prædicta manifestissimè appareant, quæ videat qui legerit, & intelligat
 tantō ante prædicta, & cōpleta singulā, mēte atq; animo iustret. Potuit hoc fieri, nisi literalī
 sensu scripturæ citarentur, ita vt litera ipsa, & verba ipsa sonarēt singulā tā apertè, vt lector sua
 sponte prædicta cerneret, cōpleta intelligeret? Nō sic Tertullianus Iudæos vrgēt, & premit
 testimonijs manifestissimis citandis, quæ clara voce Christi personēt, & singulā eius mysteria?
 Et in apologetico aduersus gētes, non ait ad gentes irrūpente Iudæorum synagogas (liberēnim
 aditus in synagogas Iudæorū patebat omnibus) audite prophetias quæ ibi legūt iuxta tra-
 latiōē Lxx, & credere cogemini? Id nē diceret Tertull. nisi litera ipsa, & voces ipsa planè Chri-
 stū testarentur? cū Athanasius Iudæos premit, Cyrillus, Procopius & alij patres, cū Iudæos
 vrgēt prophetarū euidentissimis vaticinijs, quæ planè & apertè Christi Dñi loquāt cōcono-
 miā redēptionis, non litera scripturæ citāt, & literalē sensum? Hunc solū prophetā expende, &
 ex hoc cætera iudicā: si ex cathena quā conteximus ex scriptis veterū patrum, nō intellexeris
 verba omnia à principio capitis ad finē vsq; inter se cohære, omnia sibi respondere mutuò C
 Christū & Christi mysteria sonare, nō causam dico, quin ego habear medacissimus. Vbi ergo
 verba ipsa præ se ferūt sensum quæ sancti patres interpretātur, negabit quisquā scripturā lite-
 raliter explanari? literalē potius sensum dicit esse Iudæorū & Iudaizantiū, quo verba inuita, &
 reluctātia trahūtur, vbi antecedētia nō cohærent cū sequentibus, & sequētia medijs repugnāt,
 hunc potius literalē sensum quisquā dicit? cur? quod Christo repugnat, & Christi mysterijs?
 quod sic placet Iudæis? Certè si verba expēdas singulā, & propria significatiōe voces singulas
 interpretare Christū sonant omnia, literalī ergo sensu (rūpantur licet Iudæi) Christū sonant.

Sed quidā viri docti, hos Iudaizantes variè tuentur. Longè secūs aiunt patres veteres inter-
 pretantur scripturā, cū eā editis cōmentarijs explanant, atq; cū eam citant, quid nī? Cū
 enim interpretantur scripturam editis cōmentarijs, non solūm literalē sensum, sed etiā spi-
 ritalem enucleant. Est enim ferè hic sanctorū mos, vt prius literalē sensum, postea spiritalem
 enodent: neq; quisquā qui versatus in studijs sacris sit, legeritq; veteres patres hoc poterit infi-
 ciari. Non enim quod vnus, aut alter allegorias persequantur tantum, continuò oēs eandē in-
 stituissē viā dicendi sunt, verūm cū citantur scripturæ, præsertim aduersus Iudæos, aut infide-
 les, hæreticosque, sensu literalī citātur. quod faciendū docuit D. Augustinus de vnitatē ecclesiæ
 cap. 5. his verbis: Hoc etiā prædico, atq; propono, vt quæq; aperta & manifesta deligamus, quæ
 si in sanctis scripturis non inuenirentur, nullo modo esset vndè aperirentur clausa, & illustra-
 rentur obscura. Et eodem lib. cap. 16. aliquid proferte ex scriptura, quod non egeat interprete,
 &c. Et paulò suprà dixerat: Eruite de scripturis aliquid manifestum. Quibus verbis Augustin⁹
 docet, quo sensu ferè scripturæ citentur. Et illud quod suprà dixeram, esse plurimā in scriptu-
 ra, manifesta, quæ interprete non egeant, quibus illustrantur obscura, quibus Iudæi reuincuntur
 erroris, quæ Iudæi & Iudaizantes tenebris inuoluere conantur, & aliò deflectere, & de-
 torquere, ad Dauidem, ad Salomonem, ad Assyrium, ad Senacheribum: sunt enim multa ma-
 nifestissimè dicta, qualia sunt illa quæ contra Faustū Manichæum lib. 12. cap. 43. citat Augu-
 stinus illa præfatiuncula. Quis querat expositore dum legit, Velut ovis ad victimā ductus est?
 & omnia quæ illic euidentè dicuntur: Quia liuore eius sanati sum? Peccata nostra ipse portauit
 Citatne

A Citatne hæc Augustinus spiritali sensu, an literali? neminem quæsiturū expositore dū hoc le-
 git, affirmat, euidentè esse dicta profiteretur, & subiicit idē August. Quis non quasi euangeliū
 cantari arbitretur? Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Di-
 uiserunt sibi omnia vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, &c. quæ adiecit.
 Literalī sensu hæc citantur omnia, quæ sic citat Augustinus, vt nō interpretetur, neq; interpre-
 te putet esse opus, neq; longè repetere exempla necesse est. Iam à principio huius prophetæ le-
 ge illa: Terra vestra deserta: & Derelinquetur filia Sion: & Nisi Dominus exercituum, & quæ
 sequuntur, reliqua expende his cōmentarijs, quomodo explanētur à sanctis patribus, & an
 litera ipsa sonet sensum illum sanctorū patrum. Confer Iudaicas nugas, & hæc inter se cōpara,
 damnabis certè scio eorum impium errorem, qui Iudaicas nugas literalē sensum dicunt, &
 negant scripturam sensu literalī citari à sanctis patribus. Si piget totos hos euoluere commen-
 tarios, vel illa expende ex cap. 2. Domus Iacob venite: & illa, Idola penitus conterentur: & illa,
 In die illa projiciet homo idola: & quæ scripta sunt in principium capitis tertij. Hæc sola con-
 fer cum nugis Iudæorum, quæ leges apud Vatablum, & manibus prehendes, fabulas Iudæorū
 appellari ab his literalē sensum. Nam memini me olim in sanctissima cathedrali ecclesia, cu-
 piditate allectum audiendi virum nominis celeberrimi, sedere inter auditores, & audire præ-
 lectionem qua scripturam interpretabatur, & visum fuisse mihi, non doctorem Christianum
 audisse legentem, sed quendam virum bonum, qui Iudaicas nobis narraret fabulas: quo ma-
 lo nihil mihi visum est dici, aut fingi posse exitiāliū.

Cap. LII. Refelluntur Iudaizantes et hæretici, qui catholicos
 idiotas et imperitos appellant.

Sed Iudaizantes multa (aiunt) consensu sanctorum dicta, quæ falsa sunt, & inepta, quod v-
 nus, aut alter ea dixerit, continuò omnes infamant, vt sanctorum fidem eleuent, & immi-
 nuant, quo minor sit sanctis patribus apud oēs fides. Non meminere Seuerini papæ dicti illius
 epist. 2. Væ, væ illis, qui detrahunt feruis Dei, quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius mi-
 nisterium agunt. Aiunt, inquit, præ imperitia, angelos esse corporeos, tantūmne crimen est
 C Platonem fuisse secutos, & philolophos Platonicos? qui cū in controuersiam vocassent, quæ
 nā essent animalia quæ hominibus dormientibus, & vigilantibus se susterēt corporibus igneis,
 aërijs acerrimi intellectus, & euaneferent in conspectu subito, putarunt Deum Opt. Maxi. vt
 fecerit terrēna animalia, sic fecisset animalia aërio corpore, & igneo, & corpore cælesti multò
 subtiliore. Si eos rogè vndè sciant hanc Platonis opinionē improbandā, fortasse hæreant: itaq;
 dū aliorum inscitiam insectari volunt, suam produnt. Angelos incorporeos esse, receptissima
 apud omnes sententia est, tamen non vituperādos esse affirmamus viros sanctos, quod doctri-
 na omni liberali instituti, Platonicos aliquando sequantur, nec hoc imperitiæ est, illud potius
 imperitiæ adscribendum, si non intelligas quod spectarit Augustinus, cū angelos corporeos
 esse dixerit, neq; intelligere illud quod Arist. 1. Post. docet non benè redargui Mathematicū,
 si eum Grammaticè redarguas, aut Dialecticè, aut Medicè, neq; Theologū si ostendas nescisse
 aliquid quod ad alias spectet disciplinas. Itaque si largiar errasse Platonem, & meritò refelli
 ab Aristotele. 1. de Anima, vbi putat corpora vno simplici elemento constare non posse, refu-
 D tatque eos qui contrā putarint. Si largiar, inquam, vera esse illa omnia, Platonē defendi nullo
 modo posse, aliquid quod ad philosophiā spectet, ignorasse Augustinū, alium uē sacrū docto-
 rem, pro tanto crimine putandum est vt sint reijcendi doctores omnes, vt indocti, vt imperi-
 ti? si Iudæorum deliria persequi vellemus, non vnum, aut alterum obijceremus, sed mille nu-
 gas, fabulas aniles mille, quas nemo defenderet, nemo negaret ab inscitia profectas. Sed
 hæc dicta Augustini à summa doctrina profecta sunt, quam combibisset ex Platone. Voca-
 bant enim veteres patres omnes ancillas ad arcem, neque inficias eo multa excidisse sanctis
 patribus negligenter dicta, rebus non excusis, & declaratis sanctorum patrum concilijs, mul-
 ta quoque dicta negligenter, quod non morarentur auram popularem, aut quod non didicif-
 sent Hebræā linguam, aut Græcā, aut alias disciplinas Theologiæ non magnoperè necessarias.
 Nec imperitiæ dammandus est Augustinus, quod angelos aliquando fecerit corporeos, Plato-
 nem locis citatis secutus, & Platonicos, & nostros ad eò qui nominis celeberrimi, angelos cor-
 poreos esse putarunt, vt syn. Nicen. 2. act. 5. leges in principio, & in ea sententia Basilium fuisse

& Athanasium, & Methodium, & alios qui eos sequuntur, quæ sententia Caietano, & Nypho & Bonauenturæ, ex scholasticis placuit. Sed sancti patres non sic se defendi volunt, nõ sic hoc crimen deprecantur, non enim nostris temporibus primũ stulti, & indocti vocantur, ab initijs nascentis ecclesiæ his nominibus à Iudæis nominantur. Vnde qui tangit picæ, inquinabitur ab ea, qui Iudaizates manu versat, aliquid mali inde trahet, inde enim hæc sunt hausta. Vt enim leges apud IREN. lib. 1. cap. 1. Hæretici, & Iudæi sanctos patres idiotas appellat, & nihil scientes, semetipfos extollunt, perfectos vocant, & semina electionis. Et D. B. A. S. I. L. de spiritu sancto, Quæ, inquit, conuicia nobis non faciunt hæretici? quæ probra in nos non iaciunt? quæ tantum abest, vt molestè feram, vt ipsorum quidem hæreticorum iactura angar, & mœreã, conuicijs verò læter, & illis gratiam habeam. Et D. CHRYS. in homilijs ex varijs in Matthæum locis, homil. 17. Ecclesia habet veros oculos (ecclesiasticos videlicet, ac doctores) qui vident in scripturis mysteria Dei, qui rectè oculi ecclesiæ appellantur. Hos sequamur, nec molestè feramus nos appellari indoctos, & idiotas. Nam vt idem Chrysost. inquit, de incomprehensibili Dei natura homil. 2. stultum me appellet in Christo, nam vel hoc nomine, tãquam adepta corona, gloriabor cum Paulo, nos stulti propter Christum. Porrò hæc stultitia prudentior omni sapiëntia est. Hæc viros doctissimos nosse oportebat, non combibere pestem à Iudæis & hæreticis, neque si quid negligenter exciderit alicui ex veteribus, continuo illum contemnere.

Hæretici
catholicos
ab initijs
ecclesiæ
Idiotas
nominant
& stultos,
& sancti
se gaudent
sic ap-
pellari
causa
Christi.

Via omniũ
hereseon
qua.
Nostrorũ
quorũdam
error in-
gens.

Argumen-
tatio quo-
rundam.

Sed quis ignorat hanc fuisse viam hæreticorum tritam vestigijs Arii, atque adeo omnium qui catholicam doctrinam oppugnant iam inde à principijs nascentis ecclesiæ? vt excutere conarentur nobis doctrinã apostolicam, quam per pontifices summos, & præfules, quasi per manus ab apostolis acceperamus, & nouas traderent doctrinæ vias, vt docet Cyrillus aduersus Nestorium, Omniũ hereseon hæc sola via est, vt ab ea doctrina homines abducant, quæ ab apostolis est tradita, quam suis scriptis sancti patres ad nostra vsq; tempora transmisere. Cur ergo audeat quisquam dicere, noua via hæc est interpretandi scripturã, à Iudæis accipere sensum literalem, prætermissum à sanctis patribus? sic accenduntur ad studia sacra omnes, & reliqua huius notæ sapientiæ inanissima, & stultitiæ plenissima, quæ Iudaizantes ad nos afferunt. Noua omnis via, si Cyrillum audias, hæresim quandã redolet, aut ad hæresim premunit viam. Sed argumentantur perpulchrè quidam docti viri, qui Iudaizantes hos tuentur. Si August. ait vbi commodè fieri possit, sine ignominia saluatoris, vt interpretatio referatur ad Christum, ad Christum esse referendam: rectè nos quoque posse colligere, si sine ignominia fieri possit, vt interpretatio referatur ad Dauidem, aut Solomonem, aut Assyrios, aut Babylonios eò esse referendam. Docti viri sunt hi, sed hoc sine magna illorum ignominia refelli non potest, & per se videtur non satis pium.

Cap. LIII. Quomodo catholici, et quomodo hæretici, doctores sacros citent.

Doctorem nescio quem, negasse aiunt aduersus Lutheranos, autoritate sanctorum, aut scripturæ vt edum esse: benè sanè narrat. Huic doctori parebimus potius quàm omniũ sanctorum patrum autoritati? qui scripturæ testimonijs, & veterum patrum scriptis refutauere hæreticos. Viã detritam sanctorũ vestigijs relinquemus, insitemus nouã viam, doctore nescio quo duce? Relinquemus ea signa, quæ Christus Dñs primus omnium sustulit, cum citat prophetas, & legè, cum scripturas scrutandas monet, ea in quã signa, quæ à Christo excepere apostoli, tradidere doctoribus sacris, vt testimonijs scripturæ nitantur semper, doctoris nescio cuius vexilla sequemur? Sed Lutherani, aiunt, scripturæ & sanctorum vtuntur testimonijs. Lutherani est igitur, sanctorũ & scripturæ testimonijs vti. Lutheranos nos faciunt, si Deo placet, quod ecclesiã dicimus fundatam super fundamentum apostolorum, & prophetarum. Nunquam vidi Lutheranorum causam tam bonam fieri. Si Lutherani sanctorum patrum testimonijs vtentur, eosq; ad interpretationem scripturæ adhiberent, Lutherani non essent, exuerent Lutheranismum, se reciperent ad Christianismũ, catholici essent, nunquã latũ digitũ à fide catholica discederent. Non vtuntur testimonijs scripturæ Lutherani, neque sanctorum patrum scriptis, vt sis sciens, sed hæreticorum viam insunt tritam iam inde ab ecclesiæ initijs vestigijs hæreticorum. Vt Iudæos imitati, quod supra pluribus est dictum, particulis scripturarũ aduersus nos agant, neque expendant antecedentia aut sequentia, inuertant omnia, varietate distinctionis, mutatione punctorum, doli omnibus aduersum catholicos crassentur. Sic hæretici Lu-

Aretici Lutherani scripturam citant, sic veterum patrum scripta. Nam si hæc ratio valerè, veteri testamento vtendum non esset, quod eo vtuntur Iudæi. Quis hoc dixit vnquam aut cogitauit? sed aliter rosa (vt in prouerbio est) aliter sus olet: aliter Christianus prophetas citat, aliter Iudæus, & hæreticus. Sed sunt (vt dixi) quibus sceleratissima quæque, opobalsama videantur spirare. Huius rei poterant admoneri ab EPIPH. synodo Nicen. 2. tomo. 2. Qui spiritalem impugnant Hierusalem, inquit, hoc est, catholicam ecclesiam, student sanctorum patrum vt sermone, vt Rapaces Hebraica lingua contra Israëlem est vsus 4. Reg. cap. 18. & Esaia cap. 36. siquidem contra catholicam ecclesiam, ecclesiasticam doctrinam vsurpant. Et rursus idem Epiphanius infra eadem synodo Nicen. 2. act. 6. Omnes hæresiarchæ, inquit, suorum errorum occasiones è diuina scriptura collegerunt, & quæ rectè ab spiritu sancto dicta erant, peruersa animi intelligentia cõuellunt. Quod D. Petrus prædixerat, quæ imperiti secundũ proprias cupiditates peruertunt. Hæc Epiphanius. Quibus apparet, hæreticos & Iudæos testimonijs scripturæ vti, & sanctorum patrum, inuersa tamen sententia. Adde quod tomo. 2. Concil. 6. synodo Constantinopol. act. 8. sub finè, admonemur hæreticos loca scripturæ deflorare, dum ea citant, & detruncare, & falsare: quod idem repetitur eadem synodo act. 11. sub finem. & act. 14. à principio plurimis verbis idem ostenditur. Et synodo Nicen. 2. act. 5. aperiuuntur doli & fraudes hæreticorum in citandis testimonijs veterum patrum, ne quis hæreticorum esse putet, citare sanctos patres, & loca scripturæ, nisi inuersa sententia, aut deflorata. i. vitiata. Sanctorum patrum hic mos est, & ecclesiæ catholicæ, vt scripturæ, & veterum patrum testimonia citent. Mitto CYRIL. qui ex veterũ patrũ sententia, in epistolis Nestoriũ refellit. Mitto D. AVGV. qui sanctorum testimonijs redarguit hæreticos: & Basiliũ, Epiph. qui eandem hanc insunt viam. An Concilia aliud è catholicæ fidei dogmata, & nostras res omnes constabiliũt, quàm ex scripturæ, & sanctorum patrum testimonijs? sexta synodus Constantinopol. act. 8. suorum dogmatum autoritatem veterum patrũ scriptis confirmat. & act. 12. non solum citat sanctos patres, sed ab aduersarijs petit, vt suæ sententiæ testimonia proferant sanctorum, & probabiliũ patrum, quos omnes communes doctores confitemur, quod idem facit act. 18. Et syn. Nicen. 2. vnde suæ sententiæ probationem petit nisi à sanctis patribus? act. 4. tota, & act. 6. 7. Et tomo. 1. Concil. L. E. O. papa in epist. ad Leonem Aug. sua decreta autoritate sanctorum confirmat. Quos omnes hoc opere sequimur, eaque tantum vera putamus, quæ sanctorum probat consensus.

Cap. LIII. Quomodo prodesse possit studiosis sacra scriptura linguarum peritia, et quomodo obfit.

Dices, quid iuuat ergo Hebræas, aut Græcas literas didicisse? quorsum veteres patres semper in vinea Dñi putauerunt futuram racemationem? quod vinea Dñi nullo modo posset exhauriri? quorsum ad cognitionem linguarum nos vocat Augustinus? Quorsum CHRYS. in singulis literis & syllabis, ingentis putat delitescere thesauros, si vti cognitione Hebrææ, Græcæq; linguæ non licet? ridiculum, quasi quis dicat nullum esse armorũ vsũ, quod aduersum nostros armis vti non liceat. Quis non videat aduersum hosteis vtendum esse armis, non aduersum tuos? Is armorum est vsus, vt tuos defendas, hosteis vincas. Ad hoc exemplum si cognitione linguarũ vtaris, & ingenuarum artium peritia, vt defendas tuos, & ecclesiæ seruias, refellas hæreticos, Iudæos refutes, incredibile tibi parient commoditates hæ disciplinæ. Sin vero illis vtare aduersum tuos, vt quæ in ecclesia sunt receptissima, statã, & fixa, subuertas, sequearis Iudæos, nihil his artibus pestilentius, nihil exitialius, quæ faciunt, vt inquit EPIPH. syn. Nicen. 2. act. 6. vt nec euangelicè nec apostolicè, nec ex sanctorum patrum sententijs scripturam explanent, sed proprio ore loquentes in aciem contra catholicam ecclesiam se constituent.

Vis cognitio linguarum, & ingenuarum artium tibi prosit? vis D. Hieronymi, & Lxx viorum iuuare labores, aliorumq; veterum patrum? propone tibi scopum, quò dirigas & referas omnia, ecclesiasticum canonem, quem lib. 6. Stromaton Clemens Alex. præscribit ab initijs nascentis ecclesiæ, quasi per manus traditum scripturæ interpreti, vt tum demũ rectè scripturas interpretari se putet, si concordent lex, & prophetæ cum aduentu Domini, cum lege noua ab ipso Deo lata. Nunc si tu canonem interpretandæ scripturæ adhibeas, ad lucem euangelicam eas interpretandas iudicabis, non ad Iudaicã perfidiã: quod IREN. ait cap. 66. lib. 4. Legite, inquit, diligentius euangelium & prophetas, & inuenietis singula à prophetis esse prædicta.

Adde secundum canonem ex eodem CLEMEN. Alexand. Stromat. lib. 7. ne latū vnguam A
 à consensu sanctorū discedere audeas, reliquos, vt adulteratā monetā fugias. Quem canonē
 paulo ante ostendimus, & sanctos patres omnes, & concilia fuisse secuta, & de sanctorū patrū
 sententia sua statuisse decreta. Hoc si feceris, mirabile dictū, quantos fructus cognitio lingua-
 rum cum ingenuis artibus, & cū sacrata Theologia coniuncta, tibi sit paritura: si modo IREN.
 virum apostolicum habeas doctorem, qui lib. 4. c. 45. à doctoribus ecclesiæ docet veritatem
 scripturarum esse petendam: quod apud illos apostolica doctrina est, non in Iudæorum scri-
 nijs, quod suprā diximus ex Chrysofomo. Ob oculos pone, qui docuit nos ecclesiam habere
 veros oculos, ecclesiasticos videlicet, & doctores qui vident in scripturis Dei mysteria. & cō-
 ciliorum vox est, adhortari eos qui contra starent testimonia proferre sanctorum & probabi-
 lium patrum, illorū, quos omnes communiter doctores cōfitemur, quod hi quasi per manus
 ad nos transmittūt doctrinam ab apostolis ecclesiæ traditā, vnde hæretici & Iudæi, ac Iudaif-
 antes nos deflectere sunt conati ab initijs ecclesiæ, vt inquit CYRILL. in epistolis aduersum
 Nestorium, nec id facere potuerunt, nec poterunt vnquam. Per veterum patrum scripta pu-
 ram nostram & incorruptam tuemur fidem, nec res vlla alia est qua puram tueri possimus B
 fidem, vt ab apostolis nobis tradita est, nisi sanctorum patrum scripta, qui eam nobis ab eccle-
 siæ initijs per manus tradunt.

*Cap. LV. Quod finis scripturæ Christus sit, non David, Solomon, Assyrius, aut
 aliquid huiusmodi, quod putant Iudæi & Iudæizantes.*

POSTREMÒ hunc canonem semper ante oculos habeto, quod Christus Dominus, non Assy-
 rius, aut Babylonius, non David, aut Solomon, radiat in scripturis admirabili splendore:
 quod te docet D. AVGVST. contra Faustum Manichæum li. 12. Christus mihi inquit vbi-
 que scripturarum sonat. & in epistolam B. Ioannis, tract. 2. Omnis scriptura Christum sonat
 sed si aures inueniat. & serm. 72. idem repetit. & in cap. 5. Ioan. tract. 24. Putemus, ait, scripturā
 agrum esse vbi aliquid volumus ædificare, non simus pigri, neque superficie contenti, fodia- C
 mus altius, donec perueniamus ad petrā, petra autem erat Christus. Quibus verbis docet Au-
 gustinus quando Christus absconditus in agro est, hoc est in typis, & figuris scripturæ, fodien-
 dū altè vt inueniatur Christus: tantū abest, vt sit obscurandus, cū sine typo & figura nobis
 apparet, vt obscuratur à Iudæis, & Iudæizantibus. D. CHRYS. quoque in Marcum homil.
 10. in illa verba, Amen dico vobis: Ego, inquit, omnia quæ in scripturis intelligo sine
 Christo, & Spiritu sancto, & Patre, nolo intelligere, nisi intellexero in Trinitate,
 quæ me saluauit, dulce mihi non potest esse, quod intelligo. Et rursus infrā
 idem Chrysof. Quando testimonia de prophetis lego, solum Chri-
 stum consydero, sic vidi Moysen, sic vidi prophetas, vt de Christo
 intelligerem loquentis. Hoc idem docet D. Hieronymus
 ad Algasiam, quæst. 10. vbi Iudæos negat intelligere
 scripturam, quod Christum non tenent,
 qui caput est scripturæ. Admiren-
 tur ergo Iudæizantes Iudæo-
 rum fabulas: catholicos
 id solū iuuat, quod
 referat clauis
 Dauid.

★

FINIS

AFRI-

AFRICANI AD ORIGENEM DE
 HISTORIA SVSANNÆ EPISTOLA,
 è Græco in Latinum sermonem con-
 uersa, Leone Castro interprete.

Africanus te salutat, domine mi, et fili ornatissime Origenes.



Vando dialogum conscripsisti, cui præfixus est titulus: Ad ingratum, vel stul-
 tum, mentio a te facta est prophetiæ Danielis, quam adolescens est vaticinatus,
 & tunc quidem, vt par erat, id, quod à te scriptum est, sum exosculatus. Demi-
 rari tamen satis non possum, quo modo te fugerit illud, partē illā libri Danie-
 lis supposititiam esse, & adulteratam. Caput enim illud, alioqui lepidum, &
 facetum, commentum tamen, recens, & fictum esse liquet, fabulosumque
 pluribus modis arguitur. Nam capitis damnata Susanna, afflatus spiritu propheta exclamasse
 perhibetur, iudicium illud iniustum fuisse pronunciatum. Nam primū omnium Daniel
 alio quodam modo vaticinabatur, aut visionibus, aut insomnijs, aut angelorum colloquijs,
 & non prophetica inspiratione. Deindè, præter quam quod cum omnium admiratione
 voces illas edidit, parum credibiliter ipso reuicit, ita vt neque Philistion mimus, minus graui-
 ter eos redargueret. Neque enim fat fuit per spiritum sanctum ipsos reprehendisse, nisi priua-
 tim seorsum vtrunque interrogasset, vbi ipsam mœchantem deprehendissent. Vt autem alter
 sub Prino concumbentem cum adolescente vidisse, diceret, respondit, futurum, vt angelus
 ipsum, prisi. i. fecet, à prino arbore agnominacione facta secandi, quod, *αριω*, verbum Græcū
 fecare significat. Alteri verò dicenti vidisse illā cum iuene sub Schino, scindendū ab Angelo
 similiter minatur ab schino agnominacione, vt dixi, facta, *σχινωθηναι*. i. scindēdi quod, *σχίζω*, scin-
 do significat: in Græcis nanque vocibus hæ congruunt agnominaciones, à prino, *αριω*. i. fecare,
 & *σχινω*, i. scindere, ab Schino, quod in Hebræa lingua toto cælo distat. Ex Hebræa porro lin-
 gua totum vetus testamentum translatum Græcè est, vt illud omittam quod apud Chaldæos
 cū captiui vitam degerent in media Babylone, cumque quotidie per omnia cruciaméta ne-
 carētur, & per vias iacerent inhumati, quod proditum est de captiuitate Israel priore, Cumq;
 filij, è parentum cōplexu auellerentur, & euirarentur in Eunuchos, & filia in pallidas abdu-
 cerentur, quod præsignificatum à prophetis erat, qui conuenit per tot diuersitates, vt hi qua-
 si suis iuris essent, iudicium de re capitali constituerent, & morte mulctandā decernerent vxo-
 rem Ioachim, qui inter ipsos regnarat, quemque Regni participem Babylonius rex effecerat,
 & regiæ mensæ accumbere iusserat, habebatque quotidie conuictorem, & amicū? Sin verò
 non hic erat, cuius vxor Susanna capitis iudicio damnata sit, sed alius de media plebe Ioachim
 Regi cognominis, vnde tam lautè edes captiuo suppetebant? vnde tam culti, & amœni hortij?
 Quodque omnium maximum pondus habet, hoc caput cū alijs duobus deinceps, quibus Da-
 nielis liber clauditur, in Hebræa lectione desiderantur, neque ab Hebræis agnoscūtur. Postre-
 mō cum tot extiterint prophetæ, nemo alterius vsus est testimonio, aut sententia. Non enim
 ipsorum sermo ab alijs quidquam emendicabat, cum verus esset, quippè ab spiritu sancto pro-
 phetarum pectoribus delibatus: hic vero cum illorum alteri minaretur, meminit Domini
 dicentis: Innocentem, & iustum non interficies. Ex quibus omnibus hoc caput
 supposititium esse cōiicio, quod ipsa dictio, & styli character arguit. Obieci
 quæ mihi videbātur, hoc caput facere suspectum. Tu me doce, & re-
 scribe, vt me erudias. Dominos meos omnes saluta: te omnes
 noti saluere iubent, & ego Deum precor, vt cum
 omni comitatu valeas corpore, & animo.

ORIGENIS AD AFRICANVM epistola, eodem Leone Castro interprete.

*Origenes Africano cariss. fratri in Domino, Patri verò filij
sancti mei per Christum IESVM. S.*



Epistola, qua in dubium, incertumque reuocatur historiam Susannæ, quæ per ecclesias toto orbe terrarum circumfertur, breuis, & concisa esse videtur. At intra verba paucissima, multa habet dubia, quorum vnum quodlibet non vulgarem, neque extemporalem disputationem exigit, qualis epistola posset pertractari, sed iustum volumen sibi vendicaret. Ego me, meo pede, & modulo metiens, ne ignorare me videar, imparè me esse video huic oneri, quod meis humeris imponis, vt diluam dubia, quæ obijcis, & tuis litteris rescribâ. Tantùm abest vt intra paucos dies, quos Nicomediæ sum commoraturus, literis tuis, & dubijs tuis facere possim satis. Dabis veniam ergo, & equi bonique cõsules, quæ exclusus temporis angustia, hâc breui epistola potero percurrere. Quæ dixero nanque, animo amico, & beneuolo erga te dixerō: tu, pro tua humanitate, si qua in re defecero, de tuo addes, quod mihi deesse videbitur. Primum ergo aiebas quando cum communi amico Basso disceptarem, sermonesque conferrem, vsum fuisse me Danielis testimonio de historia Susannæ, & præ me tulisse nescire me librum illum supposititium esse, & falso adscriptum Danieli propheta. Aiebasque te laudare historiam illam tanquam festiuam, esse tamen scriptionem fictam ab aliquo, non antiquam, neque legitimam prophetæ, sed commentitiam. Addebas, & illud quod Philistion nobilis ille mimus vix ita scurriliter confinxisset scriptionem, & paronomasia aded mimica esset vsus ab arbore prino ad Prîsim, & ab arbore schino ad schisin (quasi Latinè diceret à pruno arbore per agnominatiōem, ad prunas, prunis sãuisissimis vsulabere: & à malo arbore, malis cruciaberet sempiternis.) Quæ quidem agnominatio Græca Latinaque lingua facta esse videtur: Hebraica non item. Vide igitur his quantum malorum excites, non enim de Susannæ historia agitur tantùm sed de omnibus quæ in catholica Christi ecclesia Græcè conscripta circumferuntur, quorum non extant libri Hebræi archetypi, vnde sunt translata, & Græcè reddita. Neque res est de duobus libellis alijs qui sunt in sine Danielis prophetæ de Bel, & Dracone, quam historiam Hebræa lectio non præfert, sed de alijs innumeris: quæ pro nostra tenuitate collata Græca editione cum lectione Hebræa, varia esse deprehendimus, qualis in eodem Daniele de camino ardente, in quem reuinctos pueros illos coniectos legimus, cum in nostris codicibus multa alia legantur, quæ non agnoscit lectio Hebræa, & in Ecclesia Catholica sunt receptissima, qualis est illa precatio Ananiæ, Azariæ, Misaelis, vsq; ad illa: Cum audiret rex ipsos laudantes Dominum: & alibi, vbi legitur: Deambulabant in media flamma laudantes Dominum, vsque ad illa: Benedicite Domino omnes colentes Dominum, &c. cum Hebraicè statim subiungatur illud: Et viri illi tres Sidrach, Misach, Abdenago, ceciderunt in medium ignem vincitū rex Nabuchodonosor admiratus est, & surrexit summa cura, & dixit Megistanibus suis. Sic enim Aquila seruiens Hebraicæ lectioni edidit, qui creditur apud Iudæos vertisse fidelius, & magis ad præscriptum Iudæorū, & quo maximè vtuntur, qui Hebræam linguam ignorant, quod maximè omnium literæ hæreat. Nostra exemplaria, quorū testimonia citamus, & Lxx seniorum sunt, & Theodocionis, & vtrique præferunt historiam Susannæ, quam tu commentum alicuius esse putas, & postrema capita Danielis, quæ conficta arbitraris, cum plus CC versus habeant suprâ Lxx, & in alijs multis libris sacris multa deprehendimus, vbi plura leguntur Græcè, q̄ Hebraicè: multa, vbi pauciora, verbi causa (quâdo omnia cõplecti nō licet pauca dicem⁹.) In Hester neque Mardochei precatio, neque precatio Hester, quæ legentem ad pietatem, & religionem mouere possent, Hebraicè leguntur. Neque epistolæ aut Aman ad delendam nationem Iudæorum, aut Mardochei nomine Artaxerxis in Hebræa lectione sunt ad liberandam mortem Iudæorum nationem. & in Iob ab illis verbis: Scriptum est ipsum rursus resurrecturum, cum quibus Dominus resurrexit, vsq; ad finem, quæ omnia desiderantur in Hebræis codicibus, & in translatione Aquilæ, leguntur autem in editione Lxx, & Theodocionis. Et innumera alia

Amera alia huius notæ in Iob deprehendimus, vbi plura alibi in nostris codicibus, alibi pauciora legerentur, quam in Hebræis. Pauciora, vbi scriptum est, Iob supplicasse quotidie pro filijs, & tot numero obtulisse victimas, &c. Et quando venere Angeli Dei, & circumsteterunt Dominum, & diabolus inter ipsos erat: Circūiui terram, & perambulauit in ea, Hebraicè nō legitur. Neq; illud: Dominus dedit: Dominus abstulit, vt Dño visum est, sic est factum. Multa in nostris sunt exemplaribus, quæ Hebraicè desiderantur. Quid fiet ergo quando huius notæ sunt innumerabilia, quæ verbis, & sententiis ab Hebræa lectione discrepare videantur? Videtur ne tibi abrogare libros in omni ecclesia catholica receptos? & cauere legibus vt fratres omnes, vbiq; terrarum receptos apud se in suis ecclesijs libros abrogent? Iudæis ne adlabimur? vt ab illis eblandiamur libros castigatos, & quam emendatissimos, qui nihil habeant commentitiū, aut fictitiū? Quid ergo? prouidentia Diuina, quæ impertit omnibus Christi ecclesijs, ædificationem in scriptura sacra paruum præstitit curam ijs, quos tãto pretio redemerat? pro quibus Christus est mortuus? cui filio charissimo præ amore, quo nos psequitur, non pepercit: sed pro omnibus nobis tradidit illum, vt cum ipso nobis simul omnia donaret? Ad hæc, vide an meminisse oporteat illius: Non mutabis terminos sempiternos, quos præfixere tibi tui maiores. & hæc dico, Christum, qui legem tulit etiam veterè, ita cauisse, non vt vocaret nos ad desidiam, & auocaret nos ab scrutandis scripturis, qui & ipse author est, vt scrutemur scripturas, & nostros libros cū Hebræis conferamus, & expendamus singula, quæ consentiant, quæ discrepēt, quod (absit verbo inuidiæ) fecisse me, pro virili parte puto. Excusi nãq; omnes omnium editiones, & varietates, vt collata varietate translationū, melius intelligerè Lxx interpretationē, & illius sensus sacros eruerè. Non enim fuit consiliū cudere quiddam, quod discreparet ab scriptura in catholica ecclesia recepta: neq; volui ansam dare ijs qui quærūt occasiones, vt res receptissimas cauillètur, & communè sententiā catholicæ ecclesiæ damnent. Meditor autē, & Hebræam lectionē, & receptos libros apud Hebræos, etiã vt cum disceptè aduersum Iudæos, nō diuersis, sed iisdem scripturarū testimonijs certis, & cõfessis apud illos, vtamur, etiã si à nostris codicibus discrepēt. Nam si sic aduersum eos sit instituta disputatio, nō contemnent, nec cachinnos tollent, quod facere solent aduersum credētes ex nationibus, tanquã deceptos falsis scripturarum testimonijs, quæ Hebræi codices non agnoscunt. Hactenus de historia Susannæ dictū sit, quam Hebræi codices non præferunt. Expendamus nunc crimina, quæ obijcis eidem historia tuâ epistolâ: & primum illa diluamus quæ auertūt quosdam à recipienda illa prophetia, quorū prima est agnominatio illa Prini, ad Prîsim: & Schini, ad Schisim, quod Græca lingua hæc agnominatio facta esse videatur, Hebræa lingua non item, qualis si apud nos agnominatio fieret à pruno, ad prunas: & à malo ad mala, quæ mihi quoque oborta dubitatio est. Nam diu multumque mecum dubitans, & cogitans, expendi locum illum, cum multis Iudæis contuli, sciscitatus ab eis, apud eos quo nomine arbor prinus diceretur, & secare, quod haberet apud illos nomen: & arbor, Schinus, quo modo nominaretur Hebraicè, & quo pacto Hebraicè diceretur scindere, illi negabāt se scire Græcè: aut quænam esset arbor, prinus, aut schinus. Petebant sibi digito demonstrari has arbores, vt docere possent quo nomine Hebraicè nominarentur, & quod dicendum est verū, has arbores demonstrare non potui. Alius dicebat, quæ scriptura sacra nominata non sunt Hebræa lingua, exprimere posse neminem, quod alios nō haberēt codices, aut alias voces Hebræas, quam quibus sacra scriptura est conscripta: reliqua Syriaca lingua pro Hebræa se solitos esse enunciare. Et addebat, si haberem locum aliū scripturæ vbi nominaretur, schinus, aut prinus Græca lingua, cuius extaret archetypum Hebræum, indè dilui posse hoc dubium, & agnominatiōem illam posse inueniri. Quod si nusquã sint hæc arborum nomina, neminè posse euadere ad coniecturam huius Hebrææ agnominatiōis. Hęc ego ab Hebræis, quibus cum contuli sermonem, accepi. Itaq; nec ego tibi Hebræam agnominatiōem dicere possem: tu autem, qua ratione affirmes harū vocum agnominatiōem Hebraicè fieri nō potuisse, ipse videris. Memini tamē me cõtulisse etiã cū Hebræo perdocto, filio doctissimi Hebræi, hos sermones simileisque de rebus multis, qui vt se dignū patre viro doctissimo probaret, Hebraica doctrinæ erat apprimè institutus, ab hoc didici Susannæ historiã nō esse abrogatam apud Hebræos: didici nomina illorum fenum esse, quæ sunt apud Hieremiam: Faciat te Dominus vt Sedechiã, & vt Ahead, quos sartagine frixit rex Babylonis, propter scelus, quod fecerè in Israel. Quomodo aut ab Angelo secatur alter, alter scinditur, dici posse de futuro iudicio, quod illos expectabat, cum de vita exirent, esse dicta, nō de cognitione causæ, quæ Babylone fa-

Nota quorū sum Origenes alias aliorū adhiberet interpretationes cum translatione Lxx. Receptissimam in catholica ecclesia non esse attendendam.

Iudæorum
fabule.Quod In-
dei multa
expunxe-
runt è lit-
teris sacris.Iudæos mul-
ta expun-
xiffe ex lit-
teris sacris

bylone facta est, aut de pœna à rege Babylonio eis irrogata. Vt enim malum illum Oeconomi-
mum dicentem in mora est Dominus, & ideo crapulantem, epulantem, conseruos plagis affi-
cientem, Dominus veniens diuidit, & partem ipsius cum infidelibus ponit: ita hos senes, qui
male suum magistratum gerebant, ad exemplum illius oeconomi diuidit. Angeli namque qui
pœnis damnatorum præfecti sunt, hac pœna hos afficient, & alter quidem scindet hunc inue-
teratum dierum malorum, iudicantè iudicia iniusta, &c. alter verò secabit vsperma Canaam
& non Iudà, illum quem species, & forma deceperat, & quem transuersum egerat praua cupi-
ditas. Alium Iudæum inueni, qui de ijs senibus hæc memoraret: Iudæos in captiuitate Babylo-
nica tota cogitatione defixos fuisse in expectationem Christi, cuius aduentu putabant se à ser-
uitute hostili perpetuo liberatum iri, & hos senes finxisse Christi mysteria optimè nosse, &
singillatim horum vtrunque quoties cum femina spatium colloquendi daretur, si vsurà eius
corporis vellet capere, clam dicebat sibi à Deo datum esse, vt suo semine Christus nasceretur,
vt decepta spe mulier parièdi Christum copiam sui improbo seni faceret. Ita hi senes Achead
& Sedechias suorum ciuium vxores moechizabant. Vndè pulchre apud Danielelem alter inue-
teratus malorum dictus est, alter verò audiuit à Daniele, Sic faciebatis filiius Israël? & illa
timentes acquiescebāt vobis? sed filia Iudà non tulit vestrum flagitium. Forte enim fraus, &
timor faciebat has foeminas his senibus facere copiam sui. Sed fortasse quæres si apud Hebræos
hæc historia est, vt docti Hebræi tradūt, cur cum libris Danielis Hebræis non circumferatur?
Facilis est responsio: quod, quæ potuere, omnia expunxerunt è sacra scriptura, quæ præfer-
rent seniorum, aut principum, aut iudicum crimina, ne manibus vulgi tererentur, & apud ple-
bem haberetur despicatui, quorum quædam seruantur in apocryphis, horum exemplum est
quod de Esaia traditum est memoriæ, qui medius ferra fuit dissectus. cui similia sunt illa, quæ
in epistola Pauli ad Hebræos conscripta sunt: quæ nusquam in codicibus Hebræis reperiu-
tur. Ait enim de prophetis: Lapidati sunt, secti sunt, &c. Interrogabimus enim ad quem refera-
tur verbum illud, Secti sunt, certè de vno pluraliter loquitur more apud Græcos, & Hebræos
receptissimo, de Esaia nempe qui medius ferra dissectus est, vt in apocryphis testatum est, &
quod facile factum est, Iudæorumq; techna quasdam dictiones, & orationes Iudæi intertexunt scri-
pturæ quo reliquis fides abrogetur. Et scio quosdam, quod in codicibus Hebræis harum re-
rum historiam commostrare non possent, in has angustias redactos, vt epistolam ad Hebræos
faterentur à Paulo non esse conscriptam: qua de re alias pluribus dicendum est, & euidentissi-
mationibus ostendendum, epistolam ad Hebræos Pauli esse, sed vtar testimonijs euangelij vt
liqueat vera esse quæ diximus, afferamque quæ de prophetis testatur Christus Dominus, quæ
nusquam in Hebræis codicibus reperies quod præferrent seniorum, & iudicum crimina. Ait e-
nim Dominus: Veh vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, &c. vsque ad illa: Ecce relinquetur
domus vestra deserta. Quæ quis inficiabitur esse verissima? quanuis ea Hebræa scriptio non
præferat. Nam qui edificabant sepulchra prophetarum & ornabant monumenta iustorum,
damnabant sane seniorum in iustos, & prophetas impietatem. Aiebant enim: Si essemus in die
bus patrum nostrorum nūquam fuissetis participes eorum in sanguine prophetarum. Agè,
responde mihi, quorum prophetarum sanguine? si nihil fidem habere apud nos debet, quod
litteris Hebræis non sit testatum, vbi in litteris Hebræis tale quidquam proditum est de Esaia,
aut Ieremia, aut aliquo ex duodecim prophetis? aut de Daniele? Nā quod Zacharias filius Ba-
rachie in medio templi, & altaris fuerit interfectus à Domino didicimus, ab alia Hebræa scri-
ptura non didicimus. Vndè apparet sapientes principes, & seniores ex litteris sacris expūxisse,
quæ illorū præferret crimina ne illorū autoritas apud plebem exolesceret. Vndè historiam
Sufannæ, cui locatè insidiæ sunt ab illis luxu perditis senibus, qui non longè aberant ab illorū
luxu, & libidine, exemere è numero sacrorum librorum. Et in actis apostolorum Stephanus
testatur hæc in conspectu Iudæorum: Quem prophetarum non persecuti sunt patres vestri?
& interfecerunt eos qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos proditores, & extinctores
estis. Vera dicere Stephanum fatebuntur omnes apud quos acta apostolorū sunt recepta, non
commonstrabit tamen quomodo accuset patres Iudæorum, qui in Christum fuerunt impij:
quod persecuti fuerint prophetas, & interfecerint. Tantum hoc liquebit ex nouo testamen-
to. Paulus enim in prima ad Thessal. epistola hæc de Iudæis testatur inquiring: Vos imitatores
facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quod vos eadem patimini à ve-
stris contribulibus Iudæis, qui Christum & prophetas interemerunt, & vos persecutur, &c.
& puto me

A Et puto me ostendisse satis fieri potuisse vt verissima sit histoma Sufannæ, & spiritus sancti
afflatu conscripta, exempta tamè numero scripturarum à principibus Sodomorum, quod
spiritus sanctus ait. Ad hæc dicebas, quod Daniel inducitur ab hac scriptura tanquam in fla-
tu spiritus sancti significans iniustum fuisse iudicium, propheta verò Danielis alio quodam
modo inducat ipsam vaticinationem, hoc est visionibus somnijs, & angelij apparitione: nunquā
tamen afflatu spiritus sancti. Vndè mihi videris non valde obseruasse multis modis Deum ad
patres loquutū fuisse in prophetis, non solum in omnibus, sed etiam in singulis. Obseruans
inuenies sanctis Dei interim in somnia, apparitiones angelorum interim adfuisse, aliquando
afflatum spiritus sancti. Sufficit in presentia testimonijs de Iacob tō scriptis, vt, qui de sanctis
in somnijs narrat quo pacto capri, & arietes albi, aut varij inirent capras, & oues: & angelum
sibi adfuisse in quiete, & se proprio nomine compellasse, Iacob & se respondisse: Quid est? &c.
quæ adiecit de in somnijs, & angelorum apparitione. De apparitione illa esse videtur, quæ
de Iacob prodita sunt: Et iustabatur homo cum eo vsque mane, &c. vsque ad illud: Vidi
Deum facie ad faciem, & seruata est anima mea: Afflatu spiritus sancti vaticinatur, etiam Ia-
cob cum benediceret filijs iam moriturus. Quid igitur tam mirum est Danielelem modo affla-
tu spiritus sancti redarguisse senes, & si per in somnia aliquando esset vaticinatus, aliquando
visione, & angelorum apparitione aliquando? Alij vero dubia vixit mihi à te non ea graui-
tate, qua par erat, neque ita reuerenter, vt decebat, proposita. Est enim à te scriptura ad hoc e-
xemplum: Præter quam quod scribit illa historia rerum miracula parum credibilia, ipsam ro-
darguit, quod neque Philistion nobilis ille rursus ita scurriliter dissidet. Annon fat erat
afflatu spiritus sancti senes illos reuicisse, nisi vtrunque separans interrogaret, vbi adulteratā
illam vidisset, & vt alter dixisset sub Prino, dixit angelus, Secet te Dominus, alteri verò dicen-
ti, sub Schino, itidem scilicet illum Dominum minatur? quasi verò non sit simile in scripu-
ra sacra, Regum, quod ipse fatebere, scriptum per sanctè, non in mimo Philistione prodita
historia est duarum foeminarum meretricum, quæ in conspectu Solomonis de puero litiga-
bant, Ego, & mulier hæc habitabamus in domo vna, &c. vsque ad illa, Audiuit Israel iudiciū,
quod iudicauit Rex, & timuerunt à facie Regis. Nā si de libris, quos nobis per manus tradidit
ecclesia, quiq; in omnibus ecclesijs leguntur, sententiā ferre oportet, mimicè magis & magis
ridiculè historiā de duabus meretricibus hanc, & extera esse dicemus, magisque similem Philis-
tionis mimo, quàm eam, quam improbas, historiā venerandæ Sufannæ. Nam quem ad mo-
dum non fat fuit ad fidem populi, & ad vulgi persuasionem dixisse Solomonem: Date huic
puerum viuum: hæc enim mater eius est: sic non fat fuit Danielelem damnasse senes, nisi ab in-
uitis extorsisset confessionem: cum aperirent sub qua arbore Sufannam cum adolescente cō-
cumbente vidissent, neque eorum oratio inter se cohereret: cum alter sub vna, alter verò dice-
ret sub alia arbore concubuisse. Et quoniam, vt à primo dicebas, Daniel è sancti spiritus in spi-
ratione senes damnauit, nunc hoc nunc illo modo redarguens: aduerte simile quoddam fa-
ctum posse videri in hac Danielis propheta Solomonis illi iudicio, de quo testatur scriptura,
ita factum fuisse diuinitus, vt viderit populus vniuersus sapientiam Dei esse in eo ad faciendū
iudicium: quod posset dici de Daniele, intellexisse populum, hoc iudicio, de senibus constitu-
to, Dei sapientiam in eo fuisse, ad faciendum iudicium. Illud me minus mouit, quod attexere
necesse est, de agnominacionibus, à Prino arbore, & Schino, prisin, & Schisin, i. sektionem, &
D sektionem, cum dicenti: Sub Prino vidisse concumbentem Sufannam cum iuvene, respondit
Daniel: Prisi te Deus. i. Secet te Deus: & respondenti sub Schino, respondit, Scindet te me-
dium Angelus. Multa sunt Græcè si agnominacionem facere libeat, quæ Hebraicè non con-
gruent. Multa contrā Hebraicè, si agnominacionem facias, cadunt benè, quæ si Græcè vertere
velis non respondebunt similiter. Quid igitur isthuc tam mirum est, in hac historia Sufannæ,
cum Hebraicè facta agnominatio Hebraicè congrueret optimè, Græcè nō item, interpretes,
quod verti Græcè nullo modo posset, Hebraicam agnominacionem sustulisse, & in locum ag-
nominacionis Hebraicæ similem quandam Græcam agnominacionem suffecisse? quale si nos
nostro sermone eandem agnominacionem exprimere vellemus, esset, si sic verteremus: At il-
le dixit, sub malo: dixit autem Daniel: Rectè mentitus est in caput tuum, iam enim, Angelus
Dei accipiens sententiā à Deo, malum tibi dabit. Vides igitur, si pro: sub Schino, dicas Latine,
sub malo, factam agnominacionem, à malo, malum, vt Græcè ab Schisi, Schisin, & rursus, si
pro illo, quod sequitur, ille autem dixit sub Prino, dicas, ille autem dixit sub Pruno, & subiun-
gas: Re-

gas: Rectè mentitus es & tū in caput tuum, manet enim Angelus Dei, vt te mittat ad prunas. **A** æternas: videbis factam agnominatiōem, à pro no, in prunas æternas, similem Græcè agnominatiōni à Prino, in prino, cui simile interpretēs fecisse putā, vt loco Hebraicæ agnominatiōis Græcam similem substituerint. Nam non credo Hebraicè eandem esse agnominatiōem. Age simile aliquod ex scripturā ponamus exemplū: Ait Adam de muliere edificata à Deo de cōsta sumpta ex viri laterē: Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro suo assumpta est hæc vbi non expressa. Latine est agnominatio, quæ Hebraicè est, ab is, isā. i. à viro, virago, quale si redderes: Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est: quod Græcè fieri non potuit. Aiant Hebræi, fœminam appellatam esse Isa, & significari hac voce sumptam à verbo, nathā, sumo, nam in illo: Calicē salutaris accipiam, pro, accipiam, Hebraicè est, ethā, & is, vox Hebræa, virum significat, quod patet ex illo: Beatus vir, vbi pro viro, est is, vsit: Sumpta de viro. Apud Hebræos igitur est hæc agnominatio, is, isā. i. à viro, virago, quod de viro suo sumpta sit. Non mirandum est igitur interpretatos esse quosdam historiam Susannæ, quæ Hebraicè in arcanis, vt credibile est, apud ipsos asseruatur, & à doctōribus legitur, & veri amatoribus, & reddidisse ad verbum Hebræam lectiōem, & agnominatiōem. Aut si Hebræa agnominatiō reddi non potuit, in locum Hebrææ agnominatiōis similem quandam suffecisse, vt possent Græci scripturam sanctam intelligere, idq; sepe factitatum est summo artificio, & summo consilio ab ijs qui Hebræas litteras sacras, Græcè reddiderunt, vt sensu potius exprimerent, quam verba nobis numerarent, quod nos obseruauimus dum omnium interpretationes inter se conferremus. Ad hæc ad dubitas, vt tuis verbis vtar, quo modo qui captiuus Babylone exulabant cum quotidie per omnia cruciamenta necarentur, & per vias iacerent inhumati, quod proditum est de captiuitate Israël priore, cumque filij de parentum complexu auellerentur & euirarentur in Eunuchos, & filia in pallacides abducerentur, quod præsignificatum à propheta erat, qui eouenit per tot diuersitates, vt hi tales, quasi sui iuris essent, iudiciū de re capitali constituerent? & morte multandam decernerent vxorem Ioachim, qui inter ipsos regnarat, quæq; regni participem Babylonijs Rex effecerat, & regis mensæ accumbere iusserat, habebatque conuictorem, & amicum quōtidie? Sin verò non hic erat, cuius vxor Susanna capitis sit iudicio damnata, sed alius è media plebe Ioachim Regi cognominis, vnde tam laute ædes captiuo suppetebant? vnde tam cultij & amœni hortij? Scies Thobiam, vnde hæc es mutatus, & Iudith, vnde sumpsisti, quod per omnia cruciamenta necarentur captiuus, & per vias iacerent inhumati, Hebraicè non existare, neque Iudæis hos libros recipi. Quamquam Hebraicè apud ipsos in arcanis asseruatur; quod à quibusdam ipsorum Iudæorum mihi renunciatum est. Sed quando Ecclesia hos probat libros intelliges pro tua prudentia, & doctrina quosdā Iudæos in illa captiuitate fuisse opulentos, & benè rem gessisse. Et ipse Thobias sic ait, postquam dixerat se tota mente, ac animo Deum coluisse, & Dei memorem fuisse: dedisse sibi altissimum gratiam & formam in conspectu Enemessari: & fuisse eius emptorem: Et profectus sum, inquit, in Mediam, & tradidi Gabelo fratri Gabriæ in Rages Mediæ decem talenta: & vt diues, & opulentus subiūgit: In diebus Enemessari elemosynas multas faciebā fratribus meis; panes meos dabam esurientibus: & vestimenta mea nudis, & si quempiam de genere meo videbam mortuum, & proiectum post murum in Ninie, sepeliebam eum: & si quempiam occidit Senacherib Rex, quando venit fugiens de Iudæa, sepeliui eum furatus: multos enim perdidit in furore suo. Tu ipse tecum cogita tot beneficiorum Thobia & tantæ beneficentiæ commemoratio, quantas arguat dititias, & quantas opes: præsertim cum subijciat: Cognoscens autem quod quæror vt moriar, timens secessi, & direpta sunt omnes substantiæ meæ. Sed & alter captiuus Achiacharus filius Anael fratris Thobia super omnem computationem regis Achirdoni positus est, & super omnem gubernationē, qui Achiacharus Regis pincerna fuisse dicitur, & Regius procurator, cui anuli signatorij Regis cura esset demandata, & computator Regis, vel quæstor, & Mardocheus in aula regis versabatur & tanta apud Regem gratia valebat, vt adscriptus esset in albo eorum qui dicerentur Artaxerxis Regis euergeta: i. amici, vel benemeriti de ipso Rege: In Esdra præterea Neemias, pincerna regis, & eunuchus ipsius, Hebræus genere, petijt à Rege instauratiōem templi, & impetrauit vt sibi cum plurimis alijs demandaretur cura repetendi Hierosolyman, & instaurandi templi. Cur igitur miremur hortū & domum siue amplam, & magnificam, siue modicam quandam & tenuē? nec enim hoc plane indicat scriptura quandam de media plebe Ioachim nomine possedisse. Sed dices: Quo modo in

Interpretes
tes se fa po
potius red
dunt quam
verba.

A modo in media captiuitate, capitis iudicium disceptabant? Nec scio vnde orta tibi dubitatio est, fuerit ne vxor Regia Susanna, quod eius vir Regis Ioachim fuerit cognominis. Dicendum nihil esse quod miremur, cū magnæ nationes captiue Regi seruirent, à Rege esse permissas proprijs legibus vti, & proprijs iudicijs. Nunc enim cum Romani nationibus imperet, & Iudæis: Iudæique ipsi Imperatori Romanorum didrachmum pensitent quotannis; quo iure vtantur, quamque permissu Cæsaris, liberè viuant, vt vix differant à nationibus, quæ sub proprio Rege, suo iure vtuntur, nouimus omnes qui inter illos sumus versati, & intelleximus quo pacto vitam exigant. Fiunt enim clam iudicia secundum legem, & damnantur quidam morte, non tamen omnino audacter, & publicè, nec sic clam tamen, vt Cæsarem fallant. Et quod in eorum regione multo tempore sumus versati, hæc nouimus benè. Proditum tamen est memoriæ duas solas tribus sub Romanis (Credo legendum, sub Babylonijs) fuisse, Iudæa, & Benjamin, his adde sane Leuiticam tribum, præter has erant decem tribus aliæ, quæ dicebantur Israël. Et vero simile est sat habuisse Assyrios has decem tribus abduxisse captiuas, & habere dicto audiētis, permissè tamen ipsis sua habere iudicia. Præterea in tua epistola illud erat (vt tuis verbis vtar) Postremo cum tot extiterint propheta, nemo alterius vsus est testimonio, aut sententia: non enim ipsorum sermo ab alijs quidquam emendicabat, cum verus esset, quippè à spiritu sancto prophetarum pectoribus delibatus. Hic verò cum illorum alteri minaretur, meminit Domini dicentis: Innocentem, & iustum non interficies. Et vehementer sum admiratus, quod, cū ita in sacris litteris sis versatus, & tantopere sacra studia meditatus sis, non obseruasti prophetas, priorum prophetarum sermonibus vti, & ferè eosdem repetisse sermones: Quis enim nouit illud quod vel vulgus nouit, apud Efaïam cap. 2. Et erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in summitatibus montium, vsque ad illa, Et non discet vltra præliari? Huic simile non solum sententia, sed verbis ijsdem reperies apud Michæam cap. 4. Et erit in nouissimo dierum manifestus mons domus Domini, preparatus super verticem montium, & eleuabitur super colleis, & festinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicēt, Venite ascendamus ad mōtem Domini, & ad domum Dei Iacob, & ostendet nobis viam suā, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exiuit lex, & verbum Domini de Hierusalem, & iudicabit inter populos multos, & arguet genteis fortes vsque in longinquum & concident gladios suos in aratra, & hastas suas in falceis, & non vltra tollet gens contra gētem gladium, & non discet vltra præliari. Ad hæc in primo Paralipomenō ordinatus ille psalmus à Dauid ad laudandum Dominum in manu Asaph, & fratrum eius, cuius intium est, Confitemini Dominum, & inuocate nomē eius: Fere iisdem verbis repetitus psal. 104. cuius etiam initium est, Confitemini Dominum & inuocate nomen eius, vsq; ad illa, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et postea psal 95. Cantate Domino canticum nouum, vsque ad illa: Quoniam venit iudicare terram. Quæ, quia erant longiora, non suis verbis exposui. Sed hæc breuiter, vt dixi, quod ad id de quo agimus satis esse putabam. Inuenies autem de non tollendo onere in die Sabbathorum non solum scriptum apud Moysen, sed repetitū apud Hieremiam, & de pascha, & de legibus sacerdotilibus inuenies apud Moysen, & postremis vaticinijs Ezechielis, ipse tibi dictiones, & ipsa verba adscripsissem, & alia plurima, nisi viderē dierum, quibus commemoraturus sum Nicomedæ, & temporis angustia me excludi, ne pluribus ad te scribam. Ad hæc dicebas: Ipsum dictionis charactère, & dicendi stylum multum disidere à propheta stylo: quod mihi non sic est visum. Et hæc mea est de Susanna apologia, & defensio. Deinceps locus erat post refutata crimina attexere encomium historiæ Susannæ, & singillatim verba singula expedere, & aperire abditos, & occultos, & admirabileis scripturæ intellectus, quod priuatim faciet aliquis, qui studiosè, & satis diuina studia sit meditatus. Hæc ad obiectiones tuas: quas appellas: respondi, & rescripsi: vtinam erudire te possim, sed non tantum mihi tribuo. Salutat te, qui vna mecum dictauit hanc epistolam, & qui scribendæ interfuit, & quæ voluit correxit Dominus meus, & frater sacer Ambrosius. Salutat te & fidissima coniux eius Marcella, simul cum filijs, & Anicetus. Tu quoque saluere iube Papam optimum nostrum Apollinarium, & omnes amantēis nos.

F I N I S

LEONIS CASTRI, IN-
GENVARVM ARTIVM, ET SA-
cræ Theologiæ magistri, in Esaiam pro-
phetam Commentaria.

IN ESAIAE CAP. I.

D. HIERONYMVS.

Visio Esaiæ filij Amos, quam vidit
super Iudam, et Hierusalem, in diebus
Oziæ, et Ioatham, Achaz, et Ezechia
regum Iudæ.

LXX. VIRI.

Visio, quâ vidit Esaias filius Amos,
quam vidit contra Iudæam, & con-
tra Hierusalem, in regno Oziæ, &
Ioatham, & Achaz, & Ezechia,
qui regnauerunt in Iudæa.

אשר תורה על יהודה

A Nuitus facio, vt à rebus minutulis initium sumam, & à reprehensione viro-
rum excellentium hoc opus auspicer: tamen, quod, vt inquit ille: Vir bonus
facillimè decipitur, vnde natum prouerbium: Bonus vir semper tyro est: in
huius operis initio admonebo ego, Iudaicæ fraudis viros bonos, de re lite-
raria optimè meritos, qui Catholicam ecclesiam inductu Iudæorum, post
M.DC. annos loqui docent, vt Iesaiam, dicat, non Esaiam, aut (vt horridius
sonent) Iesaiahu: Irmiahu, non Hieremiam: Iechezchel, non Ezechiel: Tcebaoth, non Saba-
oth: Tcion, non Sion: Sedom, non Sodoma: Hamorrhah, non Gomorrha: Iehudah, non Iuda:
Hierusalaim, non Hierusalem: Iechezchiau, non Ezechiam: & multa alia, vt non agnoscas
candem scripturâ esse. Volunt tamen Iudæi impij ostendere ecclesiam Catholicam *αυθαδέβειον*
vix loqui didicisse, tantùm abest, vt sensa rerum perceperit: nam reprehensiones infcitie ver-
borum (vt docet M.F. Quintil. cap. de refutatione, facitque Cicero aduersus Rullum, & ple-
rosque) sunt aptæ ad conciliandum ijs, quos iniustos facere volueris, odium, quòd sint tam
rudes, vt etiam in quotidiano sermone errent. Quod cum ipsi Iudæi ad nos transmittere li-
teris non possent, persuasere quibusdam viris doctiss. qui velut munus quoddam magnifi-
cum inimicorum donum offerrent ecclesiæ Catholicæ. Qui si didicerint à Platone prouer-
bium illud, quod illi semper in ore est, *τὰ ἀκίνητα μὴ κίνηι*. i. non mouenda, ne moueris, quòd
B præcipuè in sacris legibus putat obseruandum, nunquam Iudæis fidem habuissent, præfer-
tim cum contigisset illud quòd viii. de Leg. Plato, vt contingeret, vota faciebat, vt habe-
remus leges à Deo latas, vt inde, ne apicem quidem liceret demutare: & verè valeret illud,
τὸ ἀκίνητον μὴ κίνηι, non mutanda, ne mutaris, quæ talia sunt, vt impium sit mutare, ne mutes.
Sat fuerat intellexisse LXXII. viros Iudæos, CCC. annis ante Christi crucem voces Hebraicas sic
vertisse Græcè, Hieronymum, & doctores sacros sic edidisse Latinè, vt fixa res esset, & statuta,
nequis eas auderet attentare: vt illud præteream, quod prudentium hominum erat intelli-
gere, si Hebraica in Græcam linguam vertes, Hebræa nomina propria non more Hebraico
enuncianda fuisset Græcè, sed eo modo, quo apud Græcos enuncientur. An quisquam tam
iniustus rerum æstimator est, vt ab interprete, qui Lusitanam linguam, aut Gallicam, in
nostrum vertat sermonem, illud postulet, vt propria nomina non eo modo proferat, quo
nos proferimus, sed, quo Galli, aut Lusitani? certè interpres, si aliter Hispani dicerent nomi-
na propria Gallica, quàm Galli ipsi eunciant, si in Hispanam linguam verteret, Hispano
more,

more, non Gallico pronunciaret, aut magnos aduersus se cachinos concitaret. Qui minus facias, cum Hebræam linguam in Græcam vertas? An non Hebraica nomina propria, Græco modo enuncies, & non Hebræo? prudentis, inquam, erat hoc videre. At si hoc tantum esset, peccatum imprudentia esset. Nam non miror, nescisse viros in sacris versatissimos, antiquos authores Græcos & Latinos, qui suum expoliuere sermonem, barbara nomina emolliisse, vt sonarent molliùs Latinè & Græcè, quod erat tam vulgatum, vt Geographi scriptores quererentur, tam horrida quorundam locorum esse nomina, vt ad vsum Latini sermonis, non possent emolliiri. Hæc non miror, inquam, viros doctissimos nescisse, non ita versatos in hisce literis. Audissent tamen Origenem, qui quinto tomo in Ioannem scripsit: *ὁ καὶνὸς διακρίσει ἐβγαίων ἐν ἑβραϊῶν ἐξ ἀρχαίων ἡ γραμμάτων ἡ ἀποστολῶν ἡ ἱεροσολιμῶν*. Nouum testamentum, Hebraica nomina, ad Græcam formam reuocat, figura & forma Græcorum nominum, ipsa enuncians. Si Origen. non legerant, cum Lucas capite. 5. scripserit Græcè, vbi lectio castissima seruat, ne vitiose quicquam legi caussari queat, scriptum esse in libro Esaiæ Græcè *ἱσαίου* & eodem modo cap. 4. eiusdem. D. Lucæ, & Ioann. cap. 12. hæc dixit Esaias Græcè *ἱσαίας* & sic Paulus, enunciet quoties huius prophetæ facit mentionem, cur doctissimi viri Iudæis potius quàm Euangelistis, & Apostolis fidem habent? Cum Matth. cap. 1. dixerit Ezechias, cur Iechezchia potius cum Iudæis, quàm Ezechias cum Euangelistis, cū Lxx. seniorib. cum doctiorib. sacris, eis libet pronuciare? Dediscemus Christiani Christianismum, discemus Iudaismum? Voces, inquit, proferrunt meliùs Iudæi, quàm nos, quippe hæc illis naturalis lingua est, in qua nati sunt, & educati. Iudæi erant Lxxii. viri, qui verterunt literas sacras, qui hæc nomina pronuciant, vt Apostoli & Euangelistæ, & doctores sacri. Iudæus erat Ioannes & Paulus, qui ita enunciant, & D. Paulus doctior infinitis partibus his nebulonibus Iudæis: sed sciebant Græcè sic enunciar, quæ Hebraicè aliter enunciantur. Sed quod sunt quidam, qui non tam mouentur Apostolorum & Euangelistarum autoritate, quàm suorum Iudæorum, citemus illis suos Iudæos. Iosephus Iudæus doctissimus, & Hebraicè & Græcè linguæ, lib. X. Antiquitat. cap. 1. *ἱσαίου προφήτου* scripsit, non Iesaiam, aut Iesaiam. & cap. 3. eiusdem lib. ter scripsit *ἱσαίου*, & non Iesaiam: & Ezechiam, nõ Iechezchiau. & eod. lib. cap. X. Hieremiam prophetam, non Irmeiauh: & ita enunciat, quoties huius Prophetæ facit mentionem, vt vel illo cap. facta sæpè metio illius Prophetæ est. Et Philo Iudæus de Cherubim, & romphæa flammea, qua paradysum defendebat, Ieremiam pronuciat, non Irmeiauh: & Sodoma, & Gomorrhah, non Sedom, & Hamorrhah. Idem Philo de ebrietate in fine. & Iosephus de Antiquit. lib. 1. cap. 12. deniq; Philon & Iosephus Iudæi, ita vt Lxx. seniores pronuciant, & Euangelistæ, & tota Ecclesia Catholica: atqui doctissimi erant, & Græcè, & Hebraicè, & multo doctiores ceteris Rabinis: sed sciebant barbara nomina emolliiri, solere à Græcis, vt blandiùs sonarent, aut si piget, barbara nomina appellare Hebræa: sciebant, cum vertuntur nomina Hebræa in sermonem Græcum, aut Latinum, eo modo esse vertenda & enunciantia, quo modo Græci enunciant, & ita ipsi fecere: non igitur scribunt neque enunciant Mosè, sed Moses, aut Moyfes, citra discrimen Philo & Iosephus Iudæi, quoties illius mentionem faciunt. Appellamus igitur liberè pascha, non pasah: nam vocem hanc vel Iudæis authoribus defendemus. Sic appellat Iosephus de dello Iudaico libro secundo de Antiquit. cap. 5. in fine. & lib. 9. ca. 13. in fine, & alijs multis locis. Sic Philo de peregrinatione, cum dixit Dominus Abraham: Egredere de terra tua, & cognatione tua. Neque necesse est dicere Somron, Iehudah, Ahaz: cum Samaria, Achaz, Iudæa vel ab ipsis Iudæis dicantur nõ solum ab apostolis: Damascus, nõ Damefec. Hæc nomina Hebræa propriè sic reperies esse translata ab ipsis Iudæis, vt vertere Lxx. sen. & Euangelistæ, & Apostoli, & vt enunciat Catholica ecclesia, vt Iudæos, vel Iudæis authoribus reuincamus, & vt intelligant viri docti non temerè credendum Iudæis. Idem Iosephus Antiq. Iudaicæ lib. 1. cap. 7. (vt alios rhetores & scriptores omittam) & vt Iudæos & Iudaizantes, authore viro Iudæo refellam: præceptum hoc præscribit, solere Hebraica nomina, cum Græcè vertuntur, leniri, quod sonet blandiùs, eamq; causam prætextit, cur Hebraica nomina nõ Hebraicè nominet, sed molliùs & blandiùs, vt Græci appellat. Idemq; repetit lib. eod. 1. ca. 7. & li. 2. ca. 1. vbi Edom Hebræa vocè ait Græcos nominare Idu mæam, quò suauior hæc vox auribus accidat. Deniq; toto opere, Iosephus, & Philo, ita Hebræa nomina vertunt, vt Lxx, vt Euangelistæ, & Apostolica literæ, non vt Iudæi, & Iudaizantes. Mitto eum interpretem, qui Græcè vertit sapientiam Iesu Sirach, ante tempora aduentus Domini, qui hæc omnia nomina ita enunciat Græcè, vt nûc enūciat Catholica ecclesia: & Iudæus is erat,

is erat, vt Iosephus, & Philon. Saltè dicit aliquis, Hesaiâ cū aspiratione dicendū esse in principio, A quod Græcè *ἱσαίας* dicatur, & corrigendū errorem publicū, qui in omnibus Latinis libris inoleuit, in quibus semper scribitur, Esaias, sine aspiratione. Quibus facillè respondimus, nõ semper Latinos sequi Græcos. Quod enim illi tropæon, nos tropæum dicimus: & q̄ illi triambon, nõs triumphū appellamus: multaq; sunt huius notæ. Sic, q̄ Græci Esaiam, consuetudo tenuit, vt nõs diceremus Esaiâ sine aspiratione: & q̄ Græci Ezeiel, sine aspiratione, nos Ezechiel: illi Ezeziâ, nos autem Ezechiam cum aspiratione dicimus. Nam sic Cicero in Oratore, inquit, se vsum loquendi populo concessisse, & indoctâ consuetudinē in addenda, detrahēda uè aspiratione fuisse sequutū: nõs sanctorū doctōrū, & Ecclesiæ sanctæ Latinæ cōsuetudinē nõ sequemur? Nã nõ dicendū esse Iesaiam nec Iesaiam, vt à quibusdā enunciat, qui aliquantulū in literis promouerit monendus non est. De Sion, & reliquis, nullā fecimus mentionē, ne longos traherē sermones, quod qui obseruare uolet, sic reperiet omnia enunciarī à Iosepho & Philone, vt nominantur literis Euangelis & Apostolicis. Hæc libuit annotare, cum alij alia è Iudaismo parum cōsideratis hominib; obtrudere conetur, ne penitus ad quosdā se Iudaismus penetraret. Vir enim Christianus illud semper ante oculos habeat, q̄ sexta synodo Constantinopolitana actione. 12. dictū est, Omnino necesse est, non solū secūdum sensum, sequi sanctorū patrū dogmata, sed eisdem uocibus vt cum illis, nihilq; penitus innouari.

Nostrum hoc opere institutū est, vt in ingressu disputationis de translationibus dictū est pluribus, tueri uulgatam D. Hieron. **NOTA.** Editionem, & sententias veterū patrū in interpretanda scriptura defendere, quod repositōriū ecclesiæ appellat Irenæus traditū ab Apostolis ecclesiæ, & per manus pontificum, ad nos transmissum, idq; aduersus ingruentes nostra tempestate magno impetu Iudaizantium phalangas, qui longè secus quam præfert editio uulgata, & quam ueteres patres explanant, inter prædicatū scripturam, Christum obcurant, docent eam uia, qua AMBR. de fide lib. 3. 5. 3. perisse Iudæos docet, dū sensum profunda despicit, & sequuntur nuda uerborum. Ideo consiliū fuit huic operi præfigere quam rationem potissimum fuerimus secuti, ut appareat nos non solū antiqua ueris, sed in ea re facienda ne latum quidem unguem à ueterum uestigis discessisse. Vtrūq; editionē uulgatam, s. D. Hieron. & Lxx uirorum interpretationem apposuimus, exemplo D. Hieron. qui id fecit in omnibus prophetis ubi aliqua erat uarietas: & faciendum præcepit in principio cap. 49. his uerbis: Vtrūq; editionem posui, ut quod in altera obcurum esset, alterius lectione reseretur. Sequitur etiam sum hac in re canonem præscriptū ab August. lib. 20. de ciuit. Dei, quo docet ex utraq; translatione coniuñctæ erui posse sacrosanctos sacre scripti. sensus, cui uel accessit quod translatio Lxx commentariū, & paraphrasi in pleriq; est, ut PROCO. docet in illa uerba cap. 1. Conuertam manum meam ad te, ubi admonet Lxx uiros enigmate, & res obscure scripturæ non reddidisse ad uerbum, sed plana, & dilucida oratione explicasse. Quod innuit etiam Origen. in Ioannem interpretas illud: Qui manducar mecum panem leuabit contra me calcaneum suum, quod cū citatum esset ab euangelista nec esset ad uerbum redditum ex Heb. lect. causa inquit Orig. est quod non respondet ad uerbum lectioni Hebrææ, quod hic locus quem citat euangelista, metaphrasi quadam à Lxx est explanatus, quod etiam D. Hiero. nos docuit in illud cap. 1. Conuertam manum meam ad te, ubi Lxx sensum potius quam uerba uerisisse ait. Et in illud cap. 24. Vocauit fortes meos: ait Lxx, & Theodocionem uoces Hebræas Græcis nomenclaturis appellasse, quo res lucidior esset. Et in illud cap. 1. Quomodo facta est mœnibus Lxx, inquit, ut sensum facerent manifestiorem, addidit uocem illam Sion, & in principio cap. 21. uerbum additum à Lxx. per spiritum facere locum docet, & de optime genere interpretandi ad Pammachium nos monet apostolos, & euangelistæ non uerba reddidisse semper, sed expressisse sensa sacra. Et B. GREG. lib. 8. epistolary epist. 24. ad Eulogium cōqueritur se magna difficultate implicatum, quoties translator uerba sequuntur, si enim euebrō, ut utriq; ad uerbum reddat lectionē Heb. & Lxx & D. Hiero. & quoties id sic herere se ait Greg. Apposuius ergo translationem Lxx his causis pro commentario uulgatæ & pro eo commentario, quod prodidit omnes ueteres patres spiritus. s. afflatu editū, Nam ut Iustinianus Imperator scriptum reliquit Nouellarum constitutione. 146. Lxx uiri longo quidem tempore præcesserunt salutarem apparitionem magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi, tamen illam futuram quasi presentibus cernentes oculis, prophetica quodammodo gratia ipsos circumfulgente, ad illam suam interpretationem accommodarunt. Quibus uerbis Iustinianus duo nos monet, translationē Lxx in flatu spiritus, s. esse textam, & commentariū potius esse quam translationem, si quidem ait hos Lxx uiros accommodasse suam interpretationē ad apparitionem Christi, quam prophetica quadam gratia ipsos circumfulgente presentibus oculis quasi cernebant, hoc non est uertere scripturam Græcè, sed enucleare & explanare ueluti commentario, hos tales commentarios translationi uulgatæ atextos uolui. Defendo Lxx. mutatione punctorum, exemplo D. Hieron. qui Aquilam, Symmachum, Theodocionem, ita defendit in illud cap. 31. Conuertimini sicut, & in illud cap. 56. Speculatores, & c. ubi uarietate punctorum factum esse docet, ut eandē uocē Hebræam alij uerterint, pastores, alij pestimos, & in illud cap. 26. Esa. Mortui uitam non uidebunt: uarietates translationum, uarietate punctōrū defendit. Mitto punctum aliquando, ut Christi mysteriū aliquid aperia exemplo D. Hiero. qui in illud cap. 21. Esa. Onus Dumai ait elat uerbu Hebr. i. ad me, si uolueris legere eli, mutato puncto, significabit Deus meus, sed de uarietate punctōrū dictū est pluribus in disput. de transl. Varias translationes mutatione literarū defendo exemplo D. Hieron. qui ita facti in illud cap. 38. Sicut pullus hirundinis, & in fine cap. 44. in illud: Qui dico Cyro, & alijs locis innumeris, & cum dico mutatione literarum, non mutō literas, sed dico Lxx uiros aliam agnouisse literulam, quam si mente atq; animo mutes, agnosces lectionem Lxx, & mysteria Christi in pleriq; splendidius astris fulgentia. Sed debis quoq; in disput. de transl. plurius dictum est: Variā translatio, uaria uerbi significatione defenditur, exemplo D. Hieron. qui id facit in illud cap. 3. Effeminati dñabuntur, & in principio cap. 28. ubi uocē Hebr. uarijs punctis uerti posse docet mercenarios, & ebrios, idq; facit D. Hieron. milles. Ex præcedentibus & sequentibus explano scripturam exemplo D. Hieron. in illud cap. 11. Eleuauit signū, & albi milles. Que uerba alter interpres reddidit superiori sententiæ, dico alteros reddidisse inferiori, exemplo D. Hieron. in illud cap. 38. Cessauit generatio mea: ubi uerbum, Cadat, ait se iunxisse superiori uersiculo, & posse aliud referri.

Authoris institutum de clatur, & totū huius operis reditur ratio, qua patet, quidquid sit, qua ratione fit.

D. HIERONYMVS LXX VIRI

Visio Esaia filij Amos, &c. Visio, quam vidit Esaias, &c.

Pro copius in cap. Esaia. xiii. Visio prophetica mentis oculis fit, quibus videntur, quae futura sunt, tam plane, ut oculis cernuntur quae videmus, quod Deus, prophetarum mentibus illustrat, **B**asilii in cap. Esaia: Visus, sensuum acerrimus, & ideo prophetia, visio dicitur, quod ante oculos & conspectum ponat, quae reuelantur prophetis. Nullus enim sensus, ita res sensibilibus apprehendit, ut visus, unde contemplatio rerum diuinarum, delibata ab Spiritu sancto, prophetarum animis, propter perspicuitatem, visio nominatur: & prophetae, videntes, quod consilia diuina videant, & ideo prophetae se vidisse significant: per formas enim quasdam impressas a Deo, eorum animis vident, nec enim Deo vocatus est opus, ut intellectum rerum nobis excitet, sed formas rerum, intellectibus imprimit, quibus res videtur prophetis clarius, quam ea quae cernuntur oculis. Qui de prophetia discere vult, quid & Philosophi senserint, leget Platonem in Timaeo, & in Phaedro. Origenem in Ezechiel. Translatione D. Hieron. interpretantur Lxx viri sic: Visio Esaie, id est, visio, quam vidit Esaias. Filij Amos: Clemens Alexand. Stromaton lib. i. hunc Amos patrem Esaia, & Esaiam, prophetas fuisse ait, simulque, prophetasse: quae redarguit D. Hieronem in commentariis, quod scriptura repugnet, nam Amos propheta scribitur Hebraice דמון, i. onerosus, durus, & grauis, ut interpretatur D. Hieronem in Amos prophetam, & rationem pluribus reddit, cur ita appellatus sit, Amos vero pater Esaie scribitur Hebraice דערסל, quae vox Latine sonat, id est, quod fortitudo, robur, aut fortis, & robustus. Nam Esaias, Iesus Deus est, quod Iesai, Iesus est, & Ia, Deus, quasi dicas, Iesus Deus, hic filius est fortis Dei, nam fortis, Dei nomen esse, cum absolute dicitur, docet Irenaeus lib. 3. cap. 8. vbi rationem reddit, cur diabolus fortis dicatur in illo: Abstulit vasa fortis: & prophetas typos fuisse Christi, res est confessas, de qua dicendum alibi latius est. *Quam vidit super Iudam, & Hierusalem.* interpretantur Lxx. i. quam vidit contra Iudam, & Hierusalem. Ostendunt enim Lxx hac interpretatione praesignificata hoc cap. Christi passionem, & vastitatem inuectam Iudaeis a Romanis post crucem Domini, & Iudaeorum exclusionem. Sic explanat Eusebius Caesariensis lib. 2. demonstr. Euang. demonstr. 36. his verbis: Magnus hic, & admirandus propheta, totius prophetiae argumentum ob oculos posuit, cum dixit. Contra Iudam, & contra Hierusalem, putauit enim haec scripsisse prophetam, cum Lxx virorum haec laus sit, qui sic sunt interpretati, ut ipso titulo argumentum prophetiae ante oculos posuerint, quod inquit Eusebius, vbi haec, & sequentia omnia de Christi passione, & vastitate Iudaeae interpretatur. D. Hieronem in cap. 2. Esa. quaerit, cur cum eadem verba Hebraea sint in titulo huius primi cap. & in titulo cap. 2. al. Iudaei. i. super Iudam, Lxx in titulo primi cap. interpretentur, i. contra Iudam, in tit. 2. capitis interpretentur super Iudam. de Iudaeis. Et de clarat praesignificasse Lxx, cum interpretantur in titulo primi cap. Super Iudam, i. contra Iudam, de passione dei. Et rursum cum in tit. cap. 2. explanat, Super Iudam, de Iudaeis, significasse, 2. cap. de felicitate euangelica esse sermonem. Tamen D. Hieronem Lxx seniorum sententiam improbat, quod hoc primo capite promittat etiam dominus lata, secundo vero etiam aduersa minetur. Contra putat Euseb. Caesariensis, cum enim demonstrat. Euang. lib. 2. demonstr. 37. plurimis verbis ostendisset hoc primo Esaie vaticinio, praesignificatum Hierosolymorum excidium, armis Romanorum inuectum, quod Iudaei Christum affecissent cruce, admiratur titulum ipsum capitis, ut dixi, quod totius prophetiae argumentum ponitur ante oculos, cum dicitur: Visio, quam vidit Esaias contra Iudam, & Hierusalem. Idem sensit Orig. tomo secundo in Ioannem, in illud, Et verbum erat apud Deum, unde petes huius loci interpretationem. Ibi ergo docet Orig. praesignificasse Esaia hoc caput, quae vltimis diebus euentura erant, tum Hierusalem, tum vniuersa Iudaea. Procopius etiam Gazaeus (qui Theologorum Graecorum omnium veterum scripta in vnum volumen conuersit) hoc idem sensit, qui in cap. 2. haec scripsit, Prima visio contra Iudam erat, haec vero de Iudaeis, quod hic praedicit lata & fausta, illic minas significabat, & rerum mutationes, optime vero hic inquit, pro Iudaeis, quia hinc Euangelicae gratiae incipit initium, illic vero contra Iudam, quod illic praedicitur Hierosolymorum euersio post crucem Domini. Haec, & alia plurima, in hanc sententiam Proco. Idem etiam in comment. suis Cyril. videtur sensisse. Ergo Euseb. hoc nomine commendat magnopere prophetam, quod suis vaticinijs, tali quodam titulo, faciem quandam videtur praetulisse laudaturus potius, si scisset Hebraice Lxx seniorum interpretationem, qui verbum anceps ita reddidit, ut vaticinio faciem quandam fulgentissimam praetulisset, & tituli subtraherent ambiguitatem. Nam, Super Hierusalem, significare poterat, forma illa Hebraea dicens, contra Hierosolyma, & de Hierusalem, quae interpretaciones

Scholium Lxx.

Atationes explanari poterant. i. contra Hierusalem, aut pro Hierusalem, ipsi maluerunt dicere, contra Hierusalem, quod ut ait HILAR. in i. Psalm. Verborum ambiguitatem tollunt spiritali scientia, quam a Mose & Prophetis acceperunt per manus. quod etiam CHRYSOS. in Psalm. 50. ait homilia. i. docetque, quantum his titulis iuuenimur ad intellectum scripturarum: ait enim: Super inscriptione construngimur, ne possimus euagari, & aliud transferre mentem, statim enim ipso titulo ea demonstrantur & docentur, quae textus continet. Quod si post praedictam vastitatem Hierosolymorum, & urbium Iudaeae, quod regem gloriae in crucem sustulerint, & post praedictam abrogationem legis Moisaicae, & Iudaeorum exclusionem, tribus versibus, aut quatuor ad summum, praesignificari baptismum, aut legem gratiae, bene promittat fidelibus, non continuo D. Hierony. erat damnaturus sententiam Lxx virorum, quae hanc prophetiam contra Iudaeos esse putarunt, quod Dominum in crucem sustulerint, cum statim redeat Propheta ad minas, & ad capitis scopum, & de lege noua, baptismoque vnam tantum periodum intertexerit. At dices, bene illis promittit, non sane infidelibus, quibus **B**exitium & vastitatem minatur, imò hoc quod reliquius, quae saluae factae sunt, & gentibus, laeta promittit, infidelibus Iudaeos excruciat maxime, quale illud Domini: Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum, cum praesertim dicere possimus, quod ex Augustino saepe repetamus oportet, vbi ita completum videmus, ut vertere Lxx. de fide Lxx virorum nullus dubitationi relinquatur locus.

Super Iudam] Lxx interpretantur, i. contra Iudam, ut referant hoc ad vastitatem Iudaeae, post crucem Domini, ut supra dictum est ex Euseb. & doctoribus sacris, repetendaque sunt Chryso. verba, saepe animo & cogitatione, quae supra diximus, super inscriptione ipsa construngimur, ne possimus euagari, & aliud transferre mentem, sed statim ea demonstrantur, & doceantur, quae textus continet, & titulis ipsis Lxx viros interpretari scripturas, verbis etiam additis, docet etiam HILAR. cum alijs locis, tum in psalm. 142. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, his verbis. Lxx seniores, quibus legis ac prophetarum scientia ultra praescriptum, & ambiguitatem litterae fuit, addendum hoc putauerunt: & in Psalm. 143. Benedictus Dominus Deus meus. Et huic quoque psalmo addendam Lxx super inscriptionem putauerunt, quae Hebraice non est, quod non sine spiritali ratione effectum fuisse, psalm. ipsius textu docetur, & infra, cum Hebraice non sit haec superscriptio, intelligimus Lxx. seniores voluisse nobis spiritalis scientiae sensum dare. In eadem sententia est EPIPH. qui verba addita & mutata a Lxx viris, in flatu spiritus sancti, addita & mutata putat cum Augustino, Iren. & alijs sanctis patribus. Ergo quod Hieronymus: super Iudam] dixit, conuenienter lectioni Hebraeae, interpretantur Lxx. i. contra Iudam vniuersam, quod cruce affecerint Dominum, idque fecisse videntur, quod verba sequentia non ad duas tribus tantum, sed ad duodecim tribus pertineant ut docet EVSEB. Caesariensis lib. 2. demonstr. 36. Omnem nationem Iudaeorum, inquit, reprehendit hoc loco, siquidem ait: Israel me non cognouit, &c. quibus verbis EVSEB. quod Propheta dicat: Israel me non cognouit, de duodecim tribubus hic agi contendit, quae vastatae sunt post crucem Domini, non de duabus tantum. Et infra idem Eusebius. Postea detestans, & miseram appellans omnem Iudaeorum nationem subiicit: Vae genti peccatrici. vbi Euseb. omnem nationem, siue omnem tribum Iudaeorum, terri hoc oraculo, docet, idque probat hoc nomine, Israel, quod generale nomen est duodecim tribuum: & hoc nomine, gens, quod totius nationis Iudaeorum appellatio est. Quae eo diximus pluribus quod D. Hieronymus in princip. comment. quaerit, cur Lxx verterint, contra Iudam, cum Propheta dixerit, de Iudaeis. Dico ergo, scientia spiritali, & traditionibus maiorum, quas a Mose usque, & a Prophetis per manus acceperant trecentis annis ante tempora Christi, ut dixi ex auctoritate sanctorum patrum, sustulisse huius loci ambiguitatem, & retulisse ad omnes tribus Israel, quae vastatae erant post crucem Domini. Et summo opere notandum puto hoc loco, quod EVSEB. notat demonstr. euang. lib. 3. cap. 2. interpretas locum illum: Non deficiet princeps de Iudam, vbi de Iudam, inquit, non tribum vnā appellat. aut duas sed vniuersam prouinciā Iudaeae, quod prophético spiritu uiderit Moses vniuersam prouinciā posteris temporibus a regno tribus Iudam, appellandam Iudaeam. Nec enim tempore Moysi appellabatur Iudaei, aut inter omnes tribus regnabat tribus Iudam. Mirabiliter ergo, & prophetice, oem nationem Iudaeorum Moses Iudam appellauit, ut ante tempora Christi Iudaeam appellabatur, quod eo tempore cum defecit princeps de Iudam vniuersa prouincia, Iudaea erat dicenda. Ut ergo Euseb. Mosen ait vniuersam prouinciā appellasse

lasse Iudæ, & Iudæ accepisse pro Iudæa: sic dico Lxx viros Iudæ interpretatos esse hoc loco Iudæam, vt ostenderent sententia spiritali, hoc vaticinium ad vniuersam prouinciam Iudæam pertinere. Mitto dicere, quod pro Iudæ Lxx semper reddunt Iudæam, ratione ea qua pro Somron, Samaritam: & pro EDOM, Idumeam, de quibus supra pluribus diximus, de duodecim tribubus, & quo pacto essent tempore Christi, quauis essent ductæ captiuæ, nec reductæ vnquam, dicendum est infra:

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In diebus Ozia, Ioatham, Achaz, & Ezechia regum Iudæ. In regno Ozia, & Ioatham, & Achaz, & Ezechia, qui regnauerunt in Iudæa.

DE Temporibus regum, nihil est quod multa dicamus: illud notum est, Oziam regem Iudæ binominem fuisse, dictumque Azariam. 4. Regum cap. 15. & Oziam, Paralipomenon lib. 2. cap. 25. Nam Amasias rex Iudæ filium hunc reliquit regem Iudæ, qui 4. Regum dicitur Azarias, 2. Paralipomenon Ozias, cuius filius Ioatham. De Ioatham, Achaz, Ezechia, 4. Regum capit. 15. 16. 17. & deinceps scriptum abundè est, & Paralipomenon lib. 2. cap. 25. 26. 27. & deinceps. De temporibus prophetæ Esaiæ, & aliorum prophetarum AVG. de ciuit. Dei lib. 18. cap. 27. Et EVSEB. præparationis euangel. lib. 10. cap. de antiquitat. Moysis, & prophetarum apud Hebræos. Vnde colliges, hunc prophetam Esaiam, & Oseam, fuisse prima Olympiade, captiuitatem verò Babylonicam accidisse. 64. Olympiade: vna Olympias quatuor annos continet, vt ipse docet EVSEB. loco citato. Si numeres igitur, & multiplices LXXIII. Olympiadas per quaternos annos, reperies quater sexaginta quatuor, efficere ducentos quinquaginta sex annos. Igitur fuit Esaias ducentis quinquaginta sex annis, ante reditum ex captiuitate Babylonica: ante crucem verò Domini octingentis & quatuor annis, quod à reditu ex captiuitate Babylonica, vsque ad decimum quintum annum Tyberij Cæsaris, quo passus est Dominus, interfuisse dicuntur centum triginta septem Olympiades, quas Olympiadas singulas si multiplices per quatuor annos, efficies quingentos quadraginta octo. Hunc numerum annorum, qui interfuit, inter reditum ex captiuitate Babylonica, & crucem Domini, si coniungas cum ducentis quinquaginta sex annis, quibus fuit Esaias ante reditum ex captiuitate Babylonica, efficies octingentos & quatuor annos, plus, minusue. Hæc ex EVSEB. loco citato. CLEMEN. Alexandrinus Stromaton libro primo, tempora prophetarum numerat, docetque, qui prophetæ simul fuerint, inde petat qui volet. Illud liqueat, fuisse Esaiam ante crucem Domini octingentis quatuor, plus minus annis, quod tantum temporis interfuit, inter Oziam regem Iudæ, quo tempore fuit Esaias, & inter decimum quintum annum Tyberij Cæsaris, quo cruce affectus est Dominus. Sed dices, quid hic numerus annorum refert? aut quod hæc annorum tam exacta supputatio spectat? Permagnum interest, veteres patres hoc insolubile argumentum, maxime aduersos Iudæos, esse putarunt veritatis fidei Catholicæ: ne temere scriptum putes sub Ozia rege, prophetasse Esaiam, qui octingentis annis fuit ante tempora redemptionis. Sic persuadere gentibus, & nationibus nostri maiores veritatem fidei catholicæ, cum octingentis ante annis, prædicta omnia mysteria Christi ostenderent, & in Christo completa omnia. Sic AVGVSTIN. in euangelium secundum Lucam, de arbore ficulnea, quæ per triennium fructum non adferebat: Audi, inquit, prædicta, & vide completa, Christus de virgine promissus est, & natus est: promissit miracula, & fecit: promissa est passio, & facta est: promissa est resurrectio, & impleta est: promissum est propagandam ecclesiam per totum mundum, & impletum est: promissum est conterenda idola, & contrita sunt. Et in Psalmum 66. in illa verba: Et metuant eum omnes fines terræ. prædicta inquit, sunt omnia, exhibentur omnia, it euangelium per orbem terrarum, implentur omnia quæ in scripturis prædicta sunt, sicut vique ad hodiernum diem omnia venerunt, sic quæ restant, euentura sunt. Et contra Faustum Manichæum libro duodecimo, capite quadragesimo quarto, docet conuincere omnes Gentes, & Iudæos ipsos, quod scripturas completas videant. Et de vnitae ecclesie, libro vno, capite septimo in fine, cum recitasset scripturarum testimonia, subiungit. Quam multa, quam clara, & tamen resistitur & contradicitur, non cui-

A non cuiquam homini sed spiritui Dei, & euidentissimæ veritati. Vides Augustin. euidentissimam veritatem appellare, cum octingentis ante annis prædicta mysteria Christi ostendat omnia & completa: doletque Christianos homines gloriæ Christi inuidere, & oraculis Christi offundere tenebras, vt intelligamus, non solum nostris temporibus, sed etiam tempestate Augustini fuisse, qui Iudaizarent. Et in fine cap. 9. lib. de vnitae Ecclesie, cum dixisset dominum, postquam reuixisset gloriosus, & corpus gloriosum contrectandum præbisset discipulis, ait maiori documento voluisse eos confirmare scripturam. Vt putarit Augustinus, quod Christus resurgens, corpus gloriosum contrectandum præbuerit discipulis: sed multo maius esse, quod octingentis & mille ante annis prophetis testimonijs & psalmis prædicta omnia essent & prænunciata. Et sic dominus, cum se visibilem atque palpabilem sensibus præbebat, aperiebat scripturas, vt maius illud testimonium ostenderet scripturarum, quam quod se videndum & palpandum præberet post crucem, cum se ostendebat resurrexisse, quod alibi D. Petrum significasse ostendit, cum dixisset, vocem de lapfa celo à magnifica gloria patris & subiecerit. Habemus firmiorem propheticum sermonem, quasi diceret, propheticum sermonem octingentis, aut mille ante prædictum, validius testimonium esse, & inconcussum magis aduersum infideles, quam quod dicta est vox patris de lapfa celo, qua pater omnipotens Christum dominum testatus est filium suum vnigenitum esse, quod infideles factum esse negarent, & apostolicis euangelicisque literis fidem non haberent, aut magicis carminibus factum dicerent, qui infideles prophetis testimonijs fidem abrogare nullo modo possunt, cum prædictum videant, & Hebræorum codicibus, qui penes hostes nostros sint octingentis annis antè, atque adedò mille, arsura Hierosolyma, arsisse videant, conflagraturum templum Domini post crucem Christi, conflagrasse videant, ruituras omnes vrbes Iudæ, incendio delendas, ferro, igni, perituros Iudæos omnes, reliquos pellendos in omnibus oras, neq; recuperaturos sua vnquam, neq; instauraturos suas vrbes, sic facta hæc omnia cernant, ruitura idola, ruisse videant, & sic omnia millesimo ante anno prædicta, completa appareant. Ait tamen Augustinus, inquam contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 9. Fortè gentilis cum risu dicat, non credo prophetis, qui gentilis ipse idola in speluncis abscondit metu regum, vt prædictum est ab Esaiâ, quomodo ergo dicat, Non credo prophetis? cum in se completum videat, quod à prophetis est prædictum. & cap. 10. magis verendum esse ait, ne confusi, & conuerti infideles rerum euidentia tanta, cum octingentis annis antè prænunciata omnia, & completa suis temporibus cernant, fortasse dicant Christianos has literas cõposuisse, vt antè diuinitus prædicta putarentur, ne Christo temere viderentur credidisse, nisi populi Iudæorum inter nos essent, vt ex illorum codicibus, quos nobis seruant inimici nostri, prænunciata probarem mille ante annis, quæ nunc cernuntur impleta. Quod si obijceretur Iudæos, quorum libris hæc sunt prænunciata, hæc non credere, cum ostendereimus hoc quoque nõ credituros, scilicet Iudæos ab eisdem prophetis esse prædictum, quis tam demens est, inquit Augustinus, vt hæc non videat? quis tam impudens qui se hæc videre dissimulet? Repetitq; eadem centies, & præ se fert nostræ veritatis insolubile argumentum esse, quod mille, bis mille annis, quingentis, octingentis ante annis prædicta & prænunciata sint omnia de Christo mysteria, quæ cum completa videamus, quæ tergiuersatio, inquit, cuiquam reliqua est? quin verissima dicat quæ de nostra fide prodita sunt literis Euangelicis omnia. Quæ, quam verè dicta sint ab Augustino, rerum euentus planum fecit. Iudæi namq; manifestissimis prophetarum oraculis constricti & reuincti, nullam aliam qua elaborentur repererunt rimam, quam quod inficiaretur quidquam tale Hebraicis literis contineri, & Lxx. viris abrogarent fidem, qui. CCC. ante crucem Christi annis, tot numero lectissimi & sanctissimi gentis Iudææ vertere scripturas tam planè, tam apertè, vt nisi illis abrogaretur fides, insolubile argumentum verè esset, neque elabi vilo modo possent Iudæi, quid enim dicerent? aut quo se vertent? cum Augustinus & alij veteres patres, vt apparebit toto hoc opere irent per singula prophetarum oracula, & dicerent: Audi Iudææ prædicta, vide completa. Hæc tam aperta testimonia vides, & tam plana, & impius esse pergis, & tuum errorem foues? Cavit Deus vt literis Hebraicis hæc tu apud te haberes testatissima, & tuis codicibus ea nobis seruares, obuiâ quoque itū est tuæ peruicaciæ, cõsuluit enim Deus. CCC. ante crucem Christi annis, vt Lxx. duo Iudæi doctissimi delecti sint à tuis maioribus, ne posses obijcere quidquam, aut causari, corruptos esse trãlatores à Christo aut ab Apostolis, neque haberes quod te verteres, licet impuden-

tissimus sis, cum res esset tam certa, & argumentum tam insolubile, quod tuis literis Hebraicis A
 consignata est nostra veritas, quas apud te habes, & adseruas. Interpretatio tuarum literarum
 facta est tribus seculis ante Christi tempora, ne dubitationi locus vllus reliquus esse posset, vt
 diximus, ex Irenæo & alijs patribus: exuere tamen pudorem Iudæi, & huic parti se opposue-
 re, & abrogare potius fidem Lxx. viris, quod videbant nullo alio modo se posse dissolue-
 re argumenta illa, quibus nostri maiores illos premebant, cum per singula ibant & dicebant:
 Audi prædicta, vide completa. Et satis magna necessitas, ne dicam omnium maxima est, quæ
 illos cogit, vt abrogent fidem translationi, quam fecere Lxx. duo Iudæi delecti ab Eleazaro
 summo pontifice Iudæorum, doctissimi legis Mosaicæ, & peritissimi paternarum traditio-
 num, & tot numero, & tot annis ante Christi tempora, & huc incubuere omnes, & intende-
 re nervos suos, vt huic translationi fidem abrogarent, vt pluribus docet Iustinus in dialogo ad-
 uersus Tryphonem, quod aliter tueri suam impietatem nullo modo possent, propheticis
 enim testimonijs aperte reuincbantur, quod Lxx. viri commentarij potius sint scriptura-
 rum, quam tralatores in plerisque, & hæc testimonia prophetica ad comprobendam fidei B
 nostræ veritatem maximum habent pondus. Sic Lactantius Firm. lib. 5. de iustitia. cap. 3. Hanc
 causam cur credidimus, ait, nõ quia Christum mirabilia fecisse videmus, sed quia vidimus
 in eo facta omnia, quæ nobis prænunciata sunt vaticinio prophetarum, vnde obiter notan-
 dus est idẽ Lactant. qui eodem lib. cap. proximo Tertullianum & Cyprianum reprehendit,
 quod infideleis nationes refutarunt scripturarum testimonijs, qui argumentis & ratione po-
 tius refellendi essent: nunquam tamen argumentis, & ratione fides nostra, quæ supernatura-
 lis est, probari poterit, quam putauit omnis antiquitas testimonijs scripturarum, & vatici-
 nijs tam planè, & tam aperte probari, vt dementis sit non credere, sic enim Augustinus. Quis
 tam demens, inquit, est, qui non videat, quis tam impudens, vt se videre dissimulet? Sic Iusti-
 nus philosophus martyr, sic Athan. sic Cyrill. sic omnes nostri maiores abduxere ab impie-
 tate genteis, & ad fidem traduxerunt, cum ibant per singula mysteria nostræ fidei, & dicebant:
 Audi prædicta, vide completa, quod rebus supernaturalibus & diuinis, factisq; diuinitus hoc
 genus probationis potissimum esset, si prædicta multò antè omnia ostenderentur, & sic cõpleta
 apparerent omnia, neq; inconcussum tantum esset & insolubile hoc probationis genus, sed C
 valeret apud omnes genteis, apud omnes nationeis, omnibus temporibus, omnibus locis,
 quodque rem faciat (vt ait Augustinus) euidentem, opinor, quod qui Græcè sciat benè videat
 prædicta, & cernat completa. Tam enim nos prædicta videmus verbi causa, quæ de vastitate
 Iudææ dicuntur hoc cap. & completa cernimus, quam Augustinus & nostri maiores proxi-
 mi Christi temporibus, & multò adeò magis, quod diruta omnia iaceant nostris tempori-
 bus per mille quingentos annos, videbuntq; posterio docti omnes prædicta, & cernent com-
 pleta: quam euidentiam, inquam credo, veteres patres nominare, & talem euidentiam, vt re-
 felli nullo modo possit. Vnde Euseb. demonstrationem nominauit, cum libros conscripsit de
 demonstratione Euangelica, cum singula nostra doceat prædicta, & ostendat completa. Ne-
 que enim argumentum minus insolubile est hoc, si vera sic probes, vides singula millesimo an-
 te anno prædicta, nostris temporibus esse completa: verissima igitur, quam si dixero, peperit
 naturaliter, ergo cum viro concubuit, nõ fuit Salmantica, qui hora eadem fuit Pincia, quæ in
 solubilia nominat Quintilianus, genus quoddam demonstrationis Aristoteles. Certè Athan.
 Tertull. Cyprian. Cyril. Procop. & omnes patres veteres, vt toto hoc opere apparebit, nul-
 la alia re Iudæos & infideles vrgent, quam propheticis testimonijs, eaque putant insolubilia
 nostræ fidei argumenta, vt intelligas quantum pondus fidei Catholicæ aduersum infideles in
 literis propheticis sit. Nam infideles riderent Euangelicas literas, & apostolicas, nisi preme-
 rentur literis propheticis. Deniq; propheticis testimonijs utebantur nostri maiores, potis-
 simum ad conuertendum orbem terrarum, quibus cum accessisset spiritus sancti numen, &
 miraculorum claritas effectum est, vt Euangelium toto orbe reciperetur, quod prænunciata vi-
 derentur omnia, & completa. Vnde prodidere maiores, cum vastitas inuecta est Iudææ post
 Christi crucem, quæ prædicta apparebat propheticis oraculis, quam gentes & nationes le-
 gebant in prophetis præsignificatam millesimo antè anno (erant enim eo tempore Græcè do-
 cti plusquam Latinè) obstupefactas nationes, tanto rerum miraculo confluisse ad fidem, &
 Euangelium toto orbe admirando quodam lumine fulsisse. Neque maiores nostri soli in hac
 fuere sententia (quanquam veterum patrum sententia, spiritus sancti sententia est) dominus
 enim hoc

A enim hoc vsus argumento solò sapè est in literis Euangelicis, tanquam insolubili, cum enim
 Lucæ. 7. discipuli Ioannis à Ioanne misi Dominum interrogassent: Tu es qui venturus es,
 an alium expectamus? in ipsa hora dominus multos curauit à lægoribus, & plagis, & spiriti-
 bus malis, & respondens dixit illis: Eunte, renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis, quia cæ-
 ci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, furdi audiunt, &c. quasi diceret: renuntiate
 Ioanni vidisse vos completum oraculum Esaia cap. 25. Tunc aperientur oculi cæcorum, &
 aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Sic
 angelus Matthæi. 1. completum docet illud Esaia cap. 7. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet
 filium. & cap. 2. vt impleretur quod dictum est per prophetas: quoniam Nazaræus vocabitur,
 quod infrà ostendemus, per quos prophetas id prædictum erat, vnde Orig. in Ioannem inter-
 pretans illa verba, vt testimonium perhiberet de lumine: planum est & manifestum, inquit,
 ex prædictionibus prophetarum, multos in Christi admiratione venisse, percussos admiratio-
 ne, quod tot prophetarum vocibus prædicta esse omnia viderent: patriam, vbi Christus
 B nasceretur, locum, vbi erat educandus, doctrinæ vim, admiranda miracula, passionem, resur-
 rectionem, & reliqua omnia. Quæ tot verbis sum exequutus, vt appareat quantum pondus in
 propheticis literis situm sit, illisq; & ipsum dominum, & angelos ipsos vios fuisse, & nostros
 maiores præcipue eas adhibuisse ad abducendas genteis ab infidelitate, & traducendas ad fidẽ
 Catholicam, & hunc esse aditum ad conuertendas nationes ad Christi fidem; nam si Mauris
 Euangelium cites, dicunt à nobis vitiatum esse, & maiorem fidem habent suo Alcorano. Te-
 stimonijs propheticis erant premendi, cum singula prædicta ostenderentur, & in Christo cõ-
 pleta. Sed huic quoq; rei illi interclusere aditum, cum neq; Græcè neque Latinè sciant, inter-
 seferintq; aditum omni doctrinæ & disputationi. Caut enim Mahoma diaboli inductu &
 suafu, ne literas discerent, ne errorem possent dediscere aliquando, si Græcè & Hebraicè pro-
 phetas legerent, & prædicta nostra viderent, & completa omnia. Hoc fidei nostræ aduersus
 infideleis maximum robur credidere veteres patres, hoc è manibus extorquere nobis conari-
 tur Iudæi, extorsere penè suis vociferationibus & clamoribus translationem Lxx. virorum, vt
 inquit Orig. in epistola ad Aphricanum, & Iustinus in dialogo aduersus Tryphonem; quæ scri-
 pturam non ad verbum reddit, sed sensa sacra exprimit, tribus seculis ante crucem dñi edita,
 euangelica & apostolica verba sonat, quamq; commentarium potius appelles quam translationem.
 C pergunt extorquere translationem D. Hieronymi, translationibus recens editis ad veritatem
 Hebraicam, vt ipsi aiunt, cum pleriq; ad perfidiam Iudaicam sint editæ, & cum penè extor-
 ferint nobis translationem Lxx. virorum, quæ. CCC. annis ante crucem Christi explanat nobis
 literas ad lucem euangelicam, pergunt extorquere translationem D. Hieronymi, quæ lectionem
 Hebræam ad verbum reddit, & inuertere testimonia prophetarum de Christo, vt propugna-
 cula nostræ fidei labefactent, idq; per Christianos homines, qui, vt diximus supra ex Augu-
 stino, gloriæ Christi inuident. Quantò illi maiori conatu prophetias inuertunt, quæ nostræ
 fidei sunt propugnacula firmissima, & munimenta validissima, aduersus infideleis, tantò ma-
 iori conatu à nobis sunt defendendæ prophetiæ, & arcendæ Iudæorum interpretationes. Ha-
 bemus nostræ fidei veritatem, Iudæorum libris, qui nobis sunt infestissimi, consignatam. Ha-
 bemus libros sacros Hebræos Latinè versos à D. Hieronymo, vbi prædicta sunt omnia myste-
 ria nostræ fidei, quæ completa videre possunt etiam infideles, quod insolubile argumentum
 D catholicæ veritatis putarunt veteres patres, qd hoc titulo significatur, cum dicitur Esaia fuisse
 temporibus Ozia regis, & Ioatham & Achaz. i. octingentesimo quarto anno ante crucem Domi-
 ni, & tantò antè tempore, historiam euangelicam texuisse, vt Euangelista dicatur Esaia, magis
 quam propheta, vt intelliges ex translatione D. Hieronymi. Si Iudæi, & Iudaizantes D. Hiero-
 nymo fidem non habent, quod ecclesiæ Catholicæ lumen D. Hieronymus nostris fauissè re-
 bus credatur, & scire aueant Iudæorum sententiam, habent Lxx. duos Iudæos, qui tribus secu-
 lis ante aduentum Domini literas sacras sunt interpretati. Quorum scriptis ita planè Christi
 mysteria referantur, vt Euangelicis & Apostolicis literis concordent mirabiliter. Hos legant,
 qui liberis odio, & gratia mentibus vertere scripturas: non rabie cæcos Iudæos, Christiano no-
 mini insensissimos, & meminerint quod Chrysof. ait, quod Christiani propter hoc vocamur
 & fumus, vt Christo pareamus, non vt ad hosteis curramus. Vt enim Chrysof. ait aduersus
 Iudæos inquit oratione prima. Non exiguum interuallum est inter nos & Iudæos, neq; de le-
 uibus ac vulgaribus rebus inter nos est controuersia, ne tu vnum, & idem esse credas nostrum
 A 5 & illorum

& illorum institutum, ac non miscenda misceas. Illi crucifigere Christum, tu crucifixum adoras: vide quantum interest. Quæ omnia eod pluribus dixi, vt appareat, maxima hæc vaticinia prophetarum aduersus infideles esse munimenta, propugnacula, arma, quibus orbem vicere nostri maiores, & conuertere gentes, & nationes, quæq; nobis habenda sunt ad manus aduersus infideles: quæ conantur Iudæi, ac iudaizantes inuertere, vt eos submoueamus à nobis longissimè, & eorum interpretationes: quod labefactare vallum firmissimum nostræ fidei conentur: intelligamusq; nobis consultum esse optimè, cum literæ sacræ, penes nostros hostes sint, penes Iudæos (inquam) qui eas adseruant, versæq; sint à D. Hieronymo fidelissimè. Quod si is Iudæis suspectus sit, quod sit noster, & fulgentissimum Ecclesiæ decus, versæ sunt à Lxx. duobus Iudæis tam planè, vt Evangelica verba & apostolica sonent, & mille miraculis (de quibus supra diximus) confirmata à Deo Opt. Max. sit tralatio Lxx. cum primùm est edita, vt impudentis sit illi abrogare fidem, quod inquit Irenæus. Quis enim vnquam ab hoste suo didicit? quod supra diximus ex Augustino. Quis ab inimicis Aristotelis, Aristotelis petijt interpretationem? aut Mathematicas disciplinas discere parat ab ijs, qui nihil peius Mathematicis disciplinis odere? Et cum hæc vociferetur Augustinus, vociferentur & patres omnes veteres (vt supra pluribus diximus) per tot annorum spatia, cum hæc personent, & ad nostras aureis transmittant, pergimus pergere, & venenatas aquas de Iudæorū fontibus haurire. Nam vt sis sciens commenti Iudæi sunt post tot annos, non solum quid responderent veteribus patribus: qui illis obturabant os manifestissimis prophetarum vaticinijs: sed etiam quid responderent Christo domino. Reuerti enim à domino illo loco psalmi: Dixit dominus domino meo. & cōstricti in vinculis illo vaticinio, ita vt elabi non possent, neque quid dicerent haberent, tandem millesimo quingentesimo post anno, postquam benè commenti sunt mendaciū, inuerso psalmi sensu, respondent Domino (vt leges apud Vatablum, & alios) ne mirere, si loca explanata ab Euangelistis & Apostolis aliò Iudæi deflectant. Vt enim diximus supra ex autoritate antiquorum, Iudæi rursus peruertendis scripturis crucifigunt dominū: & tamen in oculis quorundam feruntur. Hos audiemus, qui Christiani nominis odio ardent? qui omnia inuertunt, vt Christo aduersentur? Quin audent Iudæi, & Agareni, parem suam causam nostræ dicere. Sic enim agunt nobiscum, vt tu Christianis parentibus ortus, parentum fidem tueris & colis: neque Iudæus esse posses, aut Saracenus: sic nos Iudæi, aut Saraceni orti è gente Iudæa, aut Agarenis parentibus nati, nunquam bona fide discemus Christianismum. Itane par causa nostra vestra erit, & impij nos Christum colimus, non quod fidem hanc nostram colere parentes (non enim fouemus parentum errorem) colimus fidem à Christo, & ab Apostolis innumera constabilitam, & confirmatam miraculis, & quod omnibus vobis obturet os, & impij, prædictam à prophetis mille ante annis, & ab hoc Esaiâ propheta præsignificatâ o ctingentesimo ante anno. Et ne quisquam nos dicat confinxisse hæc tot & tam manifesta de Christo vaticinia: seruantur codices prophetarum à Iudæis offensissimis hostibus nostris, versa sunt Græcè à Lxxii. Iudæis. CCC annis ante crucem domini, ne locus vllus dubitationi relinqui possit, & tam planè, vt non solum alij patres, de quibus postea dicemus toto hoc opere, sed etiam Augustinus sæpissimè repetat ea, quæ supra citauimus, dicatq; de consensu Euangelistarum lib. i. cap. 31. Quid contra hanc euidentiam expressionemq; rerum, & prædictarum, & impletarum dici potest? Et infra cap. 32. An discipuli Christi finxerunt quod propheta, quorum libri nunc in manibus inimicorum Christi habentur tam longè, antequam Christus filius hominis fieret, præsignificauerunt? Ergo cum veteres patres prophetias, tam valida ecclesiæ Catholice propugnacula putent, vt expugnari ab hostibus nullo modo possint: cum tanto tempore ante Christi aduentum prædicta sint hæc vaticinia, quod significat Esaias hoc loco, cum docet o ctingentesimo quarto anno ante Christi passionem se fuisse, nos ea tueamur ab insidijs Iudæorū, nec patiamur tantum bonum nobis è manibus eripi. Habemus eas versas à sanctissimo viro D. Hieronymo: & tribus seculis ante crucem Christi à Lxxii. Iudæis, & ita planè, ita apertè, vt prædicta omnia nostra appareant, & completa. Amandemus ergo in vltimas terras Iudæorum interpretationes, qui tam splendida luci prophetarum, Iudaicas conantur offundere tenebras.

D. HIERONYMVS.

Audite cali, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.

LXX. VIRI.

Audi cælum, auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est.

Quod

Quod apud Latinos, Græcos, & Hebræos, sunt quædã nomina, quæ quauis vnã quandã rē significet, tamen pluraliter tantū declinantur: ideo, Samāin vocē Hebræã, quæ plurali, duali numero tantū declinatur apud Hebræos, Lxx. viri vertuntur serè singulariter [Audi cælum] Iudæi adnota, translationē Lxx. viri potuisse [Audi cælū, auribus percipe terra, quod Dñs loquutus est] Hoc est, audi id quod olim Dñs loquutus est per Moysen. CHRYS. to. 5. de poenit. hom. 3. penè totū hoc caput explanat, & sic hunc locū interpretatur. Esaias, qui Seraphim vidit, & qui mysticū illud hausit melos, cum dixisset [Visio quã vidit Esaias] subiecit [Audite cælū] quæ sic percontabimur: Cum præmiseris, & Esaias, Visio quã vidit Esaias. & expectaremus visionē, alia dicis? cælū alloqueris? & in terrā sermonē declinas? dimittens rationales homines, cum irrationalibus elementis disputas? Ita inquit, quoniam irrationalibus rationabiliores facti sunt, neque hac tantūm ratione hæc facit propheta, sed quod Moyses volens eos inducere in terrā promissionis, prædixit eos expellendos ex illa, si nō seruassent legē datā à Deo; & testatus est cælū & terrā, in quibus: Audite cælū, auribus percipe terra, &c. Testatus est, inquit CHRYS. si ingressi promissionis terram, Dñm reliqueritis, dispergetis estis in omnes terras. Esaias hoc loco, cum hæc cōminatio cōpleri debet, nunc citat illā obreitationē Moysis, &c. Quibus verbis Chrysost. docet præsignificari ab Esaiâ, cōminationem illā Moysis nunc esse complendā, & pellendos Iudæos è terra promissionis post crucem Dñi: vt congruat benè interpretatio Lxx. Visio super Hierusalē, id est, contra, & describitur vastitas Iudæis inuecta à Romanis, post crucē Dñi, quod diximus esse huius capitis argumentū. Et notandus est Canon scripturæ, de quo sæpè faciendā mentio est, ex autoritate Procopij, & veterū patrū, quoties Esaias citat verba; aut historiā veteris testamenti, significari ea fuisse aut typū, aut vaticinium eius rei, quæ vaticinatur, vt hoc loco, cum verba Moysis repetit, significat spectalle Moysen ad hanc vastitatē, quæ hoc cap. prædicit Esaias, Hierosolymorū & vrbū Iudææ, q̄ Iudæi Christū Dñm in crucē sustulerint. CLEM. Alexand. in fine lib. 4. Stromaton, sic hunc locū explanat: quod stultos & incredulos, terrā, scriptura appellet, docet Hieremias contra Ioachim, & fratres, in quibus: Terra, terra, audi verbum Dñi, &c. Et alius propheta: Audi cælū, & auribus percipe terra] intellectu, auditū vocans: & cælum, animā intelligentē sermones Dei, & quæ: cælo; & rerū diuinarum contēplatione lætetur; contra verò eos, qui affectu ignorantia: & homines duro corde, terrā appellat. ORIG. in Leuit. cap. 26. homil. 16. Moyses, inquit, verbū Dñi, nunc pluuiā nominat, nunc rorē vocat, nunc imbrē, nunc etiā niuē, dicit, quod facit Esaias cum dicit: Audi cælū, auribus percipe terra] & vnusquisq; prophetarū cum aperit os, imbrē deducit super faciē terræ; hoc est, auribus & cordibus auditorū. Terra ergo nostra] i. nostrū cor, suscipit frequētē pluuiā doctrinæ spiritualis venientem super se, & edit fructū, & accipit benedictionē à Deo. Si verò nostrum cor accepta cælesti pluuiā, edit spinas, & tribulos, sit ignis materia. PROC. Cælos, sanctos appellatos putat; quod dei sint sedes, vt cælū dicantur, qui audire iubentur verbū Dñi, vt sint testes Dño, cum malos ad sempiternas penas detruserit: & terrā] putat dictos terrigenas, qui hæc cadauē & terrena sequuntur, quos etiā Plato terrigenas nominat: quos auribus percipere iubet, quod mali & terreni homines hæc percipiant auribus, nunquā in cor dimittant. CYRIL. & PROC. docet præsignificari hoc cap. Deū repudiaturū Iudæos, & vocaturū Gentes ad fidē, & testari hoc his verbis, apud angelos, quos per cælum intelligit: & apud homines, quos nomine terræ significat; per continens, id quod continetur intelligens, & testari se meritò excludere Iudæos, & delere: populum Israëliticum. Lege IREN. lib. 4. cap. 2. & ORIG. tom. 1. in cap. 26. Leuit. homil. 16. vbi multain hunc locum dicit. Lege D. BASIL. de spiritu sancto cap. 13.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Filios enuirui, et exaltaui, ipsi autē Filios genui, & exaltaui, ipsi autē spreuerunt me.

CYPRIAN. ferm. 6. de oratione Dñica, interpretans illa verba: Pater noster, Eorū, inquit, qui per regenerationē spiritale filij Dei esse cœperunt, pater est: quæ vox Iudæos perstrinxit, qui Christū sibi per prophetas enunciatū, nō tantum spreuerunt, sed crudeliter necauerūt, qui iā non possunt patrem Deum vocare, cum Dominus eos confundat dicēs: Vos ex diabolo patre estis. Et per Esaiam [Filios genui, & exaltaui] D. HIER. cum alijs locis, tum in cap. 8. ad Romanos, Iudæos filios Dei fuisse sensūt, iuxta illud: Filius meus primogenitus Israël. Contra putat THEOPH. in cap. 8. epist. ad Romanos, in illa verba: In quo clamamus, Abba pater. vbi quærit, cur Iudæi non vocabant patrem Deum, cum scriptura dicat Deuter. 32. Nunquid nō ipse est

Qui docto
res sacri lu
das filios
Dei appella
tos putet,
typicè tan
tum, et nō
plenè.

ipse est pater tuus? & Deū qui te genuit, dereliquisti. & Pater vnus omnium vestrū Deus. Et A
subijcit: Et si hæc dicta sunt de illis, nemo tamē inuentus est, qui in orationibus Deū vocaret pa
rem, vt nos vocamus post baptisma ex spiritali motione & operatione. Et supra dixerat idem
THEOPH. in illa verba: Non accepistis spiritum seruitutis, Iudæos filios vocatos ait tanquā
seruos. Et idem THEOPH. in cap. 1. Ioann. in illa verba: Qui non ex sanguinibus, Et Iudæi, in
quit, filij Dei dicebantur, quoniam lex in omnibus vmbra habet futurorum, neque Iudæis
adoptionē filiorū dedit, nisi in typo & figura, nos secundū veritatē accipiētes spiritū Dei per
baptismū. clamamus: Abba pater. Iudæis enim vt fuit baptismus tantū in figura & vmbra, sic fi
liatio figurabit nostrā filiationē, etiam si filij vocabātur, tamē per vmbra, & nō habebāt ipsam
veritatē filiationis, vt nos per baptismū. OECVM. in idē cap. Pauli idē ait, nos filios esse Dei ad
optatos per baptismū, Iudæos verō figuratiuē, quem admodū & alia in figura gratiæ illis cōtin
gebant. Et addidit, nō datū fuisse Iudæis, vt Deū vocarent patrē, & si Iudæi Deū patrē vocabāt,
negat hoc illis fuisse permiffum. Et loca illa: Filius meus primogenitus Israël. & Ego dixi, dij
estis & filij excelsi oēs. & reliqua huius notæ, vbi Iudæi filij Dei appellātur: interpretantur hi
sancti patres per figurā, & per typū, vt reliqua omnia illis cōtingebāt p figurā. Idē ait CHRYS.
in cap. 8. epist. ad Rom. in illa verba: Non accepistis spiritū seruitutis, nā cum pauld supra dixif
set in superiore cōmentario, Iudæos appellatos filios Dei vt nos, & nomina esse eadē, res verō
nō itē, ait, illi quidē vocati sunt filij, nō aliter q̄ velut serui. Et infra: Erat igitur apud Iudæos ado
ptio, honor quidē in verbis, apud nos res verē etiā ipsa sequuta est. Et AMBR. in cap. 4. epist. ad
Galat. in illa verba: Quoniā autē estis filij Dei, nomē filiorū Iudæi acceperant velut in imagine,
vt postea cōfirmaretur per Christū, quia sine spiritu nō erat plenū. Et AVG. in cap. 1. Ioan. idē
significasse videtur, cum em dixisset, interpretās illa: Quotquot autē receperūt, & c. nā si nō na
scūtur filij Dei, quomodo esse possunt? Subiecit postea: Filij Dei ex Deo nascūtur, vt aut homi
nes nascerētur ex Deo, primò ex ipsis natus est Deus. Et infra: Noli mirari homo, quia efficeris
filius per gratiā, quia nasceris ex Deo, prius ipsum verbū Deus, voluit nasci ex homine, vt tu na
scereris ex Deo. Et tamē idē August. in quæst. ex vtroq; Testam. quæst. 102. Iudæos filios Dei ap
pellatos ait per Moysen in nube, & in mari baptizatos, vt Iudæos baptizatos typicè, & in figura,
& filios appellatos eodē modo significare videatur. Et iuxta horū patrū sanctorū sententiā,
cum Deus dicitur synagoga vir apud prophetas, intelligitur typicè & figuratiuē, & significatū
esse hoc matrimoniu quod nūc est Christi cū ecclesia. Certē CYRIL. in Ioan. li. 1. c. 14. Iudæos
filios Dei appellatos dicit nō secundū veritatē, sed figuratē vsq; ad gratiæ tēpus, quia futurorū
honorū vmbra lex cōtinebat: populus em Christianus, qui fide Christi adoptatus est in popu
lo Iudæorū quasi in vmbra depingebatur. Nō abhorret ab hac sententiā ATHAN. qui de passio
ne & cruce Dñi: Subfannabāt Dñm, inquit, nec videbāt, q̄ adoptionē filiorum reijcerēt, vt ipse
Dñs ait [Filius generavi, & exaltaui, ipsi autē me reijcere voluerūt]. i. prætābā illis vt renasci pos
sent filij Dei, si crederēt in nomē meū, ipsi autē id reiecerūt. Et certē nunq̄ verbū quod erat a
pud Deū in principio caro factū, pingētū munere pollicetur clāgorā tubæ euāgelicæ, quod Iu
dæi haberēt à prima gētis origine. Ergo Lxx, quod Hebraicè est verbis vulgatissimæ significa
tionis: Filios grādes feci, vel magnos feci, interpretantur. i. regeneravi filios, genui filios meos,
quasi dicerēt. Quod Hebraicè est, Grādes feci, vel magnificauī filios, nihil aliud significari q̄ ex
tuli in summā dignitatē, vt regenerarētur in filios meos. Interpretati sunt videlicet Lxx eodē
modo quo LEO papa serm. 6. in natiuit. Dñi: Magnū, inquit, sacramentū, & omnia dona excel
lit hoc donū, vt Deus hominē vocet filiū, & homo, Deū nomet patrē. Per has em appellatio
nes sentitur & discitur, quis ad tantā altitudinē ascēdat affectus. Ergo si Leo papā ait regenerari
in filios Dei in summā altitudinē esse ascensum, videntur Lxx, quod Hebraicè est, filios ma
gnos feci, interpretari [genui filios?] i. regeneravi illos in filios meos, & in hāc tantā altitudinē
euexi, q̄ dedi eis potestātē filios Dei fieri. An licuit R. Dauid, & R. Emanuel interpretari, Filios
magnos feci. i. educaui, & enutriui, quoad adolefcerēt & essent magni: & non licebit Lxx hoc
interpretari modo quo dictū est, cum nō cohæreat Iudæorū interpretatio: nā quæ magnitudo
hæc intelligēda est? an more hominū filios pcreauit Deus? & fecit eos adolefcentes, & iuuenes?
aut principes orbis terrarū fecit? potentiores alij fuerūt, & multis partib⁹ potētiores, carnaliter
intelligi nō potest, vt autē sancti patres. D. Hieron. pro [magnos feci] vertit [enutriui] vt referat
ad adoptionē filiorū, & nutrimentū ecclesiæ spiritalis sacrosanctæ eucharistiæ, Magnificauī fili
os, alens eos pane cælesti [ipsi autē spreuerūt me, vel reprobauerūt me, nā ad dñm, id significat,
vt sit idē cū illo: Lapidē quē reprobauerūt adificantes. Et verbum Hebræum, pasū, cō quoque
spectat,

A spectat, quod significat, prauaricati sunt in me, quod referre potes ad illas voces, si sanctorū pa
trum sententias sequi velis, quas edidit Iudæi. Non habemus regem nisi Cæsarem. Alij carnaliter
accipiunt: Filios crescere feci, vel enutriui, & eduxi, quoad adolefcerent, & essent magni:
ipsi autem: cum adoleuissent, me contempserunt. Mihi autem, hic scopus propositus est, vt ad
Euangelij lucem, de veterum patrum sententia, huius prophetæ vaticinia explicem. Lege etiā
Ira neum lib. 4. ca. 79. Lactan. li. 4. ca. 11. quod Iudæi Dominum suum non receperunt, Iudæi
pœnas, ait, deletos à Romanis, post crucē Domini, & sic eos esse facturos olim, prophetas cecē
nisse docet, idque hoc loco Esaia præsignificasse, quem Iudæi serra cōfectū, crudelissimè ne
cauerunt, & eo spectasse hæc verba: Audi cælum, & auribus percipe terra, quoniam Dominus
loquutus est: Filios genui, & c. itaque sententia Lactanti est, significari hoc vaticinio venturum
Dominū, & Iudæos non recepturos esse illum, ac pœnas pro facinoribus suis luituros, & quod
hæc prædixerit, à Iudæis serra cōfectum esse crudelissimè.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

B Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

D Chrysof. in sermone de natiuitate Domini, explanans illud Euangelij: Reclinavit il
lum in præsepe: ait hoc factum esse, vt compleretur vaticinium Esaia: Cognouit bos
possessorem suum: significat ergo Chrysof. vaticinium esse Esaia his verbis, ponendum
Dominum recens natum in præsepe, & prædixisse his verbis Esaia futurum, quod factum
testatur Lucas, cum dicit: Reclinavit eum in præsepe. Et August. contra Iudæos, & Paganos,
eodem hæc referre videtur, qui capit. 13. inquit: In præsepio iacuisti, agnouit bos possessorem
suum. Ergo August. hæc verba: Agnouit bos possessorem suum, retulit ad illud, in præsepio ia
cuisti. Et D. Ambros. in Luc. li. 2. cap. 2. de natiuitate Saluatoris: Audis infantis vagitus, & nō au
dis bouis Dominum agnoscentis mugitus, & cætera, quæ ibi leges, etiam de sensu spiritali & li
terali huius loci. D. Prosper de promissionibus Dei, parte 3. Cognouit, ait, bos possessore suū,
dixit Esaia. firmat hoc Lucas Euangelista dicens: Cum autem impleti sunt dies Mariæ, pepe
rit filium, & posuit eum in præsepio. Orig. in cap. 2. Lucae, homil. 13. Venerunt, inquit, pastores,
& inuenerunt Mariam & Ioseph, & puerū ipsum Iesum, iacentem in præsepio: illud erat, de
quo Propheta vaticinatus est, dicens: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe do
mini sui. Bos, Christum, & chorū Apostolorum significat, animal mundum; asinus, immun
dum animal, genteis idolatras. Idem sensit Athanas. in lib. quem inscripsit de verbis Euange
lij. Eunt in vicum, qui contra vos est. Fortasse propter hunc pullum, Iesus reclinatur in præ
sepio, in illo: Cognouit bos possessorem suum, & reclinatur inter bouem & asinum: signifi
cans se futurum lapidem angularem, inter Israël, & populum Gentium, qui per asinum si
gnificabatur. Neque huic sanctorum patrum interpretationi obstiterit, quod Hebræa lectio
preferat: Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dominorum suorum, quod rece
ptum sit apud Hebræos plurali numero vti, pro singulari, nisi intelligas, dominorum suorum,
Emmanuelis, & Dei genetricis, nam quanta sit dignitas Mariæ in sanctis literis, dicendum po
stea latius est. Et cum hoc sanctorum sensu, mirifice congruit lectio Hebræa: Agnouit bos
possessorem suum, asinus præsepe dominorum suorum, Israël non agnouit, populus meus non
intellexit. Non est enim pronomen illud, me, Hebraicè, sed perspicuitatis causa, adiectum est,
à Lxx. viris, & D. Hieronymo. Significatiō tamen lectio Hebræa est, si dicatur sic: Agnouit
bos possessorem suum, & asinus præsepe dominorum suorum, Emmanuelis, & Mariæ virgi
nis. Positus enim erat Dominus inter duo animalia, recens natus, vt vulgo depingitur, sic enim
veteres patres interpretantur, vt dictum est. Et agnitus fuit ab animalibus his: Israël autem non
cognouit, & populus Domini non intellexit, subaudi, eundem dominum positum in præsepio,
admonitus hoc vaticinio, & vaticinio Abacuc, In medio duum animalium cognosceris, de
quo aliquando, Deo benè iuuante, latius dicendum erit. Dominum ergo positum in præsepio
quem agnouere bos, & asinus, vaticinijs prophetarum admonitus Israël, & angelorum de cæ
lo tanto concentu, & tam aperta denunciatione facta pastoribus, & tot iustorum testimonio
Magorum

Magorum aduentu, & eorum stella duce, totque rerum miraculis, non agnouit, vt asinis stolidiores, bobus stolidiores esse conuincantur Iudæi. D. Aug. in Psal. 126. in illa verba: Sicut sagittæ in manu potentis, sic filij excussorum: duos huius loci putat esse sensus, spiritalem alterum, alterum literalem, quos diximus, nam asinum, populum Dei putat significare, qui iumentum Dei est, portans sessorem Dominum, ne erret in via: & bouem, prædicatorem verbi Dei, Apostolum Domini, qui prædicat verbum Dei, monet, obiurgat, triturat aream, & bouis implet officium: venit bos de gente Iudæorum, inde enim prædicatores Apostoli: venit asinus à gente præputij. i. à gentibus, & venit vt portaret Dominum: & ideo in asino sedit Dominus, qui nunquam portauerit hominem, quoniam ad gentes lex non erat missa, nec propheta. Ergo, quia Dominus noster, nostrum pabulum & alimentum voluit esse, natus est in præsepi, vbi cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Igitur D. Aug. his verbis indicat significari hoc vaticinio, Dominum recensentem natum, positum in præsepi, inter bouem & asinum, quod factum narrant Euangelia: significari autem, positum Dominum in præsepio, tanquam pabulum bouis & asini. Ecclesiæ ex populo Iudæorum, & populo Gentium. nam Apostolos, & verbi prædicatores, appellari boues, probat Pauli auctoritate hoc loco, & in cap. 2. Ioannis, tractat. 10. Et idem Aug. contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 11. tam planum huius loci sensum esse putat, vt repetat ea quæ supra dicta sunt, quibus solet hic diuus vrgere Iudæos, quis tam demens est, vt non videat? tam impudens vt se videre dissimulet? Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos ca. 3. hoc vaticinio præsignificatum putat, quod Dominum nec cognituri, nec intellecturi, nec recepturi essent Iudæi. Lege Gregorium Nazianzenum in theophaniam, seu generalia Domini & Gregorium. lib. 2. cap. 2. expositionis in cap. primum. 1. lib. regum. & Basil. in Asceticis, inter rogatione. 212. Scias tamen, sacros scriptores simpliciter hanc similitudinem accepisse multis locis, asinos & boues dominos agnoscere, plerisque tamen asinis stolidiores, bobus stolidiores non agnoscere dominum, quod omnia hæc, locus hic significat. Asinum verò esse appellatum populum Gentium, putat Gregorius in 1. cap. Iob. lib. 1. cap. 7. quod saxa & lapides colebat pro numinibus, & animalia muta, & porrum, & cepe, & alia monstra: bouem verò, populum Iudæorum, quod legis iugum ceruice subiit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequæ: filijs sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, alienati sunt retrorsum.

Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen pessimum, filij iniqui, (vel filij transgressores legis) dereliquistis Dñm, ad iracundiã cõcitastis sanctum Israël, alienati sunt retrorsum.

D Cyprianus, vt supra dixi, lib. 1. aduersus Iudæos in principio docet Iudæos, his verbis argui, quod Christum nec essent cognituri, nec recepturi. Tertullianus aduersus Marcionem libr. 3. putat Christum semper loqui in Prophetis, & hoc loco exprobrare Israëli, quæ in illum erat commissurus: & quod Christum respuerint, & interemerint, nec patrem nec filium agnouerint, & rursum eodem libro idem Tertullianus. Terra Iudæorum facta deserta est, & ciuitates exiitæ à Romano imperatore Vespas. quod Israël Deum non cognouit, & Israëlem non intellexit, & ad indignationem vocauit sanctum Israël: vbi subiicit Tertullianus, Hæc res ergo probat dominum Christum fuisse, quod perierint Iudæi, quod illum non receperint. Et insolubile hoc argumentum putant veteres patres aduersum Iudæos, quod post Christi crucem sint deleti Iudæi, subuersa sint Hierosolyma, ab imo sint versæ vrbes, omnes Iudææ, vt prædictum erat Prophetarum vaticinijs, quod tenuisse Iosephum Iudæum, supra ostendimus, repetendum quæ est Iapids. Procop. negat hunc locum aliter intelligi posse, quam si referas ad tempus, quo post Christum crucifixum, tradita Romanis armis hæc natio est, siquidem hoc maximum Iudæorum peccatum fuit, quo conclamatum à Iudæis est: Tolle, tolle, crucifige ipsum, cuius causa nunc dicitur: Væ gens peccatrix. Et infra idem Procopius, sanctum Israël, Christum, inquit, intellige. Cyrillus in Ioannem, interpretans illud: Quotquot autem receperunt, Gentes inquit quotquot Christum receperunt, fruuntur bonis fidei, foscudæ inquit, maturæ oliuæ inserti, Israël audier: Væ gens peccatrix. Hilarius in Psal. 2. Quare fremuerunt gen-

A runt gentes: qui totus scriptus de passione Christi est, & contra Iudæos, interpretas illum verbum: Tunc loquetur ad eos in ira sua: & illa, & hæc verba idem conare putat, & ad exclusionem Iudæorum, & vrbium Iudææ vastitatem spectare, quod Christum non receperint: idemque alijs multis locis repetit Hilarius. Origenes quoque, contra Celsu. lib. 2. eandem videtur putare has esse minas Esaïæ, cum illis Domini: Terra vestra deserta, ciuitates vestre incensa igni. Cyrillus rursus hæc omnia iam inde à principio, ad exclusionem Iudæorum spectare docet. Idem sentit D. Hierony. verum is omnibus ad manum est, & actum, aiunt. Ergo quod D. Hieron. reddidit: Væ gens peccatrici, populo graui iniquitate, & c. Lxx. in casu nominandi reddidit: Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen pessimum, transgressores legis: quod Hebræa nomina indeclinabilia sint, & quo velis casu ea potes transferre: & Lxx. casu nominandi reddidit, quo acrior & vehementior esset oratio, & exacerbatur magis immane illud, & horrendum facinus, quod Iudæi in Christum edidit, per figuram illam, quam Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. 1. cap. 9. & infra Iudæos nominat, vbi hæc loca explanat. i. acrem obiurgationem, & contumeliam: tu exclamationem vocare potes cum Cicerone & Quintiliano, quæ Oratorum figura, quanquam & dandi casu fiat, vt facta est à D. Hierony. Væ genti, & c. acrior tamen est & vehementior, casu nominandi. Gens ergo peccatrix dicitur, quod immane illud peccatum in se admisit, cum Dominum in crucem sustulit. Populus grauis iniquitate. i. plenus criminibus, vt interpretantur Lxx. viri, quod illud re Domino, & ei fecere conuitia, colaphis faciem eius cecidit, spūto os illud diuinum inquinauere, eius corpus affectere plagis, mille se nefandis irretiere peccatis. Semen nequam. i. ex diabolo nati Iudæi, vt eos Dominus appellat: Filij scelerati, vt interpretantur Lxx. transgressores legis. Procopius: Quod dixerunt: Non habemus regem nisi Cæsarem: vbi reliquere Christum, qui finis est legis, & qui prædictus est Prophetarum vaticinijs, & transire ad iura Cæsaris. Quod verò tertia persona Hebræicè est, vt vertit D. Hieronymus: Dereliquerunt Dominum, & c. Ipsi, ad secundam personam transfulerunt apostrophè ad Iudæos facta: Dereliquistis Dominum: videlicet, cum relicto Christo, transfistis ad iura Cæsaris. Pro: Blasphemauerunt sanctum Israël, quod D. Hierony. vertit conuenienter Hebrææ lectioni: quoque conuicia Christo facta significantur, & ludibria, reddidere: Ad iracundiam concitastis sanctum Israël: nam ipse Christus, infra cum prædicat inflammationem Iudææ post crucem suam, subiicit: Propter me hæc facta sunt vobis: & infra latius dicemus, quam acerba poena affecterit Dominus post crucem suam, has Iudæorū blasphemias, & quam acerbè exeruerit in gentem Iudæorum iram Dominus. Alienati sunt retrorsum. i. Christum sequi noluerunt, cum eis dixere Apostoli: Vobis primum oportebat prædicari regnum Dei. sed quoniam nolulistis, ecce conuertimur ad Gentes.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Super quo percutiam vos ultra, addentes præuaricationem? omne caput languidum, omne cor mœrens: à planta pedis vsq; ad verticem, non est in eo sanitas: vulnus, et liuor, et plaga tumens, non est circumligata, neq; curata medicina, neq; fota oleo.

Quid ultra percutiemini? addentes præuaricationem (vel iniquitatem, vel legis transgressionem) omne caput in languorem, omne cor in tristitiam (vel, totum caput in labore, totum cor in tristitia) à pedibus vsque ad caput non est in eo sanitas (vel, integritas) vulnus, liuor, plaga tumens, non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.

Paucis, horum verborum interpretatio transigenda esset. Quid enim necesse est, inaniter tundere, vbi non solum vna est D. Hieronymi, & omnium ueterum patrum sententia, sed etiam vbi nostris conuenit cum Iudæis, & eodem modo, & nostri & Iudæi hunc locum intelligunt, & interpretantur? cum præfertim meum institutum hoc sit scripturam interpretari, de veterum patrum sententia. Peritram gamigitur paucissimis verbis, sanctorum sententiam, quando hic nullus locus controuersie relinquitur.

relinquitur: postea dicam, quid mihi subleat quando Græcam lectionem & Latinam, cum A
Hebraica confero, quando etiam canon interpretandæ scripturæ est, quem præscribunt om-
nes patres, ut ad lucem Euangelicam, scripturam interpretemur, quod eam sola clavis David
referet. Ergo tam nos omnes ad vnum, quàm Iudæi, huius loci sensum esse docent, quod
à principibus Iudæorum usque ad infimam plebem, ab ipsis pharisæis usque ad imperitum vul-
gus, in nullo sit sanitas: omnes declinauerint usque ad vnum: omnis Iudæorum populus sca-
teat sceleribus: omnes, medij, infimi, sacerdotes, pharisæi, & rude vulgus, cooperiti flagitio
sunt, & omnes celere, centies castigati à Domino, & vulneribus concisi, adeo ut noua plaga nõ
sint, & omnes non respiciant tamen, sed se nouis subinde criminibus implicent, ut fit hu-
inueniuntur: In quo percutiam vos? .i. tot plagis à me affecti estis ob vestra peccata, ut lo-
ius non inueniat noua plaga, & tamen peccata peccatis cumulatis, cum scilicet, post crucem
domini corruptitis custodes pecunia, ut negent surrexisse Dominum: persequimini Apo-
stolos, & fideles blasphemare docetis nomen Domini, additis præuaricationem, persequen-
do Christum, scilicet: Omne caput languidum, quod Pharisæi, & principes sacerdotum pec-
cato implicantur maximo, quod plebem à Christo auertunt. Omne cor mœrens, quo omnis
senatus dolet Iudæorum, Christum miraculis clarescere: A planta pedis usque ad caput, ab
infimis usque ad primos principes: Non est in eo sanitas: in hoc populo nõ est sanitas: sed sum-
ma malitia, & perfidia: nolunt enim intelligere ut benè agant, in omni populo videas, in sum-
mis, medijs, infimis, vitiorum vibices, scelerum carcinomata, vulnera vitiorum, neque suis
vitijs medicinam adhibent, & ut in vitijs voluntur, & libidinibus, Christo nolunt credere.
Itaque sancti patres hæc etiam ad populum Christianorum referunt, ubi tam principes, quàm
medij, & plebei vitijs implicantur, neque medicinam adhibent vulneribus vitiorum. Quæ
res & Iudæis olim, & nostra tempestate hæreticis causa fuit, cur lucem Euangelij auerfaren-
tur, ut liberè in vitiorum luto volutari possent: quod faciunt etiam plerique, etiam qui inter
catholicos sunt quibus hæc quoque prophetæ verba congruunt.

Posses tamen hunc locum sic interpretari ad lucem Euangelicam etiam: Super quo percu-
tiam vos vltra? .i. quorsum vobis vltra poenas irrogem? si forte vos contingat emendari: Ad-
dentes præuaricationem. .i. qui flagitia flagitijs additis, non solum Domino in crucem acto, C
sed etiam in Apostolos læuendo post tot signa, & rerum miracula: quasi dicat: Flagitia ve-
stra non coërcentur poena, delendi potius estis, & tollendi è medio. Ut enim docet Tertullia-
nus, expectauit Dominus Iudæos post Christi crucem, quadraginta duos annos, ut respicere-
rent, & conuerterentur ad Dominum, & illi tantum aberat, ut conuerterentur, ut flagitia flagi-
tijs adderent, & impendio magis ac magis, indies persequerentur Christum: quod verba hæc
significare videntur, (ut inquit Tertullianus) aduersus Iudæos, de claritate gentium in Chri-
sto Iesu, & aduersus Marcionem, libro tertio. Ergo hoc loco significare videtur: Quare per-
cutiemini. .i. Quorsum vos castigem? qui indies, magis ac magis in Christum impij estis: flagi-
tia vestra non coërcentur poena, delendi potius estis, & tollendi è medio. Posses esse hunc hu-
ius loci sensum, arguunt verba Hebræa. על מה חפזי עוד חוסכי סרה.

Quæ verba reddi possunt, ut reddit D. Hierony. Quare percutiemini vltra: vel, Percutiam vos
vltra, additis præuaricationem: pro quo D. Hierony. vertit: Addentes præuaricationem, eo-
dem sensu quo dictum est: tamen supra diximus, ex autoritate D. Hierony. puncta à doctio-
ribus addi, & detrahi, pro ratione sententiæ: & docti Hebræi nil morantur puncta, ipsi addunt
& detrahunt quando oportet, & ut oportet, ut pluribus dictum est, in disputatione de trala-
tione D. Hierony. & Lxx. seniorum aduersus recens editas tralationes: quod cum ita sit, admo-
neo ego nostros, si Hebræam lectionem sine punctis scripserimus, ut relicta est ab Esaia posse
verti diuinitus, mutato vno puncto: על מה חפזי .i. quare percutitis vltra, & additis præuari-
cationem? quæ verba, quis non videat ob oculos ponere immane illud facinus Iudæorum,
quod in Christum edidit, verbera, alapas, spineam coronam, arundinem capiti illisam, mal-
leorum ictus? postquam ergo dictum erat: Væ gens peccatrix, post tam acre principium & ve-
hemens, quale neq; apud hunc Prophetam, neq; alibi vnquam reperias, ubi ab exclamatione,
& obtestatione cæli & terræ, sumptum est initium, & Moysis minæ de delenda gente Iudæo-
rum, ipsius Moysis verbis sunt repetita, & subiuncta similitudo tam acris, ut asinis stultiores, bo-
bus stolidiores Iudæi sint dicti, consequutaq; sit amplificatio, ex congerie verborum, & sen-
tentiarum idem significantium, qua apud ipsos Oratores nihil reperies vehementius: Væ gēs
peccatrix,

A peccatrix, populus plenus peccatis, semen pessimum, filij iniqui: dereliquistis Dominum, ad
iracundiam concitastis sanctum Israël, post tantam acrimoniam, ubi necesse erat, omniū ma-
ximum expectari crimen, sequi potest optimè, & euangelicis literis conuenienter: Quare per-
cutitis vltra? .i. cur tot plagis Dominum percudit, & regem gloriæ? & additis præuaricatio-
nem, cum alapis cæditis, corona spinea afficitis, arundinibus caput illud sacrum contunditis,
diuinum os sputo fœdatis, clauis sacras manus, & sacros pedes configitis, lancea latus rumpi-
tis? sed negabis sic lectionem Hebræam esse dispunctam: fateor ita esse: sed quæso, expecta-
bas ut Iudæi sic dispungerent? suo se gladio iugularent: nam quod se verterent? aut quem co-
lorem dicerent? hoc vno testimonio tenerentur in vinculis constrikti. Nos qui intelligimus
omneis sacros scriptores, & D. Paulum (ut postea apparebit) hæc omnia ad Christi crucem re-
tulisse, facile intelligere possumus, verbum Hebræum verti potuisse: Quare percutiam vos vl-
tra? ut reddidit D. Hierony. quod necesse erat ita vertere, ut dispungunt Iudæi, ut concessis,
& confessis aduersus Iudæos in altercationibus vteremur testimonijs, ut docet Origenes in
B epist. ad Aphricanum, & intelligere quoq; facile possumus verti potuisse: Quare percutitis vl-
tra, & additis præuaricationem? quæ verba in vaticinio passionis Christi, verbera, alapas, a-
rundinum plagas, malleorum ictus, ponunt ob oculos. .i. quorsum tot plagis ceditis regē glo-
riæ? Deinde: Omne caput languidum: quod frustra Pagninus vertit, dispositum ad infirmita-
tem. Et V A T A B. Affectum morbo: cum verbum Hebræum significet: languens vulneribus,
ut apud Naüm cap. 4. נחלה מכתן .i. languens percussione: quod vide quam congruat Christi
capiti arundinum ictibus contuso, spinis transfadato. Omne cor mœrens D. Thomam roga,
qui omnium longè maxima tristitia Christum affectum probat: 3. p. q. 146. artic. 3. & 6. Ver-
bum illud Hebræum תני actiue & passiuè verti potest, si tantum vnum mutes punctum,
& multa actiue & passiuè explanantur in sacris literis, cuius rei nos admonet Rabbi Kimhi,
qui multa in scripturis explanari posse actiue & passiuè docet in comment. in Psal. 39. idemq;
docet D. Hieron. in cap. 3. & 7. Amos prophetæ in illa verba: Vxor tua in vrbe fornicabitur:
ubi D. Hieron. magis probat versionem Symmachi, qui passiuè verterit verbum Hebr. quàm
aliorum interpretum, qui actiue reddiderant. Lxx. ambiguè etiam reddidit *αληθης* ut actiue
C quoque & passiuè possit accipi, quod hi aoristi secūdi passiuè, actiue & passiuè apud Græcos
significat. Iam illud quod sequitur, mirificè congruit cum passione Dñi, à planta pedis, pro
quo Lxx. à pedibus reddidit, quod non hærent litteræ: A planta ergo pedis usque ad verticem
non est in eo sanitas: quæ verba ad passionem Christi relata interprete non egent, multò ma-
gis iuxta distinctionem Lxx. virorum, qui vno spiritu hæc sic legunt à pedibus usque ad ca-
put non est in eo integritas, vulnus, liuor, plaga tumens: potuit magis describi Christus, pla-
gis cæsus, corona spinea transfixo capite, contusus pugnis, alapis concisus, & vulneribus? A
pedibus usque ad caput, non est in eo integritas: hoc enim significat verbum Græcum *ἀσχετα*
i. integritas, hoc est pars integra, ut sit, à pedibus usque ad caput, in Christo non erat pars in-
tegra, ita omnia erant conscissa ictibus & vulneribus, nec pars vlla erat, quin aut plagis lacera,
aut vulnere faucia, aut vibicibus liuida, aut ictibus tumida: hoc enim verba illa significare vi-
dentur, vulnus, liuor, plaga tumens: postquam enim dixerat: Non est in eo integritas, subiecit,
vulnus, liuor, quasi diceret, in eo omnia erant vulnus, aut liuor, aut plaga tumens. R. Abraham,
& Rabbi David in commentarijs, referente Pagnino in Thesauro linguæ sanctæ, in dictione
D mata, docent verti hunc locum posse: A planta pedis usque ad verticem capitis, non est in eo
forma humana, quod *מחם* vox Hebræa reddi possit, sanitas: ut vertit D. Hierony. & integri-
tas, ut reddidit Lxx. viri: & figura humana, ut reddidit R. D. & R. Abraham: & expende,
quàm cum illo congruat: Vidimus eū, & non erat aspectus ei, vel, ut reddidit Lxx. vidimus
eum, & non erat ei species, & cum sequentibus, ubi describitur eius passio: ergo dictum vide-
tur, non erat ei species vel figura hominis: quia, quoquo ferres oculos, non humana membra
sed carnem contusam iudicares, non nasum, non frontem, nõ denique os hominis, sed ossam
quandam carnis, ita contusa omnia mēbra plagis, ita vulneribus faucia, liuida tumentia, quod
tralatio Lxx. significasse videtur, quæ vno, ut dixi spiritu, hæc legit: A pedibus usque ad caput
non est in eo integritas, vulnus, liuor, plaga tumens. .i. nihil in corpore Christi erat integrum,
sed quoquo circumtulisses oculos, omnia vulnus erant, aut liuor, aut plaga tumens: sed Pa-
gninus vertit: Non erat in eo perfectio: semper Pagnino libet aliquid afferre noui, fateor
verbum Hebræum *מחם* significare perfectionem quoque, sed nunc non erat his locus,
B nam ver-

nam verbum significat inter cætera, prouerbiū: nemo tamen in illo Euangelij: In principio erat verbum, interpretabitur: in principio erat prouerbiū: nec quodd Græcè dicitur, *ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος*. i. in principio erat verbum: quodd *ἀρχὴ* magistratum, aut principatum significet, & λόγος rationem reddiderit quisquam in magistratū vel principatu erat ratio? nam sic, cui non liceat omnia quæ scripta sunt inueterere? Atqui, vt sis sciens ad hoc exemplum, Iudæi, vt obiter huius rei admoneam nostros, omnia inuertunt, ne quis magnopere Iudæorum interpretationes admiretur: sed redeo ad Pagninum, non si verbum Hebræum reddi posset perfectio, continud hæc interpretatio huic loco conuenit: & fat est, quodd meton significet idem quodd sanitas aut integritas, vt reddidit D. Hierony. & Lxx. viri: ergo hic locus ad Christum referri potest, & huic sententiæ Hebræa verba conueniunt magis, atque adeo Latina. Nam cum de Iudæis Propheta semper pluraliter loquatur: Dereliquerunt Dominum, blasphema uerunt sanctum Israël, abierunt retrorsum, quare percutimini addentes præuaricationem? & postea, quodd D. Hierony. reddidit: Non est circumligata nec curata medicamine: Hebraicè est: Non circumligauerunt, nec curauerunt medicamine, nec fouerunt oleo: cum ergo de Iudæis Propheta loquatur hoc loco semper pluraliter, & nunquam singulariter, congruit magis vt interpreteris: Non est in eo sanitas. i. non est in eo sancto Israël sanitas: non enim, est nomen singulare aliud, quo illud relatiuum in eo referre possis, & sanctum Israël, Christum dici manifestum est, quàm vt dicendum sit: tamen, quia D. Hierony. & omnes veteres patres aliter explanant, posses dicere, referendum esse illud relatiuum singulare ad populum, quæ vox suprâ præcelsit: Væ genti peccatrici & populo: aut si videtur durum referre ad dictionem tam longè summotam, dicere commodè potes transitum factum à plurali numero ad singularem, quodd apud Hebræos sit frequentissimè: posset tamen multò commodiùs, ad sanctum Israël, hoc est, ad Christum referri. Et quanuis doctores sacri, omnes ad vnum ita interpretentur, vt suprâ dictum est, cum canon scripturæ sit vt explanetur ad lucem Euangelij: & alter canon, quem Orig. præscribit & Epiphanius, & cæteri veteres patres, vt sermonis consequutio seruetur, & vt vetus testamentum nouo respondeat, commodè mihi videtur referri relatiuum illud, ad sanctum Israël, cum nullum aliud antecedens singulare antecesserit, & videatur hinc describi Christi passio, quodd maximè ostendit verbum Hebr. *תכו*. quodd passio uè verti potest, vt reddidit D. Hierony. & actiuè si aliter dispungas, & vtrouque fieri posse ostendimus ex Rabi Kimhi, & D. Hierony. actiuè verò redditum, non potest aliò referri, quàm ad Christi passionem, vt ostensum est. Si enim omnis Iudæorum coeat manus, non poterit aliò referre hoc vaticinium, si actiuè interpreteris & dispungas.

Canon scripturæ

D. HIERONYMVS.

Terra vestra deserta, ciuitates vestrae succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili.

LXX. VIRI.

Terra v̄ra deserta, vrbes v̄rę succensæ igni, regionē v̄ram corā vobis alieni deuorant eam, desolata est, & subuersa à populis alienis.

AVGVST. in dialogo de altercatione Ecclesię & synagoge, hoc testimonio, suo more præmit Iudæos: putat enim aduersus eos insolubile argumentum esse, vt dictum est, cum prædicta ostendat à prophetis omnia quæ completa videmus in œconomia redēptionis: Vides (inquit) prædictam ab Esaia tuam desolationem, & synagoga? vides quo pacto iuxta legē, derelicta es, & desolata? quasi dicat Auguf. vides octingentesimo ante anno prædictum ab Esaia, quodd completum nunc vides in te. C Y P R. lib. i. aduersus Iudęos cap. 6. his verbis significari ait: quodd post crucem Dñi, Iudæi Hierusalē perdituri essent, & terram quā acceperant, relicturi: & hoc vaticinium significasse Dñm cum dixit: Relinquetur domus vestra deserta. P R O C O P. de excidio inuecto Iudæę à Romanis post crucē Dñi interpretatur. In eadē sentētia est Cyrill. E V S E B. demonf. euang. li. 2. eodē refert & subiicit: Si mente lustres tēpora aduentus Dñi nostri, vsq; ad nostrā ætatē hæc reperies cōpleta omnia, describitq; vrbes Iudæę incensas, tēplū Dñi absumptū incendio, vniuersam Iudęā Romano imperio parēre, Iudęos indē pulfos, eos inq; qui ex tāto incendio & clade tāta superfuere. Quo loco Eusebij leges alia multa in hoc cap. notatu digna, alijsq; locis plurimis hic idem Euse. hoc vaticinio Esaie, q̄ DCCC. ante anno prædictū est, & completū tēporibus Christi Iudæos præmit & vrgit, & in angustias

Veterū patrum sententia.

vnde se

A vnde se explicare nequeant, redigit. T E R T V L L. aduersus Iudæos, de claritate gentium in Christo Iesu, quodd Christum populus Iudæorum non recepit, inquit: Post crucem Domini expectatus à Tyberio vsq; ad Vespasianum, vt respiceret, & rediret ad Christum, quodd perucax in sua impietate se obfirmavit, & persequutus est multò magis Christū & Christianos, Facta est eorum terra deserta, & ciuitates eorum igni exustæ sunt. Idem repetit Tertull. aduersus Marcionem lib. 3. quodd non respuerit populus Iudæorum à tempore Tyberij Cæsaris, sub quo passus est Dominus vsq; ad tempus Vespasiani, quodd medium tempus illis velut inducias Dominus dedit, vt respicerent tandem aliquando: Facta est, inquit, eorum terra deserta, & ciuitates eorum exustæ. Et frequentissimè his, & alijs locis, Tertullianus Iudæos præmit & vrgit, quodd hoc vaticinium tantò antè prædictum, in se completum videant, quodd insolubile signum est eorum perfidiæ. Idem sentit A T H A N A S. de passione & cruce Domini lib. i. qui hoc vaticinium Esaia explanat illo Euangelij loco: Ecce relinquetur domus vestra deserta: & postea subiicit: Iudæi sua ipsorum malitia sese, ex orbe terrarum, in solitudinem eiecerunt, neque hodierno die habent ciuitatem: quodd Athanas. de suis temporibus dicebat, vsque ad nostra tempora durat. Non enim habent ciuitatem, neque vnquam sunt habituri. Denique omnes patres ad vnum, sic hunc locum explanant, & euentus ipse, qui, vt ostendimus, scripturarum optimus est interpres, hæc verissima arguit per mille quingentos annos iacent dirutæ vrbes Iudææ, alieni ea loca tenent, & vident Iudæi, & ipsi vagi suis sedibus pulsi, miseri exules toto terrarum orbe. Hoc, vt suprâ dictum est pluribus in illa verba: In diebus Ozia, &c. aduersus Iudæos insolubile argumentum est, & vnum ex firmissimis, & maximè nostræ fidei inconcusis argumentis: vides quodd millesimo ante anno prædictum est, completum temporibus Vespasiani, & Adriani: nulla ergo tergiversatio est, & nulla fuga: Quid faciant Iudæi? quò se vertant? an manus vincas dent, anguilla sunt, elabuntur, ad tempora Babylonicæ captiuitatis hæc referunt: nec meminere vastas & dirutas vrbes iacere per mille sexcentos annos post tempora Christi. Et V A T A B. hanc interpretationem sequitur, & alij viri boni & Catholici. Iudæos refellamus: Quas vrbes succensas igni in captiuitate Babylonica vidit Iudæus, nisi vnam vrbem Hierosolyma? reliquæ captæ, non incensæ sunt, nec dirutæ. At legat Iudæus Iosephum de bello Iudaico, & Dionem Cocceium de vita Adriani: & post Christum intelliget omnes vicos, & vrbes vniuersę provincie Iudæę conflagrassē post crucem Domini, absumptos Iudæos igni, gladio, peste. Deinde, quomodo alieni deuorabant regionem Iudæorum coram ipsis in captiuitate Babylonica? cum non coram ipsis deuoraret, quodd ipsi tam longè summoti essent à Iudæa, nec Hierosolyma, aut vrbes Iudæę colerentur ab alienis, sed vastæ iacerent fermè: Non videbant ergo sua bona deuorari ab alienis: cōgruit autem benè temporibus Christi, nam vt docet I V S T I N. in apologia. 2. pro Christianis: Terram vestram alieni deuorant: Lege cautum erat, ne quis Iudæorum, pedem inferret in vrbes Iudæę post crucem Domini, post vastatas vrbes Iudæę: & si quis introisset, plectebatur capite. Vides quo pacto coram ipsis, alieni terram Iudæę deuorabant, quodd idem T E R T V L L. aduersus Iudæos inquit. i. cap. Populus Israël, inquit, secundum sua merita in sanctam ciuitatem ingredi prohibebatur, secundum verba Prophetarum: Vestram regionem in conspectu vestro, alieni comedent. Et aduersus eosdem idem Tertull. cap. de claritate gentium in Christo Iesu: Interdictū erat, inquit, ne in cōfinio regionis Iudæorum, quisquam Iudæorum demoraretur, vt impleretur illud Propheta: Terram vestram in conspectu vestro, alieni comedent. E V S E B. Cæsar. demonstrationis Euangeli. lib. 6. cap. 16. legibus imperatorum post vastitatem inuectam ab Adriano, Iudæam Iudæis inaccessam scribit. AVGVST. in Psalmū. 58. in illa verba: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ. Gens Iudæorum, inquit, certè victa est à Romanis, certè deleta ciuitas eorum, non admittuntur ad ciuitatem suam Iudæi, & tamen sunt Iudæi. At tēde quid dicat Auguf. sunt Iudæi, inquit, cum videant hoc vaticinium completum, quo prædictum erat asuras omnes vrbes Iudæę incolendas ab alienis inspectantibus ipsis: arsisse vident, & ab alienis incoli in suo conspectu, nec sibi intrare eò licere, & tamē sunt Iudæi, nec redeunt ad bonā mentē, nec respiscunt in re tā aperta, quæ oculis videtur, manibus tenetur. Ne mireris, ô magne Diue, illud mirare potiùs quodd sunt Christiani, qui hæc nō vident, qui vident captiuitatē Babylonicā, vbi nō incensæ sunt vrbes Iudæę, aut dirutæ, sed tantum subuersa sunt Hierosolyma, & Iudæi captiui sunt ducti, & qui residui fuerāt, in vrbus Iudæę poterāt habitare, quæ tantum Lxx. durauit annos. hæc vastitatē nō vidēt, quæ. M. D.

Iudæi refelluntur.

Iudæa incensa Iudæis, legibus imperatorum.

annos durat, nec finem vnquam est inuentura: quæ omnia eò pluribus dixi, quòd nostri non aduertunt, quantum in hoc sit mali. Maxima, maxima inquam, Catholicæ fidei robora & propugnacula, quæq; insolubilia aduersus Iudæos putauit omnis vetustas, labefactatur à Iudæis per hos viros bonos, qui præclarum aliquod donū Reipubl. Christianæ se putant afferre, & patimur tamen, si Deo placet, quid dixi patimur? cæteris eos anteferimus, nã vt sis sciens, vt alios mittam, CHRYSO. in cap. 12. Matth. homi. 44. maximum hoc signum putat aduentus Christi, quòd post Christum hæc mala implicarunt Iudæos, vt terra eorū deserta, ciuitates eorum exultæ sint igni, nec liberati sunt, nec liberabuntur vnquam his malis: & quauis multi conati sint, restaurare templū & vrbes Iudææ in Christianorū odium, nemo tamen potuit aut poterit Iudæos miserijs & malis liberare, qua de re alibi ex eodem Chryso. latius dicendum est: quòd autē postremo ait: Desolabitur sicut in vastitate hostili, illud, sicut non est aduerbiū similitudinis, sed re ipsam significat, quale apud Ioann. Gloriã, quasi vnigeniti à patre. i. gloriã vnigeniti filij patris. Sic interpretantur Lxx. seniores: Desolabitur sicut in vastitate hostili. i. desolabitur, & subuertetur à populis alienis. i. ab Imp. Vespasiano & Adriano, neq; instaurabitur vnquam. Lege Ilychium in Leuiti. li. 6. in illa verba: Quia sanctus ego sum, sanctificauit eos.

Quod argumētum veteres putarunt maximum ad uictus Christi

D. HIERONYMVS.

Et derelinquetur filia Sion vt umbraculum in vinea, sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas quæ vastatur.

LXX. VIRI.

Derelinquetur filia Sion sicut umbraculum in vinea, sicut pomorū custodia (siue casula) sicut ciuitas obsessa.

Hic locus iuxta translationem Lxx. virorū, variè dispungitur à sanctis patribus. AVGVST. enim in dialogo de altercatione ecclesiæ & synagoge, sic legit: Terra vestra deserta, ciuitates vestre exultæ, regionem vestram in conspectu vestro alieni comedent: & illic apponit distinctionem, additque: Ecce deserta est à populis alienis, & rursum nouo principio, derelinquetur filia Sion, sicut vinea, & sicut custodiarium in cucumerario, & quasi ciuitas quæ expugnatur: & subiicit, vt dixi, August. Nunc ergo synagoga iuxta hanc prophetiam: Derelicta est, & desolata. IRENAE. eodem modo distinguit li. 4. ca. 8. Quando, inquit, relinquetur filia Sion, nempe quando venerit veritas, quando cessauerit typus, quando nullus erit eius fructus, vt subuertitur casula siue umbraculum in vinea, facta vindemia, quia nullus est iam, collecto omni fructu, vsus umbraculi, illuc enim se abdebat custos vineæ, vt seruaret fructus: collectis fructibus, umbraculi nullus est vsus. ORIGEN. in Leuitic. cap. 16. huius rei causam reddit: Vbi venit veritas oportuisse deleri typum: erat prius Hierusalem typus illius Hierusalem cælestis matris nostræ, cum ad eam cælestē Hierusalem per Christum patefactus est aditus, deleta est terrestris Hierusalem. Erat templum Solomonis, postquam venit verus Solomō. i. verus pacificus qui nos reconciliauit Deo, qui erat verum Dei templū: nam ipse dixit: Soluite templum hoc, quod de corpore suo intellexisse Euangelista declarat, postquam venit ergo Christus Deus verus, & secundum humanitatē, verum Dei templum, deletum est templū Solomonis, quod eius typus erat, erat pontifex, qui sanguine animalium purificabat populum, typus Christi veri pontificis, cessauit, postq̄ venit verus pontifex Christus, qui sanguine suo sanctificauit credentes. Deletæ sunt umbræ postq̄ venit veritas, prouidit Deus, vt ciuitas ipsa, & templum, & omnia illa subuerterentur, ne quis paruulus post Christum, aliquid illa esse putaret: prouidit ergo nostræ infirmitati, & volens multiplicari ecclesiam suam, omnia illa subuertere fecit, & de medio auferrī, vt sine vlla cunctatione hæc vera esse crederemus, quorum typus in illis præcesserat. Et idem ORIGEN. in fine tractat. super Iesum Nauē, interpretans hunc locum: Translata est ad Genteis gratia Spiritus sancti, translatae sunt solennitates ad nos, quia transijt ad nos pontifex, non imaginarius, sed verus: & necesse est eum veras hostias offerre. i. spiritalis apud nos, vbi ædificatur templum Dei ex lapidibus viuus, hoc est, ecclesia Dei viuētis. Quæstiones verò in hunc locum reperies apud ORIGEN. in cap. 26. Matth. tractat. 26. sed lege attentè totum tractatum. Et apud eundē Origenes in cap. 2. Lucæ, homi. 20. vt typicè in templo erat, inquit, ita typicè è templo recessit, cum dixit: Ecce relinquetur domus vestra deserta, relinquens domum illam, venit ad possessionem Dei patris, id est, ad Ecclesias toto orbe dispersas. Et in Matthæum tractat. 24. in illa verba: Non relinquetur lapis super lapidem: neque Iesus, neque regnum Dei apud Iudæos est, inquit, quia relictī sunt sicut taber-

Veteris patrum sententia.

A tabernaculum in vinea, propter facinus quod commiserunt in Christum, & sic semper hunc locum explanat Origen. TERTULL. in fine li. 4. aduersus Marcionē, de illo interpretatur quod est apud IOSEPH. lib. 6. de bello Iudaico, quòd angelorum audita vox est sub excidiū templi, in templo se mutuo adhortantium, vt relinquerent illas sedes, & inde migrarent, relinquerent filiam Sion, tanquam in vinea speculam, & in cucumerario casulam. Qui plura vollet, legat EVSEB. de demonstr. Euangel. lib. 2. cap. 36. qui toto illo cap. hunc locum disceptat, & Iudæos premit, & vrget his oraculis, quæ tantò antè prædicta, vident completa, miraturque cur non credant, cur non redeant ad bonam mentem. CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 1. dispunxit aliter hunc locum cap. 6. legit enim sic: Terra vestra deserta, ciuitates vestre igni exultæ, regionem vestram in conspectu vestro, alieni comedent eam, & illic apposuit distinctionem, & nouo initio legit rursum. Et deserta, & subuersa à populis alienis, derelinquetur filia Sion: sicut casa in vinea, sicut custodiarium in cucumerario, quasi ciuitas quæ expugnatur, quæ distinctio est admirabilis, neq; repugnat le. Et. Hebræa, quæ hoc & illo modo distinguī potest. Ecce è transuerso se fert nescio quis, qui se opponat omnīū sanctorū auctoritati: nam nullus est, quin sic hunc locum interpretetur, quos omneis, ne nimis longum facerem, citare superfedi, Iudæorum sententiam nobis narrat, nihil horum iniquiens propheta ait: neque D. Hierony. neque Lxx. seniores, benè hunc locum reddidè, qui sic potius reddendus erat: Relicta est filia Sion, sicut tugurium in vinea, sicut diuersorium in cucumerario in cucumerario, sicut ciuitas obsessa. Et in commentarijs: Relicta est filia Sion, vel: Relinquetur filia Sion. i. capientur vrbes Iudæ omnes, excepta Hierusalem, quæ sola relinquetur im munita: vi hostili. Et rursum Hebrai hoc intelligunt de expugnatione illa, qua Sennacherib cœpit omnes vrbes Iudææ, excepta Hierusalem. Audet ergo quisquam sententiã Iudæorum sententiã veterum patrum anteferre? & firmissima fidei nostræ argumenta infirmare, & labefactare? quibus nostri maiores Iudæis obturabant ora, & conuertebant nationes. Et quando eò indignitatis ventum est, vt disceptandum sit, vtra melior sententia sanctorum patrum an Iudæorum, quando eam etiam nostri nobis conantur obtrudere: age, Iudæos suo gladio iugulemus. HIERON. & cæteri Patres explanant: Derelinquetur filia Sion. i. deferetur, desolata, euerfa, & excisa. Iudæi, vt docet VATAB. in commentarijs: Relinquetur filia Sion. i. reliqua erit, salua, & incolumis: benè est, vtrunq; congruere verbo Hebræo, Græco, & Latino potest, si reliqua consentiunt: nihil est quod Iudæos damnemus in huius verbi interpretatione, nisi quòd prius hæc ad Babylonicam captiuitatē referebant, reluctantiã, & inuita, vt ostendimus, iam hoc verbum, ad Assyrios putant referendum, & ad Sennacheribum: nam vt inuertant Christi oracula, Iudæi omnia turbant, omnia miscent. Quid quæso Sennacheribo cum Babylonijs conuenit, qui perijt multò antè Babylonicam captiuitatem? sed agè, hæc mittamus, expendamus cætera: primū, similitudinem illam excutiamus an faciat cum ecclesia, an cum Iudæis, vt umbraculum in vinea, sanè umbraculum vineæ, facta vindemia, custos vinearum, qui vt seruaret uas eò se recipere solebat, relinquit, diruit, domum apportat ignis pabulum, vt ait IREN. libr. 4. cap. 8. hæc ergo similitudo Iudæos iugulat, à nobis facit umbraculum enim facta vindemia, dirutum, & disiectum relinquitur, non saluum & incolume: quod argumentum est non esse explanandum verbum illud (derelinquetur) erit vobis Hierosolyma salua, vt interpretantur Iudæi, sed erit diruta, vt diruitur umbraculum vineæ. Pergamus porro: Sicut tugurium in cucumerario: hic se vicisse putant, cucumeres, inquit, refrigerant, & Hierusalem incolumis refrigerabat Iudæos in tantis malis: hoc enim voluit ipse dicere: Deum immortalem, quàm frigidè quàm imperitè: Sed vt interim largiamur ferendas esse tales ineptias: agè, quid cucumerum umbraculo cucumerarij? quod umbraculum post cucumeres, & melones lectos disijcitur, & domum apportatur, & igni exuritur, magis congruit quod supra ex Origene, & Irenæo diximus, promulgata luce Euangelij relinquentium, deserendum, & euertendum templum, diruenda Hierosolyma, quia vinea traditur alijs agricolis, vt lectis melonibus casa qua abditus custos erat, relinquitur ac dissipatur: deinde sequitur: Sicut vrbs quæ vastatur: hoc planius vertit PAGNINVS & VATABLVS in commentarijs qui sic reddunt: Sicut vrbs desolata & deserta, sic enim interpretatur hoc verbum Rabbi Dauid, & Rabbi Abraham, referente Pagnino in Thesaurō linguæ sanctæ in dictione 732. Sed prò supreme Deo, sanum quibusdã ex nostris (Iudæos enim mitto) sinciput erat: Si relinquitur Hierusalem, sicut vrbs excisa & euerfa,

quomodo relinquitur salua & incolumis? quomodo ad Sennacherib refertur hoc, qui Hierosolyma non attigit? vna tamen in re maximè utilis est Vatablus, vt intelligas quàm incepti sint in interpretanda scriptura Iudæi, qui (vt Origen. ait in Matth. in illa verba: Diuiserunt sibi vestimenta mea) imitantur sacerdotes & pontifices, qui cruce affectè Christum dominum, sic enim ipsi verbum veritatis positum in scripturis crucifigunt falsis expositionibus suis, & occidunt suis mendacijs, sed eligit Deus vasa, in quibus resurgat & viuat, & adhuc confundat suos interfectores: sed ad institutum redeamus. Chrysost. in cap. Matth. 12. proponit hanc quæstionem in hunc locum, cum Esaias relinquendam dicat filiam Sion, quomodo Dauid cecinit: Quia non repellet Dominus plebem suam? Diluit ex D. Paulo relictam esse Iudæam, quæ secundum carnem, de qua Esaias loquebatur, non derelictam plebem suam, quæ secundum spiritum fuit Iudæa. i. confitens Deum, id enim vox hæc significat, hæc enim derelicta nõ est, sed potius electa, iuxta illud Pauli. 9. ad Romanos: Non omnes qui sunt Israëlita, neque qui sunt semen Abraham filij sunt, sed in Isaac vocabitur tibi semen: ergo, non qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij promissionis, æstimantur semen: vt enim in homine duplex est homo, homo exterior carnalis & corruptendus, & homo interior spiritalis & incorruptibilis: & duplex circumsio, carnalis & amputanda, spiritalis & adimplenda: sic duplex Iudæa, carnalis, quæ expellitur, & spiritalis, quæ nõ expellitur: & sic Iudæa in Iudæa erat. i. Iudæa spiritalis inter Iudæos carnalis: & populus in populo erat clausus, populus Iudæorum spiritalis, in populo carnali Iudæorum: de hac re August. disputat in Psal. 94. Difficiliorem quæstionem proponit Chrysost. in cap. 23. Matth. homi. 46. & diluit tibi, quam non suis verbis exposui quod longior erat, qui scire volet, inde petet ex tom. 2. in illa verba: Ecce ego mitto ad vos prophetas.

D. HIERONYMVS.

Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, et quasi Gomorrha similes essemus.

Veterum patrum sententia.

Augustinus in Euangelium Matthæi sermone. 6. diluens dubium illud quod dicebamus, quomodo dicit Esaias: Derelinquetur filia Sion, cum dixerit Dauid: Non derelinquet Dominus plebem suam, gratia, inquit, imputandum est, quod plebs tua, in qua tu es, electa est, quia vt esset aliquid residuum gratiæ in te Dei, non tuum meritum fuit, quod Esaias ait: Nisi Dominus Sabaoth, &c. quod interpretas Paulus ad Rom. Reliquia per electionem gratiæ saluæ factæ sunt, si autem gratia, nõ ex operibus. Isychius lib. 7. in Leuiti. in illa verba: Quia domus vrbium Leuitarum. Semen hoc, inquit, de Apostolis est intelligendum, si enim non relictum esset semen apostolorum, nihil prohiberet in modum Gomorrhæ & Sodomæ omnem plebem Iudaicam perire, sed apostolorum causa non omnes perierunt. Euseb. Cæsa. li. 2. cap. 36. cum explanasset superiora verba: Derelinquetur filia Sion, & descripsisset dirutas vrbes Iudææ à Romanis, absumpta incendio Hierosolyma, subiicit: Residuus fuit apostolorum chorus, & qui ex Iudæis crediderunt, ad instar feminis, qui peragrauerunt omnes terras, & semine Israëlítico compleuerunt orbem, ex quo semine sese sustulere spica pulcherrimæ & speciosissimæ, hoc est, ecclesiæ toto orbe dispersæ, quod significari ait his verbis Esaiæ: Nisi Dñs reliquisset nobis semen. August. rursus ad Simplicianum li. 1. quæst. 2. hunc locum enodans, quod alibi reliquias, hic semen dixit vt appareret, reliquias illas paucas velut semen fuisse, vnde mensis toto orbe confurgeret. Quæ eò spectant omnia, vt appareat, quod cum Hebraicè sit, nisi Dñs reliquisset nobis residuum vel reliquias, Lxx. viri verterint pro residuo, semen: Nã quod Hebraicè est. Nisi Dñs Sabaoth reliquisset nobis residuum, reddidit, nisi Dñs Sabaoth reliquisset nobis semen. Sunt enim commentarij in plerisque, & quod August. facit & Euseb. vt residuum hoc interpretentur fuisse, velut semen, vnde mensis toto orbe confurgeret, hoc fecere primi omnium Lxx. viri, nec temerè faciunt, sed ex alijs scripturæ locis faciunt paraphrasis, vt huius loci faciunt paraphrasim ex postremo versu. capitis. 6. & semen sanctum erit quod steterit in ea, qua paraphrasi vtuntur sapientissimè Lxx. viri, & magnam, si attendas animum, scripturæ lucem afferunt, interpretantur enim semper ad lucem euangelicam scripturam trecentis annis, & eo amplius, ante scripta euangelia, quæ res quantum commoditatis ecclesiæ Catholicæ attulerit, quantumque Dei Optimi Maximi in ecclesiam suam fuerit benefi-

A beneficium, nemo verbis vllis queat explicare. Trecetis enim annis ante tempora Christi refellunt impios Iudæos & iudaizantes, & verba euangelica nobis representant. Dicit Iudæus, & fortasse Theologus etiam pietissimus & vir optimus, malle reddidissent fidelissimè verba Hebræa, & ea numerassent mihi, nec ea interpretaretur, ita tu quidem, non mallet ecclesia quæ hoc habet inter alia inconcussum & inexpugnabile suæ veritatis propugnaculum, quod Lxx. viri tanto tempore ante scripta euangelia verba sonent euangelica, vis scire hoc sibi palmarium putare ecclesiam, vt plurimis verbis supra dictum est, cum agebamus de translatione Lxx. virorum, hac vna re probant omnes veteres instinctu Spiritus sancti versionem Lxx. virorum esse textam, quod tanto ante tempore, apostolica & euangelica verba sonent, vim intelligere ecclesiæ catholicam has paraphrases amplecti? & sacram scripturam putare editam sancti spiritus afflatam? Accipe argumentum insolubile, doctior omnibus Rabinis. D. Paulus erat, & præterea ita commendatus à sacris scriptoribus, vt eum sic citent: Paulus ille in quo Christus loquebatur, rursus, Paulus ille qui in cælos raptus, vidit arcana Dei, interpretatur optimus scripturæ, tamen hic Paulus tot nominibus comendatissimus, cum sciret Hebraicè esse: Nisi Deus Sabaoth reliquisset nobis residuum: citat hunc locum iuxta translationem Lxx. virorum ad Rom. cap. 9. & hoc est, quod supra nos facturos esse polliciti eramus, vt ostenderemus translationem Lxx. virorum citatam ab apostolis & euangelistis, etiam cum non reddat ad verbum lectionem Hebræam, sed paraphrasim facit ex alijs locis potius, quàm interpretationem, quod alijs locis multis factum ostendemus, quodq; argumentum insolubile putat August. (vt dictum est pluribus in disputatione de translationibus) factam esse translationem Lxx. virorum afflatu Spiritus sancti, cum æquè citetur ab apostolis & euangelistis, etiam cum non exprimit eadem propheta verba, sed sensa, quod certè fieri nullo modo potuisse putat, nisi Spiritus sancti instinctu esset edita, hoc enim loco non concordat cum lectione Hebræa, verbis, sed sententia, facta enim est paraphrasim ex cap. 6. huius prophetiæ: & tamè vt ait August. citatur à D. Paulo. Reddidit ergo Lxx. hunc locum conuenienter literis euangelicis: Origenes enim in Numerorū cap. 28. homi. 23. eandem sententiam putat expressam his verbis cum illa Domini: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Vt ergo Eusebius demonstrat tione euangelicæ, libro. 2. enodans verba illa cap. 10. Esaiæ: Non adiciet residuum Israël, interpretatur, residuum. i. semen. idq; repetit eodem lib. sic Lxx. comment. vice funguntur & interpretantur: Residuum. i. semen illud, quod in fine cap. 6. semen sanctum vocatur: & hanc explanationem sequitur Paulus & D. Hierony. vnde discit Lector, quæ causa sit cur Lxx. viri videantur quibusdam locis disidere à lectione Hebræa: reddunt enim sensa & non verba, quod nos docet D. Hierony. quanquam aliquando aliter putarat: tamen postea hoc nos docuit D. Hierony. qui vt supra dictum est, nos monet, Apostolos & Euangelistas, & Lxx. viros non vertere scripturam ad verbum, sed reddere sensa: & vt diuino consilio hoc factum dicas vt Hierony. ad verbum verteret scripturas ex Hebræa lectione, & Lxx. viri trecentis annis ante Christi tempora, non verba sed sensa magis in plerisque expresserint, eaque euangelica. Discas ex Vatablo, Iudæos huc omnes incumbere, vt oracula de Christo & Christi mysterijs aliè deflestant, & insolubilia illa argumenta, quæ innumera sunt, quibus veteres patres sunt, nisi aliè referant, dispungant aliter, nam alioqui, quid diceret ad illa Augustini, & Eusebii, & Athanasij, & aliorum patrum: Audi prædicta millesimo ante anno, vide completa: huc igitur referunt omnia, vt hæc insolubilia argumenta conuellant, quod vtinam nonnulli ex sacris scriptoribus animaduertissent: nunquam enim Procopius & Eusebius aliquando, alijque nonnulli in quibusdam, in quibus non magna res agebatur, illorum sententiam essent secuti: igitur Iudæi non dant operam vt nos doceant, sed vt firmissima nostræ veritatis argumenta subuertant, & ad hæc neruos omnes intendunt suos, quod ex hoc loco discas, & quibusdam alijs: nec enim est consilium, vt omnia persequare, aperiam enim in aliquibus locis Iudæorum fraudes, vt inde qui volet, sibi discat cauere. Vatablus ergo, contra D. Hieronymum & contra Lxx. viros: quid dixi contra D. Hieronymum, & septuaginta viros, contra D. Paulum, audet hunc locum ferre ad Babylonicam captiuitatem, & ad Sennacheribum: nam cum supra dixisset Vatablus, referenda hæc ad captiuitatem Babylonicam, & subiunxisset, Hebræos referre nescio, quem versiculum ad Sennacheribum vertit sic hunc locum. Nisi Dominus exercituum reliquias fecisset nobis reliquias admodum paucas, & sic interpretatur

B 4 perfe-

D. Paulus citat Lxx. viros, etiam cum nõ reddant verba Prophetæ, sed sensa.

Iudæi Lxx. viros operantur.

i. persecutio magna erit, in qua omnes perituri sumus, nisi succurrat Deus: retulerat enim supra verba prophetae ut dixi, ad captiuitatem Babylonicam, & ad Sennacheribum. Quando succurret Deus? ut ipsius verbis utar, quando deleuit vna nocte angelus, omnem Sennacheribi exercitum. Hæc enim dicere voluit Vatablus, ut colliges ex superioribus: Delusus ergo est, ô Vatable, Paulus, & nos fecit ludos: nam quid cum Pauli verbis hæc tua interpretatio confine habet? nisi statim succurrat Deus, perituri essemus in captiuitate Babylonica, aut in aduëtu Sennacheribi: si tua sententia vera est, delusus est Paulus & nos lusit: Nec defore scio, qui sensum hunc litteralem esse dicunt, currunt enim ad illud illicd, nec est quisquam tam malus, quin suos habeat patronos etiã viros optimos, quod vir bonus sæpè tyro est: nemo, ut inquit ille, facilius decipitur, quasi verò sensus spiritalis sit, quoties aliquid ex authoribus ingenio ad aliud accommodatur. Eadẽ opera Homerus, & quiuis ex Poëtis propheta de Christo dicitur, quis enim versus est, quin ad aliquid œconomie redẽptionis, ingenio possit applicari? magno emerit Iudæi, ut hoc nos reciperemus, ut vere dicere possent, quod ait Eucherius in lib. 4. Reg. in fine, ingenio fieri, ut prophetas ad significationẽ Christi interpretãdo vertamus. B Figure quẽ sunt de Christo (totum enim vetus testamentum typus est noui) ita sunt figure, ut res totã sensu sit tinãta, & veritatis expressissima imago: ut exaltatio serpentis in deserto, ut medicina fieret morsibus serpentum: ut agnus paschalis immolatus, qui typus erat illius qui sicut agnus coram tondentẽ, &c. & manna, quod de cælo datum est veteribus patribus, ubi veritas ipsa post euangelicã lucẽ ipsa se prodit: Iudæos in hac re nihil est quod refellamus, magna necessitas est, quẽ illos cogit res multũ inter se distantes coniungere, & nunc quãdã de captiuitate Babylonica, rursum alia de Sennacheribo interpretari. Nõ possunt vobis, õ impij Iudæi, diuersa prodesse: eligite, vtrũ velitis, si de captiuitate Babylonica sermo est, quas reliquias hĩc narrat Propheta, cum oēs Iudæi captiui sint ducti aut periere? Si de Sennacheribo, nõ cõuenit illud: Terra vestra deserta. Sed prophetas furere aiunt, nũc hæc, nunc illa fundere oracula, furiant ipsi, prophetẽ non furiant: qua de re supra pluribus est dictum. Si ergo interpretere scripturam, ut Iudæi, omnia inter se dissident: si verò sequaris veteres patres, mutuo omnia cohærent, consentiunt inter se omnia, ut illud omittã nõ verosimile esse prophetas 70. annorũ vastitatem Iudæe vidisse, hanc verò quã mille quingentos durat annos non vidisse, & quod supra dixi, hæc huius Prophete verba captiuitati Babylonicæ non conueniunt. C

D. HIERONYMI VS.

LXX. VIRI.

Audite verbum Domini, principes Sodomorum: percipite auribus legẽ Dei nostri, populus Gomorrhæ.

Audite verbum Domini, principes Sodomorum: attendite legem Dei nostri populus Gomorrhæ.

D Hierony. ex loco superiore, quem citat D. Paulus & interpretatur de temporibus Christi liquere ait superiora omnia, nõ de captiuitate Babylonica esse dicta, sed de temporibus Christi & eius passione, visus illa regula interpretandẽ scripturẽ veterum patrum, ut si de sensu alicuius loci ex Apostolo, aut Euangelista, aut sanctorum consensu liqueat cohærentia omnia & coniuncta, eodẽ referantur. Orige. in cap. Matth. 26. tract. 37. interpretatur illud: Ne tu multus fiat in populo, verè populus erat Gomorrhæ qui dixerunt: Crucifige, crucifige, tolle talem de terra. Conuenit enim hĩc locus Esaiẽ illis insidiantibus Iudæis, qui fuerunt temporibus Christi: & quod dicit Ezechiel ad Hierusalem: Iustificata est magis Sodoma ex te, magis tamen conuenit hoc Hierusalem, super quam Dominus fleuit, quã conueniebat Prophete temporibus: peiora enim Sodomis peccauerunt, quia summum sacerdotem Dei, primogenitum omnis creature, in crucem sustulerunt: & propter atrium illud, in quo consilium fecerunt contra Iesum, desolata est Hierusalem, non enim oportebat superesse ciuitatem, quẽ occiderit omnes prophetas, & postea interfecit Dominum vniuersẽ creaturẽ. Idem Origenes contra Celsum lib. 4. hanc historiam Sodomẽ & Gomorrhẽ, typum esse passionis Christi innuit, quẽ res facit, ut magnoperẽ annotandum putem, quod in sequentibus apparebit, Lxx. viros docere nos, quoties Esaias, aliũtẽ Propheta, has historias veteris testamenti, suis vaticinijs intẽtũxunt, significare typum esse eorum vaticiniorum, de quibus sermo est. Accipe ergo, quonam modo Procopius typum esse dicit hanc historiam Loth, passionis Christi: primum omnium Loth, qui

Canon scripturæ.

Sodomæ historia. Typus temporũ Christi.

Explicatur typus historie Sodomorum.

A Loth qui typus Christi est, Latine sonat idem quod inuolutus & tectus: Deus verbum porrò erat inuolutus & tectus humanitate, vnde ab hoc eodem Propheta, dicitur Deus absconditus, qua de re lege quẽ scripta sunt in cap. 45. hinc ergo putat Procopius apud Hieremiam & Ezechielem dictum esse, maius peccatum peccasse Iudæos Sodomitis: Sodomitẽ enim, Loth repulerunt: Iudæi Christum, qui tantò maior est, quantò typus & umbra ipsa veritate minor est quantum homo Deo est inferior: Sodomitẽ repellẽt hospitem, Iudæi illum qui in propria venerat: illi in angelos, hi in Deum peccauerunt. Hæc Procopius: Nec te perturbet, quod veteres patres angelos illos duos, personam Filij, & Spiritus sancti referre aiunt, in quos peccauere Iudæi, & adhuc peccant, cum negant Filium & Spiritum sanctum, cuius typus erat, quod Sodomitẽ in duos angelos fuere impij. i. in Filium & in Spiritum sanctum, quod ut significaretur, substitit ex tribus angelis, vnus, qui Patris personam referebat, ne te hæc perturbent, quauis enim hi duo angeli Filium & Spiritum sanctum referebant, rectẽ Procopius Sodomitas in angelos ait peccasse, Iudæos in Deum. Pergit Procopius: in Sodomitis decem non sunt inuenti: in Hierusalem, ne vnus quidem, ut est apud Hier. Sodomitẽ, publicẽ contra naturã, brutis irrationabiliores, canibus impudentiores, ut ait Chrysof. in. 1. cap. epist. ad Roman. sermo. 4. in fine: peccare volebant, & comprimebant Loth, & affligebant: Iudæi publicẽ consilio inito, dixere contra Deum: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? & publicẽ surrexere omnes contra Deum, & afflixere Loth. i. Deum tectum & absconditum, hoc est Christum, hoc enim significat hæc vox Hebræa Loth: si ergo, ut Chrysof. (inquit) peccatum Sodomorum contra naturam, quo se ostendere irrationalibus peiores, canibus impudentiores fecit, ut Deus ignem inextinguibilem gehennẽ hominibus ostenderit, ut posteri crederent post resurrectionem esse gehennam, & meliora saperent: tale enim, inquit, fuit Sodomorum incendium, quale futurum est incendium gehennẽ, quid futurum erat contra illos, qui contra naturam peccauerunt, & contra Deum. Cõpẽre enim consilia contra Deum, quod contra naturã est, ut apparet fecisse, cum dixere: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, nam ut dicendum alibi est latius, sciebant Deo peculiari esse, ut cum introducere legem vellet, aut nouam politiam, facere signa & miracula, ut docet Chrysof. in cap. 4. Matth. homi. 14. his verbis: Ingressus Dominus in synagogas non modò prædicabat, sed etiam signa edebat, quando enim nouum fit aliquid atque inopinatum, & politiẽ alicuius introductio, signa Deus facere consuevit, præstans quãdam signa suẽ potentiẽ: & postea in cap. 5. eiusdem Matth. homi. 15. solitum Dominum ante doctrinam præmittere signa & miracula, ut facillimẽ crederent, cum ergo faceret Dominus hæc, & se Deum esse testaretur, & diceret: An non nostis quia ego in patre, & pater in me est? edebat multa miracula & signa, ut nemo posset ei abrogare fidem, & non rogans, sed cũ potestate dicebat & imperio: Tolle grabbatũ tuũ, & ambula: volo sanare: hoc cum videret Iudæi, intellexere id & dicebãt: Quid facimus? quia hic homo magna signa facit & miracula, & omnes ei credent, ergo parabant aduersari Deo & eius consilij obfiteri, quod contra naturam est: naturaliter enim cognitum est, Dei consilia impediri nullo modo posse, & affectabant ignorantiam, ne agnoscerent Christum Deum esse, quem multis videbant editis miraculis dicere se esse Deum. Pergit Procopius, ut Sodomitẽ Loth consilia auerfabantur, quod aduenam venisse dicerent, ut apud ipsos habitaret, non iudicem, sic hi auerfati sunt Christum, cum sustulere vocem, & dixere: Crucifige, crucifige. Iustinus quoque in dialogo aduersus Tryphonem, historiam Sodomẽ, Iudæorum typum esse putat: Sodomitẽ inquit, Loth auerfabantur & afflictabant, & conuicijs afficiebant: erat enim olim conuiuium, aliquem vocare aduenam, quod eos à nefario scelere deterrebat, sic Iudæi Christum, quod eorũ scelera reprehenderet, afficiebãt conuicijs: Nõnne benẽ dicimus nos quod Samaritanus es, & dæmonium habes? & similibus: igni de cælo absumpti sunt Sodomitẽ, igni deletẽ sunt omnes vrbes Iudæe, ita ut si attentẽ Iosephum legas, igni de cælo conflagrãsse templum Domini, & vrbs Hierosolyma videatur: percussi sunt cœcitate Sodomitẽ, percussi sunt Iudæi cœcitate, Origenes in cap. 24. Matth. tract. 30. in illa verba: Videbunt Filium hominis, ut Ioannes inquit in Apocalypsi: Locũ in quo Dominus est crucifixus, vocauit Sodoma: sic hoc loco Esaias Sodomam & Gomorrhã vocauit Hierusalem. In eadem sententia est Irenæus lib. 4. cap. 8. & si non explanat typum, tamen historiam Sodomẽ typum esse putat, vastitatis Hierusalem. Iudæos enim ait similes Sodomitis transgressione, & eadem apud Iudæos quã apud Sodomitas fuisse peccata, & propter similem operationem eodem vocabulo fuisse appellatos,

B 5 denique

denique eadem veterum patrum sententia est. Lege Irenæum lib. 4. capit. 51. si reliqua quæ spē A
stant ad typum vis attexere.

D. HIERONYMVS.

*Quò mihi multitudinem victimarū
vestrarū? dicit Dominus: Plenus sum,
holocausta arietum, et adipem pinguiū,
et sanguinem vitulorum, et agnorum,
et hircorum, nolui.*

LXX. VIRI.

*Quid mihi multitudo victimarū
vestrarum? dicit Dominus: Plenus
sum holocaustis arietum: & sangui-
nem taurorum, & hircorum non
volo.*

E V. lib. 1. cap. 4. plurimis verbis exequitur, cur spiritus sanctus vnū quendam præscri-
psit locū Hierosolyma, intra quem, & alibi nusquam veteris legis sacrificia perfici pos-
sent, vnde dirutis Hierosolymis ad nostra vsque tempora, Iudæi nec habent sacrificia, B
nec altare excitant, neque vngunt sacerdotes, neque reges, neque celebrant festos dies ve-
teris legis, neque dona Deo offerunt, quod intra Hierosolyma tantum hæc facere licebat, hic
enim locus præscriptus est & præfinitus veteris legis cæremonijs, alibi nusquam licet hæc fa-
cere: vnde Iudæi obnoxij maledictioni Moſis sunt, quædam enim seruare contendunt, in vni-
uersis legirupæ sunt, & pleraque nisi Hierosolymis facere non possunt, vnde maledictioni
Moſis sunt obnoxij, qui apertè scripsit: Maledictus omnis qui non manet in omnibus scri-
ptis in lege vt faciat ipsa: quæ scripsisse ait Moſen quod spiritu sancto plenus, prospexerit
testamentum nouum, per Christum faciendum, & dandum omnibus nationibus, & su-
peruacuum vidit esse eo tempore legem veterem: quam merito intra vnum conclusit lo-
cum ea causa, vt si pellerentur Iudæi illo loco, & excluderentur ea regione, intra quam so-
lam præfinitet, celebrari posse sacrificia veteris legis & cærimonias, non possent villo mo-
do legem veterem seruare Iudæi & intelligerent nouum testamentum, quod per Chri-
stum erat faciendum, recipere oportere. Lata igitur à Christo lege noua, statim Romani C
ab imo vertere Hierosolyma, & incendere te implui domini, & sic antiquata est lex Mo-
ſis, quod Hierosolymis tantum seruari poterat, alibi non poterat: & iam ex eo tempore Iu-
dæi maledicto Moſis sunt obnoxij, quod quædam ex lege faciunt alibi quæ Hierosolymis,
quod contra legem Moſis est, & maledixit Moſes ijs, qui contra legem facerent, neque ser-
uant omnia quæ sunt in lege, quod Hierosolymis tantum possunt ea fieri, & maledixit Mo-
ſes omnibus qui non seruant omnia, quæ sunt in lege scripta. Hoc ergo prædicit Eſaias,
cùm enim præsignificasset vastitatē Hierosolymorum, quasi respondeat Dominus tacita ob-
iectioni, quæ poterat esse, si vrbs Hierosolyma subuertatur, neque sacrificia veteris legis, ne-
que festos dies, neque solennitates, nec alias cærimonias seruari posse, quod cautum lege Mo-
ſis sit, ne alibi hæc fiant quam Hierosolymis, quasi tacitæ, inquam, obiectioni respondeat Do-
minus, ait perfecta œconomia redemptionis, se iam nolle sacrificia veteris legis: quin ideo ea
omnia quæ in lege veteri fiebant, cauiffe lege veteri, vt in vno tantum loco fierent, neque
alibi vsquā fieri possent, vt cùm veniret Christus & adesset veritas, deleto illo loco intra quē
tantum lex vetus seruari poterat, simul deleteretur lex vetus. Amb. in Psal. 45. Vbi venit veritas,
cessauit figura inquit: inde his verbis: Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? abro-
gatio veteris legis significatur: sic etiam hunc locum explanat Irenæus lib. 4. cap. 32. & Cypria-
nus aduersus Iudæos lib. 1. cap. 13. significari his verbis ait, quod sacrificiū vetus euacuaretur, & no-
uum celebraretur. Tertul. aduersus Iudæos in fine cap. primi: Quomodo, inquit, reprobata sa-
cificia intelliguntur illo loco Eſaiæ: Quò mihi multitudinem sacrificiorum? sic sacrificia spi-
ritualia nouæ legis accepta prædicatur, & Euseb. demonstrat. Euangel. lib. 2. cap. 36. cùm mul-
ta de hoc cap. disputasset, interpretas postremum huc locum, inquit, subiungit propheta ab-
rogationem legis Moſis, & legis nouæ introductionem, & testamenti noui, quod promissum
est omnibus Gentibus, per lauacri regenerationem. Et aduertendum est Cyprianum, Ter-
tullianum, & Euseb. hoc loco vti, ad refellendos Iudæos & hoc loco ostendere: sacra Iudæo-
rum esse abrogata negareque, posse Iudæos huic tam aperto testimonio aduersari, vt postea
apparebit iuxta tralationem Lxx. virorum. Terogo, quid facere volebas Iudæos, redactos
in summas angustias à nostris maioribus? vnde elabi non possent, tu te dispice & etiam atque
etiam

A etiam cogita, si saperent quidē, initiarentur Christianismo, sed si perstare in impietate volunt:
quid faciet? quo se vertent? tenetur manifestissimis argumētis, neque elabi possunt, necesse est
aliquam reperiat rimam, qua effugiant, nam veteres patres negabant huic tam aperto testimo-
nio Iudæos posse aduersari. Ergo distinguunt aliter lectionem hebræam, vt aliud hunc locum
possint referre. D. Hieronymus necesse habuit sequi distinctionem lectionis Hebrææ, quæ
videbat in codicibus Hebræis, quod, vt sæpè diximus ex epistola Origenis ad Aphricanum,
necesse est agnoscere lectionem Hebræam, & sic vertere, vt vulgò distincta est, vt concessis,
& confelsis in disputationibus aduersum illos vtamur testimonijs, tamen D. Hieronymus. Tralatio
Lxx. con-
eodem modo explanat, quo ceteri veteres patres, & abrogationē veteris legis his verbis ab
Eſaiæ significari putat, nam lectio Hebræa, etiam aliter dispuncta quàm dispungunt Lxx. vi-
ri huc spectat tamē. Igitur tralatio. Lxx. virorum distinctionem antiquam lectionis Hebrææ
nobis representat, confirmatque sententiam D. Hieronymi, & refellit Iudæos, & ostendit a-
pertè his verbis abrogari sacrificia veteris legis, & eorum solennitates: quem sensum verissi-
mum esse hinc conijcies, quod veteres patres apertè negant, Iudæos huic tam manifesto testi-
monio posse contradicere, & quod Iudæi necesse habuerunt aliter distinguere lectionem He-
bræam vt elabi possent: nam. CCC. annis ante tempora Christi ita erat distincta, vt distinguūt
Lxx. viri. Huius rei Lxxii. Iudæos testis habemus, & vniuersos Iudæos, qui per nongentos pe-
nè annos, vt ostendimus, vsi sunt tralatione Lxx. virorum, tanquam probatissima & fidelis-
sima, quoad intellectum est manifestissimis eius testimonijs redargui Iudæorum impietatem:
magna ergo necessitas fuit, quæ Iudæos coëgit aliter distinguere lectionem Hebræam, neque
certè vlla alia, quàm vt rimam aliquam aperirent, vt elabi possent: nam cur mutaret interpun-
ctionem antiquam, quam Lxxii. testes testarentur esse verissimam? nihilo fecius tamen vtra-
que distinctio abrogationem legis veteris significat, dispunctio tamen Lxx. virorum Iudæis
obturat os, Ergo D. Hieronymus se quutus interpunctionem lectionis Hebrææ, sic dispunxit
Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus, & illic adposuit distinctio-
nem, eodem modo interpunxere Lxx. deinde D. Hieronymus: Plenus sum: apposita rursus il-
lic distinctione. i. abundo meis, non quero vestra, vt explanat Ambros. de interpellatione Da-
uid in fine. Ac rursus nouo initio: Holocausta arietum, adipem pinguium, & sanguinem vitu-
lorum, & agnorum, & hircorum nolo: quibus verbis planè, & apertè reijciuntur sacrificia ve-
teris legis, vt docet Hieronymus: Lxx. quod indeclinabilia nomina sunt apud Hebræos, & quo
uis casu verti possunt sic distinguunt & vertunt: Plenus sum holocaustis arietum, & illic ap-
ponunt distinctionem, quasi dicant: Satias cœpit me iam sacrificiorum veteris legis, de-
indè nouo initio, sanguinem taurorum & hircorum nolo, deest enim vna dictio ex lectione
Hebræa: est enim lacera, & trunca tralatio Lxx. virorum, quæ castiganda est. Ex lectione He-
bræa sic hæc legenda sunt, vt ter repetita oratione sacrificia veteris legis repudientur:
Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum holocaustis arietum, sanguinē
taurorum, & hircorum nolo. Potuit ne apertius reijci & abrogari lex vetus? Atqui hæc nihil
sunt, si conferantur cùm sequentibus, quibus plenissimè repudiat Iudæos de quibus statim di-
cemus, si prius cùm D. Chrysost. eius genibus aduolutus, paulisper disceptem, qui aduersus Iu-
dæos oratione 4. querit, cur D. Paulus hæc & alia testimonia prophetarum non citarit: qui-
bus planè excluduntur Iudæi, & repudiantur sacrificia veteris legis, cùm alia loca minus aper-
ta citarit, ad Rom. 11. & causam putat quod Iudæi his verbis negant antiquatam esse veterē le-
gem, neque repudiata quod esset imperfecta, neque quod inducta sit maior, nostra videlicet
religio, sed propter improbitatem illorum qui sacrificia offerunt, quod probant verbis sequē-
tibus. Si extenderit manus vestras auertam faciem meam, quia manus vestræ plenæ sunt san-
guine. Hoc inquit Iudæi: non est sacrificia accusare, sed offerentium iniquitatem criminari.
Hæc Iudæi aduersum nos, vt inquit Chrysost. Iudæos refellemus hoc loco, & cùm infrā ex-
planauerimus verba Eſaiæ, quæ secum facere putant Iudæi, redeo ad D. Chryf. O magne diue,
si Paulus non citasset hunc locum, quod Iudæi aliud referunt, & aliter interpretatur, neque Pau-
lus, neque Euangelistavllus, neque apostolus, atque adeo nec ipse dominus vlla citassent scri-
pturæ loca, sciebant enim aliter interpretaturos Iudæos, & scripturarū sensa inuertos, quod
si ea ratione deductus Paulus, hoc non citasset testimonium, nullum sanè citasset: omnia enim
inuertunt Iudæi, & vix vllum locum reperies in scriptura sic explanatum à Iudæis, vt enoda-
datur ab apostolis & euangelistis, sunt enim cœci, neque veritatem scripturarum videre villo
modo

Tralatio
Lxx. con-
firmat sen-
tentiam D.
Hieronymi
& sancto-
rum patrū.

Dubium pro-
positum à
Chrysost.

modo possunt. Cur ergo dices, Paulus obscuriora citat, hæc apertissima testimonia non citat? hoc enim querit Chrysofost. & hæc nos vrget interrogatiõne, nempe quòd Paulus, in quo Christus loquitur, vt ait idem Chrysofost. more optimi præceptoris obscuriora enodat, neque omnia loca scripturæ citare habet neceffe, quòd Euangelium, compendium dicitur, quòd vtique non esset, si omnia repeterentur legis veteris testimonia, & magis è re nostra facit, cum enucleat quæ obscura sunt, quòd dilucidiora ab illo edocti facile intelligemus. Esse autè hæc manifestissima testimonia, docet eodem loco idem CHRYSOST. his verbis, quòd autem habuerit Paulus testimonia tum maiora tum vehementiora, oēs confitebuntur: ait enim Esaias: Plenus sum holocausto matris arietum: & adipem agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum, nolo. Et oratione. i. aduersus eosdem Iudæos, sic hūc locum explanat his verbis: *Quæ gratia o Iudæe tuam vrberem Hierosolyma demolitus est Deus? nam si voluisset sacrificia veteris legis remanere, alterum è duobus illi faciendum fuit, aut non debebat præcipere vt vos Iudæi vno tantum in loco sacrificia faceretis, cum vos per omnes mundi plagas esset dispersurus: aut si volebat vos in ea tantum vrbe sacrificare, illam erat seruaturus: ergo Deus, qui voluit abrogare legem veterem, non solum debuit vos per vniuersum orbem dissipare, verum etiam solam illam ciuitatem desertam, & inaccessibleam reddere, in qua sola victimas iusserat immolare. An secum pugnat Deus? qui vno in loco sacrificare iusserat? & rursus ab hoc ipso loco, quem præscribit, excludat? Nequaquam, &c. Ergo hoc insolubile argumentum est, hoc diluat Iudæi, & Iudaizantes, quòd est argumentum omnium veterum patrum aduersum Iudæos, & quo facilè euincitur, dirutis Hierosolyms vbi tantū poterant fieri sacrificia veteris legis, abrogata esse omnia sacrificia veteris legis. Quòd vt paulò infra ait CHRYSOST. nullo orbis loco permisit Deus sacrificia fieri nisi in vnâ Hierosolyms, dirutis Hierosolyms, vel inuitos abducere voluit illos à victimis, nam si palàm dixisset, desistite, haudquaquã facilè ab immolandi insania destitissent, ergo subuerso templo necessario destiterunt, quòd vt alibi dicendum est ex eodem Chrysofost. centies instaurari in inuidiam Christianorum à tyrannis inimicissimis Christiano nomini in gratiam Iudæorum est ceptum, & miraculo sunt impediti à domino, neque enim templum, neque Hierosolyma, neque vrbeis Iudææ passus est vnquam instaurari, neque patietur vilo vnquam tempore: Hæc diluant Iudæi, his respondeat, quæ planè significat tralatio Lxx. virorum, vt diximus, quòd etiam tralatio. D. Hieronymi. significat.*

Cur post Christi crucem sunt diruta Hierosolyma.

D. HIERON.

Cum veneritis ante conspectum meum, quis quaesuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis?

LXX. VIRI.

כי תבאו לראות פני כי בקש זאת מ ימי קים רצורי לא הוספו
 Cur venitis ad videndā faciē meā?
 Quis quaesuit hæc de manib' vris?
 Calcare atria mea ne addatis.

Iudæi omnia inuertunt & in dicitantes.

Dictum est commentario proximo, veteres patres hoc vaticinio ostendisse sacra veteris legis esse abrogata, & affirmasse Iudæos non posse huic tam aperto testimonio aduersari. Et de superioribus verbis dictum est, quàm planè hoc ipsum, quòd diximus, præferant. sed multò manifestius verbis sequentibus hoc significandum promisimus. Ergo tralatio D. Hieronymi hoc significat, neque hoc solum sacrificia veteris legis, nō propter se accepta fuisse Deo, sed quòd essent typus nostri sacrificij, hoc enim significant verba hæc: *Cum veneritis autè conspectum meum, quis quaesuit hæc de manibus vestris?* id est: *Non requirebam ego sacrificia veteris legis, ait Dominus, cum veniebatis in templum meum, sed quòd essent typus noui sacrificij, mihi erant accepta, neque olim erant mihi grata propter se, sed propter typum, & nunc cum venerit veritas, cessauit vmbra, quòd verba hæc significant: Quis quaesuit hæc de manibus vestris, cum veniebatis in atria mea? id est, neque antea requirebam hæc sacrificia propter se: neque nunc, cum venerit veritas locū habent.* Hæc sententia huius loci est, sed quid refert, vt diximus ex Chrysofostomo? negant hoc Iudæi, nostrū hoc aiunt esse commentum: huius loci sensum esse dicunt, Dñm non requirere sacrificia, sed cor contritum, & hoc loco non auerfari Dominum sacrificia, sed offerentium iniquitatē criminari: hæc Iudæi referunt te D. Chrysofost. & multis nostrorum hoc persuasere Iudæi, nam conquestus alibi sum, quòd nostri clamoribus Iudæorum, cessere aliquando, quòd tot diuorum veniasit dictū: nam vt dictum est, repetendumque est sæpius ex epistola Origen. ad Africum cum apertissima testimonia, & notissima de Christo quæ ora Iudæis obturarent, citarentur à nostris

Astris, nostros Iudæi obtundebant clamoribus, vociferabantur, nihil tale Hebraicè esse, falsis testimonijs nostros cõuertere ad fidem nationes: nostri, modestiores ne dicā, an timidiore? quòd innumera loca alia essent, quibus nostræ fidei veritas probaretur, illis cedebant, & ita interpretabantur illa loca vt Iudæi. Non audebant manifestissima Christi testimonia iuxta tralationem Lxx virorum citare: timebant, ne verum esset quòd Iudæi vociferabātur, & abstinebant illis locis, ne falsis testimonijs scripturæ vt viderentur: & eum sensum esse dicebāt qui consentaneus esset tralationibus Symmachi, aut Theodocionis, aliorumque Iudæorum. Et sic Hilarius in enarratione in psalm. 2. & CYPRIA. aduersus Iudæos, & AMBR. O. de interpellatione Dauid, distinctionem D. Hieronymi sequitur, quæ eadem est Symmachi, scripsere enim ante editam tralationem D. Hieronymi inter loca quæ raro attinguntur à veteribus patribus, quòd clamoribus negarent Iudæi quiddam tale esse Hebraicè, & hic locus est iuxta tralationem Lxx virorum quo apertè repudiātur Iudæi, quanquam & iuxta tralationem D. Hieronymi satis planè repudiātur, vt diximus. Nam quòd negant Iudæi accusari hic sacrificia, sed offerentium iniquitatem, facile confirmari potest, & probari: nec enim *Deus mutus est, vt quid velit eloqui non possit: si iniquitatem repudiasset, non sacrificia reiecisset, sed iniquitatem: si grata sunt sacrificia veteris legis, & bona, non auerfaretur sacrificia sedferentes: sed hoc planè significāt inquam Lxx viri, qui sic vertere: Nec veneritis apperere mihi: vel nequaquam veniat in cōspectū meū, sic enim hūc locū citat D. CHRYSOST. in oratione. i. aduersus Iudæos, & his verbis excludi Iudæos putat, & repudiari veterem legē. Et CYPRIA. aduersus Iud. lib. 1. ca. 6. Nam superiore commentario Eusebium, Tertullianū & alios citauimus, qui totum hunc locum interpretantur, sed dices Græcè quidem sic esse, ne gabis sic esse Hebraicè, verba Hebræa sunt *כי תבאו לראות פני כי בקש זאת מ ימי קים רצורי לא הוספו* venitis, aut venietis. *ראות פני* ad videndum. *כי בקש זאת* faciem meam. i. Quare venietis ad videndum faciē meā? quorsum venitis ante conspectum meum, qua oratione quis non videt reijci Iudæos? & si cõuenienter superioribus explanari oportet, quis nō videt Iudæos repudiari post crucem Domini si sic lectionem Hebræam distinguat? Deinde: *Quis quaesuit hæc de manibus vestris?* quæ verba CHRYSOST. in cap. 12. epist. ad Rom. sermo. 20. in principio citat, & ait, his verbis & aliās se penumero, repellere deprehenditur Dñs sacrificia Iudæorū, nostrum verò nequaquam. CYPRIA. aduersus Iudæos li. 1. cap. 16. his verbis euacuatum vetus sacrificium, & nouum inductum putat, cum apertè dicat dominus: *Quis quaesuit hæc de manibus vestris? & Epiphanius lib. 3. cõtra Photinianos, cum Iudæos appellasset reiectos, & repudiatos hoc versiculo probat: Quis quaesuit hæc de manibus vestris? & Hebraicè sic est, si aliter distinguas כי quis, שפךי בקי, quaesuit, זאת, hoc, מ ימי קים, de manibus vestris? i. Quis quaesuit hæc de manibus vestris? Quibus verbis planè negat dominus se velle sacrificia Iudæorū. omnibus Iudæis dixit, quorsum venitis ante conspectum meum, omnibus dicit, *Quis quaesuit hæc de manibus vestris?* repudiat ergo apertè omnes. Postremò, *Calcate atrium meum nō apponetis: potuit planius? potuit apertius, quàm quum ingressu domus suæ Iudæis dominus interdicat? nequaquam iniretis, inquiens, amplius in domum meam. nescio an perspicuè magis & dilucidè dominus potuerit excludere Iudæos.* GREG. Nazianzenus in oratione ad. 150. episcopus sic legit hunc locum, & interpretatur: *Calcate atrium meum ne addatis, calcabunt enim ipsum manufectorum pedes qui nouerunt me, & filium meum vnigenitum: & Hebraicè quoque sic est, si aliter interpungas quam Iudæi interpungunt Hebraicam lectionem, כי בקש זאת מ ימי קים רצורי לא הוספו atrium meum כי בקש זאת מ ימי קים רצורי לא הוספו ne apponatis. Vertant se Iudæi in mille facies his verbis fateantur se teneri neceffe est, cum dicatur illis à domino: Ne apponant vltra calcare atria domini, id que re prestitit dominus cum illud deleuit armis Romanorum, vt cū iusi non abstinerent ingressu templi, vi cogentur, quanquam & confessi sunt se hoc oraculo teneri constrictos, quando interpunctionem antiquam Hebrææ lectionis mutauerunt cuius testis habemus Lxx duos viros doctissimos gentis Hebrææ: magna necessitas est quæ illos id facere coegit. Sed Vatablus probat sententiam Iudæorum, quam supra diximus ex Chrysofostomo, non repudiat, inquis, sacrificia veteris legis, sed sola: vbi est quaesitum te verbum quòd tu addis? sola: cum sensum huius loci dicitis: Solis sacrificij non potestis me placare, nescis literis sacris nihil esse addendū, aut detrahendū, sub diris imprecationibus? nescis ad hoc exemplū quiduis posse effici, si liceat subaudire quæ voles? ait Dominus: *Nauseam mihi mouent sacrificia vestra, & addis de tuo: si sine fide fiant: vetat Iudæos in conspectum suum venire, addis tu, sine fide: vetat****

Probatu- ris locis, exclusæ est se sacrificia veteris legis, & ut dei resola iuntur.

vetat Dñs Iudæos calcare atria sua, addis tu, sine fide: ergo loqui non licebit Deo per Iudæos, A quando Iudæi omnia eius responsa detorquent aliò, si sine Christiana fide dicerent: non rectè adhuc dicerent, quòd sacrificia veteris legis omninò repudiàtur. Nec Euthydemus Platonis, nec alius quisquam *Sophista sic eluderet disputantium dicta*, verborum præstigijs & arte subdola, vt Iudæi eludunt diuina responsa. Non enim est demonstratio (vt inquit Aristoteles) ad exteriorem sermonem, nam irretitus aut constrictus vinculis demonstrationis peruicax potest reluctari, ne Vatablus aut quisquam miretur Iudæos, quod centies victi, repugnent, & mille vinculis demonstrationum constricti (velut Proteus olim) effugiant vincla, quòd non est demonstratio, inquam, ad exteriorem sermonem, verùm cum stulta respondent & stolidi, se fatentur victos: sciunt enim scripturæ nihil esse addendum, nihil detrahendum: hæc vidisse oportebat Vatablum, & alios viros bonos, nec Iudæorum fallacijs decipi. Sed vt redeam ad id vnde sum digressus, I R E N A E. lib. 4. ca. 32. nouũ testamentum his verbis præsignificari docet, & vitæ sanctimoniam præcipi: ne mireris apud veteres patres, nunc ad hæc, nũc ad illa referri, quòd vtrumq; hoc loco significatur. B

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Ne offeratis vltra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi: neomeniam, et sabbatum, et festiuitates alias non feram.

Si obtuleris filiginem vanũ, incensum abominatio mihi est, neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum, non feram.

הבוא מן חוץ שׁוֹת *Venire facere sacrificium vanum,*

קָטַרְתָּ חוֹטְבָהּ הִיא לִי *incensum abominatio est mihi,*

חָזַשׁ וְשָׁבַת קָרָא מְקָרָא לֹא אוּכַל *nouiluniũ, & sabbatum, & vocare vocationem, (non ferre possum.)*

Qvod D. Hieronymus vertit: Ne offeratis vltra sacrificium frustra: Hebraicè, si veritas ad verbum, est: Ne addatis facere venire sacrificiũ frustra, pro quo D. HIERO. dixit: Ne offeratis vltra sacrificium frustra: expræsit enim sententiam lectionis Hebrææ, non vertit lectionem Hebræam ad verbum, verùm lectio Hebræa ad verbũ reddita est, ne addatis facere venire sacrificium frustra, ex qua oratione priore parte, ne addatis, Lxx. viri superioris orationis fecere finè, vertere enim: Calcare atria mea ne addatis, & sic nouo initio vertere: Facere venire sacrificium vanum. i. vanum est vobis facere venire huc sacrificium amplius, excludit enim Iudæos, & repudiat, vt dictum est superioribus commentarijs. Vtriusque tamen tralationis eadem sententia est: repudiantur enim Iudæi, cum illis dicatur: Ne offeratis sacrificium frustra. i. Ne offeratis amplius sacrificia, quæ vobis non sunt profutura, &: vanum est vobis facere venire huc sacrificia. Quibus verbis tam planè excluduntur Iudæi, vt nihil possit planius dici. Sed quod, minchà, vt rabbini aiunt, significat holocaustum, & iuxta aliorum rabbinorũ sententiam, sacrificium ex fructu terræ. D. Hieronymus reddidit, sacrificium. Lxx. vertere filiginem, nec malè: nam sunt qui putent, minchà, esse nostrum sacrificium secundum ordinem Melchisedech, qui panem, & vinum obtulit, vndè nostram missam dictam quidam putant: nec illud obstat, quòd quidam nostri Theologi ex pane filigineo negant Christi corpus posse confici, credidè enim quòd filigo id esset quod nos vulgò centenum nominamus: est enim filigo tritici genus lectissimum. Ergo Lxx. pro venire facere filiginem vanum, reddidè: si obtuleris filiginè vanũ. Deinde: Incensum abominatio est mihi, nempè quòd vt ait AMBR O. in cap. 1. Lucæ. li. 1. de ingressu Zachariæ in templum domini: & in præfatione in psal. 45. Et AVGV S. in cap. 7. euang. Ioan tractatu 28 in illa verba: hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa: vbi venit veritas cessauit vmbra: & idem dictum sit de sequentibus: verùm quod D. Hieronymus vertit, festiuitates alias, Hebraicè est, conuocare cõuocationem, nam lectio Hebræa sic ad verbum reddi posset, neomenias & sabbata conuocare conuocationem non ferã. Verùm quod conuocare conuocationem, forma dicendi Hebræa est, qua festi dies significantur quòd ad celebrationem festorum dierum, conuocatur conuocatio Iudæorum. i. conuocantur

A bantur Iudæi, pro, conuocare conuocatione reddidit D. Hieron. festos dies. i. festiuitates omnes, quibus conuocatur conuocatio, vt sit sensus: post crucè Domini sabbata, neomenias, & festiuitates omnes, repudiari à Deo, quod ante crucem Domini typi erant Christi, et œconomie redèptionis, & Iudæi, qui hæc celebrabãt, Christũ, sub his vmbri adorabant, vt nõs verè adoramus, & grati erant Deo, quod eandem fidem colebant, quam nos colimus, & eundem Christum sub vmbri adorabant, quem nos adoramus. Post crucem verò domini erant hæc omnia ingratissima Deo cum à Iudæis celebrabantur, quòd què sub his vmbri confitebantur & agnoscebant, cruce affecerant, & persequebantur etiam postquam resurrexerat, in suis membris. Nam neomenias, & sabbata, & festiuitates Christi fuisse typos & vmbas notius est quã vt à me dicendum sit. Sic Hieronymus vertit hũc locum. I S Y C H. lib. 2. ca. 8. & alijs locis adnotat Lxx. viros euangelica nobis representare verba, quo argumento I R E N A E. lib. 3. cap. 25. afflactu spiritus sancti, textam tralationem Lxx. virorum colligit, quòd locis innumeris Lxx. congruant cum verbis Euangelicis & apostolicis, quod factum reperies hoc loco: nam,

B pro: Conuocare cõuocationem, pro quo D. Hieronymus reddidit festiuitates, seu festos dies, quod forma illa dicendi apud Hebræos festos dies significet omnes, quibus conuocabatur conuocatio Iudæorum ad celebrandos festos illos dies. Lxx. viri magnum illum diem sabbati de quo Ioannes cap. 19. scripsit, sunt interpretati. Nouerant Lxx. viri quid esset conuocare conuocationem: sunt enim verba Hebræa notissimè significationis, in quibus vel puer nõ posset allucinari. nouerant, conuocari conuocationem Iudæorum omnibus festis diebus, & ideo pro omnibus festis diebus apud Hebræos accipi, conuocari cõuocationem, tamè pro magno illo die sabbati accipere: & vt Ioannes dixit, *ὅτι μὴ μνησθῆναι τῆς μέρας*, sic Lxx. viri, pro conuocare conuocationem, vertere: *μνησθῆναι τῆς μέρας*, quòd si Hebraicè fuisset hoc verbum, non tantopere admirarer concordasse cum verbo euangelij, sed cum interpretantur scripturam, repræsentalle nõ bis magnum illum diem sabbati, qui apud Ioannè est, dignum est quod admiremur. O R I G. in Numerorum cap. 28. interpretans hunc locum, quoniam in loco sancto, in die festiuitatis occiderunt Dominum meum Iesum Christum: dicit Esaia: Neomenias & sabbata, & dies festos vestros odit anima mea: sequitur enim O R I G. tralationem Symmachi: suspectam enim Iudæi faciebant suis clamoribus tralationem Lxx. virorum, quòd manifestissimis testimonijs Iudæos configat: Ergo, dies magnus sabbati gratissimus erat Dño, cum celebrabatur à Iudæis passio Christi sub typo, & vmbra, eadem fide qua à nobis celebratur, & cum Christus cruci suffixus à Iudæis adorabatur sub vmbra, vt à nobis verè adoratur. Cum vero qui crucifixerant Christum & qui regem gloriæ in crucem sustulerant, typũ passionis Christi celebrabãt, videbantur iactare se in immani illo facinore quòd in regem gloriæ admiserãt, & ideo sunt ingratisissimi. Idem O R I G. in illa verba Matt. Per diem autem solennem cõsueuerat præses dimittere vnum vincum, arbitror propter istum diem festum Iudæorum in quo Barrabbas ad vitam electus est, Christus damnatus, dominum dicere per prophetam, Ieiunia, & ferias & dies festos vestros odit anima mea: & rursus O R I G. in Genesios cap. 24. homil. 10. inquit: Iudæorum est dies certos & raros obseruare, & ideo dicit Deus: Neomenias vestras, &c. Christiani

Sacrificia veteris legis, quãdo Deo gratia, et quando ingrata.

Magnus dies sabbati.

Abrogatio legis Moysi.

C Iudæi faciebant suis clamoribus tralationem Lxx. virorum, quòd manifestissimis testimonijs Iudæos configat: Ergo, dies magnus sabbati gratissimus erat Dño, cum celebrabatur à Iudæis passio Christi sub typo, & vmbra, eadem fide qua à nobis celebratur, & cum Christus cruci suffixus à Iudæis adorabatur sub vmbra, vt à nobis verè adoratur. Cum vero qui crucifixerant Christum & qui regem gloriæ in crucem sustulerant, typũ passionis Christi celebrabãt, videbantur iactare se in immani illo facinore quòd in regem gloriæ admiserãt, & ideo sunt ingratisissimi. Idem O R I G. in illa verba Matt. Per diem autem solennem cõsueuerat præses dimittere vnum vincum, arbitror propter istum diem festum Iudæorum in quo Barrabbas ad vitam electus est, Christus damnatus, dominum dicere per prophetam, Ieiunia, & ferias & dies festos vestros odit anima mea: & rursus O R I G. in Genesios cap. 24. homil. 10. inquit: Iudæorum est dies certos & raros obseruare, & ideo dicit Deus: Neomenias vestras, &c. Christiani

D quæ temporalia erant, excludi: sabbatum vero æternum Christianis dari, hoc est cessationem à peccato, & requiem illam sempiternam, cum erit perfecta sanatio & redemptio, id enim est sabbatissimus perfecta sanatio à peccato, & perfecta cessatio, & illa sempiterna beatitudo, qui sabbatissimus æternus celebratur in cælesti Hierusalem. i. sempiterna quies. C Y R I L. contra Iulianũ lib. 9. diluit illud dubium, quòd per Mosem constituit dominus festum legitimum sempiternum: rursus per Esaia: nouilunia, & sabbata vestra odit anima mea, ait enim quod vmbra significatum est, compleri veritate, multa enim prædicta sunt, quæ in vmbra non complentur, in veritate complètur, quòd perspicuum est: loquitur enim Deus verbis & factis, quæ admodũ verba prætereũt, ita & facta, cõpletur tamen id quod significatur verbis & factis, sic idem C Y R I L. hunc locum explanat in Ioannem in illa verba: Vos ascendite ad diem festum hunc, sed quando Lxx. viri quòd vertit D. Hieronymus festiuitates vestras, reddidè diem magnum, & concordant cum Ioanne Euangelista & significant diem illum magnum sabbati, scias quòd D. Hieronymus & Lxx. vertere, Neomenias vestras, & sabbata, &c. Hebraicè

Commentaria in

Mensis quo immolabatur agnus.

posse quoque reddi: Mensem vestrum, & sabbatum, & diem magnum non feram: quod Hebraicè legitur, quod ès, quæ vox Latinè sonat, Neomenia, calendæ, seu nouilunium: quibus nominibus primus dies mensis significatur: significat etiã mensem, vt hic significari possit, Deum odisse mensem Iudæorum, quo immolabatur agnus, quod antea cultus huius mensis gratus erat Deo, quod sub typo & umbra colebatur lex noua, & Christus: nam vt cap. 12. Exodi significatum est, mensis quo immolabatur agnus, principium mensum erat, typus principij Euangelici temporis, & dies magnus, & pascha, & immolatio agni, typi erant passionis Christi. Ante crucem ergo sub his vmbri typus colebatur à Iudæis, quem nos in veritate colimus, post passionem Christi, quæ colunt Iudæi sub umbra, vere persequuntur, & ideo ait dominus: se mensem & sabbata, diemq; magnû Iudæorû post crucem domini odisse. Itaque hoc loco: neomenias, .i. primû diem mensis, & primû diem anni interpretabimur, & primû mensem anni, nã paulò post sequitur: Neomenia, aut calendæ, quod idè significat, & in sacris literis nihil redudat.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Iniqui sunt cœtus vestri, calendæ vestras, et solennitates vestras, odit anima mea.

Ieiunium, & ocium, & neomenias, & festiuitates vestras, odio habet anima mea.

anima mea odit solennitates vras, & neomenias vras, ocium & conuocationes Afflictionem: וְאֲנִי אֹדֵת מוֹעֲדֵיכֶם וְנִוְחֵיכֶם וְשַׁבְּוֹתֵיכֶם וְעֵצְרֵיכֶם וְיָמֵיכֶם

Varia significatio Hebræarum vocum, varias facit interpretationes D. Hierony. & Lxx. virorum: nam וְאֲנִי auen frequentius sonat Latinè iniquum, vt reddidit D. Hierony. 1 uia cõiunctio copulatiua est, quæ sæpè apud Hebræos pro ornamento ponitur, & sic putat Hieron. hoc loco poni, וְאֲנִי alara, coetus, conuentus, congregatio, vt sit totum, iniqua & congregatio vel iniqui, & coetus, pro quo D. Hieron. reddidit iniqui sunt coetus vestri: reddit enim sententiam, non numerat verba, ergo iniqui sunt cœtus vestri, dicit propter iniqua cõsilia Iudæorum, quæ inierunt aduersum dominum. Lxx. viri hunc locum altiore credidere habere sensum, & profundum magis: nam auen, ieiunium sunt interpretati, quod auen authore R. D. referente Pagnino in thesauro, afflictionem significat, & ab Esaia ca. 58. Ieiunium Iudæorum de finitur afflictio, his verbis: Nunquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominẽ animam suam? deinde Lxx. viri וְאֲנִי Afara vertere ocium, quod à Mose duplex festum hoc appelletur nomine, nam octauus dies tabernaculorum אָשֶׁרֶת dicitur Hebraicè, Levitici cap. 26. & paschatis septimus dies aseret quoque ab eodem Mose appellatur Deuteronomij. 17. vtrunque festum, authore R. Ioseph ocium dicitur à Iudæis, vt vertere. Lxx. seniores. quod populus Iudæorû hoc die prohiberetur opus seruire facere: Itaque ea causa est, cur Lxx. seniores, quod D. Hieronymus reddiderat iniquum coetum, cum verterit, iniqui sunt coetus vestri, verterint ipsi ieiunium, & ocium, legerintque vno spiritu & vna periodo: Ieiunium, & ocium, & neomenias, & festiuitates vestras, odit anima mea: nam calendæ idem significat quod Græcè neomenia: itaque ocium, festum significat sanctissimum, de quo latius dicendum est: est enim sensus: quandoquidè venit veritas has omnes cessasse figuras, quod ait Ambros. & Augustinus. PROCOP. Christus, inquit, his omnibus solennitatibus significatus erat, adueniens ergo, omnibus finem imposuit. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 5. docet, prædictam esse, his verbis: Cessationem legis veteris & ceremoniarum, Idem sensit D. Hieronymus & Cyrillus & alij patres sed de his satis supra dictum est. Sed quando loca illa Mosis insignia mihi esse videntur, dignaque quæ à veteribus patribus celebrarentur in primis, eorum interpretationem perstringamus, vt appareat, non temerè Lxx viros aseret pro festo illo accepisse. Primum omnium quod R. D. ait & R. Ioseph, festum hoc ocium esse appellatum quod in eo populus prohiberetur opus seruire facere credibile non est, nec verum arbitror, nã multi erant dies festi quibus prohiberetur populus opus seruire facere cur potius hic dies diceretur ocium quam alij dies. Consulamus ergo nostros & ab eis quæramus, quorsum hic dies dicitur ocium, & requies? & quomodo hic dies aseret, Christi sit typus? qui nostra pax & nostra requies est, quod dixit Procopius. August in cap. 7. Ioannis tract. 28. in illa verba: Erit in proximo dies festus Iudæorum scenopegia, de quo die festo, Moses hoc loco agit, quid sit, inquit,

Dies qui dicitur aseret. .i. ocium.

A inquit scenopegia .i. dies tabernaculorum, vel fixio tabernaculorum, notum est: faciebant tabernacula ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerunt, cum ex Aegypto educti essent: vt in 6. id. AVGVST. Non vacat mysterio, quod latenter Christus ad diem festum istum ascenderit, quia ipse latebat in isto die festo, omnia enim quæ in isto populo fiebant, vmbra erant futurorum quæ implentur in Christo. Celebratio tabernaculorum, quæ monumentum erat populi qui ex Aegypto liberatus, habitabat in tabernaculis, nos significabat liberatos ex Aegypto, vbi Zabulo tanquam Pharaoni seruibamus, vbi lutea opera in terrenis desiderijs agebamus, & in eis multum laborabamus, nobis ergo quasi lateres facientibus, Christus clamat: Venite ad me omnes qui laboratis, & inuenietis requiem animabus vestris. hæc AVGVST. vnde dices hoc festum appellatum requiem & ocium, quod aperte dicat euangelium: Inuenietis requiem animabus vestris: & hoc festum tabernaculorum, diem primum habet celeberrimû, atque sanctissimum, vt prescribit Moses, qui mihi videtur esse ille, qui ab August. describitur, cum per sacrum baptismum, Zabuli seruitute liberamur, & transimus per mare rubrum. .i. per Christi sanguinem extinctis omnibus inimicis, id est, deletis omnibus peccatis: sed antequam ad terram promissionis. .i. ad æternum regnû veniamus, in deserto in tabernaculis sumus. .i. peregrinamur à Domino in hoc mundo, & ad patriam æternam suspiramus, & ideo primus dies tabernaculorû, quauis dicitur à Mose sanctissimus atq; celeberrimus, nondû dicitur aseret. .i. ocium. Octauus dies celeberrimus atq; sanctissimus dicitur à Mose, & aseret. .i. ocium, & requies, vt Iudæi interpretantur, quod, aseret, claudere significat, aseret, liberatio è claustris, aut ocium è claustris: vnde Lxx. cum interpretantur locum illum Mosis: aseret Græcè reddunt ἀναγωγή, .i. exitum ac liberationem è claustris, eodem scilicet modo quo Iudæi, vt significet liberationem sanctorum ex infernis, in resurrectione Christi ex inferni claustris ἀναγωγή enim exitus est: ex inferni claustris, scilicet, aut exitus corporum nostrorû è sepulchris, qui erit in vltima resurrectione, cuius argumentum est firmissimû, quod octauus dies tabernaculorû dicitur sanctissimus, & aseret etiã ocium explanatur à Lxx. senioribus hoc loco, & alibi exitus, vt sit exitus ad ocium, & ad requiem, nã vt inquit CYRILL. in hunc locum Mosis: Refloreat atq; reuirebit rursus caro nostra, ipse enim nobis resurrectionis initiû, & verè scenopegiæ ianua factus est, nã caro Christi, tabernaculû est sumptum à sanguine Dauid, primum ad immortalitatem virtute Dei patris excitatum solutis inferni doloribus. THEOPHY. Scenopegiam vice gratiarum actionis factam olim putat mense Septembri, pro collectis frugibus: & resurrectionem significare, quando prout gesserit quisq; in corpore ita metet: quando soluta morte, nostra tabernacula. .i. corpora nostra rursus compingentur, & resurgent virtute resurrectionis Christi, quæ facta est octauo die, ruptis inferni claustris. Hæc Theophyl. vnde apparet, cur octauus dies tabernaculorû à Iudæis dicitur aseret. .i. ocium & requies, quod ad æternam requiem bonos transmittat die vltimo resurrectionis, & cur Lxx. viri dicant ἀναγωγή. .i. exitum è claustris sepulchrorum, aut itionem & reditionem, quod descendant animæ à beatitudine ad propria corpora, & resurgant corpora gloriosa, & se sistant Deo iudicanti, & gloriosi repetant proprias sedes: totum hunc discursum ἀναγωγή vox Græca significat: dies tamen primus tabernaculorum dicitur sanctissimus, quod, vt docet CYRILL. de spiritu & litera: & ORIG. in Numerorum cap. 24. homilia. 27. fixio tabernaculorum, quæ primo die fiebat, erectio ecclesiarum toto orbe est, quod in die vna resurrectionis instituta sit ecclesia, & finita sit verus lex: Est etiam festum aseret, septimus dies paschatis, dies magnus ille sabbati, quod docet Moses Deuteronomij cap. 16. his verbis: Immolabis pascha vesperi ad solis occasum, in tempore, quo egressus es de terra Aegypti. Et infra: Sex diebus comedes azyma, in die septima, quia est collecta domini Dei tui, opus non facies, pro hoc postremo: in septimo, quia collecta est domini Dei tui. Hebraicè est die septima, aseret, Deo, Deo tuo, id est, in die septima exitus, aut discursus Deo, de Deo tuo, & sic Lxx. vertere: In die septima, festum exitus domino Deo tuo. Hebraicè tamen est: Festum exitus Deo, Deo tuo: quæ forma loquendi est frequentissima in scriptura, vt alibi dicendum est latius: mihi videri verti posse: Deo de Deo tuo, id est, Christo, qui est Deus, de Deo, & lumen de lumine: nam et si Hebraicè non est præpositio illa, de, nemo tamen potest inficiari posse verti, Deo Dei tuo, vt sit sensus: Erit exitus Deo tuo Dei filio, vt conueniat cum illo Ioann. cap. 13. Ante diem festum paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem: non inficior significari typum. .i. erit festus, exitus Deo Dei supple filio, quod te liberabit ex Aegypto, sed scriptura magis spectat ad sensum spiritalem, nam pa-

Explanatur loca Mosis.

Festum aseret.

Explanatur Mosis.

C

nam pascha vox Hebræa, transitum significat, ex Aegyptiaca seruitute ad libertatem per mare rubrum, qui typus erat nostri transitus à diabolo ad Christum, & ad Christi requiem, & libertatem, vt AVGVSTVS docet in Ioanni. cap. 13. tractat. 55. significat etiam transitum Christi ad patrem, & sic hoc loco in die septimo transitus Deo, de Deo tuo, vtrumq; significat, transitum ex Aegyptiaca seruitute per mare rubrum, quæ figura erat nostri transitus ad Christum, qui est pax nostra, & requies: & transitum Dei, Dei filij ad Patrem, qui dies dicitur, aferet, à Lxx. viris. i. discursus, quod descenderit ad inferos Dominus, redieritque ad nos, liberatis è claustris inferni sanctis patribus, apparuerit multis locis Apostolis, & discipulis, ascenderit cælos postremò: hæc omnia significabat, aferet. i. ocium, & discursus. Sensus igitur huius loci est, Dominum odisse has figuras omnem post aduentum Christi, quia vbi venit veritas, cessauit umbra. ORIGEN. in Ioann. tom. 10. aliud esse pascha Iudæorum, & ieiunium, aliud pascha Dei: Dei pascha, & Dei cæremônias nunquam Deus dicitur odisse, odisse verò dicitur Iudæorum pascha, & solennitates, quibus compleuere vaticinia occidendo Christum: fuerunt enim illæ solennitates Iudæorum, non Dei. Et idem ORIGEN. in Ioann. tom. 3. interpretaas illud: Erat propè pascha Iudæorum: Pascha, secundum legem, inquit, pascha Dei est: pascha legiruparum, pascha Iudæorum, quod Dominus odisse dicitur apud Esaiam.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.

Facti estis mihi in satietatem, non amplius remittam peccata vestra.

parcere	defatigatus sum	ad grauitatem	super me	Fuerunt
sustinere				
נָשָׂא	נִלְאִיתִי	לְטָרְחִי	עָלַי	הָיוּ

Verbum Hebræum טָרַח vt aiunt doctores Hebræi, semel aut bis in sacris literis reperitur, hoc loco, & apud Iob cap. 37. & dubitat Hebræi, quo intellectu accipi debeat, significetne, grauabitur nubes aqua, nam, nubi, adiunctum est hoc verbum Hebræum, an plena erit nubes aqua, vt reddi optimè potuerit hoc loco, vt vertit D. Hierony. Facta sunt mihi molesta siue graua, vt referas ad sacrificia veteris legis, quæ Dominus hoc loco repudianda significat post Christi passionem: & potuerit optimè verti, vt edidit Lxx. viri: Facti estis mihi in satietatem. Hoc interest quod D. Hieron. (vt dixi) hæc refert ad sacrificia veteris legis, quæ repudiat. Lxx. viri referunt ad ipsos Iudæos, vt ipsi Iudæi excludantur hoc vaticinio: & verbum Hebræum טָרַח ad vtrumq; referri potest, & ad sacrificia, & ad Iudæos, facta sunt, & facti sunt: eadè vtriusque lectionis est sententia: tamè Lxx. viri post exclusa sacrificia, putat excludi hoc vaticinio Iudæos ipsos, vertere enim: Facti estis mihi in satietatem: quibus verbis Lxx. viri significant post crucem Christi dicere Dñm Iudæis: Facti estis mihi odio, ingrati, vos auerfor, vos repudio, vos repello. Deinde, quod Hieron. reddidit: Laboravi sustinens. i. magno labore vos potui sufferre vsq; ad hæc Christi tēpora, quo perageretur œconomia redēptionis, quod apparet ex Hieremia, & Ezechiele: iam vos non ferā amplius, hoc Lxx. vertere, non amplius remittā peccata vestra, quod verba Hebræa propter varias significaciones, vtroq; possint referri נִלְאִיתִי defatigatus sum, laboravi. נָשָׂא sustinere, parcere, vel, vt verti possit: defatigatus sum sustinere: & sic Hieron. reddidit: laboravi sustinens, & reddi possit: defatigatus sum parcere, pro quo Lxx. viri reddidit, nō amplius parcā vobis, facta paraphrasi ex Hiere. ca. 4. 11. & 18. & ex Esa. cap. 2. dimisi populū meū, alijq; prophetarū locis. Ideo enim delecti sunt tot numero, & doctissimi legis Mosaicæ, & paternarū traditionū, qui interpretationem scripturæ, vt inquit Hilarius in proœmio in psalmos, & in. 1. Psal. à Mose accepissent & ab alijs prophetis, vt veros eruerent scripturæ sensus: & hanc interpretationē verissimā esse apparet, quod CCC. annis ante crucē Dñi prædicūt, quod euentus ipse cōprobat, & res ipsa: docet enim verba illa: Defatigatus sum parcere, significare idē, quod, non parcā eis. Videmus enim, per M. D. annos, vrbes Iudæe iacere dirutas, & Iudæos exules, vagos toto orbe, nec suas vrbes instaurasse vsq; nec instauraturos: dixere ergo Lxx. viri, CCC. annis ante crucē Dñi, quod iam factū durat per M. D. annos, & eo amplius, quodq; post lucē euāgelicā, verissimū esse intelligimus oēs, Iudæā nunq̄ recuperādā à Iudæis: & Iudæos semper futuros, vagos, exules, miserōs, illud magnopere attendendū est, Lxx. viros CCC. annis ante crucē Dñi Iudæos refellere, & Iudæizātes, cum planè hæc omnia ad Christi tēpora

Facti estis mihi in satietatem, nō amplius dimittam vobis, mendacē facerent prophetiā: planè enim dicit Dñs, se nō dimissurum hoc peccatum Iudæis: cætera omnia dimisit, hoc postremum non dimisit: si aliud referant, mendacem, inquam, prophetiam facerent. ORIGEN. in cap. 9. epist. ad Roman. in illa verba: Non plebs mea, Iudæi, inquit, quoniam obseruare acceptam gratiam nescierunt, audierunt de synagoga ab Esaia, dimisi eam, dedi ei libellū repudiij, & alibi. Facti estis mihi in satietatem, iam non dimittam peccata vestra. PROCOP. vmbra, inquit, postquam venit veritas, satietati est, & vt inutilis excluditur. Et rursus idem PROCOP. superiora omnia dicta sunt contra Iudæos, qui in Christum dominū immane illud facinus admisere, & priora omnia ait Dominus se condonasse, nam ductos captiuos Babyloniam, septuagesimo post anno, Dominus in patriam reduxit, eorū vrbes instaurauit, bonis eos auxit, rebus omnibus fecit florentes, ex omnibus alijs calamitatibus eos eripuit, quibus ob peccatum implicabantur, hoc nefas vltimū quod in se admisere, cum regē glorię in crucem sustulere, negat Dñs se condonaturum.

B D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestra sanguine plene sunt: lauamini, mundi estote.

Cum extēderitis manus, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, nō exaudia vos, nam manus vestræ sanguine plenæ: lauamini, mundi estote.

Hic locus erat, vt supra dixi, ex D. Chrysoft. quo Iudæi suam sententiam tuentur, cum negant sacrificia veteris legis hoc capite repudiari, sed offerētium crimina, quod dicit Dñs: Cum extenderitis manus vestras auertam oculos: & statim subiungat: Lauamini: quo ostenditur, vt ipsi putant puritatem offerentium, hoc loco exigi, & munditiam: nam, vt IUSTINVS in dialogo aduersus Tryphonem ait: Si Iudæi aliquas vuculas reperiunt, quæ cum eis facere videantur, eas arripiunt, antecedentia, consequentia nihil morantur. CHRYSOST. loco citato, de pœnitentia homilia. 3. hunc locum explanat, sed mihi eius interpretatio non probatur. IRENÆUS lib. 4. cap. 32. hæc ad nouum testamentum refert, vt antiquata lege veteri introducat lex noua, cum enim illis verbis: Quid mihi multitudinem sacrificiorum? & sequentibus, reiecit obseruationem legis veteris: in fine suavit eis quæ salutaria sunt, baptismum, & sacrificia nouę legis intelligit. IUSTINVS apologia. 2. pro Christianis, hunc locum de baptismo interpretatur, & idem esse cum illo Euangelij putat: Si non renati fueritis ex aqua & Spiritu sancto, non intrabitis in regnum cælorum, quod dixerat: Non amplius dimittam peccata vestra: lauamini, mundi estote. Quid enim aliud est, non enim dimittam peccata vestra, quàm: non intrabitis in regnum cælorum? & lauamini, quàm, nisi lauamini? nisi renati fueritis ex aqua & Spiritu sancto. CYPRIANVS aduersus Iudæos lib. 1. cap. 24. ait significari hoc oraculo, quod sola hac re Iudæi accipere veniam delictorū possunt, si sanguinem Christi occisi abluere eius baptismovoluerint: ait enim, inquit: Non relaxabo peccata vestra, lauamini. i. nō relaxabo peccata vestra nisi lauamini: ergo Lxx. viri CCC. annis ante crucē Christi, refellunt sub dolā interpretationē Iudæorū, & ostendunt hæc cū interpretatione sanctorū patrū conuenire: nō cum Iudæorum perfidia, qui verterunt: Non dimittam peccata vestra, lauamini. i. non dimittam peccata vestra nisi lauamini. Eadem ratione qua Petrus Actor. cap. 2. cum de Christi passione ad Iudæos multa dixisset, cum Iudæi cōpuncti corde, Petrū interrogassent & apostolos: Quid faciemus viri fratres? respondit: Pœnitentiam agite, baptizetur vnusquisque in nomine Iesu Christi: nam quid minus fecit hic Esaia, cum multa de passione Christi prænucciasset, & verbis Domini dixisset: Non relaxabo peccata vestra, vt interpretantur Lxx. quasi quærentibus, quid faciemus ergo? penè respondit: Baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi: nam quid interest hoc dixisse, an lauamini, mudi estote? lauamini, mudi eritis. PROCOP. quærit: quomodo cum dixerit, non dimittam peccata vestra, quod inexpiabili crimine se obligauerint Iudæi, cum in crucem Dominum sustulere, addideritq;: Si multiplicaueritis preces vestras nūc, &c. subiiciat: Lauamini, mundi estote: & respondet, nempe quod id quod per legē peccatum est immedicabile, Christus veniens sanat sacro baptisinate, iubens sacro baptisinate

Iudæorum obiectio.

ti virtutes superædificare, quòd sacrum baptisma, & vitæ sanctimoniam, hoc loco præcipiat A
Deus: nec vnum, inquit tantum, sed duo hæc simul, quòd notandum summopere est, quòd fa-
cri scriptores hunc locum nunc ad sacrum baptisma, nunc ad vitæ sanctimoniam referant,
quòd ideo fit, quod vtrunque hoc loco significatur, vt inquit PROCOPIUS. qui pergit dice-
re, cum vsque adhuc abrogauerit legem veterem, & sacrificia veteris legis, oportebat nouam
legem introduci, quod fit hoc loco. Et rursùm idem Procop. penè Esaias hoc loco clara vo-
ce personat illud Euangelicum: Nisi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto: ait enim,
Non relaxabo peccata vestra, & lauamini, quasi dicat, non intrabitis in regnum cælorum, nisi
lauemini. EVSEBIUS. libro. 2. demonstrat. Euangelicæ cap. 36. Cum sustulerit legis Mosaicæ sa-
cificia, introducit alium quendam modum remissionis peccatorum, per salutare lauacrum,
per vitæ puritatem, & sanctimoniam, quam simul cum sacro baptismo prædicauit verbis
ministri. Nam Euseb. vt Procop. vtrumque hoc loco præcipi ait, & baptismum, & vitæ san-
ctimoniam. Ne miremur, quòd Augustinus & Chrysostomus, & alij patres, vitæ sanctimo-
niam, hoc vaticinio præcipi doceant. OECUMEN. in cap. 15. epist. ad Romanos. HILAR. B
in præfatione in Canticum graduum. AMBR. OS. in apologia Dauid cap. 12. & in caput pri-
mum epistolæ ad Hebræos, & alijs locis. GREG. NAZ. in theophania, seu genethlia
Domini ad sacrum baptisma hoc referunt, & ad vitæ puritatem. Lege BASIL. in asceti-
cis interrogatione. 261. Iam verò illud: Manus vestre tinctæ sunt sanguine, non solum Hiero-
nymus & Cyrillus de sanguine Christi intelligunt, quo Iudæi suas commacularunt manus,
sed, & alij patres, vt PROCOPIUS. qui ait: Manus vestre plenæ sunt sanguine Christi, videli-
cet: Non enim, inquit, hoc capite Dominus Iudæos accusat, tanquam idolatras, sed quòd non
nouerunt Dominum cum venit quòd reliquerunt ipsum, quòd exacerbauerunt sanctum Is-
raël. EVSEBIUS. Cæsariensis. de demonstrat. Enangelica lib. 2. cap. 26. qua causa, inquit Domi-
nus, Iudæos appellari principes Sodomorum, declarant, inquit, Manus vestre plenæ sunt san-
guine: & continuò subiicit: sanguine iusti Christi. Diximus CYPRIANUS, sic explanasse ad-
uersus Iudæos libro primo cap. 24. ORIGEN. in Matthæum in illa verba: Sanguis eius super
nos: Re facti sunt, inquit, Iudæi, non solum sanguinis prophetarum, sed Christi: vnde Esaias:
Manus vestre tinctæ sunt sanguine, & verè sanguis Christi, factus est non solum super eos, sed C
super filios eorum, fietque vsque ad consummationem sæculi, propterea enim, domus illo-
rum relicta est, & deserta vsque nunc: Hæc Origenes, quibus verbis innuere videtur, hunc lo-
cum esse eundem cum illo Matth. cap. 23. vt veniat super vos omnis sanguis iustus à sanguine
Abel, &c. docetque ORIGEN. hunc locum intelligi debere sic: Manus vestre tinctæ sunt san-
guine iustorum, & prophetarum, & Christi: nec malè conuenit, nam illud verbum, plenæ,
congruit cum illo Euangelico: Et vos implete mensuram patrum vestrorum, de quo alibi di-
cendum est latius, & propheta eos mensuram implese significat. Et aduerte, quo pacto Ori-
genes ex rerum euentu contendat veram esse scripturæ expositionem, quo argumento su-
prà ostendebamus, Lxx. viros pro eo quod Hebraicè est: Defatigatus sum parcere, verissi-
mè, & rectissimè reddidisse, non dimittam peccata vestra: propterea enim Origenes contem-
dit veram esse scripturæ expositionem, quòd domus illorù derelicta, & deserta sit. ATHAN.
de passione & cruce Domini: Manus vestre plenæ sunt sanguine, inquit, Christi: quem lo-
cum vt intelligas, aduerte IOSEPH. lib. 4. de bello Iudaico cap. 22. fateri, Iudæos dum vaticini-
a prophetarum habent despiciant, & putant esse sacrificulorum somnia, omnia complese, D
& perijisse, nam Iudæi nunquam putabant complenda vaticinia, & ridebant prophetas, vt le-
ges apud Ezechielem cap. 12. Fili hominis, quod est prouerbiū istud, in terra Israël dicen-
tium: In longum differuntur dies, peribit omnis visio, ideo dic ad eos: Hæc dicit Dñs: Qui ef-
cere faciã prouerbiū istud, non enim erit vltra omnis visio cassa: itaq; prouerbiū inter Iudæos
erat, procrastinatio rerù fit subindè, neq; quæ præsignificata sunt mala, veniēt vnquã, neq; quæ
promissa bona: & quauis intelligerēt, quot, & quãta essent prædicta mala, & præunciata, quæ
exceptura erant Iudæos, si Christū nō reciperent, non credebant tamē cōplenda: dixere enim:
Nostra erit vinea, & cassa est omnis visio, & nec quæ præsignificata sunt mala, veniēt vnquã,
nec quæ promissa bona. Ait ergo Iosephus Iudæus, suos Iudæos dū contēnerēt vaticinia, & som-
nia vana crederēt, cōplese omnia, & perijisse, & vastitatē suis vrbibus, & sibi exitium traxisse:
deniq; excidij tēpli, & Hierosol. & vrbis Iudææ, eã causam solam putat, repetitq; centies esse
plurima prophetarū vaticinia cōpleta, quæ necessario Iudææ vastitas cōsequatur: sed dicas Io-
sephum

A Iosephum hæc vaticinia quæ cōpleta memorat, nō expressisse, nec ad Christū retulisse, quin po-
tius nescio quæ vaticinia commemorasse, quæ nusquã sunt, & ad seditiones quasdam domesti-
cas, malorum illorù reuocasse causas, & vaticinia quædam de seditionibus domesticis esse cō-
mentum: Ita est, sed aduertat, oportet, quod suprà pluribus diximus, in disputatione de trala-
tione D. Hieronymi & Lxx virorum. Iosephum texuisse historiam, ex sacris literis collectam
Græco sermone, eo consilio, vt nationibus infidelibus, quæ tunc rerum potiebantur, eam facer-
et credibilem, & nō tam veritati studuisse, quod suprà mōstrauimus, quam vt Romanis &
Græcis credibilis esse videretur. Sunt enim plurima, inquit Fab. vera quidem, sed parum credi-
bilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia, sic quæ mirabilia sunt in sacris literis ferè præ-
terit, aut extenuat, vt de transitu maris rubri intelliges, si Iosephi historiam cum sacris literis
conferas, & de Iesu Nauè cum traiecit Iordanè, de Mosis fuga ex Aegypto, & alijs multis: vbi
vera præterit dicendo, quòd apud infideles nationes, quibus dabat operam, vt suam historiam
probarer, fidem non essent habitura, & comminiscitur falsas causas, & mendacia, quæ sibi
B persuaserat futura verisimilia. Atqui Iudæus erat & rerum miracula veteris testamenti crede-
bat esse verissima, præterit tamen ea, & sciens scribit falsa, ea ratione, quam diximus, vt satis
habeas si fateatur Iosephus conflagrasse templum, & perijisse Hierosolyma, & vrbeis Iudææ
quod completa sint vaticinia prophetarum, & quod Iudæi dum ea contemnerent compleue-
rint omnia, post quæ completa, necesse erat Iudææ vastitatem consequi. Nec expectes dum
numeret tibi vaticinia de Christo & passione eius, & resurrectione, & exclusione Iudæorum
& vastitate Iudææ, & reliquijs quæ saluæ factæ sunt: quæ omnia infideles nationes cachinno,
& risu exciperent, quibus ille operam dabat, quod tum rerum potirentur, vt suam historiam
faceret probabilem. Sat esse puta quod habes Iudæum confitentem cōflagrasse Iudææ vrbeis
quod cōpleta sint vaticinia. Reliqua vel cœcus videat, ne expectes ab alio, tute tibi suggere, nō
largientur tibi impij Iudæi hoc, perijisse Iudæam, quod completa sint vaticinia: nam si hoc lar-
giretur, reliqua inficari nullo modo possent. Ergo ATHAN. hoc docēs de passione, & cruce
domini ait, Iudæos hanc prophetiam: Manus vestre plenæ sunt sanguine, nec opinanteis com-
C pleuere: erat enim Dominus totus sanguine madēs. Quidam cum Vatablo hæc ad crudelitatem
Iudæorū referunt: & Lauamini, mundi estote, sic interpretantur: Manus vestras sanguinolent-
as abstinetè à cæde, & nullam hic de baptismo mentionem fieri putant: relicta enim senten-
tia sanctorum patrum, sequuntur interpretationem Iudæorum quam refutauimus & Iudæorū
sententiæ conuenienter hæc interpretantur. Quis (vt inquit Augustinus de vtilitate credendi
ad Honoratum) expositionem librorū Aristotelis, peteret ab inimicis eius? Quanto stolidius
est, si quis cœcos Iudæos sibi deligat duces, relinquat lucem euangelicam, quæ scripturarum
fulgentissima fax est? sed quando quibusdam placet audire etiam Iudæos, age deligamus arbi-
tros Lxx duos Iudæos, qui CCC. annis ante crucem Christi hæc vertere Græcè, omni odio &
gratia vacui, doctissimi legis Mosaicæ, qui interpretationem scripturæ à Mose vsque & pro-
phetis per manus accepere, qui apertè prædicunt abrogationem legis Mosaicæ vt dictum est,
& postea subiungunt: Non amplius dimittam peccata vestra, quia manus vestre plenæ sunt
sanguine: Num benè cohæret vt neget Dominus se amplius dimissurum Iudæis peccata, & di-
cat se auersurum oculos cum precantur veniam, quia sanguinei sunt, & statim sibi repugnet, &
D contradicat? non negaret sanè se amplius dimissurum peccata, si vllus locus relictus esset pœ-
nitentiæ Iudæis, neque tanto fulmine feriendos putaret, quòd sanguinei essent, vt præcideret
Dominus spem veniæ. Tantisper, inquit, dum non respiscunt, & non agunt pœnitentiam:
hoc, omne peccatum habet, vt non remittatur nisi post pœnitentiam. Qui conuenit ergo vt di-
cat? Non amplius dimittam peccata vestra, auertam oculos cum extenderitis manus, quia
manus vestre plenæ sunt sanguine. Solebat Dñs dimittere peccata sine pœnitentiã: aut tantum
Dñs hoc Iudæis crimen obijcit? & Iudæos hoc solo nomine accusat? itine reliqua Iudæorum
vita pura erat? pro vno hoc crimine tanto pœnarum feriuntur fulmine? vt dicat dominus: Nō
amplius dimittam peccata vestra. Deindè cum dixerit: Non amplius dimittam peccata vestra
quomodo cohæret vt statim dicat: Lauamini, mundi estote? nisi intelligas vnam spem veniæ
relictam esse Iudæis, si confugiant ad sacrum baptismi lauacrum, & præterea nullam.

Explana-
tur Iose-
phus.

Refellitur
Iudæi.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite bene facere, quarite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, et venite, et arguite me, dicit Dominus.

Dictum est de sententia veterum patrum, duas res hoc loco præcipi, baptismum, & vitæ puritatem: & ideo hunc locum à veteribus patribus ad vtrunque referri: nam cum abrogata sit vetus lex superioribus vaticinijs, hoc vaticinio introducit lex noua, nam Iudæis non erat relictus locus pœnitentiæ post crucem Domini, præcisa erat illis omnis veniæ spes: dixerat Dominus per Prophetam, iuxta translationem LXX: Non amplius relaxabo peccata vestra, quasi quærentibus: quid faciemus ergo? Respondet Dominus, quod Petrus Actor. 2. Iudæis compunctis corde, & quærentibus: Quid faciemus ergo fratres? baptizetur vnusquisq; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: hæc sola Iudæis spes est relictæ, si transeant ad Christum. Sic veteres patres hunc locum interpretantur, vt superiore commentario demonstratum est: itaque hoc loco prædictum videtur illud ESDR. quod citat LACTANT. de vera religione lib. 4. ca. 18. & dixit Esdras ad populum: Hoc pascha saluator noster est, & refugium nostrum, cogitate, & ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno, & post hæc sperabimus in eum, ne deferatur hic locus in æternum tempus. Dicit Dominus Deus virtutum: Si non credideritis ei, neq; exaudieritis annunciationem eius, eritis derisio in gentibus. Hoc testimonium Esdræ, cum citasset Lactantius, subiicit, vnde apparet, Iudæos nullam aliam spem habere, nisi se abluerint à sanguine, & sperauerint in eum ipsum, quem negauerunt: ergo hæc sola spes reliqua est Iudæis, quibus dixerat Dominus: Nō relaxabo peccata vestra, nisi sacro Baptismate peccata abluantur. Sic GREG. NAZ. in Epiphania locum hunc de sacro baptismate explanat. CHRYS. in cap. Matth. 3. homil. 3. in illa verba: Facite fructus dignos pœnitentiæ: ex hoc loco notat, nō sat esse, currere ad Baptismum, vt peccata abluamus, nisi omni cura, & diligentia, ad id incumbamus, vt abstinemus ab omni peccato, & purissimam vitam exigamus, omnium virtutum splendamus ornamentis. Quod D. Hieron. dixit: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quod alij verterunt: Remouete malum operum vestrorum ab oculis meis: quod verbum Hebræum cogitationes & opera significet. LXX. viri reddidit: Auferte nequitiam animarum vestrarum ab oculis meis: nequitias enim cogitationum interpretantur. i. nequitias animarum. CHRYS. in cap. 7. epist. ad Hebr. in illa verba: Quod minus est à meliore aliquo benedicitur, in Morali interpretans hunc locum: Coram oculis meis inquit, quia multi videntur boni hominibus, Deo manifesti sunt, sepulchra sunt dealbata. Et de Pœnitentia homil. 5. Non sat erat, inquit, auferre malum animarum: quid igitur addidit? E conspectu oculorum meorum, quoniam aliter oculi hominum vident, aliter oculi Dei, homo in faciem videt, Deus in cor. Neq; per ostentationem, inquit, pœnitentiam degenerem facies, sed in conspectu oculorum meorum occulta scrutantium ostēdiuntur fructus pœnitentiæ: decet autem, & nos purgatos à peccatis eadem ante oculos habere peccata, quanquam remissa sint à Domino, vt eorum memoria à peccando frænemur. P. R. O. C. Oportet refecare prauas mentis cogitationes, non solum abstinere ab omni peccato, hoc enim perfecta charitatis est, iuxta illud Pauli: Caritas non cogitat malum, & hoc propriè est baptizari Spiritu sancto, & igne Spiritus sancti, omnes animi sordes liquefacere, & exurere: atque illud docet Propheta hoc loco: nequid simulemus, quod occulta cordium scrutatur Deus: quod autem sequitur: Quiescite agere peruerse, discite benefacere: vulgare est esse virtutum gradus, primum enim est, abstinere à peccato, postea facere bonum. Quod autem dixit: Quarite iudicium TER. T. aduersus Marcionem li. 4. inde dictum putat, quod infra imputat vineæ forec, quod non iudicium fecisset, sed clamorē: intelligit clamorē illum Iudæorum, quæ edidit cum dicebāt: Crucifige,

A cifige, crucifige, vt desistant incepto, nec persequantur bonos, sed foueāt, & amplectantur omnibus obsequijs. Et idem Tertull. ad vxorem lib. 1. Duo, inquit, ista nomina, pupillus, & vidua, quò magis habentur despectui hominibus, eò magis diuinæ misericordiæ sunt curæ, quod idem reperies apud PLATON. in Minoe, vbi monet, ne quisquam pauperem despiciat, cui cum nihil præsidij relictum sit, nisi Deus, Deus illum habet curæ, & nullus est tam officiosus amicus, qui suos ita vindicet, vt suos pauperes Deus vlciscitur, & de alijs vindicat. TER. TVL. aduersus Marcionem lib. 4. Estote, inquit Dominus, misericordes, sicut pater vester misericors est: an non agnoscis veterem doctrinam? Iudicate pupillo, & iustificate viduam: & misericordiam malo quàm sacrificium. Iustificate Græcè dicitur *δικαιοσαστε* quod verbum, vt docet ARISTOT. 5. ad Nicomachum, est ad iustitiam reuocare, & ab eo qui plus abstulit auferre, & reddere ei cui ablatum est: vnde significat etiam vlcisci, & punire aliquem ob aliquod crimen, quasi dicat: punite eum qui læserit viduam, seruate ius viduæ, reddite viduæ quod ei ablatum erat. Venite, disputemus, dicit Dominus. CHRYSOST. in sermon. de ieiunio, & geneos lectione: Non vult nos ad disputandum venire, hoc est, ad iudicium de causa nostra tractandum, sed habere aliqua adiuuenta iustitiæ, tunc enim ad disputandum audacter veniemus, si ea fecerimus, quæ prius præcepit. Denique aliàs dicit: Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris, sed quo modo culpam fugiamus ostendit, antequam veniamus ad iudicium. GREG. in Iob lib. 9. ca. 20. interpretans hunc locum: Eum quem arguimus, rationis autoritate contraimus, quid est ergo, quod Dominus, cum agere sanctè vsque adhuc præcepit, adiungat? Venite, & arguite me: nisi quod aperte insinuat, quantam bonis actibus fiduciam præstet, ac si planè dicat: Re ceta agite, & animaduersionis meæ motibus, non iam per deprecationis meritum, sed per fiduciam autoritatis obuiate. Vnde Ioan. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & Moses irascentem retinet Dominum. P. R. O. C. O. cum descripserit vsque adhuc baptismum, & vitam euangelicam, subiicit, vt sacris mysterijs euangelicis initiatus, audacter cum Deo in ius veniat: pro immensa nanq; humanitate erga nos Deus dignatur disceptare nobiscum causam nostram, & quot, quaque maiora omni prædicatione in nos contulerit beneficia, & pro tot beneficijs, quæ nos illi contra rependerimus maleficia, quæ tamen omnia nobis donat, sanguine nanque, qui ex eius sanctissimo corpore, in cruce pendente, fluxit, madentes sacro baptismate purgat, & regnum cælorum prætereā promittit: conuicti ergo à Domino dicamus: Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. AMBR. in Psal. 118. idem esse putat cum illo: Non sunt condignæ passionis ad futuram gloriam, inquit: Venite, disceptemus, quia iudicasti viduam, oculus tuus fons gratiæ factus est, sepulturæ mortuum mandasti, generauit tibi oculus misericordiam redemptionis. AVGVST. in Psal. 103. quæ est disputatio hominis ad Deum? nisi confessio peccatorum: confitere quod est, & disputa cum illo, disputa ergo cum Deo, hoc est, te illi indica scienti, vt ille se tibi indicet nescienti. Suavis est disputatio, sacrificium humilitatis tuæ, contribulatio cordis tui, holocaustum vitæ tuæ. Quid hoc suauis? Ego iucundabor in Domino, hæc est mutua disputatio quæ dixi. ORIG. in cap. 3. epist. ad Roman. hunc locum Esaia videtur retulisse ad exclusionem Iudæorum, & ad intromissionem nationum in Ecclesiam: quod enim abalienauit à se Iudæos, vetueritque intrare in suum conspectum, vt intelligatis, inquit, ð Iudæi, me hoc iure fecisse, baptizamini, & vitam euangelicam viuite, & disceptate mecum, cur infideleis Iudæos excluderim, ipsi enim huius rei culpam sustinent, vos enim qui credidistis, sicut niuem dealbabo. Verba Origen. quibus hoc significare videtur hæc sunt, licet enim non crediderint quidam Iudæorum, de infidelitate eorum dicendum est, quod solus Deus sit verax, omnis homo sit mendax: quod ergo omnis homo sit mendax, propterea quidam Iudæi vt mendaces, abierunt retrorsum, & non crediderunt, & ideo cum ad iudicium venerit Dñs cum hominibus, solus ipse iustificabitur in verbis suis, ipsius enim verba, in omnibus vera, quia verba sunt veritatis. Quod autem Dñs in iudicium cum hominibus veniet, dicit Propheta: Venite, & iudicemur. Igitur hæc verba Origenes de iudicio Domini intelligit, quo aperientur libri, & iusto iudicio Deum omnia fecisse apparebit. Quod D. Hieronymus vertit, Arguite. LXX reddidit, disceptemus: Pagninus, Increpemus nos: Vatablus, disceptemus, vel, videamus: omnia verbum Hebræum significat, verbum autem Hebræum videtur esse in prima persona.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, sicut nix dealbabitur: et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana erunt.

Si fuerint peccata vestra sicut phoenicium, velut niuem dealbabo: si autem fuerint sicut coccinum, sicut lanam dealbabo.

CHRYSOST. in cap. 7. epistolæ ad Hebræos: Nemo eorū, inquit, qui in profundū iniquitatum deuenerunt, desperet de seipso: nam si habitum vitiōrum inueteratum contraxeris, non solum sanaberis, sed sicut lana candida dealbaberis: vide quanta sit pœnitentiæ vis? si fueris inquinatissimus, sicut niuem te dealbat. Et in cap. Ioann. 13. in illa verba: Qui lotus est, non indiget, &c. Vide quantum mercedis sit si benefeceris pupillo, & viduæ? Si fuerint peccata sicut coccinum, sicut nix dealbaberis. **GREG.** in Epiphania: Si peccata rubra erunt, vt penè sint sanguinea, dealbabimini vt nix: si coccinea. i. tam rubra quàm sanguis, sicut lana candidi efficiemini. Itaque, phoenicium putat minus exprimere colorem sanguinis, & non æquè sanguinea significare peccata: coccinū maiora peccata significare, & magis sanguinea: & hæc **GREG. NAZIANZ.** penè omnium sanctorum sententiā est, mihi magis placet sententiā **TERTVLL.** quæ & aliorum veterū patrum est, quòd Sepphora Aethiopiā, quæ ecclesiā ex Gētibus significat, dixit angelo: Sponsus sanguinum tu mihi es, significans se ita nupuisse Christo, vt Christus pro illa sanguine funderet, & quos pareret ipsa filios, sanguinem pro Christo funderent: & hæc lex fuit matrimonij ecclesiæ cum Christo, & ideo sponsus sanguinum dicitur. Ergo sensus huius loci est, vt putat Tertull. vt sermo fiat ad baptizatos, quos iussit decedere à malo, iustitiam colere, fauere viduæ, & pupillo, & promittere sibi omnia à Deo. Quòd si peccata admitta, fuerint rubra sanguine, martyrij scilicet, futuros candidiores niue: si coccinea fuerint peccata: repetitio est eiusdem sententiæ. Cur hæc sententiā magis placeat, & ea, quam postea subiiciam, iam dicamus: si prius Tertulliani verba apposerimus, in scorpiano enim, aduersus Gnosticos sic explanat hunc locum: Si peccata vestra sanguine Christi ablueritis, dealbabitur sicut nix: vt sit sensus: si fuerint peccata vestra sicut rubrum. i. si rubent sanguine Christi abluta, iuxta illud: Qui lauerunt stolas suas in sanguine agni, sicut nix dealbabitur. Et rursus: Si fuerint rubra quasi vermiculus. i. si corona martyrij rubeant, quasi lana candida candidabitur: cum enim multa dixisset de his, qui sanguine agni suas stolas dealbassent, subiicit: Vestitus animæ, caro est, & sordes baptismate abluuntur: maculæ animæ martyrio candidantur. Interpretatio **D. Hierony.** & **LXX.** seniorum videntur discrepare, non tamen discrepant, nam vocibus dissident, re consentiunt siquidem, **ψ** vt inquit rabbi David: est color rubicundus, quem **LXX.** appellauere puniceum: Hieronymus coccinum: idem enim est phoeniceum Græcè, & puniceum Latine, & vestes purpureas, phoeniceas. i. puniceas, & coccinea vulgò dicimus, quæ res facit, vt probem ego vehementer sententiā Tertulliani: Si fuerint peccata vestra sicut puniceus color. i. si sanguine agni stola. i. carnem vestram laueritis, vt supra dictum est, si Christum indueritis sacro baptismate, qui infinitis partibus splendidius nitet coccinis, & ianthinis, tunc enim peccata coccinis induta dicuntur, & radiare coccinis fulgentiūs, bombycinis, tyrijsque vestibus splendidiūs, cum Christi sanguine ea abluimus: certè **CHRYS.** sanguine Christi abluta peccata, ait splendere nitidiūs rosa: nam homil. ad baptizandos tomo. 5. quando purpura, inquit, diuino sanguine tineta decorabimini, quando coronam solis radijs splendidiore sentietis? Et de sacerdotio lib. 3. quando conspicias turbam pretioso illo sanguine tingui, ac rube fieri conspicias, nam alioqui qui conuenit foeditatem peccati, re pulcherrima & speciosissima significare? an quod oratores obseruant vt rebus atrocibus, & foedis, à rebus atrocibus & foedissimis accommodent metaphoras, non à rebus pulchris, quæ aspectu delectet, spiritus sanctus non obseruat? nunquàm reperies factum, vt peccata, in sacris literis significantur quando significantur per metaphoras & similitudines, nisi metaphora ducta à rebus foedissimis & inquinatissimis: esse autem hos speciosissimos colores & pulcherrimos, non sanguineos (vt nostri putant) iam commonstrauimus. **PLIN.** lib. 21. ca. 8. micare ait coccum gratiūs & splendidiūs rosis, & vestes coccineas colore flores ipsos prouocare: conuenitne hoc peccatis, an potius Christi sanguini, quo tingimur (cum sacro baptismate dealbamur) cum Christus flos campi, & lilium conuallium dicatur? Anima ergo cum sacro baptismate Christum induit, aut

cum Chri-

A cum Christum martyrio est imitata, ardenti cocco radiare dicitur, non cum foedissimis peccatis est inquinata: quod vertit **D. Hierony.** Si fuerint rubra, quasi vermiculus: Hebraicè est, si assimilaueris illa vermiculo: pro vermiculo Hebraicè est *tolà*, *tolà* porrò vermiculus est, vt docent Hebræi, qui lanuginem facit, vt Hebræi aiunt, vnde sericæ vestes contexuntur, fiuntque colores qui vulgò appellantur *carnefi*, *scarlatte*, & vestes eius notæ. **Moses** Leuitic. 14. & Exod. 25, *tolà*. i. vermiculum nominat vestes, quas nos appellamus bombycinas: itaque idem color est, qui supra est significatus, licetque superiorem appellare phoeniceum, siue coccineum, & hunc eiusdem nominibus nominare. Idem **TERTVLL.** lib. 4. aduersus Marcionem ita legit hunc locum: Si peccata vestra fuerint tanquam rosetum, aut puniceum: vide tu an rosea appelles peccata grauiā, an potius cum sanguine Christi abluta sunt? Quòd autem Tertull. his locis citatis, aliquid putat interesse inter rosea, & coccinea, vt rosea sanguinem prophetarum significet & martyrum, in puniceo colore sanguis Domini declaretur, inde factū puto, quòd Hebræi sermonis rudis erat, vnde potuit discere eundem, & priore & posteriore loco significari colorem. Et certè **AVGVST.** tomo. 6. contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 42. sic intellexisse videtur hunc locum, cum enim ageret de loco illo Exodi: Lauit in vino stolam suam: stola (inquit) quam lauit in vino, ecclesia est, quam sibi exhibet, non habentem maculam nec rugam: de qua **Esaia**: Si fuerint peccata vestra sicut phoenicium, sicut niuem dealbabo: vnde nisi dimissis peccatis? in quo ergo vino lauat ecclesiam, nisi in illo de quo dicitur: Quòd pro multis effundetur in remissionem peccatorum? ipse est enim botrus ille, qui pendit in ligno, hæc August. Dic, illo sanguine lota Ecclesia, fulgebittne nitidiūs rosis, & floribus, coccino, purpura, an non? non his conuenit meliūs hæc similitudo quàm peccatis? Certè **AMBR.** lib. 2. de fide cap. vltimo huc alludere videtur, & **D. BASIL.** in Asceticis interrogat. 10. quamquam lib. de pœnitentiā: Si fuerint peccata vestra sicut phoenicium, & coccinum. i. ita ineluibilia, vt hi colores sunt ineluibiles.

Si volueritis, et audieritis, bona terra comedetis: quòd si nolueritis, et me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Dñi locutum est.

Si volueritis, & exaudieritis me, bona terræ comedetis: si autē non volueritis, nec audieritis, gladius vos deuorabit, nā os Dñi locutum est.

PRO eo quod Hierony. dicit: Me ad iracundiam prouocaueritis, **LXX.** vertere: Nec audieritis me, quasi interpretarentur hoc esse, prouocare ad iracundiam Deum, non facere eius imperata: nam Hebraicè est, vt vertit **D. Hierony.** sed dixi, **LXX.** viros facere sæpè paraphrasim, quasi dicerent: si prouocaueritis. i. si non feceritis mandata. **ORIG.** *reg. de ord.* lib. 3. cap. 1. Nostræ voluntatis esse ait, bonos esse aut malos, hoc **Esaia** loco probari. **CHRYSOST.** hoc centies repetit, & in prologo in euang. Ioan. interpretans hūc locū: Videtne, inquit, sola nobis opus esse voluntate? voluntate, inquam, non qualibet, & quæ nonnullorum est. Nam quis ad cælum euolare nollet? sed diligenti, & exquisita, & quæ re ipsa probarur: nam mercator qui ditescere cupit, non cupit tantum, sed nauim parat, se opponit labori, periculisq;, & in hoc totus est, & vitam amittit in vndis sæpè: itidem tu fac. **EPIPH.** de hæresibus li. 1. tom. 1. cap. contra pharisæos, docet etiam pluribus hoc loco probari liberum arbitrium esse homini. **AVG.** cum alibi tum in fine lib. 7. de perfectione iustitiæ, refellit Pelagianos hæreticos, qui putabāt, liberi arbitrij nostri esse, bonos aut malos esse: & vtebantur hoc **Esaia** loco: Si volueritis, &c. & colligebant, voluntatis ergo nostræ est. Respondet August. voluntatis nostræ est, sed sanata à Deo & adiuta: neq; enim id potest nostra voluntas, nisi à Deo sanetur, & adiuuetur: ait enim Augustinus, an quia dictum est, si voles præcepta, seruabunt te, non debeat Deo gratias agere, quia præcepta voluit, qui desertus omni lumine veritatis, hæc velle non posset? positis ante hominem igne, & aqua, quo vult porrigit manum: sed altior est qui vocat, altior quàm omnis humana cogitatio. Initium corrigendi cor, fides est: & quòd Dominus ait: Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: magnum ergo aliquid pro sua causa inuenire se putabant illud **Esaia**: Si volueritis, &c. quasi non tota lex huiusmodi conditionibus plena sit. Data est lex, & superbis, prauaricationis causa fuit: & abundauit delictum donec veniret semen, cui promissum est, & data est gratia adiutrix, & superabundauit gratia. **TERTVLL.**

Canon scri-
pturae.

lib. de resurrectione carnis interpretas hunc locum, prescribit hunc canonem, pro re, & pro loco, quoties terra in scriptura nominatur, intelligendos bonos, aut malos homines, quippe terra factos, ut cum comminatur terra, intelligamus Deum comminari hominibus terra factis, non terra ipsi elemento inanimato: & cum pollicetur terra, carni polliceri Deum intelligamus, ut apud Dauid: Exultet terra: num terra subsiliet, & tripudiabit: an potius beati cum resurrexerint cum corpore glorioso, sic Iren. li. 5. explanat illud Euangelij: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. corpus gloriosum cum resurrexerint: Montes sicut cera liquati sunt, inquit TER TVL. de carne superborum intelligas oportet, nisi credis fore, ut liquecant montes. Sic huc locum explanat: Bona terra comedetis. i. bona carnis quae illa in regno Dei manent reformata, & angelificata, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit. Sic CLEMEN. ALEX. in pedagogo li. 3. cap. ult. subiicit; Tertull. na satis vanum esset, si sic intelligeremus, ut Iudaei de rebus terrenis, quibus fortunatiores infidelis videmus, quam populum Dei. Et verisimile quidem haec Tertull. quae enim gens toto terrarum orbe, si spectes bona exera non fuit fortunatiores populo Dei? ut missos faciat eos, qui rerum sunt potiti, Assyrios, Lacedaemonios, Athenienses, Persas, Romanos, & alias nationes barbaras, & cum apud alios prophetas, tum apud Malachiam queruntur Iudaei, quod qui seruiunt Deo minus fortunati sunt quam qui non seruiunt Deo, & Dominus ita se facere ait, & iubet eos expectare finem, & pollicetur bonis patris indulgentissimi animi, & beneficia. Hoc ergo modo Iudaei faciunt mendacis prophetias suis interpretationibus, nam si de rebus terrenis intelligas, falsa erunt haec. Vnde CYRILL. Terra, inquit, quae sanctis preparata est de qua dominus: Beati mites, quia ipse haereditabit terram. Quod autem ait, Gladius deuorabit vos de igne interpretatur IVST. martyr in apol. pro Christianis. 2. Ne intelligas, inquit, de gladio humano, sed gladius Dei ignis est. TER TVL. lib. aduersus Iudaeos de claritate gentium in Christo Iesu: machera haec siue gladius, Christus est, quem non audiendo perierunt, & ita interpretatur TER TVLL. illud: gladius deuorabit vos, Christus vos perdet, quia eum non audieritis. Christus enim inquit Tertullian. in Psal. dispersionem eorum postulat a patre: Disperge illos in virtute tua. & per Esaiam eorum exustionem orat: propter me, inquit, haec facta sunt vobis. Et vide quo modo veteres patres ex euentu rerum interpretabantur scripturas, subiicit enim Tertullianus haec, de sensu totius huius capituli. Cum pati haec praedictur Iudaei, & passos eos esse inueniamus, & in dispersione versari cernamus, manifestum est propter Christum Iudaeis ista accidisse conspirante sensu scripturarum cum exitu rerum & ordine temporum. Aut si nondum venit Christus propter quem haec passuri praedicabantur, cum venierit ergo patienter. Vbi ergo filia Sion relinquenda quae nulla est? nec erit? vbi ciuitates exurendae, quae exuste sunt? vbi dispersio gentis quae iam est extorris? Haec Tertullianus. Alibi quae rit aduersus eosdem Iudaeos: Vbi Hierosolyma, vbi Bethleem? vbi reliquae vrbes Iudaeae? de quibus erat tot vaticinia prophetarum, vbi oriturus Christus, passurus, per quas erat ambulaturus, vnde lex proditura, cum iam nulla extant neque villo vnquam tempore sint instaurandae. GREG. NAZ. in illud euangel. quando perfecit Iesus sermones hos, explanans, cur varijs nominibus nominetur Christus, & nominum rationem reddens, machera, inquit, seu gladius dicitur, quod refecit a bono quod malum est, quod AMBR. sensisse videtur cum in comment. in cap. 5. Lucae li. 5. de secunda similitudine, aufer dñe Iesu potente machera tua, meorum putredines peccatorum, quae res multum facere videtur, ad illam August. quae super Leuitic. lib. 3. quae est. 94. vbi quaerit, quomodo Iudaeos gladius consumpsit, & quomodo terra eorum deserta, cum sint in terra inimicorum suorum, & respondet August. an consume tantum, de his intelliges, qui gladio ceciderunt, nam residui toto orbe sunt dispersi, quod etiam prophetarum vaticinijs praedictum est. haec August. Si ergo interpretatione Greg. Nazianz. expendamus: Gladius deuorauit, quos refecit a bonis, & refectos, incendio, fame, post hostium armis consumpsit, aut disiecit in omnes regiones, orasque terrarum: sic enim gladius malos a bonis refecat, & separat, siue dispergat per terras inimicorum, ut sint exules, siue consumat bello & incendio. Quia os Domini locutum est, REMIG. Altifiodorensis in. 1. cap. Ab dia: Os Domini, inquit, cuius dixisse fecisse est. GREG. MORAL. lib. 27. cap. 10. potest per os Dei, vnigenitus filius designari, per quem facta sunt omnia: ut apud Esaiam: Quia os Domini locutum est, per quem omnia nobis loquitur, ac si oris nomine plane dicatur verbum, sicut nos quoque pro verbis, linguam dicere solemus, cum linguam Graecam, Latinamue dicimus, ita scriptura os pro verbo: quod spectat illud: Osculetur me osculo oris sui. i. tangat me dulcedine praesentiae vnigeniti filij sui.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

A *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida.*

Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion, plena iudicio? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida.

D lectum est supra ex Epiphano, Hilario, & alijs sanctis patribus, Lxx. viros scientia spiritali addidisse aliquando verba scripturae, quae Dei oraculis lucem afferrent, & perspicuitate adderent, quae verba August. & Orig. tanta putant auctoritatis, quanta sunt verba Hebraea, quod aequae citentur ab Apostolis & Euangelistis, haec verba addita a Lxx. viris, atque verba Hebraea. Quod non aliud sonent, quam quae prophetae dicunt, sed tantum dicta prophetarum faciant planiora & dilucidiora: hoc ergo loco addidit Lxx. viri vocem illam, Sion, ut pateret verba fieri ad Hierusalem, nec quisquam alio posset deflectere. Quod D. Hierony. reddidit: Habitauit, interpretabimur ut illud: Fuit illium & ingens gloria Teucrorum. i. fuit, & iam non est: sic, iustitia habitauit olim. Siam non habitat. Hebraice enim est שׂוֹן. i. dormiuit, vt vertunt Lxx. viri, quod interpretatur D. Hierony. i. habitauit olim in ea, iam non habitat. CYRILL. in Genes. lib. 9. explanans illa verba: Haec sunt generationes Isaac, iustitiam dormisse in Sion ait, quod iam olim complures essent, qui legem non obseruarent, quod iam multis ante annis dissuebant vitijs & libidinibus, obliuiscuntur mandatorum Dei. Nunc autem homicida: aut, vt Lxx. reddidit: Nunc autem interfectores, sic enim est Graece & Hebraice, vt sit: Nunc autem interfectores Christi. f. PROCOP. interfectores aut homicidas eos appellat, inquit, propter Christi sanguinem quem fuderunt. EVSEB. Caesariensis. lib. 2. demonst. cap. 30. de exclusione Iudeorum, hunc locum interpretatur: Ergo iustitia pro omni virtute accipienda, quam olim in ea cessasse ait, & dormisse in Sion, nam vt leges apud CHRYS. luxus fuit Iudaeis causa, vt Christum non reciperent, & perirent, quod apud Iudaeos inualuerant vitia, perierat omnis virtus: ergo si ex sententia D. Hierony. Cyrill. Procop. Euseb. hic locus ad interfectores Christi refertur, optime Graece & Hebraice est: Nunc autem interfectores, vt dicas: Nunc autem interfectores Christi. f. sitque clausula quam appellat Quintil. lib. 9. cum vehemens aliquis sensus in verbo est, & in fine orationis ponitur & assignatur auditori, & infigitur animo auditoris, quod verbum si in medio orationis positum esset, transiri potuit intentione, & obscurari circumiacentibus, & ideo ab Oratoribus dicitur, mucro, quod positum in fine, velut mucro animo auditoris infigitur, vt hoc loco: haecenus omni flagitio eratis cooperti, nunc autem interfectores Christi. Hoc iudaizantes ad tempora Esaię referunt, quod fieri nullo modo potest, vt docet D. Hierony. & non posse explanari hunc locum, nisi de ijs qui Christum cruce affecere, facile intelliget qui velit expendere illud aduerbium, nunc, & Iudeorum mores iam inde vsque, a prima gentis origine. Dic quae te, quicumque probas Iudeorum sententiam de sensu huius loci, ecquando tu putas leneis & mansuetos fuisse Iudaeos, a sanguine, & caedibus alienos? vt de ijs dicatur: Nunc homicida & interfectores, quasi verò hoc vitium apud Iudaeos temporibus Esaię esse coeperit. Repete memoriam Hierosolymorum, & dic quando coeperint esse homicida Hierosolymitani, quod si pigeat historias a principio repetere, disces hoc quod dico, verum esse ex Actibus. Apostolorum cap. 7. vbi Stephanus inquit: Quae prophetarum non sunt persequuti patres vestri? Et ex Matth. cap. 23. vbi ait Dominus: Ecce ego mitto ad vos sapientes & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigitis: vbi Dominus ipse declarat, Iudaeos ipsos iam inde vsque ab Abel fuisse sanguinarios: ne dicas Hierosolymitanos coepisse temporibus Esaię esse interfectores & sanguinarios. Vin' scire, quod hic locus sit referendus? consule literas apostolicas & euangelicas: abyssus enim abyssum inuocat, & vetus testamentum a nouo illustratur. Expende verba Stephani. 7. cap. Acto. & illic idem hoc aduerbiu, nunc, reperias: sic enim Stephanus: Quem prophetarum non sunt persequuti patres vestri? & occidebant eos, qui praenunciabant de aduentu iusti, cuius vos proditores & homicidae estis. En, quod referas voculam illam, nunc, apud Esaiam, quod retulit Stephanus, ad Christum, videlicet cum dixit: Cuius nunc vos proditores & homicidae estis: eandem vocem apud Prophetam, & in apostolicis literis reperias: eodem referas necesse est, quando ostendimus apud prophetam Esaiam aliud referri non posse: Vnde apparet optime Lxx. viros vertisse: Nunc autem interfectores, sic enim Graece est & Hebraice & diuinitus quoque, D. Hierony. vertisse: Nunc autem homicida,

homicidæ, vñs videlicet verbo D. Stephani, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis, A vt idem aduerbium, nunc, & idem nomen, homicidæ, in Esaia fit, & in actis Apostolorum. P R O C O P. Plena iudicio, interpretatur Dei castigatione, vbi Dei vindicta iudicium, inquit, dicitur, quod cum iudicio fiat: & iudicium vltionem appellat, qua incendio, fame, & ferro absumpta Iudæa est. Et infrà idem Procop. Quàdo Deus post crucem Christi, meritas pœnas erat Iudæis irrogaturus, tanquam optimus artifex, qui igni separat dissimilia, & indice discer nit legitimum aurum & argentum, ab auro & argento adulterato, vt aliud seruet, aliud igni tradat, aut consumat in vasa contumeliæ: & quemadmodum agricola, qui triticum ventila bro separat, separauit apostolos & fideles. superbos & legirupas: qui pugnabant cõtra Deum, tradidit incendio, quòd tollerent cornu in altum, quòd loquerentur contra Deum iniustitiã. C H R Y S. in cap. 12. Matth. homil. 30. idem putat esse & hoc quod ait Esaia: Quomodo facta est meretrix, cum illo Euangelij: Generatio mala & adultera signum quarit, dictumque esse, quia Iudæi videbantur esse Dei cultores, erant aut amatores diaboli, vt sit plena iudicio, plena tot vaticinijs, tot signis aduentus Christi, quibus iudicares, & intelligeres cõpleta essa omnia B signa Christi aduentus, cum videres omnia vaticinia compleri, quibus plena eras, quomodo facta es meretrix. i. quomodo te duci voluisti potiùs & gubernari à potestatibus tenebrarum, quàm à vero Deo: hoc enim dicitur fornicatio in scriptura.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Argentum tuum versum est in scoriã, vinum tuum mixtum est aqua, principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillos non iudicat, causa vidua non ingreditur ad eos.

Argentum tuum reprobum, caupones tui miscent aquã vino, principes tui non obediunt, participes furum, diligentes munera, sequentes retributione, pupillos non iudicantes, iudiciũ viduarũ nõ attendetes.

Q VOD D. Hierony. conuenienter Hebræe lectioni reddidit: Argentum tuum versum est C in scoriã, Lxx. non reddunt ad verbum, sed facta paraphrasi interpretantur. i. argentum tuum reprobum: facta inquam paraphrasi ex illis verbis cap. 6. Hiere. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos: vt idem hoc loco & illo significari nos docerent: nã D. Hierony. ferè ad verbum reddit Hebræam lectionem: Lxx. viri veluti commentarij ex alijs locis scripturæ faciunt paraphrasin, veluti hoc loco, quasi dicerent conuenienter superioribus: Argentum tuum versum est in scoriã. i. argentum reprobum facti estis, quia Dominus proiecit vos: vide quàm superioribus congruat de abrogatione legis Mosaica, & exclusione Iudæorum. O R I G. in Leuit. cap. 3: homil. 3. pecunia proba, inquit, quæ veri regis præfert imaginem, reprobã verò quæ non præfert veram regis imaginem, sed adulteratã: multi enim sunt, qui Christi nomen habent, sed veritatem Christi nõ habent, vt hæretici. A M B R. in cap. 22. Luc. lib. 10. cap. de Petri prodicione, videtur interpretari argentum reprobũ, de conuersatione & doctrina Iudæorum, contra eos qui Rabinorum, & Iudæorũ conuersationi sunt deditissimi. C H R Y S. in sermone aduersus hæreticos tomo. 5. Esaiã hoc loco vocare putat, argentum reprobum, & vinum mixtum aqua, diuinum eloquium, vitiatum apud Iudæos, D & diuinã doctrinã humanã malitiã lenocinio adulteratã. Et in Matth. cap. 21. homil. 38. quemadmodum pecunia quæ non habet characterem Cæsaris reprobã est, ita homo qui non habet in se Dei imaginem, reprobus dicitur, quia in templo Dei nummi spiritalis esse debent, qui Dei imaginem habeant, non qui terreni regis. i. diaboli. P R O C O P. ita dictum putat, argentum reprobum, vt à Domino generatio praua & adultera. E P I P H A N. de hæres. lib. 2. in oratione Methodij: Quemadmodum, inquit, vt vas confles argenteum, purgas argentum, & emundas ferro & ære, quæ dura sunt, & non cedunt aurifici, sic anima tua carnis intemperantijs emundanda est, vt Deo aurum purum sis & argentum. P L A T O hæc ex Esaia & Hieremia mutuatus est in. 3. de Republ. lib. vt aureos homines nominet viros cælestibus virtutibus præditos, quòd aurum cælestis, eorum pectoribus sit delibatum. i. iustitia, & omnis virtus: argentũ verò cælestis, illorũ insitũ animis dicebat, qui virtutibus communibus essent insignes reliquis hominibus pro varitate morum, aut æs, aut ferrum, aut stannum, animis inditum esse.

Hæc Pla-

A Hæc Plato ex his locis propheticis, libris de Republ. & alijs dialogis intersperfit. Quòd verò Hierony. dixit: Vinum tuum mixtum est aqua, Hebraicè est *במים ביהוה קבאן* vbi primũ verbum Hebræum significat vinum, & si hoc intellectu accipias, efficitur tralatio D. Hierony. ad verbum: Vinum tuum mixtum aqua, subaudit D. Hieronymus verbum, est: significat etiã cauponem & ebrium, & sic accepere Lxx viri & reddidere: caupones tui mixtum aqua, & subaudiere (vendunt vinum) vt esset totum: Caupones tui mixtum cum aqua vendunt vinum: nã Hebræus sermo est admodum concisus & breuis, eadem vtriusque tralationis sententiã est, & hunc locum suprã interpretati sumus ex Chrysof. P R O C O P. appellat, inquit, eos caupones, miscentes aquam vino, quod Iudæi post audax illud facinus aduersum dominum fingunt scolia fabulosa scripturæ, vt meritò illos nomines caupones miscentes aquam vino, quod merũ illud scripturarum, quod animos hominum ad se conuertit, & ebrietate quadam cælesti, & crapula afficit, delectat cor hominis, & lætificat, fabulosis suis commetarijs, & interpretationibus, veluti aqua diluunt. Hæc Procop. I nunc, & admirare Iudaizantibus, qui nugas tibi Iudæorum venditant. I R E N. lib. 4. cap. 25. Iudæorum traditio quam ex lege obseruare fingebant, cõtraria erat legi Moysi, propter quod ait Esaia: Caupones tui miscent vinũ aqua: contraria enim legi docebant quod dominus indicat: Quare vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem hominum? Quædam enim auferre ex lege, quædam addebant, quædam quemadmodum volebant, interpretabantur. G R E G O. N A Z. in apologetico ad concionatores hoc etiam refert, quòd verbum Dei, quòd lætificat cor hominis, miscent aqua. i. re fluxa, & caudã, vt cauponentur ex verbo Dei, & lucrum faciant. A M B R O. in Psal. 118. serm. 12. in illa verba: Narrauerunt mihi iniusti exercitationes, sed non vt lex tua: multi fures sunt qui verbũ Dei ad utilitates suas furantur, hoc est, ad fraudem, & malitiam, qui que patrimonium scripturarum cælestium in sua furta detorquent, adulterina sibi compendia colligentes dolo magis quàm veritate quæ sita, ij sunt qui miscent aquam vino, tanquam caupones pessimi adulterantes sermonẽ Dei. Sic etiam C Y R I L. D. H I E R O N. & B A S I L. interpretatur. Principes tui infideles, quia socij scribarum & pharisæorum erant, & vnã consilium capiebant aduersus dominum: vnde sequitur, Socij furum. i. socij scribarum & pharisæorum corruptentium scripturam: vel socij furum. i. Iudæi proditoris (vt interpretatur D. Hieronymus) nam receptissimum est pluralem numerum poni pro singulari. Principes enim sacerdotum socij Iudæi proditoris fuere vt ait P R O C O P. & dixere: Hic est heres venite, &c. Nõ obedire ergo legi, vnde non obedientes, & non credentes appellantur. Omnes diligunt munera, & sequuntur retributiones, dixere enim nostra erit hæreditas: quod Hieronymus vertit: Principes tui infideles Hebraicè est, *סוררים* quod significat, declinantes retrorsum, rebellantes, apostatantes, vt alijs locis vertit Lxx. Repetit ergo propheta quod supra dixerat: Alienati sunt retrorsum: quod à Iudæis factum est cum dixere, Non habemus regem nisi Cæsarem. Hoc loco Lxx, verbum Hebræum *סוררים* reddunt (*אנחנו סוררים*) non credunt, aut non parent Christo vocanti, aut non obediunt. C Y R I L. his verbis accusat principes, qui sublata ceruice obedire noluerunt, nec, enim voluere fidem Christi admittere, quãuis viderent completa vaticinia, vt Dominus dixerit illis: Putatisne me vos accusaturũ apud Patrem? est qui vos accusat Moses. Et infrã cum, furacissimo Iuda conspirasse ait, vnde socij furum dicuntur. I R E N. lib. 4. cap. 5. ait Esaiã hoc loco dicere scribas & pharisæos, coepisse temporibus legis, contemnere Deum, non iudicare viduã, D nec pupillum, vt lex iubebat: & cum assueuissent contemnendæ legi, postremò Christo non credidisse, quin socios fuisse Iudæi, proditoris, & coniurasse aduersus Dominum, iuxta illud Davidis: Quare fremuerunt gentes? sed quia obscurè hæc dicta sunt ab Ireneo, eius verba subiungam: Ideo scribæ & pharisæi, qui coepere à temporibus legis contemnere Deum, neq; verbum eius receperunt. i. qui à principio assueuerant contemnendæ legi, postremò Christum nõ recepere. Principes tui indico audientes. i. non audientes dicto, subaudi Christo, quia Christo non erant dicto audientes. Postea subdit: Qui prius à priscis temporibus dilexere munera, sectati sunt retributiones: quasi dicat, nihil miri fecere, si maluere Cæsari placere quàm Deo, qui assueuerant prius diligere munera, & sua commoda querere, non cælestia dona, siquidem semper fuere auari, & præ auaritia non iudicauere viduam: sic ergo Irenæus hunc locum explanaat, eodem spectat D. C Y R I L. in commentarijs, nec ab hac sententia alienus D. Hieron. est.

D. H I E-



Propter hoc ait dominus Deus exerci-
tuum, fortis Israël.

Propter hoc hæc dicit dominator
Dñs sabaoth, Væ fortes Israël.

væ Israël fortis Sabaoth Deus dominus dixit Propter hoc
לְכֹן נָאם הָאֲדֹנָן יְהוָה זְבָאוֹת אֲבִיר יִשְׂרָאֵל הוּא

D Hieronymus in tralatione huius loci, secutus est distinctionem quæ in Hebræis codici-
bus est, & interiectionem, heu, principium fecit sequentis orationis, vt iuxta tralationē
D. Hieronym. nihil hac oratione dicatur, quàm quod dici à prophetis frequentissimè solet:
hæc dicit Dñs. quæ sequuntur reliqua omnia dei cognomina facit : Deus sabaoth, Fortis Is-
raël. Lxx viri his verbis significari putant illud Euangelij: Væ vobis scribæ & Pharisei, vertere
enim, væ fortes Israël, aut vt legit T E R T V L L. lib. 4. aduersus Marcionem: Væ qui valent in
Israël, quod idem est. & de sacerdotibus & principibus Iudæorū interpretatur. PROCOP. de
eisdem hunc locum explanat, & C Y R I L. & D. B A S I L. quod hi culpam sustinere passio-
nis Christi & incredulitatis Iudæorum : nam Iudæi perierunt falsis scripturæ interpreta-
tioni bus & suafu Phariseorum, quod euangelistæ omnes testantur, & E V S E B I. demonstrationis
euangelicæ lib. 2. caput conscripsit. 27. de accusatione principū Iudæorū. & T H E O P H Y. in
cap. 14. Lucæ, interpretans hæc verba : Exi in vicis & plateas, repudiati sunt, inquit, principes
Iudæorum, & ex his nemo in Christum credidit, & ipsi sua perfidia gloriabantur, præter eos
qui literis euangelicis significatur intelligi: hi igitur inquit, vt ait propheta, stulti facti, excide-
re gratia, humiles & minores venere ad fidem : hic igitur huius loci sensus est iuxta tralatio-
nem Lxx virorum, & ex Iosepho dicendum est sep̄ius, omnem vim mali cum vastitas inuecta
est Iudæis à Romanis, incubuisse super principes Iudæorum & super primarios, & locupletes.
Hos cœsos frequentissimè flagris, & fustibus, leges apud Iosephum in libris de bello Iudaico,
crucibus suffixos tot numero, vt ligna & loca deessent in agris, per omnia cruciamenta neca-
tos: postremò cum capta vrbs est, hos citra discrimen gladio peremptos, valentiores, & iunio-
res captos, cōstrictos vinculis, vt in theatris per omnibus vrbeis belluis dilacerandi obijceren-
tur, cōstricti vinculis captiui ducerentur: venia data est pauperibus, vt liberi abirēt quo vel-
lent, vt leges in fine li. 6. de bello Iud. Quod si euentus est optimus scripturæ interpres, vt do-
cent omnes sancti, hinc vel manibus prehendemus sanctorum expositionem esse verissimā.
Cur autem hic locus à sanctis tam rarò citetur, causa supra dicta est, quod vehementer hic lo-
cus Iudæos premeret, quod planè sonaret illud Euangelicum: Væ vobis scribæ, & pharisei: &
subuerteret omnem interpretationem Iudæorum huius capitis, confirmaretque sanctorum
patrum sententiam, clamoribus Iudæi obtundebant nostros, negabant quidquā tale Hebrai-
cè esse, infimulabant nostros quod falsis scripturarum testimonijs vterentur, non audebant
nostri hæc attingere, aut attingebant timidè. Lectio autem Hebræa consentit cum Lxx viro-
rum tralatione, si addas vnam litterulam, quæ instar vnius puncti est, quam ostendimus
suprà, etiam sine Iudæorum fraude solere excidere sep̄issimè, nam, si pro, אביר legas, אבירי ad-
dita vna literula, efficies, forteis Israël. i. potentes & nobiles, vt veteres patres interpretantur.
Neque illa litera tantum interest, sed quod Lxx viri interiectionem illam, heu, quam D. Hie-
ronimus fecit initium sequentis sententiæ, finem sententiæ fecere, & sic edidère: fortes Israël,
heu, & interiectionem illam præposuere, ne posset tribui sequentibus: Heu fortes Israël, seu,
Væ fortes Israël. G R E G. lib. 1. super Ezechielem homil. 9 in fine docet hoc interessè inter
lamentationem, & carmen, & væ, quæ distinguit Ezechiel: quod lamentatio, pœnitentia pecca-
torum est: canticum, vel, carmen, gaudium iustorum: væ, reprobationem damnatorum signifi-
cet. Vndè: væ fortes Israël, sic dictū videtur à Lxx, vt væ mundo à scandalis, væ vobis qui ride-
tis, væ multo tamen vehementior, & acerbior posita in fine, vt Hebraicè est: Fortes Israël væ:
aut fortes Israël heu, per aposiopesin, quæ magna hic minatur. C H R Y S. in cap. 6. Gene-
feos tomo. 1. homilia 23. considera quomodo per væ declarat, quanta illos pœna maneat: væ
enim lamenti nuncium verbum est, vnde quasi miseros eos vocans, ait: væ vobis.

D. HIE-

Heu ego cōsolabor super hostibus meis
et vindicabor de inimicis meis.

Non cessabit meus furor cōtra ad-
uersarios, & iudicium de inimicis
meis faciam.

de hostibus meis vlciscar de hostibus meis pœnitebit me
מְאֹדֵיבִי וְאִנְקַמָּה מֵאֲדֹנָי הוּא אֲנִי

Ethic quoque locus est ex eorum numero, quos veteres patres (vt superiore commentario
dixi) attingere non audent, Iudæorum clamoribus deterriti, vt docet O R I G. in epistola
ad Aphricanum : quod vociferarentur Iudæi, nihil tale esse Hebraicè, & nostros falsis scriptu-
rarum testimonijs nationibus facere inposturam, quod planè hoc testimonio exclusio Iudæo-
rum significetur iuxta tralationem Lxx virorum, repetaturque quod supra dictum est: Non
amplius dimittam vobis peccata vestra, idem enim significat: Non cessabit furor meus in vos:
Quæ enim apertiora testimonia dici aut fingi possunt in Iudæos? quæ vaticiniā quæ illos pre-
mant magis? quæ verissima comprobât euentus, optimus scripturarum interpres, cum per mil-
le quingentos annos vrbes Iudææ diruta iaceant, templum incensum, & solo æquatum, ipsi
vagi toto orbe, suis sedibus pulsi alijs seruiant: vel hæc duo oracula illos sui erroris nō admō-
nerent? cum præsertim dicendum alibi sit latius, tyrannos seuisissimos in Christianorum inui-
diam, Iudæorū templū instaurare esse conatos, igni de cælo, et terræ motu gratissimò impedi-
tum opus, & dissectum, neque viribus vllis nationum & Iudæorum, qui vnà in Christianorū
nomen conspirant, instaurari vllō modo potuisse, vt C H R Y S. docet tomo. 5. in demonst:
quod Christus sit Deus sub finē. & initio lib. 1. aduersus vitæ monasticæ, & alijs locis, idque
suis temporibus penè accidisse testatur: non inficior tamen tralationem D. Hieronymi lectio-
nem Hebræam ad verbum expressisse, & significare hoc idem quod dixi: Heu consolabor de
hostibus meis, vt sint verba Dei minantis mala, quæ oppressere Iudæos, & oppriment in omni-
ne tempus: sed veram esse hanc interpretationem arguunt Lxx viri qui CCC. annis ante cruce-
m Christi præsignificauerint hoc quod verissimum rerum euentus comprobauerit: si nihil
aliud esset quam Lxx duos viros tribus seculis antè prædixisse quod videmus factū, idque nō
semel, sed semper, prophetas illos diceremus. Sed sic explanant hunc locum Esaie vt facta pa-
raphrasi ex Hieremiæ cap. 4. ex illis verbis: Quia non cessabit furor Dei à vobis, idem his ver-
bis, & illis putant significari: vt autem intelligas quomodo congruat tralatio Lxx virorū cum
lectione Hebræa, hunc canonem ante oculos habeas necesse est, semper Lxx viros pro inter-
rogatione non reddere interrogationem, sed interrogationis responsonem. Ergo אָנִי signifi-
cat, consolationem accipere, & pœnitere: & R. Abraham, vt leges in thesauro linguæ sanctæ
duobus modis hunc locum explanat, Nunquid cōsolationem accipiam super hostibus meis?
& hoc modo vertit D. Hieronymus, vel: Nunquid pœnitebit me mali quod facturus sum ho-
stibus meis? quasi dicat, non. & hunc posteriorem modū magis probat R. D. hæc interpretans,
& hanc sententiam expressisse videntur Lxx, excepto quod pro interrogatione ponunt sem-
per responsonem interrogationis, perspicuitatis causa. Pro hac ergo interrogatione: Nun-
quid poterit me pœnitere mali quod facturus sum hostibus meis? Vertunt, nō poterit me pœ-
nitere mali quod facturus sum hostibus meis, & sensum expressere non verba: edidere enim
Non cessabit furor meus contra aduersarios meos: & quod D. Hieronymus vertit conuenien-
ter lectioni Hebrææ: vindicabor de inimicis meis, reddidere Lxx viri, iudicium faciā de ini-
micis meis, facta paraphrasi ex loco superiori: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Siō
plena iudicio: Lege quæ in hæc verba scripta sunt.

Et conuertam manum meam ad te, et
excoquam ad purum scoriā tuam,
et auferam omne stannum tuum.

Et inducam meā manum in te, &
igni examinabo te ad purum: at in-
obedientes perdam, & auferā oēs
iniquos à te, & omnes superbos.

LXX. VI-

LXX VIRI GRAECE.

καὶ ἐπέσω τὴν χεῖρα μου ἐπὶ σὲ καὶ πυρώσω σὲ εἰς καθαρὸν, τοὺς δὲ ἀπειθεῖς ἄπολλω, καὶ ἀφρὴν πάλιν ἀνόμενος ἀπόσω καὶ πάλιν ὑπερηφάνους.

PROCO. qui veterum patrū Græcorū scripta in Eſaiam, in vnū quoddam volumen redegit, hæc interpretans, inquit: Quæ per allegoriam à propheta dicuntur Lxx viri planiùs dicunt: Ergo Procopius nos monet, Lxx viros agere paraphraſes & facere commentaria in ſcripturâ, nec verbum verbo reddere, ſed veros ſcripturarum eruere ſenſus, & ita ſcripturam interpretari eos videas, ac ſi in rem præſentem veniſſent. Summò opere igitur auertèdum hoc eſt quod hoc loco nos docet Procopius, Lxx viros explanare allegorias, & quæ obſcurè dicta erant interpretari dilucidè, & ſepè in Eſaiam ſcribere commentaria, quæ ab apoſtoliſ citari oſtendemus: hoc præceptum ob oculos ſemper eſt habendum, ſi intelligere voles Lxx viros fideliter reddidiſſe ſacras literas. Vnde habere nos intelliges tralationem D. Hieronymi ad verbum redditam, & interpretationem Lxx virorum quæ ſenſa ſcripturæ ſacra exprimat, trecentis annis ante crucem Chriſti, ad reſellendos Iudæos & Iudaizantes, quæ res illos ſuprà quam dici poteſt, peius habet, & ideo Lxx viros ſanguine viperino peiùs odere. Quòd ergo còuenienter Hebrææ lectioni, vertit Hiero. Conuertam manum meam ad te, interpretantur Lxx viri. i. afferam tibi manus meas, & afferre manus alicui, eſt ferire aliquem & percutere, quod factum eſt à domino per Veſpaſianum & poſtea per Adrianum, cùm omnes vrbes Iudææ igni & ferro ſunt conſumptæ, deinde: Excoquam ad purum ſcoriam tuam, interpretantur. i. igni inflammabo te ad purum, quibus verbis ſatis planè ſignificatur inflammatio vrbiũ Iudææ, ex qua puri & ſancti ſoli manſere apoſtoli & fideles: reliqui, aut abſumpti ſunt ferro, peſte, aut incendio, aut diſperſi in omnes partes orbis: ducta ergo metaphora à metallis, quæ igne expurgantur vt maneat purum aurum, purũ argentum: propheta dixit: excoquam ſcoriam tuam ad purum. i. more purgantium aurum & argentum igni conſumam ſcoriam tuam & puramenta, Lxx viri modum quo id futurum erat, expreſſere. i. inflammabo te igni Romanorum, poſtea: Auferam omne ſtannum tuum, quibus verbis propheta in ſupradicta perſtat metaphora quam vt Procop. ait, ſic explanant Lxx viri. i. non credentes vel non obediẽtes, perdam & auferam omnes iniquos: aut omnes legis transgreſſores à te, & omnes ſuperbos. Quæſo potuere Lxx viri planiùs dicere, ſi legiſſent euãgelia & hitorias quibus proditum eſt infideles Iudæos qui Chriſto credere noluerunt eſſe delectos: fideles (vt poſtea dicendũ eſt pluribus) eſſe admonitos ante inuectã vaſtitatè, vt relinquerent Hieroſolyma? Ergo Lxx viri illam allegoriam excoquam te ad purum explanant. i. inflammabo te, vt tantum quod purum eſt in te & ſanctum maneat, hoc eſt, apoſtoli & fideles qui per ſpiritum. ſ. ſunt admoniti, vt abſcederent Hieroſolyms & ſeſe in tuta reciperent, ne partem traherent mali. Et rurſum illam allegoriam: Auferam omne ſtannum tuum, interpretantur. i. non credètes perdam & auferam omnes transgreſſores legis à te, eos. ſ. qui dixerunt non habemus regem niſi Cæſarem, qui imperio Romano parere maluerũt, quàm legi & prophetis, & omnes ſuperbos auferam à te. i. ſcribas, pontifices, & Phariſæos, de quibus lege quæ ſcripta ſunt in illa verba: propter hoc ait Dñs deus exercituũ. Hæc omnia ſic PROC. nec ab eo diſſentit CYRIL. VATAB. pro excoquam ad purũ ſcoriam tuã, vertit: Purgabo inſtar ſaponis ſcorias tuas: Vatable, quæſo te, ſapone purgantur ſcoriæ? igni purgantur ſcoriæ non ſapone: ſed in hoc à ſuis Rabinis damnatur. Vatablus ad auaros iudices hæc reſert, non ad Chriſtum, Lxx viri tam planè hæc ad Chriſtum reſerunt cum noſtris, vt nõ potuerint apertius, niſi Chriſtum ſuo nomine nominariſſent.

D. HIERONYMVS.

Et reſtituam iudices tuos vt fuerunt priùs, et cõſiliarios tuos vt antiquiùs.

LXX. VIRI GRAECE.

καὶ ἐπιſτήσω τοὺς κριτὰς τοῦ ἀπὸ ἀφρῶν, καὶ τοὺς ſυμβουλοὺς τοῦ, ἀπὸ ἀρχῆς

Eodem modo hic locus redditus eſt à D. Hierony. & à Lxx. viris, excepto, quòd verbum, fuerunt, quòd D. Hieron. perſpicuitatis cauſa de ſuo addidit, mihi potiùs videtur aliquantulum per-

LXX VIRI LATINE ALITER.

Afferam tibi manus meas, & inflammabo te ad purum, non credentes perdam, auferam omnes transgreſſores legis à te, & omnes ſuperbos.

LXX. VIRI.

Et inſtituã iudices tuos ſicut priùs, & cõſiliarios tuos ſicut ab initio.

LXX. ALITER.

Et conſtituam iudices tuos vt priùs, & conſiliarios tuos vt ab initio.

A tulum perturbare ſenſum. Si Græca verba excuties, hoc loco planè Eſaias, vt docent PROC. & CYRIL. & D. HIER. & BASIL. præſignificat lectionem Apoſtolorum, diruta nanque ſynagoga à principio, ait: Deligam tibi apoſtolos & Euangelistas, qui ſint tui iudices, & tui conſiliarij, vt priùs. i. vt olim, hoc eſt, ſicut conſtituebam Samuelem, & Moſen, & cæteros. Lectio Hebræa hoc magis ſignificat, quæ ſic ad verbum reddi poteſt: Reuerti faciam iudices tuos tanquàm in principio, & iudices tuos tanquàm in initio. i. faciam eos reuerti tanquàm ad nouum principium, legis nouæ, ſcilicet.

D. HIERONYMVS.

Post hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis.

LXX. VIRI.

Post hæc vocaberis ciuitas iuſtitia, metropolis fidelis Sion.

B Liter hunc locum diſpungunt Lxx. viri, aliter D. Hierony. nam D. Hierony. facit ſinem ſententiæ: vrbs fidelis, ſic, Post hæc vocaberis, ciuitas iuſti, vrbs fidelis. Lxx verò dictionem ſequentem, quam D. Hieron. fecit principiũ orationis ſequentis, huius clauſulæ fecere ſine ſic: Post hæc vocaberis ciuitas iuſtitia, metropolis fidelis Sion: de cætero, quòd D. Hieron. ciuitas iuſti, Lxx. viri reddidère, ciuitas iuſtitia, quòd verbum Hebræum קִיָּץ varijs punctis, vt runque poteſt ſignificare, Hebræi nunc ea apponunt puncta, vt verti debeat ciuitas iuſtitia, vt reddidère Lxx viri: ſed mihi multò, multoq; magis placet verſio D. Hiero. quancquã enim idem vtraque tralatio ſignificet, ſignificatior eſt tamen multò interpretatio D. Hieronymi & re ipſa completum eſt hoc vaticinium, nam vno omnium patrũ veterum conſenſu hic locus de eccleſia dicitur, quæ dicitur Chriſti eccleſia & Dei, vt ca. i. ad Ephes. & ad Roman. cap. 16. & Chriſtus caput eſt eccleſiæ qui dicitur, iuſtus, in ſcriptura. Deinde, quòd Hieronymus vertit, vrbs, Lxx reddidère metropolis, quòd verbum Hebræum יְרוּשָׁלַיִם ſemper redditur à Lxx ſenioribus metropolis, quancquam D. Hieronymus ſit author, à quibusdam Hebræis pro paruo oppido hanc vocem accipi, qui errant toto cælo: nam, יְרוּשָׁלַיִם robur ſignificat & victoriam, vnde, chiriã, vrbs potètiſſima: & ſic à Lxx vertitur, metropolis: & maius argumentum quòd Hieroſolyma à prophetis ſemper vocatur, chiriã, quæ non ſolum potentiſſima & nobliſſima totius Iudææ deſcribitur à Plinio, cæteriſque Geographis, ſed totius Aſiæ longè celeberrima. Senſus huius loci omnium còſenſu eſt: O Sion. i. ò eccleſia metropolis, & victrix orbis terrarum, vocaberis ciuitas iuſti. i. eccleſia Chriſti, vel, ciuitas iuſtitia, quia iuſtitia & lex à Sione exiit, & verbum Domini à Hieruſalem: metropolis, inquit PROC. quia ſancta mater eccleſia vocaberis, & prælucebis alijs ad fidem. CHRYS. in Matth. cap. 21. homil. 37. metropolis. i. mater vrbiũ, inquit, hoc eſt, eccleſiarum: Iudæa enim ſecundum Deum, mater eſt gentium. Idem CHRYS. in. i. cap. Matth. homil. 5. Eſt, inquit, mos ſcripturæ, euentus rerum ponere nominum loco, & citat hunc locum: Ciuitas, inquit, vocabitur, ciuitas iuſtitia: neque tamen inuenimus, quòd ciuitas iuſtitia ſit nominata, ſemper enim eſt dicta Hieruſalem, tamen propter iuſtificatos, & quòd mater eccleſiarum fuerit, quia iſtud euenit in melius populi moribus conuerſis, ciuitatem prædixit ita vocandam.

D. HIERONYMVS.

D Sion in iudicio redimetur, et reducent eam in iuſtitia, et conteret ſceleſtos et peccatores ſimul, et qui dereliquerunt Dominum, conſumentur.

LXX VIRI.

Cũ iudicio enim ſaluabitur captiuitas eius, & cũ miſericordia, & conterentur legis trãſgreſſores, & peccatores ſimul, & qui dereliquerunt Dominum, conſumentur.

D Ixi Lxx ſeniores, primum verbũ huius ſententiæ, ſuperioris orationis feciſſe ſine, cùm dixere: Metropolis fidelis Sion, quòd D. Hieron. vertit: reducèt eã: Lxx reddidère, captiuitas eius: quòd verbũ Hebræũ, יְרוּשָׁלַיִם & verbũ eſſe poteſt. i. reducèt eã, vt vertit D. Hieron. & nom. i. captiuitas eius: vt redditũ eſt in Biblijs Vatabli. Sic Lxx hunc locũ reddidère: cũ iudicio enim ſaluabitur captiuitas eius, & cũ miſericordia, nã pro iuſtitia, qua iuſtificati ſumus per Chriſtũ dñm, ſemper Lxx reddũt, miſericordiã vt PAVL. appellat gratiã: Gratia ſalui facti ſumus. & ad Ephes. 2. Dñs diues in miã. & ad Titũ 3. ſecundũ ipſius miam. PROC. cũ iudicio ſaluabitur captiuitas. i. qui digni iudicabũtur ſalute, per Chri-

Hieruſalẽ à prophe- tis ſemper chiriã dicta

Mos ſcripturarum

D

per Christum soli salui fient, & adipiscuntur Dei promissa, hoc enim significat, cum iudicio. i. A qui digni iudicabuntur salute, iuxta illud Mart. 22. sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Et captiuitatem, inquit PROCO. vocat errorem idolatriæ, & saluatam captiuitatem, liberatam ab errore idolatriæ, iuxta illud: Spiritus Domini super me prædicare captiuis remissionem. Idem significat tralatio D. Hieron. Sion redimetur. i. redimetur ecclesia in iudicio. i. qui digni iudicabuntur: & reducet eam, reuocabit eam ad se à cultu dæmonum: iniustitia iustificatam Iudaizantes suos sequuntur Iudæos, & ad Sennacheribum hæc referunt, & ideo non placet vt hoc loco vertatur captiuitas eius, quòd sciunt Israël captiuitatem nunquam esse reductam in patriam, sola captiuitas Iudæa est reducta: sed Iudæi, & iudaizantes hoc caput non possunt referre ad captiuitatem Babylonicam, sed neque ad Sennacheribum, vt ostendimus supra, nã tenentur in vinclis constructi, nisi quòd centies victi, impietate abistere recusant. Cõteret scelestos, & peccatores simul, hoc Lxx. viri interpretantur. i. conterentur legis transgressores, & peccatores simul, nam *ἀνέμους* AMBR. & HILAR. interpretantur, legis transgressores. BASIL. in commentarijs in hunc locum: qui diuinę legis præcepta, & vaticinia audire noluerunt, sed post Christi crucem persequebantur fideles, deleti sunt Romanorum armis, & absumpti incendio. Sed aduerte, duo genera hominum, consumpta fuisse post crucem Christi, & eos qui legis præcepta, & vaticinia audire noluerunt, quos *ἀνέμους* vocat. i. legis transgressores, doctores legis scilicet, & Phariseos, qui persequebantur Christum, & fideles, & auertebant plebem à Christo: & alterum genus illorum, quos nominat peccatores, eos, qui obtemperantes principibus, & phariseis, Christo non credidère, hos appellat peccatores, iuxta illud Ioan. cap. 15. si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Hæc duo genera hominũ perditurum se ait Dominus, atq; adeò perdidit: & eos qui dixerunt: Hic est hæres, venite occidamus eum, & eos, qui horum inductu, & suasu non credidère Christo. Et qui dereliquerunt Dominum, consumuntur: hoc dictum est, quia in reliquis captiuitatibus, negat Dominus se facturum consummationem, vt apud Hierem. in fine cap. 4. & postea cap. 5. aperte dicit: Non delendam prorsum illis diebus Iudæorum nationem, quòd agebat de captiuitate Babylonica: at cap. 11. describitur calamitas, quam nunquam Iudæi sunt excussuri dorso, quę hæc est, qua nũc premuntur. & cap. 9. Dispersurum se dicit Dominus Iudæos, quoad eos consumat, quod factum videmus: totam enim subuertit Iudæam, & Iudæos suis sedibus expulit, adeò vt in vrbes Iudæę, Iudæo homini pedem inferre, esset capitale, quòd supra dictum est. Hinc ergo intelliges, quoties dicitur à Prophetis: Consummabo eos, aut consumam, intelligendũ esse, de vastitate inuecta Iudæę à Romanis, post crucẽ Dñi, qua tota subuersa Iudæa est, quòd de reliquis captiuitatibus solet dicere Dñs apud Hierem. & alios: Non consummabo, aut nõ consumã eos.

D. HIERONYMVS.

Confundentur enim ab idõlis, quibus sacrificauerunt, et erubescetis super hortis, quos elegeratis.

*Idolatrię
fuere iudæi
dei negãdo
Christum.*

Semper vaticinijs de Christo, & cõcitate Iudæorum subiunguntur peccata idolatriæ, & alia peccata, quasi nobis significant prophetę obcõcationis Iudæorum, causam fuisse idolatriam, & alia crimina, & sua culpa Iudæos fuisse obcõcatos, ne Christum agnoscerent. CYRILL. & PROCOP. hæc crimina germana fuisse, aiunt, relicto vno Deo colere idola, & postea, cum apparuisse nobis Dominus, negare ipsum, & Cæsarem potius agnoscere regẽ. Quid enim aliud fuit, relicto Christo, vero Deo, Cæsarem præoptare Regem, quàm relicto vero Deo, seruire idolis? Ait ergo Dominus luituros magno Iudæos, hoc tam immane facinus, quod reliquerunt Dominum, & præoptauerunt consecrare nemora idolis, afficiendosq; summa ignominia, ob tam nefarium facinus significat. Nam residui ex tanta illa clade, dispersi in omnibus partibus terrarum, summa cum ignominia viuunt, & vixere adhuc. Hortos autem appellat propheta nemora, quæ consecrari solebant idolis.

D. HIERONYMVS.

Erũt enim quasi terebinthus defluentibus folijs, et velut hortus sine aqua.

LXX. VIRI.

Quia confundentur ab idõlis suis, quæ ipsi voluerunt, & erubuerunt in hortis, quos desiderauerunt.

LXX VIRI.

Erũt autẽ sicut terebinthus, quę amittit folia, & sicut hortus sine aqua.

IOSE.

A IOSEP. lib. 6. de bello Iudaico cap. 1. erat, inquit, vniuersa regio Hierosolymitana, omnibus qui eam prius nouerant, miserabilis, nam quæ olim oliuetis, arboribus, hortis, erat amœnissima, quoquo te verteres, vasta erat, nemo qui Iudæam vidisset olim, & Hierosolymorum regionem, memoribus, hortis, syluis, oliuetis, arboribus, quoquòd circumtulisset oculos, vernantem, si tunc videret vastam, desertam, arboribus, & omni amœnitate nudam, etiam si alienigena esset, lachrymas non teneret: confer hanc historiam cum hoc vaticinio, nullũ alium interpretem desiderabis: *ἴσῃ* verbum Hebræum, genus quoddã arboris significat, quod alij quer cum nominant, alij terebinthum, alij alio nomine appellant: ego fidem habeo potius D. Hierony. & Lxx. viris, qui scripsere ea ætate, cum Iudæa literis & religione florebat: rabini indocti sunt, sutores, cerdones, quorum antiquissimus ducentesimo ante anno scripsit, cum Iudæa iacebat subuersa, & perierat omnis Iudæorum doctrina, mille ante annis. Erunt ergo Iudæi quasi terebinthus amissis folijs: vt enim arbor cum vernat est amœnissima, amissis folijs deformis, sic fœda erat, & deformis vniuersa Iudæa, vastata à Romanis, quæ olim erat amœnissima, & erat velut hortus siccus & aridus, olim amœnissimus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppa, et opus vestrum quasi scintilla, et accendetur vtrunque simul, et nõ erit qui extinguat.

Et erit fortitudo eorum sicut stipula stuppæ, & opera eorũ quasi scintillæ ignis, & succendentur transgressores legis, & peccatores simul, & non erit qui extinguat.

Si historiam rerũ gestarum legeris, dubita bis, planiusue historia, intra tã pauca verba rem gestã exprimere potuisset, quàm expressit Esaia: erat ergo vrbs Hierosolyma in quatuor editissimis collibus sita, à tergo præruptis & inaccessis, in quorum vniuscuiusque vertice summo, planities lata sese fundebat in omnibus partibus, vbi ædificata domicilia innumera, & turrets munitissimæ structæ maxima saxorum mole, inter medios hos colleis, profundissimæ intererant valles, cincta præterea triplici muro erat vrbs: postquam enim toties capta erat, munita maximè est à suis, aduersum hostium incursum, ciuibus frequentissima, opibus abundans totius Asia, vt PLIN. inquit, vrbs nobilissima, quòd colliges ex IOSEP. de bello Iudaico, cũ alijs multis locis, tum lib. 5. tot erexerat turreis, tot belli munimenta parauerat, tam validis muris erat septa à suis (ne te morer multis) vt contempserit Romanos, & omnes nationes, & Romanorum arma prouocauerit, qui tũ rerum potiebantur. Ait ergo Propheta: Omnis hæc vestra fortitudo, vt fauilla stuppæ. i. omnis hæc fortitudo, qua freti estis tam facile deflagrabit, quàm stipula aut calamus stuppæ, vt præfert lectio Græca: aut, quàm stuppæ, vt præfert lectio Hebræa. An ita res ceciderit, vel Iosephum Iudæum roga, qui templum conflagrasse temporis momẽto scribit, dubitatq; vnde flammę traxerint initium. Turreis munitissimas, quæ vix viribus humanis capi posse viderentur, sponte furore quodã mentis à Iudæorũ tyrannis esse desertas, adeò vt Vespasianus fateretur, non humanis viribus captã vrbe esse, sed ira Dei vrbe ruisse. Lege cap. 47. lib. 6. euisdẽ Ioseph. & intelliges, q̃ verè & planè dictum sit: Fortitudo ipso rum, vt calamus stuppæ. i. quàm facile deflagrat calamus stuppæ, tam facile ruet omnis Hierosolymorum fortitudo. Et opus vestrũ quasi scintilla: vel, vt vertere Lxx. opera eorũ quasi scintilla ignis. i. omnes illi muri, validissimis structi saxis, omnia illa vrbs munimenta, non plus habebunt momenti ad accendos hostes, quàm scintilla ignis. Quòd Hierony. dixit: Accendetur vtrunq; simul, Lxx. potius explanant quàm transferunt Græcè: dubium erat, quid esset vtrunq;, & quòd referendum esset, docent id Lxx. viri, quod supra dixerat Propheta, duo genera hominum perdenda esse à Deo, transgressores legis. i. principes, & phariseos, qui auertebant populum à Christo, & eos qui inductu, & suasu phariseorum, Christo non credebant, vtroq; perdendos dixerat propheta. Lege quę scripta sunt supra in illa verba: Sion in iudicio redimetur, &c. de duobus generibus hominũ, quos perditurus erat Dñs. Et non erit qui extinguat. i. nõ erit qui tantũ malũ vrbi Hierosolymorũ defendat: Leges enim apud IOSE. perijisse Iudæos, q̃ cum Vespas. optimas conditiones pacis Iudæis ferret, ne Hierosol. nobilissima Asię vrbs subuerteretur, Iudæos non accepisse conditionem, dum per singula momenta expectabant, vt Deus, quemadmodum solebat, suam vrbe defenderet: & leges ibi elegantiss. ora-

D 2 tionem,

tionē, quam habet Iosephus ad eos: qua illis significat hoc, quod propheta hoc loco prædicat, A Deum non subuenturum Iudæis, subuenisse olim in summo discrimine semper, sed eo tempore illis se flagitijs, mortis. i. Christi, & persecutionis fidelium, obligasse Iudæos, vt non esset à Deo sperandū auxiliū, ne ruat vrbs: semper enim Iosephus præ se fert cōpletas prophetias, & ideo Hierusalē perijisse. Ergo Lxx viri reddidēre: Accendentur transgressores legis, & peccatores simul. Sunt enim hoc loco Lxx viri commentarij, cūm enim dubiū esset, quō referendum esset, vtrunque, hoc loco: Accendentur vtrunque simul, vtrunque genus hominū, aiunt transgressores legis, scilicet, & peccatores, facta paraphrasi ex illo loco superiori quem diximus: nec erit qui subueniat tantæ vrbis ruinæ, non subueniet Deus vt solebat. EVSEB. Cæsariensis. demonstrat. euangel. lib. 2. cap. 37. his postremis verbis planè prædici, ait, inflammationem Iudæorum post crucem Domini, vt vel hoc solum argumentum esse poterit, superiora omnia de Christi passione esse dicta: sed est opere precium videre, quibus se torqueant modis Iudaizantes, & quot moueant machinas, vt hæc ad captiuitatem Babylonicam referant, quàm omnia mutant, quàm multa verba de suo addant, vt suam causam tueantur: sed quàm ineptè interpretantur hæc Iudæi? quorum interpretationem nobis quidam conatur obrudere. Artifex, aiunt, erit causa combustionis idoli: vbi quæso in lectione Hebræa artifex est? aut vbi idoli mentio, ô impietissimi Iudæi? וְיָצַד opus eius significat, vt vertere D. Hierony. & Lxx viri, non fabrum, aut artificem, vt vertunt Vatablus, & Pagninus de vestra sententia (ô Iudæi) nulla mentio idoli, nam, chothèn, fortitudo est, non idolum, idque Iudæorum nemo negat, quanquā hoc loco sic vertunt, vt hæc vaticinia inuertant: at fortitudo illorum, iniquiunt, idolum erat, ideo fortitudo ponitur pro idolo. Quas, malūm, cudunt tenebras Iudæi? si cætera cōgruerent, ferendum aliquo pacto hoc erat. Verba Hebræa sunt יָצַד fortitudo וְיָצַד in stuppam, vt interpretatur R. D. fortitudo vestra erit vt stупpa, & opera vestra sicut scintilla. i. tam facile absumetur incendio omnis fortitudo vestra, quàm facile stупpa igni deflagrat. Hic neque idolum est, neque artifex: oratio perspicua valdè est: quæ ab historia, sicne factum sit an non. Artifex, aiunt, erit causa combustionis idoli, præterquam quod neque artifex hic est, neque idolum: Deus vos perdat malè, impij Iudæi: idolum ne combustum est igni, an vos potius absumpti incendio estis cum vrbibus vestris? toties absumpti flammis, non sentitis prædixisse prophetas sæuisimas flammis, quibus toties estis vstulati miserī? artifex ne fuit causa combustionis Hierosolymorum an vos? qui idolis feruebatis, & ideo occæcati fuistis, ne Christum agnosceretis, & eum crucifixistis, quanquam quod idolum, quem artificem fingitis, quorum mentio in Hebræa lectione nulla est?

(:? :)



D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Verbum quod vidit Esaias, filius Amos, super Iudæam, et Hierusalem.

Verbū quod factū est ad Esaiā, filiū Amos, de Iudæa, & Hierusalem.

VSEB. demonstrat. Euang. lib. 2. demonstrat. 36. & Hierony. inde mutuatus in cōment. in hoc cap. Lxx viros accusant, quod hoc loco verterint, de Iudæa, & Hierusalē: & in tit. ca. 1. verterint eandē voculā Hebræā וְיָצַד contra, quasi innuerēt cap. 1. fuisse prædictā vastitatem Iudææ vrbis inuictā à Romanis post crucē Dñi, hoc loco verterint, de Iudæa, & euāgelicæ prædicationis foelicitas, hoc cap. prænūciatur: qua de re legēda sunt, quæ scripsimus in tit. cap. 1. vbi de cōtrouersia orta inter D. Hiero. & Euseb. disceptatio est: illic enim dissentiūt, hoc loco cōsentiūt D. Hiero. & Euseb. quod putant improbandā esse versionē Lxx virorū, vbi, quod pace dixerim, sanctiss. D. Hieronymi, laudādi, & in cælū tollendi erāt encomijs Lxx viri, quod CCC. annis ante crucē Dñi viderint. i. cap. de crucē Dñi, & Iudæorū cœcitate, & vastitate illata vrbibus Iudææ, & illorū ab Ecclesia exclusionē esse prænūciatum, quod vno veterū patrū omnīū consensu probauimus, & re ipsa apparere ostendimus, quod si ita interpretēre omnia sibi mutud respōdēt, prima medijs, & media infimis: & verba ipsa Lxx seniorū, hoc planè præferūt, qua de re satis prolixè est disputatū, & sententię omnīū veterum patrū sunt attestatæ: sed hoc cap. quo vertere Lxx. de Iudæa, & Hierusalē, quasi prænūciatur hīc foelicitas euāgelicę prædicationis (hoc enim inter omnes liquet, vnā, & eandē vocē Hebræā, quę prius cōtra Iudæā est reddita, nūc esse versam de Iudæa, quasi hīc Christi triūphus prædicetur) hoc in quā cap. quo significarūt Lxx, vaticiniū esse foelicitatis euāgelicę, multo magis erāt prædicādi, gloriādi, in cælū ferēdi, quod ante lucē euangelij hoc viderint, quod post lucē euangelij multi nō tā benè vidēt: quod signū est euidentissimū, nō sine afflatu spiritus sancti eos hæc vertisse: nā euangelij foelicitatē hoc cap. præsignificari & prædici, iā cōmonstrauimus testimonijs omnīū veterū patrū, & præcipuè D. Hiero. & Euseb. Cæsariensis. neque obstiterit quod prædicatur hoc cap. quod Christus post resurrectionē sacrā sit deleturus populū Iudæorū infidelium: hæc. n. vastitas Iudææ, ecclesię foelicitas est, cui hæc læta nunciatur, vt supra dictū est in illaverba: Derelinquetur filia Sion, & vt dicendū est proximo cōment. nā ridiculū est, quod Euseb. citat verba cap. 3. quib⁹ minatur Dñs mala Iudæis, vt improbet tit. cap. 2. nā nunc de tit. cap. 2. agitur, nō de tertio cap. CHRYS. tom. 2. in Marcū hom. 1. 3. causam quærit, cur tā crebrò in prophetis repetatur illud vulgatis. Dixit Dñs, ait Dñs, factus est sermo Dñi, & respondet, quoniam spiritus sanctus descēdebat quidē in prophetā, sed rursus secedebat. Quādo dicitur ergo: Factus est sermo Dñi, ostēditur, quia spiritus sanctus, qui recesserat, rursus veniebat: vnde Ioan. 1. dicitur de Christo, super quē videris spiritū sanctū descendentē & manentē: in Christū enim spiritus sanctus descēdit, & permanit: ceterū in prophetas descendit quidem, sed nō permanet. ORIG. in Ioan. tom. 2. in illud: Et verbū erat apud Deum, interpretās hūc locū: Vulgus, inquit, simplicius exponit prophetarū dicta, velut de sermone facto ad ipsos prophetas: hūc locum interpretatur vulgus, tu vide, an potius hoc verbū factū ad Esaiā, verbū patris sit, verbū Deus, filius Dei vnigenitus sit factus. i. sit missus ad Esaiā. Hæc Orig. vt verbū & visio idem sint, filius scilicet, missus à patre ad prophetas, qui loquutus est in prophetis, vnde ipse filius infra: Qui loquebar, ecce adsum. i. ecce qui loquebar in prophetis, adsum homo fact⁹. Eodē spectasse videtur AVG. in cap. 5. Ioan. tract. 18. Filius, inquit, Dei, audit, & videt, & est ipsa auditio & visio, hoc est enim illi audire quod esse, & hoc est illi videre quod esse: Christum autem loquutum fuisse in prophetis, docet IREN. lib. 4. cap. 3. & cap. 37. alijsque locis: vnde visio Esaiæ Christus est, qui est visio prophetarum, iuxta August. & Origenem.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et erit in nouissimis diebus, preparatus mons domus Domini in vertice montium, et eleuabitur super colles.

Quia erit in nouiss. diebus, manifest⁹ mōs Dñi, & dom⁹ Dei in sūmitatibus mōtiū, & eleuabit sup colles.

ET In translatione D. Hiero. poni pro causali coniunctione, quoniā, docent Lxx. viri, qui reddidēre pro, Et erit in nouissimis diebus, quia erit in nouissimis diebus, vel, quoniā erit, &c. & Hebræa vocula וְ quæ cōiunctio apud ipsos est, significat, &, quoniā, nam, nanq; intelliges

D 3

Disputatio de titulo capituli secundum.

verbū, et visio, quod in prophetis.

telliges autē hoc loco, & accipi pro, quoniā, more receptissimo, etiā apud Latinos ex ORIG. A in Leuit. ca. 16. homel. 10. vbi necesse erat, inquit, cum venisset veritas, deleteretur umbra, & cum lex noua inciperet, aboleretur vetus lex, & subuerteretur templū, quod umbra erat veri tēpli, deleteretur Hierosol. ne vlla essent sacrificia legis veteris, ne essent potīfices: non enim poterant fieri sacrificia veteris legis nisi in tēplo Hierosol. & ideo cōflagrauit vrbs & tēplū, vt cessaret cāremoniē Mosis, & dirūtæ sunt oēs vrbes Iudæe, occisione occisi Iudæi, residui dispersi sunt toto orbe, vt appāreret ille populus repudiatus, vt inciperet ecclesia & cresceret: nā si loreret synagoga, & loreret vrbes Iudæe, fuisset magno impedimēto ecclesie ne cresceret: oportebat illa omnia subverti, & de medio tolli, vt ecclesia cresceret, & oportebat apparere cōpleta vaticinia esse, quæ de vastitate Iudæe erāt in prophetis: hæc sære Orig. quæ omnia tā prolixè dicta vno verbo significarunt Lxx. viri, cum enim cap. superiore prædicta verbis plurimis, vastitas Hierosol. sit, & abrogatio sacrificiorū, & Hierosoly. excidiū, & incendiū tēpli: initio cap. 2. red dicitur causā quoniā sic oportebat fieri, vt cresceret populus fidelis, & lex euāgelica latius fundetur & cresceret: sensus ergo est, deletas esse vrbes Iudæe, quia erat in nouiss. diebus, quibus illa fiēt, promulgatio euāgelij, cui oportebat tolli impedimēta. CHRYS. tom. 2. in ferm. de natiuitate Ioann. Bapti. de agricolis illis qui dixere: Nostra erit hæreditas: necesse habuit paterfamilias, malos, malè perdere, & in locū eorū alios cultores substituere, qui pēsiones debitas suis tēporibus persoluant. Ex Sion, inquit, exiuit lex: quod ergo Chrysol. dixit: necesse habuit paterfamilias, malos, malè perdere, & in locū eorū alios substituere, hoc Lxx. viri, vno illo verbo expressere, quasi enim causam redderēt, cur paterfamilias malos malè perdidisset, subiectū est: quoniā loco illorū substituēbatur populus nouus: hoc idē significat EVSEB. li. 1. demonst. euang. cap. 4. his verbis: Lex Mosis intra vnā prouinciā conclusa erat, vt si illa priuarētur Iudæi: sacrificia Mosis in aliena regione perfici nō possent, quando verò lex noua, omnibus nationibus erat prædicanda, Romanorū armis deletæ sunt oēs vrbes Iudæe, deleta Hierosoly. incensum est templum, & sic solutus est omnis ordo legis Moisaicæ, abrogatū est testamentū vetus, quod lege Mosis sancitū erat, ne extra Iudæā sacrificia veteris legis fierent, nēue extra templū Hierosoly. vt incenso tēplo, & Iudæis residuis ex illa vastitate pulsus Iudæe vrbibus, necessarīo sit consecuta cessatio sacrificiorū, vt inciperet lex noua: vnde Dñs: Venit hora, & nunc est, quā do veri adoratores non adorabunt in Hierusalē. Hinc AVGV. contra Faustū Manichæū lib. 12. cap. 44. conuincantur, inquit, à nobis Iudæi, iā rebus ipsis apertissimis, non solum fide omniū gentiū, quas Christo seruituras prædixit eadē scriptura, cui cedere coguntur. Fides enim ita clarescit toto orbe terrarū, vt omniū tergiuersantiū feriat oculos, verum etiā hoc patet ex ipsis, quæ in ipsa gente Iudæorū facta sunt, quod sacrariū euersum est, quod cessauit hostia, & sacerdotiū, quæ omnia Daniel significauit futura, quando sanctus sanctorum vnctus esset. i. quā do venisset Christus: quæ omnia si expendas, iudicabis Lxx. viros interpretari hunc locū ex Daniele, & quasi dicere prædictū est, euersum templū, & cessasse sacrificia, quoniā venit Christus, quoniā vnctus est sanctus sanctorū, hoc enim significare verba sequentia iā ostendamus. Nouissimis diebus. i. eo tēpore, quod finis prophetiæ erit, hoc est temporibus Christi, qui finis est scripturæ: tēpus enim Christi nouissimū, & vltimū tempus est, quo spectat omnis propheta, & dicitur nouissimū tēpus, iudicij tempus: de nouissima hora scripsit epist. vnam AVG. ad Hefichyū epistolam octogesimalam: qua quid nouissima hora in scripturis dicatur multis verbis docet, & D. Hieron. in comm. in hūc locū. Præparatus mons, Hebraicè est *יָבֵד* quæ vox in ter alios intellectus, quos habet, significat certum, & confirmatū: Lxx confirmatum interpretati sunt, cōfirmatū miraculis, quò respexisse videtur Esaiæ, cum dixit: Sicut lapas accendetur, & sicut lux orietur, quod aduētus Christi claruit miraculis, & toto orbe sole multò splēdidius refulsit: quo spectasse videtur Lxx. cum edidēre *ἐμφανὲς τὸ θεοῦ κρηθρὸν* i. manifestus mons Dñi, & splēdēs & fulgens mons Dñi, vtrūq; enim significat vox illa Græca, *ἐμφανὲς* videtur etiā dictū iuxta illud Pauli ad Colos. 1. mysteriū quod absconditū est à seculo, nūc autē manifestatū sanctis eius, vt sit sensus: Nouissimis tēporibus. i. postremis, quo spectat prophetiæ, manifestabitur mōs ille Christus, & Christi mysteriū, quod absconditū erat à seculo. Significat etiā vox illa Hebr. *יָבֵד* id quod Latinè dicitur, præparatus, vt vertit D. Hier. PROC. & THEOD. his verbis reuinci aut Iudæorū impietate, quod tēporibus Esaiæ manifestus, & præparatus erat mons Sion, manifestum & præparatum erat templum, si de eo ageretur, nunquam enim diceretur: Erit tēporibus nouissimis, quod iā erat, spectabat igitur vetus lex, dū mons hic editiss. i. Christus

Cur Lxx. viri hoc ca put auspicentur perconiunctio nem causa lem. Quoniā, vt coniungere videtur cū principio hoc, caput præcedēs.

Lxx. viri interpretatur principium cap. 2. ex Daniele. Nouissimū tempus.

Mons Dominus.

A Christus reuelaretur & manifestaretur toto orbe. Mons TERT. aduersus Iudæos: Mons, hic, inquit, Christus est, sine manibus præcisus, implens omnē terrā, apud Danielē ostensus. AVG. in epist. Ioan. tract. 1. lapis apud Danielē, præcisus de mōte sine manibus, Christus est præcisus de regno Iudæorū sine opere maritali: ille lapis cōfregit omnia regna terrarū. i. omnes dñinationes idolorū: creuit hic lapis, & factus est mons magnus. i. obtinuit eius ecclesia omnes gentes, cum iuxta id, quod promissum erat Abrahæ: In semine eius benedictæ sunt oēs gentes: hic est mōs implēs vniuersam faciē terræ, de quo Esaias: Erit in nouissimis diebus manifestus mōs AVG. in oratione aduersus Iudæos: Mons Dñi, inquit, Christus est secundum carnē paratus super cacumen montiū, quod omnes celsitudines eorū, eius celsitudo trāscendat, nā mōtes, prophetæ & patriarchæ appellātur, super quos positus dicitur Dñs, quod ab his prænūciatus, & quanto maiore honorē habet Dñs familie, qui fecit ipsam domū, seruo qui præest familie. Sic explanat D. HIER. CYRI. BASI. GREG. super Ezechielē, mōs ille appellari dignatus est, qui incarnari dignatus est, excelsus inuentus super omnes sanctos. Sed quod D. Hier. vertit: Mōs domus Dñi. i. mons ecclesie Dñi, mōs caput suæ ecclesie, Lxx. reddūt: Mōs Dñi & domus Dei. Quod enim verba Hebræa indeclinabilia sunt, mons domus Dñi, quod Hebraicè est, si ad verbū velis interpretari lectionē Hebræā, reddes: mons & domus Dñi, & interpretantur: mons Dñi, & domus Dñi, vt sit dictū per asyndeton, mons domus Dñi, i. mons & domus Dñi, explanandumq; per zeugma: mons Dñi, & domus Dñi, quæ figuræ sunt multò vstatiores apud Hebræos quàm apud Latinos, & videntur interpretari hūc locū, ex verbis prophetæ sequentibus: Ascendamus in montē Dñi, & domū Dei Iacob: vtraq; ergo lectio cōgruit cū editione Hebræa. AVGV. in oratione aduersus Iudæos, sequitur interpretationē Hieron. quod veteres patres vtraq; editione vtuntur promiscuè. TERT. aduersus Marc. lib. 3. mons Dñi, inquit, sublimitas Dei, domus Dei super summos mōtes, vtiq; Christus est, Dei tēplū sacratū in quo Deus colitur, constitutū super omnes eminētias virtutū. ORIG. cōtra Celsūm li. 5. postremis diebus, inquit, Iesus noster adueniet, conspicuus & excelsus dñi mons, qui verbū sit, quod omne verbū excedit, vtiq; verbū quod in principio apud Deū, & domus Dei, quæ est Dei viuentis ecclesia, colūna, & fundamentū veritatis, quæ ædificatur in montiū summitate, omniū scilicet prophetiorū dictorū, quæ dicta prophetica constat huius domicilij. i. ecclesie esse fundamentū. PROCO. montē hunc, Christū esse declarat, & domū dñi ecclesiā, subditq; rationē, cur Christus dicatur mons, his verbis: Descensus Dei in terrā, monti similis est, quia super terrā mōs est excelsus: & hæc natura montis est, vt in terra situs, se ad sydera vsq; attollere videatur: & caro dñi pro conditione humana terra erat, & quod verbo vnita erat, cēlos omnis trāscendebat: hunc dñm qui imitantur, ab eo mutantur nomē, montes, petre, colles dicuntur: domū Dei supra se sustinentes, qualis Petrus erat, ad quē dictū est: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meam. Omnes ergo sancti, cum in terra erant, quod cōuerfarentur in cælis, mōtes dicebantur, quod in terra viuebāt, mente verò & animo trāscendebāt sydera: super hos montes, & super hos colleis, ædificata est ecclesia. Non prætereundū est silentio, *יָבֵד* verbum Hebræū, significare stabile, & inconcussū, & D. CHRYS. hoc intellexisse (præ se enim fert sæpè, aut per se, aut per alios, Hebræā lectionē cōsulere se solere) apparet: quod in demonstratione quod Christus sit Deus, refert hoc ad stabilitatē ecclesie, aduersum quā portæ inferi non sunt præualitura, q̄ semper futura sit stabilis & incōcussa: vt enim probaret ecclesiā præsignificatā à prophetis indiscussam & incōcussam (hoc enim verbū Græcū *ἀκλονος* significat) quod discindi nō possit, nec corrūpi: citat hoc testimoniū Esaiæ: In nouissimis diebus. & c. quæ Latinè interpret suo more reddidit, vt vulgò circūferuntur, cum aliter Græcè scripsisset Chryf. subijcit enim idē interpretans quæ dixerat, & quod nō solum firma, solida, & immobilis, futura esset ecclesia (de ea enim loquitur) ergo ita recitauit hoc testimoniū, vt eo probaretur quod intenderat, præsignificatū hoc vaticinio esse ecclesiā futurā firmā, solidam & immobilem, aduersum quam portæ inferi non erant præualitura, sed multum sibi sumunt interpretes: quæ enim scriptores sacri citant iuxta tralationem Lxx. virorum, aut iuxta aliam tralationem, ipsi vertunt pro arbi tratu, iuxta eam tralationem, quæ sibi placet magis, & sic scripta veterum patrum sibi non cōhærent, sunt ingeniosi scilicet in alieno opere. Videtur ergo mihi D. Chrysolom. sic vertisse lectionem Hebræam, vt verti optimè potest: Et erit in postremis diebus, stabilis, & immobilis mons, & domus Domini, & c. nam si sic veritas: Stabilitas, & immobilitas, ecclesia

Contra Iudæos.

Montes sancti.

Cur sancti montes.

Interpretū error.

significabitur vt vult D. Chrysoſtomus. Adhibendusque canon ille cuius ſepè faciendatio est, cum verbum Hebræum aut oratio Hebræa, pluris ſenſus habet qui conueniant rei de qua agitur, omnes illos ſignificatos eſſe ab ſpiritu ſancto, de quo canone poſtea pluribus dicendum eſt, & ſi ſic legas, magis premere Iudæos poteris, cum Theodoro & Procopio: valebit enim argumentū ex diſiunctionibus aduerſum illos aut hoc, aut illud, nō hoc, igitur illud. aut enim hoc de Iudæorū templo intellexit Eſaias: aut de alio, nō de templo Iudæorum quod conflagraſſe videmus, & iacere dirutum per mille iam & quingētos annos, de alio igitur hoc intellexiſſe neceſſe eſt, nec aliud ſpectant vaticinia prophetarum, etiam Iudæorum conſeſſu, quam aut templum Iudæorum, aut Chriſtum & eius eccleſiam: igitur ſi ſic interpretēre, multo magis etiam tenentur Iudæi, preſertim iuxta tralationem Lxx virorum, erit mons domini & domus domini: dicent enim Iudæi (quæ illorum eſt impudentia) ibi eſſe montem domini ſtabilem & immobilem: domum domini ibi eſſe, hoc eſt templum Iudæorum, quamuis perfricent frontem dicere non poſſunt: de eccleſia dei igitur hoc intelligi neceſſe eſt.

Contra
Iudæos

D. HIERONYMVS.

Et fluent ad eū omnes gentes, et ibunt populi multi, et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domū dei Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exhibit lex, et verbum Domini de Hieruſalem.

AVGVST. de ciuitate dei lib. 10. cap. 32. hoc loco probat euangelium non vnus gentis eſſe, ſed vniuerſarum gentium, & verbum domini non manſiſſe in Siō, nec in Hieruſalem, ſed ſe per omnes gentes diſſuſiſſe, & hoc eſſe quod dominus dixit, oportuiſſe cōpleri quæ ſcripta ſunt in lege & prophetis, Chriſtum pati, & reſurgere, & prædicari in nomine eius poenitentiam in omnes gentes, incipientibus apoſtolis prædicationem ab Hieruſalem. ORIGEN. contra Celſum lib. 5. in hanc domum Dei, hoc eſt in eccleſiam, gentes omnes conueniemus, & gentes tam multæ ambulabimus, & ad diuinum cultū, qui per Ieſum nobis illuxerit, nos hortabimur. Et homil. 5. in diuerſos, hoc eſſe putat quod Dominus dixit: Dico vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Et cū illo: Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. Ad domum Dei Iacob, AVGVST. tom. 6. aduerſus Iudæos, domum Dei Iacob putat, intelligi Apoſtolos, & eas eccleſias quæ poſt Chriſti reſurrectionem in Chriſtum crediderunt, traditque Iacob intelligendum ſpiritualiter, & ſignificare populum Chriſtianum, qui cū ſit minor natu quàm populus Iudæorum, cum creſcendo ſuperauit, quod dictum eſt, de duobus illis fratribus, maior ſeruiet minori. TERTVL. aduerſus Iudæos: Domum Dei Iacob, non in Eſau domum, prioris filij intelligit, non in domum populi Iudaici prioris filij, ſed in domum Iacob ſequentis. i. populi noſtri, cuius mons Chriſtus eſt. Ex Sion exhibit lex, TERTVL. aduerſus Iudæos: Ex domo Iacob, ex populo fidelium, qui credidēre Chriſto legē proceſſurā annunciat, dicens: De Siō exhibit lex, hæc erit via nouę legis euangelij, & noui ſermonis in Chriſto: ſic etiam explanat idem TERT. lib. 3. aduerſus Marcionem, & in princip. lib. 4. HILAR. in Pſal. 52. interpretans illa verba: Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraēl, iuxta illud, inquit: Ex Sion exhibit lex, & de Hieruſalem verbum Domini: hoc verbum Domini, inquit, caro factum eſt, hæc caro, Sion nobis eſt & Hieruſalem. i. ciuitas nouę pacis, & ſpeculatorium noſtrum, ſalutare noſtrum, Ieſus noſter, ſalus noſtra, hinc exiens, venit ad gentes, vt addit idem HILAR. in Pſal. 121. AVGVST. in cap. 1. Ioann. tract. 6. de Siō prodijt lex: ibi enim audierunt apoſtoli, ite, baptizate gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. CYPR. lib. 1. aduerſus Iudæos cap. 10. hoc vaticinio ſignificatum ait, quod lex noua deberet dari. EVSEB. demonſt. euang. lib. 1. cap. 2. interpretans hunc locum, inquit: Legem latam à Moſe, in eremo latam eſſe in monte Sina, aliam ergo eſſe hanc quæ non prodijt ex monte Sina, ſed ex Sion & Hieruſalem, vnde manifeſtum, inquit, eſſe Chriſti legem hanc, quæ ex Sion prodijt, & Hieruſalem, & percurrit omnes gentes: lex ergo noua, hæc eſt, inquit, & euangelij prædica-

Contra
Iudæos

A prædicatione: Euntes, docete omnes gentes, inquit Dominus, & iubet incipere à Hieruſalē. Hæc eadem ait aduerſus Iudæos THEODOR. ne quis ignoret veteres patres, huc omnes incubuiſſe ſe, & huc ſuos omnes intendiſſe neruos, vt Iudæos reſellerent, qui ſemper contra ſtant, nō eos adhibuiſſe præceptores & magiſtros, quod noſtra tempeſtate fit à quibuſdam. AVGVST. etiam in oratione aduerſus Iudæos: De Sion exijt lex, inquit, ex illō loco vbi Chriſtus eſt aſſeſtus cruce: lex & verbum Domini proceſſit ad gentes, lex enim, quæ per Moſem data eſt, nō prodijt ex Sion, ſed è Sina monte, nam accepta legē, quadreſimo poſt anno venere Hieroſolyma, euangelium verò Chriſti, & lex fidei, ex Hieruſalem proceſſit: vnde Dominus, poſt quæ reuixit, oſtendens omnia quæ à prophetis prædicta erant, eſſe completa: iuſſit apoſtolos prædicare euangelium, & vt inciperent ab Hieruſalem. 24. cap. Lucæ, & vt lex Moſis quæ proceſſerat à monte Sina, quinquageſimo die poſt celebratum paſcha, conſcripta eſt digito Dei, quo ſignificatur Spiritus ſanctus, ita lex iſta quæ proceſſit ex Sion, poſt verum paſcha celebratum, poſt Chriſti paſſionem, quinquageſimo poſt die, hoc eſt, die pentecoſtes, quo miſſus eſt Spiritus ſanctus: conſcripta eſt digito Dei, hoc eſt, Spiritu ſancto miſſo, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis apoſtolorum, & euangelistarum, & ſanctorum omnium: hæc Auguſt. loco citato, vbi Iacob ſecundum ſpiritum, docet populum Chriſtianum appellari, & Iacob ſecundum carnem eſſe populum Iudæorum, & docet ſignificari hoc loco omnes gentes præparatas ad domum Iacob, ad apoſtolos, & eccleſias Iudææ, & ad populum Chriſtianum è gentibus. IVSTIN. in apolog. 2. pro Chriſtianiſ: verbum Domini, ait Propheta, exiit ex Hieruſalem, quod ſic factum eſſe videmus: ab Hieruſalem enim, viri duo decim numero profecti, idiotæ, dicendi imperiti & rudes, ſed nixi ope diuina, conuertēre totum orbem: miſi enim ſunt à Chriſto, vt docerent omnes gentes ſermonem Dei.

D. HIERONYMVS.

Et iudicabit gentes, et arguet populos multos, et coſtabunt gladios ſuos in vomeres, et lanceas ſuas in falceis.

LXX VIRI.

Et iudicabit inter gētes, & arguet populum multum, & contudent gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas in falceis

C TERTVLL. aduerſus Marcionem lib. 3. ſic explanat hunc locum: Iudicabit inter gentes, de errore earum intellige, & concident machæras ſuas in aratra, animorum nocentium, & linguarum inſeltarum, & omnis malitiæ ingenia conuertent in ſtudia modeſtię, & pacis, & non accipiet gens ſuper gentem, machæram vtique diſcordiæ, & non diſcent amplius bellare, inimicitias perficere. Idem TERT. in lib. aduerſus Iudæos: Iudicabit inter gentes, inter eos qui ex gentibus ſumus vocati. Concident gladios ſuos in aratra, nos Chriſtianos intelligit, qui iſta obſeruamus, noua lege edocti, oblitterata lege veteri, cuius abolitionem futuram, euentus ipſe demonſtrat: nam vetus lex vltione gladij ſe vindicabat, & oculus pro oculo eruebat, noua clementiam deſignat, & priſtinam foelicitatem gladiatorum ac lancearum, ad tranquillitatem conuertit. ATHAN. lib. 1. de incarnatione verbi hoc eodem modo explanat multis verbis. IRENAE. lib. 4. cap. 67. ab aduentu Domini, inquit, nouum teſtamentum valet, ad pacem reconcilians, & viuificatrix lex in vniuerſam exiuit terram. Concident gladios ſuos in aratra, interpretatur etiam IREN. de pace, quam dedit Chriſtus: Pacem, inquit, meam, do vobis: & pergit: Si igitur hæc lex aut verbum, exiens ab Hieruſalem, tantam pacem fecit apud eas gentes, quæ eam receperunt, & per eas arguit imprudentiæ multum populum: videtur conſequeſſe eſſe de lege euangelica hoc dixiſſe prophetas, nam lex libertatis exijt ex Sion. i. verbum Dei quod prædicatum eſt ab apoſtolis, exiens à Hieruſalem, ita mutauit orbem terrarum, vt gladios conciderint in aratra, in organa pacifica, & iam neſciūt pugnare, & percufſi præbent alteram maxillam: de Chriſto hæc dicta ſunt, & euangelio Chriſti, quoniam ipſe eſt qui aratrum fecit, & falcem. i. primam ſeminationem quæ fuit in Adam: & in fine, aratrum oſtendit ferro copulatum, & ſic ſuam purgauit terram, quoniam firmum verbum, quod per ferrum ſignificatur, vnitum carni, & habitu tali conſixum emundauit ſylueſtrem terram, &c. quæ adiecit. Lege hæc eadem apud CHRYS. in ſermone de natiuitate Ioannis Bapt. ex cap. 1. Lucæ. BASIL. in aſceticis vbi de virginitate diſputat: Quia, inquit, completa eſt terra hominum multitudine, & completum eſt illud, quod prænunciatum erat de pace euangelica: Con-

cidēt gladios in aratra, nec discent militare, quod nō est tanta corruptio hominum, & est satis magna hominum multitudo, valet iam virginitas euangelica. Quod D. Hieronymus vertit: Gladios suos conflabunt in vomeres: Lxx viri, in aratra, verterunt, nam 78 variè explanatur ab Hebræis, & ab ipso D. Hieronymo: Nam hoc loco D. Hieronymus vomerem reddit, loēlis vero cap. 3. eandem vocem vertit, aratrum, vbi dicitur: Concidite aratra vestra in gladios. Hebræi verò reddunt ligones. Ergo vbi tanta varietas est, cāta fides haberi debet Lxx duobus viris Hebræis doctissimis suæ gentis cum florebat Iudæa, doctrina, & religione, quanta duobus tribusue rabinis, qui rebus Iudæorū iam olim accisis, & perditis nunc è futrina prodeunt rerum sacrarum Aristarchi, sunt enim omnes rabini cerdones, sutores, omnium disciplinarū rudes. Rursus quod Hieronymus ait: Arguet populos multos, cōuenienter Hebræe lectioni, Lxx viri vertere singulariter, more suæ gentis, qui vtūtur numero plurali pro singulari, & edidēre: Arguet populū multum, quæ res in errore traxit TER TVLL. aduersus Marcionem lib. 3. vt putaret explanandum: Arguet populū multum. i. reuincet populū multum Iudæorum & profelytorum; cum Hebræa lectio præferat: arguet populos multos, & apertè ostendat ad nationes debere referri, quas dominus veniens arguit erroris, quanquam idem TER TVLL. lib. 4. aduersus eundem Marcionem: Traducet, inquit, populū plurimum, non vnus gentis Iudæorum, sed nationū, quæ per nouam legē Euangelij iudicantur, quod significari putat per illa verba: Iudicabit gentes: Iudicantur, inquit, gentes, & nationes per nouam legem euangelij, & arguuntur apud semetipsas de pristino errore simul atque crediderunt. Concident macharas in aratra. i. feros, & sauos animos conuertēt in sensus probos, & bonæ frugis operarios. PROCOP. sic explanat hunc locum: Iudicabit inter gentes, se cernens sibi dignos & eligens vocatos: redarguet populū multum: scilicet non credentem tanquam sua ipsorum culpa pereuntem.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Non accipiet gens contra gentem gladium, nec discent ultra præliari.

IUSTI in apolog. 2. pro Christianis hæc ad populū fidelem, quanquam subobscure refert, qui non armis se tutabantur aduersus infideles, qui armis consergebant aduersum dominum & aduersus Christum eius, sed sponte præbebant iugulum & petebant martyrij coronā, & sic totum orbem subegere, olim enim ait Iusti. ante Christi tempora mutuis bellis se conficiebant gentes: temporibus Christi, non solum non bellabant cum inimicis, verum libenter moriebatur & subibant omne cruciamentorum genus, ne viderentur mentiri aut decipere in his quæ de Christo pollicerentur, cum de Christianis haberetur quæstio, aut cum tormentis aut cruciatu veritas fidei quæreretur: hæc Iustinus: quibus verbis videtur citans hunc locum eum explanare de apostolis & martyribus qui totum orbem subegere, non bellando sed moriendo, sancti namque martyres nō arma cœpere vt bellarent, sed præbuere iugulum: & ita totum orbem ad fidem traduxere, quæ sententia mihi supra cunctas placet: hoc enim significatum videtur illo quoque oraculo, sicut vitulus ablingit in campis herbam viridem, ita oblinget populus hic populū qui super terram est: quod oraculum ORIG. in exodi cap. 17. & 18 homelia. II. indicat iuxta maiorum interpretationem significare, quod populus Dei non tam manu pugnabit & armis quæ lingua, & subiget orbē terrarū, & certè populus hic scripturæ, intelligi non potest de populo Iudæorum, pugnavit enim armis, quanquam precibus & oratione multas & luculentas retulit victorias, tamen de eo dici non potest, quod ablinxerit populū, qui super terram est. i. quod vicerit & duxerit omnes populos ad se, immo protritū & concitū à nationibus est: de apostolis & sanctis martyribus nostris maioribus hoc dictum est planè & apertè, qui non armis sed lingua oblinxerint omnes nationes, quæ sunt super terram & sibi incorporarint. CHRYS. tom. 5. in demonstratione quod Christus sit Deus, putat hac prophetia significari interituras omnes monarchias, & vnum quoddam Christi regnū propagandum. EVSEB. de præparatione euangelica lib. 1. cap. 1. & demonstratione euangelica lib. 9. cap. 17 hoc loco putat significari tempora aduentus Christi quibus summa pax toto terrarum orbe erat futura, quod factum est temporibus Augusti Cæsaris quibus Christus venit, idem sensit CHRYS. in cap. 6. Matthæi homelia. 20. & D. Hieron. quæ nō sepe cito quod omnibus

Locus scripturæ.

Summa pax in aduentu.

A omnibus est ad manum, & ORIG. contra Celsum lib. 2. & reddunt causam cur Dñs pacauerit totum orbē tempore aduentus Christi: quod nisi omnia essent pacatissima, non poterat orbis terrarum prædicationi apostolorum esse peruius: & cur hoc signum fuerit aduentus Christi, nimirum pax totius orbis terrarum. Ex hoc signo, cū ceteris alijs multis, probat ORIG. Christum venisse, & verum Christum fuisse, quod venerit eo tempore, quo pacatissimus orbis fuit set, quod signum nobis aduentus Christi per prophetas erat datum. THEODOR. etiam hæc & superiora eodem spectare putat, & esse vaticinia summæ pacis futuræ temporibus aduentus Christi, quæ fuit temporibus Augusti Cæsaris, cū venit Christus, quo tempore, imperiū Romanum omnia dissoluit regna, & Romani rerum sunt potiti: summa ergo pace fruebatur omnes, & non utebantur instrumentis bellicis, sed agriculturæ bonis fruebantur. Ego semper adhibendum puto, illum scripturæ Canonem, cū locus aliquis, multos sensus habere videtur, qui ad id de quo agitur, spectant: omnes illos significatos esse ab Spiritu sancto, vnde D. August. putat, sæpè vnus loci, multos esse literales sensus.

B

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Domus Iacob, venite, et ambulemus in lumine Domini: proiecisti enim populum tuum domum Iacob. Et nūc domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dñi: dereliquit enim populū suū domū Iacob.

AVGVST. in oratione aduersus Iudæos, cū docuisset domum Iacob, supra accipi spiritualiter, pro populo Christiano, hoc loco docet accipi pro domo Iacob secundum carnē, & esse sensum: O domus Iacob. i. o Iudæi, occidistis Christum in vestris parietibus, tandiu non credidistis, & contradixistis, habetis pœnitentiæ spatium, nūc venite, olim debuistis, sed nunc venite: docet inquam August. duplicem esse Iacob: Iacob secundum spiritum. i. populū Christianum, & Iacob secundum carnem. i. populū Iudæorum, quæ de re supra latius est dictum. Idem ait IVST. Martyr in dialogo aduersus Tryphonem, interpretans hunc locum, vbi querit, cur hic remittat domum Iacob, & supra dixerit: Ascēdamus in domum Dei Iacob, & subiicit, necesse esse duas hic intelligi domus Iacob, alterā secundum carnem, alterā secundū spiritum: Nec enim, inquit, par erat eandē, & vnam domū Iacob ad promissa admitti, & ad Dei hereditatem: & rursus repudiatam dici: Dereliquit enim populū suū domum Iacob. Et EVSE. Cæsariens. lib. 2. euang. demonst. ca. 37. hunc locum & sequentia explanat mirabiliter. AVG. de consensu euangelist. lib. 1. cap. 28. de Iudæis exclusis hoc explanat: Impletur, inquit, quod per prophetam prædictum erat: Remisit enim plebem suam, non quidem totam, quia multis ex Israëlitis credidēre in Christum, nam inde erant, & discipuli, & apostoli Domini, & multi qui in Christum credidēre. Lege eundem AVGVST. in Psal. 134. in illa verba: Quoniam iudicauit Dominus plebem suam. CYPRI. aduersus Iudæos lib. 1. hoc oraculo significari putat Iudæorum exclusionem, & quod Iudæi amissuri essent lumen Domini: & idem esse cum illo euangelij: Mundus cum non cognouit, & sui cum non receperunt: & cum illo: Dilixerunt magis tenebras, quàm lucē. Sic BASIL. D. HIER. CYRIL. PROC. Sed iudaizantes inuertunt loca, quæ exclusionem Iudæorum significant, vt illum: Non dimittam amplius peccata vestra: & illum: Non cessabit furor meus contra vos: & hunc: Dimisit populū suū, & reliqua quæ sequuntur oracula de Iudæorū exclusionem, sic enim hunc locū interpretatur Vatab. in cōmentarijs: Inuitat hoc loco Iudæos ad pœnitentiam, quasi dicat, ante hac perditē viximus, redeamus nunc in viam & expectantes Messiam, viuamus iuxta legem Domini, sed mittamus nostros, Iudæos tamen vrgebo verbis Theodoretī, & Procopij, quibus supra docuimus Iudæos vrgeri. Monserat Sion temporibus Esaia, & domus Dei Iacob: cur igitur dicit: Nouissimis temporibus erit? si duraturam dicis domum Iacob, falsa est prophetia, iacent omnia diruta, quas gentes præterea, quosue populos confluisse vides ad Iudæos? sed hæc prescius Euseb. & August. & Procop. & Theodoretus, cum huius capituli vaticinijs, Iudæos vrgerent, & premunt. Tantūm eum, qui è nostris hoc loco sententiam Iudæorum sequitur Augustini verbis in oratione aduersus Iudæos cap. 9. vrgebo: quibus ille Iudæos vrget, & interrogabo: Quænam est hæc domus Iacob? quam propheta ait esse à Domino dimissam, quid dices? quid respondebis? An hoc homo Christianus potes inficias ire? dimissam synagogam à Domino, in locum illius, catholicam ecclesiam esse susceptam? non inficias, inquit, nec enim homo Christianus

Christianus hoc posset diffiteri, sed dices, superiorem orationem ad tempora Efaia esse referendam. Cum superiora de euangelica luce sint dicta, & hic ia dicatur populus Iudaeorum exclusus, quo def lectis media? & cum omnibus doctoribus sacris pugnas? vt Iudaeis faucas? Nunquam enim legitur Iudaeorum populus exclusus, nunquam legitur dimissus, vt neque regem habeat, neque sacerdotes, neque sacrificia, neque prophetas, nisi post Christi passionem. Sed credo quidam e nostris volut nobis nota esse Iudaeorum deliria: legendus inquam AVGVVS. in oratione aduersus Iudaeos, praefertim cap. 9. vbi his vaticinijs refellit Iudaeos quibus, respodeat quicunque pro Iudaeis causam dicere parat.

D. HIERONYMVS.

Quia repleti sunt vt olim, augures habuerunt vt Philistijm, et pueris alienis adhaeserunt, repleta est terra eius argento, et auro, et non est finis thesauroru eius, et repleta est terra eius equis, et innumerabiles quadrigae eius.

PR'OCOP. in cap. 42. Efaia: semper, inquit, Propheta causam exclusionis, & occocationes Iudaeorum esse ait idolatriam, iuxta illud Mosis: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus: Contendant Iudaei, vt ipsis libitum fuerit Iudaeos non fuisse idolatras post captiuitatem Babylonicam, & libris Machabeorum abrogent fidem, & turbent, quae volent, en Lxx seniores tribus seculis ante Christi crucem, & eo amplius dimissum populum Israe'l vertunt, & exclusum, & vnam ex causis, & primam subiiciunt quod essent idolatrae, & dicendum est postea, vnum e signis aduentus Christi fuisse, quod eius temporibus casura essent idola, tam e Iudaea, quam ex alijs locis. Semper igitur vaticinijs de Christo & exclusione Iudaeorum, subiiciunt prophetae peccatum idolatriae, & alia crimina, vt appareat Iudaeos sua culpa tanta incurrisse mala. Eadem sententia est D. Hieronymi qui in commentarijs inquit, proiectum fuisse populum Iudaeorum quia repleti erant vt a principio, augurijs & somnijs, & cunctis idolatriae fordibus: sic BASIL. etiam CYRILL. nescio quo malo fato, siue a Latino interprete, siue a Graeculo aliquo, quibusdam locis Iudaicis fabulis est refertus, cuius rei coniecturam facio, quod fuerit apud me codex Graecus manuscriptus, clarissimi viri Diegi Furtadi Mendozae, vnde hic Latinus codex multis in locis discrepat, atque addit multa. sineret qui cunq; in hac re male meritis est de re literaria, syncere legi scripta diuina Cyrilli, quibus lectissima quaeque Efaia explanabatur, non omnia, quae nescio quis Iudaicis inserit fabulis.

Idolatrie crimen, vna ex causis exclusio Iudaeorum

Cyrilli commentaria Latina aduersus Iudaeos, nescio a quo

EVSEB. 2. lib. demonstrat. euangelic. cap. 37. vbi hunc locum explanat, docet etiam Iudaeos post passionem domini abiicisse idola. Sensus ergo huius loci est: dimissus est populus Iudaicus, quia repleta erat regio eorum: Iudaeorum scilicet, augurijs, vt ab initio, cum possidebatur a Canaanais, & infidelibus nationibus, & vt terra alienigenarum. i. plena erat Iudaea idolatria, vt terra nationum infidelium. Cur pro Palaestinis, Lxx. reddat alienigenas, alibi dicendum est latius. Tralationem D. Hierony. sic interpretabimur: Quia repleti sunt idolatria, scilicet Iudaei, vt olim cum ducti sunt captiui, & eos perdidit: augures habuerunt vt Philistijm. i. augurijs credebant, vt Palaestini infideles. Lectio Hebraea planius haec sonat.

Id est, quoniam repleti erant, subaudi, Iudaei, id est, plusquam antea, vel, cum ducti sunt ab Aegypto, & ab initio gentis, vel, plusquam antea. i. plusquam Cananai, quos expulere illis locis Iudaei, cum intromissi sunt in terram promissionis, vel, plusquam antea, cum ducti sunt captiui: nam, mi quidem, vox Hebraea, significat plusquam olim, plusquam priscis temporibus, plusquam ab initio, vt possis referre ad omnia quae dixi, & augurijs, supple, repleti erant. vt Philistaei. i. tam pleni erant augurijs, vt nationes idololatrae, & millies castigati, nunquam respuerunt, & exclusionis Iudaeorum

LXX. VIRI.

Quia repleta est, vt initio, terra eorum augurijs, vt terra alienigenarum, & filij multi alienigenae nati sunt eis, repleta enim est terra eorum argento, & auro, & non est numerus thesaurorum eorum, & repleta est terra eorum equis, & non fuit numerus curruum eorum.

A daeorum causa praedicitur a propheta. Notandum tamen, quod repetendum saepe est, prophetam hunc Efaiam, citare loca scripturae, & ea interpretari de prophetia illa de qua vaticinatur, & hoc loco citare verba illa cap. 23. Iesu Nauae: Quod si volueritis gentium harum, quae inter vos habitant, erroribus adherere, & cum eis miscere connubia, scitote, quod Dominus Deus vester, vos auferet, atque disperdet de terra hac optima, quam tradidit vobis. Quibus verbis scripturae explanatur optime hic locus quod Efaias causam reddit exclusionis Iudaeorum & vastitatis, quod voluerint gentium earum, quae inter illos habitabant, adherere erroribus, pleni idolatria, vt Palaestini, & vt idolatrae, cum quibus olim habitabant. & infra eodem cap. Iosue: sicut impleuit opere, quod promisit, sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat de terra hac optima, quam tradidit vobis, eo quod praeterieritis pactum domini, & serueritis dijs alienis. Vides quo pacto Efaias causam exclusionis Iudaeorum eandem dicat esse, quam Iesus Nauae praedixerat? pellendos esse ex Iudaea, quam illis traderat dominus, quod seruerint dijs alienis, & praeterierint pactum Domini: quae verba repetuntur Deuteronomij cap. 18. & 19. quo spectant verba sequentia iuxta tralationem Lxx. Et filij multi alienigenae nati sunt eis. i. quia ducebant vxores alienigenas foeminas: hoc enim dixerat Iesus Nauae cap. 23. si volueritis gentium harum, quae inter vos habitant, erroribus adherere & cum eis miscere connubia, scitote quia Deus auferet vos de terra hac optima. Ait ergo Efaias pulfos esse Iudaeos suis sedibus, & exclusos a Domino, quod cum alienigenis connubia miscuerint, vt praedictum erat a Iosue, & a Mose. THEOPHY. in cap. 8. Ioan in ea verba: Vnum patrem habemus Deum, ait, ex adulterio multos eorum pro creatos, nam foeminae Hebraeae miscbantur alienigenis, & viri Hebraei concumbebant cum foeminis alienigenis: & tralatio quidem Lxx virorum ad vtrumque spectat: Filij multi alienigenae nati sunt eis, siue, quod foeminae Hebraeae miscbantur alienigenis, siue, quod viri Hebraei concumbebant cum foeminis alienigenis, & eas ducebant vxores. Tralatio D. Hieronymi magis spectat ad foeminas quae miscbantur cum alienigenis. Pueris alienis adhaeserunt. i. foeminae coierunt cum pueris alienigenis. i. cum filiis alienigenarum nationum. Et vtrumque conuenit cum Hebraea lectione:

conglutinati sunt, vel, conglutinatae sunt, peregrinis ad pueros Et tae sunt, referri enim potest ad viros, & ad foeminas. Conglutinate sunt foeminae viris peregrinis, vel, conglutinati sunt viri foeminis peregrinis. ad pueros, supple, procreandos, & filios: sensus ergo est: Vastatam Iudaeam, & exclusos Iudaeos, quod completa sint haec vaticinia, quibus praedictum erat pellendos suis sedibus, si erroribus idolatrarum adhaesissent, & cum eis miscuissent connubia, & seruisissent dijs alienis, & abiissent post argentum, & aurum, quod multis alijs scripturae locis veritum erat. P. R. O. C. sic hunc locum explanat: THEODOR. etiam his verbis: Idolatria, & idolorum crimen obijcit Iudaeis, & quod filios procrearent ex alienigenis, & quod aceruarint diuitias, & quod contra legem facerent, lex enim diuina haec omnia vetabat, equis fidere, & diuitijs, ne proprijs viribus fiderent, sed semper spectarent diuinum auxilium.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et completa est terra eius idolis, opus manuum eorum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum: et incuruauit se homo, et humiliatus est vir, ne ergo dimittas eis.

Et repleta est terra abominationum manuum eorum, & adorauerunt, quae fecerunt digiti eorum: & incuruauit se homo, & humiliatus est vir, & non dimittam eos.

His verbis eadem dicuntur, & repetuntur, quae superioribus verbis erant praedicta, dicitur enim vastitatis & exclusionis Iudaeorum esse causa, crimen idolatriae, qua de re satis multa diximus superiore commentario. CYPRIA. haec sic legit: Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo & humiliatus est vir, non laxabo eis. Nam epist. 7. ad Ephetum fratrem, his verbis similibusque admoneri nos quoque putat, vt si ingruant omnia in nos cruciamenta, perstemus forti animo, & illud cogitemus, multo maiora nos expectare supplicia, eaque sempiterna, si vincamur minis, aut supplicijs ab infidelibus nationibus, cum dicat Do-

Mos Efaia in citandis testimonijs veteris testamenti.

Cur Iudaei exclusi ab ecclesia, & suis sedibus pulsi

Iudaei idolatra.

cat Dñs sacrificans dijs, eradicabitur, sed soli Deo: & Esaias: Adorauerunt deos quos fecerunt A digiti eorum, & curuatus est homo, & humiliatus est vir, non laxabo eis. Et in APOCALYP. quoque legimus iram domini comminantis & dicentis: Si quis adorat bestiam & imaginem eius, accipiet notam in fronte sua, & in manu, bibet & ipse de vino irae dei, punietur igne & sulphure in oculis sanctorum angelorum, & sub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet, nec habebunt requiem die ac nocte. & sermone, 5. de lapsis hoc idem multò apertius TERTVL. An non pleni spiritu sancto (inquiens) propheta iustorum praesuras praedicauerunt & iniurias gentilium? an non fidem nostram armauerunt? & Dei seruos caelesti voce corroborauerunt? an non iram diuinè indignationis ostendunt, cum dicunt: Adorauerunt eos &c. non laxabo illis: & in euangelio, negantibus aeterna supplicia, confitentibus sempiterna praemia promittit? A. V. G. V. S. de consensu euangelistarum lib. 1. cap. 28. vbi citatur bona pars huius capituli, sic legit hunc locum: & explanat CYRILL. videtur Dñs indignari vehementer, quod homo suam naturam tanta affecerit contumelia, vt cum ad dei similitudinè sit factus, se prosternat lapidibus, & foedissimis vitijs, vnde artifex indignatus ait Incuruatus est homo, deiectus est vir, non dimittam eos, immutabilitatem diuinæ irae ostendit, quòd diuinam maiestatem offenderint, & quòd suam naturam foedauerint, sic etiam explanat D. BASIL. & THEODO. lege EVSEB. demonstrat. euangelicæ lib. 2. cap. 37. Hebraicè tamen est vt vertit D. Hieronymus: ne dimittas eis, sed cum Lxx viri non verbum verbo reddant, sed scripturæ sensu exprimant, quo planior esset intellectus, ad primam personam transfulerunt: nam cum propheta docuerit, qua causa Iudaei à Deo fuerint repudiati, quòd dñm prouocauerint ad iram idolatria, auaritia, legirupio: subiicit propheta: ne ergo dimittas eis quæ non est precatio, vt ANACLET. papa epist. 3. tom. 1. conciliorum docet, sed vaticiniū: huiusmodi orationes non optantis animo, inquiens, sed prophetantis mysterio denūciantur. Hoc idem Lxx viri omnium antiquissimi scripturæ sacræ commentarij & scholiastæ docent sua breui paraphrasi cum pro, ne dimittas eis, quòd D. Hiero. reddidit Hebræe lectioni conuenienter ipsi edidit, non laxabo eis: quid enim aliud præ se ferunt hac interpretatione, scilicet quòd diximus, quoties huiusmodi orationes quæ videntur esse precantium, in literis sacris inueniuntur non esse orationes precantium sed prædicantium quòd futurum est: docueruntque sic orationes similes esse explanandas: dorsum eorum semper incurua: & episcopatum eius accipiat alter, relinquitque huius notæ. HILARI. in Psalm. 121. Israël à Domino de Pharaone vindicatus, in mari ablutus, in deserto angelorum cibo pastus, in lege eruditus, in prophetis obiurgatus, in natiuitate à Domino per consortium corporis susceptus: in cruce (si crederet) saluatus, in resurrectione, si cõfiteretur glorificatus: nihil horum admisit, habens manna, cucumeres de sideraui, legem à Deo expectans, vitulum adorauit, prophetas audiens, occidit: virginis partum prophetatum sibi, infamauit, Deum in carne non credidit, peccati remissorem, falsi peccati reum arguit, emit ad mortem, in cruce sustulit, testis resurrectionis ad silentiū corruptus, apostolos, & fideles morte multauit, ob hæc (inquam) animo prospiciens propheta, meritisimo repudiatum Iacob secundum carnem, & quòd idolatra & auari, & legis transgressores essent, dixit: Ne dimittas eis, quòd Lxx interpretantur. i. non laxabo eis.

Ingratissimi Iudaei, ideo repudiati à Domino.

D. HIERONYMVS.

Ingrederet in petram, abscondere in fossa humo, à facie timoris Domini, et à gloria maiestatis eius.

D. BASIL. intelligit hanc esse alteram adhortationem illi similem: Venite ambulemus in lumine Domini, quòd nemo sit adeò scripturæ contemptor, vt putet eam suadere vt à facie timoris domini, nos abdamus in speluncas, & rupium caernas, cum dictum sit, quòd ibo à spiritu tuo? & cum rursum dicat, si se abscondant in Carmelo, illinc assumam eos: si fugerint in mare, illic mandabo draconi & mordebit eos: lubet igitur dominus vt se abscondant in caerna petrae, in qua positus est Moses, vt videret dominum. i. in ecclesia, quòd hæc Iudæis & gentibus sola fuga malorum sit, vt se abscondant in fossa humo. i. vt per sacrum baptisma conspeliuntur Christo vt simul cum illo resurgant, & simul cum illo coelum ascendant, & regnent cum surrexerit dominus confringere terram. i. excutere

LXX. VIRI.

Et nunc ingredimini in petras, & abscondimini in terram, à facie timoris Dñi, & à gloria fortitudinis eius quando surrexerit frangere terram.

A. i. excutere ex nobis quicquid terrenum est, & de Petra pro ecclesia & pro Christo multa in scriptura ait esse testimonia. Solus CYRILL. ad captiuitatem Babylonicam refert, sed dixi mihi hoc vehementer esse suspectum, quòd Cyrillus, nugis nescio cuius Iudaizantis est adulteratus. P. R. O. C. O. P. eadem scribit quæ Basilii: vna, inquit, fuga malorum est si ingressus fueris in protectione Petrae, in firmamentum fidei in Christum, vbi Moses est positus, visurus Deum, & terra nos iubet occultari, vt sepeliamus nos per sacrum baptisma, vt simul conspeliuntur domini confringentis terram. i. terrenum hominem, vt habeamus vitam spiritalem cum Christo, quam nulla res terrena retardet. THEODO. hæc ad exercitum Romanorum refert his verbis, per hæc Romanum bellum post crucem domini vaticinatur: cum enim aduenisset exercitus Romanorum, in speluncas plurimi & caernas rupium se abdebant: & quando concessu omnium veterum patrum euentus est optimus scripturarum interpret, dices hanc Theodoretum interpretationem esse verissimam ex IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 49. & alijs locis vbi leges Iudæos præ metu se abdidisse in caernas, & cryptas, & in sepulchra, & illic à Romanis esse interfectos ac contrucidatos, vt non male putarit Theodoretus, præsignificatum hoc loco, fore, vt Iudaei metu malorum se abderent in caernas, defossamque humum, nam semper ille canon est adhibendus, cum propheta imperare aut precari videntur quæ sunt futura, non imperare nec precari, sed futura prædicere. EVSEB. demonstrationis euangelicæ lib. 2. cap. 37. vbi hæc omnia explanat, his verbis quæ sequuntur: Quando surrexerit Dominus frangere terram, significari putat, terram Iudæorum, & domini resurrectionem, quòd post domini resurrectionem conterenda & confringenda erat terra Iudæorum, vt factum est: itaque Euseb. totum hoc caput de temporibus Christi interpretatur, & hunc locum de resurrectione domini & Romanorum exercitu cum THEODO. TERTVL. de resurrectione carnis cap. 17. hoc ad diem iudicij referre videtur & aduersus Marcionem lib. 4. cap. 47. & locis supra citatis, ad vastitatem Iudæe inuectam à Romanis post crucem domini: itaque vnus & idem Tertullianus hunc locum, modo ad diem iudicij, modo ad vastitatem Iudæe refert, ne quis miretur quosdam sacros doctores multa ex hoc capite ad diem iudicij retulisse, alios ad excidium Hierosolymorum, & vt intelligas rectè hoc fieri posse, Audi quid LACTANTI. lib. 4. cap. 26. dicat, quæcunque passus est Christus, & quæ fecit, habuere figuram & significantiam magnam, valere quidem in praesens, sed declarauere aliquid in futurum: vt aperuit caecorum lumina, & hoc factum significauit, se orbis terrarum illuminaturum pectora, luce sapientiae, qui ignorantiae tenebris circumfusum erat, surdos fecit audire, sed hoc factum significauit orbem, qui vsque ad illa surdus fuerat, auditurum diuinas voces. & sic multa explanat Lactantius & multis exemplis vtitur, quæ repetere non est necesse: in his enim versatur omnis sanctorum patrum cura, cum explanant sacras litteras. Ergo ad hoc exemplum arbitror, literalè sensum esse, quem supra scripsimus de vastitate inuectam Iudæis à Christo per Romanos, vbi apostolos, & fideles seruauit, perdidit infideles Iudæos, & expulit à se, & ex patrie terminis, qui typus & umbra fuit iudicij vltimi, quo recipiendi in aeterna tabernacula sunt boni, perdedi mali: & hæc his verbis à propheta dicta sunt, vt vtrunque sensum reddant: docent enim veteres patres, quòd infra dictum est, verba scripturæ quòd sint verba spiritus sancti, sepe duos & tres, & plures literales habere sensus. Neque reperies doctores sacros tantum duos literales sensus de scriptura dare, sed apostolos etiam et euangelistas, qua de re lege quæ scripta sunt in illud cap. 53. Verè languores nostros ipse tulit: quem locum alius ad terrena refert, alius ad caelestia: quibus similia multa hoc opere reperies. Verba autem illa: Quando surrexerit dominus frangere terram, subaudita sunt à Lxx viris per zeugma ab inferiori, quòd hæc verba postea dicuntur à propheta in fine totius sententiae, vt sunt in translatione D. Hieronymi qui hæc omnia conuenienter Hebræe lectioni reddidit, Lxx viri, non tam tralatores quam scholiastæ, & commentarij hæc verba posita in fine sententiae ad singula referunt per zeugma ab inferiori, vt diximus, vt singula futura dicat: Cum surrexerit dominus, & vindicauerit Iudæos in ipso Romanorum exercitu. Citantur hæc verba APOCALYP. ca. 6. vbi in fine cap. dicitur: Principes tribuum diuites absconderunt se in speluncis, & sub petris montium, & dicunt montibus, & petris: Cadite super nos, abscondite à facie sedentis super thronum. & cap. 9. Apocalyp. & ad vtrunque referri possunt, quanquam præcipue spectent ad diem vltimum iudicij, non conuenient male vastitati Iudæe: quærent enim homines mortem, & non inuenient eam.

que à christo facta sunt, alia sensu literalis significasti.

Lxx. viri scholiastæ.

cam. Tantus enim fuit terror Domini punientis Iudæos per Romanos, post passionem Christi, ut præoptarint mori, & mors fugerit ab eis. Quod enim D. Ioan. dixit fore, ut se abderet in cavernas montium, historia prodit, in vrbiu cryptas & sepulchra se abdidisse, & vrbs Hierosolyma sita erat in quatuor collibus seu montibus, ut constat ex IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico. Neque mirandum est, si D. Ioannes vaticinatus fuerit Hierosolymorum vastitatem: leges enim apud LACTANT. lib. 4. de vera religione, & sapientia cap. 21. Petrum & Paulum Iudæorum excidium fuisse vaticinatos, cum Romæ essent.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Oculi sublimes hominis humiliati sunt. Nam oculi Domini sublimes, at

Q uod D. Hierony. vertit: Oculi sublimes hominis humiliati sunt. Lxx. viri vertere: Oculi Domini sublimes, at homo humilis: v-

trunque significare potest lectio Hebræa: quæ sic ad verbum reddi potest: Oculi sublimitatis, vel, oculorum sublimitas, homo humilis: Lxx, cum de

Deo sermo esset, subaudiuere Dei, ut esset: Oculorum Dei humilis homo sublimitas Oculorum

sublimitas, vel, oculi sublimitatis Dei, homo humilis: & sic עיני גבהות אדם שפל

reddidère, pro: oculorum Dei sublimitas, homo humilis, oculi Domini sublimes, at homo hu-

milis, si nihil subaudias, erit lectio D. Hieronymi: oculorum sublimitas hominis humiliata est, pro quo D. Hieronymus reddidit: Oculi sublimes hominis humiliati sunt. THEODOR.

Qui Domino illudebant, inquit, cum dicerent: prophetiza nobis quis te percussit? & induen-

tes eum coccinis, & per ludum iocumque salutantes nomine regio, & insolenter insultantes tanquam alios saluos fecerit se non saluet, intelliget experientia naturarum differentiam, quod

altissimus Deus, excelsi eius oculi, homo, terra, & cinis. Vnde sic explanabitur tralatio D. Hieronymi: Oculi hominis. i. oculi hominum insultantium Christo: frequentissimum enim est

Hebræis frequenter singularis, pro pluribus usurpatur.

apud Hebræos singularem numerum vsurpare pro plurali: Oculi ergo sublimes, & arrogantes Iudæorum Christo insultantium humiliati sunt à Romanis, & protriti, & omnibus ignominijs affecti. C Y R I L L. Docebit experientia in die illa hominem esse humilem, Deum excelsum. B A S I L. Nihil eorum quæ fiunt latet eum, qui è sublimi despectat, eius oculis subie-

ta sunt omnia, homo autem humilis est. P R O C O P. Iussit nos Deus fuga petere petram. i. Christum, & ne putes hanc fugam à facie domini corporis esse & pedum, subiicit propheta: à

summo cæli vertice Deum humana omnia contemplari, sublimes esse eius oculos, qui omnia vno obtutu lustrent, hominem esse humilem & abiectum: & cum hoc dixerit iubet, inquit Procopius, ut te recipias in cavernam, ut res ipsa te cogat ad spiritualem sensum transcendere, nam aliter qui conuenit dicere: Nihil Deum latet, & postea iubere ut fugiamus in cavernas? Quid enim iuuat fugere in cavernas, si nihil Deum latet? T E R T V L L. in lib de præscript. aduersus Hæreticos: Oculi, inquit, Domini alti. i. homo in faciem, Deus in præcordia contem-

platur, & ideo cognoscit qui sunt eius, & plantam, quam nõ plantauit pater eradicat, & primos facit nouissimos, & palam in manu portat ad purgandam aream. Dixi centies EVSE. Cæsariensem lib. 2. demonst. euangelicæ cap. 37. hæc referre ad vastitatem Iudææ inuectam à Romanis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et incuruabitur altitudo virorum, ex

altabitur autem solus Dominus in die

illa: dies enim Domini exercituum, su-

per omnem superbum et excelsum, et

super omnem arrogantem, et humili-

abitur, et super omnes cedros Libani sub-

limes, et erectas, et super oëis quercus

Basan, et super omnes montes excelsos, et super omnes colleis ele-

uatos, et super omnem turrim excelsam,

et super collem

Et humiliabitur altitudo hominum,

& exaltabitur Dominus solus in die

illa: dies enim Domini sabbaoth,

super omnem arrogantem & super-

bum, & super omnem excelsum &

sublimem, & humiliabuntur, & su-

per omnem cedrum Libani excel-

sarum & sublimium, & super oëm

arborem glandis Basan, & super

montem excelsum, & super omnem

A et super omnem murum muratum, et super omnis nauis Tharsis, et super omne quod visus pulchrum est.

collem excelsum, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum excelsum, & super omne nauigium maris, & super omnem aspectum nauium pulchritudinis.

THEODOR. hæc omnia putat esse vaticiniu vastitatis Iudææ vniuersæ, & EV-

SEB. Cæsari. li. 2. cap. 37. si attentè legas, eodè refert, & CHRYS. in demonst. quod Christus sit Deus: cum explanat illud: Exaltabitur super oës colleis, eodè videtur spectare: planius tamen

multè Theodor. prædici ait, Romanos non solum homines consumpturos ferro, & igni, sed agros esse depopulatos, arbores succifuros, turris altiss. & arceis editiss. deiecturos, clauis-

ros omnia maria, ut non sit locus aut comætabus, aut mercaturis, quæ omnia post crucem Dni simul Iudæis euenisse ait Theod. in ea vastitate quam Iudæis inuexit Vespasianus, vbi neq; ca-

ni erant, inquit, verendi, neq; gentis splendor, neq; opu claritas illis proderat: quin & paupes potentibus, & adolecentes senibus illudebant, quod ipsi Dno illuserant. Et quando euen-

tus est optimus scripturarum interpres, qui contulerit cum hoc vaticinio historiã Iosephi, nullo alio egebit commentario: nã quod hic dicitur: Curuabitur altitudo virorum, apud IOSEP. factum reperies de bello Iudaico li. 2. cap. 25. in fine, & cap. 26. & 27. vbi optimates Iudæorum

virgis cæduntur, cruce afficiuntur, ut ipsi Dnm flagris ceciderant, cruce affecerant, occiduntur innumera Iudæorum milia. eodem lib. cap. 34. & sequentibus capitibus, illuduntur, torquentur, cruce suffiguntur. & lib. 4. de bello Iudaico cap. 17. 18. 19. sed lib. 5. de bello Iudaico cap. 18.

tot milia Iudæorum nobiliu cruce afficiuntur, ut iam nec in agris locus esset crucibus, nec ligna suppetere facienda crucibus, lib. 6. in fine: vaneunt vilissimo precio, trucidantur per vias, ducuntur captiui, ut ducantur in triumphu, ut in theatris obijciantur laniandi feris, & pabulu

præbeant belluis immanibus, Ita quæcunq; in Dnm edidère, passi sunt miseri Iudæi, ut Dnm humiliauerit, & affectere ignominia, sic ipsi humiliati sunt, & omnibus affecti ignominijs, cum

nobilissimi quique per vias cædebantur fustibus, plagis, cruce afficiebantur, obijciebantur pabulu feris. Exaltabitur Dns in die illa, quo enim tempore subuersa Iudæa est, & impij Iudæi im-

manis illius flagitij, quod edidère in Christum, luere pœnas, cum nationes infideles intelligerent completa vaticinia, quæ legebant in tralatione Lxx virorum Græcè, propterea quod Græcè

legebatur in omnibus ferè gentibus: ut pro Archia Cicero ait, & prædicatores euangelij gentibus ostendebant prædicta, quæ ipsi suis oculis legebant, & legi audiebant in Iudæorum syna-

gogis: habitabat enim Iudæi inter nationes, & omnibus in synagogas patebat aditus, & eodè mittebantur à nostris, ut ea audirent, & completa videbant: res enim erat tam manifesta, ut ne ipsi

quidè Iudæi, auderent diffiteri, cum Iosephus satis apertè id fateatur, ut supra diximus in illud cap. 1. Manus vestre plene sunt sanguine: cum vidit ergo vniuersus orbis prædictiones prophetarum de vastitate Iudææ, si Christu non recepissent, & reru euentus, ut infra etiam latius est dicendū, vniuersus orbis cõfluxit ad ecclesiã, & solus Christus est exaltat' toto orbe: ruere enim

omnes dij gentiu, & ita hunc locum explanat AVGVST. de consensu Euangelistarum. lib. 1. cap. 28. Dies enim Dni exercituum super omnem superbū, & excelsum, super omnem arrogatē, & hu-

miliabitur, vel, ut vertere Lxx: humiliabuntur, ut ad omnes Iudæos referrent. Eiusdè sententię vaticiniu est, quam diximus ex Theodor. & August. & Euseb. & Ioseph. Et super cedros Libani sublimes & erectas, super omnes quercus Basan, super oës montes excelsos, super oës colles

eleuatos. Vaticiniu hoc est, ut supra diximus ex Theodor. vniuersa Iudææ vastitatis, & depopulationis arboru, syluaru, montiu. Leges historiã apud IOSEP. de bello Iudaico, cum alijs locis multis, tū li. 3. cap. 4. vbi describitur Iudæa, & describuntur duæ prouinciæ Galilææ, tã arboribus consista, tam amœnæ nemoribus, vinetis, oliuetis, ut vix vlla pars foli nuda esset, vbi

mentio Libani est, Carmeli, & aliorum montiu, quæ omnia ita vastata sunt, ut prorsus nudum solum manserit, quæ omnia ibi describuntur à Iosepho, & 1. cap. lib. 6. & à DIONE Nicæo in

vita Adriani, proditum est vniuersam Iudæam bello & incendio vastam esse relictam: si ergo hoc loco Libano, & montibus, & arboribus minatur, & reru gestaru historia narrat, post crucē Dni arbores succifas, montes in vastitatē reductos, qui arboribus vinetis, oliuetis erāt amœnissimi, & qui mira arboru proceritate vernabāt, quã aliã quæ ramus interpretationē, q̃ Theodo. qui hæc sic explanat, & ipsius euentus, qui, ut veteres docent, est optimus scripturæ interpres.

vastitas Iudææ.

E Super

Super omnem turrim excelsam, & murum munitum . vt aliud nihil legas, quam cap. 43. lib. 6. A de bello Iudaico, intelliges turres & arces, quę viribus humanis capi non poterant, captas esse: vt Vespasianus fateatur, non humanis opibus, sed ira Dei tantum illa capi potuisse, vt mittam dicere, quod proditum est à Dione, quinquaginta vrbes munitissimas Iudę fuisse subuerfas ab Adriano, & vicos celeberrimos nongentos octoginta quinque: & tēporibus Vespasiani, te docebit Iosephus, munitissimas Iudę vrbes fuisse subuerfas. Super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrū est: host postremum: Super omne quod visu pulchrū est, Lxx viri videntur interpretati in nauigijs. f. quod enim de nauibus sermo erat in his verbis: Super omne quod pulchrū est, videntur subaudijsse in nauibus. f. & ita verterunt: super omnē aspectum nauium pulchritudinis, aut, vt verteres melius: super omnem speciem, vel spectaculum nauium pulchritudinis: Huius rei mentionem, non memini me legere, tamen ex Dione in vita Adriani intelliges, non solum aduersus Romanos surrexisse vniuersam Iudęam, sed confluisse vndiq; ex omnibus orbis partibus Iudęos vniuersos: & necesse erat nauibus confluisse, nam varijs partibus orbis habitabant, & tanta Iudęorū vis confluit (vt auctor sit Dion) perterrefactum fuisse orbem terrarum, & Romano imperio magnum incellum fuisse timorem, vt recte THEOD. sit interpretatus de nauibus Iudęorum, & de comteatu intercluso Iudęis, melius tamen interpretaturus de classe pulcherrima, qua ex omnibus partibus orbis, infinita Iudęorum manus affluebat, quę toti terrarum orbi metum ingentem incussit: Cū enim in vastitate, quam importauit Iudęę Vespasianus, Iudęi sint deliti: pauperum tamen multa milia liberi abire quod vellēt, sunt permisi, & plurimi relictī per vrbes, plurimi ducti captiui: foeminae tamen, saluę relinquebantur, aut captiuę ducebantur: & quod foeminae Iudęę sterilitatem pro maximo crimine esse putabāt, de vno Iudęo multę suscipiebant sobolem, ne steriles essent, & sic intra paucissimos annos, tanta erat Iudęorum multitudo, vt non viderentur vnquam vllam accepisse cladem, quę omnis multitudo surrexit aduersus Romanos, vt Iudęam recuperare t, & instauraret templū, & vrbes Iudęę, super quę omnia Dominus fuisse dicitur, quia ipse Dominus infrā dicit: Per me hęc facta sunt vobis: Dominus enim resurgens, contriuit Iudęos, primū per Vespasianum, postea per Adrianum, vt ait EVSEB. Cæsarien. lib. 2. demonstrat. euang. cap. 37. alij tamen patres hęc omnia, de die iudicij interpretantur, quos sequitur Innominatus, qui tom. 2. Chrysof. vnā cum D. Chrysof. circumfertur in cap. 8. Matth. ho. mil. 23. hęc postrema verba de die iudicij interpretatur, vbi nauim maris omnem ecclesiā hereticorum, dictam putat, quod lenocinijs verborum, quas picturas propheta appellat, multitudini fucum faciunt: alij allegoricē hęc enodant. PROC. Vsurpat, inquit, scriptura in vniuersum naturas animantium, & arborum, aliarumq; rerum formas, ad exprimendos varios hominum mores: sic per cedros, quę præter ceteras, procera arbor est & infrugifera, significat homines superbos, & infructuosos, & homines quacunq; ratione tumidos, & arrogantes, & dæmonas, qui elationis fuere principiu, vnde: Confringet Dominus cedros Libani. Per quercus, duos homines, qui vitijs obduruere, qui glandibus porcorum, pabulo pascuntur: vnde quercus Basan dicuntur. i. confusionis, & pudoris: id enim significat vox Hebręa Basan. Nates aspectu pulchrę, leues homines appellantur, qui comam calamistris crispant, qui vultum comunt, qui se picturant: His enim, inquit PROC. minatur Dñs, non nauibus. Illud verò: Super omnem montem excelsum, super omnem collem: aduersum dæmonas, & eius membra, superbos & arrogantes dictum putat: vt sit sensus, deiecturum Dominum omnem dæmonū potestatem, & superbos, & insolentes omnes. Ait quoq; posse sic explanari hunc locum: Dominum, cū resurrexerit secundum carnem, superaturum reliquos prophetas omnes, celestis omnes intelligentias, superlacione glorię suę: magni namq; montes propheta, apostoli, & turres magnę, & validi muri sunt: Ad Christi verò comparationem, nemo illorum aut potens, aut sapiens, cuius ad comparationem secundum carnem; Moses ἰσχυροφύλακος βραδύλογος .i. gracillimę vocis est, & balbus: Abraham puluis & cinis: obscurantur in splendore glorię Christi secundum carnem, vt in fulgentissimo sole reliqua lumina.

Rebellant Iudæi aduersus Romanos.

D. HIERONYMVS

Et incuruabitur oīs sublimitas hominis, et humiliabitur altitudo virorū, et eleuabitur Dominus solus in die illa.

Et humiliabitur omnis homo, & cadet altitudo hominū, & exaltabitur Dominus solus in die illa.

IRE.

A IRENAE. lib. 4. cap. 67. Significatur, inquit, his verbis, quoniam post passionem, & assumptionem, omnes qui contra Christum fuerunt, sub pedibus eius subiciuntur à Deo, & ipse Christus super omnes exaltabitur, & nemo erit qui iustificetur, aut comparetur ad eum. THEODOR. Tempore Vespasiani, inquit, cadet omnis splendor dignitatum Iudęorum, nō erunt verendi cani, non opum splendor quidquam eos iuuerit, flagris cadentur, & illudentur Iudęi, & eo tempore magis clarescet gloria Christi: Sed mea sententia, tralatio Lxx, quam nihil discrepat à tralatione D. Hieronymi, spectare videtur ad lapidem Danielis, qui contriuit omnia regna, & creuit in montem magnum: sic enim vertere: Humiliabitur omnis sublimitas hominis. quod omne regnum videtur significare humiliandum: & cadet altitudo virorum, regum, & principum: nam Romani confregere omnes reges & principes, & postea ipsi cecidere. Et eleuatus est Dominus in die illa. i. creuit in montem magnum: sic videtur CHRYSOS. intellexisse tom. 5. in demonstrat. quod Christus sit Deus: & eodem modo explanat verba illa: Concident gladios in vomeres, & exaltabitur super omnes colles: præsidebit, inquit, orbi, multa cum pace Christus: interibunt principatus multorum, & monarchiæ, vnum quoddam regnum propagabitur in pace: & subijcit, hęc omnia fuisse completa, nam Christo adueniente, omnia regna dissoluta sunt, & bella conqueuere: nam pauca quędam bella, quid ad crebra illa, & continua, quę olim gerebantur? TER T. aduersus Marcion. li. 4. hęc de vltimo iudicio explanare videtur, & minas esse putat aduersus diuites: & sic interpretatur: Humiliabitur homo, vtiq; exaltatus diuitijs, & inhonorabitur vir, vtiq; ob substantiam honorabilis. Lege AVGVST. lib. 13. contra Faustum Manichæum cap. 9.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et idola penitus conterentur, et introibunt in speluncas petrarum, et in voragine terra, a facie fortitudinis Domini, et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

Manufacta omnia abscondent inferentes in speluncas, & in scissuras petrarum, & in foramina terrę, a facie furoris Domini, et a gloria fortitudinis eius, quum surrexerit confringere terram.

AVGVST. de consensu Euangelistarū lib. 1. cap. 28. sic explanat hunc locum: Dixerat Propheta, dimissurum Dominum plebem suam, non quidem totam, quia multi ex Israëlitis crediderant, & indē erant apostoli & discipuli Domini: addiderat idem Propheta, humiliaturum Dñm omnem superbum, & inuiosum, vt ipse solus Dñs exaltaretur. i. solus altus & potens, hominibus manifestaretur, donec projicerentur à credentibus idola, & a non credentibus absconderentur, cū eius timore terra confringitur. i. terreni homines timore franguntur, timendo leges, vel ipsius, vel eorum, qui credentes in eum, gentibusq; imperantes, talia lacrilegia prohibebant. Ergo August. hęc verba explanans, docet significare prophetam deiecturum Dñm per principes & reges idola. Et idololatrias: abdituros idola in speluncas, & hoc fuisse signum aduentus Christi, quod eius tempore prædictum erat casura idola, & contereā, quod plurimis verbis docet EVSEB. præparat. euang. lib. 1. cap. 1. Idem EVSEB. demonstrat. euang. lib. 2. cap. 37. vbi huius cap. partem bonam explanat: significare ait, prophetam his verbis tempore aduentus Christi, Iudęos, & reliquas nationes, abiecturos idola, & discessuros ab idolatria, quod factum esse videmus. Quo loco nota, quod suprā diximus, veteres esse authores, Iudęos vsque ad tempora Christi fuisse idololatrias, quod suprā dixit Esaia, & testantur libri Machabæorum, quod quę hoc loco scribit Eusebius. Negat Iudęi, quid ni homines mendacissimi? vtuntur euangelij testimonio, quod nunquam Dominus hoc illis crimen obijciat: quasi verò Dominus omnia illis obijciat crimina, neque enim necesse erat idololatriam reprehendere, quę sub ipsum Domini aduentum erat ruitura, ea reprehendit Dominus, quę nobis erant futura exemplo, vt nos ea quoque precaueremus: sed negabit aliquis interpretationem Lxx conuenire cum lectione Hebręa: sic enim solent Lxx virorum eleuare fidem, & sententiam sanctorum de intellectu scripturarum labefactare: Lege cōiunctim interpretationē D. Hieron. & eandem sententiam efficies. Idola penitus conterentur, & introibunt in speluncas petrarū, supple, idola, & in voragine terrę. i. deportabūt in spelūcas, vt ibi abscondantur. Itaq; D. Hier. lectionem Hebręā

Casus idolorū, signū aduentus Christi.

Indet idolatrię vsq; ad Christi

E 2 ad ver-

ad verbum reddidit: Lxx viri, CCC. annis ante crucem Christi sic interpretantur, vt postea A
 euenisse videmus. & sic AVG. & EVSEB. hoc loco vrgent Iudæos; & nationes, quod videant
 prædictum casura idola, & abscondenda ab idolatris metu regum, in speluncis: & videant o-
 mnia hæc vaticinia completa, & tamen perfricent frontem, vt impij sint. Et idem AVG. con-
 tra Faustum Manich. lib. 13. cap. 9. cum verba hæc propheta recitasset, subiunxit: Dicit Genti-
 lis, non credo prophetis, & quomodo hoc dicit gentilis? certè qui negat se credere prophe-
 tis, aliqua idola abscondit in specu, aut cauerna terræ: aut aliquem amicum scit hoc fecisse, à fa-
 cie timoris Domini, qui per reges terræ, secundum eandem prophetiam sibi seruietes, seu-
 rissimis legibus terram confringit. i. terreni hominis frangit audaciam: quomodo ergo dicat:
 non credo prophetis, cum in seipso completum fortè cognoscat, quod olim prædictum est à
 prophetis, & postea subiicit: Quis tam demens est, vt hæc non videat? quis tam impudens, vt
 hæc se videre dissimulet?

D. HIERONYMVS.

*In die illa projiciet homo idola argenti
 sui, et simulacra auri sui, quæ fecerat
 sibi, vt adoraret talpas et vespertilio-
 nes: et ingredietur scissuras petrarum,
 et in cauernas saxorum, à facie formi-
 dinis Dñi, et à gloria maiestatis eius,
 cum surrexerit percutere terram.*

TERTVLL. lib. aduersus Iudæos, cap. 1.
 de claritate gentium in Christo Iesu, hoc testimonio Esaiæ, premit Iudæos: Cum signum
 inquit, aduentus Christi hic detur proiectione idolorum, & Hierosolymorum subuersio, re-
 cognoscant Iudæi mala quæ passuri præcinebantur post aduentum Christi, ob impietate qua
 eum despexerunt & interfecerunt: nam ex quo die proiecit homo. abominamenta sua. i. ex
 quo gentes dilucidato pectore, per Christi veritatem proiecere idola, videant Iudæi, quæ ipsi
 tulerint, & intelligant completa esse vaticinia. Eadem repetit idem TERTVL. lib. 3. aduersus
 Marcionem: vt ad vtrunqueretulerit hanc partem Tertull. & ad iudicij diem, & ad Christi
 tempora, qua ratione dictum est supra. AVG. vt dictum est in interpretatione loci superio-
 ris, vsque ad finem capitis; putat esse prædictionem de abiectione idolorum sub aduentum
 Christi, idque completum esse; & compleri, cum nationes, quæ se aduersus Christum exe-
 rant, pro idolis persequentes, interficerentque Christianos, nunc certè quærunt vbi se abscon-
 dant, cum sacrificare volunt, vel vbi deos ipsos suos retrudant, ne à Christianis inueniantur, &
 frangantur: vnde hoc? nisi à timore legum, atque regum, per quos suam Deus Israël exerit po-
 testatem, sicut multò antè promiserat. Hæc AVG. de consensu euangelistarum lib. 1. cap. 27.
 B. PR. OSP. de prædictionibus Dei part. 3. promissione 38. hoc dicto Esaiæ, promissam esse ait,
 abiectionem idolorum, confirmatumque illo Lucæ cap. 11. Omne regnum in se diuisum, desola-
 bitur. Dixi EVSEB. demonstrat. euangelicæ lib. 2. cap. 37. hæc interpretari de abiectione idolo-
 rum post aduentum Christi: & verba illa: Cum surrexerit confringere terram, explanare. i. D
 cum resurrexerit Dominus, & contriuerit Iudæam: de ea enim loquitur Propheta: Tunc abij-
 cientur, inquit, idola. PROC. vt dixi, confringet terram, est interpretatus: confringet homi-
 nem terrenum, vt habeat vitam spiritalem post sacram eius resurrectionem. Interpretatione
 D. August. scripsi satis multis verbis, commetario superiore: Quod Hebraicè est, idola auri &
 argenteas: vt videas ipsos non morari verba, sed reddere sensa. Quod Hebraicè est, vt ado-
 rare talpas, & vespertiones (vt vertit D. Hieronymus) Lxx viri reddiderunt: vt adorarent
 superuacua, & noxia, & vespertiones, vt legit D. AVGV. vel, vt Græcè est: adorare vana, &
 vespertiones. Sæpè repetere necesse habeo, quod PROC. in cap. 1. nos docuit, Lxx viros, ani-
 gmatum & allegoriæ facere paraphrasim, & quæ obscurè à propheta dicta erant, perspicuè ma-
 gis, & planè dicere: nemo enim, quantum commemorari, inter veteres, talpam adorabant aut ve-
 spertionem, sed Iouem, Venerem, Martem, Mercuriū, & dæmonas, quod: Dij gentiū, sed, vt

Iudæi pre-
muntur.

Iudæorum
casus.

LXX VIRI.

Nam die illa, abijciet homo abomi- B
 nationes suas argenteas & aureas,
 quas fecerunt, adorare vana & ve-
 spertiones, ingredi in foramina
 durissimæ petre, & scissuras petra-
 rum à facie timoris Domini, & à
 gloria fortitudinis eius, quando sur-
 rexerit contere terram.

A sed, vt inquit PROC. adorare vespertionem dicuntur, qui potestates tenebrarū pro numinibus
 colunt, & ideo propheta, nocturnas aues, pro potestatibus tenebrarū posuit. Quod igitur tal-
 pa capta oculis sit, & foetidum animal in sempiternis tenebris delitescens, pro potestatibus te-
 nebrarū ponitur, & pro dæmonū foetulentia: hoc ænigma Lxx explanant, cum pro talpa re-
 didere vana, quasi dicerent, adorarent vana numina: itaq; alterū nomen allegoriæ explanauē-
 re, reliquere alterum, quod mistum genus allegoriæ frequentissimū est, vt inquit Quintil. quo
 in genere autoritas accersitis verbis venit intellectus ex proprijs, quod docet D. AVG. de ci-
 uitate Dei lib. 20. cap. 21. Loquutiones, inquiens, tropicæ proprijs, prophetico more miscetur,
 vt ad intellectū spiritale, intentio sobria, cum quodā salubri & vtili labore, perueniat. Notan-
 dū tamen hoc, quod tantoperè August. laudat in prophetis, quod propria miscuerint allego-
 ria, & tropicis loquutionibus, vt ex propriè dictis, & sine allegoria: reliqua intelligeremus etiā
 Lxx seniorū esse laudè: & quanquam hoc faciunt prophete, vt ait August. tamen etiā hoc faci-
 unt Lxx, vt sensa prophetiæ aperiant: quod si Hebraicè scisset Augustinus, sæpè hanc lau-
 dem tribuisset Lxx viris. VATAB. sequitur Iudæos, quibus omnis prophetia est Assyrius, propheta,
 B Babylonius, Dauid, aut Solomon. Ingridietur in scissuras petrarum, & in cauernas. PROC.
 qui se abdicit à dæmonum cultu, ingreditur cauernam solidæ petre, nimirum fidei Christi.
 Scissuræ verò saxorum membrorum, ipsius vulnera significant, quod ne quis allegoricum
 sensum putet, sed litteralem potius: subiiciam Græcam translationē Lxx seniorū τὸ ὑπερβαλῆναι τὰς
 τρύγυλας τῆς ἐρημῆς πέτρας. i. ingrediendi in cauernas solidæ petre: nā si vel primoribus labris quis
 linguā Græcā atigerit, sciet infinitiuū cū articulo genitiui verti quidē solere per subiunctiuū
 cū coniunctione: vt, valere tamen pro gerundio genitiui, & subaudi apud Græcos ablatiuū,
 Causa, vt sit, ingrediendi in cauernā petre. i. causa ingrediendi in cauernā petre: cum ergo dixit
 set propheta, abiectiones nationes idola, & subiiciat causa ingrediendi in cauernā petre, vide-
 an referri aliò possit, quā quo Procop. retulit ad foramē petre, in quo positus est Moses visu-
 rus Dñm, nec dissentit lectio Hebræa, vbi legitur נִכְנַח ad ingrediendū, vt sit totū, projiciet ho-
 mo idola quæ fecit ad adorandū vana, ad ingrediendum foramina petre. De foramine petre
 ORIG. in Hierem. vide dispensationē assumpti corporis à verbo, videbis foramē petre, quod
 C per posteriora Dei, iuxta possibilitatē imbecillitatis suæ, humanus intellectus intuetur: inueni-
 vnā cauernā vnus petre, quæro alias cauernas & alias petras: inuenio chorū prophetarū & apo-
 stolorū, quia omnes imitatores Christi petre sunt: quia sicut Christus habet foramē per quod
 videtur Deus, ita vnusquisq; apostolorū & prophetarū per sermones suos, viā pandit ad intel-
 ligendū Deum, & facit se foramen petre. A facie formidinis Dñi, & à gloria maiestatis eius.
 TERTVL. aduersus Marcionē, lib. 5. de epist. ad Thessalon. 2. vnò validissimo vtitur argumē-
 to, vt reuincat hæc omnia, ad vltimū iudicium esse referenda, quod PAVL. epist. 2. ad Thessal.
 cap. 1. verba hæc Esaiæ citans ad verbū, de vltimo iudicio interpretatur, sed vt supra pluribus di-
 ximus in illa verba: Ingredere in petra: nō solum à facris doctoribus, verum ab apostolis & eu-
 angelistis, dupliciter locus vnus explanatur, & sensu corporali, & sensu spiritali, vt leges in illa
 verba cap. 53. Verè languores nostros, &c. & alijs locis toto hoc opere. Non mirandū est si hæc
 omnia cap. 2. ad excidiū Iudæe spectent, & ad vltimū iudiciū, qua ratione fiat, supra pluribus
 dictū est. Notandū tamen, D. Paul. hæc verba citare iuxta translationē Lxx virorū, solum hoc in-
 terest, quod Lxx dixere: A facie timoris Dñi: Paulus, A facie Dñi: neq; necesse est, qui aliquod
 D testimoniuū citat, omnes numerare litteras, & syllabas: de cætero, si Græca Græcis compares,
 reperies translationem Lxx virorum citari à Paulo, vt docet Tertull. D. HIER. nos docet, hæc
 omnia à Iudæis ad captiuitatem Babylonicam referri. VATAB. tamen Iudæos sequitur, quā-
 quam admonitus erroris à D. Hierony. & Iudæos quidē non miror, quippe velamē positū est
 ob oculos eorū: nostros homines satis mirari nō possum, quibus Iudæorū salua sapiat tātope-
 re: Iudæos & iudaizantes refellit Theodor. q̄ hoc cap. nō possit agi de lege Moysi: quod neq;
 sub Zorobabele, neq; in captiuitate Babylonica, vllas nationes legamus, se mutud adhortatas
 vt ascenderent in montē Dñi, & q̄ lex Moysi ex Sina mōte prodierit, nō ex Sion, neq; Hierusa-
 lē, neq; domus Dñi. i. tēplum Dñi steterit immobile in mōte Sina, neq; necesse fuisse, si de tem-
 plo Iudæorū ageretur, vt propheta diceret: Erit in nouiss. diebus mons manifestus, & domus:
 Iā enim tēporibus Esaiæ, tēplū Dñi erat manifestū, & cetera quæ Theod. & Procop. præcipuè
 pluribus exequuntur, nā illud est cōmune omnibus doctoribus sacris, vt obturent ora Iudæis, q̄
 lex noua hic prædicetur, quæ exijt de Sion, & Hierusalē, & ἐμφανιῶς accipiunt illud, exijt: verè
 enim

Lxx. viro-
rum laus,
cōmunitis cū
prophetis,

Tractatio
Lxx viro-
rū, citatur
à Paulo.

Contra Iu-
dæos.

enim non solum prodijt ex Sion & Hierusalem, cum missi sunt à Domino apostoli, ut prædicarent omnibus nationibus Euangelium, sed à Iudæis exijt. i. reliquit Iudæos & transijt ad Gentes. Consequentia igitur, & consequentia temporibus Christi sunt, quæ à sanctis patribus, cum hoc caput interpretantur, dicuntur de Iudæorum vastitate: quid enim facit ad tempora Christi Babylonica vastitas? sed doctores sacri, ut diximus, & ut apparebit in commentarijs in cap. proximum, ex præcedentibus, & sequentibus refellunt Iudæos.

D. HIERONYMVS.

AQVILA.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

Quiescite vobis ab homine, cuius respiratio in naribus eius, quoniam in quo reputatus est?

D Hierony. nos docet in comment. hunc locum deesse in tralatione Lxx virorum, & repositum esse ex tralatione Aquilæ Iudæi. Multa enim iniuria temporum, & Iudæorū fraude, ut ait Iustin. in dialogo aduersus Tryphonem, intercidere ex tralatione Lxx virorum, & multa aliorum tralationibus sunt adulterata, multa deprauata à Iudæis, quod magis D. Hier. tralatio necessaria fuit. Tralatio huius loci D. Hieronymi est admirabilis, sed D. Hieron. omnis est ad manum: sensum huius loci, illinc petet qui volet: satius est haurire ex fonte, quam consecrari riuulos. Tralatio Aquilæ Iudæi non mala est, nec malè cohæret præcedentibus, & sequentibus, non quo sensu Iudæi interpretantur, quem vituperat D. Hierony. sed si sic explanes: Quiescite ab homine, cuius respiratio in naribus. i. cuius vita tenui spiritu pendet, quod Iudæi dicebant: Non habemus regem nisi Cæsarem, & conuenit bene: cum enim prænunciata sit lux euangelica, & Christi resurrectio, & victoria contra infideles, erupit indignatio propheta in reprehensionem Iudæorum, qui gratiam Cæsaris prætulere Christo, quasi dicat: Quæ tanta hæc est insania, ut magis fidatis homini, cuius vita tenui pendet filo quam Deo? nam in quo reputabitur homo? quasi dicat, pro nihilo reputabitur: & potest esse hic locus idem cum illo Domini: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, sed timete eum, &c.

IN ESAIAE CAP. III.



HILAR. in Matth. canone. 24. interpretans illa verba: Væ vobis scribæ & pharisæi, qui clauditis regnū cælorū: claudunt, inquit, regnū cælorum, quod veritate vaticiniorū de Christo occultant, inficiantur veritatem, inhibēt cæteros, ne adeant regnum cælorum, obserant quibus possunt regnū cæleste. Eadem querela est D. ATHAN. de incarnatione verbi li. 1. Habent, inquit, Iudæi de scripturis, suæ infidelitatis interpretationē, quauis sint quæ dicant scripturæ ipso sole clariora. Quod eo dixerim, quod non solum primū & secundū caput Iudæi & iudaizantes inuertunt, & obscurant, & aliò defectunt, cum sint tot mysterijs plena, consensu omnium veterū patrū, quauis sint sole clariora, ut ait Athanas. pergunt pergere Iudæi & iudaizantes, & hoc cap. 3. innumeris mysterijs refertissimum, ad captiuitatē Babylonicā, Assyriosq; referunt: Nā ut Augustino, quod ipse testatur de se, lib. 12. contra Faustū Manich. cap. 27. in scripturis sacris semper occurrit Christus: sic Iudæis & iudaizantibus semper occurrit Babylonijs, Assyrijs, Sennacheribus, Dauid, Solomon, præterea nihil: si quid tam planè Christum sonet, ut vel nolentibus incurrat in aures, ut ait IUSTIN. aduersus Tryphonem Iudæum: negant tale quicquam Hebræis literis præferri, & clamoribus nostros obtundunt, si ea testimonia citent, ut leges in epist. Orig. ad Africānū, & vno mutato apice lectionis Hebrææ, aut vna, duabusue literis permutatis, aut verborū varia distinctione, aut mutatis punctis, faciunt, ut lectio Hebræa aliud sonet, quod apostolorū testimonio, & D. Hiero. suprā probatū est in eo tractatu quæ scripturæ de tralatione D. Hieron. & Lxx. virorū, aduersus receditas tralationes scripturæ. Nostrum verò sue præ modestia, siue quæ timuerint, ne illa addidissent de suo Lxx seniores aut aliter vertissent, quam Hebræicè sit, manifestissima de Christo testimonia citare non sunt ausi: cuius notæ iā quædā hoc capite reperias, quæ Iudæis omnibus obturare possent os, ne auderēt hisce re, ut: Alligemus iustum, quod inutilis est nobis, & quæ sequitur & antecedunt, quæ August. citare

Contra Iudæos & iudaizantes.

Depravat scripturas Iudæi.

A citare non audeat Hilarius, cum de eadem re loquantur millies, & citant non tam plana testimonia, rarè hæc citant veteres patres, idq; timide & diffidenter. Iudæorū deniq; vociferationibus extorta sunt à manibus nostrorū, manifestissima de Christo testimonia, quod, quanquā iniquissimum erat, tamen optimæ causæ fiducia id passi sumus: sed quid agas? clam irrepere in nostra, & pergunt extorquere omnia, iam pulsus Lxx viris, D. Hieron. loco mouere pergunt, & tanquā D. Hieron. parū fideliter, scripturā verterit, nouas cudunt tralationes: iam neglectis veteribus patribus, Rabinorū nobis obtrudunt cōmentaria, quæ HILAR. claudere regnū cælorū dixit, & occultare Domini veritatē: & quæ Athanas. commentaria infidelitatis & perfidie Iudæicæ dicit esse. Quæ in principio libuit admonere, ut intelligant omnes Iudæos & iudaizantes, abscondere Christi mysteria, & ad id toto pectore incubere, ut Christum obscurēt: Nec meus hic sermo est, sed omnium veterū patrum, ut ostendi. Vatablus ergo admonitus à D. Hieron. & ab alijs sanctis, Iudæos & iudaizantes hæc referre ad captiuitatē Babylonicā, & Iudæis hanc esse curā, ut Christum obscurerent: sic claudit commentaria in cap. 2. ut dicat finē cap. 2. ad tertium cap. pertinere: Ait enim, interpretans illud: Cuius spiritus in naribus est: hic versus ad sequentia pertinet & sic explanat: Babylonijs & Assyrijs timetis, quātò magis Deū timere debetis: sic enim Iudæi explanāt scripturas, ut aut falsum dicāt, aut ad nihilū recidāt scripturæ. Expende sodes, quæ profunda sententiā, pro qua omnium veterū patrū relinquatur autoritas.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce dominator Dominus exercituum auferet ab Hierusalem, et ab Iudæa validum, et fortem, omne robur panis, et omne robur aqua.

Ecce iam dominator Dñs sabaoth, auferet de Hierusalem, & de Iudæa validum, & validam robur panis, & robur aquæ.

Primū omnium notū est D. Hierony. hæc sic interpretari, post Christi passionem, regnū esse auferendū Iudæis, & dandum genti facienti fructū. Sic etiam explanat D. AMBRŌS. in Psal. 118. in illa verba: Principes persequuti sunt me gratis. D. ATHAN. lib. 1. de pass. & crucis Dñi, cum citasset hunc locū: Ingens, inquit, miraculū seruatoris, quod crucifixus, passus qui dem est ex humana natura, cōpleuit tamen omnia quæ scripta erant hic: ut enim abiecerunt à seipis lumen & veritatē, ita ab illis ablatū fuit lumen. CYPRIAN. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 22. quod panē, & calicem Christi, & omnē gratiā eius, amissuri essent Iudæi, prædictum est ex illo: Ecce dominator Dñs, &c. TER TVL. in lib. aduersus Iud. cap. de claritate gentiū in Christo Iesu: quoniam, inquit, adhuc contendunt Iudæi, recognoscant exitū suū, quem prædictum erat à propheta eos, post aduentū Christi esse relatuos, ob impietatem qua ipsum despexerunt, & occiderunt. Primo enim, ex qua die nationes secundum vaticiniū Esaie in fine cap. 2. recepta luce euangel. abiecerunt idola, abstulit Dñs à Iudæa inter cætera, sapientem architectū, qui aedificat Dei ecclesiam, & ciuitatē sanctam, & domū Dñi, nam statim apud illos gratia Dei desijt esse. Idem repetit TER TVL. lib. 3. aduersus Marcionem, & hoc oraculo premit Iudæos & hæreticos: si Iudæi negant, inquit, Christum, videant, an postq; in crucem actus sit Christus, & postquā Gentes accepere euangelium, & abiecerunt idola, in se completa illa videant: Ecce abstulit dominator, &c. Paulū hic substitamus, quiduis facerent Iudæi, hoc oraculo presis à nostris maioribus, & in angustias redacti? vnde se explicare nullo modo possent: si saperent, reciperent Euangelium: sed si tueri volunt impietatem, aliquam fabricam fingerent, necesse erat, & Babylonicæ captiuitatis garrirerent nugæ. Apud Vatablum leges, quæ ut se tueantur Iudæi, omnia fingunt, ne constricti in vinculis à nostris maioribus videantur. Agnosce igitur iudaismum: & quæ vera sententia sit huius loci, intellige ex consensu veterum patrū. EVSEB. Cæsariens. lib. 2. cap. 37. postquā, inquit, ad lucem euangelij hortatus est Gentes, & vastitatē Iudæis est minatus, prædicit se ablatum ex Iudæa omnem cultum religionis. PROCO. Minatur, inquit, hoc cap. ablatum se Iudæis omnia Dei charismata, quod prophetas omnes ad se missos occiderint, consilium inierint aduersum iustum, rerum dominum, & vitæ principem cruci suffixerint. GREGOR. in cap. 5. Cantico in illa verba: Fons hortorum, robur aquæ auferri putat, cum scripturæ à Iudæis non benè explanantur, & quod Iudæi non habent verum intellectum scripturarum. Hæc Greg. & tamen sunt qui admirantur Iudæorum deliria. Deniq; CHRYS. in homil. de spiritu sancto tom. 3. CYRIL. D. BASIL. sic hunc locum explanant.

planant. Quòd autem D. Hieronymus edidit: Ecce dominator Dominus, Lxx viri reddidit: A
 Ecce iam dominator Dominus, vt legit D. Athanas. vel: ecce itaque, vt legit CYPRIA. neque
 dissentit hæc lectio ab Hebræa lectione, quam vertere posses: Quoniam ecce dominator
 Dominus, pro quo edidit, Ecce iam, vel, ecce itaque, vt ostendatur hoc caput. 3. cohærere cū
 fine secundi cap. vt citatur à TERTVL. & explanatur optimè. Quòd reddidit D. Hierony-
 mus, validum, & fortem, edidit Lxx validum, & validam, quòd consentit etiam cum He-
 bræa lectione: יְהוָה validum לְעֶשְׂרִים & validam. D. BASIL. validum, qualis Abraham, & ve-
 teres patres: validam, qualis Rebecca, Debora, Anna, Elisabeth prophetissa. Quid sit validus &
 valida, BASIL. in Psal. 28. in fine: robur panis, & aquæ illius, de quo Dominus: Caro mea verè
 est cibus, sanguis meus est verè potus. Si alimenta tibi desint, deficient vires corporales: si hæc
 deficiunt, deficit robur spiritale. CHRYS. tom. 5. orat. 3. aduersus Iudæos ex hoc cap. duo info-
 lubilia sumit argumenta, quorum vnū hoc est: quòd omnia charismata Spiritus sancti, quæ
 olim plena manu populo Iudæorum suppeditabantur, sublata sunt, quòd hoc cap. significaba-
 tur. Quauis enim, inquit, sacrificia fiebant, & altare erat ex inferioribus, ignis venturus in ady-
 ta illa, & victimas consumpturus è supernis veniebat, nec enim homo inferebat ignem in tem-
 plum, sed flamma è cælo veniens, consumebat hostiam: & si quando cognoscendum erat ali-
 quid è propitiatorio, vox è medio Cherubim prodiens, prædicebat futura. Rursus, è lapidibus
 qui erant in pectore summi sacerdotis, id vocabant declarationem, relucebat fulgor quidam
 futura significans: quoties esset aliquis inungendus, deuolabat spiritus gratiæ, & insiliebat in
 vnctum. Hæc administrabant prophetae, quin & nebula frequenter & fumus adyta corripie-
 bant: deinde, quòd Iudæi caussabantur Romanos Hierosolyma, & vrbeis Iudææ subuertisse,
 & viribus humanis, non diuinitus, mala quibus premūt, sibi esse importata: vrget CHRYS.
 Quid si hæc mala hominibus imputas, potuissent homines aduersum vos, nisi Deo placuisset?
 & exempla repetit ex veteri testamento, hoc enim paulò antè dixerat. Instat ergo rursus: Esto
 sanè, murum vestrū diruerunt homines: num ignem de cælo deuehi, qui cōsumebat hostias
 quas faciebatis, vetuit homo? aut vocem audiri ex propitiatorio? aut declarationem fieri futu-
 rorum, in lapidibus summi sacerdotis? num sacram vnctionem sustulit homo, & cætera om-
 nia? an non Deus hæc omnia summouit? nemini ignotum est, qua causā Dominus hæc sustu-
 lerit. Et quòd respondent Iudæi, quòd defecerit templum defecisse hæc, significat pluribus
 Chrysof. etiam cū defecisset templum, & vrbs, fuisse prophetas, Dominum multis miracu-
 lis tuitum esse suos, etiam cū decem tribus idolis seruiret, & in innumeris impietatibus per-
 sisterent, tamen prophetiæ donum non cessasse, & tempore Mosis: vnde concludit, causā
 horum, iram Dei esse, quòd magis ipsum Dominum ad iram prouocarint, insanientes in Chri-
 stum, quàm cū vitulum adorarint: quæ omnia hoc cap. prædicuntur, delenda esse ex populo
 Iudæorū, omnia Spiritus sancti charismata, post Christi crucē. Quid sit robur panis & aquæ,
 interpretatur AVGVST. quæst. super Numer. lib. 4. cap. 62. sed mihi non placet.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et fortem, et virum bellatorem, et iudicem, et prophetam, et ariolum, et senē principem super quinquaginta, et honorabilem vultu, et consiliariū, et sapientem de architectis, et prudentem eloquij mystici.

Gigantem, & fortem, & hominem bellatorem, & iudicem, & prophetam, & coniectorem, & presbyterū, & principē super quinquaginta & admirabile consiliariū, & sapientē architectū, & prudentē auditorē.

QVOD D. Hierony. reddidit: Fortem, & virum bellatorem, Lxx viri vertère: Gigantem, &
 fortem, & virum bellatorem, quòd vocem Hebræam גִּבּוֹר guibor, vocem ambiguam
 dupliciter verterunt, vt scires posse reddi duobus modis, aut gigantem, aut ingenti magnitu-
 dine virum, aut virum fortem. CYRIL. gigantem, intellexit virum ingenti magnitudine spiri-
 tali, qui donis spiritualibus longè, multumq; excellit: fortem verò, hoc minorem, qui excellit
 tamen virtute spiritali, quæ est eadem sententia BASIL. Mihi magis placet sententia D. HIER.
 & PROTOP. qui de Christo interpretantur: quòd Christus qui ablati sit Iudæis, sit verus gi-
 gas, qui à summo cælo egressus, cucurrit viam suam, verus bellator, qui triumphauit aéreas po-
 testates

A testates: vir fortis, vnde vera fortitudo: vnde PAVL. omnia possum in eo qui me confortat:
 verus architectus, qui fundamenta iecit Hierusalem, quæ habitatur sine muris toto terrarum
 orbe. i. ecclesiæ, quæ non intra vnā gentem quandam subsistit, vt olim synagoga, sed omnes
 gentes est complexa. TERTVL. lib. 3. aduersus Marcionem, architectum, spiritum sanctum
 interpretatur, qui ædificat ecclesiam templum. i. & domum Dei, quem aufert dominus à Iu-
 dæis, quòd à passione Christi destitit esse apud illos dei gratia, & mandatum est nubibus ne
 pluerent imbrem super vineam Israël. i. cælestibus beneficijs ne prouenirent domui Israël,
 quòd spinas fecerat quibus dominum coronauerat, & non iustitiam, sed clamorem ediderat
 quo in crucem tolli dominum petebat. Idem ait in li. aduersus Iudæos cap. de claritate gētū
 in Christo Iesu, lib. tamen. 5. aduersus Marcionem sapientem architectum, D. Paulum intelli-
 gi posse ait, qui ablati sunt de iudaismo in ædificationem Christianismi, positurus vnicum fun-
 damentum, quòd est Christus, iuxta illud: Ecce ego in iudicio in fundamenta Sionis, lapidem pre-
 tiosum. Quòd D. Hierony. reddidit, ariolum, Lxx viri edidit, coniectorem, quòd idem est
 B & verbum Hebræum אֲרִיּוֹל significat diuinare, quòd verbum in scriptura, in bonam & in ma-
 lam partem accipi solet, hoc est, de veris prophetis, & mendacibus: vt potuerit optimè reddi,
 ariolus, coniector, & diuinator: quæ omnia, vnā & eandem rem significant: reliqua etiā eod-
 dem modo versa sunt à D. Hierony. & à Lxx viris, nam presbyter idem est, quòd senex: tralationem
 D. Hierony. sic distingues ex tralatione Lxx virorum: ariolum, & senem principem. i.
 & principem super quinquaginta: quæ omnia de Christo posses interpretari, quem auferend-
 um à Iudæis, prædixerat propheta, qui verus iudex viuorum & mortuorum est; verus propheta:
 sic enim appellatur in scriptura, verus coniector & diuinator: videbat enim hominū
 cogitationes: verus presbyter, qui in scriptura dicitur, qui plurimos dies in virtute transegit,
 qui perfectus est omni virtute, qui vir est super hunc sacrum numerum quinquagenarium, vt
 enim leges in illa verba cap. 2. Et fluent ad eum omnes gentes, quinquagenarius numerus, nu-
 merus est sacer, & spiritus sancti missionem designans, super hunc numerum est Christus, ipse
 enim dat spiritum sanctum qui ab eo procedit, & dicitur spiritus Christi. Quòd Hierony. ver-
 tit Hebrææ lectioni conuenienter: honorabilem vultu, & consiliariū, Lxx viri sic videntur
 C interpretati: honorabilem vultu. i. quem omnes admirentur præ seueritate vultus, & vitæ san-
 ctionia: coniunctionem verò copulatiuam, & pro ornamento acceperunt, quòd apud He-
 bræos sic frequentissimè solet accipi: & ita hunc locum interpretantur: consiliariū hono-
 rabilem vultu. i. consiliariū, quem omnes admirari solent, & ita edidit: admirabilem con-
 siliariū. LACTANT. lib. 4. cap. 6. docet, filium Dei à Trismegisto appellatum esse, archite-
 ctum Dei, vt sic explanari possit hic: sapiens architectus. i. filius Dei, per quem facta sunt sæcu-
 la, id enim significat architectus, & certè ab omnibus Philosophis Deus dicitur demiurgus
 i. opifex rerum omnium & effector, & idem est demiurgus & architectus; quo nomine filius
 Dei dictus est à Trismegisto, vt eodem loco docet Lactantius, per quem omnia facta sunt: do-
 cet quoque dictum esse à Sibylla, consiliariū, eundem filium: quasi dicas, consiliariū patris,
 per quem omnia facta sunt: vt architectus & consiliarius, filius dicatur, per quem facta sunt
 sæcula. CLEM. Alexand. Stromaton lib. 6. Christum sapientiam Dei, appellatum à prophetis
 ait, & præceptorem omnium creaturarum, & magistrum, & Dei consiliariū, quòd à princi-
 pio sæculorum, multis modis creaturarum sit doctor & magister, & perfector omnium ange-
 D lorum & hominum, vnde dicitur: Nolite appellare magistrum super terrā, ipse enim omnium
 magister est: hoc etiam olfecere veteres philosophi: ideo enim filius Dei dictus est à philoso-
 phis, phanes. i. angelus, hoc est, docens, & doctor: vt dicendum est in illud: Angelus magni
 consilij: & PLATO in Epinomide, Dominum in cælo sedere docet, veluti omnium magistrum
 de cælo, vt magister de cathedra, omnes docens res diuinas. Quòd vertit Hierony. sapientem
 de architectis, vt Hebræicè est, vel sapientem architectorum: interpretantur Lxx viri, sapien-
 tem architectum, quòd ea forma dictum putant, quæ vulgò dicimus: multi Græcorum. i. mul-
 ti Græci, multi Latinorum. i. multi Latini. Quòd Hierony. vertit: Prudentem eloquij mystici,
 Hebræicè est חָכִים quòd verbum, inter alia significat loqui arcana, vnde Hebræi interpretan-
 tur hunc locum, prudentem locutionis occultæ, prudentem siue intelligentem ænigmatis, &
 locutionis arcane: vnde D. Hierony. reddit prudentem. i. intelligentem eloquij mystici. i. elo-
 quiorum, aut scripturarum, quæ sunt mysteriorum plena: id enim sonat mysticum, quòd plē-
 num est mysteriorum: Lxx viri vertère, prudentem auditorē, vt quæ mysteria dixerit sapiens
 E 5 archite-

architectus, intelligat prudens auditor: ablatum est igitur à Iudæis hic prudens lector scripturæ, qui doctrinæ sacræ abdita mysteria referet, & qui rectè intelligat, quæ dicuntur à doctis Omnia enim, iam recipiunt carnaliter, quidquid spiritale est, illis stultitia est, ut inquit Paulus at hic auditor intelligens eloquij pleni mysteriorum, Christianus est lector & doctor qui intelligit quæ dicunt prophetæ, quæ Paulus, quæ sacri euangelistæ. CHRYSOS. in homelia de spiritu sancto sic hunc locum interpretatur: accipit, inquit, qui docet spiritum sapientiæ, accipit discens spiritum intelligentiæ, ut intelligat unde Esaias sapientiam adscribit docenti, intellectum audienti, sapientem, inquit, architectum, & intelligentem auditorem. Sed ad veterum patrum sententiam redeamus. AMBR. in Psal. 108. in illa verba: Exulto in verbis tuis, sicut qui inuenit spolia multa: totum hunc locum significare, ait, idem quod illud euangelij: Aufertur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum: Abstulit inquit Iudæis, nobis dedit, inuenimus Iudæorum spolia multa, inuenimus pentateuchum Moysi, inuenimus Regnorum libros, Prophetas, Psal. Prouerbia, inuenimus admirabilem consiliarium Christum, Paulum prudentem architectum, sapientem auditorem populum Christianum, qui nouit ea, quæ leguntur audire, ille enim audit, qui ea, quæ audit, intelligit, lex spiritualis est, non illam audit Iudæus, qui illam audit corporaliter, non spiritualiter: Iudæus habet libros, sensum librorum non habet: habet prophetas, non habet quem illi prophetarunt Iesum dominum: iuxta sententiam D. AMBR. O. hæc possis interpretari de spolijs Iudæorum, quæ ablata sunt illis, tradita sunt ecclesiæ: iam Iudæorum non est validus, nec valida, id est, non est Abraham, Sampson Helias, Dauid, Helisæus, Anna, Debora: non est robur panis, neque robur aquæ Iudæorum. i. panis ille in cuius fortitudine peruenit Helias ad montem Oreb, typus panis qui de cælo descendit: præterea gigas ille qui exultauit ad currendam viam, non est Iudæorum, noster est. Vir bellator, & iudex. i. liber Regum, & liber Iudicum non sunt Iudæorum. Prophetæ. i. prophetarum liber noster est, non Iudæorum: non est Iudæorum ariolus. i. Balam propheta dæmonum, per cuius os, vaticinatus est dominus Christum venturum, & benedixit Israël: non est Iudæorum presbyter. i. Lxx presbyteri non sunt Iudæorum, sed nostri: neque sapiens architectus Paulus est Iudæorum, sed noster, nec prudens lector, nec intellectus eloquij mystici. i. mysteriorum scripturæ non est Iudæorum, sed noster, ablatum est enim à Iudæis regnum, & datum genti ecclesiæ facienti fructum. ORIGEN. in cap. 3. epistolæ ad Rom. lib. 2. in principio & in Hieremiâ homil. 8. in caput 12. explanat hunc locum: Quia lex, inquit, & prophetæ vsque ad Ioannem. Migrauerunt ab Iudæis architecti, & uenerunt ad ecclesiam, posuerunt fundamentum Iesum Christum, huic superedificant quicumque: post eos crediderunt, in fame verbi Dei relictus est Iudæorum populus. & idem ORIGEN. in eundem Hierem. homil. 11. in ca. 15. ita explanat hunc locum, ut AMBR. Aufertur, inquit, à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. & abstulisse ait dominum regnum Iudæis, nobisque largitum fuisse. Nam & si habent legem & prophetas, non intelligunt tamen, atque ita regnum Dei ablatum est ab eis, dum scripturæ sensus aufertur: cessauit apud eos legis interpretatio, legunt omnia, & non intelligunt, completa est illa prophetia: auditione audietis & non intelligetis, & illa: aufertur dominus à Iudæa &c. Abstulit enim Dominus ab illis, & nobis tradidit: ut duplex hic sensus esse possit huius loci, ablatum Dominum à Iudæis scripturam omnem, & promissa quæ data erant in scriptura veteribus patribus & tradidisse nobis. Et ablatum esse dominum ecclesiam & fundamenta ecclesiæ à Iudæa, & architectos, & ædificatores ecclesiæ, & viuos lapides, quibus ædificatur ecclesia, & traditum nobis, viui enim lapides sunt, validus, valida, bellator, propheta, senex quinquagenarius, & viri pleni spiritu sancto.

D. HIERONYMVS.

Et dabo pueros principes eorum, et effœminati dominabuntur eis, et corruet populus, vir ad virum, et unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem: apprehendet enim vir fratrem suum

LXX. VIRI.

Et instituem iuuenes principes eorum, & illufores dominabuntur eis, & corruet populus, homo ad hominem, & homo ad proximum suum, offendet puer contra senem, ignobilis contra nobilem, quia apprehendet

A *suum domesticum patris sui, et dicet: vestimentum tibi est, princeps esto noster: ruina autem hac sub manu tua: respondet q. in illa die dicens: non sum me dicus, et in domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite constituere me principem populi.*

Q *uod D. Hieron. ait: Dabo pueros principes eorum, eodem modo verterunt Lxx. Et instituem iuuenes principes eorum, quod ATHAN. de passione, & cruce Dñi videtur interpretari de Iudæorum tyrannis, quorum seditionibus ruit Hierosolyma vrbs, nam intus seditionibus agitabatur tyrannorum, foris premebatur Romanorum obsidione: neque vlla malorum quies erat, cum fame, peste, seditionibus horum tyrannorum intus conficeretur vrbs, foris bello grauissimo premeretur Romanorum, ut leges apud IOSEP. de bello Iudaico li. 5. & 6. Hæc mala traxisse Iudæos, ait ATHAN. quod poposcere Barrabam seditiosum hominem, & regem gloriæ occidere, seditiosos adepti sunt duces, & tyrannos, omnesq. seuitia, ac cædes tyrannorum seditionum hominum fuere apud ipsos, quod ipsi præoptauerunt videlicet seditiosum, & homicidam, seditionibus, & cædibus, ruerunt. Magis enim cecidere Iudæi seditionibus tyrannorum quibus conficiebantur, & excarnificabantur intus, ut intelliges ex Iosepho, quam Romanorum bello, quo premebantur foris, sic Athan. hunc locum intellexisse videtur loco citato. Ignorabat (inquit) cum poposcere Barrabam, dominum occidentes quod vitam victuri essent Barrabæ, omnesque seuitiæ ac cædes apud eos essent augenda, & hoc ait Athan. enumerans prophetias, quas Iudæi compleuerunt inscientes, ac imprudentes. Sic hunc locum explanat PROCOP. Hoc sensu D. BAS. in illa verba: Et corrui populus aduersus populum. Sic ergo explanabitur hic locus: Dabo pueros, aut iuuenes principes eorum. i. constituam iuuenes seditiosos tyrannos eorum: quod seditiosum Barrabam præoptauerunt, seditiosos tyrannos eis præficiam, ut seditionibus, & homicidijs pereant, qui Regi gloriæ seditiosum hominem prætulere, & homicidam: neque solum horum tyrannorum seditionibus perire Iudæi, sed seditionibus ac cædibus aliorum multorum iuuenem, ut discas ex Iosepho lib. 2. de bello Iudaico ca. 25. 26. præcipue tamen ex cap. 22. & sequentibus. & ex lib. 4. cap. 17. & verbum Hebræum נַרְיָא puerum significat, & iuuenem, ut reddi optime potuerit: Ponam pueros, & ponam iuuenes, & vtriusque orationis idem est sensus: neque D. Hierony. ab hac abhorruit sententia, qui in illa verba: Corrui populus, vir ad virum, ait: Hæc proculdubio ad Vespasiani tempora spectant. Et effœminati dominabuntur eis: hoc Lxx vertere: & illufores dominabuntur eis: vtrunque cum Hebræa lectione congruit, nam נַרְיָא, præter alia multa, significat illudere, ut Iudic. 22. illufisti mihi: vbi pro, illufisti, est hoc verbum Hebr. & Hebræi docent hoc verbum frequentissimè significare, quod dicimus illudere: vtraque significatio huic loco conuenit bene, nam Ioannes, & Simon tyranni, qui urbem hominibus armatis occuparant, & inter se dissidebant, ut leges lib. 5. Ioseph. de bello Iudaico cap. 16. Non erant Iudæi, sed ex alijs nationibus imbellibus, & effœminatis, & oppresserant tamen vrbs seruitutem: igitur ij effœminati tyranni. i. orti ex nationibus, & gentibus effœminatis dominabuntur eis: aut quod magis credo, effœminati dicuntur idolatræ, & significatur hoc vaticinio, Iudæos post crucem Christi ducendos captiuos sub idolatris, & infidelibus nationibus, quod factum est: nam idolatram dicuntur effœminati, quod se euirabant ut sacrificarent falsis dijs, & ex parte significatur totum, nam 3. Reg. cap. 14. scriptum est: Sed effœminati fuerunt in terra. & 4. Reg. cap. 23. destruxit quoque ædificas effœminatorum. Si verò legas (ut legunt Lxx) illufores dominabuntur eis, de Romanis interpretere necesse est. ATHAN. loco citato explanans quod dixi, Iudæos, dum rident prophetias, nec opinanteis implese eas, illudebant infœlices Domino, nec videbant illud propheticum dictum aduersus eos implendum esse: Illufores dominabuntur eis, nam est hoc ingens miraculum Seruatoris, quod crucifixus, & passus, compleuit omnia. PROCOP. Illudebant Christo ante crucem, quem tradiderant Romanis cruci suffigendum: traditi sunt Romanis, ut ab his mutuo illuderentur.*

mè dictum est ab Augustino, melius hoc dicturo si sciret Hebraicè, & vidisset tralationem A Lxx virorum in plerisque scholia esse, & commentaria, neque mentituros apostolos aut euāgelistas si citassent tralationem Lxx virorum, & dicerent ea dixisse Esaiam, aut alium prophetam: nam sensa citant apostoli & euāgelistæ, non semper verba: quòd ipse D. Hieronymus postea nos docuit, de optimo genere interpretandi: apostolos, & euāgelistas, & Lxx viros nò vertisse scripturam ad verbum, sed scripturam sensa expressisse: vt iam illo loco D. Hieronym. cum D. Augustino consenserit. Huius contentiois, quæ à primo fuit inter August. & D. Hieronym. hic locus pro exemplo erit, vbi pro tralatione, Lxx edidit commentarium. Quod enim Hebraicè est, vt vertit D. Hieronymus: Quia linguæ eorum, & adinventiones eorum contra dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius: quibus verbis causa redditur cur dimissa sit Hierusalem, & ruerit Iudæa, sic interpretantur. i. Quia linguæ eorum, cum legis transgressione quæ erga Dominum non credentes. i. ruit Hierusalem, quia linguæ eorum contra Dominū crāt, & meditabantur transgressionem legis cum dicerēt: Tolle, tolle, & Expediit vt vnus homo moriatur pro populo: desunt enim duo illa verba, contra dominum, ex Hebræa B lectione: deinde, quasi hoc scholio non contenti addidit aliud: Ea, quæ erga dominum non credentes. i. quia Iudæi non credidit Dominum, nam credentes, Græcè masculino genere est, vt necesse habeas referre ad Iudæos, quia non credidit Domino. Et tertium adhuc scholiū est additum: Quare nunc humiliata est gloria eorum: quasi dicerent: ideo gloria Hierusalem, & vniuersæ Iudææ qua claruit toto terrarum orbe, sublata est, quia non credidit Christo. vt his verbis à Lxx viris explanatum sit, reddi hic causam cur ruerit Iudæa, & dimissa sit Hierusalem: Ergo tralationem D. Hieronym. sic interpretabimur: Quia linguæ eorum (dixerit enim Tolle, tolle, crucifige) Et adinventiones eorum (saluatorem enim Samaritanum vocabant, & dæmonium habere dicebant) Et capiebant consilia contra dominum: sic enim explanant, HIERO. CYRILL. PROCOPI. Hebræa lectio planè sonat idem, quam sic ad verbum vertere posses: Quia linguæ eorum, & opera eorum aduersum dominum ad reddendum amarus oculos gloria eius, id est: Quia linguæ eorum contra dominū erant, cum conuicia faciebant Christo, & cum ei non credebant: Et opera eorum, cum in crucem sustulere, & cum persequerentur apostolos, & fideles, ad reddendos amarus oculos gloria eius. i. Christi: nam gloria patris dicitur Christus in scriptura, vt postea pluribus dicendum est. & vide hic reddi causam quidem ruinæ Hierosolymorū & templi, nò tamen eā causam quæ cōmunis esset cū captiuitate Babylonica alijsq; ruinis, nihil hic de crudelitate tyrannorū, nihil de idolatria, alijsq; criminibus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Agnitio vultus eorū, respondebit eis. Confusio, siue pudor vultus eorū, restitit eis, vel, stat contra eos.

Quòd D. Hieronym. reddidit. Respondebit eis, & Lxx: Stat contra eos: Hebraicè est וַיִּקְרָא quòd Pagninus est interpretatus, testificatur: nescio si Lxx viri in rem presentem venissent, an dilucidè magis tam paucis verbis rem ipsam in oculis omnium posuissent: Nam te rogo, quæ res vrget magis miseros Iudæos, & quid illis obturat os magis, & ipforum ora quid magis pudore suffundit, quàm cum interrogantur, cur igitur exules per mille quingentos annos vitam degitis? cur proprijs sedibus pulsi per tot annos exulatis apud inimicos, in summa ignominia & infamia vagi, exules? quid dignum tāto & tam diuturno exilio admistis? si nò illud est, quod Christo à vobis allata mors D est? habentne quid respondeat Iudæus? an non suffundetur pudore, & hærebit miser laqueis arctissimis constrictus? non verè pudor & verecundia vultus eius stabit contra Iudæum miserum, & respōdebit pro ipso Iudæo, vt dicere possis, quod ille apud Comicum: Tacet, satis laudat, tacet & hæret miser, fatetur se victum, verè pudor vultus eius testificatur contra ipsum: reus, vultu proditur ipse suo. Mihi videtur his verbis paucis, omnia illa quæ proximo cōmentario diximus, ex Chrysofostomo esse significata: præterea, vbi cumque terrarum agant, quanti emerent, non circumferre signa quibus se testarentur Iudæos? quanta ignominia afficiuntur? quanto pudore? quàm præter cæteras gentes abiecti sunt & ignominiosi? Sed quod Lxx vertere, pudorem, D. Hieronym. reddidit agnitionem: verbum Hebraicum nacar, vnde hoc nomen deflebitur, significat agnoscere, alienare se, & dissimulare, id quod est: & quòd dissimulare vel mentiri, id quod sis: & negare te esse, quod sis: quod faciunt Iudæi qui summa cura negant esse quod sunt ferè: quod, inquam, hoc facere pudoris sit & confusiois, inde factum est vt Lxx viri

A viri verterint pudorem, tamen verbum ipsum magnam habet emphasim, & ob oculos ponit Iudæorum vitam miseram, quod dissimulant se esse Iudæos, celare cupiunt, nempe quod pudet, & alienat se, hoc est, se fingit alios esse: Tamen versio. D. Hiero. admirabilis est, supra quā verbis queas explicare: videtur enim hæc tralatio D. Hiero. exprimere illud Chrysofost. quod dixi proximo commentario, quum quæreret Iudæus, vnde probaret CHRYSOS. populum Iudæorum esse repulsum à Deo, & dimissum? & respondet Chrysofost. An non hæc res cognita est, & manifesta? cum per tot annos iaceant vrbes Iudææ, & vos pulsi vestris sedibus, per tot annos exuletis apud inimicos, vagi toto orbe, exules, miseri? hoc pauca illa verba significant: Agnitio vultus vestri respōdebit vobis, ô Iudæi, cum interrogaueritis, vnde sciamus vos à Deo esse dimissos? vt agnoscatis vultus vestros, & videatis quales sitis: & respondebit hæc res pro nobis, quòd res est manifesta, & quam cœci videant: est certè iuxta tralationem D. Hieronym. argumentum illud insolubile Chrysofost. Et certè verbum Hebr. magis propriè significat agnitionem: erit igitur responsio ad tacitam interrogationem Iudæorum, qua quærit, vnde probemus illos esse dimissos à Deo: agnoscite vultus vestros, & vos contemplantini velut in speculo, & res ipsa tam manifesta est & tam plana, vt vobis respondeat pro nobis. Sed quòd verbum Hebraicum significat etiam alienare, non malè verteres alienationem, vt diceret: alienationem vultus eorum respondebit, hoc est: vultus eorum significabit eis, se esse alienatos: verbum Hebraicum hæc omnia significat, & est plenum emphasi, & est canon scripturæ, quem præscribunt etiam Iudæi, non solum doctores sacri, quando verbum Hebraicum plura significat, quæ ad rem de qua agitur spectent, omnia illa ab spiritu sancto esse significata. Hunc locum explanat ORIG. in Numer. cap. 12. homil. 7.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Peccatum ipforum vt Sodomorū prædicauerunt, & manifestauerunt.

C Hebraicè est, כִּי יִסְדָּם quòd reddere potes, sicut Sodoma, vel, sicut Sodomæ; aut Sodomorum, vt vtraq; tralatio consentiat cum lectione Hebræa, dixi Lxx viros nobis explanare, quoties prophætæ citant historias veteris testamenti, & eas suis vaticinijs attexunt, typos esse & umbras historias illas rerum quas vaticinentur. Et PROCOPI. & omnes doctores sacri auctores sunt, hanc Sodomorum historiam, typum esse passionis Christi, vt supra pluribus est dictum in illa verba cap. 1. Audite verbum Domini principes Sodomæ: quòd si ita est versio Lxx seniorum, qua dicitur: Peccatum sicut Sodomorum, emphasim habere videtur, quod verbum illud: Peccatum ipforum quasi Sodomorum, significare videtur peccatum ipforum, quod fuit peccatum Sodomorum. i. significatum per peccatum Sodomorum, vt illud Domini: Signum nò dabitur eis, nisi signū Ionæ prophetæ, vbi Dñs typum, & veritatem pro eodem accipit, & miraculum sacratæ resurrectionis, miraculum Ionæ appellauit, sic hoc loco, peccatū Iudæorū appellatū videtur, peccatū quasi Sodomorū, vt illud, quasi, typū & umbrā significet. GREG. Naz. in laudè Athanasi. Vt Sodomitè, inquit, quorum scelera vulgatissima sunt toto orbe, pœna tamen multò nobilitatior, & vulgatior est, igne & sulphure consumpti sunt: ita Iudæi, quorum facinus illud immane crucis Domini, toto orbe nobilitatū est, & pœna incendij toto orbe vulgatissima est, ferro, fame, & incendio sunt consumpti, & Sodomitis similes esse cœti. Idem GREG. in sanctum baptisma, Ignem Spiritus sancti, ait, purgare tinctos sacro baptisate: Sodomiticum verò ignem esse, qui pluat super peccatores apud inferos sulphure & fulmine, paratum diabolo, & angelis eius, qui pluit super Iudæos, & hic eos, & eorum vrbis deleuit, & apud inferos. Itaque Sodomorum hic mentio fit, vt significetur, quemadmodum Sodomorum crimen & pœna, vulgatissima toto orbe sunt, sic futura Iudæorum crimen, & pœna nobilitatissima toto terrarū orbe: vt interpretari debeas, prædicauerunt, neq; absconderunt peccatum suum sicut Sodoma. i. fecerunt vt peccatum suum esset prædicatum, & vulgatiss. toto orbe, neq; de eo taceretur vnquam, sicut de peccato Sodomæ: neque tacitum est, neque tacebitur vnquam. D. BASI. in lib. quòd Deus non est causa malorum, videtur sentire, hæc verba posse referri ad excusationem excidij Iudæorum, cuius ipsi sibi suere causa, vt Sodomitè, vbi inquit, Quid accusas Deum? quòd subuerterit Sodoma, incenderit vrbes Iudææ post tam immania flagitia, & deleuit Iudæos per Romanos potissimum, quibus ipsi tradiderant Do-

rant Dominum crucifigendum? EVSEB. Cæsariensis in fine cap. 36. libri secundii, idem hoc loco dici putat quod cap. 1. cum dicitur: Audite verbum Domini principes Sodomorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Væ animæ eorum, quoniã reddita sunt eis mala. Væ animæ eorū, quoniã consuluerūt consiliū malū cōtra se, dicētes.

Tralatio D. Hieronymi ad verbum reddit lectionem Hebræã, quam Lxx non reddūt, sed explanant sic: Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala. i. Væ animæ eorum, quoniam consuluerunt cōsiliū malum contra se, vt illud: Quoniam reddita sunt eis mala, vel vt est Hebraicè, Quoniam reddidēre sibi ipsis malum, significare putarint: quoniam consilium, quod inierunt contra dominum, contra seipfos inierunt, quod in prouerbio est: Malum consilium consultori pessimum: dum domino pro tot beneficijs reddere malum parabant, sibi ipsis reddidēre, & peperēre sempiterna mala. THEODOR. Consultuēre contra se malū consilium, inquit, cum Chaiphas dixit suis confortibus: Vos nescitis quidquam, neque cogitatis: expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat: & cum Pharisei consilium cæperunt, vt ipsum perderent, & alia multa. Hæc & quæ sequuntur sunt ex eorum numero quæ dixi, nostros non audere attingere, quod Iudæi cum manifestissimis vaticinijs se viderēt configi, vociferabantur, nihil tale Hebraicè contineri. Faterentur, tamen necesse erat CCC. annis ante crucem Domini Lxx duos Iudæos sic explanasse, vt apostolica & euangelica verba sonarent. Nam te rogo, quid interest vtrum dicas: Quoniam consuluerunt consilium malum cōtra seipfos dicentes: Ligemus iustum? an quod ait Matthæus. cap. 12. Exeuntes autem pharisei consilium faciebant aduersum Iesum, quomodo eum perderent? vel, quod idem Matthæus cap. 26. ait: Et consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. & cap. 27. Et consiliū inierunt aduersum Iesum vt eum morti traderent, & vincētum adduxerunt. Certè hunc locum ita explanat AMBR. O. de benedictione Patriarcharum cap. 3. Consilium, inquit, cogitauerūt aduersum Dominum Iesum, vt occiderent eum, sicut Esaias ait: Væ animæ eorum, quia cogitauerunt consilium malum aduersum se. Et ISYCHIVS lib. 7. in Leuit. Sin autem nec si obedieris mihi. & IVST. Martyr in dialogo aduersus Tryph. Iud. sæpè hæc verba citat, & hoc sensu. Et CYPR. in explanatione symboli Apostol. Et PROCOP. in Genesios cap. 49. interpretans illud: In consilium eorum non intret anima mea: de passione Christi, & de Iudæorum consilijs aduersus Christum, quod significauit, inquit, Esaias his verbis: Væ animæ eorum, &c. Sic HIERON. CYRILL. BASIL. Solus Vatablus, vt in principio ostendi, contra stat: sequitur interpretationem Iudæorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dicite iusto, quoniam benè. Alligem⁹ iustū, qm̄ inutilis nobis est.

bonum qm̄ iustum Ligate (VEL) bonum qm̄ iusto Dicite

אָקרוּ צַדִּיק כִּי טוֹב אָקרוּ צַדִּיק כִּי טוֹב

Dixi huiusmodi testimonia nostros timidè, & diffidenter attingere, quod Iudæi ciēt clamores, & cælum terris miscent, vt docet ORIG. in epistola ad Aphricanum: Vociferanturque nostros falsis vti testimonijs scripturarum, quæque Hebræa lectio non agnoscat, sed fateantur necesse est velint nolint, CCC annis ante rem gestam ita Iudæos Lxx duos delectos ex tota gente Iudæorum doctissimos, & sanctissimos, sic scripturas esse interpretatos, vt Iudæorum impietatem damnent, nobis veritatis testimonia impertiant. Dicent à nostris esse corruptos: CCC annis ante tempora Christi fuēre, vt suspitioni locus non sit. Dicent imperitos fuisse: Iosephus & Philon Iudæi, & Iudæorum fautores delectos fuisse prodidēre doctissimos & sanctissimos suæ gentis, eo tempore, cum Iudæa literis & religione florebat, Vnum aut alterum diceres hallucinatos, tot numero testis damnare quisquā potest? si Lxx duo testes cuiquam satis non sunt, nihil vnquam ei satis erit: Sed dices, Certè lectio Hebræa toto cælo discrepat à tralatione Lxx virorum, neque tralationis Lxx virorum in Hebræa editione agnoscas vestigium: scin' quàm vnā literulam muta in sibi simillimam, & efficies tralationem Lxx virorum: & suprā ostendimus testimonio rabinorum, & ipsorum Iudæorū, cum Iudæos, Iudæorum testimonijs repressimus & refutauimus, cum disputabamus de tralatione D. Hieronymi

Aronymi & Lxx Seniorum quod negarent Iudæi & Iudaizantes posse deesse apicem, aut literam vllam, aut mutatam esse vnā literam in aliam, eos Iudæorum testimonijs reuicimus, ostendimusque in locis innumeris scripturæ, testimonio ipsorum Rabinorum duplicè esse lectionem, vbi non vnā sed duæ & tres literæ mutantur: illa adeat qui volet. Muta hic vnā literam, & pro, d, scribe, d, efficies pro, Dicite iusto quoniam benè, vel quoniam, bonum, ligate iustum quoniam benè, vel, quoniam bonum, quæ est sententia tralationis Lxx virorum: est enim idem cum illo quod Lxx dixere: Ligemus iustum quoniã inutilis est nobis: reddūt enim sensu non verba Lxx, quanquam si mutata illa literula, lectio Hebræa ad verbum redditur: Ligate iustum quoniam bonum, vel quoniam benè. i. quoniam utilis nobis est: & expedit vt vnus pro populo moriatur, satis planum sensum habet & apertum, nam, imrū, significat dicite: itru, ligate: nam: atar, verbum Hebræum, Hispanum est factum. & similis mutatio hoc loco videtur facta, quæ illo Esaie loco: Multiplicabitur eius imperium, Hebraicè, pro, multiplicabitur, legitur, maruè, & primæ literæ superscripta est, o, litera, quod signū est dubiæ lectionis, quod B controuersum inter Hebræos est, legendum ne sit, maruè, an, taruè, per, d, in principio an per d, per has literas de quibus nunc est controuersia, vbi multi Iudæos cogunt legere maruè & non taruè: quia si legant, taruè, mutatis his literis de quibus nūc agitur, suo se gladio iugulent, non enim legendum esset: Multiplicabitur eius imperium: sed, Ab spina eius imperium. i. ab corona spinea incipiet imperare Christus, quod esset simile illi: Dominus regnauit à ligno. Sunt, sunt, inquam, multis locis signa dubiæ lectionis, quod ipsi docent Iudæi, & Rabini, vt suprā ostendimus satis prolixè. Lxx ergo legerunt: ligate iustum quoniam bonum: quod est idē cum illo Matth. cap. 26. consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. & cap. 27. Inierunt consilium aduersum Iesum vt eum morti traderent, & vincētum adduxerunt: sic hūc locum legit AMBR. O. de benedictione Patriarcharum cap. 3. & IVST. martyraduersus Tryphonem ter aut quater sic legit, ac interpretatur. Et EVSEB. lib. 2. cap. 36. CYPRIAN. in expositione Symboli, vbi prædictum docet ab Esaia, Dominum vincendum fuisse à Iudæis cum dicit: Alligemus iustum quoniam inutilis est nobis, quem vincētum, euangelica narrat historia. & PROCOP. in Genesios cap. 49. interpretans illud: In consilium eorum non intret anima C mea, de passione Christi hoc dixit Esaias, inquit: ligemus iustū quoniam inutilis est nobis. sic legit ISYCH. lib. 7. in Leuit. vt suprā dixi. Sic legit & explanat CYRILL. PROCOP. BASIL. & in primis D. Hierony. cum quo tamen præfata venia, flexis genibus, vt cum tanto Diuo, paulisper conuertere libitum est, si CCC. annis ante Christi crucem Lxx viri hæc de Christo sunt interpretati & de eius passione, idque tuipse nobis author es, o magne Diue, æquum erat quod AVGV. docet de ciuit. Dei lib. 20. cap. 30. ex vtraque tralatione verū scripturæ elicere sensum, cum præsertim tralatio Lxx euangelicanobis verba repræsentat, & non duos, hic & alijs locis facere scripturæ sensus, alterum iuxta Hebraicam veritatem, alterum iuxta sententiã Lxx virorū: quali sententiã Lxx virorū ab Hebraica veritate discrepet, cum vtraque tralatio eodē possit spectare: Nam vinciamus iustum qm̄ inutilis est nobis, vt nulla facta videatur esse mutatio Hebrææ lectionis, neque mutetur illa litera quã diximus, poterat esse explanatio tralationis D. Hieron. Dicite iusto, qm̄ benè. i. dicite de iusto, subaudiuntur em̄ hæc voculæ Hebraicæ, qm̄ benè est, vt vnus moriatur pro populo, vel si ad verbū Hebræa verba reddas, dicite iusto, vel de iusto, quoniã bonum, vt verit Vatablus. i. quoniam, bonū est & expedit, vt vnus homo moriatur pro populo. Et certè si canonem interpretandę scripturę præscriptum ab AVGV. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 30. quem toto hoc opere seruandum duxi, sequeris vt non duplicem sensum facias: alterum iuxta Hebræam lectionem, iuxta sententiã Lxx seniorum alterum, sed ex vtraque tralatione vnum & eundem contendas eruere sensum, fieri non poterit quin hunc sensum dicas horum verborum esse: Dicite iusto quoniam bonum. i. dicite de iusto, quoniam bonum est, vt vnus homo moriatur pro populo. Notandum tamen Lxx viros ex. r. lib. Sapientie fecisse huius loci paraphrasim vt solent facere ex alijs scripturæ locis, ex quo apparet sapiētiam verè scriptam esse à Solomone, cuius insolubile argumentū est, quod ecclesia catholica lib. Sapientie inter libros canonicos retinuit, etiam doctoribus quibusdam summæ authoritatis refragantibus. De hac literarum mutatione, & duplici lectione Hebræa lege etiam paululum infrā in comment. in illa verba: Populum meum exactores sui expoliauerunt. vbi authoritate, D. Hieronymi probatur hoc fieri in lectione Hebræa.

E D. HIE.

Canon.

Canon.

Liber Sapientie à Solomone scriptus. Duplex lectio in codicibus Hebraicis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quoniam fructum adinventionū suarum comedēt: vā impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.

Igitur fructus operum suorum comedēt: vā iniquo, mala, secundum opera manuum eius accident ei.

Quoniam fructum adinventionum suarum comedēt. i. fraudum quas versabant aduersus Dominum, & consiliorum, quæ capiebant aduersum Christum: quod Lxx explanant, i. quoniam fructum operum suorum comedent, hoc est, qualia Iudæi fecerunt aduersus Christum, talia demerent: Sic CYRIL. PROC. D. BASIL. Qui Iudæorum sententias sequuntur: comedet, legunt singulariter, & ad iustum referunt: omnia enim vaticinia de Christo inuertunt, & tamen, si Deo placet, in pretio sunt, sed eos refellunt Lxx viri, qui pluraliter legunt, comedente cruce, necesse habeas referre: & D. Hieron. qui vertit pluraliter. Vā impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei: eodē modo Lxx: dispunge tamē sic lectionem Lxx virorū: Vā impio mala: hic apposita subdistinctione. i. vā impio, propter mala quæ fecit, quæ est forma dicendi Hebræa & Græca: Opera manuum eius accident ei: sic enim ex Hebræa lectione dispungenda Græca & Latina lectio est. THEOP. quod nō consuluit Hebræā lectionē sic dispunxit: Vā impio, mala secundū opera manuum eius, accidēt ei: quia enim Iudæi Christū tradidere Romanis, traditi sunt Romanorū armis & ipsi: qm̄ dñm flagris cecidere, flagris & ipsi cæsi à Romanis sunt: illudere dño, & ipsis illudere Romani: vèdiderē dñm, & ipsi vèditi sunt: cruce affecere dñm, & affecti ipsi cruce sunt à Romanis: & sic hanc prophetiā cōpletā esse, ait Theoph. in cap. 11. Mar. in illa verba: Tradidit Iesum flagellatū. Et CYRIL. in Ioan. in illa verba: Vas ergo positū erat: Dicitū est, inquit per Ezechielē ca. 9. de Hierusalē: sicut fecisti, sic fiet tibi: retributio tua retribuetur tibi in caput tuū. Et per Esaiā: Prava secūdū opera manuum eius accidēt ei: Sic enī hāc lectionē distinguit Cyril. vt Theophylidē dixit, inquit, Hierem. ca. 9. Igitur abinthio pascā illos, & fellis rore illis ppinabo. V. A. T. semper sibi cōstat, Iudæos sequitur sua ripa.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Populū meū exactores sui spoliauerūt, et mulieres dominatæ sunt eis, Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiūt, et viam gressuū tuorū dissipant.

Populus meus, exactores vestri deuorant vos, & exactores dominantur vestri: populus meus, beatificantes vos, decipiunt vos, & semitas pedum vestrorum conturbant.

Peracto vaticinio de passione Christi, & vastitate inuecta Iudæis post Christi passionem, quam Dñs prædixit etiam verbis illis: Relinquetur terra vestra deserta, inuehitur propheta, vt docet D. Hieron. in scribas & pharisæos, qui non solum negauerūt filiū Dei, ne perderent decimas & primitias, sed etiā auertebāt plebē à Christo, sui quæstus causa, vnde propheta ait: Exactores. i. sacerdotes, scribas, & pharisæos, qui sub prætextu doctorū legis, potius quæstuarij sunt, & exactores pecuniarū, & quæstū anteponunt pietati & religioni: Hi igitur doctores legis, quæstuarij potius dicēdi, q̄ sua lucra sectantur, populū spoliāt, & ideo illū auertunt à Christo, ne suū quæstū amittant. Et mulieres. i. hi sacerdotes, qui vitijs dediti & libidinibus, aded sunt effœminati, vt mulieres potius sint dicēdi, quā doctores: dominantur populo, & abducūt à religione populū: nisi dicas mulieres dominari populo, quod Iudæi erant *vivimimogarduyvov*; & illorū vxores luxu diffuebāt & ipsos principes Iudæorū auarissimos efficiebāt, & raptores, q̄ docet Philosophus, fieri sole re quoties fœminæ viris dominantur. quale est illud, quod ille alter dicebat, Deiophantū puerum dominari toti Græciæ, quod puer ille matri imperaret, marito mater, maritus Græciæ imperiū teneret, hinc colligebat: puer igitur septuennis, imperat toti Græciæ. Et sic videtur conueniri propheta, quod mulieres sui luxus causa, dominantur plebi Iudæorum, & eam auertunt à Christo, cum maritos, qui Iudæis dominantur, impellunt, vt hoc faciant. Vnde ARIST. libro secundo Politicorum, de fœminis, quæ luxu solutæ viuunt, multa administrantur à fœminis, necesse est, si in luxu viuant, cum earum viri, si sint vxorij, in Republ. magistratum gerunt, quid enim interest fœminas imperare Reipub. an imperare viris, qui Reip. imperent?

Lxx se-

A Lxx senior. quod Hieron. dixit: Mulieres dominatæ sunt eis, verterunt: Exactores dominati sunt eis, eadem voce repetita. Huc ego aduocare vellem omnes qui mirari solent, quod in codicibus Hebræis, in quibusdam locis variam esse lectionem dicimus, qui si Hebræicè scirēt, & euoluissent Hebræicos codices, mirari nullo modo possent, cum nihil sit vulgariū, sed hic locus reuincet Iudæos & Iudaizantes, & eximet scrupulum nostris, si rectè attendere volent. Docet enim D. Hieron. in comment. solum Symmachum vertisse hoc loco, mulieres: legit ergo, nasin, sine litera. i. Aquilam verò docet vertisse exactores, cum Lxx seniorib. Theodocionem, fœneratores. Hi ergo omnes, cum sic vertunt, significant vnam literam se agnoscere in lectione Hebræa, quæ nūc codicibus typis excusis deest, nec legisse נשים, sed נגשים, vt si codex Hispanus Latinè redditus esset, multis antè annis, & vbi alij vertissent malleum, interpres aliquis reddidisset Martium, significasset profectò nobis se in codice Hispano non legisse, maço, sed, março, vna addita litera, nec quisquam tam rudis æstimator rerum esset, qui sibi persuaderet interpretes, qui Latinè vertissent Hispanum codicem doctissimos & lectissimos viros, maço, dictionem Hispanam vulgatissimā significationis: alios, malleum vertisse, alios Martium: sed intellexisset profectò hos, duplicē Hispanam lectionem agnoscere, qui vertere, malleum maço, qui reddidit Martium, março. Itidem hic existimandum est, qui vertere mulieres hoc loco נשים, agnoscere, qui reddidit, fœneratores, aut exactores, נגשים, vna addita littera. Nam diximus ex D. Hieronymo puncta à doctis pro arbitrio addi & detrahi, pro re, loco, & tempore. Et mirabitur quisquam, si Lxx seniores antiquissima & castigatissima nacti exemplaria, vt qui fuerint trecentis annis ante crucem Christi, cum non tot ruinis, & incendijs, vt ait Augustinus vitati essent codices Hebræi aliquando aliam dictionem agnoscant, & ijs potissimum locis, vbi euangelica verba repræsentent, & maxima Christi pandant mysteria. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. inuehi prophetam hoc loco putat in ipsos legis doctores, quod onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipsi ne digito quidem audent attingere, iuxta illud Matth. 23. Alligant onera, &c. Et Luc. 11. Oneratis enim homines. Lege AMB. de Thobia cap. 9. vbi nouo quodam modo, quid sit exactor, explanat. Lege EVSEB. demonstr. euangel. lib. 9. cap. 8. in fine. Et AVGVST. tom. 7. lib. 3. contra epistolam Parmeniani, vbi interpretatur quod sequitur: Qui vos fœliceis dicunt: sed repetè altiùs. Loquebatur enim aduersus conuenticulum vanitatis, aduersus hos potentes, qui, multis esurientibus, largissimo argento, & auro nitent, fratribus extorquent fundos, fœnus vfuris augent, quem sensum putat esse huius loci, & significari deceptos esse, & errare toto cælo, qui locupletes vulgò appellant beatos, cum per se auaritia, & hæc acervatio pecuniarū, quo iure, quæue iniuria, magnū sit crimen in scriptura, & huic loco congruit hæc sententia: Propter auaritiā enim non sequebantur Christum, & abducebant populū à Christo, & ideo propheta eorū luget miseriam. TERT. lib. 4. aduersus Marcionem, idem hoc esse putat cum illo Euangelij: Vā, cum vobis benedixerint homines, secundum hæc faciebant pseudopropheta patribus eorū, & laudis humanæ fœtatores inculari hoc loco ait per Esaiam, quæ sunt optimè dicta: nam vt pseudopropheta laudis humanæ causa aduersabantur prophetis Domini, sic pharisæi laudis humanæ causa aduersabantur apostolis. Sic CYRIL. sic HIER. Sacerdotes, inquiunt, habentes clauem scientiæ, nec ipsi intrant, neque populū intrare sinunt. Hoc significat verbum Hebræum, nam quod vertit D. Hieron. Viam gressuū tuorū dissipant, Hebræicè est: dissipant, vel, errare faciunt, vel, perdunt. THEOD. Quia admonentes, inquit, persistere in obseruatione legis Mosaiçæ, & beatos qui hoc facerent vocantes, non sinebant plebeios ire ad Christum, & ad salubrē Euangelij prædicationem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Stat ad iudicandum Dominus, et stat ad iudicandos populos: Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, et cum principibus eius: vos enim depascebatis vineam, et rapina pauperis in domo vestra. Quare ait vris populum meum?

Sed nunc constituetur ad iudicium Dominus, & statuet ad iudiciū populum suum, ipse Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi, & cum principibus suis: vos autē quid incendistis vineam meam, & rapina

F 2

rapina

Duplex lectio in codicibus Hebræis.

meum? et facies pauperum commolitis? dicit Dominus exercituum.

TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. hæc interpretatur de iudicio Pilati, quo iudicatus est Dominus: Significat, inquit, iudicium, quo constitutus est Dominus in iudicio: atque exinde omne scriptum prophetarum passionis suæ impleuit. Ergo sententia Tertull. est, vt: Stat ad iudicandum Dominus, passiuè accipiatur: stat, vt iudicetur Dñs, ante Pilatum. Quòd Lxx significant, conuertere enim: Constituetur ad iudicium Dñs, ante Pilatum scilicet. Et statuet ad iudicandum populum suum, interpretatur TERT. Cum tumultuatae sunt nationes, & populi meditati sunt inania, cum adstiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in vnum, aduersum Dñm, & aduersum Christum eius. Deinde verba P sal. sic interpretatur: Tumultuatae sunt nationes, quæ in exercitu Romano erant, cui seruebant omnes nationes: hoc enim intelligit Tertull. cum dicit, Romani: nam nationes omnes, sub signis Romanis erant, & Pilatus ipse Gallus erat. Populi, ait. i. tribus Israël: reges i. Herodes: principes. i. summi sacerdotes, iuxta quam sententiam Tertulliani: Statuet ad iudicium populum suum, significat, permittet, vt cogant concilium aduersum se, & reges, principes, ac gentes omnes, aduersum se tumultuentur. Statuet ad iudicium, ad concilium: vocabit, permittet vocari. Et translationem D. Hierony. sic explanabimus: Stat ad iudicandum, stat vt iudicetur à Pilato & Iudæis. Stat ad iudicandos populos, sic stat ante Pilatum, vt iudicetur, vt stet ad iudicandos populos, qui fremuerunt aduersum se: postea enim illos deleuit, vt ipse ait: Per me hæc facta sunt vobis: & non significatur hic causa, sed consequutio: ex eo enim quod Dominus stetit vt iudicaretur, & quod gentes fremuerunt aduersum illum, consequutum est, vt perirent. Idem TERTVL. in lib. de resurrectione carnis, vbi refellit Iudæos & iudaizantes, qui volunt omnia in scripturis per imagines esse dicta & per figuras, cum ostendisset multa dicta aperte, sine vilo typo, hoc vtitur testimonio Esaia inter alia, iuxta translationem Lxx virorum, quo aperte dicitur: Constitutus Dominus ante iudices, & damnatus: & subiicit: Quæ hic figura apud Esaia? quæ imagines? quæ ænigmata? simplices, & nudæ hic voces ab omni allegoriæ nubilo puræ, quis hæc interpretabitur magis quam recognoscat? hæc Tertullianus, & verisimè quidem: cum enim legimus iuxta translationem Lxx seniorum: Nunc constituetur ad iudicium Dominus: & statuet ad iudicium populum suum, occurrunt nobis statim euangelica verba, quibus ductus est Dominus ad Pilatum, & ad Herodem, & constitutus est in illorum iudicio, An non hoc significant hæc verba, Constituetur ad iudicium Dominus? Non occurrit animo cum legis in literis euangelicis congregatum Iudæorum concilium, vt de Domino iudicet, hoc esse, quod Esaia dixit: Statuet ad iudicium populum suum? Quæ hic ænigmata? vt inquit Tertull. An potuit planius propheta loqui? potuere planius vertere Lxx viri? Nisi dicas subornatos à Christo fuisse, & eius discipulis, qui CCC. annis fuere ante tempora Christi. Cum rursus legis: Ad iudiciu veniet, cum senioribus populi non recognoscis, vt verbo Tertulliani vtar, euangelicam historiam, qua legitur Dominum ad Annam & Caipham esse deductum? IUSTIN. Martyr in dialogo aduersus Tryphonem, aliter explanat hunc locum quam Tertullianus, quod enim Græcè legitur, *ἐκστράς*, quæ vox media est, & actiuè & passiuè significat, & verti potest, Constituetur, vt vertit Tertull. & constituet, vt explanat Iust. cum D. Hierony. qui reddidit: Stat ad iudicandum Dominus: stat ad iudicandos populos. i. propediem seniores, & scribas, & pharisæos ad iudicium & supplicium vocabit, immisso Romano exercitu, qui Iudææ urbibus vastitatem adferat: & putat Iustinus hoc perspicuè his prophetæ verbis significari. Et quòd pœna hæc grauis imminet Iudæis, ter repetitum videtur, quod cum sit in scripturâ, vehementem emphasim habet: stabit ad iudicium: statuet populos ad iudicandum: veniet in iudicium cum senioribus, vnde figura iudicij ob oculos poni videtur, quasi Dominus puniturus pharisæos & scribas, dicat: Cur depasti estis vineam meam? occidentes filium familiam, cum dixistis? Hic est hæres, venite, &c. Depasci ergo vineam volebant, quæ domus Israël est, vt ait Dominus capite. 5. vel: Quare incendiistis vineam meam? quod verbum Hebræum, *בָּאָר*, vtrunque significat, depasci, & incendere. i. cur illam auertistis à Christo meo? & in causa fuistis, cur absumeretur incendio? & Rapina pauperis, cur in domibus vestris est? cur à Christo auertistis

rapina pauperis in domibus vestris? quid vos iniuria afficitis populum meum, & faciem medicorum confunditis? Dicit Dñs exercituum.

A auertistis plebem, vt haberetis pauperes quos expoliaretis? & acciperetis decimas & primitias: quòd eo tempore nõ erant decimæ & primitiæ, sed rapinæ, quorsum afficitis iniuria populum meum? apotolos, & fideles, conijciendo eos in vincula? cum eos sanissimis afficitis cruciatibus? cur humilium facies deturpatis? cum colaphis & alapis eos afficitis? vt legitur Actorum cap. 5. vel, cur commolitis facies eorum colaphis, & pugnis? Hæc è IUSTIN. qui totum hoc caput de passione Christi interpretatur loco citato, centiesque versat & repetit. EVSEB. sic intellexisse videtur lib. 9. cap. 8. THODOR. in eadem sententia est. CYPRIAN. verò in explanatione symboli Tertull. sequitur, cum concordiam Euangelij, cum prophetarum vaticinijs, tractat his verbis: Propheta in iudicium protractum Dominum significat, cum ait: In iudicio Dominus veniet cum senioribus, euangelia narrant non solum iudicatum, sed etiam flagellatum. ORIG. in cap. 3. epist. ad Roman. paulò post principium, hunc locum explanat, & alijs locis. Hebræa lectio magis mihi videtur fauere interpretationi Tertull. & Cypriani, quòd est verbu passiuum, *אַרְבָּי* nisab, quòd etsi verti potest actiuè, vt vertit D. Hierony. stat ad iudicandum, iuxta interpretationem Iustini & Euseb. tamen propriè vertetur passiuè, quia passiuæ vox est, vt legit Tertull. & Cyprian. AVG. in P sal. 49. in illa verba: In circuitu eius tempestas valida: & in P sal. 121. in illa verba: Ad cõfitemdum nomini tuo Domine: de iudicio vltimo hæc interpretatur, & venturum Dominum ait, cum apostolis, & sanctis, qui cum illo sunt iudicaturi, sedentes in duodecim thronis. GREG. lib. 1. super Ezechielem homil. 2. Et D. BASIL. in hunc locum, in eadem sententia sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et dixit dominus Deus pro eo quòd elenata sunt filia Sion, et ambulauerunt extenso collo, et nutibus oculorum ibant, et plaudebant, et ambulabant, et pedibus suis composito gradu incedebant: C decalauit Dominus verticem filiarum Sion, et Dominus crinem earum nudauit.

Hæc dicit Dñs: pro eo quòd exaltatae sunt filia Sion, & ambulauerunt extenso collo, & in nutibus oculorũ, & itinere pedũ, simul trahentes tunicas, & pedibus simul ludentes: & humiliavit Dñs dominatrices filias Sion, & Dominus nudauit turpitudinem ipsarum in die illa.

D hoc loco Esaia, & foeminarum ornatu, legendus CYPRIAN. tractatu secundo de habitu virginum, vbi latè hunc Esaia locum interpretatur, & multa dicit aduersus ornatum foeminarum, & cerullam, & purpurissum. Legendus CHRYSOST. in cap. 5. Matth. homil. 17. in illa verba: Qui videt mulierem ad concupiscendum eam. Et D. AMBROS. in exhortatione ad virgines non longè à fine: & in P sal. 118. Et CLEM. Alexandrinus in pædologo lib. 3. cap. 11. præter ea quæ D. HIER. CYRIL. D. BASIL. in hunc locum dicunt. Certè scholastici Theologi, mihi videntur mitius multò agere cum foeminis, quantum spectat ad earum ornatum, & fucum, seuerius multò, multoque veteres patres, quòd summopere est expendendum, ne scholasticorum Theologorum facilitas illis nocèat. Hæc omnia, quia erant longiora, non suis verbis hic exposui, illinc, qui volet, petat. Illud quæstio dignum est, quando propheta de sententia veterum patrum, vt supra pluribus dictum est, non dicunt inter se dissentanea, sed coherentia, quando vsque adhuc de passione Christi sit dictum, & vastitate Iudææ, quomodo cum his cohæreat reprehensio ornatus foeminarum? Certè si adhibemus canonem interpretandæ scripturæ, quem præscribunt Euseb. August. Orig. vt conuenienter superioribus interpretemur quæ sequuntur, puto, prædici hoc loco, quòd Dominus ait Luca. 23. Filia Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quoniam dies venient, &c. vbi prædicit Dominus vastitatem Hierusalem, & Iudææ, & cladem, quæ ipsas foeminas expectat in illa ruina, cuius cladis & calamitatis, quam illic prænunciat Dñs mulieribus Hierosolymitanis, hoc loco prædicitur causa, quam vt intelligas, quando doctores, quos citauit, tantum hunc locum explanant, causam haru minarũ non docent, neque quo modo hic locus cohæreat superioribus, operæ pretiũ est audire, quid dicat ARIST. cum alijs locis, tum lib. 2. de Repub. vbi hæc scribit, necesse etiã in Repub. vbi foeminae intemperanter viuunt, & luxu solutæ in pretio esse

tio esse opes, & viros esse auaros, præcipuè si sint vxorij, quos Græci appellant *γυναικαγαυούς* A
 i. quibus vxores imperent. & infra de his *γυναικαγαυούς* ait multa administrari à foeminis,
 cum earum viri in Repub. magistratum gerūt: quid enim interest, foeminas imperare Reipub.
 an imperare viris, qui Reipub. imperent? ergo supra dictum est ex D. Hierony. & alijs sanctis
 patribus, negasse Dei filium: huius rei non exiguam culpam sustinebant foeminae, quarum impul-
 su & inductu, principes sacerdotum hæc fecere, cum præsertim Iudæi vxorij maximè essent,
 vnde prophete, eos equos adhinnienteis appellant, quod more equorum, amore foeminarum
 furerent, vbi hoc fit, authore ARIST. omnia foeminarum imperio geruntur in Repub. & tan-
 quam sustinerent culpam maximam huius immanis facinoris, quod Iudæi in Christu sunt ausi,
 propheta in præsentia illas hoc terret vaticinio, quod simile est illi: Flete super vos, & super fi-
 lios vestros. Sic hunc locum intellexisse viderur D. Hierony. in comment. significauitq; idem
 D. HIERON. in sua tralatione, cum supra dixit: Mulieres dominatæ sunt eis: & significauere B
 Lxx. Humiliauit Dñs dominatrices filias Sion: vt pœnas luituras significet propheta, q; domi-
 natæ sint viris, & eos impulerint ad negandum Christum: ergo dicuntur filie Sion solite ince-
 dere elatæ excelsò collo, qui mos est incessus foeminarum locupletum, & quæ se iactant in spe-
 cie, & corporis, & oris pulchritudine: Dicuntur etiam ambulare nutibus oculorum, nutant e-
 nim & nictant adolescentibus, qui eas spectant, & dicuntur composito gradu incedere, & lu-
 dere pedibus: discunt enim foeminae tripudia, & saltatus, & choreas ducere, vt etiam cum in-
 grediuntur per vias, non plaudant quidem pedibus choreas, sed ea corporis statura ingredian-
 tur, & tam molli & composito gradu incedant, vt gradus ipse ad aspectum sit venustus, & cum
 non plaudant choreas pedibus, plaudere choreas videantur, & tripudiare. Pro his minatur pœ-
 nam Dominus, futurumq; dicit: vt decaluet Dominus verticem filiarum Sion. i. vt attondeat
 eas, quæ fulgebant splendore & diuitijs: pro quo Lxx vertere, futurum vt Dominus humi-
 liet. i. seruas faciat & ancillas, dominatrices filias Sion. i. quæ dominabantur viris & populo.
 Punctum vnum hæc varietatem facit: ^{decaluabit, vel, lepra}
 Na lectio Hebræa est: ^{verticem Dñs conteget} ^{verticem Dñs ancillas Faciet}
 Ergo *אֲפָשׁ*, cū puncto in sinistro cornu, *אֲפָשׁ אֲפָשׁ אֲפָשׁ* C
 significat facere ancillas, & sic ad verbu vertes: Faciet ancillas verticem filiaru Sion. i. faciet an-
 cillas, illas filias Sion, quæ sublimi vertice incedebant per vias: quod Lxx interpretantur. i. do-
 minatrices filias Sion, coniuges, scilicet principum, qui vrbi dominabantur: quod factu leges
 apud Iosephum de bello Iud. lib. 6. postremis cap. vbi vili pretio vaneunt illæ, quæ vrbi do-
 minabantur. Si verò legas, *אֲפָשׁ*, cum puncto appposito in dextro cornu *אֲפָשׁ*, significat lepra
 contegere & decaluare, nam fame perierūt & peste, & attonso capite veniere in ancillas, quod
 significat tralatio D. Hierony. Decaluabit Dñs verticem filiarum Sion: quod significasse mi-
 hi videtur idem Hierony. cum dixit: Crinem earum nudabit, nam vnum & eudem locum bis
 videtur vertisse. Mihi non videtur locum sequentem reddidisse, quem sic vertere Lxx: Nu-
 dabit turpitudinem ipsarum in illa die, Hebraicè est *אֲפָשׁ*, id est, nates earum, quoniam pro-
 stitutæ sunt militibus, & detractis vestibus pretiosis, & auro illitis, amictæ centonibus, nu-
 dis cruribus, atque natibus, ductæ sunt captiuæ in omnis orbis partes. CYPRIAN. de habitu
 virginum, tantum adnotat hoc loco Deum culpæ diuitias & luxum, quod hinc corrupte sint
 virgines, & hinc à cultu Dei & à Christo descuerint, exaltatæ ceciderint, comptæ turpitudi-
 nem, foeditatemque meruerint, serico & purpura indutæ Christum induere non potuerint, au-
 ro, & margaritis, & monilibus ornatae, ornamenta pectoris amiserint: quis non id excreterur,
 & fugiat, quod alijs fuerit exitio? AMBR. aliter hæc videtur interpretari, qua de re in initium
 capitis proximi dicendum erit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In die illa auferet Dominus ornamen-
tum calceamentorum.

Et auferet Dominus gloriam vesti-
mentorum, & colymbos.

Hic locus aliter distinctus à Lxx viris est, quam à D. Hierony. nam priora illa verba: In die
 illa, Lxx viri superiori sententiæ reddidere, qui hæc sic legūt: Et Dñs nudabit turpitudi-
 nem illarū in die illa: hoc est, quādo vastabūt à Romanis, nā de hoc sermo prophete erat, nuda-
 bitur turpitudō illarū, quæ vestib⁹ arte laboratis amictæ superbiebāt, exutæ em illis vestibus, &
 amictæ

A amictæ centonibus, nudis natibus, & cruribus ducentur captiuæ, & præcipuè tur militibus, &
 calōnibus. Et postea nouo initio dixere Lxx: Auferet Dominus gloriam vestimentorū. i. nu-
 dabuntur illa gloria vestium, quæ arte laboratæ erant, & auro illitæ. D. Hierony. sic legit, vt,
 In die illa, initium sententiæ sit, hoc modo: In die illa auferet Dominus ornamenta calceamen-
 torum: & sit initium descriptionis ornamentorum, quæ detrahenda sunt foeminis Iudæis, pro-
 quibus reddenda sunt, vt postea dicit, pectoris, squalor, qualia cō se qui solent vilissimamā
 cipia. Auferet ergo Dñs ornamenta, Hebraicè est *אֲפָשׁ*. i. ornamentum, vt vertit D. Hieron.
 decus, & gloriam vt vertere Lxx viri *אֲפָשׁ*. D. Hierony. vertit, calceamentorum: Hebræi
 aiunt esse squammata calceamenta pretiosa foeminarum, quod *אֲפָשׁ*, sit ludere pedibus, vel or-
 nare pedes: & ideo nomen inde deductum sit ornatus foeminarum, pedum, qualia sunt so-
 leæ, sandalia, & similia: Lxx viri hoc verbum putant esse, lasciuire pedibus aut corpore, & or-
 nare corpus, & ita pro omni ornatu corporis accipiunt, & sic reddidere: Et auferet Dominus
 gloriam, & decus pretiosissimarum vestium, vt cohæreat superioribus, quale si dicat: In illa
 die detegendam turpitudinem foeminarum nobilissimarum quæ erant apud Iudæos (vt ita di-
 cam) Marchionissæ, Ducissæ, Comitissæ, nobilissimæ Iudæorum foeminae, quibus auferendæ
 sunt vestes nobilissimæ, elaboratæ auro & argento, & omnis illa vestium gloria. D. Hieron.
 respexit ad pedum tripudia, quibus veluti tripudiare videbantur per vias, & ostentare sanda-
 lia, & pedum ornatus, quæ minatur Dominus se ablatum. Vocem proximam Hebr. *אֲפָשׁ*
 non video quomodo verterit D. Hierony. aut credo eum præterisse hanc vocem, aut ex eius
 tralatione excidisse. Hebræi aiunt esse vestes factas opere Phrygionico. i. vestes textiles auro
 & argento, quales sunt, quibus sacerdotes vtuntur in sacris, vestes pictæ acu, nam phrygiones
 sunt, quos vulgò dicimus *bordadores*, Lxx vertere colymbus. i. vestes auro textiles, aureis orna-
 mentis sparfas.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et lunulas, et torques, et monilia, et
armillas.

Et lunulas, & bullam, & ornatum
faciei earum.

Lunulas, Hebraicè est *אֲפָשׁ* Hebræi interpretantur lunulas, Lxx *אֲפָשׁ*. i. lunulas. D.
 Hierony. eodem modo *אֲפָשׁ* dicuntur à Græcis sectiones circuli, & sic appel-
 lant femicirculos, quæ veluti lunæ dimidiatæ, capiti foeminarum imponuntur auro & argen-
 to nitentes: itaque illa ornamenta quæ eminent in capite foeminarum, auro & argento radian-
 tia, quod sunt veluti mediæ lunæ lunulæ dicuntur, & à Græcis *αὐληται*, & sic appellantur etiam
 ea ornamenta, quæ foeminae (rodetes) nominant: dicuntur etiam, *αὐληται*, omnia colli foemina-
 rum ornamenta, & torques: & sic D. Hierony. duobus modis hanc vocem Hebræam videtur
 vertisse lunulas, & torques, Monilia Hebraicè dicuntur *אֲפָשׁ*, significat autem hoc nomē
 vt Hebræi aiunt, stacte, aromata, odores, & ideo Lxx vertere bullam. i. vasculum illud pendēs
 collo refertum odoribus, quod, quia semper monilibus insertum est, D. Hieronymus appel-
 lauit monilia. Armillas Hebraicè est, quam vocem Hebræi ignorant, neque sciunt pla-
 nē quid significet: alij alia diuinant: D. Hierony. vertit, armillas: Lxx viri, quibus Hebræa lin-
 gua fuit materna, putant significare omnem ornatum faciei, cerussam, purpurissum, gemmas
 vitta pendenteis, aurum quo vitta ipse sunt prætextæ, & alia multa, quibus foeminarum facies
 auro totæ renident.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Mitras, et discriminalia, et perisce-
lides.

Omnem compositionem gloriae,
& armillas.

Verbum Hebræum *אֲפָשׁ*: D. Hieronymus vertit mitras, quæ vox Græca, diademata
 significat: ornant enim foemine capita diademate. i. corolla quadam nitente auro, &
 gemmis: dicuntur etiam mitræ teniæ aureæ, aut gemmis distinctæ, quibus super vittas foe-
 minæ caput solent redimire, quæ totæ, inquam, auro & gemmis radiant. Discriminalia sunt
 quædam aurea instrumenta, quibus foemine nobilissimæ & magnificæ vestes, & vittas capi-
 tis, & omnem ornatum reuincunt & distinguunt, vt totus corporis ornatus retineatur. He-
 braicè est *אֲפָשׁ*. i. gloria & decus, pro quo Diuus Hieronymus reddidit: Discriminalia, id est,
 illa instrumenta, quibus gloria & decus ipsius ornatus retinetur. Periscelides, sunt caligæ

foeminarum, vt pingui Minerua (quod aiunt) ex planem, dum perspicue, intellige tu tamē esse A caligas pretiosissimas foeminarum, denique omnis ornatus tibiæ & pedis foeminarum dicitur periscelis, nam, *periscelis* tibiæ est. i. ea pars quæ a genu vsque ad infimos pedes est: ergo omnis ornatus tibiæ, & pedis foeminarum dicitur, periscelis: dicuntur etiam periscelides foeminalia. Lxx viri aliter hunc locum intellexerunt: sic enim explanant lectionē Hebræam *קריעות הקפארים* coniunctim enim legunt, non diuisim *קריעות* operimentum significat, pearim gloriarum. i. operimentum gloriarum detraham illis. i. detraham illis omnem ornatum vestium quo operiuntur gloriose, pro quo edidēre. Lxx: Detraham illis omnem compositionem gloriæ. i. omnem ornatum gloriosum, nisi velis interpretari, omne venenum gloriarum, aut omne venenū mortiferum, aut soporem mortiferum gloriarum, quod hic luxus vestium, & ornatum, hæc lasciuia & viris & foeminis, venenum sit mortiferum, nam *hypotio* est veneni mortifera, & soporifera, quæ hominem prorsus sine sensu reddit. Certē Cebe philosophus, cuius meminit Socrates apud Platonem, in sua tabula, homines omnes in ingressu huius vitæ excipi ait poculo ignorantia & erroris, vnde trahit caliginem & ignorantiam homo, vt hæc fugacia, & vana sequatur, relinquat serua, & semper duratura. Et Plato cum alijs locis tum. 5. de Republ. lib. Plurimorum hominum vitam in somno totam transigit: vigilare autem paucos, qui vera bona sequantur, & sempiterna. & 7. de Republ. lib. Constituere se Rempub. ait cupere, quæ vigilet, & vigilans habitet, non vt alię Respub. quæ in somnijs totam vitam degat altissimo somno sopita, meditentur somnia vana. Sic hoc loco lectionem Hebræam interpretari potes, vt significetur somnus hic lethalis, qui nascitur ex veneno exitiali. i. ex amore diuitiarum, quod qui traxit in somnū profundissimū demersus sine villo sensu relictus, miserè moritur: de quo infra dicēdū est pluribus, cum agemus de spiritu cōpunctionis. Periscelides Hebraicè est, *קריעות* Hebræi etiam interpretantur, ornatum pedū, ponitur pro armillis. 2. Reg. Armillam quæ erat super brachium eius: & ita Lxx vertunt *קריעות*, quæ vox significat omnem ornatum foeminarum, quo manus ornant & brachia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et murenulas, et olfactoria, et man- Colliornamenta, & innexa vittæ, *reus.* quæ propedēt in pectus, & annulos.

MVrenulas, Hebraicè, *מורנולות*, Hebræi aiunt esse ornamenta, quæ collo alligantur, quod Hierony. reddidit murenulas, quæ instar murenarum orbiculatæ sunt monilia quæ collo pendent foeminarum, cathenæ videlicet aureæ. Lxx verterunt *מורנולות*. i. anuli, & omnia quæ collo circumdantur & manui. Olfactoria. Hebraicè est, domus pectoris, quod interpretatur D. Hieronymus. i. olfactoria quæ pendent collo super pectus foeminarū. Lxx eodem modo videntur vertisse, qui reddidēre *מורנולות*. i. quæ innexa vittæ aut collo pendent in pectus, & videntur mihi duobus modis interpretari *מורנולות*. i. innexa collo, & vittæ, & annulos, quod annuli quibusdam foeminis propendent in pectus, pendent vittæ, aut collo. In aureis, notæ significationis vox est, & eodem modo redditur à D. Hierony. & alijs.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Annulos, et gemas in fronte pendentes. Prætextas vestes purpura, & vestes *intextas purpura.*

Annulos Hebraicè est, *מורנולות*, quam vocem annulos significare Hebræi docent: sed verbum Hebraum, vnde hoc nomen deducitur, significat mēgere, aut tingere, quod factum est, vt Lxx tintas vestes, purpura sint interpretati, per antonomasiam, quod hic color omnium pretiosissimus esset: & ita vertēre: Vestes prætextas purpura, id enim significat *מורנולות*. Et vestes purpura intextas, quod significat *מורנולות*. his enim duabus vocibus Lxx viri vocem Hebræam videntur interpretati. Gemmas in fronte pendentes, Hebraicè *מורנולות*, quod Hebræi interpretantur: in aures narium: mihi magis placet tralatio D. Hierony, quod illæ gemmæ, & aurea illa sigilla, fronte propendent in nasum: & barbararum nationū est, naso appendere in aures. Puto Lxx viros hanc vocem non vertisse, aut hanc vocem ex eorū tralatione interdidiſſe: ergo lectio Hebræa ad verbum reddita erit, gemmas fronte in nasum pendentes, quas Dominus se foeminis Iudæis ait ablaturum.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et mutatoria, et palliola, et lintea- Suppara, vel domus aulæ, laconica *mina.* nitentia, & bysina.

MVtatoria Hebraicè *מורנולות* à verbo *קריעות*, vnde Hebræi aiunt hoc nomen deductum significare vestes mutatorias, aut arma: Lxx viri, quibus Hebræa lingua patria erat & vernacula, pro aulæ & tapetibus accepere, & peristrōmatis, & sic vertēre: Suppara & domus aulæ. Palliola Hebraicè *מורנולות* genus vestis est, de quo multa diuinant Hebræi: alij, vestimenta mulierum esse aiunt: alij, foeminalia esse dicunt. D. Hierony. vertit, palliola. Inter tantam scriptorum varietatem, si post D. Hieronymum audiuntur impij Rabini, nullū sine locus erit Lxx viris in patria lingua, in qua nati sunt & educati? qui interpretantur hanc vocem Hebræam, vestes laconicas: Laconicas autem, purpuras pretiosissimas esse, docet P. L. I. N. lib. 35. cap. 6. & ita Lxx viri reddunt, suppara, seu, aulæ domus, & laconica nitentia. i. purpuras laconicas nitentes & splendentes. Linteamina: eodem modo Lxx reddunt enim bysina. Bysina porro lina mulierum, delitijs maximè accommoda esse docet Plin. lib. 19. cap. 1. vt, linteamina bysina ea dicas, quæ foeminis potentibus sunt in delitijs.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et acus, et specula, et syndones, et vit- Hyacinthina, coccina, syndones au *tas, et theristria.* ro & purpura intextas, & theristria meretricia.

ET acus, Hebraicè, *מורנולות*, quam vocē Hebræi stylum significare aiunt, & vt ipsi sunt impudentissimi, quædam ex scriptura non solum impiè interpretantur, sed etiam impudenter. Aiunt etiam significare opus fusorium acus, vt vertit D. Hieronymus marsupium, saccos. Addunt Lxx significare hyacinthina, & sic hoc loco reddidit hyacinthina: i. vestes purpureas, quæ vergunt ad nigredinē. D. Hieron. reddidit acus, instrumenta quibus retinetur ornatus capitis foeminarum. Specula, Hebraicè dicuntur *מורנולות*, à verbo Hebræo *מורנולות*. i. appareo, quod in illis appareant, & splendent imagines rerum. Lxx coccina interpretantur, vestes purpureas nitentis, quæ colore & splendore prouocant rosas, vt dictum est supra in illa verbā cap. i. Si fuerint peccata vestra rubra, &c. Syndones, *מורנולות* Hebraicè: syndones interpretantur Iudæi: Lxx, Bysinas contextas auro & purpura. i. linteamina, vt dixi, bysina. i. ex lino, delitijs foeminarum accommodatissimo, intexta, aut acu picta auro & argēto. Vittas, Hebraicè *מורנולות* puto esse hoc Hebræum Hispanum factum Zenefa, vt multa sunt Hebræa nomina facta Hispana: vittas eas arbitror à D. Hieronymo dictas, quibus tempora redimiri solebant. Redimitus tempora vittis: fiebant enim, ex vittis zenefa, quas appellat vulgus Hispanè: cidarin appellant Iudæi, sed malè: non enim foeminarum, sed regum & sacerdotum gestamen est Cidaris. Hanc vocem non vertēre Lxx, aut quod magis puto, interdixit verbum aliquod ex tralatione Lxx virorum, quo vox hæc Græcè reddita erat. Theristria, Hebraicè *מורנולות*, Hebræi interpretantur vela serica: D. Hierony, theristria, seu theristra: ea sunt sericæ vestes tenuissimæ, quibus foeminæ vtēbantur æstate, vt nunc lineis vtuntur cudentibus: *מורנולות* æstas est, vnde theristra, seu theristria, delicatissimæ & molles vestes, quibus æstate vtēbantur foeminæ: Lxx præ se ferre videntur, esse vestes meretricias: qui reddidēre *מורנולות*. i. theristra meretricia, nam *מורנולות* meretricia interpretor, quod cataclista meretrices dicebantur apud Lacones: credo esse vestes illas, quas à mollicie Iuuenalis appellauit multicia, & pelucebant totæ foemina illis amicta: Cum tu multicia fumes - Cretice, &c.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit pro suauis odore, faetor: pro zona, funiculus: pro crispante crine, caluitium: pro fascia pectorali, cilicium. Et erit pro odore suauis, puluis: pro zona, funiculo cingēris: pro ornatum capitis auro, caluitiū habebis, propter opera tua, & pro tunica intexta purpura, p̄cingēris cilicio.

Dixi, descriptos à Propheta ornatus foeminarum Iudæarum, quos Dominus prædicat se ablaturum, pro quibus relinquetur, inquit, p̄dor, situs, squallor, qualia miseros homi-

homines consequi solent. Sed quoniam quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: & omnia Iudæis in typo contingebant, hæc omnia, quiuis intelliget figuras & typos esse vltimi Iudicij, vt enim Iudæi, & Sodomitæ igni & sulphurè deleti sunt, ita igni & sulphurè sempiterno punientur mali, & perdent omnia ornamenta tã corporis quam animi, & vestientur sempiterna ignominia, & erunt in situ & pædore sempiterno, nec enim fœminas tantum hæc consequentur mala, sed quæ diximus, ad animas vnus quiuis accommodare poterit. Fœtor Hebraicè dicitur, *ppm* .i. putresco, vel corrumpo, & dissoluo, vnde nomen deductum pro fœtore, & dissolutione accipit R. David in commen. D. Hieronymus accepit pro fœtore: Lxx pro dissoluta terra, pro puluere: Erit pro suauis odore puluis, quod tanta turba captiui ducuntur, vt puluere necentur: pro delitijs aromatu, vel, erit pro suauis aromate fœtor & pædor, in quo viuetis, vt vilissima mæcipia. Pro zona funiculus. i. pro aurea zona fane cingeris: & pro crispante crine, Hebraicè est *מְשֻׁמֵת* .i. pro opere aspero, quod D. Hierony. vertit, pro capillo crispante, calamistrato, caluitium, quod enim de capite agebatur, & de caluitio, opus asperum intelligi non potest nisi de crinibus calamistratis. neque scio quid hic reprehendant Iudæi, nam verbum Hebræum significare opus asperum ipsi fatentur. Planum, aiunt, vertendum potius erat, pro opere plano, quod verbum Hebræum *מִשְׁכָּה*, malleo contusum significat & complanatum, sed quod contusum malleo est asperum quoque fit. Lxx vertunt: pro opere malleo cõtuso. i. pro aureo ornatu capitis, qui mallei percussione elaboratus est. i. pro aureo ornatu quo totum tuum caput renidebat habebis caluitium. Pro fascia pectorali, cilicium: eodem ferè modo Lxx. Hebræi multis modis hanc vocem interpretantur: alij aiunt fasciam esse pectoralem: rabi David genus esse vestis ad gloriam, & decorem. R. Abraham pro veste tenui, quæ ponebatur super omnes vestes. Lxx viri pro veste intertexta purpura.

D. HIERONYMVS.

Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, et fortes tui in pralio.

Hebræa lectio ad verbum reddi potest: Quoniam pro pulchritudine, viri tui in gladio cadent: quæ verba si ex euentu interpretemur, quod optimus scripturarum interpret rerum euentus sit, significare videntur, quod Iosephus li. 6. de bello Iudaico postremis capitibus scribit, scribas, pharisæos, principes Iudæorum omnes ferro stratos per vias, & iussos occidi à Vespasiano, aut victos custodiri, vt in theatris & ludis publicis, feris objicerentur laniadi, aut immanibus beluis, quas ludis adseruabant, pro pabulo præberentur, aut ducerentur in pompam triumphi, & multa milia pauperum dimissa esse abire libera quod vellent. Ergo verba Hebræa sic posses interpretari, Viri tui cadent gladio. i. occidentur: pro pulchritudine. i. vt quisque est pulcherrimus, & speciosissimus, & princeps populi: illi enim iussi sunt occidi, quibus potissimum minatus erat Dominus: Væ vobis Pharisæi, quod ij potissimum aduersari erant Domino: ergo D. Hieronymus vertit: Pro pulchritudine viri tui gladio cadent. i. pulcherrimi viri tui gladio cadent, hoc est, principes populi, & locupletissimi quique, quod veluti tauri pingues circumdederant Dominum: Lxx viri videntur aliter interpretati: pro, Pulchritudine viri tui gladio cadent. i. pulcherrimi quique, iuuenes & adolescentes, pro pulchritudine qua adolescentes nitent, fœdabuntur sanguine, gladio occisi: & ita reddidit: Et filius tuus pulcherrimus quem diligis, gladio cadet: vt sit illud Domini: Nolite flere super me, sed flete super vos & super filios vestros. PAGN. & VATAB. addunt verba de suo, suo more, quæ nusquam sunt, vt Iudæorum sensa, seu potius deliria, nos doceant.

D. HIERONYMVS.

Et mœrebunt portæ eius, et desolata in terra sedebit.

sedebit in terra desolata, expoliata
 לשבּוּת תּשׁבּוּת תּשׁבּוּת

LXX VIRI.

Et filius tuus pulcherrimus, quem diligis, gladio cadet: & fortes vestri gladio cadent, & humiliabuntur.

cadent gladio in viri pulchritudine pro
 קָדְמוֹת יְהוּדָה בְּחַרְבּוֹת יְהוּדָה
 Quidam interpretantur, quod Iosephus li. 6. de bello Iudaico postremis capitibus scribit, scribas, pharisæos, principes Iudæorum omnes ferro stratos per vias, & iussos occidi à Vespasiano, aut victos custodiri, vt in theatris & ludis publicis, feris objicerentur laniadi, aut immanibus beluis, quas ludis adseruabant, pro pabulo præberentur, aut ducerentur in pompam triumphi, & multa milia pauperum dimissa esse abire libera quod vellent. Ergo verba Hebræa sic posses interpretari, Viri tui cadent gladio. i. occidentur: pro pulchritudine. i. vt quisque est pulcherrimus, & speciosissimus, & princeps populi: illi enim iussi sunt occidi, quibus potissimum minatus erat Dominus: Væ vobis Pharisæi, quod ij potissimum aduersari erant Domino: ergo D. Hieronymus vertit: Pro pulchritudine viri tui gladio cadent. i. pulcherrimi viri tui gladio cadent, hoc est, principes populi, & locupletissimi quique, quod veluti tauri pingues circumdederant Dominum: Lxx viri videntur aliter interpretati: pro, Pulchritudine viri tui gladio cadent. i. pulcherrimi quique, iuuenes & adolescentes, pro pulchritudine qua adolescentes nitent, fœdabuntur sanguine, gladio occisi: & ita reddidit: Et filius tuus pulcherrimus quem diligis, gladio cadet: vt sit illud Domini: Nolite flere super me, sed flete super vos & super filios vestros. PAGN. & VATAB. addunt verba de suo, suo more, quæ nusquam sunt, vt Iudæorum sensa, seu potius deliria, nos doceant.

LXX VIRI.

Et lugebunt thecæ ornate viri, & derelinqueris sola, & ad terram prosterneris.

portæ eius: mœrebunt & lugebunt
 פּוֹרְתֵי עֵירוֹ מְרֵבִים וְלֹגְבִים

Lectio

Lectio Hebræa potest reddi ad verbum: Mœrebunt, lugebunt portæ eius. i. omnis domus, & ianua omnis Iudææ fœminæ mœrebit, & lugebit: & desolata fœmina Iudæa, & expoliata rebus omnibus, sedebit in terra, expectans emptorem: sed *מִן־הַמָּוֶל* non solum portas & ianuas domuum significat, sed picturas: pro quo Lxx viri reddidit: Picturatas thecas ornamentorum eius, scilicet, Iudææ fœminæ: vt significarent scriniola fœminarum picturata, & thecas speciosissimas, & pulcherrimas, vbi adseruabant sua ornamenta, quæ confractæ & despectæ à militibus iacebant, & fœminis Iudæis augebatur dolor: & sic verterunt Lxx: Lugebunt thecæ ornate vestri: Hebraicè est, Lugebunt, & mœrebunt: *מִן־הַמָּוֶל*, inter alia significat, expoliata rebus omnibus: pro quo dixere, derelinqueris sola, expoliata. s. parentibus, marito, fratribus, propinquis, amicis, & rebus omnibus: Quod factum leges apud Iosephum, vbi proditum memoriæ est, conclusas in vnum locum miserat, & abiectas adseruatas fuisse, & vanissime perexiguo precio, vbi miserat Iudææ fœminæ, quæ affluebant diuitijs & opibus, quæ olim Iudææ dominabantur, nudatæ rebus omnibus, sedebant in terra, & expectabant emptorem, qui eas in vltimas terras abduceret.

IN ESAIAE CAP. IIII.

D. HIERONYMVS.

Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomē tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.

LXX VIRI.

Et apprehendent septem mulieres hominem vnum in illa die, dicentes: panem nostrum comedemus, & vestimenta nostra induemus, veruntamen nomē tuum inuocetur super nos.



OC loco, primùm illud annotatione dignum esse videtur, Hebræos omnes hæc verba superscripta, facere finem capitis superioris, solos Lxx viros, & eos sequuntur D. Hieronymus, hæc verba superiora cap. IIII. fecisse principium, cum Iudæi omnes faciant initium cap. IIII. verba sequentia: In die illa germē Domini in magnificencia. Distinctionem Iudæorum probat D. CYRILL. qui sic hunc locum explanat: Cum finisset Dominus minas aduersum Iudæos, qui Dominum in crucem sustulissent, & aduersum fœminas Iudæas, quæ vt lasciuirent luxu, gemmis, ac margaritis niterent, non induere Christum, neq; accepere lucem Euangelicam, & suis viris causa fuere, vt plebem à Christo auerterent. Subiungit propheta, tantam vastitatem importandam vrbibus Iudææ per Romanos, vt virorum mira paucitas sit, nam gladius Romanorum in viros sæuij, qui omnes citra discrimē necabantur per vias, vt sæpè repetitum est ex Iosepho. Ait ergo propheta iuxta sententiam Cyrilli, futurum: vt septem fœminæ. i. plures numero, vni viro nubant, quod lex Moysis præscribat filijs Israël: Non erit in te infœcunda aut sterilis, & inde extremæ ignominie erat apud illos, si fœmina non pareret: sed lex spiritalis erat, & significabat, quod Israël spiritalis. i. mens, quæ Deum videt, vel, quæ ad Deum inualuit, non futura est infructuosa, sed innumeris virtutum actibus fœcunda, veluti terra culta optimè, quæ vberes fructus creat. Petent ergo, ait propheta, plures fœminæ vnum virum tantum, vt ex ipso suscipiant sobolem, ne sine liberis sint ignominiosæ. Et vide, inquit Cyrillus, quàm tenuis hic est vir, vnde non petitur cibus aut vestis, sed tantum fieri matres: Subijctiq; idem Cyrillus, esse quosdam, qui hæc ad sensum spiritalem referant, idq; parum prudenter fieri: Ait enim, si comòdè fieri posset hoc in magna esse laude ponendum, at cum sensus non cohæreat, non care re culpa qui hæc faciant. Aiunt enim, inquit, septem fœminas, septem dona esse spiritus, virum vnum, Christum: non cohæere autem septem spiritus dona dicere Christo: Aufer opprobrium nostrum.

De varietate distinctionis huius capitis.

Referre prophetiã ad Christum in magna laude ponendū. quando.

Distinctione
Lxx virorum, qui
sequantur.

nostrum, & panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur. Idem sentit THEODOR. & BASIL. Distinctionem vero Lxx seniorum sequitur ORIG. in Esaiam tom. i. homil. 3. de 7. mulieribus, quæ quia sunt longiora, non suis verbis exposui, qui volet inde petat: in eadem sententia est CYPRIAN. in lib. de exhortatione martyrij, ubi multa de numero septenario disputat. Et REMIG. Altifid. in ca. 8. Zachariæ in illa verba: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines &c. sed pro sententia horum omnium satis erit hic adscribere. D. Augustini. sententiam in quæstionibus ex veteri testamento quæst. 47. ubi diuinitus hic locus explanatur: siue illud opus sit Augustini, siue alicuius alterius, certè expositio huius loci petita est ex aliquo scriptore sacro doctissimo & sapientissimo, qui mirabiliter locum hunc est interpretatus: vt per septem mulieres, septem ecclesiæ significentur: quauis enim vna sit, septiformis dicitur, ob septem dona spiritus sancti, cuius caput est Christus. Has ergo septem ecclesias induci putat Augustinus à propheta supplices saluatori facti homini, quod intellexerant ad hoc facti esse hominem Deum verbum, vt auferret opprobrium, primum quidem ijs qui sub lege essent, iuxta illud: Veniet ex Sion qui eripiet, & auertat impietatem à Iacob, deinde gentibus, & nationibus. Aiunt ergo, se manducaturas panem suum, & vestimenta sua induituras sibi: quod panis ad vitam significatur, & vestitus ad Dei inductionem, quia qui sine Deo est, nudus dicitur: Vnde apostolus, qui in Christo, ait, baptizati estis, Christum induistis. & iterum 2. ad Corinth. 2. cap. Si expoliati, inquit, non nudi inueniamur. Hæc Augustinus: Vnde, Panem nostrum manducabimus, & vestimentis nostris induemur: iuxta hanc interpretationem significat, quod sub Christo pascimur vero pane vite, & veris vestimentis immortalitatis induimur, tantum auferat ille opprobrium nostrum, i. si modo ille auferat nostra peccata, & nos sacro lauacro lauet. Interpretatur quoque aliter AVGVST. de Iudæis transeuntibus ad Christum: Panem nostrum manducabimus, i. verbis legis, quæ vnum tradunt esse deum, pascemur: quia non in pane tantum viuit homo, sed in omni verbo &c. Et vestimentis nostris operiemur, i. creatoris nostri nomine censebimur, quia hoc vnusquisque indutus dicitur, quod est, & proficitur, sed quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, i. circò orant memoratæ ecclesiæ ex populo Iudæorum, vt auferatur eorum opprobrium inuocatione nominis Christi, quia qui signum eius habent, quo vicit mortem, ab inimico teneri non possunt. Sic AVGVST. & certè recepta luce euangelij populus Iudæorum, illæ reliquæ, quæ salutem factæ sunt, verè lege pascuntur velut pane vitæ, quia Christus aperuit sensum scripturarum, & verè Christi caractere sunt insignitæ. Ego cum D. Hierony. vtrunque sententiam veterum patrum amplector, & probo, magis tamen hanc posteriorem, Augustini, Cypriani, & Origenis, & Remigij, nam quæquam prior sententia cohæreat prædictæ vastitati Iudææ, aded vt prima verba huius capituli, Iudæorum sententia, claudant superius caput, & congruat benè dicere, tantam virorum paucitatem fuisse vt multas foeminas ab vno viro matres fieri fuerit necesse, quodq; factum est. Nam ex Dione discis tantam Iudæorum pullulasse sobolem, vt toti terrarum orbi terrorem incusserrit, neq; videretur vlla clades inuenta Iudæis. Tamen non temerè factum arbitror, vt hæc verba, quæ cum superioribus cohæreere videbantur, diuisa sint & distincta, & facta capitis initium à Lxx viris doctissimis legis Mosaicæ, qui interpretationem scripturarum à Mose & prophetis, & maioribus, hæreditaria successione, quasi per manus acceperint, & sic nobis tradita sint, distincta ab apostolis & nostris maioribus. Quod signum est latere aliquid arcani, idque esse quod interpretatus est D. August. & sic quoq; D. Hierony. distinxit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit in die illa germen Domini. In die illa illucebit Deus (vel) illuminabit Deus.

AVGVST. loco supra citato: In illo die, inquit, in quo promissum Dei adimpletum est, & fidei sacramentum declaratum hominibus: illuminati sunt homines super terram, vt per creatoris cognitionem purificati, qui rei fuerant mortis, fierent æternæ vitæ hæredes, & August. his verbis putat euinci superiora de Christo & ecclesijs esse intelligenda, quod hæc subiungantur, quæ citra controuersiam de Christo sunt vaticinia. AMBR. in Psal. 108. in principio interpretatur illa vltima verba cap. 3. de filialibus Sion, quæ procedebant alta ceruice: intelligendam dicebat carnem illam, quæ mandefacta fuerat veneno serpentis in Adam, quæ criminum marcebat foetore, crinium cincinnis & compositis vultibus, atque redimiculis, & omni affectato decore, plus dedecens quam decora,

A cora, plurimis edoctam oraculis, quod venturus esset, qui serpentis illecebris exclusis, sancti spiritus infunderet gratiam, mutato habitu leuasse puras manus, dixisse: Osculetur me osculo oris sui, i. fiat verbum caro: quibus verbis uidetur Ambros. intellexisse superiora vt August. & hæc interpretari vt idem August. & panem, intellexisse corporis & sanguinis sacramentum & indumentum ipsum Christum. Ergo AVGVST. sic hæc interpretatur: In die illa illuminabit Deus in consilio, cum summa gloria super terram, i. illuminabit omnes homines, qui sunt super terram: In consilio & sapientia, aperiens omnibus sensum rerum cælestium. EVSEB. lib. 2. cap. 37. In illa die, &c. i. illucescet Deus hominibus. D. BASIL. idem esse putat hoc cum illo Euangelij: Quandiu in mundo sum, lux sum mundi. & cum illo Pauli: Nox præcessit, dies appropinquauit. Ideo si volumus accipere lucem conspicuam maximè & illustrem, ecce Deus lucet super terram, nos ipsos paremus, vt ab ipso plenissimè illustremur. VATAB. solus nobis Iudæorum interpretationem refert, qui sic interpretantur, vt leges apud Vatablû: post has clades tamen veniet Christus, ante has clades venit Christus: O infelices Iudæi: nam. XLII. annos expectauit Dominus Iudæos post crucem Christi, dum respicerent, post quos, vrbeis Iudææ subuertit, quod vsque adhuc Esaias futurum prædixerat. Tamen notandum summopere est, Christum à Lxx seniorib. planè hic dici Deum, & deesse dictionem in translatione Lxx virorum, quæ reponenda est ex lectione Hebræa: Nam lectio Hebræa est

Hæc lectio Hebræa verti potest duobus modis, vel vt reddidit D. Hierony. In die illa erit germen Dei, vel: In die illa erit germen Deus, vt vertisse arbitror Lxx viros, & dictione בְּיוֹם הַהוּא יִהְיֶה צֶמַח יְהוָה וְיִהְיֶה אֱלֹהִים יְהוָה. vnam intercidisse ex eorum translatione, aut expunctam fuisse à Iudæis, quod enim penes illos erat hæc tralatio Lxx virorum: & in bibliotheca Alexandriæ, vt docet Iustinus Martyr in dialogo aduersus Tryphonem Iud. aut vitiarunt, aut expunxerunt quæ potuere loca omnia, quæ planè & apertè Christi mysteria præferrent. Certè Lxx quod Hebræicè erat: In die illa erit, vertere: In die illa splendet, facta paraphrasi ex illo: Velut lampas accedet, dixere: In die illa illucebit, vel, illucescet Deus in consilio cum gloria super terram, vel, illuminabit, &c. expri- mentes illud euangelicum, vt diximus ex D. Basil. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et ita AVGVST. interpretatur: In die illa illuminabit Deus, subaudi, omnes homines. Et EVSEB. In die illa illuminabit Deus, i. illucescet Deus hominibus oriens splendor lucis. Deinde, quod Hebræicè est: Germen Deus, vel, Semach Deus, i. Iesus Deus: reperio in translatione Lxx virorum, tantum illam vocem Deus, video desiderari vocem illam Semach, siue germen, siue Iesus: necesse est reponere ex lectione Hebræa quod deest. Sic enim docent D. Hierony. & D. August. ex editione Hebræa emendandos Græcos & Latinos codices, nam etiam sine fraude Iudæorum, per tot annorum interualla potuit intercidere è translatione Lxx virorum vox vna, quæ ratione putem translationem D. Hierony. interpretandam esse: In die illa erit germen Dei, i. germen Deus, hoc est, Iesus Deus: & lectionem Lxx virorum sic legendam: In die illa illuminabit, vel splendet germen Deus, vel, oriens Deus, vel, Iesus Deus, sic accipe. Primum omnium hoc loco, quod D. Hierony. vertit, Domini, Hebræicè est, Iehouah, nomen illud tetragrammaton Dei, quod possit reddi, vel casu patrio, vt reddidit D. Hierony. Germen Dei, vel, Domini, vel casu nominandi, Germen Deus. Deinde, quod reddidit, germen, Hebræicè est, Semach, quod proprium est Christi nomen vt Iesus, & Emmanuel, quod Latinè vertere potes, germen, quod sit granum illud frumeti cadens in terrâ, quod resurgens toto terrarum orbe germinauit, & fecit, vt iustitia toto orbe pullulasceret, dictus à Lxx senior. oriens, eadem ratione, quod cadens in terram, omnibus locis, & nationibus sit exortus splendor lucis æternæ. Hic igitur Christus, qui Semach, i. germen dicitur, nominatur hoc loco germen Deus, & interpretor verba D. Hierony. germen Dei, i. germen Deus, quod lectio Hebræa ad verbum sic reddi possit. i. in die illa erit Christus Deus, Christum enim appellari Semach, proprio nomine, discis ex Zacharia cap. 3. ubi ait: Ecce ego adducam seruum meum orientem, ubi pro, seruum meum orientem, Hebræicè est, seruum meum Semach, quam vocem vertunt Latinè D. Hierony. & Lxx seniores, germen, siue orientem, vt dixi. Et idem Zacharias cap. 6. Ecce vir Oriens nomen eius: Hebræicè est, Ecce vir, Semach nomen eius, quibus locis vides spiritum sanctum appellare Christum, Semach, & docere nos Semach nomen proprium esse Christi, vt Iesus, & Emmanuel, neque scio cur non ita appellemus Christum hoc nomine proprio, Semach, vt Iesum dicimus, & Emmanuelem, nam vt Lxx vertere, Semach, orientem, ita reddi-

Castigatur lectio Lxx ex Hebræa editione.

Christus dicitur Deus à Lxx viris.

semach, nomen Christi esse, vt Iesus, et Emmanuel, g. Latinè dicitur germen aut oriens.

ita reddidere Iesum salutare Dei & seruatorem, & Emmanuelem nobiscum Deus: Nihilominus tamen D. Hieron. retinuit nomina Hebraea propria, Iesum, & Emmanuele, quod ea viderat retinuisse apostolos & euangelistas: quod huius nominis mentio facta non sit ab apostolis, neque ita sit appellatus Christus ab apostolis, visum est fortasse D. Hierony. vertendum esse hoc nomen Latine, & parui refert, du sciamus proprium nomen esse Christi, idque docere prophetas, & retineri potuisse Hebraice, vt appellaretur Christus, Semach, eadem ratione qua dicitur Iesus Iesus, & Emmanuel. Cur enim si haec nomina Hebraea retinemus Iesus, & Emmanuel, no retineamus Semach? quum aperte dicat spiritus sanctus apud Zachariam cap. 6. vbi legitur: Ecce vir Oriens nomen eius: Ecce vir Semach nomen eius. Et cap. 3. Ecce ego adducam seruum meum Semach: vbi legitur seruum meum orientem. Quae tam anxie sum persecutus (quauis parui referat, appelleturne Christus Hebraice, Semach: an Latine germen, si constitit, vt constat ex Zacharia, Christi proprium nomen esse, siue Semach dicas, siue germen) sum, inquam, tam anxie persecutus, quoniam si constitisset Semach proprium nome esse Christi, omnes verteremus: Erit in die illa Semach Deus, & lectioem D. Hieron. interpretaremur, B Semach Dei. i. Semach Deus, sic enim diceremus, vt dicimus Iesum Deu, potius quam Iesum Dei, Semach Deum, potius quam Semach Dei: Itaque hoc loco proculdubio Lxx legere, In illa die splendet oriens Deus, pro quo vertere posses: In illa die splendet Semach Deus. i. Christus, nam Christum appellari Semach Deum, discas ex HIERE. cap. 33. vbi dixerat Dominus: Ecce dies veniet dicit dominus: & suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israel, & ad domum Iudah, vbi perspicua est promissio Christi: subiecit postea, In diebus illis, & in tempore illo, germinare faciam David germen iustitiae, vbi Christus, David dicitur, quod esset futurus secundum carnem de semine David. Dicitur etiam eodem loco germen iustitiae, Hebraice Semach, vt dictum est: in prophetis enim appellatur Christus Semach, & declaratur hoc ipso loco, cur Christus nomine proprio dicatur Semach, ait enim Deus pater, faciam illi germinare germen iustitiae toto orbe terrarum, vt enim Gabriel angelus ait: Appellabis nomen eius Iesum, & huius appellationis causam reddit: Ipse enim saluum faciet populum &c. sic Deus pater, apud Hieremiam, dicit Iesum appellandum Semach, & appellationis causam reddit his verbis: Faciam illum germinare germen iustitiae, subiungit: Hoc est nomen quod vocabunt eum, Deus, iustus noster, vt tribus nominibus diuisim appellandum dicat Semach, do- C minus, pro quo Hebraice est Deus, iustus noster, vbi aperte Christus appellatur Semach, & Deus, & iustus, nomine proprio. Videre hoc Iudaei, Christum plane hoc loco appellatum esse Deum, & Semach: & vt mutauerunt in n vt no esset, appellauerunt eum, sed eam, vt referrent ad Hierusalem, & dicerent: Dominus appellauit eam iustitiam nostram, sed non coharet sermo Hebraeus, neq; ratio Grammaticae patitur deprauationem Iudaeorum, adeo vt Vatablus fateatur in commentarijs, legendum esse masculino genere, vt interpretantur Lxx viri: nam Lxx viri aperunt fraudes Iudaeorum, qui CCC. annis ante aduentum Christi, masculino genere reddidere, quam lectionem Vatablus, non admodum iniquus Iudaeis, veram esse lectionem fateatur, & saepe in sacris literis, sine Iudaeorum fraude & deprauatur in n, quod notant Rabini, non potest tamen referri ad Deum, quod refert Vatab. sed ad David, & ad Semach, quem missurus erat Deus, ad quem aperte retulere Lxx viri, vt Christus dictus sit hoc loco Semach, & Deus iustus noster, qui locus excruciat Iudaeos, & ideo illum mille versant modis, sed lectio Hebraea & Graeca, illorum fraudes detegit. Si ergo Christus dicitur nomine proprio Semach, apud Zachariam: & Semach, Deus, iustus noster, apud Hieremiam, quid mirere, si hoc loco Esaiam verterint: In die illa splendet oriens Deus, vel, Semach Deus? Notandum tamen, cum Lxx viri alijs locis vertant: Semach orientem, hoc loco Hieremiae vertisse: Semach germen: ita tamen, vt de Christo plane interpretentur, nam post illa verba: Germinare faciam David germen iustitiae. i. mittam Christum, qui germen iustitiae dicitur, addidere de suo: Et regnabit rex, & intelliget, iuxta crucis titulum: Iesus Nazarenus, rex Iudaeorum. & iuxta illud Esaiam: Ecce intelliget puer meus. Vt plane significarint Lxx viri hunc sermonem de Christo esse, non de Deo Patre: Cum enim dixisset Deus Pater: Germinare faciam David germen, vel, David Semach iustitiae, & regnabit rex, & intelliget, & faciet iudicium & iustitiam: quibus verbis Christum esse descriptum, vel impius Iudaeus non eat inficias: subiunxere Lxx viri: In diebus illis saluabitur Iuda, & habitabit confidenter: quae verba, quis non videat ad oeconomiam redemptionis spectare? postremo sequitur: Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus, iustus noster: semper enim

quidam

Christi dicitur in sacris literis nomine proprio. Deu, & germen, siue orientem, & Semach.

Locus Hieremie admirabilis.

A per enim Lxx pro nomine tetragrammato pro Ieoua. i. Deo reddunt dominum, quibus verbis plane Lxx viri docent Christum nominandum esse proprio nomine Deum & iustum nostrum: demonstrant enim illum David quem deus pater missurum se dixerat, illum quem germen iustitiae appellarat, quem regnaturum dixerant Lxx viri, & iudicium & iustitiam facturum appellandum esse, deum iustum nostrum. vbi Lxx viri verba illa: Faciet iudicium & iustitiam significare putat idem, quod regnabit rex & intelliget, & iustitiam & iudicium faciet, ita tamen vt regnum eius non fuerit de hoc mundo, rex fuerit tamen: nam proprio nomine Christum in scriptura regem fuisse appellatum, docet August. in Psal. 26. in princip. & in Psal. 46. in illa verba: Rex magnus super omnem terram, & diuinus Psal. ego constitutus sum ab eo rex super Sion montem sanctum eius, hinc talem regem constitutum super Sion montem sanctum domini, quem pater missurum se dicit: vocabunt, inquit Lxx, deum, iustum nostrum: Lxx ergo, vt supra probauimus illa D. Hiero. ratione, quam diximus, sua translatione, illam vtilitatem nobis praestant, vt puncta mutata, & literas inuersas a Iudaeis, intelligamus, vt dictum est ex D. Hierony. in epist. ad Damasum, super quatuor Evangelia, in disputatione de translationibus. vt hoc loco praestant, vt intelligamus mutatione vnius litterae, quod genus masculinum in foemininum mutarint, quod tam violentum illo loco est, tamq; contra omnem rationem Grammaticae, vt hi etiam qui fauent Iudaeis: vitium esse fateantur: moment praeterea sua translatione יקרי verbum Hebraeum, quod in codicibus Hebraeis dispunctum est, vt verbum vocis actiuae sit, posse dispungi vt sit vocis passivae, quod fieri posse, supra docuimus, autoritate D. Hierony. & R. Kimhi, vt legatur: Vocabitur Deus, iustus noster: idque apparet, quod Lxx verterint: Vocabunt Deum, iustum nostrum: quae singula tam exacte sum persecutus, vt appareret haec duo nomina, Semach, & Deus, diuisim esse legenda in translatione Lxx, cum vtrunq; sit nomen Christi. Semach, apud Zachariam cap. 6. Deus, apud Hieremiam cap. 33. Vocabunt Deum, iustum nostrum. i. vocabunt Deum, & vocabunt iustum nostrum: sic ergo duplici nomine vocatum Christum hoc loco Esaiam puto. Splendet Semach, Deus: & fortasse altera vox Graeca excidit e translatione Lxx virorum: nam, quod D. Hieron. reddidit: In magnificentia, Hebraice est, מְגִלָּה. i. in magnificentia, vt reddidit D. Hieron. Sed summo opere notandum est, יקרי, Christi esse proprium nomen, quod haec Hebraea significat, desideratum & dilectum: Christus porro in litteris sacris dicitur, desideratus & dilectus, quod docet AVG. in praefatione in Psal. 34. rationem subiicit: Quid autem desiderabilius eo, quem videntes martyres mori cupiunt, vt ad illum venire mereantur? & Philosophi illum appellant ipsum amabile, vt discas ex ARIST. 12. Metaphys. Et si diligenter aduertis, Christus ab Hieremia cap. 3. dicitur יקרי: postquam promissit dominus Christum, & felicitatem noui testamenti illis verbis: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem preclaram? pro hoc vltimo Hebraice est יקרי, quam vocem D. Hieron. illo loco reddidit hereditatem preclaram, sicut in Esaiam loco hoc: In magnificentia, quod haec vox multa significat: Lxx vero, illo loco Hieremiae reddidere Dei, vbi Christum Lxx: de eo enim sermo erat, appellauere Deum: & ita D. Hieron. in comment. in illum locum explanat, quanquam magis probat translationem Theodotionis impij Iudaei quam Lxx: sed fat est, quod D. Hieron. docet, Lxx viros יקרי reddidisse Deum, & de Christo intellexisse: & cum יקרי significet dilectum & desideratum, & Christus dicitur dilectus & desideratus in scriptura & Deus: nescio cur translatio Lxx, D. Hieron. displiceat. Quo D magis autem tibi placeat translatio Lxx virorum, accipe lectionem Hebraeam ad verbum redditam: Tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem dilecti Sabaoth Gentium, Itaque quod alijs locis deum Sabaoth, scriptura dicere solet hoc loco יקרי, sebi Sabaoth nominat: vn de Lxx viri pro dilecto Sabaoth, dixere Deu Sabaoth: docuere nimirum dilectum Sabaoth dici ab spiritu sancto hoc loco, quem semper solet dicere, id est spūs. S. Deum Sabaoth, vt Christum quem hoc loco dilectum Sabaoth nominat Hieremias, intelligamus esse, quem scriptura appellat Deum Sabaoth. Age, tu nunc cogita, & dispice, quis esse possit hic qui a propheta dicitur, dilectus Sabaoth: & vide an potuit esse alius quam Christus? si possit alius intelligi, non causam dico, quin damnentur Lxx seniores erroris: si necesse est Christum hic intelligi, & de Christo hic sermo est, & Christus est scripturae finis, nescio cur improbetur translatio Lxx virorum, quod Christum sonet, cum Hebraea lectio, dilectum Sabaoth Gentium praferat: & dilectus nomen sit Christi, & dilectus Sabaoth dicatur alibi, Deus Sabaoth. Gētium dicitur, quod relicto populo Iudaeorum transijt ad Gentes: qua de re lege epist. 3. CLEM. Papae tom. 1. Conciliorum

Lxx viri significant Christi appellationem Deum.

Christi nomine proprio Semach, et Deus dilectus, & magnificientia. Quid יקרי

Lxx Christum, Deum appellant.

Christus a lxx viris dicitur dilectus Sabaoth, sicut Deus Sabaoth.

Locus admirabilis Hieremie.

ciliorum, de vaticinijs transitus Christi ad Gentes. Igitur צבוי, Latinè sonat dilectus, & desideratus, vt sit, desyderatus & dilectus Sabaoth Gentium. Sed dices Lxx vertisse θεῶν πατριάρχης .i. Dei omnium imperatoris, idem enim est Deus Sabaoth Hebraicè, & Deus omnium imperator Latinè: postea addidit propheta, Gentium, vt, quemadmodum antea dicebatur Deus Sabaoth. i. Deus imperator exercituum angelorum, post Christi crucem dicatur, Deus exercituum Gentium, vt docet D. Clemens, quemadmodum apud Esaiam dicitur: Deus vniuersæ terræ, vocabitur post crucem, scilicet, ex quo explanandus est locus admirabilis Esaiæ cap. 28. & alter cap. 24. vbi si צבוי, dilectū & desyderatum pro Christo explanes, videbis quanta Christi resplendeant mysteria. D. Hierony. vertit hoc loco: In magnificentia: Magnificentia porro Christi nomen esse, etiam te docebit CYRIL. de incarnatione vnigeniti, tom. 1. Concil. Videtur ergo hoc loco, iuxta tralationem Lxx virorum, si ita interpretè, vt diximus, esse posse figura quædam oratoria, quæ hypotyposis, siue enargia dicitur, cum res quæ geritur, ita describitur, vt cerni videatur, vt cum exultantium clamor & vociferatio, quæ à gestientibus præ lætitia edi solet, ita exprimitur, ut non clarior fuerit expectantibus, qualis illa Maronis: --- Humilemq; videmus Italiam, Italiam primus conclamat Achates, Italiam focij læto clamore salutant. vt versus ipse repræsentet clamorem gaudentium, quod in Italiam venerint, & animi gaudium, illa acclamatione testantium, Italia, Italia, Italia. Quid vetat ergo Lxx viros, sic hunc locum intellexisse Hieremiæ, & nos hunc locum Esaiæ ex Hebræa lectione sic explanare posse, vt per hypotyposin & enargiam, summa lætitia prophetæ nunciantis aduentum Christi, varietate nominū Christi exprimat, & adclamatione illa læta? Adest Semach ille appellatus, ille Deus, Dominus ille exercituum, cum præsertim quæ sequuntur, vt ostendemus, sint etiam Christi nomina. Et AVGVST. docet de doctrina Christiana, lib. 4. linguæ & artis Rhetoricæ præcepta, ad scripturæ expositionem esse aduocanda. Docet igitur CICERO de finibus bonorum, & malorum, lib. 3. insignem fieri rem de qua agitur, hac repetitione eiusdē rei: cum enim honestum appellasset honestum, rectum, laudabile, decorum, subiecit: Erit enim notiūs, quale sit pluribus notatum vocabulis idem declarantibus, & docuerat supra, rem pluribus nominibus declaratā, magis insignem factam esse, quod docet etiam Dionys. Halicarnassens, Aristides, Demetrius Phalereus, & alij Rhet. Græci.

quid צבוי?

Christi aduentus hypotyposis.

D. HIERONYMVS.

LXX: VIRI.

In die illa erit germen Domini, in magnificentia, et gloria, fructus terra sublimis, et exaltatio ijs, qui saluati fuerint ex Israël.

In die illa splendet Deus in confilio, cum gloria super terram, vt exaltet & glorificet, quod reliquum est Israël.

EVSEB. lib. 2. euang. demonst. cap. 37. In die, inquit, illa, in qua prædicta complebuntur, de vocatione Gentium, de ruina Iudæorum, splendet Deus super terram, ad exaltandum & glorificandum residuum, quod fuerit in Sion, & quod fuerit residuum in Hierusalem, & subiicit, dictum hoc de apostolis Domini, & euangelistas, de diuina illa potentia, qua in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fineis orbis terræ verba eorum: & ex illo tempore vsq; ad nostra tempora, ecclesiæ Christi sermones illorum in ore habent, & doctrinam, & legem noui testamenti, & vt sit exaltaturus Dominus in consilio super omnē terram, & glorificaturus residuum Israël. i. apostolos & euangelistas, & eorum doctrinam euangelicā, quod factum toto terrarum orbe videmus, exaltatos super omnem terram apostolos & euangelistas, & euangelicam doctrinam eorum super terram à Domino. AVG. loco citato: Illuminabit Deus in consilio, cum summa gloria super terram. i. illuminabit omnes homines, qui sunt super terram. In consilio & sapientia. i. aperiens omnibus sensum rerum cælestium, vt exaltet, & glorificet, quod reliquum est Israël. i. reliquias Israël, apostolos, & euangelistas, & discipulos Domini: cum gloria miraculorum. s. vt interpretatur D. BASIL. cum consilio, id est, cum iudicio, vt perdat incredulos, clarificet eos qui crediderint. Tamen hic locus in tralatione Lxx virorum, truncus est & mutilus, magna quædam hic fortasse dicebant Lxx, & est hic locus fortassis ex illorum numero, quos vitiatos & deprauatos, ait, à Iudæis Iustinus Martyr, quod Christum sonarent manifestissimè. Deest enim in tralatione Lxx, illud quod vertit D. Hierony. fructus terræ, & alia, sed tam truncus est hic locus, vt non sperem me posse in integrum illum

A illum restituere ex lectione Hebræa. A. D. Hieronymo est redditus mirabiliter Latinè, & fortasse ita positis interpretari, vt exprimat illam lætitiā prophetæ, quam diximus, pluribus nominibus annunciantis Christi aduentum: Erit in die illa, Semach ille, ille Deus, ille dilectus exercituum, ille gloria patris æterni dictus, ille terræ fructus sublimis, illa gloria & decus populi Israëliti, illa sanctorum corona. Nam dixi supra: Germen Domini, si excutias lectionem Hebræam, & constiterit semel, vt constat, germen, quod Hebraicè dicitur Semach, esse nomen proprium Christi, necessariò explanari debere Semach Deus, vt, Iesus Deus. Quis enim interpretaretur: Erit in die illa, Iesus Dei? qui minus ergo, vt Iesum Deum diceret, Semach Deum verteres, si vtrunque proprium Christi nomen est? excepto, quod ex Hieremia diuisim legeres, Erit ille Semach, ille Deus, cum vtrunque sit nomen Christi, sed parui refert, si coniunctum legas, Erit ille Semach Deus, in magnificentia, quod ostendi verti posse: Ille dilectus Sabaoth. i. ille Deus Sabaoth Gentium, Deus exercituum nationum, vt olim dictus est Deus exercituum Angelorum: sed versus est etiam optimè à D. Hierony. Erit germen Dei: germen Deus in magnificentia, magnificatus ab omnibus nationibus: nam vox Hebræa צבוי, significat gloriam, decus, magnificentiam, desyderium, siue desyderabilem, & dilectum, & amorem: erit ergo in desyderio, & in amore omnium Gentium, in magnificentia omnium Gentium, quem magnificabunt omnes Gentes, dicuntque: Magnificat anima mea Dominum, & erit gloria illa patris, nam Christum dici in scripturā gloriam, dicendum est pluribus, in illud cap. 49 In vmbra manus suæ protexit me. Declaratque Cyril. gloriam & magnificentiam, Christi esse nomina, lib. de incarnatione vnigeniti, tom. 1. Conciliorum. Et erit fructus terræ sublimis. i. erit Deus, vt inquit GREG. super Ezechiel. lib. 1. homel. 3. Pro nobis incarnatus est: fructus terræ factus est nobis: sed iam fructus terræ sublimis, qui homo natus in terra, super angelos regnat in cælo: quanquam quod d. Hierony. vertit, Sublimis, Hebraicè est גאון, quod verti potest: Sublimitas, decus, & gloria, vt sit illud: Gloriam plebis tuę Israël, nam, ג, frequenter est articulus casus nominandi, nec est, cur quisquam improbaret tralationem D. Hieronymi, quod casus nominandi fecerit voces has Hebræas, quibus appositus est articulus, ג. Deinde: Et exultatio Hebraicè תפארת, exultatio, siue corona, & Christus hoc nomine frequentissimè appellatur in scriptura. תפארת. i. exultatio, & corona sanctorum. In tralatione Lxx virorum, hæc postrema verba reddita videntur Græcè, reliqua omnia expuncta sunt, aut truncata. גאון וְלְתַפְאֲרָתָא לְפָלִיטָא יִשְׂרָאֵל. i. In sublimitatem, & gloriam, residuo ex Israël: quod Lxx interpretantur, hoc est, vt exaltet, & glorificet, quod residuum est Israël, quæ verba sumus interpretati ex August. Euseb. & Basil. & certè, si locus est vllus expunctus, & vitiatas à Iudæis, vt docet Iustinus in dialogo aduersus Tryphon. quod mysteria Christi magna referret, quouis pignore contenderem, vel hunc primum esse. Cur enim à principio vna vox est expuncta, & postea tam multe voces expunctæ sunt, & relicta sunt postrema? nisi fraude Iudæorum id esset effectum.

Christi aduentus hypotyposis. צבוי quid est

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit omnis qui relictus fuerit in Sio, et residuus in Hierusalem: sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Hierusalem.

Erit quod relictum est in Sion, & quod residuum est Hierusalem: sancti vocabuntur omnes, qui scripti sunt in vitam in Hierusalem.

EVSEB. demonst. euangel. lib. 2. cap. 37. in principio, & fine capituli, cum dixerit Dominus exaltandum esse & glorificandum, quod residuum fuerit in Hierusalem, & Sion: Nunc explicat, quid sit illud residuum quod dixerit exaltandum, & glorificandum: Illi, inquit, sunt, quos appello residuum, qui ex vilitate Iudæe, inuecta à Romanis, relictii fuerint in populum Dei, Apostoli, discipuli omnes, & fideles: reliqui autem, fame, aut incendio, aut peste, aut ferro absumpti sunt, aut pulsi bonis omnibus, per totum orbem sunt dispersi: soli Apostoli, & fideles seruati ex illa clade, per omnes terras illustres, & inclity sunt facti, innumeris edificatis ecclesijs: Lxx hoc planè significant, cum enim dixissent exaltaturum, & glorificaturum Dominum, quod reliquum esset ex Israël, apostolos, scilicet, & fideles, explanantes quod dixerant, subiunxere: Et erit quod reliquum in Sion, & quod reliquum est Hierusalem, nā Græcè idē verbum est ter repetitū, sic: Vt glorificet quod reliquum est Israël: & erit reliquum in Sion: & reliquum in Hierusalem.

G in Hierusalem

Scriptura seipsas explanant.

in Hierusalem, vt intelligamus primum verbu, quod erat reliquu exaltandu a Dno, explanari A per duo verba sequentia, quasi dicerent: Dico illud reliquum exaltandu a Dno, quod reliquu fuerit in Sion, & quod reliquu fuerit in Hierusalem. i. reliquias que salue facta sunt, hos solos reliquit sibi Dns ex plebe Iudaeoru, Iudaeos perfidos repulit, & reprobauit: dimisit enim Dns populu Iudaeoru: hoc copletu videmus, inquit Euseb. cum sanctoru apostoloru euangelia, & epistolas, toto terrarum orbe, legi & pradicari videmus, cum omnes omniu gentium ecclesie, eorum sermones, & doctrina pradicent, & noui testamenti, quod illi pradicarunt, lumine omnes Gentes illustrentur. An qui hac vident, negare possunt completam prophetia, qua Dominus pollicitus est glorificaturum se fuisse, quos sibi reliquisset ex populo Iudaeorum. i. apostolos & discipulos? de quibus subijcit propheta: Sancti vocabuntur omnes. i. hi quos Dns dixit glorificandos, apostoli, scilicet, & euangelista, vocabuntur sancti: & scripti sunt in vitam in Hierusalem. i. scripti sunt in libro vitae, sic Euseb. Et D. Basil. qui ait idem esse cum illo: Gaude, quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Sic D. Hieron. & alij.

D. HIERONYMVS.

Si abluerit Dominus sordeis filiarum Sion, et sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, et spiritu ardoris.

Omnes eagent dono Spiritus. S. Iusti ex plebe Iudaeoru, vt Iob, & peccatores. Spiritus iudicij. Spiritus ardoris.

Hebraea vocula **DN**, significat, si, vt vertit D. Hieron. Si abluerit Dominus: significat etiam quoniam, & cum, vt Numeror. 36. cum iubileus. i. quinquagesimus annus aduenerit. Et Genes. 38. Quando ingrediebatur, &c. quibus locis **DN** vox Hebraea reddita est Latine, cum, & quando, & sic hoc loco verti potest: Quando abluerit, vt significet futura ea quae praedicta sunt, Quando Deus abluet sordeis filiorum, & filiarum Sion, id est, quando sacrum baptismum dederit Dominus, vt interpretatur D. Hieronymus, idem significat: Si abluerit Dominus, id est, si quidem abluet Dominus, vel, quoniam abluet Dominus. A V G V S T. loco citato, intelligit his verbis, fidei sacramentum declarari, hoc est, baptismum, quo purificantur, qui rei fuerant mortis, vt sint aeternae vitae haeredes: & docet significari etiam hoc loco promissu iustos, & peccatores egere dono Dei, peccatores propter delicta propria, iustos propter sententiam latam in Adam. Lege eundem A V G. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 25. CHRYS. in homelia de Spiritu sancto: non solum hic sacrum baptismum significari putat, sed inferiora verba, de Spiritu sancti donis est interpretatus: In spiritu iudicij, inquit, i. dans gratiam iudicij, vel donum iudicij Spiritus sancti. Et in spiritu adustionis. i. punitionis & purgationis, per vim punitrice Spiritus sancti: quibus verbis Chrysof. hac duo dona Spiritus sancti significari putat donum iudicij, quo fideles agnoscunt Christum, & purgant mentis tenebras, & donum punitionis, quod Christus pro magno munere dat, vt puniat & castiget quos diligit. Ait enim Chryf. Spiritum ardoris. i. Spiritum castigationis. i. praestat Dns amorem suis ardentissimum, quo carcinomata adurat. Significat hoc idem C Y R I L L. in Ioan. in illa verba: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, vbi ait: Hac est spiritalis purgatio, absque dolore non fit: dolere nanque sanctos, cum a Deo castigantur, docet Esaias, dicens: Cum abluerit Dominus, &c. Hunc locum explanat ORIG. multis verbis in cap. 2. Luc. homil. 14. in illa verba: Cum autem D impleti essent dies circuncisionis. Et in cap. 2. Hierem. homil. 12. vbi multa sunt, & notatu digna pleraque. Addidit de suo Lxx vocem illam, filiorum, cum Hebraice tantum legatur, filiarum Sion: sed mihi perplacet sententia Augustini, vt significatum hoc loco sit tempus quando promissa sunt complenda: quando, inquit, Dominus sacro baptismate eluerit generis humani peccata, tunc spiritum ardoris datum esse significat, no enim in nuda aqua abluti sumus, sed spiritu sancto, & igne diuino liquata & excocta sunt animorum nostrorum sordes. Ita D. Hierony. Cyrill. Procop. I R E N. lib. 4. cap. 39. hoc vaticinium putat esse completum, cum in literis euangelicis Dominus lauit pedes discipulorum: Cum venit, inquit, plenitudo temporis, ipsum verbum per seipsum abluet sordeis filiorum Sion, cum lauit pedes discipulorum, vt qui serui eramus mortis, abluti quae sunt mortis, in vitam veniremus Dei: qui enim pedes lauit discipulorum, totum sanctificauit corpus, & tunc ministravit escam. i. vitam. Lege Clemen tem Alexand. paedagogi lib. 3. cap. 9.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion.

Et veniet, & erit omnis locus montis Sion.

Sion mons locum omnem super erit venit Et (VEL) Sion monte locum omnem super Deus creabit Et

IN disputatione de translationibus demonstraui, plurimis locis in codicibus Hebraeis, duplicem esse lectionem, etiam sine fraude Iudaeorum, & multis locis Iudaeorum fraude vna, duabus litteris additis, aut leniter inflexis, mutatam esse lectionem Hebraeam, Apostolorum, & D. Hieron. testimonio ostendimus, quod fatetur Augustinus Eugubinus in Genesim, Iudaeis non admodum iniquus, semper tamen cauit Deus, vt supra dictum est, vt editio Hebraea, etiam si duplicem praeferat lectionem, sacrum habeat sensum: plerumque vtraque lectio magna praeferat mysteria, vt saepe suspicer, duplicem illam lectionem relictam a prophetis, & data opera spiritum sanctu voluisse, vt duplex esset lectio, vt vnus literae duaru mutae mutatione duo magna referantur Christi mysteria, quorum nonnulla erunt hoc opere exempla: hoc loco admirabile significatur vaticinium, iuxta translationem Lxx virorum, quae significat nobis Lxx viros pro **DN** legisse vna litera minus **DN**, nam puncta olim non erant, & pro **DN**, mutatione vnus litera, **DN**, quae frequentissima mutatio in literis Hebraeis est, legisse **DN**, & sic vertisse: Et veniet, & erit omnis locus montis Sion, nam lectio Hebraea ad verbum verti poterat, detracta vna litera, & mutata altera, vt legere Lxx: Et veniet, erit super omnem locum mons Sio, quod d. Hieron. interpretatur de Christo: Veniet, inquit Christus, & perspicuum esse ait: sic intellexisse Lxx seniores. HIPPOL. Pontif. Romanus in Daniele, interpretans illud historiae Sufanna: Quasi fuscitatus de somno populus, Christum dictum esse, ait, a prophetis venientem, & quoties veniet, absolute legimus de Christo intelligi debere, siquidem Christus a prophetis dicitur veniens. D. BASIL. Post expiationem, inquit, quae per lauacrum regenerationis fit, veniet tempus, quando omnis locus conuertetur monti Sion. Itaque, Veniet, retulit ad tempus. CYRILL. ad tempus, & ad Christu referri posse, ait, sed multo melius D. Hieron. Veniet Christus, siquidem veniens dicitur Christus, vt docet Hippolyt. vt apud Abacuc: Veniens, veniet, & no tardabit. & infra: Veniet de Sion qui liberet. Sed quod summopere notandum est hoc loco, refellitur Iudaeoru stultitia, qui expectant auream Hierusalem, ecce authore Esaiam, iuxta translationem Lxx virorum: Omnis locus erit mons Sion, ecce significatur tempus illud, de quo Dns, quando veri adoratores, neque in monte, neque in templo Hierosolymitano erant adoraturi, sed vbicunque terrarum agas, eris in monte Sion, eris in Hierusalem, quae habitatur sine muris, a termino orbis terrarum, vsque ad terminu orbis terraru. Omnis locus, inquit B A S I L. conuertetur monti Sion, & lectio Hebraea ad verbu reddita, ea inquam, quam agnoscunt Lxx viri, est: Veniet, erit super omnem locu mons Sion, quod interpretantur Lxx. i. omnis locus erit montis Sion. i. pars montis Sion, quod omnia occupabit mons Sio. i. ecclesia. De hac re EVSEB. de demonstr. euang. lib. 1. cap. 4. & de praep. euang. lib. 1. cap. 1. vbi pluribus refellit Iudaeos, quod olim non liceret adorare aut sacrificare, nisi in templo in Hierusalé, & his verbis & huiusmodi, docet praedictum a prophetis abrogandam legem Moysi, nam qui omnem locum dicit futurum motem Sion, aut partem montis Sion, vbi templum erat Dni futurum dicit, vt abrogaretur lex Moysi, qui vetabat Dnm adorare, & placare sacrificijs vilo alio in loco, quam in mote Sion, neque coherere potest hoc vaticiniu cum lege Moysi, vt omnis locus sit mons Sion, aptus sacrificijs Dni, cum in lege Moysi maximu crimen sit adorare Dnm alibi quae in monte Sion, neque cohaeret illud Sophoniae cum lege Moysi: Adorabunt eu omnes de loco suo. neque illud Malachiae: In omni loco offeretur thymiama nomini meo. Na qui possunt hac duo conuenire inter se, vt Dno nunquam fiat sacrificium, nisi in Sion, in templo Dni, & vt in omni loco sacrificetur Domino? Hic locus Esaiam est ex illorum numero, quos nostri citare non audent, quod vociferantur Iudaei nihil tale praeferru lectione Hebraea, vt docet Orig. in epist. ad Aphricanu: Si Lxx Iudaei tribus seculis ante tempora Christi hoc praedixissent, quod reru probauit euetus, prophetas eos cu Aug. dicere, sed mutatione duaru literaru, vt dixi, reperies lectionem Hebraea consentientem cu translatione

Duplex lectio in codicibus Hebraeis, & vtraque vena, & magis praefert mysteria.

Venit, cum absolute dicitur, intelligendum est de Christo.

Abrogatur lex Moysi.

Mons Sion in omni loco.

Lxx virorum, quod si diceremus Iudeos tam manifesto oraculo confixos, expunxisse vna lite A
rulam, & alteram mutasse in similem, a vero ne abhorreere videretur, vt inquit Iustinus Martyr
vnam expunxisse literam eos, qui testes resurrectionis Dni, larga corrumpere pecunia, vt tace-
rent, et diceret apostolos Dni clam surripuisse corpus, & alias similes huic concepere in expia-
biles fraudes? Sed, age, largiamur Iudæis lectionem Hebræam hoc loco, nec ab eis vitiatâ, nec
hoc loco esse duplicem, vt alijs locis innumeris est duplex lectio: quid? quod lectio Hebræa
hoc sonare potest, etiam ea quæ nunc circumfertur, quod aiunt Lxx viri CCC. annis ante tem-

Lxx viri, ccc annis ante aduentum Domini, docent futurum in omni loco. **Creationem post illam vocem, Sion, vt illic finis sententiæ sit, necesse est sic Latine reddas: Creabit Dominus super omnem locum montem Sion: quid apertius? an potuit planius & dilucide magis dici, edificandam ecclesiam in omni loco orbis terrarum? quàm si dicatur: creabit Dns super omnem locum montem Sion? nec enim explanabis hoc corporaliter, quasi creandus sit mons Sion super omnem locum, vt mons Sion totum mundum occupet, sed necessitas ipsa te cogit, hoc de ecclesia intelligere, quæ non futura erat in Iudæa solum, vt olim erat syna-**

Vaticiniū de Christo, et ecclesia apud Lxx viros. goga, sed in omni loco, vbicunq; euangelium reciperetur. Age, tu te cogita, si sic distinguas orationem an possis vertere aliter lectionem Hebræâ, si perfectum sensum sis facturum, intra hæc verba, certè si te vertas in omnes facies, aliter reddere non queas, quam si dicas: Creabit Dns super omnem locum montem Sion, pro quo si Lxx viri dixissent: Et veniet, & erit omnis locus motus Sion, siue mons Sion, quid eos quisquam accusaret? an quod scripturam interpretarentur, addidissentq; de suo? Et veniet, quod de Christo in scriptura semper dicitur, vt intelligeres quando futurum esset, vt omnis locus esset mons Sion, quando (inquit) veniet, qui venturus est, tunc omnis locus orbis terræ, erit pars montis Sion, erit pars ecclesiæ. Dices, negabunt Iudæi sic distinguendam orationem Hebræam: fateor, negabunt Iudæi: si enim sic distinguas, vix locum vllum reperias, quo magis constricti in vinculis Iudæi teneantur. Lege EVSEB. locis citatis, & intelliges, quanto opere hic locus Iudæos premit & iugulet, quanq; planum & manifestum de Christi temporibus hoc sit vaticinium: fateor, inquit, iuxta translationem Lxx virorum, imò multo planius iuxta lectionem Hebræam, si sic distinguas lectionem Hebræâ, vt distinxere Lxx trecentis annis ante tempora Christi, instructi doctrina spiritali, quàm à Mose, & prophetis, & maioribus acceperunt, vt Iudæi aliter distinxerint, quod viderent se hoc vaticinio iugulari. Cur ergo dices D. Hieron. hanc distinctionem non est secutus? nepe quod necesse erat vertere lectionem Hebræam ita dispunctam, vt circumferretur eius temporibus, vt concessis, & confessis aduersus Iudæos in disputando scripturæ testimonijs vteremur, vt docet Orig. ad Aphrican. Translationem D. Hieron. posse quoq; sic explanari, docebimus proximo cōmētario.

Iudæi hoc vaticinio pertrahuntur, quod aiunt,

Cur D. Hieron. receptam apud Iudæos distinctionem sequatur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et creabit Dns super omnem locum montis Sion, et ubi inuocatus est nubem per diem, et splendorem ignis flammantis in nocte.

Et omnia quæ in circuitu eius obumbrabit nubes per diem.

Quod D. Hieron. dixit: Vbi inuocatus est, non minus conuenienter Hebrææ lectioni, Lxx credidere: Omnia quæ in circuitu eius, nam Hebræicè est **לְעַלְיוֹתָי** id est. Super ecclesiam eius, vel, super congregationem eius, quod Lxx dixere: Super omnia quæ in circuitu eius sunt, D tamen, intelligas, oportet, Hebræicè esse, super ecclesiam eius, quod optimè reddidit D. Hieron. vbi inuocatus est Deus. THEOD. Docet, inquit, Esaias, quemadmodum cum Israël seruitute Aegyptiaca est liberatus, ducebat eos nubes per diem, & noctem prælucebat ignis columna: itidem facturum Dnm post Christi aduentum, vt præsit ecclesiæ nubes. i. sacrum baptisma, & spiritus sanctus ductor & rector ecclesiæ, vt Paulus interpretatur. Sic Basil. Cyrill. & Procop. Sed dictum est supra ex autoritate veterum patrum, quoties Esaias citat historiâ aliquâ veteris testamenti, significari nobis esse typum eius rei, quam vaticinatur, sicut hoc loco cum D. Paulo docet esse typum sacri baptismatis, ego tamen respexisse puto Esaiam ad ca. 40. Exodi, vbi tabernaculum testimonij operit nubes, & gloria Dni: nam Numer. cap. 16. meminit eiusdem tabernaculi, & vbi D. Hier. vertit: Apparuit cunctis gloria Dni, Hebræicè est: Visa est gloria Dni omni congregationi, & sic vertit Lxx. Et cum loquitur Dns de hoc tabernaculo, quod erat typus Christi & ecclesiæ, semper adiungit omnem congregationem, quæ vox est etiâ hoc loco pro ecclesia, pro qua cap. 40.

Canon.

A cap. 40. Exodi ponitur, habitatio, nam vbi D. Hieron. vertit: Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Dni impleuit illud. Hebræicè est, Gloria Dni impleuit habitationem **וְכָבוֹד** à verbo **כָּבַד** i. habito, vt recinit ecclesia sacris cantionibus, in hoc tabernaculo Dei: vnde Esaias maluit dicere **וְכָבוֹדָא**, quasi dicat, ecclesiam Dei, nã vt ecclesia dicitur à verbo Græco **καθίσιν** i. vocare, quod vocati sumus ad fidem, ita à verbo **κατα** i. voco, micraea, ecclesia vocata: certè ecclesia Hebræicè aliter dici nõ potest: & sic apostolos & euangelistas vocasse ecclesiam quæ ex Iudæis prima fuit, certa res est, nã nullum aliud verbum est, quo magis propriè Hebræicè ecclesiam dicas: ergo cum dixissent Lxx omnem locum futurum esse montem Sion, maluere dicere, nubem spiritus sancti, cooperturam omnia in circuitu montis Sionis. i. omnem locum orbis terrarum, qui iam etiam est mons Sion, quæ ecclesia. i. congregatione vocatorum ad fidem, ne vnã aliquã partem congregationem significasse viderentur: maluere ergo definitionem ecclesiæ ponere, quæ ipsum ecclesiæ nomen, ergo hanc ecclesiam, vel hæc loca omnia orbis terrarum, quæ facta sunt mons Sion, obumbrat nubes per diem. i. baptisimus Christi, & gratia spiritus sancti, quæ mentis humanæ discutit tenebras, iuxta Pauli interpretat. i. ad Corinth. ca. 10. Notandum tamè in translatione Lxx, eadè verba reperiri quæ in euangelijs, **καθίσιν** i. obumbrabit nubes. Marcus euangelista **νεφέλη** i. πνευματικὴ αὐτοῦ, nubes obumbrabit eos. Et Matt. ca. 17. lege tamè quæ annotata sunt supra ex Chryl. oratione. iii. aduersus Iudæos, in illa verba cap. iii. Ecce dominator Dns: vnde huc locum explanabis mirificè: & nubem Paulus interpretatur spiritum sanctum, & baptisma, vt agnoscas hoc loco verba Pauli de nube, & ipsissima euangelistarum verba: Obumbrabit nubes, & interpretatur ignem, in quo baptizat Dns, lumen quod exortu est ijs, qui in tenebris erant. Et **πνευματικὴ** appellari baptismum à Dionys. & Damasc. notissimum est. Agnosces fumum, quo apud Ioan. Apocal. ca. 15. impletur templum à maiestate, & gloria Dni, vt omnia hæc congruant translationi Lxx virorum. CYRIL. in cōment. Dns, inquit, velut nubes, solis aestu refrigerat, sic Dns per spiritum sanctum aestum prauarum cupiditatum, & prauarum affectionum restinguet ardorem. CHRYS. in homil. de spiritu sancto, sic explanat, & postulari à nobis, ait, spiritum principalem, quo imperemus prauis affectionibus, & earum pugnam sedemus. In nocte interpretantur, in ignorantia peccatorum, & nocte demonum, polliceri Dnm nobis splendorem ignis flammantis. i. gratiam spiritus sancti illuminantis, eodem spectat interpretatio D. Basil. & D. Hieron. Ex his quæ diximus, interpretabimur translationem D. Hieron. Creauit Dns super omnem locum montis Sion. i. super omnem ecclesiam, & super omnem eius locum, vbi inuocatus est. i. vbicunq; toto orbe inuocabitur, & non solum Hierosolymis. Nubem per diem. i. sacrum baptisma, & cætera, vt supra sunt explanata.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Super omnem gloriam protectionis, et tabernaculum erit in vmbraculo diei ab aestu, et in securitate, et absconsonem, à turbine, et à pluuia.

Omni gloria protegetur, & erit in vmbram ab aestu, & in protectione, & in abscondito à duritie, & pluuia,

Quod D. Hieron. vertit conuenienter lectioni Hebrææ: Super omnem gloriam protectio. i. protectio ecclesiæ, de qua sermo est, erit super omnem gloriam, scilicet, legis veteris, interpretantur Lxx, Omni gloria protegetur, subaudi ecclesia, de qua sermo est, quia data est ecclesiæ maior gratia spiritus sancti: lex enim noua, est lex gratiæ, & edita sunt multo maiora miracula: redditur causa eorum quæ dixerat de foelicitate ecclesiæ, quia scilicet ecclesia habebit Dei protectionem, super omnem gloriam synagoge, quæ enim illic accidebant in vmbram, hic erunt veritas. Quod Hieron. reddidit: Et tabernaculum erit in vmbraculo diei ab aestu. i. hoc tabernaculum quod est ecclesia, erit in vmbraculo. i. in vmbram, & refrigerium, ab aestu, prauarum affectionum, vt sub gratia spiritus sancti, quæ est in ecclesia, tanquam sub vmbram amoenissima sedetur nostrarum prauarum affectionum ardores: Edidere Lxx etiam conuenienter Hebrææ lectioni, Et erit in vmbram ab aestu. i. protectio illa gloriæ Domini, qua proteget ecclesiam suam erit in vmbram ab aestu prauarum affectionum, vt explanant Cyril. & Chrysof. Lectio Hebræa est **וְכָבוֹדָא** i. protectio erit ad vmbram diei. i. Christus, qui est protectio nostra, erit ad vmbram. i. loco vmbræ diei, cum sol ardet. i. in aestu prauarum cupiditatum. AMBR. in cap. 15. Luc. lib. 7. de duobus filijs, nos autem, quibus ante faciem Christus est Dominus, in vmbram Christi viuimus, & ideo dicit ecclesia: In vmbram eius concupiui & sedi.

IN ESAIAE CAP. V.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

*Cantabo dilecto meo canticum patris
lis mei, vineae suae.*

Cantabo iam dilecto meo, canti-
cum dilecti mei vineae suae.



Ius Hierony. Cantabo dilecto meo: Lxx viri, Cantabo iam, quod vox Hebraea, נָא, praeterita est a D. Hieron. quae Latine sonat, nunc, iam, & habet emphasim: nam post vaticinia vastitatis Iudaeorum, & exclusionis populi Israelitici ab ecclesia: adtextitur lamentum, & epicedium, quo deflet propheta vastitatem, & calamitatem tantam populi Iudaici. Sic enim explanat THEOD. Cantant etiam, inquit, homines threnos, & versus lugubres, & elegias, quibus deploratur calamitas eorum, quos diligunt. Idem sentiunt Basil. Cyrill. copiosius hoc multo docet D. Hieron. 1717, vox Hebraea, patruum significat, & amatorem, & amorem, & dilectum, nescio an legerim vnquam hanc vocem Hebraeam, pro patrueli: sed cum D. Hieron. ita veritat certum est significare etiam patruelam. Innomatus qui cum Eucherio circumfertur, in quaestionibus veteris testamenti, cap. in Esaiam: Hoc canticum, inquit, alij ab Spiritu sancto, alij, a propheta cantari aiunt, pleno Spiritu sancto: cantat autem in planctum vineae suae, quae est domus Israel: dilectus autem Iesus Christus est, ipsi enim dictum est: Tu es filius meus dilectus: ipsum & patruelam appellat, quod ex eadem cum ipso stirpe progenitus. Lxx viri, vulgatissima huius vocis significatione vsq; reddidit: Dilectum, vt pater cantet filio, canticum eiusdem filij, quod filius sit cantaturus vineae suae. i. quid filius vineae suae sit facturus, hoc enim dicitur hoc caeco: nam quod d, Dilectus, Latine significat in illa voce, aeterni patris: Hic est filius meus dilectus, id proprie sonat Hebraice נָא. THEOD. Filium dilectum esse illum, ait, de quo dictum est: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum, & c. innuens illud quod docet ARIST. i. de arte Rhetor. lib. ad Theodocum, vnigenitum, pro dilectissimo: vsurpari: quia, quod vnus est, diligimus magis, vt vnus oculum, & filium vnum: vnde dicimur, vnice diligere aliquem. i. valde. Ergo, Canticum cantatur illi dilecto, quem & Luc. cap. 20. Filium suum dilectum, appellat pater: & alijs multis locis euangelicis, & apostolicis. D. BAS. in Psal. 44. in illa verba: Sagittae tuae acutae: Verbis exprimi non potest, inquit, pulchritudo Dei verbi, & diuinae sapientiae pulchritudo: vnde, Sponsa, vulnerata amore, ego sum: beati illius pulchritudinis spectatores: qui verum illi adherent, omnium enim obliuiscuntur, quibus verbis explicat D. Basil. cur dicatur Christus dilectus. Et in Psal. 114. in princ. Dilectus, proprie Deus est, qm, dilectum, definiunt, quod omnia appetunt: est enim summum bonum, & perfectissimum, quod docet PLATO in Symposio de pulchro. Et ARIST. li. 12. Metaphy. & 10. ad Nicom. Deum esse, maxime diligibile, & respectu patris, qui est actus puriss. verbum Deum esse dilectissimum. CLEM. Alexan. in Anticrото, quid sit dilectus, declarari a Deo patre, ait, cum dicit: Hic est filius meus dilectus, quod praecipue Graece liquet, vbi cum articulo ponitur, & ων πατρός. i. ille dilectus, hoc est ille, quem toties in scriptura, dilectum appellari videtis. EVSEB. demonstr. lib. 4. cap. 13. quid sit dilectus, explanat. CYRIL. Dilecto meo, inquit, i. Christo: sic, inquit, illum pater nominat: Hic est filius meus dilectus, & omnes hic patrem loqui putant, vt sit sensus: Cantabo dilecto meo Christo, canticum dilecti mei Christi. AMBR. hexameró cap. 12. Dñs, inquit, loquitur dicens: Vineae facta est dilecto meo. Idem putat in comment. HIER. quanquam sequutum se Aquilam fatetur, cum vertit, Canticum patruelis mei, magis probat tamen versionem Lxx seniorum, Canticum dilecti mei. Sed si legas, Patruelis, haec diceatur in persona prophetae, cuius patruelis secundum carnem est Christus, vt te docet Hieron. in comment. Aiunt enim fuisse Esaiam fratrem regis Amasie, ex tribu Iuda, ex qua tribu fuit Christus: vt sit sensus, Cantabo dilecto meo. i. Christo, quem vnice diligo: carnem elegiacum, quod ipse Christus patruelis. i. ex mea gente oriundus, dicitur vineae suae. Iudei quosdam narrant apologos, quasi propheta fabulis anilibus ludat, & non potius futura praenunciet. Sed cum vox Hebraea נָא, amoris significet frequentius, recte D. Hier. in comment. dilectum hic potius agnoscit, & filium significare putat, qui est dilectus patris, cum enim pater sit intellectio essentialiter, qua pater se intelligit, & haec eius sit beati-

Christus dilectus, & cur.

A sit beatitudo, vt docet Arist. 12. Metaphysic. & summum amabile, verbum quod dicit summum amabile, & infinite dilectum dicitur, nec solum Hieron. in commentarijs, tralationem Lxx magis probat, sed eam cantitat ecclesia in officio sabbati sancti, tract. 1.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Vinea facta est dilecto meo, in cornu
filio olei.*

Vinea facta est dilecto in cornu, in
loco pingui.

Innomatus, qui cum Eucherio circumfertur, in quaestionibus veteris testamenti, cap. in Esaiam: Vineae, inquit, plantata in cornu, hoc est, in sublimitate atque virtute, filio olei, Christo, quia vnctus est, vnde Christus vocatur, vel, quia omni mundo tanquam splendidum lumen illuxerit. CYRIL. in cornu, inquit, hoc est, in potentia: potentia enim sua, Deus Gentes expulit e terra promissionis, postea ipsos Iudaeos, post crucem Domini. THEOD. cornu interpretatur, regnum, quasi dicat propheta, vineam plantatam esse in regno Christi: quod cornu in sacris litteris accipitur pro regno, quod vt cornutis animalibus cornu armatura est capitis, ad propulandos incursum aliarum bestiarum, sic regnum sit ad arcendos hostes. Idem ait EVSEB. qui demonstrationis euangel. lib. 4. cap. 25. cornu, potentia (inquit) inuisibilis & regnum ipsius, quod scriptura mos est, regnum appellare cornu. ORIG. interpretans verba illa cap. 1. Lucae: Exiit cornu salutis, cornu salutis. homil. 10. iuxta illud Esaiæ (inquit) vinea facta est in cornu. i. in Christo Iesu, qui hoc loco Euangelij, dicitur cornu salutis: venit enim Iesus Dominus fortis in praelio destruere inimicos. THEOP. in eadem euangelij verba: Exiit cornu salutis (inquit) i. potentiam & regnum salutis, nam cornu potentiam significat, ducta metaphora, a cornutis animalibus, quibus robur in cornibus est, vel regnum significat, nam cornu olei, vnguebantur reges & Christus est potentia, & regnum patris. Ergo Theophyl. cornu salutis dictum Christum putat, quod cornu disiecerit Christus aduersarias potestates, & nos seruauit ex captiuitate Satae: & postea dicemus ex Tertull. Christum dictum taurum in scriptura, quod velut taurus, Iudaeos infideles ventilaauerit, & disperferit cornu in omnes orbis terrarum oras. ORIG. in lib. Regnorum, homelia vnica, allusum quoque putat ad crucis cornua: Sunt quaedam (inquit) iustorum cornua, quibus inimicos ventilant: haec cornua iustis de apicibus crucis conferuntur, vt his destruant aduersarias potestates, quibus prostratis, anima nostra possit plari in vinea: quia, Vineae facta est dilecto, in cornu. Ergo facta est in synagoga in umbra, vinea, dilecto, Christo, in cornu, in potentia inuisibili Christi, qua eiecit e terra promissionis, nationes infideles, & introduxit in eam duodecim tribus Israel, & in regno Christi: lex enim tota vetus regni Christi, & crucis, & omnium Christi mysteriorum erat typus & umbra, & in hac fide Christi, & regni Christi, plantata est vinea, quam infra dicit esse populum Iuda. Filio olei. Repete per zeugma a superiori: plantata est vinea, vt sit: Vineae facta est in filio olei. i. in Christo: nota est, formam dicendi Hebraeam esse, vt ben. i. filius, dicatur pro viro, vt filius mortis. i. vir reus mortis, filius quingentorum annorum, vir quingentorum annorum, sic hoc loco: Filius olei, vir olei: quid sit autem, vir olei exultationis, notius est, quam vt dicendum sit, nam Christus, Graeca vox, Latine sonat, vnctus oleo, aut vir vnctus oleo: & Messias vox Hebraea, significat etiam vnctum oleo, quod qui verset animo, non dubitet, quin vir olei Christus dicatur, praesertim si illud habeat rationis quod Thargum, illud Esaiæ: A facie olei, explanat. i. a facie Christi, docetq; oleum quo vnguebantur reges, & sacerdotes, qui typi erant Christi, pro Christo ponunt, quato planius est, vt vir olei, Christum significet: Ergo, Vineae facta est Christo in cornu. i. in cornibus crucis, & in potentia inuisibili Christi, & in eius regno, & in filio olei, in Christo: nam Christus secundum humanitatem dicitur vitis, iuxta illud: Ego vitis sum, & vos palmites, pater meus agricola est: quem locum explanans AVGVSTIN. in cap. 15. Ioannis, secundum humanitatem, vitis Christus est: secundum diuinitatem, cum patre, agricola est. Notandum etiam, vocem Hebraeam Samen, oleum quidem significare, vt vertit D. Hier. idq; significare frequentius, tamen significare aliquando vnguentum, vt possit hic quoque locus reddi: filius vnguenti, vir vnguenti, hoc est, vir ille, cuius in canticis vnguentum effusum est nomen. i. Christus, de quo nomine alibi dicendum est latius. Erat enim verbum Deus, vnguentum fragrantissimum, quo fruebatur angeli, factus homo, vnguentum suauissimum, in mysterijs corporis & sanguinis Christi, toto orbe terrarum quotidie diffunditur, & fragrat suauissimè, vnde vnguentum effusum, nomen tuum, & vir vnguentorum, nam canon ille interpretandae scripturae semper est

Cornu.

Forma dicendi Hebraea, filius olei, filius mortis, filius qui a quaginta annorum.

Filius olei.

Christus vitis secundum humanitatem.

Christus vnguentum effusum, & cur.

obseruandus, vt cum verbum aliquod plura significat, quæ faciant ad rem, de qua agitur, omnia eò referantur, quòd omnia illa Spiritus sanctus significasse videatur. Lxx viri, pro filio olei vertè re, In loco pingui. i. in plenitudine gratiæ, quæ fluxit ex passione Christi, & in superabundantia charismatum Spiritus sancti.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et sepsit eam, et lapides elegit ex ea, et plantauit vineam electam, et edificauit turrim in medio eius, et torcular extruxit in ea.

Et maceriam circumposui, & vallum feci, & plantavi vineam electam, siue vineam Sorec, & edificauit turrim in medio eius, & torcular fodi in ea.

Verbum Hebræum *לָּפֶּן*, significat, eligere lapides, & ideo D. Hieron. vertit: Lapidem elegit ex ea, significat etiam maceriam ex lapidibus struere, & R. Ioseph hoc loco putat significare, extruere lapideam maceriam, & ideo Lxx viri reddidè re: Maceriam circumposui. Notandum tamen, Lxx viros trecentis & eo amplius ante annis, euangelica verba repræsentare: nam hæc eadem verba Græcè agnosces Matth. cap. 21. dico si Græca Græcis compares, nã Lxx viri Græcè scripserè, & Matthæus. Nec enim illis accedo, qui Matthæum Hebraicè scripsisse putant, trecentis enim annis ante Christi aduentum, curauit Dominus vertendas Græcè litteras sacras, quòd scriptura ad Gentes esset transferenda, quibus Græca lingua communis erat, vt supra pluribus est dictum, & credibile quisquam putet, aliquid nouæ legis, Hebraicè conscriptum fuisse? cum Hebræus populus excluderetur ab ecclesia, & reliquæ quæ saluæ factæ sunt è populo Iudæorum, ad populum Gentium transire iuberentur, postea dicendū est latius. Omnes Gentes vocatæ sunt ad fidem, & ideo lex noua scripta Græca lingua est, quæ Iudæis, & omnibus nationibus cõmunis erat. Nec dubito, quin Matthæus Hebræis Euangelium quoq; scripserit Hebraicè, quod illis, qui Græcè nescirèt, in vsu esset: præcipuè tñ Græcè scripsisse certū habeo: & certè, si euangeliū Matthæi, aut Pauli epist. ad Hebr. Hebraicè conscripta essent, & non Græcè, extaret aliquod eorum vestigium, & aliquis veterum patrum temporibus Christi vicinus, eorum meminisset: tam paruula res erat Euangelium Matthæi, aut Pauli epistola Hebraicè conscripta, vt eorum nulla mentio, apud veteres patres esset? cum multi ex plebe Iudæorum transferint ad fidem, Multi Iudæi, inquit AVGVST. intrarunt ecclesiam, cum vno die quinque milia, alio tria milia intrarint, & quotidie in ecclesiam commearent: at si, cū cætera infidelium multitudine conferas Iudæos, qui ecclesiam intrarunt, paucissimi fuere numero ex tanta multitudine, quæ quotidie in ecclesiam intrabant: ea Hebraicè conscripta nemo seruasset, si non Græcè essent conscripta? mihi nõ fit verisimile. D. Hieron. ait, se vidisse in quadam bibliotheca, Hebraicè conscriptum Matthæi euangelium, quid ni videret? si quidem Euangelium Nazarenorum hæreticorum, & aliorum eiusdem farinae, Hebraicè conscriptum erat, & Matthæo inscribatur, quòd sæpè D. Hierony. citat, quod multum discrepat ab Euangelio Matthæi: & quanquam illud sæpè citat D. Hieron. si ab eo quæres, an Matthæi esse putaret illud Euangelium Nazarenorum, negaret esse. Curabat Dominus, quòd admirantur Iustin. Euseb. Epiphany. Tertull. Clemens Alexand. Irenæus, & alij patres, vt ex Hebræo sermone, sacræ litteræ in Græcum sermonem conuerterentur, quòd ille populus Hebræorum futurus erat exclusissimus, & verisimile quisquam putet daturum Dominum legem nouam scriptam Hebraicè, & non Græcè potius? cum præsertim Græca lingua communis esset eo tempore Iudæis, & omnibus nationibus, vt dictum est sæpè, nec inficior fuisse etiam Euangelia Hebraicè Hebræis fidelibus conscripta: nam & tom. 1. Concil. in proemio, videntur euangelia Græca, Hebræa, Latina, pbata à D. Petro. Ergo Lxx viri sic reddūt: *φραγμαδὸν περιέθηκα καὶ ἑχάραξον αὐτὴν*. i. maceriam circumposui, & vallum feci. Matthæus cap. 21. *φραγμαδὸν περιέθηκα αὐτῆς*. i. maceriam circumposui. & Marcus cap. 12. *περιέθηκα φραγμαδὸν*. vt eadem verba agnoscas in Lxx viris, & in Matthæo, & Marco. Lxx viri, *ἔσπευσεν ἀμπελῶνα*. Marcus *ἔσπευσεν ἀμπελῶνα*. Lxx viri *περὶ ἧτοι ἀμπελῶνα*. Marcus *ἔσπευσεν ἀμπελῶνα*. Lxx viri *ἀμπελῶνα περιέθηκα ἐν μέσῳ αὐτῆς καὶ περὶ ἧτοι ἀμπελῶνα*. eadem verba ordine permutato, reperies in Matthæo *ἔσπευσεν ἐν αὐτῆς ἀμπελῶνα καὶ ἀμπελῶνα περιέθηκα*. i. fodi in ea torcular, & edificauit turrim, & Marcus etiam *ἀμπελῶνα περιέθηκα*. i. edificauit turrim: & alia quæ reperiet, qui cum euangelicis literis translationem Lxx viroꝝ contulerit: quæ annotare libuit, ne miretur quisquam, Lxx viros, quòd vertere literas sacras singillatim per se (vt dictum est supra) nõ solum eadem

Lxx viri, cum Euangelistis comparas.

senfa

A. senfa expressisse, sed eadem reddidisse verba, ita vt ne verbo quidem alius ab alio discreparet. En eadem verba sonant Lxx viri cum literis Euangelicis, quòd mirata est antiquitas, vt ait Irenæus lib. 3. cap. 25. neq; enim hoc loco solo factū reperies, sed alijs innumerabilibus: vnde certum habuere veteres patres in instinctu Spiritus sancti, verfas ab eis esse literas sacras. Notandū etiam, eadem verba esse iuxta translationem Lxx viroꝝ in hac vinea Esaia, & in literis Euangelicis, vt ostendimus, vt appareat eandem vineam, quæ hic significatur ab Esaia, literis euangelicis declarari à Domino, ne quisquam in dubium reuocare queat, an eadem vinea sit quæ hic dicitur, & quæ illic significatur, cum eadem verba hic & illic reperiat, si Græca Græcis conferat. De hac vinea, lege IREN. lib. 4. cap. 70. ubi multa explanat diuinitus, vbi plantauit Deus vineam humani generis, inquit, Primò, per plasmationem Adæ, & electionem patrum: tradidit colonis per legis dationem, sepem circumdedit. i. circumterminauit eorum culturam: & turrim edificauit. i. Hierusalem elegit: torcular fodi. i. receptaculum prophetici spiritus reparauit, & sic propheta misit. BASIL. hexameron homil. 5. multa de hac vinea: Memineris, inquit, Dominum, vitem seu vineam se nominasse, & patrem agricolam, & singulos nostrum per fidem ecclesiæ infertos, palmites appellasse, & instigat, vt ubertate fructuum abundemus, ne si infructuosi simus, igni tradamur: neque cessat animas hominum comparare vineæ: Vineam, inquit, facta est dilecto meo: & vineam plantavi: hominum animas, videlicet, appellat vineam, quibus sepem circumdedit, hoc est, præcepta legis, quibus se tuerentur, & angelorum custodia, & vallum circumposuit ecclesiæ, primùm Apostolos, deinde Prophetas, vbi pro (vallum) interpretatur, pedamentum, & ridicam, quæ Græcè dicitur *ῥιδικα*, quæ vox in Euangelio est: est autem pedamentum idè quod ridica, dicitur etiam vallum, virga, seu furca, quæ subijcitur vitibus, vt rectè stent: & hoc intellectu accipit Basilus illud: circumposuit vallum, interpretatur enim ridicas, & pedamenta, apostolos, & prophetas, & doctores. Ridicas appellat, & pedamenta quod doctrina, vt ridica. i. pali, & furcæ faciunt rectas stare vites, & non stratas humi, sic alleuant apostoli, prophetæ, & doctores, animas hominum ad cælestia, neque patiuntur stratas humi iacere, & alia quæ apud eundem Basilium leges. AMBR. hexameron li. 3. cap. 12. interpretatur: Maceriam, vallum cælestium præceptorum, & angelorum custodiam: Turrim, apostolorum & prophetarum doctrinam. HILAR. in Matth. canone. 22. Maceriam, siue sepem, sanctificationem Abraham, & populi circumcisionem interpretatur, quòd hunc populum, tanquam septo aliquo, sua custodia Dominus inclusit: Torcular, prophetas vocat, in quos multi modo, vbertas quædam sancti Spiritus infuit, vt ex eorum scriptis, in ecclesiam exuberet: Turrim, eminentiam legis nominat, quæ cum in terra sit, ad cælum homines subuehit, & ex qua speculati Christi possit aduentus. Idem AMBR. in Luc. cap. 20. lib. 10. cap. De vinea plantata: Torcular, sic dictum, inquit est, vt psalmi de torcularibus, eo quòd in ijs, mysteria dominicæ passionis sint, modo multi sancto Spiritu feruente prophetarum, redundantiis æstauerint. Lege Theophyl. Orig. Chrysost. cum interpretantur cap. 21. Matth. de hac vinea, ibi enim satis fuisse explanant, quòd magis mihi suspecti sunt interpretes, qui vertunt Latinè scriptores Græcos, quòd idem CHRYS. in cap. 2. epist. D. Pauli videtur hanc prophetiam referre ad regem Babilonicum, quòd veterum patrum dixit nemo, nec ipse Chrysost. Iudæorum est ista interpretatio, quos Iudæos refellit D. Hieron. in comment. in hunc locum, & tam firmis argumentis, vt omnis Iudæorum turba, si in vnum locum coeat, respondere D. Hierony. non possit. Itaque quouis pignore contenderem, nunquam illa scripsisse Chrysostomum: sed interpretes multa addunt de suo. Vatablus admonitus à D. Hieron. Iudaizantem errare, eos sequitur tamen in fine cap. Vineam Sorec, idem est quòd vinea lectissima. Quòd verò quidam interpretantur hanc vineam plantatam in cornu, hoc est, in loco excelso, quòd Iudæa sita sit in loco edito & vberis, nescio quid sibi velint, cum Dominus interpretetur, inquiens, Ego sum vitis, & vos palmites. En vinea, en locus vbi plantata est, Christus ergo cornu est, in quo confita hæc vinea est, qui cornu salutis dictus est à Zacharia in Cantico, vt diximus ex Origene. Lege AVG. in Psal. 104. in illa verba: Qui ponit nubem ascensum suum, hic sensus literalis est, an si quid per metaphorā, aliumtè tropum, dictum reperias, apud Oratorē aut Poetam negabis literalē esse sensum? dares sanè doctis hominibus de te venustissimos ludos, quid ergo in scriptura, cuius finis Christus est, & in ea parabola quam ipse Dominus interpretatur, vinetum aliquod agnosces potius pro literalis sensu? quam populum Iuda? quem ipse Dominus vineam se ait appellare, et si Dominus hanc vineam in se confitā esse non doceret, satis erat quod

Vinea Esaia, & Euangelica eadē

Iudæi refelluntur.

Expositio scripturæ ptena ex apostolorū reposito-rio.

dominus hoc loco Esaiæ explanat, vineam esse populū Iuda vt non pronus in terram, saxa & rupes spectares, altius te attolleret, spectares cælestia, illud rationis haberes, vel Platonē ipsum in Timæo, homines, arbores esse, scripsisse, consitas in Deo: quæ sursum versum ad Deum, radices agerent, iudicium omnium sanctorum tuo antepones: haberes ante oculos illud quod à principio dictum est, ex Irenæo, repositorium doctrinæ apostolicæ, qui nobis aperuere scripturas in ecclesia esse, in ipso doctorum sanctorum consensu, qui ab apostolis expositionem scripturæ accepere, & ad nostra tempora conseruare, reliquos, qui scripturas aliter interpretantur latrones esse & fures.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Expectaui vt faceret vvas, fecit labruscas.

Expectaui, vt faceret vvas, fecit spinas.

Hoc est illud sæpè repetitum ex August. ex collatione duarum translationum, sensum magis clarescere. & canon ille, quem etiam rabini præscribunt, quando dictio Hebræa multos habet intellectus, qui ad rem de qua agitur, pertineant, omnes illos ab spiritu sancto esse significatos. וְשָׂרָא, ergo vox Hebræa significat labruscas, siue vvas foetidas, vt vertit D. Hieronymus: significat etiam spinas & vepreis, vt reddidit Lxx viri: vtrunque hoc loco significatum est ab spiritu sancto. Et sic explanat hunc locum PROCOP. his verbis: Postquam peccatorum spinas produxit vinea, & vnam fellis, dixit Dominus, auferam maceriam eius: ex vtraque ergo versione significata sunt spinæ, quibus coronatus est dominus, & acetum illud felle commissum, quod est ei propinatum. AVGVVS. in Psal. 104. Accusatur vinea, inquit, quod pro vva spinas reddiderat, non reddiderat dignam gratiam dulci pluuiæ: qui enim bona audit, & mala operatur, dulci pluuiæ compluitur, & spinas generat. TERTVLL. in libro aduersus Iudeos cap. de claritate gent. in Christo Iesu, de spinea corona explanat: Fecerat, inquit, spinas ex quibus Christum coronauerat. CYPRIAN. in expositione symboli, cum ostendit omnia quæ facta sunt in œconomia redemptionis, prædicta à prophetis: de spinea corona, inquit, meminerat propheta, expectaui vt faceret vvas & fecit spinas. Eodem refert AMBR. O. de vinea plantata, & colonis locata. lib. 9. in Lucam. & THEODOR. & CYRILL. in cap. 1. Ioannis interpretans illud: Et mundus eum non cognouit. D. BASIL. spinas protulit hæc vinea quem enim prophetarum non occiderunt? EVSEB. Cæs. lib. demonstr. euangelicæ. 6. cap. 18. vbi disputat de hac vinea quam diruit, & oliueto quod conseruit, idem ait: nec scio cur D. Hieron. hunc tantum sanctorum patrum consensum damnet, quauis enim vox Hebræa significet labruscas, & vvas foetidas, vt vertit ipse Diuus, significat etiam spinas & vtrunque hoc loco significatum est, vt dixi, Sed labrusca magis opponitur vvæ bonæ quam spina, inquit, & verosimilius est de vinea, quod pro vuis ferat labruscas, quam spinas: quod si ita esset, quod pace sanctissimi Diui dictum volo, veterum patrum authoritas conuellenda non videbatur, cum vox Hebræa significet, & quod ipse D. ait, & quod reddidit Lxx, & vinea accusatur etiam quod ferat labruscas. i. vvas foetidas apud diuinum Psalterem, cum accusatur, quod produxerat vnam fellis. Et Deuteron. cap. 32. de vinea Sodomorum: Vva eorum, vva fellis, & botrus amarissimus, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Accusatur etiã vinea, quod producat spinas, quod apparet ex D. BASIL. in regulis breuioribus interrogatione. 75. vbi inquit: Nosti illud prouerbiorum: Tanquam seges vir stultus, & velut vinea vir indigens prudentia. Si dimiseris eam squallebit, & herbis luxuriabit. Et Prouerb. 4. Vineam viri stulti, vtricis est repleta. Et illud quod AMBR. de Isaac & anima citat cap. 4. Vineam meam non custodiui, quia spinas, non vnam attulit. Et certè, vinea inculta spinis & herbis, luxuriatur, & nihil est vulgatius. Et Dominus in Euangelio hac similitudine est vsus. Num colligunt ab spinis vvas, & à tribulis ficus? Neque quod Propheta subiungit: Sicut i. spinas, contra translationem Lxx est: repetitur enim idem sensus, & cano est scripturæ, quoties idem repetitur significari emphasim quandam, & vehementiam, & acrimoniam, quæ spectare videntur ad spineam illam coronam. CHRYS. sermone. 3. de resurrectione, vtrunq; sensum est complexus (sequebatur enim Symmachum, quem sequitur D. Hieron. & simul translationem Lxx virorum) & spineam coronam hoc loco significari putat, & fel aceto mistum, his verbis: Ego plantavi te vineam fructiferam totam, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? spinas capiti eius, & coronam de vepribus texuisti, acetum amarum, amaro felle commissum, propinasti. Et homil. 2. de cruce, & latrone,

A latrone, citans huc locum: Dederat manna tibi in deserto, tu illi fel offers? de terra tibi produxit delicias, tu illi spineam imponis coronam? THEOD. quoq; Pro vva, inquit, Domino protulit spineam coronam, quia ipse caput coronauit, & acetum quod illi propinavit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nunc ergo habitatores Hierusalem, et viri Iudæ, iudicate inter me, et vineam meam, quid est quod vltra debui facere vineam meam, et non feci? an quod expectaui vt faceret vvas, et fecit labruscas? et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineam meam: Auferam sepem eius, et erit in direptionem: diruam maceriam eius, et erit in conculcationem, et ponam eam in desertam.

Et nunc inhabitantes Hierusalē, & homo Iuda, iudicate iam inter me, & inter vineam meam, quid faciam vltra vineam meam, & non feci ei? quoniam expectaui vt faceret vvas, fecit autem spinas: Nunc nunciabo iam vobis, quid ego faciam vineam meam: Auferam maceriam eius, & erit in direptionem, & destruam murum eius, & erit in conculcationem, & dimittam vineam meam.

Quod Lxx viri dixere, Homo Iudæ, conuenienter Hebræe lectioni: D. Hieronymus reddidit, viri Iudæ, expressit enim sententiam, & phrasim Hebræam, in formam dicendi Latinam commutauit. ATHAN. de passione & cruce Domini: Oportet, inquit, in ipso modo sermonis agnoscere significatam Dei lenitatem, hic est enim scripturæ mos, vt cum Deus suam lenitatem vult significare, hoc sermone vtatur: Iudicate inter me & vineam meam, & apud Hierem: Adhuc iudicio contendam aduersum vos: & ait Dominus, nihil se prætermisisse, quod factum esset opus, & præstitisse omnem diligentiam: vineam vero pro vuis tulisse fel aceto mistum, & coronam spineam. THEODOR. Quando ei præstiti omnem diligentiam, & nullos tulit fructus, & talem retulit gratiam, omni prouidentia illam orbabo posthac, & erit exposita omnium direptioni, & conculcationi. Sed THEODOR. orbam Dei præsidio significat vt & direptioni hostium pateat omnis Iudæa, & angelorum præsidio destitutam, vt demonum direptioni sit infesta. CHRYSOS. in caput Matthæ. 18. Aliquis inquit opponet, cur Dominus mundum quasi miserum deflet, & non potius mundo laboranti manum porrigit, hoc enim medici prudentissimi opus erat, deflere miserum cuiuslibet est, quid igitur tam impudentissimi mæ linguæ respondebimus? quod nulla hominum mens par quicquam excogitare posset Dei curæ, cum enim Deus sit, homo quoque propter te factus est, & serui forma assumpta, extrema, propter te est passus: nihil quod ad se pertineret, prætermisit, sed quod ignauissimi hominis nihil utilitatis inde perceperunt, ideo eos deflet, quia post tot & tanta allata remedia, in morbis etiam perseuerat: & genus quoddam curationis est, futura mala prædicere, & deflere non poenitentes: vt qui volent alieno malo edocti sapiant, & metu peccatis absterneant, nec solum hoc Chrysoft. sed Dominus quoque id docet apud Ezechielé, quin & Horatius huius generis curationis meminit, -- Auidū, vicinū funus, vt ægrū, Exanimat mortisque metu, sibi parcere cogit. Ergo subiicit Chrysoft. his monitis, auditores fieri à Domino diligentiores, & vigilantiores, & idem CHRYSOS. in cap. 3. homelia. 12. interpretans illa verba: Hic est filius meus dilectus: subiicit, Cum tanta ederentur à Christo miracula, cum vox æterni patris celo delapsa, quæ illum filium suum testaretur toties esset, cur iniquis non crediderunt? quia sub Mose innumera sunt edita miracula, & postea initiati sunt Belphegor: sic cum Lazarum resuscitatum viderent, tantum abfuerit à credendo, vt sint Christo mortem moliti: ne quæras ergo quomodo non crediderunt, sed an omnia facta sint, quæ illis fidem facere iure debuerint, vnde propheta quia Iudæi erant perituri, ne quis malignè prouidentiam accusaret, inquit, quid facere debui, & non feci? AVGVVS. in illa verba Psal. 79. vt quid destruxisti maceriam eius? sic minatur apud Esaiam & sic compleuit, quo loco D. August. illud quod solet dicere vsurpat, Audi prædictum, vide completum, significat enim prædictam, hoc loco vastitatem Iudææ à Romanis post crucem Domini importatam. Maceriam autem AVGVVS. esse putat angelorum munitio nem: & eandem hanc esse vineam, cum euangelica vinea. Sic etiam EVSEB. interpretatur. demonstrationis

Omnia Deum præstitisse, vt saluemur.

Cur Iudæi, & ante Domini aduentum nationes, tot miraculis non crediderunt.

Vtrū hæc vinea sit vinea euangelica.

An vinea
Esaiae sit ea
deum vinea euange-
lica.

strationis euangelicæ li. 7. cap. 2. prope finem, vbi maceriem interpretatur muros Hierusalem, A sic etiam explanant Hiero. Cyrillus Basilius, &c. ORIGEN. in cap. 21. Matthæi tractatu 29. multa similia commemorat in hac vinea Esaia, & in vinea euangelij, & multa dissimilia, cum nihil sit dissimile, si rectè omnia excutias, cum enim multa adnotasset similia, potuissetque multò plura adnotare, & adijcere quod suprâ dictum est, eadem prorsus esse verbain hac vinea Esaie, iuxta translationem Lxx virorum, & in vinea euangelica, si Græca Græcis cõpares subiecit dissimilia quæ esse videretur, quod in euangelio non accusatur vinea, quasi non dederit fructus, sed coloni: qui prophetas occiderunt, & Dominum in crucem egerunt: deindè, quod vinea minatur Dominus hoc loco, in euangelio colonis: cui dubitationi, facile mea quidem sententia occurri potest, etiam ex ipso Origene, paulò infrâ, vbi dubitauit, quomodo dictum sit, forsitan reuerbuntur filium meum, quasi Dominus non præscierit, Christum cruce afficiendum à Iudæis, respondetque, de parte loqui Dominum, tanquam de toto, qui canon vulgatissimus est interpretandæ scripturæ, vt cum dixere: Hic est hæres, venite occidamus eum, & tamen non omnes Iudæi occidere Christum, nam fideles eum reciperunt, & tamen de in fidelibus generaliter tanquam de omnibus dicitur: sic illud quoque, Forsitan reuerbuntur filium meum, & tamen non omnes sunt reueriti, sed illi tantum qui crediderunt in eum. Quid vetat ergo in Esaia accusatam esse vineam .i. populum Iudæorum incredulum, ad quem non credentem & contradicentem, expandit Deus manum tota die cruci suffixus? & huic vineæ minari Dominum in Esaia, & de hac parte loqui Dominum generaliter tãquam de toto, cum pars sola sit quæ continet sacerdotes, Phariseos, scribas, pontifices, quibus frequentissimè in euangelio minatur Dominus, hanc partem vineæ, & omnes qui scribas & phariseos sunt secuti, tradendos hostium direptioni, ait propheta: & vastandos armis hostilibus. Vineam verò, cui non minatur in euangelio Dominus, est ea pars quæ credidit Christo, & Christum est secuta, apostoli & discipuli Domini, & multa hominum milia quæ credidère, quæ vinea tradita est genti facienti fructum .i. nationibus. An populum fidelem non videmus traditum alijs agricolis, apostolis & pontificibus & sacerdotibus ecclesiæ catholicæ? Explanauit itaque Dominus scripturas, non dixit dissimilia, Ergo omnis diuina scriptura, cum vinea .i. cum populo fidei, & regnum cælorum, & spiritus sancti charismata, & angelorum præsidia aliò sunt transla- ta ad ecclesiam. f. Aliud dissimile Origenes esse putat, quod in euangelio coloni aduersum se tulere sententiam, malos malè perdet: in Esaia Dominus sententiam tulit: Hoc dubium diluit CHRYSOS in caput. 21. Matthæi homelia 69. tulisse quidem ait sententiam aduersus se, at postea cum persensere ad se pertinere parabolam, se repressisse, & dixisse, absit. & Dominum tulisse sententiam testimonio prophetæ: Lapidem quem reprobaure ædificantes, & sic apud Lucam & Marcum Dominus sententiam pronunciat. Nam & alia omnia quæ in litteris euangelicis sunt, sunt etiam apud Esaia, illa interrogatio Domini qua interrogat agricolas, Cum venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? quid enim aliud sonant illa verba? Nunc ergo habitatores Hierusalem, & viri Iudæ, iudicate inter me & vineam meam, tacent interrogati apud Esaia, sed qui tacet, fatetur se deprehensum, nec habere quid respondeat. hoc planius in euangelio, qui responsionem subiungit pro hac taciturnitate, malos malè perdet, quanquam vt dicam quod sentio, argutias illas nequaquã puto esse Origenis, sed interpretis, quicumque ille fuit, nec enim vir catholicus fuit, tantum abest, vt fuerit D. Hiero. aliter rosa, aliter sus olet quod dici solet: nactus enim olim Græcû Origenis exemplar, deprehendi innumerabiles fraudes in D interpretis, qui Origenem vertit: aut potius inuertit, nam multa diuinitus & acutissimè dicta, è medio sustulit, in illorum locum multas suffecit hæreses, & addidit de suo ineptissimè dicta multa, inde conijcio hæc quæ apud Origenem sunt, interpretis esse commenta. An credibile est hæc quæ diximus, quæque docent omnes veteres patres, Origenis ingenium aere nõ fuisse visurum? mihi non fit verisimile. Vidit August. Hieron. Cyrill. & alij omnes patres, qui vt dixi hanc parabolam verbis euangelicis interpretantur. VATAB. Iudæos sequitur. ISIDOR. Clarius velut arbiter honorarius, vtranque sententiam probat, & nostram & Iudæorum: vt res maximè inter se repugnantes, sua comitate conciliet, nunquam nobis cum impijs conueniet Iudæis. Quod D. Hiero. vertit conuenienter lectioni Hebrææ: Ponam eam desertam, Lxx viri facta paraphrasi ex illo loco cap. 12. Hierem. Dimittam domum meam, reddidero: Dimittam vineam meam. dictum est enim Lxx viros facere solere paraphrasim ex alijs scripturæ locis, vt alia loca scripturæ alijs interpretentur, & alijs locis, alijs lucem afferant: Itaque Hieremias cum

Interpres
Origenis.

Paraphra-
sis Lxx vi-
rorum.

A mias cum multa prædicasset Christi mysteria, de quibus aliquâdo Deo benè iuuante dicemus, postremo subiùxit: Derelinquam domum meam, ex quo loco Lxx viri quasi interpretantur verba prophetæ, ponam eam desertam. i. derelinquam domum meam. vel, derelinquã vineam meam: & attende quoties Lxx viri significant excludendos esse Iudæos. cap. 1. Non parcam eis ultra: & rursus, Non cessabit furor meus: & cap. 2. Non parcã eis: & rursus, Dimisit populum suum Iacob. & cap. 3. Dimissa est Hierusalem: & hoc loco, Dimittã vineam meam. IREN. lib. 3. cap. 19. huius loci typum fuisse putat illud Gedeonis, cum petijt vt sicco vellere. i. sicco populo Israelis vniuersa terra spiritus sancti rore maderet. Si Iudaizantes non habent fidem sanctis patribus, qui de Christo hoc caput interpretatur, & de excidio Iudæorum post crucem Christi, habeant fidẽ Lxxii Iudæis qui tribus seculis ante Christi tempora, secundũ nos dedere litem, & Dominus negauit se illos dimissurum apud Ezechielem, ergo nunc cum dimittitur Hierusalem, non intelligitur captiuitas Babylonica, sed Romana vastitas.

Iudæorum
exclusio,
centies si-
gnificata à
Lxx viris.
Contra Iu-
dæos.

B D. HIERONYMVS.
Non putabitur, et nõ fodietur, et ascẽ-
dent super eam vepres, et spinæ: et nubi-
bus mandabo, ne pluant super eam im-
brem. Vineam autẽ Domini exercituum,
domus Israel est, et viri Iudæ germen
eius delectabile. Et expectauit vt face-
ret iudicium, et ecce iniquitas: et iusti-
tiam, et ecce clamor.

LXX. VIRI.
Non putabitur, neq; fodietur, & ascẽ-
dent in eam sicut in incultã ter-
ram, vepres: & nubibus mandabo,
ne pluant in eam imbrem. Nam vi-
nea Domini Sabaoth, domus Israel
est: & homo Iudæ, nouella plãtatio
dilecta. Expectaui vt faceret iudi-
cium, fecit autem iniquitatem: &
non iustitiam, sed clamorem.

THEODOR. Nubes, appellat propheta, & apostolos: quia sicut nubes baiulans pluuias, & effundunt eas super terras, sic propheta & apostoli accipiunt verba ab Spiritu sancto, & effundunt ea super rationales creaturas. AVG. in illa verba Psal. 96. Apparuerunt fulgura eius orbi terræ. Nubes, apostolos appellatos, ait, & sanctos viros, quod homines tenuiores videbantur, & contemnebantur vt nubes, coruscabant tamen miraculis, & admiratione imbuebant animos hominum, vt nubes, cum tonant fulgetris, fulgure, & tonitru, terrificant hominum mentes: more igitur nubium tonantium, vibrantium fulgura, & fulmina, terrebant hominum animos Apostoli: quanto fulmine terrefactos putas homines, cum ad pedes Petri exanimem videre Ananiam, & Saphiram? quanto fulmine micuisse existimas D. Petrum, cum claudum sanauit, mortuos excitauit, sanauit ægros? Forma humana in Petro nubes erat, inquit August. nubis coruscatio, miraculi splendor erat. Idem August. in illa verba Psal. 88. Quoniã quis in nubibus æquabitur Domino? Vineam, inquit, Domini Sabaoth, ait Esaia, domus Israel est: quia non dedit uuas, sed spinas: Mandatum est nubibus, ne pluant super eam imbrem: & reuera ita factum est, missi sunt apostoli tanquam nubes, ne pluerent Iudæis. & illi verbum Dei repulere, qui pro vniuersis dedere spinas: dixerunt apostoli: Ad vos missi eramus, sed quia repulisti verbum Dei, ecce conuertimur ad Gentes: ex illò cœperunt nubes non pluerẽ pluuiam super vineam illam. Et postea subiicit August. Prædicatores verbi, cælos appellatos, propter fulgorem veritatis: nubes, propter occultam carnem: vnde Apostolus, Donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, quid loquatur homo vides, quid gestet in corde non vides, sed etiam ipse seruator omnium venit in carne: inde illud, Quis in nubibus æquabitur Domino? nubes fuere Hieremias, Esaia, Ioannes Baptista, qui carne induti, coruscabant Spiritu sancto: Dominus quoque nube. i. carne testus erat: Sed quis in nubibus æquabitur Domino? Multa etiam D. AVGVST. in hunc locum tom. 10. ferm. 108. de Gedeone ferm. 1. D. Hieron. hoc loco refellit Iudæos: qui hæc ad Babylonicam captiuitatem referebant, quod hæc de captiuitate Babylonica intelligi nõ modo possunt, quod in illa fuere Hieremias, Ezechiel, Daniel, & alij propheta: quod argumentum est insolubile: Iudæi & Iudaizantes tacent, & dissimulant, quod hoc Oratorum artificium est, vt quæ dicendo refutare non possint, quasi fastidiendo calcent. TER TVL. in lib. aduersus Iudæos, cap. de clarit. Gent. in Christo Iesu: Mandatum est nubibus

Apostolinus
bes, & cur.

Refellitur
Iudæi.

nubibus ne pluerent imbrem. i. caelestibus beneficijs, ne prouenirent domui Israēl: fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat, & non iustitiam, sed clamorem, quo clamore dicente: Crucifige, crucifige, tolle, tolle, in crucem Christum adegerat, & ita subtractis charis- matum roribus, lex & prophetæ usque ad Iohannem fuerunt, & piscina Bethsaida usque ad ad- uentum Christi, curando inualetudines ab Israēl. Desijt à beneficijs, deinde perseverantia furoris sui blasphemabant nomen Domini, & docebāt nationes blasphemare, sicut scriptum est, Propter vos nomen Dei blasphematur: nam per 42. annos, per quos expectauit illos Domi- nus post crucem Christi dum respicerent, & conuerterentur nihil aliud quam conuiciaban- tur Christo, & mittebant legatos in omnes terras, qui pessimos de Christo dissiparent rumo- res, & docebāt genteis conuiciari Christo, ut loco citato ait Tertull. fusiùs tamē Iustinus mar- tyr aduersus Tryphonem: quæ res fecit, ut deleteretur à Domino, & subuerteretur vrbes Iudææ, ne impedimento essent euangelio promulgando, & recipiendo. Hebraicè est quædam agno- minatio uocū, quæ nec Latinè neque Græcè exprimi potest, sed hoc ad intellectum scripturæ parum facere videtur. Hoc loco monendi sunt qui tantum hærent literæ, ut cū consen- sus omnium veterum patrum dissentiente nullo ad lucem euangelicam explanari scripturam præcipiat, idque ipsi putēt, si quid ita interpretare, allegoricum sensum esse ne errant: ne de- cipiantur: fraudes has esse Iudæorum, qui nihil aliud quàm aduersum nos versant dolos, qui primum omnium nobis persuadere sunt conati omnibus vaticinijs scripturæ subesse sensum historicum, omnia in scripturis per imagines dicta, quorum errorem refellit TERTULL. in lib. de resurrectione carnis, ubi ostendit historias quidem veteris testamenti typos fuisse re- rum futurarum, & umbras, per parabolas plurima esse dicta, ubi primum quærenda est histo- ria, & historiæ veritas, postea eruenda allegoria, plurima verò sine vllis imaginibus, sine para- bolis, sed nuda veritate: ut, Ecce virgo concipiet, & peperit Emmanuelem: & post allata exem- pla subiicit, Quæ hic figuræ? quæ imagines? quæ ænigmata? Et lib. 1. aduersus Iudæos in sine re- fellit Iudæos, qui in omnibus putant subesse historiâ, & magnas cudere eos tenbras, ait, quod in plurimis nulla historia subsit, nulla umbra, nulla imago, nullus typos: sed planè, & apertè Christus prænūciatur. Quod idem iterat aduersus Marcionem lib. 1. cū quæ dicta sunt 2. Re- gnum de templo ædificando à filio Dauid, non de Solomone dictum esse contendit, sed de Christo, quæ omnia eo dixerim, ut ostenderem Iudæos hoc primum à nobis extorquere co- natos, ut largiremur omnibus scripturæ locis subesse sensum nescio quem historicum, omnia quæ de Christo dicuntur in scripturis per imagines esse dicta, qui hoc animo id conabantur extorquere, ut postea negarent sensum esse vllum allegoricum, siquidem AVGVS. lib. 12. con- tra Faustum Manichæum cap. 37. & sequentibus, docet Iudæorum hoc esse commentum, ut negent scripturam esse typum Christi, cū potissimum hoc sit in scripturis intelligere typos. Vides qua fraude aduersus nos grassentur impientissimi Iudæi, ut primum illud petant, ut lar- giamur eis omnibus Christi oraculis subesse sensum alium nescio quem historicum? ut cū hoc haberent subiiceret rursus illud, sensum tantum literalem in scripturis esse, nullum ora- culum esse de Christo. Discite ergo hos refellere, & potissimum in scripturis esse, cognoscere typos, quod lib. 1. de fide contra Manichæos cap. 30. docet AVGVS. vbi addidit ipsum Domi- num monstrasse hanc regulam nobis, ut typos explanaremus, & non literaliter intelligere- mus quædam. Quod igitur docet Augustinus illo loco Dominum monstrasse nobis hanc re- gulam, ut sensum literalem, non parabolam putares in quibusdam, sed significatum per pa- rabolam. En hoc loco Dominus monstrat, ut vineam non vitem aliquam terrenam putes, ne- que intelligas illum sensum esse literalem, quod Augustinus etiam dixerat in Psal. 104. Vineâ, Dominus ait domum Israēl esse, ne de vite terrena, aut pluuia terrena interpretare, En Domi- nus ipse doctor est, ait Augustinus, cū sic multa exponit in propheticis literis & euāgelicis, ut reliqua nos sic interpretemur: doctore ergo Domino sic est explananda scriptura. Docue- ratque idem AVGVS. libro vno, contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 15. addide- ratque, Non ego id doceo, sed apostolus. Sed aiunt, quod Christus & apostoli sunt interpre- tati, id nobis licet ita interpretari: ridiculum, quod Christo aut apostolis, aduersari non pos- sunt, videntur hoc nobis largiri, ut quos typos Christus aut apostoli sunt interpretati, nobis quoque ius sit citare, dicere, & docere: reliquos non item: quasi dicant Iudæorum sententiam sequendam esse, qui vetus testamentum figuratè accipi posse negabant, honoris tamen causa, quod Christus & apostoli figuratè accipi dixerat, figuratè esse accipiendum, at apostolus totâ legem

*Iudæi mit-
tebant lega-
tos in omnes
terras, ut
docebāt na-
tiones bla-
sphemare
nomen Do-
mini.*

*Contra
eos qui lite-
ræ hærent,
et quæ-
runt quid
Christi
sonat,
sensum al-
legoricum
clamant.*

*Refellitur
Iudæi.*

*Iudæorum
astus.*

*Dominus
ipse nos do-
cet, quomo-
do scriptu-
ra sit ex-
plananda.*

A legem ait esse spiritalem, & non ea solum loca, quæ Christus, aut Petrus, aut Paulus expla- nauerunt. En Augustinus, huius rei doctorem esse docuit Dominum & apostolos, ut inter- pretaremur typos: dices sat scio, non inficiari quæquâ historias veteris testamenti legis nouæ typos esse, intelligi tamen eas historias, & parabolas, quas Dominus, aut apostoli, aut prophæ- tæ in literis sacris explanauere, reliquas non item: Frustrâ igitur Paulus nostra causa illa scri- pta esse dicit, si intelligi non possunt. Iudæis ego ob signata esse intelligo, nobis vero Dauidis claue esse reserata, quæ claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. En hoc loco Dominus tanquam doctor nos docet interpretari parabolas, & quisquam tam durus doctor est, ut disci- pulum tantum intelligere ea velit quæ ipse explanat, & præterea nihil? An potius docemur à nostris doctoribus, ut postea natemur sine cortice, neque egeamus doctore? Hæc pluribus verbis dixi, quod sunt, qui sibi magnopere placeant, quod amplectantur sensum literalem, ut ipsi appellant, nam nominant sensum literalem, quem nescio quis ex scrijnjs Iudæorum com- pilauit, qui facit ut prophetiæ ad nihilum recidant, aut mera mendacia crepent quod ait HIL- LAR. Atqui AMBROS. lib. 3. de fide cap. 3. Perierunt Iudæi, inquit, dum sensum profunda despiciunt, & sequuntur nuda verborum, nam hic quoque quorundam est error, ut nuda ver- borum admirentur, & eos scriptores suspiciant, qui tales addunt commentarios literis sacris, contemnunt reliqua, ubi quantum sit mali te docet Ambrosius.

*Que res
perdidit
Iudæos.*

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Væ qui coniungitis domum ad domum,
et agrum agro copulatis usq. ad termi-
num loci, nunquid habitabitis vos soli
in medio terra?*

*Væ qui coniungitis domum ad do-
mū, agrū ad agrū appropinquātes,
ut proximo auferant aliquid, nun-
quid habitabitis soli super terram?*

MOS est propheticis vaticinijs de Christo, & de exclusionem Iudæorum subiicere pecca- tum idolatriæ & auaritiæ, quod hæc peccata fuere causa obcœcationis Iudæorum, & auaritia fuit causa quo minus crederent Christo Iudæorum principes, ne exciderent illo fa- ctu diuitiarum, & habitarent in amplis ædibus, haberent magna latifundia, & abducebant ple- bem à Christo, ne amitterent decimas, & primitias, & alios redditus, & vectigalia. D. BAS. in ho- milia aduersum diuites, ad auaritiâ locupletum hoc refert, propter quam, ut dixi, ipsi Chris- to non crediderunt, & plebem abduxerunt à Christo. Idem sentit GREG. Nazian. in epitaphio in suum patrem in sine, ubi hunc locum interpretatur de locupletibus, qui domus domibus accumulunt, & agros agris, & vicinos extrudunt, metunt ubi non seminarunt. Et idem Greg. in sanctum pascha, Iudæis dicebat, inquit: Non cumulabis domos supra domos, neque agros agris adiunges, neque opprimes pauperes, nobis plura imperat Christus, ut nos proprijs spo- liemus, demus pauperibus, sic expediti magis, bauilabimus crucem. CHRYS. sic explanat in cap. 6. Genes. homel. 22. & in cap. 23. Genes. homil. 48. & discite ex eodem Chrys. tom. 5. de inui- dia, & liuore homil. 44. desleri locupletes hoc loco, fletu non vulgari, quod summopere notandum est, quod ipsi se beatissimos putant, & foelicissimos, contra verò, propheta eos si- gnificat omnium miserissimos, nam in sacris literis, inquit Chrysof. vbi ponitur Væ, extrema mala significat, poenas sempiternas. Quod D. Hieron. vertit: Vsq. ad terminum loci, Hebrai- ce est בית המקום ה' .i. quoad deficiat locus, vel, quoad nihil loci: quod בית המקום ה' verbum esse po- test, & significare idem quod deficere: & sic vertit D. Hieron. Quoad deficiat locus, & reddi- dit vsque ad terminū loci: potest etiam esse aduerbium, & significare, nihil, & sic reddes: Vsq; non locus: quod LXX interpretantur: Vsq. ad aliena: reddidit enim ut de proximo auferant aliquid, quasi terra ab ipsis solis sit habitanda, neque relinquendus locus alijs habitatoribus.

*Auaritia,
& opes.*

*Væ in sa-
cris, quid.*

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*In auribus meis sunt hæc, dicit Domi-
nus exercituum.*

*Audita sunt in auribus Domini Sa-
baoth hæc:*

Lectionem Hebræam sic ad verbum red- des: In auribus meis Deus sabaoth: & sub- audiuit D. Hieron. totam hanc orationem, ait Dominus, sunt hæc, & sic reddidit: In auribus meis

*Sabaoth Deus auribus meis In
אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*

meis sunt hæc, dicit Dominus: si verò punctum mutes, & legas וְיִי אֱלֹהֵינוּ, significabit: In auribus, A & lectionem Hebræam reddes, In auribus Dei Sabaoth. & subaudiunt Lxx, Sunt hæc, vt fit tota oratio, In auribus Dei Sabaoth sunt hæc, pro qua reddidere Lxx viri, Audita sunt hæc in auribus Dei Sabaoth.

D. HIERONYMVS.

Nisi domus multæ desertæ fuerint grædes et pulchræ, absq̃ habitatore: decem enim iugera vinearum, facient lagunculam vnā: et triginta modij sementis, facient modios tres.

Variè hic locus explanatur à sacris scriptoribus, super cunctos mihi hoc loco placet TERTVLL. in lib. aduersus Iudæos de claritate gentium in Christo Iesu, & aduersus Marcio. lib. 3. ait enim: Vbi vinea Domini. i. domus Iuda, fecisset pro vuis spinas, quibus Christum coronasset, cum acclamasset: Non habemus regē nisi Cæsarem, Tolle, tolle, crucifige: & cum Dominus expectasset post crucem Christi. 42. annos, dum conuerterentur ad Christum Iudæi, & illi multo magis blasphemarent Christi nomen, & ad omnes nationes legatos mitterent, vt Christi, & Christianorum nomen infamarent, vastitas inuenta est illorum vrbibus, ne prædicationem Euangelij impedirent: & sic hunc locum Tertullianum intellexisse arbitror, quauis enim Esaiam interpretans, eo loco hæc verba inferiora non citet, & ex alijs locis testimonia citet, factum puto quòd alibi planius, quàm hoc loco, esset præsignificatum, ideo hæc loca Esaiæ enodans, aduocat aliundè testimonia, quibus eis lucem afferat, & euentus ipse qui est optimus scripturæ interpres, & series, ac ordo antecedentium & consequentium, hoc docet & verba ipsa prophetæ, atque ipsa historia rerum gestarum. Disces enim ex Iosepho lib. 5. de bello Iudaico, cum prius vrbs Hierosolyma duobus tantum collibus contineretur, & tertio colle qui Sion dicebatur, templum Domini tantum esset, Iudæos & principes & reges Iudæorum, Sion montem, qui totus erat scrupeus, & saxeus, rescuiffe, & in latissimam planiciem redegeffe, & ædificijs, & magnificentissimis domibus compleffe, & adieciffe quartum collem, cuius in summo vertice lata planicies sese in omnes partes fundebat, & illam planiciem quoque amplissimis compleffe ædificijs, & cum Hierusalem sic sita esset in quatuor collibus, à tergo præruptis, & inaccessis, quorum in summo vertice lata pateret planicies in singulis, & profundæ valles mediæ essent inter hos colles, & triplici muro præterea cincta vrbs esset, & editissimis turribus munita, planè viribus humanis inexpugnabilis videbatur, vndè Iosephus orbis terrarum nobilissimam urbem appellat, Plinius totius Asiæ urbem clarissimam, denique quod vrbs inexpugnabilis videretur, non dubitarunt Iudæi prouocare arma Romana, & sic putabant se posse contemnere prophetarum vaticinia, & effugere quæ prophetæ minarentur mala: vndè, vt supra dictum est, & sepe repetendum, contemnentes prophetias, compleuerunt prophetias omneis. Minatur ergo propheta hoc loco ijs, qui spes suas collocarunt in opibus & ædificijs vrbis, futurum, vt nihil illa omnia iuuent. Nisi multæ domus fuerint desertæ grandes & pulchræ: aposiopesis est, & forma dicendi Hebræa. i. certè vastabuntur, qualis forma dicendi illa est Plauti: Non sum is, qui sum, nisi hoc fiet: hoc explanant Lxx sic: Si fuerint domus multæ. i. quauis domus multas ædificetis, & totos quatuor colleis ædificijs completis, & domibus, in desertum erunt magnæ, & pulchræ. i. vastabitur vrbs, & domus magnificentissimæ erunt desertæ, vt indè coniectes quid futurum sit tenuioribus ædificijs: Et non erunt qui habitent in eis. i. vastabitur vrbs. Quòd dixit D. Hieronymus, Decem iugera vinearum, congruenter lectioni Hebrææ interpretantur Lxx. i. vbi operantur decem iuga boûm, quod iugerum est quantum vno die par boûm arat: decem ergo iugera erunt, quantum decem iuga boûm operantur. Quòd Hieronym. vertit, lagunculam: Vatablus, & alij, vatum reddidè: & aiunt vatum esse minimam liquidarum mensuram, quam Græci nominant cyathum, & hæc dicta sunt hyperbolicè, quibus ingens sterilitas prædicatur, & fames ingens. Et disces ex IOSE. lib. 5. & 6. de bello Iudaico perijisse Iudæos, quòd intus premeretur seditionibus tyrannorū, fame dira, ingenti peste: foris Romanorū armis. Has luere pœnas ob inmanè illud facinus, quod in Dominum

Iudæos exspectat Dominus 42. annos post crucem Christi, dum conuerterentur. Iudæi legatos mittunt in oēs partes orbis, qui Christi nomen infamant. Vrbs Hierosolyma & munita, ita ut inexpugnabilis videretur.

LXX. VIRI.

Si fuerint domus multæ, in desertū erunt magnæ & pulchræ, & nō erunt qui habitent in eis: vbi enim operantur decem iuga boûm, faciēt lagunculam vnā: & qui semināt artabes sex, faciēt mensuras tres.

A in Dominum admisere, cum suprâ descripta sint bella, & arma Romana. His verbis describitur ingens famēs, & singularis quædam sterilitas, cum dicitur: Ex decem iugeribus vineæ. i. quantum ararent decem iuga boûm: futuram vindemiam, quantum vini capiat vna lagena, vel vnum vini vatum, id est, minimam mensuram liquidorum, quam Lxx viri dixere, quod præter alia, significat poculum, quòd Græcè dicitur, calathos, nam, calathus, fiscellam significat, & poculum, siue pateram, qua vinum bibimus, vt in illo: Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. Quæ igitur tanta sterilitas fingi potest, quanta describitur à Propheta, si ex decem iugeribus vinearum, vix vnum poculum vini exprimi possit? Postremò, quòd D. Hieronymus dixit: Ex triginta modijs sementis, facient modios tres, sic intelliges, כו, verbum Hebræum, quod hoc loco est, vt aiunt Hebræi, est mensuræ genus, quod dicitur, corus, chomèr porro, siue corus, triginta continet modios. Præfert ergo lectio Hebræa, chomèr fementis reddet ephà: quod vertit D. Hieronymus optimè, triginta modij sementis, reddent modios tres: nam ephà, decima pars cori est, vt docent Hebræi: si ergo corus, seu chomèr continet triginta modios: ephà continebit modios tres. i. erit tanta sterilitas agrorum, antequam ingruat bellum Romanum, vt ex triginta modijs sementis, colligantur tantum modij tres. Quòd verò Lxx seniores, iussu regis Ptolemæi vertebant scripturas apud Aegyptios, vsi sunt nominibus mensurarum Aegypti, & Persarum. Ergo quòd vertit D. Hieron. triginta modij sementis, & Hebræicè est chomèr, quæ mensura continet triginta modios, Lxx dixere, qui semināt artabas sex: artaba apud Aegyptios, & Persas (vt author est Suidas) est idem quod apud Atticos & Latinos, medimnus, quæ mensura nostro sermone, *hanega*, dicitur. Medimnus porro (author Suida) sex capit modios: sex ergo artabæ, efficiunt triginta sex modios: siquidem singulæ artabæ modios capiunt fenos: quòd autem plūs efficiunt sex artabæ triginta modijs, fuit in causa, quòd mensuræ Iudæorum planè accommodari ad mensuras Aegyptiorum non potuerunt: quia mensuræ diuersarum nationum non sibi ex æquo mutuo responderent, & quando AVG. lib. 3. & 4. de doctrina Christiana hyperbolen docet, in sacris quoque literis reperiri, quantum ad hyperbolen parum refert, si dicas: triginta modios sementis, facturos modios tres in messe, an si dicas: triginta sex modios sementis, facturos modios tres, cum fructus colliges: vel, medimnus non est æqualis in omnibus locis, alibi minor, alibi maior est: arguetque hæc versio Lxx, apud Aegyptios artabam esse minorem aliquantò medimno, quòd Hieron. dixit modios tres: Lxx reddidè, mensuras tres, quòd fortassè modius apud Aegyptios sit prima mensura siccorum. Medimnus porro continet duas mensuras nostras, quas appellamus, *celemines*.

D. HIERONYMVS.

Væ, qui cōsurgitis manè ad ebrietatem sectandam, et potandum vsque ad vesperam, vt vino astuetis: cithara enim et lyra, et tympanum, et tibia, et vinū, in cōuiujs vestris, et opus Dñi nō respicitis, nec opera manuum eius cōsyderatis.

D

Causa alia est, cur desciuerint à Dño Iudæi, & cur à Deo deleti sint, sic de illis Moses, Comedit, & bibit populus, & surrexit ludere: & rursus, Comedit Iacob, & repletus est: & Recalcitrauit dilectus, pinguis est effectus, et obefus, dilatatus est, & dereliquit Deum qui fecit ipsum, quod præcipuè contigit temporibus Christi, nam ne magnas opes, & magnos honores amitterent, non recepere Christum, nec audiere prophetas, & incurere exitium, & vltimam vastitatè. Quòd Lxx reddidè, Vt vinum succendat eos, conuenienter lectioni Hebrææ: explanat D. Hieron. Vt vino astuetis. IREN. lib. 4. cap. 4. referre videtur hunc locum, ad illum locum Euangelij, diuitis & Lazari, & putat doceri nos à Propheta hoc loco, ne oblitri Dei, feruiamus voluptatibus, quòd dicat Dñs, Erat diues, qui vestiebatur bysso & purpura, & ne in eundè finè veniamus, cum illis monet per Esaiã hoc loco propheta, inquit Irenæus, simulq; docet, si Mofi & prophetis crederet Iudæi, recepturos fuisse filium Dei, quem propheta prædicasset, sed quòd Iudæi dediti luxui erant, voluptatem, &

LXX VIRI.

Væ, qui cōsurgitis manè, & ficerā sequentes, expectantes vesperam, nam vinum succendat eos: cum cithara erim, psalterio, & tympanis, & tibijs vinum bibūt, ad opera Domini non respiciunt, & opera manuum eius non cōsyderant.

H

tem & delicias prætulere prophetarum consilij, nam nisi vitam voluptariam anteposuisent A vaticinijs prophetarum, recepissent vtique Christum, & seruisissent religioni: quem sensum putat esse Irenæus huius loci, & lamentatur illorum miseriam propheta, quod mancipabuntur sempiternis supplicijs, & ardebunt sempiterna flamma, quod crapulari maluerint, & vino obrui, & degere in vita ociosa, plena, & conferta voluptatibus potius, quam audire prophetas, & illorum vaticinijs ad Christum duci. Et D. BASIL. contra ebrietatem eodem spectat, nam qui conuiuantur, inquit, & crapulantur, & lautè viuunt, deflentur à propheta, quod occupati conuiujs & epulis, nullum sibi relinquant locum ad contemplandas prophetias, & cognoscendum Deum: Quæ sententia mihi perplacet, nam si Iudæi, non consumpsissent totum diè crapula & comestationibus, euoluissent vtique prophetias: & cum viderent tot miracula, & prædicta omnia compleri, veritas ipsa, vt sol in oculos, vel nolentibus incurreret. ORIG. lib. 7. contra Celsum, sic hunc locum explanat, quod dediti auaritiæ Iudæi, & epulis, & vitæ voluptariæ non contemplantur illa superna promissa, quæ data sunt patribus, & quænam sit illa Hierusalem promissa toties, & quod sit illa cælestis, quam sol iustitiæ Deus, sempiterno B complet lumine, & quæ sit terra viuentium, & quod spectent prophetarum oracula: quod si fecissent, nunquam risissent prophetas, nec dum prophetarum vaticinia rident, compleissent omnia, quod ait Iosephus. 4. li. de bello Iud. cap. 22. sed ita erant tota cogitatione intenti, & voluptatibus, & aceruandis opibus, vt nullum tempus relinquerent harum rerum contemplationi. Huc spectant D. HIER. & CYRIL. Verba illa: Væ ijs, qui surgunt mandè: explanantur mirificè ab AMBR. de Helia, & ieiunio, cap. 15. & de Nabuthe Iezraelita cap. 3.

Cura diuitiarum, & rerum humanarum, et cõuicia, et epule, sunt impedimento, ne scripturam euoluamus.

D. HIERONYMVS.

Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.

Diuus Hieron. necesse habuit distinctionem lectionis Hebræe sequi, quæ suis temporibus, in codicibus Hebræis circumferebatur, ea quidem caussa, qua dictum est supra, & est sapius demonstratum, & eadem sententia est tralationis D. Hieron. quæ Lxx virorum est. C

Interpretatio Lxx virorum aperit, ostendit perisse: iudeos, quia non receperunt Christum.

Christi gloria patris.

LXX. VIRI.

Igitur captiuus populus meo factus est, quia non cognouerunt ipsi Dominum.

gloria eius & scire non propter populum meo captiuum est ideo לכו גלה עמי מקלי דעת ו כבודו Igitur captiuus populus meus factus est, quia non cognouerunt ipsi Dominum. hoc sonat, si sic distinguas, vt distincta sunt à Lxx viris, quæ sic ad verbum vertes: Propterea captiuus ductus est populus meus, propter non scire, & gloriam eius. i. propterea perire Iudæi post crucem Christi, propter non scire, & gloriam eius. i. etiam gloriam eius, Christum qui dicitur patris gloria: præcesserat enim, Opus Domini non respicitis, vt sit propter non cognoscere opus Domini: & gloriam eius. i. Christum (nam gloriam patris dici Christum in literis facris, docet CYRIL. tomo primo Concil. de incarnatione vnigeniti cap. 12. & EVCHER. in librum tertium Regum cap. 30.) Ergo non potuit planius dici, quod est apud IOSEPH. lib. 6. de bello Iudaico cap. penultimo & vltimo, post subuersa Hierosolyma, & strata multa Iudæorum millia, ferro, fame, & peste, magnam multitudinem ductam captiuam in omnes partes D terrarum, quod non cognouerunt Dominum. Sic enim Hebraicè est, si ad verbum vertas: Propterea captiuus factus est populus meus, propter non cognoscere; & gloriam eius. i. quia non cognouere Deum Patrem, & Dei Patris gloriam, quod dixere Lxx viri: Igitur captiuus populus meus factus est, quia non cognouerunt Dominum. Hoc quoque, confessus est IOSEPH. libro quarto cap. 22. & alijs locis multis, vbi dum riderent, inquit, prophetas, & eorum vaticinia, ignorantes, & nec opinantes compleuere, quæ prædicta erant omnia. Sic D. Hieronymi tralationem interpretabimur: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. i. quia risit prophetas, & eorum vaticinia, & per ignorantiam, & nec opinantes compleuere quæ prædicta erant omnia, vt inquit Ioseph. Potes etiam explanare lectionem Hebræam mirabiliter, si interpretere eam verbis Lucæ euangel. Propterea ductus est captiuus populus meus propter non cognoscere, & gloriam eius. i. quia non cognouit Christum, gloriam eius populi, scilicet, mei, quem gloriam plebis suæ Israël appellauit Simeon, nam, & apud Hebræos

Abrazos, pro ornamento est, & nihil significat: vbi sum mopere notandum est, Lxx viros, quod Hebraicè est, Populus meus captiuatus est, propter non cognoscere gloriam eius: populi. interpretatos, dominum, hoc est, Christum, qui gloria erat populi Israëliti, nam si tralationem Lxx virorum cum Hebræa lectione conferas, ita distincta, vt distinguunt Lxx, nihil hoc loco admirabilius, vbi pro gloria populi Israëliti, quod Hebraicè est, conuenienter euangelicis literis interpretatur Lxx. i. dominum, non potuere planius, nisi dicerent, Christum.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et nobiles eius interierunt fame, et multitudo eius siti exaruit.

Et multitudo facta est mortuorum, propter famem, & sitim aquæ.

T Am frequens huius rei mentio apud Iosephum est lib. 5. de bello Iudaico cap. 26. & 27. & alijs locis multis. & lib. 6. cap. 20. & 21. vt nihil sit vulgatius, confectos & mortuos esse Iudæos dira fame, quæ ipsos conficere omnes posset sine bello. Lectio Hebræa hoc etiam sonat, si sic distinguas, vt interpunxere Lxx viri, Mortui fame, & multitudo eius, aridi siti: forma dicendi Hebræa, recepta apud Græcos, & Latinos: vt, Multitudo venerunt, apud Titum Liuium. Pars pedibus plaudunt choreas, --- apud Maronem. Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi, sic Hebraicè, mortui fame & multitudo eius. i. magna multitudo eius morietur fame. Aridi siti. i. arefcet siti. D. Hieron. co dicum Hebræorum distinctionem est sequutus, nam, Gloriam eius, initium fecit sententiæ sequentis: sic enim legit Hieron. si ad verbum verteres Hebræa verba, Gloria eius, mortui fame: & multitudo aridi siti, & sic interpretatur D. Hieron. Gloria eius mortui fame. i. nobiles interierunt fame, & multitudo eius aridi siti. i. exaruit siti: quæ versio D. Hieron. est etiam admirabilis, nam vis omnis malorum, quod ex Iosepho liquet, & sapius repetendum est, recidit in caput pharisæorum, & principum Iudæorum & locupletum præcipuè, qui potissimum Domino fuerant aduersarij, & plebem à Christo abduxerant.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque vlllo termino, et descendet fortes eius, et populus eius, et sublimes, gloriosusque eius ad eum, et incuruabitur homo, et humiliabitur vir, et oculi sublimes deprimetur, et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, et deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

Et dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum, vt non cesset (vel deficiat) & descendet inclyti, & magni, & diuites, & exultantes in ea, humiliabitur homo, et inhonorabit vir, & oculi sublimes humiliabuntur, & exaltabitur Dominus sabaoth in iudicio, & Deus sanctus glorificabitur in iustitia.

Adem describitur clades Iudæorum, qua luere immane illud flagitium, quod Iudæi in regem gloriæ admiserunt: & vtitur propheta prosopopœia quadam, qua ostendit mortem ipsam, velut magnam quandam balænam, deglutijse omnes: hoc enim significant verba illa, Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum, absque vlllo termino, quod Lxx viri dixerunt, vt non cesset, vel si melius voles vertere, vt non deficiat. i. vt omnes capiat: Hebraicè est לחי קר. i. vt non sit præfinitum quicquam, sed capiat omnes absque termino, vt nulla pars sit residua, vt pereant omnes, hoc est, vt non certa quædam pars Iudæorum pereat, aut media pars, aut duæ partes, aut ex decem partibus nouem, sed prorsus omnes aut pereant, aut sedibus suis pellantur, & in vltimas terras captiuum ducantur, quod factum esse sub Adriano constat: incensæ enim sunt omnes vrbes Iudææ, & vici oēs, ferro & incendio sunt omnia deleta, & ideo tralatio D. Hieron. est admirabilis, quæ hoc significat, Descendet fortes eius, & populus eius, sublimes, gloriosusque eius ad eum, hoc est, ad infernum. i. summi, medij, infimi, oēs prorsus peribunt, aut ferro aut incendio, quod factum est, vt leges apud Dionem, residui fuere, si qui non habitabant in vrribus Iudææ, quod dispersi erant Iudæi per totum orbem: & si qui non cõfluxerunt ad illud bellum, & si quos Romani duxere captiuos, nam sub Vespasiano multa milia pauperum sunt permisi abire li-

bere, sub Adriano, nulli, hostilis gladius, aut incendium, pepercit, nisi si quos duxere captiuos. A Lxx viri ita vertere, vt videatur propheta locupletibus minari potissimum, quod hac vastitas in illos incubuit maxime, & hi periere omnes: & si qui residui fuere, vel captiui fuerunt ducti, erant pauperes. Dissidiu hoc fecit vox Hebraea מוֹקֵה, quae reddi potest multitudo eius, quod D. Hieron. dixit, Populus eius, potest etiam verti, opulentia eius & nobilitas, & hoc intellectui accipere Lxx viri. TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionem, hoc tantum aduersum diuites, & locupletes dictum esse putat, & idem esse cum illo Domini: Vae super diuites. & leges apud Iosephum, vim illam mali potissimum in diuites incubuisse, nam lib. 5. de bello Iudaico cap. 28. multa milia reperies locupletum crucibus suffixa, alijs locis reperies verberibus caesos, vt ipsi in crucem sustulere Dominum, & flagris cecidere, reperies ipsos per omnia cruciamenta necatos. & in fine 6. lib. stratos gladijs per vias, ductos vinctos, vt belluis in theatris in publicis ludis laniandi obijcerentur, cum multa pauperum milia, liberè abire quo vellent, sunt permisi, & in postrema vastitate, qua omnes Iudaeae vrbes, & vici omnes incendio sunt consumpta, sub Adriano imperatore, quo tempore ex toto orbe terrarum Iudaei ad arma confluerunt, locupletes confluisse, magis credibile est: & ita Tertull. loco citato explanat, Humiliabitur homo, vtique exaltatus diuitijs, in honorabitur vir, qui vtique ob substantiam honorabilis erat: sed tralatio D. Hieron. habet emphasim: Incuruabitur homo. i. homo locuples, vt interpretatur Tertull. incuruabitur, vt ligetur & vinciat, vt ducatur obijciendus belluis in theatris, vel vt captiuus ducatur, aut in triumphum, quod in fine 6. lib. de bello Iudaico factum reperies, & millies alijs locis leges, incuruatos principes Iudaeorum, vt vinciantur, aut cruce afficiantur, aut flagris caedantur, aut per omnia cruciamenta necentur. Et exaltabitur Dominus, quia vt dictum est, quo tempore subuersa Iudaea est, lux Euangelica potissimum toto orbe resplenduit: nam iudicium, vt postea dicendum est, pro euangelio ponitur in sacris literis, eo ergo tempore, cum Gentes viderent, & in tralatione Lxx virorum legerent, quod prophetae praedixerant de vastitate Iudaeae, si Christum non recepissent, esse completum, & legerent alia vaticinia completa: mirum dictu, quam omnes certatim accurrere ad fidem, & exaltatus est Dns.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et pascentur agni iuxta ordinem suum. Et pascentur direpti quasi tauri.

Hieronym. in commentarijs in hunc locum conuenienter superioribus haec de Christi passione, & Hierosolymorum excidio interpretatur. Direpti sunt, inquit, & ducti captiui a Romanis, & ab alijs nationibus, quae sub signis Romanorum bellabant: Quasi tauri, de quibus dixerat Dominus: Tauri pingues obsederunt me. Sequitur enim ferè D. Hieron. in comentijs interpretationem Lxx virorum, & quamquam a principio dixerat, nescio quid volentes Lxx, transtulerunt: Pascentur direpti quasi tauri, cum videat mysterijs Christi tam conuenire, eam sequitur tamen. Pascentur ergo direpti quasi tauri. i. tanta copia captiuorum ex Iudaea ducetur, vt à militibus pascantur, more armenti taurorum, & vnusquisque militum suos captiuos ducat, & pascat, quos è præda emerit, quasi pascat armentum taurorum: quod factum esse discis ex Iosepho de bello Iudaico lib. 6. cap. penult. & vlt. Verba Hebraea hoc etiam sonant, וְרָעוּ, & pascentur: כְּבָשִׂים, sicut agni: vt reddidit D. Hieronymus. i. milites pascent Iudaeos quos captiuos ducent, sicut gregem agnorum, sicut gregem pecudum, tanta erit captiuorum multitudo, & sicut suis, illis obijcient pabulum, vel vt agnis: Aut, כְּבָשִׂים. i. direpti, nam כָּבַשׁ, cum puncto in dextro cornu, significat subijcere sibi, & capere vi aliquos, vnde כְּבָשִׂים, direpti, capti, & sic Lxx: Pascentur direpti. i. pascentur captiui. כְּבָשִׂים, sicut gregem suum, vel, sicut armentum. i. pascentur captiui sicut armentum, & fecere paraphrasim ex alijs locis scripturae, sicut armentum taurorum, scilicet, vel sicut tauri, iuxta illud: Tauri pingues obsederunt me, vt inquit D. Hieronymus: nam דָּבַר, gregem significat aut armentum, vt Michae secundo: Tanquam gregem, vel in medio gregis sui, vbi pro grege est haec vox Hebraea, & hinc Hebraei aiunt, midbar, id est, desertum appellari, quod in desertum ducantur armenta ad pasendum: sic Iudaei explanant hunc locum: Et pascentur agni, כְּבָרִים. i. secundum ducatum suum. i. vt solebant in septis, quod etiã, dabar, significat caulas ouium: & hoc, ad verbum leges lib. 6. de bello Iudaico cap. 44, vbi Iudaei velut in caula concluduntur omnes, & inde vanales ducuntur: alij obijciendi feris, alij ad alia mala, alij vilissimo pretio vaneunt: illic ergo velut in caula

A in caula conclusi pascebantur, vt inde depromerentur, & varent in auctione. Lxx viri fecere paraphrasim ex illo: Tauri pingues obsederunt me. Et ex cap. 30. Hierem. Mugistis, vt tauri. Dixere ergo: Pascentur direpti quasi tauri, vt facta hac paraphrasi declararet, cur traditi essent directioni omnium nationum, quia in Dominum mugiere quasi tauri, & ideo direpti, & exspoliati, ducti sunt captiui, quasi armenta taurorum, nisi fortè dicere velis, Lxx viros non legisse כְּבָרִים, sed mutata vna litera ד in נ, & abiecta vna literula י. כְּבָרִים, id est, sicut taurorum, & illa mutatio vnius literae in alteram, & adiectio alterius literulae, frequentissima est, vt ostendimus, in codicibus Hebraeis: qua de re supra disputatum est fusissimè in disputatione de tralatione D. Hieron. & Lxx virorum.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et deserta eorum vbertatem versa, aduenae comedent. Et deserta eorum qui capti sunt, agni comedent.

TRalatio Lxx virorum significat: Deserta Iudaeorum. i. vrbes vastatas Iudaeorum, agnos esse depasturos. i. vrbes celeberrimas Iudaeorum vastandas, & redigendas in ouium pascula vberima, id enim significat, Versa in vbertatem: quod vbi erant nobilissimae vrbes surgent messes, & arabuntur aratro loca illa, & redigentur in pascula armentorum & pecorum. Sed ne mireris, quod multis locis dicimus, aliam lectionem agnouisse Lxx viros, mutatione alicuius literulae, vt in superiore commentario dictum est, hoc loco, pro נְרִים. i. aduenae, vt vertit D. Hieron. Lxx legere כְּרִים. i. agni, & sic legendum esse contendit R. David, vt habeamus nostrae sententiae astipulatores etiam ipsos Iudaeos, acerrimos Christiani nominis hostes: & hoc potissimum notandum est, quod haec loca omnia sunt ex eorum numero, quae quamquam res nostras clara voce testentur, & aperte Iudaeos damnent, nostri non audent attingere aut citare, quod Iudaei clament nihil tale Hebraicè esse: mentiuntur impudentissimè Iudaei, fidelissimè omnia sunt reddita à Lxx viris & à D. Hieron. sed oracula quae ipsos iugulant, inuertunt impij Iudaei, & negant esse Hebraicè. Ergo deserta eorum, aduenae pascent. i. aliae nationes habitabunt vrbes Iudaeae desertas à Iudaeis: sed hic sensus locum non habet, si legas, in vbertatem versa, nam alibi dicendum est, nostros homines iniquos, estimatores & iudices aduersus nos esse, videas annotationes nostrorum hominum, cum alijs locis plurimis, tum in libris Geographiae Ptolemaei, vbi parum abest, quin mendacij arguant sacras literas, imò mendacij arguunt, admonentque terram, quae olim dicebatur sancta, sterilem esse, non fertilem & vberimam, vt literis sacris testatum est. Homines, penè dixerim impios, aut taceant, aut discant literas: quasi verò praedictum non fuerit, Iudaeam, quae vberima erat & fertilissima, post crucem Domini futuram sterilem & infocundam. Hoc quod dicitis verissimum est, Iudaeam sterilem esse post crucem Domini, & infocundam: sed hoc nostrae veritatis argumentum ingens, quod quae olim erat fecundissima & amoenissima regio, ita punita est à Domino, habitatorum culpa, vt sterilem fecerit, quemadmodum praedixerat Moses Deuteronom. cap. 29. cum descripsisset plagas, quibus Dominus populum Iudaeorum erat affecturus, si non seruassent legem, nec credidissent legi, sed ambulassent in prauitate cordis, quod precipue fecere temporibus Christi, vt dictum est, & cum dixisset vastandas vrbes Iudaeae, subiecit, affligendam terram sulphure, & folis ardore comburendam, ita vt vltra non feratur, nec virens quicquam generet, in exemplum Sodoma & Gomorrae: ergo Iudaea post crucem Christi erat relinquenda sterilis vt Sodoma: itaque quod Hieron. vertit, pingua, vel in vbertatem versa, ad spiritualia referas, necesse est, nam terrena regio Iudaeae in sterilitatem potius est versa. Aduenae ergo. i. nationes exterae accipient patrum promissa, quae Iudaei deseruere in vbertatem versa, quia superabundauit gratia in lege noua, quae est lex gratiae: vel, agni pascent. i. nationes, quae recepta lege euangelij, dicentur agni: Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Non inficiabor tamen Lxx, pro כְּרִים. i. pingua, vel, in vbertatem versa, mutatis punctis tantum legisse מְרִים. i. interfectorum, à מָרוּהוּ. perdo, vt sit, deserta eorum mortuorum, hoc est Iudaeorum mortuorum & interfectorum gladio, aduenae comedent. i. nationes exterae, vel agni depascentur versa in pascula, vt dixi.

H 3 D.HIE.

Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi in vinculis plau-

Væ qui trahitis peccata quasi funiculo longo, & quasi iugulo vitulae iniquitatis.

Iudæi legatos in oēs terras mittunt, quid accant gentes blasphemare nomine Domini.

Iudæi mendacissimi, & Iudæorum mendacia.

Peccata vincula, & cur?

IVSTIN. in dialogo aduersus Tryph. hæc omnia de Christo interpretatur, vt eñ probaret prædictū esse vaticinijs prophetarū, quid Iudæi essent facturi post resurrectionem Dñi, & quod non essent mutaturi impiā mentem, sed ex Hierusalē legatos in totum orbem essent missuri, vt concitarent suos Iudæos, qui toto orbe erāt dispersi aduersum Christū & Christianos, & docerent eos blasphemare nomen Christi, & Christo conuiciari: & q̄ apostolos & fideles, per omnia cruciamenta essent necaturi, & q̄ alia innumerabilia huius notā facturi essent, quæ omnia fecere Iudæi, vt hæc, inquam omnia, prædicta vaticinijs prophetarum ostenderet, inter alia testimonia, quæ citat ex prophetis, & hæc citat, vt ostendat verba hæc id significare, quod prædiximus, cum ait: Væ qui trahitis quasi funiculo longo: vel, si meliùs vertere velles tralationem Lxx: Væ qui trahitis, quasi fune longo: & deest in tralatione Lxx, verbum vnum, quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendumque: Væ qui trahitis peccata, quasi fune longo mendaciorum, nam verbum Hebræum לךך, funiculos significat, vt vertit D. Hieron. & rudenteis validos, & funeis longos, quod te docebunt omnia Hebræa onomastica, aded res plana est, & sic verterunt Lxx viri, quasi fune longo, quasi rudentibus validis vanitatis, vel mendaciorum, idem enim vtrunque significat: mendacium enim mendacio attechabant Iudæi, nam impostorem appellabant, & in principe dæmoniorum eijcere dæmonia aiebant, corrumpere custodes pecunia, vt mentirentur Apostolos corpus Dñi suffuratos, legatos in totū orbem misere, vt de Christo spargerent mendacia, oracula prophetarum apertissimè inuenterunt in lectione Hebræa, cuius criminis rei arguuntur literis apostolicis, & Euangelicis, vt toto hoc libro apparebit, ex interpretatione Lxx abstulere multa, quosdam illorum libros aboleuere flammis, vt author est idem Iustinus aduersus Tryphonem, reliqua que de medio tollere non potuere, falsitatis arguunt. Dicit non potest, quā sint mendaces Iudæi, & ita ab Hieremia cap. 9. mendacissimi dicuntur, alieni ab omni veritate, doctores mendaciorum, vt feras in oculis commentaria, quæ tibi Iudæorum venditant mendacia: hic enim funis longus est mendaciorum, quem Iudæi texunt, cum peccatis peccata cumulant. AVGVST. in Psal. 108. In modum funis, inquit, qui ex pluribus minimis crescit in multum, peccata semper tanquam longo fune tenduntur: sunt etiam hæc delictorum vincula, quibus humanæ mentes illigantur, de quibus in prouerbij: Fascijs peccatorum vnusquisque constringitur: stringit enim nos, & alligat diabolus vitiorum funibus, quod docet Dominus in Euangelio. Hanc filiā Abrahæ ligauit Iathanas annis octodecim. & in Psal. 128. in illa verba: Suprà dorsum meum fabricauerunt, sic Augustinus hunc locum explanat, vt Iustinus: Non desinunt, inquit, peccata peccatis connectere, & tanquam funem longum implexa ea semper extendere. Sed dici non potest satis iuxta hanc sanctorum sententiam, quantam emphasim & vehementiam, habeat verbum illud, quod reponendum est ex Hebræa lectione, mendaciorum & vanitatis, quodque præfert tralatio Diui Hieronymi, si legas: Væ qui trahitis peccata, quasi fune longo mendaciorum, vt animo audientium infigat Iudæorum mendacia, sed quod Diui peccata esse dicunt vincula, quibus ligatis manibus & pedibus mittuntur mali in tenebras exteriores, & funem longum fieri cum peccata peccatis adduntur, non tamen explanant, cur dicantur peccata funes, discas ex PLATONE lib. 9. de Repub. qui ex sacris literis hæc similitudinē videtur mutuatus, ibi enim, cum dixisset nihil aliud esse peccare, quā collo sibi vincula circumdare, & se dedere captū, aut prauis cupiditatibus, aut hosti foedissimo, subiicit fabulā illam Eriphyles, quæ ob torquē aureum, Amphiarum maritū prodidit, illa, inquit, tunc cum maritum vendidit, se quoque captiuam vendidit, & collo suo aurea quidem, sed tamen vincula circumdedit, ita tu quoties, inquit, in te admittis crimen aliquod, nequissimo hosti te prodis miserum, aut annulo collo reuincto, aut longo fune, siquis, inquit, vt acciperet aurū, filium aut filiam, immanissimis & pessimis dñis, in miserā seruitutē venderet, an non crudelissimus esset & stultissimus? quid? tu non stultior multo, & stolidior? qui partē tui diuinissimam, hoc est, animam impietissimo & impurissimo domino vendis, vt expleas tuas libidines? non es infanus,

A infanus, miser miseris modis, qui circumdatis collo vinculis, animam tuam in miseram seruitutem hosti tuo tradis? nec te illius miserefecit? quis te miserior? Hæc ferè Plato, quibus intelliges, cur peccata funes dicantur, & vincula: & inde vulgò dicimus, eum qui peccat, obligare se flagitio, & scelere, quod quasi funibus quibusdam irretitum se dedat domino nequissimo, & inde absoluere aliquem nefario scelere, cum illum iudex innocentem esse pronunciat, ita nō solum Plato huius sententiæ author est, sed etiam rude vulgus sic loquitur, vt hæc significet, quod vt Arist. ait εἰς πᾶσι δ' ἀμαρψία τῆς ἀλαθείας. i. quod in omnibus splendor quidam veritatis est & lucerna, qua verum videtur. Quod Hieron. reddidit: Quasi vinculum plaustrum: Lxx vertere, Vt iugulo vitulae iniquitatis: vel, vt AMBR. in Psal. 108. serm. 8. in illa verba: Funes peccatorum circumplexi sunt me: legit, vt iugulo vitulae iniquitatis: vtrunq; lectioni Hebrææ congruit, nam ויגל, plaustrum significat & vitulam, vt Genes. 15. Cape mihi vitulam: vbi pro vitula, est eadem hæc vox Hebræa, & huic loco tam benè conuenit vitula, quā plaustrum. AMBR. O. ergo loco citato, sic enodat hunc locum: Cum vitula indomita plus se iactat & excutit, cum tenetur, nec acquiescit imperio, sed magis cum iugulo retrahitur & exasperatur, ita nec coacta se subiicit, nec libera vinculorum est: & cum trahit vitula iugulo, & si non tenetur, tamen non se explicat, nec absoluit: Vide hæc verba. Ambrosij quā coherant cum Iustini sententia: vbi Iudæi indomiti, cum tenebantur nefario scelere, indomita ceruice se iactabant multo magis, & cum tenerentur se excutiebant, nec acquiescebant imperio, sed mille fingebant mendacia aduersum Dominum, vt diximus, & putabant se liberos & tutos sub amicitia Romanorum, vt vitula proca, quæ iugulo trahitur: non erant tamen absoluti, quod funibus peccatorum trahendi erant ad pœnas, quas propheta prædixerant. Et in Psal. eundem, serm. 16. hoc idem multo significantius idem Ambrosius. Indomita vitula, inquit, quod diutius traxerit iugula, hoc multo magis impeditur & irretitur: Aduerte, quā hæc interpretatio congruat Iudæis, postquam enim se obstrinxere scelere illo nefario mortis Domini, quod magis conabantur in sua impietate perstare, eò se irretiebant magis, more indomite vitule, peccatis peccata iungentes, vt dictū est: & simul propheta, per vitulam, Iudæorum vitia demonstrat, in quibus vt volutarentur, negauere Christū, cum dixerent: Venient Romani, & tollent gentem nostrā, quæ vitia per vitulā significantur: discas ex ORIG. homel. 1. in cap. 1. Leuit. Tralatio D. Hieron. eodē spectat, ducta enim videtur metaphora, à iumentis reuinctis plastro, quæ iumeta plastrū, si præceps ruat, trahit in perniciem: ita Iudæos peccata admissa, quæ cumulantur, eos traxerunt in perniciem prædictam à prophetis: peccatum ergo Iudæorum traxit eos in perniciem vt vinculum plaustrum, subaudi, solet trahere iumenta reuincta plastro.

Qui dicitis festinet, et citò veniat opus eius, vt videamus, et appropiet, et veniat consilium sancti Israël, et sciamus illud.

Qui dicitis, citò appropinquent quæ faciet, vt videamus, & veniat consilium sancti Israël, vt cognoscamus.

CHRYSOST. serm. 2. in cap. 1. epist. ad Coloss. hæc ita interpretatur, quasi Iudæi, cum necem Domino molirentur hæc dicerent: putabant enim omnes prophetias casuras in casum, & ridebant eas, vt ait Iosephus, nec putabant ea euentura quæ prædixissent propheta, nā nisi credidissent fore, vt in vanum & in casum reciderent omnia, quæ propheta dixerant, nūquam dixissent, Non habemus regem nisi Cæsarem, neque Dominum cruce affecissent, ideo dicebant: Citò appropinquent quæ faciet Dominus, vt videamus: Huc spectabat ergo Chrysof. cuius sententia hæc sunt similia illis: Descendat nunc de cruce, sine, videamus, num veniat Elias, vt liberet eum, interrogemus eum tormento. & homel. 9. in cap. 5. epist. ad Theffal. idem Chrysof. interpretans hæc: Non simpliciter, inquit, hæc desiderant, sed ex incredulitate desyderantes describuntur. IVST. aduersus Tryphon. & in apolog. 2. pro Christianis, sic videtur hunc locum interpretari: Væ vobis, qui quod in potentatu estis, & quod post crucem Christi, videtis vos potentes & nobiles, non intelligitis, quod expectat vos Dominus, vt respiscatis & conuertamini: & cum videatis vos non luisse pœnas tam immanis flagitij, putatis prophetas mendaces futuros, & dicitis per risum veniat dies Domini, quando id erit? vos opprimet ergo repentinus interitus. Lege Chrysof. homel. 9. in cap. 1. ad Theffalon.

Cur peccata vincula dicuntur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Va, qui dicitis malum bonum, et bonum malum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.

Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce amarum.

Falsæ Iudæorum interpretationes

IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem sic hunc locum videtur intelligere, vt his verbis exprimantur conuicia quæ Iudæi Christo faciebant, & rumores pessimos, quos legatis per totum orbem misis de Christo dissipabant Iudæi. Ergo, Bonum malum dicebant, cum Christum appellabant impostorem, cum in euangelio dicebant, Quia seductor hic: cum Dominum Samaritanum appellabant, dæmonium habere dicebant, cum Christum per totum orbem misis legatis infamabant: & malum dicebant bonum, cum Iudaicam perfidiam appellabant religionem, lucem appellabant tenebras, Christum, inquam, qui est lux vera, seductore nominabant: & tenebras lucem, cum vestras tenebras, id est, vestram perfidiam, & falsam scripturarum explanationem appellatis lucem. Idem significant verba sequentia: Amarum appellatis dulce, & dulce amarum. Idem IVST. in apolog. 2. pro Christianis, sic etiam hunc locum explanat: quod autem à prophetis prædicta sint hæc conuicia, quæ Christo facitis, & Christianis, & quod miseri sitis, quia hæc illis facitis conuicia, & quod dicitis nihil esse sanctius, quam si vetus lex obseruetur, audi dicentem Esaiam: Væ, dicentibus malum bonum, & bonum malum. TERTVL. in lib. de carne Christi, hæc referre videtur ad falsas Iudæorum interpretationes scripturæ, & ad inuersionem vaticiniorum. Eodem etiam refert idem Tertull. aduersus Gnosticos his verbis: Quid enim aliud faciunt Iudæi, cum peruertunt scripturæ sensu, quam facere bonum malum, & lucem tenebras? Inunc, Iudæos admirare, & illorum scripta combibe, contemne scriptores sacros: Contra putat ATHAN. interpretans hunc locum: Dic, inquit, vtri potius credere oportet, Domini verbis, an Iudæorum fabulis? vtra oportet imitari facta, sanctorumne, an ea quæ excogitauerunt isti? sed quoniam hæc, isti non possunt dicere, sunt enim obcoecati, quod dixit Esaias, putantes amarum esse, quod est dulce, ac lucem esse que sunt tenebræ: hæc Athanas. in apolog. lib. 1. Apertius tamen idem Athanas. in lib. de illo euang. dicto: Quicumque dixerit verbum aduersum filium hominis, hunc locum explanat, vt Iustinus de Iudæis, qui conuicia faciebant Christo, hunc Samaritanum appellabant, & seductorem, &c. CYRIL. de spiritu & litera lib. 5. in fine, huc locum accommodat ijs, qui cum possent frui voluptate cælesti, & epulis spiritalibus, desciscant à mensa Domini ad fœdas voluptates, quod hæc planè iniuria sit, quæ Christo & eius corpori sanctissimo fiat, si rem tam fœdam illi anteferas, & mentis nostræ impia sententia ad terrena propendamus, relicta angelorum esca, hi enim, verè dicunt bonum malum, & malum bonum. Hoc enim faciebat Israël, cum desiderabat ollas carniū, & cæpas Aegypti, oderat manna de cælo datum: sic sæpè nos huc pertrahunt prauæ cupiditates, vt dæmonum ferre imperium velimus ob allia, & cæpas. i. ob res fœtidas: Permisit ergo illos Dominus per multos dies, vesci carnibus. i. volutari in vitijs, quod postea illis celsit in perniciem meritissimo, quod postposuerunt cæleste manna terrenis cupiditatibus. Lege BASIL. in homel. contra fœneratores in fine. & in Psal. 71. in illa verba: Sperate in ipsum omnis congregatio populorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Va, qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismet ipsis prudentes.

Væ, sapientes in ipsis, & coram ipsis scientes.

DIUUS BASIL. in Asceticis interrogatione. 270. quærit, cur Paulus dixerit, alibi: Ne sitis stulti: alibi, Ne sitis sapientes apud vos: & respondet, Vnaquæuis res suum habet modum: cum enim dixisset, Ne sitis stulti, subiunxit: Sed intelligetes, quæ sit voluntas Dei: & cum dixisset, Ne sitis sapientes, adiecit, apud vos ipsos, sed timete Dominum, & declinate ab omni malo: stultus ergo est, inquit, qui non intelligit voluntatem Dei. Sapiens apud seipsum, quicumque proprio sensu vtitur, & non secundum fidem verba Dei sequitur. Et supra idem Basil. interrogat. 227. hunc locum Esaiæ fuerat interpretatus, vt non nostris contenti simus, sed cum catholicis

A catholicis nostra communicemus, vt cadat benè in Iudæos, de quibus sermo est, qui dicebant: Quid hunc auditis? infans: & apostolos audire nolebant. Væ ergo Iudæis, qui sapientes in seipsis: neque audire vulerunt Christum, nec Apostolos: hinc dictum est illis: Vobis oportebat prius prædicari verbum, &c. Eodem referre videtur D. BASIL. contra Eunomium, lib. 20. IVST. hæc de consilijs initis aduersus Dominum: Expediit, vt vnus homo moriatur pro populo. & de alijs omnibus, in litteris Euangelicis, & Actibus Apostolorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatē. Væ potentes, vestrum bibentes vinum, & dynastæ miscentes ficeram.

Diuus Hieron. Væ vobis, qui quod in potentatu estis post crucem Christi, vt possitis agitare conuiuia, & lautè viuere, creditis, non euentura mala, quæ prophetæ euentura dixerunt, qui Christum non recepere, & non intelligitis, quia exspectat vos Dominus. vt conuertamini. Sic explanat etiam hunc locum IVSTIN. locis citatis, & copiosius CHRYS. homel. 9. in cap. 1. epist. 1. ad Thessalon. & putat Paulum huc allusisse illis verbis, Quando dicent, pacem et securitatem, tunc repentinus illis veniet interitus, quemadmodum dolor partus mulieri in vtero habenti, & nequaquam effugient. Ergo, qui in delitijs vitam debebant, solebant dicere: Veniet dies Domini: quando is erit? tandem illos oppressit interitus, quadragesimo secundo anno post crucem Domini. Ad similitudinem huius loci Esaiæ, solatur Paulus fideleis afflictos, ne doleant se in laboribus esse, malos esse in delitijs, futurum enim esse propediem, vt boni tollantur in sempiterna tabernacula, mali abeant in poenas æternas. Dynastæ dicuntur, vrbs principes, quales Duces sunt, Marchiones, Comites: Væ igitur vobis, quod creditis impunè laturos, quod post crucem Domini agitatatis conuiuia, & lautè viuitis. De ficeram alibi dictum est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui iustificatis impiū pro muneribus, et iustitiam iusti auferitis ab eo. Iustificantes impium propter munera, & iustum iusti tollentes.

IREN. lib. 4. cap. 5. Væ vobis scribæ & pharisæi, qui coepistis à tempore legis contemnere Deum, diligere munera, abfoluere nocentes, innocentes opprimere: vnde nunc in maximo omnium crimine, vestra non trepidauit audacia: cum Christum dominum morte seuissima multastis, nocentem Barrabam crimine liberaistis. Quæ sententia mihi perplacet, quod congruit superioribus, si me roges, pro quibus muneribus damnatus est Christus, & iustificatus est impius Barrabas? respondebo tibi ex lib. 5. ARIST. ad Nicomac. alijsque locis: Si iudex, aut liberat crimine nocentem, aut damnat innocentem, fauoris causa, aut ob principum gratiam, aut honoris spe, alicuiusue commodi, rectè iudex ille dicitur fur: rectè accipere munera perhibetur, quod hæc omnia æstimantur pecunia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit, sic radix eorum sicut fauilla erit, et germen eorum vt puluis ascendet, abiecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquiū sancti Israël blasphemauerunt. Propter hoc, quomodo crematur calamus palearum à carbone ignis, & vniuersa cremabitur à flama ardente: radix eorū, sicut puluis erit: & flos eorum sicut puluis ascendet: noluerunt enim legem Domini Sa baoth, sed & oraculū sancti Israël exacerbauerunt.

HÆc omnia IVST. ad tempora Christi refert, & ad conflagrationem Hierosolymorum, & vrbum Iudæe, & tam plana putat, vt non credat egere interprete, & certè quod Lxx potius scribunt commentaria in plerisque, quam translationem. Si Græcè legas, tam plana sunt scripta à Lxx viris in quibusdam, vt sunt Cyrilli commentaria, veluti hoc loco, *διὰ τούτο οἱ ἄγγελοι καθήσονται καὶ τὸν ἄνθρωπον πύρος καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς καυρούνης*. i. Propter hoc, sicut comburetur calamus à carbone ignito: & comburetur à flamma ardente. i. quemadmodum

Iudae va-
stas pra-
dicta a 70.
viris pla-
nissime.

calami palearum concipiunt facile flammam a carbone ignito, sic Hierusalem comburetur a flamma ardente: ego non existimo planius hoc potuisse praesignificari. Deinde rursus alia similitudine eadem rem expressere Lxx viri: Radix eorum sicut pulvis erit, eradicabitur Hierusalem & redigetur in pulveres eius radix: Itaque non solum eradicanda Hierusalem dicitur, & radicitus atque adeo eradicatus extirpanda Hierusalem, sed in pulveres redigendas ait eius radices: deinde, Flos eius sicut pulvis ascendet, nobilitas Hierusalem & gloria illa redigetur in pulveres: quam vere Lxx viri sic hunc locum intellexerint, discas ex IOSE. in libris de bello Iudaico, sed precipue ex Dione in vita Adriani ubi discas non Hierosolyma sola sed omnes Iudae urbes, & vicos omnes Iudae, & omnia Iudae loca redacta in fauillas, Iudaeos omnes incendio & ferro fuisse deletos, vt residui fuerint tantum, qui alijs in regionibus habitabant & non ad illa bella confluxere, & qui captivi ducti sunt: & vt scias quam radicitus & eradicatus sunt deleti Iudaei ex Iudaea, praeterquam quod leges, omnes vrbes Iudae & vicos omnes incendio absumpta esse, redige in memoriam quae supra dicta sunt ex autoritate veterum patrum de lege lata ab Imperatoribus, qua cautum erat, ne quis Iudaeus intraret vrbes Iudae capitali supplicio, quod non dicerent Iustinus & Tertullianus, proximi temporibus Christi, in libris praesertim aduersus nationes infideles, nisi res vulgatissima esset & notissima, nam si impudenter essent mentiti, fidem sibi in caeteris detraherent & auerterent a fide quos nolebant ad fide conuertere, quamquam Iustinus Martyr, August. & caeteri quos citauimus huius rei auctores, absunt longissime ab omni suspitione mendacij, Itaque tralatio D. Hierony. satis plane hoc quod diximus significat, redigendam in fauillas Hierusalem & conflagraturam: explanatur tamen ex tralatione Lxx virorum: Sicut deuorat stipulam lingua ignis: sicut flamma ignis incendit paleas, & sicut calor flammae paleas comburit, sic radix eorum Iudaeorum erit sicut fauilla: redigetur in fauillas radix Iudaeorum, hoc est, radicitus extirpabuntur: & germen eorum, ipsi & filij eorum delebuntur: nam si me roges quae sit radix gertis alicuius, respondebo tibi esse germen eorum, & filios, & sobolem, qui omnes ferro & incendio sunt deleti: Tamen quia Pagninus & Vatablus reddunt: Radix eorum sicut foetor erit, quod putant Iudaeos sapere, Iudaeos hoc loco refellamus, & in infinitum hoc volumen excresceret, si singula persequi vellem, quae dam attigisse satis erit, ex quibus de caeteris coniectura facile fiet. Hunc locum vel Iudaei iudice disceptare non recusarem, nam, ppm significat liquefcere, dissolui, & corrumpi. Age igitur, si ego largiar quod verbum hoc, ppm significet, corrumpi, inde: pm foetorem esse, quando vos Iudaei nulla alia ratione vtimini, vt probetis, pm esse foetorem, nec vllum auctorem habetis, quem sequamini, an non vos ipsa necessitas coget fateri eandem vocem significare fauillas, vt reddidit D. Hieron. & reddidit Lxx, in quas resoluatur quod igne consumptum est? si qui de ipsi docetis ppm significare etiam resolueri. Quid stata & recepta mutantur? quid obelo hoc loco & alijs mille iugulant lectionem Hebraeam apposito puncto, tanquam male versam a D. Hier. Vatabl. desciscit etiam a sententia veterum patrum, & sequitur hic etiam Iudaeos: ad captiuitate Babylonicam haec refert. Quid? captiuitatis Romanae nulla metio in prophetis est? Sed age, ostendamus non posse haec ad captiuitate Babylonicam referri, in qua non radicitus extirpata est Hierusalem, quando bona pars prius ducta erat captiua, vt seruaretur Babylone, vt Dominus apud Ezechiel ait, vt postea reduceretur in Iudaeam 70. post anno: & in captiuitate Babylonica multi sunt ducti captiui, multi liberè abire permisi, inter quos relictus est Hieremias, vt leges apud ipsum Hieremiam, non igitur radicitus, atque eradicatus extirpata Hierusalem est, vt hoc loco dicitur extirpanda, extirpata, radicitus, atque eradicatus reperies apud Dionem in vita Adriani, quando non solum Hierusalem sed omnes Iudae urbes, & vici, ferro, & incendio delentur, neque relictus est ne vnus quidem Iudaeus in vniuersa Iudaea, & cautum est poena capitali ne Iudaeus quisquam in urbem Iudaeae regionis pedem inferret vt supra dictum est, repetendum quae saepe, quo magis Iudaeis, & Iudaizantibus oculi doleant, si haec legerint: hoc est radicitus, & eradicatus extirpari cum ne vnus quidem relictus est in vrbibus Iudae vt comminatus erat Dominus cum alijs locis tum Iosue cap. 23. hoc sensere Lxx viri qui lectionem Hebraeam aliter distinguunt quam D. Hieronymus & faciunt duas similitudines extirpationis gentis Iudaeae, vt gemina repetitione & similitudine, maior sit asseueratio rei futurae, & maior affirmatio.

Lectione Hebraea sic distinguitur a Lxx viris.
consumit flamma aristas & ignis lingua stipulam deuorat sicut Quare
לָבַן בְּ אֶבֶל קָשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ וְתִשָּׁשׁ לְהַבָּה יִרְפֶּה
Id est, Quare sicut deuorat stipulam lingua ignis, & aristas absumet

A absumet flamma: & haec sic distinguunt & interpretantur: Quare flamma absumet Iudaeos, scilicet, vel Iudaeam, sicut deuorat stipulam, & aristas lingua ignis. Lege DION. in vita Adriani: Nisi hoc sic factum repereris, vt Hebraea lectio cantat, sic distincta, vt distinguitur a Lxx viris, non causam dico, quin me mendacissimum omnium dicas: sic scripturae intelligebantur an tequam obcoecati essent Iudaei post Christi passionem, Ergo sic distinguunt Lxx: Quare sicut deuorat stipulam lingua ignis, & aristas: & hic apponit subdistinctione postea: Flamma consumet, & hic est finis sententiae, vt sit: Flamma consumet eos, sicut ignis deuorat aristas & paleas: postea faciunt Lxx aliam similitudinem nouam, Lectione Hebraea sic distincta.
Id est, Radix eorum sicut pulvis erit, & fructus eorum sicut pulvis furget: quae verba satis perspicuum sensum habent: Radix Iudaeorum, soboles omnis, nam cuiuslibet gentis radix, soboles est & progenies: radix ergo eorum, soboles eorum & progenies, sicut pulvis erit, redigetur in fauillam: combusta sunt enim omnes vrbes Iudae, & omnes vici a Romanis, & ita Iudaei & Iudaeorum soboles omnis, redacti sunt in fauillas & in puluerem: Idem significant verba sequentia, Et fructus eorum, siue, Flos eorum, seu, Germen eorum: omnia enim haec, significat verbum Hebraicum, quibus verbis significatur soboles Iudaeorum furget sicut pulvis: a turbine & a vento tollentur in altum, redacti in fauillas: Cuius rei causam reddit Propheta: non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed oraculum sancti Israel exacerbauerunt: vel, vt vertit D. Hieron. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt: quae verba sic explanat CYRIL. Repudiauerunt legem Domini. i. euangelium, & ipsam legem Moysi: nam ipse Dominus ait: Si Moysi crederetis, mihi forsitan crederetis, de me enim ille scripsit: in vtrunque igitur, peccatum a Iudaeis est, repudiare namque miserum, Dei verbum, & prophetarum praedictiones falsas putare, neque euangelij receptere salutem. Et infra idem Cyril. Quia noluerunt audire verbum Christi passi sunt haec: conuiciabantur enim Christo, & dicebant Iudaei, qui audiebant Christum: Quid ipsum auditis? daemonium habet & insanit: & ita exacerbauere Christum. IVST. tam plana putat esse haec, vt his vrgeat Iudaeos, neque putet haec egere interpretatione.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.
C Ideo iratus est furor Domini in populum suum, et extendit manum suam super eum: et percussit eum, et conturbati sunt montes, et facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum: in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extensa.
Et iratus est furore Dominus Sabaoth contra populum suum, & iniecit manum suam super eos, & percussit eos, & exacerbatum sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio viae: & in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius excelsa.

D Iuus Hieron. in suis commentarijs, argumentis necessarijs euincit, haec non posse referri aliud, quam ad vastitatem Iudaeae inuectam a Romanis, post crucem Domini. THEOD. montes Romanos explanat, propter imperij fastigium: nec admirere, quod Propheta perterritos dicat, iuxta tralationem D. Hier. quae est admirabilis. Haec enim fuit causa, cur incensa sit vniuersa Iudaea, & deleti sint Iudaei omnes ad vnum, & lege cautum sit, ne post illa instauratas vrbes, & habitatas a nationibus, ingrederetur Iudaeus, quod vt leges apud Dionem, cum Iudae foemine relictas fuerint saluae penè omnes, quasi siere multae simul vnum Iudaeum aliquem, vnde matres fierent quod in lege Moysi, sterilitas summa erat infamia, & ita intra breuissimum tempus, tanta Iudaeorum fuc crepit soboles, vt non videretur a Vespasiano esse vastata, & confluxere omnes ex omnibus partibus orbis terrarum, vno consilio, vt recuperarent vrbes Iudae, & instaurarent suas vrbes: & tanta confluit Iudaeorum multitudo, vt perterrefecerit imperium Romanum vt scribit Dion, & haec res exacerbauit Romanos, vt delerent ferro & igni omnes vrbes, vt omnis Iudaeorum natio deleretur: si ergo iuxta Canonem August. vtrunque tralationem conferas, elucebit multo magis veritas propheticae. D. Hieron. Conturbatos esse ait montes & perterrefectos, quos THEOD. Romanos interpretatur, & CYRIL. & D. BASIL. Lxx viri reddidit: Exacerbatum sunt montes, vtrunq; recte & conuenienter lectioni Hebraeae, Perterrefacti enim sunt, & inde sunt

inde sunt exacerbati aduersus Iudæos & eos deleuere omnes, sic EVSEB. demonstrat. euange-
lice lib. 7. cap. 2. sic Cyrillus. Solus tamen Vatablus admonitus à D. Hier. erroris Iudæorum,
eos sequitur. Tamen hoc loco Chrysofomus Iudæos vehementer premit, tanquam argumen-
mento insolubili. Quid igitur facere volebas Iudæos & Iudaizantes cōstrictos à nostris in vin-
culis? te rogo quid facerent? si scaperent, utique conuerterentur ad Christū: sed si fouere suam
impietatem volunt, quid facerent? quid consilij caperent? nempe alio deflecerent scripturas
fallis interpretationibus, ut inuenirent aliquam rimam, qua elabi possent. CHRYSOST. to-
mo. 5. aduersus Iudæos oratione 2. cum hæc de vastitate inuecti à Romanis esset interpretatus,
(quæ necessarijs argumentis à D. Hiero. est demonstratum, aliud nō posse ferri) verba illa po-
strema: Et adhuc manus eius excelsa, sic explanat ut verbis his significari voluerit vrbes Iudææ
à Deo dirutas, à nullo posse instaurari: Nā quæ Deus, inquit Chryf. sanctus statuit, quis dissi-
pat? aut manū illius excelsam quis auertet? sicut enim quæcūq; ille stabilierit, nolueritq; mane-
re, nullus homo potest demoliri: ita quæcūque destruxerit, volueritque manere diruta, ne-
mo poterit instaurare; hæc Chrysof. docetque deinde ab hostibus nominis Christiani sepè
templum ceptum instaurari in gratiam Iudæorum, postea ut aduersarentur Christianis, tem-
poribus ipsius Chrysof. & iactis templi fundamentis exarsisse repente ignem, qui ceptum
opus impedijt, & tanto miraculo de terris imperatorem, cuius vefania in odium Christia-
norum hæc fiebant destitit incepto, & prodidit Chrysof. nuda videri suis temporibus fun-
damenta templi, & querentibus causam, haud aliam quam hanc reddi: nec Christiani vetue-
runt hoc perfici opus, sed tunc cum res Christianorum afflicte, cum omnes de vita periclita-
rentur, cum floreret Paganismus hæc acciderunt, subiicitque Chrysof. etiamne dubitas Iudæ-
æ, cum videas hæc à Christo & prophetis hic prædicta, & re ipsa completa? semper hæc na-
tio effrons & peruicax fuit, semper rebus euidētibus repugnare solita est. Chrysof. qui ita
Iudæos premit, quid diceret si sciret Christianos, Iudæorum adamare deliria? & quod tem-
plum ceptū sit instaurari, prohibitumq; diuinitus illud opus sit, docet idem CHRYS. tomo. 5.
aduersus vituperatores vitæ monasticæ in princip. vbi intelliges, quid sit excelsa hæc & inui-
eta Dei manus. Quod autem propheta inquit: Et facta sunt morticina eorū, quasi stercus, spe-
ctare magis videtur, ad tempora Vespasiani, leges enim hæc apud Iosephum de bello Iudaico
lib. 6. cap. 44. & 45. denique toto lib. 5. & 6. conculcantur cadauera Iudæorum, non fecus ac lu-
tum, & terra, & stercus: & ut ruderibus & terra, sic etiā cadaueribus Iudæorum conualles im-
plebantur & fossæ, & loca caua, & Iudæorum corpora loco ruderum & stercoris & luti erunt,
ad implendam fossam, ut Romani per ea, gradum facerent ad colles illos, & ad partes Hiero-
solymorum munitas, & sic conculcabantur ut lutum. In his omnibus, non est auersus furor
eius, nam in alijs captiuitatibus placatus tandem est Dominus, & in medijs malis aderat Iudæis,
prophetas dabat, & solatia aliquot, in hac postrema, post crucem Domini, nec placatus
est post mille quingentos annos, nec placabitur vnquam.

D. HIERONYMVS.

*Et eleuabit signum in nationibus pro-
cul, et sibilabit ad eū de finibus terræ,
ecce festinus velociter veniet, non est
deficiens, nec laborans in eo, non dormi-
tabit, neque dormiet, nec soluetur cin-
gularum renū eius, nec rumpetur corri-
gia calceamenti eius, sagitta eius acu-
ta, et omnes arcus extenti, ungula equo-
rum eius ut silex, et rota eius quasi im-
petus tempestatis.*

Dixi D. Hieronymum in commentarijs
refellere Iudæos, qui hæc retulere ad
Babylonios, argumentis necessarijs & in solu-
bilibus. EVSEB. demonstrat. euangelic. lib. 7. cap. 2. Quoniam spinas fecerunt, inquit, Iudæi, &
non iusti-

LXX VIRI.

Ergo leuabit signū in gentibus his,
quæ à longe, & sibilabit eis ab ex-
tremo terræ, & ecce citò leuiter ve-
nient, non esurient, nec laborabūt, D
non dormitabūt nec dormiēt, nec
soluēt cingula eorū à lūbis suis, nec
rūpentur corrigiæ calceamentorū
eorū, quorum sagittæ sunt, & arcus
eorum extenti, pedes equorū eorū
ut solida petra reputati sunt, rotæ
curruum eorum quasi tempestas,
vel quasi fulmen.

A & non iustitiam, sed clamorem, auferet Dñs maceriam, & diruit murum, & hostibus tradit vr-
bem, quos venturos ait vocatos à Domino, horum aduentus nunc describitur. Sed huius loci
interpretatio, magis petenda videtur, ex Mose Deuteron. cap. 28. Adducet Dominus super te
gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum im-
petu, &c. & cap. 29. vbi eadem verba reperies Hebræa, quæ hoc loco, nam Moses, נשף, addu-
cet, attollet: Esaias, נשף, adducet, attollet. Moses, נשף, gentem, vel gentes: Esaias, נשף, gentes.
Moses, נשף, id est, à longe: eodem verbo vitur Esaias, quod de Babylonijs, ratio Geogra-
phia, intelligere vetat, nā Babylonij à Iudæa non distant longissimè: bella nanq; gerunt Baby-
lonij & Aegyptijs, & mutuis bellis se concidunt, medijs tamen sunt Iudæi inter vtrosq;
& interim ab Aegyptijs, interim ab Aegyptijs petebant auxilium, ut planè hic describantur Ro-
mani, qui venere à longè, sunt enim procul disiti à Iudæa. Postea Moses, נשף, à fini-
bus terræ: iisdem verbis vitur Esaias, quibus verbis vitur Moses: quibus planè significan-
tur Romani, Hispani, Galli, Germani, longè à Iudæa summotæ nationes, quæ nationes sub
signis Romanis militabant, & vastauere Iudæam, vbi notādum est quod supra diximus, quo-
ties Esaias citat verba veteris testamenti, aut ad ea alludit, significare nobis pertinere ad pro-
phetiam de qua agitur. Hic eadem verba reperies Hebræa, Mosis & Esaiæ: & cum repetat E-
saias verba Mosis, significat complendam illam prophetiam tunc. Nam ad Romanos perti-
nere significant verba quæ diximus: De longinquo, ab extremis terræ, quæ Romanis, Gallis,
Hispanis conueniunt, non Babylonijs, qui Iudæis sunt finitimi: & quæ verba sequuntur, in si-
militudine aquilæ volantis cum impetu, quod de gente finitima non tam congruit, quàm de
nationibus longe disitis. Et impetum, ac velocitatem Romani exercitus, parem fuisse aquilæ
volanti, intelliges ex Iosepho & Dione, cuius linguam intelligere nō possis: Hoc nullo mó-
do Babylonijs conuenit, qui Chaldea lingua loquuntur, quæ quàm simillima est linguæ He-
brææ. Romanis, Germanis, Gallis, Hispanis conuenit: & si cætera ex Mosis vaticinijs excutias,
ad vastitatem Iudæis inuectam per Romanos, pertinere cognosces. Quod autem ait prophe-
ta, Non dormituros, non soluturos cingula, neq; rumpendas corrigias calceamentorum, de ce-
leritate exercitus Romani, & de celeritate victoriæ dicta sunt. Nam quanuis moratos Roma-
nos, in expugnanda Hierusalē, in gratiam suæ gentis prodiderit Iosephus, ipse tamē scribit in
principio, famam distulisse, horæ momento fuisse expugnatam & captam, quæ vera fama erat:
vrbs enim munitissima, quod Deus ita voluit, puncto temporis capta est. Cum dicit, Ungulæ
equorū, ut silex, &c. Describit propheta, impetum Romanorum, de quo Iosephus de bello
Iudaico lib. 6. cap. 4. & 7. Deum opitulatum fuisse Romanis, & fulmini illorum impetum pa-
rem fuisse, fatetur Vespas. lib. 6. cap. 43. Iosephi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Rugitus eius ut leonis, rugiet ut ca-
tuli leonum, et frendet, et tenebit pra-
dam et amplexabitur, et non erit qui
eruat, et sonabit super eum in die illa,
sicut sonitus maris. Aspiciemus in ter-
ram, et ecce tenebra tribulationis, et
lux obtenebrata est in caligine eius.*

Impetum facient ut leones, & adsti-
terunt sicut catuli leonum, & ap-
prehendet & clamabit quasi fera,
& eijciet, & non erit liberās eos. Et
clamabit propter illos die illa sicut
vox maris inundantis: & inspicient
in cælum supra, & infra, & ecce te-
nebræ duræ in indigentia eorum.

Describitur impetus Romani exercitus, & Dei ira, quæ potissimū subuertit Hieroso-
lyma, ut lib. 6. prodidit Ioseph. cap. 4. & impetus Dei aduersus ipsos, comparatione leo-
nis, aut feræ, aut maris fremitus, ob oculos ponitur: & Iudæorum perturbatio, vndique extre-
mis imminentibus malis.

IN ESA-

IN ESAIAE CAP. VI.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In anno quo mortu⁹ est rex Ozias. Factū est āno, quo mortu⁹ est rex Ozias.



ORIGEN. in cap. 2. lib. Iudicum. homel. 1. In diebus, inquit, regis iniqui & pefsimi, non potuit videre Esaias visum, sed ex quo mortuus est rex nequam, tum potuit videre visionem: quod cum dicitur, ostendit Origenes multis verbis significari nobis, huiusmodi scripturæ typo, prophetas non videre res caelestes in vsum malorum, hoc est, malos nec intellecturos reuelationem prophetarum, nec curaturos, nec vtilitatem inde, aut commodum vllum capturos.

Idem ait D. Hiero. & GREGO. lib. 2. super Ezechielem homelia. 14. Hæc quidam ex nostris contemnūt, & ad typos statim obducunt frōtem, quæ de re dictum est in illa verba cap. 5. Vineæ Domini Sabaoth populus Iuda. CHRYSOS. tom. 1. homel. 2. in hoc cap. 6. Prophetarū, inquit, ora, Dei sunt ora, vt nihil temerè positum sit in prophetis, Deus loquitur, singulas literas, singulos apices, putat expendi oportere: quærit ergo cur signarit tēpora? cur dixerit, anno quo mortuus est Ozias? & homelia 4. in fine: Regnante, inquit, impuro, Deum non videbant, quia nobis erat iratus, venit mors impij, & soluit iram, vide Domini benignitatem, non erant hæc benefacta, alia mala non irrogabat, tantū expectauit vt exiret impurus. Et quæsierat Chrysof. supra, cur vbique propheta vitam regum commemorat, hinc mortem? & eandem reddit causam quam dixi. Et homel. 5. quærit, cur populus priuatus esset prophetica visione, ob impuritatem regis Ozias, de qua in in libris regum, & Paralipomenon, leges, & respondet lege Dei leprosum è ciuitate fuisse expellendum, & Oziam postquam lepra est percussus, non fuisse pulsum è ciuitate à populo, quod illum reuerbatur ob principatum, sed domi suæ mansisse clanculum: sed vide, inquit, Dei clementiam, non irrogat pœnam vrbi, aliā, quam quæ solet irrogari inter amicos æquales, cum incidit aliqua offensio, abstinent conuictu & consuetudine, sublata causa simultatis reditur ad amicitiam.

Prophetarum vaticinia, malis nō profunt

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, et eleuatum. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.

CHRYSOS. tom. 1. homelia de verbis Esaiæ, Vidi Dominum sedentem: quærit, quam ob causam, cum dixisset, excelsum, adiecit eleuatum? an non satis erat, inquit, per excelsum totam declarare dignitatis eminentiam? an hoc fecit, inquit, vt cathedram incomprehensibilem demonstraret? nam excelsum respectu inferiorum est, vt excelsos montes dicimus, & excelsum cælum, respectu inferiorum: eleuatio verò, sublatio est naturę incomprehensibilis, quam nec cogitatione concipere, nec verbis eloqui quisquam potest. Ioann. cap. 12. visum hoc loco Christum planè ait verbis illis: hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo, & iuxta tralationem D. Hieronymi nulla difficultas est, quod sedens hic in folio celso & eleuato sit Christus & ea quæ sub ipso sunt, quæ replent templum, eius intelligatur humanitas: quod humanitas, quauis sit vnita verbo hypostaticè, dicitur tamen indumentum, & templum verbi: vt, Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus? & replet templum Dei qui irradiat beatas mentes, & veste immortalitatis, & stola gloriæ eas induit, quæ templum sunt Dei, & sulaph, verbum Hebræum, quod Hieronymus interpretatur, ea quæ sub ipso erāt, quibus verbis declaratur Christi humanitas: vestes quoque ipsas significat, & fimbrias vestiū. Tamen nascitur hic ingens cōcertatio inter patres veteres iuxta tralationem Lxx virorum, cuius verba à D. Ioanne citata esse videtur cap. 12. de qua dicendum est, si prius sensum capituli huius explicauerimus. EVSEB. de demonst. euangelica lib. 7. cap. 1. hoc cap. 6. Esaiæ simillimum putat initio Euangelij Ioannis: In principio erat verbum, vbi D. Euangelista scripturus Domini incarnationem, diuinitatem eius prius eloquitur, maiori tuba, quam quæ capi posset humano intellectu

Hoc caput Esaiæ simile initio Ioannis, in principio erat verbum.

- A** intellectu, vbi postquam Deum esse demonstrarit rerum omnium effectorem & authorem, qui rerum omnium hanc machinam est molitus, infera, media, supera, & quæcunque sunt, lucem veram, lumen verum, de lumine vero, subiecit eius incarnationem: Verbum caro factum est: itidem fecisse ait Esaiam prophetam, describit Diuinitatem verbi hoc cap. 6. sedentem in throno excelfo & eleuato, cuius in conspectu cœlestia illa Seraphim, quæ supremi ordinis angelorum summum tenent fastigium, contremiscunt. vt cap. 7. dicat postremò illa verba, Verbum caro factum est: quid enim aliud sonat, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuël? quid enim aliud sonat, Emmanuël, quàm, Verbum caro factum habitauit in nobis? Emmanuël nobiscum Deus est, quod nomen, cum futurū dixerit eius pueri quem virgo erat paritura, Deum incarnandum dixit, & habitaturum inter nos: Hæc Euseb. quæ lectio Hebræa & tralatio. Lxx virorum satis probant, vt postea ostendemus. Nunc sententias veterum patrū attexamus, & quæstionem proponamus quæ indè oritur. HILAR. lib. 5. aduersus Arianos: Vidit Esaias gloriam Dei, cuius prænuiciauit mysterium incorporationis ex virgine, hoc si tu hæretice ignoras, quod in ea gloria vnigenitum Deum viderit, audi Ioannē Euangelistam dicentem, Hæc dixit Esaias; quando vidit honorem eius, nam, dicitur, vocem Græcam, quam scripsere Ioannes, & Lxx seniores, veteres patres, modò gloriam, modò honorem, aliquando maiestatem, reddunt. Et AMBROS. de spiritu sancto lib. 3. cap. 3. recitat hæc verba Ioannis, quibus Euangelista hic planè explanat maiestatem filij apparuisse Esaiæ. Et CYRILL. in Thesaurò contra hæreticos lib. 12. cap. 2. & in Ioannem lib. 3. cap. 29. beata illa seraphim, & supernas virtutes hic adorasse Christum contendit, & AVG. in quæst. in veteri testamento, quæst. 88. quærit, cur Esaias hic Christum viderit sedentem: Stephanus in Actis Apostolorum stantem, vbi disceptat hanc quæstionem diuinitus, quam inde peres. Et ex quæst. de nouo testamento quæst. 97. Paulus tamen in Actis Apostolorum hæc Spiritui sancto tribuit his verbis: Quia benè Spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per Esaiam, Aure audietis, & non intelligetis. Ecce Paulus eum, qui apparet Esaiæ hoc cap. spiritum sanctum esse dicit, & loqui verba huius capituli affirmat, quem D. Ioannes filium esse, dixerat, quam quæstionem diluit D. Hieron. Visus est, inquit, Filius in regnantis habitu, locutus est Spiritus sanctus per confortium maiestatis. Idem sentit AMBR. de spiritu sancto lib. 3. cap. 22. & 23. & BASIL. lib. de spiritu sancto, aduersus Eunomium eod. cap. quo probat, quod neque visio, neque oraculum separatum sit à Patre, Filio, & Spiritu sancto: sed certè adhuc restare videtur scrupulus nō exiguus, si enim non magis hic loquitur Filius, quàm Spiritus sanctus, & quàm Pater, cur hoc cap. reuelatā maiestatem Filij ab Esaiæ, ait D. Ioannes Euangelista? cum præsertim ATHAN. de fide vnitatis & Trinitatis lib. 1. tres personas hic visas, & locutas putet: quod Ioannes Filium hæc dicat esse locutum, Paulus hæc Spiritui sancto tribuat, ecclesiæ consensus hæc Patri accomodet, vt omnes tres personæ sint Esaiæ visæ, & hæc dixerint, & AVG. contra Faustum Manich. descriptam hic putet Trinitatem: idemque dicant locis citatis Ambros. & Basil. Et AMBR. sic interpretatur illud Euang. Non sum solus, in Psal. 118. ferm. 1. explanans illa verba, Ecce venit hora: Ex Esaiæ didicimus, inquiens, non esse solum Filium, adest enim Pater, adest Filius, apud Esaiam, adfunt ministri qui dicunt, Sanctus, sanctus, sanctus: videndū est ergo, quomodo tres personæ apud Esaiam loquantur. Et iuxta tralationem D. Hierony. diximus, has omnes quæstiones cessare, quanquam consensus ecclesiæ & autoritas tot sanctorum, dicat Trinitatem hic significari. Et in Christo Trinitas significatur, vngēs Pater, f. & Filius vnctus, & Spiritus sanctus, quo vnctus est: & significatur etiā terna illa angelorū acclamatione, Sanctus, sanctus, sanctus, vt postea dicemus. Tamen, quæ consensus ecclesiæ, authore Athan. tenuit hunc sedentē in folio excelfo & eleuato, Patrem esse: & D. Ioannes, tralationem Lxx videtur citare, age hæc quæstionem, diluamus etiā iuxta tralationem Lxx virorū. Primū omnium, pro, Vidi Dominum, Hebraicè est, vidi דְּיָהוָה, id est, vidi dominanteis (sic enim semper in scriptura appellatur, vbi cuiusque legitur, Dominus Deus, dicuntur dominantes Deus, adiectiuè, vt personarū Trinitas declaretur, & Deitatis vnitas) postea videtur posse explicari, sedentem in excelfo folio & alleuato, hoc est, patrem ipsum sedentem in folio excelfo & eleuato, cum ecclesia Cath. omni, quàm Athan. sic explicare docuit, vt cum generaliter dixit, Vidi dominanteis. i. tres personas dominanteis, incipiat numerare personas singillatim, & primū enumerat Patrē, postea dicat reliquas personas. De sensu huius prophetiæ, lege IREN. libro quarto, capite. 36. & EVSEB. demonstrationis euangelicæ libro septimo, capite secundo, vbi totum hoc caput explana-

Quis sit ut
sus hoc ca-
piti, Pater
an Filij, an
Spiritus
sanctus.

explanatur. Et lege quaestionem apud EPIPHAN. in Ancyroto. Et apud CHRYSOST. A homilia quarta, de incomprehensibili Dei natura.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ea, quae sub ipso erant, replebat templum. Et plena domus erat gloria eius.

Vtranque translationem oportet explicare, vtraque enim explanatur, & citatur à sanctis patribus, & vtranque coniungit ecclesia in responsorio primo Dominice primae Nouembris, sic enim cantat, vidi Dominum sedentem in folio excelso & eleuato, & plena erat omnis terra à maiestate eius & ea quae sub ipso erant, replebant templum: vbi vtraque translatione D. Hiero. & Lxx virorum coniuncta est: & translationem quidem D. Hiero, superiori commentario enucleauimus, nihilque habere difficultatis ostendimus. Diximus illam sanctorum disceptationem esse iuxta translationem Lxx virorum, iuxta quam ostendimus posse declarari hoc principio sacratae triadis mysterium, & quod D. Ioannes cap. 12. dixerat, Filij maiestatem visam hoc capite de Esaia, cum enim verbis superioribus dictum sit iuxta Hebraeam additione: Vidi dominantes sedentem in folio excelso & eleuato, quod posset explanari. Vidi dominantes tres personas, sedentem. i. Patrem sedentem iuxta sententiam Athanasij, vt tres personae simul sint declaratae, & singulae coeperint enumerari, & patris personae sit enumerata. Reliquum est vt post illa filium ostendamus à propheta esse significatum, si ostederem prophetam hoc loco dixisse visum esse à se patris splendorem, huic quaestioni satisfecisse me arbitrari, cum Christus à Paulo sit dictus splendor Patris, & figura substantiae eius, atqui verbum Hebraeum *וְהָיָה*, Thargum interpretatur splendor gloriae eius: splendor porro gloriae Dei patris Christus est, teste Paulo ad Hebraeos cap. 1. qui cum sit splendor gloriae & figura substantiae eius, sed dices vocem Hebraeam *וְהָיָה*, non significare splendorem eius, sed splendores eius, quod sit pluralis, quasi vero non sit res vulgarissima, quaedam nomina pluraliter declinari tantum, quae rem vnam significant, vt scala & littera, & idem significare, accepi tuas litteras, quod accepi epistolam tuam, ita quauis haec vox Hebraea declinetur pluraliter etiam splendorem singulari numero significare, testes sunt Lxx viri, & Thargum cum singulariter hanc vocem reddidit splendorem. Vides igitur tres à principio personas declaratas, & enumeratas duas, Patrem & Filium: nam vidi dominantes, quis non videt designare tres personas? nam alioqui cur propheta dixit, dominantes, & non dominantem? respondent Iudaei, appellari Deum pluraliter honoris causa, quod est ridiculum: cur enim his formis dicendi dominantes Deus, pluraliter tantum illa voce vtantur propheta? si honoris causa, cur in caeteris non loquuntur scripturae pluraliter de Deo, sed singulariter semper, cur nunquam Deus dicit, nos fecimus, nos faciemus, vos Deum testor, adoro, sed semper ego dico, ego feci, te Deum adoro, sic semper loquuntur scripturae, nisi sicubi mysterium Trinitatis significatur, cur ergo à Iudaeis semper à temporibus Moysis est repetitum, vt adonai, dicatur Deus in his formis dicendi? dixit dominantes Deus nisi vt Trinitatis mysterium & Deitatis vnitas declaretur, si honoris causa hoc fit, à impie Iudae, pluraliter de Deo loquerentur scripturae, loquuntur singulariter semper, nisi cum reuelatur Trinitas, non igitur honoris causa fit, sed vt significetur personarum pluralitas: Et hoc mirifice congruit cum illo, quod Eusebius dixit, hoc principium Esaiae esse quam simillimum principio euangelij Ioannis, In principio erat verbum: vt enim in hoc Ioannis euangelio Pater significatur, & eius verbum & vtraque persona Deus dicitur, sic in hoc principio Esaiae pater significatur, & eius splendor. Hoc interest, quod apud Ioannem Filius dicitur verbum: apud Esaiaem splendor: aut (vt interpretatur Thargum, splendor gloriae patris) & vt in euangelio Ioannis dicitur, Filius Deus per quem omnia facta sunt, sic hoc loco à sanctis seraphim in eequalitate maiestatis adoratur, cum patre & spiritu sancto, terna illa acclamatione S. S. S. Sed quaereres cur Lxx viri *וְהָיָה*, quam vocem Thargum reddidit, splendor gloriae eius, quod de filio dictum puto, non reddiderint ita, sed pro splendore reddiderint gloriam? nam pro, Vidi Dominum sedentem, & splendorem eius replebat templum: vt sit, Vidi Patrem sedentem, & splendorem eius. i. filium qui replebat templum, pro hoc Lxx verterunt *וְהָיָה דְּמוֹתַי כְּדֹשֵׁן אֲשֶׁר־אֵלַי*, & plena domus erat gloria eius. Dictum est, Lxx viros facere paraphrasim ex alijs scripturae locis: & quod filius in scriptura, Gloria Dei dicitur, vt infra pluribus ostendendum est. Et, quod antequam explanasset D. Paulus, filium esse splendorem gloriae Patris, & figuram substantiae eius, notius multum.

Cur in scripturis sit frequentissimum dominantes Deus

Quomodo hoc capite sit visus filius Dei, et sit visa trinitas.

A notius multum erat Filium dici Patris gloriam, ideo pro splendore, Lxx reddidit re gloriam, & ita significare voluerunt, iuxta sententiam Athanasij visum esse Patrem in folio sedente: & visam esse gloriae Patris. i. visum esse Filium, & factam puto paraphrasim ex cap. 1. Ezechielis ex verbis illis, Haec visio similitudinis gloriae Domini. & ca. 3. Ecce ibi gloria Domini stabat quasi gloria quam vidi iuxta fluvium Couar, vbi vtroque docet similitudinem gloriae, & non gloriam Patris, quod hic videmus in aenigmate, visuri in patria sicuti est. Idem putat CHRYS. homil. 3. de incomprehensibili Dei natura: At ego arbitror dictum esse similitudinem, quod Filius est imago Patris, & verbum Hebraeum significat similitudinem & imaginem, vnde Ezechiel in princip. cap. 11. Haec visio imaginis gloriae Domini. i. Filij, qui est imago & similitudo, & splendor gloriae Patris, dictus est ergo Filius: similitudo gloriae Patris. i. imago gloriae Patris, & ipsa gloria Patris, est enim vna essentia, & sic accipiendo esse discas ex cap. 3. eiusdem prophetae, vbi non dicit apparuisse sibi similitudinem gloriae, sed ipsam Dei gloriae, & tamen eandem esse visionem dicit cum superiori. Igitur dictus est Christus imago gloriae Patris, siue similitudo, quod idem est quod splendor: & Christum dici imaginem Patris notius est, quam vt à me dicendum sit: est ergo imago gloriae Patris, & ipsa gloria Patris Filius ipse, & quoniam notant veteres patres verborum obseruantissimum esse Spiritum sanctum: & libros prophetarum, librum dici prophetarum, quoniam etiam multi fuerunt scriptores, per quos scriptae sunt prophetae, vnus tamen auctor Spiritus sanctus est, qui per omnium ora est locutus. Apud Ezech. in princip. cap. 2. demut verbum Hebraeum est, quod D. Hier. reddidit, similitudinem, & vertere poterat, imaginem, vel faciem: hoc idem verbum repetit Spiritus sanctus, Daniel. 3. de pueris illis qui in fornace ardenti laudabant Dominum, vbi rex dicit, Ego video viros quatuor solutos, & visio quarta similis Filio Dei, vbi pro similis, est hoc idem verbum ex dialecto Chaldaica paululum immutatum, vt possis vertere dictionem Chaldaicam, aspectus, vel facies Filij Dei, quae locum HIPPOL. episcopus Romanus interpretans, ait, Dic mihi Nabuchodonosor, inquit, quando vidisti Filium Dei, vt hunc Dei Filium confitereris? quis cur tuu pupugit, vt hoc verbum posses edere? quibus oculis potuisti tantas has diuitias, veluti in speculo perspicere? cur tibi soli, & nulli praeterea tuorum satraparum innotuit? sed quando scriptum est, Cor regis in manu Domini, haec est manus Domini, vt cognoscens eum in camino ipsum praedicaret, & gloria extolleret, nec vacat hoc mysterio quod diximus. Quod enim filij Israel hunc Filium Dei hominem factum, non erant agniti, nec recepturi, praemonstrat scriptura, nationes eum esse agnitas & recepturas, quem iam Babylonius rex in fornace videns agnouit, & Filium Dei esse confessus est, & trium nomina nominauit, quarti nomen non inuenit, nondum enim erat ex virgine natus Iesus. Quibus verbis Hippolyt. D. Hieron. dubitatione diluit, qui cum dixisset quosdam interpretari Dominum saluatorem esse, quem Nabuchodonosor Filium Dei dicit: subiicit, Nescio quomodo rex impius videre Filium Dei mereatur, cui facile erat respondere, nescio quomodo impiae nationes meruerint lucem Euangelij, quae ad ipsas translata est excluso populo Iudaeorum. Donum hoc fuit & gratia, quod Gentes e tenebris vocatae sunt ad lucem euangelij, quarum typus erat Nabuchodonosor, qui non videntibus Iudaeis, aspectum aut faciem vidit Filij Dei. Sed pro aspectu Filij Dei translatione Graeca quam D. Hieron. negat esse Lxx virorum, praefert similitudo Filij Dei vel imago. & in Ezechiele eadem similitudo vel imago est visa, quis neget ergo, cum idem verbum Hebraeum vtroque sit, Filium Dei vtroque significatum esse? & hoc loco apud Esaiaem eundem Filium Dei esse reuelatum?

D cum ergo Ioannes hic visum Filium dicit, potest videri sic accepisse hanc vocem, gloriam Dei. i. Filium Dei, & splendorem Dei. i. Filium, qui est splendor Dei Patris, praefertim cum videatur citasse translationem Lxx virorum, quod Lxx dixerunt *וְהָיָה דְּמוֹתַי כְּדֹשֵׁן אֲשֶׁר־אֵלַי*. & Ioannes, *וְהָיָה דְּמוֹתַי כְּדֹשֵׁן אֲשֶׁר־אֵלַי*. & hinc D. Ioannes videtur colligere splendorem Patris, vel gloriam significare Filium, quod totum huius capituli vaticinium esset de Filio: subiicit enim Ioannes, & de eo locutus est, quasi doceat ideo esse visum Filium, quod totum huius capituli vaticinium esset de Filio. Audi ergo & attende, quid dicat Ioannes, quae hoc capite dicuntur de Filio esse dicta.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Seraphim stabant super illud. Seraphim stabant in circuitu eius.

Dixi Eusebium docere nos hoc caput Esaiae, simile esse initio Euangelij Ioannis, In principio erat verbum, sic enim hic tres personae significantur, vt illic priusquam ventum sit ad illud,

Ezechielis loca.

Quomodo visus Filius.

ad illud, Verbum caro factum est: dicitur enim in principio, Vidi dominantes Hebraicè. i. vidi A tres personas quæ rerum dominantur, deinde, Sedentem in throno excelso, & eleuato. i. patrem: & splendorem eius. i. Filium, qui Patris est splendor, qui Pater & Filius replebant domum, quod interpretantur Lxx viri, plena erat domus gloria eius. i. Filio, qui est gloria Patris: sic D. Ioannes videtur interpretari, & inde docet, quod toto hoc cap. de Christo sermo sit, & vaticinium, & incarnandus appareat, ita vt Seraphim hanc Patris gloriã reuerentur, & summa reuerentia adorent. GREGOR. Nazianz. in libro què inscribit de Theologia docet hoc cap. magnoperè nobis commendari Esaiã prophetiam, quod tanti sit habitus apud Deum, vt Deus ei se reuelauerit, & suam gloriã. i. Filium. & ordinem primum supremæ angelorū hierarchiæ, hoc est, Seraphinos, vt eius prophetiæ omniū maximū pondus accedat, quod dignus sit habitus, qui viderit Deū & gloriã Dei, & Seraphinos, & ad cuius labia purganda, prætermissio angelorū stato ordine, non angelus vnus aliquis, sed vnus è numero Seraphinorū, qui supremū ordinem tenet omniū angelorum, accesserit, qui alio qui nusquam soleret mitti. Vnde Gregorius sic citat hunc prophetam, & commendat in epitaphio, in laudem Patris, ille gloriã Dei, & Seraphim spectator, qua laude commendatur quoq; Ezechiel, qui gloriã Dei vidit, vt Esaiã, vt supra pluribus dictum est, vidit tamen gloriã Dei super Cherubinos, Esaiã super Seraphinos, qui sunt superiores, quanquam Cyrill. eosdem putat esse Cherubinos & Seraphinos, contrã tamen sentiunt ferè omnes patres veteres. Quod Hieronymus vertit, Super illud, Hebraicè est *לְשֵׁרָפִים*, mi maal, quod vertere potes, Desuper, vel à superiori loco, aut à supremo loco. Hoc D. Hieron. vertit, Super illud, vt sit sensus: Seraphini stabant super illud templum, quod gloria Dei replebat, vel quod Christi humanitas replebat irradians. Templum porrò Dei, est sanctorum angelorum, & beatarum intelligentiarum chorus, supra quos omnes esse Seraphinos interpretari potes, quod supra omnes angelorum choros sunt Seraphini. Chorus porrò angelorum, est Dei templum, Ergo Hieron. verbum Hebræum, mi maal. i. desuper, interpretatus est, hoc est, super templum erant Seraphini. Lxx viri, videntur interpretari, mi maal. i. desuper, supremo loco, hoc est, supra omnes angelos, quæ est eadem sententia. Sed quod dubium esse possit, quid sibi vellet Propheta, cum diceret angelos esse supremo loco, interpretantur id Lxx viri, quasi dicant, in circuitu Dei, vt nihil aliud esse doceant, Seraphinos esse supra cunctos angelorum ordines, quàm esse Deo propinquiores, esse proximos Deo, quibus primus reuelet mysteria, & ideo Lxx edidere esse Seraphinos in Dei circuitu: magis enim sunt Scholiastæ, quàm interpretes. Quod autem in circuitu Dei significet in supremo loco, & excelssissimo inter angelos, docet DIONYS. qui de Seraphinis cap. 7. inquit, Hęc hierarchia, quæ primum locum tenet inter cælestes angelos, in Dei circuitu est, & circa Deum nullo medio adstat, semper incessanter exultans sempiterna Dei contemplatione, locata in supremo & excelssissimo loco inter angelos. En Dionys. idem esse putat, in circuitu Dei esse Seraphinos, & in supremo loco, & excelssissimo: vt dubium esse non possit, quin Lxx viri, paraphrasi quadam sint interpretati, quid esset, Seraphinos esse supremo loco, & dixisse, esse idè ac si diceret Propheta, tenere primum locum inter cælestes angelos, & esse in Dei circuitu, & circa Deum, nullo medio adstare. Neque illud obstiterit, quod Georgius Pachymerius in paraphrasi cælestis hierarchiæ Dionys. cap. 7. & sanctus Maximus in commentarijs in caput septimum Dionysij, de Thronis dictum putat à Dionysio, supremum locum tenere inter angelos omnes, Seraphinos vltimos esse primæ hierarchiæ. Quod enim capite sexto Dionysius describens primam hierarchiam Thronis constare dixit, & Cherubinis, & Seraphinis, ab imis ascendens ad primos, putarunt D. Maximus, & Georgius Pachymerius, primos esse Thronos, Cherubinos secundos, vltimos Seraphinos: cum planè dicat Dionysius ibidem, Qui nominantur Seraphim secundum viciniam positam super omnes angelos, & propter hanc viciniam super omnes angelos sitam circa Deum, immediatius collocatos ait scriptura. Vbi rursum Dionysius ait, In Dei circuitu sitos Seraphinos, idem esse ac si diceret, supra cunctos angelos sitos, & circa Deum immediatè, vt ita dicam, locatos, & dictos esse in circuitu Dei propter viciniam & propinquitatem ad ipsum Deum: & adstare in circuitu Dei idem esse, quod nullo medio compleri omni sapientia, omni splendore. Lege EVSEB. demonstrationis Euangelicæ libro septimo cap. i. vbi hoc caput interpretatur. D. Hieron. in commentarijs, adnotat hoc nomen Seraphim, pro hoc angelorum ordine hoc loco tatum, & nusquam alibi in sacris literis reperiri. hoc est ergo quod Gregorius Nazianz. ait, summam prophetiæ esse commendationem, quod

Esaiã

A Esaiã inter prophetas solus sit dignus habitus, qui viderit Seraphinos, quæ summa & maxima huius prophetiæ commendatio est, vidisse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & sanctos Seraphinos. Et ideo hic locus est summopere notandus, quod vt Dionys. adnotat de cælesti hierarchia cap. 6. & 7. & sequentibus. Prima hierarchia angelorum, est hierarchia Seraphim, qui supremum locum tenent super Cherubinos & Thronos: hos enim tres ordines angelorum continet primus & supremus ordo. Huius supremæ hierarchiæ quæ supra cæteros ordines angelorum est sita, Deo propinqua maximè, adhuc primum locum tenent Seraphim, editissimum & excelssimum, in quos Deus ipse primus per se transmittit reuelationes, vt illi Cherubinis, Cherubini Thronis, Throni mediæ hierarchiæ, mediæ vltimæ reuelationes transmittat. Hęc Dionys. qui se accepisse ait à præceptore Paulo, aut à Hierotheo, & ab apostolis, ac discipulis Domini proximus temporibus Christi, vnde etiam Catholica accepit ecclesia, vt diximus ex Irenæo, accepta continet & seruat. Hoc declarat hoc loco Esaiã, nam verbum Hebræum *לְשֵׁרָפִים* mimhal, superne significat, vt vertit Vatablus, siue desuper, quæ vox, Seraphinos sitos super omnes angelos declarat, nisi velis dicere sitos supra Deum ipsum, quod esset nefas: sunt igitur siti superne, siue desuper, hoc est, supra cunctos angelos, vt docet ecclesia, hoc planè dicitur, & sine ænigmate, sine ambagibus, desuper erant Cherubim, non super Deum. Super omnes angelos, quod vertere Lxx, In circuitu Dei, vt interpretati sumus: at D. Hieron. vertit, Super templum, interpretare tu verba Hieron. vt diximus, Super omnes angelos, qui sunt Dei templum, quando lectio Hebræa cogit hæc. Quæ res facit primum, vt Vatablum, & Isidorum Clarium, qui nobis venditant Iudæorum deliria, moneamus Iudæos fures esse, & la trones, & quicunque alia sentia obtrudere conantur nobis, quàm quæ seruet & contineat ecclesia accepta ab apostolis, vt ait Irenæus. Nugæ igitur, quod aiunt Iudæi, Seraphinos esse angelos ignitos, fulgentis vt fulget ignis, commune hoc omniū angelorū est, vt Paulus interpretatur, qui facit angelos suos spiritus, & ministros flammam ignis. Seraphini dicti sunt, vt docet Dionysius, ardentis caritate, quod supra cunctos angelorum Dei ordines caritate Dei ardeant, & quod caritate inflammandi cæteros omnes munus habeant à Seraph, verbo Hebræo. i. ardeo. CHRYS. ad populum Antiochenum homil. 64. satis declarat, cur Seraphim supra cunctos angelos sint, quod cæteros superant caritate: nihil tam præclarum, inquit, quàm à Deo diligere, & Deum diligere, hoc angelos facit splendidos & maximos, hoc Principatus & Potestates: hinc enim Esaiã commendat Seraphim, quod stent apud gloriã illam, quod maximè caritatis signum est, semper adhærere maximè Deo, imitemur eos, nec tantum iuxta thronum stemus, sed studeamus ipsum Dominum in nobis habere habitantem. Consilium Iudæorum hoc erat, vt subuerterent hierarchias angelorum, quas docet ecclesia, omnes vnus ordinis esse persuaderet, & errasse veteres patres. A page deliria Iudæorum, & commenta. Has tres hierarchias angelorum, docet Dionys. vt dictum est, docent Theologi Scholaistici. PAVL. cap. 9. epist. ad Hebr. & sancta ecclesia ita cantat: Beata Seraphim, quod angeli nullo sexu discernuntur, vnde modo masculino genere enunciat, Angeli, Archangeli, Throni: modo fœminino, Virtutes, Dominationes, Potestates: interim neutro, Cherubim, & Seraphim, quod eo dictum pluribus est, quod video vituperatos Lxx, quod Cherubim, & Seraphim neutro genere enunciant, præceptumq; in vniuersum, vt Cherub, & Seraph, singulari numero per omnes casus varietur: pluraliter Cherubim & Seraphim masculino genere semper, cum neutro etiã genere reperiantur, non solum authoribus Lxx viris, sed Dionys. & D. Paulo authoribus, & alijs ecclesiæ doctores, & ecclesia quæ ab apostolis ad nostra vsq; tempora cantat: Beata quoq; Seraphim, rectè igitur omnium veterum patrum consensu hoc cantat: & illud, Qui sedet super Cherubim, & Seraphim: nescio cur attentetur, nam etsi scriptura quæ dicit Dominum sedere super Cherubinos, nõ dicat sedere super Seraphinos, nõ tamen vetat: & in hac prima hierarchia, quæ cõstat Thronis, Cherubinis, Seraphinis. Throni qui primæ hierarchiæ postremum locum tenent, Latine sonant sedes, & hi angeli dicuntur sedes Dei, quod sint Dei capacissimi, & quod in illos Deus quasi pleno alueo infuset, & sedit, & illos faciat beatissimos. Hoc superioribus ordinibus Cherubinis, & Seraphinis est multò excellentius, vt sint multò magis sedes Dei, q̄ throni quod enim est inferiorū, hoc multò vberius & excellentius inest superioribus, prescius & minus plenè inferioribus: omnes enim angeli, sedes sunt Dei: omnes, Deus cõplet lumine, in oes influit, in omnibus sedit, omnes beat, non tamen tã plenè, q̄ in sanctissimis thronis, plenius tamen sedit in Cherubinis, & multò plenius in Seraphinis, vt non errent qui dicant sedere

I 2 Dñm

Dñm super Cherubinos & Seraphinos, hoc Dionys. cap. 12. de cælesti hierarchia. D. THOM. A parte prima quæst. 108. articul. 5. hoc Maximus interpretans, Dionysius & Georgius Pachymerius: denique non memini me legere, qui hoc eat inficias, nec ire potest, qui stas seruare velit angelorum hierarchias, nam Irenæus, Basilius, & omnes patres docent, quod continet Catholica ecclesia, siue de hierarchijs angelorum, siue de alia quavis re, ab Apostolis accepisse, & summa religione esse custodienda. Hunc locum Esaiæ explanat DIONYS. cælestis Hierarchiæ cap. 13. & GEOR. G. Pachymerius in paraphrasi. & S. MAXIM. in commentarijs in. 13. caput Dionysij, illinc cætera petet qui volet, illud dicam tamen, quærere Dionysium, cum Seraphim sint siti super cunctos angelos, Deo viciniore, & quibus ipse Deus cælestia mysteria primis reuelat, illi proximis Cherubinis, Cherubim Thronis, Throni medijs, medijs reuelant vltimis, vltimi hominibus, & ita vltimi ad homines mittuntur. Cur hoc loco hic ordo videatur præteriri, cur Seraph qui hæreat Deo proximus, & nunquam mittatur hoc loco, missus dicitur ad Esaiam? cum nec Cherubim qui inferiores sunt Seraphinis mittentur, nec ad eò Throni, primi ordinis infimi, quin nec quisquæ ex media hierarchia, nec Potestates, nec Dominationes, nec Principatus, sed per primos, reuelationes veniant ad medios, per medios ad vltimos, per vltimos ad homines: respondet Dionysius, hunc ordinem reuelationum fortasse hoc loco nobis reuelari, & angelum vltimum, qui labia Esaiæ purgat, dictum esse Seraph, vt significetur nobis hanc reuelationem & purgationem à Deo primò exiisse, tanquam à primo fonte, per medium Seraph, per quem Deus ad illum transmisit reuelationes, & ita hic angelus vltimus, nomen accipit à primo angelo Seraph, per quem primùm ad illum peruenit reuelatio, quod Seraphinorū munus est inflammare charitate omnes angelos, & homines, & hæc purgatio Esaiæ est inflammatio ad charitatem: vltimus igitur angelus qui ad Esaiam peruenit, dicitur nomine illius primi, à quo per medios ad se peruenit hoc munus. Vel dicitur inquit, vnus ex Seraphinis purgasse labia Esaiæ, quòd Deus purgarit, & vnus ex Seraphinis, per medios angelorū ordines, vt cum quis aliquid fecisse dicitur, non quòd ipse per se fecerit, sed per ministros, vel per medios, & rex aliquid fecisse dicitur, siue regius senatus, cum per magistratus, per reliquos administratos id effecerit, vt hæc duo prima principia reuelationum nobis hoc loco ab Esaiæ reuelentur, Deum Optimum Maximum, qui fons & origo reuelationū est, & primus angelus (qui vt ita dicam) reuelationes immediatius à Deo accipit. Tertium est illud, quod supra dixi, prætermisum esse hunc ordinem cum Esaiæ, & dignitatis Esaiæ hoc esse, vt ad illum missus sit vnus ex Seraphinis, qui siti sunt supra cunctos angelos, & sic hoc intellexisse videtur Gregorius cognomento Theologus, & Chrysostronus qui Esaiam ita citant, Ille gloriæ Dei, & Seraphim spectator, ille, cuius labia vnus ex Seraphim purgavit. ALEXAN. papa. I. in epist. prima Decretal. hunc locum citat iuxta translationem Lxx virorum, putatque eo loco probari sacram Triadem, terna hac declamatione: probatur mea sententia ea etiam ratione, qua dictum est. CYRIL. de incarnatione verbi cap. 13. sedentem in throno Filiū esse putat, tom. 1. Concil. & tom. 2. Hunc locum citatum inuenies in epist. 1. Decretal. Benedicti papæ I. iuxta translationem Lxx, vbi Benedictus Papa, hoc loco Esaiæ Trinitatem probari docet.

D. HIERONYMVS.

Sex alæ vni, et sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, et duabus velabant pedes eius, et duabus volabant.

Pvtat Dionysius sex alas significare completissimum quendam modum cognitionis Dei, ad quem alis senis volatur, puto quòd ternarius numerus perfectionem significat, vt docet Aristoteles lib. 1. de cælo. cap. 1. Hic numerus ternarius qui perfectionem significat, conduplicatus multò maiorem significat perfectionem, Alæ vero duæ quibus velatur facies, & duæ alæ, quibus pedes velantur, significant Dei cognitionem multò altiore esse, quàm quæ possit à Seraphinis comprehendi, infinitum enim à finito non comprehenditur. Nam alæ duæ faciem velant, vt significant quàm reuerenter se habeant ad ea, quæ supra suam cognitionem sunt: alæ verò duæ velant pedes, vt profundiora significant se comprehendere non posse, & ad ea, quæ sibi non reuelantur, se habere reuerenter, vt cum supremæ intelligentiæ, in qua sacratissima Trias, quasi

LXX VIRI.

Sex alæ vni, & sex alæ alteri, & quidam duabus velabant faciem, at duabus velabant pedes, & duabus volabant.

A pleno alueo influit, hæc præ se ferant, & cum tanto timore & tremore Deo adstent, summa reuerentia accipiant, quæ sibi reuelentur, fateantur Dei cognitionem, infinitis partibus supra suam esse, & vt id significant velare faciem, velare pedes, cum tamen sint sita supra cunctos angelorum ordines, exemplum capiamus, quid nobis faciendum sit, & quam reuerenter sit adeunda Dei contemplatio: Hæc ferè Dionysius. capite. 13. CHRYSOTS. tomo quinto de incomprehensibili Dei natura, & alijs locis, vbi disputat de alis, cautè legendus est, multa fortasse vitio interpretum, qui hæc ex Græcis transferunt, inoleuere in authorum libris errata, quæ nisi attentè legas & cautè, pestem trahes aliquando. Si Græcorum codicum copia esset pignore quolibet, contenderem Chrysostronum sine casu, aut prolapsione aliqua legi posse, si tamen scitari voles à Chrysostr. quid hæc sena alæ sibi velint cautè hæc loca adito. Docet ergo, quauis multis pedibus Seraphini sint præditi, & faciè multiplici Cherubini, quòd per rerum ænigmata significat magnos progressus, quos faciunt in Dei contemplatione, quòd multitudine pedum, & multiplici visione, multiplici quoque faciè innuunt apud Ezechielem, velant tamen facies, & velant pedes, vt neque faciè tam multiplici, neque viso tam acuto, neque natura tam mirabili, neque alarum tanta celeritate. i. viribus naturæ suæ diuinam cognitionem vllam se potuisse comparare, nobis significant, quidquid habeant diuinæ visionis, & beatitudinis, qua fruuntur completissima, supra cunctos angelorum ordines, diuini beneficij esse, & Dei indulgentiæ, vt intelligamus nullam creaturam, nec supremam etiam, quales sunt Seraphim viribus naturæ Deum posse videre, quòd significant, dum facies & pedes velant, vt doceant, neque visum, neque acumen oculorum, lucem illam inaccessibile ferre posse, sed in Dei lumine tantum illud lumen esse videndū, quòd PLATO ex libris sacris mutuatus docuit. 5. de Republ. libro, similitudine Solis visus: Quem admodum, inquiens, oculus, quauis Solis sit filius (facit enim Plato visum igneæ naturæ) tam nisi Solis luce perfusus, Solem ipsum non videat, neque rem vllam perspicat etiam sibi propinquam. Quis enim in tenebris, quauis sit oculatissimus, quidquam videt? nisi locus sit aliquo lumine illustris, ita nulla mens, etiam si Dei sit filia: quòd enim à Deo sine vlla materia creatæ vel factæ sint cælestes intelligentiæ, & humana mens, vt ipse in Timæo docet, Dei filias, vel Dei soboles nominat: quauis ergo Dei sint soboles mentes cælestes, non tamen, inquit, Deum videre villo modo poterant, nisi Dei lumine illustrentur. Et in Phædro idem Plato, ex libris sacris mutuatus est, opinor, illud de alis, quas singularis Dei amor, animis hominum ingenerat, quibus in cælum euolant in Dei cognitionem, aut enim ex hoc loco est mutuatus, aut ex illo. Pennigerabunt sicut aquilæ. Nam AMBR. lib. 1. de Iacob, & vita beata, cap. 8. prope finem, Spiritum sanctum, ait, qui caritas est, ingenerare creaturis alas, quibus in cælum subuehuntur ad Dei cognitionem. His alis, inquiens, volauit Enoch raptus in cælum: his Helias curru igneo volauit, has alas apud Esaiam habuere Seraphim, quòd summopere notandum est. Videtur enim reddi causa ab Ambrosio, cur senas alas habeant Seraphim, nam si Spiritus sanctus, & caritatis ardor, has ingenerat alas: Seraphim, qui dicuntur à Saraph, id est, ardeo, quòd ardore caritatis, supra cunctos sunt angelorum ordines, meritò sunt senis alis decorati, numero ternario, qui numerus perfectionis est, congeminato, & nescio quomodo Plato in Phædro, diuini amoris inflammatione liquefactas mentes, has alas ex se proferre ait, quibus in cælum subuolant ad Deum scilicet, cuius flagrantissimo amore ardent. CYRIL. libro nono de spiritu & littera, Cherubinos & Seraphinos eosdem putat esse & Christum hic visum, qui quanquam homo sit, Deus sit tamen; quòd significari putat illo, quòd eum circumstant Seraphini, & putat Seraphinos alis Dei faciem velare, quòd Deus sit inuisibilis: & velare pedes, quòd viæ Dei sint inuestigabiles, quòd Paulus dixit, O profunditas sapientiæ, & scientiæ Dei, quòdque significatur illo Dauidis: In mari via tua, quòd in mari vestigium transeuntis, deprehendi non possit. Possimus etiam intelligere, inquit, cognitionis Dei, neque principium, neque finem comprehendi posse, quòd sit infinitus, & incomprehensibilis creaturæ; nam caput, principium: pedes sunt finis. Lege sanctum MAXIM. & GEOR. G. Pachymerium in caput. 13. Dionysij cælestis Hierarchiæ. Et in cap. 7. INNOMINATVS, qui cum Eucherio circumfertur in quæst. veteris Testamenti cap. in Esaiæ, quærunt cur Seraphim stent circa thronum Domini pariter, & volent? respondet, quia ad stare Deo idem est, quòd volare, & in sublime exaltari, sedebit qui festinat apparere Deo. Quòd verò Seraphim alis faciem velant, est quia nulla creatura maiestatis lumē vt est, contemplari potest, velant faciem & pedes, quòd ante mundum præterita, & post mun-

dum futura celentur nobis. Alæ fenæ significant ministerij velocitatem, singulis fenæ, quia ea A tantum conspicimus viribus, naturæ scilicet, quæ sex diebus sunt facta.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et clamabant alter ad alterum, et dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.

Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth, plena omnis terra gloria eius.

Trisagium i. ter sancto à tris, ter, et agios: sanctus cum dicitur sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis et unde scriptum ab Angelo, qui puerum rapit in aëre docuit hanc cantionem.

Diuus BASIL. de Spiritu sancto lib. 3. terna hac repetitione, Sanctus, sanctus sanctus, Trinitatem personarum putat esse declaratam. EPIPH. in Ancyroto: Seraphim, inquit, cum ter clamant, Sanctus, sanctus, sanctus, Trinitatem declarant, non enim per duas voces, neque per quatuor Deum glorificant, neq; per vnam solam, sed per tres, & singulis vocibus numero singulari vtuntur, non enim dicunt: Sancti, sancti sancti, vt multas personas singulari numero designent, Patrem, & Filium, & spiritum sanctum. Et in clausula orationis, dominus Deus Sabaoth, vt Trinitas personarum, & Deitatis vnitas declaratur. & postea in eodem libro idē repetit, vbi docet notandum Seraphinos Trinitatis mysteriū vnitate claudere, vt personas tres Deum vnum significant, neq; enim quater Sanctus. S. S. S. dicunt, neq; bis Sanctus. S. sed ter, vt reuelent perfectè nobis Trinitatem, & deitatis vnitatem personarum: Hinc trisagium tractū esse dices ex. 2. tom. Concil. ex. 5. synodo Constantinopol. ex epistola Cinciniani episcopi, vbi historiam leges: & ex epistola Asclepiadis episcopi: & ex epistola Antheonis episcopi: & ex epistola Fauſti episcopi, vnde colliges, sanctus, sanctus Deus, de Patre dictum esse: sanctus fortis, i. sanctus Deus fortis, de filio, sanctus immortalis, i. sanctus Deus immortalis, de Spiritu sancto, & colliges inde bellas quæstiones. Lege etiam epist. Asclepiadis episcopi: leges etiam historiam Trisagij, i. illius cantionis, S. Deus. S. fortis. S. immortalis, quæ ex hoc loco tracta est, & decreta ab Angelo in epist. Acatij: & in epist. Foelicis papæ. Eandem historiam leges apud Damasc. li. 3. ca. 53. & alios veteres patres. Explanatur hic locus in breuiario Liberati, tom. 2. Concil. in epist. Theodoretici contra Sabellium. CHRYS. ad populum Antiochenum homil. 7. reprehendit nos, quod Dominum nimis irreuerenter nominemus, cum serui dominos suos non audeant sine honoris præfatione nominare: Vis discere, ait, quomodo eum appellent superiores potestates? & cum quanto honore, & cum quanta admiratione? specta eum quanto honore, & horrore, & admiratione glorificent eum Seraphim apud Esaiam, & tamen illi, quos reprehendit Chrysoſt. vt ibidem refert Chrysoſt. Euangeliorum librum non attingebant, nisi lotis manibus, & cum magna reuerentia, quem librum nos impuris manibus, & fortasse peccatis multis inquinatis atrectamus, vt librum quemuis alium: docetque nos reuerenter tractare libros sacros, sed multò reuerentiùs ipsum euangeliorum Dominum, vt illum magno tremore ac reuerentia nominemus. DIONYS. hunc clamorem, quo clamat alter ad alterum significare putat ordinem reuelationum, de quo supra dictum est, quo summi medijs, medijs infimis diuina reuelant mysteria, & alij alios illuminant, de qua illuminatione Proclus in Timæum Platonis, ab his locis mutuatus videlicet, diuinitus multa disputat. Sed vltima, & præcipua, hoc loco illa reuelatio est, ait Dionys. in fine cap. 7. & in fine cap. 13. qua sacrosancta Trinitas reuelatur illis verbis, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth, quibus personarum Trinitas, & Deitatis vnitas declaratur: sed hoc veteres patres ad vnum docent, neque est quod his longas moras trahamus. Illud notandum est in aduentu Christi significari hoc vaticinio, mysterium Trinitatis esse referandum, & significari hac cognitione & reuelatione trium personarum, & vnitatis Deitatis complendam esse terram, quando lux euangelij orbis terrarum discusserit tenebras, quod factum esse videmus, vt in hac interpretatione Dionysij, possimus dicere illud, quod Augustino crebrò in ore erat: Audi prædictum, videt completum: prædictum erat in aduentu Christi reuelandum esse mysterium Trinitatis, & terram complendam gloria eius, quod videmus milleſimo quingentesimo ante anno fuisse completum: totum enim orbem olim ad fidem fuisse conuerſum scimus. GEOR. G. Pachymerius in paraphraſi, & S. M. A. X. I. M. in commentarijs in caput. 7. & 13. Dionysij, plura de hac re dicunt.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et commota sunt superliminaria carcerum, a voce clamantis, & domus repleta est fumo.

Et eleuatum est superliminare a voce qua clamauerunt, & domus impleta est fumo.

Hoc toto capite de Christo sermone esse, docet Ioannes cap. 12. cum ait: Hæc dicit Esaias, cum vidit Christum, & de eo locutus est: de Christo igitur sunt quæ sequuntur omnia. Commota sunt superliminaria Lxx, reddidit quod, verbum Hieron. in comment. interpretatur, Sublatum est, vel, concidit, ait enim, clamantibus Seraphim, & in tota terra Trinitatis mysterium prædicantibus, quando post passionem Seruatoris, mysterium Trinitatis terra vniuersa cognouit, statim commotum est, siue sublatum superliminare templi, & omnes illius cardines conciderunt, impleta Saluatoris prædictione, dicentis, Relinquetur domus vestra deserta, & subijci: Quam pulcher, ordo reru, postquæ repleta est terra gloria dñi Sabaoth, Iudæorum templū impletum est ignorantia tenebris, & caligine, & fumo, qui noxius est oculis: vel certè per fumum, templi monstratur incēdium, quo deflagrauit templū quadragesimo secundo anno post crucē dñi. CYRIL. Ante crucē Dñi, per celebre illud tēplum erat: cæterum post crucem, postquam Iudæi euangelij lucē recipere noluerunt, dereliquit Dñs domum suā, & transiit ad gentes, & omnis terra impleta est gloria Dñi, omnis Iudæa vastata est, & tēplum incensum, quod significant verba illa: Superliminare templi concidit, fumusq; impletum est. A voce qua clamabant, temporis significationem habet, i. ab eo tēpore, quo facta reuelatio Trinitatis est, & quo tota terra impleta est hac reuelatione huius mysterij. Motum est superliminare, vel, Concidit, significat templi deflagrationem, & esse dissoluendum, & inde ait: Impletum esse fumo, vel si mauis, postquæ omnis terra luce euangelij illustrata fuerit, Iudæi inuoluntur ignorantia tenebris, & fumo, & nebula erroris. THEODOR. putat significari, quæ Seraphim prænunciāt, reuelandū. i. Trinitatis mysterium, terramque Trinitatis mysterio esse cōplendam luce euangelij: superliminare verò tēplū esse collēdum, q̄ in Christo dño lapide angulari, populus Iudæorum, & populus Gentium, iungendi sint. A voce enim clamantis, omnem terrā cōpletam gloria Dñi nuntiat, & sublatum esse superliminare: superuacua enim sunt fores & valua tēplij, quando omnia facta sunt in Christo lapide angulari. Quemadmodū sine muris habitatur Hierusalem, & sublatis foribus, omnibus patebit aditus in tēplum. Domini: fumus autem, ignem Romanum, post crucem dñi significat. Hæc Theodoretus ferè. reperies apud Iosephum de bello Iudaico libro. 6. cap. 31. de prodigijs, valuas tēplij ferreas, quæ magna vi multorum hominū claudi solebant, aut recludi, sponte sua media nocte patefactas: quo prodigio coniecere Iudæi tēplij ruinam, & vrbs excidium, & tunc hoc accidit, quando angelorum magno tumultu illinc migrantiam, audita vox illa est: Relinquamus has sedes.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et dixi, Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dñm exercituum vidi oculis meis.

Et dixi, O miser ego, quia compunctus sum, quia homo cum sim, & immūda labia habens, in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem dominum Sabaoth vidi oculis meis.

Gregor. Nazianz. in apolog. ad patrem suum, Esaias inquit, antequam videret gloriam Domini, & sedem eius excelſam, Iudæos reprehenderat, se non reprehenderat: vt verò hæc vidit, cœpit dicere: O miser ego, Væ mihi, quia tacui. Hebræi interpretantur: Væ mihi, quia succisus sum, nā נָמַדְתָּ, tacere est, & succidere: Lxx vtrumque complexi, δὲ τὸ μὴ εἰπεῖν, i. infelix ego quia tacui, vel, quia dilaniatus sum, nam κατεσφραγισμένος significat, i. tacui (authore Hesichio) & δὲ τὸ πικρῆσαι, i. doleo, ita vt legit AMBR. in psal. 18. in illa verba: Retribue seruo tuo: significat etiam κατεσφραγισμένος, Ianiatus sum. Vt ergo lectio Hebræa duos sensus significat: Væ mihi, quia tacui. i. quia non sum ausus decantare laudes dñi cum choris angelicis, quia dictum est: Quare tu enarras testamentum meum per hos tuum? conscius enim eram mihi peccati, quia habeo labia immunda, vel: Væ mihi, quia immundus cum sim, vidi Dñm, & dilaniatus sum. i. merui maximum malum, quia, vt

docet Cyril. Moses cauerat lege, ne prophanus sanctos auderet, adire, idq; obseruabatur ma- A
gnopere à ludais, vnde D. Petrus post magnā illā capturā pisciū, accidit ad genua Dñi, dicens:
Recede à me, nā homo peccator ego sum: nolebat Petrus Dñm à se abire, reuerentia tñ, & legis
obseruatione, illa dicebat. Reuerentia quoq; ciuitas illa. Gregorius in Matth. 8. post magnū il-
lud editū miraculū rogabant, vt à finibus ipsorū diuerteret. Hanc igitur Mosis legē respiciens
Esaias dicit: Percundū est mihi, dilaniandus sum, q; immunus cū sim, vidi mundissimū Dñm.
ORIG. in Leui. c. 16. homel. 9. Mihi videntur, inquit, mysteria hęc esse, & hoc indicare, quod
vnicuiq; mēbris carbonēs inferuntur secundū id quod peccat. Nā hic propheta immūda labia
se habere dicit, labia eius igni purgantur: vnde apparet, verbo tenus peccasse prophetā, alioqui
dixisset, quia immundū corpus habeo, vel immundos oculos: si peccasset in concupiscendo, im-
mundā animā: si in rapiendo, immundas manus in solo sermone conficius sibi erat delicti, quia
etiā de verbo ociofo reddetis rationē in die iudicij, idē difficile est etiā perfectis, culpā vitare
fermonis. Nos autē, si redeat vnusquisq; ad conscientia suam, ne seio an possemus aliquod mē-
brū corporis excusare, q; non igni indigeat, & propheta, quia ab omnibus mundus erat, idcirco B
meruit, vt vnus Seraphim eius labia purgaret. Nos vereor ne ignē nō solum mēbris singulis, sed
toto corpore mereamur. Cū enim lasciuuūt oculi per illicitas concupiscentias, vel per spectacula
diabolica, ignē sibi congregant, sic pedes, sic manus. Si hęc mala corpori imminerent, quantā cu-
ta ea vitarentur? Et infra idē Orig. Alio igni purgantur Aaron, & Esaias hoc est flamma spiritus
s. alio alij, timeo ne illo de quo scriptum est, Flūius ignis currebat ante ipsum. Magis tamen pla-
cet, quod Hieron. ait, vt Esaias polluta labia habere se dicat quod remisit aliquid in vitijs re-
prehendendis, quod apud Dominum malē audit, vt discēs ex Ezechiele.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Et volauit ad me vnus de Seraphim,
& in manu eius calculus, quem forcipe
tulerat de altari, & tetigit os meum. &
dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & aufer-
retur iniquitas tua, & peccatum tuum
mundabitur.*

Et missum est ad me vnus ex Se-
raphim, & in manu habebat car-
būculū, quē forcipe tulit de altari,
& tetigit os meū, & ait, Ecce teti- C
git hoc labia tua, & auferet iniqui-
tates tuas, peccata tua mundabitur.

Volauit ad me vnus de Seraphim: Lxx explanant. Et missum est ad me vnū ex Seraphim:
nam Seraphim, & Cherubim, non solū Lxx, & doctores sacri, & vniuersa ecclesia suis sa-
cris cantionibus etiam neutro genere enunciant: sed & D. Paulus ad Hebraeos. 9. *ὁ πρῶτος δὲ
αὐτῶν χαρὰ ὕψους ἀόβητος κατὰ τὴν εὐχαριστίαν ἰλασθῆναι* id est, super quē erant Cherubim glorię obumbrātia pro-
pitatoriū. Docent ergo Lxx, cū missum dicit vnus ex Seraphim, omnem illuminationem à
Deo fieri, tanquam à fonte & origine ortam, per primos fieri ad medios, per medios ad postre-
mos, per postremos angelos ad homines, quod docet DIONYS. cap. 13. cęlestis hierarch. &
GEOR. Pachymerius, & S. MAXIM. Quasi dicat, inquit, principium reuelationis ille est,
quem vides in folio excelso, ille purgatio est, & essentia purgationis, est enim essentia lumen,
ille sibi coniunctas intelligentias illustrat, seraphinos scilicet, Seraph verò, per medios angelo-
rum ordines, expurgat prophetas. Sed lege commentarium in illa verba: Seraphim stabant su-
per illud, in fine, vbi in hunc locum disceptata quęstio est. Et in manu eius calculus: Lxx viri, Et
in manu habebat carbonem ignitum, sic enim vertes, non carbunculum: Gręcē enim est
ἀνθρακας: ἄσθμα porro carbo ignitus est, vt discēs ex Aristot. cū alijs locistū etiā. 8. Topic. vbi mul-
ta docet esse ignis genera. THEOD. significari his verbis ait, participationem corporis & san-
guinis Domini. Vtraque ergo tralatio valet, siue calculum legas illum videlicet, in quo da-
tur nouum nomen scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit, id est, Christum: nam Plotinus
& Plato & alij philosophi docent, si Deum mente completaris, tanta te dulcedo complet;
vt quanta sit, concipere animo non possit, nisi qui tanta voluptate perfunditur, quod docet
Esaias, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit, quę preparauit. Deus diligentibus se.
Porro quę preparata sunt, est ipse Christus, vt ipse ait, ostendam me ipsi. Carbonem ignitum
reddidēre Lxx viri. Vnio nanque hypostatica humanitatis cum verbo, hoc potissimum
exemplo à Theologis est significata, vt discēs ex Damasceno, alijsque, ita diuinitati es-
se vnitam humanitatem, vt carboni ignis vnitus est, cū carbo ignitus est & candens: & vt fer-
rum

Arum igni est vnitum cū ferrum candet, vbi ferrum, & carbo distinguuntur quidem ab igni,
ita vt ignis natura nō mutetur in ferrum, nec ferri natura in ignē, vnitū tamē ita vt nulla pars
ferri aut carbonis sit, quin sit ignita: nec similitudo vlla est quę rem tantā quęcat ad umbra-
re; ne dūm exprimere, sed valet illa similitudo quę aliquo modo rē tantā innuit, indē Chri-
stus nomen habet, q; spiritu sancto sit tinctus. i. q; eius humanitas ita verbo vnita, ita spiritu san-
cto plena, multo multoq; magis ad eod, quā carbo candens cum ignitus est totus, est igni vni-
tus: hic ergo calculus siue hic carbo, candēs, nā vox Hebręa *נצח* calculū significat; & carbonē
incēsum frequētius. i. hoc corpus Christi, purgat Esaię labra, quę Seraph vnus ab altari accipit:
vide quales esse oporteat, qui corpus Christi & sanguinē ministrent alijs. Significatur. n. nobis
oportere vt charitate ardeat, vt Seraphini charitate supra cūctos angelos sunt. Neq; temerē pu-
to, Cherubinos qui secundū locū tenēt post Seraphinos, vt diaconi in ecclesiastica hierarchia
secundū tenēt locū post sacerdotes, apud Ezechielē, manu accipere carbonēs ignitos: Seraphi-
nos verò, qui superiores sunt Cherubinis, hūc carbonē ab altari nō manu accipere sed forcipe:
nā si CHRYS. tom. 1. hom. 2. in caput hoc 6. Esaię: Prophetarū, inquit, ora, Dei sunt ora, vt nihil
temerē positū sit in Prophetis, aliquod magnū hoc loco latet mysteriū, capitur apud Ezechie-
lē à Cherubinis carbo ardēs manu: & à Seraphinis, Cherubinis superioribus, capitur forcipe:
certē si (vt Theodoretus explanat carbo est corpus Chri & sanguis) nō capitur corp⁹ & sanguis:
manū Seraphinorū. i. Sāctitate, aut gratia, aut charitate ipsorū seraphinorū sed instrumēto quo-
dā ad accipiendū, certē sacerdos nō manu capit eucharistiā, sed instrumēto verborū consecra-
tionis. Nā qui prius panē, & vinū tenebat manu, postquā pronūciauit verba cōsecrationis quę
agūt ad modū instrumēti ad transubstantiationē panis & vini in corpus & sanguinē Christi
illo instrumēto verborū cōsecrationis accipit carbonē ignitū, hoc est, corpus Christi: est. n. rece-
ptissimū (vt inquit Quintil.) vt ex vno plura significemus, siue omnia, hoc est, vnū instrumētū
pro quolibet instrumēto ponamus: hoc apertius Gręcē est *ἄσθμα*, i. apprehensorio quodā & He-
braice Melachaquim, i. apprehensorio, verbis quę habēt vim apprehēdēdi corpus, & sangui-
nē Christi, i. cōsecrandi, vt tū demum apprehēdas: THEOD. Sunt supremi omnium angelorū Sera-
phini, neq; manu tamē diuinū corpus attingūt, rē sanctiorē quęrūt, forcipe accipiūt. fortasse in-
C tellexit Theod. fide, & charitate: huc adhibet q; CYR. ait, cautū Mosis lege, ne immūdus mūda
attingeret: hic valet potissimū hoc pręceptum, nā si Esaias q; regē Oziā nō reprehēderet auda-
cter, vt inquit Theodoretus, & D. Hier. immūda se labia habere dixit, & meruisse vt laniare-
tur, quod immundus vidisset Dominū: hinc conijci potest quā vitę puritate huius tāti sacra-
menti ministrū esse oporteat. ORIG. tomo. 1. homilia. 6. in Esaiā, de eo quod scriptū est, Quem
mittam? videns Esaias, inquit, seraphim, dicens, se miserū, meretur auxiliū, suscipiente Deo hu-
militatē eius. Quod est istud auxiliū? Missus est vnus de seraphinis & c. i. accepit remissionē
peccatorū, si. n. labē contraxerimus, & vere contraxisse paniteat, hic carbo ignitus mūdāt pec-
cata vt mūdauit Esaię labra. HIL. in Pal. 109. in illa verba, Sagittę potētis, interpretans illud, ig-
nē veni mittere in terrā, & docet peccatorū ablutionē, & remissionē prophetā hic significasse,
quę igne accenso liquātur, vt per ignē sordiu omnium fit purgatio, et sic dictū putat hoc Esaię
Ecce abstuli peccata tua, quod Dominus ignis consumens est, & liquans omnia peccata: sic &
D. Hiero. sic Cyril. qui etiam hunc carbonem ignitum Dominum esse putat vnione hyposta-
tica humanitati vnitum, qui peccata purgat, est enim agnus Dei qui tollit peccatum mundi:
D hoc idem D. Basil. Lege Cyrill. de incarnat. vnigen. c. 8. de carbone hoc Esaię tom. 1. cōciliorū.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Et audiui vocem Domini dicentis, quē
mittam, et quis ibit nobis? Et dixi, ecce
ego, mitte me, & dixi, vade, & dices
populo huic.*

Et audiui vocem Dñi dicentis, quē
mittā, et quis ibit ad populum istū?
& dixi, ecce ego sum, mitte me: &
dixit, vade, & dic populo huic.

Quod D. Hier. in illa verba: Vade, & dices populo huic. Proponit quęstiones duas, in qua-
rum vtraque magna res agitur Christianę reipub. paucis dicam quid sentiam. Prima illa
est, quā dicit soluendam illam quęstionē prius, quę nobis obijci potest, quare apostolus Pau-
lus cum Hebręis disputans, non iuxta Hebraicum, quod rectū esse cognouerat, sed iuxta Lxx
sit loquutus. Vbi D. Hieron. ponit quęstionem, & promittit se soluturum, neq; mihi videtur
soluisse tamen: aut ego non allequor, quonam modo propositam quęstionem hic diuus sol-
uerit

Quęstio-
nes propo-
sitę.
Cur Lxx
citantur ab
apostolis.

Questio.

uerit. Questionem vrgebo cur non solum D. Lucas medicinae, & Graeca lingua scientiss. (qui tamen non de suo, sed suggerente verba, & sensa sacra spiritu sancto, conscripsit euangeliū vt nemo caussari possit, quod medicus esset, aut quod Graecē sciret, non Hebraicē, cum nō scriberet de suo, sed quae spiritus sanctus suggereret) Cur inquam nō solum D. Lucas, sed & D. Paulus, euangelistae omnes, omne (q; apostoli testimonia ē sacris literis citent iuxta translationem Lxx ferē, & aliquando iuxta editionem Hebraeam, aliquando ipsi sensa reddant sacra, neque lectionem Hebraeam morentur, aut Graecam? Dixi in disput. de tralat. vbi de controuersia inter D. Hieron. & Aug. disputabam à. f. 12. vsque ad f. 16. hac rōne D. Augustinum probasse translationem Lxx factam esse inflatu spiritus sancti, quod ex æquo citetur ab apostolis, & euangelistis cum lectione Hebraea. Id ita sensisse ostēdi veteres omnes patres à fac. 22. vsque ad fac. 31. & in fine huius operis adscribā quinquaginta locos, quos ex hoc solo propheta citat apostoli, & euangelistae iuxta Lxx si Graeca Graecis cōferas, ne quis id inficiari possit, & appareat questionē esse solutam, & esse sententiā sanctorū patrū translationē Lxx afflatu spiritus sancti factā esse: quandoquidem ab omnibus apostolis, & euangelistis citatur ex æquo cum Lectione

Graeca lingua epistolam ad Hebraeos scripsisse apostoli, quod etiam Hebraeis graeca lingua magis communis esset quam Hebraea.

Heb. Vtrunque ergo rectum est, neque dicere licet, iuxta Hebraicum tantum rectum esse. Vnde Origen. Lxx veritatem citari ab apostolo dicit in. 10. cap. epistolae ad Romanos, cum interpretatur verba illa: Esaias audet, & dicit. Sed posset suboriri illa dubitatio, cur frequentius multo citetur ab apostolis, & euangelistis trāslatio Lxx, quam Hebraea editio? Aio, aio, inquam, multo minus frequenter citari ab apostolis, & euangelistis Hebraeam lectionem, quam trāslationem Lxx, & in causa est quod Graecalingua omnibus ferē gentibus communis erat, vt nūc Latina. Et Iudaei Graecē sciebant, quod communis lingua esset, & temporibus Christi (vt dices ex Ios. lib. 14. cap. 12.) Iudaei toto penē orbe dispersi erant, adeo, vt vix vlla vrbs reperiretur, cuius non bonam partem tenerent Iudaei. Et cum inter alienos versarentur, paucissimi sciebant Hebraicē, Graecē omnes: & trāslatio Lxx virorum legebatur in synagogis Iudaeorū nō solum in Iudaea, sed toto orbe. Durauit. n. in synagogis Iudaeorum trāslatio Lxx, vt in disput. de tralat. cōmonstrauimus per octingētos annos, & eo amplius. Maluere ergo apostoli etiā ad Hebraeos scribentes Graecē scribere, quam Hebraicē, quod Graeca lingua magis communis erat, etiam Hebraeis, quam Hebraea. Vnde dictus est Ptolemæus quam optimē meritis de gente Iudaea, quod scripturam Graecē vertendam curarit, vt leges apud Iosēp. de bello Iud. li. 12. vnde dē liquet iure optimo ecclesiam retinuisse epistolam Pauli ad Heb. Graecē conscriptam à D. Paulo, quanuis ad Hebraeos esset conscripta. Nam quod citat testimonia scripturae iuxta Lxx id non solum in ea epistola facit, sed in omnibus & commune est apostolis omnibus, & euangelistis, vt monstrabimus in fine huius operis. Altera questio est an Iudaei corruerint scripturam? Ante aduentum domini certum est non corrupisse scripturam Iudaeos: neque post crucē domini in nostrum commodum, quod docet hoc loco D. Hieron. Vt nobis aduersaretur corrupisse scripturā Iudaeos, docuimus in disput. de tralat. ex Orig. Iust. Irenēo. docet id pluribus verbis Origen. in epistola ad Africanū: Sensisse id etiā multos docet D. August. li. 15. de ciuitat. Dei cap. 11. Docet etiam D. Hieron. in illud cap. 5. Mich. Et tu Bethleem, & id pluribus multo & magis affirmanter in principio lib. 2. in epistolam ad Galat. ostendemus alibi Iudaeos id confiteri suis scriptis. AMBR. in Psalm. 118. Serm. 14. in illa verba. Volūtaria oris: Expectat Dñs volūtarios ministros, vtiq; poterat imperare seruulo suo Esaiā, sed maluit Deus spontaneā oblationis eū nō fraudari mercede, quādo ipsū vt se offerret, expectauerat: & quāuis eius sciret affectū, expectauit tamē vocē vt cumlaret gratiā: & ideo D. Ambro. eodē loco putat Paulū dixisse ad Rom. 10. Esaias audet, & dicit: audet. n. cū se offert, & quasi volūtariū organū vberiore spiritus sui gratia eū Christus impleuit. Neq; ociose hoc positū putat, quia volūtaria oris sui oblatione placere Deo cupit: nō omnes Prophetarū in omnibus, quis volūtaria oblatione placēt: excusabat Hieron. dicens: Ecce nescio loqui, quia iunior ego sum, verēcūde Prophetarū atate corporis praetēdebat, ne deprehēderetur impar esse exequēdis celestibus mādatis. Et rursū idē Prophetarū: Seduxisti me Dñe, seductus sum, & dixi nō loquar in nomine ei⁹ vltra, & factū est in corde meo vt ignis ardēs. c. 26. Orig. ca. 11. ad Rom. Primū omniū, inquit, ait Paulus, Esaias audet & dicit, videamus quid audet, aut quae hęc Prophetarū audacia? quod dicat: Ecce ego, mitte me: intelliges Esaiā audaciā si Stephani verba attētē audieris, Quē. n. prophetarū nō persecuti sunt patres vestri, qui annūciabāt de aduētū iusti? persecutionibus ergo & morte pposita, ausus est se offerre, vt pnuuntaret de aduētū iusti, ausus est p bono mori, in quo simul, & illud ostēditur quia non

A quia non, vt quidam putant, Prophetarū nesciebant quid dicerent, & quasi alienato sensu prophetabant. Quod enim dicit Apostolus de Esaiā, Quia audet & dicit, hoc indicat se obtulisse & dixisse: Ecce ego, mitte me, mortem contemnens & persecutionem, quanuis sibi illa imminere cerneret, audet tamen, & praedicat verbum Dei sicut & ipse Paulus dicebat: Scio quia vincula, & carceres manent me Hierosolymis, sed ego non chario rem facio animam meam mihi, sic ergo & Esaias sciebat quidem secundum se esse, & interficiendum ab impijs, audet tamen & se offert. THEODOR. addit pro silentio superiori quod non reprehendisset Oziam Regē ita vt sibi satisfecisset, silentium illud expurgans, audet, & se offert periculo, subiens omne delictum pro populo Dei, itaque constat ob hoc caput, & sequentia fuisse serra dissectum Esaiā, vidit enim animo se dissectandum serra, ob hunc nuntium quem apportaturus est Iudaeis, & quod prospiciēs animo, tam saeuum genus mortis, se obtulit vt mitteretur, audacter. ideo dicitur à D. Paul. audet, ob hoc igitur dissectus est serra: & nō vt Iudaei putāt, quod viderit Dominum sedentem in folio, sed viderat Moses, viderat Ezechiel, & Daniel, neque serra sunt dissecti, viderant alij Prophetarū, neque periculum incurrerant. Ergo serra dissectus est, quod apportat nuntium Iudaeis, ipsos esse excācandos in aduentu Christi, & vastandos. Notandum tamē in versione Lxx virorum desiderari vnam dictionem, quae reponenda est ex editione Hebraea deest enim, nobis, quae si reponatur ex Hebraea lectione sic leges, Quem mittā, & quis ibit nobis ad populum istum? vbi Lxx viri addiderē de suo, ad populum istum, perspicuitatis causa: ergo si sic legas vt vertit etiam D. Hieron. cōueniet cum his quae supra dicta sunt, declarari hoc cap. mysterium Trinitatis: Deus enim de se semper loquitur singulariter, nisi vbi mysterium Trinitatis declaratur, Faciamus hominē, Eamus, cōfundamus linguas eorū: & hoc loco, Quis ibit nobis? nobis, enim refertur ad Patrem, & Filium, & Spiritū sanctū, qui hoc cap. reuelatur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vade, et dic populo huic: Audite audietes, et nolite intelligere: videte visionē, et nolite cognoscere.

Vade, & dic populo huic, Auditu audietis, & non intelligetis: videntes videbitis, & non videbitis.

AVGVVS. contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 9. & deinceps, cū negasset aut Iudaeos aut Gentiles posse repugnare veritati ecclesiae catholicae, ita omnia mysteria & singula praedicta ostendatur & completa, vt in singulis dicere liceat, Audi praedicta, vide completa: & cū non solum Iudaeos dixisset negare non posse, sed nec Gentiles, idq; ostendisset, subiicit verendum esse magis ne conuicti infideles eorum euidentia tanta, nos interrogaret, cur Iudaei qui haec oracula prophetarum noctes & dies inter manus versant, non credidissent? quibus nos abundē satisfacturos dixit, si hoc oraculo illis ostenderemus, id quoque à prophetis esse praedictum non credituros Iudaeos. TERTVLL. aduersus Marcionem lib. 3. hoc quoque oraculo probat praedictum à prophetis non credituros Iudaeos, neq; agnituros Christum, ideoque illum cruce affecturos, quod ipse rei euentus comprobauit: praenuntiata ergo caecitas Iudaeorum his verbis est, Aure audietis & c. & subiicit hanc obtusionem sensuum meruerunt, laevis diligentes Deum, nō corde. Annūtiabatur ergo Christus hoc capite, in cuius reuelatione omnis spes Iudaeorum erat & Gentium, & demonstrabatur Iudaeos nō agnituros eum nec intellecturos, praecipuē scribas & Phariseos, audituros auribus & non audituros vtiq; Christū docentem: & visuros oculis, & nō visuros vtiq; Christum signa facientem: & lib. 4. aduersus Marcionem, quod hoc praedictū erat de Iudaeis, Dominus in euangelio subindē repetit: Qui habet aures audiendi audiat, non quasi contra prophetiam promittens illis auditum, sed exhortans vt vitarent illud quod de illis praedictum erat, Aure audietis, non enim audiebant qui aures habebant, erant enim aures cordis necessariae, & ideo Dominus ait, videte quomodo audiatis non corde audientes, sed aure. ORIGEN. 1. homil. 6. in Esaiā, Prophetizat, inquit, hoc loco de ijs quae in aduentu Christi erant futura, audituros Iudaeos Christum corporaliter, non audituros spiritualiter, siquidem cū audirent Dominum meum Iesum Christum, vocem tantum audierunt non sensum: & Dominus quidem in parabolis loquebatur ad populum, quas secretō explanabat discipulis: Et haec aduentu Domini esse dicta ipse saluator ostendit, cū ait, Benē prophetauit de vobis Esaias, Aure audietis & c. Videamus quid sit hoc quod ait, videntes videbitis, & non videbitis, non si quis vidit ea quae saluator faciebat, statim videns potuit intelligere

intelligere cur facta sint: vt cum lauit pedes discipulorum, non intelligebant discipuli quid faceret, vnde Dominus Petro: Quod ego facio tu nescis modò, scies postea, quod autem videbant corporalia non videbant spiritalia: ostendit Dominus dicens, Si non lauro te non habebis partem mecum, quod negotium corporale non erat, sed spiritale: nudatus seruator mittit spiritalem aquam in peluim secundum scripturas, & lauat pedes discipulorum, vt cum mundi fuerint ascendat ad dicentem: Ego sum via: & quia hoc erat quod significabatur, idè ait, Quod ego facio tu nescis modò. Qui Dominum imitantur, mittunt aquam de scripturis in peluim animæ, & tendunt pedum discipulorum lauare sordes. Sic episcopi Christi mandatù custodiunt, & imitantur Iesum: Ergo si quid fiebat à seruatore ab ijs quidè qui non intelligebant videbatur iuxta externa non videbatur iuxta rationem. Quæ eò pluribus sum exequutus quod video hanc sententiam esse omnium veterum patrum, hoc enim faciunt omnia commentaria sanctorum, & omnia scripta veterum patrum, vt sic interpretentur euangelicas literas, & non desunt tamen qui literæ herent euangelicæ, neque alius quidquam querendum arbitrantur, cum præsertim literæ euangelicæ testentur, nihil loquutum esse Dominum sine parabolis, & non vident se configi hoc Esaiæ testimonio, Videntes non vident. Et diximus illud Ambrosij, perijssè ludæos dum nuda verborum sequitur. E R A S M V S in adnotationibus: Dissentit, inquit, hoc loco veritas Hebraica ab editione Lxx virorum, Mihi sanè durum esse videtur si liceat dicere nobis veritatem Hebraicam ab editione Lxx dissentire: non enim quod licet columnæ firmissimæ ecclesiæ D. Hieron. id omnibus licet: quæ enim in alijs libertas est, in alijs licentia vocatur, ait Quintil. Durum inquam videtur, si hoc nobis liceat in eo præsertim loco, quem euangeliâ citant. Res est confessa, quam nemo pius inficias eat, euangeliarum, totiusque sacræ scripturæ spiritum sanctum verba dictasse. Dictauit spiritus sanctus hæc dixisse Esaiâ, verè igitur hæc dixit Esaias, neque discrepant hæc ab ijs quæ Hebraicè dixit Esaias, neque debuit licere cuiquâ hoc vocare in dubium: quod enim D. Hieronymus hoc munus obiit, & diuino munere ecclesiæ donatus est, vt scripturam verteret ad verbum ex Hebræa lectione, & factam testam translationem Lxx seniorum nobis redderet, quæ in multis locis mutila & trunca, & aliorum translationibus adulterata erat: & de ecclesiâ catholica optimè meritis scripturam exponebat, restituerebat in integrum quæ trunca erant, quod hoc inquam obiret munus iure optimo licuit in singula inquirere, quod si fortasse in quibusdam nõ collimasset: mirandù non erat, an eodem iure vnusquis in dubium vocet, vere ne Lxx viri expresserint lectionem Hebræâ? & suo iure dicat Erasmus à veritate Hebraica translationem discrepare, quoties non redditur verbum verbo? Discrepat ergo translatio D. Hieronymi si ad hanc normam illam exigas, à veritate Hebraica, vt pote quæ non semper reddit verbum verbo, nam lectio Hebræa præfert, Audite, audiendo, & non intelligetis: quod vertit D. Hieronymus, Audite audientes, & nolite intelligere, vbi præterquam quod non reddidit verbum verbo, addidit de suo verbum illud, nolite, quod Hebraicè non est. Neque Pagninus, aut Vatablus ad verbum reddunt hunc locum qui vertè, Audite audiendo, & ne intelligatis, cum Hebraicè sit, Audite te audiendo & non intelligetis: Quin Erasme si ad hanc normam Ioannis euangelium exigis, minimè omnium videbitur, vt postea apparebit cum Hebræa lectione consentire, sed veritas in re sita est non in verbis, hoc docent philosophorum, & theologorum literæ, hoc etiam omnium consensus probat, in rebus ipsis veritatem esse sitam, parui referre si quis rem eandem his aut illis verbis expresserit. Neque si quis Græcum scriptorem vertisset Latinè, vt non verbum verbo reddidisset, sed sententiam expressisset eandem, vestijissetque omnibus dicendi ornamentis, quod facit Erasmus in omnibus quæ Latinè vertit, continuò Erasmus diceret interpretem à Græca lectione dissenfisse, potius interpretem miraretur, & dictionis splendorem in cælum laudibus ferret. Num Erasme quæ Latinè reddis, ad verbum exprimis? multū rifilless, si quis, cum interpretari scriptorem Græcum velles, in huiusmodi cancellos te cogere. Miraris Laurent. Vallensè, quod mirabiliter Homeri Iliada vertit Latinè, num verbum reddidit verbo? Num tu hinc commendationem petebas, quod ad verbum verteres scriptores Græcos? an potius cum illis eloquentia, certabas? neque verbum verbo curabas reddere fidus interpres: cur non eadem pertica metimur Lxx viros? Si non intelligis Hebraicè ne dânes quæ ignoras, si intelligis, admirare potius Lxx viros, qui CCC annis ante crucem Domini ini ita expressere sensa sacra, ita eruere sacros sensus scripturæ, vt eorum translationem citet Paulus, quem tam reuerenter citat omnis antiquitas, vt cum sic citet, Paulus in quo Christus loquitur

D. Hieronymi in omnia inquirere, quod nobis ad veritatem hebraicam scripturam reddebatur, sed quod illic licet qui id obiit munus, alijs nõ licet.

Defenditur Lxx viri contra Erasmus.

A stus loquitur. & in omnibus quidem apostolis loquitur Christus, tamen de hoc ita loquitur vetustas, per quandam excellètiâ Paulus in quo loquitur Christus: admirare igitur tralatio nem Lxx virorum, quam Paulus in quo loquitur Christus ferè citat, neque hoc loco solum, sed quoties scripturam citat, vt hoc toto ostendemus opere. Neque Paulus solum hunc citat locum, iuxta tralationem Lxx virorù, sed Matth. cap. 13. Lucas. cap. 24. Neque est quòd Græcè scisse Lucam quisquam dicat, neque scisse Hebraicè, nam vt mittam linguarum donum, quis ambigat omnium euangelistarum & apostolorum ore, spiritum sanctum esse locutum? spiritus sanctus qui ore Euagelistarum loquutus est, tralationem Lxx virorum citat, quiduis ampliùs? Multa Erasmus cornicatur in adnotationibus in cap. 9. Matth. quod enim videt tralationem Lxx seniorum citari ab Euagelistis, penè attentat Euangeliorum fidem, nam fieri potuisse ait, vt ineptus librarius, aliud pro alio scripserit, quanuis id tectè dicat, quasi verò Paulus aut apostoli & euangelistæ non citent ferè tralationem Lxx virorum: certè si Græca, Græcis cõpares, & obserues toto hoc opere, non decies aut vicies sed centies, vel in hoc vno Esaia **B** ab apostolis, & euangelistis tralationem Lxx virorum citatam reperies. Sed vt appareat Lxx virorum tralationem consentire etiâ cum lectione Hebræa, Lectionem Hebræam subiugamus. Quæ lectio Hebræa sic ad verbum *scietis, non & videndo videte & intelligetis non & audiendo Audite reddenda est, Audite audiendo & nõ* *שמעו שמעו ואל תבינו וראו וראו ואל תדעו ואל תדעו* intelligetis, & videte videndo, & non scietis: cum qua ad verbum conuenit tralatio Lxx virorum quæ verti potest sic: Audite audietis & non intelligetis, & videtes videbitis, & non scietis, nam quamuis tralatio Lxx virorum plerunque non verba reddat sed sensa, & in plerisque commentarium sit potius quam interpretatio vt supra dictum est, & tralatio D. Hieronymi ferè ad verbum reddat lectionem Hebræam, hoc loco mutata res est, nam Lxx viri lectionem Hebræam ad verbum reddunt, quid enim est aliud, Audite audiendo, & non intelligetis quam auditu audietis & non intelligetis? quid ve aliud est, & Videte videndo, & non scietis quam quòd dixere Lxx Videntes videbitis, & non scietis? nam verbum Græcum *ιδετε* quod Lxx dixerere verti potest scietis & videbitis: D. Hier. hoc loco lectionem Hebræam non reddidit ad verbum sed sententiam expresseit, mutata sunt vices, addidit enim de suo nolite, bis, illic nolite intelligere, & nolite cognoscere. i. non volete intelligere, & non volete cognoscere, iuxta illud, Noluerunt intelligere vt bene agerent, videbant enim signa fieri, & Prophetias completas, vt intelligere possent Christum esse, & Deum esse, sed noluerunt intelligere nec cognoscere, est Hebræa phrasis, vt imperatiuis pro futuro vtatur. Quod autè Pagninus, & Vatablus vertunt ne intelligatis, ne cognoscatis, quæ ratione fecerint nõ intelligo, cum Hebraicè sit non cognoscetis, non intelligetis, vt vertunt Lxx.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Excæca cor populi huius, et aures eius aggraua, et oculos eius clande, ne fortè videat oculis suis, et auribus suis audiatur, et corde suo intelligat, et conuertatur, et sanem eum.

Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne fortè videat oculis, & auribus audiatur, et corde intelligat, & conuertat se, et sanet eos.

D Utraque tralatio consentit cum lectione Hebræa, quæ hæc est Quæ lectio Hebræa sic ad verbum reddi potest: *שמעו לב העם הנהר ואתווי הקבר ועיני השע* Incrassatum est cor populi huius, & auribus aggrauatus est, & oculos clausus est, nam reliqua communia sunt vtrique tralationi. Quod autem sic lectio Hebræa reddi possit, intelliges si vt nunc actiue sunt dispuncta, ea tu passiuè dispuxeris, Nam pucta mutare potes pro re, pro tempore, pro loco, quod nos docuit D. Hier. quodque Rabini docent qua de re pluribus supra disputatum est. D. Hiero. quod lectionem Hebræam ad verbum reddebatur, necesse habuit scqui ea pucta quibus ab Hebræis sua tēpestate erat dispuncta. Lxx viri suorum temporum lectionem ad nos transmittunt & interpretationem quam à suis maioribus acceperant vsque à Mose & alijs prophetis eamque lectionem & dispunctionem probant euangelistæ & apostoli, quid vis ampliùs? ergo tempestare D. Hier. sic dispunctum erat vt legeretur Hasmen. i. excæca, vel fac excæcare, sic enim vertere potes, pro permittite excæcare, & Haced aggraua vel fac

vel fac aggrauare, pro permitte, & hafa, claude, vel fac claudere, pro permitte, vnde reddidit A
 D. Hiero. excæca, aggraua, claude, Lxx vim sua interpretatione, vt ostesum est in disputatione
 de tralatione Lxx virorum, docent suis temporibus hæc ita esse dispuncta vt non actiue hæc
 legerentur sed passiuè & tempore præfenti, nõ hâsmen. i. aggraua, excæca: sed hufman. i. excæ
 catum est, impinguatum; aggrauatum est: nam verbû Hebræum, impinguare, aggrauare signi
 ficat, sed sententia eadem est: nec legere Hæbed, aggraua, sed hucbad, aggrauatû est: nec hafa
 claude, sed hufa clausus est. id fit tantum mutatis punctis, nullalittera addita, idq; fieri solere
 docuimus, autoritate D. Hieron. & testimonio R. Kimhi, in illa verba cap. 1. Super quo percu
 tiam vos? Si ergo lectionem Hebræam sic dispungas, reperies tralationem Lxx virorum ad ver
 bum exprefisse lectionem Hebræam, & sic responsum Erasmo fit, quod si nihil aliud dixif
 sem quam citatam hoc loco & alijs multis à D. Paulo & à D. Matthæo & D. Luca omnibus
 qui ei aduerfarentur obturaffem ora, nam epistola ad Hebræos recepta ab ecclesia est, &
 quod Hieronym. vt dixi, dicere licuit, Erasmo non licet, nec licet rem hanc in dubium vo
 care, nec D. Hieronym. referre sententiam tanquam de re dubia post ecclesiæ decretum. Ali
 quando hæc exorta dubitatio est fortasse, non tamen propter tralationem Lxx virorum, B
 si enim idcirco rejceretur epistola ad Hebræos, quod tralationem Lxx virorum citat, ea
 dem opera omneis epistolas Pauli rejceres, & euangelia omnia, & apostolicas literas, quip
 pe ferè citant tralationem Lxx, si Græca Græcis compares: neque si vnum verbum mutatum
 est, protinus negabis esse tralationem Lxx: quis enim vnquã ita testimonia veterû citat, vt ver
 ba omnia numeret, nec verbo vilo discrepet? nemo in hoc sollicitus est vt dũ scriptoris testi
 monia citat, ne vel vlla syllaba discrepet. Addit idè E. R. A. S. in cap. 12. Ioannis verba illa Ioan
 nis, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: neque ad editionem Lxx, neque ad He
 bræam lectionem respondere, sensum modò delibatum esse ab euangelista: si Hebraicè sciffet
 Erasmus, non hoc ferendum erat, vt euangelistarum censor esset, vix alphabetum Hebræum
 sciebat, ipse namque fatetur, si quid crepat Hebraicè non sine Thesæo facere, vt bebatur enim
 alicuius Iudæi, aut Iudaizantis opera. Maior nõ fides Iudaizanti habebitur apud pios homines
 quàm euangelistæ? lectionem Hebræam reddidit D. Ioannes, neque necesse fuit D. Ioan
 ni sequi tralationem D. Hieronymi, aut dispunctionem, quæ temporibus D. Hieronymi cir
 cunferabatur. Hebraicè legitur, וְעָרַבְתָּ, & וְעָרַבְתָּ, sine punctis scribuntur apud doctos, ipsi
 pro re, pro tempore, & pro loco puncta addunt, diuerfis punctis possunt esse passiuua verba illa
 Hebræa & temporis præteriti, & ita vertere Lxx viri, In crassatum est cor popu
 li huius, ita vertit D. Lucas, ita vertit D. Matth. & si euangelistis opus est Iudæorum auxilio ad
 uersus Iudaizantis, ita vertit Thargum, & rabbi Selomoh, vt leges in thesauro linguæ sanctæ,
 eadem illæ voces Hebrææ varijs punctis præterita actiua sunt, nam tantum punctis horum
 verborum actiua vox & passiuua distinguitur. Lxx viri, & Matthæus euangelista, & D. Lucas,
 agnoscunt dispunctionem passiuam, quippe passiuè vertere, In crassatum est, impinguatum
 est: D. Ioannes dispunxit actiue, vt canon ille quem dixi, ex D. Hieron. & R. Kimhi, posse ver
 ba Hebræa explanari actiue & passiuè, euangelistarum autoritate sit iam fixus & ratus, cum
 alij actiue interpretantur, alij passiuè. Excæcauit oculos eorû, indurauit cor eorum: eadè senten
 tia qua D. Lucas, & D. Matthæus, quod liquet ex præcedentibus, Dic populo huic, auditu audie
 tis, & nõ intelligetis, &c. Excæcauit oculos eorum, populus hic, scilicet, de quo sermo erat. Ex
 cæcauit oculos eorum. i. suos, & indurauit cor eorum. i. suum: forma dicendi, & Græcis, & He
 bræis receptissima, & hoc ratio sermonis magis exigere videtur, vt populus excæcasse sibi ocu
 los dicatur, quàm Deus dicatur Iudæorum oculos obcæcasse, Deus enim loquitur, & si se obcæ
 caturum Iudæorum oculos diceret, haud dubium quin prima persona vteretur, vt in initio,
 Quem mittam? quis ibit nobis? sic quoque diceret, obcæcabo oculos ipforum, obdurabo cor
 eorum, vtitur tertia persona: intelligenda igitur videtur de re illa de qua loquitur, loquitur de
 populo Iudæorum, commodè ergo de populo Iudæorum intelligetur: quanquã de Deo pos
 set quoque dici, & facta videbitur personæ mutatio, etsi duriusculum est sed placuit sic Au
 gustino & alijs sanctis Patribus: placet quoque sensus veterum Patrum, vt Deus dicatur ob
 cæcasse oculos Iudæorum, vt indurasse dicitur cor Pharaonis: sed hæc interpretatio magnum
 pondus haberet ad diluenda dubia quæ ex hoc loco solent exoriri, si populus sibi clausisse oc
 ulos dicatur, id est, affecisset ignoantiam. Interea summoperè notandum est, D. Hierony.
 hæc verba legisse actiue, & habere suæ sententiæ fautorem D. Ioannem: Lxx viros legisse
 passiuè,

*Defeditur
 Ioannes e
 uangelista
 contra E
 rasnum.*

*Canon ille,
 quem dixi,
 ex D. Hier.
 & R. Kim
 hi, posse
 verba He
 bræa expli
 cari actiue
 & passiuè
 euangelista
 rum autho
 ritate, est
 iam fixus et
 ratus, cum
 alij actiue
 interpretã
 tur, alij pas
 siuè.*

A passiuè, & habere fautores suæ sententiæ D. Matthæum, D. Lucam, & beatum Paulum, nem
 pe quod eodem modo verti possit, & eadem sit sententia, ne miretur quisquam cum videat variè in
 Lxx viros, & D. Hieronym. diuerfa ratione sequutos lectionem Hebræam, vertisse variè ea
 dem tamen sententia. En euangelista, & Paulus Apostolus variè vertit, alij passiuè, alij actiue
 eadem verba, eadem tamen sententia: Quid igitur tam mirum est, si hoc in tralatione D. Hiero
 ro. & Lxx virorum accidisse videas, cum eadem est sententia, aut cum vtraque sancta est, & ve
 ra? illud quoque annotatione dignissimum D. Marcum. cap. 4. huc locum citare, ita vt prima
 & vltima verba citet, neque ad verbum reddat, sed sensa sacra exprimat, omittat media: qui
 mos citandi testimonia scripturæ in litteris euangelicis & apostolicis est frequentissimus: Ne quis mi
 Quod enim D. Paulus dixit, Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis & non
 scietis: dixit Lucas, Vt videntes videant, & non videant, audientes audiant & non intelligant:
 & quod postremum est, Ne conuertatur, & sanem eum: dixit D. Marcus, Ne quando conuer
 tantur, & dimittantur eis peccata, omisit media hæc omnia, Excæca cor populi huius, & au
 res eius aggraua, & oculos claude, ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde
 suo intelligat: & vulgatum quidem est euangelista, & apostolos sensa scripturæ reddere ali
 quando, non verba. Illud ego summoperè notandum dico, quod multis, erroris causa fuit vt
 postea pluribus est dicendum, ita apostolos, & euangelistas scripturæ citare testimonia, vt ea
 quibus opus est dicant, media omittant, quod in tralatione D. Ioannis etiam deprehendes, ne
 que solum omiffam vnam orationem deprehendes, sed ordinem quoque esse permutatum: *Euangelistæ
 cum citant
 scripturæ,
 sæpè citant
 necessaria,
 omittunt me
 dia.*
 nam prima illa oratio, Excæca cor populi huius, vel, ut Lxx vertere, In crassatum est cor populi
 huius: secunda facta est ordine apud D. Ioannem: secunda oratio: Aures eius aggraua, vel, ut Lxx
 vertere, Auribus suis grauitè audierunt: omiffa est prorsus. Tertia oratio, Oculos eius claude,
 vel, vt Lxx vertere oculos suos clauserunt, prima facta est à D. Ioanne, qui sic vertit, Excæcauit
 oculos eorû, vertit enim hæc verba actiue vt diximus, reliqua eodem modo reddidit D. Ioã.
 quo alij Apostoli, & euangelistæ. Notandum quoque hic, quod sæpè ostendemus hoc toto
 opere Euangelistas, & apostolos quando aliquod verbum est, siue in Hebræa lectione, siue in
 tralatione Lxx virorum obscurum, aut ambiguum, solere illud nomine magis perspicuo ex
 planare, ita quod Lxx reddidere: In crassatum est cor populi huius: quodq; D. Paulus ita citauit,
 D. Ioan. nomine magis perspicuo velut interpretans vertit: obdurauit, quasi doceat nihil aliud
 esse in crassare cor quam obdurare cor, quod D. Hier. videtur sequutus: quod enim Hebraicè
 est: In crassatum est, aut impinguatum est cor, vel si actiue voles reddere, vt reddidit D. Ioann.
 & D. Hieron. impinguaui, vel in crassauit cor, tempore præterito, vel, impingua, & in crassa
 cor, modo imperantis: quod verba Hebræa ea terminatione sunt, quæ præteriti esse potest, &
 modi imperantis, & modi infiniti, varietate punctorum distincta, quæ docti, pro re, pro loco,
 pro tempore addunt: ergo, pro in crassa, vel impingua cor populi huius, velut interpretans vo
 cem illam, in crassa, & impingua, reddidit D. Hieron. excæca, quasi diceret nihil aliud esse, im
 pingua cor, quàm excæca cor, vt fecerat Ioann. cum pro, impinguaui cor, reddidit, obdurauit
 cor, quasi diceret, impinguare cor, significare idem quod obdurare cor. Sed dico, inquam, lo
 cum hunc Ioannis posse sic explanari, vt ferè omnes explanant, vt sit: Excæcauit Deus cor eo
 rum, quanquam aliquantulum durus est hic transitus, à prima persona ad tertiam, tamen sic
 placet sanctis patribus, quos sequi oportet, & quos habeo authores toto hoc opere. Ad noto
 tamen, vt sanctorum patrum dubia, facilius diluantur, & ne faciamus inter se pugnantès euangeli
 stas & apostolos, cum D. Paulus, & D. Lucas, planè dicant & apertè, Iudæos sibi clausisse
 oculos, non Iudæorum oculos à Deo clausos esse: & reliqua eodem modo: nõ facia
 mus ergo inter se pugnantès euangelistas, præsertim in explanatione scripturæ, vbi nun
 quam pugnant, adnoto rationem sermonis magis exigere, quod supra dictum est, vt di
 camus: Excæcauit oculos ipforum, supple, populus ipse, de quo sermo erat, quàm vt di
 camus, excæcauit Deus, qua ratione supra dictum est: & certè iuxta interpretationem D. Io
 annis, lectionem Hebræam sic vertere posses ad verbum: Obdurauit cor, vel, impinguaui
 cor populus hic, vt tolleretur controuersia. Hæc enim erat prima oratio, vt supra dictum est,
 in qua si verteres, in crassauit cor, vel, obdurauit cor populus hic, reliqua eodem modo essent
 intelligenda. Et certè D. Ioann. si vocem illam non omiffisset, vt omisit alia media, quæ supra di
 ximus, casu nominandi vertisset, an ille dissensisset à D. Paulo? & cum D. Paul. dixisset Iudæos
 grauatè & tardè audijisse, vel aggrauasse sibi aures, & clausisse sibi oculos, idque etiam dixisset
 D. Lucas.

*variè in
 terpretan
 tur aposto
 li & euangeli
 sta lue
 ras sacras,
 eadè tamen
 sententia.
 Ne quis mi
 retur, hic
 ron. et. xx
 viros inter
 pretari vo
 ca, eadem
 tamen sen
 tentia, aut
 sententia
 aut
 vtracq; sen
 tentia san
 cta.
 Apostoli et
 euangelistæ
 mutant or
 dinem sæpè
 eorum quæ
 citant.
 Apostoli et
 euangelistæ
 que obscu
 ras sunt ma
 gis notono
 mine expla
 nant.*

D. Lucas, D. Ioan. non idē, verbis iisdem dixissent? certē si vertisset voces illas duas, sic vertisset: Induravit cor populus hic: quod si D. Paulus, populi huius vertisse videtur, ideo factum apparet, quod vertit passivē: Incrassatum est cor populi huius. i. incrassavit sibi cor populus hic, at reliqua quæ vertit activē, ad Iudæos retulit D. Paulus: ad populū Iudæorum ergo retulit D. Ioan. tamen veterum Patrum sententiā cedo. Iudaizantes, lectionem Hebræam appositis punctis velut obelis iugulant, tanquam malè redditam à D. Hiero. quid quid enim non consentit cum Iudaicis delirijs iugulant obelis: quos vsq; ad huc satis refutauimus, dum ostendimus translationem D. Hiero. & Lxx virorum probatam ab Apostolis, & euangelistis, & lectionem Hebræam redditam fidelissimè. Sed ex his quæ diximus, illa dubitatio suboriri videtur, quid iuuat diui Ioannistralationem sic interpretari, Excæcavit oculos eorum populus. i. populus Iudæorum sibi excæcavit oculos, cum modo imperantis hæc D. Hiero. reddiderit, Excæca, aggraua, ita vt ad populum referri non possit? satis est D. Paulum & Lucam & D. Ioannem nos admonuisse populum Iudæorū, clausisse sibi oculos, & affectasse ignorantiam, vt ex hoc loco reliquis afferamus lucem, & canon scripturæ est, cum modo imperantis aliquid dicitur, non imperari quicquam, sed prædici quod futurum est, sic hoc loco, cum Deus propheta sic imperat iuxta translationem D. Hiero. excæca, claude, non imperat propheta, vt ipse propheta excæcet oculos Iudæorū, aut claudat oculos Iudæorum, & eos decipiat, & illis offundat tenebras, nihil minus, quid ergo? significat hoc futurum vt Iudæi occæcetur, vt in illo, Dorsum eorum semper incurua, similibusq; quod futurum est prædicitur, non enim petit à Deo propheta, vt excæcet & incuruet Iudæos, ne credant, nihil minus, qui pro Iudæis orat, mortem que pro populo millies oppeteret, sed futura prædicit. Sed de huius loci interpretatione iam sententias veterum patrum subiiciemus, quod est huius operis argumētum, si prius dixerō quod Hieronymus & euangelistæ omnes, & Lxx viri vertēre: Sanem eum: Vatablum: & Pagninum reddi disse, sanet eum, nescio cur quisquam euangelij lectionem mutet, cum Hebræa lectio cōgruat cum euangelio, nam Hebræicè legitur וְשָׂאֵן עֵינָיו, sanet eum, vt nunc disunctum est Hebræicè, sed muta puncta & dic, וְשָׂאֵן רֹפֵה לֹ, & efficies lectionem D. Hieronymi & Lxx, quam probat omnes euangelistæ & apostoli, nam rophè lo, vertetur Latine, sanans eum, vt sit tota oratio: & conuertatur, & sanans eum, quam orationem sic interpretaberis, Et conuertatur, & statim sanans eum sim, nam qua hora conuertitur peccator ad Deum, sanatur à Domino. Et totam hæc sententiam, quam supra diximus, & huius loci interpretationem docet CHRYS. in Matt. cap. 13. hom. il. 46. cum ostendit superioribus verbis Iudæos sua spontè se intelligentia priuasse, & oculos clausisse, & auris obturasse, & his verbis, quæ nunc interpretamur docet incitare ipsos atque attrahere, quamuis eos videatur expellere cum ostendit, quia si conuertantur sanabit eos. Hanc sententiam Chrysostomi lectio Hebræa *וְשָׂאֵן עֵינָיו* præfert, Et conuertatur, & sanans eum, quæ significat statim ad conuersionem ad esse sanantem Dominum in ipso instanti conuersionis, quasi dicat, quo momento primum conuertitur, sanans eum ad sim, qua oratione verbis exprimere non possum, quantam spem Dominus ostendat Iudæis, quos clausuros oculos in aduentu suo prædicit, cum ait, Si conuerterentur in ipso momento conuersionis sanantem ad futurum, quod verba illa significant, & conuertatur & sanans eum, quod D. Hieronymus & Lxx viri explanant, conuertatur, & sanans eos, supp. ad sim: & hanc translationem probant euangelistæ & apostoli, interpretatur Marcus. i. remittantur eis peccata, quia ad ipsam conuersionem docet statim remitti peccata: & quod de populo sermo est, modo plura liter modo singulariter de eo loquitur, sed vide quo pacto ad populum refert ad quem sermo est institutus: cum dicit sanans eum, supp. ad sim, vt, Excæcavit oculos ipsorum, ad eundem populum referendum sit, populus excæcavit oculos ipsorum. i. suos. sed si conuertatur, sanans eum adero. ORIGEN. in cap. 7. Exodi homil. 4. hunc locum sic explanat, vt D. Hieronymus in commentarijs, vbi cum multis verbis Orig. hoc dubium proposuisset, quomodo peccator in culpa esset cū Dominus apertè diceret, Ego induro cor Pharaonis, & multiplico signa mea, centiesq; hoc repetit scriptura: subiecit, Equidem confiteor me minus idoneum, & minus capacem qui valeam huius rei secreta rimari, apostolum Paulum video, qui propter inhabitantem in se spiritum Dei dicit: Nobis reuelauit Dñs per spiritum suum, spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei, hunc video tanquam intelligentem, quid differat induratum est cor Pharaonis, & induravit Dominus cor Pharaonis, alibi quidem dicit, An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? &c.

Canon.

A cit, &c. per quod sine dubio illum, qui induratus est, culpat: alibi verò, super hoc quandam quæstionem proponens, dicit Ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat: quid igitur adhuc conqueritur? voluntati enim eius quis resistit? addit etiam his, O homo tu quis es, vt respondeas Deo? per quod de eo qui à Domino dicitur induratus, non tam quæstionis absolute, quàm apostolica autoritate respondet, credo non iudicans dignum pro incapacitate auditorum chartis & atramento tanta secreta committere. Et idem ORIGEN. in caput. II. epistolæ ad Roman. Quæstio, inquit, nobis mouetur, quomodo de Deo bono dictum sit, quod dederit oculos quibus non videant, & vide ne hæc magis retributio sit, & incredulitatis merces: quod enim noluerunt Deum cognoscere, tradidit eos Deus in reprobum sensum: & in principium epistolæ multa disputat, & alijs locis. & in cap. secundum, vbi docet, cor durum esse, cum mens humana velut cera frigore iniquitatis obstricta, signaculum imaginis diuinæ non recipit: & hoc idem appellari cor crassum, & cordi duro, cor carneum opponi putat, & cordi crasso, subtile cor, & spiritale, crassitudo cordis, subtilis, & spiritualis intelligentiæ, non recipit sensum. AVGVST. in caput Ioannis duodecimum, tractat. 53. vrget quæstionem, Ioannes, inquit, ait, propterea non poterant credere, quia dicit Esaia, Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, refert enim Augustinus illud verbum, Excæcavit, ad Deum. Et ait AVGVST. Si non potuerunt credere, quod peccatum est hominis non facientis quod non potest? si autè nõ credendo peccauerunt, potuerunt ergo credere, & non fecerunt: quomodo ergo dicit Euangelista, Propterea non poterant credere, quia iterum dicit Esaia, Excæcavit oculos eorum, vt, quod est grauius, ad Deum referatur causa qua non crediderunt, quando quidem ipse excæcavit oculos ipsorum, non enim de diabolo hoc dicitur, sed de Deo, quod excæcavit oculos eorum. Sic hunc locum vrget AVGVST. & refert illa verba, Excæcavit, obduravit, ad Deum, & scripturam ita referre ait. Subiicit idem AVGVST. rursus, Quid respondebimus de alio propheta ipsius testimonio, quo vtitur D. Paulus, quod quærebat Israël hoc non est conseruatus, electio consecuta est: cæteri verò excæcati sunt sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant? Respondebimus ad hæc, Non poterant credere, quia hoc Esaia propheta prædixit, quia hoc Deus futurum esse præsciuit, quare autem non poterant, si à me quæritur, quia nolabant, malam quippe eorum voluntatem præuidit Deus, quod propheta prænuñciauit. Sed aliam causam, inquit, dicit propheta, non voluntatis eorum: ait enim, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt nõ videant, & excæcavit oculos eorum. Etiam hoc eorum voluntatem meruisse respondeo, sic enim excæcat, sic obdurat Deus, deserendo non adiuuando, quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest. Hoc omnino pietas religiosorum inconcussum debet, inuiolatumque seruari, vt ait apostolus, Quid ergo dicemus, nõ quid iniquitas apud Deum? absit. Lege cætera loco citato. Sed idem AVGVST. in Psal. 138. in illa verba: Mirificata est scientia tua ex me: interpretans translationem D. Hieron. Incrassa cor populi huius, & auris eius aggraua, hoc putat factum, vt non cognosceret tunc diuinitatem Christi, si enim cognouissent, nunquam regē gloriæ crucifixissent, non crucifixo Domino, sanguis ille non redemisset orbem, & illam putat esse altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, de qua apost. O altitudo diuitiarū, &c. Et quis enim cognouit sensum Domini? & postea: Cæcitas ex parte Israël facta est, vt intraret plenitudo gentium, & sic omnis Israël saluus fieret. Excæcati sunt ergo Iudæi merito superbiæ suæ, quia se iustos dicebant, & excæcati crucifixerunt Dñm, sed postq̄ resurrexit post missionē spiritus sancti, viso tam magno miraculo, compuncti corde dixerunt ad apostolos: Quid faciemus viri fratres? & redierunt ad Dñm. Idem sensit D. AVGVST. lib. 1. quæst. ex Matth. q. 14. vbi quærit quod dicitur apud Ioannem, Excæcatis oculos Iudæorum, vtrum vt nunquam videat, an vt videant postea humiliati sua cæcitate? quod Marcus dicit, Ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata, vbi intelliguntur peccatis suis meruisse, vt non intelligerent, & tamen hoc ipsum misericorditer eis factum, vt peccata sua cognoscerent, & conuersi veniam mererent. Sed subiicit D. Augustinus, Videtur tamen aduersari huic sententiæ, quod Ioannes ait, propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaia, Excæcavit oculos eorum, vt non videant oculis, & non conuertantur, & non sanem eos, vbi hoc factum videtur, non vt redempti passione Dñi postea videant, sed prorsus vt nõ videant, quod si ita est, videntur defensi Iudæi, si non poterant credere, sed cogimur fateri alijs peccatis meruisse ita excæcari, vt non potuerint credere, & ita congruet vtrunq; si dixerimus quosdam Iudæorū fuisse sanabiles, sed tanto

K tumore

Quæstio de excæcatione & obduratio ne Iudæorum.

tumore superbiæ fuisse periclitatos, vt expedierit eis excecari, vt postea humiliati peccato ad Christum redirent ardentius, cum crucifixo Domino, viderent à se tantum scelus esse admiffum: non ergo expediuit eis tunc sanari, sed postea crucifixo Domino. Reliqua lege apud AVGVST. loco citato, & lege quæstionem propositam ab eodem Augustino tomo. 7. hypognosticon lib. 6. contra Pelagianos in fine libri. CHRYSOST. in caput. 12. Ioannis, Coniunctio, quia, inquit, non est causalis, sed euentus: nec enim quia dixit Esaias, non crediderunt, sed quia non erant credituri, ideo dixit, sed cur, inquit, dixit propterea non potuerunt credere, quia dixit Esaias? nempe voluit magnam prophetiæ certitudinem demonstrare, & quod non aliter quam prophetatum est euenit, ne quis diceret, quia gratia venit Christus? nesciebat non credituros? prophetas hoc nouisse inducit, venit autem ne peccati sui vllam habeant excusationem, & quæ prædixit propheta, tanquam omnino futura prædixit, non potuerunt autem, hoc est, noluerunt: nec te admiratio capiat, alibi enim ait: Qui potest capere capiat, ita nonnunquam potestate, pro voluntate vtitur, sic enim illud: Non potest mundus vos odio habere, & vulgo dicimus, Non possum hunc hominem diligere, non potest ille fieri bonus, vehementiam voluntatis, nomine potestatis appellamus, sic Hieremiæ. 13. Si mutabit Aethiops pellem suam, & populus hic poterit benefacere: non dicit, quod impossibile sit ei bene operari, sed quia nolunt, ideo non possunt. Quod autem hoc loco inquit, quod impossibile erat prophetam mentiri, non tamen impossibile erat vt crederent: & paulò infra subiicit quæstionem quam supra proposuimus, & respondet nullam esse quæstionem, si rectè consideremus, & proprium esse scripturæ ait sic loqui: Tradidit Deus eos in reprobum sensum. i. reliquit eos Dominus in reprobo sensu. Lege EVSEB. lib. 7. demonstrat. euangelicæ cap. 2. vbi penè totum hoc caput explanat: & BASIL. in asceticis in proœmio de iudicio: & IREN. lib. 4. cap. 47. & 48. qui leuem, aut nullam huius loci quæstionem esse putant.

D. HIERONYMVS.

Et dixi, Usquequo Domine? et dixit, donec desolentur ciuitates absque habitatore, et domus sine homine, et terra relinquatur deserta, et longè faciet Dominus homines, et multiplicabitur quæ derelicta fuerit in medio terræ, et adhuc in ea decimatio.

HAEC explanant doctores sacri de vastitate inuecta à T. Vespasiano, nam cum sollicitus propheta pro suis, interroget Dominum, quandiu hæc Iudæorum cæcitas sit duratura, respondet Dominus, Quoad vastetur vniuersa Iudæa à Romanis, quod etiam factum est. i. durabit tantum hæc cæcitas, vt eos deleat Dominus prorsus, & suis sedibus pellat. Nam cum Dominus post Christi crucem expectasset Iudæos quadraginta duos annos dum conuerterentur, illi impendiò magis ac magis indies exasperabantur in Christum & Christianos, persequebantur apostolos & fideles, mittebant legatos per totum orbem vt Christum infamarent, & incitarent Iudæos, qui per totum orbem erant dispersi, vt omni conatu obsisterent euangelicæ prædicationi, quod supra dictum est ex veterum autoritate, quæ res fecit vt deleterentur Iudæi, ne impedimento essent euangelicæ prædicationi. Ergo dixi ego propheta Esaias, Usquequo Domine erit hæc cæcitas? & dixit, donec desolentur ciuitates, à Vespasiano scilicet, absque habitatore, & relinquatur terra sine habitatoribus, & domus sine homine. i. domus sint desertæ, omnia sint vasta, & longè faciet Dominus homines, eos scilicet, qui non perierint hostili gladio, aut peste, aut fame, aut seditione. Hæc enim omnia mala in Iudæos sunt grassata post crucem Domini: hos ergo residuos, disperget Dominus in vltimas terras, ducti enim sunt captiui à nationibus, quæ penè omnes militabant sub signis Romanis, vt Iosephus prodidit in fine lib. 6. de bello Iudaico. Et multiplicabitur quæ derelicta fuerit in medio terræ scilicet pars i. residui Iudæi ex tanto incendio & bello, multiplicabuntur intra breuissimum tempus, nam vt

LXX. VIRI.

Et dixi, Usquequo Domine? & ait, donec desolentur ciuitates, vt non habitentur, & domus, vt non sint homines, & terra relinquatur deserta, & post hæc longè faciet Deus homines, & multiplicabuntur derelicti super terram, & adhuc in ea decima pars.

A nam vt prodidit IOSEP. capite penultimo & vltimo libri sexti, cum ex omnibus vrbibus Iudææ qui residui erant viri, post vastatas vrbeis confluxissent omnes Hierosolyma ad celebrandum pascha, nec opinanteis eos oppressit Romanorum obsidio, & in eos sauijt hostilis gladius, pepercit Vespasianus aliquot pauperum milibus, quos abire liberos permittit quò vellent: in foeminas non sauijt gladius hostilis, ideo relictae sunt innumerae foeminae, quæ, cum magna ignominia esset steriles esse, ex vno viro multæ conabantur matres fieri, & ita intra breue tempus pars illa, quæ relicta est in vrbibus Iudææ tanto numero Iudæorum pullulauit, vt videretur nulla clades illata Iudææ, & ex toto orbe Iudæi confluxere in Iudæam, & redintegrarunt bellum aduersum Romanos, & metu concussere orbem, vt discas ex Dione in vita Adriani. Hoc ergo in præsentia prædicit Propheta: Multiplicabitur pars quæ derelicta fuerit in medio terræ, in medio Iudææ, vel vt Lxx vertere, Multiplicabuntur derelicti super terram, non solum qui residui fuere in vrbibus Iudææ, sed quicumque dispersi fuerant per totum orbem, succrescent incredibili sobole, adeò vt nulla clades videretur inuecta Iudæis. Adhuc in ea decimatio, vel vt Lxx viri vertere, Adhuc in ea decima pars: hoc enim significat *ἡ ἰσθμὸς τῆς γῆς*. i. pars decima. & ita D. Hieronymus interpretatur in suis commentarijs, & videtur his verbis reddi illa causa, quam dixi, vnde tanta extiterit Iudæorum multitudo post importatam vastitatem vrbibus Iudææ à Vespasiano. Quia, inquit, adhuc. i. etiam post inuectam vastitatem à Vespasiano omnibus Iudææ vrbibus: in ea, hoc est, in Iudæa decima pars Iudæorum erat relicta, vel decimatio erat relicta ex Iudæis in Iudææ vrbibus, hoc est, pars decima, hoc verbum Græcum & Hebræum significat, nam discas ex Iosepho magnas clades omnibus Iudææ vrbibus fuisse importatas: non tamen funditis vrbes esse subuerfas, & in Hierosolymorum excidio Vespasianum pepercisse multitudini, dictum est centies ex Iosepho. Ex Iudæis ergo post crucem Domini, Vespasianus nouè partes deleuerat, decimæ parti pepercerat, ex quibus foeminae matres factæ sunt ex singulis plurimæ: in illas enim non tam sauijerat hostilis gladius, & ita succreuerat illa multitudo. Certè si Dionem & Iosephum, & rerum euentum ob oculos ponas, breuius quidem dixisse confiteare Esaiam, nò tamen obscurius ipsis historicis THEOD. sic hunc locum intellexisse apparet ex verbis ipsius C Theodoret: ait enim, Describit propheta mala quæ patientur Iudæi, vt voluntatis rebellis, poenas luan, qua Dominum audire noluerit, & ipsos sibi futuros ait causam tantorum malorum, vt incendio, gladio, fame, peste absumantur. Eodem modo vt sequenti commentario dicam, EVSEB demonstrationis euangelicæ lib. 2. cap. 3. quanquam idem & CYRIL. de reliquijs etiam interpretantur, sed mihi videtur allegorica interpretatio. VATAB. & ISYDOR. Clarius sequuntur Iudæos, Iudæi hæc ad Assyrios & Babylonios referunt, vt leges in Thefauro indictione *שׁוּר*, quod Iudæis omnis scriptura Assyrijs, Babylonijs, Sennacheribo, Dauide, Solomone continetur, intra hos cancellos cohibetur, non patet latiùs: sed quàm prudenter fodes audi, interrogat propheta, quoad hæc futura fuisset Iudæorum cæcitas? respondet quoad vastitas inferatur Iudæis ab Assyrijs, quæ vastitas ab Assyrijs erat inuecta Iudææ sexcentesimo ante crucem Christi anno: sed Iudæi omnia turbant, vt nobis aduersentur.

D. HIERONYMVS.

Et conuertetur, et erit in ostensionem, sicut terebinthus, et sicut quercus, quæ expandit ramos suos.

LXX VIRI.

Et rursus erit in deprecationem sicut terebinthus, & sicut quercus vel glans, quando exciderit ex statione sua, vel ex theca sua.

plantationem
in ipsa statione mittere in quæ quercus & terebinthus sicut ardens ad erit & reuertetur Et
וְהָיְתָה לְבָעֵר כְּאַרְזָה וְכַמְּצִיחַ וְהָיְתָה לְבָעֵר כְּאַרְזָה וְכַמְּצִיחַ

DIuus Hieronymus & D. August. Græca, ex Hebræa lectione docent esse castiganda, & tralatio Lxx virorum, vt confessa res est, mutila est multis locis & trunca, in qua multa desiderantur, quæ reponenda sunt ex lectione Hebræa. Verbum *בָּעֵר* desiderari videtur in tralatione Lxx virorum, quod verbum multa significat, inter quæ significat insipientem esse, & stultum.

& stultum, & insanire, vnde, baar, vesanus & stultus, & beir, iumentum: & sic accepisse D. Hieronymus hoc loco videtur. Erit in ostensionem. i. in exemplum, vt ostendatur eius poena obstultitiam & insaniam, quod noluerit obedire Domino, vt sit explananda tralatio D. Hieronymi, Conuertetur, supple, populus Iudæorum, cum pullulauerit innumerabilis, conuertetur in ruinam, & erit in ostensionem. i. ostendetur in exemplum omnibus nationibus, iuxta illud Mosis Deuter. cap. 29. Et dicent omnes gentes, Quare sic fecit Dominus terræ huic? & respondunt, Quia dereliquerunt pactum Domini, &c. Conuertetur ergo ad ruinam, & erit in stultitiam, quod Hebraicè est, vel in stultum & insanum, hoc est, erit in ostensionem suæ insaniam: neque erat quod Iudæi zantes puncto velut obelo iugularent dictionem Hebræam, nam confessio res est, baar, insanum significare & stultum: & sic accepit D. Hieronymus, Et erit in stultum. i. in signum stultitiam, & interpretatus est ex verbis Mosis, vt, est in ostensionem quercus virens, & terebinthus, quæ latè tendit ramos: significat etiam ardere & comburere hoc verbum, baar, vnde castiganda est tralatio Lxx virorum, vbi legitur *וְשָׂאֵי הַיָּם מְרֹמְרִים* erit in pabulum, deest enim *וְשָׂאֵי* ignis, vt sit, erit in pabulum ignis: dixere enim Lxx, Et rursus, erit in pabulum ignis, iterum sub Adriano incendio absumetur Iudæa, tunc enim prorsus omnes vrbes Iudææ incendio consumptæ sunt, deflagrauerunt enim, vt prodidit DION, vrbes Iudææ celeberrimæ quinquaginta, vicinobiles nongenti octoginta quinque, vnde, quis nō videt quanta fuerit abacta præda? vt caderet benè, si in tralatione Lxx diceretur, rursus erit in depreddationem, Iudæa scilicet, legionibus Romanis: sed lectio Hebræa hunc sensum non recipit, & sententia & verbis tralationis Lxx virorum magis congruit, vt dicas, *וְשָׂאֵי הַיָּם מְרֹמְרִים* i. rursus erit in pabulum ignis, magis enim *וְשָׂאֵי*, pabulum significat, quàm depreddatione: & verbum Hebræum facit, vt legendum sit *וְשָׂאֵי מְרֹמְרִים*, in pabulum ignis, quod verba sequentia declarant, vt terebinthus, vt quercus, cum exciderit è theca sua, vel ex statione sua. i. non secus ac quercus est in pabulum ignis, & terebinthus, cum resecta sunt è loco, portantur plaustris vt cremantur: sic vniuersæ vrbes Iudææ ardebunt. Sic EVSEB. libro secundo capite. 38. dixit, Post cladem inuectam Iudææ à Vespasiano, residuam fore decimam partem Iudæorum in vrribus Iudææ: & postea, rursus sub Adriano futuram in pabulum ignis, vt quercus & terebinthus, quando cadunt de loco suo auulsæ, sic quoque CYRIL. huc locum explanat. Quæro an Lxx viri, si in rem præsentem venissent & scriberent, non prophetiam sed historiam, vt Dion, planius & breuius rem hanc potuissent dicere? Erit, inquiunt, Iudæa, rursus in pabulum ignis, sicut quercus aut terebinthus, cum cadunt de loco suo. Dices, lectio Hebræa non congruit, immo maximè, quæ sic ad verbum reddi potest: Et reuertetur, & erit ad arduum vt terebinthus ac quercus, quæ in mittendo statione, quæ ipsi. i. & reuertetur. i. Iudæa in ruinam, Et erit ad arduum. i. deflagrabit vniuersa, sicut terebinthus & quercus deportantur ad arduum vel sunt ad arduum, quæ in mitti, vel in mittendo statione, quæ mittuntur & secantur statione è loco, quæ ipsi, quæ statio erat ipsi, & qui locus erat ipsi. & sic Lxx viri reddidere vt terebinthus & quercus quando ceciderint è statione sua. D. Hieronymus aliter intellexit, cum enim supra dixerit erit Iudæa in ostensionem iuxta illud quod ex Mose diximus: addidit, Sicut quercus & terebinthus quæ in mittendo, *וְשָׂאֵי* plantationem suam nam vox Hebræa significat stationem & statuam & plantationem. D. Hieron. pro plantatione accepit & pro vi illa natiua quæ germinat: & sic ad verbum reddes, Sicut terebinthus & quercus, quæ in mittendo plantationem suam, quæ ipsi. i. quæ germinant ramos & videntur coma, mittunt, & expandunt ramos & comas, sunt omnibus ostensioni & spectaculo, sic erit ruina Iudææ & vastitas. D. Hieronymus in commentarijs magis probat tralationem Lxx virorum, quàm suam. PAGNIN. & VATABL. Iudæorum interpretationem sequuntur. Iudæi zantes, quoties D. Hieron. à Iudæis dissentit lectionem Hebræam, punctis velut obelis confodiunt. Ita semper Iudæorum scopus est, vt nostra oppugnent, & tamen sunt qui Iudæorum scripna compilant, nec defunt qui commentaria è Iudæorum libris contexta admirentur, & pro eis tanquam pro aris & profocis pugnent.

D. HIERONYMVS.

Semen sanctum erit id quod steterit in ea.

THEODOCION.

Semen sanctum columna foundationis eius.

Hic locus

A Hic locus desideratur in tralatione Lxx virorum, repositus est è tralatione Theodocionis. Sensus huius loci est, reliquias saluas futuras esse ex hac vastitate, id est, apostolos & fideles, qui dicuntur semen, quod ex illis, velut ex semine quodam orientur spice præciosissimæ, hoc est, ecclesiæ sanctissimæ toto orbe terrarum. Lege quæ scripta sunt in verba illa capitis primi. Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen: ex hoc enim loco Lxx viri fecere paraphrasim illius loci, illic enim residuum legebatur, non semen: fecere Lxx paraphrasim ex hoc loco, quam probauit D. Paulus, & D. Hieron. Huc etiam spectat tralatio Theodocionis: Semen sanctum. i. Apostoli, & fideles, columna & fundamentum ipsius Iudææ erit: illic enim resurget Iudæa spiritalis, hoc est, populus Christianus.

IN ESAIAE CAP. VII.

D. HIERONYMVS.

Et factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Ozia regis Iudæ: ascendit Rasin rex Syria, et Phacee filius Romeliæ rex Israël in Hierusalem, ad preliandum contra eam, et non potuerunt debellare eam.

LXX VIRI.

Et factum est in diebus Achaz filij Ioathan filij Ozia regis Iudæ: ascendit Rasin rex Aram, & Phacee filius Romeliæ rex Israël, in Hierusalem ad debellandum contra eam, & nō potuerunt obsidere eam.

C Ixi EVSEB. demonstrationis euangelicæ lib. 7. docuisse caput sextum Esaia, & hoc septimum similia esse initio euangelij Ioannis, In principio erat verbum: cum enim superiore capite, Christi diuinitas descripta sit & maiestas, quam Seraphini adorent, & contremiscant vnà cum Patre, & Spiritu sancto, hoc septimo capite deuenitur ad illud: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: quod vaticiniū sub ænigmate historie (vt placet veteribus patribus) scribitur primū, deinde sine vilo ænigmate, sine ambagibus, sine circuitione, partus virginis describitur, nomen pueri dicitur Emmanuel, Deus habitans in nobis, & cætera, quæ postea latius fundentur. Historia est hæc, ob impietatem regis Achaz: & quod Iudæi deliquissent contra Dominum, vt scriptum est Paralip. lib. 2. cap. 28. Phacee filius Romeliæ, ceciderat è Iudæa centum viginti millia bellatorum hominum, & inuexerat Iudæa alia multa detrimenta, ipse, & rex Assyrius, vrbeis vastauerant, agros exciderant, vastitatem oppidis multis Iudææ intulerant: denique Phacee solus rex Israël, penè vastitatem importarat Iudææ, & solus rex Syria excisionem agris inuexerat, quo tempore magnis opibus emit Achaz à rege Syria, exhausto omni thesauro, & regni, & templi, vt parceret rex Syria vrbeis Iudææ. Post accepta magna illa munera, rex Syria rupto fœdere, coniunxit opes cum rege Israël, & vterque contractis maximis copijs, vno consilio petunt Hierusalem, vt eam obsidione cingant, amoueant regno regem Achaz, & Iudææ præficiant regem Tabal, vt scriptum est. IIII. Regum cap. 16. Cum ergo vterque per se solus formidolosissimus esset Iudææ, & horribilis, possetq; suis viribus vterq; per se solus, Iudææ vrbeis omnes subuere, subuersaq; essent iam penè omnes, & tot hominum millia occisa, & multò maioribus copijs vterque adesset, & fœderis inter se fecissent, vt vno consilio vastarent Iudæam, & expugnarent Hierusalem, regem Achaz amouerent regno, præficerentque regem Tabal, despoderat animum rex Achaz, putabat nullam sibi reliquam spem, desperauerat salutem, nam si singulis par esse non poterat, nunc cum coniunctis copijs, nullo modo posse coërceri credebat, cōtremiscebat toto corpore & animo & cōscius sibi suorum criminū, & Iudææ quoq; cōscius idolatriæ, putabat adesse illud tēpus, quod

prædixerat Iosue cap. 23. sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta vene-
 re, sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est, donec vos auferat & dispergat
 de terra hac optima quam tradidit vobis, eo quod præterieritis pactum dñi Dei vestri, & ser-
 uieritis dijs alienis, auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis. Quod idem prædixe-
 rat Moses Deuteron. cap. 28. centiesque repetierat. & cap. 29. Cum sic horreret rex Achaz, mit-
 titur ad eum Esaias à Domino cum filio suo Seariasub, vt verbis Domini dicat regi, Ne formi-
 det, nihil periculi esse, singulos illos duos reges vastasse quidem vrbeis Iudæe, quod ipse Domi-
 nus voluerit animaduertere crimen idolatriæ in Iudæam, & vindicare tantum crimen, iã Do-
 minum sumpsisse pœnas à Iudæis. Intellecturum autem regem Achaz, reges illos profligasse
 vrbeis Iudæe non suis viribus, sed quod Dominus ipsos punire voluerit & castigare, quod ser-
 uiant idolis, quod minori manu vterque per se, Iudæe vrbeis vastauerit, multa hominum mil-
 lia occiderit, innumerabileis captiuos duxerit, minori manu: nunc cum vterque contra-
 xerit multò maiores copias, & vterque cum altero coniunxerit opes, vt vno consilio pu-
 gas nihil ef- gnent, cumque vrbeis Iudæe sint subuersæ, cumque contractæ sint vires Iudæe, infecta re redi-
 se in pphc- turos, neque facturos quidquam. Prædicatque præterea Esaias, regnum Israël intra breue
 tis quinspe- tempus periturum, atque aded regem Syria, neque illud tempus quod prædixit Moses, aut
 et ad chri- Iesus Nauè adesse, quo Iudæe vrbes sunt subuertendæ omnes: & iussit propheta Esaias re-
 gum Achaz petere signum huius temporis, quando Dominus subuerturus esset Iudæam,
 cum ille negaret se tentaturum Deum, tunc propheta Esaias nihilominus signum illorum tem-
 porum dat, quando conflabit vniuersa Iudæa. Ecce virgo concipiet, &c. hoc est, in aduen-
 tu Domini, quando Iudæi non recipient Christum, complebuntur illa vaticinia Iesus Nauè,
 & Mosi. Igitur tria, quatuorue vaticinia Esaiæ describuntur hoc capite. Primum, cum Iudæi
 putarent imminere vltimam vastitatem à regibus illis potentissimis, prædicat Esaias nihil ef-
 se periculi, infecta re, illos reges domum redituros, & nihil acturos: Secundum, breui, regnum
 rum natio- Israël casurum, & regnum Syria: Tertium, incarnationem verbi Dei: Quartum, post hanc
 num inter- incarnationem verbi Dei, complenda esse illa vaticinia Mosi & Iosue, & vrbeis Iudæe à Ro-
 texant va- manis esse vastandas, & subuertendas. Hæc summa rerum, nunc eamus per singula, infra di-
 ticinia, er- cendum est latius in caput. 20. & 36. ex Procopio & ex Hippolyto episcopo Romano, & Am-
 res paulò- monio in Daniele solere prophetas, quo sibi ad res magnas de Christo & de ecclesia, myste-
 post futu- rijs præstruant fidem, prædicere res paulò post futuras, vt prophetarum nomen sibi pariant,
 ras præst- & omnium animos imbuant admiratione, vt sibi post illa credant, & vt rebus maioribus lon-
 gnificent, go post tempore futuris præstruant fidem. Huc spectabat somnium Nabuchodonosoris,
 vnde intel- quod Daniel capite secundo interpretatur, cum exiit omnium animos admiratione sui, &
 lites, om- fecit Dominus, vt omnes sapientes in summum discrimen vocarentur, & omnes essent erecti
 nia que sit- expectatione futuri euentus, cum quærentur omnes ad mortem, quò maiori attentione ex-
 in prophe- ciperetur Danielis vaticinium: Huc spectabat secundo capite, fornax ardens, vnde tres illi
 tis, specta- re ad Chri- pueri exeunt incolumes, irrogata pœna impijs, qui malum illud moliti erant in treis pueros,
 stum. quos prorumpens è fornace, flamma consumpsit. Et somnium quarto capite Danielis, & in-
 terpretatio verborum quæ inspectante rege Balthafare, in pariete inscripserat manus illa, &
 reliqua omnia rerum miracula, quæ propheta Danieli summam conciliauere fidem, ad ea
 quæ prænunciaturus erat capite septimo, & deinceps, de rerum mutatione, & redemptionis
 œconomia, & Christi temporibus. Hunc eundem morem seruasse Dominum in litteris eu-
 angelicis docet CHRYSOST. in caput tertium Matthæi, homilia. ii. Idem enim Dominus lo-
 quebatur in prophetis, vt dictum est, vnde ipse dicebat Iudæis, Loquelam meam non agno-
 scitis? qui tamdiu assuectis meis sermonibus in prophetis litteris, vel ex loquela ipsa, me
 agnoscere deberetis. Præscribit ergo Chrysostomus, hunc canonem scripturæ obseruatum
 à Domino, cum duo, pluræue prædicuntur, vt ex hoc quod factum est: reliqua credamus fu-
 tura, quod factum est hoc capite Esaiæ. Vocantur omnes Iudæi in summum discrimen,
 iam omnes tota cogitatione in mortem sunt demersi, Cor populi, inquit propheta, sic mo-
 uebatur, vt ligna sylvarum à facie venti, trepidabant omnes, aderant copię innumerabiles ho-
 stium, ita erectis omnium animis ad Deum, tanquam iam iam mors esset ad futura, prædicat
 Esaias salutem, nihil facturos reges illos, nihil esse periculi, vt res hæc tanta completa, fidem
 præstruat vaticinijs de incarnatione verbi Dei. Neque hoc solum, erant florentissima
 regna, regnum Israël, & regnum Syria, abundabant opibus, diuitijs florebant, vt eum
 maximè

Canonem
hunc nota
vt intelli-
gas nihil ef-
se in pphc-
tis quinspe-
et ad chri-
stum.

Cur pphc-
ta vatici-
nijs de chri-
sto, vaticinia-
rum natio-
num inter-
texant va-
ticinia, er-
res paulò
post futu-
ras præst-
gnificent,
vnde intel-
lites, om-
nia que sit-
in prophe-
tis, specta-
re ad Chri-
stum.

A maximè inierant etiam inter se fœdus, vt mutuis auxilijs se defenderent: prædicat casurum
 Israël regnum intra breuissimum tempus. Hæc duo tanta & tam magna prædicta ab Esaia, in-
 tra breuissimum tempus completa, fidem præstruant vaticinijs quæ futura erant longo post
 tempore: nam verbum Deus, octingentesimo post anno, est incarnatus, & deleta Iudæa post
 Christi crucem. Ecce quomodo duobus vaticinijs quæ statim complentur, fides præstruitur
 vaticinijs de incarnatione verbi Dei, & vastitate Iudæe: ideo enim tanta religione vaticinia E-
 saia adseruabantur, quod omnia quæ prædixerat, completa viderent, ideo reliqua, quæ longo
 post tēpore futura dixerat, cōplenda esse pro certissimo habebant & firmissimo. Ergo, in die-
 bus Achaz, Rafin rex Syria, & Phacee rex Israël, venerunt ad obsidendam Hierusalem, coniu-
 ctis copijs, vt dictū est, & manu innumerabili: & qui antea singuli per exigua manu nō potue-
 runt coërceri, sed occidere infinita hominū millia, nunc coniunctis copijs ambo, quas vterq;
 auxerat quàm maximè poterat, nō potuerunt debellare Hierusalem, vt prædixit Esaias.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

B Et nuntiauerunt domui David dicen-
 tes: Requieuit Syria super Ephraim,
 et commotum est cor eius, et cor popu-
 li eius, sicut mouentur ligna sylvarum
 à facie venti.

Et nuntiatum est in domū David,
 dicentibus: Consensit Aram ad E-
 phraim, & cōmota est anima eius,
 & anima populi eius, quæ admodū
 in sylua lignum à vento mouetur.

P Ergit propheta rerum gestarum historiam persequi quam diximus, neq; aliud argumen-
 tum horum verborum esse putarem, nisi viderem Ambrosium, Cyrillū, Procopiū, Basiliiū
 huius historiae allegoriam interpretari, qua de re paucis, quid ego sentio, aperiam, quanquam
 id necesse non erat, siquidē supra pluribus dixi ex August. Iudæos primum à nobis extorque-
 re illud voluisse, omnibus vaticinijs de Christo, subesse historiā quandā aliam, veterū patrum
 interpretationem scripturæ spiritalem esse, vt cum hoc extorssent spiritalem interpretationem
 nem esse, veterū patrū interpretationē, & subesse historiā in omnibus aliā quandā Davidis,
 C aut Solomonis, aut Sennacheribi, aut Babylonis: intra hæc enim, tanquam intra angustissimos
 cancellos, omnis Iudæorum interpretatio continetur, subiungerent illud, nullas esse vmbas,
 nullos typos in historijs veteris testamenti, nihil de Christo dici in illis vaticinijs, quæ pro no-
 bis citamus: sed narrari historias illas quas nos etiam fatemur narrari, quos postquam refuta-
 uit August. vt supra dictum est, addit ecclesiam, doctore Domino, tam in veteri testamento,
 quàm in nouo, interpretari allegorias scripturarum, & doctore Petro & Paulo, & ceteris apo-
 stolis. Quod si tantum esset omnium doctōrum ecclesiæ consensus, nec huius rei doctōrē ha-
 beremus Deū, præceptores apostolos: auerfarer quod placet Iudæis, vel hoc solo nomine quod
 placet Iudæis: mordicūs tenerē, quod sanctis patribus placet, vel hoc solo nomine, quod san-
 ctis patribus placet. Mitto dicere, impiū esse, relictis sanctis patribus, audire Iudæos, nā vt Pau-
 lus ait, Spiritus sanctus vt dedit quosdā prophetas, ita quosdā dedit doctores: qui doctores sa-
 cros reijcit, aut qui Iudæorū fabulas illis antefert, non video quomodo non sit impius: sed si
 nihil horum esset, vel res ipsa liquet per se, ita vt teneri possit manibus, & oculis cerni. Et hoc
 primum sciamus, aliud esse Tropologiam, in qua multus est D Hieron. in suis commentarijs,
 D in qua versantur concionatores: quæ si commodè & aptè tractetur, vt tractatur à D. Hieron.
 est admirabilis, & receptissima apud omnes sanctos patres. Aliud allegoria est, cuius ipse Dñs
 doctor est, tam in veteri quàm in nouo testamento, quæ non reuocat scripturam ad mores, ad
 hæreticos, ad Zabulum: hæc enim Tropologia dicitur res diuina & admirabilis, si modò com-
 modè tractetur, sed quæ reserat typos & vmbas scripturarū: hæc allegoria est tam necessaria
 in scripturis, vt scripturarum præcipuum ea sit. Nisi credis de vinea Israël cap. 5. cum vaticina-
 tur Esaias præcipuum scopum esse viteis aliquas, aut vinearum fructus aliquos, & non quod
 Dominus ipse explanat populum Iuda, & reliqua quæ ibi dicta sunt: aut cum Esaias incedere
 per vias nudis pedibus & nudo corpore iubetur, cap. 20. illum esse præcipuum scopum scri-
 pturæ, & nō potius quod significatur, & Dominus declarat. Aut quando Hieremias Iumbare
 in Euphratis ripis abdere iussus est à Domino, & post aliquos dies inde repetit Iumbare, quod
 abdiderat, nugari dicendus est tantus propheta, & non magnum aliquid significari, quod
 explanat Dominus: Aut inaniter iubetur Ezechiel propheta vesci pane tostato igni, ex fumo

Aliud tro-
pologia, q̄
si commo-
dè tracte-
tur vt à D.
Hier. fit est
admirabi-
lis. si mi-
nus, aliquā
do moueri
sum qui-
busdam.
Aliud alle-
goria, quæ
in scriptu-
ris præci-
pua res est

bubulo incenso, aut parietem perfodere primis tenebris, & iubere famulos, vt eo foramine se extrahant tænia reuinctis oculis, vt nihil videat propheta, & sic fugere, aliaque huius notæ facere innumerabilia. Num ludere iubebatur propheta? dices fortasse, hæc omnia explanat Dominus, quare iubeat, & quid hic significare velit. Quid? tam tardus discipulus est, vt ea tantum discat, quæ præceptor doceat, & eos libros intelligat tantum, quos præceptor explicat, nullos præterea? non proficiemus Dei doctrina tantum, quantum proficimus hominum disciplina? vt non solum quæ audimus à præceptore sciamus, sed omnia? Multo magis doctore Deo promouere in rerum cognitione par est, quam doctore homine: sed ego stultus, qui cum hæc ex Augustino pluribus dixerim, & ex alijs veteribus patribus, plus agere rationibus postulo, quam actum sit veterum patrum autoritate, & totius ecclesiæ tanto consensu, iam inde vsque à primordijs nascentis ecclesiæ. Sed hæc pluribus dixi, quod autoritas Iudæorum apud quosdam ex nostris tantum valuit, vt vbiq; à D. Hieronymo, aut ab alijs patribus allegorice aliquid explanetur, marginibus librorum adscribant Origeniacum, quasi dicant, sapit hoc Origenem, vt sciat quicunq; hæc legit non Origeniacum, sed ecclesiasticum illic fuisse adscribendum, quod omnis ecclesia id faciat, quanquam sunt quidam adeo Iudæis amici, vt hoc nomen ecclesiasticum, quod semper apud Catholicos fuit sanctiss. eritq; semper, eis foeteat: Nam ex veteribus patribus ede vnum aliquem, qui hoc non fecerit, & probarit? & quod maius est, fecit Dominus, fecere apostoli & euangelistæ illi quidem veterum patrum marginibus Origeniacum adscribunt, quoties explicata historia, explanatur allegoria. Augustinus & Ambrosius, cæteri q; suis scriptis, contra sentire testantur, Iudaicū esse & hæreticum, quod supra latius diximus in illa verba, Vineam Domini Israël, cap. 5. Ergo, cum IREN. lib. 4. cap. 37. vaticinari prophetas docuerit, non solum per sermones, sed factis quoque, idq; multis verbis sit executus, cumque AVGVSTVS. contra Faustum Manichæum lib. 22. cap. 24. & 25. doceat non verba solum, sed facta prophetarum prophetias esse: quærendum est, quid sibi hoc loco velit, quod Esaias iubetur à Domino cum filio suo Scaria sub. i. reliquiæ conuertentur, pro dire obuiam regi Achaz ad extremum aquæ ductum piscinæ superioris: quæ sit hæc piscina superior? quæ sit illa via fullonis? vt enim diximus ex CHRYS. tom. 1. homil. 2. in cap. 6. Prophetarum ora, Dei sunt ora, vt nihil temerè positum sit, Deus loquitur singulas literas, singulos apices expédi putat oportere. Quid ergo sibi vult, Filius qui derelictus est Iasub, qui patrè Esaiam sequitur iussu Dei? hoc est enim nomen filij Esaiæ, qui derelictus est Iasub, vel Scaria sub, quando orationes imponuntur pro nominibus proprijs in scriptura, aliquid insigne significant, vt apud Oseam, cum filia dicitur Lorucamà. i. absque misericordia, & pueri dicuntur, alter populus meus, alter non populus meus, non temerè est, sed magna mysteria significantur, vt docet Paulus, docet vniuersa ecclesia. Ad regem Achaz impium, tendit Esaias cum filio, qui derelictus est Iasub, i. cum filio nomine, qui derelictus est, conuertetur: & temerè hoc factum putet quisquam? cum didicerit ex Augustino, Irenæo, Chrysofostomo factis, & dictis vaticinari prophetas? idque Domino doctore, & magistro Paulo didicerit etiam? Non poterat propheta regem conuenire domi? quorsum petit viam fullonis? & aquæ ductum piscinæ superioris? Quid? coniunctis maximis copijs, duo reges vno consilio petunt Iudæam, vt expugnent Hierusalem, vt amoueant regno Achaz regem, & præfiant Iudææ regem Thabal? excute historias, si reges aliquos comparasse exercitus videas ea causa, vt gentibus victis non imperent ipsi, sed alium quandam regem præfiant gentibus victis, putato historiam simplicem esse, & nihil hic significari, quanquam te doceat AVGVSTVS. cum alijs locis plurimis, tum libro vigesimo secundo contra Faustum Manichæum capite. 24. & 25. Iudæorum gentem, regnum, sacerdotium, reliquaque omnia, quæ gesta narrantur in veteri testamento fuisse prophetias, erunt & alia quæ postea dicemus, quæ cogant fateri aliquid, hac historia esse significatum. Ergo singula hæc interpretemur, & quando res ipsa cogitrimari quid hic lateat, id conemur eruendum BASIL. CYRIL. & AMBR. putant huius historiae typo, significari Christi aduentum, & incarnationem, vt, quod postea propheta dicitur est, Virgo concipiet, & pariet filium, cui nomen erit Deus inter homines, id prius sub typo & vmbra historiae significetur. Typus est igitur redemptionis historia hæc, temporibus ergo Achaz. i. fortitudinis (id enim Hebræa vox significat, & Christus fortitudo, & potentia patris dicitur) filij Ioatham. i. filij Dei perfectissimi, filij Ozia. i. Dei fortis, id enim sonant voces Hebrææ. Ascendit Rafin rex Syriæ, vel rex Aram, vt Hebraicè est, & vt reddidit Lxx viri. i. ascendet imperator nationum, nam Rafin vel rafon volun-

Referendas allegorias, doctores primo, et id in scripturis putant esse præcipuum.

Nihil temerè positum in prophetis, omnia aliquid significare.

A voluntas est, & populus gentium suæ seruebat voluntati qui post carnem in concupiscentiæ immunditia ambulabat, vt ait Petrus 2. epist. cap. 2. & rex Aram, id est, rex magnarum domuum, rex magnorum palatiorum, denique populus gentium, penes quem erat imperium orbis, qui suæ seruebat voluntati, hic populus gentium cum populo Iudæorum bellat aduersus populum Iudæ spiritalem: hoc est aduersum Christianos, vterque enim populus, gentium & Iudæorum in itijs nascentis ecclesiæ persequutus est vno consilio: apostolos, & fideleis, quod significatum est illo: Quare fremuerūt, &c. Nam si Hippolytus pōtifex Romanus duos illos senes qui Susannam insimulabant falsi criminis, duos populos significare docet populū gentium, & populum Iudæorum qui persequuturi erant ecclesiam, ostenditque peracutè id ita esse, verba Hebræa apertius & planius multo hos duos populos significant. Nam & Rafin diximus significare populū gentiū, Phacee vero, vt inquit D. Basil. populum Iudæorū vox Hebræa id apertè designat, quod phaceas Hebraicè, Latine sonat eum qui refferat, & aperit, & Iudæi hoc sibi sumunt quod soli aperiāt scripturā, & interpretētur, vnde vt ait Dñs, se appellari volebant magistros, hic Phaceas, dicitur filius Romeliæ. i. populi abiecti à Deo, ramā, abijcere est leia, à Deo: & quis populus abiectus à Deo nisi Iudæorum populus? aut si maus, Ramā abijcere est leia, Deum. i. populus abijciens Deum: & quis populus est abijciens Deum qui Christum non recepit, nisi populus Iudæorum? & ne nomenclaturas Hebræas quas sum interpretatus, leueis putes, audi quid dicat CHRYSOS. in cap. 5. Genes. homilia. 21. Ne mireris quod in hac nominum enumeratione multas, lantenteisq; diuitias sententiarū ostensurum me esse pollicear, nec enim vel syllaba, vel apex est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis thesaurus, hæc Chrysof. Hi ergo duo populi oppugnant ecclesiam nascentem, & acerrimè insectantur, conspirant aduersum Dominum, & aduersum Christum eius, at non valent expugnare ecclesiam, nam portæ inferi non præualebunt aduersus eam: nunciatum est domui David. i. ecclesiæ quæ domus est Christi, nam frequentissime David pro Christo accipitur in sacris literis, quod vulgatus est quæ vt probandum sit, nunciatum est autem ecclesiæ consensisse Aram. i. gentium populum, vt dixi, nam, Aram, regum palatia significat, & Ephraim. i. infideles Iudæos: cum enim discessere decem tribus quæ Ephraim dicuntur & Israël à duabus tribubus Iudæ, & Benjamin quæ vno nomine Iudæ appellantur, fuere typus temporum Christi vbi infideles Iudæi discessere à Iudæ. i. à populo fidei apostolorum & credentium Christo qui spiritualiter nomine Iudæ appellantur, nam Iudæi secundum carnem sunt, qui nunc dicuntur Iudæi, nos vero dicimus Iudæi secundum spiritum, quod Latine Iudæi sunt cōfidentes verum Deum, quem soli nos confitemur. Quod igitur duodecim tribus quæ Ephraim, aut Israël dicuntur, quæ discesserunt à regno Iudæ typus erant infidelium Iudæorum, qui discessuri erāt à fidei populo Iudæ. i. ab ecclesia pro populo Iudæorum ponuntur, & postquam ij duo populi contra ecclesiam fugiebant fideles, & latitabant, & per omnia cruciamenta necabantur, idq; significant verba illa: Commotum est cor populi, sicut mouentur ligna sylvarum à facie venti. i. latitabant, trepidabant, & cor Achaz. i. Christi, qui nostra est fortitudo, possessio, & hæreditas, hæc enim omnia significat vox Hebræa Achaz, nam caput ponitur pro corpore, vt dices ex regulis Ticonij, quod vulgatum est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

D Et dixit Dominus ad Esaiam, Egredere in occursum Achaz, tu, et qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæ ductum piscinæ superioris, in via agri Fullonis.

Et dixit Dominus ad Esaiam, Egredere iam in occursum Achaz, tu & derelictus Iasub filius tuus, ad natatoriam superioris viæ agri Fullonis.

H Vc adhibe, quod superiore commentario ex Augustino & Irenæo dictum est, docetq; CHRYS. de poenitentia homil. 8. cæteri que veteres patres hoc testantur, prophetas non solum verbis, sed etiam factis fuisse vaticinatos, & intelliges aliquid esse significatum, quod filius Esaiæ nomine dicitur sit, qui derelictus est Iasub. i. qui derelictus est conuertetur, vel Scaria sub (sic enim Hebraicè appellabatur) id est, qui residuus est, conuertetur, vel, reliquiæ saluæ fient, intelliges non temerè Esaiam iussu à Domino, vnà cum filio, cui nomen erat qui derelictus est Iasub, i. qui derelictus est conuertetur vel vt Hebraicè est, cum filio suo, cui nomen erat

K 5 Scaria sub

Searia sub. i. residuum conuertetur, prodire obuiam regi impio Achaz, & prodire ad aqua-
ductum piscinæ superioris, & ad viam fullonis, præsertim si semper habeas ante oculos illud
CHRYSOS. quod dixit homilia secunda in caput sextum Esaiæ, Prophetarum ora, Dei sunt
ora: vt nihil temerè positum putes in prophetis, Deus loquitur, singulas literas, singulos api-
ces expendi oportet. Expendamus ergo singulas literas, & singulos apices auctore Chryso-
stomo, & nihil temerè dictum putemus, fortasse reperiemus magna latere. mysteria, & in-
genteis thesauros, vt ait D. Chryostomus. Primum omnium Cyrillus aliquid significari
putat quod Dominus iubet filium hunc Esaiæ, cui nomen est Searia sub. i. reliquæ conuertentur,
prophetam sequi, & baptismi hic esse sacrum fontem, quod idem putat Procop. Ambro-
sius, Fullonem hic euangelicum agnoscit, & mysteria magna hic putat delitescere. D. Basil. &
D. Hieronymus magis tropologiam horum verborum exequantur quam allegoriam; igitur
magnis auctoribus aggredimur perscrutari, quæ hic delitescant mysteria. Esaias sonat Latine
idem quod Iesus Deus, vel Iesus Dei: gerebant enim propheta etiam ipsis nominibus, Christi
typus: iubet ergo Deus, Iesum Deum. i. filium Dei hominè factum, adire Achaz regem impium
.i. impios Iudæos, iuxta illud: Forfan reuerentur filium meum, cum filium mittit ad agrico-
las suæ vineæ: filius hinc sequitur Searia sub. i. reliquæ saluæ fient, vel vt Latine est, qui relictus
est Iasub. i. qui relictus est conuertetur, reliquæ enim conuersæ, filij facti sunt Dei, dedit enim
eis potestatem filios Dei fieri, quid enim minus putes mysteriū hic significari, cum filius Esaiæ
dicitur, qui relictus est Iasub. i. conuertetur, quàm cum in Osea, cap. i. filia vocatur, Ioruchamah,
.i. absque misericordia, & filius rursus, Ioami, non populus meus: & similia, quæ interpretatur
D. Paulus. An non ex D. Paulo discemus cap. 9. ad Rom. & ex D. Petro epistolæ. cap. 2. huius
quoque loci mysteria eruere, vt illi ex nomenclaturis quæ sunt apud Oseam? Petro ergo &
Paulo auctoribus dicamus Esaiam, Iesum esse Deum Latine, propheta enim nomine ipso Chri-
sti gerebat typum, hunc sequi filium populum si delem, cui ipse dedit potestatem, vt filius Dei
fieret, huic populo Dei nomen est Searia sub, residui conuersi, vel reliquæ conuersæ, aut si appel-
lare vis nomine Latino, qui relictus est Iasub. i. qui derelictus est conuertetur. Nam, Iesū,
Iesū, Iesū, Deus, vnde, Iesaias, vt Hebræi appellat, Iesū Deus est, & Searia sub, quod nomen est fi-
lio Esaiæ, scies pro reliquis conuersis, semper poni in scriptura, quod, vt inquit Dionysius, spi-
ritus sanctus verborum est obseruantiss. sic reliquæ conuersæ appellantur Searia sub cap. 10.
huius prophetæ, vt postea declarabimus: & Paulus illum locū interpretas, illa verba Searia sub,
quæ nomenclatura etiam est filio Esaiæ, reliquas conuersas explanat. It ergo Iesū Deus cum
populo fidei, cum apostolis, & discipulis ad regem Achaz. i. ad populum Iudæorum (regem
enim poni pro vniuersa repub. docet Arist. ceteris in Politicis) Prodit autem obuiam, quod ip-
se prodijt quæ siturus ouem, quæ perierat, hoc est genus humanum, ad extremum aquæ ductū
piscinæ superioris. i. ad finem legis veteris, cuius finis est Christus eiusque euangelium: aqua-
ductus Hebraicè dicitur, tahalèh, .i. ascensus, & altitudo: piscina, berechah. .i. benedictio, vt pis-
cina superior, benedictio superior sit, ilionah, de alto, coniunge tu significata harum vocum
Hebræarum, quando Chryostomus te iubet expendere omnes literas, omnes apices ipsarū
vorum, & promittit inuenturum te magnos thesauros, dic ergo prodijisse Iesum Deum, cum
filijs, quibus nomen est, reliquæ conuersæ saluæ factæ, ad aquæ fonte m. i. ad ascensum benedi-
ctionis superioris de alto: & fortasse videbuntur tibi representare verba illa Pauli ad Ephes.
cap. 1. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi qui benedixit nos omni benedi-
ctione in cœlestibus: & verba illa Esaiæ cap. 65. in quo qui benedictus est super terram, benedi-
cetur in Deo, amen. præcipue iuxta translationem Lxx virorum, de quibus postea latius dicen-
dum erit. Ergo CYRILL. qui benedictionem sacri baptismatis hic dixit significatam, & lucè
euangelicam quæ deducit ad viam superiorem, ad cœlestem Hierusalem, nō ludit, voces ipsæ
Hebrææ hæc cantant. Contemnes fortasse has vocum interpretationes: ne erres, præter ea quæ
diximus ex D. Chryost. audi quid idem CHRYSOS. dicat in cap. 1. Matt. nominū interpre-
tationes latissimum campum aperit ad scripturæ interpretationem. & D. Hieronymus cum
alijs locis plurimis, tum in traditionibus Hebraicis in paralipomena, ait, appellationes & im-
mutationes nominum ad magna mysteria pertinere. & in fine cōmentariorum in cap. 23. Hie-
remia: Ex verbis enim & nominum interpretatione sæpè res ostenduntur, inquit, Et D. Basil.
procemium præscripsit operi de spiritu sancto, quo docet viro theologo expendendos etiam
ipsos literarum apices, ipsas syllabas, non solum voces, nomina, & orationes. In via agri fullo-
nis. A M-

ANIS AMBROS. in cap. 9. Luca de eo, quod Dominus assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem
& duxit eos in montem, ostenditque illis maiestatem suam: legimus, inquit, ad viam fullonis
ascendisse Esaiam: quis est iste fullo? nisi ille, qui delicta nostra lauare consuevit? qui dixit, Si
fuerint delicta vestra sicut phœnicium, sicut niuem dealbabo. Quis est iste fullo? nisi qui indu-
menta nostri intellectus abluit, & induens nos indumenta virtutum, ablutis maculis corpora-
libus solet soli offerre Diuino.
Hebraicè sic est.

Quæ lectio Hebræa verti potest du-
pliciter, vel sic: Ad extremum aquæ du-
ctus piscinæ superioris, in via agri ful-
lonis: vel, In extremum ascensus benedictionis superioris, ad viam agri fullonis. Non quòd
aliter sint interpretanda Hebræa verba, quàm interpretetur D. Hieron. & Lxx viri: neque pos-
sint hoc loco aliter reddi: sed quòd Hebrææ voces, significatione ipsa sensum spiritalem præ-
ferant, vbi ager fullonis, iuxta interpretationem Ambros. explanandus est ager ille, cuius me-
minit Matth. cap. 27. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach. i. ager sanguinis, qui ager
quoque erat figuli, emptus pretio sanguinis Christi, quo sanguine mundi abluta sunt peccata.
Quòd D. Hier. vertit piscinam: Lxx viri reddunt, natatoriam, qua de re postea dicendū est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vide vt fileas, noli timere, et cor tuum
ne formidet à duabus caudis titionū
fumigantū istorū, mira furoris Rasim.

Obserua, vt fileas, & ne timeas, nec
anima tua conturbetur à duobus li-
gnis titionum fumigantium isto-
rum: quando enim ira furoris mei
fuerit, iterum sanabo.

Hic locus explanandus erit conuenien-
ter superioribus, Canon enim scriptu-
ræ est, de quo postea dicemus, dictumque supra est abundè, si locus aliquis, aut ab apostolis,
aut à sanctis sit explanatus, antecedentia, & consequentia quæ cohærent, vt eodem referan-
tur. Quando ergo Cyrillus, & Ambrosius, & Basilus, de sacro baptismate, & de Christo, proxi-
ma explanarunt, & eo verba omnia Hebræa spectare ostendimus, age ad illum scopum refera-
mus sequentia: primum iuxta translationem D. Hiero. planus est sensus: Ne timeas à duabus cau-
dis titionum. i. à popule fidelis, ne timeas à populo Iudæorum, & à populo gentium fuman-
tium istorum. i. qui consurgunt in iras aduersum te, in ira furoris Rasim. i. quando Rex gentiū
imperator Populi Romani, & filius Romelię. i. populus Iudæorum consurgant aduersum te
iuxta illud, Quare fremuerunt gentes. &c. Sed prouide vt fileas, Hebraicè est וְיִשְׁקַטְךָ ה' .i.
saluare, & quiesce, quod Hebræi aiunt significare, Caue & quiesce, & sic vertere Lxx viri &
D. Hiero. Tu tamen expende verba Hebræa proprio intellectu post significationem sacri bap-
tismatis, quid aliud significare possunt hæc verba: saluare & quiesce, vel serua te & quiesce,
quam quod Petrus Iudæis ait actorum cap. 3. Poenitemini & conuertimini vt requiem inuenia-
tis animabus vestris, & verbum hoc frequentissimum est in euangelio: Qui crediderit, & bap-
tizatus fuerit, saluus erit: deinde: Noli timere, & cor tuum ne formidet à duobus titionibus. i.
à duobus populis Iudæorum & gentium: an non idem cum illo est: Nolite timere eos qui cor-
pus occidit, timete eū qui cum occiderit potest mittere in gehennam ignis, ira porro furoris
D. Rasim Regis Syrię, & filij Romelię, quid significet, dictum est. Pro hoc tamen Lxx legunt, quā-
do enim ira furoris mei fuerit iterum sanabo: quā interpretationis varietatē vna litera facit, nā
pro רצין .i. pro rasim, Lxx viri legisse videntur רפאים, vel רפים. Sanabo eos, vt sit, In ira, rursus
sanabo eos, quod idem videtur esse cum illo Apocalipseos. 7. Hi sunt qui venerunt de tribula-
tione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, non esurient, neque
sitient amplius, neque cadet super illos sol, nec vllus æstus, quando agnus qui in medio Thro-
ni est, reget illos, & educet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam
ab oculis eorum. Vides quomodo Dominus quando ira furoris sui fuerit, sanat, & quàm benè,
.i. cum permittit sanctos suos pati tribulationes magnas: & ea reddit præmia quæ nec auris au-
diuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendunt, benè ergo sonat. Hæc varietas lectio-
nis Hebrææ quam frequentissima est in codicibus Hebræis vt supra dictum est. Historia à
principio pluribus est explanata, vt non necesse sit eam repetere.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Regis Syria, et filij Romelia, eò quòd
consilium inierit contra te Syria in ma-
lum, et Ephraim filius Romelia.

Et filius Aram, & filius Romelię, qm̄
consuluerunt consiliũ malũ Ephra-
im, & filius Romelię contra te.

Historia huius loci explanata est, & sensus spiritalis iuxta sententiam Ambrosij & Cyril-
li, & Basilij, aliorumque Patrum enucleatus, quanquam enim variè dispunctus hic lo-
cus est, à D. Hiero. & à Lxx viris, tamen eadem sententia est, excepto quod iuxta tralationem
Lxx virorum, historię sensus est, quem diximus, Dominum dicere, singulos Reges illos pro-
fligasse vrbes Iudæę non maxima manu, quod ipse Dominus voluerit castigare eos, ob cri-
men idolatrię: nunc verò cum vterque contraxerit maximas copias, & coniunxerint inter se
exercitus, vt vno consilio, & vno exercitu perdāt omnes vrbes Iudæę, nihil effecturos, quod
ipse Dominus qui percussit vsque adhuc, velit eos sanare, & ita duos hos Reges infecta re,
redituros. Sensus spiritalis superiore commentario est enucleatus. Iuxta interpretationem
Lxx seniorum, alia horum verborum distinctio est, nam initiũ sententię erit, Filius Aram, &
filius Romelię &c. Sed lectio Lxx virorum vitiata est tam in codicibus Græcis, quam in Lati-
nis, & apud CHRYSOS. in Matt. cap. i. homil. i. & apud Cyrillum, & Basilium, sed quando
AVGVVS. de doctrina Christiana. lib. 2. cap. 14. codicibus emendandis ait primum debere
inuigilare, solertiam eorum qui scripturas diuinas nosse desiderant: & paulo ante ex codici-
bus Hebręis Gręcã lectionem censuit castigandã idem Augustinus, sic hic locus castigandus
est ex Hebręa lectione vt non legatur, filius Aram, sed expuncta illa dictione, filius, sic le-
gas: Et Aram, & filius Romelię, quoniam consuluit super te Aram in malum Ephraim, cõ-
siliũ malum & filius Romelię dicentes: hoc sensu, Aram. i. populus gentium, vt dictum est:
& filius Romelię. i. populus Iudęorum, quoniam consuluerunt aduersus te consilium pessi-
mum, iuxta illud: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, aduersum Domi-
num, & aduersum Christum eius? Deindè, Aram in malum Ephraim. i. populus gentium in
malum Iudęorum, quod enim Iudęi non solum fideleis persequebantur, sed legatos mitte-
bant per totum orbem, & docebant genteis blasphemare nomen Domini, delati sunt à Do-
mino. Ergo Aram. i. populus gentium, consuluit malum consilium, in populum fidelem, in
malum Ephraim. i. in perniciem Iudęorũ: Nam diximus Iudęos infideleis, appellari Ephraim
dicendumque postea latius est. Ergo expungenda est vna dicitio ex tralatione Lxx virorum
vbi legitur, filius Aram, legendumque: & Aram. addenda est vna oratio vbi legitur. Quia con-
suluerunt consilium malum, legendumque, Quia consuluerunt consilium malum super te,
Aram in malum Ephraim, & filius Romelię de te dicentes, vt sit sensus: Quoniam consulue-
runt consilium pessimum Aram, & filius Romelię: & postea: Aram scilicet in malũ Ephraim
.i. populus gentium, in perniciem populi Iudęorum, quoniam ea causã fuit vt Iudęorum vr-
bes subuerterentur, quod populus gentium concitabatur à populo Iudęorum aduersus Do-
minum. nec mirandum est tanto annorum interuallo etiam sine fraude Iudęorum intercidif-
se aliquot dictiones ex Gręca lectione, quę ex Hebręa lectione sunt reponendę.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Dicentes, ascendamus ad Iudam, et
suscitemus eum, et auellamus eum ad
nos, et ponamus regem in medio eius fi-
lium Thabal.

Dicentes, ascendamus ad Iudæam,
& colloquētes eis, reducamus illos
ad nos, & regnare eis faciemus fi-
lium Thabal.

Gręca lectio vitiata est mutatione vnus verbi in aliud quam simillimum, vbi enim le-
gitur *καταλήψομαι αὐτοὺς*, legendum *συνελάψομαι αὐτοὺς*. i. captiuantes ipsos, vt appareat facilem
fuisse lapsũ & mutationem facilem in verbum simillimum, & Hebręa lectio sic ostendit
legendum nam, illud, Suscitemus eum quod vertit D. Hier. est idem quod captiuemus eum:
sic ergo tralatio Lxx virorum legenda, Dicentes de te ascendamus ad Iudæam, & captiuantes
ipsos reducamus eos ad nos, & regnare faciamus eis filium Thabal. Nam illud suscitemus eum
quod vertit D. Hiero. est idem quod captiuemus eum, & omnis conatus populi gentium, &
populi

A populi Iudæorum, huic spectabat vt populum fidelem traducerent, ad se, i. ad Iudaismũ, vel
ad Idolatriam, quod significant verba sequentiã; semper enim ante oculos habendus est Ca-
non ille scriptura, cuius sæpè faciendã mentio est, quem præscribit AVGVVS. solere in histo-
ria à Propheta admisceri aliquid, quo animus lectoris abducatur ab histõria, & ad sensum tra-
ducatur spiritalem, & quasi è somno suscitetur. Reges duo potentissimi coniunxerẽ copias
maximas vt expugnent vrbes alicuius regni, & Regem regno amoueant & alium præficient
regno: atqui hoc parum est: nam admiscet alia quę plus vrgeant quã dicemus postea. Ponere
ergo voluit regem in medio Iudæę filium Thabal, Hebraicẽ legitur Thabal: abducere volebãt
hi duo populi populum fidelem à Christo, & à Deo optimo máximo, & traducere ad Thabal
vt Hebraicẽ est. i. bonum nõn, hoc est ad Deum malum, quem Græci appellant Cacodemonẽ
.i. ad Cacodemonum cultum. Nam Tab: Latinẽ sonat bonum: al, non. bonum non, & dicitur
Gręcẽ, & Latinẽ Cacodemon. i. malus Dẽmon.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Hęc dicit dominus Deus: Non sta-
bit, et non erit istud, sed caput Syria
Damascus, et caput Damasci Rasin

Hęc dicit Dominus Sabaoth, Nõ
manebit cõsiliũ hoc, nec erit, sed
caput Aram Damascus, & caput
Damasci Rasin.

Hvc potissimum est adhibendus Canon
scriptura, quẽ dixi superiore comment. hoc si subsistas intra historiam, non cohæret cũ
superioribus. nam dictum est, hos duos reges coniunxisse copias, vt vrbes Iudæę, & Hierusa-
lem expugnant, & regem Achaz regno amouerent, & regno præficerent Thabal filium Ta-
bal: igitur rex Syrię nolebat facere Hierusalem caput regni sui, nolebat ipse regnare in Hieru-
salem, sed volebat vt Thabal regnaret in Hierusalem. Quid igitur sibi vult Dominus, cum ait:
Caput Syrię Damascus? certè si ad historiam spectes, hoc non cohæret, nam rex Syrię non
appetebat sibi regnum Hierosolymitanum, nec volebat facere caput regni sui Hierusalẽ, nec
addere Iudæam regno suo. Quorsum igitur Dominus negat cõsiliũ regis Syrię mansurum?
sed caput Syrię futurum Damascum? Adde his, quòd etiam si finibus sui imperij addere desti-
nasset rex Syrię Iudæam, non tamẽ caput Syrię mutaretur, & caput regni, nec mutaretur rex
ipse, quòd victorię compos esset: quasi verò Rasin rex Syrię id ageret, cum præficere regno
Iuda, Thabal filium Thabal destinaret, vt ipse rex Syrię victorię compos, cum alium fecisset re-
gem Iudæę, ipse desineret rex esse Syrię: ridiculum si quis hæc ita esse putaret, cur ergo Domi-
nus dicit, Non stabit consilium regis Syrię, sed Damascus erit caput regni Syrię, & ipse rex
Syrię Rasin erit rex Syrię, & rex Damasci? an aliud erat consilium regis Syrię, quã vt Syrię
caput esset Damascus, & ipse rex esset Syrię, & Damasci, & dilataret fines imperij? Ergo, Non
stabit consilium, interpretaberis: non expugnabit vrbes Iudæę, nec amouebit regno Achaz,
& sensu spiritali, si congruenter superioribus, explanandum est, cum hi duo populi amouere
regno vellent Achaz. i. fortitudinem, hoc est, Christum, qui est fortitudo Patris: nam Achaz,
Latinẽ sonat idem quod fortitudo, & possessio, & hæreditas: & Christus est fortitudo nostra,
& nostra possessio, & nostra hæreditas. Hunc amouere regno volebant, dicebant enim: Nolu-
mus huic regnare super nos, & volebant præficere regno Thabal. i. cacodemonẽ: dicebãt enim,
D Euellamus eum de terra viuentium, & non memoretur nomen eius vltra: Dixit Dominus, nõ
erit vt putatis, nam aduersus ecclesiam portę inferi non præualebunt. Lxx seniores, qui sen-
tentiam sequuntur, alludunt ad consilia Iudæorum, quæ cœperunt in euangelio, & in actis apo-
stolorum contra Dominum, vbi eadem datur responsio cap. 5. Si ex hominibus cõsiliũ hoc,
aut opus est, dissoluetur: si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne fortè Deo repu-
gnare videamini: hoc igitur est cõsiliũ, & in historia, & in sensu spiritali, quod propheta ait,
non mansurum. Deinde noua sententia caput Syrię Damascus, & caput Damasci Rasin, id nõ
tum erat, atqui dictum est ex Chrysofomo & alijs sanctis Patribus, nihil temere in scriptura
positum. caput ergo Syrię, siue caput Aram, hoc est caput populi gentium, nam dictum est su-
pra qua ratione Aram populum gentium significet: caput ergo populi gentium Damascus, vt
vnum caput gentium futurum significet, id que imperium populi Romani, quod appellat Da-
mascum. i. potorem sanguinis, nam tempore Christi imperium orbis terrarum deuocatum
est totum ad imperatorem Romanum: quemuis ex illis dilige, & vide an numerus possit iniri
myriadum

myriadum hominum quos toto orbe necauit: & sanguinis, quem per omnes regiones oraque terrarum fudit. At qui Damascus Latinè sonat sanguinis effusorem: dam sanguis est, Saca, potare, effundere, irrigare, & caput Damasci Rafin. i. caput imperij Romani quod tantum sanguinis toto orbe profudit. Rafin. i. voluntas, hoc est imperator qui post suas cupiditates ambulabant, vt dictum est. Oblitus sum dicere superiore commetario Pausaniam in fine. 2. lib. sic videri interpretari Tabaal, vt supra fumus interpretati.

D. HIERONYMVS.

Et adhuc sexaginta et quinque anni, et desinet Ephraim esse populus, et caput Ephraim Samaria, et caput Samaria filius Romelia.

De propheta quaprædictū erat, intra 75 annos, delendum esse regnū Israël.

Adhuc sexaginta quinque anni. i. prophetia illa, quæ reddita est fore, vt intra sexaginta quinque annos deleteretur Israël, rata erit, & firma, sed nondum præteriere. Nam si pendas loca quæ citauimus Paralipomenon lib. 2. capitis 28. & Regum. 4. lib. cap. 16. reperimus hanc historiam fuisse prope finem regni Achaz, postquam multa impiè gesserat, postquæ accifus, & confectus à Domino cladibus multis erat, postquam iam calamitatibus edoctus, se imparem esse hostibus despoderat animū, & de regno suo, & salute suorum actum esse credebatur. Anno ergo regni Achaz Osee regnare cœpit in Israël, & anno regni Osee nono, ductus est captiuus Israël, sic post mortem Achaz, septimo anno Israël ductus est captiuus. Hebræi ergo putant hanc prophetiam à tempore Amos esse numerandam, quem credunt prædixisse intra Lxv annos perituum Israël: & nunc credunt Esaiam affirmare, verisimam illam futuram prophetiam de Lxv annis, intra quos erat Israël periturus, quod vt est apud Ezechielem hæc prophetiæ comminationis, quas Theologi nominant, si respicamus, soleant demutari à Domino, sin perstemus in flagitijs, constabiliuntur, quod nunc fieri videtur, quod rex Israël excisionem terræ Iudæ inuehere moliebatur, nec sat habebat tot milia hominum ferro strauisse, tot vrbeis capisse, tanta fratribus importasse mala: quibus rebus Dñs commotus confirmat oraculū de Lxv annis, quos numerant Iudæi ab Amos qui prophettare cœpit decimo septimo anno Ieroboam, qui ab hac prophetia regnauit. xxiiii. annos, quibus si addas. X. Manahé, duos Phaceè, & Osee. IX. efficies. Lxv. præter VII. menses Salum, & Zachariæ: Hæc Vatablus optimè, additq; cum hæc scripsit Esaias superfuisse prophetiæ XII. annos, tres vltimos Phacee, & nouem Osee. Addendum tamen huic sententiæ, quæ petita est ex Iudæorum libris huius prophetiæ mentionem fieri. 4. Regum. cap. 24. nec loquutus est Dominus vt deleteret nomen Israël sub cælo, quasi dicat nondum erat prophetia delendum esse Israël de medio, non liquet tamen cuius illa fuerit prophetia: constat verò vel ex illo capite fuisse prophetiam de delendo Israele. Pagninus. addidit de suo verbum, remanent, quod in Hebræa lectione non est, & oraculum effecit manifesto falsum, non enim remanebant Lxv anni sed XII. ad captiuitatē Israël. Ergo adhuc sexaginta quinque anni sunt adhuc intra sexaginta quinque annos estis, adhuc currut sexaginta quinque anni (vt ita loquar) intra quos prædictū est, delendum esse regnū Israël & desinet Ephraim esse populus. i. delebitur regnū Ephraim hoc est, regnum Israël & desinet Samaria esse caput regni Ephraim regni Israël, & filius Romeliæ desinet esse caput, desinet esse rex Israël, quod factum esse narratur. 4. regum cap. 18. erat autem hic typus sententiæ omnium sanctorum vltimæ vastitatis Iudææ post Christi crucem. Nā vt decem tribus discessere à Iudæa, ita à Iudæa spiritali discessere infideles Iudæi, & vt decem tribus sunt vastatæ, ita infideles Iudæi, & vt decem tribus nūquam sunt reuocatæ ab exilio, nec liberatæ ex illa miseria, nisi qui se contulere ad populum Iudæa, ita infidelibus Iudæis illa spes sola semper fuit si ingrediantur ecclesiam.

D. HIERONYMVS.

Si non credideritis, non permanebitis. Si nō credideritis, non intelligetis.

EVSEB. de demonstratione euangelica lib. 7. cap. 2. hæc verba interpretans, Valde, inquit, necessario propheta virginis partui, & natiuitati Emmanuelis Dei inter homines, hoc prætulit, Nisi credideritis, nō intelligetis, & paulò infrā, Vnde qui sunt ex circumcisione, cum Christum

A Christum non credant, hæc non intelligunt, & cum hæc quotidie legant, non intelligunt, quæ hic propheta vaticinetur, ait enim propheta, Nisi credideritis nō intelligetis. & ibidem nulla alia causa est ignorantie scripturarum, quæ Iudæos implicat, & velaminis quod positum est ante faciem illorum, quæ quod non credunt. & CHRYS. in. 7. cap. Ioannis homelia. 51. eiuudem sententiæ est cum Eusebio, ait enim quod aliud potest esse argumentum quod vos Iudæi legem non cognoscitis quam quod non creditis? Sic Iulianum apostatam refellit CYRIL. in fine lib. 7. subtilis & valde profundus de hoc sermo est, & erratum cogitationibus incomprehensibilis: nam Esaias ait, Nisi credideritis non intelligetis: Denique veteres patres omnes hoc testimonio vehementer premebant Iudæos, sed nunc non id quæro, sed quorum id dixerit propheta, ait EVSEB. dicturus de magno illo mysterio quo verbum patris æternū caro factum est, & de partu virginis, necessario rei tantæ prætulit hoc principiu: quod sanè est optimè dictum: sic enim Mathematicis disciplinis & alijs artibus omnibus sua præscribuntur principia prima, sic ARIST. Hoc quod solum est principium doctrinæ supernaturalis, vt docent omnes veteres patres, transfudit ad humanas disciplinas, dicitur enim in 1. o. oportet discere. i. oportet discere credere: quod quid est aliud quàm, Nisi credideritis non discetis, aut non intelligetis? AVGVST. in cap. 7. Ioannis interpretans verba illa: Sunt quidam in vobis qui non credunt: nō dixit, inquit, sunt quidam in vobis qui non intelligunt: sed causam dixit quare non intelligerent, quod non credunt, & ideo non intelligunt, ait enim propheta, Nisi credideritis &c. Et infra interpretas, cur dixerit Euangelista, Et nos credimus & cognouimus, nō dixit, inquit, cognouimus, & credimus, sed cōtra, Credidimus vt cognosceremus, nam si prius cognoscere velles, deinde credere, neque cognosceres, neque crederes. Et tractat. 29. idem AVGVST. in illa verba. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina vtrum ex Deo sit. i. si quis crediderit intelliget, dat enim hoc consilium, si nō intellexisti, crede. Et de libe. arbitrio cap. 2. interpretans hunc locum ait, ipse quoque Dominus noster dictis ac factis ad credendum hortatus est, quos ad salutem vocauit, sed postea cum de dono loqueretur quod daturus erat creditibus, non ait hæc est vita æterna vt credat, sed vt cognoscant te verum Deum: & Matth. 7. creditibus dicit: Querite & inuenietis, post fidem querimus. Et Faustū Manicheum in fine lib. 4. Augustinus sic premit: Vos ista non intelligitis, quia vt propheta dicit, Nisi credideritis non intelligetis. Et B. PROSP. de vita contemplatiua cap. 19. ex hoc loco Esaia, inquit, datur intelligi quod non fides ex intellectu, sed intellectus ex fide existat. Et CYPRIAN. ad uersus Iudæos lib. 1. probat Iudæos intelligere non posse scripturas nisi crediderint, hoc loco Esaia: similemque esse hunc locum illi euangelij: Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Denique omnes doctores sacri sunt authores principium hoc esse doctrinæ supernaturalis, quod oportet prius credere qui velit intelligere doctrinam supernaturalem, simileque illi esse: Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. & illi Pauli ad Hebræos: Credere oportet accedentem ad Deum, & nos videmus à philosophis tractum hoc principiu esse ad disciplinas, Oportet credere qui discere volet, sed ita puto cum Eusebio præpositum hoc principium doctrinæ supernaturalis natiuitati Emmanuelis, vt subiectū etiā arbitrer historię, quæ typus erat eiusdem Emmanuelis, vt diximus ex Ambrosio, Cyrillo, & Procopio, vt narrata historię lectori velleret aurem propheta, & admoneret sub historię delitescere mysteria, ad quorum intellectum fide esset opus. Sed mirabiliter EVSEB. dicturus propheta, inquit, nostræ fidei fundamentum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium illum magnum Emmanuelē, hoc est, Deum hominem factum, prætulit oraculo tanto illud, quod solū, & primum erat principium doctrinæ supernaturalis, Nisi credideritis. Sed ecce è transfuerso sese ferunt Vatablus & Pagninus, & magno conatu Iudæicas crepant nugas, quasi vero nostri maiores ecclesię catholice columina Iudæicas fabulas nescierint, easque protriuerint pedibus & conculcauerint, referta sunt monumenta veterum patrum refutatione Iudæicarum fabularum, quæ nescio qua mala sorte reuiuiscunt, & sese insinuant per nostrorum manus, Christiano populo. Nam refutati vsque adhuc Iudæi & presbi vaticinijs prophetarum, & redacti in eas angustias à nostris maioribus, vnde se expedire nullo modo possent, comminiscuntur mille fraudes, mille dolos, inuertunt vaticinia prophetarum, omnia turbant, & cum non audiantur iam ipsi, per nostros venenum nobis porrigere conantur. Ecce principium fidei catholice attendant, ideo enim tot citauit veterum patrum testimonia, & nisi vitassem tædium, citaturus eram sacros omnes scriptores, vt ostenderem hoc solum & primum principium doctrinæ supernaturalis.

naturalis esse, hoc nostros maiores, Iudæos & Hæreticos premere solitos, hoc, per nostros, Iudæi post annos mille quingentos nobis manibus extorquere conantur. Sed diximus ex Augustino nihil esse posse iniquius, quàm si quis sacrarum literarum interpretationem ab inimicis Christiani nominis petat, quod nemo tam stultè sapiat, vt explanationem Aristotelis ab aduersarijs petat Aristotelis. Contrà putat IREN. lib. 3. cap. 24. veram interpretationem esse, & omni exceptione maiorem, quam edidit Lxx seniores, quod eius nulla possit esse suspicio, quod multè ante tempora Domini nostri fuit edita, ne fortè morem nobis gessisse videatur Lxx Iudæi illi. Quid potuit nobis contingere maius? cur tantum Dei Opt. Max. beneficium contemnimus? & audimus Iudæos perfidos, & ab illis petimus scripturarum explanationem? cur non intelligimus Iudæos extorquere nobis manibus prophetas omnes, quorum omnia oracula inuertunt? atqui prophetæ sunt fidei nostræ maximum stabilimentum, & fidei catholicæ argumentum insolubile, & sunt redditæ à Lxx viris tam planè, & apertè CCC. annis ante Christi tempora, vt singula nostræ fidei mysteria sic queas confirmare argumento insolubili, vt confirmabant nostri maiores, vt supra dictum est. Audi prædicta, vide completa. At vi de quid dicat AVGVVS. de prophetis ferm. 27. de verbis Petri, Audiuimus vocem delatam de cælo, hic est filius meus dilectus, & habemus certiore propheticum sermonem: querit enim August. cum sonuerit illa vox de cælo cur certior propheticus sermo dicatur. quis enim non miretur delata voce de cælo certiore sermonem propheticum ab apostolo dictum esse? certiore, inquit, dixit, non meliorem, non veriore: tam verus ille sermo de cælo, quam sermo propheticus, tam bonus, tam utilis. Cur ergo certiore dixit? Certè quod eo magis confirmetur auditor. Dicerent enim infideles vocem illam delatam de cælo magicis cantionibus elici potuisse. Sed prophetæ ante Christi carnem fuerunt, hoc non potuit tribui magicis carminibus. Audis ex Augustino quanta sit prophetarum autoritas: quantum sit fidei catholicæ firmamentum? Hæc patiemur inuerti ab Iudæis per manus nostrorum hominum? Patiemur sanctorum patrum triumphantium victoria euangelicæ prædicationis, voces illas reprimere: Audi prædicta, vide completa? Patiemur sanctis patribus obturari ora, & argui mendacij? Ego certè patientissimos nostros, puto, maximè fidere bonæ causæ nostræ, cum hæc contemnedaputent, & huic tanto malo non obuiam eant. Hanc ergo interpretationem probat D. Hieronymus etiam in commentarijs, nam si vertit aliter, id fecit vt ostenderet posse aliter verti, sed non continuo hoc improbat, quod Lxxii Iudæi doctissimi & sanctissimi ea doctrina, quam à Mose, & prophetis vsque per manus acceperant CCC. annis ante crucem Christi erant interpretati, vt apud prudentes viros hoc fixum, & statum esse debeat quod illi nobis tradiderunt: nam IREN. lib. 3. cap. 25. impudentiæ assignat Lxx viris abrogare fidem, & Iudæi sunt impudentiss. & mendacissimi. Sed negant Iudæi verbum, amàn, significasse vnquã intelligere, hoc solo loco potuere nobis Iudæi facillere negocium, cum his verbis Esaiæ vehementer premerentur à nostris maioribus, hanc reperere rimam qua elaberentur, vt negarent, amàn, significasse vnquam id quod Latine dicimus intelligere, Potuere enim inuertere omnia loca scripturæ vbi amàn reperiretur, vt contenderent significare semper credere, aut aliquid simile, negarent significare id quod Latine dicimus intelligere, quod credere, & intelligere sunt vicina, & facile vbi verbum significabat intelligere possunt ipsi se obfirmare, & pertinaciter defendere, non significare intelligere, sed credere. Sed nunquam effugient, nam facilè Iudæorum autoritate possem tueri plurima esse in sacris literis, quæ semel tantum dicta reperiuntur, & quæ in vna significatione semel tantum reperiuntur, vt sæpè hoc libro est adnotandum, & quanquam tam finitima est (vt dixi) significatio hominis fidelis, & prudentis, vt vbi cunque hoc verbum reperiatur in scriptura, vbi posset explanari hoc verbum prudens aut intelligens, credibiliter à Iudæis explanetur fidelis, aut verus, citamus aduersus Iudæos Lxxii Iudæos doctiss. qui sunt authores hoc verbum significare idem, quod intelligere qui doctissimi erant suæ gentis, cum Iudæa literis, & religione florebat, & Lxxii numero vacui omni odio partis vtriusque: Iudæi ardent odio Christiani nominis, sunt impij cerdones, futores, nullo ingenio, nulla literatura, quorum antiquissimi qui scripsere aliquid in literas sacras vix excessere quadringentesimum annum, cum res Iudæorum erant attritæ, accisæ, perditæ: Vtris habendam fidè putes? sed multa sunt prætereà signa, quibus conicias verbum, amàn, sonare Latine idem quod intelligere, quod eius coniugata sunt amen, omen, emet, & similia, quæ significant verè, veritatem, verum, & non solum fidem, aut fidelem. Idque fatentur omnes Iudæi.

Iudæi per nostros •ppugnat.

Prophetie fundamentū nostræ fidei maximum & potentissimum.

Nostrorū hominū patientia in ferendis Iudæis.

nes Iudæi. Quod si hæc cōiugata verū significet, verbū ipsum, significet necesse est, verū intelligere, nā apud Hebræos omnia nomina significant rerū naturas, & habent veras etymologias: & verba, & deriuata atq; cōiugata omnia eadē seruāt significationes, quod cōfessum est inter omnes, quod etiā sic colliges, artifex ab Hebræis dicitur, charàs, & masgèr, à sapientia & intelligentia, vt putat R. Dauid, referete Pagnino in dictione, charàs: atqui charàs, & sagàr, rarissime significat intelligere, aut sapere: & artifex dicitur charàs, & masgèr, concessū omnium, à sapientia & intelligentia: idq; Dñs declarat in Exod. de Beselel, què charàs nominat: & sæpè causam subiicit, q̄ ipsum impleuerit sapientia. Hic quidē artifex dicitur Omàn, & tamè de cōpacto omnes Hebræi, ab amon. i. à multitudine dictū putat, ne largiatur nobis dictū esse ab amàn. i. ab intelligendo, omen, artifex, quasi dicas, intelligens, sapiens. Alienior, o impij Iudæi, ab intelligendo significatio est horū verborū, charàs, & sagàr, q̄ aman, cum alterū claudere significet frequè tiffimè, alterū edificare, silere, arare, & tamen artificè appellatum esse masger, & charàs docet Dñs, quasi dicas sapientem, & intelligentē: & vos ipsi fatemini, cur non omē interpretabimur sapientem & intelligentē? cum cōiugata verbi nō solum fidem & fidelè significant, sed etiam verū & veritatē, quibus cū intellectu quanta sit vicinia quis nō videt? & repugnat ortographia vt omàn. i. artifex, quod scribitur cū n in principio deducatur ab amò, quod scribitur in principio cū n pro multitudine, aut semel aut bis cū n, & cum aman est ei maxima vicinia. i. cū vero, cum veritas sit in intellectu. At si obicias, rabinorū nemo hoc ait, verum est: si rabi Dauid hoc diceret, aut R. Abraham, fat tibi esset: aiunt Lxxii rabbini antiquiss. & doctiss. & erit aliquis cui Christiana veritas tā sit odio, vt non ei sint satis? Quid si largiremur nō potuisse hunc locū reddi aliter, quàm, Nisi credideritis, nō eritis stabiles, cū (authore Arist. et Plat.) stabilitas sciētia sit & intellectus, quod probatur. i. Poster. & i. Metaph. Si Lxx seniores, qui sensus scripturæ eruunt, ita essent interpretati: Si nō credideritis, nō eritis stabiles. i. nō habebitis stabilitatē sciētia & cognitionis, & ideo dixerint: Si nō credideritis, nō intelligetis, quis eos reprehenderit, nisi putas minore fuisse sapientia Lxxii hos seniores, quos Spiritu S. plenos credidit omnis antiquitas, q̄ vel tenues philosophos, nec potuisse dicere, quod dixit Arist. oportet credere eū, qui discere volet? præsertim cum Lxx, soleat facere paraphrasin ex scriptura, & hoc loco potuissent fecisse paraphrasin ex ecclesiaste δὲ πιστοὶ ἐπὶ τὸν συνήθητον τῆς ἀληθείας, quod vertere potes, cōfidentes in Dño, aut credetes in Dño, intelligēt veritatē. At vide, quæso, Iudæorū sententia q̄ sit frigida, si nō creditis, id ideo est, quia non estis stabiles in fide: sic enim interpretari Iudæos, discas ex VATAB. cōmentarijs, pro hoc tā inepto sensu relinquatur Lxx virorū tralatio, & totius ecclesiæ autoritas, & omniū sanctorū patrū consensus? An hoc quicq; indignius dici aut fingi potest? quid em̄ frigidius dici potest, q̄ si dicatur, si nō creditis in Deū, est quā nō creditis in Deū, quid hoc stultius? hoc em̄ significat verba Vatabli, falsum ne tibi videtur? sancti patres crimē Iudæis hoc solēt obijcere? cum dicūt, Iudæos sua falsa interpretatiōe facere, vt prophetiæ aut mēdaces sint, aut ad nihilū recidāt, aut nihil dicant? Aiunt, ἴ, vocolā Hebræā esse causalē coniunctionē, & omnia onomastica Hebræa silent de compacto pro ornamento poni hanc vocē, quod Iudæi totos se in ea cura cōsumunt, vt nobis aduersentur: sed ipsos suo gladio iugulemus: Vatabl. in comment. author est, esse Iudæos qui sic interpretatur, Si nō credideritis fides nō seruabitur vobis. Ecce Iudæi fatentur hac interpretatione ἴ ornamentum esse, & nō causalē coniunctionē: non enim pro illavoce reddūt, quia, aut aliquid aliud, vt planè ostendat esse ornamentū, pro quo ornamento acceperūt D. Hieron. & Lxx viri, sed, fac vertendam esse Hebræam lectionem: Si non credideritis quod non intelligetis, dico esse formam dicendi Hebræā simillimā Hispanis dicendi formis, quibus dicimus (si no crees en Christo, q̄ no entēdereys los libros sagrados) nam illa vox Hebræa, quæ donata Hispanitate apud nos pro ornamento sæpè est (que no teneyz razon) Quantò melius, quod ORIG. inquit, interpretans hunc locū, & TERT. lib. 5. aduersus Marcionē, docet Esaias præcedere fidē i sequi intellectu, cui per fidē præparatur aditus. CLEM. Alex. 2. Strom. lib. à principio de hoc Esaiæ loco multa disputat, vbi acutiùs hæc omnia quæ diximus, disputata reperies, toto penè lib. 2. vbi de fide quoque de qua locus hic Esaiæ est, disserit mirabiliter. Et quando de fide locus hic est, LAVR. Valla receptissimam hanc in ecclesia catholica vocem attentat, & loco suo mouere postulat, qui fidē Christianam, persuasionē Christianā appellare præcipiat, quāq; postea fidē dici posse fateatur: agè, hanc quoq; ré disceptemus, quod video fuisse viros doctiss. quos ne nominè, verècūdia ipsorū facit, qui Laurentij autoritate deducti, cū splendore orationis aurā captarēt popularē, nō fidē Christianam, L sed per-

sed persuasionē Christianā, nostrā fidē nominant, tā facile est nostrorū maiorū autoritatē cō
 temnere, cum vetus illud verbū, nō mouēda ne moueris, in vera religione, vt inquit Plato, si se
 mel de ei⁹ veritate cōstiterit, debuerit valere potissimū: nā cum receptā & statā religionē Deo
 ipso authōre, habeamus qđ optabat Plato, vt aliquādo hominib⁹ cōtingeret, sanxeratq; vir sa
 piētissim⁹, vt capitale esset, cum id cōtigisset, si quis inde vel syllabā demutasset. Cur verba ab
 Spū sancto dictata, audeat quisq; demutare? Fides, aiūt, probationē significat, nec fides nostra
 vtitur p̄batione, sed persuasionē, iā si hęc ratio vera esset, Spirit⁹. S. cōuelleretur autoritas, qui
 per Apost. & Euang. fidē eā appellat, vt Luc. 17. & 18. & Act. 13. fide purificās corda ipforū. &
 Rom. 1. s̄p̄e repetitū est hoc nomē hoc intellectu: lōgū est si persequare singula, nunq̄ em̄ alio
 nomine literis apostolicis & euāgelicis dicitur, sed *πίστις* aiūt, dicitur, quę vox, pp̄ria interpreta
 tione dicitur persuasio, nō fides, & literę apost. & euāgel. Gręcę sunt cōscriptę, quib⁹ fatentur
πίστις appellatā nostrā fidē: sed negāt *πίστις* redditā benē fidē, qđ propria interpretatione pistis La
 tinē dicitur persuasio, qđ falsissimū est. QVINT. em̄ li. 5. cap. de argum. Hęc omnia, inquit, ge
 neraliter pistin appellāt, qđ etiā si pp̄ria interpretatione dicere fidē possumus, apertius tamen
 p̄bationē interpretabimur. Vides quo pacto pistis, authore Quintil. pp̄ria interpretatione fi
 des sit, & p̄bationē significat, vt fides, qđ si hac causa nostra religio fides dicenda nō est, qđ fides
 p̄bationē significat, nec pistis dicēda erit, qđ pistis authore Quintil. pp̄ria appellatio ne fides di
 catur, & p̄bationē quoq; significet, at sic appellatur semper ab Spū. S. conuelleretur igitur autho
 ritas Spūs. S. Vides quō tēderet Laurētij argumētatio? pręterea nullęne vidētur Laurēti, religio
 nis nostrę p̄bationes? quid sibi volūt ergo tot scripturę testimonia? tot prędictiones p̄pheta
 rū? quas nostri maiores euidētissima nomināt argumēta, & insolubilia, cum dicūt, audi prędi
 cta singula fidei nostrę mysteria, vide cōpleta, quid manifestius? quid? Rhetorica ars nō appel
 lat p̄bationis genera, testimonia tabellarū, quęstiones, & tormēta, & testes? quō spectāt ergo
 tot martyrorū milia? apostoli & discipuli Dñi, de quibus quęstiones sunt habitę, & in acerbissi
 mis cruciamētis verissima esse quę de Christo prędicarētur, cōfessi sunt? vox illa patris, cęlo
 delapsa, nō diceretur à rhetoricis diuinū testimoniū? tot miracula quib⁹ cōuersus est orbis, nō
 diuina fuere testimonia? Theologicę literę nō docēt nostrā fidē sufficiētē esse, p̄batā? vt illorū
 verbis vtar: si fides nostra p̄bationē nō recipit, vnde EVS. de mōst. Euang. tot cōscripsit libros? C
 quę maior dici, singiue potest, p̄batio, quę valeat omnib⁹ locis, omnib⁹ tēporib⁹, nec vllō vnq̄
 tēpore vireis possit amittere, qđ si .M. aut DCCC. ante anno, singula ostendātur prędicta, quę
 nūc videam⁹ cōpleta? Neq; quid dē tā minutū, tā tenuē, tā exile in fide nostra sit, qđ nō cęties ore
 p̄phetarū legamus pręnūciatū? Hęc nō p̄batio? nescio an vlla cogitatio in re tali, genus p̄ba
 tionis æquē validū possit cōminisci, & certē nō possēt, qđ æquē valeret omnib⁹ tēporib⁹, om
 nib⁹ locis, apud omncis gētes, vt mittā tot rerū miracula, quę edidit Dñs, quę edidit aposto
 li, quib⁹ cōuersus est orbis. Ergo, siue hoc intellectu, siue alio quouis, *πίστις* quā pp̄ria appellatio
 ne fidē dicimus, vt docet Quintil. loco citato, ab Spū sancto Apost. & Euāgelist. p̄ctorib⁹ est
 delibata, ne quis cōtra audeat hīscere. Sed agē, expendam⁹ an sic veteres fidē appellarint vt nos
 appellamus? & an fides dici possit persuasio, mitto Ciceronis exēpla, quę cuius de media tur
 ba excerpere licebit. Vno ero cōtent⁹ loco Platonis, quo docet, quid sit fides. Habet em̄ mul
 tos intellect⁹ fides, tā apud Gręcōs qđ apud Latinōs, de quib⁹ dixerat PLAT. li. 1. & 5. de Leg. &
 6. de Rep. alijq; locis: li. 10. verò de Rep. ait hoc differre sciētā à fide, qđ sciētā habeat sapiēs,
 qui rē ipsam per causas norit, fidē verò is qui aliquid nouerit doctus à sapiēte. Itaq; tu si quid
 scias, qđ ita te doctor Theolog⁹, cui tu credas, docuerit, fidē habes, sciētā nō habes: doctor il
 le Theologus, qui rē per suas causas nouerit, habet sciētā, non fidē. En Laurēti, Plato definit
 fidē rectē appellari, qđ Christiana Respu. à veritate prima didicerit, & qđ nō sciat per suas cau
 sas, sed didicerit inquā à veritate prima, Platonis exemplū est, eiūsdē instrumēti opifex, rectā
 fidē habeat, quod bonū quod uē malū, qđ ab sciēte didicerit, & qđ cogatur audiri ab sciēte: ar
 chitectus autē qui vtitur illo instrumento, sciētā habet: quod pręscribit quomodo facien
 dum sit instrumentum, & scit quā causa, ergo definita est à Platone pistis siue fides, vt non so
 lum sit persuasio, sed quoties aliquid scias, quod audieris ab sciēte, vt opifex qui instrumen
 tū fabricat ea ratione, quam sapiens pręscribit, fide pręditus est, non sciētia, sapiens verò qui
 rē per suas causas nouit, sciētia est pręditus: igitur Christiana Respu. qđ ab vnigenito Dei filio, &
 ab Spiritu sancto, qui est ecclesię architectus & artifex, didicerit quę nouit, fide prędita esse
 dicenda est. & in Theæteto idē Plato, & si subobscurē *πίστις* & *πίστις* i. rectā persuasionem siue
 fidem

A fidē sic à scientia differre docet, quōd scientia sit cum rerū causas noueris: fides & recta opinio
 cum à sciente aliquid noueris, illic vbi *πίστις* *πίστις* *πίστις* *πίστις* disputat: & in Gorgia sciētā
 à fide sic separat, vt dictū est, sed vt dixi subobscurē: tamen possit videri etiā doctis homini
 bus, his locis Plato docere, fidē rectē appellari persuasionē, quōd et si Gręcus sermo patitur, La
 tina lingua nō patitur: nā locis citatis, Plato duplicē facit persuasionē, alterā stultā & stolidā,
 cū ratione alterā, & rectam: stulta illa persuasio, quę s̄p̄e vulgi inuasit animos, Latinē dicitur
 persuasio: nec ferē reperies persuasionem apud Latinos, nisi pro hac stulta, & stolidā, & teme
 raria, nam recta illa persuasio, & cum ratione, non ferē apud Latinos persuasio dicitur, sed fi
 des: vnde apparet, fidem Christianam, nullo modo dicendam persuasionem, quōd quantum
 ego iudico, blasphemum esset, quōd persuasio ferē pro falsa & temeraria persuasionē Latinē
 accipiat, sed fidem, vt appellata ab euāgelistis & ab Apostolis est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

B Et adiecit Dñs loqui ad Achaz dicens,
 pete tibi signū à dño deo tuo: in profun
 dum inferni, siue in excelsum suprā. Et
 dixit Achaz, non petā, et non tentabo
 dñm, et dixit, audite ergo domus Da
 uid, nunquid parū est vobis molestos es
 se hominib⁹, quia molesti estis deo meo?

Et adiecit Dñs loqui ad Achaz, di
 cēs: pete tibi signum à dño Deo tuo
 in profundū, aut in excelsum: & di
 xit Achaz, nō petā, neque tentabo
 Dñm: & dixit, audite iā domus Iu
 da, nunquid parū vobis agonem ex
 hibere hominib⁹, & quomodo Do
 mino exhibetis agonem?

D E singulis, cum Iudæis magna nobis cō
 tentio est, & tamen sunt qui explanationē scripturę petant à Iudæis, & qui sensum lite
 ralem esse dicāt: sensum Iudęorū, & hoc viris doctissimis, Theologicę scientissimis persuadēt,
 quōd qđ piē possit dici, aliorū esto iudiciū: aiunt ergo Iudæi, quomodo propheta iubet regem
 Achaz petere signū à Deo, quo intelligat se liberandū malo illo impendente: & cum ipse non
 C petat signū, datur ei signū tanto post tēpore futurū? quasi verò, inquit, rei quę cras aut peren
 die sit futura, signū esse possit res quę futura est millesimo post anno, sed huic dubitationi in
 principio huius cap. cum interpretabamur historiā puto me fecisse satis: nō enim iubetur pe
 tere signū liberationis, sed cum putaret Achaz adesse tēpus illud vastitatis supręmę, quā prę
 dixere Moses & Iosue, vt dixi, & negasset Dñs, adesse illud tēpus, iubet Dñs illius vastitatis su
 pręmę tēpus petere, quod ex ipsa ferie apparet. Est enim scripturę Canō, vt quęstionē interpre
 temur ex ipsa respōsione: vide quid respōdeat Dñs, & intelliges quid iusserit quærī, vide quę
 signa dederit, & intelliges quę signa peti à se postularit. Petere igitur iubetur rex Achaz signū,
 siue à cęlo, siue ab inferis, vt verit D. Hier. siue è profundo, vt reddidere Lxx viri: nō est tamē,
 quōd quisquā reprehendat Lxx viros, siquid è profundū, inferos significat, & sepulchrum, &
 quicquid est profundū: hoc signum quod petere iubetur rex Achaz, siue è cęlo, siue è profun
 do, datū est etiā non petenti. Datus est, inquit THEOD. è cęlo descendens Dñs, & inferos pe
 tens resurgēs è sepulchro: cum ergo signū quod hic petitur datū sit, nō malè congruit tralatio
 Lxx, quę petere iubetur signū, siue è cęlo, siue è profundo, cum vox Hebręa non reclamet, &
 D Christus è cęlo descēderit, inferos petierit, è sepulchro resurrexerit, è monimētis excitarit san
 ctōrū corpora, quę omnia vox illa significat. IREN. quoq; li. 3. ca. 27. & li. 4. ca. 40. huc videtur
 spectare, dū hunc interpretatur locū. Et EVSEB. de euang. demonst. li. 7. cap. 2. ORIG. homil. 2.
 in Esaia, multa in hęc verba & sequentia dicit, quę quia sunt lōgiora, illinc erūt petēda. Legen
 dus quoq; AMBR. in Psal. 118. serm. 8. in illa verba: Paratus sum, & nō sum turbatus, vbi in pro
 fundum dici putat, propter verbi incarnationem, propter descensum ad mortem, & vsque ad
 inferos. Non petā, & non tentabo Dñm: EPIPH. in Ancyroto, Quōd Achaz, inquit, per humi
 litatem respondit, non petam: hanc regis humilitatē duobus signis remunerat Dominus, qui
 prius vnū tantum erat pollicitus: largitur enim Dñs duo ab excelso, verbum suum quod mi
 sit à profundo, carnem quam propria voluntate verbum assumpsit. AVGVST. lib. 1. quęstio
 num super Genesim, timore & reuerentia putat etiam regem Achaz non petiisse signum.
 Ait enim capite. 63. vnde Achaz apud Esaia timet signum petere, ne Deum tentare videatur,
 cum hoc enim Dominus admoneat per Prophetam, credo existimans, quod ab ipso prophē
 ta ex

Questio
 Iudæorū,
 et ad eā
 respōsio.

Canon.

ta exploraretur, vtrū præcepti mem̄or esset, quo tentare Deum prohibentur. AMBR. in psal. A 118. ferm. 8. in illa verba, Paratus sum, & non sum turbatus, in eadem sententia est: contra verò D. Hieronym. & Cyrillus, & Theodor. Non inquit, ait, non petam, tanquam sine signo credens, sed contradicens, vnde postea propheta non ad ipsum verba facit, sed ad domum Iudæ. BASIL. huius quoq; sententię esse videtur, quanq̄ à principio nō magnopere vituperat sententiam priorem. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus? Hic locus explanatur ab ORIG. plurimis verbis in Esaiā homil. 2. Mihi magis placet Eusebij sententia loco citato, lib. 7. cap. 2. qui hoc videtur interpretari de Iudæis persequentibus Christum: nam prædicturus propheta Christi incarnationem, prospexit animo rabiem Iudæorum in Christum, & erupit in hæc verba: non satis vobis est, o Iudæi, scivisse in prophetas, quem enim prophetarum non occiditis? (sciebat enim Esaias, se etiam, & alios occidendos à Iudæis) etiam, inquit, in dominū Deum meum scivietis, & regem glorię afficietis cruce? Quodd magis præfert lectio Hebræa, vertere enim illam sic posses, Quia laborare facietis Deum meum: & Lxx viriad verba euangelica alluisse videntur, cum enim dixere, Quomodo Dominō exhibetis agonem? videntur re- præsentasse illa verba Luca de Dño, Et factus in agonia, prolixius orabat: quæ verba, sententia Eusebij, prospexisse animo propheta videtur, nec potuisse sibi temperare, quominus prospiciens Dñm in agonia, guttas sanguinis exsudantem illum, cuius in conspectu trepidasse vide- rat Seraphinos, qui primi inter omnes angelos sunt, in hæc verba erumperet, nō sat vobis erat missos ad vos prophetas, occidisse, flagellasse, nisi dñm Deū meum feceritis in agonia exuda- re sanguinis guttas? & declarat verbis sequentibus vastitatis illius ultimæ, quā prædixit Moses hanc esse causam: ait enim, propter hoc, quia Christū sudare in agonia guttas sanguinis facietis, & illū cruci afficietis, dabit vobis signū vastitatis ultimæ, prædictę à Mose, virginis partū.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce virgo concipiet, et pariet filium.

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium.

Magna hic cum Iudæis contentio disceptata à D. Hieron. & sacris doctoribus, neq; sin- gula persequi necesse est, præsertim ea quæ sunt omnibus ad manum, quæ prudens & sciens missa facio. Dixi IREN. lib. 3. cap. 17. & lib. 4. ca. 40. & alijs locis multas resellere Iudæos in huius loci interpretatione. Idem facit EVSEB. lib. 7. de demonstrat. euangel. cap. 2. Et ORIG. in Esaiam homil. 2. & lib. 1. contra Celsum, multa eleganter disputat in hunc locum aduersum Iudæos. Et IVST. in dialogo aduersus Tryphonē Iudæum. Sed quoniam Iudæi omnia turbāt, vt sunt impudentissimi, & mendacissimi, agē, nos quoq; hanc quæstionē disceptemus, quanq̄ hic locus satis planus est, non solum inter Christianos, sed etiā aduersus Iudæos, Lxxii Iudæo- rum testimonio, qui tot seculis ante crucē Christi reddidere: Ecce virgo concipiet, quibus Iudæi quid opponerent nō haberent, nisi mortalium omnium essent impudentissimi: cui enim Lxxii testes non sint satis? qui tot annis ante rem gestā, vacui odio omni, sic vertunt. Iudæi ta- men contra nituntur: frons enim ærea illis est, ait Dñs: negant lectionem Hebræam præferre virginem, sed adolescentulam: vertendumque fuisse, Ecce adolescentula concipiet, & pariet: nam si de virgine sermo esset, inquit, vetula diceret propheta, quodd Hebraicē, vetula, virgo fit, non alma, quę vox hoc loco est, quę nō virginem significat, sed adolescentulam. Falsum est hoc, commentitium est, mentiuntur mendacissimi Iudæi: nam Vetula, adolescens mulier est, quantis sit corrupta aliquando, neq; infior, vetula, significare virginē, sed aio significare etiā foeminam adolescentulam iā corruptam: & affirmo, alma, semper significare virginem, nun- quam significare adolescentulam corruptam, quod liquet ex cap. 24. Genes. vbi legitur: Vir- go quæ egredietur ad hauriendum aquam, vbi pro virgine legitur alma, vt hoc loco: & ean- dem suprā appellauerat vetula: sed non fuit contentus propheta dixisse vetula, quodd hæc vox quantis virginem significet, significet etiam adolescentulam corruptam, ideoque ad- didit Moses: Vir non cognouerat eam, vt vno eodemque loco Moses, alma pro virgine po- fuerit, quæ vox est in hoc loco Esaię, nihilque addiderit, quod alma virginem significet, & nunquam adolescentulam corruptam, & significarit vetula, pro adolescentula corru- pta accipi, cum non contentus sit vocasse vetula, vt significaret virginem incorruptam fuisse,

Questio.

Disputatio contra Iudæos.

A fuisse, sed addiderit: Vir non cognouerat eam: & postea cum appellarit alma, nihil addi- derit, quod certa res sit semper alma significare virginem, & Ezechielis capite 23. vbi legi- tur ibi fracta sunt vbera, & subactæ mammæ pubertatis earum, pro pubertatis earum Hebrai- cè est vetula: vbi vetula, cum de meretricibus dicatur, (agit enim ibi Ezechiel de meretrici- bus duabus) adolescentulam corruptam significat, neque adolescentulam modò corruptā, sed adolescentulam meretricem, quæ in prostibulo prostat omnibus: & Ioelis. cap. 1. plange si- cut virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ: vbi virgo quæ luget maritum cui nupse- rat puella, adolescentula, inquam, iam viro iuncta, quæ maritum luget, lugubri veste amicta, dicitur à Ioele vetula. Hui si tale aliquod exemplum de alma Hebræa voce hoc loco est repe- risset Iudæorum natio, quam insultaret nobis, quas excitaret tragædias, sed vt EPIPH. in- quit lib. 2. contra hæreses, cum disputat contra Theodocianos, Circumspectissimus est spiri- tus sanctus, cauet omnia, prospicit omnia: præcius ergo insidiarum quas Iudæi nobis erant fa- cturi: non posuit hoc loco vetula, quodd crebrò in scripturis pro adolescentula corrupta acci- pitur. sed alma, quodd nusquam reperies nisi pro virgine, auro contra vnum locum emerit im- pia Iudæorum factio, vt nobis negotium facefferet, sed quoquo te vertas, res nostra tutissima est. Lxx doctissimi Iudæi à nobis faciunt, & significatio vocum Hebræarum, & sententia pro- phetæ, quæ aliter nō cohæret. Quodd enim tandē signū esset, si puella cum viro suo concubens filiū pareret? euoluant scripturas Iudæi, & cum frequentissimè in sacris literis Deus dederit si- gna, ostendat aliquando, vel semel, datū signū esse quod sit naturale, aut quod vulgò fieri so- leat, vt partus foeminæ, profectò nunq̄ factum reperient, nā signa quæ à Deo dantur, talia sunt, qualia data sunt Moysi, aut Helij contra prophetas Baal, aut Gedeoni, aut patribus antiquis. Sic CHRYS. in cap. Genes. 39. de Phares, & Zaram, in illa verba: Hic egredietur prior, signum ar- guit fuisse, vbi diuina quædam virtus ostenditur, vbi illud quod narrat historia, iuxta ordinē naturæ factū nullo modo sit. Vertant se in omnes facies Iudæi impij, omnibus modis irriteri- tenentur. Nā quodd obijciunt Iudæi apud HVGON. de sancto Victore, quomodo impio regi pro responso impio tā lætus datur nuncius, Christi natalitius dies? facilis est responso: vel il- la THEODOR. auertisse se prophetā à rege impio, propter impiū responsum: & ad domum DAVID verba fieri, non ad regē Achaz, vel Christū malis, & impijs petrā scandali fuisse, bonis lætissimū nunciū: nam, malos malè perdet, & vineā suam locabit alijs agricolis, quod factum est, lætissime impijs hic erit nuncius? vel ipsos roga qui responderunt, absit.

E R A S M. in annotationibus negat, quantumuis constet Almā, vocem Hebræā, virginem significare, si contentiose nobiscū ageretur, ex hoc loco Esaię, nos esse eucturos, virginem esse quæ conceperit, quod de infantula loqui liceret, hæc pariet liberos: at non protinus pariet in- fantula. Quāquam subiungit Erasimus, satis colligi ex superioribus, cum nouum signū promit- tat Deus, & nullū signū fuisset futurū, si quę prius virgo fuerat, congressa viro, cōciperet ac pa- reret. Primum omnium in Hebræo sermone nulla controuersia est, vbi sacrata hæc virgo descri- bitur virgo ante partū, & in ipso partu, & post partum, nam lectionē Hebræā sic ad verbū red- des, Ecce virgo prægnans & pariens filiū, vbi prægnantē & parientē filium, virginem appellat, nam ostendimus עַלְמָה semper significare virginem, & nunq̄ adolescentulā corruptā: hanc igitur Alma. i. virginē הַיָּהוּדִי .i. prægnantem, vbi virginem prægnantē nominat, vel foetam. Nec est quod subaudias, vt Vatablus, erit, Hebræa lectio nihil tale agnoscit, præsens tempus præfert, ut Erasim.

D Ecce virgo prægnans, vel, ecce virgo foeta, tempore præsentis, nec potest esse præteritū, deberet enim legi in foeminina terminatione הַיָּהוּדִי vt Genes. cap. 16. vel, Hartha, vt galtha, in foemini- na terminatione, vt nullo modo possit esse aliud quàm præsens, quando si præteriti tēporis es- set aut futuri, in foeminina terminatione esse oporteret, & hæc non est foeminina terminatio præteriti aut futuri, sed præsentis: Ecce virgo prægnans & foeta, quæ hinc cauillex esset possunt? & ita vertit Vatab. & Pagnin. Deinde, Pariet filiū. Hebraicè legitur הַיָּהוּדִי .i. pariens, etiam tēpore præsentis, vbi nō licet subaudire tēpus futuri, vt subaudit Vatabl. est enim præsens Hebręū, quodd valet pro hoc circūloquio, Ecce virgo pariens ens, vbi apertè dicitur virgo prægnans & pariens, ec- ce virgo prægnans, & virgo pariens filiū, vt virgo describatur ante partū, in partu, post partū, quodd signū est, & ostentū maximū, & sic sacrata hæc virgo, hoc loco, virgo ante partū, in partu, post partū describitur, vt ab Ezech. quod docet AVG. in opere serm. de tēpore secundū Dñicos, a- liosq; dies Aduetus, de natiuitate Dñi ferm. 2. vbi hoc idē esse ait, quod apud Ioannē, Verbū ca- ro factum est, & habitauit in nobis: & quod porta clausa apud Ezechielem, quæ nunq̄ est aper-

Vetula, p. virginem corruptam.

Alma, semper pro virgine intacta.

Signum, in sacris literis, semper res aliqua supra natam. Describitur sententia ecclesie contra cauillex, quas fieri potuisse pu- tat Erasim.

ta: tanquā enim interrogaretur Ezechiel, cur aperta porta non esset, adiecit: Quia Dñs transiit per eā. Et CYPRIAN. in symbolū Apost. quo opere, nescio an quiddā excellentiūs cōposuerit Cyprianus, neq; scio sanē quōd spectabat, qui de authore illius operis dubitat: is, inquā, Cypri. ait, Nota, sunt, inquit, oracula, quae dicūt quōd virgo concipiet, & pariet: & cum hoc citasset, subiecit: Et Ezechiel figuraliter Mariā portā Dñi nominat, per quā scilicet Dñs ingressus in mūdum est, & cetera quae adiecit diuinitūs in hanc sententiā, & sic quoq; Ambros. & alij hęc loca explanant. Quia tamē D. Hieron. probat hęc, si modō cum verbis Ezechielis possunt cohærere, obiter verba Ezechielis perstringamus, vt appareat virgo hęc sacrata, prophetici oraculis, virgo ante partum, in partu, & post partum esse nominata.

Locus Ezechielis in signis emulcatur.

Ait enim Ezechiel cap. 44. Et conuertit me ad viā portae sanctuarij exterioris, quae respiciebat ad orientē. Quae est hęc porta? inquit AMBR. de institut. virg. cap. 7. nisi Maria, quae clausa erat, & nō aperiēbatur: & ideo clausa, quia virgo. & cap. 8. aspiciēbat ad orientē, qm̄ verum lumen effudit, quae generauit orientē lucis aeternae, peperitq; solem iustitiae: ergo sacratissima virgo porta clausa, & Dei sanctuariū dicitur, sacratissimū Dei templū glorię Dei plenū: Pro, sanctuario Dei, Lxx dixere, sanctorū viā, quod per hanc virginem sanctitas ingressa orbē terrarū est, & sanctus sanctorū, & sanctus qui omnes sanctos sanctificauit: sic Ambros. hunc locū explanat loco citato. & epistolarū lib. 10. epist. 81. & si expendas Græca & Hebraea verba, de nullo alio queas interpretari, nā quomodo aliter intelligas viā omnib⁹ inaccessam & imperuiā, & clausam sanctorū esse viam? Nisi ita dicatur, Via sanctorū sacra hęc virgo, quomodo dicitur Eua, vt ait AVG. Vera enim Eua, sacra hęc virgo est, nā Eua Hebraea vox, sonat Latine idē quod mater viuentiū, & verē Maria mater viuentiū est. i. sanctorū, quod ait Ezechiel, nam prima femina hoc nomine nūcupata est, quia typū gerebat ecclesie, & virginis huius sacre: & quia vitae animalis principiu erat, & quia prius est quod est animale, hęc spiritalis vitae mater est, & ideo sanctorū porta est appellata, sequitur deinde: Hęc erat clausa, AVGV. loco citato, quia signaculum erat pudoris, & immaculatę carnis integritas erat: breuius Ambros. porta clausa, quia virgo: porta vero, inquit, AMBR. & CYPR. per quam Christus intrauit in hunc mūdū, quando virginali fusus est partu, virginis clausura nō soluit: sequitur, Dixit Dñs ad me porta hęc clausa erit, & nō aperiētur, & vir non transibit per eam, qm̄ dñs Deus Israel ingressus est per eam. CYPR. Quid tā euidens dici potest de consecratione virginis, clausa in ipsa fuit virginis porta, per ipsam introiuit dñs Deus Israel, per ipsam processit, & in aeternū porta virginis clausa seruata virginitate permansit, Nā hoc postremū quod ait Cyprian. significat verba sequentia, Eritq; clausa, illic enim iuxta translationē Lxx, apposita distinctio est: ita August. Ambros. toto cap. 8. hunc locū explanat. Deinde nouo initio, Quia dux iste, siue princeps iste sedebit in ea, vt comedat panē coram Dño: sic enim Græci & Hebraei codices sunt dispuncti oēs, & sic legit Ambr. & Cypr. & aperte incarnationē hęc verba proclamāt: Ait enim AMBR. cap. 12. de institut. virg. Ipse dux sedit in ea, quando verbū caro factū est, & habitauit in nobis: quasi rex sedens in aula regali vteri virginalis, vel in olla feruenti, sicut scriptū est: Moab olla spei mee. Aula ergo regalis est virgo, quae nō viro subdita, sed Deo soli: est & olla, vterus Marię, quae spiritu feruenti, qui superuenit in eā, repleuit orbē terrarum cum peperit saluatorem. Quod autem ait, Ad comedendū panē, significare arbitror idem, quod, factus homo: siquidē verbū Deus, in vtero virginis alebatur pane quo vescebatur sacra virgo, vt alij infantes in matris vteris, vbi Christus, Deus, & homo aperte describitur: dixerat enim solū Deū Israel transiisse per illā portā, nulliq; viro peruiā futurā portā illā, futuramq; clausam: deinde in Hebraea lectione est, si ad verbū vertere velles, & princeps, princeps ipse sedebit in ea, cum enim dixisset princeps, videbatur repugnare superioribus, quibus dixerat, Vir nō transibit per eā, eritq; clausa, quia Deus transisset per eā: videbatur igitur tantae clausurorū repetitioni, quae emphaticos dicta esse videbatur repugnare quod sequebatur, cum diceret, principē sessurū in medio eius: videbatur alicui viro referari aditus ad hanc tā obseratā portā, qua Deus Israel transisset: & ideo Hebraicē subiūxit per parēthesim, qui sit hic princeps: Sic enim legitur, Princeps, princeps ipse, vt illa duo verba, princeps ipse, parēthesi inclusa, significēt, ipse dñs Deus Israel est princeps hic, quem sessurum dico in medio eius. Hebraea ergo lectio est: Et princeps, princeps ipse sedebit in ea, vt sit sensus: princeps sedebit in ea: princeps autē est ipse, subaudi Deus Israel, de quo sermo erat, praecipue cum dicitur Hebraicē וְיֵשׁוּעַ בְּיָמָיו, & וְיֵשׁוּעַ, id est, ipse diffusolūtē positum, etiam si non praecessisset Deus Israel, ad quod relatiuum nomen referri necesse est, con-

A est, cōcessu omniū Iudaeorū, Deū significat: semper enim cum ipse ab solūtē positus in scripturis dicitur, intelligitur Deus, vnde discipulos Pythagorę mutuos puto illud de suo pcepto re, ipse dixit, quōd cum dicebant, pceptorē, Pythagorā significabant: tanta erat hominis arrogancia, vt se honore Dei affici vellet: trahebat enim originē à Iudæis, & ideo ex libris sacris multa est mutuos. Tralatio D. Hieron. aliquā dat tergiuersationē Iudæis, tam en idē potest significare: ait enim futurā clausam principi, quod interpretabere ex Hebraea & Græca lectione. i. vt solus princeps ibi habitet. Deinde, princeps hic, scilicet, Deus Israel, sed Hebraea & Græca lectione, planissimē incarnationē verbi Dei, vt dictū est, praferunt, quō spectant etiam verba sequentia: Per viam Helā portā ingreditur. i. via arcana, & mirabili, nascēs de vtero virginis, integra virginitate, vt ad discipulos clausis, & illas foribus est ingressus, nam וְיֵשׁוּעַ, significat vestibulum, vt vult D. Hier. & fideliter vertit: Lxx verō integrā hanc dictionem translulere ad nos, vt significarent, opinor, nobis dictionē hanc mysteriorū grauidā esse: nam וְיֵשׁוּעַ, Latine sonat idē quod mutus: & verbum וְיֵשׁוּעַ, vnde hoc nomen des lectione obmutescere est. Ingressus est ergo Dñs per viam, & per generationem, ad quē omnis lingua obmutescet inenarrabili modo, generationē enim eius quis enarrabit? Vt enim EVTYCHIANVS papa scripsit decretal. epist. 1. inenarrabili origine, vnus vnigenitus Deus in corporis humani formā sanctę virginis vtero infertus accrescit, qui omnia continet, intra quē & per quem omnia sunt, humani partus lege profertur, & vagitus eius infantie auditur, ad cuius vocē angeli & archangeli tremunt. Tralatio nē D. Hieron. sic interpretabere, vt ingressum Dñm dicat per vestibulū. i. natū ea via qua ceteri homines. Itaq; si Hebraea & Græca verba conferas inter se, & cum Latinis translationibus, & eo sensu interpretari velis, qui omnibus editionibus sit consentaneus, vt iubet August. ne Iudæus quidem tibi ostendet alium sensum credibiliter ex hoc loco, aut aliquo modo verosimiliter elici posse quā hunc quem diximus.

Ergo vtroq; loco, & Esaia, & Ezechielis, virgo describitur in partu, ante partum, & post partum hęc sacra virgo, & eius admirabilis sanctitas, & supra quā verbis possit explicari, depingitur ab Ezechiele, templū dicitur, & sanctuariū Dei, clausa semper, quia Deus Israel transiit per eam, quod de dæmone etiā intelligas, necesse est, intacta, & inaccessa, non solū corpore, sed multō magis animo sacratissima virgo, quia Deus Israel transiit per eā, sacrariū Spiritus sancti, sanctorū via, & mater: quōd ed dico, vt eos refellas, qui cōpilant, si qua parū caute à sanctorū patribus de sacra hac virgine dicta sunt, vt nos à tanta huius sacre virginis auertant veneratione, quōd negent tantos honores à sanctis patribus huic sacre virgini esse habitos, quantos ei nos deferimus, quando veteres patres peccasse venialiter eam aiebant: ego si quid huiusmodi in sanctis patrib⁹, vel in illorū aliquo reperiat, aut hæreticos puto hęc illorū libris interspersisse, aut interpretū esse culpam, quemadmodū si libros Origenis cū exemplaribus Græcis cōferas, multas deprehendes hēreses interspersas ab interprete, quisquis ille fuit: nec enim catholicus aliquis illū Latine vertit, tantum abest, vt illū verterit Rufinus, aut illo infinitis partibus maior D. Hier. Itaq; quae citat Erasmus ex Chrystost. & alijs quae non tantū deferunt honore sacre virgini, quantum nos: quid scit Erasmus an ea interpretes Latini addiderit de suo? quod fecisse multos tralatores deprehenderit homo doctiss. & in lectione sanctorū versatiss. Decerpas tu ex sanctorū libris, si qua dicta sunt negligēter, si quid alicui exciderit? relinquo alia dicta mirabiliter? BEATVS Rhenanus in argumento libri Tertull. de carne Christi, placitis recentiorū theologorum, vt ipse ait, obstreperit, & re ipsa consensui sacrosanctę ecclesie catholice, & vtitur testimonio TERTULL. lib. de carne Christi, cap. 6. vbi Tertull. sanctam virginem, matrem Dñi aliquo veniali peccato, aliquādo se implicuisse significat, quod nō æquē appareat adhēsisse Christo, atq; Martha, & Maria: quo testimonio, quōd Tertull. proximus fuerit temporibus Christi, Beatus Rhenan. reuincere conatur scholasticos theologos, qui sentiūt illā nunquam peccasse venialiter: & huius sententię esse ait Origenē, mendacio non ferendo: semper enim Orig. sacratā virginē immaculatā vocat, & iubet nos respōdere hēreticis, si quid obiecerint: certē Spiritu. S. p. ena Elisabeth ait, Benedicta tu inter mulieres, & plena Spiritu sancto ait, Vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad me? Et D. Mariā prophetidē vocat, & immaculatā nominat, nec aliter vnq; eā appellat, quoties illius meminit. Aurel. quoq; Augustinū suę sententię fautorē appellat Beatus Rhenan. neq; est solus in hac sententia Rhenanus, nam quoties D. August. in suis libris repetit illud, Neminem, absque vno Christo, natum sine peccato, & neminem, absque vno Christo, esse sine peccato: adscribit, nescio quis, margini, vculas im-

Deipare virginis laus.

Contra peccatam quorundā, in sacratā virginem.

pueritiam plenas, quid de beata virgine? aut aliquid impudentius, cum AVGVS. contra Pelagianos de natura & gratia lib. vno, cap. 36. postquam dixisset, nullum sanctorum esse absque peccato: subiicit, excepta sancta virgine MARIAM, de qua, propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quaestionem: unde enim scimus, quid ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo virgine, excepta si omnibus sanctos & sanctas congregare possemus, & interrogare, vtrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus, vtrum hoc quod iste dicit, an quod Ioannes apostolus, si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. Quibus verbis D. August. privilegium sacrae virginis agnoscit, quod immunitis fuerit peccati, & profiteretur quoties de peccato agit, se non intelligi velle de sacra virgine. Adhibent huius rei testem D. Chrysostr. & Theophyl. fuere fateor, in magnis & sanctis viris lapsus aliqui, errare aliquando, an vir literatus id ager vt si qui errores magnis viris excidere aliquando, illos excerpit, populo proponat, legat ipse, relinquat rosas, fingat quod nusquam est? Sunt enim quidam, qui, nescio qua mente & animo, impie quaedam intelligere gaudent, similes quibusdam hominibus libidinosis & Veneris, qui quaedam obscenè intelligere, vt ait Quintil. nisi caueris, cupiunt: Alij in Tertull. quae monstra fingunt, Deum immortalem: aiunt Tertullianum loco citato dixisse, sacratam virginem non credidisse, quod dicat Tertull. hoc loco, apparet incredulitas eorum, cum incredulitas illa ad fratres Dni referatur, quos paulò supra dixerat Tertullianus non credidisse, sicut in euangelio continetur, nam euangelicis literis testatum est, fratres Dni à primo non credidisse in eum. i. eos qui dicebantur fratres Dni, nati videlicet ex Ioseph, antequam Mariam sacratam virginem coniugem acciperet: & habendum erat illud rationis Tertull. eo loco refellere haereticos, qui negabant sacratam virginem matrem esse Dni, idq; testimonio Dni confirmabant, qui Matth. cap. 12. nuntiatis matrem, & fratres foris ad stare responderit, quae mihi mater, aut qui fratres? & causam reddidit cur hoc Dns respondit, aitq; multas potuisse esse causas: vel quòd fratres à primo non credebant quod euangelicè testantur literè, & mater tepida fuerit aliquando, quod falsissimum est: tamen quosdam hac in re lapsos scimus, vt Chryl. Theoph. & illum, quisquis est, qui scripsit quaestiones ex nouo testamento, quae Augustino inscribuntur falso, quae st. 73. qui dubitasse sacratam virginem scribit in passione Dni: Neq; enim semper feriet, quodcunque minabitur arcus, praesertim in initijs nascentis ecclesiae, rebus non ita patefactis. Et alia causam subiungit Tertull. fuisse, cur illud dixerit Dns, vt ostenderet potiores esse eos qui crediderint, quam eos qui sanguine aut cognatione attingerent Dnm, quod idem ait AVGV. de sancta virginit. lib. vno cap. 3. in quibus, respondens Dns, Quae est mater mea? aut qui sunt fratres mei? carnali cognationi genus nostrum spiritale proponit, vt Maria beatorum fuerit percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi, nam & dicenti cuidam, Beatus venter qui te portauit, ipse respondit, Imò qui audiunt verbum Dei. Sic, & materna propinquitas, nihil Mariae profuisset, nisi foelicus Christum corde quam carne gestasset. Additq; TERTVL. matrem & fratres, qui foris adstiterunt, alijs audientibus verbum Dei, illo facto figuram fuisse, matrem, synagogam exclusam: fratres, populi Iudaici repulsi. Quae omnia pluribus verbis exequi volui, quod lingua mihi nulla est, qua audeam dicere, quae quidem ex his verbis comminiscuntur. Vt appareat autem pientissimè hoc dictum à Tertull. & tantum significatam esse facto illo, quod mater foris adstiterit exclusionem synagogae, & quòd fratres foris adstiterunt, populi Iudaici exclusionem, audi HILAR. quo nemo de sacra virgine scripsit sanctius, idem dicentem in commentat. in Matth. canone. 12. in fine. Est autem in ea typica ratio seruata, vt mater eius & fratres, foris adstiterunt, cum vtiq; ingrediendi ad eum haberent, vt caeteri, potestatem: sed quia in sua venit, & sui eum non receperunt, in matrem eius ac fratribus, synagoga & Israëlites praefiguratur, ingressu eius atq; aditu abstinentes: & sic interpretatus superiora fuerat vt Aug. & de sacra virgine dixerat, non fastidiose sensisse Dnm, cum illa dixit, quado in passione positus maximè sollicitudinis illi tribuerit affectum, sed verbis illis formans seipsum exemplum vniuersis agendi, sentienti q; constituisse propinquitatum omnium ius atq; nomen, iam non de conditione nascendi, sed de ecclesiae communionem retinendum. Hec aduersum eos, qui lapsus patrum colligunt studiose, & quaedam prauè interpretantur, multò commodius facturi, si signarent loca suspecta, vt ea vitarent, qui sacros adirent libros, vt sine casu aut prolapsione versarentur in libris sacris, & si rosas decerperent, & in fasciculum colligerent, & populo proponerent, & non prauè

Deficitur
sacra vir
go à quoru
da petulan
tia, qui la
psus patrum
contra eam
colligunt,
spinas vnde
licet, et ro
sas relin
quunt.

A prauè interpretarentur, quae rectè dicta sunt. De sacra virgine tot vaticinia sunt prophetarum vel hoc solo opere, vt si quis conscribat laudes sacrosanctae huius virginis Deiparae Mariae, vel tribus, quatuorue vaticinijs Esaiae, & Ezechielis hoc oraculo tantum conscribat laudum, quantum mens humana concipere non queat: quantum est significatum illo cap. 8. cum in principio dictum est, superuenturum Spiritum sanctum super prophetidem Mariam, & concepturam & parituram filium: quod angelus quoque Luca cap. 1. Mariae nunciat, quanta haec laus est, quam hominis stylo scribi iubet Dominus, quod lingua humana alioqui est inexplicabilis: quanta quoque illa laus, quòd hoc cap. Hebraicè est, Ecce tu virgo concipies & paries filium, vocabis nomen eius Emmanuel, vbi pragnans virgo dicitur, & pariens virgo, & pariens Deum inter homines. Quae buccina has exaquet laudes, aut quae facundia? Iam loco illo Ezechielis, tanta laus est huius sacrae virginis, vt mens humana capere non possit, cap. 53. vbi D. Hieron. vertit. Ascendit sicut virgultum, & Hebraicè sic est, potest tamen verti aequè benè. Ascendit sicut puerulus lactens: & omnes translatore, non solum Lxx viri absque vno Symmacho, quem sequitur D. Hieron. vertere, Ascendit sicut puer lactens aspectu eius, de terra sitiens, & inuia, vbi sacra haec virgo dicitur terra sitiens & inuia, terra quae sine femine concepit, inuia virgo ante partum, post partum, in partu, ne gloriatur Rhenanus quod Tertullianus dixerit, Patefacto corpore virginis, natum esse Dominum. Sic enim dictum est à TERTVL. hoc, vt ab omnibus sanctis patribus explanatur illud, Masculus adaperiens vuluam, quod de solo Domino dictum verè aiunt: solus enim Dominus adaperuit vuluam, tamen sic dictus est Dominus, adaperuisse vuluam, vt virgo dicatur eius mater ante partum, in partu, & post partum.

Sed redeo ad locum Esaiae, vnde sum digressus. Hebraea ergo lingua, nullam habet ambiguitatem, si qua ambiguitas est, quod putat Erasmus, dicerem sustinuisse culpam Lxx viros, & D. Hieron. qui vertere: Ecce virgo concipiet & pariet filium, nisi ita vertissent Euangelistae, securi tam parue ambiguitatis (si vlla est ambiguitas) de infantula, inquit Erasmus, sic loqui liceret, haec pariet filios: at non protinus pariet infantula, aliud est, si dicat de infantula, haec pariet liberos, aliud si dicat, infantula pariet liberos, nam si sophisticè ampliaciones hoc sinant esse ambiguum, pariet infantula, nunquam tamen Erasmus Dialectica Aristotelea, aut Platonica, Philosophicae ratione ostendet verè dici vilo modo posse: infantula pariet, multò minùs ostendet, huiusmodi orationes quotidianò vsu receptas apud claros scriptores, Demosthenè, Isocratè, aliosq; authores illustres, esse ambiguas, aut ambiguas appellatas, pariet infantula, vt significare possit, pariet quae infantula est, vel, pariet quae olim fuit infantula: nam cum iam adoleuerit, vt possit parere, infantula non erit: neque iuuerit dicere, infantula quae est vel fuerit, pariet. Istud genus sermonis, apud Sophistas sinat delitescere, quod nunquam in lucem prodijt Græcè aut Latine loquentium, dialecticis & philosophis antiquis ignotum: nam si hoc genus sermonum ambiguum est, nihil loqui tutum est: nam quid ais Erasme? de infantula sic loqui licet? Haec infantula pariet, sed non protinus pariet infantula, imò maximè, pariet enim infantula, si tuis tecum legibus agam, nisi nos reuocas ad Chrysiptas rationes, video papam, & papam video, quae cum suo authore iam exoleuerit, & magnos antiquitatis concitauerit risus, vt docet DIONYS. Halicarnassensis de elocutione, nam omnium cachinnis in angustum coactae delitescunt inter pueros Sophisticè ludentes, ergo nihil loqui esset tutum, si hoc ambiguum esset.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

D *Ecce virgo concipiet, et pariet filium.* Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium.

Legere scriptum episcoporum synodi Telonen. ad Syricum papam, tom. 1. Concil. in decretis Syricij pape, vbi inuenies multa nota digna. Illud prius notandum est in translatione Lxx: In vtero accipiet, mihi videri non carere mysterio, quod AMBR. de incarnationis Dni sacramento videtur significare, nam concipiet, videbatur praeferre congressum viri & foeminae, aut congressum duorum, quo factum arbitror, vt Lxx reformidarint hoc verbu, quod omnibus foeminis comune est, quauis id non reformidarit D. Lucas, quod exprimebat concepisse Mariam, & de quo conciperet, ait enim nunciassè angelu concipiendū Dnm de Spiritu sancto, qui modus cum in propheta non exprimeretur hoc loco, maluisse arbitror Lxx dicere concipiet, & concipiet, vbi autem locis alijs hoc verbu in conceptu aliaru foeminaru vsurpant Lxx, semper additur vir, de quo sicut grauidae. Illud quoq; notandum est Iudic. 13. de matre Sampsonis eadē haec verba reperiri dicta ab angelo matri Sampsonis

L 5 quòd

Mariae vir
ginis sacra
tae laudes.

Refellitur
Erasmus.

quod typus erat sacratae virginis, ut dicendum est in cap. 10. Concipies, & paries filium, vel ut A
 vertere Lxx viri: Ecce tu in vtero habebis, & paries filium, unde Lxx viri, huius loci Esaiæ fe-
 cere paraphrasim, ut idem significari hic & illic ostenderent: & si conferas verba Græca huius
 loci, & illius translationis Lxx virorum, & euangeliorum, eadem reperies: nam hoc loco Esaiæ,
 ut dictum est, interpretatio ad verbum est: Ecce virgo prægnans, & paries filium, neque aliter
 ad verbum reddi potest: facta ergo paraphrasis est ex illo loco. 13. cap. Iudicum, quo describi-
 tur typus huius sacratissimi partus, ut latius dicendum est, cum interpretabimur, quid sit Na-
 zaræus, & locum illum, Et Nazaræus vocabitur, in caput. 10. vbi legitur: Ecce concipies, & pa-
 ries, vel, ut reddidit Lxx, Ecce in vtero habebis & paries, unde huius loci factam paraphra-
 sim à Lxx viris, sequutus est D. Hieronymus, probauerunt euangelistæ, qui hunc locum ci-
 tant iuxta translationem Lxx seniorum, excepto, quod Matthæus pro *virginis* .i. accipiet, quod
 hoc loco est, dixit, *et* .i. habebit, ut ijdem Lxx dixerant. 13. cap. Iudicum, ut ex vtroque loco
 verba fuerit mutuatus D. Matthæus: Hic exoritur ingens illa dubitatio, ut putat Erasmus,
 quæ non tam dubitatio est, quàm admirabilis mysterij significatio: Erasmus ergo in adnotatio-
 ne in illa verba Matthæi. In vtero habebit: Hieronymus, inquit, enarrans hunc locum Matthæi
 legisse videtur, habet, præsentis tempore, scribens in caput primum Matthæi: Propheta quia fu-
 tura prædicit, & significat quid futurum sit, scribit accipiet: Euangelista, quia non de futuro, sed
 de præterito narrat historiam, mutauit, accipiet, & posuit, habet: Sic enim legèdum est, ut opti-
 mè docet E. R. A. S. M. mendose enim scriptum est in codicibus excusis Hieronymi, ab imperi-
 to librario, habebit: sed Hieron. sua tempestate docuit legi *et* .i. habet, ut optimè docet Era-
 smus, non tamen obstiterit obiectio Erasmi, quod tanquam verba prophetæ citentur ab ange-
 lo, & ideo per futurum debuisse citari, & alia quæ adiecit, quæ inexplicabilia magis videntur
 Erasmo, quàm si Gordianus nodus esset. Illud ex Erasmo discamus, & præcipuè ex D. Hierony-
 mo, locum Matthæi, cum citat Esaiam, præsentis tempore esse: Ecce virgo in vtero habet: non
 tempore futuro, habebit. Audi nunc interpretationem TER. TVL. libro. 4. cap. 40. citari, ait,
 ab angelo hæc verba Esaiæ, ut hanc eandem esse ostenderet, quæ ab Esaiæ esset prænunciata:
 Idem aiunt THEOPH. & EVTHYM. in Matthæum: & AVGVS. in opere sermonum de tem-
 pore, serm. 18. de nat. Domini, sermone. 15. vbi postquam explanauit verba illa: Ecce virgo con-
 cipiet de Spiritu sancto videlicet: subiicit, Ioseph fili Dauid, ipse legisti apud Esaiam: Ecce vir-
 go in vtero accipiet: quod ergo legisti in propheta, aspice in Maria, ut dicas canticum Dauid
 patris tui, Sicut audiuimus, ita vidimus: quibus verbis dissoluitur nodus Gordianus, nam sen-
 tentia Augustini & veterum patrum, hæc verba sunt angeli Gabrielis, monstrantis Iosepho vi-
 ro Mariæ, completam esse prophetiam hoc modo, Fili Dauid: legisti Esaiam scripsisse, Ecce
 virgo in vtero accipiet, vel in typo huius mysterij, Ecce sterilis in vtero habebit: quod ergo le-
 gisti in libris, aspice oculis tuis: Ecce virgo in vtero habet, ex vtroque enim loco mutuatur ver-
 ba Euangelista, ut vtrumque locum ad eandem rem pertinere ostendat, tanquam rem præsen-
 tem, ergo demonstrans angelus quam futuram prædixerat Esaias, ait: Ecce virgo in vtero ha-
 bet, nec mutat sententiam Esaiæ, sed quod accepturam dixerat Esaias, & alter propheta, habi-
 turam, habere demonstratiam Angelus, Ecce virgo habet in vtero, & est lectio admirabilis, &
 admirabilis ratio cur verbum mutarit euangelista, quod docet etiam D. Hieronymus & simile
 factum ostendit Hieronymus à Paulo, nam cum in Psalmis legeretur, Ascendens in altum ca-
 ptiuam duxit captiuitatem, accipiet donum in hominibus. Paulus quod res erat completa, mu-
 tauit verbum futuri in verbum præteriti, atque adeo plus etiâ, nam accipiet, mutauit in dedit.
 Nec illud obstat, quod alterum verbum nõ mutauit, pariet scilicet, in peperit: nondum enim
 pepererat cum hæc dicebat angelus, sunt enim verba angeli significantis in Maria cõpletâ esse
 prophetiam. IREN. lib. 4. cap. 40. interpretans ut dixi hunc locum, docet angelum declarasse
 Mariam virginem esse eam virginem quæ ab Esaiæ est prænunciata, & ita Ioseph persuasum ab
 angelo gaudentem accepisse Mariam, obsequium ei præstitisse, petijisse Aegyptum vnâ, repe-
 tijlic Iudæam: ut angelum huius loci contra Iudæos habeamus interpretem, quemadmodum
 Dominus de se dictum declarat illud: Spiritus Domini super me: ostendens se ipsum esse qui
 per Prophetas est prænunciatus, & quemadmodum miraculo demonstratū est in Actis Apost.
 illud, Sicut ovis ad victimam ductus, quod legebat Eunuchus reginæ Aethiopiæ, de Christo
 esse dictum: itaq; scripturæ interpretes habemus Spiritum sanctum, ipsum Christum Domi-
 num, angelos ipsos: illud tamen annotatione dignum, quod supra est dictum ex Chryso-
 stomo, &

Questio
pulchra.

Nota ha-
bere nos in
terpretes
scripturæ
angelos, ip-
sum Domi-
num, Deū
ipsum Pa-
trem, et po-
stet à Iudæ-
is, si Deo
placet, in-
terpretatio-
nē pctimus
et Iudæo-
rum inter-
pretationē
quæ hæc o-
mnia sub-
uertit, dici-
mus littera-
lem.

A mo, & D. Basilio voces ipsas, syllabas & literas in scriptura sacra mysteria præferre magna, &
 nomenclaturis ipsis significari mysteria, archangelum Gabrielem, qui hunc nuntium appor-
 tat sacratae virgini incarnationis Dei magni, non solum verbis, quæ annunciat virgini, sed
 nomine ipso hoc magnum significare mysterium incarnationis Dei omnipotentis. Quid e-
 nim est aliud Gabriel, quàm, Verbum caro factum est? Geber, enim homo est, el, Deus,
 unde Gabriel, homo Deus: Verbum Deus caro factum: significauit id P. R. O. C. L. V. S. episco-
 pus in homilia dicta a sidente Nestorio Constantinopoli his verbis: Reuerere nomen archan-
 geli, qui nuntium illum latissimum apportauit Mariæ, qui Gabriel est appellatus, dictus Ga-
 briel. i. Deus & homo: Geber enim homo est, el, Deus, nomine ipso significans nuntium quæ
 apportat, quoniam is, quem euangelizat Christus, Deus & homo erat oriturus, nomenclatu-
 ra ipsa miraculo significat, &c. unde actione. IIII. syn. Nicænæ. 2. tom. 2. Concil. S. T. E. P. H.
 diaconus recitat historiam ex libro de martyrio Procopij martyris, Neaniam quandam no-
 mine, locasse insigni artificio Marco, crucem fabricandam, & cum elaborata esset summa arte,
 extitisse tres in eo imagines: Primâ, Emanuelis cruci suffixi, Hebraica dialecto inscripto nomi-
 ne Emmanuelis, & vtrinque in summitate brachiorum crucis Michaelé & Gabrielé: & cum Mar-
 cus artifex vellet expungere imagines, sibi timens, exciccata est illi manus. Extitere ergo mira-
 culo Emmanuel suffixus cruci. i. inter nos Deus: & ex altera parte brachiorum crucis, Michael,
 ille qui Apocalyp. cap. 12. præliatur cum dracone, quando facta est salus & potestas Christi, &
 quando vicit propter sanguinem agni, id enim significat nomine Michael. i. Quis sicut Deus?
 Mi, quis: ca, sicut: el, Deus? quæ nomenclatura pugnam cum dracone significat, qui morte
 Christi est superatus à Michaelé: & id significauit, cum extitit in altera parte crucis, significat
 enim victoriam factam in sanguine agni ab angelo qui dicebat, Quis sicut Deus? In altera par-
 te crucis extitit Gabriel. i. Deus homo factus, ut dictum est: unde in CYRIL. lib. apologet. to-
 mo. 1. Concil. P. E. T. R. Martyr episcopus idem putauit esse, Verbum caro factum est, & quod
 idem Gabriel dixit Mariæ, Dominus tecum. i. Dominus verbum tecum, Dominus verbum
 in vtero tuo caro fiet, &c.

Voces xca
bras, et
syllabas, et
litteras, sen-
tentia vete-
ri patris,
magna ha-
bere myste-
ria.
Gabriel no-
mine ipso,
significat
nuntium quæ
apportat
virgini.
Historiade
Emanuele,
& Gabrie-
le, et Mi-
chaele, qui
in quadam
cruce extit-
tere mira-
culo.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et vocabitur nomen eius.

Et vocabis nomen eius.

E R A S M. in annotationibus in Matthæum, disceptat legendum ne sit hic, vocabis, an, vo-
 cabit: & dubitat qua ratione Matthæus legerit, Vocabunt. Ridiculum autem mihi vi-
 sum est, cum liqueat homini versato in litteris sacris, qui sciat Græcè, & omni genere doctri-
 næ sit instructissimus, didiceritque ex D. Hieronymo, Lxx seniores, & Apostolos & Euange-
 listas non reddere verbum verbo, sensa sacra expressisse contentos, mirari cur Matthæus eu-
 angelista, non verbis hæreat, non verba nobis numeret, cur non miratur D. Hieron. Vocabit-
 tur vertisse, cum Hebraicè sit, Vocabis. Litigat præterea in alieno foro Erasmus, cum קָרָאת
 vocem Hebræam scribit, secundam esse personam in masculina terminatione, dece-
 ptus à suo Theseo, Vocabis, & in fœminina terminatione, eandem vocem tertiam esse
 personæ, Vocabit. קָרָאת tantum est secundæ personæ fœmininæ: & si Hebræam lectio-
 nem ad verbum vertamus, facta à propheta apostrophe ad sacratam virginem, vertenda
 sic erat: Ecce virgo prægnans, & paries filium, & vocabis nomen eius Emmanuel,
 ut tanquam ab editissima specula, longo ante tempore, natalem Christi prospiciens Esa-
 ias, ad virginem sacratam faciat apostrophen, Ecce virgo prægnans, & paries filium, id
 est, ô tu virgo prægnans, & paries filium, vocabis nomen eius Emmanuel: nam, &, con-
 iunctio, pro ornamento ponitur apud Hebræos. Cogit ergo, ut fateare factam apostro-
 phen ad virginem sacratam, verbum Hebræum קָרָאת, quod secundæ personæ est fœmi-
 ninæ, neque habet aliud quo referri possit, quàm ad vocatiuum illum, Virgo prægnans,
 & paries, ut sit: Ecce tu virgo prægnans, & paries filium, vocabis nomen eius Deum
 inter homines, vel Deum habitantem in hominibus. ORIGENES homilia secunda in
 Esaiam, hæc verba ad domum Dauid fieri putat, dixerat enim suprâ, Audite ergo do-
 mus Dauid: Unde nunc vocabis, ô domus Dauid? Quod si sermo Hebræus pateretur,
 commodè fieri posset, quanquam iratus domui Dauid, propheta ab ea auerterat sermo-
 nem: sed sermo Hebræus hoc non feret: domus enim apud Hebræos, semper mascu-
 lino genere enunciat, quanquam quidam putauere, aliquando fœminino genere repe-
 ri, sed

riri, sed qui doctiores sunt Hebrei id pernegant, & cum hæc apostrophe facta videatur ad virginem: Ecce tu o virgo prægnans & pariens filium, vocabis nomen eius Deum inter homines, non necesse est quærere, quòd referas verbum illud, Vocabis, quod apud Hebræos foemininum est, & secundæ personæ: neque potest conuenire cum domo Dauid, cum domus masculino genere reperitur semper apud Hebræos. Quæres iam, cur D. Hieron. verterit, Vocabitur, & Matthæus euangelista, Vocabunt? nempe quòd facta paraphrasis huius loci est, vt supra diximus ex cap. 13. Iudic. Et pro. Ecce virgo prægnans, & pariens filium, facta paraphrasi ex illo loco, vertere, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: qua de re superiori commentario pluribus dictum est, quam paraphrasim sequutus est D. Hieron. & citant Euangelistæ. Igitur cum mutata sit persona & mutatus sit ductus orationis, & quæ secunda persona erat, in tertiam sit mutata, verbum secundæ personæ, & foemininum mutatum est quoque: & ita D. Hieron. vertit V ocatum est nomen eius, Euangelista Matthæus: Vocabunt nomen eius. At Lucæ cap. 1. idem Gabriel angelus his verbis, iuxta tralationem Lxx virorum, alloquitur sacratâ virginem, excepto quòd tertias personas mutauit in secundas, nam verba Græca eadem reperies in tralatione Lxx, & in euâgelio Lucæ, nâ quòd Lxx viri dixere, *ιδού και παρθένος εν γαστρι λήψεται*

Angelus apud Lucam verbis pophe-tæ alloquitur beatam virginem iuxta tralatione Lxx virorum.

και λήψεται υδου και παρθένος εν γαστρι αυτου. D. Lucas dixit, *ιδού και παρθένος εν γαστρι λήψεται υδου αυτου* vt eadem verba reperias mutata tertia persona in secundam tantum, hoc excepto, quòd Lxx dixere, Ecce virgo in vtero accipiet: D. Lucas, Ecce concipies in vtero, vt declarat angelus apud Lucam, virginem illam esse quam alloquitur: de qua Esaias prædixerat virginem concepturam & parituram. Nam si singulatim verba prophetæ Esaiæ expendas Græcè iuxta tralationem Lxx virorum, eadem reperias esse cum verbis quibus alloquitur Gabriel angelus Mariæ: *ιδού και παρθένος* ecce virgo: Angelus *ιδού αυ* ecce tu: Lxx viri *εν γαστρι λήψεται* in vtero accipiet: Angelus *και παρθένος* accipies in vtero: Lxx viri *και τήσεται υδου. i.* & pariet filium: Angelus *και λήψεται υδου* & paries filium: Lxx *και παρθένος εν γαστρι αυτου. i.* & vocabis nomen eius: Angelus *και λήψεται υδου αυτου.* Admoneo ergò angelû singillatim verbis Esaiæ iuxta tralatione Lxx virorum, lætû illum nuntium apportasse sacratæ virgini, & si vbi propheta dixerit virgo, angelus dixisset tu, quòd lectio Græca innuit, si vna demi posset litera, nihil ex verbis prophetæ mutasset, & vt mutarit aliquid, ne receptam & statam lectionem, attemtemus, verbum compositum pro simplici commutauerit, pro Ecce tu capies in vtero, Ecce concipies in vtero. Sacra virgo autem agnouit, se salutari prophetia illa Esaiæ cum enim expectaretur eo tempore messias notissima erat hæc prophetia omnibus, nedum sacre virgini, & huc spectasse videtur eius responsum, cum enim angelus dixisset pro Ecce virgo concipiet vel pro ecce virgo in vtero capiet, ecce tu concipies in vtero vel ecce tu capies in vtero, vt quòd propheta, virgo, dixerat angelus dixerit tu, vt declararet illam esse eam virginem quæ prædicta est ab Esaiâ: respondit ipsa, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, quasi diceret, sum certè virgo, id enim est, Quoniam virum non cognosco. I. scio me virginem esse, qualis prædicta ab Esaiâ, paritura filium Dei, quæro autem modum quomodo istud fiet? denunciata est ergo sacratæ virgini suis verbis Esaiæ prophetia, & cum sibi posse competere, quòd virgo esset, intelligeret, quæsiuit modû, & quòd omnia verba prophetæ recitata essent ab angelo, iuxta tralatione Lxx singillatim, tantum vox illa, Virgo, esset prætermissa ab angelo, quòd angelus ad ipsam virginem verba faceret, ipsam illam vocem quam reticuerat angelus, tanquam rem notam ei, ipsa de se prædicat, virgo sum, sed honestiùs, quoniam virum non cognosco. i. sum quidem virgo, vt possim illa esse quæ ab Esaiâ prædicta est, sed quæro à te modum, & statim angelus modum subiunxit: Spiritus sanctus superueniet in te, nam quòd AMBROS. in 1. cap. Lucæ ait, de Mariæ interrogatione, Legebat hoc oraculum Esaiæ Maria, ideo credidit hoc futurum, confirmat, quòd à me dictum est, agnouisse sacratam virginem oraculum Esaiæ, & confessam se virginem esse & accepisse conditionem: quòd verò subiicit AMBR. modum, quo futurum erat, nondum prophetæ Esaiæ fuisse reuelatum, quòd pace tanti Diui sit dictum capite proximo modus ab Esaiâ describitur, vbi legentur verba illa, Spiritus sanctus superueniet in te, sed perturbatæ virgini non tam citò in mentem venit, & ideo ab angelo est percontata, vt non solum Esaias, sed angelus quoque id declararet: Nam certè virgo desponsata, cum ei nunciatur se parituram Deum hominem factum, & quærit modum, satis indicat, & præ se fert se nosse hoc oraculum, & se intelligere virginem esse parituram Emmanuelem, alioqui etiam adstricta voto castitatis, imperio Dei obtemperasset, neque quæsiisset modum. BASIL. in sanctâ Christi generationem, quoniâ Achaz

petere

A petere voluit signum, vt discas, inquit, quòd qui descendit in inferiora terre atque profunda, ipse est qui ascendit supra omnes cælos, ipse Dominus dedit signum admirabile, vt mulier eadem virgo sit & mater.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et vocabitur nomen eius Emmanuel. Et vocabis nomē eius Emmanuel.

D E hoc nomine Emmanuel lege CYRILL. tomo 1. conciliorum capite 2. vbi hunc locum mirabiliter enodat. Hic ingēs quæstio cum Iudæis nobis est, cur Christus vocatus sit Iesus & nō Emmanuel, cur cum Matth. Esaiæ prophetiam recitasset, & Emmanuelem nominandum dixisset, postremò non Emmanuelem sed Iesum appellasset. Cur apud D. Lucā cum Gabriel sacram virginem appellasset, & salutasset his verbis Esaiæ, vt singillatim omnia verba nūmerarit, & nihil mutarit prorsus ex prophetia, excepto quòd hanc dictionem, virgo, omiserit quòd ad ipsam virginem verba faciebat, his postremis verbis mutarit prophetiam? Nam pro: Vocabis nomen eius Emmanuel: dixit angelus, Et vocabis nomen eius Iesum. Cur hæc extrema propheta mutat verba? cætera si Græca Græcis conferas (vt fecimus superiore commentario) seruat exactissimè. CHRYSOS. in cap. Matth. primum, homilia. 5. cum hūc locum esset interpretatus diuinitus, vbi multa leges notatu digna, postremò, cur inquit, non est vocatus Christus, Emmanuel, sed Iesus? quia, inquit, non dixit vocabis, sed, vocabunt. Quæ responsio, quòd cum bona venia huius Diui sit dictum, parum habet ponderis, nam lectio Hebræa & interpretatio Lxx virorum præfert, vocabis: euangelista Matth. vocabunt, reddidit, ea ratione quam supra diximus. At qui vrgent Iudæi, vt author est THEOPH. in Matth. his verbis: Quomodo igitur non est appellatus Christus Emmanuel, sed Iesus? Et eodem modo hoc dubium diluere se posse putat quo Chrysostomus. EVTHY. hanc rationem cassam esse vidit, & sic respondet Iudæis: Nominē nullus vocauit Christum Emmanuel, re omnes: quia credētes esse Deum, & hominem, confitebantur Deum esse nobiscum, quòd Emmanuel significat, nobiscū Deus, nam Deus homo factus conuersabatur inter homines, nam hic mos est prophetis voca-

Cur Dominus, Iesus sit vocatus, & non Emmanuel.

Canon. lia, non quòd hoc nomine ita vocatus sit, sed quòd hæc fecerit. Idem ait THEOPHYL. sacra, inquires scriptura, ab actionibus imponit nomina. Et CHRYSOS. in cap. 1. Matt. homil. 5. ab effectu, inquit, appellatur Emmanuel, est enim, inquit, scripturæ mos, euentus rerū ponere nō in minimum loco. Quid enim est aliud, Vocabunt nomen eius Emmanuel, nisi videbunt oculi mortaliū Deum inter homines versantem? quòd si Iudæi impudenter repugnent, sic eos interrogabimus: quomodo ergo propheta dicit, Voca nomen eius velociter spolia detrahe? nequam, inquit, habebunt quid respondeant, Adde tu Christum, vt supra dictum est in capite 4. multis nominibus in sacris literis esse appellatum, Semach, citò prædare, Emmanuel, Iesum, vt docet IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem, quæ omnia nomina non diuersa, sed eadem sunt, cum eundem Christum varijs rationibus commonstrent, vt iam ostendemus ex Platone, vnde CHRYSOS. in cap. 1. Matth. homil. 1. multis prætermisissis nominibus Christi, inquit, vno vtitur nomine cum dicit, Vocabis nomen eius Iesum, quòd præfenti negotio vtile erat & conueniens, Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum. TERTVLL. in lib. de Trinitate, Quomodo, inquit, Esaias, vocabis nomen eius Emmanuel. i. nobiscum Deus? sic Christus ipse dicit: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Est ergo nobiscū Deus, & quoniam nobiscum est Christus, est nobiscum is, cui nomen est nobiscum Deus, qui nobiscum est vsque ad consummationem seculi: igitur ab angelo appellatur Iesus, quòd saluaturus populum veniat: à propheta, Emmanuel, quòd verbum caro factum est, & quòd Deus in terra visus, & inter homines conuersatus, nobiscum manet vsque ad consummationem seculi. Et de intellectu huius loci & de sequentibus mirabiliter TERTVLL. lib. 3. aduersus Marcionē cap. 8. & 9. vbi disputatum leges, cur potius venerit Christus nomine Iesu insperato, quam nomine Emmanuelis? & multa dicta admirabiliter. AVGVST. in opere sermonum de tempore sermone 8. de natiuitate serm. 4. Saluator, inquit, noster ab effectu rerum hoc nomen accepit vt vocaretur nobiscum Deus, & ipse tunc Deus nobiscum esse dignatus est, quando suscepit hanc carnem, vnde Hierem. Post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est, & ipse Dominus IOAN. 14. Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me. LACTAN. Fir. lib. 4. cap. 12. Emmanuel nunquam vocitatus est, sed Iesus qui Latinè dicitur salutaris, siue saluator

Canon.

Canon.

Disceptatio aduersus Iudeos de nomine sacratissimi Iesu.

uator, quia cunctis gentibus salutifer venit, sed propheta declarauit hoc nomine, quod Deus ad homines in carne venturus esset. Emmanuel enim significat nobiscum Deus, scilicet quia illo per virginem nato confiteri homines oportebat Deum secum esse, in terra, & in carne mortali. BASIL. in sanctam Christi generationem, Emmanuel sonat idem, quod nobiscum Deus, & hoc nomen habet omnem huius mysterij declarationem quod Deus est inter homines. Chryf. de incomprehensibili Dei natura, in principio, hoc loco, probat filium appellari Deum, quod dicatur Emmanuel. i. inter nos Deus, & patrem appellatum Dominum, quod propheta dixerit, Dixit Dominus: verum Hebraicè est dixit *יְהוָה*. i. Deus, & uterque dicitur Deus: Itaque docent sancti patres, non solum scripturam sacram ab actionibus nomina ponere, sed etiam quæ varia videntur nomina & diuersa, non diuersa esse, sed eadem, quod docet Plato in Cratyllo cum ait, eadem esse nomina, quæ eandem naturam significant, & quauis literis, & syllabis discrepent, eadem esse tamen: putat enim Plato nomina rectè posita, significare rerum naturas, & si multa sint nomina, quæ eandem rei naturam significant, omnia illa nomina, quauis videantur esse diuersa, vnum & idem esse nomen, ut rex, dux, ductor, regnator, & cetera nomina quæ regem Philippum significare possent, diuersa videntur esse nomina vulgè cum vnum & idem possit dici nomen, nam est vulgè vana recepta persuasio Platonem & veteres putasse nomina significare naturaliter, ipsorumque ab ARIS. in lib. Perihermenias subverti sententiam, quos non mirarer sanè sic docere ac loqui, quod scholasticis quæstionibus occupati legendis veterum scriptis parum operæ impendere potuerunt: Boëtium & Ammonium miror, & Græcos scriptores, qui quanquam hæc doctius tractent, non exactius tamen hæc tractant, neque ut viros doctiss. decebat. Nunquam enim Plato nec quisquam veterum putauit, nomina significare naturaliter, neque quisquam vnquam tam stultè sapuit, ut tã ineptum quiddam illi veniret in mentem. Plato, & veteres Philosophi nomina omnia putauerunt significare *παρὰ τὸ φυσικὸν καὶ ἐξ ἀπολογίας*. i. ut nostri vertere barbarè ad placitum, quæ verba in suos libros perihermenias Arist. est mutuatus. Ita tamen hæc putauit Plato, ut docuerit etiã esse nomina quæ rectè posita appellat, quæ expriment ipsarum rerum naturas, utiturque exemplo quodam tali, quemadmodum formas rerum artifices diuersis materijs expriment, ut formam annuli aurifex expresserit auro, argento, orichalco, aliaque materia: formam arcæ, aut abiegna tabula, aut pinea, aut ferro, formam poculi, auro, aut argento, aut fraxino, sic rerum eadem naturas nomenclator optimus, quem sapientem esse putat, varijs vocibus explicet, & eum qui regni habens præest, appellet ducem, regem, regnatorem, ductorem, imperatorem, gubernatorem, præsidem. Quæ nomina omnia vnã eandemque naturam regis expriment, & ut annuli forma eadem erit, siue auro sit expressa ab aurifice, seu gemma, aut argento, aut orichalco sic regis nomen, & natura eadem erit, his syllabis expressa, aut illis quod etiam sensisse Arist. opinor, cum in libris Metã tà physica, postquam quæsisset vtrum nomina significant naturam. i. formam rei, aut materiam, an compositum ex vtraque, magis propendet in eam sententiam ut dicat, nomina potius significare ipsam rei naturam, ipsam formam rei quam explicat finitio, in materia tamè. Vnde congruere potest cù Platone Arist. ut multa nomina quæ eandem rei formam expriment quauis literis & syllabis discrepent sentiãt eandem esse. Verba Platonis sunt: si alijs, alijsque syllabis idem significatur quid refert? neque si addatur syllaba, siue auferatur si modo natura rei eadè ijs vel illis literis explicetur? idem sit nomè: & paulo infra, de diuersis illis nominibus eandem, & vnã rei naturam significantibus, hæc omnia nomina, eadem sunt vocanda. & paulo post, videbuntur homini idiotæ plurima illa nomina varia quæ eandem rei naturam expriment, esse diuersa, cum eadem sint. Hęc Plato vbi totus in hoc est ut ostendat nomina exprimerer rerum naturas quod literæ sacræ docent, vbi si Hebraicè scias nullum esse nomen inuenies quod non significet causas rerum, sic Adam, docet scriptura esse appellatum quod ex terra sit factus ab adamã: sic foeminam, Isa, viraginem, ab is, i. à viro, quod de viro sit sumpta, sic Eua quod mater sit viuientium, sic omnia nomina in literis sacris exprimerer rerum naturas inuenies. Nec hæc quisquam possit inficiari: omnia enim videtur Plato mutuari ex sacris literis, quod veteres patres testantur, & in illo est multus Plato, ut ostendat, & euincat multa, & varia nomina, quæ vnã & eandem rei naturam expriment, non multa esse nomina, non diuersa, sed eadem esse: cui si fidem habemus Christi nomina varia Emmanuel, Semach, Seui, Iesus, citò prædare, & cetera idem sit nomen, cum eandem expriment rei naturam.

Cur autem

A Cur autem Iesus sit appellatus Dominus, te docebit AVGVS. contra Faustum Manichæum lib. 16. cap. 18. 19. & 20. vbi Iesus Nauè Christi fuisse typus ostenditur, & Christi nomen gessisse, & ea causa cum prius appellaretur, Aufe, aut Ofè postea introducturus populum in terram promissionis, in quam non potuit introducere Moyses, Iesus est appellatus, typus illius videlicet, qui in eterna habitacula introducit, qui que dixit, nomen meum est in illo, qui enim hoc dixit ipse est verus Iesus, rector & ductor populi in hæreditatem vitæ æternæ, secundum testamentum nouum, cuius figura erat vetus testamētum. Hęc AVG. pluribus verbis exequitur, & TERT. aduersus Marc. lib. 3. ca. 9. & 4. cap. 7. & ORIG. tom. 1. homil. 1. lib. Iesu Nauè. & in Exodi cap. 17. hom. 2. in illa verba: Dixit, inquit, ad Iesum, elige tibi viros, & exi. & in cap. 1. Numer. homil. 1. & in cap. 27. Num. homil. 22. & D. HIERON. lib. 1. aduersus Iouinianum, & I V S T. aduersus Thryphonem Iudæum. Sed quid moror? Omnes veteres patres vno ore hoc testantur. Exoritur tamen clamor & vociferatio Iudæorum, negant Hebraicè hunc appellatum esse Iesum Nauè, negant domino fuisse cognominem, negant hunc typum fuisse Iesu. Errasse Lxx viros vociferantur, qui Iesum Nauè appellarint, cum Hebraicè non dicatur Iesus, sed Iosue, cum nõ dicatur Hebraicè filius Nauè, sed filius Nun, imperitos appellant Lxx viros, qui pro Iosue filio Nun verterint Iesum Nauè. Male illos vrit quod Moyses non introduxit in terram promissionis, sed Iesus Nauè. i. Iesus qui nostra habitatio est, & nostra hæreditas (id enim significat Nauè), introducat in veram terram promissionis, cuius typus erat Iesus Nauè manifestissimus. Vident enim se premi manifestissimo oraculo, dolent, inde nascitur vociferatio, & hic clamor, sed credibile ne est Lxx Iudæos CCC. annis ante crucem Christi res egisse nostras? siu bornatos scilicet à nobis, qui tanto ante tempore fuere. D. quidè Hieron. quod vt diximus ex ORIG. in epistola ad Africicum, necesse erat vt haberemus scripturam veram ex lectione Hebræa ad verbum, quam reciperent Iudæi vt concessis, & concessis vt remur testimonijs aduersus Iudæos, cum altercaremus & disputaremus cum eis: ita vertit vt Iudæi voluit, & quod D. Hieronymus concessit hoc Iudæis, quod parui referret Iosue, aut Iesum appellari dum cõstet eodem nomine appellatum esse Iesum Nauè, qui typus erat Christi, & Iesum Dominum, & Græcè quidem & Latinè, vtrunque Iesum appellatum, Hebraicè vtrunque Iesuah, siue Iosue, quod fatis præferebat D. Hieronymus, cum in suis scriptis ferè illum appellat Iesum Nauè. Ergo D. Hieron. quidem vertit optimè Iosue filium Nun, quod Lxx viri verterant Iesum filiũ Nauè, & eam lectione præferunt Hebræi codices, idque citra controuersiam est, maneatque hoc fixum in causa. Ostendamus vero Lxx seniores rectè quoque Iesum Nauè nominasse, & nomen Dñi apparere in ipso typo, quod omnes doctores sacri testantur, rectè hoc docere doctores omnes sacros Iesum Nauè sic appellatũ, & Christo Domino fuisse cognominem, imperitos esse nequid dicã grauius qui Lxx seniores hæc vitiaffe aiunt, & pro Iosue filio Nun male vertisse Iesum Nauè. P I H L. Iudæus de ebrietate, cum describat rediisse Moysen cum Iesu Nauè, & deprehendisse populum Israël, ebrium sacrificasse vitulo, & agitare choreas scribit: Dicitur autem quod audiens Iesus populum clamantem & c. & idem PHILON. lib. de humanitate cum frequentissimè Iesu Nauè faciat mentionem, Iesum semper nominat, Amicus, inquit, erat Moysi, cui nomè erat Iesus, & cum delectum diceret ducem Iesum semper nominat: & IO SEPH. de Antiquitate lib. 5. vbi textit historiam Iesu Nauè, semper Iesum nominat Græcè, neque vnquam Iosue: Quod vt in principio huius libri dictũ est, hæc nomina Hebræa ad vsum D Græci sermonis solent emolliri, quod docuit Iosephus in principio suæ historiæ, vt cum pro Iesaiu, Esaia dicimus, & pro Iermijau, Ieremian nominant literæ Apostolicæ, & Euangelicæ, & rerum historiæ ab ipsis Iudeis Philone, & Iosepho, Græcè conscriptæ: Sic pro Iesua, vel Iosue, Philon, & Iosephus: & Iesus, qui patris sui Sirach, vt ait E V C H E R I V S sapientiam Græcè vertit, reddiderit Iesum, & nunquam Iosue, neque Iesua: quæ res tam certa est, vt nemo qui Græcè norit, & primis labris attigerit literas, id possit inficiari, vt appareant doli, & fraudes Iudæorum, qui magnis clamoribus, & vociferationibus obloquuntur Lxx viris, quod ipsorum manifestissimis configuntur testimonijs. Sed de Iesu constare dices, sic appellatum esse Iesum, qui populum Israël introduxit in terram promissionis, & Iesum Dominum, illumque huius fuisse typum. Sed apertè peccatum esse à Lxx viris, quod pro filio Nun, vt Hebraicè est, reddiderint filium Nauè: & hoc tam esse planum & perspicuum, vt manibus possit teneri, quod sic præferant Hebræi codices, vix hoc loco qui sciat Hebraicè teneret cachinum, quin in impudentiam Iudæorũ ebulliret, quasi verò nesciant Iudæi, & nõ inter ipsos

Emmanuel

Nullus veterum sententia de significatione nominũ

Platonis sententia de significatione nominũ

Probatũ contra Iudæos Iesum Nauè esse appellatũ Iesum Nauè tam bene, quã Iosue filium Nun.

Manet ergo fixum, D. Hiero. vertisse bene Iosue filium Nun.

Rectè quoque vertit se Lxx viros, Iesum filium Nauè citra Iudæos.

inter ipsos sit res confessa, & vulgo notissima, puncta pro vocalibus seruire apud Hebræos & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum eadem verba diuersis punctis scribantur, vt docet D. Hieron. in epistola ad Euagrium, & quod Hebraicè legitur Nun, alijs punctis posset legi Nauén sic נון Num. & נון. i. Nauen, dispungi posse & solum interesse inter lectionem Hebræam, & tralationem Lxx virorum, quod Lxx viri vltimam literam fecerunt. 7. que nunc in Hebræis codicibus est. 7. & hæc varietas vbi dubium est an hac litera vel illa sit scribenda dictio Hebræa, frequentissima est in codicibus Hebræis vt ostendimus: & Iosephum Iudæum sic dispunxisse hanc dictionem Hebræam vt dispunxere Lxx viri, & non vt dispuncta est in codicibus Hebræis, discas ex. 3. lib. Iudaicæ Antiquit. cap. 13. vbi pro Iesu Nauè, scripsit Iesum Nauècum. Videtur enim Iosephus legisse in codicibus Hebræis Iesum Nauè, & à Nauè dixisse Nauècum, vt ab Abraham, Abrahamum, & ab Isaac Isaacum, vt vltima litera controuersa sit inter scriptores: Iudæi enim esse putant postremam qui legunt Iesum filium Nun, Iesum filium Nauèn: Iosephus postremam literam esse existimat C. qui legit Iesum Nauè. Lxx viri. 7. vltimam literam ponunt, qui reddidere Iesum Nauè vt Iesum Nauè typus sit Christi qui nostra habitatio dicitur. Nauè enim habitatione significat, est enim Deus terra viuentium, nostra hereditas, nostra habitatio, cælestis illa Hierusalè. i. vera illa, & cælestis visio pacis, illa enim est vita æterna vt cognoscant te Deum, & quem misisti Iesum, & boni dicuntur à Platone in Timæo arbores plantati in Deo, quæ radices sursum versum agunt in Deum ipsum. Sed vt hæc largiatur nobis Iudaizantes, quod velint nolint, largiantur necesse est: non enim est arbitrarium, necessitas ipsa coget. Sed vt hæc nobis largiantur vel inuiti, negabunt typos, negabunt hæc mysteria: dicent allegorias has esse ab Origene petitas, statim enim Origeniacum marginibus librorum adscribunt, si interpretare spiritualiter, & nomine Origenis damnant spiritualia omnia sensa veterum Patrum. vt sic fabulas Iudæorum introducant in catholicam ecclesiã. Hoc igitur ostendamus verissimè à veteribus Patribus scriptum esse, neque posse inficiari quæquã quauis perficeret frontem, & pudorem omnem exuat. Moses Numerorù. cap. 13. scribit huc Iesum filium Nauè appellatum esse prius Osee siue Aufee quod est idem quod Saluator, à Iasa, quod sonat saluare: & mutato nomine, cum erat intromissurus populum in terram promissionis à se nominatum esse Iesua, quod significat etiã idè quod saluator. Quæro ergo si Osee saluatorem significat, & Iesua significat quoque saluatorè, cur ei mutarit nomè Moses, vt enim inquit CHRYS. in 5. cap. Genes. homil. 21. nõ simpliciter accipienda sunt verba scriptura, neque syllabæ, neque apices, in quorum profundo grauis semper inest thesaurus: Si vtrunque nomè Osee siue Iesuah, idem significat, hoc est, saluatorem, à verbo Iasa. i. saluo, vt apud nostros rex, & regnator, vestis & vestimentum, ornatus & ornamentum, cur Moses mutat nomen? & eum qui prius vocabatur Osee, nominat Iesua, cum significatione non mutet: an temerè hoc factum dicemus? Negat Chryso. negant omnes sancti, quidquam in scriptura dictum temerè, cur ergo mutauit nomen Moses? nepe Dominus appellandus esset, Hebraicè Iesuah, siue Iosue, Græce, & Latinè Iesus. ideo is qui eius typus erat Hebraicè dictus est Iesua, siue Iosue, vt nomè Domini esset in suo typo, & introduceret in terram promissionis is qui cognominis esset ei, qui populum fidelem introducturus erat in terram viuentium, in promissa quæ data erant à veteribus Patribus in cælestem Hierusalem. Hoc igitur sanctissimum nomen angelus imponit nascenti puero, Vocabis, inquiens, nomen eius Iesum. Reliqua quæ spectant ad interpretationem typi historię Iesu Naue, & huius nominis sanctissimi Iesus, leges apud sanctos patres locis citatis: & apud TERTVLL. lib. 3. aduersus Marcionem cap. 9. vbi hunc locum explanat. & apud AVGVST. quæstion. super Exodum lib. 2. quæstio. 103. & AMBROS. in Psal. 118. sermone. 5. paulò post principium. & in finem Psalmi. 47. & AVGVST. lib. 16 contra Faustum Manichæum cap. 19. vbi diuinitus hunc locum explanat August.

Cum mutatur nomen Iesu Naue à Mose, necessario aliquid significari vult nolint Iudæi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Butyrum et mel comedet, vt sciat reprobare malum, et eligere bonum.

Butyrũ & mel comedet, anteq̃ sciat ipse repellere mala, et eligere bona.

Primum omnium, lectio Lxx virorũ castiganda est ex lectione Hebræa, nam pro eligere, legendum est, *repellere*: quod Hebraicè legitur *דחף*, reprobare. Sensus huius loci est quãquam puer hic natus de virgine Deus sit ideoque dictus Emmanuel. i. Deus inter ho-

A inter homines, verbum caro factum, quod habitabit in nobis, tamen infantulus erit vt pueri alij, & infantulorum pabulo pascetur, vt perueniat ad ætatem, qua bonum & malum corporis ministerio vitet. i. erit infans, ingens ille Deus, & paruo lacte pascetur, & melle, & butyro, infantulorum cibo, vt adolescat, vt ceteri pueri. CHRYSOS. in demonstratione, quod Christus sit Deus, Docuit Propheta, illũ quem peperit virgo, esse Emmanuel. i. Deum inter homines: nunc docet quod verè sit homo, hoc enim significant hæc verba, Butyrum & mel comedet, quod his cibis pueri recens nati pascantur. IREN. li. 3. ca. 26. diligenter, inquit, significat spiritus sanctus huc natum è virgine Deũ esse, cum dixit, Vocabitur Emmanuel. i. Deus inter homines, & declarat hominem esse, appellat enim infantem cum dicit, Butyrum & mel comedet, & cum dicit, Priusquam cognoscat bonum aut malum: hæc enim omnia sunt infantis. Ergo iuxta sententiam Irenæi describitur his verbis Christus infans, vt superioribus erat descriptus Christus Deus: sic, butyrũ & mel comedet. i. pascetur butyro & melle vt ceteri infantes, vt sciat ministerio corporis, scilicet, & scientia experimentalĩ quam appellant, reprobare malum, & eligere bonũ, id est, vt adolescat vt ceteri pueri, & crescat ætate, & sapientia experimentalĩ iuxta illud euangelij: Puer autem proficiebat ætate, & sapientia apud Deũ: & iuxta Lxx seniores, infantia est pasci butyro, & melle, antequam sciat repellere mala, & eligere bona. Iudæi hæc ad Ezechiam regem referunt, aut ad alias nugas, omnia enim peruertunt: vide tu, an hæc quæ dicta sunt & sequentia, eò possint referri, quicunq; sententiã Iudæorũ sensum literalè putas. Sic TERTVLL. etiã aduersus Iudæos hunc locũ explanat, in probatione natiuitatis Christi, & his verbis declarari ait ordinem infantia Christi, vt post illud signum ingens, quo virgo paritura Deũ sit, nunc alius ordo infantis Christi declaretur, vt immensus ille Deus factus infans butyro pascatur & melle, & infantia tempora transigat, vt pueri ceteri: & 3. lib. aduersus Marcionem cap. 8. hoc loco diuinis humana coniuncta à Propheta ait, qui virginem parituram dixit, & parituram Emmanuel. i. cum qui cum nascetur homo, monstrabitur esse Deus inter homines, & quauis sit Deus, nascetur infans: nam signum infantia est, butyrum & mel comedet, quod Hebraicè est. *וְיָדַעַתְּ*. ad sciendum: quod D. Hieron. vertit, vt sciat: Lxx viri, antequam sciat: eodem sensu quo supra dictũ est. IVSTIN. aduersus Tryphonem Iudæũ, interpretatur hunc locum, & EVSEB. lib. 7. cap. 2. & AMBROS. de Cain & Abel lib. 1. cap. 4. & de Abraham Patriarcha lib. 2. cap. 4. & Epiphanius in Ancyroto.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia antequam sciat puer reprobare malum, et eligere bonum.

Ideo, antequam sciat puer bonum aut malum, non credet malitiæ vt eligat bonum.

Aliter hic locus dispunctus à D. Hieronymo est quam à Lxx viris, nã D. Hieron. hæc verba sequenti sententiæ tribuit. Lxx viri hæc ita vertere vt intra hæc perfecta absolueretur sententia, neque verba hæc spectarent ad sequentia: sed siue hoc siue illo modo dispungas, his verbis Christi diuinitas declaratur, prius ergo interpretemur tralationem Lxx virorum, qui intra hæc verba perfectam concludere sententiam, postea cum sequentia interpretabimur, quò retulit hæc verba D. Hieron. tralationem D. Hieron. enucleabimus. AVGVST. de incarnatione verbi lib. 2. in principio, quod de Christo dixit scriptura dilexisset iustitiam, & odisse iniquitatem, & quòd. 1. Petri cap. 2. dictum est peccatum non fecisse, neque dolũ inuentum fuisse in ore eius. Dixit Esaia. Quia antequam puer sciat bonum aut malum, auertit se ab iniquitate, vt eligat bonum. AVGVST. lib. 8. de Genesi, ad litteram interpretans hunc locum cum quærit, Quomodo quod nescit, cõtemnit, aut eligit? quia hæc duo, inquit, sciuntur aliter per prudentiam, aliter per experientiam: per experientiam boni, malum scitur, & si non sentitur: tenetur enim bonum ne amissione eius sentiat malum: Item per experientiam malum scitur bonum, quoniam quid amiserit sentit: priusquam ergo sciret puer per experientiam, aut bonum, quò careret, aut malum, quod boni amissione sentiret, contempsit malum vt eligeret bonum: singulare exemplum obedientia; quippe qui non venit facere voluntatem suã, sed eius

Contra eos qui sententiã Iudæorum, sensum literarũ putant.

sed eius à quo missus est non sicut ille qui elegit facere voluntatem suam hō eius à quo factus est, quia sicut per vnus inobedientiam facti sunt multi peccatores, ita per vnus obedientiam iusti constituti sunt multi. Origenes cum loco citato, superiore commentario, dixisset, his verbis significari nunquam in Christum iniquitatis sensum intrasse, quod habitaret in illo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quod Paulus ait, & iuxta illud, Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: &, Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius: &, Quis vestrum arguet me de peccato? &, Ecce venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, cum hæc dixisset, adiecit: at qui anima rationali præditus, boni malique capax, videri potuit, verum, quoniam boni malique eligendi facultas fuisset huic animæ quæ Christi est, ita elegit iustitiam, vt pro immensitate diuinitatis ei inconuertibiliter inhæreret, & ita fuit quidem in Christo humana & rationalis anima, nullam tamen possibilitatem habuit peccandi, vt ferrum capax quidem est frigoris, & caloris, si semper tamen sit igni candens non possit recipere frigus: sic illa anima quæ quasi ferrum ignitum, sic erat Deo vnita vnione hypostatica theandricas habens operationes non potuit peccare quod hoc loco ait Esaias. IREN. lib. 3. ca. 26. docet diligenter ab spiritu sancto describi hoc loco Christum Deum, & hominem. Quod hic puer natus è virgine ante partum, in partu, & post partum, vocatur Emmanuel. i. Deus inter nos, ne quisquam hominem nudum esse crederet, quasi diceret, quanquam è virgine sit natus, Deus tamen est inter homines habitans iam, post hac ne rursus Deum sine carne putares adiecit: Deum quidem esse, sed hominem factum quod mōstratur illo: butyrum & mel comedit, & in eo quod monstratur puer infans verbis illis: priusquam cognoscat bonum, vel malum, hoc enim atatis infantis est nō cognoscere bonum nec malū, & ne rursus nudum hominē existimet quisquam quod his verbis: priusquam cognoscat bonum aut malum eius infantia describatur, quod Christus natus de virgine puer infans, pabulo aliorum infantulorum sit alendus. vt qui exiget tempora infantia vt alij pueri infantes, & crescet & proficiet ætate, & sapientia apud Deum, intellige tu ministerio corporis, & scientia experimētali. ne nudum igitur hominem illum quisquam existimaret subiecit: non consentiet nequitia vt eligat bonum, quod proprium est Dei. CHRYSOS. in demonstratione quod Christus sit Deus his verbis etiam de clarari ait quod non sit purus homo. TERTULL. lib. 3. aduersus Marcionem his verbis docet declarari quod Deus sit, nam non assentire malitia vt eligat bonum, signum Dei est, erat enim agnus immaculatus, & quidem si attente hæc legas, rectè signum diuinitatis aiunt sancti Patres, quod semper eligit bonum, & non assentiet malitia: sic enim 12. Meta ta physica describitur Deus ab Arist. quod natura eius sit intelligere, & contemplari semper seipsum, & hæc eius sit essentia seipsum semper contemplari & intelligere, nempe quod repugnet diuinæ naturæ mala contemplari, aut se inferiora, & superius nihil est, sed in seipso videt omnia, & vult omnia. lege EVSEB. lib. 7. demonstrationis euangelicæ. cap. 2. & AMBROS. in libro de paradiso cap. 6. & de Caim & Abel. cap. 3. & de Abraham Patriarcha lib. 2. cap. 2. & in lib. de incarnationis Domini sacramento cap. 7. vbi hunc locum multis verbis explanat, & comparat euāgelij verbis capitis 2. Lucæ quod idem ait in cap. Lucæ 3. de genealogia Domini.

Reliquum ergo est vt dicamus quæ causa fuerit dissidij tralationis D. Hieronymi & Lxx virorum & Hebræam lectionem expendamus, an sanctorum Patrum interpretationi consentiat, punctum vnum quod male Iudæos pungebat fecit totum hoc dissidium, si dissidium dici potest, cum verbis dissideas, & re consentias. D. Hieronymo ne cesserit sequi lectionem Hebræam ita dispunctam vt vulgo circumferebatur, & eam Latine sic reddere fideliter: Lxx viri ad nos transmittunt suorum temporum lectionem Hebræam, & puncta quæ commodissima sunt visa. D. Hier. igitur legit DŌŌ reprobare, vt sit, antequam sciat puer reprobare malū & eligere bonum, & coniungit sententiæ sequenti, Lxx viri mutato puncto, quod D. Hieron. legit tempore infinito DŌŌ reprobare, præterito tempore transtulere DŌŌ reprobauit, quæ lectio male pungebat Iudæos si sic verteret ad verbum, antequam sciat puer reprobabit malum & eligere bonum. quod Iudæi etiam si in mille facies se verterent non possent tribuere nisi Christo Deo, & homini. Quis enim puer nudus antequam sciat reprobabit malum? aut quo refferre Iudæus hæc poterit? de quo dici queat nisi de Deo homine facto dicendum fateatur Iudæus? antequam sciat puer reprobabit malum, verteret dolos Iudæus, fingat quas velit fabricas fingi cogitatione. puer non potest qui antequam sciat reprobabit malum, eligere bonum, i. ad eligendum bonum. Nam! yconiunctio copulatiua (et) pro ornamento apud Hebræos frequētissimè

Hoc loco in sciatralationem Lxx, cōstituti in vinculis tenentur.

Atissimè accipitur: & sic: accipere Lxx, vides in lectione Hebræa si ad verbū veritas vt dispuncta à Lxx viris est: vnde nasci potuerit quæstio illa inter scolasticos: Theologos disceptata, an Christus in instanti suæ conceptionis meruerit primo actu, quæ meruit per opera sequentia omnia: legitur enim, Antequam sciat puer reprobabit malum, eliget bonum, in infantia scilicet, vt dictum est, in ipso suæ conceptionis instanti: nam; Eligere bonum. i. ad eligendum bonum vulgatum est. Lxx viri, quod Hebraicè erat, Priusquam sciat puer, additis verbis de suo, sic interpretantur. i. priusquam sciat bonum aut malum, cum Hebraicè tantum sit, priusquam sciat, vt interpretari possis priusquam sentiat, videat, audiat, in ipso ventris vtero per corporis ministerium, & per corporis organa, scientia, & sensu vsuali in ipso suæ conceptionis instanti cum per ministerium corporis hæc non faciebat, reprobauit malum, eligere bonum. i. ad eligendum bonum, hoc est, edet actum caritatis perfectiss. quo quæritur scolasticis quæstionibus an meruerit tantum quantum per omnia opera sequentia: & si sic dispunctam Hebræam lectionem ad verbum veritas, priusquam sciat puer repellat malum eligere bonum poterit, significare priusquam nascatur, in ipso instanti conceptionis repellat peccatum originis offerendo se, & passionem suam pro redemptione generis humani, eligere bonum. i. vt nobis mereretur gratiam ad eligendum bonum.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Quia antequam sciat puer reprobare malum, et eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris, à facie duorum regum suorum.

Derelinquetur terra quâ tu times, à facie duorum regum.

Dixi D. Hieron. verba illa quæ supra sum interpretatus, tribuere huic inferiori sententiæ. Lxx viri aliud initium faciunt huius sententiæ, idem tamen vtriusque versionis sensus est: & meminisse oportet historiæ quæ à principio dicta est, cum vastata pene Iudæa esset à rege Israël, & à rege Syria: postea cōiungere copias rex Israël, & rex Syria: quas multo maiores auxerant, prius enim vterque per se non magna manu vastauerat Iudæam, nunc vno consilio contracto maximo exercitu vterque coniunctis copijs vastatum Iudæam venient, timuit rex Iudæa immingere vastitatem illam prædictam à Mose, & à Iosue filio Nūn, cum in tantum timorem demersus esset Achaz rex, & vniuersus populus Iudæa, prænuuciauit Dominus per Esaiam nihil esse periculi à duobus regibus, vt supra dictum est, & vastitatis illius postremæ vniuersæ Iudææ, quam prædixit Moses & Iosue Nauè: signum petere iussit Achaz, non petenti, Dominus ipse signum dedit partum virginis, & Christi natiuitatem, postquam futuram dicer vastitatem illam prædictam à Mose, & à Iosue: in præsentia signa duo dat, etiam aduentus Christi, primum quod sub natiuitate Christi illa duo regna quæ nunc bellum intulere Iudææ desinent esse regna, & quod vniuersæ Iudææ vrbes vastabuntur: & primum factum est ante aduentum Christi regnum Syriae & Samariæ, à Romanis redacta sunt in prouincias, quod numeratur à nostris inter signa aduentus Domini: multa enim signa aduentus Domini literis prophetis sunt reddita, inter quæ vnum erat hoc, quod regnum Damasci, & Samariæ, quæ vsq; ad illa tempora mutabant quidem dominos, sed regna esse non desinebant, erant destitura esse regna, & erant in prouincias redigenda. Sic EVSEB. Cæsariensis. Demonstrat. Euang. lib. 7. cap. 2. vbi etiam refellit Iudæos, qui hæc ad Ezechiam referebant, vt sint ridendi qui sensa Iudæorum historiam scripturæ faciunt. Quid aliud dicunt quam hoc prætextu Iudæorum aniles fabulas, vt appellant veteres patres, non esse aniles fabulas, hos ego non miror, miror viros doctissimos, & maxime pios rerum sacrarum scientissimos, qui hæc aliquando probarunt, quos suæ sententiæ pudere opinor. Nihil est quod hoc loco Iudæos refellamus, refellat Euseb. stulta, inquit Quintil. per se sunt ridicula. Euseb. his locis premit Iudæos loco citato, En deletum est, inquit, regnum Samariæ, & regnum Damasci, cuius longe lateque patebat imperium: hoc signum datum erat aduentus Christi, hoc signum completum vides ò Iudæe, aduenit ergo Christus. Vides hæc omnia completa, puerum è virgine natum, qui Emmanuel. i. Deus inter homines est, qui melle, & butyro pastus, qui infantia: tempus excessit, vt reliqui infantes, in quo dolus non sit inuentus, vides duo regna deleta. Si vides, O Iudæe inquit Euseb. hæc duo regna ita re, expecta adhuc dum veniat messias, sin vides hæc olim iam diruta, venit ergo Messias. Te rogo, quid velis facere Iudæos, qui pergunt pergere, & tuentur suam impietatem, cū se videant in ha

Refellitur qui sententiam Iudæorum, sensum literalem faciunt. Signa aduentus Christi.

Premittitur Iudæi ab Eusebio.

Cur interfecta sit Zacharias. Virgo Maria, post natum Dominum, reposita inter virgines.

in has angustias redactos à nostris maioribus? fateantur hæc ita esse? damnent suam causam, quam mordicus defendunt? nunquam facient. Quid ergo? defleat aliò sensum scriptura, inuertent vaticinia prophetarum, texent fabulas anileis, hunc sensum dicet quisquam esse historicum? Non his locis, aiunt, sed ubi non pugnant cum scriptoribus sacris: ubique pugnant de sensu, & intellectu scripturarum ne quis erret. D. BASIL. in sanctam Christi generationem, significat hoc inquit, Zachariae historia, quam ex traditione maiorum accepimus: quod enim Zacharias Mariam post Domini partum inter virgines collocaret, à Iudæis fuerit interfectus inter templum & altare, accusatus à populo, quòd hoc factò probarit signum illud admirabile Esaiæ de virgine paritura esse completum, hæc BAS. nec mirandù est, sciebāt enim post hoc signum arsuras vrbes Iudææ.

D. HIERONYMVS.

Adducet Dominus super te, et super populum tuum, et super domum patris tui, dies, qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iudæa, cū rege Assyriorum: et erit in die illa, sibilabit dominus musca, quæ est in extremo fluminum Ægypti: et api, quæ est inter Æsur, et venient, et requiescent omnes in torrentibus vallium, et in cauernis petrarum, et in omnibus foraminibus.

V Traque tralatio consentit cum lectione Hebræa: tralatio tamen LXX, mihi videtur admirabilis, quanquam sunt qui negent se intelligere quid sibi velint LXX. Contra putat IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem, & EVSEB. lib. 7. demonstrat. Euangelicæ cap. 2. qui tam plana hæc putant, & perspicua, vt interpretatione egere non putent. Ita ea citant tanquam notissima & planissima: quid enim apertius quàm quod dixerit Lxx viri, vt significarent post partum virginis, tunc adducturū Dominum, imperatorem Romanum, qui vastitatem inferat Iudææ, quod Christo manus attulit? Adducet, inquit Lxx, super te Deus, & super populum tuum, ò domus Dauid scilicet, & super domum patris tui, dies qui nondum venerunt, ex qua die abstulit Ephraim à Iudæa. i. postquã separatè sunt decem tribus que Ephraim nomine vocantur à Iudæa. i. à duabus tribubus appositivè regem Assyriorum. i. imperatorem Romanum, qui eo tempore rex erat Assyriorum, illa enim omnia possidebat tūc imperator Romanus. PROCOP. quosdã ex veteribus Theologis hoc sensisse ait, quod tunc orbi dominaretur imperator Romanus, regem Assyriorum esse appellatum hoc loco, rex Ægypti erat rex Assyria: vnde Iudæi, Non habemus regem nisi Cæsarem: & Dominus, Quæ sunt Cæsaris reddite Cæsari: sic hunc locum explanat Euseb. Et certè etiã si non esset imperator Romanus rex Assyria, & rex orbis terrarum, in literis sacris videmus tropos mille, figuras mille, & sic TERTULL. lib. 3. aduersus Marcionem regem Assyriorum pro Herode interpretatur, quod apud poetas, & oratores est frequentissimum, vt: Nō Simois tibi nec Xanthus, neq; Dorica castra, apud Maronem posita pro Latinorum, & Rutulorum castris: Et, — Alius Latio iam partus Achilles pro Turno, sed huiusmodi exemplorum plena sunt omnia: neque solum veterum autoritate hæc sic explananda censemus, sed autoribus certissimis. Primum illud est quod ait propheta: Adducet Deus dies, quales non fuerunt. i. cladium omnium maximam. leges apud IOSEPH. cum alijs locis plurimis, tum lib. 1. de bell. Iud. in princip. & li. 5. cap. 27. omnium nationum clades quæ villo vnquam fuere tempore, inferiores fuisse clade Iudææ illata à Vespas. & illa longè longèque maior fuit ea quæ importata est Iudææ ab Adriano, vt leges apud Dionem: & vrbes alicuius fortassis cladem aliquam reperies quæ cum ijs videatur posse comparari, at vniuersæ

LXX VIRI.

Sed adducet super te Deus, & populum tuum, & super domum patris tui, dies qui nondum venerunt, ex qua die abstulit Ephraim à Iudæa, regem Assyriorum: & erit in die illa, sibilabit Dominus muscis, quæ dominabuntur parti fluminum Ægypti, & api quæ est in regione Assyriorum, & venient, & requiescent omnes in vallibus regionum, & in foraminibus petrarum, et in speluncis, & in omnem scissuram, & in omni ligno.

A vniuersæ regionis Iudææ ubi deleta sunt incendio quinquaginta munitissimæ vrbes, & vici nobilissimi nongenta octoginta quinque (vt refert Dion) si euoluas omnes historias, si excutias omnia vetera monumenta, nihil reperias quod cum hoc vlla ex parte possit comparari: vnde quoties apud Hieremiam, aut Ezechielem prædicitur inuendenda Iudææ omnium quæ vnquam vllò tempore fuere, aut futuræ essent, maxima calamitas: hæc de qua agimus est intelligenda nisi cum Iudæis velimus mendacèis facere prophetias, hæc enim omnes superat cladeis infinitis partibus, que villo vnquam tempore nationibus orbis terrarum inuendita narrantur: cum superioribus hæc cohærent bellum: Assyrium, aut Babylonicum non cohæret: præterea Ægyptij, & Babylonij nunquam cōiungere copias aduersus Iudæos, neque tantæ erant vires Iudæorum vt necesse esset Babylonios, & Ægyptios aduersus Iudæos cōiungere copias, quin Ægyptij, & Babylonij inter se assiduè bella gerebāt. Quando verò Romanus Imperator orbis terrarum imperator erat, & idè Imperator Romanus erat rex Assyrius, rex Ægyptius, rex Babylonijs, tunc sub signis Romanis militabant Ægyptij, Assyrij, & Arabes, & omnes nationes, quod leges apud Iosephum, & apud Dionem: ergo propheta cum simul Ægyptios, & Assyrios oppugnatos Hierosolyma dicit & subuersuros, digito ostendit Romanos: simul enim Assyrios, & Ægyptios expugnatos Hierosolyma dicit propheta, non diuisim, vt vult D. Hieronymus in commentarijs: adde quod bello Babylónico non magna à Deo multitudo influxit in Iudæam, quod Dominus ait apud Hieremiam, & apud Ezechiel. sed parua manu expugnata Hierusalè est vt nutu Domini factū appareret. Hic infinita multitudo affluxisse describitur, quæ muscarum, & apum cōparatur multitudini. Nam quòd D. Hier. ait, Babylonios in Iudæa deduxisse colonos, & hoc esse quod propheta dicat: Venient, & requiescent in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus fructis, & foraminibus. Vbi quæso literæ sacræ huius rei meminere, vt tanta vis Assyriorum in Iudæa influxerit, vt habitaret vrbes Iudææ, vt de ijs verba hæc prophete dici possent? quæ tantam vim hominum significat, vt numero comprehendere sit difficile, cum eos cū muscis, & apibus comparat, quæ complent torrenteis vallium, cauernas petrarum, fructeta omnia, omnia foramina. Adde quod propheta non Babylonios significat solum, sed Ægyptios etiam, certè hæc comparatio potius ingentis copias significat Romanorum ex Assyrijs, Ægyptijs, & alijs nationibus conscriptas, quando similitudo est apum, & muscarum quæ complent valles, & foramina petrarum, speluncam omnem, scissuras, & omne lignum, quod factum reperies si Iosephum euolueris.

Allarū nationum nomine, Romanos intelligi.

D. HIERONYMVS.

In die illa, radet Dominus in nouacula conducta in ijs qui trans flumen sunt in Rege Assyriorum caput, et pilos pedum, et barbam vniuersarum.

LXX VIRI.

In die illa radet Dominus in nouacula inebriata trans flumen Regis Assyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam auferet.

שכירה Si primæ literæ punctum adiungas dextro lateri, ebria, significat, vt vertere Lxx: si sinistro, conducta, vt vertit D. Hieronymus, Conduxit enim & contraxit ingentis copias maximis stipendijs imperator Romanus, vt subuerteret Iudæam. Sed versio Lxx virorum non leue argumentum est sententiæ superioris: siquidem perturbationes animi ebrietati similes esse prædicat A R I S T. cum alijs locis tum 7. ad Nicomach. & Romani ardentes iracundia, & perciti furore vastauerunt Iudæam, præsertim sub Adriano, ita vt omnia flammis, & ferro abluerent, neque talis fuit Babylonica captiuitas, ubi qui se dederent hostibus, afficiebantur impunitate, & dirutis Hierosolymis venia data plurimis est. Legè Dionem in vita Adriani, & intelliges quã in Iudæos vniuersos gladius Romanus seuerit. Ait ergo propheta, In die illa radet Dominus in nouacula ebria trans flumen Regis Assyriorum. i. in illa die radet Dominus in nouacula ebria Regis Assyriorum: sic enim hæc intelligenda sunt ex sermone Hebræo. i. ira, & furore imperatoris Romani: vel, radet nouacula ebria regis Assyriorum in his, quæ trans flumen sunt: vel, vt verterent Lxx ad verbum ex Hebræo: Trans flumen, vel, ultra flumen. i. etiam ultra terminos Iudææ. Nam Iudæam esse definitam fluminibus Iordane, Eufrate, & finibus Ægypti, res est notissima: quanuis ea loca Iudæis intermixti incoherent alienigenæ ob Iudæorum peccata: vt sit, trans flumen. i. trans flumina, quod Hebræis solenne est hac

est hac numerorum libertate vti. i. vltra terminos Iudæe provincie, vbi cunque aliquod Iudæorum esset oppidum quod in vita Adriani apud Dionem reperies, qui refert Iudæe quinquaginta oppida munita, & celeberrima esse delecta, quod ego non puto esse in vniuersa Hispania, & vicos nongentos, & octoginta quinque esse delectos: in captiuitate Babylonica tantum factam Hierosolymorum mentionem reperies, quod eo tempore Iuda angustis finibus esset circumscripta, quod reliqua tenerent alia decem tribus, quæ Israël, siue Ephraim dicebatur. Postquam vero Israël ductus captiuus est nec redijt vnquam post captiuitatem Babylonicam, latè se fuderunt Iudæi, & multi ex Israël qui redierant vnà cum multis etiam qui cum abductus Israel captiuus est, delituerant in montibus, & solis locis, & se receperat in regnum Iuda, & inter Iudæos resederant, & ita hoc loco: Vltra flumè, ait, propheta, vastabitur Iudæa. i. à fluuio vsque ad fluuium, quod factum leges apud Dionem in vita Adriani. Si tale quiddam de captiuitate Babylonica in literis sacris aut historicis scriptum est, non causam dico, quin habear mendacissimus. In captiuitate Babylonica prædicta est Hierosolymorum vastitas, nec dubito, quin oppida Iuda sint diruta aliquot, quod Iuda exiguis sane finibus contineatur. Hic vltra fluuios. i. vltra terminos Iudæe, à fluuio, vsq; ad fluuium dicitur euertenda, idque gladio ebrio, qui nulli parcat, qui præciso omni respectu omnia amputet, quod factum esse proditum est Romanis historijs. Quod autem ait propheta, caput, pedum pilos, & barbam vniuersam, significari putat EVSEB. ablaturum Dominum omnem ornatum Iudææ, quod propheta loquatur de Iudæa tanquam de vno quodam corpore, cuius Dominus se capillos, barbam, & totius corporis pilos attonsurum prædicat: quod hæc pro ornatu sint homini, quæ sunt omnia optime dicta. Tamen puto significari etiam vastationem agrorum: virebat enim mira amænitate nemorum, montium, olearum, arborumque omnis generis, caput Iudæe Hierosolyma, ex illa pulchritudine in fœdam quãdam deformitatem redactum luget Iosephus de bello Iudaico cap. 1. lib. 6. pedes Iudæe, & corpus, Galilæa, & Carmelus ita vernabant arboribus constita, & vitibus, fontium amænitate, vt nulli horti describi possint améniores, quàm describuntur à IOSEPH. belli Iudaici lib. 3. cap. 4. quæ omnia excisa & in vastitate redacta sunt à Romanis eodem authore & lib. citato. & sic reliqua Iudæa, vt hortus quidam irriguus vernabat, quæ omnia vasta relicta sunt à Romanis. Hos ego pilos capitis, corporis, & pedum regni Iuda attondendos puto significari à propheta, vt enim pili, capilli rutili, aurea barba supercilia, pro ornamento corporis sunt: sic regno Iuda pro ornamento erant hæc quæ quoquo circuntulisses oculos vernabant omnia.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa, nutriet homo vaccam bouum, et duas oues: et præ vbertate lactis comedet butyrum. Butyrum, et mel comedet omnis qui relictus fuerit in medio terra. Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis in spinas, et in vepres erunt. Cusagittis et arcu ingredientur illuc, vepres enim et spina erunt in vniuersa terra. Et omnes montes, qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum et veprium, et erit in pascua bouis, et in conculcationem pecoris.

HAEC omnia explanat EVSEB. vsque ad finem capitis lib. 2. cap. 39. & lib. 7. cap. 2. inde pete huius loci expositionem. Mihi magis placet sententiã Cyrilli vsque ad finem capitis, vt describatur vastitas Iudæe hic cum dicitur: Nutriet homo vaccam bouum, & duas oues. i. qui residui fuerint ex illa clade importata Iudæe, redigentur ad tantam mendicitatem, vt sit pro sum

LXX VIRI.

Et erit in die illa, nutriet homo vitula bouum, & duas oues, & erit à multum facere lac, comedet butyrum, quia butyrum & lac comedet omnis relictus super terram. Et erit in die illa, erit omnis locus vbi cunque fuerint mille vites mille siclis, in solitudine erunt, & in spinam: cum sagitta, & arcu ingredientur illuc, quia terra inculta, & vepres erit vniuersa terra, & ois mos arat arabit, non veniet illuc terror. Erunt enim à solitudine, & spina in pascua ouis, & conculcatione bouis.

A pro summis opibus vacca bouum, & pro grege oues duæ, & tanta erit hominum paucitas vt lac vnus vacca, & duarum ouium exsatiat familiam, & superfit vt inde fiat caseus, & butyrum. Mihi videtur non magis posse poni ante oculos paucitas hominum, & inopia, post illam cladem, quàm si vna vacca, & oues duæ pro gregibus & armentis sint, & quàm si ex tam exiguo grege, postquam familia & vicini saturi fuerint, superfit copia lactis ad caseos, & butyrum, quod exaggerat adhuc verba Prophetæ: Butyrum enim & mel mādudabit omnis qui relictus fuerit in medio terre. quasi dicat: Aio, inquam, hoc futurum, cum hoc solo cibo vescantur omnes, neque alijs edulij vtentur, quam melle, & lacte, quia summos montes incolent, nec se audebunt credere planis locis residui Iudæi: Quo enim se recipient cum omnia pareant Romanis armis? & ita subiungit propheta: Et erit in die illa omnis locus, vbi fuerint mille vites: aut (vt vertisse videntur Lxx seniores) vbi fuerint mille vinee, mille argenteis in spinas, & vepres erunt: admirabilis vilitas, quæ non possit esse nisi in summa totius Iudæe vastitate: vt mille vineæ, mille siclis veneant: sic enim vertere Lxx vna quæuis vinea, vno siclo. i. drachmis quatuor, nam Hebraicè est. וָשֶׁטֶט .i. vinea: aut, vna quæuis vinea veneat singulis drachmis iuxta tralationem D. Hieronymi, quæ magis consentire videtur cum lectione Hebræa, & causam tantæ vilitatis subiicit: In spinas, & vepres erunt. i. non mirandum si vna drachma vendatur vna vinea, quod nemo erat qui coleret vinea, & in solitudinem redigebantur, vnde sequitur: Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc, vepres enim & spina erunt in vniuersa terra: signum hoc est extremæ vastitatis: Nam quæ olim erant vinea, & culta loca, ingredientur Iudæi residui cum sagittis, & arcu, tanquã syluas horridas ad venandum, non tanquam ad vindemiam, quia erunt omnia vasta sine habitatione, redacta in senticeta, & vepreta, ac ferarum solitudines. Vnde postea: Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium. Commune hoc est omni vastitati, vt Plato ait lib. de legibus, & ARIS. cum alijs locis, tum primo Meteororum: vt qui residui sunt ex vastitate, summos montes colant, & gregibus, & armentis alantur, arent montes & paulatim descendant ad plana loca. Promittit tamen Deus Iudæos esse multiplicandos, & terram vberes fructus illis laturam, quia apud Oseam prædictum est tantam futuram copiam Iudæorum, vt repullulent velut vermiculi, & ideo montes quos colent non proferent spinas, sed fruges, vt magna sit semper Iudæorum copia, & multitudo vt per varia temporum interualla, turmatim & agminatim ecclesiam intrèt, quod patrum, & aorum nostrorum memoria bis factum esse dicitur.

IN ESAIAE CAP. VIII.

D. HIERONYMVS.

Dixit Dominus ad me: sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis.

LXX VIRI.

Et dixit Dominus ad me: sume tibi librum nouum magnum, & scribe in eo stylo hominis.



N disputacione de tralationibus, supra pluribus demonstrauimus: veteres patres docere Lxx viros multa addidisse, quæ res ipsa indicaret afflatu spiritus sancti esse addita, quæ lucem scripturæ adferant, & verbis euangelicis scripturam enodent: ostenditque D. August. commédare prophetas, hoc nomine quod tropicis loquutionibus (vt ipse ait) veritatem miscent, vt veritas admista obscuritati allegoriæ præferat faciem, & doceat quod tota sit referenda allegoria, quæ laus Lxx virorum est frequentissime. Quanquã enim hoc prophetæ sepè faciunt frequentius quod tropicis allegoriæ mista veritas est, quæ allegoriæ lucem afferat, factum à Lxx viris est, vt hoc loco: addito enim vno verbo, vel dormienti aurem vellunt & monent, quod tota hæc referenda sit prophetia. Hebraicè tantum est: Sume tibi librum grandem: vt vertit D. Hier. Lxx addidere, nouum, vt admoneret prophetiam esse de testamento nouo: Edidit enim, Sume tibi librum nouum grandem, quasi diceret: sume tibi magniloquum illud noui testamenti librum, de quo toto hoc cap. sententia

Propheta, tropicis loquutionibus et allegorie mista veritate, quod Lxx faciunt frequentius vt veritas mista allegoria, lucem afferat. Nouum testamentum.

sententia omnium veterum, sermo est. CYRIL. Nouus liber, & magnus, hic dicitur nouum testamentum, non enim ad instar veteris testamenti nouum est conscriptum, quod nouum testamentum Christi mysterium nunciat plane, quod fit hoc cap. nec veteris testamenti praefert humilitatem, sed cognitionis excellentiam, & superlationem: vnde D. Paulus, Propter excellentiam cognitionis Christi, &c. EVSEB. Caesariensis. demonstrat. Euang. lib. 7. cap. 3. Nouus liber, inquit, de aduentu Dei, qui continet natalitia Christi, filij prophetidis Mariae. PROC. eisdem penes verbis eadem. CLEMENS. Alex. Stromaton lib. 6. videtur hunc locum sic interpretari, vt praesignificari putet in aduentu Christi obscuritatem scripturarum illustrandam esse, & stylo plano, quem homines sua sponte intelligere possint, Christi mysteria esse scribenda. Nam vsque ad tempus aduentus Christi obscura omnia erant quae apostolis sunt referata, & renouatis illorum cordibus digito spiritus sancti inscripta. OECUMEN. in cap. 3. epistolae ad Heb. in illa verba, Sacrificium, & oblationem noluisti, ait, Esaias mysterium de vnigeniti incarnatione edoctus, audiuit Scribe mihi stylo hominis. P. R. O. C. Stylo hominis, inquit, i. oratione perspicua, & plana, & omnibus peruia, qua oratione iubet scribi Christi incarnationem, quae omnem sensum exsuperat. EVSEB. lib. 7. cap. 8. haec omnia libro nouo & magno, literis madari iubet Dominus, hoc modo significans nouum testamentum.

D. HIERONYMVS.

Velociter spolia detrahe, cito prae-dare.

Lectio Hebr. potest verti *למהר* cito, vt sit articulus designans ea, quae iubeat Dominus scribere. *למהר* spolia, vt sit, celeriter spolia, & sic reddidit D. Hieronymus, velociter spolia detrahe, vt sit sensus, nomen Domino futurum, velociter spolia detrahe, quod victo Satana, velociter ei detrahit spolia, de quo nomine & de spolijs, quae detrahit Dominus Satanae paulo infra dicendum est. Potest reddi quoque lectio Hebraea *למהר* ad festinandum, *למהר* spoliare, & sic reddidit Lxx vt velociter depradationem faciat spoliolum, eodem sensu, quo D. Hieronymus. PROCOP. Haec, inquit, dixit, quod in ipso Christi aduentu, velox fuit, & quo vis fulgure celerior, euangelij praedicatione. Verba sequentia Hebraea dupliciter etiam reddi Latine possunt *למהר* cito *למהר* cito, i. cito praedare, vt reddidit D. Hieronymus vt sit nomen pueri de quo statim dicendum est, cito praedare, quod alligato forti Dominus cito abstulit ei omnem praedam. Lxx viri, quod nondum vaticinatus sit propheta hoc cap. virginis partum, non putant significatum esse hic nomen pueri sed aduentum ipsius, & conuersionem orbis, quae in aduentu ipsius quouis fulgure celerior fuit vt inquit, Procop. & vt superioribus dictum est, vt velociter depradationem faciat spoliolum, sic hoc loco declaratur qui sit hic, qui hanc praedationem tam velociter est facturus, & sic reddidit *למהר* adest cito, vel festinat quod verbum de Christo dicitur, vt enim HIPPOL. episcopus Romanus in illa verba Danielis, veluti e somno graui excitatus populus &c. docet quod Christus a prophetis dicitur veniens, quod docet etiam AVGVST. tomo 10. de sanctis. sermone 20. serm. 1. de festis D. Ioan Baptistae: Propheta, inquit, aduentum regis ante multam tempore praedicaere, alij dixerunt quandoque venturus est, alij, ecce cito venit. Cum ergo Augustinus dixerit alios dixisse de Christo Ecce cito venit, inter alios hunc intelligit, qui hoc loco dixit iuxta translationem Lxx virorum *למהר* i. festinat, vel cito venit, vel adest cito. Et supra D. ca. 4. iuxta translationem Lxx dixerat, Veniet, & erit omnis locus montis Sion. vt enim discipuli Pythagorae de suo praepatore dicebant, ipse dixit, neque necesse putabant addere, Pythagoras: ita propheta, Christi praecones dicebant de Christo adest, venit, festinat, neque necesse putabant addere, quem dicerent adesse, venire, aut festinare, quanquam aliquando addebant, adest Christus, adest Iesus, adest salus mea. de Christo enim est omnis prophetia, & ideo quamquam non adderetur, intelligebatur quis esset, qui adesset. Reponenda tamen dictio est in translatione Lxx virorum ex lectione Hebraea *למהר* i. depradatus est, vt totum legatur: adest enim & depradatus est: vt significetur illa velocitas, quouis fulgure celerior, vt dixit Procop. qua Christus adueniens abstulit vasa fortis. THEODORET. hanc vocem Domini esse ait illam quae est in Euangelio, Nisi quis ingrediatur in domum fortis, & eum liget, quomodo auferet vasa fortis? quod his verbis, & illis idem significetur. AMBROS. in Psal. 39. in principio, mirabiliter ad hunc locum alludere videtur cum ait, sicut Esaias sanctus per populos currebat vociferans

LXX VIRI.

Vt velociter depradationem faciat spoliolum, adest enim.

למהר שילי חן

A vociferans, non quae ipse vellet, sed quae iubentur a Domino: ex his igitur intelligitur affulsisse remedium salutis, quoniam qui expectabatur, adest: expectauit eum Adam de paradiso eiectus, vt longo liberaretur exilio, & multa ponit postea exempla, quibus is qui veniret, & expectaretur iam adesset: quae Ambrosij verba omnia si expendis, intelliges nunciari hoc loco, iuxta translationem Lxx, adesse illum qui expectabatur ab ipsa mundi origine. CYPRIAN. in initio serm. 6. de oratione Dominica, tam communem hanc putat esse prophetiam, vt dicitur de Christo, veniens adest, vt dicat, ipse sermo Dei. i. filius qui in prophetis fuit, propria voce testetur, non iam mandans, vt pararetur venienti via, sed ipse veniens, & viam nobis aperiens. Iubet ergo Dominus per prophetam, vt parent se homines ad aduentum Christi, quod adfit iam, & cito rapturus spolia sit sathanae.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachia. Et testis mihi fac fideles homines, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiae.

Hac causa, Librum nouum & magnum, id est, nouum testamentum, sumere iussus est propheta Esaias, vt rem nouum & maiore, quam pro humano captu, hoc est verbi aeterni incarnatione, euangelica Esaias tuba personet, stylo hominis. i. oratione plana, quae vulgus hominum intelligat. Vbi praedictum illud euangelicum, quod sacrae Mariae virgini dictum ab angelo est, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obubrabit tibi, sed diuino factum est beneficium, eoq; omnium maximo, vt LXXII viri, non tam scripturarum interpretes, quam commentarij essent, quod perfidi Iudaei haec omnia inuertunt, & trahunt etiam quosdam ex nostris in sua sententia, & tam turpiter quaedam interpretantur, vt illud superius de stylo hominis, vt pudeat vehementer illorum interpretatione referre & refellere. Et hoc loco haec interpretantur de Esaias, quod fecerit testis, & concubuerit cum vxore sua, & procrearit filium, & appellarit, Cito spolia. Sunt enim spurci, & impudetes pariter perfidi Iudaei, teste isne facit, vt cum vxore concubat propheta? Quae malum haec impudentia est? Praeterea, vnde docet Iudaei vxorem Esaias fuisse prophetissam? aut cur filius Esaias dictus, Cito spolia? eane causa fuit, vt librum magnum & nouum, sumere iussus esset, vt scriberet stylo hominis. i. membris genitalibus, & faceret testis concubitus cum vxore? homines impudentes, non solum perfidos & impios. Hos refellunt Lxx seniores. Iam ex hoc loco nec dicere possint illa verba: Adhibui mihi testes fideles, verba esse Esaias, qui sibi fecerit testis concubitus cum vxore sua: sunt enim Lxx viri scripturam metaphrasem, quod supra ostendimus in disputatione de translationibus, quodq; docet ORIGEN. in Ioann. tom. 32. interpretans illud Euangelij, Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum, his verbis *ὁ ἐσθίων μετὰ ἐμοῦ ἐπισημασθήσεται ἐν τῷ ποταμῷ* . i. magnificauit super me calcaneum suum, metaphrasi quadam explanatum a Lxx est, dictumque, Leuabit contra me calcaneum suum, vt illustraretur oratio, quod ab illis hoc loco factum est, qui, pro, adhibui mihi testes fideles, metaphrasi quadam reddidit, Testis mihi fac fideles homines, vt sint verba Domini, qui dixerit, Sume tibi librum grandem, scribe, fac testes mihi: Domino igitur testes fiunt, non prophetae, Dominus enim hic loquitur: sic enim hoc caput est exorsus Esaias, Dixit Dominus, ergo, Adhibui mihi testes, ego Dominus qui loquor, persona enim loquens prima est. Hoc docent Lxx seniores, qui non reddidit verba, sed expressere sensu, & fecere Dominum loquentem eodem tenore verborum: sume, scribe, fac testes mihi. An LXXII testes Iudaei tribus seculis ante tempora euangelica, cum euangelica verba personant, quibusdam non persuadebunt, & persuadebunt impudentissimi, spurcissimi, impijssimi Iudaei? atqui ego non intelligo, quae maior probatio verae interpretationis scripturae nobis potuerit adferri, neque cum mente, & cogitatione lustro, possum vllam aliam comminisci animo, aut excogitare quae maior esse potuerit, quam si LXXII testes Iudaei, doctissimi legis Moisaicae, qui a Mose vsque & prophetis, quasi per manus accepissent scripturam interpretationem, liberis odio, & gratia mentibus CCC annis ante tempora euangelica scripturae interpretarentur, ij tales viri, velint nolint impij Iudaei & Iudaizantes praesignificari, hoc loco aut illud euangelicum dictum sacrae virgini ab angelo, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obubrabit tibi: quod iam ostendit. Intelligendum autem est, olim non habitam esse fidem prophetis, quod ex Esaias liquet, & Hierem.

Lxx viri, non tam interpretes quam commentarij diuini. beneficio. Iudaei multa etiam, turpiter & impudentissimi me interpretantur, in nunc, ex eorum sententia, sensum litteralem dicit. Lxx viri, scripturae metaphrasae in plerisque, sententia ORIGENIS.

M alijque

alijsq; vt dictū est, dicendumq; alibi latius, & ita multa prædicebat propheta, vt indè sibi querent nomen prophetarū, & maioribus vaticinijs longo post tēpore futuris, fidē præstruerēt. Fiebat illud etiā à Dño, vbi magna quædā vaticinia prophetis reuelabatur, vt simul reuelarentur alijs sacerdotibus, & prophetis, virisq; vitæ integerrimè & probatissimè, qui prophetis veritatis illius vaticinij magni, impertirent testimoniū, quod sibi quoq; esset reuelatū: & iubebat Dñs, vt propheta ipsos viros illos citaret testeis, ne Iudæi possent illis abrogare fidē, & sic virginis partū reuelatū esse ait, nō solum sibi, sed etiā Zachariæ & Vriæ, viris sanctiss. hęc Procop. EVSEB. aliter mihi hunc locū intellexisse videtur, qui loco citato ait: Vult esse fideles testes natalitiorū huius pueri Iesu, vt possint intelligere vaticinia, quia, Nisi credideritis non intelligetis: Et iuxta hęc Euseb. sententiā, videri potest propheta facere testeis huius vaticinij, quo prædictus est partus virginis de Spiritu sancto, omnes legis doctores, omnes doctores Theologos qui literas sacras nocturna & diurna manu versant, vt testatissimū sit apud omnes, octingentis ante annis hunc virginis partū fuisse prædictū de Spiritu sancto: nā nō minibus ipsi vaticinia fuisse significata, dices ex Aolla, & Aollia apud Ezechielē, & apud Oseā ex nominibus illis, B abiq; misericordia, populus meus, non populus meus. Fiunt ergo testes ab Esaia, Vrias, i. quicunq; illustratus est à Dño, & Zacharias, qui memor est Dñi, i. qui die ac nocte meditatur in lege Dñi: & filius Barachię, i. filius benedictionis Dñi, ij fiunt testes à propheta, omnes sacri scriptores, scilicet, omnes legis doctores, sacerdotes, sacri Theologi, illustrati à Dño: id enim sonat Vrias: qui meditantur in lege Dñi die ac nocte, quod significat Zacharias, benedicti à Domino, quod Barachias significat. Quorum enim literis prodidit Esaias sua vaticinia, nisi vt hęc vaticinia testatissima relinqueret apud omnes, & sacerdotes & doctores legerent hunc partū sacratū virginis, de Spiritu sancto octingentesimo ante anno esse præsignificatū? Si placet tibi sententia Procopij, illam dices litteralem: hanc Eusebij allegoricam: quanquam Euseb. sententia magis litteralis, quàm allegorica esse videatur, nisi putas Aollam illam, & Aollibam, meretricem apud Ezechielem, pro domo Iuda, & pro domo Israēl, sensu spiritali poni, & nō potiùs litterali, cuius notā videri possit hoc loco Vrias, & Zacharias, & Barachias. Illud aduerte, Eusebium docere, iustum prophetā à Dño, adhibere testes fideles, Gręcè πεισθεις, qui fidē habeant, qui credant, quòd, Qui non crediderit, non intelliget: non auferetur enim velamē de cordibus Iudæorū, vt scripturas intelligant, donec transeant ad Christum, vt ait AVG. contra Faustum Manichæum li. 12. cap. 4. CYRIL. Zachariam prophetam fuisse, ait, temporibus Esaia, Vriam verò sacerdotem, & legis doctorem: & per figuram, qua ex vno plures, vel ex vno omnes intelligimus, quæ dicitur synechoche, poni Zachariam pro omnibus prophetis, & Vriam pro omnibus legis Doctoribus, vt iubeat Dñs adhiberi testes, Christi mysterijs, prophetas & legis doctores, quòd verè sacramentorum nouę legis, prophetæ & legis ceremonie, sint testes: Scramini scripturas, ipsæ testimonium perhibent de me: hoc idem significatum ait Cyrill. cum in transfiguratione apparuere Elias & Moses cum Dño, i. lex & propheta: eadē figura qua ex vno omnes significamus, quod ait Fabius. Et loquebantur ad inuicē de exitu, i. de cruce, de morte, & resurrectione. Quanquam hęc dicit Cyrill. tamen leges apud CLEM. Alexandrinū Stromaton lib. 1. Esaia, Oseam, Michæam, Ioēlem, & alios quosdam eodem tempore prophetas ante captiuitatem Babylonicam: sub ipsam captiuitatem Babylonicam, Hieremiam, Buzi, Vriam, Abbacuc: in ipsa captiuitate, Ezechiel, Naum, Daniel: post ipsam captiuitatem, Aggaum, Zachariam, & alios, itaque Zacharias ex postremis prophetis fuit, nisi alius fuerit Zacharias temporum Esaia, cuius nullam reperio mentionem: & nisi Esaias horum duorum prophetarum meminerit, qui postea futuri erant, & præsignificaturi Domini aduentum, quod facit Zacharias tam mirabiliter, vt alterum prophetam euangelistam dicere possis post Esaia. Vriæ prophetæ, cuius meminit Clemens Alexandrinus loco citato, scripta non extant, vt in teriere multa alia prophetarum scripta. CHRYS. tomo. 2. homil. 1. in cap. 1. sancti Ioannis Baptistæ, hanc conceptionem Christi præsignificatam ait à Zacharia propheta, cuius cruor templi marmore infecto sempiternus viuit, sed hoc temporibus Christi factum prædicat, & præsignificatum ab Esaia hoc loco testem futurum hunc Zachariam natiuitatis Christi, & occidendum esse inter templum & altare, fortasse innuit Chrysostomus his verbis historiam illam quam narrat Basilus in homil. in sanctam Christi generationē. Ait enim, ex traditione patrum, ad sua vsq; tēpora descendisse Zachariā sacratā virginem, postquā Dñm pepererat, in templo inter virgines collocasse, & ea causa à Iudæis inter templum & altare fuisse interemptum, cum à

Multis modis conciliata fides prophetis, vt prophetie de Christo seruentur religiose.

Oolla. Aolla. 23

Testes vaticinij huius partus sacratæ virginis, sunt omnes doctores Theologi, iuxta sententiam Eusebij, vt intelligat quantum sint facientes de propheta.

Historia Zachariæ.

A reū à populo factū, quòd eo facto ostenderit admirabile illud signū de virgine paritura, esse completū: hęc D. Basil. hoc D. Chrysof. loco citato præsignificatum putat ab Esaia: & Zachariā illū filium Barachiæ, patrem Ioannis Bapt. fuisse putat, & eundē significatum esse à Domino verbis illis, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quanquam eodem loco videtur referre ad Zachariam prophetam, cætera leges apud Chrysof. Idem Chrysof. tom. 5. orat. 2. aduersus Iudæos, videtur eodem modo hunc locum interpretari, quomodo Procop. supra enucleauerat, ait enim: Quam pernicaces quidā Iudæi erant, & elati, post euentum rei perfricabant frontē, & negabant sibi esse prædictū, ideo propheta, nō solum illis futura prædicebat, verum etiam testes adhibebat eorū quæ gerebatur: sic enim Esaias, Da mihi testes viros bonę fidei: nec hoc contentus, in nouo volumine descriptā reliquit prophetiā, quo postq̄ euenissent ipse res, de seipsis testimoniū ferrent, quòd afflatu cælesti, multo ante tēpore fuerint prædictę: eoque nō solum scripsit in volumine, sed in nouo volumine, quo possent in multū durare tēpus, nec facile corumpi, sed expectare euentū rerum quæ ibi continebantur. Quę interpret. Chrysof. spectat ad illa quę diximus, prædicta esse multa, dūcentesimo, tricentesimo post anno, futura, aut non multo post tēpore complenda: quorum euentus, authoritatem & pondus scriptis prophetæ tribueret, & ideo nouo volumine scripta, vt durarent quoad hęc complerentur, nam post illa, summa religione scripta prophetæ erant obseruanda, vt dictum est.

D. HIERONTMVS.

LXX VIRI.

Et accessi ad prophetissam, et cōcepit, et peperit filium.

Et accessi ad prophetissam, & in vtero accepit, & peperit filium.

Hoc est magnum illud oraculum de conceptione sacratę virginis Marię, cuius causa propheta fumere iussus est librum nouum, & grandem, & tubā plus euangelica quàm prophetica personare, latissimū illum & faustiss. nunciū (id enim Latine sonat euangelium) nunciū, inquam, illū, qui tanta lætitia complet sanctorū pectora incarnationis filij Dei, cuius iussit facere testeis viros fideles, & sanctos, vt testatiss. multis ante annis esset, sic futurum apud omnes Iudæos, ne postea caussari possent perfidi Iudęi, sibi non prædictū, q̄ supra dixit Chrysof. Ait Dñs ergo, Accedam ad prophetissam. i. ad sacratā virginem Mariā: est enim idē cum illo, Spiritus sanctus superueniet in te: & ne impij Iudæi inuertere hanc prophetiā possent, Lxx viri (vt supra dictū est) metaphrasi quadā, aut paraphrasi cauere: Hebraicè enim in prima persona hæ duæ orationes dicuntur: Adhibui mihi testeis: &, Accessi ad prophetissam: & priorem orationem ad Spiritū sanctū loquentē retulere, vt superiore cōmentario est monstratū, vt necessitas ipsa cogat secundā orationem ad Spiritū sanctū referre. Spiritus sanctus est, qui loquitur in prima oratione, secunda ergo ei coniuncta eidē reddatur, necesse est. CYRIL. Quoniā non ex sanguine, inquit, & carne, neq; ex voluntate viri generatio Christi secundū carnem est peracta, ipse qui dixit, Sume tibi librum, ait, nunc: Accessi ad prophetissam, Specta quomodo mysteriū Christi, scribitur hominis calamo, & verbis nostratibus: & multa alia Cyrillus ad didit in hanc sententiā. GREGO. Nazianz. in sanctū pascha, prophetidē hanc, ad quā accessit Spiritus sanctus sacratā Mariā interpretatur, quæ de spiritu sancto concepit, & peperit filium Iesum Dñm. EPIPH. li. 3. contra Hæreses, cōtra Collyridianos: Hęc, inquit, Esaias futura prædicat quę cōplenda erant de filio Dei, inquit: Ecce virgo in vtero habebit, & quoniā virgo erat quę peperit, & Deus inter homines qui natus est, ne dubitaret propheta de modo huius natiuitatis eum videt in visione, & narrat de Spiritu sancto futurā: Ingressus, inquit, ad prophetissam. Quibus verbis prænunciat ingressum Gabrielis angeli ad Mariam, qui missus est, vt nunciaret aduentū vnigeniti filij Dei in hunc mundū. Quibus verbis Epiphani. declarat, hoc esse vaticinium illorū verborū Gabrielis angeli, quibus modum significabat natiuitatis Christi. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. PRO COP. Ait, inquit, Dominus, quod ipse superueniet prophetissæ, & sic vocat prophetissam matrem Christi, quòd Spiritus sancti particeps sit futura, iuxta illud: Spiritus sanctus superueniet in te. TERTVL. lib. de Trinitate: Esaias, futura, inquit, non quasi futura prædicat, sed quasi iam facta, nam cum nondum accessum esset ad Mariam, Accessi, inquit, ad prophetissam. Verum quòd Tertul. ait, præterito tempore esse, Accessi ad prophetissam, Hebraicè futuro tempore esse potest: valet enim verbū Hebræum pro præterito & pro futuro, vt possit reddi, Accessi; & accedam, vt sit, Accedam ad prophetissam, vt congruat cum illo: Spiritus sanctus superueniet in te: & potest verti per præteritum, vt

vertit D. Hier. EVS. lib. 7. demonstrat. euang. cap. 3. ait spiritum sanctum hæc verba esse loquutū, A dixissetq; se superuenturum Mariæ prophetissæ, & Mariam virginem de Spiritu sancto concepituram Emmanuelem. Sed quia toto capite EVSEB. nihil aliud ferè quàm hæc verba explanat, & multis verbis Iudæos refellit: qui velut refutationem Iudæorum videre, Euseb. adito Iudæi profligati à nostris, aliam reperere rimam, qua elabantur æquè fatuam & stultam, ac priorum. Gigantæo enim more aduersus Deum bellant, & scripturam peruertunt, & sunt tamen, qui illorum impia sententia sequantur, nec desunt ex nostris, qui hos admirantur, & impia Iudæorum sententia, literalem sensum dicant, non sine magna aliorum peste, ut dictum est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et dixit dñs ad me, Vocanome eius, ac celerà, spolia detrahe, festina pradari.

Et dixit Dñs mihi, Voca nomē eius citò spolia, velociter prædare.

Lectio Hebræa ללשן נקמה potest verti, Citò spolia, ut vertere Lxx: & sicut reddidit D. Hier. B accelera, spolia detrahe, quod נקמה, reddi potest Latinè, citò, ut sit aduerbiū, & potest reddi, festina, ut sit verbum, & ללשן imperantis verbum esse potest, & reddi, spolia, ut sit, citò spolia, ut vertere Lxx viri: & נקמה potest esse aduerbium citò aut velociter, ut vertere Lxx viri: & potest esse verbum, festina, ut reddidit D. Hieron. nam נקמה infiniti modi, & imperantis esse potest, & sic Hieron. hoc loco pro verbis vertit, Accelera, & festina, in principio pro aduerbijs velociter, & citò eadem dictiones: contra verò Lxx viri in principio fecere verba eadem illas dictiones, hoc loco aduerbia. AMBR. in psal. 118. in illa verba: Exultavi in verbis tuis, sicut qui inuenit spolia multa: Velociter, inquit, spolia detrahe, quia rex Assyriorū. i. diabolus eorum, quos vanos effecerat sua perfidia, spolia amisit, quæ tenebat. IREN. lib. 3. ca. 18. In ipso suo ortu spoliabit homines, auferet ignorantiam ipsorum, sui cognitionem præbebit, quod verba illa significant, Velociter spolia detrahe. EVSEB. lib. 7. cap. 3. Spolia, inquit, his verbis appellat omnes eos, qui abducti ab errore dæmonum adhæserunt Christo. CHRYS. in cap. 1. Matth. homil. 5. in illa verba: Ecce virgo concipiet: Mos est, inquit, scripturæ, euentus rerū ponere loco nominum: sic Emmanuel est appellatus Dñs, ut significaretur futurum, ut Deus inter homines versaretur, quod dictum à Chryso. est, quod Dominus non est appellatus Emmanuel, dictum tamen à propheta est, Vocanome eius Emmanuel: non ut nome eius significaretur, sed ut prædiceretur res futura, futurum enim erat, ut Deus inter homines videretur in terris, & cum hominibus conuersaretur: quod significat hæc vox Emmanuel. hunc euentum ergo, significat nomina, sæpè in sacris literis. Pergit dicere Chryso. Sic puer vocatus est, Velociter spolia detrahe, quod illo nato, direptio, & spoliatorum facta est diuisio: & alijs exemplis confirmat canonem hunc scripturæ, ut nomen plerunq; significet res ipsas futuras, non nomen aliquod futurum, quo esset appellandus Dñs, & sic Christus dictus est, Citò prædare, quod citò ad se tracturus esset omnia, ut ipse dixit, Omnia trahā ad me, nō quod vocandus esset, Citò prædare.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae, coram rege Assyriorum.

Quia antequam sciat puer vocare patrem vel matrem, accipiet fortitudinem Damasci, & spolia Samarię coram rege Assyriorum.

AVGVST. serm. 4. in festo Epiphaniæ sic inquit: Tunc puer, priusquam sciat vocare patrem vel matrem. i. antequam per humanam carnem humana verba proferret, accepit virtutem Damasci, illam scilicet, unde Damascus præsumebat: præsumebat auro, aurum accepit à Magis, & spolia Samarię, ijdem ipsi Magi erant. Samaria pro idolatria posita est, vna vrbs idolis seruiens pro omnibus, debellaturus igitur Christus gladio spiritali vniuersum orbem, hæc prima spolia abstulit in hac terra, nondum loquens per linguam, loquutus est per stellam. CHRYS. in cap. 2. Matth. homil. 2. interpretans hunc locum: Magi. i. sapientes, inquit, dicti sunt virtus Damasci, quia virtus vniuersiusque provinciæ, sunt sapientes ipsius: rex Assyriorum est diabolus, nam Assyrii infideles, pro omnibus infidelibus ponuntur, quorū princeps dicitur Sathanas. Ergo Christus, priusquam secundum corpus inciperet cognoscere patrem aut

Atrem aut matrem, virtutem diaboli subiugauit. Lege AVG. tom. 9. de simbolo ad Catechumenos lib. 3. cap. 4. de occisis pueris ab Herode, & intelliges, quantum prædè, nascens Dominus, abegerit à diabolo. ATHAN. de incarnat. verbi lib. 1. hoc loco vehementer vrget Iudæos, Quis vnquam, inquiens, genitus rex, priusquam patrem aut matrem vocare possit, regnauit, & accepit hostium spolia? nonne Dauid, cum triginta esset annorum, suscepit regnum? Solomō adultus regnauit? Iosias annos natus septem? Iosias item septem annorum? Sed hi omnes patrem & matrem vocare poterant. Quis est ergo, qui ferè antequam nascitur, regnat, & hostiū spolia diripit? quis huiusmodi fuerit rex Iuda, aut Israël, dicant Iudæi? Et quando prophetia non potest mentiri, rogat quis puer hic fuerit, qui statim natus diripit spolia? TERTVL. aduersus Iudæos in probatione natiuitatis Christi, hoc etiam loco vehementer Iudæos vrget, & explanat hunc locum multis verbis, de Magis, & auro, in myrrha, thure, quæ obtulerunt. & lib. 3. aduersus Marcionem cap. 8. eadem repetit, & regem Assyriorum interpretatur, Herodem, quomodo Sodoma appellatur Hierusalē. IVSTIN. philosophus martyr, in dialogo aduersus Tryphonem, ijdem verbis premit Iudæos, & vrget hoc loco, & Herodem appellatum ait regem Assyriorum, ut Iudæorū principes dicuntur principes Sodomæ, & Gomorrhæ. EVSEB. lib. 7. demonstrat. euang. cap. 3. hunc locum de Romanis interpretatur: Puer, inquit, Christus, tradidit virtutem Damasci Romanis, & deleuit illa duo regna, ut dictum est in fine cap. superioris, & verissimum est hæc duo regna Assyriorum se dedidisse Augusto Cæsari, ut proditum est à Dione lib. 49. & meminit Horat. -- Ius imperiumq; Phraates Cæsaris accepit genibus minor -- prius tamen acriter bellauere aduersus Augustū. EPIPH. quoq; li. 3. in compendio fidei Catholice & apostolice ecclesie, de Magis hunc locum interpretatur, & de mulieribus, quæ Magi Christo obtulerunt, vbi multa alia in hunc locum dicit: & idem Epiph. in Ancycroto idem significari docet hoc loco, quod illo Euangelij, Iesus autem proficiebat ætate & sapientia: Qui erat, inquiens, patris sapientia, qui docet hominem scientiam, qui plantauit aurem homini, qui sermonē homini dedit, & fecit mutos loqui, tulit illa propter nos, ut infans esset. & in Ancycroto idem Epiph. interpretans quomodo exinanierit seipsum, ait, significari his verbis, idem quod verbis illis euangelicis: Iesus proficiebat ætate & sapientia: & quærit, C quomodo is qui sapientia patris esset, qui homines loqui docuisset, & aptarit linguam hominibus, & aurem plantarit audientibus, nescierit vocare patrem aut matrem? & respondet, Si natus, inquiens, locutus esset, phasma videretur, & ficta eius natiuitas, non vera: & ideo ordinem naturæ in his exteris sequi voluit, ut verum se esse hominem probaret. AMBR. de interpellatione Dauid, antequam vocaret patrem aut matrem ministerio carnis, euo casse gentes significat, idq; hoc oraculo probat: & idem Ambros. in cap. 3. Luc. lib. 3. de genealogia Dñi, in fine, interpretans hunc locum: Hic est, inquit, puer, cuius incunabula Magi spolijs Orientalibus refererunt, quia Gens ante Christum incredula, de exuuijs idolorū, recepta iam fide, manubias obtulit Dño triumphales. & idem Ambros. in psal. 128. serm. 21. in illa verba: Exulto in verbis tuis, sicut qui inuenit spolia multa: hunc locum explanat mirabiliter, & alijs locis centies, sed & Procop. & alij patres sic hunc locum interpretatur. Quæ omnia tam multis verbis sum executus, ut appareat veteres patres hoc totum caput interpretari de Christo, & hunc esse sanctorum consensum. D. Hieron. aliter hæc & sequentia interpretatur: sed mitto D. Hieron. quem ego semper supplex veneror & adoro: Iudæos aggredior: Mitto dicere, quàm spurcè, quàm procaciter, superiora interpretentur Iudæi, ut supra ostensum est. Quis non videat, quàm mendax hæc sit prophetia, si sic explanes? iubetur propheta sub Achaz rege cū vxore concubere, & antequam puer inde natus sciat vocare patrem suū aut matrem, dicitur capiendā Samaria: certè si vxor Elaię decē annos grauida fuisset, quod de elephanto Plautus inquit fabulose, hoc non coheret, nā si bene numeres tempora, duodecimo anno post hanc prophetiā, capta Samaria est. sed quid moror? Iudæos melius refellunt Athanas. Tertull. Euseb. locis citatis, qui refutare Iudæos volent, illinc Iudæorū petat refutationem. Nec si cōtulerit interpretationem sanctorū cū Iudaico sensu, dicit vnquam sententiam Iudæorum esse literalem scripturæ sensum, nō enim magis frigida pugnant calidis, humentia siccis, quàm sententia Iudæorum pugnat cum sententia sanctorū. Vbi non pugnat, inquit ibi sententia Iudæorū est literalis: confer hoc toto opere sententias sanctorū cum Iudaicis sententijs, semper pugnare reperies in vaticinijs de Christo. Quod D. Hier. & Lxx viri fortitudinem aut virtutē Damasci vertunt, Hebræi copias, siue exercitus reddunt aut diuitias. מלחמה, Hebræa vox hæc omnia significat, nec est quod Iudæi lectio-

ni Hebrae medię punctum appingant, loco obeli, quo eam iugulent, tanquam malę redditam A
à D. Hieron. omnia illa vox Hebraea significat, quod vel Hebraea onomastica docet, vide quid
faciat D. Hieron. aliquid largitum esse Iudaeis, vbi commode fieri potuit, vbiq; ab Iudaeis
dissentit D. Hieron. eius scripta obelo iugulantur teetē & clām à Iudaeis, vt supra dictū
est: si ergo לִימִי veritas, exercitus, cum Iudaeis reetē verteris: & ex AVGV. loco citato intelli-
ges, quantum puerorum exercitum arripuit puer natus, cum sub Magorum aduentum, tot
pueros occidit Herodes, & alia multa quę August. enumerat: si reddas לִימִי opes, & diuitias, in-
terpretabimur aurum, & thus, & myrrham, quę Domino obtulere Magi.

D. HIERONYMVS.

*Et adiecit Dominus loqui ad me ad-
huc dices, Pro eo quod abiicit populus
iste aquas Siloë, quę vadunt cum silen-
tio, et assumpsit magis Rasim, et filiū
Rhomelię, propter hoc, Ecce Dominus
adducet super eos aquas fluminis for-
teis, et multas, regem Assyriorum, et
omnem gloriam eius.*

Vel verba ipsa huius loci, si attentē legas, satis indicant, aliud dici, aliud intelligi velle,
quod allegorię propriū est: nā populus iste, populus est, ad quem vaticinatur Esaias, qui
populus est Iudaeorū: quomodo populus Iudaeorū optat seruire regi Syrię, aut regi Israel? si
optat, cur non accipit illorū imperiū? cur non venientibus aperit vrbes? & vt illis sit dicto au-
diēs populus Iuda, necesse habebat relinquere suas sedes? si vellet esse sub imperio Israel, aut
regis Syrię, necesse habebat relinquere aquas Siloë? si dicas de populo Israel hęc esse interpre-
tanda, propheta ad populū Iuda vaticinatur, & non ad populum Israel. Et vt largiamur hęc ad
populum Israel esse dicta, populū sine Israel vult esse sub rege Syrię? aut tanto post tēpore pu-
nitur, quod non fuerit sub imperio regis Iuda, & velit esse sub imperio regis Syrię? nunquā po-
pulus Israel voluit esse sub imperio regis Syrię: pręterea si minaretur Dñs Israeli, poenę irro-
gandę Israeli dicerentur, irrogantur populo Iuda: sequitur enim, lbit per Iudam, inundans, &
transiens: nec fit vlla mentio populi Israel, nā si Israeli minę fierent, quomodo toto cap. prædi-
cuntur mala, quę imminent populo Iuda? Ergo sanctorū patrū sententia verissima est, post va-
ticia Christi, præsignificari mala, quę infidelis Iudęos, quod Christū non recepissent, erant
exceptura: & sic sententia totius cap. à principio vsq; ad finem sibi congruit, quod signum in-
solubile est, vt ostendimus veritatis interpretationis sanctorum. CYRILL. Siloë, inquit, sonat
missum, siue Christū, & pro Christo hic accipitur, qui veniens dicitur cum silētio, quod primo
aduentu placidē & quietē in hunc mundum venit, in similitudine carnis peccati, non manife-
stam diuinitatis præferens gloriam, neque suo lumine lucens, neque angelicis potestatibus sti-
patus. Et rursus idem Cyril. Populus Iuda detrectat Christi iugum, præoptatque esse sub præ-
sidio, & tutela hominum. Nam Rhasim & Phacee, pro quouis rege vsurpat figura, synecdo-
che Oratoribus vsitatissima, qua ex vno omnes intelligimus, vt cum Aristotelē pro quouis
philosopho vsurpamus: & Thaida pro quouis meretrice: & ideo Cyril. ait, In ipsos inmittam
aquas fluminis Euphratis. i. regem Assyriorum. PROCOP. Quod non recipit populus Iuda
aquas Siloë. i. ipsum Emmanuelē, qui est fons aquę salientis in vitā æternā, tacitē fluentis, iu-
xta historiā fontis qui tacitē fluit, & quod ipse venit quietē, & placidē, tacitē, teetē. EPIPH.
li. i. contra Hæres. cōtra Coloruafios in fine cap. Quia noluitis vos aquas Siloë. i. doctrinam
missi à Deo patre: id em̄ sonat Siloam. i. missus. Interpretatur autē Epiph. cū silentio. i. nō cla-
mantē, non vociferantem, iuxta illud: Non audietur in plateis vox eius, non clamabit, non vo-
ciferabitur. Sic explanat D. AMBR. de interpellatione Dauid, Hic est fons Siloë, qui dicitur
missus, quoniam Christus à patre dixit se esse missum. Et D. AVGV. huc spectare videtur de do-
ctrina Christi. lib. 2. cap. 16. vbi, inquit, Piscina Siloë, vbi faciē lauare iussus est cœcus à Domino,
secretum quiddam insinuat, quod tamen linguę incognitę nomen, nisi euangelista interpre-
tatus esset, tam magnus intellectus lateret. Ecce euangelista interpretatur, In fontem Siloë. i.
missi

A missi, vel missum, aurē vellit, quomodo intelligas fontem Siloë. i. Christum fontem vitę æter-
næ, quod insinuat D. August. EVSEB. Cæsariensis lib. 7. cap. 3. sic explanat hunc locum: Mina-
tur igitur interitum Deus ijs, qui non receperunt Siloam. i. missum. Emmanuelē illum, pro-
pheta illa Maria virgine prognatum, aquas illas potabiles, & fecundissimas euangeliorum, &
minatur interitum illis, qui præoptarunt regem Gentium idololatrarum Cæsarem, potius,
quām Christū. At quidam ex nostris, vt hęc audiunt, allegoriam clamant hanc esse, non sen-
sum literalem. Consultius multo AVGV. qui opus esse putat interpreti sacre scripturę lin-
guarum cognitione, omnium disciplinarum supellestite, & ad interpretationem scripturę, ad
uocanda putat schemata omnia artis oratorię, figuras & tropos omnes. Et certē vnum aliquē
ex poetis, aut ex oratoribus, si interpretari velis, & reicias figuras, & tropos, & neges illum esse
sensum literalem, quem tropus significat & figura, esse ridiculus. An cum audis apud Horat.
— Onauis, referent in mare te fluctus, Fortiter occupa portum: nauim hic intelligas aliquā,
aut mare, aut portum? & non potius, vt docet Quintil. nauim pro Republ. accipias, mare pro
bellis ciuilibus, portum pro pace, & concordia? Quid cum apud Maronem legis (vtendum est
enim exemplis familiaribus vt docet M. F. Quintil.) Non Simois tibi, non Xanthus, non Dori-
ca castra, Desuerint. — Simois tibi intelligas, aut Xanthum, aut castra Dorica, & nō potius Ty-
beris, & fluiuos Italos, & Rutulorum castra? clamabis hunc sensum non esse literalem? Quid
faciendum censēs in explanatione scripturę, vbi per parabolas, & figuras, & schemata innum-
erabilia dicta sunt, vt docet Dñs, ad literam omnia accipies? schemata tolles? si Poetam ali-
quem interpretare, facere hoc non possēs, vel ex illo vulgato disce: Sint Mæcenatēs, non
deerunt Flaccæ Marones: postulatne Martialis, vt reuiuifcat centies Mæcenatēs? quod si fiat affir-
matore, vt toties reuiuifcat Maro? vel puer septuennis intelligat Mæcenatem, pro omni prin-
cipe indulgentissimo quouis ponat, qui literatos omni liberalitate complectitur: & Maronem, pro ex-
cellētissimo quouis poeta, vt supra diximus, Cyrillum, Procop. Euseb. Rasim pro quouis re-
ge accepisse, & pro Cæsare, & vt TERT. hoc loco, & IVST. regem Assyriorum pro Herode
interpretantur. Iudæi (vt idem Iustin. aduersus Tryphonem docet) si voculam aliquam arri-
pant, velut Rhasim, aut Assyrium, aut similem aliquam dictiunculam, totum caput ad Iudæi-
ca trahunt sensa inuitum, & repugnans. Quod præterquam quod sunt rudes omnes liberalis
doctrinæ, futores, pelliones, coqui, veteramentarij, impij sunt supra quām dici potest, & gi-
gantæo more aduersum Deum bellant. EVSEB. ergo cap. citato, quo penē totum hoc cap. ex-
planat, hunc esse sensum vult huius loci, quoniam non recepit populus Iudaeorū Christum, sed
clamauerunt, Non habemus regem nisi Cæsarem, ait Dominus immisurum se Romanos, qui
omnes vrbes Iudæę ab uno vertant. Ergo Rhasim, pro Cæsare accipies, vt supra sunt interpre-
tati omnes veteres patres, quanquam hoc loco, nescio cur quidam illorū oblitū esse videantur.
Dices ergo, pro eo, quod abiicit populus iste. i. populus Iudaeorū aquas Siloë. i. aquas Chri-
sti, ad quas vocabat: Venite sitientes ad aquas. i. doctrinam euangelicam, quę vadunt cum silen-
tio, quod signum Christi erat, vt dicendum est in cap. 42. quod Christus celaturus erat miracu-
la, & non clamaturus, & quod venturus esset tacitē & quietē, vt dixit Cyrill. Et assumpsit ma-
gis Rhasim. i. Cæsarem, posuit enim Rhasim pro quouis principe idolatra, & dixerunt Iudæi,
Non habemus regem nisi Cæsarem: & Phacee filiū Romelię. i. reges terrenos, ponit enim hos
reges, pro quolibet rege humano & terreno, præoptauere enim auxilium Romanorū, Aegy-
ptiorum potius quām Deum ipsum, & Dei auxiliū. Inmittet Dñs aquas fortes. i. magnos ex-
ercitus Romanorum, & tradet eos Dominus principi Assyriorum. i. Romanorum imperato-
ri, rex enim Assyriorum pro imperatore Romano ponitur, figura supradicta: & alioqui im-
perator Romanus rex Assyriorum erat eo tempore. CYRILL. etiam & PROC. quanq̄ nescio
quomodo Rasim non interpretantur pro Cæsare, hunc locū sic enucleant, quod Christus sub-
misit, & valdē teetē, nec in maiestate, saltem vel tenuissimi regis terreni, venit, Iudęi mysteriū
non intellexerunt, & impiē ipsum repudiauerunt, traxerunt ad Pilatū, ad clamauerunt, Tolle, tolle, cru-
cifige, nō habemus regē nisi Cæsarem. Aduerte quo pacto eum regem repudiant, malunt re-
gem terrenorū iuga ferre, & sub imperio esse Cæsaris, quām sub imperio Emmanuelis. Et infra
idē CYRILL. & PROC. Rhasim & Phacee autē pro regibus terrenis poni, sub quibus etiā nunc
sunt, quod id petiuerunt, eam enim poenam irrogat illis Deus, quam optauerunt, vt quę summa fe-
cerant tunc vota, eos pro poena grauissima, semper premat. Petiuerunt Cæsare, repudiauerunt Dñm,
sine Deo sub regibus terrenis vitam degunt. Si ergo Rhasim pro Cæsare accipiunt, cur ergo regē

Cur Iudæi
captiui, scē
per sub re-
gibus terre-
nis, viuūt
sine Deo.

Assyriorum non accipiant pro imperatore Romano, vt supra accepere, & vt accipit hoc loco Euseb. cum præsertim eo tempore imperator Romanus rex esset Assyrius. Sic hæc intellexisse videntur Lxx viri, quod enim vertit D. Hieron. conuenienter Hebræe lectioni, Quoniam abiicit populus iste aquas Siloe, reddidere ipsi veluti metaphrasæ, vt dixit Origen. Eo quod non vult populus iste aquam Siloe, quæ vadit quiete. i. non vult Christum: & pro, Assumpsit magis Rasin & filium Romeliæ, edidere, sed vultis habere Rasin & filium Romeliæ regem super vos, quæ metaphrasæ alluisse videntur ad illud Euāgelij, Nō habemus regem nisi Cæsarem: & nolimus hunc regnare super nos, Lucæ 19. Certè hæc Lxx virorum huius loci paraphrasæ, planè ad populum Iudæorum spectat, & ad interpretationem sanctorum patrū, si dicas eò quod non vult populus iste aquam Siloe, quæ vadit quiete, sed vultis habere Rasin & filium Romeliæ regem super vos, sic enim legèdum est *βουλόμενοι* non *βούλομεθα*. Nam quod Iudæi sunt commentati, Iudæos præoptasse esse sub Assyrio rege aut sub rege Israël, quis id vetuisset si id factum vellet referrent vrbium portas, & hostem excepissent, nec reticissent id litteræ sacræ.

D. HIERONYMVS.

Et ascendet super omnes riuos eius, et fluet super omnes ripas eius, et ibit per Iudam inundans, et transiens, vsque ad collum veniet, et erit extensio alarū eius implēs latitudinē terræ tuæ. O Emmanuel.

Horum verborum explanata sententia est superiore commentario, itaque nihil reliquum est nisi vt literam ipsam enodemus. Præmunere viam ad id Lxx seniores, qui, mirabile dictu, quàm sua interpretatione scripturæ lucem afferant, quàm præsent illud, quod AVGVS. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. prophetis laudi tribuit, quod prophetarum quidè est frequenter, frequentius verò Lxx virorum, vt sua metaphrasæ tropicis locutionibus proprias misceant, & veras orationes, vt veritas ipsa mixta tropo toti allegoriæ lucem afferat, vt ad intellectum spiritalem intentio sobria cum quodam vtili & salubri labore perueniat. Quasdam enim allegorias metaphrasæ quadam explicant Lxx viri, vnde cæteris lucem afferunt. Quod ergo D. Hieronymus vertit: Ascendet super omnes riuos eius, Hebræicè est *יְרִיבָא* quæ vox significat idem quod *ἀναγών* Græcè. i. torrentem magno impetu se per valles præcipitantem, & decurrentem, & sic reddidere Lxx, Et ascendet super omnem torrentem vestrum, malè enim verterat Latinus interpres, Super omnem vallem vestrā, quanquam *ἀναγών* id aliquando significet, sed non hoc loco, quod ex Hebræa lectione liquet. Cùm igitur EVSEB. loco citato dixerit significari hoc loco luituros pœnas Iudæos, quod Christum non receperint, & adclamarint, Nō habemus regem nisi Cæsarem, Tolle tolle crucifige, & dixerit Dominus adducturum se super eos aquas forteis, & multas. i. ingenteis exercitus, hoc enim conuenit inter nostros, & Iudæos, aquas multas, & forteis, exercitus esse ingenteis regis Assyriorum, nostri pro imperatore interpretantur, & si qui non ita interpretantur, ita totum hunc locum enucleant, vt necesse habeant sic interpretari. Nunc perscrutans propheta in eadem metaphora subijcit, Ascendent hæc aquæ multæ, hæc ingentes Romanorum copiæ, vel hic Romanus imperator ascendet super concitatissimos Iudæe torrentes, super Iudæe exercitus validissimos, nam quantis viribus, & exercitibus Iudæi cum Romanis conflixerint, te docebit Iosephus de bello Iudaico, & Dion in vita Adriani. D. Hieronymus vertit, Ascendet super riuos, quod ingentes illæ copiæ Iudæorum præ magnitudine exercitus Romanorū, veluti riuu li erant, Deindè quod D. Hieronymus reddidit: Fluere supra omnes ripas eius, vt sit, flumen, quod adducturus est Dominus super Iudæam. i. exercitus ille ingens fluere super omnes ripas eius, Lxx metaphrasæ quadam interpretatur, Deambulabit super omnem murum vestrum, ita Lxx viri partè allegoriæ interpretantur, vt enodata vna parte, pateat reliqua. & hoc AVGVS. appellat allegoriæ miscere veritatem. Docent ergo, in fluet fluius quem immittet Dominus in Iudæam super omnes ripas Iudææ, quin deambulabit super omnem murum Iudææ, & emphasim habet verbum, deambulabit, Græcè, *περιπατήσει* significat enim iam captis vrbibus Iudæe pla-

LXX VIRI.

Et ascendet super omnem torrentem vestrum, & deambulabit super omnem murum vestrum, & auferet à Iudæa hominē, qui poterit caput leuare aut forte perficere aliquid, & erunt castra eius vt impleat latitudinem regionis tuæ nobiscum Deus.

adæ placidè & quietè, Romanos deambulanturōs muris Iudæe, aut muris Hierosolymorum, & turribus, quod factum leges apud IOSEP. de bello Iudaico lib. 6. cap. 43. & alijs locis eiusdè libri. Et quod D. Hieron. conuenienter Hebræe lectioni reddidit, Ibit per Iudam, inundans & transiens vsque ad collum: vt sit, Ibit hic fluius per Iudæam, hic exercitus Romanorum, quæ fluium appellat, tanta aquarum multitudine & profunditate, vt submergat omnes, vt delectat vniuersam Iudæam: nam si præceps ruat fluius, & ad collum vsque pertingat, haud dubium quin omnes obruat. Quod ergo sic dixit D. Hieron. Lxx allegoriam interpretati, quod facere eos ostendimus ex Origene & Procop. vt quæ obscurè dicta sunt, planius edant, dixerunt: Auferet è Iudæa hominem, qui poterit caput leuare, aut forte perficere aliquid, vt appareat hoc loco, eos metaphrasam facere allegoriæ: quasi dicant, Fluere super vniuersas ripas eius, i. deambulabit super muros, & ibit per Iudæam inundans & transiens. i. tollet Romanorum exercitus Iudæos omnes: & sic vertere, Auferet è Iudæa omnes homines. Vtque ad collum veniet. i. ad primarios & principes Iudæe potissimum veniet hic exercitus: sic enim reddidere, pro, vsque ad collum veniet, auferet à Iudæa hominem, qui poterit aliquando caput leuare. i. potenter aliquid perficere, & ad potentes & primarios, qui res lapsas Iudæorum possent aliquando erigere, vt illos potissimum à Romanis deletos ostendant Lxx viri, qui potentes essent, aut opibus valerent, aut essent aliquo in numero. Quod reddidit D. Hieron. conuenienter Hebræe lectioni: Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ, interpretantur Lxx, Erunt castra eius vt impleant latitudinem regionis tuæ. i. erit innumerabilis Romanorum exercitus, aded vt impleat omnem Iudæam, nisi velis referre ad muros, quibus Romani cinxerunt Hierusalem, & dispoſuere duces & milites, ne quis Iudæorum elabi posset. EVSEB. inquam, loco citato, hæc omnia ad verbum in Iudæos dicta putat, & completa. Et probabit potius quisquam Iudæorum interpretationem, & eam, sensum literalem dicet? Veniet vsq; ad collum. i. vsq; ad Hierusalē, quæ sita est in loco edito, & de Sennacherib interpretabitur, nō planū est exercitum Sennacherib extinctum ab angelo esse, antequam perueniret Hierusalem?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

C O Emmanuel.

Nobiscum Deus.

Diuus Hieron. hanc vocem, O Emmanuel, superiori sententiæ tribuit, vt sit sensus, qui supra est significatus, O Emmanuel, ò puer Deus inter homines habitans, hoc est, ò Christe, vastabitur terra tua à Romanis, quod te non receperit. Miratur D. Hieron. cur Lxx viri superiore capite acceperint pro nomine proprio, hoc loco nō accipiant pro nomine proprio sed interpretentur, Nobiscum Deus. Delecti sunt Lxx viri Iudæi doctissimi suæ tempestat, peritissimi legis Moſaicæ, qui non verbo verbum redderent, sed scripturæ sacræ sensa panderent: pro re, pro tempore, pro loco, voces Hebræas interpretarentur, & verbi causa, Placidum hic pro nomine proprio accipiant, alibi pro adiectiuo nomine, Regulum, interim nomen proprium interpretabimur, interim pro paruo rege, Leonem modò, proprio nomine accipies, modò pro leone ipso: mille sunt exempla huius notæ, quibus apparet, non eodem semper intellectu, dictiones vbicunque reperiantur esse interpretandas, aliud hoc loco, aliud illo significare. Visum est ergo Lxx viris superiore capite, Emmanuel, nomen proprium esse: hoc loco, In manu el, sunt visæ duæ dictiones. i. nobiscum Deus, vt reddant causam, cur tanta clades illata sit terræ Iudæe, quod alius populus, Christianus scilicet, dicat Nobiscum Deus, i. inueſta vobis vastitas est ò Iudæi, quia nobiscum Deus, quia transijt ad nos Deus, & vos deseruit, quod angelos dixisse testatur IOSEP. lib. 6. de bello Iudaico. cap. 31. cùm dabant signa imminentis excidij Hierosolymis, & templo Dñi, & dixerunt, tranſeamus hinc: & cùm apud Ezechielem migrat Dominus è templo. EVSEB. loco citato interpretans hæc verba, Subiungit, inquit, propheta causam vastitatis Iudæe inueſtæ à Romanis, quod nobiscum Deus est ille Emmanuel virgine natus: si enim illum haberent, hæc mala passi non essent: hæc igitur causa est, cur Lxx seniores, vt docet Euseb. superiore cap. Emmanuel pro nomine proprio acceperint, hoc loco pro duabus dictionibus, quod infra liquebit concessu D. Hier. iure optimo factum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Congregamini populi, et vincemini, et audite vniuersa prociū terræ.

Scitote gentes, vincimini, exaudite vsque ad extremum terræ.

M 5 Mutatio

M Vtatio vnus literæ in sui simillimam facit variationem tralationum, quam mutationem in codicibus Hebraeis frequentissimam esse, in disputatione de tralationibus, rabinorum testimonijs est demonstratum. Si ergo legas **וי** vertere potes confortamini, & coniungite amicitias, vt sit sensus, coniungite amicitias o gentes aduersum Dominum, & aduersum Christum eius: quantum enim coniugatis consilia & copias aduersum Dominum, vincemini, vt sit idem oraculum cum illo, Quare fremuerunt gentes &c. potest etiam verti **וי** male facite o populi, & conterite. i. edite omnia cruciamenta in sanctos martyres, & conterite illos, vincemini postremo. si verò mutata litera, legas **וי**, efficies tralationem Lxx virorum, vertes enim **וי** scitote, vt sit, scitote gentes, & vincimini. ORIG. periarchon lib. 4. cap. 1. Scitote gentes, & vincimini, vti enim sumus, & superati, qui ex gentibus sumus, & velut exuuiæ quædam victoriæ eius existimus, qui eius gratiæ colla lubiecimus. Erit ergo sensus huius loci, vt explanat ORIG. O gentes scitote hæc mysteria, quæ vobis præsignificatur de vngenui filij Dei incarnatione, & vincimini. i. victas manus date euangelio. BASIL. vero in commentarijs in hunc locum & THEODOR. initium huius sententiæ faciunt, Nobiscum Deus, vt sit tota sententia, Nobiscum Deus, B scitote gêtes, & vincimini, vt sit vox chori apostolici, & populi fidelis, o gêtes scitote quod nobiscum est Deus, vincimini. i. victas manus date Euangelio: ait enim Basiliius interpretans hæc, Crediderim hanc vocem fidelium esse gestientium, & præ gaudio exultantium, quod secum sit Deus: & cum intelligant quàm sit formidabilis virtus sanctissimæ crucis, admonet gêtes, & dicunt: scitote gentes quanta sit virtus crucis, quæ incredulos Iudæos subuertit, & vincimini vt succumbentes speciosæ huic victoriæ, ducamini in captiuitatem ad obedientiam Christi, vt à peccatis libere mini. Sed quo tandem pacto vincuntur gentes, quæ crediderunt? nempe vt adueniente luce, Inquantur tenebræ: exaudite vsque ad finem terræ, scilicet, euangelium quod apostoli prædicant. Ergo iuxta sententiam Basilij, Nobiscum Deus, vox fidelium est triumphantium quod secum sit Deus. THEODOR. sc. Emmanuel vt Hebraicè est, vel nobiscum Deus, quoniam virginis partum prænunciauit nobis propheta, meritò in tam læto nuncio exultat gaudio contra hostes, aut verius apostolis hæc verba congruunt, illi enim circumuehentes orbem terrarum clamabant, inter nos Deus, intelligite gentes, & vincimini, salubri quadam victoria, subiicite colla Domino, fugite dæmonum tyrannidem, amplectimini fidelissimam feruicitem qua Deo seruietis. PROCOP. Iubet Gentes agnoscere Emmanuelē, quem qui sunt ex circumfisione nō agnouerunt, scitote gentes, vel cognoscite gentes Emmanuelē, hūc, scilicet: vincimini pulchra victoria vobis, & gloriosa, captiui facti in obsequiū Christi. EVSEB. lib. 7. cap. 3. ait ille Deus qui nobiscum est Emmanuel agnoscite gentes, & superamini, vere enim nos qui ex gentibus Christo credidimus victi sumus, & superati à veritate, & potentia Emmanuelis, & victi obtemperauimus ei vsque ad extremos fines terræ, sic etiam explanare possumus tralationem D. Hieronymi, Congregamini populi in Dei ecclesiam & confociamini vera pace in Christo Iesu, qui Christianorum est character, vt Ioannis 15. Hoc præceptum do vobis vt ametis inuicem. Sic hūc locum explanat rabi Selomōh, & Thargum, Cōiungite vos, vel sociate vos: quæ interpretatio mihi perplacet, cōiungite vos ecclesiam Dei, & confociate vos apostolis & prædicatoribus Euangelij, vt sit allusio ad vnum corpus, cuius mēbra efficiamur, cum ecclesiam concorporamur. R. Abraham vertit: Cōstringite vos & conterite vos. i. conterimini: vt sit idem cum illo, Penitentiam agite, & baptizetur vnusquisque in nomine Iesu: valebit hūc canon ille sepius repetitus, quādo oratio plura significat, quæ omnia, rei, de qua agitur cōgruāt, omnia illa ab spiritu sancto esse significata: quod etiā diximus pertinere duplicem lectionem quod nobis significare voluit D. Augustinus, quare alibi dictum est.

D. HIERONYMVS.

Confortamini, et vincemini, accingite vos, et vincemini: accingite vos et vincemini, inite consilium, et dissipabitur, loquimini verbum, et non fiet, quia nobiscum Deus.

LXX VIRI.

Potentis vincimini: si em iterū prauaueritis, iterū vincemini: & quodcumque consiliū cōsultaueritis, dissipabit dñs. & verbū quodcumque locuti fueritis nō manebit in vobis, quia nobiscum Deus.

Superio-

A S Vperiores patres, quos citavi eiusdem sententiæ hæc putant esse cū superioribus. EVSEB. demonstrationis euangelicæ li. 7. cap. 3. hæc interpretatur de his, qui ex gentibus Christo oblitere, vt sit idem cum illo: Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania? Eusebij verba sunt, Apertè vaticinatur de his qui se opponunt Christi euangelio, quod non poterunt Christi potentiæ resistere. PROCOP. Confortamini & vincemini. i. quantum omnia moliamini, & cōiungatis consilia, & aduocetis omnes vires vestras, vincemini, qui Christi euangelio resistiteritis. Accingite vos & vincemini: repetitio est eiusdem sententiæ, quæ maiorem confirmationē habet. i. parate omnia auxilia, & intendite omnes nervos aduersus prædicatores euangelij & vincemini, consilia vestra omnia in cassum recident, id enim significant verba sequentia: Inite consiliū & dissipabitur: loquimini verbum & nō fiet. i. verba vestra aduersum Christum irrita ventis donabuntur. Hoc idem. Lxx viri significant **לַחֲזָקוֹתֵינוּ הַיְמָנוֹת**. i. potentes vincimini. i. cum potentiam vobis comparaueritis vincemini, & meditabimini inania, si iterū prauaueritis iterū vincemini **בְּאֵינֵינוּ וְכִיִּלְכָּנוּ לַחֲזָקוֹתֵינוּ**; **כִּיִּלְכָּנוּ הִתְרַחֲקוּ מֵעֵינֵינוּ**. i. si rursus aduocaueritis vestras vires & potentiam vestram rursus vincemini. Itaque Lxx viri huius loci fecere paraphrasim, metaphrasim potius quàm interpretes, & ponunt ob oculos persecutionem Iudæorum & Gentium, quæ sanctos martyres sunt persecuti, vt qui ecclesiæ persecutionum tempora enumeret, non planius expriment: si potentiam omnem vestram aduocaueritis contra Christum, vincemini, id enim significat **לַחֲזָקוֹתֵינוּ** si potentes vos feceritis. i. si vestras omnes vires aduocaueritis contra Christum, vincemini: & postea, si rursus potetiam vestram intrudatis & persequamini rursus ecclesiam, vincemini. Quoties enim confurrexit orbis aduersum fideles? quoties sæuijt in sanctos martyres? quoties orbis distrinxit arma aduersum Christianos, & tamē Petri nauicula nec fecit naufragium, nec faciet vnquam? quia quodcumque consilium consultaueritis, o nationes infideles, dissipabitur, & verbum quodcumque locuti fueritis, non manebit in vobis. Agere referat hæc Iudæus ad Assyrios, referat & ad Sennacheribum, an non faciet mendaces prophetas? quando enim Sennacheribus victus est? semper fuit victor: postquam verò exercitus eius extinctus ab angelo est, nō redintegrauit bellum: occisus est enim à suis filijs, cum adoraret in templo dæmonum: semper ferè post Esaiam, Iudæi à nationibus vincebantur: ad illos hæc referre non potest Iudæus, nec quod ATHAN. sæpè repetit. Dices gentes Iudæorum victas à nationibus sæpè, sæpè redintegrasse bellum, & nihilo secius semper esse victas, nemo frontē perfricabit adeo, vt à Iudæis post Esaiam nationes dicat esse victas semper, cum Iudæi semper sint victi ob sua scelera & flagitia. CYRIL. hæc verba de Iudæis interpretatur, ait enim Vos o Iudæi **לַחֲזָקוֹתֵינוּ**. i. prauales, qui praualuistis aduersum Dominum: nā id quoque significat hoc verbum **לַחֲזָקוֹתֵינוּ**, vos ergo, o Iudæi, qui praualuistis Christo, eius permissu, qui consiliū inistis, quod non potuistis stabilire, quantum millies redintegretis bella aduersum Christum vincemini. Quæ sententia historiæ euangelicæ etiam est consentanea, quoties enim in litteris euangelicis & in actis Apost. cœpere consilia Iudæi aduersum Dominum? quoties cœgere concilia, quoties moliti sunt omnia (vt refert Iustin. & alij patres) aduersum nos? PROC. Sunt qui dicant superiora per parenthesin, ad Gentes fuisse dicta, & in his rursus ad Iudæos, ad quos loquebatur propheta, sermonem esse conuersum. Vos, o Iudæi, vincemini, qui praualuistis Christo, quando eum affecistis cruce, & cœpistis consilium, quod non potuistis stabilire, quomodo enim possibile erat morte teneri principem vitæ? ideo ait, Vincemini de reliquo, post tam audax, & tam immane facinus, tanque parum vobis profuturum, etsi rursus resistiteritis euangelio, rursus vincemini: dixerunt enim, Nunciauimus vobis non loqui in nomine isto, & ideo deleti sunt Romanorum armis, hæc Procop. Sed lectio Hebræa non patitur, vt **לַחֲזָקוֹתֵינוּ** explanetur, qui praualuistis aduersum Christum, cætera congruunt, redditur enim benè, Accingimini, confortamini. i. redintegrate bella, & intrudite rursus omnes vires vestras, o Iudæi, semper vincemini. Sequitur postremò, Quia nobiscum Deus: EVSEB. i. quia non recepistis Emmanuelē, & vobiscum est, iam, o Iudæi, & vos dereliquit, quia vos eum non recepistis, nos recepimus: & si vobiscum esset, non hæc vobis accidissent: sic etiam hæc PROC. At iudaizantes, Emmanuel, non putant accipiendū pro vna dictione, & pro nomine proprio, sed pro duabus dictionibus, & pro oratione integra, Quia nobiscum Deus: igitur Lxx viri non delirabant cum paulò supra sic acceperant. Sed per singula habeo admonendum lectorem, vt videat an sententia Iudæorum cum hoc sanctorum patrum sensu possit congruere, & an possit esse literalis.

D. HIE-

Iudæorum sententia, nō potest esse scripturæ literalis sensus.

Hæc enim ait Dñs ad me: sicut in manu Sic dicit Dñs, forti manu recesserunt ab itinere viæ populi huius.

Tralatio Lxx virorum expuneta ex hoc loco est, & in eius locum suffecta alia tralatio est, nam hoc docet IVSTIN. philosophus martyr in dialogo aduersus Thryphonem, factu à ludæis quibuscunque locis potuerint, quoties Lxx viri nimis planè, de Christo, eiusq; mysterijs loquerentur. Hæc ergo & sequentia ipsa se produnt adulterina esse, quo magis necessaria fuit D. Hieronymi tralatio, quæ cum semper, tum hoc loco est admirabilis, & lectionem Hebræam ad verbum exprimit. Sicut in manu forti erudiuit me ne irem in via populi huius: chori apostolorum & populi fidelis hæc verba sunt, dicentis, Domini iussu se discessionem fecisse à ludæis, vt sit sententia eadem quæ in illis verbis huius propheta: Discedit, discedit, exite inde, inmundu nolite tangere: & quod Apocal. 17. dicitur, Audiui aliam vocem de celo, dicens, Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius & de plagis eius non accipiat, vbi populus fidelis de Babylone, hoc est de Hierosolymis iubetur exire, & fugere viam infidelium: si cum hac voce lapsa de celo, hæc Esaiæ verba contuleris eadem esse dices. Quid enim refert vtrum dixeris, Dominus in manu forti, vel, sicut in manu forti? (nam ? quam vocem vertit D. Hieronymus (sicut) solet esse apud Hebræos ornametum, vt supra ostendimus) Quid ergo refert vtrum dixeris, Dominus velut in manu forti, castigauit, vel erudiuit me, aut monuit? hæc enim verbum Hebræu significat. Ne irem in via populi huius: an quod dixit Dominus de celo, Exite de hac vrbe populus meus, ne participes sitis delictorum eius: & quid interest vtrum hoc dicas, an quod Stromaton lib. 3. ex propheta citat, & explanat CLEMENS Alexandrinus? Inhabitabo in ipsis, & deambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus, propter quod, exite de medio ipsorum: & separamini dicit Dominus, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias.

Non dicatis coniuratio, omnia enim Ne fortè dicant duru, omne enim quæ loquitur populus hic, coniuratio est. quod dixerit populus hic, duru est.

Dixi, hoc loco tralationem Lxx virorum aliena tralatione esse adulteratam, quam tamen sic interpretantur BASIL. & CYRILL. Dura ceruice ludæi, nolunt ingredi viam euangelicam populi fidelis, & dicunt, durus est sermo apostolorum, vos tamen o fideles, ne timeatis ludæos, aut genteis, ne timeatis eos qui possunt occidere corpus, animam autem non possunt occidere. Habet enim hoc sacra scriptura vt quocunq; modo inuertatur, semper sacros præferat sensus: & hæc tralatio cuiuscunque sit quæ suffecta est in locum tralationis Lxx virorum sic ad verbum vertetur ex Græca lectione: Forti manu non obtemperant ambulationi viæ populi huius, dicentes, ne dicant durum: omne enim quod loquitur populus hic, duru: quod sic explanari potest ex euangelio (siquidem ad lucem euangelij explananda scriptura est) Manu forti .i. induiti virtute de super spiritus sancti non obtemperant (apostoli subaudi) ambulationi viæ populi huius, cum dixere videlicet, magis expedit obedire Deo quam hominibus, & quia non recipitis verbum Dei, ecce conuertimur ad genteis, ne dicant aliquid durum, faciebant enim ludæi Christo conuicia, quæ apostoli pati non poterant, & dicunt, recedamus, ne dicant aliquid durum, omne enim quod loquitur populus hic, durum est, semper enim, vt dicit Iustinus aduersum Thryphonem, ludæi in suis synagogis Christo maledicunt. Hæc tralatio cuiuscunque sit, indicat duplicem lectionem fuisse in editione Hebræa קשה, id est, durum, & קשר .i. coniuratio, vt vertit D. Hieron. Tralatio D. Hieron. hoc loco est admirabilis, sed perobscura: explanada ergo est ex lectione Hebræa & ex euangel. Lectio Hebræa est.

Id est, ne dicatis coiuratio. coniuuratio iste populus dixit quæ omnia coniurationem dicatis Non nem, omnia quæ loquitur populus iste coniuratio est: quæ לך תאמרן קשר לכל אשר יאמר העם הזה קשר verba si sic vertas, interprete non egent, succurret enim illa tibi coniuratio, quæ est apud Matthæum cap. vltimo vbi postquam dixerat euangelista, Principes sacerdotum resciscunt resurrectionem xisse Do-

xisse Dominum, congregatos fuisse ait cum senioribus, & consilio accepto, pecuniam copiosam dedisse militibus, vt dicerent quia discipuli Domini noctu venissent, & corpus Domini essent suffurati, addiditque euangelista: At illi accepta pecunia fecerunt sicut erat docti, & diulgatum est verbum illud apud ludæos vsque in hodiernum diem. Hanc igitur coniurationem ludæorum contra resurrectionem Domini, & contra apostolos, vetat Dominus dicere per prophetam Esaiam, & octingentesimo ante anno coniurationis ludæorum huius, iudicium facit Dominus, dicens, quidquid loquitur populus iste contra Christum, & apostolos suos, coniuratio est: & sic explananda est tralatio D. Hierony. Non dicatis .i. ne dixeritis hoc, vt referas ad hæc mendacia sacerdotum, qui diuulgabant discipulos Domini noctu suffuratos esse corpus Dñi. Coniuratio, supple est, est enim oratio morata, vt concisa vtamur oratione, ne dixeris, coniuratio & mendacium est: & postea, Quicquid loquitur populus iste, coniuratio est: & hæc eadem verba significat vox illa, de celo delapsa, Apocalyp. cap. 18: de quibus superiore commentario diximus, Exite de illa populus meus, & de Babylone (appellat enim Babylone Hierusalem) ne participes sitis delictorum illius .i. ne dicatis coniurationem illam quæ est apud Matth. qua coniuurauerunt ludæi & milites. Vbi posses dicere quod EPIPHAN. lib. 3. cap. 1. contra Hæreses οὗτος οὗτος ἔχουσι αἱ τῆς ἀληθείας φερόμενος καὶ ἀκαταύτως .i. vides quo modo se habent veritatis phrasæ? & quam sibi mutuo respondeant? si enim de sententia veterum patrum hæc interpretere, omnia se mutuo consequuntur, omnia sibi respondent, referantur maxima Christi mysteria: contra verò si expendas ludæorum interpretationem, omnia sibi repugnant, omnia dissident.

Et timore eius ne timeatis, nec paueritis; Dñm exercituum ipsum sanctificate ipse pavor vester, et ipse terror vester. Timorem autè eius ne timueritis, neq; cõturbemini, Dñm virtutum ipsu sanctificate, ipse erit tuor timor.

CYRILL. interpretans ea quæ sequuntur, Domus Iacob in laqueum: Postquam, inquit, discipuli suasere gentibus, vt colant Christum, & furorem persequentium ne timeant &c. quibus verbis apparet, aut apostolorum esse hæc verba suadendum fidelibus ne timeant, quod timebant ludæi, ne venirent Romani, & tollerent gentem ludæorum, ne amitterent decimas, & ob eas res non receperunt Christum, suadet ergo fidelibus ne timeant timorem hominum, timeant Deum: aut verba hæc sunt Dei, vt Apocalypseos 18. vox illa lapsa de celo de qua dixeram, clamabat fidelibus: Exite de Hierusalem populus, ne participes sitis delictorum, ne dicatis coniurationem, de qua dixeram, & nunc adijcit, Timorem hominum ne timueritis, aut timorem populi ludæici ne timueritis, qui, timore hominum non recepit Christum. Dominum exercituum sanctificate .i. Christum, qui in scriptura dicitur Dominus exercituum, vt dictum est alibi. Ipse pavor vester, & ipse terror vester. Hoc postremum, Ipse terror vester, Lxx vertere, Fortitudo vestra, quod verbum Hebræum pavorem significat, & fortitudinem: aut, quod magis puto, hoc verbum deest in tralatione Lxx virorum, quod, vt supra diximus, ex Epiphano, quæ repetita sunt, sæpè Lxx semel dicunt: erit ergo sensus huius loci, qui est illius euangelici, Nolite timere eos, qui corpus occidunt, ipsum timete, qui cum corpus occiderit, animam potest mittere in gehennam.

Eterit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, et petram scadali duabus domibus Israel, et in laqueum, et in ruinam, habitantibus Hierusalem. Et si ipso cofusus fueris (vel, si in ipsu credideris) erit tibi i factificatione, et non vt lapidis offensionis occurretis, neq; vt petre ruine, domo Iacob in laqueo, & i fossa sedetes in Hierusalè.

duabus scandali petram in & offensionis lapidem in & sanctificatione in erit Et D וְהָיָה לְךָ מִקְדָּשׁ (וְיִלָּא לְאִשָּׁוּל) וְיִלָּא לְאִשָּׁוּל וְיִלָּא לְאִשָּׁוּל Hierusaleni habitantibus laqueum in & laqueum in Israel domibus כְּתִי יִשְׂרָאֵל לְ פֶה וְלִ מִקְשָׁ לְיוֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַם Primùm

Primum omnium, Lxx viri à principio huius periodi addidere de suo orationem vnam, ut lucem huic loco afferrent. Dixi supra in disputatione de tralationibus, testimonio omanium veterum patrum, atque adeo apostolorum, & euangelistarum, proditum esse, Lxx viros afflatu spiritus sancti multa scriptura addidisse. Hic ergo Lxx viri, vt ostendant de Christo esse sermonem adduat de suo: Et si in ipso confusus fueris: vel, & si in ipsum credideris (vtroq; enim modo verti potest) Cum ergo Hebraicè sit, Et erit in sanctificationem, quod Hier. vertit: Et erit vobis in sanctificationem: Lxx edidit: Et si in ipsum credideris, vel, & si in ipso confusus fueris, erit tibi in sanctificationem. Quibus verbis additis tam planum fecerunt sensum huius loci, vt Procop. & Basil. dicant, Perpicue adhortatur hoc loco propheta ad amplectendam fidem Christi, qui futurus est credentibus sanctificatio, & vetabit vt ne pedes allidas, neue offendas tanquam ad lapidem ad prædicationem Euangelij, quod accidit Iudæis, quibus Christus fuit scandalum & offendiculum, vt D. Paulus ait. De cætero, lectio Hebræa duplex est hoc loco, nam supra ostēdimus in disputatione de tralationibus, plurimis locis lectionem Hebræam esse duplicem, locis quoque plurimis controuersum esse inter rabinos, legendane sit lectio Hebræa cum negatione, an sine negatione, quod accidit hoc loco, nã Lxx viri legunt cum negatione, quod sua tempestate sic legeretur. D. Hieronymus legit sine negatione, & ea causa est cur lectio Hebræa variè sit disuncta à Lxx viris, & à D. Hieron. Lectio ergo Hebræa ad verbum reddita hæc est, Et erit in sanctificationem, & in lapidem: vel, Et non in lapidem offensionis, & in petram scandali, duabus domibus Israël in laqueum, & in tendiculum habitantibus Hierusalem. D. Hieronymus qui sine negatione legit, sic hanc lectionem Hebræam distinxit: Et erit in sanctificationem: & apposuit illic distinctionem, & subaudiuit, vobis, vt sit, Et erit vobis in sanctificationem: & nouo initio: Et in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israël. i. vobis qui credidistis, Christus erit sanctificatio: duabus domibus Israël, quæ non crediderunt, Christus erit in lapidem offensionis, & petram scandali, & erit Christus habitantibus Hierusalem, qui Christi euangelium non recepere, in laqueum, & tendiculum. Lxx viri, quod cum negatione legunt, aliter distinguunt, primum addidere de suo, vt dixi, Si in ipsum credideris, deinde, Erat in sanctificationem (& subaudiunt, tibi) vt sit totum: & si in ipsum credideris, erit tibi in sanctificationem. postea legunt coniunctim, Et non in lapidem offensionis, & in petram scandali: & hoc loco apponit distinctionem. Faciunt ergo hunc sensum, vt interpretantur Cyrillus, Basilus, Procop. Si credideris in Christum, erit tibi in sanctificationem, & non in lapidem offensionis, & in petram scandali. Deinde nouo initio, Duabus domibus Israël in laqueum, & in tendiculum habitantibus Hierusalem: vt sit sensus: vobis quidem credentibus, erit in sanctificationem Christus: duabus vero domibus Israël non credentibus, erit in laqueum: & habitantibus Hierusalem, erit in tendiculum: sic Lxx hunc distinxerunt locum. Sed cum non reddant ad verbum lectionem Hebræam sed sententiam exprimant, vertere, Si in ipso confusus fueris erit tibi in sanctificationem, & nõ vt lapidis offensionis offendetis, aut occurretis, neque vt petra ruine. i. non offendetis in Christo, vt in offendiculo lapidis: neque vt in ruina petrae, ducta metaphora ab ijs, qui in tenebris ambulantes aut alio quouis modo offendunt ad lapidem, & cadunt. Deinde quod Hebraicè erat, Duabus domibus Israël in laqueum: sic enim legunt Lxx, & hoc faciunt initium sententiæ sequentis, Hebraicè enim non est coniunctio, & quod ergo Hebraicè est duabus domibus Israël in laqueum, supple erit Christus, quod eum nõ receperunt: dixere ipsi, At domus Iacob in laqueo, pluraliter, Græcè enim est *οἱ οὖνο* numero multitudinis, domus Iacob. i. omnes domus Iacob, omnes tribus in laqueo erunt. Postremò quod Hebraicè est, iuxta distinctionem Lxx virorum: Et in ruinam habitantibus Hierusalem. i. Christus erit in ruinam habitantibus in Hierusalem, edidit ipsi: Et in fossa sedentes in Hierusalem, quod minus benè vertit interpretes Latini, nã *καὶ τὴν* fossa est, nõ conuallis, fossa qua capiuntur leones, & alia fere, quod liquet ex verbo Hebræo *בְּמַרְאָה*. i. laqueo, qui in illis fossis apponitur. Significat ergo propheta, iuxta tralationem Lxx virorum, domos omnes Iacob futuras in laqueum. i. delendos esse Iudæos omnes & captiuos ducendos residuos, quod factum leges li. 6. de bello Iud. apud Iosephum in fine: & apud Dionem in vita Adriani. Significat etiam iuxta eosdem Lxx viros sedentes in Hierusalem more ferarum casuros in fossam, & laqueis irretiendos, quod si historiam legas, quam admirabiliter dictum sit intelliges: leges enim apud IOSEPH. lib. 6. de bello Iudaico cap. 45. ex cunctis vrbibus Iudææ qui residui erant conuenisse Iudæos ex vastitate, quam vrbibus Iudææ

*Metaphra
sis Lxx vi
rorum pul
cherrima.*

nus ex-

Anus exercitus inuenerat, vt pascha celebrarent Hierosolymis, adeo vt eos vrbs non posset capere, neque suppetere eis victus cum subito nec opinatis eos oppressit obsessio Romanorum, ita omnes qui sedebant Hierosolymis ad celebrandum pascha, velut ferae, quæ in fossas inciderant & laqueis irretita erant, ferro, fame, peste, incendio consumpti sunt, & cincti muro à Romanis ne quis euaderet vt dictum est. Vt qui secum reputet tot annis antea gesta hæc sic vertisse Lxx viros & rei euentum legat, ex osculetur, & admiretur metaphoram verbi Græci *ἐν τῇ τρύφῃ* in fossa erunt, inquit, sedentes in Hierusalē, irretiti laqueis more ferarum capientur, & trucidabuntur, quod & factum est. PROC. Iudæi erunt similes ijs, qui deciderint in laqueos, & erunt similes feris captis venatione ad perniciem: & feris, quæ deciderint in cavitates. i. feris quæ deciderint in foueas. Nam Procopius *καὶ τὴν* interpretatur, cavitatem. Notandum tamen Christum hoc loco plane dici Deum. Nam hic locus de Christo dicitur vt explanant Cyrillus, Basilus, Procopius, & in primis D. Hieron. qui iam ex hoc loco incipit, reliqua de Christo interpretatur, vt plane fateatur reliqua eodem esse referenda si valet canon veterum patrum, ex antecedentibus & sequentibus reliqua esse explananda. Cum ergo hæc iam de Christo dicantur, quod non solum D. Hieron. & cæteri patres fatentur, sed etiã Iudæi apparet Christum appellari Deum, si quidẽ cum dixisset Esaia, Deum exercituum ipsum sanctificate Hebraicè *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ* quod est nomẽ tetragramaton Dei: & subiecisset, Hic pauor vester, hic terror vester, addidissentque Lxx viri, Si in ipso confusus fueris, vel si in ipsum credideris erit tibi in sanctificationem. D. Hieron. conuenienter Hebrææ lectioni: Et erit vobis in sanctificationem, quod necesse est intelligas de illo Deo exercituum, de quo sermo est, quem nomine Dei tetragramato appellauit: sequitur iuxta tralationem Lxx virorum, Et nõ in lapidem offensionis: vel vt ipsi dixerunt, Et non vt lapidis offensionis occurretis, vel, offendetis. i. non offendetis in ipso Deo exercituum tanquam in lapide offensionis, & tanquam in petra scandali: atqui lapis offensionis, & petra scandali Christus dicitur, vt dixi interpretari nostros, & Iudæos, & eodem modo D. Hiero. cum de eodem Deo exercituum dixerit, Et erit vobis in sanctificationem hic Deus exercituum. i. de eo enim sermo est, In lapidem autem offensionis, & petra scandali duabus domibus Israël, subaudi erit idem Deus exercituum: nec aliter intelligere potest quisquã villo modo: Lapidem autem offensionis, & petram scandali Christum dici tantum, præterquam quod fatentur omnes, docet D. Petrus qui huius loci paraphrasin facit, inquit, Creditibus honor, non credentibus lapis, quem reprobauerunt edificantes, qui factus est in caput anguli lapis offensionis & petra scandali: quid enim interest vtrum dicas quod D. Petrus dixit, hic lapis credentibus erit honor, non credentibus lapis offensionis & petra scandali? an quod Esaia dixit, siue iuxta tralationem D. Hier. hic Deus exercituum (de eo enim loquitur) erit vobis in sanctificationem timentibus eum. i. Et in lapidem offensionis, & in petram scandali, duabus domibus Israël? siue iuxta tralationem Lxx, quid interest vtrum dicas quod D. Petrus credentibus erit honor, non credentibus lapis offensionis & petra scandali, an quod Esaia si in eo Deo exercituum. i. (de eo enim sermo erat) confusus fueris erit tibi in sanctificationem & non in lapidem offensionis, & petram scandali? Aduerte præterea quomodo huius loci apostoli & euangelistæ sunt metaphrasæ, quod Hebraicè est, Et erit in sanctificationem vobis. D. Lucas cap. 2. dixit erit in resurrectionem multorum de puero Iesu: D. Petrus, erit credentibus honor: Lxx viri, si in eo confusus fueris erit tibi in sanctificationem: D. Paulus prima ad Corinth. cap. 1. credentibus erit Christus Dei sapietia: & quod Hebraicè est, vt vertit D. Hiero. In lapidem offensionis, & in petra scandali, duabus domibus Israël: D. Petrus dixit, non credentibus lapis offensionis & petra scandali: itaque D. Petrus, pro duabus domibus Israël, posuit, non credentibus: & hoc loco D. Petrus non videtur agnoscere negationem in lectione Hebræa quam agnoscunt Lxx viri, & facit quod moris est apostolis & euangelistis, quod sæpè repetendum est, vt duo coniungant scripturæ testimonia, pro vno citent, coniunxit enim simul cū hoc Esaie testimonio illud Davidis, Lapidem quẽ reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, vt vtrunque eodem spectare docerent quod facere solent Lxx viri, vt vnius loci scripturæ ex alio scripturæ loco faciant paraphrasim, vel vni loco scripturæ aliam scripturæ locum adiungant, quod centies factum reperies si id obseruaris, ne quis Lxx viris vitio vertat, sed laudi potius apponat, & diuinitus eos fecisse intelligat, quod factum videt ab euangelistis, & apostolis. Ecce hic D. Petrus hunc locum citans Esaia aut metaphrasim facit ex loco Davidis, aut locum Davidis huic loco coniungit, vt vtroq; testimonio idem significari doceat. Ecce quæ obscurè dicta erant pla-

*Christus
Deus di-
ctus hoc
loco.*

*Mos est a
postolorũ,
et Lxx vi-
rorum, cõ-
iungere duo
loca scri-
pturæ.*

Christus
Deus, Saba
oth dicitur.

erant planius interpretatur D. Petrus, cum pro duabus domibus Israel dixit, non credentibus. Pro hoc loco posuit Lucas de puero Iesu, hic positus est in ruinam, pro scandalo, & lapide offensionis, posuit ruinam, ut Lxx viri. Aduerte tamen, quod supra dictum est, hunc Christum qui lapis reprobatus ab edificantibus, & lapis offensionis, & petra scandali dicitur a prophetis & apostolis, hoc loco ab Esaia appellari Deum Sabadth.

D. HIERONYMVS.

Et offendet ex eis plurimi, et cadet, et conterentur, et irretientur, et capientur.

Diuus Hierony. & Procop. & alij patres verba illa postrema tralationis Lxx virorum expungenda obelo putant, quod Hebraice non sint, additaque sint de suo à Lxx viris: sed in disputatione de tralationibus ostēdi omnes patres antiquos longè secus existimare, qui tradunt Lxx viros afflatu spiritus sancti addidisse, quæ addiderunt omnia, idque testimonio euangelistarum & apostolorum probare contendunt, & certè illis fauet rerum euentus. Quæ enim CCC annis ante rem gestam additis verbis de suo sunt interpretati Lxx viri, rerum euentus comprobauit, neque quidquam additum reperies à Lxx viris ad interpretationem scripturæ, quod tricesimo, aut quadringentesimo, aut millesimo post anno, non ita cesserit: & sic reperies hunc locum explanatum esse à Lxx viris, & hæc verba ita esse addita ut historiam rerum gestarum legisse videantur. Nam certè Lxx seniores hoc loco historici sunt, non interpretes: repete animo quomodo postrema verba superiore commentario sunt interpretati Lxx viri: subiungunt enim, quia capti sunt velut feræ quæ decidere in foueas, irretita laqueis, cum vniuersi Iudæi ad celebrandum pascha Hierosolyma confluxere, & subita obsidione Romanorum imparati, & nec opinantes sunt cincti, ut ne vnus quidem elabi potuerit, neque commeatu tantæ multitudini suppeteret, neque domus tantam vim hominum capere possent. Propter hoc, inquit, propheta, offendet ex eis plurimi. i. ruent & cadent; Lxx viri interpretantur impotentes erunt. i. multitudo tanta nihil poterit, quia subito oppressa bello, defecta rebus necessarijs, sine armis, sine commeatu, eneata fame, peste implicata, quæ ex tâta hominum multitudine, & tanta fame fuerat exorta non poterat bellare. Hebraicè est, וְשָׁלַח יָדָיו וְנָשְׁבְרוּ וְנִשְׁבְּרוּ וְנִשְׁבְּרוּ וְנִשְׁבְּרוּ quod verbum Hebræum significat offendere, & cadere, & ita vertit D. Hieronymus, offendet & cadent, defecti rebus omnibus scilicet, & quod Hierusalem deciderit in tendiculam, & laqueum subita oppressa obsidione, ruent, & cadent: significat etiam hoc verbum Hebræum de bilitari pedibus, & manibus, & fieri impotentis, & sic vertere Lxx. Propter hoc, impotentes erunt quod subito oppressi sint obsidione, & quod defecti viribus, quod fame erant eneati, & peste implicati, & ideò: Cadent, & conterentur. i. sterneruntur per vias, lege IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico & lib. 6. & historiam scriptam dices à Lxx viris, & non prophetiã versam Græcè. Et quod quater repetitum est casuros Iudæos, quod hæc geminatio & repetitio affirmandi causa, & amplificandi fit, ut docent rhetores, cadent, conterentur, irretientur, capientur, quæ quatuor verba, eodem spectant. Lxx viri vnum verbum ex his detraxere, loco illius addidere de suo diuinitus, appropinquabunt. i. petent Hierosolyma ad celebrandos dies azymorum, & capientur. i. velut in fossa capientur, quod supra dixerant obsidione Romanorum. Postremò addidere de suo, Homines in securitate existentes. i. qui erant in vrbibus Iudæe tuti & securi, quibus iam pepercerat Romanus gladius, captis iam alijs vrbibus, & qui residui erant & effugerant tantam vim belli & tantum discrimen, postquam vrbes erant bello vastatæ, qui erant iam tuti, & securi, & immunes malorum, & quibus ex tanto bello hostilis iam pepercerat gladius: appropinquabunt. i. petent Hierosolyma, ad celebrandos dies azymorum, nã hæc omnia addidere Lxx: & verbum illud, Appropinquabunt, multò magis diuinitus additum est ab illis, & capientur. i. velut in fossa capientur. Lege IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 45. & confer verba Iosephi cum his verbis, & intelliges cur veteres patres spiritus sancti afflatu addita ea à Lxx viris esse putarint.

D. HIERONYMVS.

Liga testimonium, signa legem in discipulis

LXX VIRI.

Propter hoc impotētes erunt in ip-sis multi, & ruent, & conterentur, & appropinquabunt, & capientur homines in securitate existentes.

וְשָׁלַח יָדָיו וְנָשְׁבְרוּ וְנִשְׁבְּרוּ וְנִשְׁבְּרוּ וְנִשְׁבְּרוּ
Propter hoc impotētes erunt in ip-sis multi, & ruent, & conterentur, & appropinquabunt, & capientur homines in securitate existentes. **B** clausum, ne discant, finem habeat vetus testamentum, noua sint omnia, ut quod cōtrouersum, & postea definitum ab apostolis est, an post euangelij prædicationem veteris testamenti cærimoniam fuerint seruandæ, hoc loco Lxx Iudæi definitum ab spiritu sancto esse putēt, non fuisse seruandas veteris testamenti cærimonias post aduentum Domini, addideret; Lxx de suo eos, per quos id futurum esset, claros miraculis toto orbe fore. Hæc sunt quæ faciunt Lxx seniores admirabiles, addunt de suo, quæ postea rerum euentus ostēdit verissima, quæq; postea apostoli & euangelistæ citant pro testimonijs Esaia, quod eadem res sit, quæ dicta sit ab Esaia, & quæ dicatur illo commentario, quod supra pluribus dictum est ex autoritate veterum patrum. Ergo vertere sic hunc locum: Tunc manifesti erunt, miraculis, scilicet: vel ut P R O C interpretatur, palàm dicent. Sigillantes legem ne discant. i. ob signantes legem, & claudentes, ut non discant fideles ampliùs cærimonias veteris legis. Sic E V S E B. hunc locum explanat lib. 9. cap. 14. hos apostolos claros futuros docentes Mosis legem non discere, quod lex Mosis iam non staret, quod lex & prophetæ vsque ad Ioannem. P R O C O P. interpretationem Symmachi, quam D. Hieronymus vertit ad verbum, quæque eadem est cum tralatione D. Hieronymi sic explanat: Liga testimonium, non enim ampliùs est opus lege Mosis, claude illam, postquam iam nouum testamentum datum à Deo est. Vides quo modo Lxx viri, quoties nō reddunt verbum verbo, scribunt scholia? Quod verò sequitur, aliter explanat P R O C O P. interpretatur enim verba illa, Liga legem in discipulis meis sic. i. in ijs, qui ex Gentibus fuerint, vocati, qui manifesti erunt ob signantes legem, palàm claudent vetus testamentum, ne quisquam illud discat, quod iam non sit vtile, dato meliore testamento. Sed aduerte corporalem obseruationem veteris testamenti claudi, non spiritalem, quod omnis scriba doctus in regno cælorum, &c. hæc Procop. Sed illud attende, veterem hunc esse morem interpretandi scripturas receptissimū, ut ex tralatione Lxx, interpretentur alias tralationes, quod intelligebat tralationē Lxx seniorū esse velut scholion, quodq; hoc loco facit Procopius, quod quidā meū hoc aiunt esse cōmentū. Igitur hic locus dupliciter explanatur: Liga testimonium. i. liga legem Mosis, & claude, quia ea opus non est, accepto nouo testamento, signa legem in discipulis meis, vel in doctrinis meis (sic enim vertit Symmachus) i. post doctrinas meas euangelicas, vel post discipulos meos, claude legem, ne quisquam fidelium discat eam, quod iam eius obseruatio, corporalis scilicet, noxia esset: & hæc interpretatio mihi videtur lectioni Hebræe conuenire, nam quod Eusebius explanat alibi οὐκ ἐπισημασμένον, id est, sigillati, supple Christi sigillo & caractere, non discere legem. i. ut non obseruarent cærimonias veteris legis, lectioni Hebræe nō videtur conuenire. Verior est prior sententia sigillantes legem, id est, claudentes, sic hoc loco Lxx viri commentarij potiùs fuere, quàm interpretes, & addidere verbum de suo sequenti orationi: nam pro, Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, edidit, Dicit, expectabo Dominum, &c. ut sit sensus, Dicit discipulus Domini, aut Apostolus (de his enim sermo erat) expectabo Dominum qui auertit faciem suam à domo Iacob. i. spes meas colloco in Domino, qui exclusit Iudæos. Quod quid apertiùs dici potuit de Christianis, & de exclusis Iudæis? vbi transitus est factus à plurali numero ad singularem, qui frequens est in Hebræa lingua, nam cum dixisset, Signa legem in discipulis meis, postea subiicere Lxx, Dicit, discipulus meus, scilicet. C Y P R. etiam lib. 1. aduersus Iudæos cap. 9. docet his verbis significatum esse, quod lex prior quæ per Moysen data est, cessatura esset.

LXX VIRI.

Tunc manifesti erunt sigillantes legem

A pulis meis, expectabo Dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, et prestolabor eum.

gem ne discant, & dicent: Expectabo Deum qui auertit faciem suam à domo Iacob, et confidens ero in eo.

EVSEB. demonstr. euangel. lib. 7. cap. 3. meliùs & apertiùs hunc locum redditum esse ait à Symmacho, & Theodocione, quàm à Lxx senioribus. Vtinam nunquam licere tantum nobis capisset in tralationem Lxx seniorū, quos, ut fatetur idem Euseb. Spiritus sanctus voluit multis seculis ante aduentum Christi vertere scripturas, quod relicturus esset Iudæos, & transiturus ad Gentes, quibus Græca lingua eo tempore communis erat. Lxx viri non reddidere hunc locum ad verbum, sed commentarium potiùs edidit pro tralatione: putant enim Lxx hoc quod D. Hieron. vertit conuenienter Hebræe lectioni, Liga testimonium, signa legem in discipulis meis, hunc habere sensum: In discipulis meis sit ligatum vetus testamentum, & clausum, ne discant, finem habeat vetus testamentum, noua sint omnia, ut quod cōtrouersum, & postea definitum ab apostolis est, an post euangelij prædicationem veteris testamenti cærimoniam fuerint seruandæ, hoc loco Lxx Iudæi definitum ab spiritu sancto esse putēt, non fuisse seruandas veteris testamenti cærimonias post aduentum Domini, addideret; Lxx de suo eos, per quos id futurum esset, claros miraculis toto orbe fore. Hæc sunt quæ faciunt Lxx seniores admirabiles, addunt de suo, quæ postea rerum euentus ostēdit verissima, quæq; postea apostoli & euangelistæ citant pro testimonijs Esaia, quod eadem res sit, quæ dicta sit ab Esaia, & quæ dicatur illo commentario, quod supra pluribus dictum est ex autoritate veterum patrum. Ergo vertere sic hunc locum: Tunc manifesti erunt, miraculis, scilicet: vel ut P R O C interpretatur, palàm dicent. Sigillantes legem ne discant. i. ob signantes legem, & claudentes, ut non discant fideles ampliùs cærimonias veteris legis. Sic E V S E B. hunc locum explanat lib. 9. cap. 14. hos apostolos claros futuros docentes Mosis legem non discere, quod lex Mosis iam non staret, quod lex & prophetæ vsque ad Ioannem. P R O C O P. interpretationem Symmachi, quam D. Hieronymus vertit ad verbum, quæque eadem est cum tralatione D. Hieronymi sic explanat: Liga testimonium, non enim ampliùs est opus lege Mosis, claude illam, postquam iam nouum testamentum datum à Deo est. Vides quo modo Lxx viri, quoties nō reddunt verbum verbo, scribunt scholia? Quod verò sequitur, aliter explanat P R O C O P. interpretatur enim verba illa, Liga legem in discipulis meis sic. i. in ijs, qui ex Gentibus fuerint, vocati, qui manifesti erunt ob signantes legem, palàm claudent vetus testamentum, ne quisquam illud discat, quod iam non sit vtile, dato meliore testamento. Sed aduerte corporalem obseruationem veteris testamenti claudi, non spiritalem, quod omnis scriba doctus in regno cælorum, &c. hæc Procop. Sed illud attende, veterem hunc esse morem interpretandi scripturas receptissimū, ut ex tralatione Lxx, interpretentur alias tralationes, quod intelligebat tralationē Lxx seniorū esse velut scholion, quodq; hoc loco facit Procopius, quod quidā meū hoc aiunt esse cōmentū. Igitur hic locus dupliciter explanatur: Liga testimonium. i. liga legem Mosis, & claude, quia ea opus non est, accepto nouo testamento, signa legem in discipulis meis, vel in doctrinis meis (sic enim vertit Symmachus) i. post doctrinas meas euangelicas, vel post discipulos meos, claude legem, ne quisquam fidelium discat eam, quod iam eius obseruatio, corporalis scilicet, noxia esset: & hæc interpretatio mihi videtur lectioni Hebræe conuenire, nam quod Eusebius explanat alibi οὐκ ἐπισημασμένον, id est, sigillati, supple Christi sigillo & caractere, non discere legem. i. ut non obseruarent cærimonias veteris legis, lectioni Hebræe nō videtur conuenire. Verior est prior sententia sigillantes legem, id est, claudentes, sic hoc loco Lxx viri commentarij potiùs fuere, quàm interpretes, & addidere verbum de suo sequenti orationi: nam pro, Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, edidit, Dicit, expectabo Dominum, &c. ut sit sensus, Dicit discipulus Domini, aut Apostolus (de his enim sermo erat) expectabo Dominum qui auertit faciem suam à domo Iacob. i. spes meas colloco in Domino, qui exclusit Iudæos. Quod quid apertiùs dici potuit de Christianis, & de exclusis Iudæis? vbi transitus est factus à plurali numero ad singularem, qui frequens est in Hebræa lingua, nam cum dixisset, Signa legem in discipulis meis, postea subiicere Lxx, Dicit, discipulus meus, scilicet. C Y P R. etiam lib. 1. aduersus Iudæos cap. 9. docet his verbis significatum esse, quod lex prior quæ per Moysen data est, cessatura esset.

N & ver-

Vtinā Eusebio non tantum licuisset in Lxx viros unde alij audere inuenerunt

Lxx viri pro tralatione edidit commentarium, quo hic locum explanant euangelicè.

Vetus mos veteri patrum, ex tralatione Lxx virorum interpretari scripturas ne quis dicat meum hoc esse cōmentum.

Lxx viri hoc loco dicitur interpretari, nō interpretati.

& verbis sequentibus. Dices, Expecto Deum, qui auertit faciem suam à domo Iacob, & fidens ero in illum: idem significari putat quod illis euangelicis, Omnes prophetæ & lex, vsq; ad Iannem prophetauerunt. Quòd Hiero. vertit, Et præstolabor eum: verti potest etiam, Et confidens ero in eo, quod Hebraicè est *אני אמת בך*. id est, confidens ero in eo, vel, præstolabor eum, vt vertit D. Hierony. Lxx reddidere *אני אמת בך* id est, id est, & confidens ero in eo: Paulus hæc verba citat iuxta tralationem Lxx virorum, tantum verborum ordine mutato, ad Hebræos secundo: ait enim *אני אמת בך* i. ego ero confidens in eo, quod AMBR. interpretatur de Christo secundum humanam naturam, cuius fiduciam totam non dubium est esse in Deo patre sicut in euangelio ipse ait, cum pro suis supplicat dicens, Volo pater, vt vbi ego sum, isti sint mecum, quos etiam vt fiduciam habeant, exhortabatur dicendo, Confidite, ego vici mundum. Quòd si ita est, vt ait Ambros. tota hæc oratio à principio ad Christum erit referenda, & dicet, Expectabo Dominum, qui auertit faciem suam à domo Iacob, & confidens ero in eo. i. dicet Christus secundum humanitatem assumptam, spes mea erit in Domino, qui exclusit domum Iacob, & discipulos meos populum sibi delegit.

Paulus citat tralationem Lxx.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, et in portentum Israël à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.

Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus, & erunt signa & portentum in domo Israël à Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion.

Lxx citatur à diuo Paulo.

Hunc locum citat D. PAVL. ad Hebræos cap. 2. iuxta tralationem Lxx seniorum, quem interpretans AMBR. OS. Hoc testimonium, inquit, protulit Apostolus ex Esaia ad Christum, & ad apostolos referens, quos propter innocentiam pueros appellauit, de quibus ipse Dominus ait, Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. EVSEB. demonstrat. euang. lib. 9. cap. 14. explanat & hunc locum de apostolis, & miraculis editis ab apostolis, quæ miracula planè significant Lxx viri, cum edidere, Erunt signa, & portenta in domo Israël à Domino sabaoth, qui habitat in monte Sion. i. edentur signa, & portenta à Domino per apostolos, quos pueros suos Dominus appellauit. Idem significant verba Hieronymi, in signum, aut, vt Hebraicè est, in signa (ponitur enim singularis pro plurali) & in portentum, vel, vt est Hebraicè, in portenta, & miracula: vt sit totum, Ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus, in signa & miracula. i. vt edat signa, & miracula Israel: vel, vt Hebraicè est, in Israel, vt edant signa & miracula in Israel à Dño exercituum, qui habitat in monte Sion, non à Belzebub principe dæmoniorum, sed à Dño exercituum, qui habitat in monte Sion. P. R. O. C. Pueros, inquit, appellat, filios regeneratos aqua & Spiritu sancto: & per hos filios, inquit, erunt signa & miracula: Dedit enim eis Dñs donum miraculorum, Dæmonia ei cecidit, gratis accepistis, gratis date. Dominus exercituum. i. dux, & imperator virtutum, & potestatum cælestium, à quo datum est donum miraculorum credentibus, de quibus dictum est, Reuelasti ea paruulis: paruulos appellat, in doctrina reuelationis mysteriorum Dei, vt tyrones appellamus, qui disciplinarum addiscunt rudimenta: ita CYRIL. Sed vox Hebræa *אמת*, & Græca *παιδία*, reddi possunt Latinè, serui, & filij, & pueri. ORIG. tom. 1. in Esaie cap. 8. homil. 7. hunc locum multis verbis explanat, & alia ex hoc cap. Idem Orig. in Matth. tractat. 7. in illa verba, Tunc oblatus ritu sancto: & verba Christi hæc omnia esse aiunt. Versionem, inquam, Lxx virorum, si Græca Græcis compares, citat Paulus, vt dixi, ad verbum, quæ pertrahi nullo modo potest ad Iudæorum sententiam, ne quis eam litteralem sensum scripturæ putet, & decipiat rudes. Et vbi D. Paulus interpret est, quorsum alium audias? Illud scias, omnes veteres patres vno consensu, D. Paulo summam auctoritatem dare in interpretandis scripturis, cum HILAR. li. 5. de Trinitate. Paulus, dicat, ille, qui in cælum raptus, vidit arcana Dei, & inde plenissimam scripturarum cognitionem hausit. D. BASIL. cum alibi tum in proœmio de Dei iudicio, Paulus dicat hoc, ait, qui Christum habet in se loquentem. Et contra Eunomium lib. 1. Vas electionis Paulus, qui Christum habet in se loquentem, qui in tertium cælum raptus, vidit arcana Dei, hanc nobis reliquit doctrinam. Et D. CHRYS. de compunctione cordis lib. 1. Paulo crede, per spiritum Dei loquenti, cui omnes verè credere debemus Christum in se loqui, dicenti. Et li. 2. de compunctione cordis

Iudæos interpretes scripturæ, nullo modo audiendos, nec largiendum illis villo modo eorum sententiam esse litteralē scripturæ sensum.

A cordis magnas Pauli, & omni prædicatione maiores laudes conscribit, ne quisquam putet Paulum testimonijs scripturæ ab usum fuisse. Quidam enim, è sacris doctoribus, si que exciderit, dicta aliquantulum negligenter, velut à rosario spinas decerpunt, quibus se, & eos qui eis adhærent fauciant, relinquunt rosas & flores. PLVTAR. C. in lib. quem conscripsit, quomodo oporteat audire poemata: Alij, inquit, ex rosario rosas decerpunt, prudentes & vr bani viri, rustici se fauciant spinis. Ergo veteres audiendos puto, qui tantum abest, vt Paulum dicant scripturæ testimonijs ab usum, vt sic Paulum audiant, vt illum, qui raptus in cælum exuberantissimos diuinæ sapientiæ indè hauserit haustus, & qui in se Christum loquentem habeat, neque si doctorem sacrum vnum aliquem, etiam summæ auctoritatis audierim dixisse, Paulum ab usum testimonio scripturæ, relicto omnium veterum patrum consensu, illum sequendum putabo, quanquam qui scis an ille scripserit vsu? Admirabor certè sanctos patres, ad quædam conuiebo, tanquam ad quosdam interfulgentissimas virtutes interpersos nauos, quod in clarissimis & sanctissimis illorum facere est necesse, quod eorū tempore res nõ erant ita facta, vt nostris temporibus: & vitiosa sit lectio, & pro vsu legatur ab usum, neque post interpretationem D. Pauli alium quenquam ex nostris doctoribus interpretationem audiendum putabo. De interpretatione huius loci lege CLEM. Alexand. prædag. lib. 1. cap. 5. toto cap.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Et cum dixerint ad vos, quærite à pythonibus, et à diuinis, qui strident in incantationibus suis: nūquid nõ populus à deo suo requirit visionē prouis ac mortuis? ad legē magis, et ad testimoniū?

Si dixerint ad vos quærite vates, aut vtriloquos, & de terra loquentes, & vana qui de ventre loquentur, nõne gēs à Deo suo requirit? quid requirēt de viuis mortuos? vel quid interrogant de viuis mortuos? legem enim in adiutorium dedit.

CYRIL. in oratione catechetica. i. quæ ad res fidei instruit iniciandos sacro baptismate interpretans hunc locum, Emmanuel, inquiens, his verbis alloquitur ipsos fideles, qui reputati erant in filios Dei, abducit illos omnino à moribus antiquis, & à veteri errore. Cōsuetudo enim erat idolatris, dæmonum consulere oracula, quòd ipsos fideles Emmanuel vetat facere, etiam si ad id admotis omnibus cruciamentis ab idolatris compellantur. Eodem modo explanat EVSEB. euang. demonstr. lib. 9. cap. 14. Quòd D. Hier. reddidit, pythonibus, Lxx viri reddidere *εγγυσιμίδους*. i. ventriloquos, eodem nomine eos appellat IOSEP. antiq. Iud. lib. 6. c. 14. & 15. vbi *εγγυσιμίδους* interpretatur Iosephus genus diuinorum, qui animas ab inferis euocant, per quas interrogantibus prædicat futura, qui sunt iidem cū pythonibus, qui dicti sunt à πύθωνος verbo Græco, interrogat, quod interrogati respondebant, quid futurū esset. CYRIL. & ISYCH. interpretantur ventriloquos esse eos, qui fingunt se habere deos in ventre, & ob id à veteribus appellatos esse *εγγυσιμίδους*. i. ventriloquos. GREG. Nazianz. in suo apolog. ventriloquos appellat eos qui blandiuntur populo, eos, qui placere principibus & locupletibus contendunt, vt sibi opes parent, & dignitates, & quæstum faciant, & ventri seruiant, qui cauponantur Dei sermonem, qui de terra loquuntur ea quæ dicunt ad populum, quibus intra terram, intra inferos se penetrent, vt à vulgo laudem sibi comparent, & vt venentur auram popularem. Sic enim Gregorius videtur interpretari sequentia, de terra loquentes, & vana, qui de ventre loquentur: vt sit sensus, si idolatræ vos iubeatrogare sententiā à pseudoprophetis, &c. Nam pro diuinis Lxx vertere, eos qui de terra loquuntur, quos CYRIL. ait esse qui fingunt se vocare ab inferis maneis, & ex eorū ore loqui, aut ex ore inferorum vaticinari. Verbū Hebræū *ידיעו* vt putant Hebræi, augur est, qui ponit os auis cuiusdam in ore suo, & ex illo vaticinatur. Lxx verò seniores putant potius esse eum augurem, qui vaticinatur ex ore inferorum: & videtur pro eodem accepisse *εγγυσιμίδους*. i. ventriloquos, & hos augures, qui de terra loquuntur euocatis ab inferis manibus, vt ventriloqui sint, qui euocabant maneis, qui se induerent in illorum corpora, & de illorū ventre loquerentur, augures ij, qui euocarent maneis ab inferis, qui responsa redderent. Sic intellexisse videtur Iosephus loco citato, vt Lxx viri. Quòd D. Hieronymus dixit, Qui strident incantationibus: Lxx reddidere, vaniloquos. Est aliud verbum Hebræum *המקור* à verbo *קור* quod Lxx viri reddidere, qui de ventre loquuntur: quod

quod verbum **גמג** est gemere: quod proprie est columbarum, & turturum, quæ imo pectore trahunt voces, & ideo reddere Lxx qui de ventre loquuntur. D. Hieronym. quod vna, & eadem res toties erat dicta, non vertit hæc verba, aut enim est idem genus vaticinantium quod necromanticum vocamus, aut necromantia diuersa genera. Hunc locum multis verbis explicat ORIGEN. in cap. 8. Esaiæ homilia 7. & Basilius: & Theodoretus. sed eodem tendunt omnia. Nunquid non populus quærit visionem pro viuis, ac mortuis pro Deo suo? Cyrillus & Euseb. loco citato: Vna quæuis gens suos Deos consulit, vos vestros, nos nostros, sunt enim verba, quibus respondent fideles infidelibus, quasi dicant: Quorsum nos iubetis interrogare Deos vestros? vos consulite Deos vestros, nos nostrum Deum consulimus; nam vna quæuis natio consulit suos Deos, siue consulat de his rebus, quæ spectat ad viuos, siue de ijs rebus quæ spectant ad mortuos. Lxx aliter distinguunt, nam verba illa; Nūquid non populus à Deo suo? integram orationem faciunt, & subaudiunt verbum, per contantur, edidit enim **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**. i. an non gens à Deo suo quærit? vt doceat his verbis Dominus sanctos martyres quomodo respondeant cogentibus se adorare idola: An non vna quæuis gens suum cōsulit Deum? quare cogitis nos consulere Deos vestros? ita totam sententiā tralationis D. Hieronymi Lxx viri illis tribus verbis concludere. Nunquid non populus à Deo suo? & subaudiunt percontantur. Deinde nouo initio legunt, requiret visionem pro viuis, ac mortuis, quod aliter verterunt **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**. i. Quid? interrogabunt de viuis mortuos? minus bene enim reddiderat hæc Latinus interpret. i. quæ stultitia est de rebus, quæ spectat ad viuos cōsulere mortuos? sic Cyrillus hæc, Procop. Basil. Theodoretus, Origen. & Gregor. Nazianzenus de spiritu sancto & lectio Hebræa distincta, vt distinxere Lxx viri idem sonat.

Id est, Consulit de viuis mortuos? hæc omnia pluribus mortuos? viuis de Cōsulit Origenes loco citato. **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ad legem magis, et ad testimonium. Legem enim in adiutorium dedit.

וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ EVSEB. loco citato. Qui semel accepere legem, & salubria mandata in adiutorium, & curam propriæ vitæ superuacaneum putant consulere oracula, & dæmonas scitari, viuo Dei verbo locupletati quorsum de se rogent mortuos? illud quoque addere iubentur, quod iam Dominus in auxilium euangelium dederit, vt nihil aliud quærere habemus necesse. Procop. Cum habeas euangelium ne quæras futura, vt sit ad legem magis & testimonium supple, accurre, ad legem (inquā) nouam, & ad id quod testatus est Dominus, legem enim nouam dedit nobis Dominus in adiutorium, vt cognoscamus si in præsentī vita bene nos gesserimus vita nos esse sempiterna donandos. THEODOR. Quid dæmonum oracula consulitis, & mortuos ipsos? non creditis tot apostolorum miraculis? atqui in auxilium salutis euangelium accepistis, quod ad veritatem vos ducit. Lectio Hebræa ad verbum reddita **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ** legem, **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ** & testimonium. i. legem, & testimonium, reliqua perspicuitatis gratia addidit D. Hieronymus & dixit, ad legem magis, & ad testimonium suple consultum ire oportet, quam ad mortuos: est enim sermo Hebræus concisus. Lxx etiam addidere verba: legem, & testimonium, subaudi, dedit in adiutorium: & sic edidit, Legem in adiutorium dedit, subauditis duobus verbis postremis. Hæc omnia loco citato interpretatur Origenes.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis lux matutina. Vt dicant, nō sicut verbū hoc, pro quo non est munera dare de ipso.

munus manē ipsi non cuius hoc verbum sicut dixerint non Si **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ** (vel) **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**

Hic duplex est lectio: D. Hier. legit **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**, i. non ipsi manē, hoc est, non erit ipsi lux matutina, & sic vertit D. Hier. q̄ si nō dixerint iuxta verbū hoc euāgelij scilicet. i. qui nō crediderit euāgelio, nō erit ei lux matutina. i. nō resurget resurrectioe iutorū, sed in vltima resurrectione dānabitur in æternas pœnas. Lxx mutata vna litera legere **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**. i. nō ei munus, & sic

A & sic vertere lectionem Hebræam ad verbum: profectō non dicent sicut verbum istud, cuius non ipsi munus. i. profectō idolatræ non dicent quicquam tale vt est euangelicum hoc verbum, cuius non ipsi munus. i. cuius euangelici verbi nō est quæstus, non est sermo euangelicus ad faciendum quæstum: & ita vertere vt dicant, Non sicut verbum hoc. i. nunquam dicent sicut verbum hoc euangelicum, pro quo non est munera dare de ipso. i. pro quo euangelico verbo non dantur munera. CYRILL. Sermo euangelicus datus est pro luce, & auxilio hominibus: hoc enim significatum est superioribus verbis, quibus nunc subiungitur. Qui sermo euangelicus non est sicut verbum hoc augurum, neque est dare munera pro ipso, nam augures faciunt quæstum, vendunt enim sua mendacia, sermo euangelicus propositus est ijs qui volunt bona cælestia, non ijs qui volunt dæmonum oracula ad quæstum faciendum. PROC. Euangelicus sermo præscribit tibi, quo pacto præsentem vitam degas, quod si futurorum scientiam affectas, facito Dei iussa, & expecta æternæ beatitudinis fruitionem, hoc superioribus verbis est significatum. Sequitur, hæc lex euangelica non est vt verbum augurum, non est enim dolus ad quæstum, sed sermo propositus omnibus gratis: Qui fititis, venite ad aquas sine pecunia, & sine argentō. Leges multa in hunc locum apud ORIGEN. tom. primo in caput. 8. Esaiæ, homilia septima, in fine.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et transibit per eam, et corruiet, et esuriet: et cum esuriet irascetur, et maledicet regi suo, et Deo suo, et suspiciet sursum, et ad terram intuebitur: et ecce tribulatio, et tenebræ, et dissolutio, et angustia, et caligo persequens. Et veniet super vos fortis fames, & erit vt esurieritis cōtristabimini, & maledicetis principi, & quæ patria, & suspiciet in cælū fursum, & in terrā deorsū inspiciet, & ecce tenebræ, tribulatio, & angustia, & caligo.

C Si semel aut bis Lxx seniores pro tralatione rerum gestarum historiam exprimerent & seuentum, tot seculis ante rem gestam, casu factum videri poterat, cum semper collimet vetat Aristoteles dicere id casu, aut forte factum esse, sed intellectu, aut prouidentia, & sapientia summa: vnde non iniuria veteres, non sine sancti spiritus numine Lxx viros id fecisse arbitrantur. Dixerat propheta hoc capite multa de Emmanuele Maria virgine nato, de temporibus euangelicis, de cessatione veteris legis, de discipulis Domini, & persequutione qua eos gentes persequebantur, & de responione discipulorum, qua respondebunt gentibus: claudit hoc caput nunc prædictione vastitatis Iudææ inuictæ à Romanis post crucem Domini, quod euangelium non receperit. Ita Procopius hunc locum explanat, ita etiam Vatablus, qui optimè hunc locum interpretatur. Lxx viri, vt dixi, commentaria, pro interpretatione scribunt. Transibit per eam; supple terram, is scilicet, qui difficultatem viuendi patitur: & famelicus, vt interpretatur Vatablus, vt sit; Transibit per eam famelicus, & discurret huc, & illuc, fame enectus, vt quærat aliquid quod vescatur. Ferebant enim seclām hostes extra urbem, vt radices herbarum quærerent; etiam si viderent plurimos deprehendi ab hostibus, verberibus cædi ad mortem vsque, crucibus suffigi, per omnia cruciamenta necari, transibant tamen per eam terram, & ruebant in manus hostium; fame dirigitati. Non solum Vatablus sic explanat, sed penè quadragesimo annis ante rem gestam Lxx viri qui dixerat: Et veniet super vos fortis fames, vel dira fames, de qua IOSEP. lib. 5. de bello Iudaico cap. 26. & 27. & lib. 6. cap. 20. & 21. & alijs multis locis. Lectio Hebræa est **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**. quæ potest verti; Et transibit per eam, vt reddidit D. Hieronymus: vel **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**, qui transierit; **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**, ab ipsa scilicet euangelica lege: præcessit enim **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**. i. legem, & **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ** testimonium, quæ generis sunt fœminini, ideo verti potest lectio Hebræa, Qui transierit ab ea, scilicet lege Euangelica, hoc est, qui non crediderit Euangelio, **וְיָשׁוּבֵנוּ אֵלֵינוּ**, malis obruetur: id enim significat verbum Hebræum inter alia, vt docent ipsi rabini; ergo lectio Hebræa ad verbū reddi potest sic: Qui transierit ab ea, grauisimis malis premetur, & esuriet: pro quo Lxx dixerat, Veniet super vos fames dura: fortasse defunt verba in tralatione Lxx, legendumque esset, Veniet super vos grādīs clades, & dura fames ex lectione Hebræa: vt trunq; enim est in lectione Hebræa. Deinde, cum esuriet, irascetur, & maledicet regi suo: quod Lxx interpretantur, Et erit vt esurieritis

Lxx viro-
ru scholia.

rieritis contristabimini, & maledicetis principi. i. tyranno, nam cum omnes Iudæi, vt supra centies est repetitum, qui residui erant ex vastatis urbibus Iudæis, confluxissent Hierosoly- ma ad celebrandum pascha, subita Romanorum obsidione, nec opinantes sunt oppressi, Et factum est, vt grauissima premerentur fame, vnde exorta grauissima pestis, qua vexabantur gra- uissimè, tyranni duo diuersas urbium partes occuparant, & inter se bellabant, & edebant in Iudæos maximas cædes: intra urbem ergo Iudæi premebantur dira fame, grauissima peste, se- ditione tyrannorum, foris Romanorum armis, si fugere vellent ad Romanos, prehendeban- tur à tyrannis, & à magistratibus Iudæorum, & crudelissimè necabantur: si excurrerent ex- tra muros clam hostes ad legendas herbarum radices, & prehendebantur à Romanis, necaban- tur immanissimè, vt leges apud IOSEP. lib. 5. cap. 17. & lib. 6. plurimis locis. Ergo: Cum esurie- rit irascetur: explanant Lxx, Vt esurieritis contristabimini, quod neque domi, neque foris vo- bis licebit quærere fugam mali, & maledicet regi suo, interpretantur, maledicetis principi. i. ty- rannis, hoc nihil est tritius apud Iosephum, quod prohibebantur à tyrannis, & à sacerdotibus & pharisæis confugere ad Romanos dispositis custodibus, & ideo maledicebant tyrannis, & quæ patria, vel & patrijs: est enim forma Græca dicendi *ἡ πατρίδα* .i. patrijs magistratibus: nã pro, Et Deo suo, quod D. Hieron. vertit, vel vt Hebraicè est, Dijs suis. i. pontificibus, & magi- stratibus, qui Hebraicè dicuntur dij, vertere Lxx *ἡ πατρίδα* .i. patrijs gubernatoribus, vt sit, ma- ledicebant tyrannis, & patriæ gubernatoribus, qui eos prohibebant transire ad Romanos, nec illis prouidebant, sed potius ipsos expoliabant, & præterea saeuissimas in ipsos edebant cædes, quod armis inter se pugnant. Sic hæc PROC. sic IOSEPH. vnde describitur calamitas hæc, quod quoquod se verterent, nox oboriretur, & crassa caligo, quod vndique saeuis- sima circumstarent mala, quod Christum non recepissent, id enim significant hæc verba, Et suspiciet sursum, & ad terram intuebitur. i. quo quod circumtulit oculos, ecce tribulatio, & te- nebræ. i. ecce incredibilis malorum facies, & dissolutio: exanimatio, & angustia, & caligo per- sequens. i. tenebræ, quæ oboriebantur oculis ex multitudine malorum, quæ circumstabant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et non poterit auolare de angustia sua. Vt non videre vsque ad tempus. C

Lxx viro-
ru scholia.


Iuxta interpretationem Procopij & veterum patrum, horum verborum sensus perspicuus est. Non poterit gens Iudæorum scilicet, auolare de angustia sua. i. liberari ab hac calamitate, quæ eos opprimet post Christi aduentum. Idem significat tralatio Lxx virorum, cum enim præcessisset, oborientur Iudæis, tenebræ quoquod circumtulit Iudæi oculos, vel vt Lxx intellexisse videntur, excæcabitur, Iudæi vertere enim *ἡ πατρίδα* .i. & tenebræ vt non videre vsque ad tempus. i. erit cæcitas in gente Iudæa, vt non videant vsque ad tempus quo intromittendi sunt in ecclesiam. P. R. O. C. Cæci erunt vsque ad tempus vocatio- nis, vt non videant quoad introeat plenitudo gentium. Lxx enim addunt quædam commen- tariola de suo, vt dictum est, loco tralationis, aut paraphrasim faciunt ex alijs scripturæ locis, & hoc loco videtur facta paraphrasis, ex. ii. cap. Danielis, vsque ad tempus, vt innuerent cæ- citatem illam Iudæorum duraturam vsque ad illud tempus Antichristi designatum à Danie- le, nam & Lxx viri, & apostoli, & Euangelista, vt ostendendum est multis locis, ex alijs locis scripturæ faciunt paraphrasim aliorum locorum, vt his, & illis, vnum & idem significari o- stendant. Tralatio D. Hieronymi significat Iudæos non liberandos ex vastitate, & captiuitate, quæ eos opprimet post crucem Christi, quod Christum non receperint. Lxx viri causam reddunt tanquam commentarij & scholiastæ, quod erunt cæci ad eod, vt non videant, vsque ad tempus designatum à Daniele consummationis seculorum; altera enim tralatio, alteri pro- commentario est.

Reperies in Thesauo linguæ sanctæ in dictione *קָוָה*; Iudæos hunc locum interpretari sic, non fuit angustia prior, cum captiuos duxit eos Pul. rex Assur, sicut angustia hæc, quia prior fuit leuis: Iudæi enim omnia referunt ad Assyrios, & hanc periodum sic distinguunt, Non po- terit auolare de angustia sua, sicut tempore primo alleuiata est: quam Iudæorum distinctio- nem sequuntur. Vatablus, Pagninus, & Isidorus Clarius, & ceteri sic verti potest le *קָוָה* Hebræa, Nam quanuis D. Hieronymus non verterit: Sicut primo tempore alleuiata est, Hebraicè ta- men est *קָוָה*, & *אָוָה*, solet esse cõpletua coniunctio, quæ nihil significat, sed ornat tantum, & sic D. Hieron.

A D. Hieron. vertit, Tempore primo alleuiata est, nempè putauit nihil hoc loco significare. Est etiã aduerbiũ similitudinis, & significat, sicut, veluti, idè potest verti sicut, vt sit, sicut tempore primo alleuiata est, & sic Iudæi vertunt hanc periodũ: & non poterit auolare de angustia sua, sicut tempore primo alleuiata est, & interpretantur, quod non fuit angustia prior sicut angustia hæc, quia prior fuit leuis. Mitte tu Assyrios, & Sennacheribum, quod Iudæi semper Babylonica, & Assyria crepant bella (& quidam sententiam Iudæorum, literalem sensum appel- lant) & adijge pro clausula tot oraculorũ de tẽporibus Christi & de apostolis, & de vastitate Iudæe post crucem Domini, & intelliges hac clausula verissimè significari tempora Iudæo- rum post crucem Domini, quæ captiuitatis non sunt inuentura finem. Quid enim aliud hæc verba significant sic distincta? gens Iudæa non poterit auolare de angustia sua, sicut primo tempore alleuiata est, quã captiuitatem postremã post crucem Dñi, qua nunquam liberabitur gens Iudæa, de hac verè dicitur, nunquam liberandos esse Iudæos, vt sunt liberati de cæteris captiuitatibus. Rumpant se Iudæi, & crepent medij, de nulla alia captiuitate hæc verba dici pos- sunt: ex omnibus enim captiuitatibus liberati sunt, falsa ergo essent hæc verba, & mendacia, si ad aliam captiuitatem referrentur. PAGN. verbum Hebræum quod D. Hieronym. reddidit, Auolabit, vel, liberabitur, & VATAB. Expediet se, sequutus Iudæos, reddit, Quia nõ erit ob- scuratio, quod verbum Hebræum nullo modo significare potest, etiam si id probet in com- mentarijs Vatablus, & Rabinorum cõctus, qui hunc locum obscurare contendunt, vt reperies in dictione *קָוָה*, nam cum sit perspicuum & planum hoc verbum *קָוָה*, esse idem quod Latine volare, neque aliud quidquam significare, quanuis Iudæi contra nitantur, non possunt tamen testimonium vllum citare ex sacris literis, quo probent aliud significare quod ipsi fatentur: aiunt enim hoc tantum loco significare, obscurare: atqui si dialecticam nossent, vt docet Aristoteles. 8. Topic. intelligerent locum controuersum non posse ipsos iuuare, nam aliud est *קָוָה*, aliud *אָוָה*, sicut, aliud lutum, aliud luceo: sed finge *קָוָה* significare id quod volunt Iudæi aliquando, vndè tu factum putas, vt libeat homini Christiano Iudæos sequi potius quàm nos- tros in re neque credibili, neque probabili, in eo loco præfertim, qui tantopere premat Iudæos, quanuis verba vel hoc, vel illo modo dispungas.

Contra eos qui sententiam Iudæorum litteralem sensum appellant.

IN ESAIAE CAP. IX.



Occaput. i. x. Esaia, Euangelij mysteriorum, vt iam apparebit, plenu est, quod tamen ad Iudaicas fabulas Rabini detorquent, ideoque exemplum erit eorũ, quæ diximus in disputatione de tralationibus, vbi cum aliorum sanctorum patrum, tum D. Hieron. testimonijs ostendimus Iudæos, & qui Iudæos sequũtur manifestissima de Christo vaticinia inuertere, tenebris inuoluere, & vt ipsius D. Hieron. verbis vtar, ad peruersam intelligẽtiam praua interpretatio- ne detorquere. Ex hoc ergo cap. similibusque, neque enim omnia persequi consilium est, ne in infinitum hoc volumen excrescat, licet vel manibus prehendere eos, qui relictis sanctis patri- bus putant Iudæos sapere, & ad illorum præscriptum interpretantur scripturas, dum aliquid muneris se offerre catholice ecclesie arbitrantur, venenum præsentissimum propinare legen- tibus, & dum prodesse volunt, pestem importare suis.

Qui è Iudæorum li-bris, ex de Rabinorũ sententia in interpretantur scripturas, pestem legentibus importat.

Principium huius cap. interpretatur D. Matth. euãgelista de Christo: Iudæi referente Isido- ro Clario, prædictionem esse putant captiuitatis decem tribuũ, primũ eius quæ à Theglath phalassare facta est, vt proditum est. 4. Reg. cap. 15. deindè eius quæ facta est à Salmanassare. 4. Regum cap. 17. & ideo dicunt primam transmigrationem leuem, secundam grauem fuisse: & ita interpretantur, Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, quia primo tempore leui pla- ga percussa est, & translata est in Assyrios terra Zabulon, & Nephthalim cũ duabus tribubus, & dimidia vltra Iordanem. Et illud; Nouissimo tempore aggrauata est, interpretantur de Salmanassare, qui posteriore tempore deleuit omnes decem tribus. Ita Pagninus explanat huc locum in dictione, Calal, quod Hieron. vertit, Alleuiata est: Pagninus reddidit, Alleuiare fecit terram Zabulon. i. demigrare fecit Thiglathpilesser, id est, migrare fecit Reubenitas, &

Iudæi manife- stissi- mi de Chri- sto vatici- nium refe- runt ad ca- ptiuitatem decem tri- buum.

dimidiam tribum Manasse, & quòd illic in Thesauro linguæ sanctæ Pagninus Iudæorum sententias refert, nihil erat quod de eo quereremur, nisi ita vertisset scripturam, ut hanc Iudæorum sententiam sua tralatione exprimeret: & sic distinguit hoc caput, ut distinguit Iudæi, nam finem cap. VII. fecit hoc totum: Quia non erat ei obscuratio secundum angustiam quæ fuit ei tempore primo ab eo qui alleuiare fecit terram Zebulum, & terram Nephtholim, & ultimo ab eo qui aggrauare fecit viam maris trans Iardem Ghelil gentium. Sic disposita lectione, ut dispungunt Iudæi, ut primo tempore referant Iudæi ad Theglathphalassarem: & ultimo tempore ad Salmanaßarem: & his verbis claudant caput superius, & de bello Assyrio interpretentur, & non de Christo. Iudæi enim hunc cap. VII. finem & principium hoc cap. IX. referunt ad captiuitatem decem tribuum, ut leges in Thesauro linguæ sanctæ in dictione 417 & addunt litteras lectioni Hebrææ, & omnia turbant, nec quicquam promouent: non enim intelligas quæ dicunt, nec ipsi quæ dicant intelligunt. Inirium cap. IX. faciunt Iudæi: Populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam, & ut refert Isidorus Clarius explanant de Hierosolymis, cum imminente vrbi Sennacheribi exercitu, erat in tenebris, quòd rebus desperatis oborta erat omnium oculis nox, & subito extincto ab angelo vniuerso exercitu Sennacheribi, veluti purus serena luce fulsit dies: & Populus qui erat in tenebris, interpretantur præ timore scilicet: Vidit lucem magnam. i. e. tenebris in lucem emerfit. Hæc Iudæi. Nostri solebant Iudæos reflexere, non interpretari scripturam ad Iudæorum præscriptum, & eo consilio Hebræam, & Græcam linguam discebant, ut Christiana dogmata stabilirent, Iudæorum frænarent impietatem non ut relicto euangelio & relicta sanctorum patrum sententia Iudæicas fabulas suis obtruderent. Ut liqueat ergo quam immeritò in interpretanda scriptura deserant Christiana norum signa, Iudæorum vexilla sequantur, paucis singula excutiamus. De Thiglathpileffer, zebulum, Iarden, Ghelil, similibusque dictum est supra in disputatione de tralationibus. Crepant enim huiusmodi nomina, ut verborum sono, & nouitate imperitorum animos admiratione imbuant, neque libet cum Euangelistis & apostolis, euangelicis vt inominibus, sed horridas voces potius cum Iudæis Iudæicè loqui placet. Mitto hæc quæ notissima sunt, Iudæorum amatores testimonijs Iudæorum refellamus. Iosephus & Philon, quos D. Hieronymus in epistola ad Marcellam, Iudæorum sapientissimos & doctissimos appellat hæc omnia nomina ita enunciant, ut literæ apostolicæ, & euangelicæ: vt Lxx viri. De Philone nulla controuersia est, qui Lxx virorum tralationem sequitur & interpretatur: IOSEPH. de bello Iudaico lib. 2. cap. 37. lib. 3. cap. 4. Zabulon nominat non Zebulum: Iordanem, non Iardem: Galilæam, non Ghelil. & lib. 3. antiquitatum, Theglathphalassarem nominat, non Thiglathpileffer: & cap. 14. Salmanaßarem cum nostris enunciat, & suos Iudæos damnat. Denique omnia nomina Hebræa ita enunciat, ut apostoli & euangelistæ, non ut nostri homines, qui hæc nomina Hebræa crepant Hebræicè. Sic ille quoque Iudæus, qui librum Sirach Græcè vertit, sic Theodocion, Aquila, & Symmachus Iudæi, & blasphemus, vt D. Hieron. eos appellat, qui literas sacras Græcè reddidere, hæc vertere nomina vt Lxx viri, vt D. Paulus, D. Ioannes, vt cæteri apostoli, & euangelistæ. Citant enim sancti patres in quibusdam horum Iudæorum tralationes: nõdum enim Iudæi tantoperè scripturæ sensu inueterant, & Iudæi tralatores multò fideliùs vertebant scripturam, quamuis, vt docet nos D. Hieron. subdola interpretatione oracula de Christo inueterent, multò tamen fideliùs scripturam vertebant, quam quidam eorum qui nostro tempore nouas cudunt tralationes. Quæ eò pluribus dixi, & antiquorum testimonijs confirmari, quod quicumque Christianorum causa fauent, indocti ab Hæreticis, & à Iudæizantibus nominantur: Quæ res fecit, ut nostri eis gratificentur, & se stultos appellari gaudeant, dū stulti propter Christum appellentur, suos aduersarios nominent gnosticos, vt ipsi volent appellari. sciētes & sapientes.

Iam Iudæorum sententiam refellamus, ut hinc fiat coniectura de cæteris, in quibus ab interpretatione D. Hieron. & Lxx virorum, recens editæ tralationes disident. Aiunt Iudæi, Alleuiare fecit terram, cum migrare fecit Dominus Thiglathpileffer ex terra Zebulū: vbi quæso istuc legimus vnquam? quòd Deus fecerit emigrare ex terra Zebulum regem Thiglathpileffer? contrarium prodicit scriptura: legimus enim prædixisse Dominum per prophetam, intra sexagesimum annum vastandum regnum Israël. & 4. Reg. cap. 15. scriptum est, incepisse Dominum complere hoc vaticinium, quod rex Theglathphalassar cepit Ion Abel domum Maacha, & Iacon, & Cadès, & Afer, & Galaath, & Galilæam, & vniuersam Nephtholim, & tran-

Qui Hebræorum sententiam sua tralatione exprimit, putant se scripturam vertere ad veritatem Hebræicam.

Iudæorum sententia de huius captiuis sensu.

Nostriolim reflexerunt Iudæos, nõdum abhibebant illos præceptores contra apostolos & euangelistas. Defenduntur nomen elature ecclesiasticæ, contra Iudæizantes.

Refellitur Iudæi et Iudæizantes, et impia eorum sententia subuertitur.

A stulit eos in Assyriam, immisum à Domino legimus Theglathphalassarem non demigrare factum ex his locis. Deinde, Alleuiatam terram Zebulum, & Nephtholim aiunt Iudæi, quas vastatas & ductas captiuas fatentur, & volunt nobis persuadere, clade affectas leuiore, quas prorsus non diffitentur vastatas, aut leuiter tractatas, quas scriptura prodidit prorsus euerfas, & ductas captiuas, eo colore videlicet, quòd reliquæ tribus non sint ductæ captiuæ, quasi harum miseriam iuuat, quòd solæ saluis finitimis vrbibus perierint. Vide sis, quid audeat dicere Iudæorum peruicacia? Quid quod sequitur? Nouissimo tempore aggrauata est, dictum aiunt, quod postea tribus reliquæ sint ductæ captiuæ à Salmanaßare. Si supra leuatas dixit propheta eas tribus, quæ ductæ erant captiuæ, cur nunc reliquas, quæ ducuntur captiuæ non leuatas, sed grauatas ait? leuatasne dices terram Zabulon, & Nephtholim, cum vastatae sunt, & prorsus euerfas? grauatas reliquas cum eidem implicantur malis? si de toto regno Israël dixisset à primo leuiore affectum poena, quòd duæ tantum tribus cum dimidia, essent ductæ captiuæ, non cohereret quod prædixerat Dominus vastandum regnum Israël, & cum complere incipit, non leuiore plaga percutit, sed incipit perdere. Sed hoc ferendum aliquo pacto esset. Non ait regnum Israël leui affectum plaga, sed tribum Zabulon & Nephtholim, quæ prorsus sunt deletæ. Cur ergo nunc, cum ait, reliquas esse deletas, non ait, leui affectas plaga, sed aggrauatas? si vtroque loco idem dicitur, cur non eundem vtroque seruat dicendi tenorem?

Sed aduerte fodes Iudæorum mendacia. Primo tempore alleuiatam aiunt terram Zabulon & Nephtholim, cum duabus tribubus, & dimidia, quæ erant vltra Iordanem: leuiore plaga est, quæ dimidiam regni Israël partem vastat, & captiuam ducit? nam regnum Israël continebat decem tribus, si quatuor semis tribus captiuæ ducuntur, penè dimidia pars regni ducitur captiuæ. Atqui tribus Zabulon, & tribus Nephtholim, & duæ tribus, quæ sunt vltra Iordanem, Reubenitæ, & Gadditæ, & dimidia pars tribus Manasses quatuor semis tribus efficiunt. Sed dices Iudæos dicere tantum Reubenitas Gadditas has duas tribus ductas captiuas à Theglathphalassare cum dimidia tribu Manasses. Hoc qui conuenit? si Reubenitæ & Gadditæ cum dimidia tribu Manasses captiuæ ducuntur, quomodo leuata est terra Zabulon, & Nephtholim. i. leui affecta plaga? exiguum ne interuallum putas situm fuisse inter tribum Zabulon, & Nephtholim & inter alias tribus duas cum dimidia Reubenitas, & Gadditas, & dimidia tribu Manasses? Certè tantum distat inter se hæc tribus quantum Gallia ab Hispanis, quod Galliam perturbat Lutheriani, à Lutherianis Hispaniam vexatam dices? Quid? quod scripturæ repugnant Iudæi, vt Christi oracula oppugnent, nam 4. Reg. cap. 15. scriptum est: Galilæam, & vniuersam Nephtholim à Theglathphalassare captam, nihil hic de Reubenitis, aut de Gadditis, sed de Galilæa & tribu Nephthali. Atqui Galilæa superior & inferior est: superior quæ spectat ad septentrionem, terminatur finibus Tyri, & Sydonis, inferior quæ vergit ad meridiem, terminatur ripis Iordanis fluuij, & continet tribus duas tribu Nephtholim & zabulō, vt docet AMBR. in Psal. 43. vbi nationes infideles ait duodecim tribubus Israël olim fuisse permixtas, vt paulatim etiam gentibus infunderetur cognitio celestium sacramentorum. Nam postquam dixerat tribui Iuda finitimos fuisse Philistim, qui ex alio latere tribui Ruben appropinquabant, & eidem tribui Iuda Ammonitas à parte deserti fuisse propinquos, adiecit Tyrios & Sidonios Galilææ fuisse proximos, hoc est tribui Zabulon & tribui Nephtholim, hæc AMBR. quibus verbis nos docet, Galilæam duas tribus continere, tribum Zabulon, & tribum Nephtholim, sed quoniam aduersus Iudæos suscepta disceptatio est, Ambrosio apud Iudæos parua erit fides. IOSEPH. Iudæus Antiquit. Iudæicæ lib. 5. cap. 1. Zabulonitas ait à monte Carmelo incipere, qui terminus erat tribus Isachar & principium Galilææ, vt docet idem Iosephus de bello Iudaico lib. 3. cap. 4. pertinere autem ait Zabulonitas vsq; ad lacum Genesareth, circa quem Dominus versabatur Matth. cap. 14. Marc. 6. Luc. 5. ergo zabulonitas, ait Iosephus, tenere eam partem Galilææ, quæ est à monte Carmelo, vsque ad lacum Genesareth: tribum verò Afer, plana loca & conualles: tribum Nephtholim, ea quæ vergunt ad orientem, vsque ad urbem Damascum, & superiora Galilææ vsque ad montem Libanum & fontem Iordanis: ita has tribus tres, Galilæam vniuersam ait occupare, tribum zabulon, & tribum Nephtholim, & tribum Afer: esse tamē multas nationes infideles his tribubus permixtas, vt paulatim religioni assuescerēt ait D. Ambrosius, & vt infra dicemus ex Strabone: Cum ergo sacræ litteræ dicant, Galilæam & vniuersam tribum Nephtholim ductam captiuam à Theglathphalassare has tres tribus ductas captiuas ait, non tribum Ruben, nec tribum Gad, aut dimidiam tribum Manasses, si contendant Iudæi

has omnes quatuor semis, vel quinque semis tribus, ductas à primo captiuas, plus dimidia pars regni ducta esset captiua, non ergo leui plaga fuere affecti sed grauisima. Nam si ita interpretaris, vt diximus supra Iudæos interpretari, illa oratio, Alleuiare fecit, non conueniet historiae. Accipe nunc quam multo magis repugnent sequentia. Postremo tempore aggrauata est, quia octo tribus ductæ sunt captiuæ à Salmanassare, quæ (malum) octo tribus erant reliquæ? sed fac reliquas fuisse octo tribus: vbi hic mentio octo tribuum? quid somniat Iudæi quas carent nebulas. quod est in prouerbio, hic enim aliarum tribuum nulla fit mentio, sed tantum tribuū Zabulon & Nephtalim. Nam certè terra Zabulon & Nephtalim, & via maris trans Iordanè Galilæa, tantū tribus illas significat quas supra dixerat alleuiatas, quas captiuas duxit Theglathphalassar. idem enim est terra Zabulon ac Nephtalim, & Galilæa, quod Galilæa vt dixi, continet has duas tribus & tribum Afer. Via maris trās Iordanè, significat vltimos Galilææ terminos, vt ostendi ex Iosepho: vbi ergo metio octo tribuum, quos centones farciūt Iudæi? age, largiamur Iudæis, verba illa, Via maris trans Iordanè, quæ Galilææ significat terminos, quod mare Tiberiadis vel Genesareth, quod hic significari potest intra Galilæam est, vt docet IOSEP. lib. 3. cap. 4. sed largiamur significare duas tribus & dimidiam Rubenitas & Gadditas & dimidiam tribum Manasses, iam non significantur reliquæ tribus omnes: & Rubenitæ & Gadditæ à Theglathphalassare ductæ captiuæ dicuntur à Iudæis: & 4. Regum cap. 17. Salmanassar quem aiunt Iudæi captiuos duxisse reliquas tribus, Samariam obsedit, & cepit regnū Samariæ. Samaria porro inter Galilæam & Iudæam est, vt docet IOSEPH. de bello Iudaico libro 3. cap. 4. vbi hic mentio est Samariæ? aut reliquarū tribuū? vt ad Salmanassarē hęc possint referri? videntur ne tibi veteres patres iure hęc Iudæicas appellare fabulas? Comenti etiam sunt Iudæi vt suo arbitratu quo velint libere inuertant scripturæ sensa sacra, prophetas non dicere consequentia, neque quæ inter se cohæreant sed nunc hęc, nunc illa oracula fundere, pro vt spiritus sanctus instigat, quod refellit Epiphanius, & alij sancti patres, ostendunt quæ prophetas dicere consequentia, quæque inter se miro ordine consentiant, & mutuo inter se nexu hæreant, & res ipsa indicat ita esse, vt supra ostendimus in disputatione de tralationibus, Nā si veterum patrum interpretationem sequamur, mutuo sibi omnia respondent, media primis, & vltima inedijs. Sed Iudæi inuicem illud sunt commenti contra nostros vt scripturam inuertant, alio qui quæ hęc tāta rerum inconsequentia esse? vt cum ageret propheta de captiuitate decem tribuum Iudæi, bellum Senacheribi intermiscerit. Quid Senacheribo cum captiuitate decem tribuum? vt dicant superiora de decē tribubus esse dicta, & hęc sequentia: Populus qui ambulabat in tenebris interpretentur de exercitu Senacheribi extincto ab angelo, & liberatis Hierosolymis. Optime Lactant: Hęc mendaciorum est natura, vt inter se cohærere non possint. Si singula ergo expendas, & quæ volunt Iudæi illis omnia largiari, & verba illa lib. 4. regum cap. 15. cœpisse Teglatphalassarē, ion, abel domum maaca, laonè, & Cades, & Afer, & Galaad, significare concedas duas tribus illas Reubenitas, & Gadditas, atque adeo dimidiā tribum Manasses, tamen mentientur impudentissimè, cum dicant leuiter percussum regnum Iudæi, cum percussa sunt quinque semis tribus. percussa est enim Galilæa, & captiua ducta à Theglathphalassare (quæ continet treis tribus, vt supra diximus, tribum Zabulon, Nephtalim & Afer) & duæ tribus cum dimidia quas dicūt Iudæi, vt Reubenitæ, & Gadditæ, & dimidiā tribus Manasses. Quomodo igitur leuis hęc est plaga? Mentiantur etiam multo impudētius ijdem Iudæi cum aliarum tribuum hic fieri mentionem aiunt. Nam in his verbis prophete terræ Zabulon, & terræ Nephtalim mentio fit, & Galilææ & finium Galilææ quam tenent eadē tribus Zabulon, & Nephtalim. vbi ergo alia tribus, quæ captæ sunt à Salmanassare nominantur? Nam regnum Samariæ cœpit Salmanassar, quod est inter Galilæam, & Iudæam, Si omneis admoueas machinas nullum verbum prophete huc queas deflectere, neque ad reliquas tribus, vt appareat per quot aduersantia, & quæ frontibus aduersis pugnent, decipiat quosdam ex nostris, qui sequūtur Iudæorum interpretationem. Quidam hanc historiam esse ait typum liberationis, quæ à Christo sumus liberati, fauet Pagnino, & eius rei gratia res maximè inter se repugnantis coniungit. Et non videt hęc omnia, quæ diximus, repugnare Iudæis, neque posse vlla ratione verba prophete ad Iudæorum sententiam pertrahi, etiam si ea euangelista Matthæus non esset interpretatus. Typum esse ait, liberationis generis humani, ista liberatione inimicis quidem fiet, quæ vastitas est decem tribuum & captiuitas. Nam typus similitudo est, vt exaltatio serpentis, vt immisio ligni in aquas, vt historiae omnes, quibus factis veterum patrum

Iudæorum fraus.

Refellitur Iudæi.

A patrum aliquid, vt verbis præsignificatur. Hic quid nisi vastitas, & sempiterna captiuitas? nam supra ostendimus non esse typum, si quid ingenio applices alicui rei, Typus est expressa similitudo, & facta quæ ita significant vt verba, vt cum Tarquinius apud Lium baculo decutit summa papauerū capita, quo facto significantius expressit, quam verbis, refecanda potentū capita. Huiusmodi factis ad nos loquitur Deus in scriptura, si rectè intelligamus, expressius factis res significatas videbimus, quam verbis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Primo tempore alleuiata est.

Hoc primum bibe, velociter fac.

Hic locus longè secūs intellectus, & dispunctus à Lxx viris, quàm à D. Hieron. Et Matth. cap. 4. disputationem Lxx virorum sequutus esse videtur, qui initium sententiæ cum Lxx viris fecisse videtur: Terra Zabulon, & terra Nephtalim: vt prima sententia finita sit intra hęc verba: Primo tempore alleuiata est, pro quibus Lxx reddidère, Hoc primum bibe velociter fac: hanc enim dictionem castigati codices Græci præferunt, & veteres patres citant. ERASM. in cap. 4. Matth. hęc verba nihil cum veritate Hebraica habere affine putat, miraturque quid illa D. Hieronymus non reijciat, atque aded infectetur tanquam spuria & adulterina: quid ais Erasme? Lxxii testes, vacui odio, & gratia Hebraicæ veritatis, & verè interpretationis tibi non sunt satis? doles insuper, quod eos conuictis nō proscindat D. Hieron. corrupti à Christo videlicet, aut ab eius apostolis, & discipulis euangelica verba sonant. At qui tribus seculis ante euangelica tempora scripsere, ne hoc nomine in suspicionem veniant? Non possum non dolere tam malè nos in nostra esse animatos, quod conqueritur Euseb. vt nostris apud nos tam parua sit fides. In lectione Hebræa vnum verbum reponendum videri posset, Bibe, vt sit, Hoc primum bibe: Hebræicè בְּרַחֵם idque duce D. Hieronymo qui in præfatione in quatuor Euangelia ad Damasum nos docet, neque in veteri testamento post Lxx interpretes emendare quid licuisse, neque in nouo, quod multarum gentium linguis, scriptura ante translata doceat falsa esse quæ addita sint, qua de re supra pluribus est dictum. Ergo è tralatione Lxx virorum, deprehendi posse ait D. Hieronym. si quid sit additum, si quid sit detractum, quæ ratio si valeat vnum verbum בְּרַחֵם à lectione Hebræa, tralatio Lxx virorum arguere videtur expunctum esse à Iudæis, expunctis duabus syllabis, quod vetabant aliè deflectere hoc Christi admirabile vaticinium, quod ostendimus facere solitos Iudæos. Lectio igitur Hebræa, ne Erasmus dicat repugnare tralationi Lxx virorum, sic etiam reddi potest & ca, id est, cum: vt Exod. cap. 9. Cum egressus fuero de vrbe. & Osee capite. 7. Cum sanare vellem Iudæi. vbi pro illa voce, Cum, Hebræicè est, ca, & Deinde בְּרַחֵם tempus, בְּרַחֵם primum, בְּרַחֵם velox esto, festina, hoc enim significat etiam consensu omnium Iudæorum Hebræum verbum. Coniunge totum: Cum primum tempus festina: & subaudi per zeugma ab inferiori terra Zabulon, & Nephtalim vt sit sensus: cum primum tempus fuerit festina ad credendum terra Zabulon, & Nephtalim tu prima esto, tu velox esto. Lxx viri sensa exprimunt, non verba, pro, Cum primum tempus festina terra Zabulon, & Nephtalim, dixerit, hoc primum fac velociter tu terra Zabulon, & Nephtalim. & addidit, bibe, quo significarunt Hebræam lectionem sic vertendam, vt Hebræum verbum addamus בְּרַחֵם vt fortasse fuerit lectio Hebræa ad verbum reddita Cum tempus primum, bibe, velociter fac, subaudi, O terra Zabulon. Iam interpretationes veterum patrum subiungamus, ostendamusque nihil posse esse conuenientius lectioni Hebrææ, & tralationi Lxx virorum, quàm est veterum patrum sententia, nam hęc verba non citantur ab euangelista Matthæo. Cum cap. proximo dictum sit, vt Christo credamus, & ei fidamus, & si hoc fecerimus futurum esse vt nobis Emmanuel sit in sanctificationem, & non in lapidem offensionis, & alia multa initio huius cap. propheta ait iuxta tralationem Lxx virorum, tu terra Zabulon, & Nephtalim primum fac hoc. i. prima crede, bibe, supple, doctrinam euangelicam, velociter fac. i. velox esto ad credendum: prædicatur enim hoc vaticinio primos credituros fuisse apostolos ex his duabus tribubus & velociter credituros, vt postea ostendemus. AMBR. in primū Psal. interpretans hunc locum: Bibe Christū, inquit, quia petra est, quæ vomuit aquam, bibe Christum quia fons vitæ est, cuius impetūs legitificant ciuitatem, bibe Christū quia pax est, bibe Christum quia flumina de ventre eius fluunt aquæ viue, bibe Christum quod bibas sanguinem, quo redemptus

Defendunt tur Lxxvi ri cōtra Erasum.

Lxxii testes trecentis annis ante tempore euangelica, qui euangelica verba sonant, cuius sint satis?

Post Lxx viros, vt docet D. Hieron. nihil mutari potest in veteri Testamento, quod non deprehendatur.

re demptus es, bibe Christum vt sermones eius bibas, sermoneius vtrunque testamentum est, A
 facitō vt tibi fulgeat lux magna. D.B.A.S. sic hoc dictum putat, sicut illud, sitientes venite ad
 aquas, combibite fidem primum ō apostoli ex tribu Zabulon, & Nephthalim, & citō ite ad
 euangelij prædicationem. Sed negabis hoc conuenire cum lectione Hebræa quod Hebraicè
 non sit, bibe. Non inficiasimus inquit, quod negare nemo queat lectionem Hebræam veri
 sic posse ad verbū, Cum tempus primum velox esto, aut velociter fac, subaudi ō terra Zabu
 lon, & Nephthalim per zeugma ab inferiori, & posse conuenire cum sensu Ambrosij, & Ba
 filij: Cum primum tempus fuerit, aduentus Christi scilicet, aut horum mysteriorum quæ di
 cta sunt cap. superiore, O terra Zabulon, & Nephthalim, velociter fac quæ diximus, vt cre
 das scilicet, vt fidas Christo: tamen vbi verbum, bibe, est, nulla mentio huius verbi in Hebræa
 lectione reperietur. Dixi ex præcepto D. Hier. posse videri reponēdū esse verbū, Sethè. i. bibe
 in lectione Hebræa, aut si maui factam esse paraphrasim à Lxx senioribus, ex illo Esaia loco,
 Omnes sitientes venite ad aquas, & apposito illo verbo, bibe, significasse nobis quid facere
 velociter iuberet propheta, quasi diceret: Cum vocauerit Dominus vos & dixerit, Omnes si
 tientes venite ad aquas, tu ō terra Nephthalim, & terra Zabulon primū hoc fac, bibe ex aquis
 illis ad quas vocat Dñs, velociter fac, i. fac statim: nam de verbis additis à Lxx viris quid sen
 tiant veteres patres in disputatione de tralationibus dictum est fufius. CYRILL. monftrari
 his verbis putat qui sint primi, qui crediderint, qui accesserunt ad cognitionem Emmanue
 lis, quasi dicat, ō terra Zabulon, & Nephthalim, hoc primum bibe. i. suscipe prædicationem
 Euangelij, & verbis illis, fac citō. Cyrillus & Procop. putant significatam esse celeritatem qua
 alacriter ad credendum Christo relictis retibus aduolarunt apostoli. EVSEB. lib. 7. cap. 4.
 demonstrationis Euangelicæ. Tuprima bibe poculum euangelij, & crede cito ō terra Zabu
 lon. Ad prima namque prædicationis verba apostoli relictis retibus secuti sunt Christum &
 significari ait hoc loco qui primi ex gentibus in Christū credidit, & ex quibus tribubus pri
 mi apostoli, & discipuli Domini sunt vocati. Expende tu verba Hebræa ad verbum reddita,
 vt diximus & vide an quidquam possit esse conuenientius verbis Hebræis quam hæc est an
 tiquorum sententia, vt intelligas quàm sint vituperandi, qui ad Iudaicas accurrunt fabulas,
 & quam his primis verbis Lxx viri Iudæorum sententiam damnent, & iugulent suos Iudæos. C
 TERTVLL. lib. 4. aduersus Marcionem, Tu regio Zabulon, & Nephthalim obito hoc pri
 mum, & citō facito. i. tu prima excipe euangelij verba citō fac. i. crede cito. EVSEB. tamen de
 monstrationis euangelicæ lib. 9. aliter posse explanari hunc locum ait. Tu terra Zabulon, &
 Nephthalim hoc primum bibe poculum euangelij scilicet citō fac. i. cito crede, vel, primum
 bibe hoc poculum aquæ mutatæ in vinum. i. primum miraculum vide tu, & bibe poculum il
 lud, cum aqua mutata est in vinum in Cana Galilææ in ijs locis, & fac citō. i. cito crede, recipe
 Euangelium, vt sit sensus, primum omnium miraculum in te fiet aquæ mutatæ in vinum, ō ter
 ra Zabulon, & Nephthalim, & prima credes, & Domino apostolos dabis. Sic etiam hunc lo
 cum explanat D. Hieronymus quem minus sæpè cito, quod is admanus est omnibus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Primotempore alleuiata est terra Za
 bulon, & Nephthalim, & nouissimo
 aggrauata est via maris trans Iorda
 nem Galilæa gentium populus qui am
 bulabat in tenebris vidit lucem mag
 nam, habitantibus in regione umbra
 mortis lux orta est eis.

Regio Zabulō, terra Nephthalim,
 & reliqui maritimam trans Iorda
 nem Galilæa gentium, populus se
 dens in tenebris vidit lucem mag
 nam, qui habitatis in regione, &
 umbra mortis, lux orietur super
 vos.

glorificari fecit vltimus
 Iordanem trans maris viam aggrauata est nouissimo Nephthali terra & Zabulon Terra

אֶרֶץ זַבּוּלוֹן וְאֶרֶץ נַפְתָּלִי הַחֲחֹרֶן הַכְּבִידוֹת הָיָה הָיָה עֲכָר הַיַּרְדֵּן

TRalatio D. Hieronymi totam hanc periodum vnius sententiæ facit, & eodem spectat, si
 gnificat enim primotempore alleuiatam esse terram Zabulon onere peccatorum, i. quod
 Christus his locis primum coeperit prædicare, & adiungere sibi apostolos & discipulos, & ce
 dere

Deficitur
 lectio Lxx
 virorum, &
 veterū sen
 tentiā.

A dere miracula & sanare infirmos, & primum remittebat peccata, postremo tempore aggraua
 ta est, nam cum primò dedisset apostolos, & eos qui primi crediderunt, postremo perinanfit
 in perfidia Iudæorum, & ideo deleta est à Vespasiano, quæ per parenthesis dicta sunt. Deindè
 Via maris trans Iordanem, Galilæa gentium populus qui erat in tenebris, vidit lucem magnā,
 quod in his locis, vt Mattheus euangelista interpretatur, Christus verum lumen quod illumi
 nat omnem hominem venientem in hunc mundum sit versatus: vt iam fufius dicemus.

Rursus cum Erasmo Roterodamo nobis concertatio est, nam in cap. 4. Matth. qui hunc lo
 cum citat iuxta tralationem Lxx virorum, mire disfidere hunc locum Matthæi ait à lectione
 Hebræa. Atqui D. Hieronymus dixerat D. Matthæum hunc locum citare iuxta Hebræos, non
 iuxta tralationem Lxx seniorum. Primum omnium, quod pace huius sanctissimi Diui sit
 dictum, apostoli & euangelistæ creduntur non citare tralationem Lxx virorum, vt fufe fa
 tis dictum est in cap. vi. quod solent media omitttere, & citare necessaria, quòd centies in
 testimonijs quæ ex hoc propheta citant apostoli & euangelistæ factum apparebit, quòd D. Hie
 rony. distinctus labore texendæ interpretationis ex Hebræa lectione, deinde negotijs inter
 pretandæ & illustrandæ suis commentarijs scripturæ sacræ, & alijs quæ ad hunc Diuum ex to
 to orbe conuolabant, expendere nō potuit fortasse. Est ergo Canon scripturæ quæ præscribit
 O R I G. cum alijs locis, tum in Ioannem tom. 7. disputans de loco Esaia, Vox clamantis in
 deserto: & euangelicas inter se voces conferens solere apostolos & euangelistas, cum citant
 prophetica loca breuitatis, & perspicuitatis causa reserare media, & omitttere, voces obscuras
 mutare in planiores & dilucidiores, quæ omnia ab euangelista hoc loco facta sunt, non tan
 tum breuitatis causa, quantum illustrandæ propheticæ: cum enim triplex sensus hic sit. Primus
 has tribus primas esse credituras. Secundus, apostolos hinc deligendos. Vltimus, has tribus vi
 suras Dominum potissimum in his locis versantem. Euangelista, vt ostenderet hæc omnia ver
 ba à principio referenda esse, etiam ad illud vltimum, Populus qui erat in tenebris vidit lu
 cem magnam, vt esset, Terra Zabulon, & Nephthalim, & c. Vidit lucem magnā, media omnia
 omisit iuxta canonē præscriptum ab Orig. hoc enim intellectu facilè erat reliqua intelligere,
 dicta esse per zeugma, Sic terra Zabulon & Nephthalim prima credet, vel, prima alleuiata est
 onere peccatorū: & terra Zabulon & Nephthalim postremo aggrauata est, vel, prima glorio
 sa est reddita, delectis inde Apostolis: & terra Zabulon, & Nephthalim, & via maris trans
 Iordanem, Galilæa gentium vidit lucem magnā, per zeugma à superiore. Erasmi erat, huc Orig.
 adhibere Canonem, & intelligere, qua causa euangelistæ & apostoli omittant media, & aliquā
 do id breuitatis causa facere, aliquando vt aperiant sensum scripturarum, quod hoc factū est
 loco: omisis enim medijs ei qui habet aureis ostendit euangelista, superiora referenda esse ad
 vltimum verbum per zeugma à superiore: non enim potuit hoc planius docere euangelista,
 quàm cum omisit media, vt cogeret referre prima ad illud vltimum verbum, vidit, nam reli
 qua, quiuis per se erat intellecturus, & tres voces in planiores mutauit euangelista, iuxta eun
 dem canonem. Erat, inquam, Erasmi hæc expendere, qui ociosus potuit lectionem Græcam
 Lxx virorum, cum Græca lectione Euangelistæ conferre, eadem verba vtrobique reperisset, si
 omisisset media. Dicunt enim Lxx viri *ἡ regio ζαβουλων καὶ ἡ γῆ νεφθαλιμ*. i. regio Zabulon, & terra
 Nephthalim. Euangelista *ἡ ζαβουλων καὶ ἡ νεφθαλιμ*. i. terra Zabulon, & terra Nephthalim, eod
 em modo, nisi putas quicquam interesse, vtrum dicas, terra Zabulon & terra Nephthalim, an,
 D regio Zabulon, terra Nephthalim: hic relinquuntur media, pro quibus posuit Euangelista Viā
 maris. i. secundum viam maris: forma dicendi receptissima apud Græcos: reliqua omnia ad
 verbum citat euangelista iuxta tralationem Lxx virorum, nam Lxx *πέραν Ἰορδάνου*, trans Iorda
 nem: Euangelista eodem prorsus modo, *πέραν Ἰορδάνου* vltra Iordanem. Lxx *γαλιλαίου ἐθνῶν* Gali
 læa gentiū: Lxx *γαλιλαίου ἐθνῶν* Galilæa gentiū. Lxx præterea *ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει ἰδοὺ φῶς μέγα*,
 populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: Euangelista verò, *ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει*
ἰδοὺ φῶς μέγα populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Lxx, *οἱ καλοισυνήτες ἐν χάρι καὶ*
ἀγαθῶν ἔργων φῶς λάμψει ἐφ' ἡμᾶς. Si pro habitantibus, ponas sedentibus: & pro, splendeat, orietur:
 eadem etiam verba agnoscas in euangelista Matth. quæ in Lxx viris. Quid? exigis ab euangeli
 sta Matth. vt tanquam puer qui fauo reddit dictata magistro, verba omnia propheta hic nu
 meret? vt nisi hoc fecerit, mirè eum disfidere à tralatione Lxx virorum dicas? neque que, citat
 se eorum versionē? Atqui ego homuncio si authores cito aut Græcos aut Latinos nihil pēsi ha
 beo si verbum pro verbo muto, aut orationem pro oratione, dum eundem sensum seruem, &
 hoc fer-

Defendunt
 iur Lxx vi
 ri contra
 Erasmm.

Apostoli et
 euangelistæ
 citant scri
 pturam iux
 ta tralatio
 nem Lxx.

Canon.
 Apostoli et
 euangelistæ
 omittunt me
 dia, et citant
 et obscura
 in planiora
 mutant.

Concordia
 Lxx, et eu
 angelistæ
 Matthæi

hoc sapè facio, vel breuitatis, vel perspicuitatis causa. Et tu tam anxium putas, & harum rerū A sollicitum euangelistam fore, vt verba tibi appendat, & syllabas tralationis Lxx, cum eam citet, & quoties est scripturus, librum consulat, ne forte aliqua syllaba discrepet? Hoc ne à tenuissi- mo quidem scriptore quis postulet, nedum ab euangelista. Citat ergo meo quidem iudicio D. Matth. hunc locum propheta iuxta tralationem Lxx virorum, tantum media omittit, & di- cit necessaria, & tria tantum verba mutat in verba idem significantia.

Sed primum omnium ex lectione Hebræa tralatio Lxx virorum quæ trunca esse videtur, refarcienda est, reponendumque in ea verbum vnum, quod orationem dilucidam efficiat, & illustrem, vt interprete non egeat, legendumq; Gloriosam fecit viam. Nam קָדְשׁוֹ quod D. Hiero. vertit, nouissimò, quod sit aduerbium, reddi potest nouissimus, vt sit nomen. Idem enim hoc nomen Hebræum est cap. 48. in illo, Ego primus, & ego nouissimus. Deindè Hebraicè est קָדְשׁוֹ quod D. Hieronym. vertit, Aggrauata est: & reddi potest quoq; Gloriosam fecit, vt sic reddi quoque hic locus possit, Terra Zabulon, & terra Nephthali, & nouissimus gloriosam fecit viam maris trans Iordanè, vt sit sensus, & nouissimus illius oræ scilicet, glorio- sam fecit viam illam maris trans Iordanè, vt non solum dicatur, Terram Zabulon, & terram Nephthali, sed vltimos illius oræ, gloriosam reddituros hanc omnem regionem. Atq; hunc huius loci sensum putant esse Lxx viri, qui pro, Et nouissimus, edidit, & reliqui, quasi inter-

Castigatur lectio Lxx virorum ex Hebræa additione.

pretentur singularem numerum pro plurali accipi, vt sit: Et nouissimus. i. & nouissimi, hoc est, etiam vltimi illius regionis, gloriosam, scilicet, reddent illam regionem, dando apostolos & discipulos Domino, quod significant Lxx viri, cum pro his edidit, & reliqui: post quod verbum necesse est קָדְשׁוֹ , quod D. Hieronymus reddidit, Aggrauata est, reddere, Glorificari fecerunt, & ita vertisse Lxx, declarant sancti patres, qui hunc locum interpretantur. P R O C O P. Hæc dicta sunt, quod hinc prodijt apostolicus chorus: de quo Dauid, Illic Benjamin adolescentulus, principes Nephthali: nam adolescentulus Benjamin, Paulus est, qui ex tribu est Benjamin: principes Nephthali reliquos apostolos nominat, qui ex his duabus tribubus delecti sunt, qui primi prodire ex hac regione, & Christū glorificauere, vnde principes dicuntur. Hæc Procop. quibus apparet nouisse Procop. verbum Hebræū potuisse verti aggrauata est, & gloriosam fecit: pro eo quod Hebraicè est, Et nouissimus gloriosam fecit viam maris Lxx viri dixere, & reliqui, vt sit, Terra Zabulon, & terra Nephthali, & reliqui illius oræ scilicet, interpretantur enim quid sit, & nouissimus, & significare docent idem, quod & reliqui illius regionis: deest in tralatione Lxx verbum illud quod dixi reponendum, gloriosam fecerunt, vel glorificauerunt, vt sit terra Zabulon, & terra Nephthali, & reliqui illius oræ gloriosam fecerunt viam maris trans Iordanem, quod verissimum est. Nam vt ostēdit Cyrillus & Procopius & D. Basilii & D. Hier. & Chrysostomus in demonstratōne quod Christus sit Deus, & Eusebius de demonstratōne euangelica lib. 7. cap. 4. ex his locis delectus est omnis apostolorum chorus. Sed quid testimonijs sanctorum patrum est opus, cum ex Mattheo cap. 4. & sequentibus hoc liqueat & ex alijs Euangelij Dominum ex his locis suos delegisse discipulos? HILAR. in Mattheum Canone. 3. interpretans illa verba, Cum audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam, ait seruari ordinem præfixum ab Esaia, cum deligit apostolos, cum Galilæam circuit, in synagogis prædicat Euangelium. Idem ait in Psal. 67. interpretans illa verba, Principes Zabulon, principes Nephthali, Ex his enim, ait vt Euangelia declarant, apostolorum est cœpta delectio, hos principes eorum qui in ecclesijs congregantur ostendens, nam cum ex omnibus tribubus singulis, quibusque populis secundum leges sint principes instituti, nunc tamen vbi euangelicæ dispensationis principes declarabantur, earum tamen tribuum ex quibus vocādi essent, commemorata sunt nomina, orta enim in finibus Zabulon & Nephthali luce magna post vmbra mortis, piscatores ex his sunt hominum constituti. CHRYS. in demonstr. quod Christus sit Deus, his verbis prædictum putat quibus in locis insignibus Christus esset manifestāndus, vbi statim signa faceret ac doceret.

Ergo iuxta tralationem Lxx virorū, hæc tria hac periodo prædicuntur à propheta: Primum, terra Zabulon & Nephthali prima credet, prima recipiet Christi fidē & suscipiet prædicationē euāgelij: Secundū, terra Zabulon & Nephthali & reliquus populus, gloriosam fecit viam maris trans Iordanè, dādo apostolos: Tertiu, terra Zabulon, & Nephthali, & reliquus populus trans Iordanè & Galilæa gentiū & populus qui erat in tenebris vidit lucē magnā, Christū videlicet qui erat lux vera quæ illuminat omnē hominē venientem in hunc mūdum. Hūc sensum postre-

A postremum expressit nobis Euangelista, vt referret hoc oraculum & sensum eius nobis aperiret, abstulit reliqua omnia verba, solum reliquit postremum verbum, vt intelligeremus omnia illa superiora, Terra Zabulon & Nephthali & reliqui illius oræ & Galilæa gentium, ad illud postremum verbū, Vidit lucem magnam, esse referenda, nam hoc intellecto, reliquos duos sensus medios, appositis verbis, facile erat intelligere: præsertim si sic legeres, Primo tempore bibe & velox esto, terra Zabulon & Nephthali, & reliquus populus gloriosam fecit viam maris trans Iordanem, Galilæa gentium populus qui erat in tenebris, vidit lucem magnam. Ergo euangelista alijs locis breuitatis causa, omittit media, hoc loco breuitatis causa omisit, & maxime perspicuitatis, vt aperiret scripturæ sensum. Solent enim, vt alibi dicendum est latius, apostoli & euangelistæ, vt aperiant sensum scripturæ, aut media omittunt, aut verbum tralationis Lxx mutare, aut explanare paraphrasi quadam, aliaq; ad hoc exemplum facere, quod hic scopus apostolorum & euangelistarum est, vt sacra scripturarum sensa nobis referent.

B Ergo hic locus explanandus erit iuxta interpretationem D. Hierony. vt dictum est. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephthali, peccatorum, scilicet, onere, quod crediderit prima, & apostolos dedit, & sequuta sit Dominum: postremo tempore aggrauata est, quod primo tempore aduolarit ad Christum, & primitias dedit fidelium, postremo fuerit in credula, & ideo à Romanis subuersa, quod scribit IOSEPH. de bello Iudaico li. 3. cap. 4. & hæc per parentheses dicta sunt, nam postea reditur ad superiorem sententiam, & describitur adhuc regio quæ prima esset creditura, & qua esset frequentissimè versaturus Dominus. Via maris trans Iordanem, vt sit, Et alleuiata est via maris trans Iordanem, onere peccatorum, semper enim præ manibus habendus ille scripturæ Canon, cum verbum vnum Hebræū, plura significat, quæ rei de qua agitur, conueniant, intelligendum esse præ vbertate Spiritus sancti, qui in prophetis loquebatur, illa omnia à propheta esse significata, cum videamus orationes grauisimorum & sapientissimorum hominum duos, & sæpè plures habere sensus, & præ se tulisse videamus, plura vna oratione voluisse significare, vt appareat locum hunc mirabiliter etiam à D. Hiero. esse tratatum. Gloriandi tamen, & prædicandi Lxx seniores, quod tanto tempore ante Christi aduentum, euangelica verba personent, nam Iudæi D. Hieronymum facile eluderent, & eius interpretationem quod noster est, & Reip. Christianæ dux & antesignanus, Lxxii interpretes illos Iudæos antiquissimos, suæ gentis facile doctissimos, qui tot seculis ante tempora Christi, Euangelica verba representant, eludere credibiliter non possunt, nec refellere. Nam si Lxxii testes satis non sunt, nihil vnquam erit satis.

INNOMIN. in cap. 4. Matth. homil. 6. sicut docet historia, hæc tribus ante omnes transmigrata sunt in Babyloniam: conuenienter ergo quos ante omnes ira Dei percussit, ipsos primum Dei misericordia visitauit, & qui primi ducti sunt in captiuitatem corporale, ipsi prius de spiritali captiuitate redacti sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.

Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucē magnā.

D INNOMIN. in cap. 4. Matth. homil. 6. Populum, qui in tenebris sedebat, interpretatur Iudæos, quod fuerant sub lege in qua Dei iustitia non fuerat manifesta, Et si erat ibi iustitia, tamen in figuris quibusdam erat, & typis cooperta. vel, in tenebris. i. in peccatis. In regione autem, & vmbra mortis, sedisse ait Gentileis, aut quia iniquitates mortiferas faciebant, aut quia colebant idola, & demones, quorum cultura ducebat eos ad mortem æternam, vnde subiicit, Vmbra mortis, æstimo esse peccatum idolatriæ: sicut enim qui viuunt in agnitione Dei & Christi, quantum agnitio ipsa sit vita, tamen donec sunt in seculo isto, non sunt in vera vita, sed in vmbra vitæ, vident enim per speculum in ægmate, non facie ad faciem: sic qui in idolorum erroribus viuunt, licet ipse error sit mors, tamen donec in isto seculo sunt, in vmbra mortis sunt, donec puniantur morte sempiterna. Regio autem mortis, mūdus est iste: sicut enim illa terra de qua dicitur, Credo videre bona Domini in terra viuentium, sic terra hæc, regio mortis est, propterea ad plenum placere Deo non possumus degentes in ea, quia etiam viuimus, propter opera viuā, & fidem Christi, tamen quod in hoc mundo viuimus, peccatis iniqui-

Explana- tur versio D. Hier. à Iudæis re- felli possit q. no. ter. vi credibili- ter nullo modo pos- sunt.

inquinamur. Et vide quam proprie dixit, Iudæos vidisse lumē magnum, quia apud Iudæos e- A rat agnitio filij Dei, non autem videbant eum, quia sedebant in tenebris legis. i. typis legis, aut in tenebris peccatorum. Apud Genteis nunquam fuit agnitio filij Dei, igitur Iudæis quidem dicitur visus, gentibus ortus. Lumen magnum (inquit) Christus est, nam multa lumina fuere inter Iudæos, lumen fuit Moses, Aaron, Iosue, ceteri Iudices & propheta; omnis doctor lumen illorum est, quos illuminat docens, iuxta illud, Vos estis lux mundi, magnum lumen est Christus.

Sed quoniam Iudæi, & Iudæizantes se nobis opponunt, & negant decē tribus extitisse tem- poribus Christi quæ captivæ ductæ erant, nec redire ab exilio vnquam. Negant tribum Za- bulō, tribum Nephthalim, tribum Aser, & reliquas tribus temporibus Christi fuisse, quippe quæ captivæ ductæ, nūquam sunt ab exilio reuocatæ: & ad id incumbunt, vt nobis, & nostris rebus, offundant tenebras in rebus notis, & perspicuis. Fatemur ductas fuisse captivas decē tribus, neque reuocatas ab exilio vnquam, non tamen ita ductæ sunt captivæ, vt non extarēt tempore Christi omnes duodecim tribus, & vt non delecti fuerint ex tribu Zabulon, & tri- bu Nephthalim, vt prædictum erat per prophetas, sancti apostoli Domini. Primum enim Pa- ralip. lib. 2. ca. 11. scripta sunt cum discessio facta est decem tribuum, hæc verba: Sed & de cun- ctis tribubus Israël, quicūque dederant cor suum, vt quærerent Dominum Deum Israël, ve- nerunt in Hierusalem ad immolandum victimas suas, coram Domino Deo patrum suorum, & roborauerunt regnum Iudæ. Quibus verbis planum fit, plurimos ex cunctis tribubus Israël commigrasse in regnum Iudæ, & auxisse regnum Iudæ, & sic duas tribus, quibus constabat re- gnum Iudæ, potuisse stare contra vniuersas reliquas tribus Israël. Quod idem refert IOSEPH antiquit. Iudaicæ li. 8. cap. 3. prope finem, vbi scribit sacerdotes decem tribuum & multitudi- nem omnem quæ Deum colebat, relictis suis vrbibus confluisse in Iudæam, & auxisse impe- rium Roboam regis Iudæ. Quod si nihil aliud esset, quam hoc, hinc palam fiebat, ex his pluri- mis, qui confluxere ex decem tribubus in Iudæam, succreuisse decem illas tribus, & extitisse temporibus Christi, nam contrita quoque est tribus Iudæ, & tribus Benjamin non semel, & ex illa paucitate succreuit. Expende quoque cap. 23. 4. lib. regum. & cap. 34. 2. paralip. & intelliges post ductas captivas decem tribus fuisse reliquias quasdam quæ captiuitatē fugere in vrbibus Israël, & Iosiam regem obijisse omnes vrbes Israël, & contriuisse Idola ex vrbibus Israël, sub- uertisse altaria, expurgasse omnes vrbes, & omnes vicos decem tribuum, quod profectō nū- quam fecisset si in vrbibus Israël reliquæ residuæ non essent. Quod si Iudæus frontē perfricet, & fateatur hæc omnia facta quod testata sint literis sacris, sed neget decem tribuum fuisse reli- quias, leget Iudæus 2. paralip. cap. 34. congregatam pecuniam de tribu Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israël ad reficiendum templum Hierosolymorum, atqui hoc factum est im- perio Iosæ regis Iudæ post ductas captivas decem tribus, vbi sacræ literæ plane dicunt, cōgre- gatam pecuniam de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israël: fuerunt ergo reliquæ Israël. Idem leges apud IOSEPH. antiquit. Iudaicæ lib. 10. cap. 4. Mitto dicere cum redire Iudæi ex captiuitate Babylonica copiam factam omnibus qui reuertī vellent, & reuersos esse mul- tos ex decem tribubus cum populo Iudæ. Et lib. 2. cap. 30. Paralipom. post ductas captivas de- cem tribus, si benè tempora numeres, & vt ipso eodem cap. 30. liquet, tamen mentio fit om- nium tribuum, non enim prorsus sunt deletæ, sed penè omnes sunt captivæ ductæ: adhuc tamen sunt relictæ decem tribus illæ, attritæ tamen & ad maximam paucitatem redactæ, vt colliges ex illo cap. & sequentibus.

Tempori- bus Christi fuisse duo- decim tri- bus contra Iudæos.

Galilæa gentium

Galilæa gentium.

D E Galilæa satis multa diximus, illud adijciendum est, dictam esse Galilæam gentium, quod incoleretur à multis & varijs nationibus, quæ habitabant inter Iudæos, vt author est STRABO. lib. 16. cum agit de Galilæa, & hinc dicta est Galilæa gentium. i. Galilæa quæ à varijs nationibus & gentibus incoleretur: idem dixerat IOSEP. de bello Iudaico lib. 3. cap. 4. & AMBRO. in Psal. 43. interpretans hunc locum, docet multas nationes mistas esse his tribu- bus, & causam reddit, vt ad nationes aliqua lux rerum cælestium perueniret. Et cum ita dica- tur Galilæa gentium à Strabone, & coniunctè legatur in litteris euangelicis & propheticis, nō est, cur distinctè quisquam legendum putet, Galilæa, deindè, gentium populus. Hæc si benè expendisset Erasmus, non dixisset, Galilæam gentium, appellari superiorem: de vtraque enim Galilæa

A Galilæa pròditum est, quod habitetur à varijs nationibus, quæ Iudæis sunt intermixtæ, nec du- plex est Galilæa, sed vna, cuius pars quæ excurrit in Meridiem, inferior est dicta: quæ vergit ad Septentrionem finitima finibus Tyri & Sidonis, Galilæa superior est appellata, & hoc sensu duplex Galilæa.

Sed Lxx viri, Galilæa gentium, casu nominandi verterunt, vt esset, Terra Zabulon, & terra Nephthalim, & reliquus populus, & via maris trans Iordanem, appositivè Galilæa gentium. i. quæ omnia loca descripta dicuntur Galilæa gentium, vno nomine. Non enim hic mentio fit aliarum tribuum, vt supra ostendimus, cum Iudæos refutauimus, sed omnia loca quæ prophe- ta descriperat supra illis verbis, Terra Zabulon & terra Nephthalim, &c. vno nomine dicun- tur Galilæa gentium, & hanc translationem probat Euangelista Matthæus. D. Hier. vertit patrio casu, Galilææ gentium, vt locus esset planior, & dilucidior oratio, & vt nobis notesceret, hoc esse mare, circa quod versatus esset Dñs, nam Dñm esse versatum circa mare Galilææ, quod E- saias hoc loco ait, disces ex Matthæo cap. 4. & 5. & Ioann. 6. quibus in locis tralatio D. Hiero. congruit cum euangelio, vbi appellatur etiā mare Galilææ: Trans Iordanem autē versatū fuisse Dñm, reperies Marci. 3. & 4. & 10. & Matthæi. 19. & Ioann. 13. & 10. vbi eadem verba Græca agnoscas in euāgelij, cū his omnib⁹ quæ sunt in tralatione Lxx. Quod si Dñs versatus est circa ripas Iordanis, & vltra Iordanē, & circa mare Galilææ, optimè D. Hier. reddidit, Circa mare Ga- lilææ gentiū, & significanter sunt expressa loca à propheta Esaia, quibus frequenter est versa- tus Dñs, & mirabiliter locus hic Esaia, non solum cum Matthæi loco congruit, sed cū multis alijs locis euangelicis. Populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam. Quod Galilæam multæ nationes mistæ Iudæis habitarent, vt diximus, factum est, vt veteres patres hoc de populo Gentium dictū putent, qui populus gentium, quod inter Iudæos habitaret, vidit lucē illam, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, cum Iudæis prædicaret, vnde melius illa Cananæa fuit: & ita sensit C Y P R. aduersus Iudæos lib. 1. cap. 20. & O R I G. contra Celsum li. 6. paulò post principium, quanquam homil. 2. in diuersos, tom. 2. interpretas illa verba, Lux in tenebris lucet: de omnibus peccatoribus explanat. Lege AMBR. li. 2. de voca- tione Gentium ca. 5. & lib. de paradiso cap. 5. Vbi peccatores sunt, inquit, in vmbra mortis, quib⁹ lux oritur per Dei gratiā, non per virtutis suæ meritū. Et in psal. 108. serm. 14. in princip. multa in hunc locū dicit. Notandum cum Hebraicè legatur iuxta translationem D. Hier. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, D. Matth. citasse iuxta translationē Lxx: Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, quo loco D. Matth. docet sententiæ rationem habendam, non verborum, nec exigendam à Lxx, hanc tam exactam rationem, vt verba ver- bis reddant. Lege INNOM. in cap. 4. Matth. homil. 6. qui circumfertur inter opera Chrysol. tom. 2. & lege attentè. Lege EVSEB. præparat. euang. li. 1. cap. 1. non multum longè à fine.

Prædic- tur hoc lo- co, quibus in partibus Iudææ, Do- minus po- tissimū es- set versa- turus.

Matthæus citat trala- tionē Lxx, etiam cum non est ad verbū red- dit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Habitantibus in regione vmbra mor- tis, lux orta est eis.

Habitantes in regione, & vmbra mortis, lux orietur super vos.

D. MATTHÆVS. Et sedentibus in regione, & vmbra mortis, lux orta est eis.

super vos splenduit vmbra Habitantes super ipsos orta est lux mortis vmbra terra in Habitantibus

שְׁבִי בְּאֶרֶץ צְלָמוֹת אֲדָר נְגַה עֲלֵיהֶם

D ATHAN. de eo quod scriptum est, Euntes in vicum qui contra vos est, idem significari hoc loco putat, quod illo Euangelij, Lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non compre- henderunt. Quid enim aliud est, Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis, quam lux in tenebris lucebit? Et qui ante filij tenebrarum eratis, eritis filij lucis, quia nox præcessit, appropinquauit dies, cum venit Dominus, quod facta apostrophe ad mortaleis, & ad locum caliginosum, dixerit Lxx, Habitantibus in regione, & vmbra mortis, lux orietur super vos. D. Hieronymus dixit, Habitantibus, quod Hebræa nomina sunt indeclinabilia, & liberum est reddere quo velis casu. Orta est, Hebraicè quoque præterito tempore est, tanquam de re transacta, quod certitudinem quandam significat prophetiæ, cum de re futura, tanquam de præterita loquimur, quasi dicat, factam putatote. Quam figuram Græci enargiam nominant. Lxx verterunt per futurum. Summoperè notandum est, quod Hebraicè est, Habitantibus, seu, habitantes, D. Matthæum reddidisse, sedentibus, ne quis Lxx viros possulet verbum ver- ram.

D. Matth. non reddit verbū ver- bo, cum ci- tat scriptu- ram.

O bo red-

bo reddere, cum sententiam exprimunt, aut interpretantur obscura oratione magis dilucida. De sensu huius loci legendi doctores sacri, quos supra citavi, si plura voles. Erasmus rudis lingua Hebraeae, Hebraizat his verbis, Etiam si iuxta Hebraicam veritatem Hierony. verterit, in regione vmbrae mortis. Graeci autem, in regione, & vmbra mortis. Itane Graeci Erasme? de Lxx senioribus, atque adeo de evangelista Matthaeo, Graeci legunt, dicemus? negabimusque evangelistam Matthaeum, iuxta Hebraicam veritatem scripsisse. In regione, & vmbra mortis? cum Hebraice sit מְרֵיבָה, vbi cum nomina Hebraea sint indeclinabilia, posses vertere מְרֵיבָה, vmbrae, casu patrio, vt vertit D. Hierony. hoc est, vmbrae, & casu auferendi. i. vmbra, vt vertit Matth. euangelista, & מְרֵיבָה, mortis, vel alphabetarij pueri, qui primoribus labris attigissent Hebraicas literas, hoc nosset. Quis persuasit Erasmo מְרֵיבָה compositam esse dictionem? nam puncta licet addere & detrahere. Illud magis adnotandum erat, lectione Hebraeam sic reddi potuisse: Habitantibus in terra vmbrae mortis, i. quae terra erat vmbrae mortis, & locus caliginosus, quem D. Petrus appellat. INNOM. qui inter opera Chryl. circumfertur tom. 2. in ca. 4. Matth. homil. 2. haec loca explanat mirabiliter.

Euangelista
et Lxx vi
ri, defendit
tur contra
Erasmus.

D. HIERONYMVS.

Multiplicasti gentem, non magnificasti laetitiam, lat abuntur coram te, sicut qui latantur in messe, sicut exultant viatores capta prada: iugum enim oneris eius, et virgam humeri eius, et scripturum exactoris eius superasti.

Supra in disputatione de tralationibus, pluribus verbis ostendimus multa loca esse in literis sacris cotrouersa inter rabinos, legendane essent cum negatione, an sine ea, legendumne esset non, i. non, neganter, an si. i. ipsi, affirmanter: nunc ea repetere non est necesse, illinc petet qui ea scire volet, tantum dico, locum hunc ex illorum numero esse, D. Hieronymum legere hunc locum cum negatione, Lxxii Iudaeos, qui tanto tempore ante aduentum Christi scripsere, transmittere ad nos lectionem Hebraeam, quae sua tempestate circumferebatur sine negatione, vtraque tamen lectio sacra est, & sancta: tralatio D. Hiero. hunc sensum habet, vt fiat apostrophe ad Deum: Multiplicasti, o summe Deus, gentem credentium, non magnificasti laetitiam, quia dolebant primitiae credentium ex Iudaeis, excludi Iudaeos, recipi ad fidei Gentes. Tralatio Lxx, congruit etiam lectioni Hebraeae, quae ad verbum sic reddes sine negatione, Multiplicasti gentem ei, magnificasti laetitiam, quod pater trahit ad filium fideles: Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Multiplicasti ergo, o pater ei. i. Christo, gentem fidelium, scilicet, & magnificasti laetitiam. Pro hac lectione Hebraea, sic ad verbum reddita sine negatione, edidere Lxx, Plurimam partem populi deduxisti in laetitia: vbi reponenda est vna vocula ex lectione Hebraea in tralatione Lxx virorum, ipsi, vt sit, Plurimam partem populi deduxisti ipsi in laetitia. i. deduxisti ad ipsum Christum, o pater omnipotens, plurimam partem populi: sic enim legitur in literis euangelicis, Totus mundus abit post eum. Et vbi cotrouersa est, legendumne sit cum negatione, an sine ea. Haec vocula, lo, facit illud disidium totum, quod cum non, significat non, cum i, significat, ipsi: & quando in lectione Lxx, non, est negatio, loco illius debet esse hoc pronomen, ipsi, vt sit, Deduxisti ad ipsum magnam partem populi in laetitia, ad ipsum, scilicet Christum. EVSEB. Caesariensis lib. 9. de monstr. euangel. cap. 8. sic hunc locum explanat, vt his verbis significari putet, multos ex tribu Zabulon, & Nephthali, & finibus Galilaeae circa Iordanem, & mare Tyberiadis secutos esse Christum, vt fiat apostrophe ad Deum, Multiplicasti, o summe pater, gentes ex ijs tribubus, ei scilicet luci, quae orta est in tenebris. i. Christo domino in laetitia, iuxta illud ex actis Apostolorum cap. 13. Discipuli quoque replebantur gaudio. & cap. 18. & putat Euseb. nulla huius loci meliora esse scholia quam cap. 1. D. Marci, & Matthaei, qui cum numerum apostolorum descripsissent, quos Dominus delegit ex Galilaea, addunt hominum multitudinem ex eadem regione ad Christum adfluxisse, vt sanarentur ab omni languore

Multa in sacris literis cotrouersa, legendane sint cum negatione an sine negatione.

LXX VIRI

Plurimam partem populi deduxisti in laetitia, & laetabuntur in conspectu tuo, sicut qui laetatur in messe, & quemadmodum diuidentes spolia: quia ablatum est iugum, quod supra ipsos positum, & virga quae super collum eorum, nam virgam exactoris dissipabit.

laetitiam magnificasti non gentem Multiplicasti

הַרְבִּיתִּי הַגּוֹי לֹא הַמְּגַדִּיתִּי הַשְּׂמֵחָה

D

vt con-

A vt congruat optime, quod Lxx edidere, plurimam partem populi deduxisti ad Christum in laetitia: additque Euseb. etiam significare hanc prophetiam initium praedicationis futurum in terra Zabulon, & Nephtholim in Galilaea, & ex his locis deligendos apostolos, & discipulos Domini, & hic futurum primum miraculum conuersionis aquae in vinum, credituros primos non ex Hierusalem, aut ex Iudaea, sed ex tribu Zabulon, & Nephtholim, & tota Galilaea, idque significare haec verba, plurimam partem populi deduxisti ad Christum, scilicet in laetitia euangelica. i. faustissimi nunciij redemptionis humanae, hoc est, plurimos fecisti credere ex ijs locis & non solum primos apostolos & discipulos hinc delegisti, quod factum significant euangelia, & deducendos, ait, in magna laetitia, & laetaturus illo modo, quo laetantur in messe messores, nam laetitia est illa quam prophetae significant, cum iubent in aduentu Messiae exultare, gaudio triumphare, exilire laetitia sicut in messe: quod ait Dominus, inquit idem Euseb. Circumspicite regiones quae albae sunt ad messem, & laetabuntur, inquit, quemadmodum qui diuidunt spolia. Diuiserunt enim apostoli regiones inter se, & abiire praedicationem ipsi & discipuli Domini. Et laetabuntur etiam quod auferetur iugum legis ab humero eorum, vel iugum sathanae, quod super filios Adam erat, quod iugum, virga exactoris dicitur. Haec sic explanant D. Hierony. Cyrill. & Basil. Ego nescio cur Pagnino & Vatablo, & Isidoro Clario placuerit, relictis sacris doctoribus, sequi Iudaeos, praesertim cum omnia repugnent Iudaeis, vt supra demonstrauimus, nam praeter illa quae citat Euangelista Matth. Reliqua Vatablus, & Isidorus, ad ad Assyrios referunt cum Iudaeis. Non magnificasti laetitiam, dictum putat Vatablus, quod multi crediderint, & postea ob Christi crucem defecerunt. Male sit Iudaeis: imò post Christi crucem credere innumeris, vno die quinque milia, alio tria milia, quod dixerat Dominus, Si exaltatus fuero, omnia traham ad me.

D. HIERONYMVS.

Sicut in die Madian.

LXX VIRI.

Sicut in die Madian (vel si melius velis vertere) Sicut in die aduersus Madian.

C Adidere Lxx viri de suo, perspicuitatis causa, praepositionem aduersum: dictum est supra, repetendumque saepe est, quoties propheta Esaias historias veteris testamenti citat, citare illas tanquam typos & vmbas Christi. Nam historias veteris testamenti typos Christi esse, non solum Paulus significauit nobis, sed etiam (vt dicendum est alibi) Lxx seniores contra Iudaeos, qui vt diximus ex August. negabant historias veteris testamenti, Christi esse typos & figuras: quae de re postea dicendum est. Planum est ergo, hoc loco idem fieri, nam cum ageretur de apostolis Domini, & apostolorum victoria, & praeda quam inter se sunt partiti, quando inter se diuisere orbem terrarum, & Gentes subiugauere, subiunxit historiam Gedeonis aduersum Madianitas, quae victoria Christi, & apostolorum typus erat, alioqui cum multae victoriae diuino beneficio Iudaeis contigissent, cur huius potius quam illius meminisset Propheta, nisi eius rei de qua ageretur typus esset? THEOD. ergo de dubijs sacrae scripturae in Iudicum libros cap. 15. docet Esaiam, Gedeonis historiam hoc loco citasse, tanquam victoriae apostolorum, & discipulorum Domini typum. Explanatur huius victoriae typus ab Augustino tom. 10. sermon. 108. & qua ratione victoriae Christi, & discipulorum Domini typus sit. Et ab ORIG. tom. 1. in Iudicum cap. 6. homil. 3. & in cap. 7. homil. 9. Gedeon ergo, a verbo D Hebraeo, Gadà, est, quod Latine sonat, euellere, & excindere, quasi dicas Latine euulfor. Sic dictus est Gedeon, quod Christi typus esset, qui more olitoris herbas, & arbores infrugiferas euellit: vt frugiferas arbores, & herbas sereret, deleuit synagogas Iudaeorum, & idola Gentium, vt toto orbe ecclesiam aedificaret. Sic enim cap. 1. Hieremiae, qui typum quoque Christi gerebat, dictum est: Ecce ego constitui te hodie super Gentem, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & aedifices, & plantes: quod magis in Christo, qui erat ipsa veritas factum est. Praescribitur enim hic Canon scripturae a sanctis patribus, multa dici de typo, quae postea non in typo, sed in veritate complentur: ita Christus magis compleuit illud, vt euelleret, & postea aedificaret, & plantaret. Iam ergo Gedeon. i. euulfor, nomine ipso, Christi typus est: deinde, vt alia omittam quae apud Augustinum leges, & Origenem. Gedeon delegit copias ex tribu Zabulon, & ex tribu Nephtholim, & locis finitimis, vt patet Iudicum capite. 6. & Dominus apostolos, & discipulos delegit ex tribu Zabulon, & Nephtholim, & locis finitimis. Gedeon delegit recentos numero, qui numerus apud Graecos signum crucis

Prophetae citant historias veteris testamenti tanquam typos Christi

O 2 signifi-

significat. T; enim Græca litera, apud Græcos, signum est huius numeri, quæ litera imaginem crucis exhibet, vt docet AVGVS. quæst. super Iudic. lib. 7. vbi etiam explanationem huius historię reperies, & typũ, cap. 31. 35. 36. 37. Solent tollere cachinnos homines arrogantes, qui sibi omnia tribuunt cum hæc audiunt, aut legunt, quod historia veteris testamenti Hebræis litteris à prophetis sint conscriptæ, non literis Græcis. Græci porrò trecentorum numerum illa litera, T, significant, quæ signum crucis refert, imperitiæq; arguunt August. quod hæc non viderit, & dum aliorũ inscitiam in se etari volunt, suam ignorantiam produit. Non enim latebat Augustin. literas sacras scriptas esse Hebræicè, quauis hæc interpretaretur Græcè, alioquinò toties repetisset. Nā non solum locis citatis illa dicit, sed in psalmis sæpè repetit, nec August. solum, sed etiam Orig. & Ambros. de Abraham patriarcha lib. 1. cap. 3. & de Ioseph patriarcha cap. 13. & de Noe & arca cap. 33. non est quod rideant homines insolentes, nā verecundia ipsorum facit, ne eos nominem. Omnium rerũ, Dominus præsciens Deus est: omnia sæcula, omne tempus, vno obtutu intuetur. Hebræicè conscribi historiam voluit Spiritus sanctus, quæ vmbra erat futurorum, sed cum veniret veritas, videbat se facturum, vt Græcè esset translata scriptura, & videbat fore, vt ecclesia magnam partem ex nationibus consurgeret, quibus Græca lingua communis erat, quod cum fieret numerus trecentorum, T, litera erat significandus, quæ litera imaginem reddit crucis. Ad Hebræos Hebræicè loquitur Dominus: ad nouum populum, Græcè, quod præcipue ex Gentibus erat nouus populus oriturus: & sic lex noua Græcè conscripta est, nec mihi credibile videtur quod supra dictũ est, quicquam legis nouæ Hebræicè esse conscriptum, nisi eo modo quo in singulis nationibus lingua patria scribuntur sacre scripturæ. Vellus madens pluuiæ, AVG. ait, & ORIG. & AMBR. & omnes patres, & THEOD. de dubijs scripturæ, cap. 14. populus Iudæorum erat, qui madebat pluuiæ caelestis, & rore Spiritus sancti erat irriguus, tũc cum omnis terra sicca esset & arida. i. orbata Dei cognitione, & expers donorũ caelestium: contra verò, terra madens pluuiæ caelestis, ecclesia est ex Gẽtibus plena gratia Spiritus sancti, cum vellus est siccum. i. cum exaruit populus Iudaicus, repudiatus à Dño, & orbatus caelestibus donis: pugnat contra Madianitas Gedeon. i. euulsor contra contentiosos, id enim sonant Hebræa nomina. i. pugnat Christus contra aduersarios contentiosos, de quibus Dauid, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersum Dñm & aduersum Christũ eius. Quod hydrias fictiles acceperunt trecenti illi, eisq; ardentes faculas incluserunt, vt docet AVG. quæst. super Iudic. lib. 7. cap. 49. præsignificauit sanctos thesaurũ euangelici luminis in vasis fictilibus habituros. sicut apostolus dicit, Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibus, quibus vasculis fractis in passione martyrij vicere apostoli omnes gentes. THEOD. ergo loco citato, Quemadmodũ, inquit, Gedeon, nudis vsus militibus, & inermi exercitu, qui læua ferret manu, amphora abstrusas lampadas, dextra tubas, sic sacros apostolos nudos in orbẽ terrarum misit Dñs, qui ferrent tantum miraculorũ lampadas, & euangelicæ prædicationis tubam: quæ interpretatio Theod. eò mihi placet magis, quod hoc etiam modo diximus Iustinũ explanare illud quod supra dictũ est, non tollet gens cõtra gentem gladiũ. Iam quemadmodum Gedeon tradidit populo Ephraim, Madianitas iugulandos, sic Dñs cõtentioniosos & infideles Iudæos, id enim Latine Madianitarũ nomen sonat, Romanis tradidit iugulandos, & quemadmodum Madianitę mutuis se cõsumpsere vulneribus, sic Iudæi magis seditionibus, & intestina discordia periere, quàm Romanorum armis, quod Iosephus sæpè testatur. Quod verò Gedeo speculator descendere iubetur ad castra Madianitarũ, puero Pura comite, pura torcular est, quod calcavit Dominus solus: Dñs enim sua passione vicit Iudæos: illud enim signum Christi diuinitatis fuit, quod mortuus resurrexit, & ideo mortuus in cruce est in conspectu omnium, vt appareret mortuũ resurrexisse, quod facere nemo poterat nisi Deus, vt postq̃ mortuus esset resurgeret: vnde ipse, Signũ nõ dabitur ei, nisi signũ Ionę prophete. Nā signa quæ fecit Christus, vt docet Aug. fecere alij prophete, & si nõ eodẽ modo hoc solum fecit ipse, vt mortuus resurgeret. Hoc torcular pellit timorẽ, nā post crucem Dñi hoc puero Pura comite. i. hoc torculari, & hac passione Christi intrepidi apostoli sese intulere in Iudæorũ castra, & gẽtium tumultus: est em̃ Canõ scripturę, vt cum aliquid dicatur, qd nõ videatur coherere, putemus aliud significare nobis. Descendere iubetur Gedeo in castra Madianitarũ, speculator & timet. Si iubetur sumere sociũ vnũ aut alterũ virũ fortissimũ, etiã si hoc nomine appellati essent, nõ putaretur aliud significare. Iubetur sumere puerũ. Homini trepidatũ, & descẽdẽti in medios hostes, quid opis ferre poterat puer? Hoc igitur excitamur, vt aliud his verbis significari putemus. Et illa torta panis subcine

Trecentarius numerus crucis significat, et cur defenduntur sancti patres contra quosdam arrogantes. T, signum crucis.

Explana-tur histo-ria Gedeon.

ricia

A riciã igni assa: hæc enim omnia significat verbum Hebræum *לחם* vel *לחם*, est enim duplex lectio, hæc inquam, torta panis, quam in somnis vidit ille alter magno impetu descendere ex summo illo cliuo vbi Gedeon erat, & confringere, & coherere omnia castra Madianitarum, putãne significare imbecillitatem Iudæorum, quæ victi sunt Madianita, vt Iudæi arbitrantur? qui ita humi repunt, vt nihil magnum mente concipiant. Quasi non ideo Dominus dimittere exercitum iusserit, ne quis victoriam Iudæorum armis tribueret, sed Deo referret acceptam, etiam post dimissas copias Gedeoni tribuitur victoria, aut Iudæorum imbecillitati? Ego illud, quod supra dixi ex Chrysofostomo habendum ob oculos semper puto, non simpliciter accipiendã quæ in scriptura sacra sunt, Spiritum sanctum loqui per prophetas, ad mysteria sacra esse excitandas mentes. Torta panis hæc igni assa, mihi sacrosancta Eucharistia esse videtur, quæ subruit Madianitarum castra. i. castra omnium decertantium aduersum ecclesiam.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI

B Quia omnis violenta prædatio cum tu multu est, vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, et cibus ignis. Quoniam omnem stolam congregatam dolo, & vestimentum cum commutatione restituent, & volent esse igni combusti.

retaliarum rotundum & cum sanguine reuolutum vestimentum cum tumultu affligetis vestem omnem. קדמים קוללה ושמלה ושרתון קל סאון קל קל

H AEC verba per obscura sic explanabis, cum dictum sit, vt olim Madianita. i. contentiosi, id enim Hebræa vox sonat, deleti sunt à trecentis illis militibus Gedeonis, nudis, & sine gladio, sed tantum tuba, & abstrusa læpade in fictilibus vasculis, quibus contractis resplenduit lampas repente, sic apostolorum prædicatione, & miraculorum lampade deleti sunt ij, qui fremebant aduersum Dominum, & martyrum martyrio, qui contractis vasculis. i. corporibus, resplendebant miraculis. Et traditi sunt Madianita. i. Iudæi contentiosi iugulandi Romanis. Et sequitur, Quia omnis violenta prædatio. i. omnis spoliatio vestiu, iuxta illud, Diuiserunt sibi vestimeta mea, & super vestem meam miserunt fortem: Per vim cum tumultu, cum concitatione totius populi, & cum vociferatione insultantium Christo, & clamantium, Crucifige, crucifige, tolle, tolle. Et vestimentum mixtum sanguine, inuolutum sanguine, super quo missa sunt fortes. Erit in combustionem, Iudæorum. i. erit causa vt comburantur Iudæi omnes, & erit cibus ignis. i. fomentũ, quo aletur ignis quo deflagabunt vrbes Iudæe, & sempiternis vrentur Iudæi flammis, sic enim apud hũc Esaia Christus ait, per me hæc facta sunt vobis, vt supra dictũ est. Sic hunc locum explanat EVSEB. li. 7. demon. euang. cap. 4. vbi idẽ esse hoc oraculum putat cum illo, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt fortem, quod mirabiliter cõgruit superioribus de Christi prædicatione & miraculis, de prædicatione apostolorum, & victoria, quibus coheret benè Iudæis infidelibus illata poena, ob impietate in Christũ admiffam. Et sic Euseb. interpretatur translationem Lxx, quia omnem stolam congregatam dolo. i. par tam dolo per falsos testes immiserunt enim Iudæi falsos testes, vt damnaretur Dñs, & spoliaretur vestibus, & afficeretur cruce, & omne vestimentũ meũ. i. super quod miserunt fortem, restituent. i. magno luent, cũ commutatione, vel vt melius vertere posses cum retaliationẽ, quia qualia fecerunt aduersum me, talia patientur, quod supra dictũ est in illud cap. 3. quia fructus operũ suorũ comedent, & retributio manũ eius fiet ei, vt Christũ tradidere Romanis, sic ipsi tradentur Romanorũ armis, vt Christũ affecere cruce, sic innumerabiles ex phariseis & principibus Iudæorũ cruce afficientur, vt Christo illufere, sic à Romanis, Iudæis est illufum, vt supra fufius est dictum ex Iosepho, & hic sensus multò magis congruit cum lectione Hebræa, qui, quoniam: קל סאון, omne: קל סאון vestem: variæ enim sunt Rabinorũ sententiæ de significatione huius vocis, & vt auditur R. Ioseph, qui pro calceis, hæc vocẽ accipit, æquius multò est audiri Lxx rabinos, qui pro veste accipiunt, præsertim in re ignota, & ambigua præ vetustate, & verbo rarissimo in scriptura, & cuius significationem occultare Iudæorum intererat. Ergo omnem vestem קל סאון affligentis. i. satellitis crucifigentis Dominũ, hoc est, super quam satelles fortem misit קל סאון cum tumultu & vociferatione clamantium Iudæorum, Crucifige, crucifige, tolle

O 3 ge, tolle

ge, tolle, vel... sic enim Lxx viri videntur legisse, ut sit: omnem vestem crucifigentis cum dolo, propter inuidiam enim, & cum fallis testibus Dominum affecere crucem... vestimentum meum reuolutum in capita vestra, & retaliatum, quia qualia fecerunt Christo, talia passi sunt à Romanis: cum sanguine. i. retaliabitur, & reuoluetur in caput vestrum vestimentum meum cum sanguine, quia vt me exspoliauerit vestibus, ita Iudæi omnibus bonis à Romanis exspoliabuntur, & vt sanguinem meum fuderunt, ita quoque Iudæorum à Romanis fundetur sanguis: Lxx quod oratio concisa erat & obscura, & veluti sine verbo addidit de suo verbum vnum, soluent, vt sit: vestimentum meum retaliatum soluent, soluent omnem stolam crucifigentis, de qua foras sunt crucifigentes, & vestimentum meum retaliatum. Lectio ergo Hebræa ad verbum sic reddi potest, quia omnem vestem affligentis cum tumultu, vel, cum dolo, & vestimentum reuolutum, vel retaliatum cum sanguine, soluent (supple) omnem stolam affligentis, crucifigentis, & vestitum meum reuolutum in capita eorum soluent scilicet, cum sanguine. potest significare rotundum orbiculatum, vt significetur inconfutis illa Domini vestis: unde לילי circulus, & gilgal, rota plaustrum, & alia nomina, quæ res rotundas significant: & quando nomen Hebræum iuxta canonem interpretandæ scripturæ duos sensus significat, qui rei de qua agitur, conueniant, vterque sensus ab Spiritu sancto significari dicendus est. Sic EVSEB. Cæsariensis hoc vaticinium explanat loco citato: & duplici nomine hic sensus placet, quod euentus est optimus interpres scripturæ, & quod verus sensus (vt ait August.) est qui elicitur ex collatione editionum Hebrææ, & Græcæ, & Latinæ, & omnibus consentaneus est: & hic sensus translationi D. Hieronymi, & Græcæ, & Hebrææ lectioni consentit, vt omittam quod cohæret superioribus. Certè Lxx viri sic hunc locum intellexerunt, qui subaudiere verbum soluent, & restituent, reponendum tamen est ex lectione Hebræa, cum sanguine, vt sit lectio Lxx virorum, Quoniam omnem vestem congregatam dolo, & vestimentum cum retaliationē, vel cum pacto soluent, & cum sanguine. Lectio Hebræa magis postulat, vt dicas cum retaliationē soluent, vt sit sensus qualia fecerunt talia patientur, tamen quia authores sunt sacri scriptores, afflatu diuino hos vertisse scripturam non malè conuenit, vt dicas cum pacto. i. cum sortitione. Quæres fortasse cur Iudæi hæc ad Asfyrios transferant? in promptu causa est, expende singula, & reperies nihil posse de Christo dici manifestius, quàm singula testimonia, quæ à principio cap. ad finem vsque de Christo dicuntur, vel hoc postremo Procop. vrget Iudæos hac interrogatione, Quis hic puer est, qui in redemptione gentium, Romanorum armis inuidos Iudæos deleuerit? & igne succenderit? & c. Quod versio Lxx hunc sensum aperte præferat Græcè, quid volebas facere Iudæos, nisi manus victas darent, & ad Christum conuerterentur? & si saperent id fecissent, sed cum id nollēt, necesse habuere inuertere omnia, & aliud delectere, & obscurare scripturam, quàm Lxx viri valde dilucide & perspicue Græcè reddiderant: & tamen Iudæos quidam ex nostris valde admirantur, qui texunt commentaria ex illorum scriptis, & illorum sensum literalē esse contendunt, quæsiere. scilicet colorem quo Iudaica sensa defenderent.

Cur Iudæi hæc referant ad Asfyrios. Ceterum quosdam, qui Iudæos sensus, litterales scripturæ sensus dicunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Erit in combustionem, et cibus ignis.

Volent esse igni combusti.

Liter hic locus distinctus est à D. Hier. aliter à Lxx viris. D. Hieron. hæc verba superiori sententiæ dedit, vt sit sensus, Violenta prædatio vestium mearum, & sortitio earum, & vestimentum meum mistum sanguine, cum magno tumultu dicentium, Crucifige, crucifige, erit Iudæis in combustionem ignis, id est, erit causa, vt deflagrent omnes vrbes Iudææ. Et certè hæc interpretatio D. Hieronymi non scrupulosa, sed sic ad verbum reddita post passionem Christi, est admirabilis, quæ neque verbum supplet vllum, sed tantum Hebræa verba exprimit eo ordine quo scripta sunt, vt non videatur vim afferre scripturæ, nec addere quidquam, aut detrudere: quippe post passionem Christi videtur esse cauilla. Sed vt fatear quod sentio, quod in D. Hieronymo non probarem magnoperè, qui post lucem euangelicam scripsit: in Lxx viris admiror, qui trecentis annis ante prædicationem Euangelij vertere litteras sacras, ea scientia spiritali, quam à maioribus, à Mose vsque. acceperant, addidere enim verbum vnum quod subaudiere, & sic reddidere superiorem lectionem: Quia omnem vestem congregatam

ignis deuorationis in incendium erit Et וְהָיְתָה לְשָׂרְפָה כְּאֶחָד מֵהֶם

A gregatam dolo, & vestimentum cum retaliationē soluent, & subauditō verbo illo, soluent, eo clausere sententiam, vt sequentia verba Hebræa, noua sententiæ fecerint initium, vertentque: Et erit in combustionem ignis, quia puer natus est nobis, & interpretati sunt. i. volent esse in combustionem ignis, nam וְהָיְתָה, vox Hebræa, fœminina terminatione est, & significat erit, vt subaudiri necesse sit terra, vt subaudit Vatablus, vt sit, Et erit terra in combustionem ignis. i. volent esse terra in combustionem ignis, quia puer natus est nobis. Sic enim Lxx viri hunc locum intellexerunt, siquidem reddidere, volent esse igni combusti, quia puer natus est nobis. CHRYS. in cap. I. Matthæi interpretans illa verba, Audiens Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo: Herodes, inquit, potuit merito turbari, vt potè rex sibi, & suis liberis formidans: Hierosolyma verò cur nam Christum patrem & beneficium prophetæ prædixerant, qua ratione ergo Iudæi turbantur? eadem nimirum qua prius auersabantur Dominum, beneficia conferentem, & Aegyptiacarum recordabantur carnium. Tu verò diligentiam considera prophetæ, nam hoc quoque ipsum olim propheta prædixerat, dicens: & quo animo paterentur se igni comburi, quoniam puer natus est nobis, filius datus est nobis. Lege cætera apud Chryf. diuinitus dicta: hoc loco tantum libuit demonstrare, Chryfost. idem putasse his verbis esse significatum, quod illis euangelicis, quod idem esse videatur, volent esse igni combusti, quoniam puer natus est nobis: & audiens puerum natum Herodes, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Idem sentit EPIPH. lib. I. aduersus hæreses cap. contra Ebionicos vbi idem hoc loco, dici putat, quod Matth. 2. vt auditum est ex Magis, hunc puerum esse natum, turbatum esse regem, & omnem Hierosolymam cum illo, & significari ait ab Esaia hoc puero nato, aded Iudæos esse perturbatos, vt incendio absumi præoptarint potius quàm Christum agnoscerent: legerant enim in prophetis omnibus incendio conflaturus omnes, qui Christum non recipere, nihilominus aded exæstiuare odio aduersus Christum recens natum, vt ei infantulo statim molirentur insidias, & ex prophetis locū indicarent impietissimo regi, vbi Christus nasceretur: hoc idem rursus Chryf. ait in demonstratione, quod Christus sit Deus. Et EVSEB. demonst. euang. lib. 7. cap. 4. eodem modo hunc locum explanat, quantum ad vltimum iudicium referri quoque posse ait, vt facturos Iudæos illa vota dicat propheta, cum viderint in quem transfixerunt, vti nam nos absumpsisset incendium ante puerum hunc natum, potius quàm tanto & tam immani nos commaculassemus flagitio. Et verbis Hebræis hic quoque potest conuenire sensus וְהָיְתָה, & fuisset terra. s. in combustionem ignis. i. vti nam fuisset, non habent enim Hebræi optatiuum, & indicatiuum pro optatiuo vtuntur, & potest esse sensus, vti nam fuisset terra in combustionem, quoniam puer ille Deus erat, quem ipsi recens natum persecuti sumus: si enim, vt inquit Paulus, illum cognouissent, regem gloriæ non crucifixissent. Lege etiam EVSEB. lib. 9. cap. 8. Ergo iuxta hanc veterum patrum sententiam, illud verbum וְהָיְתָה videntur. Lxx viri, fecisse modi precantis, & fuisset, vel, & sit. vti nam fuisset, vel, vti nam sit terra in combustionem ignis, quoniam puer natus est nobis, eo sensu quo Chryfost. & Epiph. & Euseb. esse volunt. i. pereat Iudæa, quoniam natus est Christus, priusquam eum recipiamus, & capiamus Romanos inimicos, satius est expectare minas Dei, quibus est minatus arsuram Iudæam, si Christum non recipimus. Vt enim alibi dictum est, & repetitum sæpè ex Iosepho putarunt Iudæi nunquam esse complendas prophetias: & cum Lxx viri hunc huius loci sensum esse putarint, pro, vti nam sit terra in combustionem ignis, quoniam D' puer natus est, reddidere, volent esse igni combusti, quoniam puer natus est.

Matthæi locus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Parvulus enim natus est nobis, filius datus est nobis. Quoniam puer natus est nobis, filius datus est nobis.

PROCOPIUS interpretans hunc locum: Specta, inquit, quomodo se mutuo cõsequantur prophetiæ: prima, Emmanuel dicitur oriturum ex virgine, & tanquã quæreretur quomodo hoc esset futurum, quæ prophetia fuit sacræ virginis hoc ab angelo quæratur, verbis illis, Quomodo fiet istud, quoniam virum nõ cognosco, proxima prophetia vaticinans illam interrogationem de Spiritu sancto ait, Ego accedam ad prophetissimam, & concipiet & pariet, quod id est cum illo, Spiritus sanctus superueniet in te: tertia nunc de puero nato sequitur, Puer natus est nobis, filius datus est nobis. EVS. demonst. euang. li. 7. c. 4. eadē fermè quæ Proc. & vrget Iudæos hac interrogatione,

Consequenter vaticinium B. Saia.

Quis hic puer est qui in redemptione gentium, Romanorum armis Iudæos deleuerit? & qui cum princeps pacis appelletur, Iudææ omnis vrbeis incendio consumpserit? Spectat enim Euseb. cum hæc dicit, ad verba illa quæ supra sumus interpretati, Quia omnem stolam congregatam dolo, &c. AMBR. lib. 3. de fide cap. 4. distingue, inquit, singulorum momenta: Puer natus est nobis, filius datus est nobis: & si ex patre est natus, non nobis est natus, sed datus: quasi dicat, filius æterni patris nobis datus est: & natus est puer nobis, neq; nobis natus est filius æterni patris, sed nos per illum (per illum enim omnia facta sunt) hic tamen filius æterni patris nobis natus est puer, hoc est, qui est filius Dei, hic ex Maria natus est nobis puer. EPIPH. contra hæreses lib. 1. cap. contra Ebionitas, Infantulus natus est nobis, hoc à propheta dictum, vt significaret veram incarnationem: Filius datus est nobis, hoc est, verbum Dei, filius Dei, in Mariæ utero homo factus verus Deus, & verus homo datus est nobis. Quod autem Ambros. variam lectionem hic esse significat, id factum est, quod Iudæi omnia oracula de Christo inuertunt, ea maximè, quæ illos premunt maximè: Nam SYMMACH. sic hunc locum reddit, Iuuenis datus est nobis, vt docet EVSEB. demonstr. euang. lib. 9. ca. 4. Et IVSTIN. in apolog. 2. pro Christianis sic hunc locum legit, secutus Symmachi translationem. Docet ergo Ambros. de fide lib. 3. veriorem esse lectionem, Puer datus est nobis, & verè docet quod Hebraicè est *וְיָ*. i. infantulus. Sciendum est, & summopere notandum, Christum appellari multis nominibus in prophetis, inter cæteras nomenclaturas haberi quoque hanc, vt dicatur puer, vt hoc loco Esaiæ, & alijs multis appellabitur; & inde sanctos viros ab hoc puero appellatos esse pueros, quod docet AMBR. in psal. 36. in illa verba, Ne auertas faciem à puero tuo, vbi inquit, Ex illo puero, qui antequam sciret vocare patrem aut matrem, ccepit spolia Damasci, sancti vocati sunt pueri: ipse enim Christus est puer qui natus est nobis, qui nos docuit pueritiam esse virtutem, iuxta hoc, prophetissa illa sacrata Maria virgo sanctissima, Accepit Israel puerum suum.

Non est prætereundum silentio, quod EPIPH. ait aduersus hæreses lib. 1. cap. contra Ebionæos, hunc puerum, qui natus est nobis, esse, qui significatus est in veteri testamento, futurus terminus & finis circuncisionis, Impletum est, inquit, quod Sepphora dixit, stetit sanguis circuncisionis pueri mei, quod quamquam Sepphora dixit de puero suo circunciso, quod sanguis circuncisionis stetit, hoc est, non flueret, tamen quemadmodum ille alter cum dixit, Expediit vt vnus moriatur pro populo, aliud dicere voluit, aliud est vaticinatus, quod esset pōtifex anni illius: sic Sepphora stetit sanguinem circuncisionis in puero, hoc est, repressum esse, & vaticinata est terminatum sanguinem circuncisionis in Christo, qui per excellentiam puer est appellatus. Ait ergo Epiph. hunc puerum esse, vbi circuncisio fuerit terminata, & quem illa significabat prophetia, quia lex & propheta vsque ad Ioannem, quod Sepphora non dixerit, Circuncidi puerum meum: angelus enim non curabat circuncisionem faciendā, cuius sacramentum iam olim Abrahæ datum erat, neque erat sollicitus angelus de fluxu sanguinis circuncisionis, quasi periculum immineret mortis, si plus sanguinis flueret, quàm par erat. Quid ergo? vt admoneret nos hunc puerum longo post tempore oriturum fuisse terminum circuncisionis. Ait enim Sepphora. i. ecclesia ex gentibus, cuius typus erat Sepphora parentibus idololatriæ nata, sanguis circuncisionis substitit, & terminatus est in puero meo. i. in hoc puero qui transijt ad Gentes, à suis non receptus, qui natus est nobis: hoc igitur cum audisset angelus, & cum tantum mysterium peregisset, abscelsit. Hæc Epiph. aliquantum obscure, quæ nos latius fuimus, quod summopere notanda sint, & eò magis quod AVGVST. lib. 2. D

Disceptat
locus Exo-
di, sponsus
sanguinum
tu mihi es.

quæst. super Exod. 12. quæst. cum quætionem attigisset, non decidit, & cum dixisset delitescere hic magnum quoddam mysterium non aperuit. Dices, certò scio, sunt hæc sanè ab Epiph. optimè dicta, sed nihil horum comparet in editione Hebræa: lusit ergo Epiphanius, & frustra fuit Augustinus, & cæteri patres, qui magnum mysterium in his verbis putat delitescere. Nā lectionem Hebræam ad verbum expressit D. Hieron. qui pro illo, Stetit sanguis circuncisionis filij mei, reddidit, Sponsus sanguinum tu mihi es. Dixi supra, lectionem Hebræam duplicem in multis locis esse, & duos habere sensus, & fortasse de industria ab Spiritu sancto factū esse, vt duplex esset lectio ex sententia D. Aug. qua de re pluribus dictum est in disputatione de translationibus. Audi ergo, quomodo mutatione vnus litterulæ, facias translationē Lxx seniorum, *וְיָ*, & dixit: *וְיָ*, quoniam: *וְיָ*, sponsus: vt vertit D. Hieron. vel vna litterula mutata in simillimam *וְיָ*, finis, vel terminus, vel definitio: *וְיָ*, sanguinum: *וְיָ*, tu, vt vertit D. Hieron. vel *וְיָ*, vt sit verbum, venit: igitur mutatione vnus litterulæ, & varia disputatione effi-

cies: Spon-

A cies: Sponsus sanguinum tu, vel finis sanguinum venit. Deinde *וְיָ*, mihi, vt sit totum: Sponsus sanguinum tu mihi, vel, finis sanguinum venit mihi, quod Sepphora in puero Iesu venerit finis sanguinum circuncisionis. i. ecclesiæ ex Gentibus. Deinde & postea, *וְיָ*, & recessit: *וְיָ* ab eo: *וְיָ* tunc, vel, simul: *וְיָ* dixit: *וְיָ* sponsus, vel, *וְיָ* terminus: *וְיָ* sanguinum, *וְיָ* circuncisionum. i. recessit angelus ab eo, simul ac dixit, Sponsus sanguinum circuncisionum: reliqua perspicuitatis causa addidit D. Hieron. vel, Recessit angelus ab eo, simul ac dixit, Terminus sanguinum circuncisionum. Non potuit apertius referari Hebræa lectione huius figuræ, & vmbra veritas. Aperte enim dicitur angelus à Mose recessisse, simul ac dictum est, Hic est terminus, & hæc est definitio circuncisionibus sanguinum, non vni alicui circuncisioni, sed omnibus. Cur etiam Sepphora vsque ad hunc locum sequuta virum Mosen est, deinde regressa domum? quorsum adfuit angelus circuncisioni? an vt institueret mysteriū circuncisionis? at iam olim erat institutum. Cur mansit quoad subsisteret sanguis? nō fat erat expectasse quoad circuncideretur puer? Cur Sepphora non dixit, circuncidi filium meum? vel stetit sanguis circuncisionis filij mei, sed terminus sanguinum circuncisionibus, vt omnibus diceret non vni alicui? Legendus AVGVST. quæst. super Exod. lib. 2. cap. 2. & tom. 10. serm. 80. quod Moses Christi figura sit: Sepphora Aethiopiæ ecclesiæ ex Gentibus, & alia. TER. T. V. L. aduersus Iudæos cap. 1. aliter interpretatur. CYRIL. lib. 1. de spiritu & litera, Sepphora, inquit, i. ecclesia ex Gentibus, nam Gentilibus parentibus orta, Mosi nupsit, qui Christi typum gerebat: filium i. populum Christianum liberat à morte, circuncisione. i. fide in Christi; & illud veretur angelus circuncisionem Christi non manufactam scilicet.

Quæstio in
figura.

Magnum etiam mysterium præfert, vt dixi, tralatio D. Hieron. ait enim Sepphora. i. ecclesia ex gentibus Mosi qui typus Christi erat: Moses enim Latine sonat, per aquas seruatus, vel per aquas seruans, vnde Christus Moses fuit, qui lauacro baptismi nos seruat. Huic ergo ait Sepphora, Sponsus sanguinum tu mihi es. i. tibi nupsit, vt circuncidendis filijs meis sanguinem meum effundam, Christo enim nupsit ecclesia, tanta caritate ei adharens, vt filiorum sanguinem pro eo effundat, martyrio: tot sanctorum martyrum, tot sanctorum virginum. Lege AVGVST. contra Faustum Manich. lib. 22. cap. 76. vbi discas hanc Aethiopiæ. i. ecclesiæ, sic desponsam Christo, vt effundendo sanguine, ostenderet sceleritatem quærendam post hanc vitam: vnde illud, Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? vbi non promittit terrenam sceleritatem sed æternam, & pro illa iubet sanguinem effundere. Et cum hoc pollicetur ecclesia angelus discedit à Mose. i. à populo legis veteris, nam vna persona in eodē loco, duorum negotiorum typus esse potest, qui Canon interpretandæ scripturæ præscribitur ab Ambrosio. Aliter hic locus explanatur ab ORIG. contra Celsum lib. 8. iuxta hanc interpretationem Symmachi, quam sequutus est D. Hieronymus.

Canon.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Et factus est principatus super humerum eius.

Cuius principatus factus est super humerum eius.

AVGVST. tom. 10. serm. 71. interpretans hunc locum: Tunc Christus, inquit, principatum super humerum eius habuit, quando crucem suam admirabili humilitate portauit. Nam crux Christi, principatum significat, per quam diabolus vincitur, & mundus ad Christi gratiam & cognitionem reuocatur, quod ad Philipp. 2. cap. ait Paulus, Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, donauit illi nomen quod est super omne nomen. IVST. in 2. apolog. pro Christianis: Significatur, inquit, his verbis vis sanctissimæ crucis, cui Dominus subiecit humeros. THEOPH. in illud Luca cap. 23. Imposuerunt ipsi crucem, principatus, inquit, & regnum Domini, crux, iuxta illud Pauli: Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, quoniam igitur crux Iesu fuit gloria & celsitudo, merito dicitur principatus ipfius, siue principatus dignitas, & ipfius principatus in signe crux ipsa est, vt senatorum in signe prætexta fuit: & consulum & imperatorum in signe, duodecim fasces: regum in signe, diadema & sceptrum: Christi in signe, crux est: non regnat Christus in nobis, nisi extinctis cupiditatibus, & affectionibus terrenis cruci suffixis. Nam qui in delictijs vitam degunt, cruci sunt inimici: ille baiulat Christi crucem, qui mundum vicit, vitia abdicat, ad cælestem Hierusalem affectat

O 5 viam.

viam. TERTVLL. lib. aduersus Iudæos, eo cap. quo patriarchæ ostendunt figuram crucis, & lib. 3. aduersus Marcionem hunc locum explanans. Quis omnino, regum inquit in sine potestatis suæ humero præfert? & non aut capite diadema, aut manu sceptrum? sed solum nouus rex nouorum æuorum Christus Iesus nouæ gloriæ potestatem humero extulit, crucem scilicet, vt secundum superiore prophetiam, Dominus regnaret à ligno. AMBROS. de fide lib. 3. cap. 4. quod Lxx dixere ^{in greco} principium reddidit Latinè, quod alij omnes vertere principatum, quod vox Græca vtrunque significat, & principium pro Christo accipit qui in nobis omnium virtutum principium est, principium integritatis, & virginitatis, quod virgines docuit integritatem mentis, & corporis dicere magis Christo quam marito, principium patientiæ, qui cum malediceretur non maledicebat vnde Esaias, Cuius principium super humerum eius, nam principium illud crux Domini est, principium fortitudinis, quo via sanctis est referata martyribus. Qui Græcè sciat & Hebraicè credat Ambrosij errore hæc esse dicta, quod & si ^{in greco} vtrunque significat principium, & principatum, vox Hebræa principatum tantum significat, & non principium, verum ecclesiæ proceres vbi nobis videntur labi, abditam, & reconditam præferunt doctrinam. Mirro quod est apud ARIST. lib. 5. meta. ta physica vbi inter varias significationes principij docet accipi pro principatu, quod principatus principij, & origo sit rerum gerendarum, & certè Christi principatus & regnum in nobis nihil aliud est quam esse principium, & originem omnium virtutum in nobis, regnat enim spiritaliter in nobis. Mitto illud quod PLATO. lib. 1. de legibus, & de rep. 4. & 5. atque adeo libris omnibus de rep. principatum animæ ait penes vnâ ex partibus animi esse semper & si sit principatus penes rationem, vt ratio imperet alijs partibus & vincat, tunc in anima existere omnes virtutes, quod principatus sit in ratione hoc est omnium actionum principium. Ambrosij. etiam de benedictionibus patriarcharum, principium siue principatum ad Diuinitatem refert, Principatus inquit super humerum eius. i. super corporis passionis diuinitatis potestas erat, vel crux super posita corpori, Hebraicè est & ipse principatus. Origenes, Ambrosij. & Plato authores sunt quod Deus dicitur ipsum regnum, ipsa sapientia, ipsa iustitia, ipsa veritas, quod illa vox, ipsa, addita nominibus significet ipsum principium. i. ipsum Deum, qui essentialiter est hæc omnia, quæ alibi accidentia sunt. vnde Origenes interpretans illud Matth. simile est regnum cælorum homini regi, Christus inquit est ipsum regnum ipsa sapientia ipsa iustitia: & si quæras, quorum sit regnum cælorum? ipsorum est, quorum est Christus secundum quod est ipsum regnum regnans in nobis in omni cogitatione, ita vt non regnet in nobis peccatum sed Christus quatenus iustitia est, quatenus sapientia, quatenus omnis virtus, quatenus principium omnium actionum nostrarum, quæ pessimè reddita sunt ab interprete. Ipse principatus ergo est ipse Deus qui est essentialiter principatus, finis & origo omnium principatum.

Locus Ambrosij.

Locus Dauidis, Dominus regnavit à ligno.

Tralatio Lxx, vt docet Hieron. & Iustinus fraudes arguit Iudeorum.

Et qm Tertull. dum hunc locum explanat illius loci Dauidis facit mentionem quæ iâ inde ab initijs nascentis ecclesiæ, catholica ecclesia sic recinit, Dicite in gentibus quoniam Dñs regnavit à ligno, & à veteribus patribus idem esse putatur cum hoc de quo agitur, Factus est principatus super humerum eius. i. sanctissima crux erit in sine regni Christi quod est idem cum illo, Dominus regnavit à ligno, quod huiusmodi lectione, neque editio Hebræa neque Lxx virorum tralatio agnoscere videtur de ea pauca dicamus. IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem, quod dictum est fusc, & copiose, supra, multa ex codicibus Hebræis, & ex tralatione Lxx virorum Iudæos ait expunxisse, quod plane, & aperte mysteria Christi præ se ferrent, & multa loca citat à Iudæis expuncta & erasa. Idem sentit & Origenes, qua de re pluribus dictum est in disputatione de tralationibus, quod cum fecissent Iudæi clamoribus obtundebant nostros, parum fideliter Lxx viros vertisse sacras literas, nihil tale Hebraicè esse, falsa esse testimonia, quæ citarentur ex tralatione Lxx virorum tundendo, & odio & clamoribus vt scripsit Origenes in epistola ad Africicum, effecere Iudæi vt nostri abstinerent citare illa testimonia de Christo manifestissima, aut quædam verba eraderent. cuius notæ hoc testimoniū Dauidis est. Coacti enim sunt nostri Iudæorum clamoribus vltimam illam vocem, à ligno eradere de tralatione Lxx virorum, cum Iustinus sic legat in dialogo aduersus Tryphonem, dicite in gentibus quia Dominus regnavit à ligno, vtitur enim hoc argumento aduersus Iudæos, vt probet eos expunxisse ex lectione Hebræa vocem illam à ligno quod tralatio Lxx virorum vocem illam præferat, & arguat erasam ex editione Hebræa, eo argumento vtens quo D. Hierony. in præ-

A in præfatione in quatuor euangeliis ad Damasum papam, post tralationem Lxx virorum, nihil posse addi, vel detrahi lectioni Hebrææ à Iudæis, quod tralatione Lxx virorum deprehendi non possit: quo argumento vsus IVSTIN. arguit Iudæos, & corruptæ scripturæ criminatorem: Tralatio, inquit, Lxx virorum; quæ in vestris manibus est; vt dictum est supra in disputatione de tralationibus, præfert; Dominus regnavit à ligno: erat igitur scriptum sic Hebraicè, vbi Dominus dicitur regnaturus inter Gentes, & à ligno regnaturus. Sed vt Iustinus hoc testimonio Lxx virorum arguit Iudæos crimine corruptæ scripturæ Hebraicæ, ita nos Iustini testimonio docemus Iudæos clamoribus extudisse à nostris vt expungerent quoque ex tralatione Lxx virorum: voces illas duas, à ligno, quæ male illos pungebant, cum diceretur, Dicite in gentibus quoniam Dominus regnavit à ligno, quam lectionem tamen retinet catholica ecclesia quæ identidem concinit toto orbe terrarum vt Iudæis oculi doleant & animi, dicite in gentibus quoniam Dominus regnavit à ligno. TERTVLL. lib. 3. aduersus Marcionem interpretans hunc locum Esaia sic etiam legit, Solus rex nouus Christus Iesus in sine regniæ potestatis humero crucem effert, vt secundum Dauidis prophetiam Dominus regnet à ligno. & aduersus Iudæos li. 1. cap. quod patriarchæ ostendunt figuram crucis, Age inquit, si legisti penes prophetam in psal. Dominus regnavit à ligno expecto quid intelligas. Quod premebantur à nostris Iudæi hoc loco psalmi, extorere clamoribus, vt eraderent voces illas duas, quibus cõfgebantur animo & corde, nec satis habere eas eradere quod codicibus Hebræis, nisi à nobis extunderet vt è Græcis quoque codicibus easdem eraderemus. Et eodem lib. idem TERTVLL. cap. de claritate gentium in Christo Iesu, Ipse Dauid, inquit, regnaturus Dominum ex ligno. Et D. AMBROS. in cap. 15. epist. ad Corinth. de signo crucis disputans inquit: Dauid in psal. ait, Dominus regnavit à ligno. Et AVGVST. in enarratione in psal. 95. in illa verba, Cantate Domino canticum nouum, Dominus enim, inquit, regnavit à ligno. Et in eundem psal. in illa verba, Etenim correxit orbem terrarum: citat hæc verba psal. Dicite in gentibus quoniam Dominus regnavit à ligno. Quorum patrum testimonio, liquet tralationem Lxx seniorum prætulisse, Dicite in gentibus, quoniam Dominus regnavit à ligno: & multò magis hoc liquet testimonio ecclesiæ catholicæ, quæ vsque ad nostra tempora agnoscit hæc lectionem. Et è tralatione Lxx verisimè Iustinus arguit vitiatam esse lectionem Hebræam, cum enim legeretur ^{וַיְהִי כִּי יִשְׂרָאֵל יֵצֵא מִצִּיּוֹן} i. Dominus regnavit à ligno: vocem illam postremam ^{וַיְהִי}, quæ duabus literis constabat. i. ligno, mutauerit in ^{וַיְהִי}, quæ etiam duabus literis cõstat. i. certè, vel, etenim: & reddidere sequentibus, Etenim correxit orbem terræ. Probat, inquam hoc Iustinus, eadem illa ratione, qua D. Hieron. docet, vt dictum est ex tralatione Lxx virorum Iudæorum, hæc Iudæorum furta posse deprehendi: & in disputatione de tralationibus etiam multis exemplis monstrauimus literas Hebræas duas & tres, etiam sine fraude Iudæorum, Librariorum culpa, mutatas sæpè etiã in alias longè diuersas. Postremò, hanc lectionem antiquissimus, incorrupteque fidei codex manu exaratus, Illustrissimi viri D. Didaci Henrici Almançæ Cauriensium Antistitis præferbat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et vocabitur nomen eius, admirabilis consiliarius.

Et vocatur nomen eius, magni consilij angelus, admirabilis consiliarius

D

Hoc loco oportet in memoriam redigere quod D. Hieron. docet in quadam epistola ad August. quæ inter epistolas Augustini vndecima est, tralationi Lxx virorum post Hexaplum Origenis, appositas marginibus fuisse tralationes Aquilæ, Symmachi, & Theodocionis, & aliorum. Deinde, culpa Librariorum, multis in locis, illas tralationes in textum tralationis Lxx, irrepsisse quod his locis factum est non semel: primum hoc loco duplex est tralatio lectionis Hebrææ ^{וַיְהִי כִּי יִשְׂרָאֵל יֵצֵא מִצִּיּוֹן}, altera Lxx virorum, Magni consilij angelus: altera Aquilæ, quam D. Hieron. est sequutus. Huius rei nos admonuisset ipse Diuus, nisi nactus esset vitiatum exemplar tralationis Lxx virorum, ipse & D. Ambrosij. in cap. 3. Lucae lib. 3. in principio, qui hunc locum legunt curtum, & multis verbis defectum, vitiatum videlicet ab hæreticis, qui Christum dolerent, tam aperte Deum appellari. Potuissent tamen D. Hierony. & D. Ambrosij. veram lectionem Lxx seniorum agnoscere ex Euseb. Cæsariensi demonst. euangel. lib. 7. cap. 4. & lib. 9. cap. 8. vbi huius loci totius recenset omnium tralationes, & inter se confert Lxx seniorum; & Sym-

Iudæos corrupisse Hebraeam lectionem Græcam.

Tralatio Lxx, aliorum tralationibus adulterata. D. Hieron. & D. Ambrosij. vitiosum nacti exemplar tralati Lxx virorum.

& Symmachi, & Theodocionis, & Aquilæ, & ex alijs doctoribus sacris antiquioribus, quos A hoc loco citabimus, quorum quidam, quod Hebraicè nescirent non intellexere duplicem esse tralationem. & Euseb: quidem vbi recenset tralationum varietatem huius loci duplicem lectionem tralationis Lxx agnoscit. Ait enim quædam exemplaria præferre, magni consilij angelus, tantum: quædã magni consilij angelus, admirabilis consiliarius. Nã, vt ex Euseb. liquet, & ex Chryf. de incomprehensibili Dei natura, eo tempore vulgata lectio Lxx erat, Magni consilij angelus, Deus fortis, & sic hic locus citatur ab antiquissimis proximis Christi temporibus, vt iã apparebit, postea è tralatione Aquilæ irrepit, admirabilis consiliarius, quod Aquila pro magni consilij angelo, reddidit, admirabilis consiliarius: & varietas tralationis apponebatur marginibus, & inde factum est vt sæpè in textum sacrum irreperet culpa librariorũ.

HILAR. de Trinitate lib. 4. Est autem secundum prophetam filius Dei, magni consilij angelus, vt personarum distinctio appareret, angelus Dei est nũcipatus, qui enim est Deus ex Deo, ipse & angelus Dei, vt vero honos debitus redderetur, & Dominus, & Deus est prædicatus, & hic quidem primũ angelus Dei deinde Dominus & Deus. Hæc Hilarius, opinor, quod hoc B loco dicatur magni consilij angelus, & postea Deus fortis, primũ dicitur appellatus angelus, postea Deus, vt fieret personarũ distinctio; dictus primũ angelus Dei postea ne crederetur tantũ angelus, Deus fortis. Et infra idem Hilar. ita qui sub mysterio magni consilij nuncian di, ipse & natura, & nomine, Deus est: quippe dicitur Deus fortis, & lib. 11. de Trinitate, ideo magni consilij angelum Christum appellatum ait quod nemo nouit filium nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Denique lib. 4. de Trinitate huius loci ex planatione claudit Hilarius, & postremo ait, Qui est magni consilij angelus, quod patrem nemo nouit nisi filius, & cui filius reuelat, & ab eo reuelandi officio, dictus est angelus. i. nuncius reuelans D. ATHAN. de beatitudine filij Dei lib. vno, appellatum ait Dominum magni consilij angelum quod missus sit à patre ad nunciandum, & peragendum magnum consilium redemptionis. Et DIONY. Areop. de cælesti hierarchia cap. 4. Dominum Iesum missum à patre ait ad redimendum genus humanum, & ad clarificandum patrem, & ideo appellatum angelũ magni consilij, quod ipse Dominus in euangelio declarat, cum inquit, Quæ audiui à patre nũciaui vobis. Et IVSTIN. apologia 2. pro Christianis, Nemo inquit nouit patrem nisi filius, ne C que filium nisi pater, & quibus filius reuelat, & inde verbum Dei, filius Dei, & angelus est appellatus. i. reuelator, ipse enim reuelat, quæ oportet nosse. Quippè Deus verbo suo reuelat. i. filio, & ideo mittitur vt reuelet. hoc sæpè iterat aduersus Tryphonẽ idem Iustinus, & ipse Dionys. Areopag. ipsum Dominum testem huius rei citant, qui de se dicit, an angelo. i. nuncio, qui ergo an angeli. i. qui nunciat, & qui euangelium mundo attulit recte ab hoc verbo Græco anã gello, angelus nominatur. TERTVLL. lib. de carne Christi, Dictus est magni consilij angelus. i. nuncius, magnum enim cogitatum patris super hominis restitutione adnunciaturus seculo venit: & lib. de Trinitate: quoniam adnunciator filius Dei venit paternæ voluntatis, magni cõ silij angelus est appellatus & infra: Christo cum Deus sit, angeli competit nomen cum magni consilij angelus factus sit, quod exponit sinum patris, nam verbum illud, quod erat apud Deũ quod sinum patris exponeret, carnem factum esse ait Ioannes vt sinum patris nobis exponeret, & c. quæ adiecit. AVGVST. de Trinitate lib. 2. cap. 13. cum spiritus sanctus, inquit, quæ vè tura sunt annũciet nobis, vt Dñs ait, non tamen dictũ esse angelũ legimus inquit. i. nuncium, quod de Domino Iesu Christo euidentissimè apud prophetam legimus, cum magni consilij D angelus dictus sit. Et in Psalm. 36. in illa verba: Inmittit angelos Dñi: ipse Dominus noster Iesus Christus dictus est magni consilij angelus. i. magni consilij nuncius. AMBR. de fide contra Arianos cap. 8. ideo se in angelo demonstrasse Dominum in scriptura, ait, vt ostenderet se illum esse magni consilij angelum. i. nuncium. & idem AMBROS. in cap. 6. Luca lib. 6. in principio cum de baptisate ageret, hortareturq; vt consilium baptismatis nemo contemneret, subiicit: Quis enim dubitet Dei esse consiliũ in Christi lauacro? Hoc est consilium, quod magni cõsilij angelus reperit, quod nemo alius cognouit. Quis enim cognouit sensum Dñi? hominis consiliũ nemo contemnit, Dei consiliũ quis refutet? D. CYPRI. aduersus Iudæos lib. 2. cap. 20. magnum illud consilium ad passionem referre videtur & ideo putat Dominum dictum magni consilij angelum. EVSEB. locis citatis, Habes inquit, varijs nominibus appellatũ Dominum, & nũc appellatam angelum patris, & imperatorẽ exercituum Domini (id enim est Deus Sabaoth) & supra dixerat non simpliciter appellatũ angelum sed magni consilij ange- inquit

A lum & Deum. EPIPH. lib. 2. contra hæreses cap. contra Arianos, interpretans hunc locum inquit *μεγάλος βουλής ἀγγελος ἐν τῷ ὀνόματι ἀποστόλων τῶν μεγάλων βουλήν*. i. magni consilij angelus, in mundo annũcians magnum consilium, quasi dicat, ideo nominatum magni consilij nuncium, quia vtille ait Ioann. 15. Quæcũquẽ audiui à patre meo, nota feci vobis: THEOD. Angelus magni consilij dictus est Christus; quod æterni patris consilium nobis nũciauit, iuxta illud eiusdem Seruatoris nostri: Omnia quæ audiui à Patre manifestavi vobis. Et D. CHRYS. in Ioann. cap. 17. homil. 80. interpretans locum illum, Manifestavi nomen tuum hominibus. Magni consilij angelus, dicitur filius Dei, inquit, & aliorum quæ docuit gratia, & principaliter quod patrem hominibus annũciauit, & quod in præsentia, inquit, manifestavi nomen tuum hominibus. Nam cum opus suum consummasse dixisset, quale esset opus suum enarrat, atqui manifestum erat nomen Dei, sed quauis manifestum esset Iudæis, non tamen omnibus, nam & de Gentibus loquitur: nec norant Iudæi esse patrem; nec est idem nosse rerum esse opificẽ, & filium habere; AVGVST. in cap. 6. Ioann. tract. 24. in fine, dubium proponit, & diluit postea, B cur Christus hoc loco dicatur Angelus magni consilij; & alibi dicat hic idem propheta non legatus, nec angelus, sed ipse veniens, saluos faciet eos, id est, ad saluos eos faciendos, non mittet legatum, nec angelũ, sed veniet ipse. Quis veniet ipse angelus certè, non per angelum, sed quia iste sic angelus, ut etiam Dominus esset angelorum: & subiicit Christum dictum esse angelum, propter euangelium quod mundo nũciauit, nam angelus nũcians est, quod apertius docet idem August. de ciuitat. Dei lib. 8. cap. 35. Nec mirandum est, in quies, quia angelus Dei omnipotentis, dictus est Christus: si quidem seruus, propter formam serui in qua venit ad homines, dictus est, sic angelus propter euangelium quod nũciauit hominibus: nam euangeliũ, bona nũcians est, & angelus nuncius: hæc eadem repetit centies August. Et AMBR. in cap. 10. ad Roman. interpretans verba illa, Omnis enim qui inuocauerit nomen Dñi, docet filium Dei appellatum angelum, & Deum, ad distinctionem personarum: ait enim, vt non ipse à quo sunt omnia, esse putaretur, sed hic esse per quem sunt omnia, vt ad id pertineat Deum esse dictum, quod vnum sunt Pater, & Filius: Angelus autem ad hoc, quia nuncius promissæ salutis est missus à Patre. Et tom. 1. Concil. Leo papa in rescripto ad Flavianum Constantinopolitana C num episcopum cap. 2. sic hunc locum citat, Et vocabatur nomen eius, magni consilij Angelus. Et ANTHEON episcopus Arsinoes in epist. ad Petrum, quæ est in initio. 5. synodi Constantinopol. tom. 2. Concil. Quis nescit, inquit, apud Esaia natum Christum, qui est magni consilij Angelus, Deus fortis? Et Concilio Spalensi. 2. actione. 13. Paruulus natus. i. Christus, ad susceptẽ humanitatis naturam pertinet, quia homo est factus, filius datus ad diuinitatem, quia Dei filius: & vt ostenderet in vtraq; natura vnam esse personam, adiecit, Vocabitur nomen eius magni consilij angelus, Deus fortis. BASIL. contra Eunomium lib. 2. dictum esse ait Christum Deum, & Angelum: & probat hoc loco Esaia, & infra subiicit rationem, quia voluntatem Patris, sanctis suis nũciauit. GREG. Nazianz. in Christi genethlia, Vocatur nomen Christi inquit, magni consilij patris Angelus. Et EVSEB. de monf. euangeli. lib. 1. cap. 4. & lib. 5. cap. 28. docet, cur dicatur Deus & Angelus, & eundem esse angelum testamenti, dictum à Malachia propheta.

Deniq; omnes doctores sacri, Iſychius, OEcumenius, Aretas, Leo papa, concilia ipsa, & vniuersa catholica ecclesia, hũc locũ sic legit, & sic explanat, & catholica ecclesia ab ipsis suis ini- D tijs vsq; ad nostra tẽpora sic in suis sacris cantionibus recinit, quanquã nostris tẽporibus, iam sunt aliquot codices, quibus Typographi, alicuius nebulonis inductu alteram dictionem refecant, digni quibus póllices refecarentur, ne quis quidquam quod stabile & fixum est in catholica ecclesia, auderet mutare. Sic enim quidam codices præferunt iam horum gnosticorũ inductu, qui se solos sapientis arbitrantur, Et vocabitur nomen eius magni consilij, refecant dictionem illam, Angelus, & se opponunt inepti toti ecclesiæ, & tot sanctorum patrũ authoritati, qua impudentia nescio an quicquam impudentius dici aut fingi queat.

Sed quid, quod Hebræa lectio huic ratè authoritati videtur aduersari? negat quicquã tale Hebraicè esse, neq; quenquã tralatorũ sic hũc locũ vertisse, vt Lxx. Ad hæc difficultatẽ explicandã orationẽ conuertamus; quanquã authoritas tanta Lxxii Iudæorũ, qui CCC. annis ante tẽpora Christi vacui odio, & gratia, hæc sic vertere sciẽtia spiritali, quã à Mose & prophetis per manũ acceperat, & toti ecclesiæ catholicæ authoritas, & oim sanctorũ patrũ & cõciliorũ, nostro nõ egebat auxilio, vt etiã si cõtra staret Heb. lec. quẽ nõ stat, nõ temerè hoc sic scriptũ crederetur.

D. H. I. E.

Christus angelus, & Deus. forma.

Quorundã impudẽtia.

Deficitur lectio Lxx virorũ, magni consilij angelus.

Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarium.

Vocabitur nomen eius magni consilij angelus.

Lectionem Hebraeam D. Hieron. ad verbum reddidit, Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarium, nam verbum, ארקי, aliter dispositum passivum erit. Dicitur est autem puer hic Emmanuel, vt docet CLEMENS. Alexand. Stromaton lib. 6. sapientia patris omnium creaturarum magister, consiliarius Dei, qui omnia vno obtutu intuetur qui a prima mundi creatione multis, & varijs modis docet, & perficit omnes creaturas vnde ipse Dominus ait, Neditatis vobis magistrum supra terram. Itaque quod puer hic sapientia patris doctor & magister omnium creaturarum, angelorum illuminator, admirabilis consiliarius dicitur, admirabilis omnium creaturarum magister. Et LACTAN. Firm. lib. 4. de religione cap. 6. a Sybilla ait consiliarium Dei appellatum quod per eum a patre hic mundus sit fabricatus. Plato in Epinomide huc alluisse videtur, cum ait sedere Deum in caelo, velut magistrum in cathedra, vt doceat omnes homines qui intenti esse volent. Lege CHRYSOST. tom. 5. in sermone contra anomeos vbi diuinitus hunc locum explanat. Lxx viri eandem hanc lectionem Hebraeam aliter vertere, vt enim docet Iosephus Iudaeus allegati sunt Lxxii Iudaei peritissimi gentis Iudaicae doctissimi Mosaicae legis, qui eruerent sensus sacros, ij hanc vocem, ארקי, pelè, quam D. Hieron. vertit, admirabilis, nomen proprium esse putauere illius angeli, qui matri Sampsonis apparuit, & rogatus, quod sibi esset nomen respondit, quid quaeris nomen meum, quod est admirabile? vel, Quid quaeris nomen meum quod est pelè? .i. Deus absconditus, Deus faciens mirabilia. Cum ergo hic puer qui nobis natus est, hic Emmanuel vocetur a propheta, pelè .i. Deus absconditus, admirabilis, Deus faciens mirabilia. interpretantur Lxx. id est angelus ille, qui se vocauit pelè. 13. Iud. faciunt enim paraphrasim ex alijs scripturae locis, vt idem vtroque loco significari doceant. Rogo, quis accuset Lxx viros, quod interpretentur, vocabitur nomen eius, pelè? ita vt pelè pro nomine proprio accipiant, illius angeli 13. cap. Iudicum, & dicant, pelè .i. angelus ille qui se pele nominauit ארקי, consiliarius, angelus ille consiliarius patris summi .f. quod Lxx dixere, magni consilij, vt excitarent hominum animos ad intelligendam secundam personam in diuinis. Recte ergo Lxx viri verbum Hebraeum, pelè, quod D. Hieronymus reddidit admirabilis interpretati sunt pro nomine proprio illius angeli, hoc est secundae personae in diuinis, quo nomine se ipsa secunda persona in diuinis appellasse videtur 13. Iudicum, & ex vno loco scripturae alium videntur interpretati, quo magis dicas id verum esse, paucis accipe, quid veteres patres sentiant de hoc loco. 13. Iudic. etiam rudes sermones Hebraei. Nam si intellexissent, pelè. nomen proprium esse potuisse angeli illius, multo, multoque magis id dicerent. AVGVST. quae st. super Iudic. lib. 7. cap. 52. 53. 54. totum illud vaticinium cap. 13. de Christo interpretatur: & angelum illum, qui apparuit matri Sampsonis, & Manue patri eius, hunc angelum magni consilij esse dicit, addiditque angelum illum significasse se esse Deum, & sic hoc loco & alijs, hoc vaticinium explanat Augustinus. Quid facturum fuisse putas, si Hebraice scisset, & intellexisset angelum illum, illo loco appellatum fuisse, Pelè, & hoc loco ab Esaia puerum hunc recens natum, nominatum quoque esse, Pelè? Adde illud etiam Genes. cap. 32. illic, vbi dicitur: Quid quaeris nomen meum? quod est admirabile ex translatione Lxx, & de translationibus, & hoc ipso cap. paulo supra cum disceptabamus illum locum Davidis: Dominus regnauit a ligno: D. Hieron. & Iustinus de translatione Lxx, arguunt quaedam detracta esse ex lectione Hebraea, quo canone si vtamur, ex translatione Lxx, & D. Hieron. liquebit, & lectione Hebraea detractum esse hoc nomen, Pelè, verterunt enim Lxx, & D. Hieron. Quid quaeris nomen meum, quod est admirabile? quod in lectione Hebraea deest, intelliges ergo expunctum esse a Iudaeis hoc verbum, Pelè, cum legeretur, Quid quaeris nomen meum Pelè. .i. admirabile, vel Deus absconditus, vel Deus faciens mirabilia: quod ita esse apparet, quod illud verbu Lxx Graece reddiderint, verteritque D. Hieron. Latine, admirabile. Erat igitur Hebraice, sic enim colligere docet Hieron. in epist. ad Damasum. & IVST, aduersus Tryphon. vt locis citatis est dictum. Quod verò puer hic diceretur eodem nomine, Pelè, quo angelus ille qui Deus quoque dicitur. 32. cap. Genes. qui cum Iacob luctatus est, ei que nomen dederit Israel. .i. principatus cum Deo,

Cur fillus dicitur consiliarium.

Defendum tur Lxx, et sancti patres, contra Iudaeos.

Explana tur locum Genes. et castigatur.

consiliarius pele nomen eius vocabitur Et ארקי ארקי ארקי ארקי

A Deo, & praualens aduersus Deum. Quod ergo vocatur hic puer, Pele. .i. angelus, & Deus, eodem nomine quo angelus ille, qui cum Iacob est luctatus, vt planum fiat puerum hunc esse eundem illum Angelum, & Deum, qui cum Iacob luctatus est, cum eodem compelletur nomine. Iudei id sentientes longo post tempore, vocem illam, Pele, expunxerunt ex cap. 32. Genes. quam vocem expunctam, arguunt interpretatio D. Hieron. & tralatio Lxx, vnde non possum dicere satis, quam parum considerate (ne quid grauius dica) faciunt, qui ex sacris literis illa oratione totam, Quod est admirabile, expungunt tam ex translatione Lxx quam D. Hieron. cum omnia antiqua exemplaria, etiam typis excusa, sic legant: Quid quaeris nomen meum, quod est admirabile? Et sic recinat catholica ecclesia ab initijs suis. Negant Hebraice esse. At qui docet D. Hier. ex translationibus intelligere, quae Iudaei ex Hebraea lectione detraxissent: & hoc Canone vti docuit D. Hieron. & Iustinus, eo antiquior multo, eumque adhibere multo fuisset satius, quam receptam per M. D. annos, & statam ecclesiae lectionem mutare. Ergo hic puer declaratur esse Angelus ille Deus, dicitur, Pele. .i. habere nomen admirabile, vel, Pele, Deus absconditus. 32. Genes. & 13. Iudic. vt nusquam apertius, mea quidem sententia declaretur Deus, puer hic, & Deus ille, qui loquebatur ad patres veteris testamenti, quam hoc loco, cum praesertim sequatur, puerum hunc appellatum esse Deum fortem, quasi dicitur puerum hunc esse illum, qui in literis sacris frequentissimè nominetur, Deus fortis Israel. Adde etiam illud, Pele, quod D. Hieron. vertit, admirabilis, vt dixi, nunquam in sacris literis de creatura vlla dictum, cum de persona dicitur, nisi de Deo, & Dei esse nomen semper in literis sacris, nunquam tributum homini, aut angelo, nisi huic angelo magni consilij. Quid faceret ergo Lxx seniores, cum puerum hunc nominatum viderent, Pele? verterent Deum admirabilem? vel Deum absconditum? id enim, Pele, significat. At qui statim a propheta dicitur appellandum esse Deum fortem, non erat idem bis repetendum. Redderent, Pele, admirabilem, vel admirandum? videbant etiam si coiret omnis factio Iudeorum in vnum locum non posse ostendere hanc vocem, Pele, homini tributam, admirandos viros dictos esse Graece, & Latine, confessa res erat. Quod se verteret ergo? quid consilij caperent? vt D. Hieronymo visum est, Pele, reddere admirabilem: quod antecedentibus, & sequentibus puer hic, Deus esse significaretur, idque fat habuit, ita Lxx viri non fat habuerunt, sed voluere exprimere vim huius vocis, & significarunt nobis esse angelum illum, Pele. .i. Deum absconditum, nominatum consiliarium magni patris, quem August. ait loco citato magnum mysterium nobis significasse, cum oblato holocausto, simul ac emicare flamma coepit conscendit flammam, & se obtulit cum holocausto, typum manifestissimum nostri sacrificij, vbi Christi corpus sanctissimum, & sanguis preciosissimus offertur. Ait enim AVGVST. quod ergo stetit angelus in altaris flamma, intelligendus est significasse illum magni consilij angelum, hominem factum in forma serui non accepturum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum. Hac August. quae summo perè notanda videntur: est enim typus manifestissimus sacramentae nostrae Eucharistiae eo facto exhibitus. Cum enim, vt dictum est ex Chryso. non simpliciter accipienda quae in scriptura sacra sunt, cum Spiritus sanctus loquatur verbis, & factis, vbi nihil temere aut fortuito, inquit, factum esse credendum est. Quorsum enim angelus flammam holocausti conscenderet? & vt ascenderet flamma, ipse quoque ascendit? & vt flamma descenderet, descenderet ipse? an id factum quisquam dicet? vt se ostenderet angelum, fat erat euauuisse ex oculis, vt hoc ostenderetur. Certè factum illud, typus manifestissimus fuit sacrificij ecclesiae catholicae, quo toto terrarum orbe, Christus qui est angelus magni consilij offertur: hoc enim significauit angelus, Pele. .i. Deus absconditus, cum oblato holocausto, & emicante flamma voluit cum holocausto offerri ipse quoque Deo. Poterit quidem aliquis probare magis translationem D. Hieron. nemo tamen qui haec expendet poterit inficiari translationem Lxx virorum cum lectione Hebraea consentire. Vnde apparet, neque ecclesiam catholicam esse delusam a Lxx viris, quae deludi nullo modo potest, neque concilia, neque consensum veterum patrum frustra fuisse, qui frustra esse non potest, dat enim Spiritus sanctus ecclesiae doctores, & concilij praesent, & secunda persona in diuinis a philosophis etiam dicitur angelus. PROCLUSVS enim in Timæum Platonis lib. 2. explanans illud Platonis, maximum omnium est ab eo incipere, quod secundum naturam primum est, verbum aeternum quod est apud patrem angelum appellat, quod patris voluntatem annunciet. Mutuatus namque multa de sacra Triade a prophetis Plato est, & Proclus a nostris, quae suis libris intertexuere, deprauate tamē, quod non crediderint, & ideo non rectè intellexere, neque vt oportebat: tamen hoc illis vehementer pla-

Puer hic Emmanuel hoc loco dicitur planè Deus, qui loquebatur ad veteres patres, et ille qui in scripturis sacris dicitur Deus fortis Israel.

De sacramento Eucharistiae.

Verbum De
us, dicto
ca
tia a philo
sophis an
gelus.

ter placuit, vt verbum æternum, quod est in sinu patris, angelus diceretur, angelus magni con-
siliij patris, i. nuncius qui magna patris consilia referret. Et ideo ab Orpheo, qui, vt Iustinus ait,
multa à Iudæis didicit, dictus est phanes, quod docet PROCL. in Timeum lib. 4. nam phanes,
idem est quod angelus, à verbo Græco φανης, i. manifestatio, nam Orpheum, & Platonem à pro-
phetis didicisse multa, testis est Iustinus philosophus martyr.

Tralationem D. Hieron. quæ eadem est & Aquilæ, interpretatur ORIG. homil. 18. in Nu-
merorum cap. 14. Admirabilem consiliarium Patris, Filium, & Spiritum sanctum ait: quod e-
nim Esaias cap. 42. dixit, Quis cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit? ne intelle-
xeris ita vt excludas filium. Quomodo enim non cognouit sensum Domini vnigenitus suus?
qui dicit, Nemo cognouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit filius reuelare? & quid est aliud sci-
re patrem, nisi scire consilium eius, & sensum? sed & Spiritus sanctus qui scrutatur etiam alta
Dei, quid nisi sensum eius agnoscat? sed consiliarius hic non accipiendus est, quasi ignoranti ei
quid agat consilium det filius, & Spiritus sanctus, sed quod consilij & voluntatis eius sciens
sit Filius, & Spiritus sanctus, quarum trium personarum idem est consilium, voluntas eadem.

Sed vt redeam ad vocè, Pele, quam dixi, nūquā in scriptura reperiri tributā homini cum de
persona dicitur, R. David docet, qui cognomē Dei mirabilis esse ait, in libro radicū, & signifi-
care idē quod Latine, Faciēs mirabilia, faciēs miracula: vt appareat quod voluere sancti patres
Christū esse, qui in veteri testamēto fecerit omnia mirabilia, vnde, Qui loquebar, ecce adsum,
docet etiam significare occultum & absconditum, vnde dicitur Christus, Deus occultus & ab-
sconditus cap. 45. verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. Vt testimonio Iudæorum
etiam hic puer cum dicitur, Pele, dicitur simul Angelus, & Deus: nam, pele, interpretatur Lxx
Angelum illum qui pele sibi nomen esse dixit Iudic. 13. & Genes. 22. & angelus qui dicitur, pe-
le, Deus dicitur: siquidem ipse ille angelus se vocatum ait, pele. i. absconditum Deum, & Deū
facientem miracula, simul igitur dicitur angelus, & Deus absconditus, de quo infra dicemus.

viro Theo
logo expē
ditas syl
labas ex li
teras scri-
ptura.

Et quoniam D. BASIL. in proœmio lib. de Spiritu sancto viro Theologo expendendas ait es-
se literas, syllabas, & apices, quod Spiritus sanctus sacrarum literarum author est, pele, Iudicū
13. scribitur sine, 1, in fine, quod ibi persona diuina, Deus mirabilia faciens, Deus absconditus,
non assumpta humanitate, loquebatur & se obtulit in sacrificiū holocausti. Apud Esaiā: Deus
verbū nominatur, pele, assumpto, 1, in fine. Cū em̄ humanitatē assumpserit: addita litera est,
1, quæ prima est nominis Iesu. Nec temerè sancti patres hæc aiunt expendenda, nā Abraham
prius dicebatur Abram, & mutato nomine addita litera, 1, vna tantum, appellatus est à Deo
Abraham: & Sarai, detracto, 1, vocata est à Deo Sara, vnde in additione, aut detractioe vnus
literæ, magna esse mysteria discimus. Et de cap. 13. Iudicum, & de Angelo illo, & de Sampso-
ne, qui typus fuit Christi, & de salutatione Angeli quæ facta est ad matrem eius sterilem, quæ
typus fuit sacratæ virginis, dictum est in cap. 7. in illa verba, Ecce virgo concipiet: & dicitur
in cap. 11. cū explanabitur locus ille, Quoniam Nazareus vocabitur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Deus fortis.

Deus fortis, potens.

fortis Deus
גבור

Dixi in principio ex Hieron. epist. ad Augustinū, appositas margini interpretationi Lxx
virorum tralationes Aquilæ, & Theodocionis, quando inter se dissiderent, plurimis
locis imperitia Librariorum receptas pro lectione Lxx virorum, quod factum est superiore
sententia: vbi cū diceretur apud Lxx viros: Vocabitur nomē eius, magni consilij angelus, le-
gitur vulgò, apposita interpretatione Aquilæ, quam sequutus est D. Hierony. Vocabitur no-
men eius, magni consilij angelus, admirabilis consiliarius: quæ non vna, sed duplex eiusdem lo-
ci translatio est Lxx virorum, & Aquilæ, quod hoc loco factum est, nam גבור אלהים, Lxx reddi-
dere, Deum fortem, quæ duo nomina D. Hieron. nos docet poni solere coniuncta, quanquam
prius dixisset, nescio quod spectans, legenda diuisim, nisi voluit bis appellari Deum, puerū hūc:
primò, Deum: deinde, fortē: nam fortis quidem per se positum nomē Dei est, vt docet IREN.
lib. 3. cap. 8. vbi docet etiam, cur diabolus dicatur fortis in scriptura, cū Christus diripuit va-
sa fortis: & ideo Hieron. fortasse voluit magis vrgerē Iudæos, cū puerum hunc bis appellatū
Deum ostenderet. Iudæi & Iudaizantes, quod dolerent puerum hunc appellatum planè, & ap-
pertè Deum fortem, non verterunt גבור אלהים, Deum fortem: sed potentem, fortem, ita apud il-
los legitur, pro, Deo forti, fortis, potens: quæ interpretatio diuersa apposita margini Lxx senio-
rum, po-

Arum, postea pro lectione Lxx adscita est: legitur em̄ apud Lxx *deus in xpo deus* i. Deus fortis,
potens, quod non intellexisse Euseb. Casari. non miror, quippe sermonis Hebræi rudis erat.

Malè habet miseros Iudæos, puerum hunc natum ex sacrata virgine Maria, de Spiritu san-
cto conceptum, appellari Deum, Ait, referente Procopio Hebræam vocem, אלהים, significare
quidem Deum, sed aliquando tamen potentem, & iudicem, & quia durum est puerum vo-
care Deum, hoc loco potius reddendum, potentem, quàm Deum: & ita verterunt pro, Deo
forti, potentem fortem. Durum, aiunt Iudæi, puerum appellari Deum. Si non est Deus, verè a-
iunt. Sed puerum regem: putabuntne durum, vocare regem quod puer sit? Qui magis quæso,
puerum Deum, durum putant Deum appellare quod puer sit? Sed more Gigantæo cum Deo
pugnant Iudæi. De hoc nomine אלהים lege EVSEB. de præparatione euang. lib. 11. de nomi-
num rectitudine apud Hebræos. Nos iam hic cum Iudæis congregiamur: Iudæi largiuntur
אלהים, significare Deum, & rarò, potentem: cur igitur damnant Lxx seniores, qui tot annis ante
Christi tempora, Christum appellant Deum fortem, cū plūs millies dicitur etiam Deus à

B prophetis, vt liquebit toto hoc opere. Deinde, vt illis largiremur (quod nūquam largiemur
mentiuntur enim impudentissimi Iudæi, & Iudaizantes) אלהים, sumi aliquando pro, angelo, vel
potente, quod falsissimum est, ostendant cū dicitur coniunctim גבור אלהים. i. Deus fortis, su-
mi pro homine, aut pro angelo: nunquam reperient factum, cū duo hæc nomina, Dei sint no-
mina absolutè dicta, dicta coniunctim emphasim maiorem habeant, ideo pessimi, & verfu-
tissimi Iudæi conantur nostris persuadere, diuisim hæc esse legenda, non coniunctim, quod
videbant Deum fortem, non posse se cuiuspiam persuadere aliò referri, quàm ad Deum. Est em̄
pars Trisagij, cuius historiam leges. 2. tom. Concl. 5. synodo Constantinopol. in epist. Cinci-
niani episcopi, & in epist. Acacij archiepiscopi Constantinop. & in epist. Felicis papæ, & apud
DAMAS. lib. 3. c. 53. huius igitur trisagij, cuius authores fuisse angelos, certū est: pars est Deus
fortis: sic enim dicebatur, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis Deus. f. &c. Et cū
dicitur, sanctus Deus fortis, ex hoc loco Esaia sumptum esse, discas ex eadem synodo. 5. Con-
stantinop. ex epist. Anthonis episcopi, & ex epist. Fausti, & ex epist. Aсклеpiadis, & puerum
hunc Emmanuelem, appellatum esse Deum fortem, coniunctim & non diuisim à veteribus,

Trisagium
Deus fortis
natus decur-
gine.

C discas ex locis supra citatis, doctorum sanctorum, & conciliorum, de magni consilij angelo,
quodque indè receptum ecclesia toto orbe personat *deus in xpo deus*, & licèt crepet medius Iudæus,
puer hic, Pele, est dictus, vt ostendimus. i. Deus absconditus, Deus mirabilia faciens, & nunc di-
citur Deus fortis coniunctim, vt intelligatur is esse, qui in sacris litteris dicitur Deus fortis
Israël. lege coniunctim, Iudæos malè vres, & Iudaizantes, vt puer hic intelligatur is esse, qui
in sacris litteris dicitur Deus fortis Israël. Adde, quod insolubile argumentum est, rumpantur
licèt omnes Iudæi, quanuis dij pro angelis, & iudicibus, & sanctis viris reperiantur in litteris
sacris pluraliter, singulari numero אלהים, vel יהוה אלהים nunquam, nisi pro Deo reperietur, etiam si
vertat se in omnes facies impij Iudæi. Deus numero singulari, pro Deo accipi debet, non pro
potenti, aut angelo: nam Regum. 2. cap. 7. liberaisti populum ab Aegyptijs, & dijs eius: ten-
toria legunt Lxx viri eo loco, vel à tentorijs eorum, vna littera, ת, addita. Nam impij Iu-
dæi quo ostendant Deum singulari numero, non accipi pro Deo, omnia peruertunt. Est enim
illis acris pugna aduersus Lxx viros, iam indè ab ecclesiæ primordijs, quod se suorum vident
subindè testimonijs confixos, & de alio Esaia loco, quem etiam Iudæi peruertere conantur,

Puer hic est
is, qui scri-
ptura dicitur,
Deus
fortis israel

D postea dicendum est latius. Certè אלהים, & יהוה אלהים, singulariter semper pro Deo accipiuntur, nun-
quam pro alio quoquam. Nam quod Pagninus in Thesauro linguæ sanctæ negat reperiri sin-
gulariter יהוה אלהים, nisi semel aut bis, ridiculum est: nam cap. 12. Iob bis reperitur singulariter. Et
Deuteronomij. 32. bis etiam. Et psalmo. 31. denique frequentius reperitur singulariter, quàm
pluraliter. Id tamen negant, ne nostris largiantur in principio Geneleos reperiri mentionem
Trinitatis, vbi dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram: Hebraicè enim legitur, In
principio creauit dij, vbi dij pluraliter, numerum personarum designare videntur, & ver-
bum singulare, creauit, vnitatem deitatis, & essentiæ. Vt enim Græci personas diuinas, tres hy-
postases nominant: Latini, tres personas: Hebræi, eloim videntur appellasse, quod in princi-
pio Geneleos est. Cui rei vt occurrant Iudæi, affirmant hoc nomen pluraliter tantum decli-
nari, & significare nihilominus rem vnā, qualia multa sunt & Græca, & Latina nomina.
AMBR ŌS. libro. 3. in Lucam in principio, puerum hunc Deum appellatum esse docet, e-
tiam iuxta tralationem Iudæorum, cuius rei primus author fuit E V S E B. Casariensis euangel.
P demon-

demonstrationis lib. 7. ca. 4. Adde tu his quod impij Iudæi cælant, Pele, cognomen Dei esse, i. Deum facientem mirabilia, vel Deum absconditum, vt diximus ex R. Dauid: qui tamè Deus absconditus, iudicum. 13. angelus est dictus, vnde à Lxx viris facta metaphrasis est. El singulari numero Deum significat semper. Nam alibi Iudæos refellimus latius, & eos presidijs virgæ, aperimus dolos quibus imperitis persuadere cõtendunt, 78, aliquãdo posse aliud significare quàm Deum, & eorum probationes subuertimus. Postremò illud maximè nota, Deum fortem, dictum esse puerum hunc, & declaratum esse puerum hunc recens natum, illum esse qui in literis sacris, Deus fortis Israel dicitur. CHRYS. de incomprehensibili Dei natura, homil. 5. monet, vt consideremus spiritalem sapientiam prophetarum, quod prius incarnatum Deum, dixit propheta, verbis illis, Puer natus est nobis, & postea Deum appellauit: & ne de patre dictum putarem, incarnationis prius meminit: non enim pater ipse natus de virgine, nec factus est puer. Et in demonstratione quod Christus sit Deus, cum hunc locum citasset subiecit, Hoc de puro hominè nemo dicit, etiã qui sit valdè contentiosus, nã nullus hominũ vnq uã ab ipso sæculo dictus est Deus fortis, sicut nec pater futuri sæculi, nec princeps pacis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Pater futuri sæculi, princeps pacis. Princeps pacis, pater futuri sæculi, addu
 cã pacẽ super principes, & sanitatẽ ei.

pacis princeps æternitatis Pater
 אביר ער שר שלום

In uersa sunt verba tralationis Lxx virorum, nam lectio Hebræa eadem verba præfert, ordi ne tamen permutato, admista tamè tralationi Lxx virorum interpretatio est nescio cuius Iudæi. Tamè lectio Hebræa ad verbum reddita est à D. Hier. & à Lxx, nec est cur eam quisquã attentet. Hebræa lectio est, אביר pater: ער æternitatis: id enim sonat inter alia, vox hæc Hebræa. Quis pater æternitatis est nisi Deus? vel Aristot. roga. 1. de cælo, & inde discis, Deũ quẽ æona nominat, patrẽ esse, temporum, æternitatum, & vitæ omnium. Si Græcè legaseo loco Aristotelem, maximè mirabere. Pro patre æternitatis, Lxx viri & D. Hieron. vertere, pater futuri sæculi. i. omnis temporis venturi, omnis futuræ, vt ita dicam, æternitatis, siue hoc siue illo modo legas, siue patrem sempiternum, vt legit CLEM. Alexand. in pedagogo in fine cap. 4. cui nisi Deo conueniat? Quid ergo iuuat Iudæos obscurasse, Pele, negasse 78 significare Deum, semper impudentissimè, cum singulari numero nihil aliud possit significare? Quid profuit legere disiunctim, Deum fortem? ecce pater æternitatis, & futuri sæculi dicitur: quod vel luminibus captus videat, de alio quopiam dici, quàm de Deo, nullo modo posse? sed cum Symmachus, Theodocion, & Aquila, patrem æternitatis vertant, Iudæi offensissimi nomini Christiano, nostri tamen non defunt qui vertant, patrem in perpetuum, quod etiam si idem significet quod pater æternitatis, significantius tamen dicitur, pater æternitatis vel sæculorum, nam pater in perpetuum sic dictum potuit videri, vt de Cæsare Augusto, cum est pater patrię appellatus: & lectio Hebræa, patrem æternitatis præfert. Nostrine magis nos oppugnabit quã nostri aduerfarij? quod dictum benè erat, mutari non erat æquum, Nescio tamen, quis Iudæus hæc sic mutauit, cuius tralatio intertextu tralationi Lxx seniorum est, אביר venire faciam: ער vsque ad: ער principem: אביר pacem: quæ tamen verba beatus Prosper & Ambros. explanant, cum ascititia sint & supposititia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Multiplicabitur eius imperium, et pa
 cis non erit finis.* Magnus principatus illius, & pacis
 eius non erit finis.

LXX seniores more suo faciunt paraphrasim, nam pro, Multiplicabitur eius imperiũ, quod Hebraicè est, dicunt, Magnus principatus illius. i. imperabit à mari vsq; ad mare, & à flumino vsque ad terminos orbis terrarum, quod vocis gracilitas Mosis significabat, quæ tantum in Iudæa erat audienda, quoad veniret is qui mittendus erat, de quo ipse dicebat, Mitte Dñe quem missurus es, cuius euangelica tuba toto concreparet orbe terrarum, non intra fines provincię alicuius, quod CYRIL. docet de spiritu & litera, lib. 2. interpretas illud, Mitte quem missurus es. Nostra negligentia facit, vt Iudæi nos faciant ludos, & fingant mysteria, vbi nulla sunt: quæ sunt maxima, ea cælent, & cæca inuoluant caligine, Quam frequens illud est, vbi dicitur ab Esaia, Ecce virgo concipiet: ערמרה, id est, virgo, scriptum esse □ quadrata figura

A figura, vndique clausa, quæ sacratæ virginis Mariæ virginitatem designat, quæ littera quadrata nusquã est, nusquã comparat, neque ea est opus. Vbi enim planè & apertè, quod supra pluri bus dictum est, Virgo prægnans, & virgo pariens dicitur, quid ænigmate opus erat? Sed fortasse olim fuit, & hoc & illud, etiam si Hebræi codices, qui nunc circumferuntur hoc non præferant. Non enim, vt inquit Hesiodus, & refert Aristoteles, omninò vana fama est, quam vniversus populus decantat. Verum □ illa quadrata, vndique clausa, quæ nũquam apud Hebræos nisi in fine dictionis scribitur, hoc loco de regno Christi in principio scribitur, quod nusquam alibi reperies: nam prima littera, m, in marbe Hebræo verbo. i. multiplicabitur vel multipatus Christi æternitas significetur, qui sine initio; finem non est inuēturus. Nam æternitatem Hieroglyphicis litteris Aegyptiorum, anguis significat, mordicus caudam tenens, orbiculari figura, quæ sine initio est, & finem non habet, quod □ quadratum apud Hebræos, significare videtur: nulla enim alia apud Hebræos est littera, absque illa quæ sine initio, finem non habet, vt quemadmodum dicitur, Ego sum & .i. principium & finis, quod illis literis significatur, quæ sunt alphabeti principium & finis, sic hoc loco factum est, vt hæc littera □, primo poneretur loco in hac dictione, vt imperij Christi æternitatẽ significaret: non enim temerè factum est, quod tam religiose à Iudæis est obseruatum, vt hæc littera □, vndique clausa, æternitatis signum, & integritatis, primo loco poneretur hoc solo loco, aut fortasse etiam illo capit. 7. Ecce virgo concipiet: etiam si Iudæorum malitia, postquam intellectum mysteriũ est, desitum est sic scribi in posteriori hoc loco. Codices Hebræi excusi typis, signum præferunt dubiæ lectionis, quod aut legendum sit marbe. i. multiplicabitur, aut multus erit, cum □ quadrata in principio, quæ nũquam nisi in fine reperitur apud Hebræos, vel סרבה. cum □ in principio, vt pro, multiplicabitur, legatur spina, vel rebellio: vt sit sensus, Corona spinea, & rebellio Iudæorũ erit initiũ principatus huius pueri, nã ab spinea corona, & rebellionẽ Iudæorũ qua Christus est cruce affectus, data est ei omnis potestas in cælo, & in terra, vt ipse Dominus ait. Ita hæc dubia lectio (quod supra dictum est) vtroque modo præfert magna mysteria, nam hoc postremo modo significabit idem quod illud Dauidis, de quo supra dictum est, Dominus regnabit à ligno.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Super solium Dauid, et super regnum
 eius, vt confirmet illud, et corroboret in
 iudicio, et in iustitia a modo, et vsque in
 sempiternum.*

Super thronum Dauid & regnum
 eius, vt erigat illud, & vendicet, aut
 apprehendat in iudicio & iniustitia,
 ex nunc & in seculum.

Dixi Lxx seniores facere paraphrasim sæpè, & alijs locis scripturæ alios explanare. Quod ergo Amos cap. postremo prædictum erat, In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit: quod Lxx dixerunt, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνορθώσω τὴν οἰκίαν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν Ἀμαθῶ. i. erigam quod propriè dicitur de eo quod ceciderat, nunc dicunt τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καταλάβω. i. erigere solium quod cecidisset. ἡ ἀνορθώσις. i. vindicare in libertatem, aut recuperare quod amissum erat. E V S E B. libro. 7. de demonstratione euangelica, hunc locum explanat, quod regnum ex stirpe Dauid peruenerat vsque ad Iechoniam, & ad captiuitatem Babylonicam, post quam captiuitatem nullus ex stirpe Dauid sedit, vsque ad Christum dñm. hæc Eusebius & verè, nam regia potestas erat penes sacerdotes, & pontifices ex stirpe Dauid, non erant tamen reges, simulatque à Romanis, Iudæis est præfectus rex. Venit Christus, quod putat Euseb. prædictum esse illo psalmo, Tu verò repulisti Christum tuum, &c. quæ petes ex ipso Euseb. ibi enim cecidisse solium Dauid captiuitate Babylonica probat Euseb. neque fuisse reges post illa inter Iudæos vsque ad Christum dominum, qui erexisse dicitur solium Dauid nunc, & intermissum longo post tẽpore instaurasse, quod angelum Gabrielem declarasse ait verbis illis, Dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius. Hoc igitur solium regale Dauid, veluti prostratum terra, & deiectum, erecturus dicitur Christus à propheta & ab euangelista, quæ omnia latius multò exsequitur Eusebius.

Tamen quod Euseb. psalmodum authoritate hoc probat loco citato, volui admonere euidentiùs multò significatum esse hoc oraculo Amos, de quo in initio diximus, & Ezech. ca. 21.

P 2 vbi si

De littera
 □ quadrata
 finali, q
 finem sola
 non habet,
 nec initiũ,
 quibus locis
 reperitur in prin
 cipio.

Regni Iu
 da durauit
 vsque ad
 captiuitatẽ
 Babyloni
 cam.

vbi significatur, in Sedechia finitum esse regnum Iuda de stirpe Dauid his verbis: Tu autem prophane, aufer cidarim, & tolle coronam, imple dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis praefinita. Quibus verbis D. Hiero. ait significari, propter impietatem regis, sacerdotium, & regnum Iudaeorum interijisse, quod (pace tanti diui) mihi non satis probatur: non enim perijt sacerdotium, nam post captiuitatem Babylonicam sacerdotes, fuisse certa res est: neque hoc quifquam ibi inficias, neque minus certum est, quod a captiuitate Babylonica vsque ad tempora Christi, rex non fuerit, & postquam regnum ad Romanos translatum est, qui constituit rege[m] Herodem, statim Christus venit, & verba Hebraea hoc significant, & Latina, & Graeca. Nam quod Hier. vertit, Hae dicit D[omi]n[us]: Aufer cidarim, & tolle coronam de regio diademate: vtrunquerec[t]e intelliges, cum ad regem Israel sermo fiat. Nam quauis cidaris, in signe pontificis sit, est etiam, & quidem frequentius, in signe regum, diciturque tiara, vt auctor est Sudas: & verbum Hebraeum quod pro illo est, significat in signe pontificis, & in signe regis, vt Esaia cap. 62. vbi legitur diadema regni, ibi idem verbum est Hebraeu[m]. Igitur si cu[m] rege sermo Domini est, de regio diademate intelligas oportet, & non de sacerdotio: cum praesertim euentus sit optimus scripturae interpretis: nam reges sublato fuisse, confessores est: pontifices, & sacerdotes non fuisse sublato, euangelicis literis testatum est. Vbi ille alter propheta dicitur, quod esset pontifex anni illius. Neque quisquam putet interesse quicquam inter

Locus Ezechielis discipulorum de regno Iuda.

apud nos ornatum, & ornamentum. Et in signe, aut pontificis aut regis, nunc hoc nunc illo modo dici. Quod verò sequitur, Nonne haec dicit, quae humilem sublimauit, & sublimem humiliavit? vel, Nonne haec est, quae humilem sublimauit, & sublimem humiliavit? quanquam sic reddi possit, vt reddidit D. Hieronymus, apertius tamen Lxx, ἀποκαθάρσει σου, ἡ βασιλεία σου, ἡ δόξα σου, ἡ δόξα σου, ἡ δόξα σου. Hae non talis erit, humiliasti quod sublimem erat, & exaltasti quod erat humile. i. corona haec regni non talis erit, quia rex non erit vltra vsque ad Christum: pontifices erunt pro reges. Hae igitur corona regis talis non erit, quia regia corona non erit vsque ad Christum, erit regia potestas penes pontifices, sed non erit talis corona. i. non erit in rege corona regni: & postea subiungit propheta, Iniquitatem: iniquitatem ponam eam. i. conteram ipsam coronam regni, vt iniqua soleo conterere, & posses Hebraica verba interpretari, Contritionem: contritionem ponam eam. i. conteram ipsam: nam verba geminantur amplificandi causa, & verba Hebraea hoc idem significant זאת לא תהיה. i. haec non haec: quasi dicat, haec regia corona, non erit regia corona, sed pontificia potius. Contritionem, contritionem, contritionem ponam eam. Et Vatab. in suis commentarijs haec ferè sic explanat. Postremò, vbi planissimum erat vaticinium, & admirabile, ibi cimmerijs tenebris prophetiam inuoluit.

Nostrorum quida[m] nos oppugnat non solum iudici.

Id est, etiam haec non erit, quod dabo ei & iudicium ipsi cui veniat donec erit non haec Etiam ad veniat is, cui ipsi iudicium, & dabo ei. Quid manifestius, postquam dixerat Dominus se contriturum regni coronam, subiicit, & etiam haec non erit. i. non solum conteram eam, sed non erit haec regni corona, quoad veniat is cui erit iudicium. i. is qui leges mundo daturus est, & iudicaturus viuos & mortuos, quia pater omne iudicium dedit filio, & qui promulgaturus est euangelium, & dabo eam ipsi. i. dabo ei hanc regni Dauidici coronam. D. Hierony. sic vertit, & Lxx pergunt explanare, non solum vertere qui sic reddidere, neque ipsa talis erit, donec veniat cui conuenit, & dabo ipsi, non erit talis, inquiunt, quia potestas regia erit penes pontifices, non tamen erit dignitas regia. Nescio quid rei sit, cur nostri tam planis & manifestis vaticinijs offundant tenebras, nam Iudaeos non miror, qui more gigantum semper cum Deo bellant. Non praeteribo silentio Hieremiam hoc idem dixisse in fine cap. 22. his verbis, Neque enim erit de femine eius vir, qui sedeat super solum Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda: quae verba interpretans Hierony. inquit: Oritur quaestio, quomodo ergo Christus ex femine Dauid sedit super solum Dauid: quae facilis est, nemo amplius in folio Dauid sedit ex eius stirpe, neque Christus obtinuit regnum terrenum, regnum Christi non erat de hoc mundo: vel, non sedit, vsque ad Christum scilicet, vt interpretatur Ezechiel. Quid enim necesse est, aliudè quàm ex prophetis, & ex euangelio, huius quaestionis solutionem petere? Sic etiam hoc dubium diluit EPIPH. lib. 1. contra haereses, cap. contra Nazareos, & docet Dauid regnum esse, ecclesiasticum, potestatem quam Deus ecclesiae tradidit, quod notandum est summo perè contra haereticos: quae enim alia est haec quàm pontificis summi Romani potestas?

Locus Hieremias.

Sedes apostolica.

Sed

A Sed quonia[m] de folio Dauid subuerso captiuitate Babylonica, nec iustaurato vsq[ue] ad Christum dominum, tandiu disputatum est, & sunt qui illud Matth. cap. 21. Osana filio Dauid, sic explanant: agè hoc quoque disceptemus. Hier. in comment. in Matth. haec verba interpretas, hunc locum explanat. Et in epist. ad Damas. papam. Et EVSEB. demonst. euangel. lib. 9. cap. 18. nec necesse habeo quae Hier. & Euseb. fufe, & copiose disceptat, hic breuiter transcurrere, cum liceat latius, & copiosius haurire ex ipsis fontibus. Illud addubito, quid faciat illud, Filio Dauid, aut quid significet, quod D. Hier. & Euseb. tantum explanant, Osana: neque docent quomodo congruant, Osana filio Dauid, puerorum acclamatione esse testatur. Euangelista totam hanc orationem: Osana filio Dauid, puerorum acclamatione esse testatur. Sente[n]tia D. Hieron. & Euseb. partem illius psalmi. 117. Interrogo tamen, quomodo cum parte illius psalmi, congruat illud, Filio Dauid? hoc intelliget, qui fuerit ingeniosior, nos nostrum institutum sequamur, & reliquorum veterum patrum excutiamus sententias. Ostendamus non esse contemnendas, neque prosequendas cachino, neque cum risu explodendas, non enim si quid aut Graecè aut Hebraicè nesciunt continuo notitia rerum, & cognitione sacrarum literarum, quam per manus traditam ab apostolis acceperunt non sunt instructissimi: neq[ue] si quid immiserint erroris sancti patres, quod rudes fuerint aut Hebraici, aut Graeci sermonis ego, quod in his plus operè posuerim, sacrarum literarum cognitione infinitis partibus inferior, eos exhibilabo, prosequar cachinno, faciam ludos. Nec me quis ferat, si vtriusque sermonis peritissimus essem, & riderem medicos, quod arte medica longè peritiores, non multum Graecè aut Latine valerent, aut cachinno prosequer summos philosophos ipse longe inferior, si quid in vobis aliqua, ab illis esset erratum. Qui minus ergo non ferendus est si quis peritissimus vtriusque sermonis: cognitione maximae disciplinae longè inferior (maxima enim disciplina, & omnium difficilima Theologia dicitur à Platone, quae praeterea est vera Theologia, ludus, iocusque erat) qui minus ergo ferendus est qui quod vocu[m] sit doctior, summos rideat Theologos? Cur ergo si haec linguarum conditio est, qui peritiam sibi linguarum comparauit, non vendicat sibi principatum in omni disciplina? & se anteponit Iuris consultis, Astrologis, & Mathematicis, qui principem locum tenent in his disciplinis?

Disceptatur quia Osana filio Dauid.

Sente[n]tia D. Hieron. & Euseb.

B contra totius ecclesiae auctoritatem. Itaque fateor acclamasse pueros, quod docet D. Hieron. & Euseb. partem illius psalmi. 117. Interrogo tamen, quomodo cum parte illius psalmi, congruat illud, Filio Dauid? hoc intelliget, qui fuerit ingeniosior, nos nostrum institutum sequamur, & reliquorum veterum patrum excutiamus sententias. Ostendamus non esse contemnendas, neque prosequendas cachino, neque cum risu explodendas, non enim si quid aut Graecè aut Hebraicè nesciunt continuo notitia rerum, & cognitione sacrarum literarum, quam per manus traditam ab apostolis acceperunt non sunt instructissimi: neq[ue] si quid immiserint erroris sancti patres, quod rudes fuerint aut Hebraici, aut Graeci sermonis ego, quod in his plus operè posuerim, sacrarum literarum cognitione infinitis partibus inferior, eos exhibilabo, prosequar cachinno, faciam ludos. Nec me quis ferat, si vtriusque sermonis peritissimus essem, & riderem medicos, quod arte medica longè peritiores, non multum Graecè aut Latine valerent, aut cachinno prosequer summos philosophos ipse longe inferior, si quid in vobis aliqua, ab illis esset erratum. Qui minus ergo non ferendus est si quis peritissimus vtriusque sermonis: cognitione maximae disciplinae longè inferior (maxima enim disciplina, & omnium difficilima Theologia dicitur à Platone, quae praeterea est vera Theologia, ludus, iocusque erat) qui minus ergo ferendus est qui quod vocu[m] sit doctior, summos rideat Theologos? Cur ergo si haec linguarum conditio est, qui peritiam sibi linguarum comparauit, non vendicat sibi principatum in omni disciplina? & se anteponit Iuris consultis, Astrologis, & Mathematicis, qui principem locum tenent in his disciplinis?

C Quae omnia eo dixerim quod Erasmus in annotationibus in caput. 21. Matthaei magno cachino prosequitur Hilarium & ludos factum praedicat à Iudaeo quodam, neque mihi persuadebo vnqua[m] veteres patres tanta leuitate fuisse, vt temerè dicta à quolibet Iudaeo, per deridiculum, suis chartis intulerint, etiam si centies hoc dicat Erasmus in annotationibus in cap. Matth. & in commentarijs epist. D. Hieron. ad Damasum: at Hierony. reprehendit Hilariu[m], & errasse dicit ob imperitiam sermonis Hebraei: certè non ridet, certè non agit triumphos, quod facit Erasmus in aliena victoria, non sua, dissentit ab eo quod licet, & fieri solet.

Deficitur Hilari. contra Erasmus. simul et veteres patres defenduntur.

D Sed vt ad rem ipsam aggrediar, ego verissimam puto expositionem huius loci D. Hieronymi, & Eusebij, non minus veram tamen Hilarij sententiam credo, quae eadem est omnium veterum patrum. Nam primum omnium, non videtur D. Hierony. necessarijs argumentis colligere, falsam esse sententiam Hilarij, qua dixerat pueros illos apud Matthaeum acclamatione illa, Osana filio Dauid, petijisse, vt hoc regnum Dauid, quod post captiuitatem Babylonicam de fierat esse, vsque ad Christum, Christus ipse restitueret domui Dauid, ita vt, Osana filio Dauid, idè esset quod redemptio domus Dauid. Na[m] quod ait D. Hier. quod in osana, no[n] sit redemptio, quae Hebraicè dicitur, pedut: neq[ue] domus quae dicitur Hebraicè, baith: neq[ue] Dauid quib[us] colligit, osana filio Dauid, non esse idè, quod redemptio domus Dauid (quod pace tanti diui sit dictu[m] id necessaridè concluderetur, si his solis vocibus significari posset redemptio dom[us] Dauid. Quid quae fo? osana Latine sonat salua: na, obsecro? salua obsecro, non idem est q[uam] redime obsecro? filio Dauid, no[n] idè est, q[uam] domui Dauid? quid interest si dicas, redime obsecro domui Dauid (subaudi filii regni) an salua obsecro filio Dauid (subaudi filiu[m] regni) erat eni[m] res notiss. iustauratio n[on] regni Dauid, expectari à Christo (vt supra est demonstratu[m]) & pleonasmos vitium est, vt ait Quintil. cu[m] superuacuis verbis oneratur oratio, praecipue apud Heb. quib[us] supra modu[m] sermo est con-

P 3 est con-

est concisus. At hoc non ita exactè expedit Hilar. nec reliqui sancti patres. Nempe ab his, hoc non erat exigendum, ut peritiâ harum linguarum præferrent, quibus se nullam nauasse operam, non inficiantur. Est ergo in acclamatione puerorum redemptio domus David, neq; Hilarus ludibrio habitus à Iudæo villo est, vt putat Erasmus; communis hæc veterum patrum fuit sententia: nam ORIGEN in hunc locum dixit, hanc vocem, Osana, significare humanam Christi dispensationem, i. generis humani redemptionem, quod est, instauratio solij David: per eam enim regnat Christus in nationibus. Et AMBR. in Lucam lib. 8. cap. de permittendis pueris venire ad Christum: Isti sunt pueri (inquit) qui Dominum pullo asinæ superiectum prophetis vocibus prosequentes, redemptionem gentium venisse dicebant. & planius & apertius lib. 9. in eundem Lucam cap. 1. de eo quod Dominus ascensus Hierosolyma, venit ad montem Oliueti: Osana filio David, hoc est, redemptorem domus David, expectatum quoque secundum carnem filium David venisse declarat, & declarat turba illa post exiguum crucifixura momentum. Verè memorabile diuinæ operationis insignè, vt aduersum se testimonium extorqueatur inuitis. Nec sunt reprehendendi, qui Osana gloria & laudè sunt interpretati, vt postea ostendemus. INNOM. in cap. Matth. 21. homil. 37. qui circumfertur inter opera Chryso. Osana (inquit) quidam interpretantur gloriam, alij redemptionem, alij saluifica, vel, saluum fac. nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui omnes redemit, & pretiosi sanguinis effusione saluauit. Eadem verba reperies apud CHRYS. homil. 24. dñica. 1. Aduent. nam ostendemus, in qua, rectè fuisse interpretatos veteres hanc vocem, gloriam & laudem, vt interpretatur CLEM. Alexand. pædag. lib. 1. cap. 5. Itaq; omnes veteres vno ore redemptionem domus David, & salutem humani generis his verbis significari aiunt, nõ Hilar. tantum, neq; à Iudæo aliquo accepit, sed ab antiquis patribus ex doctrina apostolica. Sed querendum videtur, quid sibi voluerit Isych. in Leuitic. lib. 4. in principio, his verbis: Deus vbi vult, spirat, qui pueris, & pigris hominibus, nimisque imperitis, maiora sæpè quàm prophetis reuelat, quod manifestum est ex eo, quod populus ille Iesum super asinum sedentem laudans, vocem emisit, quæ plus omni prophetica tuba notanda sit. Nempe hoc ait ISYCH. prophetica quidem vocem, fuisse acclamationem illam puerorum psal. Davidis. 117. sed maius est interpretari prophetiam quàm videre, vt docet Plato in Timæo; & non recitarunt pueri verba psalmi, sed explanarunt, & significauere huc esse saluatore, & hunc esse de quo illa prophetia, & totus ille psalmus fit dictus, quod D. GREGOR. ait lib. 2. super Ezechielè homil. 17. Clamant (inquit) pueri, Osana. i. salua nos (ab ipso enim salutem priores quaesierunt, & presentes querunt) Si ergo pueri agnoscunt hunc esse saluatorem, & consentunt venire in nomine Dei Patris, profecto agnoscunt hunc restitutum, solium David, & funguntur officio Ioannis Baptiste, & dicunt: Ecce qui tollit peccatum mundi. Quid enim est aliud dicere, hic est saluator, & redemptor Domus Davidicæ, & hic est benedictus quam dicere: hic est qui tollit peccatum mundi? vtrunque enim significant hunc esse de quo dictæ sunt illæ prophetiæ. Nam vt hi pueri prophetiam Davidis interpretantur, & de Christo & de Iesu Dño dicta esse docent. Ita Ioannes prophetiam Esaia explanat, & digito signat, hic est ille de quo propheta loquitur, Deus & homo quod faciunt hi pueri, ait enim Ioannes. Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccatum mundi quæ verba monstrauimus esse ex Esaia cap. 53. & interpretatū Ioannē de Dño, & si Ioannes Deū esse monstrauit, & hi pueri monstrant quòque Iesum Dñm esse Deū cum Psal. illū. 117. de eo esse dictū ostendant: vbi Deus dicitur toto psalcenties, præsertim si Hebraicè legas, & cõferas cū verbis illis, quæ pueri acclamarunt, intelliges illis significari quod hic Iesus sit Christus, & Deus, & homo, vt docet etiã EVSEB. de demõn. euang. lib. 6. ca. 8. Rectè igitur Isych. ait, ecclesiã catholicã hanc puerorum acclamationem semper fuisse admiratam. legendus EPIPH. contra hæreses lib. 2. cap. contra Nazareos, vbi thronus David ait; & regale solium in ecclesia sancta est, quæ dignitas regia est, & sacerdotalis simul: in idem enim coniunxit Dominus sacerdotium, & regiam dignitatem, & donauit sancto ipsius Ecclesiæ, vt duraret in omne æuum, (regnum enim terrenum regni spiritualis typus erat) & regnum Davidis. i. dilecti, id enim sonat Hebræa vox: typus erat illius dilecti de quo pater (hic est filius meus dilectus) hic igitur Christus est verus David hoc est verus dilectus à patre æterno, qui instaurauit regnum David; & transtulit illud ad summum pontificem contra impios Lutheranos: Euthymius quoque quauquam Hebraicè nesciebat intellexit sensum hunc esse huius loci: Existimabant (inquiens) pueri, cum diceret, Osana, quod erigeretur ab eo abiectus thronus David, quod quid aliud est, quàm petebant ab eo, vt domum David redimeret.

Veteres
oēs patres
non solum
Hilarius de
clarant
sanæ redem
pitionē do
mus David

Disputatio
de Osana.

Sedes apo
stolica, re
gnum Da
uid.

Quod

A Quod autè Erasmus putat esse vocè triuphantiū, Osana, quæ Latinè reddi nõ possit, secutus D. Aug. est, qui Hebraicè nesciebat, nec vertendū vitio D. Aug. ignorasse vocè peregrinã, nihil tñ est facilius, quàm hæc vocè Latinè reddere, Iasah, & hosah notissimæ & vulgatissimæ apud Hebræos significationis sunt, saluare significant: vn de sanctissimum Iesu nomen est deriuatū saluator, ita hosah, salua: quod autè disputat D. Hier. de ana, & na, quæ sunt apud Hebræos coniunctiones blandientium, quales apud nos: obsecro, quæso, sodes, res tenuis est, & tyronibus obuia, quàm optime veterere Lxx. O, vt Vergil. -- Adis õ placidulq; iuues. Senfus ergo est, osa salua, na, quæso obsecro: filio David. i. domui David, subaudi solium regni: erat enim res notissima quæ petebant, & fortasse non apertè dicebãt, ne intelligerent Romani, & rei fieret perduellionis, hoc est, restitue quæso regnū David quæ tu es instauraturus, qui Christus benedictus es, qui venis in noie Dei patris. i. nomine Dei patris appellat⁹, Deus. s. æqualis Deo patri, vt alibi dicendū est. Quod autè negat D. Lucã hæc vocè suis scriptis adhibuisse, quod homo Græcè literaturę doctiss. sciuerit hæc vocem, Osana, reddi Græcè nullo modo posse, cur hoc neget nõ video, cum apud Hebræos nullū verbū sit notioris significationis, nec quod facilius reddi possit, siue Græcè siue Latinè, vt iã hoc nomine hæc vox non fuerit ommissa, neque D. Lucã eã vocè omisisse arbitror, sed Græcè reddidisse. Euangelistarū em̄ & apostolorū hic mos est; vt diximus ex D. Hier. vt senta redderēt, verba nõ magnoperè morarentur. Sed mihi videntur alij euangelistæ Græcè reddere hanc vocè noluisse, vt pueri viderentur acclamatione sua nõ solum significasse huc Iesum esse qui illa ppheta, & toto illo psal. dictus esset Deus & homo significatus ab omnib⁹ prophetis, vsq; penè officio D. Ioan. vt Isych. significat quod supra dictū est, verū etiã viderentur multa loca scripturę simul signasse illa voce, osa. i. salua, quibus Dñs dictus est Iesuah, isih, iasah, osah, vocib⁹ plus millies repetitis de Messia, q̄ hi pueri significarūt, cum acclamarūt Dño voce illa millies prædicta à pphetis. Vbicunq; em̄ est salutare Dei, & salus, ferè est hoc nomen sanctiss. Iesus, nihil enim distat hæc nomina inter se magis q̄ apud Latinos, rex, regnator, dux, ductor, vestis vestimentū, ornatus ornamentū. Vt igitur huc sanctissimū Iesum, toties prædictū à prophetis esse declararet, & vocib⁹ prophetarū illi acclamasse significaretur à quibusdã euangelistis, nõ est reddita Græcè, osana, vox, ab alijs mihi videtur Græcè reddita.

C Nã fateor acclamasse pueros, quod nos docet D. Hier. & Euseb. partē illius psal. 117. sed afflatu Spiritus sancti, quod Dñs ait de illis, Ex ore infantū & lactentiū, &c. explanasse psal. neq; hessisse literę, neq; em̄ quod in psal. est: osana protin⁹ corruptè legitur in euangelio, osana. Sciebãt em̄ Hebraicè euangelistę, & reuerter cū euangelistis agendū est, præsertim cum vtraq; vox sit imperãtis apud Hebræos, osa, & osah, vt apud nos salua, saluator. Cur ergo quisquã dicat, corruptè legi apud euangelistas? corruptè diceret legi, si psal. præferret saluato; euangelistæ scripsissent pueros acclamasse salua? cum præsertim adiectas videamus illas voces duas filio David, quæ in psal. non sunt, vt appareat pueros acclamasse sententiam psalmi, non verba, vt vera dicant D. Hieron. & Euseb. nec minus vera Hilar. Ambros. & alij patres.

Quod præ se ferre videtur Lucas, qui pro eo, quod in psal. est, Benedictus qui venit in nomine Domini, dixit, Benedictus qui venit rex in nomine Domini: qui mihi videtur pro, osana filio David, dixisse vocem illam, rex: quid enim interest, si dicas, instaurator solij David in Iudæa eo tempore, an si dicas rex? Eratne aliud esse instaurator rem solij David quàm esse regem? & idem puto significatum illo D. Ioannis cap. 12. Benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel: quid enim est aliud, rex Israel, quàm instaurator regni Israel, quod apertius dixit Marcus cap. 11. Benedictum veniens regnum in nomine Domini: Inficeturne quisquam veniens regnum esse idem quod instaurans regnum posteritatis David? vt etiam si citetur psal. nõ ideo tamen eius verba numerentur. Itaq; D. Lucas non videtur præterisse hanc vocem, neque reliqui euangelistę, sed reddidisse Græcè, nam pueri petunt à Domino, vt instauret solium David, quod conciderat, nec erat instaurandum vsque ad Christum dominum, vt diximus ex Amos propheta, Ezechiele, & Hieremia, quod etiã apostoli à Domino petunt, Actor. cap. 1. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel. Quod autè pueri hoc idem petãt, quod apostoli præ se ferre videntur reliqui euangelistę. Quid enim est aliud quod Marcus dixit, Benedictū regnū veniens in nomine dñi patris nostri David? quanuis enim eadē verba non sint, idem est sensus: serua, vel instaura filio David, supple regnum, aut, veniat regnū patris nostri David in nomine Dñi: nisi te perturbat quod additur vox benedictum, hoc modo, benedictum veniet regnum patris nostri David in nomine Domini, & eodem spectant, vt dixi, idemq; significant reliquorum

Defallitur
D. Lucas
contra E-
rasmū.

D. Lucas,
ex alij euā
gelistæ ver
tere Græc
cē hanc vo
cē Osana.

rum euangelistarū verba, idemque nunciāt angelis sacratę virgini, Dabit ei dominus Deus A
 thronum Dauid patris sui: non præterit ergo D. Lucas hęc orationem, Osana filio Dauid, sed
 Defenduntur qui Osana, ver-
 tur qui Osana, ver-
 titū gloriā.
 pro tota illa, posuit, Rex, benedictus, inquit, qui venit rex in nomine Domini, vbi rex idem
 est, quod instaurator Dauidici solij.

Quod verò idem D. Lucas pro eo quod alij euangelistę dixerunt, Osana in excelsis, scripsit
 pax in cælo, & gloria in excelsis, declarat D. Lucas idem esse, Osana, quod pax & gloria, vt nō
 errauerint qui interpretati sint, Osana pacem, & gloriam, quod supra dixi, neque quod He-
 braicę dicitur gloria, cheboth, continuò negandum est aliter dici potuisse Hebraicę, gloria: nā
 insolubile argumentum est, mea quidem sententia huius rei, quod Marcus, & Matthæus ac-
 clamationem puerorum clausurint illa clausula, Osana in excelsis: Lucas, illa, pax in cælo, &
 gloria in excelsis: si enim duo euangelistę dixerunt pueros acclamasse, Benedictus qui venit in
 nomine Domini, Osana in excelsis: Lucas verò, Benedictus qui venit in nomine Domini, pax
 in cælo, & gloria in excelsis: haud dubium, quin pro, Osana in excelsis, verterit, pax in cælo,
 & gloria in excelsis, vt iam qui Osana verterint gloriam, habeant authorem D. Lucam euange-
 listam. Nam refert D. HIER. in epistola ad Damasum fuisse, qui, Osanna, pro, gloria, interpre-
 rantur: & supra diximus, D. Chryostomum, Clementem Alex. & Innominatum in Matth.
 sic fuisse interpretatos. Nec est quod quisquam dicat, D. Lucam Hebraicę nescisse, qui prædi-
 tus fuit dono linguarum, & acceperit euangelium à D. Paulo, & Paulus euangelium accepe-
 rit nō ab homine, nec per hominem, & vtriq; scribenti verba suggererit Spiritus sanctus:
 & cum hęc tam sint vera, vt impium sit hinc diffingere quicquam, reliquum est, vt explicem-
 us, quomodo Osana possit verti pax, & gloria.

Osa, diximus supra, imperantis esse vocem *ושׁוּן*, à verbo *וּשַׁר*. Sæpè apud Hebræos acci-
 dit, vt eadem terminatio sit verbum, & nomen: & D. Lucas in hac clausula acclamationis, Osa
 na in excelsis, illam vocem, osa, pro nomine accepisse videtur. i. salus, vt sit talis acclamatio
 puerorum, qualis illa Apocalyp. 7. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno: Euan-
 gelista qui sensa exprimit, non verba, pro, salus in excelsis: pax in cælo, & gloria in excelsis
 reddidit: sed dices, scimus nomen esse ab hoc verbo, Mosia. i. saluator: & iefa, salus: & iefua, sa-
 lus: osa, nomen inauditum est pro salute: Quid? non multa, & innumera in sacris literis repe-
 riuntur semel tantum dicta, quæ inaudita sint alibi? quæ alibi nusquam reperias? & non certa
 res est, Hebræam linguam fuisse deprauatam aliquantulum? quod est manifestius quàm vt
 pluribus sit probandum, vnde pro illo psal. Heli, heli: alij euangelistę tradunt dictum à Domi-
 no, Heloi, heloi, mutatis verbis psalmi, & ab ipso Domino, quod est mirabilius: quid mirere
 igitur, si pro iefah. i. salute, pueri acclamarint, osa: vt pro, heli, euangelistę tradunt dictum he-
 loi? vt enim à verbo, iefa, est nomen, iefa, salus, ita ab, osa, verbo inde deducto commodè dici
 potuit voce recepta vulgò, etiã si non reperiat in scriptura, osa, salus: præsertim cum mul-
 ta semel tantum reperiantur. Quod si placet magis, vt osa, vtroque loco sit verbum imperantis,
 accipe iam quomodo cum verbis Lucę congruat, qui sensa reddit non verba, vt nos docuit
 D. Hieron. quod supra dictum est, id apparebit si conspicerit quid sit regnū Christi. A V G V S.
 hypognofticon. lib. 3. interpretans illud psal. Vt iumentum factus sum apud te, quia sicut iu-
 mentum, inquit, vt domietur ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur,
 & incipit per curam domantis ad eius proficere voluntatem, ita liberum arbitrium, quod vul-
 neratum viuit in homine, Dei gratia arripitur de armento luxurię seculi, in quo sub pastore
 diabolo vagabatur, vt deposito peccato humilietur, & sefforis Christi manu regatur, vnde
 ORIG. in illa Matth. verba, Simile est regnum cælorum, In illis, inquit, regnum Dei est, vbi de-
 posito peccato regnat pax, tranquillitas, & omnis virtus: quæ verba interpretis quisquis ille fuit
 peruertit. & idem Origenes in illa verba Matth. Sunt de hic stantibus in illo, inquit, regnum
 Christi est, in quo non regnat peccatum, sed Christus: quando enim Christus regnat in nobis,
 partes animi, inter quas continua pugna est, quod caro concupiscit aduersus spiritum sedan-
 tur & tranquillatur pace quadam admirabili, quod cum verbis AVGV. congruit lib. 2. cō-
 tra Iulianum Pelagianum, Caro & spiritus in societatis concordiam congruerunt, postquam
 Christus, pax nostra, è cælo descendit, & fecit vtraque vnum: discordiam enim carnis sanat
 Dei gratia per Christum dominum nostrum: Quibus verbis colligitur, regnum Christi esse
 hanc pacem, hanc sanitatem, quam Christus facit in nobis per Spiritum sanctum, quem infun-
 dit cordibus nostris, quod perfectè continget nobis regeneratis, vltima regeneratione: est e-
 nim du-

Christi re-
 gni quidē
 Perfecta sa-
 nitas.
 Duplex re-
 generatio.

A nim duplex regeneratio, vt docet August. lib. 3. ad Bonifacium cap. 7. vbi de vltima illā regene-
 ratione, dictum illud Matth. docet cap. 19. In regeneratione cum sederit filius hominis, vbi re-
 generationem ostendit esse resurrectionem iustorum, quam perfectam regenerationem, p er-
 fectam adoptionem, & redemptionem perfectam nuncupat, inquit, Paulus, dicens: Adoptio-
 nem expectantes, & redemptionem corporis nostri. Nunquid inquit AVGV. non tincti la-
 uacro baptismatis sumus? & redēpti, & adoptati? tamen restat regeneratio, adoptio, redēmp-
 tio perfecta in resurrectione iustorum. Perfecta ergo redemptio regni Dauid, in resurrectio-
 ne iustorum est, cum erit sanitas illa perfecta, pax illa perfectissima, quod pueri sua acclamatio-
 ne testantur, afflatu Spiritus sancti cum dicunt, Osana in excelsis. i. salus illa perfecta in excel-
 sis, & sanitas perfecta, & perfecta illa adoptio; si pro nomine vis euangelistam accepisse verbū
 Hebraum, & pro eo reddidisse, Pax in cælo, & gloria in excelsis, & petijisse illam pacem dari,
 & illam gloriam in excelsis, idque petijisse inflatu Spiritus sancti, vt Dominus docet, Ex ore
 infantium, & lactentium perfectisti laudem: quod si vis non pro nomine accipi, sed verbum ef-
 se, idem erit, salua quæso in excelsis, instaura, & salua regnum Dauid in excelsis, vt idem sit cū
 B illo, Adueniat regnum tuum, vt regnes in cælesti illa Hierusalem inter sanctos tuos, quod Lu-
 cas dixit, Pax in cælo, & gloria in excelsis, declarans quod regnum Dauid non erāt typus ali-
 cuius rei terrenę, sed regni spiritualis: cum Dauid. i. dilectus: id enim sonat vox Hebręa, Dauid,
 cum ille dilectus, de quo pater, Hic est filius meus dilectus, regnat inter sanctos suos in cælesti
 Hierusalem. Hoc regnum Christi petunt pueri in excelsis, cum dicunt, Osa, salua, instaura, re-
 gnum, supple. Dauid in excelsis: & cum hoc regnum sit sempiterna pax, & sempiterna gloria,
 vt Paulus ad Romanos cap. 14. ait, Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, pax, gau-
 dium in Spiritu sancto. Rectè D. Lucas, pro hoc regno in excelsis, reddidit, pax in cælo, & glo-
 ria in excelsis.

D. HIERONYMVS.

LXX VII.

Zelus Domini exercituum facit hoc,
 verbum misit Dominus Iacob, et ceci-
 dit in Israël, et sciet omnis populus E-
 phraim, et habitantes Samariam in su-
 perbia, et magnitudine cordis, dicentes,
 lateres ceciderunt, sed quadris lapidi-
 bus, edificabimus, sycomoros succide-
 runt, sed cedros immutabimus.

Zelus Domini Sabaoth faciet hęc,
 mortem misit Dominus super Iac-
 cob, & veniet super Israël, & sciet
 omnis populus Ephraim, & seden-
 tes in Samaria in superbia, & excel-
 so corde, dicentes: Lateres cecide-
 runt, sed venite, poliamus lapides,
 & incidamus sycomoros, et cedros
 & edificabimus nobis turrim.

E V S E B. Cæsariens. lib. 7. cap. 4. huius lo-
 ei sensum esse putat, puerum hunc magni consilij angelum, Deum fortem, patrem æter-
 nitatis, qui instauraturus est solium Dauid, quod sempiternū est futurum, salutem attulisse fi-
 delibus, perfidis Iudæis exitiū, & vastitatē, & Dñm hoc fecisse illo zelo de quo Moses, Ipsi me
 prouocauerūt in eo qui nō erat Deus, ego prouocabo eos in eo qui nō est populus. Et PROC.
 D in hunc locum, & præcipuè in cap. 42. ubi citat hunc locum Moïsi, hoc zelo exclusos Iudæos
 prædicat, & receptas nationes quod Dominus reddere voluit illis suam stultitiam, vt quem-
 admodum illi malebant colere non deos, quàm se verum Deum, ita Dominus non populos,
 nec dignos hoc nomine, quod demones colerent, vocauit ad fidem, & exclusit Iudæos, nam
 ex Platone, & Arist. liquet indignas esse urbium nomine, vbi non colitur virtus & religio, vñ
 de & non populos, non vrbes appellat Dominus, nationes virtutis expertes, sine religione.
 PROC. notat causam exclusionis Iudæorum idolatriam fuisse, vnde quoties vaticinium est
 de Christo, subiicitur semper peccatum idolatrię, & auaritię, vt supra notatū est in cap. 2. Se-
 quitur ergo, Verbum misit in Iacob, & cecidit in Israël, quod GREG. in. 1. cap. Iob lib. 2. cap.
 21. sic explanat, Missum esse Christum ad populum Iudæicum, cecidisse. i. receptum fuisse in
 populo Gentili, qui Israel dicitur in spiritu. Hoc Lxx vertere aliter, Mortem misit Dominus
 in Iacob, & cecidit in Israel. Quam varietatem 777 vox Hebręa facit, quæ diuersis punctis, ver-
 bum significat, & pestem, siue mortem; & vtrumque congruit optimè antecessantibus & se-
 quentibus

quentibus, vt post vaticinia Christi, & œconomia redemptionis, præsignificetur vastitas in- A uecta Iudæis à Romanis, vt sit sensus immisisse Dominum mortem, seu pestem populo Iudai- co in fideli, quæ cecidit super omnes tribus Israel, (omnes enim vrbes Iudææ, & Israël sunt de letæ à Tito Vespasiano, & postea prorsus ab Adriano) vt leges apud Dionem in vita Adriani quod verba sequentia magis declarant. Scient omnis populus Ephraim, & sedentes in Sama- ria, sicut enim populum Iudaicum populum Sodomæ & Gomorræ appellauit, sic nunc in- fideles Iudæos qui Christum non receperunt appellat populum Ephraim, & populum Sama- riæ, quod quemadmodum illi defecerunt à regno Iudæ, & à Dei cultu ad idolatriam, & ad nationes infideles, ita populus Iudaicus defecerat à Christo ad Cæsarem, & Romanos, quorū armis postea Dei permisso Iudæi perierunt. Simul etiam quod defectio decem tribuum à regno Iudæ typus fuit defectionis Iudæorum à Christo, & à populo fideli, & ideo infideles Iudæi qui Christum non receperunt à prophetis dicuntur populus Ephraim, & populus Samarie, quod mul- tis locis docet Procop. quodq; ex Eusebio infra dicendum est latius. Cuius rei ignoratio facit vt interpretes aliquando labantur, quod putent semper in scripturis scapham, scapham ap- pellari (vt in prouerbio est) quod nec in tenuioribus authoribus interpretandis ferendum est, in quibus scriptor aliud dicit sæpe, per figuras, aliud intelligi vult quod ait Quint. sic ergo hoc loco populus Ephraim, & populus Samariæ. i. populus Iudaicus sciat hoc superbus, & elatus corde, qui dicebant, Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus quod THEOD. de munitione Hierosolymorum videtur interpretari qui (vt alibi pluribus dictum est) vrbe Hierosolyma quatuor præruptis, & editissimis collibus in quorum vertice summo latissi- mus se se fundebat campus, ædificauerunt, ita vt natura loci videretur vrbs inexpugnabilis, crexere turre inunitissimas, & firmissimas, vrbe triplici circumdedit muro. quod leges apud IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico. cap. 13. & 14. & alijs, quasque munitiones fatetur Vespasianus viribus humanis fuisse inexpugnabiles lib. 6. de bello Iudaico. cap. 43. hanc munitione Hierosolymorum, qua se se Iudæi munierant, & cuius præsidio se putabant impune laturos. immane facinus, quod in Christum Dominum admiserant, & tutos se fore credebant ab omni hostium incurfu, THEODOR. videtur sensisse, his verbis fuisse significatam: Lateres cecide- runt. i. ceciderunt domus lateritiæ, ædificabimus domus lapideas, quin & ipsi Iudæi diruerunt lateritias domos, & terreas maceris, & lapide structo omnes domos erexerant. Syco moros succiderunt. i. vastauerunt hostes, & depopulati sunt agros, sed cedros immutabimus. i. conse- remus totum agrum cedris, & regionem efficiemus multo amœniorem. i. vt dixere Lxx inci- damus Sycomoros, & cedros. Lectio Hebræa est: succiderunt Sycomoros vel Sycaminos & ce- dros immutabimus, quod Lxx interpretantur: Succiderunt Sycomoros vel succisæ sunt Syco- mori (vt est Hebræa) ab his qui maceriam parant (scilicet) ædificandi causa, & commutabi- mus cedros. i. succisæ sunt Sycomori, & cedros succidemus vt vetera tigna Sycomoro, & ce- dro commutemus, & efficiemus amplissimas domos, & magnificentissimas quod factum leges post passionem Domini à Iudæis. idem potest significare, tralatio Diui Hieron, succiderunt Sycomoros ad ædificia, sed non solum Sycomoro, sed cedris commutabimus. i. non solum tra- bibus dolatis ex arbore Sycomoro, vetera ædificia instaurabimus sed totam vrbe tignis cedrinis decorabimus. Hoc est illud quod diximus alibi D. Augustinum admiratū esse in pro- phetis quod allegorij, & tropicis loquutionibus vt Aug. verbis vtar miscet aliquando ver- bum vnum aut duo, quibus veritatem ipsam significare volūt declarant (quæ laus Lxx D virorum est frequenter) quanquam faciunt hoc quoque prophetæ sed multo multoque frequentius Lxx viri hoc faciunt, nam illis locis quibus hoc factum putat D. Aug. à prophe- tis si Hebræam lectionem expendisset, sæpe prophetas, sed frequentius Lxx viros reperisset, verba illa intertextuisse, quibus, veritas allegorix declararetur quæ totum sensum illius loci il- lustrarent, & laudasset D. Aug. Lxx viros, non solum prophetas, & sententiam suam de Lxx virorum interpretatione hoc facto confirmasset, quod verbo vno adiecto aut mutato sensum scripturæ referassent tanto tempore ante aduentum Domini, quod hoc loco factum est, addi- dere enim de suo, ædificabimus nobis turrim. i. turre. Nam Hebræis solemne est singulari nu- mero pro plurali vti, & hi Lxx Iudæi formis dicendi Hebræorum vtuntur. Potuere ne aper- tius explanare hunc locum? si Iosephum legeris locis citatis, si attente inspexeris quam à Iudæis, vrbs Hierosolyma firmissimis edificijs muro triplici editissimis turribus sit munita, & quam se putabant his munitionibus pene viribus humanis esse inexpugnabiles: intelliges, non temere ve-

Lxx viri more prophetarum allegorij intertextu veritatem.

A temere veteres patres non sine afflatu numinis Spiritus sancti, Lxx seniores addidisse de suo ædificabimus turrim: præsertim si cap. vlt. lib. 6. Ioseph. de bello Iudaico legeris, vbi Vespasianus turre illas contemplatur desertas, sua sponte à tyrannia Iudæorum: & fatetur ira Dei captas illas vrbes esse non suis viribus. Neque hic locus est Assyrijs, aut vastitati decem tribuū. Neque scio cur placuerit D. Hieron. interpretationem Iudæorum probare. Certè Lxx seniores, qui tanto tempore ante aduentum Christi scripsere (vt apparebit cum sequentia interpre- tabimur) hæc omnia ad vastitatem Iudææ, post passionem Christi referunt: & hæc verba, La- teres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, nullo modo possunt conuenire decem tribubus, congruit his verbis magis Procopij & Euseb. interpretatio. Hoc loco patet, quod supra admonuimus, interpretem Latinum suas ineptias quas hausisset ex scrijjs Iudæorum, commentarijs Cyrilli intertextuisse, quod fecit hoc loco, & retulit hæc ad Assyrios, si attente legas inferiora, Cyrilli commentarios agnoscas & deprehendas Cyrillum hæc retulisse ad Romanos, & ad Titum Vespasianum, & Adrianum, quo relata hæc diximus à Procopio, & Eusebio, & Theodoro.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Et eleuabit Dominus hostes Rhasim Et erumpere faciet Deus eos qui
super eum, et inimicos eius in tumultu insurgunt aduersus montem Sion,
vertet, Syriam ab oriente, et Philistiniam & inimicos suos disperget; Syriam
ab occidente, et deuorabit Israel ore a solis ortu, Grecos a solis occasu de
toto: in omnibus his non est auersus furor eius, sed ad huc manus eius exteta ijs non est auersus furor meus, sed
est manus excelsa.

I Am hoc loco, neque Eusebio interprete opus est, aut Procop. aut Theodoro, aut Di. Cyrill. Habemus Lxx viros, qui CCC. annis ante tempora Christi, & pene quadringenis ante hoc vaticinium, Iudæos resellunt, qui hoc ad Assyria tempora referunt, referendum, quæ docent ad Romanos, ad tempora Vespasiani, & Adriani, qui post Domini crucem de Iude re nationem Iudæorum, & hoc nomine auro multo pretiosior, & smaragdis futuræ erat apud nos Lxx seniorum interpretatio, quod velut commentarium esset antiquissimum, hæcuisi- mum quidem, verum multis seculis ante crucem Christi editum, quod D. Hieron. vertit, Et eleuabit Dominus hostes Rhasim super eum. Hebraicè est. Id est. Eleuabit Dominus hostes Rhasim, aut, vt Lxx legere, hostes currentes, mutata vnalitera postrema, i. videlicet in, a, vt sit, Eleuabit Deus hostes currentes super eum, & quod dubium erat, quos hostes, & super quæ esset excitaturus Dominus, velut interpretes optimi dixere, pro, eleuabit seu excitabit Deus hostes Rhasim super eum, aut, hostes currentes super eum, vt Lxx legere: dixerunt in qua Lxx, Erumpere faciet Deus insurgentis contra montem Sion, super eum, vt pro, Eleuabit Deus, quod Hebraicè est, dixerint, Erumpere faciet Deus. i. magno impetu faciet Deus confurgere, seu aduolare, quod minus bene reddiderat Latinus interpres: & quod Hebraicè est hostes Rhasim, ipsi legerint, hostes currentes, vel conuolantes, legerunt enim pro רָחִים. i. Rhasim, & verterunt, hostes confurgentes, melius reddidit hostes aduolantes: & quod dubium erat, contra quem confurgerent hi hostes, & contra quos illos excitaret Dominus, contra decem tribusne? vt uiunt Iudæi, an contra Hieru- salem post crucem Domini? vt uiunt Euseb. Procop. Theodor. dixerunt hanc lectionem Lxx, & damnant Iudæos, item dant secundum nostros, addidere de suo loco commentarij, vt su- pra diximus, Super montem Sion, vt appareat hostes illos aduolantes, excitatos à Domino non fuisse Assyrios sed Romanos; non fuisse contra decem tribus, sed contra Hierosolyma. Vnde tralatio D. Hieron. est explananda: Eleuabit Dominus hostes Rhasim. i. Babylonios, & Assyrios, hostes Iudæorum, qui sub Romanis signis pugnabant: super eum. i. super populum Iudæ, de quo agebat, vt diximus, superiore commentario. Sic interpretantur Lxx, aditis ver- bis illis

Lxx viro rui interpre- tatio breue quide, sed vetusta co- mentarium scriptura est, trecentis annis e- ditum ante Christi te- pora.

bis illis duobus super montem Sion: quod non potest referri ad decem tribus, sed ad Hierusalē & postea, super eum, hoc est super populum Iudā, nam cum dixerint super montem Sion, iam quod sequitur super eum, non potest referri, nisi ad populum Iudā. Hostes autē R. Hasinā, Babylonios, & Assyrios hostes Iudæorum militasse sub Romanis signis post passionē Christi, quando Romani rerum potiebantur, & orbi terrarum imperabant, notius est quam vt dicendum sit, & ex Iosepho discēs, & Dione. Quod vero D. Hieronymus vertit conuenienter Hebrææ lectioni, inimicos eius in tumultum vertet, Lxx reddidit, *לויס יחלבוט דורו דיראדורו*, i. inimicos sui ipsius disperget Dominus. i. Dominus post crucem disperget, & subertet inimicos suos. i. eos qui Dominum in crucem sustulerant, quod declarat pronomen compositū *דורו*. i. sui ipsius. i. Dominus perdet sui ipsius inimicos. Quod Hieronymus dixit Syriam ab oriente, & Philistijm ab Occidente, non potest conuenire captiuitati decem tribuū, nunquā enim leges in sacris literis, Palæstinos opitulatos esse aut Theglathalassari, aut Salmanassari cum captiuas duxere decem tribus. Præterea Lxx viri hanc etiam dirimunt litem qui pro, Syriam ab oriente & Philistijm ab Occidente edidit, Syriam à solis ortu, & Græcos à solis oc-

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Et populus non est reuersus ad percutientem se, et Dominum exercituum non inquisierunt.

Et populus non est conuersus, donec percussus est, & Dominum exercituum non quaesit.

TRalatio D. Hieronymi congruit cum lectione Hebræa & habet illum sensum, quem supra diximus ex Augustino & alijs sanctis patribus, cum videant Iudæi completa omnia vaticinia, subuersa Hierosolyma, omnes vrbes Iudæe deflagasse, quod futurum prædictum erat si Christum non recepissent, adhuc Iudæi sunt, & non conuertuntur. i. adhuc perstant in Iudaismo, non sunt Christiani? non conuertuntur ad Dominum, qui eos castigat, tamen verso Lxx sententiam est admirabilis, quod TERTULL. docet aduersus Iudæos de claritate gentium in Christo Iesu quod expectatus sit populus Iudæorum à Tyberio vsque ad Vespasianū vt respiceret, & conuerteretur, & rediret ad Christum & quod se in sua impietate obfirmavit deletus sit, quod verba illa significant; & populus non est conuersus, donec percussus est, i. quanuis expectaretur populus, noluit conuerti donec est subuersus, quod verba Hebræa significant, Et populus non conuersus est, *לויס יחלבוט דורו דיראדורו*. i. quo ad percutere eum, vel percussit eum, vel percussor eius supple fuit Dominus, nam credo illud non agnouisse Lxx viros, multa enim lite

Anim literæ redundant in lectione Hebræa vt supra dictum est. Idem ait etiā TERT. aduersus Marc. lib. 3. quod nō respuerit populus Iudæorum à tempore Tiberij Cæsaris sub quo passus est Dñs, vsque ad tempus Vespasiani; quod medium tempus illis Dñs dedit inducias vt respicerent deletū esse à Romanis. Hoc idem aiunt Athan. Chrysolustinus. Hoc significant Lxx seniores cum dicunt, Et populus non est conuersus donec percussus est, quasi dicant, expectaui illos, vt conuerterentur per annos 42. in dies magis impij erant donec eos deleui. Et dominū exercituum non quaesit populus Iudæorum. i. Christum noluit recipere populus Iudæorum. Nam, vt ait ORIGEN. in ca. 5. Iesu Naue, quis alius est princeps militiæ virtutum Domini (hoc enim est esse Dominum exercituum) nisi Dominus Iesus Christus? Omnis namque cæli militia siue angeli, siue archangeli siue virtutes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia inquam hæc, quæ per ipsum facta sunt, sub ipso principe militānt, qui est principū princeps, & qui largitur principibus principatum, ipse est enim qui dicit in euangelio, esto tu potestatem habens supra decem ciuitates; & alij, esto tu potestatem habens supra quinque ciuitates.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Et disperdet Dominus ab Israël caput, et caudam incuruantem, et deprauantem die vna, longiuus et honorabilis ipse est caput: et propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erunt qui beatificant populum istum seducētes, et qui beatificantur præcipitati, propter hoc super adolescentulis eius non letabitur Dominus, et pupillarum eius, et viduarum non miserebitur, quia omnis hypocrita est et nequam, et vniuersum os locutum est stultitiam: in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extensa.

Et abstulit Dominus ab Israël caput, & caudam, magnum & paruum in die vna, senes, & eos qui facies admiratur, hoc caput, & prophetam docentem iniqua, hic cauda. Et erunt beatificantes populum istum seducētes, & seducent vt absorbeant eos. propter hoc super adolescentulis eius non letabitur Dominus, & pupillarum eorum, & viduarum eorum non miserebitur, quia oēs iniqui (vel ex leges) & prauis, & omne os loquitur iniusta, in omnibus his nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius excelsa.

IOSEPH. lib. 6. de bello Iudaico cap. 40. & 45. & cap. postremo docet, post accisas, & euersas res Iudæas ab imperatore Romano, cōfluxisse omnes Iudæos residuos ex illa vastitate, ad celebrandum pascha, & azymorum dies Hierosolyma, ex vniuersis Iudæe vrribus, & nec opinanteis subito obsidione Romani exercitus esse oppressos, & perisse omnes. Et leges etiam apud Dionem in vita Adriani, funditus cōflagrassse vniuersas vrbes Iudæe, & deletos Iudæos omnes, summos, medios, infimos, hoc significari ait Cyrillus verbis his: lam enim ex hoc loco cōsentit cum Procopio, Eusebio, Theodoro, & non ad Assyrios, sed ad Romanos hæc refert, vti nam Cyrilli commentaria pura habere mus, non aliorum scholijs adulterata. Ergo, & disperdet Dominus ab Israël caput, & caudam. i. perdet Iudæos omnes, summos, medios, infimos, quod factum est sub Adriano. Incuruantem, & deprauantem. i. eos qui incuruabant, & deprauabant omnia, qui inuertebant prophetias, & auertebant populum à Christo, & mentiebantur se esse prophetas: nam horum causa, etiam periisse Iudæos, docet IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 30. quod Vespasianus imperator ferebat optimas condiciones pacis Iudæis, quod nolabant nobilissimam Asiæ urbem & templum nobilissimum orbis terrarum aboleri, & hi pseudoprophetæ falsa spe ductabant populum, nec passi sunt, vt Iudæi vllas condiciones pacis acciperent, quoad templum deflagrauit, & vrbs Hierosolyma ruit. Sed *לויס יחלבוט דורו דיראדורו*, quod D. Hieron. vertit incuruantem, à verbo *לויס* i. incuruo, potest etiam significare ramum, & *לויס יחלבוט דורו דיראדורו* iuncum, & sic reddunt Hebræi ramum, & iuncum, & interpretantur potestatem, & debile. i. magistratus, & infimos homines, & ita Lxx viri, quos diximus ex Procopio, more optimorum interpretū, ænigmata, & obscure dicta perspicua

Dominus exercituum quis?

Commentaria Cyrilli adulterata nescio à quo.

spicua, & dilucida oratione enodare, pro ramo, & iunco, vertere magnum, & paruum: quod A ramus, pro magno, & potenti ciue ponitur, iuncus pro debili ciue. Sed adhibendus hic canon ille scripturæ, quoties vnum verbum plura significat omnia illa, si rei de qua agitur, conueniant, ab spiritu sancto esse significata: Vna die ergo, ait propheta post crucem Domini summos, medios, infimos esse delendos, vna die. i. vno tempore forma dicendi Hebræa. Longeuus & honorabilis, ipse est caput: quod Lxx vertere, senem, & qui facies admirantur, נאשן lege-re Lxx נאשן, id est, accipietes facies, seu personas, & sic interpretatur propheta, quid appella- rit caput, quasi diceret, appellauit caput, senes, & honorabileis, vel eos qui accipiunt personas, quales sunt principes apud quos est acceptio personarum. Et interpretatur, quid appellarit, caudam, & caudam appellatum dicit pseudopphetam, qui inuertit scripturam, qui auerte- bat populum à Christo, Nam si sal euanuerit in quo salietur? ad nihilum valet, nisi vt concul- cetur: si doctor legis non docet, sed potius deprauat omnium mentis postremus est, & pes- simus. Lxx dixere, prophetam docentem ^{de rege} i. transgressionem legis. Et erunt qui beati- ficant populum istum seducetes vel errantes, pharisæi nanque, & principes sacerdotum, vt auerterent populum à Christo laudabant eos, qui perstarent in lege Moysi, & non sequerentur Christum ait ergo propheta: Qui beatificant populum istum, quod perstet in Iudaismo e- runt seducetes, vel, errantes. i. errabunt, & qui beatificantur, præcipitati. i. illi qui beati appel- labuntur, incurrent præsentis exitium, Hebraicè est, abforbebuntur. i. delebuntur omnes. Lxx aliter intellexere, qui reddidere, Erunt beatificantes populum istum, seducetes vel errantes. Quod Hieronymus dixit qui beatificantur præcipitati, vel vt Hebraicè est, qui beatificantur abforbebuntur interpretantur, illi, qui beatificantur, & beati dicuntur, ideò beati dicuntur, vt eos absorbeant, i. vt ab his accipiant primitias, & decimas, & avaritia caussa eos auertant à Christo, vertere enim & seducere, vt absorbeant eos. Deindè, Propter hoc super adolefcentulis eius non lætabitur Dominus. i. non miserebitur filiorum huius populi Iudaici, sed dele- bit omneis, quia omnis hypochrita est, vel vt Lxx vertere, quia omnes transgressores legis sunt. Centies dictum est ex IOSEPH. lib. 4. cap. 22. & lib. 6. cap. 8. Iudæos contempnissse pro- phetas & prophetias, & rissse pphetias & ideò perissse, & ideò à Lxx viris dicuntur legis trans- gressores, à D. Hieron. hypochrite, quia simulabant se religionis causa populum auertere à C Christo & faciebant ne perderent decimas, & primitias. Vniuersum os loquutum est stultiam, conuiciabantur enim Christo & sanctis apostolis, quod diximus ex Iustino in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum. In omnibus his non est auersus furor eius. THEODOR. si non habet finem impietas Iudæorum, neque vltio finem habebit, nam vt penitentiam homi- num consequitur Domini misericordia, ita perseuerantiam in peccato consequitur ira, sed supra diximus legenda esse, quæ scripta sunt in illa verba cap. 5. In omnibus his non est auersus furor eius.

D. HIERONYMVS.

*Succensa est enim quasi ignis impie-
tas, veprem, & spinam vorabit, & suc-
cendetur in densitate saltus, & conuol-
uetur in superbia fumi, in ira Domini
exercituum conturbata est terra, & e-
rit populus quasi esca ignis.*

Dixi Cyrillum hæc omnia ad Vespasia- num referre, vt Eusebium, Procopium, & Theodoretum. Quod Lxx interpretes innuunt non solum commentariolis, quæ supra diximus interiecisse, sed etiam translatione ipsa, & verba quidem prophetæ hoc loco satis indicant, vt supra ostendimus etiam indicasse. Non enim bello Assyrio conflagrarunt vrbes Israël, neque incendio consumptus est Israël sed captiuus ductus, conflagrarunt vero vrbes Iudææ sub Vespasiano, præcipue tamen sub Adriano, quod verba prophetæ plane significant. Succensa est, inquit, quasi ignis impietas. i. impij Iudæi con- fumentur incendio, vel, vt reddidere Lxx, succendetur sicut ignis ^{de rege} i. transgressio legis semper enim Lxx hoc obijciunt Iudæis, vt dixi superiore commentario. Veprem, & spinam vorabit

LXX VIRI.

Succedetur sicut ignis iniquitas, & sicut granum aridum comedetur ab igne, & succendetur in densitati bus syluæ, & deuorabit quæ in cir- cuitu collium omnia in ira furoris Domini succensa est terra omnis, & erit populus quasi succensus ab igne.

A vorabit. i. ignis vorabit Iudæos, sicut veprem, & spinam. Est enim concisus admodum sermo Hebræus: Lxx, Ardebunt sicut ignis, & sicut gramen aridum comedentur ab igne, non potuerunt aperitius. Prius transgressores legis appellant, quia dixere, Hic homo multa signa facit, Veniet Romani, & huius tanti criminis subiecere poenam. Succendetur sicut ignis transgressio legis, & sicut gramen aridum comedetur ab igne, Transgressio illa legis, scilicet: lege Dionem, & nisi ita repereris factum, dicito me inaniter tundere, atqui euentus optimus prophetiæ interpret est. Hoc de decem tribubus dici non post: & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi, de eadem conflagratione hæc dicta sunt, arbores enim montis Oliueti, & arbores, quibus vniuersa regio Hierosolymorū amoenissima erat, succisæ sunt, & præbuere pabulum igni, quo arsit vrbs Hierosolyma: vt discas ex IOSEPH. lib. 6. cap. 1. & Galilæa pro uincia amoenissima syluis, & arboribus frugiferis, vt discas ex eodem Iosepho lib. 3. cap. 4. tota conflagrauit, quod Lxx dixere etiam, Succendetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi, magno & elato fumo inuoluetur omnia, quæ Lxx dixere, Deuo- rabit ignis, quæ in circuitu collium omnia, non solum colles, sed & vrbes, quæ in circuitu sunt, vtunque lectioni Hebrææ congruit, quæ est ויתאכר ונתאכר quæ verba Hebrææ pos- sunt reddi duobus modis, aut, Eleuauerunt se altitudine fumi, & sic reddidit D. Hierony. vt sit sensus: saltus, & syluæ vniuersæ Iudææ ardebunt, & eleuabuntur altitudine fumi, eleuabitur fu- mus in altum totius Iudææ deflagrantis. Sed quia singulariter loquebatur. Succendetur in de- nsitate saltus. i. syluæ densæ succendetur non solum vrbs, pro, eleuauerunt se altitudine fumi dixit D. Hieronymus: Conuoluetur in superbia fumi. i. inuoluetur fumo superbissimo & altis- simo omnis saltus, & omnis sylua, non solum vrbes. potest etiam reddi: Eleuauerunt se altitu- dines fumo, quod nomina Hebræa sunt in declinabilia, & liberum est vt dicas, eleuauerunt se altitudine fumi, vel, eleuauerunt se altitudines fumo. i. ardebunt altitudines collium fumo, quod de vicinis vrribus intellexere Lxx viri, & sic vertere, Deuoravit ignis omnia quæ erant in cir- cuitu collium. Quod D. Hieronymus dixit: In ira Domini exercituum, conturbata est terra, pro, conturbata est, Hebraicè est נטתה, quod verbum Hebræum tantum hoc loco reperitur, C vt notant Rabini: alij aliter interpretantur. D. Hieron. conturbata est terra: Lxx, conflagrauit tota terra. Quæ decem tribubus, tribui non possunt. Nō enim conflagrarunt montes, & syluæ nec vrbes decem tribuum, conflagrauit verò vniuersa Iudæa, arserunt quinquaginta vrbes mu- nitissimæ, nongenti octoginta quinque vici nobilissimi, vt leges apud Dionem in vita Adria- ni, quod significant etiam verba sequentia, Erit populus quasi esca ignis, quod multò meliùs & significantius vertit D. Hieronymus.

D. HIERONYMVS.

*Vir fratri suo non parcat, et declina-
bit ad dextram, et esuriet, et comedet
ad sinistram, et non saturabitur. Vnus
quisque carnem brachij sui vorabit, Ma-
nasses Ephraim, et Ephraim Manas-
sem, et simul ipsi contra Iudam.*

LXX VIRI

Homo fratris sui non miserebitur, sed declinabit ad dextram qui esuriet, & comedet ad sinistram. Et nō saturabitur, homo comedens car- nem brachij sui, comedet enim Manasses Ephraim, & Ephraim Manassem, quia simul obsidebunt Iuda

Hæc omnia CYRILL. de vastitate inue- sta Hierosolymis à Tito Vespasiano. Describitur etiam hic dira fames, de qua leges apud IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico cap. 26. & 27. & lib. 6. cap. 20. & 21. & alijs locis, hoc enim significat, Vir fratri suo nō parcat, sicubi enim vestigium apparebat cibi, irrumpebat in illum domum, & de illo cibo dimicabant, pugnabat frater cum fratre, vt lib. 5. cap. 20. ait Ioseph. Et declinabit ad dextram & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur. i. vt verbis eiusdem Iosephi vtar ex eodem cap. præ fame hiantes tanquam rabidi canes, errabant huc & illuc, & ferebantur ad dextram & ad sinistram, intrabant nūc in has, nunc in illas domos, quod nescirent quò se verterent, & sæpè in easdem domos irrumpebant bis, & ter hora vna, nec inueniebant quicquam quo vescerentur: vescerantur animalibus fordidissimis, corijs, calceis, stercore: neque ijs saturabantur, quin & immundissima, magna mercede mercabantur: come- debant

debant quæcunq̄e obuia siue ad dexteram siue ad sinistram, etiam stercorea in munda, & non A
 saturabantur, & vnusquisque carnem brachij sui vorabat. i. mordicus præ fame, & rabie sibi
 brachia lacerabat. Comedet Manasses Ephraim, & Ephraim Manasses: hæc verba Cyrillus sim
 pliciter dicta putat, quod frater fratrem deuorabit, & vt hi duo fratres pro quibuslibet fratri
 bus ponantur, sed quia subiungitur: Et simul obsidebunt Iudam, placet magis vt referas ad ty
 rannos illos Simonem, & Ioannem, qui obsidebant Hierosolyma, & tyrannide oppresserant
 Hierosolymorum seruitutem, & alter vnam partem vrbis occuparat, alter alteram, vterque
 suos habebat exercitus contractos ex tribubus Israël, & ex Idumæis, vrbibusque Israël, & mu
 tua bella inter se gerebant, vter alterum vinceret, & pelleret vrbe, & vterque magnam stra
 gem edebat in Iudæos, ita foris premebatur à Romanis, intus à tyrannis, qui cū exercitu mo
 riebantur fame. Igitur Ephraim, & Manasses dicti sunt pugnasse inter se, quod tyranni illi
 habebat milites Idumæos & ex alijs tribubus Israël qui inter se bella gerebant, & bellabāt
 inter se, quia moriebantur fame, & quia ipsi tyranni inter se bella gerebant, & simul oppugna
 bant Iudam vt dictum est. Hæc ad decem tribus & ad Assyrios referri non possunt. B

IN ESAIAE CAP. X.



Hoc caput decimū Esaiæ à quibusdā veteribus patribus explanatur de Assyrijs,
 & Senacheribo, à plerisque de vastitate Iudæorū inuecta à Romanis post cru
 cem Dñi, vt ab Eusebio Cæsar. & ab Orig. & alijs. Multa sunt quæ me potius
 assentiri Eusebio & Orig. de sententia huius capitis cogunt, quam alijs patri
 bus. Primum omnium, authores prioris sententiæ in cōmentarijs, Iudæos ipsos
 huius sententiæ authores citant, quosolo nomine mihi non probaretur, nihil
 mihi placet, quod Iudæorū aliquem habet authorem, quod D. Hier. monitore intellexi, Iu
 dæos ipsos ad peruersam intelligentiā (vtar enim D. Hieron. verbis) praua interpretatione
 scripturā detorquere: Odi Danaos, & dona ferentis dixerat ille. Cuius ad exemplum dicam,
 Odi Iudæos, & dona ferentis: quod, vt inquit Sophocles, Inimicorū dona, nō dona. Deinde
 Cyrillus & alij, quanuis de Assyrijs interpretentur hoc caput, principiū tamen nō de decem
 tribubus, sed de regno Iuda interpretandū putant. Sed illud maioris momenti, quod mihi in
 solubile argumentum videtur, quod huius prophetiæ clausula est, si fuerit populus tuus Israel
 quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Nam si de vastitate decē tribuū hæc prophetia est, reli
 quiæ vastitatis decem tribuū intelligentur, & bene illa loca interpretari viderentur Iudæi, &
 Iudaizantes, & male D. Paulus, quod nefas dictu est, quod retulerit ad reliquias, quæ saluæ fa
 ctæ sunt post vastitatē inuectā Iudææ à Romanis: & quod dicere est impium necesse est dicere
 Paulū malè videri interpretatū hæc & sequentia, quæ ad tēpora Euangelica retulit omnia. Si
 Paulus benè hæc interpretatur de tēporibus euangelicis, quod dicere necesse est, quod in Pau
 lo Christus loquitur, vt ipse ait, reliquiæ igitur intelligētur eius vastitatis, quæ fuit inuectā Iu
 dææ vniuersæ tēporib⁹ Euāgelicis Neq; quisquā hoc poterit inficiari. Nā necessaria hæc sunt
 consecraria, si de bello Assyrio hoc cap. sermo est, reliquiæ ergo erūt belli Assyrij, & captiui
 tatis decē tribuū, & vera Iudæi mēdacissimi videbūtur dicere, falsa D. Paulus quod dicere est
 impiū. At si vera D. Paulus dicit (in quo Christ⁹ loquitur) vt reliquiæ hæc, reliquiæ sint, quæ sal
 uæ factæ sunt tēporib⁹ Euangelicis, vastitas ergo quæ describitur Iudæorū, cuius hæc sint reli
 quiæ, erit tēporibus Euangelicis. Nā dicere quod facta mentione vastitatis decē tribuū, venit
 in mentem prophetiæ reliquiarū, quæ saluæ factæ sunt, Iudæi dicent nostrū esse commentum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Va qui cōdūt leges iniquas, et scribētes
 iniustitiā scripserūt, vt opprimerent in
 iudicio pauperes, et vim facerent cau
 sa humiliū populi mei, vt essent vidua
 præda eorum, et pupillos diriperent.*

Vē scribētibus iniquitatē, scribētes
 em̄ iniquitatē scribūt, declinātes iu
 diciū mendicorū, rapientes iudiciū
 pauperū populi mei, vt esset ipsi vi
 dua i direptionē, et pupillos in prædā
 Primūm

A Primum omnium, hoc loco nobis fauent D. Hieron. & Cyrill. qui contra iudices tribus
 Iuda, & Hierusalem dictum putant contra Deuterotas, iuxta illud Matth. cap. 15. Quare
 vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Ergo non ad decem tribus
 aut ad Assyrios hoc primum est referendum sed ad populum Iudæ. Ego verba hæc huius cap.
 prima significare potius puto quod ait IVST in dialogo aduersus Tryphonem Iudæū. Domi
 num post Christi crucē quadraginta duos annos expectasse Iudæos dum respicerent, & con
 uerterentur ad Christum, ipsi vero potius Christū & populum fidelem persequebantur mul
 to acrius, legatos mittebant in totū orbem, vt pessimos de Christo & Christianis dissiparent
 rumores, & Iudæos, qui erant dispersi toto orbe, concitarent aduersum Christum, & eius dis
 cipulos, leges sancirent, vt in synagoga Christi & Christianorū nomē execrarentur, & diris
 deuouerent: Væ qui condunt leges iniquas: Væ ijs, qui leges impias illas ferunt, vt in synago
 gis detestentur Christi nomen, & scribentes iniustitiam scripsere, mittentes legatos per to
 tū orbem, vt concitarent Iudæos ad persequendū Christi & Christianorum nomen & ad infa
 mandos eos, scripserunt iniustitiā, & iniquitatem. aduersum Deum scilicet infamantes Chri
 stum verum Deum, vt docerent genteis nomen Christi blasphemare; quæ causa fuit vt sub
 uerterentur, & deleterentur prorsus: Vt opprimerēt iudicio pauperes. i. fideles, sic enim appel
 lantur fideles, quod omnia reliquerint causa Christi. Vt essent viduæ præda eorum, & pupil
 los diriperent. i. vt persequerentur fideles quod se viduāt rebus omnibus, & orbāt cunctis bo
 nis, & ita erat præda impijs Iudæis. Sic hæc interpretatur ORIG. in Matt. tract. 35. in illa verba,
 Continuo accurrēs vnus ex eis accepta spongia impleuit aceto his verbis, Iucudē quis potest
 vti hoc textu aduersus eos qui maligna vel scripserūt, vel scribūt aduersum Christum. EPIPH.
 to. 2. Concil. Syn. Nicenē. 2. act. 6. de his qui post passionē Domini peruertunt scripturā sen
 sa hæc enodat his verbis, Esaias audacter clamat, Væ scribētes iniquitatē, iniquē em̄ & malitio
 se: apostoli & scripturæ verba exponentes mentiuntur, post salutis nostræ mysteriū œconomie
 Christi Dei nostri: hæc Epiph. syn. 2. Nicc. Act. 6. In nūc, & Iudæorū sensum literalē sensū dicito.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Quid facietis in die visitationis, & ca
 lamitatis de longē venientis? ad cuius
 confugietis auxilium?*

Et quid facient in die visitationis,
 nam tribulatio vestra de longē ve
 niet, ad quē cōfugiēt, vt adiuuētur?

Hic non solum D. Hieron. & Cyrill. nobiscum faciūt, sed verba ipsa prophetæ, Iudæos re
 fellunt: Quid facietis, inquit, in die visitationis? in die vltionis? quando meritas poenas
 luetis ob tantā impietatē, qua in Christū debacchamini? quid facietis in die calamitatis, quæ de
 longē veniet à Romanis, à regionib⁹ longē summotis. Hoc Assyrijs tribui nō potest, neq; vlla
 Geographiæ ratio id patietur: nā Assyrij illic in proximo sunt Iudæis, quod hinc cōijcere licet
 etiā si nō adhiberemus vllā Geographiæ rationē, quod res notissima est, Babylonios & Aegy
 ptios assidue inter se bella gessisse, & medios esse Iudæos inter Babylonios & Aegyptios, &
 adhuc inter Iudæos & Babylonios, Assyrios esse medios Iudæis finitimos. Cū ergo prophe
 ta dicat, Tribulatio vestra de longē veniet, vel in die calamitatis de longē venietis, si nō sumus Ti
 resia cœciores, Hispanos, Gallos, Germanos, Mauros, qui sub signis Romanis militabāt, & ip
 sōs Romanos hic sermo significat, nō Assyrios. Hæc est tribulatio quæ de longē veniet Iudæis.
 D Nā & Babylonij Assyrij dicti sunt, postq̄ Babylonij regē Assyriorū vicere, & expulere regno,
 quod futurū nō multō post prædicit Esaias, Assyrij qui verē Assyrij erāt, Syri sunt, & Assyria,
 ea quæ dicitur Syria cuius pars sit Iudæa, vt Plinius ait lib. 5. c. 12. & Stephanus de vrbibus, his
 verbis, Assyria regio circa Babylonē, habitatores Assyrij sunt, alij apud Syros. Et Xenophon
 sic distinguit li. 1. Græcarū historiarū, Sed neq; illud ad quē confugietis, vt auxiliū petatis, con
 gruit Assyrijs: Petebāt em̄ Iudæi auxiliū ab Aegyptijs cōtra Babylonios, à Babylonijs contra
 Aegyptios, quod eis sæpè exprobrat Dñs apud Hieremiā. At cū imperator Romanus, qui
 eo tēpore rerū potiebatur, imperabat Assyrijs, & Babylonijs, & Aegyptijs, & protulerat impo
 riū in fineis orbis terrarū, vos fuerit aggressus, vnde petetis auxiliū? ad quos confugietis?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Et vbi relinquetis gloriam vestrā, ne
 incurruemini sub vinculo, et cum inter
 sectis*

Vbi derelinquetis gloriam vestrā,
 ne corruatis in abductionē, & sub
 inter-

Contra Iu
 dæzantes,
 qui Iudæo
 rū sensum
 litteralem
 sensum di
 cunt.
 Contra Iu
 dæzantes,

inter-

fectis cadetis: super omnibus his non est auersus furor eius.

Hoc loco tralatio Lxx interpretum ma- gis ad verbum reddit lectione Hebraeam: planius tamen multo D. Hierony. hæc reddi- dit, quæ obscura fecerat Hebraea forma dicendi. Hunc locum fecisse arbitror potissimum vt D. Hieron. hæc regno Iuda tribuerit, nõ decẽ tribubus, quod vastitati inuectæ à Vespasiano hæc conueniunt, decem tribubus conuenire nullo modo possunt. IOSEP. em̄ de bello Iudaico lib. 6. cap. 44. & 45. scribit, T. Vespasianum captis Hierosolymis, pepercisse multitudini pauperu, & permisisse quadraginta millia hominũ pauperum abire liberos, quod vellent, reliquos aut vendidisse, aut captiuos duxisse in triumphũ, aut gladio occidi iussisse, aut duxisse obijciẽdos feris in theatris, aut diuididisse, vt à beluis dilaniarentur in festis publicis. Vndẽ si parcebat pauperibus, & multitudini T. Vespaf. reliqui aut cruce afficiebantur, per omnia cruciamenta necabantur, cadebantur flagris ad necem vsque, quod frequentissimẽ factũ scribit Iosephus constricti vinculis ducebantur, vt in theatris obijcerentur belluis lanandi, aut venderentur cum liberis & vxoribus, aut ducerentur in triumphum Romam: quãto pretio emerent prin- cipes Iudæorum, & locupletes, vt splendorem illum dignitatis, quibus veniebant, commuta- re cum pauperibus possent, & sinerentur abire liberi quod vellent? Vbi relinquitis, inquit, glo- riam vestram? ubi exuetis splendorem dignitatis, vt cum pauperibus impunitate donãremi- ni, & abiretis liberi, ne incuruemini sub vinculo, ne confringamini vinculis, & ducamini obij- ciendi in theatris pabulũ belluis, aut captiuu miseru. quod dixere Lxx, Vt nõ corratis in abdu- ctione. i. ne cadatis vt ligemini, & captiuu ducamini, & cũ interfectis cadatis, ne gladius hos- tilis vos consumeret omnes citra discrimen, præter pauperes, quibus venia data est. Quãdo hoc in captiuitate decẽ tribuũ accidit? ubi summi, medij, infimi, ducti sunt captiuu, neque pauperes iussi sunt abire liberi. Super omnibus his non est auersus furor eius. Si sentetia Iudæoru vale- ret quã citat D. Hier. nã ipse vsq; adhuc eã non sequitur, mẽdax hæc esset prophetia, quod Hi- larius, & Athanas. & alij patres aiunt, Iudæos dũ nobis aduersantur, facere mendaceis prophe- tias sua interpretatione, nã in bello Sennacheribi modũ imposuit Dñs plagis, & cũ vrbes Iu- dæe leui plaga affecisset, eas leuauit malis, & ærumnis. Nã priusquã Sennacheribus exercitus Hierosolymis admouisset, vniuersus exercitus nocte vna ab angelo est deletus, & sic ab immẽ- nenti plaga Iudæi sunt liberati. Tantum hæc verba vastitati vltimę Iudæe post crucẽ Domini conueniunt, cuius nullus est modus futurus, nullus finis, semper manus Dñi excelsa ad percuti- endum. Sic hunc locum explanat IVSTIN. in dialog. aduersus Tryphonem Iudæum, sic CHRYS. vt leges in illa verba cap. 5. In his omnibus non est auersus furor eius.

D. HIERONYMVS.

Va Assur virga furoris mei, et bacu- lus ipse est, in manu eius indignatio mea, ad gentem fallacem mittã eum, et con- tra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, et diripiat pradam, et ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum.

Hoc est quod IVST. in dial. aduersus Tryphonẽ ait solere Iudæos, si quã vocolã fortẽ arri- piãt in scriptura, quã sibi fauere videatur, totũ scripturę sensum peruertere, & cetera im- quam arri- uita, & repugnãtia ad suũ sensum pertrahere. Hic, inquit, Assyrii nominãtur; neq; dubitationi- piant que- locus reliquũ esse videtur, quin tota hæc prophetia ad Assyrios, & ad decẽ tribus sit referenda. sibi fauere- Neq; expendũt antecedeãtia aut sequẽtia. Assyrios aiũt nominatos, igitur ad Assyrios referẽda- videtur, hæc sunt. Si arripiũt, inquit Iustin. vocolã aliquam eã tenet mordicus, ad illam reliqua omnia- eam tenent- pertrahunt quo iure, quãue iniuria. Dicitur est autem de sententia veterũ patrũ in cap. 7. in illa- mordicus, verba: Adducet Dñs super te, & super populũ tuũ, & cetera cũ rege Assyriorũ. Et in illa verba- vt omnia- peruertãt. ca. 8. Propter hoc ecce adducet Dñs super eos aquas fluminis fortis, & multas, regẽ Assyriorũ, dictum

Indei sua interpretatione, mendaces faciunt prophetias.

Ad dictum est, inquam, ex sententia veterum patrum, Imperatorem Romanum, regem Assyrio- rum appellari, qui eo tempore Assyrijs, Aegyptijs, Babylonijs, & toti terrarum orbi impera- bat. Neque vlla causa est, cur in interpretanda scriptura, litera hære oporteat, cum hoc ne in tenui quidem scriptore interpretando, ferendum villo modo esse videatur, nisi putas illud Iuuenalis --- Itur ad Attrimem: de Menelao esse intelligendum, cuius vxor Helene rapta fit à Paride, & non potius de Domitiano imperatore Romano, cuius abducta vxor à Paride Mi- mo est, quanuis nominetur Menelaus. Aut Quadrantariam Clytemnestram, cum dixit ille al- ter, pro Clytemnestra Agamemnonis vxore accipias, & non pro illa, quæ se venditabat vilif- simo precio, adultera. Aut cum legis illud Martialis --- Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones -- de Mæcenate intelligendum iudicas, & de Marone, & non potius de quouis prin- cipe indulgentissimo in literatos, & de quolibet Poëta eximio. Sed exemplorum plena sunt omnia. Ait enim AVGVST. libro 2. de doctrinã Christiana. & 3. figuras omnes, & tropos Tropos et schemata ad sciscere oportet ad interpretãdã scripturã aduocari oportere. Et A. R. I. S. T. 3. de arte Rhetorica lib. do- cet metaphoram esse, cum Thaletem pro quouis philosopho ponimus, quem tropum Quin- tilianũ potius synecdochen appellandum putat; vt apud Maronem -- Alius Latio iam par- tus Achilles: vbi Achilles pro Turno. Et in illo: Alter erit tum Typhis, & altera quæ vehat ram. Argo: vbi non Typhis est intelligendus, nec Argo nauis; sed quilibet gubernator nauis, & quouis nauis: & hac figura supra ostendimus locis citatis Eusebium Cæsariensem, Procopiũ, Cyrillam, & Tertullianum, Rhafin & regem Assyriorum pro Romano imperatore accepisse. Ergo more receptissimo apud Oratores, & sanctorum patrum, auctoritate, Assyriorum re- gem pro Romano imperatore interpretabimur hac figura metaphora, quam Aristoteles nomi- nat, siue synecdochen cũ Quintiliano in alis appellare, iuxta quẽm tropum sancti patres su- periora loca sunt interpretati. Vt omittam quod imperator Romanus, verẽ Assyriorum rex Refutatur hi qui non recipiunt tropos. erat: & non solum Assyrijs imperabat, & Babylonijs, sed etiam Persis, & Parthis, & Medis, vt est apud Horatium -- Ius, imperiumque Phraates Cæsaris accepit genibus minor: -- Ergo, Vã Assyrijs. i. vã Romanis, ex parte totum, quod sub signis Romanis pugnabant Assyrii, aut quod pro Romanis ponuntur Assyrii, figura supra dicta. Aut, vã Assur. i. vã regi Assur, hoc est, Romano imperatori, vt dictum est, quod eius armis vindicaturus sum populum meum. Sed negabis, certo scio, te Oratorum schemata nosse, Rhetorum præcepta, Poëmatum figu- ras, quanquam hæc omnia Augustinus ad interpretationem scripturã aduocãda putarit. Pro- priẽ esse intelligenda scripturã verba, hæc omnia allegoriã nomine appellabis. Mitto omnia artis præcepta, illud tantum sumo Augustini, metaphoras tolle; vel è medio vulgo, eadem opera loquendi vsum sustuleris. Quæ anicula, quis pellio, aut futor metaphoris non vtitur? adhibe populo aurem in vsu quotidiani sermonis, nihil dices esse frequentius, vel quum ali- quem exterrere volumus, non illi obijcimus eos, qui ei sunt maximẽ formidabiles? & eos ad quorum nomen timore concutiuntur? vt Troianis non sic incutitur timor cum eis Achilles nomen, quem timebant maximẽ, obijcitur: & qui eos terrere volebat, non dicit in Italia est fortissimus Turnus, sed est Achilles alter. Et qui Græcos volet perterrefacere Hectoris nomi- ne, quem timebant maximẽ, terrebit: Aderit, inquit, alter Hector. Sic cũ Assyrii Iudæis essent horribiles, Dominus terrẽs Iudæos, Aderit Assur. i. aderit Romanus, inquit: qui modus loquendi vulgo receptissimus est. Has metaphoras, has formas dicendi, si vel de quotidiano D sermone sustuleris, vsum loquedi ademeris. THEODOR. Quarendũ, inquit, cur ministri Quæstio. diuinæ iustitiæ puniãtur? & respondet, vtitur Dñs malis hominibus, vt quibusdã carnificibus, ad irrogãdas pœnas, armatq; eos aduersum impiõs, hi verò nõ vt seruiant Deo eafaciunt, neq; putant se illa Dei ope fecisse, sed virib; suis, & ideo luunt pœnas. Idẽ ait idẽ THEOD. in Hie- rem. c. 2. Non em̄ tanq; Deo inferuientes bellũ gerebant qui oppugnabãt Israëlé, sed quasi ipso Deo superiores, sic em̄ Sennacherib aiebat, ne te decipiat Deus tuus, &c. cap. 35. Esaia. Lege AVGVST. de gratia & libero arbitrio cap. 20. Docet Plato in Gorg. multò peius esse, facere iniu- riãq; accipere. PLOTIN. Enneade. 3. li. 2. de puidetia. t. c. 13. de ijs qui ab alijs necãtur, quos suo merito sæpẽ à sicarijs & parricidis interficiãt, quod Dñs illos luere admilla scelera voluerit manibus latronũ, & sicariorũ, qui parati erant ad hominũ carnificinam, & sic paratos fecerit, vt in hos potius ruãt, & edãt stragẽ illã, quã animo moliebantur in hos potius qui comeruerãt malũ, quam in alios, vt scelerũ pœnas luant mali, ij tamen parricidæ ad necẽ parati, quos fecit Dñs incurere in hos potius, q̄ in alios, nihilominus sunt scelerati, & pœnas pendũt, inquit, illi

Cur hi per quos Domini castigati malos puniantur a Domino.

scelerati, per quos castigat Dominus quos vult: quod erant ad perniciem inferendam hominibus parati, id est, re praestiterunt, perdidit autem hos potius, quod Dominus voluerit, ut in hos potius quam in illos incidere verba PLOT, pessime Latinus interpretes reddidit, quae sic reddenda est: Inimicitiae quidem allatae nex est, quantum pertinet ad sicarium, aut crassatorem, qui occiderit iuste autem quantum ad illum attinet, cui mors allata est. Etenim passurum illa mala, inicit. Deus in manus eius, qui paratus erat facere illa, quae alter peti dignus erat. Quod verò D. Hier. dixit, Virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea, id est, ipse Romanus imperator est virga, & baculus, id est instrumentum, quo ego vos punio, id enim est furoris mei, id est castigatio nis, & punitionis: & in manu eius indignatio mea, id est in manibus Romanorum imperatoris meritis, & ergo vobis poenas. Lxx aliter distinguunt, convenienter tamen ad lectionem Hebraeam: Virga furoris mei & ira est in manibus ipsorum: sic enim vno ductu haec omnia dixerunt, neque fecerunt orationes duas, ut D. Hieron. eadem tamen sententia: tamè D. Hier. magis expressisse lectionem Hebraeam videtur, quia Hebraea lectio ad verbum sic reddatur, *Ma Assur virga furoris mei, & baculus ipse, hoc est, virga imperatori Romano, ipse est virga furoris mei & baculus, tamè valli, statim enim perijt totius domus Vespasiani. Et indignatio mea in manibus eorum, ipsi complebunt indignationem meam. Deinde, Ad gentem fallacem mittam eum, mittam imperatorem Romanum ad populum Iudaeorum fallacem, quod ostendit tralatio Lxx, quae sententiam reddit, Iram meam ad gentem, quae legem transgressa est, mittam, id est mittam Romanos aduersus Iudaeos transgressores legis, & contemptores prophetarum: Hebraice est, Ad gentem peccatricem, ad gentem fallacem, & impiam. Lxx viri, pro, Mittam eum, dixerunt, mittam iram meam, sed aperte pro eo quod Hebraice est, contra populum furoris mei mandabo illi, edidit, Ad populum meum adducam ipsum, vel aduersum populum meum, quod minus bene vertit interpretes, id est contra populum Iuda, nunquam enim populum suum appellat Dominus decem tribus. Quod verò postremum est, significantius vertit D. Hieron. Ponam illum in conculcationem, & quasi lutum platearum, lege IOSEP. de bello Iudaico lib. 2. c. 34. & sequentibus. & lib. 3. penè à principio. & li. 6. cap. 1. & cap. 10. & c. 28. & alijs locis mille, & intelliges tantam multitudinem cadaverum stratam, per vias, ut conculcarentur à militibus, & à suis velut sterces, quod profecto de decem tribubus intelligere non potes. Ducta sunt enim captivae decem tribus, non stratae ferro, per vias, neque absumptae incendio, praesertim iuxta translationem Lxx, qui quantum non ita expressere lectionem Hebraeam, & historiam Iosephi ut D. Hier. tamè diuinitus reddidit sententiam, & adeo significat, ut rei gerendae interfuisse videatur. Dixerunt enim, ut conculcet vrbes, & ponat eas in puluerem, hoc factum est sub Adriano imperatore: sunt enim deletae omnes vrbes Iudaeae, succese igni, & redactae in fauillas, ut leges apud Dionem in vita Adriani, sicque conculcabatur vrbes à militibus, vrbes decem tribuum, non legimus redactas in puluerem, aut in fauillas, sed potius ab Assyrijs deductas colonijs habitatas.*

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Ipse autem non sic arbitrabitur, et cor eius non ita astimabit, sed ad conterendum erit cor eius, et ad interuersionem gentium non paucarum.

Ipse autem non sic cogitavit, & animo non sic arbitratus est, & mutabitur mens ipsius, ut disperdat gentes non paucas.

Diuus Hieron. lectionem Hebraeam ad verbum reddidit, Non sic arbitrabitur Romanus imperator se à me immissum esse, & mea ope se vastasse vrbes Iudaeae, neque ipse haec faciet, ut seruiat mihi, aut ut exsequatur mea iussa, sed ea mente atque animo, ut vastet vrbes, & exitium importet genti Iudaeorum. Haec ad Assyrios non pertinent: non enim Assyrius delevit Israël, sed captivum duxit. Ad Romanos pertinet, qui tantam vastitatem inuexere vniuersae Iudaeae, quantum post homines natos nulli nationi inuictam leges, quod praedixerat Dominus apud Hieremiam, & apud alios prophetas, quodque ita factum ait Iosephus cum alijs locis, tum lib. 5. de bello Iudaico cap. 27. Lxx viri sententiam reddunt, & addunt commentariolum *אין ארצם יושב* .i. sed mutabitur mens ipsius, quod à principio mitissimus erat Titus Vespasianus, & seruatos volebat Iudaeos, & seruatum urbem, & seruatum templum, ut leges lib. 5. de bello Iudaico cap. 17. & lib. 6. cap. 10. & 34. postea mutauit mentem, ut leges lib. 6. cap. 33. & 35. & sequentibus, ubi iussit edere magnam stragem in Iudaeos, & edita est tanta, ut nulla maior fuerit post hominum memoriam, excepta ea, quae Iudaeis est importata sub Adriano, quae hac longè maior fuit.

D. HIE.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dicit enim: Nunquid non principes mei simul reges sunt? nunquid non ut Carcamis, sic Calano? et ut Arphath, sic Amath? nunquid non ut Damascus, sic Samaria?

Et si dixerint ei, Tu solus es princeps, & dicet, non tuli regiones quae supra Babylonem? & Calanem ubi turris aedificata est? & tuli Arabiam, Damascum, & Samariam?

regum simul principes mei non an dixit Quia כִּי יִאמַר ה' לֹא שָׂרִי יִחַדוּ מְלָכִים

Hoc loco Lxx viri aliam lectionem agnoscunt, quam D. Hieron. legunt enim vna littera minus: non enim legunt *שרי*, sed sine *י*, littera, quae frequentissimè apud Hebraeos etiam sine vlla Iudaeorum fraude solet deesse, & redundare, ut supra dictum est, ut vel ex ipso Thesaurio linguae sanctae, qui primoribus labris attigerit literas Hebraicas, discere potest. Si ergo legas expuncta illa litterula, sic lectionem Hebraeam ad verbum reddere posses, Quia dixit, an non princeps simul regum? quod Lxx sic intellexerunt, quia dixit (miles scilicet) imperatori Romano, an non tu imperator regum es, cui parat vniuersus orbis? facile poteris delere Iudaeos: pro, quia dicit an non princeps simul regum, supple, es? edidit Lxx. Si dixerint ei, Tu solus es princeps, siue imperator: reddunt enim sensa, non verba: & planè Lxx haec ad Imperatorem Romanum referunt, sic enim à Cicerone dicitur non semel, qui cum ipse imperator toto orbe terrarum vnus esset, &c. Hoc de rege Assyrio nemo dixit tempore Esaiæ, neque post Esaiæ tempora, neque est appellatus vnquam imperator regum, ut Hebraice est: siue confulas lectionem Hebraeam, quam agnoscunt Lxx, & quae ad verbum est, Quia dixit, an non imperator simul regum, supple, es? vel, eam lectionem Hebraeam, quae vulgò circumfertur, quam reddit D. Hier. An non principes mei simul reges sunt? hoc enim de imperatore Romano dici potest, de alio non potest: omnes enim reges seruebant imperatori Romano, & sub eius signis militabant, & regis Romani duces erant, quod notius est quam vt dicendum sit. Intelligunt hoc Iudei, qui interpretantur, reges sunt, id est sunt omnes reges: scriptura non dicit, velut reges, sed reges: neque hoc fat habet, sed addit simul, vt omnes reges dicat hic imperator sibi seruire: si expendas omnia, nullum verbum reperies quod non spectet ad Romanos. Nunquid non ut Carcamis, sic Calano? hoc est illud quod dixi, repetendumque, millies est, tralationem D. Hieron. multis causis fuisse pernecessariam, etiam si tralatio Lxx virorum fraude Iudaeorum non esset trunca & lacera, etiam si temporum iniuria multis locis vitata non esset, neque Iudaeorum tralationibus multis locis adulterata, vt apparebit, quod in quibusdam locis commentaria potius addunt scripturæ, quam tralationem texant. Et æquum erat, vt scripturæ tralationem haberemus in huiusmodi locis, quia tamen in re verbis exprimere non possum, quantum vtilitatis adferat Lxx. Nā vt D. Hier. post crucem Domini re Christiana plurimum iuuat, quod tralationem scripturæ ex lectione Hebraea, ad verbum expressam nobis dedit: ita dici non potest satis, quantum vtilitatis attulerint Lxx viri, qui CCC. annis ante tempora Christi ante Iudaeorum impiam rabiem, qua scripturæ peruerunt, veluti commentariolis quibusdam additis scripturam illustrauere, & commentariolis his, quae afflatu Spiritus sancti texta credidit sanctorum patrum, qui proximi Christi temporibus fuere, con sensus. Quis talia commentaria lubens non legat? si placent, vt re minus, lege, & reijce dū scias tamen facta esse tribus seculis ante Christi tempora, & literis euangelicis consentire semper. Ergo quod obscure dicta haec erant: Nunquid non ut Carcamis, sic & Calano? neque sciremus quid esset Carcamis, neque Calano, aut cuius haec verba essent: addidere de suo verbum, & edidit, Et dicet, id est respondebit, vt sit sensus, si dixerint sui milites imperatori Romano, an non tu imperator solus es toto orbe terrarum? respondebit, & dicet imperator Romanus: Nunquid non ut Carcamis, sic Calano? id est nunquid non coepi Carcamis, & Calano armis meis? quod sic interpretantur Lxx, id est regionem quae supra Babylonem, & Calanem, hoc est, Persas, & Medos, & Carmaniam, & regionem orientis. Nam Romani protulere sineis imperij supra Babylonem, & sinu Persicum, quod de Assyrijs interpretari nemo potest. Nunquam enim Assyrij vicerunt Babylonios, quin potius Assyrij deleti sunt à Babylonijs non multum post tempora Esaiæ. Romanos solos protulisse sua arma vltra Babylonem & Calanem reperies. Ergo Lxx, quae ignota nomina essent Carcamis & Calano, paraphrasi quadam explicat, quae facere solitos diximus ex Proc. & Orig. in Ioan. Et

Tralatio D. Hieron. pernecessaria.

Vtilitatis Lxx virorum.

Q 3 quasi

quasi dicerent, quænam essent hæc loca Carcamis, & Calano, edidere. i. regionem quæ supra Babylonem & Calanem, quæ est, vbi turris est ædificata: illa, inquam, vbi confusa sunt linguæ hominum, & inde est dicta Babel. Turris huius Chalanes, meminit GREG. Nazianz. in laudē Athanasij, & de ordine disputationis, & in hac Chalanes turri cõfusas linguas ait. Ergo sic interpretari possumus translationem D. Hieron. vt sint verba Imperatoris Romani, suis viribus tribuentis victoriam, Nunquid non principes mei simul reges sunt? i. nunquid non ego sum imperator orbis terrarum? cui seruiunt omnes reges. Nunquid non vt Carcamis sic Calano? i. nunquid armis non superauit Carmaniam, & protuli arma supra sinum Persicum? & supra Calanem? hoc est, supra regionem Babylonis. Et vt Arphat, sic AEmath? quod hæc quoque nomina erant obscura eadem paraphrasi Lxx interpretantur, & significant fuisse vrbes Arabia: & quod duplex est Arabia, duas vrbes primarias, & principes Arabia: vtriusque, pro vtraque Arabia posuisse prophetam (partem scilicet pro toto) & ita reddidere Arabiam, vt sit sensus: Postquam dixerit Imperator Romanus se protulisse ad orientem versus arma, supra sinum Persicum ad Carmaniam vsque, subiungat, ad Meridiem versus se cõpisse vtramque Arabiam, Damascum, & Samariam, quæ de rege Assyrio interpretari nullo modo possis, & de rege AEmath leges apud IOSEP. lib. 7. Antiq. Iudaic. cap. 6. cum scripsit, Dauid victorius occupasse omnia vsque ad Euphratem, & vicisse illic Adrafaram, addit regem AEmath ad illum misisse literas, & conciliasse cum eo amicitiam. Lxx viri sic hæc loca interpretantur. Si placet, vtere: sin minus, quis vnquam interpretem reprehendit, aut commentarium, qui quatum potuit nos iuuat? hæc ergo ad Romanos referunt Lxx viri.

D. HIERONYMVS.

Quomodo inuenit manus mea regna idoli sic simulacra eorum de Hierusalem, et de Samaria. Nunquid non sicut feci Samaria, et idolis eius sic faciam Hierusalem, et simulacris eius?

Hunc locum citant Iudæi pro se, cum superiore, quod verba hæc Rhapsaces dux & legatus Senacheribi, nomine ipsius Senacheribi dixisse videatur apud hunc eundem prophetam paulò infra. Et fortasse ob hæc duo argumenta, sententiam Iudæorum probauit D. Hieron. in hac parte, tamen cum cetera omnia repugnent, & reclamant, meliùs referetur ad Romanos hoc caput, nam si hæc verba Senacheribo conueniunt, multò meliùs conuenient Romanis. Quod ergo D. Hieron. dixit, Quomodo inuenit manus mea regna idoli, oratione imperfecta, quæ cohæreat cum sequentibus. Lxx viri edidere: Quomodo cœpi has, sic omnes principatus capiam, vt oratio esset perfecta, & conclusio superioris periodi. **וְיָדִי**, ita, vel eodem modo: **וְיָדִי**, inueniet, vel capiet: **וְיָדִי**, manus mea: **וְיָדִי** regna. Quæ verba magis imperatori Romano conueniunt, quàm Assyrio: putabat enim imperator Romanus, imperium Romanum iam orbis terrarum finibus terminari, quod vt subiugarat penè omnia, eodè modo, inquit, inueniet manus mea regna: reliqua scilicet, quod Lxx dixerunt, Quomodo cœpi has, sic omnes principatus capiam, vt protuli arma in fines orbis terrarum, quod supra dixi, sic capiam reliqua. D. Hieron. inferioribus tribuit hanc orationem. Sed quod D. Hieron. dixit, Idoli, sic & simulacra eorum de Hierusalem, & de Samaria, longè aliter distinxerunt Lxx, quod aliquantulum varia erat eorum tempore lectio Hebræa. Quod intelliges inde, quod pro idoli, reddidere Lxx, vlulate: & sic legere, Vlulate, & sculptilia in Hierusalem, & Samaria. Nam voculam illam, sic, perspicuitatis causa, addidit D. Hieronymus & magnà hæc est blasphemia aduersus Dominum, vt imperator Romanus vno ordine habuerit Deum verum, & sculptilia Samariæ, & dixerit, Vlulate sculptilia in Hierusalem. Quod autem pro idoli, Lxx seniores dixerint, vlulate, mirandum non est, nam **הואיל**, idolum significat: sed vna littera addita in fine, **י**, & in principio, **נ**, mutata in, **י**, efficit **הואיל**, vlulate: & huiusmodi varietates lectionum, in codicibus Hebræis sunt innumerabiles (vt dixi) & hunc contemptum Romani imperatoris, atque adeò Pompeij religionis Iudæorum & tem-

A & templi Domini, nemo est qui ignoret, si historias legerit, atque hinc factum putant, vt post illa, Pompeio res omnes pessimè cesserint. Idem significat translatio D. Hieronymi, vt inuenit manus mea, & cœpit regna omnia, sic conteram simulacra Hierusalem, & Samariæ. Sequentia verba eodem pertinent.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, et in Hierusalem visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum eius: dixit enim in fortitudine manus mea feci, et in sapientia mea intellexi.

Et erit cum compleuerit (seu perfececit) Dñs cuncta faciens in monte Sion, & Hierusalẽ, & inducet super mentem magnã, super principem Assyriorum, & super celsitudinem oculorũ glorię eius, dixit em̃ in fortitudine faciã, & sapiẽtia intellectũ.

Vel hic solus locus falsitatis sententiæ Iudæorum admonere nos poterat. Quis enim non videat hoc non posse congruere Assyrio regi? Compleueratne Dominus, aut, vt Lxx dixerunt, perfecerat omnia quæ erat facturum in monte Sion, aut in Hierusalem, cum pœnas exegit ab Assyrio rege? quis hoc dicit vnquam? non hoc monstri simile est, si sic velimus scripturas interpretari, vt prophetias faciamus mendaces? non enim compleuerat Dñs omnia quæ erat facturum in Hierusalẽ, neq; compleuit post multa illa sæcula, cum deleuit Assyrium, nã multo tempore ante captiuitatẽ Babylonicam, Babylonijs deleuere Assyrios, & inter captiuitatem Babylonicã, & œconomia redemptionis, qua compleuit Dñs cuncta opera sua in Sion & Hierusalem, quod nũc ait propheta, plus quingentis annis interfuit. Falsum est igitur, si dixeris post completa vniuersa opera Dñi, deletum esse Assyriũ, plus penè septingentis annis ante hæc tẽpora deletus est Assyrius. Nõ potes igitur hæc de Assyrio intelligere, cuncta opera Dñi in monte Sion, cuncta opera œconomie redemptionis significant, vt omittã quod neq; Senacherib obfedit vrbe Hierusalẽ, neq; admouit exercitũ vrbi, procul ab vrbe extinctus est exercitus ab angelo. Tantum Rhapsaces ante muros Hierusalẽ Dño fecit conuicia, & statim abiit, aliud ergo referendus est hic locus. ORIG. homil. 8. in Esaia tom. 1. putat vsque adhuc prædictam, Romani imperatoris insolentiam, nunc redire ad vastitatem Iudæorum, nam Origen. facit initium nouæ sententiæ verba illa: Vlulate sculptilia in Hierusalem, & Samaria, vt sit sensus: idola Hierusalem. i. Iudæi idolatrę Hierusalem, vlulate quemadmodum enim feci Samariã, & manufactis eius, ita faciam Hierusalem & idolis eius: comminatur enim quæcunque fecit Samaritanis quos contriuerat Dñs armis Romanorum sub Christi aduentu facturũ se Hierusalẽ, cum consummauerit Deus omnia faciens in monte Sion. i. cum peregerit Dñs redemptionẽ Hierusalem, & generis humani, inducet super sensum magnum, super Zabulum inimicum nostrum, quem sensum magnum appellat, quod vt serpens sapientior erat omnibus bestijs quæ sunt super terram, & filij sæculi sapientiores super filios lucis, dispensator iniquitatis, quem principem Assyriorum vocat. i. principem infidelium (Assyrios pro infidelibus ponens partem pro toto) quem Dominus principem huius mundi vocat, magnus sensus dicitur quo abutitur ad instruendos sapientes mundi istius, ad componendam falsitatem sectarum suarum. Cum ergo omnia fecerit Deus in monte Sion, cum promissa iustis compleuerit, tunc principem mundi huius, Zabulum & altitudinem gloriæ oculorum eius, superbiam eius visitauit, triumphauit enim de aereis potestatibus, & subijcit Zabuli inflationẽ: viribus faciam & sapientia intellectu auferam fines gentium. Sapientiam nescio quam pollicetur, alienigena quædam sapientia est in eis. Est enim sapientia aliena à veritate quã disperdet Deus: hanc iste habens exultimat se esse sapientem, & fines gentium depasturum (peruenit enim ad omnes gentes operatio eius) saluator contra in omnes gentes mittit sermones suos, vt eruat eos qui captiui à Zabulo tenentur: minatur autem Zabulus se vires nostras depasturum, & cernit ciuitates inhabitari. i. ecclesias Dei. De his comouebo, inquit, ciuitates, quæ inhabitantur, frequenter enim concutit ecclesias, persecutionibus, scandalis. Sic mihi videtur Origenes hunc intellexisse locum. Sed oblitabant Iudaizantes, qui negat Iudæos post captiuitatem Babylonicã idola coluisse, neq; fidem habendam putant Machabæorũ libris: sed Iudæi mendacissimi sunt

Sensus magnus Zabulum.

Iudet idolatre post Christi crucem.

Q nos Eu-

nos Eusebio fidem habeamus, qui lib.2. demonst.euangel.cap.37. Iudæos ait post passionem Domini, abiicisse idola: & D. Hieron. qui in cap.13. Hieremias, in principium cap. scribit, populum Iuda post reditum de captiuitate, Dei præcepta non fecisse, sed secutum fuisse deos alienos, ad extremum etiam in Dei filium misisse manus. Certè ORIGEN. sic semper hunc locum explanat de Zabulo, in Numer. cap.18. homil.11. & in cap.21. Numer. homil.11. & in Hierem. cap. 17. homil.4. Sic etiam HILAR. in psal.118. in literam, ain, in verba illa, Excipe me seruū tuum, vbi superbiorum principem, inquit, loquentem Esaias introducit ita, virtute faciam, & sapientia intellectus, auferam fines gentium & virtutem eorum, & commouebo ciuitates inhabitabiles, & omnem orbem terræ apprehendam manu mea, vt pullos, & tanquam contracta oua auferam. Hæc superbientis vox est (Diaboli scilicet) qui Deo ac domino nostro Iesu Christo, ostensa terrenorum imperiorum gloria, dicere ausus est, Omnia hæc tibi dabo, si procidens adoraueris me: non esse autem hunc solitarium, sed plures ei adesse spiritualium nequitiarum ministros per eum docemur, qui ait: Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit Pater meus diabolo, & angelis eius. EVSEB. Cæsariens. demonst.euangel. lib.4. cap.9. hæc verba etiam de sathana interpretatur, qui gloriatur de viribus malitiæ suæ, quibus putat se posse vrbes à Deo altissimo angelis conceditas, vt in recta via feruentur, ab eorum manibus abducere, & tenebris impietatis inuoluere, & orbem terrarum depasci & omne genus hominum concutere, & abducere ab recto, & honesto, & ad vitia, & voluptates traducere quæ omnia multis verbis persequitur Eusebius. GREG. Nazianz. contra Iulianum Regem, oratione prima in principio, Draconem hunc apostatam, mentem magnam appellatum esse ait Assyriorū principem, communem omnium hostem, multa contra terram insanientem, & comminantem, CLEMENS tamen Alexandrinus Stromaton lib.5. hæc postrema verba: persuadebo ciuitates habitatas, & orbem habitatum totum, comprehendam manu vt nidum, verba Dei esse putat, respondentis iam Sathanæ, quod manu comprehendet orbem terrarum Dominus, & seruabit eum sapientia sua: Quæ verba Orpheum mutuatum esse ait ex literis sacris, & Archilocum, & alios poetas. in eadem sententia est EVSEB. præparationis euangelicæ lib.13. cap.7. mutuaturque ad verbum ex Clemente Alexan. D. Basilius in laudem Iulitæ Martyris, Sathanæ hæc omnia verba tribuit in principio. TERTULL. aduersus Marcionem lib.2. cap.18. cum Clemente Alex. & cum Eusebio Cæsariense, hæc verba Deo tribuit his verbis: cæterum qui totum orbem comprehendit manu velut nidum, cuius cælum thronus, & terra scabellum, &c. Lege CHRYS. tom. 5. de his qui gehennales pœnas credere nolunt & de iudicio homil.50.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum eius.

Et inducet super mentem magnā, (vel, super intellectum magnū) super principem Assyriorū, & super celsitudinem gloriæ oculorū eius.

Stendi superiore commentario, verba hæc referri nullo modo posse ad Sennacheribum regem Assyriorum, sed ad œconomiam redemptionis generis humani, vt sensere omnes veteres patres, qui hunc locum interpretantur absque solo D. Hieronymo. sic enim Procop. explanat, & Cyrillus & D. Basil. & alij quorum sententias recensui. Hanc eandem sententiam præ se tulere Lxx viri, qui quod Hebraicè est, Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, vt vertit D. Hieron. vel vt aliter vertere posses, Visitabo super fructum magnifici cordis, regem Assur: interpretati sunt Lxx, visitabo super fructum magni cordis. i. super magnam intelligentiam, edunt enim pro tralatione commentarium scientia spiritali, quam à maioribus acceperant, intelligentiæ porro siue intellectus vocantur à philosophis angeli boni, & mali, neque alio nomine appellantur quā, i. intellectus, seu intelligentiæ, & fructum non vertere Græcè, quod fat esse putarunt, si dicerent illaturum Dominum pœnam super magnum intellectum, vel super magnam intelligentiam, & ne crederes referendum esse hunc intellectum & hunc sensum ad regem Assur nõ vertere patrio casu, regis Assur, vt D. Hieron. sed casu accusandi repetita præpositione, contra principem Assur, vt esset, contra principem huius mundi, pars enim ponitur pro toto & sic posses tralationem D. Hieron. interpretari, visitabo super fructum, super opera magnifici cordis, superbi cordis regis Assur, regis huius mundi, vt pars ponatur pro toto, & super superbiam eius

Lxx viri pro tralatione edunt commentarium.

A biam eius, princeps huius mundi eijcietur foras, & vincetur eius superbia, vel ab imbelli virguncula, vt ait D. Basilius in laudem D. Iulitæ martyris.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dixit enim, in fortitudine manus meae feci, et in sapientia mea intellexi, et abstuli terminos populorum, et principes eorum deprædatus sum.

Dixit enim, in fortitudine faciam, & sapientia intellectus auferam terminos Gentium, & fortitudinem eorum deprædabor.

Hæc superbientis diaboli verba sunt (vt supra de sententiâ veterum patrum sum interpretatus) quod D. Hier. dixit: In fortitudine manus meae feci: Lxx dixere, In fortitudine faciam. Quod Hieronymus in orationes duas: & in sapientia mea intellexi & abstuli terminos populorum, in vnam orationem redege Lxx: Sapientia intelligentiæ meæ auferam terminos gentium, quod, id est, & cõiunctio copulatiua, sæpè nihil significat, sed tantum orationem: & lectionem Hebræam sic vertere potes ad verbum: Et sapientia mea cum intellexi. cum intendi vires intellectus auferam terminos populorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et detraxi quasi potes in sublimi residentes, et inuenit quasi nidum manus meae, fortitudinē populorū: sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vnuerſam terram ego congregaui, et nõ fuit qui moueret pennam, et aperiret os, et ganiret.

Et persuadebo ciuitates habitatas, & omnem orbem comprehendam manu, vt nidum, & sicut derelicta oua tollam, & nõ est qui fugiat me, aut resistat mihi, aut aperiens os & garriens.

Varia lectio est in tralatione Lxx virorum: in Complutensibus Biblijs est, *uero*. i. persuadebo. Clemens Alexan. loco citato supra, vbi ex autoritate veterum patrum hæc loca interpretabar *uero*. i. seruabo. & sic EVSEB. legit lib.13. de præparat. euangel. cum citat verba Clementis, libro tamen.4. demonst.euang. cap.9. *uero*. i. commouebo, & sic legunt omnes patres qui hunc locum interpretantur: & hæc lectio est vera & legitima, nam Hebraicè est *ואניריר*. i. descendere faciam, quod Lxx vertere *uero*. concutiam, commouebo. *ואניריר* sicut potens. *ואניריר* habitanteis. Lxx viri subaudiuere ciuitateis, vt sit: Concutiam ciuitates habitanteis, vel habitatas, quod in natura verborum est, quæ facimus patiendi modo sæpè dicere, & contrà faciendi quæ patimur, ait Quintil. vt habitanteis. i. habitatas. D. Hieron. subaudiuit, in sublimi, Hebræi subaudiūt, in locis tutissimis, quod Hebraicè tantum est: Descendere faciã sicut potens habitanteis. Quod D. Hieron. vertit: Et inuenit quasi nidum manus meae fortitudinem gentium, Hebraicè est *ואניריר*. i. fortitudinem populorum, vt D. Hierony. vertit, significat etiam exercitum, & murum, & antemurale: Lxx pro exercitu acceperunt, & reddidisse videntur, exercitus populorum: & oratorio more, pro omnibus exercitibus populorum acceperunt: edidere enim, orbem totum comprehendam manu vt nidum, exercitus populorum,

Lxx viri, commentarij potius quam interpretes, resellunt Iudæos.

videlicet, interpretati. i. orbem totum: dixi enim Lxx viros, non esse tam tralatores quàm interpretes & commentarios, quo magis necessaria fuit D. Hier. tralatio, magisq; D. Hieron. sua tralatione rem Christianam iuuat. Melius tamen Lxx de nobis sunt meriti, quod non eo tempore ad verbum reddidere scripturam, sed sacros eruere sensus. Frequentissimè enim CCC. ante annis & eo plus, euangelica & apostolica verba representant, & catholica fidei veritate: vnde hic locus non abhorret, cum principem huius mundi, quem magnum intellectum appellant, describunt, vt supra diximus, & subuertunt eam sententiam, quæ ad Sennacheribum hæc refert. Nam qui potuit ad Sennacheribum referri? vt enim omittam, quæ supra dicta sunt, quomodo Dominus impleuerat omnia, quæ erat factururus in monte Sion temporibus Sennacheribi? non reliqua erat omnis œconomia redemptionis? non reliquæ erant omnes prædicationes prophetarum? Quæ circa hanc rem, aiunt, erat factururus, sic omnia licebit interpretari, vt libitum erit. Et sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vnuerſam terram ego congregaui. Lxx hæc ad verbum versa à D. Hieron. ex Hebræa lectione breui oratione expressere, Et Lxx viri,

Principes huius mundi declarantur à Lxx viris. Resellitur sententiâ in hæc refert. de orō, qui hæc referunt ad Assyrios ab ipso propheta & à

Q 5 tanquam

tanquam ova derelicta tollam, orbem totum scilicet, de quo sermo erat. Nam ex hoc loco, sic A
vniuersam terram ego congregabo, supra, exercitus populorum, vt dixi, sunt interpretati. i.
omneis exercitus, orbem totum. Et non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret,
Pro, moueret pennam, Lxx dixere, qui fugerit me, aut contradixerit mihi, hoc est, quod supra
notauit Lxx viros partem allegorice interpretari, vnde reliqua allegorice nobis, notesceret
sensus, vt pro, Moueret pennam, ducta metaphora a nido auicularum, dixere. i. qui fugeret me
aut contradiceret mihi, & est illud quod vehementer laudat in prophetis D. August. cum tro

Lxx viri
commenta
rij et alle
gorie mi
scant veri
tatem, et
enri

picis loquutionibus, vt ille ait, miscetur veritas, vnde aperitur sensus totius tropice locutio
nis, quam putat August. esse laudem prophetarum: & est quidem sepe sed frequentissime Lxx
virorum, qui eno dato, & enucleato veluti ad lucem euangelij verbo vno, toti allegoria luce
adferunt, & veluti quandam faciem prelucent, in his exemplis notioribus, & facilioribus, & hec
libuit dicere, quod, vt inquit Quintil. vtendum est his exemplis, quae sunt audienti magis fa
miliaria. Quod apud Hieronymum est, ganniret, nescio an vitio librarij positum sit pro gari
ret, Sic enim est Hebraice, & sic redditum est a Lxx viris: & si vere scripsit D. Hier. ganniret, B
posuit pro garriret, vt perstaret in auicularum metaphora.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

*Nunquid gloriabitur securis contra eum
qui secat in ea: aut exaltabitur ferra co
tra eum a quo trahitur? quomodo si eleue
tur virga contra leuante se, aut exalte
tur baculus qui utique lignum est?*

Nunquid gloriabitur securis sine
incidente cum ea, aut exaltabitur
ferra sine trahente eam? similiter
si quis leuauerit virgam, vel lignum:
exaltabitur lignum.

Veteres patres, qui superiora ad Sathanam retulere, vt supra diximus, alij Domini respon
sionem esse putant, ex illo loco: commouebo, vel persuadebo, ciuitates habitatas, alij ve
ro ex hoc loco, Nunquid gloriabitur securis? Verba ergo sunt Domini respondentis ad super
bissimum principem tenebrarum quomodo (inquit) securis gloriari potest sine manu secantis? qua
si dicat, istam omnem daemones potentiam tribuendam esse creatori, & primo mouenti, prin
cipem tenebrarum ministrum esse diuinae iustitiae, velut ferram artificis: THEODOR. Nescit
(inquit) quod meus est minister, & a me accipit hanc potestatem. Quod D. Hieron. vertit co
uenienter Hebraice lectioni contra eum, Lxx perspicuitatis causa dicunt: sine eo, & contra eleua
tem, sine eleuante, quod instrumentum sine mouente nihil habeat virium, tantum abest vt con
tra artificem consurgere possit. Quod vertit D. Hieron. quomodo si eleuetur virga contra e
leuantem se Hebraice est: quomodo si eleuetur virga eleuantem se: & D. Hieron. subaudiuit
contra per zeugma a superiori, vel ^{non} articulum accusatiui, vertit contra, potest, tamen lectio
Hebraea verti: quomodo si eleuetur virga, & alleuans eam? nam ^{non} articulus quoque est casus
nominandi, & sic geminabitur eadem sententia, & repetetur tertio: sicut alleuans baculum, no
lignum, & hic subaudiuere Lxx exaltabitur, vt sit sensus: sicut alleuans virgam. i. sicut si quis
virgam alleuet, & alleuans eam. i. si quis eam alleuet, & sicut alleuans baculum. i. si quis baculum
alleuet, lignum non gloriabitur quod ipsum scilicet non alleuat se, sed ab alio alleuatur: Videtur
ergo Lxx intellexisse esse articulum trimembrem, quem rhetores appellant, cum eadem sen
tentia ter repetitur, sicut si quis virgam intentet, & sit attollens eam, sicut si quis sit qui baculum
attollat, aut alleuet, lignum non gloriabitur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Propter hoc mittet dominator Domi
nus exercituum in pinguibus eius tenuit
te, et subitus gloria eius successa ardebit
quasi combustio ignis.*

Sed mittet Dominus Sabaoth in
tuum honorem ignominiam, & in
tuam gloriam ignem ardentem in
cendet:

O Stendi supra haec non posse referri ad Senacheribum, quanquam D. Hieron. sententiam
Hebraeorum referat: sed ad Sathanam, vt interpretatur Hilarius, & Euseb. & alij patres
& cum de Sathana vsque adhuc sermo fuerit, ait Dominus missurum se illum in stagnum sul
phuris

A phuris, & ignis: & hoc significare videtur verba illa, Propter hoc mittet Dominus exercituum
in pinguibus eius tenuitatem. i. in potentiam illius extenuationem: nam quae iudicij die vin
ctus mittetur in stagnum ignis, & nihil poterit tunc Sathanas quod Lxx dixere: mittet in tuum
honorem ignominiam (reddunt enim sensum non verba). i. vt qui nunc princeps tenebrarum
sis, & te pro deo iubeas adorari, ignominiose iaceas reuinctus in sulphuris stagno ardetis. Sub
tus gloriam eius successa ardebit combustio ignis. i. sub eo flagrabit ardens ignis quo combu
retur, quod significantius dicitur Hebraice ^{ויהי כבודו} pro gloria: ^{יקר יקר} ardebit ardens:
^{ויהי כבודו} sicut ardor ignis: Haec ergo tota oratio, pro gloria ardebit ardens, sicut ardor ignis,
quilibet diiudicare potest cui magis conueniat Senacheribo an Sathanae, nam quod iudaei aiunt
igni arsisse Senacheribi exercitum, commentum illorum est, si enim hoc ita esset, mentio quoque
eius rei in scriptura fuisset, quid Lxx virorum tralatio non hoc quoque praefert: ^{ויהי כבודו} ^{ויהי כבודו}
^{ויהי כבודו} aduersus tuam gloriam ignis ardens accedet, quasi scriptura dicat, O Sa
than pro hac gloria & superbia, qua te iactas tam arroganter, in fortitudine faciam & sapien
tia intellectus auferam terminos gentium, & fortitudinem eorum depascam & orbem totum
comprehendam pugno, tanquam nidum ardebis ardens sicut ardor ignis, vel vt Lxx dixere
ignis aduersus iactantiam hanc tuam accendet: spectat ergo hic locus ad stagnum ignis Apo
calypsis in quod coniiciendus est Sathanas reuinctus de quo A. V. G. V. S. de ciuitate Dei li. 20.
cap. 14.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Et erit lumen Israel in ignem & sanctus
eius in flamma & succendet et deuo
rabit spinas eius & vepres in die vna.*

Et erit lumen Israel in ignem &
sanctificabit eam in igne ardenti, co
medet sicut foenum syluam.

EVSEB. Cesariensis lib. 2. cap. 40. haec refert ad vltimam Iudaeae vastitatem a Romanis post
crucem Domini inuectam quo aperte etiam Lxx viri referre videntur. Ergo interiecta pa
renthesi de principe tenebrarum de quo Christus in cruce triumphauit, vt ipse dixerat, Prin
ceps huius mundi eijcietur foras, redit propheta ad vastitatem Iudaeae, de qua agebat. Lumen Is
rael. i. gloria illa Israel qua populus Dei dicebatur & illustris erat, erit in ignem. i. confidebit
in mediis ignes, illa incluta olim Iudaeae conflagrabit incendio. Quanto hoc magis congruit
quam vt Hebraei interpretantur lumen Israel. i. angelus quis vnquam lumen Israel, pro ange
lo dictum vidit? Deinde, Erit in ignem. i. comburet, omnia sunt violenta: Nam nec angelus
comburet, nec, Erit in ignem, significat comburere. Postea, Sanctus eius in flamma. i. populus
Iudaeorum qui olim erat sanctus populus Domini, in flammam. i. concidet in medias flam
mas Hebraice est ^{ויהי כבודו}. i. sanctus eius vt vertit D. Hieron. Lxx viri sine medio, i. legisse vi
dentur ^{ויהי כבודו} sanctificabit eum. i. Israel. reddere enim, Et sanctificabit eam in igne arden
ti. i. consumet eam terram Iudaeae in igni ardenti: Nam R. Abraham est author hoc verbum
^{ויהי כבודו} in bonam partem accipi & in malam, Lxx viri ergo ne referri posset ad Senacheribum aut
ad Assyrios, sanctificabit eam, edidit. i. incendet eam terram. i. Iudaeae ardenti igne vel flam
ma ignis. A. V. G. V. S. quae stionum super Numer. lib. 4. cap. 3. sanctificare pro castigare dictum
ait, quod poena irrogata alijs alios sanctificet, & timere Deum faciat: verba August. sunt: No
tandum nouo modo dictum, sanctificata poena eorum, a quibus hoc peccatum fuerat perpetra
tum, quia per eos exemplum datum est ceteris, quae timerent. Et succendet, & deuorabitur
spina eius, & vepres eius. i. omnis populus infidelis prouinciae Iudaeae ardebit velut spina, & ve
pres (nam spinam & vepres appellari infideles, & perfidos Iudaeos dicendum est infra in cap.
27. latius) & dicta esse die vna Hierosolyma arsura & clarius est quam vt sepius dicendum sit,
& dicitur pro tempore breuissimo quo conflagrauit vrbis Hierosolyma, & templum, vel quo
vniuersa Iudaea conflagrauit sub Adriano, vt leges apud Dionem in vita Adriani. Hoc Lxx
qui sensa exprimunt dixerunt: Comedet sicut foenum syluam in die illa, & deest ex lectione Hebraea
verbum, ardebit, quod reponendum est & legendum, ardebit & comedet sicut foenum syluam, vt sit
ardebit vniuersa Iudaea, vel incendet supple ignis, vniuersam Iudaeam, & comedet syluam. i.
morteis, vt supra dictum est in fine capitis superioris proximi, sicut comedit ignis foenum, tan facile
comedet syluas omnes, & conflagrabunt omnes Iudaeae vrbes: & syluam oes: videtur enim fecisse
paraphrasim Lxx ex illo loco. cap. praecedentis, Vt gramen aridum deuorabitur ab igni.
Diuus

Et gloria saltus eius, & Carmeli eius, ab anima vsque ad carnem consumetur.

Extiguentur montes & colles & saltus, & deuorabitur ab anima vsque ad carnes.

Vel hic solus locus refellit Iudeorum sententiam de decem tribubus & de Senacheribo. Nam facile subuertitur quod aiunt Iudei de huius loci sensu. Aiunt enim sensum esse, quomodo saltus & Carmelus supposito igne crematur, sic ab anima vsque ad carnem Assyrii gloria consumetur. Nihil horum ait propheta qui aperte dicit, gloriam saltus & gloriam Carmeli consumendam. Quid propheta dicta inuenerit? nihil hic de supposito igne, nulla comparationis aut similitudinis metio. Quod si ad comparationem verba prophetae inuita rapias, bella ne videbitur comparatio, si dicas, ardebunt Assyrii sicut ardent saltus & sicut ardet Carmelus? itane montes ardent? & syluae ardent? an niuibus rigent? & torpent gelu? Si diceret propheta sicut ardet Aetna, ferendum aliquo pacto esset. At ardebunt Assyrii sicut montes & saltus, ridiculum est. Supposito igni, aiunt, bene est, non fat erat quae nihil minus sunt, quam similitudo, facere similitudinem, nisi addas quoque integram orationem praeterca. Ad hoc exemplum faciet Hebraeus interpres, vt quae uolet dicat omnia propheta, quid enim facilius? si quae uoles omnia inuertas, & subaudias? Si uerba prophetae sola relinquant, & quae plane sonent, audias, intelligas sane interpretationem EVSEB. Caesariensis esse uerissimam: qui cap. 40. libri 2. haec de uastitate Iudaeae post crucem Domini interpretatur: Gloria saltus .i. montium: consumetur .i. ardebit, non solum enim deflagrauerunt urbes Iudaeae, sed syluae quoque & montes & gloria Carmeli, deflagrabit. f. Ab anima vsque ad corpus .i. non solum igni extinguentur uerum tanto igne deflagrabit uniuersa Iudaea, vt & corpora redigantur in fauillas, & hunc sensum Lxx uiri docent esse huius loci qui lectionem Hebraeam non reddunt ad uerbum sed paraphrasi quadam exprimunt, & dixerunt, Montes, & colles, & saltus extinguentur, & deuorabuntur ab anima, vsque ad carnes. Arsufam aiunt Lxx uiri uniuersam Iudaeam, montes, & colleis conflagratos, & saltus omnes vt in fine cap. proximi praedictum a propheta est: & si euentus est optimus interpres scripturae, quod aiunt omnes sancti, lege Dionem in uita Adriani, deflagrasse uidebis uniuersas Iudaeae urbes, uniuersos uicos, prouinciam uniuersam, vt hic praedictum ab Esaia est: ita proditum historia illic est, esse completum. De Carmelo, quem montem deflagraturum ait propheta totum & omnes eius saltus, leges completum apud IOSEPH. lib. 3. cap. 4.

Et erit terrore profugus. Et erit fugiens, quasi fugiens a flamma ignis.

Lxx, commentarij potius q̄ interpretet.

Lxx uiri perstant in sententia, quam semper praese tulere toto hoc capite, vt haec referant ad deflagrationem Iudaeae. Lege quae supra in illa uerba in fine cap. superioris: Et erit populus quasi esca ignis. sic enim nunc: Erit fugiens, quasi fugiens a flamma ignis, qui enim ex incendio uniuersa Iudaeae euasere ex illa uastitate inuecta Iudaeae sub Adriano, ex medijs flammis euasere, vt leges apud Dionem. Hoc ergo lectio Hebraea significat: Et erit tanquam fugiens, qui fugerit. .i. qui euaserit erit tanquam fugiens ex incendio, de quo sermo erat, & ideo Lxx dixerunt, & erit fugiens quasi fugiens a flamma ardente, sunt enim magis commentarij quam tralatores Lxx uiri. Tralatio D. Hieron. Et erit terrore profugus, supple, Israel. .i. populus reliquus Israel, erit profugus terrore metu tantae uastitatis, & incendij. Nescio cur Vatablum & Pagninum iuuet potius sequi Iudaeos quam nostros, cum דני fugere significet eaque huius uerbi sit notissima significatio. Interpretatur hunc locum EVSEB. Caesariensis lib. 2. demonstrationis euangelicae cap. 40.

Et reliquia ligni saltus eius praepaucitate numerabuntur, et puer scribet eos.

Et relictis eorum numerus erunt, & puer paruus scribet eos.

Pergunt Lxx seniores haec ad Christi scribet eos puer & erunt numerus syluae eius ligni reliquiae. Et isti tempora referre, & ad reliquias scribet eos puer & erunt numerus syluae eius ligni reliquiae. Et quae saluae factae sunt. Quod ergo D. Hieron. conuenienter lectioni Hebraeae dixit, Et reliquiae ligni

A ligni saltus eius interpretantur uelut paraphrasi quadam, relictis eorum, uel, ex ipsis, quasi explanent, quod supra dictum est, extinguedos montes & colles, & saltus, de Iudaeis esse intellegendum, de Iudaeis primarios, & principes omnibus Iudaeorum, & primarias urbes, & principes totius Iudaeae, quod hic mos est prophetarum Libanum in montem, & alios montes pro Hierosolymis ponere, & arbores pro ciuibus, vt apud Zachariam: Aperi Libanum, uel abies: sic nunc reliquiae ligni saltus .i. reliquiae lignorum, uel arborum, quod frequentissima apud Hebraeos est haec numerorum libertas. Reliquiae ergo lignorum uel arborum .i. Iudaeorum saltus .i. syluarum, uel urbium, relictis ex ipsis Iudaeis praepaucitate numerabuntur, Hebraice est, numerus erunt, vt uertere Lxx uiri. D. Hieron. sententiam expressit, quasi diceret: numerus erunt .i. praepaucitate numerabuntur, residui pauci erunt. Lege AVGVSTINVS. in psalmum 94. in illa uerba. Quonia ipsius est mare, & apse fecit illud, unde intelliges cur reliquiae quae saluae factae sunt modo multae sunt dictae, modo paucae, paucae inquit, si conferas cum multitudine eorum qui perfidi fuerunt, quos Dominus affecit, poena merita: multi uero, quod reuera fuere multi, cum uel die una quinque millia crediderint. EVSEB. lib. 2. cap. 40. residui (inquit) ex illa uastitate Iudaeae inuecta a Romanis post crucem Domini, erunt numerus .i. numero comprehendentur, hoc est: pauci erant, & puer paruus hic qui natus est nobis scribet eos (scilicet in libro uiuentium) tollunt quidam cachinos si quid ad hoc exemplum interpretare, tanquam scriptura res gestas alicuius imperij sit complexa, quae humi repant, nec latum digitum se humo attollant. Nepue illud rationis habent, scripturam sacram diuinas res continere, sub typis quidem rerum terrenarum plerumque, plerumque tamen plane & aperte sine ulli typis, ne misentur quod res praeferat diuinas, neue negent sensum literalem esse, quo tunc sic explanantur scripturae, & uerba ipsa, illum ipsum sensum sonant. D. BASIL. quanquam etiam usque adhuc Hebraeos fuerat fecutus, ueteres nunc sequitur, & puerum intelligit sacerdotem, vt supra sumus interpretatus: & explanat hoc de confessione auriculari. Lege Eusebium qui haec multis uerbis explanat.

Et erit in die illa, non adijciet residuum Israel. Et erit in die illa, non amplius adijcietur residuum Israel.

Quod D. Hieron. reddidit, Non adijciet: Lxx uiri reddidere, Non adijcietur: uertere enim quae saluae factae sunt, non se adijcietur Iudaeis, na Israel, casu dandi est: non se adijcietur Israeli, .i. apostoli & fideles, non se adijcietur Iudaeis. Quis enim non uideat apostolos & euangelistas a uia Iudaeorum discessisse? Ergo Lxx uerbum Hebraeum אָדִיכִי .i. adijciet. Iegisse uidentur passiuè, adijcietur: uertere enim אָדִיכִי, quod passiuum uerbum est. EVSEB. lib. 2. cap. 40. ubi haec explanat, actiuè accipit, quod passiuum pro actiuis ponantur aliquando, & quod uidebat Symmachus & Aquilam uertisse actiuè, quos ille consulebat, & cum quibus tralatione Lxx uirorum conferebat. Tame Lxx passiuè hoc uertere, siue quod duplex hoc loco lectio erat, vt supra dictum est, multis esse locis: & Lxx uiri passiuam agnoscant lectionem, siue quod interpretantur, Non adijciet residuum Israel. .i. residuum non adijciet se Israeli, subaudito pronomine, se: discessit enim populus fidelium a synagoga Iudaeorum: & sic enodari potest tralatio D. Hieron. In illa die residuum .i. reliquiae non adijciet .i. non adijciet, subaudi, se Israel. .i. Israeli. D. Aliter tamen haec explanat Eusebius loco citato. Sententia Euseb. conueniet tralationi D. Hieron. quae explanabitur proximo comentario. Et diximus ex D. Hieron. & R. Kimhi, posse nos mutatis punctis, uerba Hebraea actiuè uel passiuè, pro ratione sententiae, explicare.

Et hi qui fugerint de domo Iacob, inmitti super eo qui percutit eos, sed inmittetur super Dominum sanctum Israel in ueritate. Et hi qui saluati fuerint de Iacob, non amplius confidentes erunt super iniurias eos, sed erunt confidentes super Deum sanctum Israel in ueritate.

EVSEB. lib. 2. cap. 40. Reliquiae, inquit, quae saluae factae sunt ex populo Iudaeorum, non adijciet, vt fidant regibus terrenis, sed potius Deo. Quando quae hoc factum est, nisi post crucem Domini: nam non modo post captiuitatem decem tribuum, sed etiam post captiuitatem

tuilitatem Babylonicā, reperies Iudæos, & qui reliqui fuerint ex decem tribubus, coniunxiffe A
 fœdera cum Babylonijs, & cum Aegyptijs, & cum Romanis, vt leges apud Iosephū, quod tā
 longe petere testimonia piget: ex Euangelio liquet vbi clamant Iudæi, Non habemus regem
 nisi Cæsarem, falsa erit igitur propheta, si non interpretere, de temporibus euāgelicis. Nō enim
 dicitur vere non adijci et domus Iacob inniti super eo qui percutit eos, nam palam innitebā
 tur super Romanis, qui illos subiugauerant. Sub Ezechia rege (aliū) hoc factum est, res magna
 Iudæos per decennium coluisse religionem, res tam tenuis vaticinio tanti prophetae digna e-
 rat? Nec quod per aliquot dies Iudæi non fecerint fœdera cum regibus infidelibus, continuo
 vere dicitur non adijci et Iudæi facere fœdera cum infidelibus nationibus, qui eos bello per-
 sequuntur. D. Hieron. superiorē orationem, & hanc, fecit vnius sententiæ, Non adijci et resi-
 duum Israel, & hi qui fugerint inniti, &c. Lxx viri duas fecere orationes, reliquias non adij-
 cientur Israeli secundum carnem. i. relinquent cerimonias veteris legis quia lex & propheta
 vsque ad Ioannem, & rursum repetita negatione quæ à principio est & hi qui saluati fuerint
 non confident nationibus infidelibus. Lege Euseb. qui multa in hunc locum dicit mirabiliter. B

Refellitur
Iudæi,

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Reliquia conuertentur, reliquia in quā Et erit residuum Iacob super Deū
 Iacob ad Deum fortem. fortem.

A It D. Hieron. quosdam ex nostris admonitos hac repetitione, putasse filium Esaia Sear
 Iasub qui cum propheta Esaia prodijt obuam regi Achaz, typum huius rei fuisse, qua
 de re dictum est in principium capitis. 7. quod miror. D. Hiero. sic dubitanter dixisse. Quid e-
 nim vulgatius quam prophetas, multa prophetasse factis, cum in sacris literis vt ipse D. docet
 vel in tenui verbo ingens lateat mysterium? quod ait etiam CHRYSOS. in primum caput
 Geneleos homilia. 3. & in caput 7. Geneleos idem CHRYS. homilia 21. doceat non simpliciter
 accipienda quæ in scriptura sunt, afflatu spiritus sancti scripta esse omnia, singula incredibi-
 les habere diuitias. Videmus vbiunque in Esaia de reliquijs quæ saluæ factæ sunt, mētio est,
 Hebraicè esse, sear Iasub. i. reliquia conuertentur, & Esaia sonare Latine, Iesus Deus, & iube
 ri à Domino prodire obuam regi impio Achaz, ad aquæ ductum piscinæ superioris, cum fi-
 lio nomine Searialub. Quæ reliquia igitur dubitatio hic est significari aliquid quod Iesus De-
 us prodijt obuā cum reliquijs conuersis, regi impio Iudæorum Achaz, ad fontem? quæ de re
 supra dictum est. Iam D. Basilius qui vsque adhuc sententiam Hebræorum fuerat secutus: hæc
 ait perspicuè referri ad illud Pauli, reliquia quæ secundum electionem saluæ factæ sunt. Ergo
 si hæc ad tempora Christi referuntur, superiora bella descripta quorum hæc sunt reliquia nō
 ad Assyrios sed ad tempora Christi referantur necesse est. Ille ergo filius Esaia, cui nomen Sea-
 rialub. i. reliquia conuertentur, qui typus erat reliquiarum quæ saluæ factæ sunt, de quo dictū
 est in principium cap. 7. huius vaticinij typus erat, nam quod illic typo prædictum est hic ex-
 plicatur, nunc enim dicitur apertè Searialub. i. residuum conuertetur, residuum inquam ex va-
 stitate descripta. Et subiungitur ad quæ fit cōuertendū residuū, & quod puer ille, qui natus est
 nobis appellatus est cap. 9. elghibor. i. Deus fortis, nunc residuū conuertendū cōfifurum di-
 citur super elghibor. i. super illū puerū qui est appellatus, elghibor. i. Deus fortis. i. super Chri-
 stū sic explanat EVSEB. Cæsariensis lib. 2. cap. 40. aliter supra explanat, sed hoc magis placet. D

Aug. cō-
tra Adima-
tum li. 1. c.
28. et con-
tra Faustū
lib. 12. c. 7.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Si enim fuerit popul^{us} unus Israhel quasi Si fuerit populus. Israel sicut arena
 arena maris reliquia cōuertetur ex eo. maris reliquiae eorum saluabūtur.

D Iuus Paulus ad Romanos 9. citat hunc locum, & explanat, si nihil aliud esset, vel hic so-
 lus locus Iudæorum sententiam refelleret: reliquias enim has apostolos, & fideleis ap-
 pellat, quod soli ex illa vastitate, qua Deus infideles Iudæos aut perdidit fame, peste, ferro, in-
 cendio, bello, aut expulit vrbibus Iudææ, salui facti sunt. Ergo si hæc reliquia referuntur ad
 tempora Euangelica vastitas Iudæorum temporis euangelici erit, neque iuuerit dicere, quod
 mentio facta est reliquiarum decem tribuum, prophetam vaticinatum de reliquijs quæ saluæ
 factæ sunt. Nam certè Iudæi, qui has reliquias ad Assyria bella referunt, non male videbuntur
 inter-

A interpretari, si illis largiremur prophetam hoc cap. vaticinatum esse de bello Assyrio, & cui li-
 bet arbitro fortasse probarēt suam causam nisi Paulus esset interpretatus. Nam si de bello Af-
 syrio prædictum est, reliquia illius belli viderentur esse intelligendæ, intelligit Paulus reli-
 quias vastitatis quæ inuicta est vrbibus Iudææ temporibus euāgelicis: vastitas ergo quæ in-
 uicta est Iudææ temporibus Euangelicis descripta est vsque adhuc. D. Paulus citat hunc lo-
 cum iuxta interpretationem Lxx virorum, & notandum est, hunc locum esse ex illorum nu-
 mero, quæ Lxx non vertunt ad verbum, sententiam expressisse contenti, & tamen citatur
 à D. Paulo ad Hebræos 9. quod tamen Lxx dixere, si fuerit populus Israel, significantius, & pla-
 ne magis dixit D. Paulus: Si fuerit numerus filiorum Israel, quod solent apostoli, & Euangeli-
 stæ explicare verba scripturæ. EVSEB. lib. 2. demonstr. Euāgel. cap. 40. duo promissa Dei inquit
 ad Abraham extant, quod erunt eius posteri, vt stellæ coeli, & quod erunt vt arena maris: stel-
 lis coeli comparati sunt prophetae, apostoli, fideles, de quibus Dominus: Vos estis lux mundi:
 terrigenæ, i. proni in res caducas, arenæ maris comparantur quod profus terrena, & hūmilia
 spectent, rerum coelestium expertes, quæ multitudo describitur peritura. Idem ait ORIG. in
 cap. 9. Pauli ad Rom. Eodem verba D. Hieron. spectant, Chrysoptomi, Theophylacti, Ambro-
 sij & D. AVGVST. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 46. & quæstionū super Genesim lib. 1. quæst. 148.

Lxx viri
tantur à D.
Paulo, etiā
cum nō red-
dūt ad ver-
bū lectōne
Hebræam

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Consummatio abbreviata mundabit Verbum consummans, & abbrevi-
 iustitiam. uians in iustitia.

P Aulus quoque hæc de temporibus Euangelicis interpretatur, & de reliquijs quæ saluæ fa-
 ctæ sunt, quod certè non liceret, si propheta Assyria bella tractasset hoc cap. Nam quod
 aiunt, habita mentione reliquiarum decem tribuum, transiisse prophetam ad alias reli-
 quias, mea quidē sententia, magno cachino prosequerentur Iudæi, si illis largiremur quod ve-
 teres non largiuntur, vt ostēdi, superiora omnia belli Assyrij fuisse prædictiones. Lxx viri
 hunc locum non vertunt ad verbum, sed sensum exprimunt, & tamē D. Paulus ad Rom. 9. iux-
 ta translationem Lxx virorum hunc locum citat, & est ex eorum numero, quæ apostoli citant
 etiam cum non sint ad verbum reddita à Lxx viris, quam controuersiam inter August. & Hie-
 ron. fuisse diximus. P R O C. consummans, inquit, complens Christus verbum, prædictio-
 nes prophetarum: impleuit enim Dominus prophetias, & legem, & breuians ipsum, subaudi-
 tum verbum prophetarum, & legis prolixitatem, quod ad compendium redegit legē, & prophe-
 tas, dicens ex duobus mandatis pendere legem, & prophetas, & vno præcepto legis naturalis,
 concludens omnia præcepta legis. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, eadem vos fa-
 cite ipsi: in iustitia, ad iustificandos homines. CYRIL. Lxx inquit, Mosis, longa circuitione
 vtitur, & multis ambagibus, ænigmatis, vmbri, typis, euangelicus sermo breuis concisus.
 EVSEB. Hæc, quæ dixerat, inquit, de vastitate Iudææ his verbis docet complenda, quando
 ipse Dominus impleuerit omnia, quæ sunt prædicta in lege veteri, & breuians legis veteris
 præcepta, sermonem fecerit breuem. Quibus verbis perspicuè euangelij prædicatione præsigni-
 ficatur, breuis enim sermo euangelij est, omnia quæ in veteri lege sunt breui sermone comple-
 xus. AVGVST. tom. 4. ad Simplicianum lib. 1. quæst. 2. Verbum consummans, & breuians. i.
 compendio fidei saluos faciens credentis, non per innumerabiles obseruationes, quibus illa
 D gens fuit onerata. Et tom. 9. de disciplina Christiana, lib. 1. Verbum consummans, & breuians,
 quia consummauit euangelium, & breuiavit, & voluit apertū esse & breue, breue ne nō vaca-
 ret legere: apertum, ne non liceret intelligere. Et tom. 10. serm. de Epiphania, Consummauit
 verbum, duobus præceptis dilectionis: breuiavit legem, & prophetas, euangelio. D. C Y P R.
 in expositione symboli: Breuians, redigens in breuitatem euangelij. Tralatio D. Hieron. sic
 explanabitur: Consummatio. i. perfectio legis; abbreviata. i. redacta in breue euangelij com-
 pendium, inūdabit. i. plenam reddet iustitiam, hoc est, iustificabit credentis, & gratia Spiritus
 sancti complebit, vt sit sensus, Vastabitur Iudæa, & reliquia saluæ fient, quando redigetur in
 compendium lex vetus, & prædicabitur euangelium, & lex noua, quæ est lex gratiæ.

Lxx viri
tantur à D.
Paulo, etiā
cum nō red-
dūt ad ver-
bum scri-
pturam.

Non temerè visus sum mihi tundere, cum semel dixisse, fuisset satis, cum refellebā senten-
 tiam Hebræorum, quam plerique ex nostris sequuntur, qua putabant hoc capite captiuitatē
 decem tribuum prædici, & bella Assyria, quod dicebam, si hoc Iudæis largiremur, nisi hæc D.
 Paulus esset interpretatus facile Iudæos, cui libet arbitro probaturos suam sententiam, hæc de
 Assyrijs

Assyrijs esse dicta, & nō de temporibus euangelij. Nā ecce postquam interpretatus est D. Paulus & omnes sancti hunc locum de euangelio, audent Vatablus & Pagninus & alij, sua tralatio ne hęc, ad vastitatem Assyriorum referre, & aliter interpretari quā D. Paulus, & omnes sancti patres. Refellenda tamen Iudæorum sententia est, ne ea occasione quidam ruant ad Iudaismum, & quidam audeant contra D. Paulum scripturam interpretari, quā de re paulo post dicendum erit latius.

Defenditur Origines & Ambrosius aduersus Erasmus

Erasmus, nescio cur suspectos faciat Orig. & Ambros. quasi in hoc loco Pauli ignorauerint ita dictum esse, Verbum consummans, vt consummans nominandi casu esset, verbum verò casu accusandi, vt esset sensus: Dominus consummaturus est, & breuiaturus verbum. i. sermonē euangelicum, cum nulla aut in Ambros. aut in Orig. sit talis suspicio; nam AMBR. interpretas hunc locum Pauli inquit: Saluari reliquias promittit per verbum quod iuste definiens abbreviabit Dominus super terram. In præfatione verò in epist. Pauli ad Galat. Verbum consummans, intellexit, vt esset, consummans. i. finiens: verbum. i. legem. Subijcit enim: Si hęc intelligerent Iudæi, à lege recederent, scientes, à prædicatione Ioannis Baptistæ legem cessare, vt sola fides, quę ex dilectione operatur, sufficiat ad salutē, abbreviata ex lege: quo loco sic intellexit hęc verba Ambr. consummans sermonē siue verbū, finem imponens sermoni siue legi: & breuians, redigens in breuitate euangelij, vt TERTVL. etiam aduers. Marc. li. 4. Verbū, Consummans (inquit) præceptorū fecit grande compendium. & ORIG. in hunc locum, Verbum breuiatū (inquit) faciet Dñs super terram: vbi planē scribit Orig. Dominus faciet verbū: quasi quicquā interfuit vtrum dicas, Dñs consummabit verbum, & breuiabit: an, Dñs faciet verbum breuiatum, & consummatum, vt dictum est. AVGVST. magis erat accusandus, qui vtrunq; hoc, verbum consummans, non casu accusandi, vt putat Erasmus, sed nominandi casu esse cēset, verbum consummans, & breuians. i. verbum quod consummatos facit, & compendio fidei saluos facit credentes. Et CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 1. Verbum consummans, & breuians in iustitia, Christum esse putat. Et sermone. 6. de oratione Dominica, Verbum (inquit) consummans, & breuians, dominus noster Iesus Christus est, qui omnibus venit Dei sermo. Hos accusa Erasme, quod vtrunque nominandi casu protulerint, non accusandi. Et ANACLET. epistola. 2. decretal. tom. 1. Concil. hunc locum nouo quodam modo interpretatur, vt, Verbum breuiatum, pro; Christo incarnato accipiat, vbi non diminutio deitatis in Filio significetur, sed susceptæ carnis dispensatio, in qua dispensatione non solum Patre, sed angelis etiam minoratum appellat. Sed caue, ne sanctis patribus cupiens illidere dentem offendas soldo. Nam hi patres ita interpretantur, vt D. Hieron. cuius tralatio tota nominandi casu est, Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Sed vt hoc planum fiat, notandum est deesse in tralatione Lxx virorum, verbum vnum quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendum quę, Verbum consummans, & breuians, exuberans iustitia. Hebræicē enim est מְגִדֹּם, inundans, exuberans, vt sit. Verbum consummans, & abbreviatum, exuberans iustitia: vnde intelliges, diuinitus hunc locum explanatum ab August. & Cypriano, pro Christo, qui verbum patris est, consummans, & perficiens legem, & breuians eam: quia finis, & terminus legis est, & omnes solennitates, & ceremoniæ typi eius fuerint, vt Christus fuerit recapitulatio, quod inquit IREN. & abbreviatus sermo omnium sacrificiorum, omnium ceremoniarum, exuberans gratia. i. plenū gratiæ & veritatis: quę eadem est interpretatio tralationis D. Hieron. Christus enim est consummatio legis abbreviata, qui est terminus & veritas omnium figurarum veteris legis: inundabit iustitiam. i. plenus erit gratiæ, vt de plenitudine eius omnes accipiamus. Sed querendum videtur, cur D. Paulus hoc verbum non posuerit, cum tantam habeat emphasim, Verbum consummans, & breuians iustitia exuberans. i. qui gratiam non accepit ad mensuram. Diximus supra, apostolos & euangelistas, cum citat loca scripturę citare necessaria, omittere media (quod sæpè rependum est, & exemplis confirmandum) cum duo sunt verba obscura, alterum vertere, alterum omittere, quod ei loco de quo agitur non conueniret, & interpretari alibi. Hoc igitur verbum Hebræum, significat plenitudinem gratiæ Christi, de qua non agebatur hoc loco. Nam ita ferè citant apostoli loca scripturę, vt ea interpretentur, sed de hac re, inquam, postea dicendum est latius.

Castigatur lectio Lxx virorum

Erasmi latinitas

Dubium Mos Apolorum

Sed quid iuuat hoc, ecce è transuerso sese fert Vatablus, quasi dicens nihil tale significat, sed quod Dominus vult perdere Iudæos, id quę iusto iudicio: accedit huic socius Pagninus, qui ad præscriptum R. David in libro Radicum, hunc locum interpretatur, vt eius tralatio præferat sensum

A sensum Vatabli, vnde discas quod supra pluribus dictum est, de his tralationibus quę editæ dicuntur ad veritatē Hebræicā, hinc conijce ad quā veritatem sint editæ, si Lxx nihil aliud cōmoditatis nobis attulissent, quā quod tot faculis ante re gestam has dantur controuersias, maximo in pretio erant habendi. Ea Vatable, & tu Pagnine, Lxxii Iudæi doctissimi, Iudæorū damnant interpretationem, & ne lapsos dicatis Lxxiii doctissimos Iudæos, quod Irenæus extremæ putat esse impudentiæ, D. Paulus tralationem Lxx probat: non conuenit hoc, inquit Iudæi, cum veritate Hebræica. Quando si Deo placet, defendendus Paulus aduersus Iudæos יְרֵבָה, consummatio est, à verbo יָרָב, consummare, perficere, & deficio; finis, vt nomen ab eo deductum, possis interpretari defectionem, vt referas ad defectionem & finem legis, vel perfectionem & consummationem, vt huc quoque referas, & bene ad vtrunque sancti patres videantur retulisse: quando verbum Græcum vtrunque significat, ἵνα, conuictum; à verbo ἵνα, quod multa significat concidere; nam Leuitic. 22. interpretantur hoc verbum ipsi Iudæi: ἵνα concisum. & ἵνα, in valle ἵνα, i. concisionis. Cur igitur si D. Paulus & Lxx viri sic vertunt, qui reddiderunt ἵνα, i. verbum consummans, & abbrevians, & breuiatum, quisquam id audeat demutare, & causetur, non sic Hebræicē esse? non sic interpretantur Iudæi, factor. Non sic est Hebræicē, vt interpretatur D. Paulus & Lxx viri, & D. Hieronymus, id verò pernego. Significat & hoc verbum postremum decernere, statuere, iudicare quę omnia verba ad hanc interpretationem sanctorum pertrahi possunt: nam euangelium, est verbum consummans & perficiens, decretum & statutum à Domino, & datum Gentibus, & definitum, & determinatum. Hęc enim omnia significat hoc verbum ἵνα, quod sic omnia sunt decisa & determinata: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur, qui non crediderit, condemnabitur. Significat etiam ἵνα, aurum, & murum, quod auro preciosius euangelium sit, & eo velut muro simus muniti inexpugnabili. Nam adhibendus est ille Canon scripturę, cum verbum plura significet, omnia illa voluisse significare Spiritum sanctum. ἵνα, inundans & exuberans iustitia, vt sit, Verbum illud euangelicum perficiens omnia, & breuians, vel breuiatum, iustitia exuberans, &c. Quid hic ex lectione Hebræa, aut verbis apostolicis, aut sententia veterum patrum repugnat? vt hinc in Iudæorum colonias transeundum fuerit?

Tralationes que edite dicuntur ad veritatem Hebraicam.

Lxx viri Iudæi doctissimi

Paulus citat Lxx viros, & defenditur D.

Paulus contra Iudæos

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Consummationem enim, et abbreviationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terra.

Quia verbum abbreviatum dominator Dominus exercituum faciet in orbe terræ vniuerso.

Sæpè repetit IREN. apostolos & euangelistas, interpretationem scripturę, ecclēsię catholicę reliquisse, quod eam tradiderint episcopis & doctoribus ecclēsię, quę per manus ad nos vique descenderit: & opinor quod ex singulis locis scripturę quædam enodarint, vnde lux inferretur antecedentibus & consequentibus, & tota capita notescerent: quod si non esset factum, Iudæi plarōque nostrum in sententiam pertraxissent suam, cum ea quę citat & explanat PAVL. audeat aliter explanare VATAB. & PAGNI. quanuis eos frānerit diui Hieronymi autoritas, his verbis de Paulo agens, & de interpretatione Pauli, qua hunc locum enucleat, Vbi tanti viri præcessit autoritas, cesset omnis alia interpretatio. Nihil fecius Iudæorum sententiam sequuntur relicto diuo Paulo: quid futurum putas, si diuus Paulus hęc non esset interpretatus? Diuus Paulus ergo citat hunc locum iuxta sententiam Lxx virorum, quod dictum est. Tantū breuitatis, causa, pro, Dominus Deus exercituum, dixit diuus Paulus, Deus: pro, In orbe terræ vniuerso, dixit diuus Paulus, In terra: quod in re nota à Paulo factum optimè est: Lxx verò seniores, diuinitus dixerunt ἵνα ἵνα, id est, in vniuerso orbe terrę, vt subuerterent Iudæorum sententiam, qui hęc ad terram Iudæę referunt: quemadmodum etiam pro consummatione, & abbreviatione quod D. Hier. conuenienter Hebræę lectioni reddidit, ipsi vertere, Sermonem abbreviatum, vel verbum abbreviatum, ne Iudæi & Iudaizantes referrent ad vastitatem à Sennacheribo Iudæę inuectam, quę quanquam paraphrasim appelles, eam tamen citat D. Paulus, & eò referenda docet quod retulere Lxx. Hunc locū sic explanat TERT. aduersus Marc. lib. 4. in princip. Quoniam decisum sermonem faciet Dñs, vel verbum abbreviatū. i. euangelium: compendiatū est enī nouum testamētum, & legis laciniosis oneribus expeditum. E V S. demonstr. euang. li. 2. cap. 40.

Explanatio scripturę tradita ecclēsię ab apostolis.

Lxx viri paraphrasim huius loci faciunt, et non tralationem, et tamē citantur à diuo Paulo.

cap. 40. Manifeste euangelij prædicationem his verbis repræsentat, quod euangelium legis
 Mosaicæ, quæ in figuris, & typis, & corporalibus cæremonijs erat, compendium est. bre-
 ue enim compendium legis Mosaicæ, euangelicus sermo est, per omnes nationes promul-
 gatus. C Y R I L. Lex Moïsi per longas ambages, per ænigmata, & umbras. Salubris sermo
 euangelicus breuis est, & concisus, nudam veritatem præferens. A M B R. in lib. de Thobia
 cap. 20. Verbum, inquit, consummans, & abbrevians faciet Dominus super terram, hoc est, fa-
 ciet, vt ex multis rationibus veteris legis abbreviata tibi summa conueniat, nam ex multis lu-
 daeorum dispensationibus, & ex multo illo ratiocinio peccatorum consummavit tandem, at-
 que breuiavit, vt reliquæ salutæ fierent. AVG. in euang. Ioannis, tract. 16. in caput. 7. in illa ver-
 ba, Triginta & octo annos habebat in infirmitate: Venit, inquit, ipse Dominus. charitatis do-
 ctor, charitate plenus, breuians, sicut de illo prædictum est, verbum super terram, & ostendit
 in duobus præceptis charitatis pendere legem, & prophetas: quo loco videtur August. hunc
 totum locum intellexisse, vt diximus supra, cum ostendi casu nominandi illa legisse, Verbum
 consummans, & abbrevians, exuberans iustitia, quia verbum abbreviatum dominator Domi-
 nus exercituum faciet in orbe terræ vniuerso: vt sit sensus, Verbum consummans. i. verbum
 patris implens legem, & prophetas, & breuians legem & prophetas, quod ipsum verbum pa-
 tris caro factum. I. ipse Christus veritas est omnium sacrificiorum veteris legis, & omnis pro-
 phetæ, exuberans iustitia. i. plenus gratiæ, & veritatis, veniet, scilicet, & faciet verbum abbrevi-
 atum toto vniuerso. i. dabit doctrinam euangelicam toti vniuerso. THEOD. Quod enim
 lex multis mandatis, & sacrificijs, & victimis vtens non valuit præstare, hoc præstitit euan-
 gelicus sermo, breue exhibens pharmacum salutis, sacrosanctum baptisma. Ne tamen Vata-
 blus, & Pagninus aduersus D. Paulum, & D. Hieronymum, & Lxx seniores causari possint ni-
 hil tale Hebraicè esse, verba Hebræa sunt.

terra omnis medio in faciet Sabaoth Deus dominus breuiationem & consummationem Quonia
 כִּי כִלָּה וְנִחְרְצָה אֶרֶץ יְהוּדָה צְבָאוֹת יְהוָה עִשָׂה בְּיָמָיו

Id est, Certè consummationem, & abbreviationem dominus Deus sabaoth faciet in omni
 terra, id est, sermonem euangelicum, qui est consummatio, & abbreviatio legis veteris, & c.
 At dices, Possunt aliter Hebræa verba explanari: quid ni? etiam in euangelio Ioannis, In prin-
 cipio erat verbum, verbum posses interpretari. i. prouerbium, quod verbum significat etiam
 prouerbium, & risus concitares aduersus te, & hæresim incurreres. Ad hoc Iudæorum ex-
 emplum omnia euangelia liceret inuertere, sed quod Græcè, & Latine scimus, non audeat quis-
 quam id facere. In veteri testamento Iudæi audent, quod Hebraicè nescimus. Nostros ego
 vehementer miror sermonis Hebraici doctissimos, & pios etiam viros, qui hæc tantum abest,
 vt intelligant, vt admirentur etiam.

D. HIERONYMVS.

Propter hoc hæc dicit dñs Deus exerci-
 tuū. Noli timere populus meus habi-
 tator Sio, ab Assur. In virga enim per-
 cutiet te, et baculus suū leuabit super te
 in via Aegypti. Adhuc enim paululū,
 modicūq, et cōsummabitur indignatio
 mea, et furor meus sup scelus eorum.

Hoc est quod monui supra ex Proc. & Hippolyto episcopo Romano in Danielē, & alijs
 sanctis patribus, prophetas solitos prædicere non longo post tēpore futura, vt sibi pro-
 phetarū nomen parerent, & vaticinijs de mysterijs Christi longo post tempore futuris fidem
 conciliarent. Quo modo em prophetarū scripta in precio haberēt, & summa seruarēt reli-
 gione, si non eorum vaticinia rerū cōprobasset euentus, in his quæ vaticinabantur non longo
 post tēpore futuris? Ideo ergo prædicebant futura, & sibi, & regnis finitimis, vt cum completa
 viderent, Iudæi intelligerent vaticinia de Christo esse complenda, & prophetarū scripta serua-
 rent religiosissimè, quem morem seruasse Dominum ait CHRYS. qui hunc canonem scrip-
 turæ

LXX VIRI.

Propter hoc hæc dicit dominus sa-
 baoth, Ne timeas populus meus ha-
 bitanteis in Sion ab Assyrijs, quia
 in virga percutiet te. Plagam enim
 inducet super te, vt videat viam Ae-
 gypti. Adhuc enim parum, & ces-
 sabit ira.

pturæ præscribit, vt cum duo prænunciantur à Domino ex vno statim completo, credatur re-
 Aliquum futurum. Verba D. Chrysof. sunt in cap. 3. Matth. homil. 11. in illa verba: Paleas cōbu-
 ret igni inextinguibili. Propterea, inquit, simul vtrūque dixit, vt ex hoc quod iam factum est,
 illud quod adhuc differatur, credamus futurū. Nam ipse quoque Christus multis in locis hoc
 agit sæpè, vt duas prophetias pariter collocet, quarum vnā hic impleat, alteram spondeat in
 futuro, vt ex illa quæ impleta hic est, reliqua credatur implenda. Hoc factū est hoc capite, præ-
 dicta est vastitas Iudææ post crucē Domini, & euangelij prædicatio, & prædicta sunt reliquæ
 salutæ futuræ. Hæc non erat populus Iudæorum crediturus, nisi signū aliquod daret, & prædice-
 ret aliam prophetiam, cuius euentus præsens hæc confirmaret, & certissima faceret. Prædicat
 ergo exitium exercitus Sennacherib. qui vna nocte extinctus ab angelo est, vt tanto illo mira-
 culo, mysterijs Christi, quæ prædixit, concilietur fides.

Ergo propter hoc, quia Christus est venturus, & facturus hoc, noli timere populus meus
 Assyrium Sennacheribum, nūc seruaberis, quoad veniat Christus, & quoad œconomiam redē-
 ptionis peragat. in virga enim percutiet te, cum vi capiet aliquot vrbeis Iudææ. Et baculum suū
 leuabit super te, quod Lxx interpretantur. i. plagam inducet super te, vi capies aliquot vrbeis
 Iudææ. In via Aegypti, quod Lxx interpretati sunt, vt videat viam Aegypti, vt petat Aegyptū
 eundem enim erat in Aegyptum per mediam Iudæam. adhuc enim paululū, modicumque
 intra breue tēpus. Consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum. i. de le-
 bo illos, deest verbum in translatione. Lxx virorum, quod reponendum est ex lēctione Hebræa
 legēdumque, Adhuc enim parū, & cessabit ira, & cōsumetur ipsi. Hebraicè enim est כִּי לִבְיָהוּ
 quod D. Hieron. vertit, Super scelus eorum, quod reddere posses ad consummationem eorū,
 nam כִּי לִבְיָהוּ, in ueteralco Latine, & consumor, & sic Hebræi interpretantur ad consummationem
 eorum.

D. HIERONYMVS.

Et suscitabit super eū Dñs exercitūū
 flagellū iuxta plagam Madian in pe-
 tra Oreb, & virgam suam super ma-
 re, & leuabit eam in via Aegypti.

LXX VIRI.

Et suscitabit super eū dñs Deus ex
 exercitūū, secundū plagā Madian, in
 loco tribulationis, & furor eius in
 viam, quæ ad Aegyptum.

Historia Sennacherib. 4. li. Reg. est cap. 18. & 19. & 2. Paralip. cap. 32. & apud IOSEP. lib. 10.
 Antiquit. cap. 1. Neque scio, cur D. Hieron. in cap. 37. huius prophetæ, interpretans illa
 verba, Reuerfus autem Rapaces: Herodotus dicat Sennacheribi scripsisse historiam, cum de
 Persis agat, & Perlarum regibus, non de Assyrijs, & Assyriorum rege Sennacheribo. Iosephus,
 vt pluribus dictum est supra in disputatione de interpretationibus, inuertit historias, & pluri-
 ma mutat, dissentit in plerisque à literis sacris, quod infidelibus nationibus, penes quas orbis
 terrarum imperium erat, historiam suam faceret credibilem, quæ si Nicephorus & alij qui-
 dam expendissent diligenter, & cum sacris litteris contulissent singula, nunquam profecto
 Iosephi fidem in historia scribēda commendassent, cum fuerit in quibusdam mēdaciissimus,
 vt supra in disputatione commonstrauimus. Ad exemplum multorum quæ illic citauimus,
 opinor hanc quoque inuertisse historiam. Nam ex cap. 36. & ex hoc loco huius prophetæ in-
 telligi potest Sennacheribum rectā petiisse Aegyptum, vt oppugnaret Aegyptum, & cum in-
 dē rediret, coepisse vrbeis Iudææ: & cum obsideret Lachis vrbeis, misisse Rapasce Hierosoly-
 ma, & postea legatos alios ex Lobna: & cum rectā pergeret Hierosolyma cum exercitu, captis
 D. vrbeis Iudææ procul Hierosolymis, vniuersus exercitus extinctus ab angelo est. Sic hæc in-
 tellexisse videntur Lxx, & describere videntur impetum regis Assyriorum, & expeditionem
 illam omnem aduersus Aegyptios, obiterque & in transitu, dum contendit magnis itineribus
 in Aegyptum, exterruisse volunt Iudææ vrbeis, dum redit ex Aegypto, volunt coepisse vrbeis
 Iudææ, & cetera fecisse, vt dictum est. Ait ergo Dominus sic vincendos esse Assyrios, sine gla-
 dio, sine pugna, vt olim Madianitæ, nam ab angelo vna nocte vniuersus exercitus est interfe-
 ctus. Quod D. Hieron. dixit, In petra Oreb. Lxx. reddidit, In loco tribulationis, quod Ma-
 dianitæ non occisuerunt in petra Oreb. sed Oreb Madianitarum rex est: & Oreb caliginem, &
 noctem significat: nam, i. litera sine varietate significationis, dictionibus Hebræis addi & de-
 trahi solet. Ergo Lxx intelligunt, Dominum subuenturum Iudæis contra Assyrios, vt olim
 R 2 subuenit

subuenit contra Madianitas; eum Iudæos vndique circumstaret pauor, & caligo, & tribulatio. A qua de re lege in li. Iudicum cap. 7. & cap. 8. D. Hier. Oreb posuit, quod princeps Madianitarum erat Oreb, & Madianitæ occisi sunt procul ab eo loco, quo fusi sunt in petra Oreb, vbi occisus est Oreb, vt ex parte totum intelligatur. Quod autem sequitur, Et virgam suam super mare ita interpretantur Lxx sua paraphrasi, vt impetum regis Sennacheribi significant esse aduersum Aegyptios, & ceteros aduersum viam ad mare, vt in aduersum mare, aduersum mare, quæ minus bene Latine reddita sunt, sic enim etiam reddeda, Ira eius aduersum viam maris, in viam aduersum Aegyptum: & est sensus, leuauit Assyrius virgam suam super mare. i. leuauit impetum suum super mare, in viam quæ tendit in Aegyptum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit in die illa, Auferetur onus de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & co-putrescet iugum a facie olei. Et erit in die illa, Auferetur iugum ab eis a te, & corrumpetur iugum ab humeris vestris.

Significat propheta, Assyrios nocte vna ab angelo esse delendos, & populum Iudæorum a seruitute Assyriorum esse liberandum. Desideratur in lectione Lxx totum illud, Computrescet iugum a facie olei, quod est reponendum ex lectione Hebræa. pro, Computrescet iugum a facie olei, habet Thargum, conterentur populi a facie Christi, quia Christus oriturus est e gente Iudæorum, & promulgaturus euangelium Hierosolymis: populi, qui Hierosolyma oppugnare volent propter Christum ibi promulgaturum euangelium, conterentur. A facie ergo olei. i. Christi, qui oleo exultationis est vnctus: & fons, & origo olei, ex quo tanquam ex capite in membra defluit. Computrescet iugum. i. liberabitur Hierusalé iugo seruitutis, nunc Assyriorum in typo & vmbra, postea demonum in veritate. GREG. in. 29. cap. Iob, cap. II. & homil. 16. in euangelia, hunc locum explanat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Veniet in Aioth, transibit in Magron, apud Magmas comendabit vasa sua. Venit in ciuitatem Agai & transibit in Maggedo, & in Magmas ponet vasa sua.

D. Hieron. nos docet litteras esse permutari & mutare Hebraice.

Nomina propria in lingua natiua, quam in peregrina, castigatione esse verisimilius est. Magron, tamén & Maggedon, legi posse puto vtroque modo, quod Magron præfert vulgata lectio Maggedo vertere Lxx, & in 7 facile mutatur, & puncta permutari, vulgatum est. Et quod obstrepunt, quidam importunè, quod mutem litteras, & puncta. D. Hieron. id faciendum docet, qui in fine ca. 44. in illud. Qui dico Cyro, pastor meus es: reddens causam, cur Lxx, dixerint, qui dico Cyro vt sapiat, ipse Hieron. qui dico Cyro, pastor meus es, permutatione 7 in 7 factum esse dicit, & punctorum. Idem facit in illud cap. 3. Amos. Propter hæc dicit Dominus: & alibi centies. Maggedo mentio est. 4. reg. cap. 9. & Matth. ca. 15. in fine, vbi Maggedan legitur, & Apocalyp. 16. vbi non puto esse nomen vrbs, sed allegoriam quandam, quæ significantur nomine ipso electi in resurrectione mortuorum. Nam Hermaggedo, legitur, & Maggedo, vt docent Hebræi omne preciosum & opt. tam in fructibus, quam in auro, & gemmis est: & Her. vigilans, vt opponitur mortuo, & illic videtur fieri mentio electorum, quorum conuentus rectè appellatur Hermaggedo, resurgens preciositas, electio resurgentium. D. Hier. describi putat hic iter Assyrij magno impetu redeuntis ex Aegypto aduersum Hierusalem. Contra putant Lxx seniores describi hoc loco expeditionem Assyrij properantis ad Aegyptios, et obiter perterrefacientis vrbeis Aegypti: cui rei videtur fauere illud, quod rediens ex Aegypto, oppugnabat vrbeis: misit enim Tartam, & Rapsacen ad regem Ezechiam, oppugnans Lachis, quod oppidum est Iuda, vt patet ex Iosue capite decimo: & petijt vt sedederent Hierosolymitani, quod constat, vt dixi ex. 4. libro. Regum, capite. 17. & Esaia capite trigesimo sexto: & cum legati rediret, inuictus est in obsidione Lobnæ, & q. audiret aduētare regē Aethiopiæ, relicta Lobnæ, recta sese ferebat Hierosolyma. Et quod nunc ait: Ponet vasa sua apud Magmas, id est, deponet sarcinas, & partē impedimentorum, vt celeriter petat Aegyptum, & Aethiopas, sententiæ Lxx virorum fauet, & videre hoc, qui nolucere interpretari, Deponet vasa sua.

A vasa sua, sed recensebit arma. Sed non meum est tantam contentionem componere. Vtraque sententia magnos habet patronos, meū est proponere, disceptet questionem, qui volet. Est autem admirabilis hypotyposis, properantis exercitus: Veniet in Aioth, transibit in Magon, & c.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Transferūt cursim Gabaa sedes nostras. Pertransibit torrentem, & veniet in Gabaa.

Est in quā hypotyposis. i. descriptio, quæ ponat cursum ante oculos properantis exercitus. Transferūt cursim. i. corripiebāt hæc loca cursu, & pertransibant hæc loca magna celeritate. Gabaa sedes nostra. Verba sunt exercitus properantis, ad noctem veniemus Gabaa vrbeis, & ibi pernoctabimus. Hebræa verba sic verti possunt: וָבָרָוּ מְעַבְרָהּ מְעַבְרָהּ מְעַבְרָהּ cursim, vt vertit D. Hieron. vel, torrentem, aut, vadum, vt vertere Lxx viri: hoc enim significat. מְעַבְרָהּ, quam vocem malè vertit interpres, vallē. i. hac nocte pertransibimus torrentem: & veniet in Gabaa. i. pernoctabimus in Gabaa: sic enim legendum est in lectione Lxx virorum ex lectione Hebræa.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Obstupuit Rhama, Gabaa Saulis fugit. Timor apprehendit Rhama, ciuitatem Saul fugit.

Describitur terror vrbiū. Obstupuit Rhama. i. timuit vehementer prætereuntem exercitum Assyrium Rhama vrbs. Idem significat, Timor apprehendit Rhama. Gabaa Saulis fugit. i. præ metu prætereuntis exercitus, fugit omnis ciuitas, & petijt monteis. Hoc aliter intellexere Lxx, qui vertere, Vrbeis Saul fugiet. i. rapide præteribit Assyrius vrbeis Saul. Interpretantur enim, quid sit Gabaa, quasi dicerent Gabaa. i. vrbeis Saulis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Hinni voce tua filia Gallim, attende. Hinni voce tua filia Gallim, audi Laifa paupercula Anatoth.

Describitur perturbatio vrbiū Iudææ, prætereunte hoste cum maximo exercitu, aliæ vrbes hinniebant. i. tollebant clamores, & gemitus, aliæ percussæ metu clamores aliarum attentis auribus auscultabāt, & tantus erat exercitus, vt eius fremitus perueniret ad vrbeis longè summotas: pro וָבָרָוּ. i. paupercula: Lxx legere vna littera minus, וָבָרָוּ. i. pro paupercula auditus est vel audietur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Migravit Medemena, habitatores Gabin confortamini, adhuc dies est vt in Nobe stetur. Obstupuit Madebena, & habitatores Gebin, consolamini hodie in via vt maneat.

Hic locus longè secus dispunctus est à D. Hieron. quàm à Lxx viris. D. Hieron. sic distinct, Medemena vrbs migravit adhuc aduentante Assyrio. Habitatores Gabin confortamini. i. bono animo estote, qui fugiebatis. Adhuc dies est. i. adhuc erit dies, neq. noctescet pro eo die quo fugiebatis, quam liberimini omni metu, vt sistere fugam possitis in Nobe oppido finitimo, nam præterijt Assyrius iam, ita rapide carpit iter in Aegyptum versus. Lxx sic distinct: Madebena, & habitatores Gebin, supplef, obstupuere prætereunte Assyrio: quæ lectio congruit mirabiliter terrori vrbiū, vbi pro eo quod Hebraicè est, migrabit, vel, fugiet: edidit re Lxx, obstupuit, perterrita est metu. Deindè nouo initio, Confortamini hodie, vt in via maneat: vel, confortate: pro quo dixere וָבָרָוּ. i. consolamini: vel vt melius reddes, reuocate fugientes vt maneat, nā iā Assyrius præterijt, nec est quod fugiāt. Quod D. Hier. dixit, In Nobe, interpretantur Lxx. i. ex ipsa via, reuocate eos è via fugientes vt redeant, nā iā præterijt Assyrius.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Agitabit manū suā super montem filiam Siō, et super collem Hierusalem. Consolamini in monte filiam Siō, & colles in Hierusalem.

Aliter hunc locum intellexit D. Hieron. quàm Lxx. D. Hier. sic, Sennacherib videns mu-
ros Hierosolymorum, elata manu exitium minabitur vrbi. Lxx viri, quod Hebræa no-
mina sunt indeclinabilia; quæ per casum accusandi verterat D. Hier. addita etiam de suo, per-
spicuitatis gratia, præpositione, super, legisse videntur Lxx viri, casu nominandi sic, Agitabit
manum suam mons filia Sion, & collis Hierusalem, quasi significarent Hierusalem Dei maxi-
mo beneficio, elata manu, insultaturam hostibus oculis. Quid enim frequentius, quàm sic in-
sultare hosti perempto, qui venerat eo consilio, ut vrbeis caperet, ut ille apud Maroné Troia-
nis occisis insultat: -- En agros, & quam bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacens-- Sic
Hierusalem ait, elata manu hostibus occisis insultaturam, postquam angelus interfecerit ex-
ercitum Assyriorum. Sic ergo propheta liberandam urbem Hierosolyma, imminente peri-
culo prædicit: sed quod perobscure prædictum erat, Lxx tantum sententiam exprimit. Con-
solamini in monte filiam Sion. i. iubete illam benè sperare: & colles in Hierusalem, i. salui
erunt colles in Hierusalem: erat enim vniuersa vrbs sita in tribus, quatuorue collibus, ut su-
prà dictum est. Hæc autem quæ diximus, verissimè dicta esse intelliges ex his quæ scripta sunt
à D. Hieron. in illa verba cap. 38. despexit te & subannabit virga filia Sion.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Ecce dominator Dominus confringet
lagunculam in terrore, et excelsi statu-
ra succidentur, et sublimes humiliabun-
tur, et subuertentur condensa saltus
eius ferro, et libanus cum excelsis cadet.*

Ecce dominator Dñs cõturbat glo-
riosos cū fortitudine, & excelsi su-
perbia conterent, & sublimes humi-
liabuntur, & cadent excelsi gladio,
at libanus cum excelsis cadet.

His verbis præsignificatur fore, ut post crucem Christi deflagrent vrbes Iudææ, ut totius
huius capituli ordo fuerit, & series, descriptio vastitatis Iudææ, postquam Dominus com-
pleisset omnia quæ facturus erat in Hierusalem, postquam peregrisset œconomiam redemptionis,
& post triumphatum, & deuictum principem huius mundi, cuius verba plena insolentia,
& arrogantia descriptis, ut nihil potuerit dici superbius aut arrogantius. Post hunc triumphatum,
prædictum est arsuram vniuersam Iudæam, quod ut suprà dictum est, verbis illis est signi-
ficatum, & erit lumen Israël in ignem, & sanctificabit eam in igne ardenti. Sic enim explanat
hunc locum ORIG. etiam periarcon lib. 2. cap. 11. ait enim, Furor vindictæ Domini, ad purga-
tionem proficit animarum: & sic dictum hoc putat, Sanctificabit eam Dominus in igne ar-
denti, quod malis puniti Iudæi respicere multi. Quanquam Athanas. de fide vnitatis, & Tri-
nitatis lib. vno, post deuictum sathanam, & post prædictionem triumphi de sathana, putat præ-
dici missionem Spiritus sancti his verbis, Ait enim Filius Dei, lumen Dei appellari, & Spiritum
sanctum qui nos sanctificat, lumen appellari & ignem, ut hoc loco: Et erit lumen Israël, & san-
ctificabit eam in igne ardenti. Itaq; illo loco putat significari Athanas. post triumphatum aëreas
potestates, & religatum sathanam, dandum Spiritum sanctum Iudæis, credentibus. i. & sanctifican-
dum Iudæam in igne ardenti. i. missione Spiritus sancti sanctificandos fideles, quando Dominus
promulgavit euangeliū, & salutem fecerit in medio terræ. Et quia hæc faciēda sunt, iussit populū
Iudæorum benè sperare, & nō timere Assyriū, qui cū maxima manu veniebat vastaturus Hiero-
solyma: seruandam enim esse urbem Hierosolyma, & delendum Assyriū, vna nocte vniuersum eius
exercitū occidendū ab angelo, quāuis magno impetu ruat in Aegyptios. Venietis impetus de
scriptus est, ut nō venire, sed ruere, atq; aduolare videretur, ut ex prædictione aduentus eius, &
per quas vrbeis venturus esset, & quo impetu, & ex euentu rei fidem suæ prophetiæ conciliaret.
Hoc totū hac clausula claudit, ne timerent Assyrium nūc. Et vastitatem hoc cap. præsignificatā
tunc timerent deniq; cū rex gloriæ Christus, in crucem sit sublatuS à Iudæis. Sic hunc locum
explanat EVSEB. Cæsariensis. lib. 2. cap. 40. his verbis, inquit, prædicit vastitatem Iudæo-
rum, vbi Libanum Hierusalem nominat, ut alibi ostendimus latius, quam cum principibus, &
primarijs viris casuram hic sermo minatur. Et idem lib. 3. cap. 4. hæc verba cum principijs ca-
pitis sequentis coniungit, & Libanum delendum esse significari ait. i. Hierusalem delagratu-
ram igni, & vocandas gentes, quando egressa fuerit virga de radice Iesse. Sic explanat D. HIE-
RON. Sic CYRILL. inquit, significat hic quæ sint euentura Israëlitis, quod in Dominum
sint debacchaturū impiet. Sic PROCO. his verbis, Dicitur de aduentu seruatoris, hoc loco
prædicit

Explanatus locus huius cap. Ebraice aliter quam supra.

A prædicit delecturum se eos qui superbeiebant de vmbra legis, quod debacchati sint in prophe-
tas, & martyres Domini, atque in ipsum Christum. Et TER TVL. lib. 4. aduersus Marcionem
cap. 21. hoc potissimum dictum in diuites ait, & verè, nam potissimum hæc mala recidere in
capita pharisæorum, & scribarum, & hominum locupletum, ut dictum est suprà, repetendumq;
sæpè est. Et nescio quo modo Cyrillus, Euseb. Procop. scopum huius loci attingere, cum tralatio
Lxx virorum hoeloco lacera sit, & mutila, quod Iudæi multa expunxere quæ planè Chri-
stum testarentur, quæ reponenda sunt ex lectione Hebræa. Ergo D. Hier. sic, Ecce dominator
dominus confringet lagunculam. i. permittet morti tradi Christum, cuius corpus sanctissimū
lagunculæ comparatur, more corporis humani. Licet enim corpus pars sit essentialis hominis,
tamen vagina animæ dicitur à Daniele, & vas animæ à Platone, & instrumentum animæ ab
Aristotele, & Platone. & sic pater dicitur contriuisse lagunculam. i. corpus Christi quomodo
dictum est, ut ait D. Hieron. illud Zachariæ: Percutiam pastorem. Et illud Davidis: Quem
tu percussisti persequeuti sunt. & lagunculam siue testam dici corpus in scriptura notum est,
ut in illo psal. 20. Aruit tanquā testa virtus mea. & D. Aug. sic interpretatur illud Helisei cum
in ollam seu testam indidit & sanauit aquas, salè, hoc est, sapientiā patris. i. se ipsum filius
qui est sapientia patris indidit, & ideo dicitur Heliseus. i. Deus meus Iesus, nam, el, Deus est,
vel, heli, Deus meus, Iesa, Iesus; Deus meus Iesus in testam. i. in humanum corpus, cum verbū
caro factum est, & sanat aquas populos. & CCC. illi viri Gedeonis in testis ferunt lampades
accessas. i. in corporibus, animas splendidius astris micanteis. Confringet ergo Dominus lagun-
culam in terrore, quia cum gladijs & fustibus adierunt ad Dominum. Et excelsi statura iucci-
dentur: principes Iudæorum & pharisæi peribunt Romanorum armis, & sublimes humiliabun-
tur, qui enim non perierint, per exigua mercede vanibunt, ut discas ex IOSEPH. de bello Iu-
daico lib. 6. cap. 40. aut vincientur vt dentur in Theatra, & obijciantur belluis immanibus la-
nianti, vt ait idem IOSEPH. lib. 6. cap. 44. Subuertentur condensa saltus, delebitur vrbs Hiero-
solyma, frequens enim est in sacris litteris vt arbores, & syluæ pro hominibus ponantur. Qui
Vatablum admirantur sciant referre Iudæorum senfa, qui hæc referunt ad vastitatem Assyrio-
rum, & negant hæc ad vastitatem Iudæorum esse referenda. Tu vide an malis Iudæos sequi, an
sanctos patres. Veritatem, inquit: veritas ab ecclesia catholica stat, non à Iudæis. Sed quo-
niam veritatem quæris Hebrææ linguæ, audi verba Hebræa. Quod Hieron. vertit, confringet
Hebraicè est קצץ quod verbum quid significet discas inde quod קצץ ramus est, & cacumen
arboris. verbum ipsum non audent Iudæi interpretari ne appareat admirandum hoc myste-
rium huius loci: nā si קצץ, ramus est, & summitas arboris, si dicerent Iudæi (quod necesse est di-
cere, quod apud Hebræos seruetur significatio, & etymologia religiosissimè, & simplicia cō-
positis respondent, & deriuatiua primitiuis) si dicant ergo quod necesse est dicere, saaph, esse
idem quod Latine ramificare, siue exaltare in summitate arboris, timet ne hæc sic vertamus,
ecce dominator Dominus ramificabit, vel, exaltabit in summitate arboris, vt appareat Chri-
stus in cruce ramificatus, extēsis manibus in crucis arbore, vel exaltatus in summitate arbo-
ris crucis, & timet ne in mentem veniat illud: Ego si exaltatus fuero, omnia traham ad me ip-
sum. Dicitur Iudæi significare hoc verbum etiam confringere, fateor, quod sic vertit D. Hier.
at rarissimè, neque proferent vllum aliud exemplum vbi confringere significet. Cur non sta-
tur analogia verborum quæ semper obseruatur Hebraicè? vt si קצץ, ramum significat, & sum-
mitatem arboris, verbum ipsum significet ramificare & exaltare in summitate arboris.
Aliquando, inquit, hæc ratio non seruetur. Ostendant in hoc verbo non seruari: aut le-
ge communi stent: hic locus, inquit, indicat. Mali Dialectici est, vt docet Aristoteles in 8.
Topicon, locum in quo est controuersia pro se citare. Deinde קצץ decus & gloriam signifi-
cat: Cur non sic vertamus, Ecce dominator Dñs ramificabit, vel exaltabit in summitate arbo-
ris gloriam? an ne appareat ramificatus vel exaltatus in summitate arboris is, qui gloria fuit
Israëlis plebis suæ? Atqui Christus sic appellatur Esa. c. 62. nā קצץ, & תפארת, ita differunt, vt
apud nos ornatus & ornamentum. Deinde קצץ, proprie significat cum contritione, iux-
ta illud, Quia Dominus voluit conterere eum, & attritus est propter scelera nostra. Si sic ergo
vertas: Ecce dominus Deus exercituum ramificabit, vel in summitate arboris exaltabit glo-
riā cū contritione. i. regē gloriæ, qui attritus est propter scelera nostra: quid horū dices nō re-
dditū proprijsimè? קצץ, negabis significare gloriā: קצץ, significat decorare, & nomina inde
deriuata, gloriā & decus. significat etiā ramos: fateor, quid nō? sed nō tātū ramos, & etymologia

R 4 exigit,

exigit, vt magis proprie gloriam significet: & ita vertisse Lxx viros, aut saltem huc spectasse, A
 author est D. Hieron. qui ait, Lxx seniores hanc vocem fuisse interpretatos, gloriosos. Quan-
 quam ego translationem huius loci Lxx seniorum, adulterina puto: quisquis tamen fuit ille qui
 hac vertit à 789. i. à glorificando, 779. gloriosum reddidit, & pro plurali singularem nume-
 rum accepit: verte tu singulariter, vt Hebraicè est, & dic: Eccc dominator Deus sabaoth rami-
 ficabit, vel in summitate arboris exaltabit gloriosum cum contritione: & te consule, quid sibi
 velit ista prophetia. Dices Symmachum hanc dictionem vertisse, torcular: sed, pura, cum, 1. est
 torcular: & hoc loco Esaiè pura non scribitur cum, 1, sed cum, 8, à paari: glorificando. Sed
 non inficior has literas in se mutari, & posse reddi torcular, sed magis proprie gloriosum red-
 ditum esse contendo, à 789. i. à glorificando. Cum etiã 778. quod Naum capite 2. Hier. ver-
 tit nigredo ollæ, aliqui Hebræi vt est in lexico Hebræo Complutensi secundum natiam sig-
 nificationem interpretetur: Facies omnium retraxerunt, decorem suum: ita verbum magis a-
 lienum quam pura, à verbo paan, decorem significare fatentur Iudæi, nam à Iudæis extorquen-
 da veritas est, ita celant omnia, & inuoluunt tenebris, quæ magna præferunt mysteria. Dein
 de nude ne accipere res sacras par est? quod vetant facere Athanasius, Ambrosius, & veteres om-
 nes patres, quodque Iudæorum proprium est, quæque magna causa fuit vt perirent Iudæi, cum
 Iudicum ca. 7. iubet Dominus Gedeonem, si timet descendere in castra Madianitarum solus,
 vt descendat cum Pura puero suo: Quis hic est pura qui repellere potest formidinem tot mil-
 lium Madianitarum? timet Gedeon, & Dominus præcipit ei vt ad depellendum tantum ti-
 morem focium itineris adhibeat sibi puerum suum Puram: valentissimum esse hunc puerum
 oportebat, cuius præsidio aduersus tot hominum millia tutus sit Gedeon, si quis hoc iuberet
 sapiens, aut vir præstantissimus, aliquid arcani significare crederemus, præcipit Deus, & in ty-
 po prædicationis Euangelicæ, vt dictum est in caput. 9. in illa verba: sicut in die Madiã. Quis
 ergo hic puer est Pura? suspicor ego (diuinent alij alia) puerum hunc esse qui datus est nobis,
 cuius præsidio imperterritus descendit prædicator Euangelicus aduersus frementes nationes,
 de quibus Dauid. Quare fremuerunt gentes, id enim significat midian. i. contendens, & litigans
 idem puer Pura est in lectione Hebræa, quem dixi ex autoritate Diui Hieron. in translatione Lxx
 redditum esse gloriosum, hic inquam puer Pura in hoc loco Esaiè legitur ramificatus, vel exal-
 tatus in summitate arboris. Sed dices puerum illum Pura qui Iudicum 7. Gedeoni metû dis-
 pulit 779. cû, 1, scriptû. Hoc loco Esaiè 778. cum, 8, scriptû. Sciebat hoc Symmachus, & ta-
 men alterum pro altero vertit, quod sciebat has literas inter se commutari, & alterâ poni pro
 altera. Itaque hoc loco nihil obstat quominus possis agnoscere Pura puerum illum ramifica-
 tum, & exaltatû in summitate arboris, & contritum à patre, cum pro nobis omnibus tradidit
 illum, cum præsertim D. Hieron. & Lxx seniores puerum illum appellant Phara, quod argu-
 mentum est pura scriptum olim cum, 8. Nam certe puer ille qui metû depulit Gedeoni Pura
 nomine, non vacat mysterio, nec mihi quisquam persuaserit temere dictum à Domino Ge-
 deoni, si times solus descendere in castra Madianitarum, adhibe tibi puerum tuum puram co-
 mitem. Quam validas phalanges ductare iubetur Gedeon, quæ sibi sint præsidio, nisi puer no-
 ster omnibus phalangibus longè potentior esset? Sed age interpretemur hunc locum vt Iu-
 dæi volunt & Iudæifantes. R. Dauid & rabi Abraham: quod D. Hieron. vertit confringet lagû-
 culam, interpretantur, confringet, siue excidet ramum, quod 778. significet etiam ramû, quod
 de eodem Christo interpretere necesse est, qui est ramusculus ille tener, quem ex cedro quæ
 adoleuerat apud Chaldæos, Ezechielis. 17. excidit Dominus, & seuit in monte excelso Israël
 qui in tantam creuit arborem, vt sub eius vmbra se reciperent omnes aues, & omnia cæli vo-
 latilia, qui si de Zorobabele, & Iesu sacerdote intelligi deberet, vt intelligit impia Iudæorum
 & Iudæizantium natio, non vnus ramusculus ex cedro illa diceretur deciduus, & in motibus Is-
 râelis satus, sed tota cedrus diceretur auulsa & fata in Israël, quippe omnis populus Israël, qui
 creuerat apud Babylonem, qui cedrus à Domino dicitur, reductus est ex captiuitate, non vnus
 aliquis tener ramus deciduus. Nam primum benè congruit, quod vna aquila in Babylonem ex-
 portarit vnum ramum ex cedro Israël. i. Iudæorum vnam exiguam partem, vnde creuit in Ba-
 bylone ingens cedrus, vt ait propheta. i. ingens populus, rursus ex illa cedro quæ creuit in Ba-
 bylone reductus ne tibi videtur ramusculus vnus. i. reductane tibi videretur pars aliqua exigua?
 vt ramus tener intelligi possit pars illa exigua quæ reducta est ex captiuitate Babylonica? An
 potius tota cedrus, quæ Babylone creuerat translata in Iudæam est, cum totus populus ex cap-
 tiuitate

A. captiuitate liberatus redierit? Ramus igitur ille tener quem Dominus decerpit ex cedro illa in-
 genti. i. ex populo Iudæorum vt plantaretur in monte Sion. i. in ecclesia, Christus est, quem ita
 plantatum pater decidui permittit pro nobis, qui post eius sacram. resurrectionem adoleuit
 in ingentem arborem sub cuius ramos, omnes aues, & vniuersa volatilia sese recipiunt. Osten-
 dant nunc Iudæi vbi rex Assyrius, aut Aegyptius dicatur ramus, quâdo interpretatur deciduus
 ramum, deletum Assyrium regem, semper rex Assyrius, aut Aegyptius à Domino cedris inge-
 tibus comparantur. Vidit hoc R. Abraham, qui ramum interpretatur. i. ramos, quasi verò præ-
 cesserit sylua, aut arbor aliqua, cuius ramos propheta dicat amputandos. Christus vero dicitur
 ramus, germen, planta, cum alijs multis locis, tum E. Z. E. C. H. 34. vbi Dominus dicit se exci-
 taturam germen nominatum, vt vertit D. Hieron. vel si ad verbum ex Hebræo vertere velles
 plantulam illam nobilitatam. i. Christum & cap. proximo vbi D. Hieron. vertit, Flos de radi-
 ce eius ascendet, posses veterere Ramus de radice eius ascendet. Christus ergo ramus, plantu-
 la, germen dicitur, quorum nihil conuenit Senacheribo. Si cum Symmacho verteris hanc vo-
 cem, puram, torcular, certa res est Christi passionem significari. Ergo ad habendum canon ille
 B. est scripturæ interpretanda ex vbertate spiritus sancti, qui loquitur per prophetas scripturâ
 sententis grauidam esse, & quoties verbum vnum plura significat, quæ ad rem illam, de qua
 agitur, spectent, omnia illa à spiritu sancto esse significata, omnes illos sensus, spiritum sanctum
 significare voluisse.

IN ESAIAE CAP. XI.

Eniendum est semper ad parteis cum Pagnino, nam in libro interpretationum no-
 minum Hebraicorum, ait, Nafarenum dici per, s. non autem per, z. & autoritate De Nazareth, et Nazarenus, & Nazareno, & Nazario contra Pagninum.
 C. D. Hieron. constabilire conatur, de quo postea dicendum est: & aliud esse Nazarenum, seu Nafarenum (vt ipse scribit) à Nazareth, & significat Christum appellatum Nafarenum, non Nazarenum, cum D. Matth. cap. 2. dicat, vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazareus vocabitur. Vnde concluderet Iudæus, Iesum dominum non fuisse Christum, nam si Christus appellandus erat Nazareus, & Iesus dominus non est appellatus Nazareus, quid inde necessario sequatur vides. Ad hanc igitur difficultatem explicandam, nostram orationem conferamus. Qui putant loco illo Matth. vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazareus vocabitur, citari hoc caput Esaiæ, quod vbi legitur, Flos de radice eius ascendet, pro flore: legatur נצר nazer, refelluntur ab ipso D. Hieron. quod repugnet ortographia. Si enim Matth. hunc citaret locum, & à verbo Hebræo, nazer, Christum dictum esse diceret Nazarenum, Nafareus scriberetur, non Nazareus: propterea quod quæ scribuntur per, z, apud Hebræos, scribuntur apud nos per, s, vt Sion, & similia. Itaque D. Hieron. disceptat, quo loco prophetarum, prædictum sit Dominum fuisse appellandû Nazarenum, docetque Nazarenum, & Nazarenum fuisse appellatum Dominum, negat vnquam fuisse appellatum Nafarenum. Quamquam Pagninus, authore D. Hieron. Dominum appellandum Nafarenum contendat, & patriâ eius Nafareth, quod fuerit ex vrbe Nafareth, multumque differre putat inter Nazarenum, & Nafarenum, quod Nazareus separatus sit & consecratus, à Nazir. i. separari: Nafarenus cuius vrbs Nafareth: & Flos hic de radice Iesse, quod est contra omnia sacra euangelia, in quibus citra discrimen, Christus dominus Græcè appellatur Nazareus, & Nazarenus, idque per, z, non per, s, idque Græcè, vbi religiosissimè ortographia seruatur. Nam quauis vulgata editio Latina, semper præferat de Christo domino Nazarenum cum, z, & nunquam Nazarenum, inde factum est, quod antè hoc tēpus nemo sit ausus dicere interesse quicquam inter Nazarenum & Nazarenum, tamē euangelia & epistolæ & acta apostolorum, Dominum testantur appellatum citra discrimen Nazarenum & Nazarenum. Neque fuit quisquam vsque adhuc, absque vno Pagnino, qui ortographiam Nazareth, vocaret indubiū, quod Nazareth in Græcis exemplaribus (vbi religiosissimè in quâ, ratio ortographiæ seruatur) semper per, z, scribitur, non per, s, vt Marc. 1. Luc. 1. 2. & 4. Ioan. 1. Act. 10. Nec in ecclesia catholica aliter ab vilo sacro scriptore scripta hæc vox est. Dices Hebraicè fortasse scribitur (vt ait R. s. Pagni-

Pagninus si Hebraicè scripta esset per χ quæ apud nos vertitur in ψ , tamen maiorem fidem habendam esse dicerem Evangelicis litteris, cum Græci religiose seruent rationem orthographiæ, quam Hebræis litteris, ubi χ , etiam sine fraude Iudeorum, ut ostendi in disputatione de tralationibus mutata in ψ , est aliquando, sed nusquam in sacris litteris Hebræis huius nominis mentio est, & cum Euangelia semper præferant Nazareth, alium audiemus quenquã qui neget Nazareth esse appellatam patriam Domini, sed Nazareth aut qui neget Dominum appellatum Nazarenum, & Nazarenum citra discrimen, cum Nazarenus dicitur Dominus per, 2, Marci 14. & 16. $\kappa\alpha\iota\ \sigma\upsilon\ \mu\alpha\lambda\acute{\iota}\sigma\tau\acute{o}\varsigma\ \tau\omicron\ \nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\upsilon\sigma\ \eta\sigma\tau\epsilon\iota\ \kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\ \epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\tau\omicron\varsigma\ \nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\upsilon\sigma$. i. & tu cum Iesu Nazareno eras, & Iesum quæritis Nazarenum. Et Luc. 4. $\tau\omicron\ \nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\upsilon\sigma$ Iesu Nazarene Nazareus verò, Matth. 2. & 26. & Lucæ 18. & 29 & Ioannis 19. A etuum 2. 3. 4. 6. & 22. quãdo apparuit Paulo, Ego sum (inquiens) Iesus Nazareus: quibus omnibus locis Græcè est Nazareus, qua lingua scripsere apostoli, & Evangelistæ. Latinus interpres quod nihil interesse videbat inter Nazarenũ, & Nazareũ semper vertit Iesus Nazarenus. Cur ergo Pagninus maiorem sibi fidem haberi postulet, quã omnibus exemplaribus Euangeliorum Græcis, Latinis ipsa vetustate, & religione sacrosanctis, nec vllum citat locum scripturæ quod id probet, sed se vidisse titulum crucis ait, (de quo postea dicendum est) at quantum hinc Ecclesiæ catholicæ pariat emolumentum videamus, aut dacia enim fortasse vtilitate pensabitur. Primum cum negat scribendum Nazaret, aut Nazarenum, sed Nazareth & Nazarenum aduersatur literis apostolicis & euangelicis qui semper præferunt Nazaret & Nazarenum & aduersatur omnibus sacris scriptoribus, qui ita appellant, cum aliud esse Nazareum ait & Dominum significat appellatum Nazarenũ à patria Nazareth, aduersari videtur litteris euangelicis, quæ illum Nazareũ & Nazarenũ nominat citra vllum discrimen, & cum Christus Dominus natura fuerit nazareus, i. separatus ab alijs, quod fuerit Deus & homo, & quod natura fuerit sanctus, quippe sanctus sanctorum, hæc enim significat hæc vox Nazareus & occasione patriæ Nazareth ceperit nominari quod ipse natura erat Nazareus idque ita scribat D. Matthæus, cap. 2. habitasse in Nazareth, Dominum ut occasione diceretur quod erat natura, non Mosis ceremonijs Nazareus, ut impleretur quod dictũ erat per prophetas, Quoniam Nazareus vocabitur. His aduersatur, qui aliud faciunt Nazareum à Nazareo, & imperitiæ arguit D. Matth. qui Nazareũ, & Nazarenũ pro eodẽ accipit: & Nazarenũ, à patria Nazareth, per, 2, scribit, & nõ distinguit à Nazareo: & Dñm Nazarenũ appellat, nõ Nazarenũ. Deindè, si Dñs dictus est Nazarenus nõ Nazareus, necessariò sequitur nõ fuisse Christum, quod sic necessariò cõcluderetur, Christus appelladus erat Nazareus teste D. Matthæo, ut impleretur quod dictũ est per prophetas, Quoniam Nazareus vocabitur. Iesus Dñs non est dictus Nazareus: quid hinc necessariò sequatur vides. Vidit hoc Pagninus, & vt huic malo occurreret, mutauit lectionem euangelij, & scripsit apud Matthæum Nazareth, per s. s. quoniam Nazareus vocabitur. Hoc est, clauum clauo trudere: nam primum Iudæi dicent & Saraceni, nos nostro arbitratu mutare lectionem euangelij, & ita nos ex euangelio multa vitiasse, quæ sanctissimè & religiosissimè sunt seruata, & hoc exemplo tam recenti, ubi post mille quingentos annos, prophetiam vitiamus, illud probabunt: deindè vt alia multa omittam, quæ quibus sibi suggeret, necessariò sequitur, Iesum non fuisse Christum: nam sunt prophetiæ de quibus postea dicemus, quæ prædixere Christum appellandum esse Nazareum, & Iesus dominus non est appellatus Nazareus, sed Nazareus, vt testantur litteræ euangelicæ: colligetur quid hinc sequatur. Sed vidisse se ait Pagninus, & inspectasse suis oculis, titulum sanctæ crucis Hebraicis litteris conscriptum sic: Iesus Nazarenus: Ego Pagnino non credo, Euangelij credo, quæ lego oculis fidelibus, ubi orthographiam Græcis, Latinisq; litteris consignatam video, vaticinia prophetarum lego, impleta agnosco, & vt omnes intelligant Pagninum manifesto teneri, titulus sanctissimæ crucis Græcè, & Hebraicè, & Latinè conscriptus erat, vt testis est Ioannes cap. 19. Græcè scriptiois testem habemus Ioannem eodem cap. $\eta\ \tau\omicron\ \nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\upsilon\sigma\ \eta\sigma\tau\epsilon\iota\ \kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\ \epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\tau\omicron\varsigma\ \nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\upsilon\sigma$. i. Iesus Nazareus rex Iudæorum, sic enim Græcè scriptum est, Pilatus qui Dominum in crucem sustulit, Nazareus scripsit (teste D. Ioanne euangelista) nempe quod ita appellaretur vt prophetæ appellandum esse dixerant. Latinè Iesus Nazarenus scriptus erat vt catholica testatur ecclesia. Cur Pagninus nõ adhibuit testis Latinæ Græcæque scriptiois, quando huius rei testes innumerabiles poterat habere? Quod si Pagnino largiremur maximè, titulo sanctissimæ crucis Hebræa lingua scriptum esse, Iesus Nazarenus quod Pilatus homo Gallus, & satellites quibus id negotium dederit Pilatus, vt cruci titulum ad scriberent in lingua

Christi Nazarenus

Cur Latinus interpres Iesus Nazarenus semper nominet.

Cur Christus dicitur Nazareus

A in lingua peregrina vnam litteram pro altera scripsissent, continuò maior fides habenda erit imperito, aut rudi satelliti (idq; in aliena lingua & peregrina) quàm sacrosanctis euangelij. Ego titulum sanctæ crucis rectè scriptum puto, nec mihi sit verisimile quod Pagninus ait, sed si id esset, tamen satellitis lapsus crederem: de litteris nanque euangelicis dubitare, immane est nefas.

Quærendum tamen videtur, quibus locis prophetarum prædictum fuerit, Dominum Nazareum vocandum fuisse. CHRYS. quanquam alibi intercidisse prophetias multas scripserat per tot Iudeorum ruinas, quibus fortasse hoc erat præsignificatum, tamen tom. 2. homil. 3. ex cap. Matth. in vigil. Epiph. putat hoc esse vaticinium 13. Iudic. vbi Sampson Nazareus dictus est in typo, quo præsignificatur Christus, vbi historiam Sampsonis Chrysofost. interpretatur, & Christi typum esse docet, & sub figura Sampsonis Christum Nazareum esse appellatum. Idem sensit EVCHER. (quanquam alijs in locis non satis probatus scriptor, sed vel ex sententia decerpitur rosa) li. 3. in Genes. interpretas prophetiã Iacob de duodecim patribus, cum explanat verba illa Isacar, A sinus fortis. & verba illa, Dan iudicabit populum suum, docet, cum appellatur Sampson Nazareus, non posse intelligi Sampsonem, sed filium Dei: & ratione subiicit, quam nos postea latius fundemus. Docet etiam idem EVCHER. eodem lib. interpretans benedictiones Ioseph, illud quod dixit D. Matth. Quoniam Nazareus vocabitur, prædictum esse per prophetas, non solum 13. Iudicum, sed etiam in benedictionibus Ioseph, quod illæ omnes benedictiones Ioseph, super caput Christi ponuntur, quas incarnatus accepit, & super verticem Nazareus, nam de Christo scriptum est, Quoniam Nazareus vocabitur, hoc est, sanctus Dei inter fratres suos, quia ipse est caput omnium sanctorum, quos fratres vocat in scriptura. D. Hiero. in opere ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, hoc vaticinium putat esse in initio huius cap. quod verba illa, Flos de radice eius ascendet, vertenda putarit, Nazareus de radice eius crescet, & insinuat penè dixerim sacrilegi Lxx viros, quod hoc loco aut celauerint, aut ignorauerint mysterium tantum. Verba D. Hiero. sunt, Respondeant Iogoda dali, & fastidiosi omnes æstimatores tractatorum, vbi legerint illud quod ait Matth. dictum esse per prophetas, Quia Nazareus vocabitur: & discant in Esaia positum esse, nam vbi nos legimus atque transtulimus, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, in Hebræo, iuxta linguæ illius idioma, ita scriptum est, Exiet virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius crescet, cur hoc omiserunt Lxx si non licet transferre verbum præ verbo sacrilegium est vel celasse, vel ignorasse mysterium. Hæc D. Hieron. vbi primum omnium hoc aduertendum est vulgatam editionem, quam appellamus, suam appellare D. Hierony. dixit enim, vbi nos legimus atque transtulimus, ne id viri docti in dubium reuocent. Secundo loco quod sacrilegi appellantur Lxx viri quod celauerint, aut ignorauerint Christi mysteria, contra Iudaizantes summo perè notandum est. Si enim sacrilegi appellantur & sunt, vt verisimè D. Hieron. ait, qui Christi mysteria celant aut ignorant, toto hoc opere apparebit ferè Iudaizanteis esse sacrilegos, qui celant Christi mysteria, vbi Christus splendidius astris nitet, & offundunt tenebras Iudæi, & Iudaizantes, ne videatur, neue appareat, nam Lxx viri ab hoc crimine absunt longissimè. Nam ipsi D. Hieron. breuis est responsio, quod ipse Diuus in commentarijs in hunc locum, hæc, quæ hoc loco dicit, refellerat, quod repugnet orthographia: & dictum est in disputatione de tralationibus, cur ecclesia Catholica vulgatam, quam ipse Diuus prius ediderat, retinere maluit, q̃ corrigere, vt postea in commentarijs emendabat ipse diuus.

Ego, vt quod sentio, dicam, de hoc Matthæi loco, Vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazareus vocabitur: non vnum prophetam aliquem significatum puto, sed quantum nunc in mentem venit tria vaticinia hoc loco puto declarata, ideoque dictum quod scriptum est per prophetas, primum Genes. 49. secundum, Deuteronomij cap. 33. tertium Iudicum. 13. Primum de primis, de postremo postea erit dicendum. Sed priusquam dicere adgredior, Ioseph typum Christi fuisse dicendum erit, docet id CYPRIAN. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 20. D. AVGVST. tom. 6. lib. 12. contra Faustum Manichæum, cap. 28. & alijs locis explicat typum plurimis verbis, & tom. 10. sermone. 81. 82. 84. 92. Et AMBR. de benedictionibus patriarcharum, vbi explicat hæc loca, quæ citauimus Genes. 49. & Deuteronom. 33. P. R. O. C. in Genes. & Deuteronom. Hic igitur Ioseph typus Christi, sic benedicitur cap. 49. Genes. & 33. Deuteronomij, vt vtroque loco non ipse benedicatur, sed Christus, præsertim Deuteronom. 33. cap. quo tempore iam mortuus erat Ioseph, nec benedicitur ipse, vt AMBR. de benedictionibus pat riar-

Quibus locis prophetarum prædictum sit, Christum Nazareum nominandum

Sacrilegi qui in scripturis Christi mysteria celant.

Quibus locis prophetarum Christi sit dictum Ioseph Nazareus.

patriarcharum cap. 11. & de institutione virginis cap. 16. inquit. Et cum ipse non benedicatur, A
necessario ait Ambrosius, contentendum esse benedici Christum, cuius typus erat. Denique omnes
doctores sacri totam benedictionem IOSEPH. quæ Genesios cap. 49. & quæ est numerorum
33. ad Christum pertinere prædicant, & utraque benedictione dictus est Christus Nazareus;
primum ab Israël, quum patriarchas benediceret Genes. cap. 49. his verbis: Fient in capite Io
seph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos, vbi Israël Ioseph typum Christi & potius ipsum
Christum cuius typus erat Ioseph, Nazareum vocat: cuius loci non translationem, sed meta
phrasim fecere Lxx viri, nam pro Super vertice Nazaræi inter fratres suos: edidere, super verti
cem glorificati inter fratres suos, sic enim legendum est, non, glorificatus: Super verticem glo
rificati in fratribus suis. i. honorificati: cum à parentibus, & fratribus est glorificatus, vt in
terpretatur Ambr. cum glorificatur à synagoga, cuius erat filius secundum carnem. i. à fidelibus
qui credidere ex synagoga & à fratribus à discipulis & apostolis quos in scriptura appellat
fratres. Secundo loco dictus est Christus Nazareus à Mose 33. cap. Deuteronomij his verbis:
Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi B
inter fratres suos, vbi apertius Christus dicitur Nazareus, si quidem iam mortuus erat Ioseph,
vt inquit Ambrosius & Procop. locis citatis, vt non Ioseph dicitur Nazareus, nec benedicatur,
qui iam hoc tempore mortuus erat. sed Christus cuius loci aliter fecere paraphrasim Lxx vi
ri, Erunt inquit benedictiones super caput Ioseph, & super caput fratrum quibus præfuit, vt
apertè Lxx viri benedictum prædicent Christum & apostolos, & fideles, quibus præfuerit Chri
stus, planè enim in eos tantum fratres benedictiones futuras dicunt, quorum caput fuerit Io
seph. Tamen dum metaphrasim horum locorum faciunt illam vocem Nazaræi omiserunt, vt
verissimè dixerit D. Hierony. hoc vaticinium, cuius meminit D. Matth. ex Hebræa lectione
vbi utroque loco citato legitur Nazareus esse petendum.

Iam de cap. 13. Iudicum dicendum erit, vbi apertius multo, mea quidem sententia, Christus di
ctus est Nazareus, sed priusquam hoc disceptemus dicendum est, historiam Sampsonis Chri
sti typum fuisse, vt docet August. serm. 107. hic igitur Sampson Christi typus dictus est Nazareus
ab infantia sua, quod non solum typicè sed fortasse literaliter Christo conuenit. lege Mosen
6. cap. Numeror. & intelliges, nullum Nazareum esse posse ab utero matris suæ nisi Christum, C
si ad normam. 6. cap. Numeror. exigas. & AVGVST. quæstionum super Exod. lib. 2. quæstione
93, Deus inquit loquitur in scriptura in cuius sermone, si figuratè aliquid dicitur, quod ad pro
prietatem non sit impletum, non impedit historiam fidem, in qua perspicitur veritas narratio
nis. verissimum enim est angelum ei dixisse, quod si in Sampson, non tam proprie accipi posse
videretur, argumentum esset intelligendum de Christo literaliter, quod repetit idem AV
GVST. eodem lib. quæstione 164. his verbis: Ecce dixit iterum quod quemadmodum intelligi
possit ignoro, magna tamen est de Christo prophetia, etiam si fieri ad literam possit, quanto
magis si non possit, hæc August. quod ergo fieri non possit vt Sampson iuxta legem Mosis aut
alio villo modo Nazareus esse potuerit ab utero matris suæ de Christo literaliter intelligen
dum est, vt docet hoc canone D. August. Prænotandus est etiam canon scripturæ, quem præ
scribit AVGVST. contra Faustum Manichæum lib. 22. cap. 25. vbi inspicere oportet, inquit, facta
sanctorum diuinis libris conscripta vt si qua ipsorum peccata inuenerimus, ob quam utilita
tem sint conscripta diligenti ratione videamus, vt cum post illud dedecus laudatur, intelliga
mus non ipsum laudari, sed alium, hoc est Christum cuius ipse typus erat: & cap. 63. vbi de Iu
da patriarcha agens, qui concubuit cum sua nuru, & post hanc turpitudinem à patre benedi
ctus est præcipue, & super omnes fratres laudatus, ait August. hinc expressius apparet non ad
ipsum pertinere illam prophetiam, sed ad Christum, qui ex eius tribu prænuntiabatur in car
ne venturus, & idè non tacitum ab scriptura est illud peccatum, vt in laudatione patris, non
ipse intelligeretur, sed Christus. Adhibe ergo hanc regulam August. quam non his solum lo
cis, sed millies repetit, & cum Sampsonem Nazareum ab infantia sua dictum legis, vsque ad
mortem, & postea legis peccata Sampsonis, & neque ab infantia sua Nazareum legis, neque
vsque ad mortem, non Sampsonem agnoscas in hac prophetia, sed Christum & dicas cum Au
gustino ad veritatem scripturæ sat esse quæ dicta sint, verè ab angelo dicta esse, quæ si literali
ter de Sampson intelligi non possunt, de Christo intelligi necesse est. AMBR. ergo de virgi
nibus lib. 3. interpretas illud cap. 5. Canticorū, Quia caput meum plenum est rore: Alios cincin
nos, inquit, Nazareus habet, quos quoad Sampson habuit intactos, nunquam vinci potuit,
cincinnos

Locum cap.
13. Iudicij
explana
tur.

Canones
scripturæ.

Sampson
Christi ty
pus: quæ
de Sampso
ne dicta ma
gis comple
ta in Chri
sto quamin
Sampson.

A cincinnos perdidit, & meritum virtutis amisit. si ergo vt Ambrosius hic ait: & vt sacra litera te
stantur, capillos amisit Sampson iuxta cap. 6. Numerorum, non potuit esse Nazareus vsque
ad mortem rursum, si meritum virtutis amisit iuxta canonem Augusti. hæc laudes de illo intel
ligi non possunt. & idem Ambrosius in prologo in librum de spiritu sancto, vbi plurimis ver
bis Sampsonis historiam Christi typum esse docet: postquam spiritus Dei inquit discessit ab
eo longe mutatus ab illo Sampson in mulieris genibus degener virtutis suæ, &c. & infra cap.
1. Dominus, inquit scriptura, discessit ab eo: Vides ergo quia ille, qui comitabatur discessit.

AVGVST. lib. 2. contra secundam epistolam Gaudentij ca. 23. Nunquid melior quam Sampson? Cur dicat
secretum blandienti mulierculæ fuisse prodendum? Et de mirabilibus sacra scripturæ cap. 6. Sampson
cū muliebri persuasione præcepti dominici transgressionem adinuenit, donum amisit, q
postea poenitentia recuperavit. Et D. HIER. cum alia alijs locis multa, de hac rescriptit tū in Eze
chielis cap. 22. in illa verba, Propterea Ooliba: de visu quoque intelligimus, inquit, quo quia

B malè fuerat abusi Sampson, & Sedechias, priuantur. Et D. BASIL. de laudibus ieiunij, Sam
psonem ebrietas, atque scortatio dedit hostibus, & exoculauit. Si ergo Sampson talis describi
tur, si peccat, & scortator est, Iudicum cap. 14. 15. & 16. quærendum est, vt iubet D. Augusti. iux
ta canonem præscriptum, cur hæc peccata Sampsonis scriptura commemoret: & intelligen
dum est, ideo commemorasse, ut laudes, quæ sequuntur & ipsa vaticinia, non de Sampson intel
ligeremus, sed de Christo, cuius typus erat Sampson. Licebit enim dicere eadem verba quæ
idem AVGVST. lib. vno de vnitatem ecclesiæ cap. 8. de psal. illo ait, quæ dicta sunt in hoc psal
mo conuenire non possunt in regem temporalem, qui grauiter peccauit: de Christo ergo sint
dicta necesse est. Cur. n. nō dicamus eodè modo quæ hic dicuntur nō conuenire Sampsoni, Christo
conuenire omnia? Quomodo ei conueniat, quod eius natalis dies ab angelo prænūciatur, cum
alij multo sanctiores Sampson fuerint? quorum nullius natalis dies prænūciatus sit ab ange
lo. Nam si Ioannis natalis dies prædictus est Zachariæ patri, id factum est, vt notat D. Augusti. S
vt sterilis, virginis paritura typus esset. Deinde patri prænūciatur oriturus Ioannes, ab ange
lo. Natalis Sampsonis dies, non prænūciatur ab angelo patri, sed matri sterili: & cum rursus
angelus ostenditur patri Sampsonis ab ipsa matre, nihil prænūciat patri, sed prænūciasse se
dixit ipsi matri, quæ sterilis fuisse dicitur: quod sterilis, virginis typus est. Sic enim de sterili
matre Ioannis, ait AVG. tom. 10. de sanctis, serm. 20. Quasi ex aliquo similis Domini præmitti
tur filius sterilis, ante filium virginis, & de mirabilibus sacra scripturæ lib. 1. cap. 12. Sara, in
quit, sterilis vxor, peperit filium Isaac, quod valde conueniebat, quoniam Isaac Christi figura
erat, qui ex sola virgine erat oriturus, vt ipse nasceretur ex sterili. CYPR. libro .1. aduersus Iu
dæos capit. 20. multos recenset natos matre sterili, qui fuere typi Christi, qui erat oriturus ma
tre virgine, nempe quod sterilis sit typus virginis. Deindè cum dicitur, Caue ne bibas vinum
aut ficeram, aut immundum quicquam: hoc elogium puritati sanctissimæ virginis conuenit:
quando enim tale aliquid dictum est alicui paritura aliquem ex sanctis? quando mater sancti
ficata est, vel Hieremiæ, vel Ioannis Baptistæ? qui in utero matrum fuerunt sanctificati, quibus
minor fuit Sampson sanctitate, & integritate vitæ. Adde, q. nulla patris habetur ratio ab ange
lo. Hic rursus adhibe canonem illum AVG. lib. vno de vnitatem ecclesiæ cap. 8. Quando aliqua
dicuntur, quæ in ipsum, de quo dicuntur, qui typus sit Christi. conuenire non possunt, de ipso
Christo prædicta esse etiam contra ipsos Iudæos, inuictissimè defenditur. Abrasum est caput
Sampsonis quando vires amisit: quomodo ergo illi conuenit, quod Nazareus fuerit vsque
ad diem mortis suæ? cum desinat esse Nazareus abrafo capite, vt discas ex cap. 6. Numerorum
Quomodo verum erit, quod dicitur. Cuius non tanget caput nouacula, cum ei sint abrafo ca
pilli? an non hic dices, illud August. quando non conuenit ei, qui typus est, quod est scriptum,
de Christo dictum esse etiam contra ipsos Iudæos inuictissimè defenditur? Nō conuenit Sam
psoni ab utero matris suæ fuisse Nazareum, sed Christo qui ab utero matris suæ fuit sanctus
sanctorum, & consecratus Deo, & separatus ab alijs, vt sapientiæ cap. 2. dicitur: contrarius est
operibus nostris: & infra, Grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est nobis vita illius:
quæ omnia significant Nazareum fuisse. i. separatum à vijs aliorum & dicatum Deo. Non con
uenit Sampsoni, quod mater ait, dixisse angelum, Nazareus Dei erit ab infantia sua ex utero
matris suæ, vsque ad diem mortis suæ, si quidem Nazareus non ingredietur ad mortuum, &
mille

Cur dicat
scripturæ
peccata Sa
psonis.

Sterilis, ty
pus virginis

Virginis
Marie pu
ritas.
Canon.

mille mortuis astitit Sampson. & Nazareus omnibus diebus separationis suae sanctus erat futurus Dño, & Sampson peccato est pollutus, Christo igitur hoc conuenit cuius capilli nunquam sunt abrafi. i. virtutum ornamenta non sunt amissa, quae capillis significatur, vt docet ORIG. super caput. i. Numer. homilia. i. in principio. Christus solus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Pro. nouacula, Hebraice legitur נרדו. i. rebellio, & inobedientia, vt leges in thesauro lingue sancte in dictione, נרדו, vt vertere possis. Nouacula non ascendet super caput eius & rebellio, & inobedientia non ascendet super caput eius, quod soli Christo conuenit. Neque igitur multos ex sanctis excusare facta Sampsonis. D. Chryl. AVGVS. tomo. 10. sermone. 107.

Nazareus dicitur Nazarenus contra quosdam.

Punctorum mutatio.

& quaestionum super Iudicum libr. 7. quaest. 50. 51. 52. 53. 54. vsque ad finem, vbi haec omnia de Sampson dicitur posse putat vt completa sint in typo parum plene, in Christo vero plenissime. Pagn. pro, Nazareo vertit, Neziræum, ille, qui quis est, qui Roberti biblia reddidit Latine, contra fidem Hebraeae lectionis vertit Nasir. Neicio cur ijs viris non placeat nomenclaturas euangelicas, & apostolicas sequi, cum euangelia appellat Nazareu Mar. 10. & Nazoreu ferè, & Iosep. Iudæus, si sententia Iudæorum tunc opere placet, sic noiet vt D. Marc. Nazareu Grece li. 4. antiq. c. 4. interpres semper reddit Nazarenu, q. parui refert, Nazareu, vel Nazarenu appellare, & sic euangelia quoque noient Greca Nazarenu, Nazareu Nazoreu. Patiuntur mutare noia euangelica & apostolica, quae Iudaei quoque ipsi probant idque; inuidia Iudæorum vt nobis obstrepant & postea ciuitatis Dei, & hominum fidem, quae vt Christu splendentem purius astus ostendat, punctum mutet, q. faciendum docet Hier. in illud Esa. a. 22. Onus Duma, Elai inq. i. ad me, Si uolueris legere, Eli, Deus meus sonat. En liberum facit D. Hieron. mutare vnu punctum. Et pro elai, legere, Eli. Praesertim si splendeant Christi mysteria. Et mutatione punctorum fieri docet in illud Esa. cap. 26. Mortui vitam non videbunt, & in illud cap. 23. Sicut riuus aquarum in siti. Et in illud cap. 27. Hierem. Prauum est cor hominum: millies denique, ne excitare tragedias quidam possint.

Haec veriora veris esse, discas testimonio Lxx. virorum, primum qui ex hoc loco paraphrasim fecere illius loci cap. 7. Esaia. Propter hoc dabit ipse Dominus vobis signum &c. cum enim Hebraea lectio praeferat, Ecce virgo concipiens, & pariens filium, vocabis nomen eius Emmanuel. Lxx viri ex hoc loco fecere paraphrasim, & pro, Ecce virgo concipiens & pariens filium, dixerunt, Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, vt ostenderent hanc & illam eiusdem rei fuisse prophetiam, & matrem Sampsonis sterilem, typum fuisse virginis sacratae, & praenuntiationem angeli hanc, typum fuisse praenuntiationis angeli, quae futura erat virgini, quod videtur angelus qui Lucae cap. 1. Mariae virgini adstitit, nunciaturus incarnationem verbi aeterni, innuere: qui penes eadem verba dicit virgini, quae hic dicit matri Sampsonis, Dixit enim angelus matri Sampsonis, Id est, tu in utero habebis & paries filium. Et apud Lucam. cap. 1. Id est, tu in utero habebis & paries filium. Vbi Euangelista eadem verba retinuit loco pronominis, tu, posuit, virgo. Est autem Nazareus idem quod sanctus, & separatus Deo, quauis Iudaei, vt à Lxx viris, & à nostris, dissentiant, contendunt tantum significare separatam, & intelligunt, à vino, cum ipse Moses dicat cap. sexto Numer. Sanctus erit crescente cesarie, & rursum ibidem, Omnibus diebus separationis suae sanctus erit Domino. Et rursum de Nazareo: Si peccauerit, quoniam polluta est sanctificatio eius, & ista est lex consecrationis. Habemus Lxxii Iudaeos antiquissimos, & doctissimos, qui Nazareum, consecratum interpretantur, & separatam ab omni vitio: quod si significaret separatam Deo, non esset vt interpretantur, separatam à vino, sed ab omni, quod inebriare potest, & ab omni immundo: porro omnis peccati praua cupiditas inebriat, vt docet Aristote. 7. ad Nicomachum. & 7. Physica autcultationis, nisi credis corporaliter haec accipienda, vt Iudaei accipiunt, cum Dominus dicat. Non quod intrat per os. &c. De Nazareo leges apud ORIGEN. in Leuitici cap. vigesimum. de eo quod scriptum est, Sancti estote homil. 11. & homil. prima. super cap. 1. Numer. & homil. 24. super cap. 28. 29. & 30. Numer. EVSEB. Demonstr. Euang. lib. 7. cap. 6. nutritus est in Nazareth vrbe vt ea occasione appellaretur Nazareus, & occasione patriae, in qua erat educatus, dicitur Nazareus significaretur id, quod ipse erat natura. est enim Nazareus separatam ab alijs, & sacratus Deo, & Christus erat verè Nazareus separatam ab alijs, Deus & homo scilicet, vita selectissima, & sanctus sanctorum. AVGUST. in cap. septimum. Ioann. tracta. 31. in principio in illa verba: Sed istum nouimus vnde sit: hunc locum aliter explanat, inde petes. Idem D. Au

Quibus verbis ab angelo mater Sampsonis admonita paritur, appellata ab angelo sacrata virgo est. Prophanus parit phrasim Lxx ab angelis & euangelis.

Et Ioseph. 4. antiq. c. 4. Nazareu consecratum significare docet.

A D. August. quod dicitur in sermone Hebraice, haec loca non signat, tamen sensit tam fuisse vulgatum inter veteres, Dominum fuisse appellandum Nazareum; vt cum Nathanael audisset à Philippo inuentum esse Christu & esse Iesum à Nazareth, responderit: A Nazareth potest aliquid boni esse. quod quauis interroganter accipi possit, docet August. haec verba explanas posse legi affirmantem idque probat magis. Legit AVGVS. in psal. 65. in illa verba; Date gloria laudi eius & in Ioannem tracta. 31. in principio. Denique totum illud cap. 13. Iudic. de Christo est, nam & Sampson significatur dicitur esse à samana. à celo, quod ascendebat in flama angelus ille Pele ad caelum, Angelus ille, qui vt supra dictum est, cum interpretabamur illud ca. 9. Angelus magni consilij, erat typus eucharistiae, vt docet A. V. G. quae super Iudic. lib. 7. c. 54. intelligendus est inquit, in angelo magni consilij, verbum Deus qui homo factus se obtulit in sacrificiu pro nobis, quod voces ipsae significant, nam angelus ille (vt dictum est) rogatus quis esset respondit: Quid quaeris nomen meum quod est admirabile? & pro admirabile, Hebraice est pele: & quid admirabilis eucharistia, qua Christus offertur? sic concinit ecclesia sancta de eucharistia, Deus quoniam sub sacramento mirabilis, & de eadem eucharistia concinit, Deus mirabilia faciens. Significat etiam Pele, Deus absconditus, quod eucharistiae conuenit mirabilitate, quod in eucharistia Deus absconditus mirabiliter est. Et magno opere notandum est, quod vbi offertur sacrificium, & sunt illa verba cap. 13. Iudic. Et posuit super petram offerens Domino; qui facit mirabilia, interpretari potes, offerens sacrificia Domino, qui facit mirabilia. & ei qui facit mirabilia, nam Hebraice est, Et posuit super petram Deo, & facienti mirabilia. נישל מלהאן ויהוה. i. Deo, et facienti mirabilia, vt sacrificiu hoc offeratur Deo, & ei angelo faciens mirabilia qui se appellauit Pele. i. Deus absconditus. Idem est pele, & maphli, vt dicitur apud nos, & dedes, vt Eucharistia sacrosancta admirabile sacramentum dicatur, et Deus absconditus, si sequamur interpretationem August. & offeratur Deo, & ipsi angelo magni consilij pele. i. Deo abscondito. Haec vera esse dicitur ex Vatablo, qui vertit, Sacrificauit super petram Domino, et mirifice fecit, & poterat vertere, Domino. & mirifica facienti, ad faciendum. i. ad sacrificandum, nam נישל, pro sacrificare Hebraei interpretantur Leuit. 16. & Hebraice non est verbum vllud aliud, quod sacrificare significet, nam D. Hieron. illud offeres supplet de suo: aut hoc verbum interpretatur sacrificare: & מלהאן, participium est, vt מלהאן, & mirabilia facienti interpretari debeamus: aut maphli nomen est, vt interpretari debeas, Deo & pele offerens, si sequi velis interpretationem D. Aug. atque adeo Esaia qui puerum illum, qui datus est nobis, nominauit pele, vt vident eundem esse significare, cui offerendum est sacrificiu cum Deo, & Lxx idem sensisse hunc, qui pele apud Esaia, vt dictu est, declarant esse angelum huius loci, qui se offert in sacrificiu, & cui simul cum Deo offertur sacrificiu. Declaratur ergo sacratae virginis puritas & sanctitas mirabiliter his verbis: Cauce, inquit, ne bibas vinum ac liceram, neque immundum quidquam, quia concipies, & paries filium, & ca. quae verba supra ostendimus soli sacrae virgini posse conuenire cuius vterum filius aeterni patris sibi fecerit domicilium, cuius pectus & totum corpus sacrosancta trias sibi fecerit habitaculum, cuius vbera infanti Deo prebuere pabulum, haec futura significatur purissima. Et cum rursum angelus interrogat a patre Sampsonis de vaticinio, quod eius vxori praedixerat angelus, viri nullam facit mentionem, quamquam cum eo loqueretur, quin cum percontatus esset, quid puer esset facturus? nihil de puero respondet angelus, sed de eius coniuge. Nam quanquam versio Latina posset eo referri, vt iuberetur puer abstinere ab omnibus quibus matrem Angelus praeeperat abstinere, & eo referat D. BASIL. in homil. de laudibus ieiunij, tamen Hebraea verba commonstrant interpretanda esse de matre Sampsonis, quae typus erat huius sacratae virginis. Apud Hebraeos enim verba ipsa non solum sunt distincta numeris & personis, sed etiam generibus, & omnia verba Hebraea sunt genere foeminino, vt non ad patrem, sed ad matrem ipsam referri possint, vt puritas, & sanctitas sacratae virginis significetur. Nam alioqui cuius Nazareus mater iussa est abstinere vino, & sicera. i. omni ebrietate peccati, & se seruare mundam? cuius sancti mater sanctificata est? aut iussa est vt se sanctam seruaret.

De Eucharistia.

Locus 13. Iudicum de eucharistia.

B interpretatur sacrificare: & מלהאן, participium est, vt מלהאן, & mirabilia facienti interpretari debeamus: aut maphli nomen est, vt interpretari debeas, Deo & pele offerens, si sequi velis interpretationem D. Aug. atque adeo Esaia qui puerum illum, qui datus est nobis, nominauit pele, vt vident eundem esse significare, cui offerendum est sacrificiu cum Deo, & Lxx idem sensisse hunc, qui pele apud Esaia, vt dictu est, declarant esse angelum huius loci, qui se offert in sacrificiu, & cui simul cum Deo offertur sacrificiu. Declaratur ergo sacratae virginis puritas & sanctitas mirabiliter his verbis: Cauce, inquit, ne bibas vinum ac liceram, neque immundum quidquam, quia concipies, & paries filium, & ca. quae verba supra ostendimus soli sacrae virgini posse conuenire cuius vterum filius aeterni patris sibi fecerit domicilium, cuius pectus & totum corpus sacrosancta trias sibi fecerit habitaculum, cuius vbera infanti Deo prebuere pabulum, haec futura significatur purissima. Et cum rursum angelus interrogat a patre Sampsonis de vaticinio, quod eius vxori praedixerat angelus, viri nullam facit mentionem, quamquam cum eo loqueretur, quin cum percontatus esset, quid puer esset facturus? nihil de puero respondet angelus, sed de eius coniuge. Nam quanquam versio Latina posset eo referri, vt iuberetur puer abstinere ab omnibus quibus matrem Angelus praeeperat abstinere, & eo referat D. BASIL. in homil. de laudibus ieiunij, tamen Hebraea verba commonstrant interpretanda esse de matre Sampsonis, quae typus erat huius sacratae virginis. Apud Hebraeos enim verba ipsa non solum sunt distincta numeris & personis, sed etiam generibus, & omnia verba Hebraea sunt genere foeminino, vt non ad patrem, sed ad matrem ipsam referri possint, vt puritas, & sanctitas sacratae virginis significetur. Nam alioqui cuius Nazareus mater iussa est abstinere vino, & sicera. i. omni ebrietate peccati, & se seruare mundam? cuius sancti mater sanctificata est? aut iussa est vt se sanctam seruaret.

C interpretatur sacrificare: & מלהאן, participium est, vt מלהאן, & mirabilia facienti interpretari debeamus: aut maphli nomen est, vt interpretari debeas, Deo & pele offerens, si sequi velis interpretationem D. Aug. atque adeo Esaia qui puerum illum, qui datus est nobis, nominauit pele, vt vident eundem esse significare, cui offerendum est sacrificiu cum Deo, & Lxx idem sensisse hunc, qui pele apud Esaia, vt dictu est, declarant esse angelum huius loci, qui se offert in sacrificiu, & cui simul cum Deo offertur sacrificiu. Declaratur ergo sacratae virginis puritas & sanctitas mirabiliter his verbis: Cauce, inquit, ne bibas vinum ac liceram, neque immundum quidquam, quia concipies, & paries filium, & ca. quae verba supra ostendimus soli sacrae virgini posse conuenire cuius vterum filius aeterni patris sibi fecerit domicilium, cuius pectus & totum corpus sacrosancta trias sibi fecerit habitaculum, cuius vbera infanti Deo prebuere pabulum, haec futura significatur purissima. Et cum rursum angelus interrogat a patre Sampsonis de vaticinio, quod eius vxori praedixerat angelus, viri nullam facit mentionem, quamquam cum eo loqueretur, quin cum percontatus esset, quid puer esset facturus? nihil de puero respondet angelus, sed de eius coniuge. Nam quanquam versio Latina posset eo referri, vt iuberetur puer abstinere ab omnibus quibus matrem Angelus praeeperat abstinere, & eo referat D. BASIL. in homil. de laudibus ieiunij, tamen Hebraea verba commonstrant interpretanda esse de matre Sampsonis, quae typus erat huius sacratae virginis. Apud Hebraeos enim verba ipsa non solum sunt distincta numeris & personis, sed etiam generibus, & omnia verba Hebraea sunt genere foeminino, vt non ad patrem, sed ad matrem ipsam referri possint, vt puritas, & sanctitas sacratae virginis significetur. Nam alioqui cuius Nazareus mater iussa est abstinere vino, & sicera. i. omni ebrietate peccati, & se seruare mundam? cuius sancti mater sanctificata est? aut iussa est vt se sanctam seruaret.

D beretur puer abstinere ab omnibus quibus matrem Angelus praeeperat abstinere, & eo referat D. BASIL. in homil. de laudibus ieiunij, tamen Hebraea verba commonstrant interpretanda esse de matre Sampsonis, quae typus erat huius sacratae virginis. Apud Hebraeos enim verba ipsa non solum sunt distincta numeris & personis, sed etiam generibus, & omnia verba Hebraea sunt genere foeminino, vt non ad patrem, sed ad matrem ipsam referri possint, vt puritas, & sanctitas sacratae virginis significetur. Nam alioqui cuius Nazareus mater iussa est abstinere vino, & sicera. i. omni ebrietate peccati, & se seruare mundam? cuius sancti mater sanctificata est? aut iussa est vt se sanctam seruaret.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

Pro

Pro virga Hebraicè *וַיְהִי*, quæ vocè Hebræi interpretantur virgam, & Thargum pro eâ p̄
 fuit *וַיְהִי* virgam. Pro trunco Hebraicè est *וַיְהִי*, de trunco, quod Hebræi interpretantur
 de femine, cum hæc proprijsimè reddita Latine sint, nescio curea quifquam attendet & p̄
 virga reddat, furculum: pro trunco semen: an id agunt vt quæ stata sunt labefactent? quæ ex-
 planata sunt à sanctis patribus faciant irrita? Pro Iesse, Isai, vertunt, at qui IOSEP. lib. 6. Iudaicæ
 antiq. ca. 9. & 10. Iesseum nominat, & Lxx duorum doctissimorum Iudæonũ authoritas, & li-
 terarum euangelicarum, quibus Matth. 1. Lucæ. 3. Acto. 13. ad Rom. 15. Iesse appellatur, sare esse
 deberet vt nihil immutaretur. Notandum rabinos adnotare, *וַיְהִי*, quod nomen Hebraicè
 pro radice est, esse truncum arboris resectum, cuius radix adhuc in terra manet, quod est sum-
 moperè notandum. Diximus enim supra satis fuscè in annotationibus in caput 9. an illa verba
 Super folium David, &c. regnum David præcisum fuisse in captiuitate Babylonica ita vt vsq;
 ad Christum dignitas regia non fuerit instauranda, fuerit autem potestas regia penes pontifi-
 ces ipsos. Quod igitur truncus ille præcisus nullam virgam dominantis, vt ait EZECH. cap.
 19. esset propagaturus; cuius rei etiã citata sunt supra, alia vaticinia, vt dubium soluerent Lxx
 viri reddidere, ex radice, & Lxx viros secutus est D. Hieron. Si enim ex trunco arboris regia,
 hoc est ex familia regia non erat propaganda virga dominantis, quod præcisa erat arbor illa
 & relictus trunco nullam propagaturus virgam dominantis, quomodo nunc exit virga ex
 trunco illo? quo modo hoc oraculum non pugnat cum superioribus quæ citauimus? Suppul-
 lulascet, aiunt virga ex radice, more quarundam arborum, quæ præcisa sunt, & quauis ex
 trunco nihil procreent, neque possint procreare ex radicibus generant virgulas quasdam
 sic enim exsiccantur arbores aliquando, vt à radice sese tollat plantula: vndè EZECH. cap. 34.
 in fine excitandam à Dño dicit plantulam illam, quæ nobilitatissima futura est toto terrarum
 orbe. Vbi pro plantula, quæ in Hebræo sermone est, D. Hieron. eadem sententia reddidit, ger-
 men, huius rei author PROC. est, pro radice, inquit, reliqui vno consensu, reddidere, trun-
 co, quod familia David post captiuitatem Babylonicam tanquam truncus præcisus, non am-
 plius habitura esset ramos, deficientibus ex ea regibus, ita ducta metaphora à trunco arboris
 sicco, qui nihil procreare potest, & generat è radice plantulam: familia David redacta in
 familiam priuatam exsiccato trunco regio generat Christum. Itaque facta paraphrasis est
 huius loci à Lxx viris ex loco sequenti. In die illa radix Iesse, &c. & hæc paraphrasis fecutus est
 D. Hieron. ORIG. Numerorum cap. 11. homil. 6. Dicit aliquis, inquit, hoc quod dicitur re-
 quieuisse spiritum Domini super Christum, commune fuisse Christo cum alijs, super quos re-
 quieuisse spiritus Domini dictus est, sed vide quia super nullum alium spiritus requieuisse di-
 ctus est septemplici hac virtute. Per quod sine dubio ipsa illa Diuina spiritus sancti substan-
 tia requiescere super virgam de stirpe Iesse prophetatur, simileque est illi, quod Ioannes Bap-
 tista ait, super quem videris spiritum Dei descendentem, & manentem ipse est. Idem ORIG.
 in Numer. cap. 16. & 17. homil. 9. in fine, Dicitur Christus exire virga, & flos ascendere, quia
 singulis diuersus efficitur: ei qui segnior est & negligentior, sit Christus virga, & non in virga
 ascendet sed exit, ex eundem nanque est ei, qui segnior est de eo statu in quo est, & transeun-
 dum ad alium, in quem virga compellit: ei verò iusto, qui sicut palma floret, dicitur Christus
 ascendere vt flos, vsque quo afferat fructus spiritus, qui sunt caritas gaudium, pax. HILAR.
 in psal. 2. in illa verba: Reges eos in virga ferrea: ipsum Dominum, inquit, virgam ab Esaia di-
 ctum accepimus ob doctrinæ suæ vtilem prædicationem, quæ virga directionis est, qua in san-
 ctæ vitæ viam regimur, quæ virga regni est, virga doctrinæ: Et ne tyrannicam arbitrare-
 mur, sequitur: Flos de radice eius ascendet, vt virgæ seueritatem floris suauitas tempera-
 ret, doctrinæ terrorem leniret perfectæ beatitudinis spes. ATHAN. de fide vnitatis, &
 Trinitatis, hunc totum locum citat, & completum ostendit: Vidimus, inquit, eum conuersa-
 tum inter homines spiritum sanctum, & septem spiritus vocatos super eum requiescere aspe-
 ximus, &c. quæ ex illo loco petenda sunt. Docet enim multis verbis spiritum sanctum supra
 Christum mansisse, quod sit spiritus Christi & quod personarum quidem est indiscreta distin-
 ctio, vt quauis filius ab spiritu sancto distinguatur personaliter, filius in spiritu sancto sit,
 & spiritus sanctus in filio, & in vtroque pater, & vterque in patre. Vndè interrogat Iudæus Iu-
 stinum cur Christus si Deus est Dei sapientia homo factus accipit. 7. dona spiritus sancti? res-
 pondet Iustinus, accepisse Dominum hæc. 7. dona, quæ sunt omnia dona spiritus sancti quod
 in populo Iudaico cessatura essent, & finem habitura, & tantum essent dimanatura à Christo
 in cre-

Dubii hoc
nom. & es
ius solutio
nem.

Paraphra-
sis Lxx vi-
rorum.
Spiritus san-
ctus descen-
dit in Chri-
stum septim-
formis.
Dubium.

Christus a-
scendit vt
virga &
vt flos, &
cur?

Dubii pro-
positi no-
bis Iudæis

A in credentis, sic nec futuros prophetas apud infideles Iudæos, neque diuidenda dona pro-
phetis, quæ olim diuidebantur, vt cum olim Solomoni datus est spiritus sapientiæ: Danieli, in-
tellectus & consilij.

Hoc loco veteres patres in treis se scindunt parteis: alij enim, virgam hanc sacram virgi
nem intelligunt, vt D. Hieron. in hunc locum. Et TERTULL. lib. de carne Christi his verbis, *Veteres pa-
tres alij vir-
gam hanc
sacram vir-
ginem inter-
pretantur,
& Christi
dij*
Ipse Christus est flos de virga, nata de radice Iesse: radix autem Iesse, genus David: virga ex ra-
dice, quia per florem, & ex flore omnis fructus. Et lib. 4. aduersus Marcionem, & latius lib. 5.
aduersus eundem, de epist. ad Corinth. 1. Et LEO papa serm. 4. de natiuit. Domini, In qua, in-
quit, virga, nõ dubiè, quod beata Maria prædicta est, quæ de radice Iesse progenita, spiritu san-
cto fecundata, nouum florem carnis humanæ, vtero quidem materno, sed partu est enixa vir-
gineo. D. EPHREM in oratione de sanctissimæ Dei matris laudibus, Virga profecto extitisti
Maria, flos filius tuus de radice Iesse. Alij verò, quod mihi multo magis placet, virgam hanc
Christum intelligunt, quod vt diximus, à captiuitate Babylonica virga dominantis non futu-
ra erat vsque ad Christum dominum, & spiritus sanctus, vt ait DIONYS. verborum est obser-
uantissimus, & eisdem vtitur in prophetis vocibus, vndè videtur dicere, virga dominantis, quæ
nunquam erat oritura ex trunco familiæ David resecto, & præciso iam inde vsque à captiuita-
te Babylonica, pullulascet ex radice David. i. ex familia David redacta in conditionem priuatã
& humilem, qualis erat Iesse, pullulascet ergo virga. i. Christus, in æternum regnaturus. Præter
eos quos à principio diximus, sic CLEM. Alexand. explanat pædag. lib. 1. cap. 7. Sic PROC. his
verbis, Dicitur Christus virga, propter dignitatẽ regiã, & quod pastor est, & quod rex regum,
quod propheta, quod iudex, quod est præsignificatus virga illa Aaron, quæ refloruit, typusq;
erat Christi resurrectionis, & ideo nucem fuisse dicitur, quod virga nucem capiti adposita natu-
raliter facere in somniã dicitur, aut suscitare velocius, & ideo Christi typuserat, quod ipsa ari-
da & sicca reuixit & refloruit, sic Dñs mortu⁹ reuixit, & vt virga nucem, aut amygdalina capiti
adposita facit in somniã, aut ex suscitatur dormiẽtis, sic Christus suscitaturus est mortuos. Hæc
est illa virga oritura ex radice Iesse, qua Moses edebat miracula in AEGYPTO, Christus enim il-
la faciebat in AEGYPTO miracula, vt infra est dicendum latius. Hæc est virga qua liberauit po-
pulum suum Moles ab AEGYPTIACA seruitute, & quæ nascitur de radice Iesse, liberatura genus
humanum. Eadem penè verbis eisdem Cyrill. ORIG. etiam virgam hanc pro Christo accep-
pit in cap. 10. Numerorum. & homil. 9. in cap. 17. & in Hierem. c. 2. & Thargum sic intellexit,
vbi pro, Egredietur virga de radice Iesse, scribitur, Egredietur rex ex filijs Isai: & pro, Flos de ra-
dice eius ascendet, Christus de filijs filiorum crescet. AMBR. officiorum lib. 3. cap. 14. Proiecit
virgam Moses, & serpens factus est, qui AEGYPTIORUM serpentes deuorauit, significans, quod
verbum caro fieret, quæ serpentis diri venena euacuaret per remissionem peccatorum. Virga
est enim verbum directum, regale, plenum potestatis, in signe imperij: virga serpens facta est,
quoniam qui erat filius Dei, homo factus est ex virgine, qui quasi serpens exaltatus in cruce,
medicinã vulneribus infudit, vndè Dñs: Sicut Moses exaltauit serpentem, &c. Idem AMBR.
officiorum lib. 3. virgam hanc nucem ait, quod amara in tentationibus, dura in laboribus, in
virtutibus interioribus fructuosa est. Legendus etiam idem Ambr. in li. de Isaac & anima, cap.
8. & in lib. de Ioseph patriarcha cap. 9. & in Psal. 38. & in apolog. David. AVGVST. de virga
hac, & de virga nucem, tom. 10. serm. de tempore. 3. virgam, Mariam sanctam esse ait, nã vt vir-
ga Aaron produxit flores, frondes, nuceas, non radicata plantatione, non desolã sarculo, non
foecundata seminario, vndè essent iura naturæ omnia, sic virgo contra naturæ iura filium Dei
generat. Dicit mihi Iudæus, quomodo arida virga floruit, & fronduit, & nuceas protulit, & di-
cam illi, quomodo virgo conceperit, & pepererit. Et postea: Virga illa Aarõ, virgo Maria fuit,
quæ nobis Christum verum sacerdotem ostendit, & peperit, de quo David: Tu es sacerdos in
æternum. Superiore nanque versu dixerat: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Et
Esaia, Exiet virga de radice Iesse, quod hæc virga nuceas produxit, imago dominici corpo-
ris fuit, in corio nucis, carnem significat seruatoris, quæ habuit in se asperitatem, & ama-
ritudinem passionis: in nucleo, interiorẽ declarat dulcedinem deitatis, quæ tribuit per-
stium, & luminis subministrat officium, in testa dura, quæ in medio est, lignum interferit
crucis, quod non discreuit id quod foris & intus fuit. Sermonẽ verò nonagesimo nono, de
virga Aaron: Sicut virga Aaron germinauit in populo Iudæorum, inquit, ita crux Christi flo-
ruit in

Cur dicitur
Christus
ascen-
disse è ra-
dice Iesse.

De virga
sanctorũ
patriũ sen-
tentia.

ruit in populo gentium, quia Christus verus pontifex est, ipse solus est, cuius virga crucis non solum germinavit, sed & floruit, sed & omnes credentium populorum fructus exhibuit. Quis autem fructum attulit? amygdalas, inquit, quæ indumento amaro integuntur, & testa dura, intus habent dulce pabulum, talis est doctrina legis, prima facies amara quæ circuncisionem præfert, mandat sacrificia & caeremonias: secundo loco, testa est dura, quæ est doctrina moralis, & ratio virtutis, quæ necessaria sunt ad custodiam eorum, quæ servantur intrinsecus, ut abstinentia ciborum, castigatio corporis: frangenda tamen, cum corpus corruptibile confracum morte fuerit, & resurget spiritale: tertio loco nucleus est, secretum mysteriorum & scientiæ Dei, quo pascuntur beatæ animæ, ipse est pontificatus fructus, qui promittitur his qui esuriunt iustitiam, & Hieremiæ virga hæc nucæ ostenditur, quæ Christus est. Et lebes succensa. i. diabolus: Qui peccaverit, fortem suam ponet in ollam succensam. i. cum diabolo, iustus cum virga, hoc est, cum Christo, cuius corpus restinctum reuixit. Nam resurrectionis sacramentum ex mortuis in his, euidenter agnoscimus, & in hac virga agnosce consuetudinē Domini. Semper maiora tribuit, quam promittit. Germinaturā virgam promittit: germinavit virga, & produxit frondes, & protulit fructus. Nec ociosum est quod in Esaia dicitur, Exiet virga & flos ascendet: negligentiori, virga erit Christus: iusto, flos. Et idem A.V.G. ser. 8. virga, crucis mysteriū præferebat: sicut enim per virgam Aegyptus decem plagis percussit, ita per crucē totus mundus humiliatur & vincitur: & sicut Pharaos, & populus Aegyptius affligitur per virgam, ut populū Iudæorum dimittat, ita diabolus & angeli eius fatigantur per crucis mysteriū, ut à Deo cultu reuocare non possint populū Christianū: & ut virga proiecta sit serpens. i. sapientia, nā serpens pro sapientia ponitur: Estote prudentes sicut serpentes, sic virga Moysi. i. crux Christi, postquam ad terras descendit. i. postquam ad hominum credulitatem & fidem venit, conuersa est in sapientiam, quæ sapientiam Aegyptiorum, huius mundi sapientiam deuorat. Alij verò sancti patres, utranque sententiam tuerentur, ut CHRYS. tom. 1. in expositione psal. 22. homil. 116. virgam, hoc loco, pro virgine sacra accepit: tomo verò. 2. in cap. Matth. 12. homil. 30. ad Christum refert: & tomo. 3. homil. de sancto & adorando spiritu. AMBR. de institutione virginis cap. 9. virgam, appellat sacratam virginem, alibi Christum, ut de inuolutione fidelium, serm. 54. interpretans illud, renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua: Vnius, inquit, aquilæ renouandam in nobis asserit iuuentutem. i. Christi, cuius iuuentus renouata est, cum à mortuis resurrexit: vnde illud, Refloruit caro mea, floruit caro Domini, cum primū de Maria virgine processit, ut flos de radice eius ascendit, refloruit cum succiso per Iudæos, corporis flore, rediuit de sepulchro resurrectionis gloria germinavit, & in floris modum, immortalitatis afflauit odorem. PROCOP. in cap. 53. hoc quod ait, Flos de radice eius ascendet, refert de sententia antiquorum ad sacram resurrectionem.

Quid sit hæc Esaie virga:

Explana- tur locus cap. 47. Genes.

D. Paulus citat scripturam, iuxta translationē Lxx.

Non possum mihi conscius esse dissimulanti, quod veteres patres hanc virgā, pro sceptro, & insigni regni Dauid, quod Christus erat instauraturus, interpretantur, mihi videri illam esse, cuius summitatem Iacob Genes. cap. 47. adorat, summitatem (inquam). i. florem hunc exortum in summitate virgæ huius, quæ exiit ex radice Iesse. Nam quid aliud adorat Israel, cum dicitur, Adoravit Israel super summitatē virgæ eius, quam florem hunc ortum de radice Iesse? Iesse enim ad Iacob originē refert, ut radix Iesse, & virga Iesse, eadem sit radix Iacob, & virga Iacob. Certè sic explanant veteres, quod Apostolus dixerit, fide Iacob fastigium virgæ adorasse, ut sceptri dicant significationem esse accipiendam per virgam: & per sceptrum regni, fastigiū, in quo Christus est adoratus, qui futurus erat regni Iudæorū caput. Idē sensit CHRYS. in cap. 11. ad Hebræos hæc verba interpretans, ait enim Ioseph adorasse Christum in suo typo, & adorandum significasse à suis fratribus, & nationibus. PROCOP. quoque in Genesim, hūc locum interpretans eodem refert, quanquam ait quosdam hunc locum simpliciter accepisse. AVGVS. quæst. super Genes. lib. 1. quæst. 162. his verbis figuram magnæ cuiusdam rei significari fatetur, non explicat tamen, credidisse arbitrari aliter Hebræicè esse, & iuxta lectionem Hebræam horum verborum sensum putasse facilem. Quid? non fat erat D. Paulum ad Hebr. cap. 11. hunc citasse locum iuxta translationem Lxx virorum, ut ratum esset, & fixum, sic Hebræicè esse, ut vertere Lxx viri? Lectio Hebræa est. Vbi eadem vox varijs punctis, lectum signi- ficat, ut vertit D. Hieron. & virgam, ut reddi- dere Lxx, cuius caput. i. florem, qui de eā ascendit, adorat Israel, hoc est, Christum natū de radice

A dice Iesse, quæ eadē est radix Iacob. Nam quod Procop. ait fuisse quosdā, qui simpliciter hæc accipienda putarunt, opinor fuisse eos qui iudaizant, qui, quod nuda verborum sequuntur (vt Ambrosij verbis vtatur) non perueniunt ad Christum. Quæ enim est fides illa, qua, auctore D. Paulo ad Hebr. cap. vndecimo, Iacob fastigium virgæ adorat? si fastigium hoc quod adorat Iacob, non est flos ille qui ascendit de virga, quæ exiit de radice Iesse? Nam si solum illa fides significaretur, quæ Iacob præditus erat, neque aliquid peculiare, & speciale hac adoratione esset significatum, nunquam hoc factum citasset Paulus peculiare: & fidem quam hoc facto prætulit, inter alia facta quibus fidem suam significarunt veteres patres. Hoc igitur facto consequitur necessariò Christi fidem esse significatam. Quo loco repetendum memoria est, quod alibi monemus, cum antè Calchographiam inuentā libri omnes manu scripti essent, & glossulæ multa marginibus authorum adscriptæ, in scripta grauisimorū authorū irreperent (qualia multa Hermolaus Barbarus in castigationibus in Pliniū, Pincianus, & alij viri doctissimi adnotant, cum claros viros mendis expurgāt) multa quoque, addita marginibus D. Hieronymi à lectore in scripta D. Hieron. irrepsisse, cuius notæ illud esse puto, quod in quæstionibus, seu traditionibus Hebraicis scriptum est, malè hoc verbum à Lxx viris, & Hebræicè multò aliter legi. An hoc D. Hieron. diceret, qui Hebraici, Græciq; sermonis erat doctissimus? nesciret תורה, varijs punctis, virgam significare, & lectum? & vir sanctissimus quod D. Paulus probasset, improbare? ut volet quisque existimet: mihi certè non sit credibile, glossulam lectoris margini adscriptam esse puto, quæ in textum D. Hieron. irrepsit. Quod verò D. Augustino loco citato, iuxta Hebræam lectionem, horum verborum sensum facilem esse putat, adorasse videlicet Israel ad caput lecti, in quo utique senex iacebat, & sic positum habebat ut in eo sine labore, quando vellet, adoraret: quem sensum huius loci litteralem esse planū est, sic dictum arbitror, ut doceat D. August. versionem D. Hieronymi, Hebræam lectionem reddere fideliter, non inficietur tamen interpretationem Lxx virorum, quam citat D. Paulus, cum Hebræa lectione consentire, cum etiam is qui primoribus labris Hebræas litteras attigerit, intelligat, Hebræam eos lectionē exprimere fidelissimè, Neque inficias it D. August. translationē D. Hieronymi figuram quoque, & typum magnæ cuiusdam rei esse (vt eiusdem Augustini verbis vtatur) Cum enim de sepulchro ageretur, & condendis ossibus cum patribus suis, conuersus Israel ad caput lecti, dicitur adorasse: lectus enim caro est, & corpus hoc, ut discas ex D. Hieronym. homil. 2. in canticis, quam vertit ex Origene: Lectus (inquiens) in quo sponsum cum sponsa requiescit corpus humanum est, & citat loca ex euangelio. Idem ait AMBR. lib. 5. in cap. 5. Lucæ de scribarum & pharisæorum reprehensione, sed huius corporis humani caput Christus est, & principium resurrectionis, quam Ambros. lecto significari docet eo loco. De humanis ossibus ergo, cum actum esset, vacare ne mysterio videbitur, si dicatur Israel conuersus ad caput lecti, hoc est, ad caput carnis humanæ, & naturæ humanæ, ad Christum scilicet, qui caput resurrectionis est, & principium, adorasse? Quocunq; ergo modo legas siue sequaris translationem Lxx virorum, quam citat D. Paulus, siue sequaris interpretationem D. Hieron. Christus adoratur in typo. Notandum summopere, quod nos docet D. August. loco supra citato Græcè legi, Et adoravit super fastigiū virgæ suæ ipsius, quod sit tantum mutatione spiritus exilis in densum, si pro הוהו, cum spiritu exilis. i. ipsius: legas הוהו. i. sui ipsius, cum spiritu densum: neque enim opus est addita vocali, ut putabat hic diuus. Testatur ergo August. sic suis temporibus legi apud Lxx, & verti potuisse, Adoravit Israel super summitatem virgæ suæ ipsius: quam lectionem præfert epistola D. Pauli ad Hebræos, vnde cum interpres vertit, Adoravit fastigium virgæ eius, pro, fastigium virgæ suæ ipsius positum est, quod non raro Latinè fit, ut referatur ad virgam Iacob. Nam quicquid dictum est supra de virga Moysi, virga Aaron, virga Iesse, ad virgam Iacob pertinet, quod omnes prodierint de semine Iacob. Vnde cum adorat cacumen virgæ suæ ipsius, adorat florem qui prodijt ex radice Iesse. Ergo Lxx viri, dum locum illum Genesios interpretantur, videntur fecisse paraphrasim ex hoc loco Esaie. Hebræicè enim est, Adoravit super caput virgæ. i. super Christum, qui caput, & compendium, & recapitulatio est typi huius virgæ, & figurarum veteris testamenti, ut docet IREN. lib. 3. cap. 18. & 20. aut super caput virgæ. i. super florem. Lxx (inquam) fecere paraphrasim, nam pro, Super caput virgæ, edidere, super fastigium, vel, super summitatem virgæ, & addidere de suo, suæ ipsius: ut esset totum, Adoravit Israel super fastigium virgæ suæ ipsius, nam interpres posuit eius, pro suæ ipsius. Hanc paraphrasim, & hæc verba addita à Lxx viris, citat D. Paulus ad Hebr. 11.

Multa glossulæ à lectore marginibus D. Hieron. adscriptas irrepsisse in scripta Hieron.

Deficitur D. Paulus.

Explana- tur translatio Hiero.

Paraphrasim Lxx virorum, et verba addita à Lxx, citat diuus Paulus.

Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientia et intellectus, spiritus consilij et fortitudinis, spiritus scientia et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.

Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientia et pietatis, replebit eum spiritus timoris Domini.

Septiformis spiritus qui in Christum descendet.

Greg. Nazianz. in sanctam Penthecoste: Operationes (inquit) spiritus sancti (arbitror) spiritus idem propheta Esaias. Et D. BASIL. contra Eunomium serm. 5. c. 14. quod si spiritus non ex Deo diceret aliquis, neque verbum. Esaias, septem spiritus sancti operationes, septem spiritus dixit. AVG. contra Faustum Manichaeum lib. 12. cap. 15. de septenario numero disputans. Sanctum spiritum (inquit) diuina scriptura in septiformi operatione commendat. Et ISYCH. in Leuitic. lib. 1. cap. 4. in illa verba: Coram Domino autem, Septem (inquit) operationes spiritus sancti, septem spiritus numerauit Esaias. Et CYPRIAN. lib. 1. aduersus Iudaeos cap. 20. Et HILAR. in Matth. canone. 15. Spiritus sancti (inquit) ut per Esaiam traditur, septiforme munus est. Et ATHAN. de fide sua lib. vno, Septiformem spiritum apud Esaiam describit ait, & numero hoc septenario, significari plenitudinem diuinitatis spiritus sancti in Christo fuisse. Sed quid referam hanc omnium sanctorum, quos hic & superiore commentario recensenda, esse sententiam, cum D. Ioann. Apolyp. cap. 1. septem spiritus esse dixerit?

Vatablus, & Pagninus hanc tantam autoritatem parant conuellere; apud quos sex sunt dona spiritus sancti, non septem, nam pro, Repleuit eum spiritus timoris Domini: vertit Pagninus, Odorari faciet eum omnes in timore Domini, & sex fecit dona spiritus sancti: reddidit enim, Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia & intelligentia, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientia & timoris Domini, & odorari faciet eum omnes in timore Domini. Relicto enim consensu sanctorum patrum, sequitur Pagninus Rabi David in libro Radicum. Et in commentarijs huius loci, ubi rabi David, sensum huius loci putat esse, facturum spiritum sanctum, ut Christus cito odoretur illum, qui timet Dominum, pauca cognitione (inquit) & cognoscat bonos & malos. Eundem sequitur VATABLUS in commentarijs. Si Iudaeorum rabinos, relicto consensu sanctorum patrum sequendos putarunt, etiam eos sequendos erant existimaturi potissimum, qui contra sanctos patres starent? qui nobiscum directa fronte pugnarent? & non eos sequerentur potius, qui ita interpretarentur hunc locum, ut D. Hieronymus & Lxx viri? nam rabi Selomoh eodem modo interpretatur quo D. Hieron. excepto quod pro illo quod Lxx viri & D. Hieronym. reddidere, Spiritus scientia & pietatis. Hebraice est, spiritus scientia, & timoris Dei: & ita reddidit rabi Selomoh: & postea, Replebit eum spiritus timoris Domini.

Deficitur lectio diuina Hieron. Lxx.

Sic saltem interpretarentur, & facerent septem dona spiritus, & quarendum nostris relinquerent, quae essent haec duo dona spiritus sancti diuersa, quae nomine timoris Domini significarentur ab Esaias. Et cur timorem primum Domini, Lxx viri, & D. Hier. pietatem nominassent, distinxissentque, a postremo timore, idque comprobasset D. Ioan. cum Apocalyp. 1. septem nominasset spiritus: num primum timor? timor Domini castus, is esset de quo A. V. G. in Psal. 18. expositione. 1. interpretans illa verba, Timor Domini castus, non poenalis (inquit) sed castus, quo ecclesia sponsus suum, quanto ardentius diligit, tanto diligentius cauet offendere. Nam duplex apud patres veteres timor esse videtur, & vterque spiritus sancti donum, si expendere ris diffusionem quandam, quae inter Augustinum & Ambrosium est de intellectu huius loci. A. V. G. V. S. T. nanque tomo. 10. sermone. 1. de annunciatione Dominica, de eo quod scriptum est in Esaias. Requiescet super eum spiritus timoris Domini. Esaias inquit propheta, cum septem illa notissima dona spiritalia commendaret incipiens a sapientia peruenit ad timorem Dei, tanquam de sublimi descendens ad nos, ut doceret nos ascendere, sicut ergo ille non deficiendo, sed docendo a sapientia usque ad timorem Dei descendit: sic nos non superbiendo, sed proficiendo a timore usque ad sapientiam oportet ascendere: Initium enim sapientia, timor Domini. Nam Esaias cum proposuisset sapientiam (lumen, scilicet, intellectus in-

Diffiduum quod esse videtur inter Augustinum & Ambrosium.

deficiens)

A deficiens) adiunxit intellectum, tanquam quarentibus unde ad sapientiam veniretur? respondit, ab intellectu: unde ad intellectum? a consilio: unde ad consilium? respondetur, a fortitudine: unde ad fortitudinem? ab scientia: unde ad scientiam? a pietate: unde ad pietatem? a timore Domini.

Dissentio quae videtur esse in sanctis patribus.

AMBROS. vero in Psal. 118. serm. 5. in illa verba: Statue seruo tuo in timore tuo eloquium tuum, vltimum fastigium videtur facere timorem Domini, his verbis: Esaias, inquit, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus consilij ac virtutis, spiritus cognitionis atque pietatis, spiritus sancti timoris: quantis timorem subiecit? ut haberet quid sequi posset, informatur timor Dei per sapientiam, instruitur per intellectum, consilio dirigitur, virtute firmatur, cognitione regitur, pietate decoratur, tolle timori Domini ista, & est timor irrationalis, & insipiens. HILAR. quoque cum Ambrosio facit in Psal. 27. in illa verba, Beati omnes qui timent Dominum: Quantis, inquit, ad timorem Domini gradibus ventum est, ante inuocanda sapientia, & legendi officium intellectui est deputandum. Vbi multa disputat de timore, & timorem omnem Domini amorem esse docet, motumque eius dilectione perfecta consummari. Idemque putat AVG. de timore in praefat. in Psal. 150. Spiritus, inquit, sanctus, in scripturis septenario praecipue numero commendatur, siue in Esaias, siue in Apocalypsi, ubi apertissime septem spiritus Dei perhibentur, propter operationem septenariam eiusdem spiritus: & idem spiritus timoris Domini, ipse debet intelligi, timor Domini castus permanens in saeculum saeculi. Seruilem autem timorem consummata charitas foras mittit, & nos liberos facit. Et sic idem AVG. in lib. de gratia & libero arbitrio cap. 18. diluit dubium illud, quomodo Esaias dicat datum Domino spiritum timoris Domini. Et PAUL. ad Timotheum dicat, Non dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & charitatis. Ait enim August. in quo apostoli testimonio cauere debemus, ne nos arbitremur non accepisse spiritum timoris Domini, quod sine dubio magnum est Dei donum, de quo Esaias: neque est ille timor quo Petrus Christum negauit, sed ille de quo Dominus, Eum timete qui habet potestatem, & animam, & corpus perdere in gehennam, item dico vobis hunc timete: illum timorem Petri abstulit, inquit: Nolite timere eos qui corpus occidunt: huius timoris non accepimus spiritum, sed virtutis, & charitatis, & continentiae: de quo Paulus, Gloriamur in cogitationibus, scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: charitas ergo facit, ut tribulatio, & metus tribulationis non auferat operationem, sed potius operetur patientiam.

Sed si dicta sanctorum excutias a timore qui est initium sapientiae, itur ad intellectum, rur-

Concordia sanctorum patrum.

sus ab intellectu, descenditur ad timorem, qui est pietas, quemadmodum a sensibilibus itur ad primam causam, quod cum sit, scientia dicitur a Platone & Platoniceis, deinde cum ad primam causam peruenit, & inde ad cognitionem sensibilem & intelligibilem, tanquam a primo principio rursum itur, sapientia nominatur, & dialectica, nam Platonicis dialecticam & metaphysicam, & theologiam pro eodem accipiunt, sic a timore itur ad intellectum & sapientiam, & rursum a sapientia, tanquam a prima causa, regredimur ad eius effecta, quorum finis est timor, quem timorem D. Hiero. & Lxx viri charitatem nominant & pietatem, ut primus timor sit donum spiritus sancti, qui sit initium sapientiae, quae sapientia vltimum fastigium est, quo peruenitur tanquam ad summum, ut ait Aug. rursum cum ab vltimo fine, quod est primum natura, regredimur tanquam a prima causa ad effecta consistimus in alio quodam timore, qui timor firmitas potius est & stabilitas, & metus magis ex amore profectus, & dilectione perfecta consummatus, & perfecta quaedam pendet dilectio, qualis in hac vita potest contingere, & qualis est ille quem ORIG. describit in c. 3. epist. ad Rom. qui perfectum adeo reddat hominem, ut cui sit, nihil desit: ait enim propheta, Nihil deerit timentibus Deum, haec Orig. & tale quendam timorem non potuit Hier. nec Lxx exprimere significantius, quam cum appellarunt pietatem. Haec tam multis verbis sumus executi, ut sententiam Catholicae ecclesiae tueremur, salua vulgata editione Hebraea. Nam vnus litterulae transpositione efficit relationem D. Hier. & Lxx, & refelles Rabinos, qui nobis aduersantur: nam pro pietate, Hebraice est חַיִּי, i. timor: quod si primam litterulam transferas in mediam dictionem, & dicas חַיִּי, efficit visionis seu reuelationis, ut sit, Spiritus reuelationis, quem ecclesia catholica publicis precationibus petit, ut Deus, & Deus, & Dominus noster, infidelium aperiat oculos, & auferat velamen ab oculis eorum: & Paulus ad Ephes. cap. 1. ut Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, det vobis spiritum sapientiae & reuelationis, in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri, haec postrema reuelatio in qua Dei,

Deficitur reuelatio D. Hieron. Lxx.

& agnitio, & illuminatio oculorum efficiunt *foris*, i. pietatem hoc est veram religionē, & ideo sic reddidit D. Hieron. cum Lxx senioribus, neque quidquam est frequentius apud Paulum, hoc spiritu reuelationis, nec in œconomia redemptionis quidquam magis est necessarium, & hoc multo magis significat verbum Hebræum si transmutatio illius literule fiat quæ fit frequentissima in codicibus Hebræis, vt docuimus in disputatione de tralationibus, multis exemplis ex scriptis rabinorum petitis. Quod apud D. Hieron. & Lxx viros est, Et repleuit eum Hebraicè est רָחַץ, quod R. Dauid, & R. Abraham, vt leges in Thesaurio linguæ sanctæ in dictione רָחַץ, interpretatur, Odorari faciet: à verbo רָחַץ, odorari. Hos rabino sequuntur Vatablus, & Pagninus. At R. Selomoh interpretatur, Repleuit spiritu, à verbo רָחַץ, i. repleti spiritu: & sic D. Hieron. & Lxx viri sunt interpretati. De sensu huius loci, lege ORIG. in cap. 11. Numerorum homil. 6. Et IREN. lib. 3. cap. 10. quorum eadem est sententia, quæ TERTVL. lib. 3. aduersus Marcionem, qui interpretans hunc locum ait, significari his verbis, plenitudinē gratiæ, & donorum Spiritus sancti fuisse in Christo. Et infra: Nec enim vlli hominum diuersitas spiritalium donorum competebat, nisi Christo. Et li. 5. de epist. ad Corinth. 1. Alijs videtur, inquit, his verbis significatum esse, ipsam substantiam Spiritus sancti semper cum Christo futuram, quod in principio capitis dictum est, & in testimonijs sanctorum patrum, quodq; notū est: nam ipse Filius spirat vnà cum Patre Spiritum sanctum, & ideo dicitur Spiritus Christi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non secundū visionē oculorū iudicabit, neq; secundū auditū auris arguet. Non secundū gloriam iudicabit, neque iuxta sermonem arguet.

IRENÆ. lib. 3. cap. 10. Secundum id, quod verbum Dei homo erat ex radice Iesse, & filius Abrahæ, requieuit spiritus Dei super eum, spiritus sapientiæ & intellectus: secundum quod Deus erat, non secundum gloriam iudicabat, neque secundum loquellam arguebat, non enim opus erat illi, vt quis testimonium ei diceret de homine, cum sciret ipse quid esset in homine. Et idem Irenæus lib. 4. cap. 44. Dicunt hypocritæ, inquit, Nemo nos videt, & seruiunt voluptatibus suis, & redarguuntur à verbo, qui non secundum gloriam iudicat, neque in faciem attendit, sed in cor. Cum Hebraicè sit, vt vertit D. Hieron. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium eius arguet: Lxx viri interpretantur, Non secundum visionem oculorum eius. i. non secundum gloriam iudicabit, hoc est, non iudicabit potentes & principes pro fastu, & pro gloria, quod vulgò fit, cum principes & opulentos etiam coopertos omni flagitio, omni honore prosequimur: contra Dominus qui dicebat, Væ vobis pharisæi, & hypocritæ, & similia. Et quod vertit D. Hieron. Neque secundum auditum aurium arguet: explanant, Neque secundum sermonem arguet, videbit occulta cordiū. Huc spectat illud PLAT. in Gorgia, cum iudicandos ait homines corpore nudatos, & diuitiarum & dignitatum fulgore spoliatos, vbi animus solus, sit virtutum splendore astris splendidior, aut foedis vitiorum imaginibus turpissimus, quod imagines rerum omnium quas gessimus, nostris animis imprimuntur. Sic CYRIL. & PROCO.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Sed iudicabit in iustitiā pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ: et percutiet terrā virga oris sui, et spiritu labiorū suorū interficiet impium: et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renū eius. Sed iudicabit humili iudicium, & arguet humileis terræ, & percutiet terram verbo oris sui, & in spiritu per labia impium interficiet, & erit iustitia cinctus lumbos suos, & veritate inuolutus latera sua.

Iudicabit in iustitia pauperes: CLEM. Alexandrinus pædag. lib. 1. cap. 7. significari putat, castigabit in iustitia pauperem, & Arguet humileis terræ, vel Arguet in æquitate pro mansuetis, eodem spectare ait. i. castigabit mansuetos in vtilitatem eorum, iuxta illud, Castigans castigauit me Dñs, morti non tradidit me. Castigatio enim Dñi, & increpatio liberatio est à morte. IREN. lib. 3. cap. 10. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ, quod Lxx dixerunt: Arguet humileis

A mileis terræ, videtur interpretari, id est, arguet gloriosos terræ, iuxta illud euangelij Matthæi cap. 12. cum discipuli Domini vellent spicas vt manducarent, & pharisæi dicerent, Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis: Dominus cœpit gloriosos illos pharisæos arguere, pro mansuetis, pro discipulis, quos scriptura appellat mansuetos, & pauperes spiritu: Non legistis quid fecerit Dauid cum esurijt? &c. Et cap. 15. Tunc accesserunt ad Iesum scribæ dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, & Dominus pro mansuetis, pro discipulis & apostolis arguit vehementer gloriosos illos scribas & pharisæos. Et hæc interpretatio mihi præter reliquas placet. CYRIL. Iudicabit humili iudicium, explanat, non despiciet quenquam humilem, sed rectum & inculpatum de eo iudicium proferet.

D. HIER. Iudicabit iudicium pauperi, cum dixit: Beati mites, quoniam ipsorum est regnū Dei: & beati pauperes, & beati misericordes: illa enim iudicia pronunciauit de pauperibus, nā pauperes, & mansueti in scriptura, apostoli & sancti nominantur, quod omnia terrena relinquunt, vt Christum sequantur: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, his iudicat iudicium Dñs, Amen dico vobis, quicumq; reliquerit patrem aut matrē, & ijs præscribit Dñs iudicium. i. euangelicā legem, quæ iudicium dicitur, vt infra dicendū pluribus est: his, inquam, qui tollere volunt crucem suā, & sequi Christum. Arguet pro mansuetis terræ, conuenit interpretatio supradicta his verbis, iuxta tralationem D. Hier. Tralationi verò Lxx, conuenit interpretatio D. Hier. Arguet humileis terræ in æquitate, vt cum Petro ait, Vade post me satana: vel Arguet mansuetos terræ, probauit eos tanquā aurum in fornace. Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum? Ante reges, & præfides ducemini. Percutiet terram in virga oris sui, obiurgabit verbis grauiſsimis eos, qui terrena sequuntur: Væ vobis, qui ridetis. Spiritu labiorū suorū interficiet impium, pellet vitia & peccata: sic enim interficiuntur impij, & sunt pij. Erit iustitia cingulū lumborū eius, & fides cinctorium renū eius: aut vt Lxx reddidere, Veritas, cinctorium renū eius: emunā, vtrunq; significat, & fidem, & veritatē, quia erat ipse ipsa iustitia, & veritas ipsa: vt enim supra dixerat CYRIL. Quemadmodum in primo homine, quia fuit piger, in obseruatione mandati habitauit peccatum, ita in secundo Adam habitauit ipsa substantia Spiritus sancti, & omnis diuinitas corporaliter, vt inde omnes acciperemus: vt enim carbocandens, aut ferrum candens vnitū igni est, ita vt nulla pars sit, quæ non sit igni vnita, sic Christi caro sanctissima, & Christi humanitas erat vnita diuinitati verbi, quæ est ipsa veritas, & ipsa fides, & ideo veritas, & fides cinctorium renū eius dicitur, & cingulum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hœdo accubabit: vitulus, et leo, et ovīs simul morabuntur, et puer paruulus minabit eos: vitulus et vrsus pascetur simul, requiescent catuli eorum, et leo, quasi bos comedet paleas.

Simul pascetur lupus cum agno, & pardus simul cum hœdo: & vitulus, & leo, & taurus simul pascetur, & puer paruulus ducet eos: bos & vrsus pascetur simul, & simul erunt catuli eorum, & leo sicut bos comedet paleas.

EVSEB. Cæf. li. 2. demonf. euang. cap. 41. De Gentibus quæ vocatæ sunt ad fidē, hæc explanat, quæ in scriptura bestia & belluæ nominantur, & serpentes venenatæ, vt alibi latius dicendum est, & ibi satis fufe hunc locū explanat. Et lib. 3. c. 2. vbi docet hoc loco prædici à propheta, feros Gentium mores, recepta fide mutandos in mores mansuetissimos. Et lib. 7. cap. 9. Hæc allegoria, inquit, significat Gentium mores efferos, & agreſtes, Christi prædicatione mutandos. Et per allegoriam hæc dicta sunt, vt radix Iesse, virga, flos, cingulum iustitiæ et veritatis, quod aliter intelligi nisi per allegoriam nullo modo possint, quæ omnia dicit Euseb. & quod hoc cap. prædicatur signa aduentus Christi. Vnum enim signum erat, oriturum Dominum de radice Iesse, secundum Spiritum sanctum descensurum, & mansurum super Christum: quod secundum signum datū est D. Iohanni, vt Christum agnosceret: tertium signum, non iudicaturum homines pro gloria, & pro fastu, quod cōpletum est cum diceret, Væ vobis scribæ, &c. vt obiurgaret Iudeos in defensione discipulorū suorū, & reliqua quæ diximus. Ideo vt ORIG. ait li. 4. Periar. c. 2. Iudæi postulabāt hæc signa compleri, vt lupus habitaret cū agno, vitulus & taurus simul pascerentur, & cum nihil horum

Quæ signa hoc capite dentur aduentus Christi sicut cognoscatur.

*Iudeorum
obiectio.*

Puer nobilitatis litteris sacris, qui regis leones, & vrsos, & reliqua animalia quis?

Cur homines bestiae, & animalia venenata appellantur.

gestum esse secundum historiam viderent, in quibus praecipua signa aduentus Christi obseruanda credebant, non receperunt Christum, quin illum affecere cruce: Sic autem hoc dictum esse docet ORIG. in Genes. cap. 6. homil. 2. ut illud quod dictum est Petro in illa visione, in qua omnia quadrupedia, & bestiae terrae intra vnum fidei linteum continebantur, quatuor euangeliorum initijs alligatum, quibus significabatur homines agrestes, & feris moribus, qui nihilo distabant a serpentibus venenatis, a belluis immanibus mutandos in sanctos viros. Idem ait D. Hieron. & refellit Iudaeos eisdem rationibus quibus Euseb. PRO. C. In ecclesia, inquit, vitulus, leo, & pardus, mutatis ferinis moribus simul pascentur, eiusdem spiritalis escae participes. i. reges, & principes viri, dimisso illo fastu, & foeditate simul cum pauperibus versabuntur. CYRILL. idem ait, additque, Pax Christi non solum ad eos perueniet, sed ad natos natorum. AMBROS. in psalm. 118. in illa verba, Et respondebo: Lupi, inquit, sunt persecutores, sancti agni: lupus erat Paulus, apostolus factus est. Quis cum hoc lupo non gaudeat versari? Idem hoc ait AMBR. in illud Lucae, Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. & idem de virginibus libro. 2. Cum virgo, & miles subeunt martyrium simul, ait, tunc verè compleri illud, lupum & agnum pasci simul: Ecce, inquit, agna, & lupus non solum pascentur simul, sed etiam simul immolantur. Pueros appellat, inquit D. Hieron. viros sanctos puerili innocentia, iuxta illud Domini: Nisi quis efficiatur vt paruulus hic, non introibit in regnum Dei. CYRILL. Puer hic paruulus, qui agit eos, doctor ecclesiae est moribus sanctissimis: tales enim sunt ecclesiae doctores, qui caelestem thesaurum taceis vasculis circumferunt, animo libero omni malitia, puerili innocentia. EVSEB. locis citatis, puerum hunc interpretatur quantum comminimi illum, qui datus est nobis. Et IVST. in dialogo aduersus Tryphonem, inter nomina Christi puerum adnumerat. Et sacra virgo: Accepit, inquit, Israel puerum suum. Ergo puer hic qui natus est nobis, & filius aeterni patris, qui datus est nobis, reget eos, qui olim erant leones, vrsi, & lupi. Cur autem homines bestiae nominentur, & serpentes, docet CHRYS. in cap. Genes. 2. homil. 12. vbi ait diuinam scripturam homines varijs beluarum nominibus vocare, pro varietate vitorum, interdum canes ob impudentiam, & impetum, equos insanientis ob libidinem, asinos ob stupiditatem, leones & pardos ob rapacitatem, & habendi auiditatem, aspidem ob fraudulentiam, serpentes & viperas ob latens venenum, & malitiam. Et in cap. 6. Genes. homil. 23. interpretans illud, Noë homo iustus: homo, inquit, commune nomen, pro laude iusti vsurpauit, nam ceteri, qui non sunt iusti ob carnales voluptates, amiserunt esse homines: tunc enim homo est quando virtutem colit, & sic interpretatur illud Esaiæ: Veni, & non erat homo: qui alienus est a virtute, bestia appellatur, quod paulò infra multis verbis docet Chrysofost. nam amatores mulierum, equi dicuntur, & serpentes fraudulentum, & bestiae, qui transeunt in bestiarum affectus, interpretaturque illud, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, vt imperet bestijs. i. vt imperet prauis cupiditatibus, quas habet communes cum bestijs. De hac re lege BASIL. in Hexameron homil. 10. de hominis fabrica, in fine, vbi hæc diuinitus disceptat. LACT. lib. 2. cap. 3. sola religione homines a bestijs separari docet, vt infideles, bestiae iure appellantur. & lib. 5. cap. 5. auaros, lupos appellari docet: serpentes venenatas, inuidos, & dolosos, vt Chrysofost. & eodem lib. 5. cap. 11. plurimis verbis exsequitur, cur a prophetis infideles bestiae nominentur, & serpentes. Et IREN. idem docet lib. 5. vbi scribit carnales homines, quos apostolus appellat, a prophetis bestias appellatos, propter vitam prorsus irrationalibilem, vt nos vulgò homines asinos, & pecora dicimus, & cetera quæ adiecit. Lege AMBR. in Psal. 118. ferm. 10. in illa verba, Manus tuæ fecerunt me: Vbi homo, inquit, ad similitudinem Dei factus est, verum scriptura hominem peccantem non appellat hominem, sed aut serpentem, aut equum hinnientem, aut vulpeculam, vt, Dicite huic vulpi, de Herode. Et Ioan. Generatio viperarum. CHRYS. in Matt. c. 3. homil. 10. per lupos, & agnos, vitulos, & vrsos, corruptam & vitiosam vitam significari putat, publicanos. i. scortatores, latrones, vt per irrationalium mores, & ingenia diuersa, ostendat vitam hominum variam, & varia vitorum genera in eandem religionis coitura esse concordiam. Et idem Chrysofost. quod Christus sit Deus, interpretans hunc locum predictum his verbis ait, Non solum benignos, & mansuetos homines, sed feros, & immanes, qui inter se ipsos lupi erant, & leones, & tauri, & vrsi, in vnam esse ecclesiam colligendos. Si quaerat, inquit Iudaeus, quando factum sit, vt lupo cum agno pasceretur: rursus rogamus, quid hoc humano generi erat profuturum? hoc ad feros homines pertinere, ad Scythas, Thracas, Mauros, Britannos, Indos. CLEM. Alexand. lib. 6. Strom. Vitulus, siue bos, inquit, dicitur Iudaeus,

A Iudaeus, qui sub iugo legis est mundus: est enim bos mundum animal: vrsus, populus Gentium, quod immundum animal est, & carnem quãdam parit sine figura, quam paulatim lingua conformat: sic populus Gentium, ex belluina vita, lingua ad euangelicam vitam conformatur.

Paleas comedit. ORIG. tom. 15. in Ioann. varia esse ciborum genera docet: vt enim quibusdam lac datur, iuxta illud D. Petri, Sicut modò geniti infantes, lac concupiscite. Et illud Pauli, Lac vobis potum dedi, & agròtis dantur olera, perfectis solidus cibus: sic animis irrationabilibus, quæ iumenta dicuntur in sacris literis, qui simpliciter ambulant, non multum docti, sed fide pleni, vt docet AVG. in psal. 106. in illa verba, Et benedixit eos. His inquit ORIG. dantur herbe, iuxta illud, In loco pascae, ibi me collocauit, dantur paleae, & foenum, datur simplicissimus cibus spiritalis, quod hoc loco significat Esaias, cum ait, Leo quasi bos comedit paleas: qui erat inter homines velut leo, non multum doctus, sed fide plenus, vitam simplicissimam viuet, & simplici cibo spiritali aletur, non scrutatus maiora. Catuli eorum simul requiescent, pax Christi perueniet ad natos natorum, sic CYRILL.

B D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et delectabitur infans ab vberibus super foramina aspidis, et in cauerna reguli, qui ab lactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, neque occident in uniuerso monte sancto meo.

Et puer paruulus in foramen aspidum, & in cubile propagationum aspidum manum immittet, & non malefacient, neque poterunt perdere vllum in monte sancto meo.

Diuus ATHAN. de passione & cruce Domini lib. putat hoc esse quod dictum est, Ecce ego dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, nam olim serpens calcavit Euam, nunc conculcare cupiens, audit, Abi post me sathana. Olim aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens, circumibat, sitiens nostram animam: nunc verò conculcatur vna cum dracone, ac posthac Deus velociter conteret sathanam sub pedes nostros, adeoque cõtempitui est, ac deluditur, vt etiam in foramen aspidum aliquis immittat manum, nec timeat, vt Esaias ait. Nunc enim pueri voluptatem, quæ quondam senes demulcebat, derident: pudicitiam, quæ supra legem est, deligunt: virginesque manentes calcant serpentinae voluptatis fallacias, conculcant ipsum diaboli aculeum, cum mortem, & tormenta quæ intentat, contemnunt. TER. TVL. aduersus Marcionem lib. 4. Figuratè, inquit, scorpiones, & colubros appellat spiritalia malitia, quorum ipse princeps dicitur serpens, draco, leo, quod illo Davidis significatur, Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem: & infra, cum hæc potestatem prius accepisset a patre super scorpiones & serpentes, vt suis sanctis illam præstaret, illam præstitit eis. Omnis metus ergo expertes, inquit CYRILL. immittent manus in caernas aspidum, in daemonum cateruas, & in propagationes aspidum, hoc est, hæreticorum & infidelium, nec noxam inde trahunt, nam occidi possunt, flecti nequeunt. AMBR. in præfatione in psal. 37. videtur hunc locum interpretari sic: Verbum quod erat in principio apud Deum, immisisset manum in caernam aspidum, hoc est, in carnem nostram cum suscepit illam: & cum caro nostra esset caerna aspidum. i. peccatorum euacuasse omne venenum aspidum, omnia peccata, nam peccata dicuntur venenum aspidum, quod aspides morfu, nullum inferunt dolorem, sed leuissimè pungunt, & dulci somno membra hominis morte resoluunt, ita peccatum voluptate quadam & somno, & obliuione, miseram animam vitam spiritali orbat. Idem Ambr. in apolog. David in princip. Christum & apostolos, ceruos appellatos ait, quod cerui hanc habeant naturam, vt venenatas serpentes ipso spiritu caernis extrahant, & deuorent, nec timeant morsum serpentis: sic Christus & eius apostoli, homines qui serpentes venenati dicuntur, quod non solum ipsi scelerum veneno tumeant, sed idem venenum alijs afflent, necant, & deuorant, hoc est, vitia delent, & sibi incorporant: vt Petrus iussus est in visione illa occidere, & manducare, & incorporare ecclesiae. Aliter tamen hunc locum explanat idem AMB. de poenitentia lib. 1. cap. 13. cum interpretatur Pauli sententiam, Tradidit eum Sathana: quæ quia sunt longiora, qui volet inde petat, attento tamen animo sunt legenda. Lxx viri sensus hoc loco reddunt, non verba. Quod enim D. Hieron. dixerat, Delectabitur infans ab vberibus super foramen aspidum, & in cauerna reguli, qui ab lactatus fuerit, manum suam mittet: Lxx di-

xere, Puer paruulus, vel puer infans in foramen aspidum, & in cubile sobolis aspidum, manu A immittet, expressa sententia, non reddita ad verbum lectione Hebraea.

D. HIERONYMVS,

LXX VIRI

Quia repleta est terra scientia Domini sicut aqua maris operientes.

Quia repleta est omni terra cognitione Domini sicut aqua multa operiet maria.

VTrunq; eodem modo, quanquam dilucidius verti potuit, si ad verbum lectionem Hebraeam sic redderes, quia plena est terra cognitione Dei, sicut aquae mare cooperiunt. AVGVVS. de vnitte ecclesiae lib. vno cap. 7. planius legit hunc locum, & de ecclesia catholica, quae in totum orbem diffusa est interpretatur, quam prauidisse Esaiam dicit, cum scripsit, Repleta est terra vt cognoscat Dominu, vt aqua multa operit mare. Graece est, & quia infinitius cognoscere est cum articulo, valet pro nomine, vel pro subiunctiuo cum, vt, vt sit impleta est terra cognitione Domini, vel impleta est terra vt cognoscat Dominum. CHRYS. tom. 5. in demonstratione, quod Christus sit Deus, dicit, omnes nationes vocandas ad fidem, idque praesignificatum esse illo vaticinio: Dabo tibi gentes haereditatem tuam, & hoc Esaiam loco, implebitur omnis terra scientia Dni, sicut aqua multa quae operit ipsum mare: sic EVSEB. lib. 2. de demonstratione euangelica cap. 4. & beatus Prosper de praedictionibus Dei parte 3.

D. HIERONYMVS,

LXX VIRI

In die illa radix Jesse, qui stat in signu populoru, ipsum gentes deprecabuntur.

Et erit in die illa, radix Jesse, & quae confurgit vt princeps sit gentium, in ipso gentes sperabunt.

ORIG. in Epistolam Pauli ad Rom. interpretans hunc locum ait, hunc locum citari a Diuo Paulo iuxta tralationem Lxx viroru, additque ferè tralationem Lxx virorum ab apostolo citari, omissum autem esse hoc loco totum illud, & erit requies eius honor, quod negligenter dictum ab Origene est, non enim necesse erat citatam a Paulo totam prophetiam, citatum vero a Paulo est, quantum satis est. illud erat adnotandum magis hoc loco Lxx viros metaphraftas potius fuisse, quam interpretes, & citatam tamen eorum versionem nihilominus a Diuo Paulo, quam contentionem inter Diuum Hieron. & D. August. fuisse diximus in disputatione de tralationibus, post explanationem Diui Pauli non necesse erat hunc locum interpretari, nisi locum Diui Pauli ad Rom. doctores sacri bifariam interpretarentur. AVGVVS. de vnitte ecclesiae cap. 7. tantu putat Paulum intellexisse Christum de semine Dauid imperaturum getibus, & nationibus, & HILAR. li. 5. de trinitate prope finem, & ATHAN. de incarnatione verbi lib. vno, his verbis, quod vero saluatoris aduentu omnes vndique gentes Deum agnoscere ceperint, praedixere propheta. Erit inquit radix Jesse, & qui exurgit dominari gentibus, in ipso gentes sperabunt, & premit Iudaeos interrogatione, quis vnquam ex his quos diuina tradit scriptura ex sola natus virgine? quis genitus rex, priusquam patrem, aut matrem vocare posset, regnat, & spolia hostium diripit? quis huius modi fuit rex Israel, & Iuda? dicant Iudaei in quem sperauerunt gentes omnes, ac cum quo pacem habuerint? quando enim stetit Hierusalem, bellum ei perpetuo fuit illatum a nationibus, ab Assyrijs, Aegyptijs, Babylonijs, habuit bella Dauid, Ezechias, Iesus Naue, quis est igitur in quem sperauerunt Gentes? dignum reor hoc inspicere, esse enim aliquem necesse est, quia non potest propheta mentiri, sic interpretatur ORIG. & AMBR. in hunc locum Pauli, & CYPRIAN. aduersus Iudaeos lib. 1. cap. 21. EVSEB. tamen de demonstratione Euangelica lib. 2. cap. 41. lib. 3. cap. 2. & ferè totum hoc caput explanat & ita hunc locum interpretatur vt diximus, infra tamen li. 7. cap. 9. suspicatur hunc locum dici de sacra Christi resurrectione, & hac propheta impios Iudaeos, & Iudaizantes refellit, qui Psal. de Christo co scriptos, & oracula de Christo praedicta ad Solomonem referunt (saltem literaliter) En, inquit Euseb. tot annis post Solomonis obitum venturum significat propheta Esaias, illu toties Dauid de eius stirpe promissum, qui gentibus est imperaturus, vt nec haec, nec illa possis villo modo ad Solomonem referre, & caetera quae adiecit disertè, & satis fufe. TERTVL. in lib. de Trinitate

Orig. citari ferè ait a D. Paulo tralatione Lxx virorum. Lxx viri huius loci metaphra. sim faciunt, & tamè citantur a Diuo Paulo.

Iudaei vngentur a no stris hoc vaticinio.

Eusebius vngentur a no stris Iudaeos

Trinitate praedictum ait a prophetis, quod a mortuis esset resurrecturus: vt illo Esaiam, Et erit in die illa radix Jesse, & qui exurgit imperare Gentibus: vbi surget, pro resurget accepit, & Graece est, & quod verti potest resurget. PROC. quas nunc appellat nationes, supra appellauit belluas, & feras, quib9 resurrexisset Dnm ait imperare. i. ad imperandum quia post sacra resurrectione imperaturus erat Gentibus, non Iudaeis solum. CHRYS. to. 5. in demost. quod d Christus sit Deus, ait his verbis praedictas passionem, & resurrectionem Domini. Idem sensisse videtur in cap. 11. Matth. homil. 37. Hebraice est, vt vertit D. Hieron. In die illa erit radix Jesse, qui stat in signum populorum, vel, quae stans erit in signum populoru: & alibi pluribus dictum est, ex Procop. & alijs patribus, signum siue vexillum: vtroque enim modo Latine reddi potest, poni pro cruce Dni & signo Christi Domini crucifixi: erit ergo hic qui prodijt è radice Jesse, signum populorum, non vnus populi Iudaici, sed populorum Gentium erit signu: adorabitur hic qui prodijt è radice Jesse crucifixus, adorabitur, inquam, a Gentibus: & sic huc locum intellectum esse a Lxx viris liquet, quod verba non reddiderit sed sensum, Et erit radix Jesse qui surget, vel qui resurget imperare Gentibus. Nam post sacram passionem, & sacra resurrectionem, iusi sunt apostoli a Domino praedicare Euangelium omni creaturae. En quod aiebat AVGVVS. & ORIG. citat: Paulus tralationem Lxx virorum, etiam cum non exprimit lectionem Hebraeam: Editio enim Hebraea reddi potest ad verbum, Qui stat signum populorum, vel in signum: & pro in signum populorum, reddidere, imperare Gentibus: quod paraphraste sunt, non interpretes, & explanant quid sit Christum esse in signum populorum, quod quid esset, postea rerum declarauit euentus: fuit enim & est signum Christi crucifixi, populis & gentibus, in vexillum ab omnibus adoratum. Vera dicit Paulus, cum dicit hoc dixisse Esaiam, haec est enim sententia Esaiam. Quod D. Hieronymus vertit iuxta lectionem Hebraeam, Ipsum Gentes deprecabuntur, vel ipsum Gentes sequentur, vt runque enim significat verbum Hebraeum: Lxx interpretantur, In ipso Gentes sperabunt: & tamen tralationem Lxx, citat D. Paulus. ORIG. interpretans hunc locum, ait Christum a D. Paulo hoc loco significari, appellatu Deum: cum enim dixisset sensum huius loci esse, pro hac misericordia, quam a verbo, quod erat apud Deum consecuti sumus, vt is vnigenitus filius Dei, qui semper erat, nasceretur ex radice Jesse, ad salutem Gentibus dandam, Gentes eum honorant, & magnificant Deum. Cum ergo hunc sensum huius loci dixisset esse, hoc quoque significasse D. Paulu vult, cum statim subiungit: Deus autè spei repleat vos omni gaudio. Quod enim citarat hoc Esaiam, In eum Gentes sperabunt, de Christo loquens, subiecisse ait Deum spei, & appellasse Christu Deum spei, in quem Gentes sperarent: & addidit, Si Esaias dixisset, in ipso Gentes credent, Paulum appellaturum fuisse Christum Deum fidei. Quod autem AMB. & ORIG. quærunt, cur Propheta dixerit, Erit radix Jesse, & non Dauid, aut Booz, aduertendum est Jesse Hebraice dici Isai. i. sapientia mea: & Christus dicitur ortus ex radice Isai, quod radix & scopus aduentus redemptoris, sapientia nostra fuit. Christus enim vt D. Paulus ait. i. ad Corinth: cap. 1. Factus est nobis sapientia. Hunc locum totum explanat ORIG. mirabiliter, homil. 7. in diuersos, in illa verba: Egredus inde Iesus, vbi quaestionem bellam reperies.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et erit sepulchrum eius gloriosum Et erit requies eius honor.

VATABL. vertit hunc locum, Et erit requies eius gloria, vel in gloria, & optimè: sed in commentarijs interpretatur, Erit regnum eius tranquillum & gloriosum: nam Iudaei qui expectant auream Hierusalem, de regno Mesiæ interpretantur: sed hi suos, nos, nostros duces sequamur. Pro sepulchro, vel requie, vt vertere Lxx viri, Hebraice est, quae vox vt reperies in dictione, in Thesaurio linguae sanctae, significat requiem a laboribus, a negotijs, ab afflictionibus: & ideo Lxx vertere, i. cessationem, requiem a laboribus, cum dixit, Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum: statim enim glorificatus a patre est, tot editis miraculis, vt dicerent ipsi qui illum cruce affecerant, Verè filius Dei erat hic: & centum libris vnguenti nardi pistici fuerit delibutus. Haec glorificatio hoc loco est significata: & hoc erat etiam signum Christi, vt summam ignominiam eius mortis, exciperet summa claritas & gloria. Iudaei hoc totum iam inde ab illo loco: Et erit radix Jesse, referunt ad suum Christum, quem ipsi fingunt regem terrenum futurum: & ad suam Hierusalem auream, quam terrenam ipsi sibi promittunt: & conuenienter huic sententiae videntur interpretati Pagnin9 & natio.

Citatur a Paulo tralatio Lxx cum no ira statio, sed metaphra. sis est potius. Lxx viri sum a Paulo citantur cu no redant lectio ne Hebraea ad verbu.

signu Christi aduentus vt cognoscatur.

& Vatab. verbis quibusdam additis: Et erit in die illa, eum, qui egredietur de radice Iesse, qui A stabit vt vexillum populorum, Gentes quarent: quæ verba videri possunt significare Gentes & nationes accursuras ad eum, qui egredietur de radice Iesse veluti ad terrenum regem, quod significant verba sequentia, Et erit requies eius in gloria, quæ interpretatur Vatablus in commentarijs. i. Erit regnum eius tranquillum, & gloriosum. Video referri quoque posse interpretationes VATAB. & PAGNI. ad Christum Dominum, sed non necesse erat verba addere illa, Eum, qui egredietur, aut, tunc quoque vsu veniet, ne quæ sit mutare verba recepta, & conuenienter Hebrææ lectioni, reddita à D. Hieron. vt congruerent etiam sententiæ Iudæorum, aut vt sententiam Iudæorum intelligentibus exprimerent. En cur cauit Deus CCC. annis ante crucem Domini vt Lxx viri scripturas verterent, & non ad verbum, sed paraphrasi quadam facta qua sensus sacros, & euangelicos exprimerent. Meum aiunt hoc esse commentum, ridiculum, quasi non ostenderim sanctos patres, noui testamenti præcones totius orbis doctores quibus ipse Christus dicebat: Non vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Iuuat enim vti Cyrilli verbis, quibus ipse vtitur in expositione symboli quasi B (inquam) non ostenderim hoc docere, & testari, cum eorum citant paraphrasis, Quis credat, aiunt, CCC ante annis, quam res gesta est, paraphrasim euangelij fecisse Lxx viros? Meum commentum esse vociferantur, lege quæ scripta sunt in disputatione de translationibus, & intelliges hoc argumentum fuisse sanctis patribus, editam translationem Lxx virorum afflata tu spiritus sancti quod tot ante rem gestam annis, & sensa, & verba euangelica representarint. Si sanctis patribus apud quosdam parua est fides: en D. Paulus paraphrasim factam à Lxx viris citat, interpretatur, atqui Hebræicè sciebat, & doctus. Hebrææ linguæ erat, & de se erat testatus in se Christum loqui, & raptus in tertium cœlum hauserat cognitionem rerum cœlestium, vt ait Hilarius, & spiritu sancto dictante hæc scripsit, & intelligebat hæc non ad verbum reddita ex Hebræo sermone, sed factam paraphrasim à Lxx viris. Non igitur meum est commentum: quod dico Lxx viros facere paraphrasim scripturæ plurimis locis, sed sanctorum patrum, D. Pauli, euangelistarum, & apostolorum, qui paraphrases. Lxx citant, documentum. Significat etiam vox Hebræa vt docent Hebræi, locare rem, in loco in quo esse debet, & ideo D. Hieron. vertit sepulchrum, PRO C. Noluit dicere propheta mortem eius futuram gloriam. i. gloriosam C & pro morte posuit cessationem eius futuram gloriam, significat tamen mortem Domini gloriosam futuram: vt enim Iudæorum consilium fuit, quanta maxima affectum ignominia illum occidere, vt eius nomen extinguerent, & ideo dixerunt morte turpissima condemnemus eum, ita ipse post sacratam resurrectionem per omnes nationes clarissima gloria respenderit CYRILL. sic explanat etiam & clarificatum à patre ait post mortem, quod ipse Dominus ante passionem postulauerat, pater glorifica filium tuum ea gloria, qua fuit ante constitutionem mundi. CHRYS. in caput Matthæi 11. homelia 37. passionem hoc loco significari putat & passionis gloriam. Idem CHRYS. in demonst. quod Christus sit Deus pluribus verbis hunc locum interpretatur, ait enim his verbis prædictum esse post mortem res Christi futuras clariores, quod postquam proditus à discipulo est, consputus, conuictus affectus, flagellatus, crucifixus inter latrones deputatus, irrisus, post mortem, & resurrectionem, illud mortis genus tam ignominiosum, diademate quouis gloriosius est: Nam reges positus diadematis crucem suspiciunt, mortis eius Symbolum, in purpuris crux, in diademate crux, in armis, in rebus omnibus toto orbe crux super solem fulget, & splendet, contra atque solet in rebus humanis, nam principes D qui in magna gloria sunt, post mortem sæpè afficiuntur magna ignominia, contra in cruce mortuus omni ignominia, vt discas quod nõ sit purus homo, res eius multo clariores, & sublimiores sunt redditæ, orbis ad fidem accessit, in finiti martyrum populi occisi, Christus crucifixus toto orbe prædicatur, reges, principes, sapientes, insipientes Christum adorant. Recte ergo, Requies eius honor: & sepulchrum eius breuis erat locus, quo corpus hoc positum est, augustior tamen, & venerabilior omnibus regum palatijs, quod in eius quoque discipulis contigit, nam qui victi erant, & contempti, tot tormenta passi, regibus ipsis sunt venerabiliores, etiam Romæ, quæ vrbium est regalissima, ad sepulchra piscatoris, & pellionis currunt & reges, & præfides, & idem toto orbe fit ad sepulchra martyrum, & multa alia quæ adiecit Chryl. quæ in dè sunt petèda, vt discas cur dictum sit à Lxx. Erit cessatio eius honor. i. cessatio tormentorum, flagellatorum, & conuictorum: & à D. Hiero. Erit sepulchrum eius gloriosum: & leges apud A.V.G. de consensu euang. li. 1. c. 31. & deinceps, qua ratione hoc fuerit signum insolubile diuinitatis Christi. D. HIE-

Cur Lxx viri trecentis annis ante tempora aduentus Christi verterint scripturas.

Lxx viros facere paraphrasim scripturæ, non meum est commentum, sed apostolorum, euangelistarum, sanctorum patrum documentum.

A. D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et erit in die illa, Adiciet Dominus secundo manum suam, ad possidendum residuum populi sui, quod relinquitur ab Assyrijs, & ab Aegypto & Phæto, & ab Ethiopia, & ab Elam & à Sennaar, & ab Emath, et ab insulis maris.

Et erit in die illa, Apponet Dominus ostendere manum suam vt zelelet reliquum populi, quod derelinquetur ab Aegypto, & ab Assyrijs & à Babylone, & ab Aethiopia, & ab Elamitis, & à solis ortu & ab Arabia.

VSEB. Cæsariens. nouo quodam modo hunc locum explanat. Cum enim D. Hieron. Cyrillus Basilus, Procopius, putent præsignificari hoc loco, post vocationem gentium, reliquias à Domino saluandas, & euogandas ex omnibus partibus orbis terrarum, quod verba ipsa significare videntur. EVSEB. tamen lib. 2. Demonst. euangelicæ cap. 41. expendit verbum illud Græcè *καταλείψει*. i. adiciet, vel addet, & interrogat, Quid addet Dominus? quid adiciet? & respondet, alia dogmata adiciet ad ea dogmata, & præcepta, quæ dederat in lege veteri. Itaque verbum illud, *καταλείψει* in translatione Lxx virorum, quod interpretes reddidit, ostendere, EVSEB. sumpsit pro reuelare, vt sit, Adiciet Dominus reuelare manum suam, iuxta illud, quod dicitur in prophetis: Facta est manus Domini super Ezechiël, super Zachariam, cum significatur factam esse reuelationem, & hanc reuelationem factam esse ait reliquias, quæ saluæ factæ sunt, ex illa ruina infidelium Iudæorum, nam in exercitu Romanorum (cum post crucem Domini vastata est Iudæa à sub Vespasiano, & postea sub Adriano) omnes hæ nationes pugnabant. Reliquias igitur Israël, quæ saluæ factæ sunt ex illa vastitate, biennio opinor ante, monuit Dominus, vt discederent Hierosolymis, vt alibi dicitur: Ait EMSSEB. adiecit Dominus prioribus, hoc est, legi veteri, quæ deerant, & addidisse noui testamenti mysteria, per manum Domini reuelatam reliquijs Israël. Deerat autem illud, quod Hieremias significauit cap. 31. inquit, Ecce dies venient, & feriam domui Israël, & domui Iudæa foedus nouum. Quod si ita interpretaris hunc locum, Vt ostendere manum suam, dictum sit à Lxx senioribus, pro eo quod est, Facta est manus Domini, non discrepabit editio Lxx à lectione Hebræa: si pro *וְאֵת*, quod Hieron. vertit, secundò, legas *וְאֵת*, mutare, vel innouare, quod fiet mutatione, *וְאֵת*, in *וְאֵת*, & sic poterit lectio Hebræa ad verbum reddi hoc modo: Erit in die illa, Addet Dominus immutare, vel innouare manum suam, hoc est, reuelationem suam, aut legem suam, vt interpretatur Euseb. Nam Hester. 3. vbi vertit D. Hieron. Nouis, vtentur legibus: & Lxx viri, Legibus mutatis, & extraneis. est hoc quidem verbum Hebræicè, & vox Hebræa verbum potest esse, vt sit, Adiciet Dominus innouare manum suam. i. legem suam: & potest esse nomen, vt sit, Adiciet Dominus nouas leges manus sue, vel, mutationes manus sue: vt sit idem cum illo Actor. cap. 6. Audiuimus eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic mutauit traditiones, quas tradidit nobis Moses. Et cum illo Hieremias cap. 31. Feriam foedus nouum. Tralatio D. Hieron. consentit cum lectione Hebræa quæ nunc circumfertur, quæ præfert, senith, secundò: & non senoth, mutationem, aut inuocationem manus sue. i. reuelationis D sue, nam manus pro reuelatione, frequentissima est: Et vnus litterulæ in alteram mutatio, præfertim, *וְאֵת*, in *וְאֵת*, frequentissima est in codicibus Hebræis, & Iudæi hanc mutationem & inuocationem legis non audiunt libenter. Potest significare idem tralatio D. Hieron. Adiciet Dominus secundo manum suam. i. reuelationem suam secundam. i. testamentum nouum quod toties Dominus est pollicitus. Rursum, quod D. Hieron. vertit, Ad possidendum, vt vertere reliquijs omnes interpretes, auctore Euseb. loco citato, soli Lxx seniores reddidere, Ad zelandum, vel, vt zelelet, siue quod duplex erat lectio *וְאֵת*, ad zelandum, vel *וְאֵת*, ad possidendum, nam ostendimus frequentissime in codicibus Hebræis, duplicem esse lectionem, vtriusque, tamen idem est sensus: siue legas, vt zelelet, quod est frequentissimum in omnibus prophetis vbi magno se zelo teneri ait Dominus Hierosolymorum, & populi Iudæorum. i. amore ardentissimo & hoc amore se profequi ait reliquias, quæ saluæ factæ sunt, apostolos scilicet, & fideles, igitur omnia pollicetur in prophetis, de ijs dicimus, Nimis honorati sunt amici tui Deus, & constitues eos principes super omnem terram. Ait ergo Esaias: legem nouam, feret vt hos

Lxx scho-
liasta in
plerisque.

vt hos extollat, & clarissimos reddat, & vt zelum, quo eos prosequitur, præ se ferat, & inter eos possideat reliquias ab Assyrijs, & ab Aegyptijs, & à cæteris, vel, vt per eos possideat reliquias ex vastitate inuecta ab his nationibus, quæ sub signis Romanis bellabant, vel, reliquias Israël, à populo Christiani, qui dicitur Israël secundum spiritum, & colligendus erat ex omnibus gentibus & nationibus ab Assyrijs Babylonijs, & alijs. Phetros, Parthos appellari puto, quos Lxx reddidere Babylonios: quod iam tempestate Lxx virorum Babylonij erant redacti in ditionem regis Persarum, qui imperabat Parthis & Medis, & vno nomine Babylonij omnes nominabantur, pro, Elam, reddidere Lxx, Elamitas, sic nominat eos Lucas actorum 2. pro, Senaar, reddidere Lxx à solis ortu, quod Senaar diceretur ab Hebrais illa regio omnis prope Babylonem quæ spectat ad orientem. Pro Emath vertere ex Arabia, ea ratione qua dictum est in cap. 10. in illa verba, vt Arphat, sic Emath. sic Lxx viri in plerisque paraphrastas, & scholiastas agunt potius quam interpretes.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et leuabit signum in nationes, et congregabit profugos Israel, & dispersos Iudæ colliget à quatuor plagis terræ, et auferetur zelus Ephraim, et hostes Iudæ peribunt, Ephraim non æmulabitur Iudæ, & Iudæ non pugnabit contra Ephraim.

Leuabit signum in genteis, & congregabit eos qui perierant ex Israel & dispersos Iudæ congregabit ex quatuor alis terræ, & auferetur zelus Ephraim, & inimici Iudæ peribunt, & Ephraim non æmulabitur Iudæ, & Iudæ non tribulabit Ephraim.

EVSEB. Cæsariensis loco citato 2. lib. demonstr. euangelicæ cap. 41. residuum hoc Israël, apostoli, tollent signum in genteis & in nationes omnes, & congregabunt dispersos Israël, & populi Iudæ. i. fideles ex gentibus. Nam fideles appellat. Israël, & Iudæos secundum spiritum. vt Ioan. 11. vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum. i. quos Dominus prædestinat futuros filios Dei futuros ex nationibus, & futuros Iudæ & Israël secundum spiritum; quemadmodum populus Iudæorum dicitur Israël secundum carnem à quatuor plagis vocandos ait, à quatuor mundi regionibus oriente, occidente, septentrione, meridie: quod autem ait, Auferetur zelus Ephraim, & hostes Iudæ peribunt factum antea ait Theodoretus; nā post ductas captiuas decem tribus Israël, reliquias decem tribuum de quibus dictum est in cap. 9. vnde postea succreuerunt decem tribus summa pace, & concordia coaluere cum populo Iudæ. Et certè benè cohæret cum hoc sensu quod ait perisse hostes Iudæ, & inimicos: periere enim qui ex decem tribubus inimico animo erant erga populum Iudæ, qui vero ex decem tribubus amauere fratres, primò migrare ex vrbibus Israël in vrbes Iudæ, deindè ex captiuitate Israel relictis sunt in suis vrbibus, vt dictum est supra, & summa concordia coaluere cum populo Iudæ. EVSEB. aliter videtur explanare, Apostoli, inquit, qui erant ex diuersis tribubus vocati vna vocatione ad apostolatam, & pleni spiritu sancto deposuere omnem zelum, quo inter se dissidebant duodecim tribus Israël, & vna mente atque animo peragere omnem orbem, omnes terras, & prædabantur, & venabuntur hominum animas Christo. Quæ sententia mihi placet magis, quod hæc prophetia de temporibus Christi dicitur: Ergo auferetur zelus Ephraim auferetur æmulatio decem tribuum quæ vno nomine Ephraim dicebantur apostoli lecti ex decem tribubus, & populo Iudæ non zelo dissidebunt inter se; sed summa concordia coalescent, & hostes Iudæ peribunt: perfidi Iudæi qui erant hostes fidelium, quem populum Iudæ secundum spiritum appellat, inquit Euseb. quem admodum infideles populum Sodomæ, & Gommorrhæ. Ephraim non æmulabitur Iudæ, neque Iudæ pugnabit contra Ephraim apostoli electi ex decem tribubus, quæ vno nomine dicuntur Ephraim, non pugnabunt contra Iudæ, contra populum fidelem contra apostolos ex alijs duabus tribubus; & contra populum Dei. CYRILL. alio quodam modo intelligere videtur vocatos ad fidem venturos ex omnibus tribubus, & coituos in summam pacem, & concordiam; sub Christo quæ D. Hieron. etiā sententia est, iuxta illud Ezechielis. 7. vbi duæ virgæ coitura in vnâ virgam dicuntur, & iungendæ sub Christo duce, quæ etiā sententia est D. Basilij. litera propheta eodem modo explanabitur, vt explanata est siue hæc, siue illā sententiam tibi sequi placeat.

D. HIE.

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et volabunt in humeros Philistijm per mare, simul prædabuntur filios orientis.

Et uolabunt in nauibus alienigenarum, mare simul prædabuntur, & eos qui ab ortu solis.

DIuus HIER. in commentarijs legit, Volabunt in humero, quod si contendis legendum esse, in humeros, interpretaberis, in humeros, pro in humeris, quæ forma dicendi recepta est etiam apud Oratores, & cum Philistijm in sacris literis pro alienigenis ponantur, sensus est, sanctos apostolos portandos humeris alienigenarum nationum, ad prædicationem Euangelij & summis honoribus afficiendos. Sed etiā lectio Lxx congruit cum editione Hebræa, quæ significat reges, & principes, & omnè genus hominum ministros se præbituros prædicatoribus Euangelij, & apostolos nauigijs, equis, opibus illorum, maria, & terras peragraturos. & cum vox Hebræa, cheteph, significet humerum, & latus, Lxx interpretati sunt, volare ad latus. i. nauigare, quod nulla alia re, magis volare videtur homines, quam cum nauibus iter conficiunt, vnde poeta, mare veliuolum appellat. Volare igitur ad latus, signum est nauigatis ad latus nautarum & remigum, gubernatorumque nauis. Qua ratione deducti Lxx perspicuitatis causa reddiderunt: Volabunt nauibus alienigenarum. Quod autem sequitur: Per mare simul prædabuntur filios orientis, dixere Lxx, Maria simul prædabuntur, & filios orientis. i. conuertent ad Christum. THEOD. Non solum Diuini apostoli luce euangelicā illustrare continentem, sed peragrarere mare, & insulas intellere intelligibilis lucis diem. EVSEB. Non solum continentem, sed insulas nationum peragrarere omnium, vt ex omnibus locis animas prædaretur, & captiuarent in obsequium Christi, quod fecere apostoli iuxta hoc oraculum, & volabunt in nauibus alienigenarum. OECVM. in caput 39. actorum interpretans illa verba, Insigne castorum: In nauibus, inquit, alienigenarum, i. demonum nominibus inscriptis, quibus inseruiebant alienigenæ nationes. Sed hunc locum D. Hieron. Cyrill. Basil. eodem modo interpretantur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Idumæa, et Moab præceptum manus eorum, et filij Ammon obedientes erunt.

Et Idumæa, & Moab primò manus iniicient, at filij Ammon primùm obedient.

PRIMUM omnium, castigandus hic locus translationis Lxx virorum ex lectione Hebræa, legendumque: Et in Idumæam, & in Moab primùm manus iniicient, & filij Ammon primùm obedient. Nam Hebraicè eodem modo legitur, Edom & Moab, vt si alteri addenda sit præpositio, & alteri quoque sit addenda. Si sic legas, interpretari poteris hunc locum ex. 8. cap. Actorum, vbi leges recepisse Samaritanorum verbum Dei, & Petrum & Ioannem ad ipsos venisse, & orasse pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum, & imposuisse manus super illos, & Spiritum sanctum accepisse, & postea multis regionibus Samaritanorum euangelium prædicasse. Et Actor. ca. 10. scripta est historia Cornelij, qui erat in Cæsarea, & Ioppe, Simonem accersijt, ad quos cum Petrus loqueretur, cecidit spiritus sanctus super omnes: hæc sunt ergo loca, vbi primùm à Gentibus receptum est verbum Dei, & quibus per impositionem manuum datus est spiritus sanctus, quæ loca Idumæi tenebant, & Moabita, vt intelliges ex Plinio lib. 5. cap. 13. & ex Strabone lib. 16. apertius, vbi de Iudæa loquitur. Idumææ Ioppe, Samaria, Afofus, & supra Idumæam, & Samaritaniam Iudæa est. Et D. Hieron. in cap. 16. in illa verba, In consiliū: Iudææ consinem ait Moabitidem terram, & primi hi per impositionem manuum apostolorum, verbum Dei acceperunt, optimè ergo Lxx reddidere: In Idumæa, & in Moab primùm manus iniicient, aut imponent, filij autem Ammon primùm obediēt, vt sit sensus: Apostolos postquam missi sunt à Domino post eius sacratam resurrectionem, vt omni creaturæ euangelium prædicaret, primos adijisse Idumæos: primis per impositionem manuum dedisse spiritum sanctum, quod liquet inde, quod Petrus erat Ioppe, quæ vrbs Idumææ est, & accersitus est Cæsariam à Cornelio, & in Samaria primùm receptum est verbum Domini, & primis his per manuum impositionem datus est spiritus sanctus. Ergo in Idumæam, & in Moab manus iniicient vel imponent.

i. pri-

.i. primis his per manuum impositionem spiritum sanctum dabunt, primis, inquam, ex nationibus, vnde accusabatur à suis D. Petrus actorum cap. II. quod gentes adijisset. & ex cap. 8. actorum liquet apostolos in multis vrbibus Samaritanorum euangelium prædicasse, nam Moabitæ, & Ammonitæ eo tempore ad Samariam pertinebant, & ad Idumæam. vnde propheta ait, filij Ammon primi obedient. i. primi è gentibus recipient euangelium.

Verbi ad-
ditii à Lxx
viris diu-
nitus.

Illud summoperè notandum Hebraicè non esse hanc vocem, primum, nam lectio Hebræa ad verbum sic reddetur: Idumæa, & Moab immisio manuum eorum, & filijs Ammon auditio eorum. i. Idumæis, & Moabitis erit impositio manuum eorum ad accipiendum spiritum sanctum, vt diximus: & filijs Ammon erit auditio eorum. i. filij Ammon audient eos. Lxx vtroque loco de suo addidere illud aduerbium, primum, vt sit sensus, apostolos primum omnium ituros fuisse, cum misi sunt euangelizatum gentibus, ad Idumæos, & Moabitas, & primis omnium per manus impositionem illis fuisse daturos spiritum sanctum, & Ammonitas primos recepturos prædicationem euangelij, quod cum ita factum sit, vt verbis additis de suo Lxx viri significauere, non temerè veteres patres sensisse videntur hæc verba à Lxx viris addita non sine inflatu spiritus sancti. Tralatio D. Hieron. sic erit explananda, Idumæa, & Moab, præceptum manus eorum. i. erit præceptum, & ipsamet norma euangelica quam prædicauere apostoli, erunt tam pij, & tam pie ambulabunt per viam euangelicam, vt videantur præceptum, regula, & norma, manus eorum. i. spiritus sancti qui dabatur per manus eorum, hoc est apostolorum, erunt regula euangelicæ vitæ: & filij Ammon obedientes erunt, obedient euangelio Ammonitæ.

D. HIERONYMVS.

*Et desolabit Dominus linguam maris
Ægypti & leuabit manum suam su-
per flumen in fortitudine spiritus sui, et
percutiet eum à septē riuis, ita vt tran-
seāt per eum calceati.*

LXX VIRI

Et desolabit Dñs mare Ægypti & eijciet manum suā super flumē spiritu violēto, & percutiet septē valles (vel septē ostia, aut septē alueos) ita vt trāseant eū in calceamentis. C

Signū ad-
uētus Chri-
sti.

VAT A B. hoc refert ad mare Arabicū, perstat enim in incepto, & semper sibi cōstat. Ad mare Ægyptiorū refero, quod inexpugnabilem penè faciebat Ægyptum cum septē Nili alueis latissimis, & altissimis quibus erat Ægyptus munitissima, & in his sitas habebant spes suas Antonius, & Cleopatra, cum victi ab Augusto, se in Ægyptum receperunt. Paulo ergo ante Christi tempora vt peruius esset orbis apostolorum prædicationi, voluit Dominus totum orbem terrarum sub vnius imperatoris imperium redigere, & ita signum aduentus Domini instantis iam hoc loco præsignificat, vt tunc inquam intelligant aduentum Christi instare, cum Ægyptus venerit in potestatem vnius imperatoris PROCOP. Olim non erant nationibus mutua inter se commercia, & cōmeare ex alijs ad alios tutum non erat quod bellis diffiderent. Deus ergo vt præmuniret viam apostolis ad prædicationem Euangelij, totius orbis imperium ad Romanos de tulit: quæ res typus fuit dissoluendæ dæmonum tyrannidis: Vnū imperium, & vnam rem publicam fecit, vt vnam fidem faceret & vnam ecclesiam. Quod autē Cæsar Augustus aggressus bello Ægyptios, potitus Ægypto sit, sine vlllo negotio, quod eo tempore Dominus mare Ægyptiacum, quod multis vadis, & ceno multo, & voraginibus & lamis erat importuosum, exsiccauit, ita vt illa loca in accessa olim, et inuia, possent libere milites pedibus peragrarè, & permearè, & septem Nili alueos, quibus erat munitissima Ægyptus, adeo extenuarit vt vel pedibus possent transmitti. & sic Ægyptus alioquin inaccessa, & inexpugnabilis sine prælio, sine pugna vlla, sine vlllo labore capta est ab Augusto. Hæc PROCOP. Idem ait D. Hiero. & Cyrillus. Desolabit ergo Dominus linguam maris Ægyptij, perdet Dominus linguam maris Ægypti, scopulam maris Ægyptij, quod promontoria ad instar linguæ in maria procurrunt, linguas appellant Hebræi, propter similitudinem: ita enim montes editi, & excelsi in mare procurrunt vt linguarum imaginem exhibeant, & ex Strabone postremo lib. Geographiæ discas, inexpugnabilem esse Ægyptum, qua Pelusium promontoriū est, qui cum de Pelusio promontorio multa dixisset, & de paludibus, quæ sunt circum circa, de ceno, & luto, & lamis, & voraginibus subiiecit: & hac parte penè inaccessa Ægyptus est, & per

A & per mare docet difficillimos habere aditus, qua Augustus Cæsar necesse habebat Ægyptū aggredi, quod alioqui longissima circuitione vtendū esset, & potissima Ægypti pars Nili septem alueis ingentibus esset munitissima. Hunc igitur locum tam munitum Ægypti, & penè inaccessum, propter loca palustria, & lamas, & voragines, & hoc promontorium Pelusium quod arx est, & munimentum totius Ægypti, & claustra Ægypti esse dicebatur, perfacile cepit Augustus. Ad eod omnia circum circa exsiccarat Dominus, qua promontorium fecerat inexpugnabile, & litus inuium, & tam facile (inquam) hæc loca cepit Augustus; vt rumores distulerint proditione factum esse, vt promontorium hoc caperetur ab Augusto: quod his verbis docet PLVTARCO in vita M. Antonij, Capto Pelusio rumor erat, proditum à Seleuco, nō inuita Cleopatra, &c. Et DION li. 51. cum dixisset Antonij & Cleopatram, simulac se receperat in Ægyptū, quod Ægyptus septē Nili alueis est munitissima. Est enim Nilus vnus ex maximis orbis terrarū fluijs, qui diducitur in septē alueos, quorū quilibet tā latè patet, & tāto impetu aquarū fluit, vt ponte iungi nō possit, & cathenis, nauibus, lēbis peruius sit. Ergo simulac se receperat in Ægyptū, Antonius & Cleopatra, tradit Dion, eos cathenas omnes machinis quibusdā rupisse, incendiisse naues, combussisse lembos, disiecisse pontes sicubi erant, ne pateret in Ægyptum aditus, & subitō Cæsar Pelusium, quā munitum erat maximè Ægypti mare, vi cepit, proditione (vt fama est) Cleopatram, reuera viribus. Itaque omnes historici ferè hæc eadem aiunt. Ergo Dñs hoc loco promontoriū Ægypti, quod lingua maris Ægypti, nominat, quod mons est instar linguæ in mare procurrens, quodq; munimen erat, totius Ægypti propter syrtis voragines, & loca cæno fa exsicasse se dicit, & ex imperio fecisse peruiū, & non proditione Cleopatram captum. Sunt autē ex nostris, qui dicant, Nilum vno fluere alueo, & quod eo tempore Dominus in septem riuos sit diducturus Nili alueum, vt qualibet transitum præbeat. Sed quid vulgatius quàm septem esse ostia Nili, quibus in mare exoneret, & esse tantæ magnitudinis Nilū, vt cum in septem alueos diducatur, qui eam partem Ægypti, qui propter excellentiam dicitur Ægyptus, complectantur, quilibet alueus ingens exoneret in mare, hos septem alueos, siue hæc septem ostia, quibus Nilus diuisus in mare exonerat, appellant Lxx *ἰσχυροὶ*, interpres Latinus semper reddit, valles, cum apud Lxx semper significet hæc vox flumina quæ inter valles magno impetu decurrunt, quales sunt septem aluei Nili, & ideo imperuij, & penè inexpugnabiles. Quod igitur D. Hier. vertit, Percutiet eum à septē riuis, dixere Lxx, Percutiet eam in septem alueis. i. exsiccabit Dñs septē alueos illos Nili, quibus Nilus cōplectitur Ægyptum, & facit eam munitissimam. Exsiccauit Dñs septem illa flumina ingentia sub Christi aduentū, vt toti orbi imperitaret vnus imperator. Nam si eo loco reficere copias potuisset M. Antonius, & bellum redintegrare, concuteretur totus orbis armis. Et prædictū erat vt docet ORIG. contra Celsum lib. 2. & EVSEB. de præparat. euang. li. 1. longam pacem futurā toto orbe Christi tēporib⁹, vt prædicationi apostolorū peruius esset orbis. Huius rei cardo erat, vt quando diuisum erat imperiū Romanū inter Augustū & M. Antonij: & victus M. Antonius apud Actium Promontoriū, se receperat in Ægyptū, quod prouincia munitissima orbis terrarū esset, vt ibi reficeret copias, Dominus exsiccaret hos alueos Nili, ita vt pedib⁹ trajeci possent calceatis, quod factū est. Hæc ita explanat Procop. & hos septem Nili alueos ingentes ait exsicandos, præter alios multos alueos in quos finditur Nilus, minoris magnitudinis.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

D *Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs, sicut fuit fraeli in die illa, qua ascendit de terra Ægypti.*

Et erit via residuo populo meo, qui derelictus est ab Assyrijs, & erit Israël sicut in die quando egressus est de terra Ægypti.

ERIT via reliquijs ab Assur. i. reliquijs quæ saluæ factæ sunt, quæ relinquentur à Romanis qui Assyrijs imperabant: & qua ratione Assyrios ponat pro Romanis propheta, pluribus dictum est in cap. 7. 8. & 10. ex autoritate veterum patrum. Nam quæ rerum consequentia esse posset, Nili alueos septem exsiccatos, vt peruij essent reliquijs Assyriorū? non magis quàm si diceret captam esse Græciam à rege Hispano, vt Hispania peruia esset Gallis, Peruios & Indos domitos, vt Romani Hispaniam possent adire, Galliam Hispanijs amicitia iunctam, vt Lusitani in Hispaniam venire possent. Si diceret propheta exsiccatos illos alueos Nili fluminis

T Ægypti,

Aegypti, ut residui ex populo Iudæorum, qui relictæ erant ab Aegyptijs, & captiui erant apud Aegyptios, possent remeare in patriam, cohererent aliquo modo. Quamquam non necesse erat exsiccare ostia Nili, ut captiuitate Aegyptiorum Israëlitas liberarentur. Neque tanto rerum molimine erant ex captiuitate reuocandi quinque, sexue millia Iudæorum, ut maria & flumina exsiccarentur. Tamen ferendum esset aliquo pacto exsiccari flumina Aegypti, ut ex Aegypto captiui in patriam remearent. At exsiccantur flumina Aegypti, ut redeant captiui ex Assyria? qui conuenit? non magis quam si flumina Lusitania exsiccari dicerentur, ut captiui redirent ex Mauritania. Vidit hoc VATABL. qui, Super flumen, interpretatur Euphratem, cum aperte propheta agat de Aegypto, non de Babylone, unde fluit Euphrates, & subiungat propheta septem flumina, in quæ diuidi Nilum, & non Euphratem res sit cõfessa. Sed Iudæi omnes fraudes versant, ut nobis obstrepant. Igitur cum propheta dicat, exsiccata Nili ostia, ut peruia essent omnia residuo populo ab Assyrijs, à Romanis intelligas necesse est, ut supra probauimus, i. apostolis, & prædicatoribus verbi. Et sic explanat THEOD. Regno, inquit, Aegyptiorum diuiso à Romanis in prouincias septem, extenuata eorum potentia est, & peruia facta verbi prædicatoribus. Et sic etiam intelligit CYRIL. & D. HIER. & sic intellexere Lxx, qui pro eo quod D. Hieron. vertit, Sicut fuit Israël in die illa qua ascendit de terra Aegypti, reddidit: Et erit Israël sicut in die quando egressus est de terra Aegypti, ut sit: Erat Israël *diuidus*. i. transitus, & via subaudi per zeugma à superiore. i. erit aperta via, & libera Israël. i. apostolis patebit via & commectio in omnes orbis partes, & in Aegyptum ad prædicationem euangelij, ut olim per medium mare facta est via Israël, cum exijt è captiuitate Aegypti. Et dictum est supra quoties huiusmodi historiarum citantur à prophetis, tanquam typos rerum earum, de quibus agat propheta, citari. Sic enim hoc loco patefacta via per medium mare, typus esse declaratur viæ patefaciendæ apostolis in aduentu Christi, per totum orbem. Quid enim notius quam hunc mundum in sacris litteris appellari mare? quod etiam P. R. O. C. O. P. declarat his verbis, Mare appellat scriptura, impiorum omnem multitudinem.

IN ESAIAE CAP. XII.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, et consolatus es me.

Et dicet in die illa, Benedicam tibi Dñe, quoniam iratus fuisti & auertisti furorẽ tuũ, & misertus es mei.

PRO, Confitebor, Hebraicè est *תִּתֵּן*, id est, confitebor tibi, ut vertit D. Hieron. vel, benedicam tibi, gratias agam tibi, ut reddidit Lxx, nam *תִּתֵּן*, confiteri significat, & benedicere, atque gratias agere. THEOD. Hoc canticum (inquit) habet significationem beneficij accepti à Domino, quo redempti sumus, nam qui salutem sunt assequuti per Christum, auctorem huius salutis agnoscunt, quas possunt gratias agunt. Idem ait CYRIL. & P. R. O. C. O. P. Et dices, redemptus, scilicet, à Domino. Lxx ad tertiam personam transtulere, cum Hebraicè sit in secunda, ut coniungerent capiti superiori: Et dicet, Israel scilicet, redemptus, ut olim, quando egressus est de terra Aegypti, quod illa liberatio huius redemptionis typus erat. Confitebor tibi Domine. i. confitebor semper hoc beneficium redemptionis, quare redemptus sum è feruitute sathanæ: vel, gratias agam tibi Domine, nam hoc quoque significat, confiteri, in sacris litteris. Quoniam iratus es mihi. i. quoniam iratus fuisti mihi: nam temporis præteriti est, & ita Lxx reddidit, *אֵיךְ*. i. iratus fueras mihi, hoc est, eram ego filius iræ. Auertisti furorẽ tuum, placatus per Christum. Et cõsolatus es me, vel ut Lxx vertit, Misertus es mei: reddunt enim sententiam. Adnotat D. Hieronymus, quod summo opere aduertendum puto, hoc canticum significari, quod alibi per prophetas dictum est, post redemptionem generis humani, non dicturos fideleis, Benedictus Dominus qui redemit populum suum ex Aegypto: neque cantemus Dño, gloriose enim magnificatus est, sed nouam quandam cantionem, quæ hæc est.

D. HIE-

A. D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, et non timebo.

Ecce Deus meus, saluator meus, cõfidens ero in eo, & non timebo.

הָיָה אֵל וְיִשׁוּעָתִי בְּיָמַי וְלֹא אֶפְרָדָה

PROCO P. interpretans hunc locum, notat, quoties est, Salutare Dei, aut saluator in literis sacris, Hebraicè esse hoc sanctissimum nomen, Iesus, ut nomen illud quod vocatum est ab angelo sit multò frequentius in literis sacris, quam Emmanuel, aut Semach, aut aliud aliquod nomen, quo Dominus in sacris literis nominetur. Addit Procopius de cuius propheta floribus, qui erat oriturus de radice Iesse, sequenti hac prophetia addi nomenclaturam, qua flos ille sacratissimus esset appellandus. Appellat igitur florem illum sacratissimum, Iesum, & appellat Deum, si sic veritas: Ecce Deus meus, Iesus meus. Neque D. HIER. ab hac abhorret sententia, qui ait, Quem supra Emmanuelem nominarat, & alijs appellat: nonominibus, ne videretur alter esse quam ille, quem Gabriel virgini nunciarat dicens, Vocabis nomen eius Iesum, nunc nominat Saluatorem: hæc Hieronymus. Qui si dixisset ut Procopius & Euseb. nunc eodem nomine, quo angelus appellat Iesum, & verè, & diuinitus dixisset, quamquam eadem est sententia. Sed D. Hieronymus & Euseb. & Procop. se opponunt Iudæi & Iudaizantes, negant Hebraicè Iesum esse, quod Iesuah, salutem significet, & foeminiũ sit, quod finiatur, *ו*, & finita, *ו*, nomina foemina sint, non masculina. Errasse contendunt D. Hieron. & Lxx, quoties masculino genere, aut neutro saluatorẽ reddunt. Et alia multa huius notæ nunguntur. Quasi verò, quod nomina finita, a, foemina sint, nullum nomen, a, finitum sit masculinum: non eadem ratio valet, inquit, apud Hebræos, apud quos nomina finita, *ו*, foemina sunt. Quid? Ieouah, nomen Dei tetragrammaton, non finitur, *ו*, & tamen masculinum est? Quid? ipsi rabini non fatentur cum alijs locis, tum in dictione *אֱלֹהִים*, reperiri nomina finita *ו*, masculina? Quid? nullum pondus habet autoritas Lxxii Iudæorum, qui trecentis annis ante tempora Christi, masculino genere vertere? Quod si fidem his non habet Iudæus, vel à pernicacissimis Iudæis confessionem extorqueat Esaias cap. 62. vbi D. Hieronymus vertit: Ecce saluator tuus venit, Hebraicè est: Ecce Iesus tuus venit, quo loco Hebraicè est nomen, Iesus, terminatione magis foemina quam hoc loco. Sed sequentia verba non patiuntur Iudæos tergierfari: sequuntur enim relatiua masculina, Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo: at Iudæi sic probant nomina esse masculina seu foemina, non possunt illis diuersa prodelle, si hæc ratio non satis plena, aut firma esset nobis ad cognoscendã generam nomen, neque illis sanè esset. Idem enim ius æquum est, esse nobis, atque illis. Neque igitur quod hoc nomen, Iesuah, finiatur, *ו*, neque quod *ו*, mutetur in, *ו*, quod ferè foeminiõrũ nominũ est, vetat, quin Iesuah nomen sit propriũ masculinum, quod ferè illud quidẽ fiat: fallat tamen aliquando illa ratio, cuius rei teste habemus D. Hieron. & Lxxii Iudæos, qui cum hæc optimè scirẽt, nihilominus tamen masculino genere ferè vertit, pro Iesu dño accipiunt.

Sed hic exoritur illa dubitatio, cur cum Iesus proprium Dñi sit nomen, idq; ita sit intellectum à veteribus patribus, non reddatur pro proprio nomine, sed semper vertatur, saluator, aut salutare Dei, cum propria nomina ex qualibet lingua integra ad nos transeant, neque ea interpretemur. Sic Adam nominamus, non terrenum: sic Hieronymum, non legem sacram: sic Gregorium, non vigilantium: quanuis id hæc nomina Græca propria Latinè sonent. Cachinnos profectò aduersus se concitaret, si quis citaturus Aristotelem, citaret optimum finem, quod Aristoteles, vox Græca, Latinè significet optimum finem. Aut si quis Demosthenem citaturus, citaret populi robur, quod Demosthenes Latinè sonet, idem quod populi robur. Qui minus ergo videbimur esse ridiculi, cum dominus appelletur Iesus in literis sacris frequentissimè, idque declaratum sit ab angelo proprium esse nomen Domini, quod non Iesum reddimus, sed pro Iesu interpretamur saluatorem, non secus q̃ si pro Gregorio, citaremus vigilantium: aut pro Hieronymo, sacram legem? Si id ante aduentum Christi ignorabatur, quod, ut docet LACT. Firm. li. 4. c. 15. & 20. & alij patres, ante Christum passum, prophetæ non intellegebantur, cur postquam id declaratum est ab angelo, Iesum proprium nomẽ esse Domini, non ea lege vtimur in vertendo nomine proprio, quæ in cæteris? & ut Adam dicimus, non terrenum, sic Iesum dicimus, non saluatorem?

Ego quidem hoc veteres patres intellexisse arbitror, & Lxx viros, quando nomenclatura

T 2 Lxx vi-

Lxx virorum litera euangelica vtuntur, vt ostendam: tamen vertere voluere Latinè, & Græcè, vt ostenderent non nomenclaturam solam Domino conuenire, quæ ei communis cū alijs fuit, & cū Iesu Naue qui fuit eius typus, sed veritatem ipsam. Non expectabant enim & Iudæi & Gentes nomenclaturam quam in alijs videbant. Multi enim sunt appellati hoc nomine Iesu, sed ardentissimis votis expectabant saluatorem mundi, redemptorem generis humani, ideo vt nobis dulce sonat, & suaue accidit nostris auribus: Ecce Deus meus, Iesus meus, expectantibus saluatorem mundi, & salutem orbis dulcius sonabat, ecce saluator mundi, ecce salutare Dei, quod nō morabantur nomenclaturam, quæ communis cū alijs erat, sed nomenclaturam audidissimè audiebant cum re ipsa. i. cum redemptione orbis. Et ita Lxx viri, pro Iesu, reddunt *salvator*, quod nomen est frequentissimum in literis euangelicis, in quibus frequentissimè Dominus appellatur *salvator*, id est, saluator. Reddidere etiā Lxx pro, Iesu, salutare Dei, quod doctores sacri semper interpretantur pro Christo, & litera euangelica sic Christum appellant. Sacrata virgo hunc locum citasse videtur iuxta translationem Lxx virorum, in suo canticō, si Græca Græcis compares, Lucæ cap. 1. Exultauit spiritus meus in Deo saluari meo: quod si ex Hebræo sermone est explanandum, dices, Exultauit spiritus meus in Deo Iesu meo. Vbi notandum tamen, Iesum, hic appellari Deum, Hebraicè enim non est: Ecce Deus meus, Iesus meus, sed, Ecce Deus Iesus meus. Et hoc malè vrit Iudæos, ideo stant contra Lxx Iudæos illos, qui hoc loco vertere genere masculino, Ecce Deus saluator meus: & cū Hebraicè sit Iesus, velut digito ostendunt Iesum appellatum Deum.

Fateor tamen Lxx viros, & D. Hieron. aliquando vertere hoc nomē genere fœminino, pro salute, quod est argumentum, hoc nomen sanctissimum, Iesus, quanquam ab omnibus ferè Theologis accipiatur, vt nomen filij Dei, quod ratione humanitatis maximè conueniat, tamè ratione diuinitatis ipsi etiam tribuitur, quod Deus est ipsa salus, ipsa sapientia, ipsa iustitia, quæ de re alibi dicitur latius. Quod D. Hieron. vertit, Fiducialiter agam, Hebraicè est *אמנתי*, quod reddi potest, fiducialiter agam. i. viuum summa fiducia, redemptus à Iesu meo, vel, confidens ero, aut, sperans ero, addidere Lxx de suo, in eo, vt sit, sperabo in eo.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia fortitudo mea, et laus mea dñs Deus, et factus est mihi in salutem.

Qm̄ gloria mea, & laus mea Dñs, & factus est mihi in salutem.

Hic locus secundus erit, vbi PROC. Hebraicè expressum ait hoc sanctissimū nomen, Iesus: sic enim ad verbum reddere posses Hebræam lectionem, Quoniam fortis meus, aut fortitudo mea, & laus, Deus de Deo, & erit mihi Iesus, vel erit mihi in Iesum. Nam *אמנתי* potest esse casus nominandi, & accusandi, quod articulus ille, & casui nominandi accommodetur aliquando, & sic possit verti: Erit mihi Iesus, vel, erit mihi in Iesum, vt sit sensus, Quia fortitudo mea, & laus mea, Deus de Deo erit mihi Iesus. i. factus est homo mihi, & mea causa nominatus est Iesus. Sed hic est illud quod sæpè repetendū est, hoc nomen, Deus, quoties de Christo dicitur, repeti nō rarò bis *אמנתי* .i. Deus, Deus: aut, vt ego interpretor, De^o Dei. i. Deus Dei filij, vel, Deus de Deo. Nā canon scripturæ est, literas sacras ad euāgelij lucè esse explanandas. D. Hieron. reddidit, dñs Deus: sed hoc quoq; ad Christū referrī potest, sed apertius Hebraicè est, vbi reddas, necesse est Deus Dei, vel, Deus de Deo, si ad verbū reddere cogaris. Iudæi, Deus Deus vertunt, sed huius repetitionis causam reddunt cassam, ineptam, & inanem. Ego didici ex Chryostomo & Basilio, & alijs sanctis patribus, nihil temerè in sacris literis esse positum, spiritum sanctum esse qui loquitur, vel in singulis voculis ingentem thesaurum, nihil temerè, & fortuitò in diuina scriptura dictum esse: cur ergo non sic reddas ad lucem euāgelij? Quoniā fortitudo mea, & laus mea Deus de Deo, vel, Deus Dei (scilicet filius) & factus est mihi Iesus, quia factus est mihi homo Iesus, quod est idem cum illo. Verbum caro factum est: sic ergo interpretabimur translationem D. Hieron. factus est mihi in salutem. i. in Christū Iesum, qui est nostra salus, nostra iustitia, & nostra redemptio. Certè PROC. verè dicit Hebræam lectionem posse reddi, factus est mihi in Iesum, vel, factus est mihi Iesus. Si cui autè displicet, quod contendam illud quod Hier. vertit, Dñs Deus de Christo esse intelligendum necessariò: quod Hebraicè sit Deus de Deo, vel, De^o Dei, negetq; hoc ita esse Hebraicè, dicat aliquā causam quæ non sit stulta & stolidi, & inepta, quales sunt quæ reddūtur à Iudæis, cur tam crebrò fiat hæc repetitio

Cur hoc factissimū no-
men, IESV,
Lxx viri,
et D. Hier.
interpretatur
Latinè
& Græcè,
ex Hebræo
sermone,
cū alia no-
mina inte-
gra ad nos
transferat
Abraham,
Isaac, &
similia.

Iesus nomē
humanita-
tis, est etiā
diuinitatis
nomen.
Verba ad-
dita à Lxx
viris.

Deus, deus
vel Deus de
Deo, fre-
quenter in
sanctis li-
teris.

A repetitio, Deus, Deus, nam Hebraicè non est, dñs Deus: quod si nō possunt, patiantur hæc loca ad lucem euāgelij explanari, & audiant commune præceptum, commune consilium sanctorum patrum, quo monemur non simpliciter accipere, quæ in scriptura sancta sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris. Haurite aquā cum gaudio, de fontibus Saluatoris.

Hic tertius est locus, vbi adnotat PROC. expressum esse Hebraicè hoc sanctissimū nomē Iesu. Posses enim lectionē Hebræam sic reddere, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Iesu. Enargiā putant apud Poëtā sumnum, illā: Cū procul obscuros colles, humilemq; videmus Italiam, Italiam, primus conclamat Achates, Italiam, socij læto clamore salutāt: vbi terna illa repetitione, Italiam, Italiam, Italiam, ob oculos ponitur lætitia Troianorū, qui post tot errores, tandem ad Italiā appulissent. Qui minus his erit illa exultatio fidelium geitientū, & triumphantium, ob lætissimum illum nuntium aduentus sanctissimi Iesu expressa? ac terna repetitione nominis Iesu Hebraicè, vbi legitur: Ecce Deus Iesus meus, & Factus est mihi Deus de Deo Iesus, Haurietis iam aquas in gaudio, de fontibus Iesu. PROC. Aquas. i. spiritū sanctum inundantem vniuersam ecclesiam viuificatiuis aquis ex veteri, & nouo testamento: tūc enim vetus testamentum est intellectum spiritaliter: & hinc fluuij appellantur sancti patres, deriuati à magno illo flumine, à Christo, cuius impetus lætificat ciuitatē Dei. Qui fluuij sanctam ecclesiam, quæ olim desertum quoddam erat, vernantem faciunt, mira arborum amœnitate, & martyribus, & confessoribus, sacris virginibus, sanctorum admirabili quadam varietate, & ecclesiā aquis spiritalibus irrigant, vt veluti paradysus amœnissimus, omnium virtutum floribus, quoquò veritas oculos micet, & splendeat. Et hæc aqua saluatoris facit, vt cū fideles corpore mortali contineantur, in tantam succrescant altitudinem, vt cælo caput inserant, & dicant cum Paulo, Conuersatio nostra in cælis est, hæc aqua irrigua terra creat arbores illas proceras, & speciosissimas, quas depictas apud Ezechielem reperies. AMBR. in psal. 37. in illa verba: Tota die contristatus ingrediebar: De vulnere Christi, fons vitæ æternæ scaturiuit, vt Esaias docet: Saliat aqua cum delectatione. Exiliuit ergo de vulnere aqua, vt nos biberemus cū delectatione. Et sic semper Amb. hunc locū explanat pro sacramentis, quæ ex vulnere Christi dimanarūt pro mensa cælesti, & calice illo qui inebriat in psal. 4. paulò post principiū. ORIG. in Numer. cap. 21. homil. 12. de aquis baptismi, Recordetur, inquit, vnusquisque fidelij, cū m venit ad aquas baptismi, cū accessit ad fontem saluatoris, quibus ibi tunc sit vsus verbis, & quod renunciauerit diabolo & pompis eius. i. voluptatibus, vitijs, & peccatis: & quod pollicitus sit se non potaturum de lacu diaboli, relinquens fontem aquæ viuæ, sed potaturum de fontibus saluatoris. Explanat hunc locum etiam ORIG. in cap. 6. iudic. homi. 8. THEOD. Fontes, inquit, saluatoris, vocat literas sacras, ex his enim fideles hauriunt aquas cum lætitia. CYRIL. aquam appellat, viuificatiuū Dei verbum: fontes, sanctos apostolos & euāgelistas: & sic interpretatur illud Dauid, Visi sunt fontes aquarum, & aperta sunt fundamenta orbis terrarum. Fontes enim aquarum, appellat (inquit) Dñi discipulos, qui orbem terrarum faciunt irriguum cælesti pluuia. i. sermonibus per spiritum sanctum in eorum pectora deriuatis, qui idem sunt fundamenta terræ. i. fundamenta ecclesiæ, petra fundamenti Christus est, supra quam fundatur ecclesia: Ipsi enim nos Christo innitimur per fidem, & super ipsum ædificamur domus spirituales in templum sanctum, post Christum, petra, & fundamenta sunt sancti apostoli, qui euāgelium toto orbe prædicarunt: eorum enim scriptis nitimur, & constabilimur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cōfitemini Dño, et inuocate nomē eius. Grās agite Dño, clamate nomē eius.

THEODOR. Hæc, inquit, choro apostolorum conueniunt, & fidelibus ex populo Iudæorum, qui prædicauere Euāgelium, iuxta illud Domini, Docete omnes Gentes, ergo Clamate nomen eius, posuere, pro, Prædicare Euāgelij omni creaturæ. PROC. lubet, inquit, vt omnis ecclesia personet laudes Christi, vt iubilo, & vociferatione Christi nomen celebrēt: ergo cōfitemini. i. gratias agite, vt reddidere Lxx, nam hoc quoq; significat, cōfiteri, in sacris literis, verbum Hebræum significat, gratias agere, & laudare, & cōfiteri. Quod D. Hiero. reddidit, Inuocate nomen eius. Lxx vertere, Clamate. i. prædicare nomen Domini, vt interpreta-

Enargia
exultantiū
aduentus
sanctissimi
Iesu.
Aque quæ
ecclesiā ir-
rigant.

tur Theodoretus: vel cum iubilo, & vociferatione, Christi nomen celebrate, vt explanat Procop. verbum Hebraeum, quiru, & hoc, & illo modo verti potest.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Notas facite in populis adiuuaciones eius. Euangelizate in gentibus gloriosa eius.

QVod D. Hieron. vertit, Notas facite: Lxx reddidere, Nunciate, aut euangelizate: semper enim Lxx pro hoc verbo, euangelizo, vtuntur hoc verbo, anangelo, quod idem significat. Quod vertit Hier. Adiuuaciones eius: Lxx reddidere, Gloriosa eius, vel, miracula eius: Hebraice est, opera eius, vel, adiuuaciones eius, ita Hebraei reddunt: Nota facite in populis opera eius. Lxx in plerisque magis sunt commentarij, quam interpretes: & sic hoc loco interpretatur, opera, i. gloriosa miracula. Idem significauit Hieron. cum dixit, adiuuaciones eius. i. oeconomiam redemptionis, vt sit sensus: O sacri apostoli, euangelizate in gentibus gloriosa miracula Christi, & oeconomiam redemptionis, quomodo vicerit sathanam aeterna redemptione inuenta. Sic Procop.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Mementote, quoniam excelsum est nomen eius. Celebrate memoria, quod exaltatum est nomen eius.

THEOD. significari ait his verbis crucem Dni. Ait enim, verbum illud, Exaltatum est: non solum altitudinem miraculorum praefert, sed etiam crucis altitudinem, qua affectus est Dns: ergo Theodor. sic explanat, Celebrate memoria exaltationem miraculorum, & crucis exaltationem, qua nomen Dni exaltatum est. PROC. mementote. i. sempiterna memoria celebrate, solemnibus, & festis diebus, quoniam excelsum est nomen eius. i. quoniam exaltatum est nomen eius miraculis editis, cum cruce affectus est, cum resurrexit, cum caelos ascendit, cum misit spiritum sanctum super suos, cum edidit innumerabilia miracula per apostolos, & discipulos suos. Hoc videntur Apostoli iuberi meminisse, & horum tantorum mysteriorum, festos dies agere.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit, annunciate hoc in vniuersa terra. Laudate nomen Dni, quoniam excelsa fecit, euangelizate haec in omni terra.

TRalatio Lxx pro commentario est. Cantate Domino. i. laudate nomen Domini, quoniam magnifice fecit, quoniam excelsa fecit, altissima miracula, vel vt Hebraice est, quoniam sublimia fecit, vel, quoniam superba, & altissima fecit. i. fecit res admirandas, sublimes maximè. Annunciate hoc in vniuersa terra, euangelizate has res tam admirandas.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Exalta, et lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Exultate, et letamini habitates Sion, quia exaltatus est sanctus Israel in medio eius.

EXulta, & lauda habitatio Sion. i. exultate, & letamini habitates Sion, quia magnus. i. quia exaltatus est sanctus Israel, & glorificatus cum resurrexit gloriosus in medio tui, vel, in medio eius, hoc est, in medio Hierosol. & videtur idem esse cum illo Ioan. 16. Confidite ego vici mundum.

IN ESAIAE CAP. XIII.

Incipit in cap. vii. & in illa verba cap. x. Propter hoc, haec dicit dominus Deus exercituum, solere prophetas (vt docent veteres patres) praedicere res non ita longo post tempore futuras, vt illarum certissimus euentus fidem ceteris conciliet, & hanc esse causam cur vaticinijs de Christo, vaticinia aliarum nationum misceantur, vt cum completas viderent non longo post tempore, praedictiones prophetarum, de alijs nationibus, certum haberent prophetias alias esse complendas. Dixi enim ex D. Chrysof. & alijs patribus canonem scripturae hunc esse, vt duo, aut plura praesignificentur, vt ex alijs statim factis, reliqua futura credantur. Quod per sequentia

Cur vici-
narum pun-
ctuarum
prophetae
praedixe-
runt, multo
ante ipsos
euentus.

A. sequentia capita sit ab Esaia, praedicitur enim excidium Babylonium & Moabitarum, vt cum harum prophetiarum euentus certus apparuerit, admiranda mysteria, quae de aduentu Christi sunt praedicta, futura esse sit certum & fixum. Nullum enim aliud probationis genus prophetae reliquum erat, vt fidem facere posset Iudaeis de incarnatione filij Dei, de partu virginis de spiritu sancto, de oeconomia redemptionis, quam si ea praediceret, quae non longo post tempore futura & animos hominum admiratione imbuerent, & fidem suis scriptis conciliarent. Et in praesentia regnum Babylonicum, cum hoc propheta vaticinatur florentissimum est, longè lateque im- peritat, CC. LVI. ante anno Esaias hoc cap. eius excidium praesignificat. Fuit enim Esaias, vt di- sces ex EVSEB. praeparat. euangel. lib. 10. cap. de antiquitate Moysi & prophetarum, prima olym- piade: captiuitas vero Babylonica accidit olympiade. 64. vna olympias quatuor annos conti- net, vt idem docet Euseb. loco citato. Si numeres igitur, & multiplices. 64. olympiades per qua- ternos annos, reperies quater. 64. efficere. 256. annos. Tanto igitur tempore ante vastitatem Baby- lonici regni, quod tunc erat florentissimum, praedicitur eius vastitas, vt euentus huius tantae prophe- tiae tantis mysterijs Christi summam addat religionem, nae praedixerat antea, & subijciat statim vati- cinia rerum, aliarum quidem quae statim eueniunt, quale fuit vaticinium Senacheribi, aliarum, quae tertio post anno erant futurae, vt statim eius propheta inciperet esse veneranda.

Babylonis
excidium
praedicitur
et cur?

Priusquam aggrediar ad huius cap. explanationem, volui admonere, scriptores sacros inter se disidere: quosdam enim vt D. Hier. & Theod. hoc totum caput, & sequens de Babylonis vasti- tate interpretari, veteres vero patres ferè omnes, bonam quidem partem huius cap. interpretari de Babylonica vastitate, maiorem vero partem huius cap. & sequentis, quaedam referre ad vltimam orbis terrarum inflammationem, & ad iudicium vltimum, quos D. Hieron. praestringere videtur, quod al- legoricè fortasse, vltimum iudicium significetur, literaliter vero vastitas Babylonica tantum, cum planè nominentur Babylonijs, Persae, Medij, vt alio referre violentum esse videatur. Ego auctori- tatem sanctorum patrum non possum non venerari, illorum sententiam ab apostolis per manus tra- ditam existimare. Nec illos fallebat (quantum puto) Babylonis, & Medorum fieri mentionem, tam planè enim editio Lxx praefert Medos, & Assyrios, & Babylone, quam lectio Hebraea, neque ca- pti luminibus erant veteres patres, vt id non viderent, aut tam leui brachio haec tractabant, vt co- niuentibus oculis haec transmitteret. Sed quaedam ita dicuntur, quaedam ita à Lxx translata sunt, vt neque Babylonis excidium, neque regi Babylonio villo modo congruat, sed res ipsa cogat de or- bis inflammatione, de lucifero, & malorum poenis ea intelligere, vt neque D. Hieron. neque vete- res patres omnino sis danaturus. Reliquum est ergo, vt quae obstant ex parte diuersa resoluam, quo modo Babylonis, Assyriorum, Medorum, tam crebra mentio fiat. Non inficiamur, neque vete- res patres inficias iere, Babylonicum hic describi excidium. Et D. Hieron. docet allegoricè qui- dem vastitatem vltimam orbis terrarum praesignificari: & res haec nota est, Deum ad homines dictis, & factis loqui, & veteres historias typos esse rerum futurarum. His iactis fundamentis, docet AVG. de ciuit. Dei lib. 20. c. 21. loquutiones tropicas in prophetis veritati misceri, vt ad intellectu spi- rituali intentio sobria, cum quodam utili & salubri labore perueniat, quod etiam plurimis verbis do- cet HILAR. in psal. 126. si attendi omnia legas in principio, cum prophetia Aggae interpretetur. Et in psal. 146. cum interpretatur verba vltima, quibus locis ostendit idem, quod August. tro- picis loquutionibus, & allegorijs misceri veritate, quo planior sit, & dilucidior allegoria cum quaedam allegoricè dicuntur, quaedam sine allegoria planè & aperte de ipsa re, quae significatur ta-

Sententia
veterum pa-
trū, de hu-
ius capituli
intellectu.

di allegoria. Quod genus dicendi aliquo modo esse apud Oratores docet Quintil. & mistum ge- nus allegoriae appellat, multo apertius docet vsus oratorum ipsorum, vbi quaedam dicuntur per alle- goriae, ita tamè, vt allegoriae quaedam misceantur dicta aperte, & planè de re ipsa quam allegoria illa vellit oratores significare. Ne sacra prophana misceamus è sacris literis exempla petan- tur. D. AVG. de vnitatem ecclesiae lib. vno. c. 8. psal. 71. fatetur quaedam de Solomone, de quo psal. inscribitur, dicta esse, cotedit tamè quaedam ita dicta esse, quae, vt ipsius Aug. verbis vtatur, de Chri- sto dicta esse contra ipsos Iudaeos inuictissimè defendantur à nostris. Vnde, aut quamobrem? nempe, quod quando aliqua allegoricè significantur, vt intelligatur allegoria facit spiritus san- ctus, quod nos facere solemus, vt quaedam dicat planè sine aenigmate, sine allegoria, vnde reli- quae allegoriae lux afferatur. Quod hoc loco factum esse Augustinus contendit, cuius gene- ris illud esse puto, ex secundo Regum de eodem Solomone, quod citat TERTULL. libro tertio aduersus Marcionem, Thronus eius in aeuum, & quod misericordia Dei ab eo non sit discessura. Quae verba Tertullianus negat Solomoni villo modo conuenire posse. Quod si me

Canon ve-
terum pa-
trū, quo
mouemur
veritatem
allegoriae
misceri.

Cur plera que in scripturis non conueniant typo.

roges, qua caussa? nempè quòd allegoria similitudo est, & cùm per similitudinẽ verbi caussa, A leonis, aut lupi, tyrånũ aliquem describas, edentem carnificinã in suos, si huic allegoriẽ ve ritatem misceas, & quãdã apertẽ dicas de tyrãno illo, profectò quã de homine dixeris, leo ni, aut lupo non conuenient. Qui minus cum per imagines & similitudines hominum præ significatus sit Christus Deus verus, & homo verus, cum relicta allegoria, propheta veritatem miscet, & proprietatem, id est, relicta allegoria planè loquitur de Christo, si contentas verba illa apertè dicta de Christo deo vero, & homine vero, accommodare similitudini. i. homini cuius similitudine præsignificabatur Christus, certè nõ conuenient homini verba de Deo dicta, nec similitudini conuenient verba dicta de veritate.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Onus Babylonis, quod vidit Esaias filius Amos.

Visio contra Babylonem, quam vidit Esaias filius Amos.

Cur quod alij pphetiam appellat. D. Hieron. onus nominet.

Verbum Hebræum נשׂא, à verbo נשׂא facit hoc dissidium. Nam verbum Hebræum נשׂא, porto significat, & inde נשׂא, onus, vt vertit D. Hiero. Significat etiam נשׂא, accipere, & inde נשׂא acceptio, quam alij interpretes λήψια verterunt. i. acceptionem. THEOD. in Abacuc, Acceptionem, inquit, in his appellat visionis, & præcognitionis comprehensionem, quam accipit propheta à Deo donante, Ergò נשׂא, prophetia est. i. acceptio illustrationis diuinæ, quam Lxx vertere visionem, quod, vt inquit B A S I L. in caput i. Esaiæ, visus, sensuum acerrimus est, & ideo prophetia, visio dicitur, quod mente planè cernatur, vt ea videmus quæ oculis cernimus. vnde, inquit, prophetas appellabant veteres videntes quasi dicerent, diuini consilij spectatores, & conscios. Ergo נשׂא onus reddi potest, vt vertit D. Hieron. quod verbum, vt ipse ait, ponitur vbi plena sunt minarum quæ dicuntur. Potest reddi quoque propheta, vt reddunt Hebræi, seu acceptio prophetiæ, vt vertunt alibi Lxx seniores, & vt vertunt alij interpretes, quòd Lxx visionem dicunt, quòd, visio, nomen est prophetiæ, vt dictum est: & est idem quod reuelatio, vt docet ORIG. in Ezechielis cap. 13. homil. 2. Quòd enim ex parte Dei est reuelatio, ex parte prophetæ est visio.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Super montẽ caliginosum leuate signũ. Super motẽ cãpestrẽ exaltate signũ.

Propheta, quo commendatior & veneranda magis apud Iudæos eius sit prophetia, vt in nostros vsus seruaretur non solùm excidium regni Babylonici, quod eo tempore erat florentissimum, & fines imperij longè, lateq; protulerat, prædicit, sed tempora signat, significatq; futurũ, postquam subuerterit rex Babylonius Hierosolyma, & captiuũ duxerit Iudæorum populum. Additque causam vastitatis regni Babylonici futuram, quod Dominus per Babylonios punire suos voluerit ob peccatum idolatriæ & auaritiæ: Babylonij verò non tenuerint modum, sed plusquam par erat, in populum Dei sauiuerint. Prædicitur ergo Babylon ruitura armis Cyri regis Persarum, & momento temporis ruitura, illa Babylon, quæ nobilitatissima toto orbe erat, quæque tantæ magnitudinis erat, vt non vrbs aliqua, sed mons quidam editissimus esse videretur, ita turres, munimenta, mœnia, ædificia magnificentissima, ad cælum vsque attolli videbantur.

Vox Hebræa נשׂא, ambigua est, quam D. Hieron. reddidit, caliginosum, vt sit, O Persæ (ad Persas enim subuersuros Babylonem, sit apostrophe à propheta) O Persæ, inquam, & Medi, ruite, adeste, tollite signa in Babylonẽ, quæ tantæ molis vrbs est, vt non vrbs quẽdã, sed mons quidam esse videatur editissimus, qui præ altitudine fugiat oculorum visum, & se condat in nubium caliginem, Hebræi eodem sensu interpretantur, Super montem excelsum & denigratum. i. super Babylonem, quæ vt mons quidam excelsum, & denigratus, condit murorũ & turrium altitudinem, intra nubila ipsa. Sic enim est explanandum, quòd Babylon talis describitur à Geographis & Historicis omnibus, & non est sita in mote, sed in plano loco, & ideo Lxx viri montem campestrẽ vertere per oxymoriam figuram. i. per acutam stultitiam: sic enim figura illa nominatur, vt apud Horatium, Strenua nos exercet inertia: stultitia enim videtur montem nominare, & campestrẽ: si enim mons est, non est campus, nec planus locus, si rursus campestris locus est, mons esse nullo modo potest, atqui in loco plano est sita: hæc ergò quæ stul-

A quæ stultitiæ faciem præfert, acutissima oratio est, qualis illa Horatij. Significat enim illam urbem in plano loco sitam, ædificiorum, & murorum, & turrium altitudinem tantam esse, & tam longè, lateque se fundere, vt mons quidam maximus & editissimus esse videatur. De magnitudine vrbs Babylonis, plena sunt omnia. נשׂא, verbum Hebræum, significat alleuare, & ideo D. Hieron. reddidit caliginosum, excelsum hoc nomen inde deductum, significat etiam comprimere, & contundere: ideo hoc nomen inde deflexum, Lxx viri reddidere, compressum, contusum. i. planum & campestrẽ, quòd Babylon non in monte, sed in loco plano sita. Thargum super munitionem, aut ciuitatem munitam.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Exaltate vocem, leuate manum, et ingrediantur portas duces. Alleuate vocẽ eis, ne timeatis, euocate manu, aperite principes.

ad portas venite duces portas ingrediatur & manũ leuate eis vocem exaltate signum Tollite

B שׂאו נס הרימו קול להם הניפו נד נ יבאו פתחי קיבוי

LECTIO Hebræa ad verbum sic reddi potest: Leuate signum, exaltate vocem eis, leuate manum, & ingrediantur portas duces: & sic reddidit D. Hieron. Potest etiam reddi sic: Exaltate signum, exaltate vocem eis, leuate manum, & veniant ad portas duces, quod Lxx sic interpretantur, Exaltate signum, exaltate vocẽ eis: addidere de suo, ne timeatis, vt sit sensus: O Persæ & Medi, tollite signa aduersum Babylonios, & magno clamore ite, ne timeatis. Deinde, pro leuate manu. i. euocate manu, hoc est, tanquam victos, & de ditibus ad primum vestrũ aduentum, euocate manu Babylonios, vt referent vobis portas vrbs: & sic interpretantur verba sequentia, & veniant ad portas duces. i. tantum euocate manu Babylonios ipsos, vt vrbs portas aperiant, & statim duces ipsi Babylonij, præ metu venient ad portas, & vos recipient. Sed pro his omnibus, Lxx tantum dixere, Euocate manu, aperite principes. i. primo aduentu ò Persæ, & Medi, euocate Babylonios principes manu, tanquam victos, & pro imperio iubete, vt aperiant portas vrbs. Exprimunt enim Lxx sententiam, non reddunt verba, & significari putant momento temporis capiendam Babylonem urbem, & se ad primum aduentum Persarum, & Medorum, dedituros Babylonios, nec repugnaturus, quod ita Dominus velit. Idem significat tralatio D. Hieron. Leuate manum, ad Babylonios scilicet, vt vrbs portas pandant, & ingrediantur portas duces. i. statim aperientur, & pandentur, & duces Persarũ ingredientur portas.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ego mandavi sanctificatis meis.

Ego ordino.

DIUS A V G. quæstionum super Numer. lib. 4. quæst. 30. sanctificari pœnam, nouo quodam modo dictum putat, quãdo per pœnam exemplum datur cæteris, vt sancti sint: vt hoc loco iuxta hanc sententiam D. August. sanctificati dicantur Persæ, & Medi, per quos pœnas irrogat Babylonijs, vt alijs sanctitatis exemplum sint, ne sauiant in eos, quos per illorum manus punire volet Deus. Sanctificati ergo dicentur per metonymiam, vt mors pallida, tristis paupertas dicitur, & hilaris adolescentia, quòd efficiant homines pallidos, tristes, hilares, non quòd mors sit pallida, aut paupertas tristis, aut Persæ & Babylonij sanctificati, sed quòd exemplo pœnarum, quas pependere, quòd sauiere nimis in eos, quos Dominus per illos punire voluit, cùm crudelissimi in Iudæos fuere Babylonij, quos Iudæos Babyloniorum armis Deus castigabat, efficiant sanctificatos eos, qui illorum exemplo timent Dñm, & sibi cauerit, alieno malo vt illo exemplo docti, quod in prouerbio est, vt sit sensus: nemo miretur, si potentissima Babylon, & munitissima, momento temporis caperetur, meo enim, inquit Dominus iussu factum est, vt horum exemplo cum potentissimum regnum puncto temporis ruisse viderent, cauerent alij, & fierent sancti, meque timerent, cùm per illos, aliquos alios castigare voluero. Ego enim præparavi Persas & Medos, ita vt Babylonij nec opinãtes subito opprimerentur, vt quanquam potentissimi essent, prohibere ingruentis hosteis, nullo modo possent. Pro his omnibus, Lxx dixere, Ego ordino: reddunt enim sententiam non verba. i. nemo miretur potentissimum orbis terrarum regnum, puncto temporis ruisse: Ego enim, Deus, ordino omnia.

prie significat, etiam terrebuntur, Verbum sequens ציריִם, significat angustias, dolores, & sic A
 D. Hierony. vertit, torsiones. Significat etiam legatos, Lxx reddidere, Turbabantur legati,
 siue intelligas de legatis, & nuncijs, qui tristes adferebant nuntios aduentantis exercitus, &
 de legatis imminente summo discrimine miserantibus fortunas suas, & dolentibus, siue de sa-
 cerdotibus dæmonū vt vult Cyrillus, siue de sacerdotibus Domini, qui medij sunt inter Deū
 & homines, qui turbabuntur, & arescent timore eorum quæ superuenient vniuerso orbi. D.
 Basilius legatos illos intelligit parabolæ dominicæ, qui ad Dominum misere legatos post ip-
 sum, qui dicerent, nolumus te regnare super nos, Qui legati alij sunt hi, inquit, quam qui pro
 factum Dominum in longinquam regionem (.i. ad nos, quod longè aberamus à Deo, & ve-
 nerat ad expugnandam rebellionem nostram) crucis morte affecerunt, & putauerunt se pos-
 se mundi regnum illi detrahere? dicebant enim Pilato, Noli scribere, rex Iudæorum: quid e-
 nim est aliud mittere legatos post eum, quam dicere, noli scribere rex Iudæorum? non habe-
 mus regem nisi Cæsarem. an non hoc significat idem, quod illud, Nolumus hunc regnare su-
 per nos? Hic igitur in vltimo iudicio arescent timore, & facies combustæ vultus eorum. i. B
 ita erunt anxij, vt facies eorum flammis ardenteis referant. Hebraicè est, facies flammarum
 vultus eorum: Lxx faciem eorum sicut flammam mutabunt.

D. HIERONYMVS.

Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & ira furorisque adponendam terram in solitudinem, et peccatores eius conterendos de ea.

EX hoc loco potissimum veteres patres ad vltimum iudicium hæc referunt. D. AMBROS. in lib. de Helia & ieiunio cap. 21. de vltima inflammatione terrarum hæc explanat his verbis: Quasi manu sanctus propheta demonstrat diem iudicij inquit: Ecce venit Dominus disperdere orbem terrarum, & c. quæ ad iecit illo capite. Idem sentit D. CHRYS. in 12. cap. Matth. homilia 48. his verbis: Audi quid propheta dicat de illo die iudicij: Dies Domini incurabilis furore, atque ira plenus: vbi multa in hanc sententiam dicit. & tomo 5. in parænesi priore ad Theodorum lapsus totum hunc locum, & sequentia ad diem iudicij refert, & tam plana putat, & tam perspicua, vt interpretatio ne non putet egere. D. Ephren in lib. de poenitentia cum ageret de die iudicij: De die hac, inquit, Esaias, Ecce Dominus veniet disperdere terram. ORIGEN. tomo 2. in epistolâ ad Rom. in cap. 2. Puto inquit quod hic locus expositione non eget euidèter enim in his omnibus dies iudicij designatur. D. GREG. in 30. cap. Iob lib. 20. cap. 23. idem sentit. & Cyprianus contra Demetrianum

D. HIERONYMVS.

Quoniam stella cæli, & splendor earū non expandent lumen suum: Obtenebratus est sol in ortu suo, et luna nō splēbit in lumine suo.

lucē ei illustrabit nō luna & in oriente sol obscurabitur luce earū splēdebūt non orion earū & cælōrū stellæ Quia
 וְיִנְוֶבְבֵי הַשָּׁמַיִם וְיִסְלִיחֶם לֹא יִהְיוּ אֲוֶרָם חֲשָׁף הַשָּׁמַיִם בְּצַדְתּוֹ וְיִרַח לֹא יִגִּיהַ אֲוֶרָה

Hunc locum explanat ORIG. in caput 24. Matth. tractatu 30. interpretans verba illa: sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suū, & multas quæstiones disceptat admirabiliter, & diluit, quæ illinc petentur melius: Et D. Chrysostr. in parænesi priore ad Theodorum lapsus. Hoc loco hæere videntur, qui referunt hoc ad excidium Babylonis, cum propheta dicat stellas cæli obscurandas, sed aiunt, imminente summo discrimine fore vt Babylonij in media luce nox oriatur, & crassa caligo, præ metu, & formidine. At propheta palam ait obscurandas stellas cæli, & Orionem (sic enim interpretantur, כְּסִיל, Hebræi, vt leges in thesau- ro lin-

LXX VIRI

Ecce enim dies Domini veniet in sanabilis, & indignationis, furoris, & iræ, adponendum orbem terræ desertum, & peccatores perdere ex eo.

LXX VIRI.

Nam stellæ cæli, & Orion, & omnis ornatus cæli, lumen suum non dabūt, & obtenebrabitur sole oriē te: & luna non dabit lumē suum.

A ro linguæ sanctæ vt interpretatio Lxx, vel Iudæis testibus, consentiat cū editione Hebræa. Ad didere autē de suo Lxx, & omnis ornatus cæli, vt dilucide diem iudicij, nobis repræsentarent. Quid em̄ apertius si legas hunc locū iuxta tralationē Lxx? Stellæ enim cæli, & Orion, & omnis ornatus cæli nō dabunt lumen suū, obtenebrescet in oriente sol & luna nō dabit claritatē suā. Sic em̄ legendū est ex castigatōribus codicibus Græcis, & ex scriptis veterū patrū. CHRYS. em̄ legit in parænesi priore ad Theod. lapsus tom. 2. obtenebrescet sol in exortu suo. ORIG. Obscurabitur in oriente sol: Leges ergō tralationem Lxx: Stellæ cæli, & orion, & omnis ornatus cæli lumen suum non dabunt, pro quo D. Matth. Stellæ cadent à cælo, & potestates cæli commouebuntur. Deindē, obtenebrabitur sol in oriente, quod D. Matth. dixit: sol obscurabitur. Postea, & luna non dabit lumen suum, quod ad verbum citat Matth. Quod si priora non citat eisdem verbis indē factum puto, quod Euangelistæ sunt breuitatis amatores, & superiora breuius dicere voluerunt. Aduertendum tamen est, quod infrā est adnotandum, Lxx seniores, quoties verbum aliquod ambiguum est, duobus modis illud vertere, quod facit vt qui huius rei rationem non habeat, putet eos ab Hebræa lectione dissentire, vt hoc loco, quod, כְּסִיל, Orionē significat, vt docent Hebræi, aut secundum alios arcturum, aut vt alij tradidere stellam matutinā, iuxta alios splendorem stellarum; aut figuras ex multis stellis expressas, ita ipsi reddiderunt, כְּסִילֵי, orion, & quia durum erat dicere vt Hebraicè est, & orion earum. Quid enim sibi vult hæc oratio, Obscurabuntur stellæ, & orion earum? reddidere quidem, כְּסִילֵי, orion, & quod significat כְּסִיל, splendorem edidere, & splendorearum, & ita duobus modis vertere vocem Hebræam, Orion, & omnis splendor earum, id enim significat, & omnis ornatus earum, vel, omnis ornatus cæli.

D. HIERONYMVS

Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatē eorū. & requiescere faciam superbiam infidelium, et arrogantiam fortium humiliabo.

Hæc omnia Origenes loco citato de vltima mundi vastitate, & D. Basil. iam ab illo loco: Ecce dies Domini veniet, vltimam orbis terræ vastitatem, describi docet. Et EVSEB. Cæsariensis. 2. cap. 42. Seq. verba Hebræa & Græca hoc satis indicant. Nam pro, Visitabo super orbis mala, Hebraicè est, Et visitabo super mundum mala, vel peccata. Quid enim interest, vtrum dicas, Visitabo super mundum peccatum, aut malum, an quod Actor. 16. cap. dictum est, quod statuit diem Dominus, in quo iudicaturus est orbē? Et quod ad Roman. cap. 2. In die quando iudicabit Dominus occulta cordium? Et cap. 3. Alioqui quomodo iudicabit Deus hunc mundum, nisi putas aliquid interesse, inter, iudicabit mundum, & visitabit mundum? Quod sic intellexisse Lxx seniores, argumentō est, quod pro hoc vertere, mandabo vniuerso orbi terræ mala: quod spectant etiam verba sequentia, Et contra impios iniquitatē eorum: vel vt vertere Lxx, Mandabo impijs impietates eorum. i. faciam eos luere poenas impietatum, & requiescere faciam superbiam infidelium, vel vt Hebraicè est, Superbiam superbiarū: Lxx reddidit sententiam, quasi explanarent interpretationem D. Hieron. & dicerent, id est, D. disperdam superbiam iniquorum, vel transgressorum legis.

D. HIERONYMVS.

Preciosior erit vir auro, et homo mundo obrizo.

Diuus CHRYS. locis supra citatis, & ORIG. & alij patres, quos supra citauimus, hæc de vltimo iudicio interpretantur. EVSEB. de demonst. euang. lib. 2. c. 42. hoc loco refellit hæreticos, qui putabant in consummatione seculi citra discrimen omnes esse saluandos, & Iudæos omnes assequuturos promissam veteribus patribus fœlicitatem, quod planè hoc loco Esaias dicat illud Domini, Multos vocatos, paucos electos fore. Quæ sententia, inquam, est BASIL. qui de sanctis hunc locum interpretatur, qui erant omni auro incocto honorabiliores, omni preciosissimo lapide preciosiores: & est veterum patrum quos supra commemorauit.

LXX VIRI

Et mādabo orbi terrę vniuerso mala, & impijs impietatis eorum, & perdam superbiam iniquorum, & iniuriam superborum humiliabo.

LXX VIRI.

Et erūt relictī magis precīosī quā aurum obrizū, & homo magis honorabilis quā lapis ex Ophir.

D. Matth. videtur citare pauca hæc verba Lxx. Lxx, verba quæ duos sensus habent, duobus modis aliquando vertunt.

Defenduntur veteres patres. Preciosum pro bono quod sit rarum poni. pro viliori abiectio etiam si sit rarum non poni.

moravi. Neque quod Iudæus, quo D. Hier. utebatur in perdiscenda Hebræa lingua, narret A nobis Iudæorum interpretationem, veterum patrum sententia damnata est indicta causa. Nam quod hic locus refertur ad regni Babylonici vastitatem, & pretiosum dici aiunt omne rarum, & sic qui euaserint ex excidio Babylonico preciosiores auro futuros, hoc est rarissimi, quod receptissimum sit in sacris litteris rarum appellari preciosum, quod pace sanctissimi D. Hier. dictum sit, qui hanc sententiam probat: mihi non probatur. multo multoque verior sanctorum patrum omnium sententia videtur. Nam ut interim largiar pretiosum in sacris litteris dici quod rarum est, preciososus auro, & margarito pro raro simpliciter, ut non altiore quendam sensum significet, nusquam reperias. Si dicitur de prophetia, & verbo Dei: Erat sermo Dei preciosus. i. rarus, non continuo de homine infideli, & misero, quem Dominus miseris modis protraherit & ad ultimas miseras redegerit, dicitur, erit preciosior auro, & margarito. Quin potius, erit abiectior, & contemptissimus magis quam homines abiectissimi, & contemptissimi, vilissimo precio venibit, tenui moneta venalis, vilis seruus. Siquidem residui ex illo bello, aut vagi, omnibus bonis pulsi, aut viles captiui erant, alga viliores, tantum abest ut auro incocto, & margarito preciosiores, dicantur. Quid? quod sic concidit regnum Babylonicum, ut venerit in ditionem Cyri regis Persarum, diruta sit urbs, non tamen ut funditus omnes sint deleti, residui multi fuere viles, & abiecti, quos Iudæi ex captiuitate reduces pro mancipijs secum adduxere, viles, & infelices. Nam si prophetia, & Dei sermo preciosus dicitur cum rarus est, inde fit quod Dei sermo per se preciosus est. Dicebatur pretiosus potissimum quum esset rarus. Neque si septem mulieres apud Esaiam apprehendunt virum vnum continuo idem erat in Babylonijs, nam Iudææ foemina, quod expectabant messiam, & pro summo crimine, proque ignominia maxima sterilitatem esse putabant, ex vno viro Iudæo suscipere sobolem conabantur, idque ut religioni parerent, ut Cyrillus in illum locum docet, preciosus auro esse credebant. Sanctorum patrum sententia fauet verbum Hebræum. Nam, קָדוֹשׁ, significat gloriosum esse, in honore & gloria esse, quod residuis ex Babylonio excidio nullo modo congruit, sanctis viris congruit, ut Psalm. 139. Nimis honorati sunt amici tui Deus, ubi est hoc verbum קָדוֹשׁ, quod Hebræi ad verbum reddunt, quam gloriosi, quam preciosi vel magni sunt amici tui Deus. Lxx sic hunc locum reddunt, Erunt relictii honorati magis, vel gloriosi magis, quam aurum purgatissimum, & homo magis honorabilis quam lapis ex Ophir, & sic hunc locum vertit R. Ionah, ut conuenire non possint hæc verba vilibus, abiectis, & contemptissimis hominibus, & ut necesse habeas ad eos referre, qui salui fient, ad gloriosos sanctos. & scripturæ mos est, sanctos viros appellare lapides preciosos, gemas, & margaritas, quod docet ORIGENES contra Celsum lib. 8. ubi doctrina inquit Diuina sanctos post resurrectionem appellat lapides preciosos, cum è viuus & preciosissimis quibusdam lapidibus templum Dei sit edificandum, cum pro ut quisque se gesserit, Dei templi preciosus futurus sit lapis, si saluus fiat, sic enim D. Petrus ait vos edificati estis lapides viuus, citatque illud Esaiæ præparo tibi carbonem, lapidè tuum, fundamenta tua Sapphirus, & propugnacula tua Iaspis: subiicitque Origenes, Constat iustorum nonnullos carbunculum lapidem esse, sapphirum alios, alios iaspidem, quosdam esse chrysellum, ut iusti referant omne electorum preciosorum lapidum genus: hæc Orig. & certè receptissimum est in scriptura ipsos beatos sui Domini nomine appellari, qui in scriptura gemma, & lapis pretiosus dicitur. Mitto dicere vulgatum esse in arte rhetorica cum aliquem laudas, metaphoram ducendam esse à re optima, quæ visu, & auditu delectet, ut docet Arist. 3. de arte rhetorica lib. ut cum sol aureus dicitur, & cum aurora rosea apud poetam. Cum vituperes, à re foeda, ut coenum & labes apud Ciceronem, nisi credis hæc oratores obseruare, & spiritum sanctum non obseruare. Quod si horum nihil esset, sola lectio Hebræa non pateretur alium sensum, quæ est:

Id est, gloriosus, & magis honoratus erit homo, quam aurum purissimum, & homo magis quam aurum ex Ophir.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Super hoc calum turbabo, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem furoris eius.

Nam celum irascetur, & terra mouebitur à fundamentis eius, propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die qua venerit furor eius.

A. אִרְאֵנוּ, id est, turbari faciam, vel irasci faciam, ut lectio Hebræa possit verti, Super hoc celum irasci faciam, quod D. Hier. reddidit, Super hoc celum turbabo. Lxx viri, Celum irascetur. i. virtutes cali commouebuntur, & aëria potestates, nam dixi Chrysof. & alios patres de die iudicij hæc interpretari. & videtur D. EPHREM. li. de poenitentia illa omnia hinc mutuatus virtutes calorum mouebuntur, præcedent conuulsiones, astra cadent, angelorum exercitus præbunt, archangelorum chori stabunt parati. Nam quod sequitur: Terra mouebitur de loco suo, vel ut reddidit Lxx, Terra mouebitur à fundamentis eius, nisi ad vltimam vastitatem retuleris, quod referas, non habes.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, & non erit qui congreget, unusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient, & omnis, qui inuentus fuerit, occidetur. Et omnis, qui superuenerit cadet in gladio, infantes illorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum violabuntur.

Et erunt relictii quasi damula fugiens, & quasi ouis errans: ita ut homo ad populum suum conuertatur, & homo in regionem suam fuget. Qui enim captus fuerit erit victus, & quicumque congregati fuerint, cadent in gladio. Et filios eorum allident coram eis, & domos eorum diripient, & uxores eorum habebunt.

Am hinc vsque ad finem capituli redire propheta videtur ad vmbra & typum, hoc est, ad historiã excidij regni Babylonici, cui propheta miscuerat veritatem, ut in initio dictum est, iuxta canonem illum præscriptum ab Augustino & Hilario. Cui non est dissimilis ille que canon scripturæ, quem præscripsit Tertullianus in lib. de spectaculis, cum quædam specialiter prænunciata videntur, generaliter esse interpretanda: ut cum Israëlitas admonet, omnes admonet: cum Aegypto minatur, omni genti peccatrici minatur, & sic omnis gens vocatur Aegyptus. Vnde nunc cum Babylonijs minetur Dominus vastitatem, significat eandem vastitatem importandam peccatoribus terræ, in consumptione seculorum. Quasi dicat Dominus: cum hæc Babylonijs dico, peccatoribus omnibus dico, quos expectat magna vastitas in vltimo iudicio. Ergo vniuersus orbis, hoc loco dicitur Babylon. Redit ergo nunc ad historiam, & ad prædictionem excidij Babylonis, perituros omnes Babylonios præsignificat, paucissimos fugituros cladem illam tandem, eosque vagos, & errantes futuros, qui verò commorabantur Babylone, redituros ad suas vrbes, cum imminentem calamitatem videant Babylonios prædæ futuros hostibus, & rapinæ. Quod Hier. vertit, Omnis qui superuenerit, gladio cadet: Lxx vertere, Et quicumque congregati fuerint, cadent in gladio: Hebræicè est אִתְּכֶם יִקְרָא, i. congregatus, siue additus, à verbo קָרָא, quod inter alia significat addere. Et sic interpretatur R. Ionathan, referente Pagnino in Thesauro. Cur igitur confoditur lectio Hebræa punctis, velut obelis, tanquam malè reddita à D. Hieronymo? An ad normam Iudaicæ peruersitatis, emendandus erit D. Hieronymus? En lectio Hebræa significat: Quicumque congregatus fuerit, siue additus Babylonijs, ut illis ferat opem, cadet in gladio. Hoc D. Hier. dixit, Omnis qui superuenerit, cadet in gladio. i. quicumque veniet auxilio Babylonijs, cadet in gladio. Qui venerit illis auxilio, & qui additus fuerit illis, non idem significat? Hoc idem dixit Lxx, Quicumque additi fuerint, cadent in gladio. Notandum tamè EVSEB. li. 2. c. 42. prima verba illa, Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, & non erit qui congreget: tribuere sententiæ superioris, de vastitate vltima orbis terrarum, & putare significare his verbis, paucos futuros electos, quod quicumque fugerit poenas vltimi iudicij, futuri sunt quasi damula fugiens, aut ouis errans sine custode, dilacerato grege à lupis, aut à malis bestiis. Eodem referre videtur D. BASIL. in epist. ad Chilonem discipulum suum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quarant, nec aurum velint,

Ecce suscitabo vobis Medos, qui argentum non reputant, nec auri indigen-

*velint sed sagittis paruulos interficiant
Et lactantibus vteris non miserebun-
tur, Et super filios non parcat oculus
eorum.*

MEdos ait Dominus esse mittendos, qui Babylonem subuertant: qui non tenentur auri cupiditate, nec imponent vectigalia, nec vlllo pretio & pecunia parcent Babylonis sed ferro igniq; omnia vastabunt & describitur vrbis Babylonica vastitas. Magnopere hæc spectant ad veritatē, multo plus quàm ad typum historiae. Quæ enim natio vnquã est, quæ nihil moretur aurum, aut opes, aut imperium, tantumq; bella gerat, vt excisionem, & inflammationem vrbibus importet? Persæ bellabant gratis? gratis ab vltimis orbis partibus ad arma cõf luebant? Mihi certe Medi quos mittit Dominus, qui argentum non quærunt, nec aurum volunt, non tantũ Medi videntur, apud quos montes aureos Poetæ esse fabulantur, nihilominus tamen amant aurum, amant opes, & imperium. Non tam igitur mihi hi Medi videntur, quam potestates aeris esse, quæ Medai nomine intelliguntur (nam Medai mensura est & cuique pro modo criminum, irrogabuntur pœnæ) Quod D. Hier. vertit: Sagittis paruulos interficient, Lxx reddidere, Arcus iuuenum conterent: iuxta illud, Arcum conteret & confringet arma Psal. 36. & Ezech. cap. 39. Percutiam arcum tuum in manu sinistra tua. & Osæ. 1. In illa die conteram arcum Israël. & cap. 2. & arcum, gladiũ, & bellum conteram de terra Israël, vt necesse habeas hæc referre ad aeris potestates. Dominus enim, aut potestates aeris imperio Domini conterunt arcus iuuenum in manibus illorum, & illorum confringunt arma, non hostes qui expoliant armis aduersarios, & manibus excutiunt arma, non confringunt neque comminunt. Vtraque lectio conuenit cum editione Hebræa, quæ verti potest ad verbum: Arcubus pueros conterent. Pro quo Hier. vertit, Sagittis paruulos interficient. Potest quoque reddi lectio Hebræa ad verbum sic. Arcus iuuenũ cõterent, vt reddidere Lxx, quod nomina Hebræa indeclinabilia sint & citra discrimē vertere potes, Arcubus iuuenes conterent, vel arcus iuuenum conterent. Deinde lectio Hebræa ad verbum reddi potest & fructũ ventris non miserebuntur, quod D. Hiero. reddidit, Lactantibus vteris nõ miserebuntur. Lxx filiorum vestrorum non miserebuntur: dictio etiam Hebræa pueros, & iuuenes significat.

D. HIERONYMVS.

Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa in regnis, inclita in superbia Chaldæorũ. Sicut subuertit Deus Sodomã & Gomorrhã, non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: neque ponet ibi tentoria Arabs, neque pastores requiescent ibi.

Lectio Hebræa redditur à Pagnino, Erit Babel gloria regnorum, gloria superbię Chaldæorum, secundum subuersionem, qua subuertit Deus Sodomam. A Vatablo sic. Et subuertetur Babylon regnorum ornamentum & splendoris Chaldæorum decus, &c. i. Babylon illa quæ est gloria orbis terrarum, clarissima orbis terrarum vrbs, quam nunc florentissimã videtis, redigetur in fauillas, sicut Sodomã (Ponitur enim splendor & gloria, qua micat toto orbe Babylon, vt admirabile sit magis hoc vaticiniũ, quo redigenda in fauillas dicitur præter opinionem hominũ.) Lxx sententiã expressisse sunt contẽti. D. Hier. translatio in Complutensibus codicibus in editione Hebræa punctis tota velut obelis est confossa, tanquã male reddita à D. Hieron. cum consentiat cum omnium interpretatione. Vide quãtum liceat Iudaizantibus, quantũ audeant, etiam cum D. Hieron. translatio ab editione Hebræa & cum omnium interpretatione ne pilo quidem dissentiat, verbo disidet à Iudæis, statim eius translatio pu

digentiã habent, arcus adolefcẽtiũ conteret, Et filiorũ vestrorum non miserebuntur, nec filijs tuis parcat oculus eorum.

LXX VIRI.

Et erit Babylon quæ vocatur inclita à regibus Chaldæorũ, quemadmodũ subuertit Deus Sodomã & Gomorrhã. Non habitabitur in æternum, neque ingredientur in eã per multas generationes: neque ingredientur in eam Arabes, nec pastores requiescent in ea.

Alatio punctis cõfoditur, neq; hoc loco solum, sed ferè semper. Ego sat habeo aliquãdo admodum. Quod Hier. vertit, Non fundabitur vsq; ad generationē in generationē: Lxx sententiã reddidere, quã ipsi putarũt esse huius loci, Nõ habitabitur in eternũ, nec ingrediẽtur in eã per multas generationes: quasi significarẽt nobis eternũ apud Hebræos significare aliquãdo multũ tẽpũ, & ita sunt interpretati, quĩ eternũ dixerãt, nõ ingrediẽtur in eã per multas generationes nec Arabes, nec pastores requiescẽt in ea, nec em vel pascuis ouiu aut armetoru erat futura utilis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sed requiescent ibi bestia, et replebuntur domus eorũ draconibus, et habitabunt ibi struthiones, et pilosi saltabunt ibi, et respondebunt ibi vula in adibus eius, et sirenes in delubris voluptatis.

Et requiescẽt in ea bestia, & implebunt domus sonitu, & accubabunt ibi sirenes, et demones saltabunt ibi, & onocentauri illic habitabunt, & nidificabunt ericij in domib⁹ eorũ.

HAec si ad vastitatē Babylonicã referas, perspicuum sensum habent, vasta Babylonica regna futura, quæ tunc erant florentissima. Et describuntur à propheta vastitatis signa, vt sit sensus, Hæc loca quæ nunc sunt habitatoribus frequentissima futura sunt infesta bestijs, & animalibus, quæ deserta loca frequentant. Quod verò Dñs subuerterit regnũ Babylonicum, & in vastitatē redegerit, notissimum est. Nam vt THEOD. hunc locum interpretans dicit, ducentesimo anno postquam hæc sunt prænnunciata, vastatũ Babylonium regnum est, aut, vt supra diximus ex Euseb. ducentesimo, quinquagesimo sexto. Nec dubitandum est, quin hæc animalia quæ hic à propheta describuntur, hæc loca in vastitatem redacta frequentent. Sed nescio an ita vasta omnia sint, vt hic à propheta describuntur, & ita his animalibus quæ sola loca tenet, & demonibus sint infesta omnia, nã quædam loca nõ moror. Vndẽ hic valere arbitror canonẽ illũ scripturæ, quem præscribit AVG. & docent veteres patres, vt quæ literaliter nõ videmus completa, intelligamus accipienda spiritualiter, & illum eundẽ esse sensum litteralẽ.

CHinc enim promissa veteribus patribus spiritualiter intelligimus, quod vasta loca Iudæe videmus, nec promissam foelicitatẽ illã veteribus patribus esse completã corporaliter. Quin idem putat veteres patres subuersas vrbes Iudæe, ne hæreremus in his caducis, & illa magna promissa ad hæc caduca quisquam referret, si vrbes Iudæe videret florẽtes. Accisa sunt omnia & prostrata, vt aliõ animos & mentes referremus. Nam Iudæi & Iudaizantes etiam cum res Iudæorũ tot calamitatibus ab initio gentis Iudaicę concisas, & afflictas vident, & per mille quingentos annos iacere miseris, abduci non possunt, quin omnia referant ad res terrenas, & prophetas faciant mendacẽs. Ergo solet Deus facere, vt corporaliter videamus non completas prophetias, vt excitemus animos ad spiritualia, quod hic factũ puto, vt cum dictum videamus Babyloniem futurã sicut Sodomã & Gomorrhã, intelligamus conflagrationem orbis significari, qui Babylon hic dicitur: nam Sodomã vltimæ conflagrationis etiam typus erat. Et certè D. Ioan. Apocal. 18. vbi si Græca Græcis conferas, penẽ hæc eadẽ Esaia verba reperies, sic videtur hunc locum interpretari, vbi scripsit, Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorũ, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & horribilis, & tota

DApocalyp. D. Ioan. consummationẽ mundi sub nomine Babylonis describit. Neq; enim significatur ibi à D. Ioãne vastitas Babylonis, quæ octingentesimo ante anno erat vastata, iuxta hæc D. Ioannis sententiã, sic reliqua explanabimus: Neq; ponet ibi tentoria Arabs. i. non habitabitur amplius ab hominibus, postquam conflagrauerit orbis. Vt enim Babylon pro mundo ponitur, sic Arabes. i. Babyloni (quod omnis illa regio communi nomine Arabia appellaretur) pro omnibus hominibus ponuntur: & postquam conflagrauerit orbis, neq; erũt pastores, neque armenta, sed requiescent ibi bestia, nam demones dicuntur bestia, & Behemoth, vt infra dicendum est. Et replebuntur domus eorum draconibus, Hebraicè est דַּרְמוֹן; quam vocem D. Hieron. vertit dracones, & demon vocatur draco. Lxx viri videntur deduxisse vocem illam Hebræam ab מַרְסָא, quæ aliquando interiectio latantis est, aliquando lugentis, vt significet, euge, euge, & eheu, quod vtrunque ad demones pertinet, qui cruciantur sempiterna flamma, & lætantur in perditione hominum. Variæ sententiæ sunt Rabinorum de significatione huius vocis. Quod D. Hieronymus vertit, Struthiones: Lxx seniores reddide-

V re, sire-

D. Ioan. ad hunc locum alludere videtur iuxta translationẽ Lxx vtrorum.

re, sirenes, quod vox Hebraea obscura est, de cuius significatione Rabinorum varia sententia est. De sirenibus lege AMBR O S. in psalmum. 43. non longe à fine. Quod vertit D. Hieronymus, Pilosi saltabant ibi: reddidit Lxx seniores, Dæmonia saltabant ibi: רעע, significat idem, quod pilosus, & quod dæmon, nimirum quod pilosus dæmon est, cum se sub hirci imagine & figura, suorum cultorum oculis sistebat. R. David ait esse genus animalis in deserto comorantis. THARG. interpretatur, dæmones, Paralipom. 11. ubi legitur, Statuit ibi sacerdotes dæmonibus. & Leuit. 17. Libant hostias suas dæmonibus: pro dæmonibus, est hæc vox Hebraea רעע. Quod vertit D. Hieron. Respondebunt ibi ylulæ: Lxx edidit, Onocentauri illi habitabant: vox Hebraea, ijm, insulas significat, & bestias syluestreis: secundum alios, catos syluestreis: secundum alios, picas. In tanta varietate sententiarum, Lxx suam sententiam tuerunt, qui reddidit, onocenturos, i. dæmones quosdam, qui se membro aliquo asinino sistant hominibus vigilantibus, vnde empusa. i. larva, quam vulgo (pesadilla) nominamus, i. asinino brachio, vel pede: vel i. membro asinino dicitur, vt Eustrat. narrat in lib. 11. Odysseæ, hos dæmones centauros appellabant veteres dæmonibus, i. à verberando: & aura, hoc est, à verberatis ventis, vt docet idem Eustrathius in. 1. Iliad. quod vana conceperint animo dæmones, & inania sint meditati, illa scilicet, Ponam sedem meam super Aquilonem, & ero similis Altissimo. Eustrathius tam dicit centauros appellatos, à verberandis ventis, quod vana & inania conceperint animo. Tu tecum reputa, quæ vana dæmones conceperint animo. Lxx non fat habuere, centauros nominasse dæmonas, addidit super hæc compositionem dæmon, i. asinum, quod dæmones cum vana illa meditati sunt, redacti sunt in asininitatem stultitiam, vnde bestia appellatur: & Behemoth, Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. i. dæmonibus. Neque enim hanc vocem, onocentaurum, alibi reperias quàm apud Lxx Iudæi qui, ijm, bestias vertit, non discrepant à Lxx, sed Iudæi literæ hæret. Onocentauri enim, dæmones dicuntur, & homines vani, qui seruiunt honoribus, qui ducuntur vanis rerum, quod asinina stultitia verberat auras. Quod vertit D. Hieron. Sirenes: Lxx reddunt, Ericij, quod vox Hebraea (vt intelliges ex onomasticis Hebræis) variè explanatur à Rabinis. In delubris voluptatis: pro, voluptatis, Hebraicè est, oneg. i. voluptatis, sed eadem illa vox, oneg, verbum esse potest, & significat voluptati operam dare: & sic Lxx ediderunt, Nidificabant, nam delubrum, & domum lautam, & splendidam eodem nomine appellant Hebræi.

Onocentaurus.

Onoscelis.

Voluptas multiceps malum, et veluti hydra quedam. Vitiis et peccatis ab idolo latris p. n. minibus colorantur.

THEOD. sic hæc omnia explanat, interpretans enim hæc, Incorporea dæmonum natura est, inquit, solent autem decipere homines, & se illis sistere varijs figuris. Posuit ergo nomina dæmonibus, qualia vulgus agnoscit: onocenturos, veteres nominabant, empusas, nunc appellant, onoscelidas: sirenas dæmones nominat, qui omni voluptatum genere animos hominum demulcent. Itaque, Sirenas accipit Theodor. pro dæmonibus, qui animos hominum incitant ad voluptatem: de quibus lege EVSEB. præparat. euang. lib. 7. cap. 2. qui multiceps malum voluptatem appellat, quæ efficiat hominem animal multiceps, quod plura capita belluarum habeat, quam hydra illa quam fabulantur poetæ, quæ facit hominem, non belluam vnâ sed plures belluas, vnde nata idolatria est. Quid enim aliud colit, qui colit Venerem, quàm libidinem? quid aliud veneratur, qui Priapum colit? quid? qui Adonim? quid? qui Plutum, quàm diuitias, voluptatis ministras? An non eodem spectat Bacchus. i. vinum? non omnis historia deorum, omnia theatra sonant libidines, adulteria? hydra multo peior voluptas est, multiceps enim dixisset, Non vnâ bestiam sed multas. i. obscenas cogitationes, omni bestia ferociores animam nostram lacerare, subiecit, Quare vos obtestor atque obsecro interficiamus hunc draconem, arceamus atroces bestias, mucrone spiritus eas confodiamus, ne nobis dicat propheta: Centauri, ericij, dracones illic tripudiabunt: sunt enim certè homines asinocentauris multo peiores, qui ceu in deserto viuentes calcitrant, & ætatem iuuentæ miserabiliter agant. Nam cum cupidine libidinis vexantur, effrænes saliant, & calcitrant asinocentauris peiores, nulli student rei honestæ, quorum caussam parentes esse ait, qui filios equorum domitores esse docent, vt suas libidines frænent & doment, non docent. Ergo D. Chrysofost. vi-tiosos, & peccatores ericios, asinocenturos, dracones, bestias hoc loco appellari docet. Quæ ex ipso D. Chrysofostomo petes, sed attentè legendus est.

IN ESAIAE CAP. XIII.



Epetenda sunt in hoc caput, quæ dicta sunt in præfatione in cap. superius, sic præsignificari his duobus capitibus, Babylonicam vastitatem, quæ typus est vltimæ mundi vastationis, vt typo admisceatur veritas. i. multa dicatur de vltima mundi vastatione planè & apertè, iuxta canonem præscriptum ab Augustino, Hilario, & Tertull. Cum enim multa sint prædicta de Christi mysterijs & œconomia redemptionis, quod vt docet D. CHRYS. multi dicebāt quorsum Christus sequendus est? qui nullas pollicetur diuitias, nullas opes, non vitam quietā, sed clamat potius: Si quis me sequi volet, tollat crucem suam, & sequatur me. Non enim contenti sunt vita beata & sempiterna, quæ Christus post hanc vitam promittit, quod in hac vita non promittat opes, & diuitias. Post tanta, in quâ, vaticinia mysteriorum Christi, vltimū iudiciū ob oculos ponit, & æternas poenas, vt quos rerum sempiternarum non accendat gloria, poenæ sempiternæ deterreat metus, qui hoc cap. describitur. Vt enim ait EVSEB. præp. euangel. li. 1. c. 1. illis verbis, Quis nunciavit vobis, quod ignis ardet? iuxta versionem Lxx, magna cura nobis iniicitur viuendi rectè, & vitæ futuræ, quom nobis significatur vitam beatam, & sempiternam expectare bonos, & flammis sempiternis arduos malos. Vnde PLATO, opinor in Phedone cum de his rebus multa disputasset, & de animorum immortalitate, subiecit: Quæ cum ita sint, omniū maxima cura esse debet huius rei quæ nā nos sit exceptura sedes post hanc vitam, beatorumne, an eorum quos æternè expectant flammæ. Tamen ego eorum sanctorum patrum sententiam sequendam puto, qui maiorem partem huius cap. ad Christi mysteria videntur referre.

Cur desertur his capitibus vltimum iudicium.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Propè est vt veniat tēpus eius, et dies eius nō elongabuntur: miserebitur enim Dñs Jacob, et eliget adhuc de Israēl, et requiescere eos faciet super humū suā.

Citò veniet & non tardabit, & dies eorum non protrahentur, & miserebitur Dñs Iacob, & eliget adhuc Israēl, & requiescet sup terrā eorū.

DIUUS Hieron. & omnes ferè veteres patres, hunc locum interpretantur de excidio Babylónico, & sensum esse putant, citò futurum hoc excidium regni Babylonici, & reuocandos ex captiuitate Iudæos, & restituendos in suas sedes. Vt nō solum præsignificetur regni Babylonici vastitas, sed prænunciatur prius populum Iuda ducendū captiuū Babylonē, & septuagesimo post anno vastandos Babylonios, & reuocandū ex captiuitate populū Iudæ, quod multis alijs vaticinijs fuit prædictū. Et ideo Pagnin. hoc principiū huius cap. sequutus Iudeorū distinctionē superioris cap. facit clausulam. Et certè hæc sententia videtur legenti obuia prima facie, sed paulò infra hæret D. Hieron. & dubitat quonam modo possint explanari sequentia, & Lxx hæc verba initium fecerunt noui capituli, quod argumentū est aliquid noui his verbis significari, alioqui non malè Iudæi hæc verba clausulam capituli superioris faciunt. Ergo sic quoque possumus explanare hæc verba: Propè est vt veniat tempus eius. i. propè est vt veniat tempus Christi: quod declarant Lxx, qui reddidit, Citò venit, & nō tardabit, quæ est forma receptissima dicendi de aduentu Christi in scriptura, vt diximus in cap. 8. in principio ex Hippolyto episcopo Romano, & ex August. & vt significat EVSEB. demonf. euang. lib. 9. cap. vlti. vbi ait quod Christus nominatur veniens, neq; Hebræa verba repugnant, quæ congruunt mirabiliter cū vaticinijs de Christo, קרוב לבוא, id est, propè est vt veniat, scilicet is, de quo dici solet per excellentiam: venit, scilicet, is, qui expectabatur à sanctis patribus, in sinu Abrahæ, & Iudæis fidelibus, vt diximus ex diuo Ambrosio. ועתה, tempus eius, id est, iam est tempus eius: neque repugnat quod vox Hebræa fœminino genere est, appellatur enim Christus salus: Propè ad est salus mea vt veniat, vt infra dicit hic idem propheta, & sic hoc loco potest significari, Citò venit, salus mea scilicet. Et rursum, Tempus eius. iam est tempus aduentus salutis meæ, quam ego missurus sum Gentibus, & hoc significarunt Lxx seniores, qui reddidit hunc locum paraphrasi facta ex capite secundo Abacuch וחי הוֹשִׁיעוֹתִי, & non tardabit, vt ostenderent idem significari his verbis quod illis, Veniens veniet, & non tardabit, quæ

Canon.

Cur hæc
ferri non
possint ad
captiuitatē
Babyloni-
cam.

verba de aduentu Christi interpretatur Diuus Paulus: & si expendas, & conferas inter se eisdem verbis mutatis tantum temporibus, Lxx. viri hæc vertere, & illa, hoc scripturae canonem, quem diximus, obseruandum in Lxx. senioribus, & in apostolis, & euangelistis, ideo locorum scripturae fieri ex alijs scripturae locis paraphrasim, vt nobis significetur, idem, his & illis significari. Postremo, כְּשֶׁמֶן לֵאמֹר .i. Dies eius non elongabuntur, vt vertit D. Hieron. .i. dies aduentus salutis meæ non tardabunt, vel dies eorum, supple mysteriorum, non protrahentur, supple. Sed dices cum hic de vastitate Babylonica agatur, facilius hæc referri ad vastitatem Babylonicam. Fateor, si paterentur sequentia, sed repugnant, & hæret D. Hieron. & affirmat se non posse referre ad tempora vastitatis Babylonicæ, vt dicemus, & congruunt omnia, si de aduentu Christi interpretemur. Et est scripturae canon præscriptus ab apostolis, & traditus nobis quasi per manus à sanctis patribus, vt diximus ex CLEM. Alexand. scripturam ad lucē euangelicam esse explanandam. Quid vetat ergo, & ad lucem euangelij hunc locum explanare, & ex alijs scripturae locis, quod faciendum docet D. Clemens, vt dictum est in caput superius, & explanare iuxta paraphrasim factam à Lxx. viris, eo modo vt dictum est: vt sit sensus, interituros Babylonicos, vt superiore cap. dictum est, & reuocandos ex captiuitate Iudæos, quia propè est vt veniat Christus, & oportet prius instaurari vrbes Iudææ, celebres esse, & frequentes habitatoribus. Miserebitur enim Dñs Iacob, magna enim misericordia est, misisse redemptorē, et eligit adhuc Israel. .i. reuocaturus est à captiuitate populum suum, & instauraturus vrbes Iudææ, vt eligat sibi populum lectissimum Christianorū, & requiescere faciet eos super humum suam, hoc est, faciet eos tranquillos, vt multiplicentur, & frequentes habitatoribus vrbes fiat. Sic Hebraicè est, vt vertit D. Hieron. Sed Lxx. ex alijs locis scripturae, vbi promittit Dominus ecclesiæ se futurum in medio eius, facta paraphrasi, vertere, Requiescet super terram eorum: tunc enim verè requiescere populum suum facit Dominus, quum in medio eorū habitat, ipse enim est pax, & vera requies, iuxta illud, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & inuenietis requiem animabus vestris. Et antiquissimos patres sic hæc intellexisse iā apparebit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Adiūgetur aduena ad eos, et adharebit domui Iacob, et tenebunt eos populi, et adducent eos in locum suum.

Et aduena apponetur ad eos, & adiūget ad domū Iacob, & accipiet eū gētes, & inducēt in locū eorū.

Hinc locum non inficior posse explanari de Babylonijs, & de Iudæis reuocatis ex captiuitate Babylonica, sed fatetur D. Hieron. vt dicemus repugnare sequentia. De nationibus ergo interpretabimur, quæ venere ad Christū, vt interpretatur TERTULL. aduersus Marcionem lib. 3. cap. 14. nam nationes appellantur profelyti ab Hebræis. Ait ergo Tertull. Esaias ipsos quoque profelytos ait per Christum accessuros ad Deum & nationes, quod sumus nos. Itaque Tertull. putat significari his verbis non solum nationes ad Christum accessuras, sed eos etiam, quos Hebræi profelytos nominabant. Et IVST. aduersus Tryphonem, quanquam profelytos vocari concedat, eos, qui à gentibus circunciderentur, & adscriberentur populo Iudæorum, interpretatur tamen profelytos, pro nationibus, quæ ad Christum venere, Ridiculum, inquiens est, putare vos profelytos semper significare eos, qui adscriberentur Iudæorum populo, & circunciderentur, cum scriptura dicat, profelytorum oculos apertos, & cælesti luce illustratos, vos verò vocet cæcos, & surdos, qui conuenit si in vestro ordine sunt illos illustratos, vos cæcos nominari? vbi corruptè legitur ἀμαρ, & ἁμαρ .i. nos, & nostri, pro ἀμαρ & ἁμαρ vestrum, & vos. Subijcitque, Profelytus ergo non est, qui ad vos accedit, sed qui ad Christum Et magis ridiculi eritis cum fateamini necesse est, prædictum à prophetis dandam legem nationibus, videtis datam, & non recipitis, nec respicitis. Itaque adhærebit domui Iacob, spiritali scilicet. Et AMBR. de vocatione Gentium lib. 2. docet aduenas de nationibus posse explanari, & sic intelligendum illud: Ecce aduenas ad te per me accedent, quod Gentes, quæ te non cognouerunt, inuocabunt te. Et tenebunt eos populi, & adducent eum in locum suum ad apostolos, & prædicatores verbi referri potest, quos accipiebāt gentes & nationes, & adducebant ad se, qua de re multa sunt prophetarū vaticinia. Fateor posse referri ad Iudæos, reuocatos ex captiuitate Babylonica, si sequentia paterentur. Si ad Christū referas, congruunt omnia, & scripturae finis est Christus, & ideo veterū patrū, qui hæc ad Christū referunt, placet sententia.

D. HIE-

A.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et possidebit eos domus Israel super terram Domini in seruos, et ancillas, et erunt capientes eos, qui se caperant, et subijcient exactores suos.

Et possidebunt, & multiplicabuntur super terrā Dei in seruos, & ancillas, & erunt captiui captiuates eos, & subijcientur dominantes eis.

Hic est locus, vbi D. Hieron. hæret, & fatetur, vt illius verbis vtatur, arctari intelligentiā, quomodo possederit Israel in terra Domini victores quondam suos, & subiecerint exactores, seruosq; eos habuerint, & ancillas. Dissoluereq; hunc nodum conatur, nunc huc nunc illuc historiam referens, neq; sibi satisfacit satis. Ergo interpretatio prior de vastitate regni Babylonicæ non cohæret. Interpretatio de Christi aduentu congruit præcedentibus, ideo vastitatem Babylonicam, quoniam instant tempora Christi, & oportet restitui ex captiuitate Babylonicæ in suas vrbes populum Dei, & vrbes Iudææ habitatoribus esse frequentes, & cætera, quæ diximus, quibus mirificè congruunt sequentia: Possidebit eos domus Israel. .i. Israel spiritalis, populus Christi fidelis, possidebit eos populos scilicet, de quib; dixerat, In seruos & ancillas, credentes enim nationes apostolis Domini erant in seruos: & sic sunt possessi in seruos, & in ancillas: vel vt Lxx. sunt interpretati: Hæreditabunt, & multiplicabuntur super terrā Dei in seruos, & ancillas. .i. domus Israel hæreditabit populos hos, Israel inquam, spiritalis. Quænam est alia hæreditas, quàm illa de qua David? Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam: vt disputat I V S T. aduersus Tryph. & vt præ se ferunt Lxx. qui addiderunt de suo verbum illud, Multiplicabuntur: vt sit sensus, populi fideles hæreditabunt, nationes scilicet, & gentes, quæ præcesserant in translatione Lxx. præcesserat enim, Accipient eos Gentes, siue nationes. Hæreditabunt ergo fideles has gentes, & has nationes, quæ eos recepere: & multiplicabuntur super terram Dei, supple hæ nationes multiplicabuntur in ecclesiā, quæ est terra Dei. In seruos, & ancillas apostolorum aut Christi. Dic quæso? In captiuitate Babylonica, quas nationes, quos populos, quas gētes audis multiplicatas aut possessas in Iudæa in seruos, & in ancillas? quod aliquot ex Babylonijs sequuti fuerint Iudæos, dices populos & nationes sequutas populum Iudæorū non cohæret. Deinde: Et erunt capientes eos, qui se caperant, & subijcient exactores suos. Hic multo magis arctatur intelligentiā (vt verbo D. Hieron. vtatur) quando factum reperies si ad captiuitatem Babylonicam referas, vt Iudæi captiuos duxerint Babylonicos aut Aegyptios, aut Assyrios, aut cæteros, qui olim Iudæos duxerant captiuos? quando factum est, vt Iudæi his nationibus fuerint dominati? quæ nationes illis dominabantur? Si vni aut alteri diceres, ferendum aliquo pacto erat, multos enim Babylonicos duxere secum in seruos, & ancillas Iudæi ex captiuitate. At hic non de aliquo numero Babylonicorum fermo est, sed de populis, & nationibus, & in vniuersum dicitur: Erunt captiuantes eos, qui se caperant, de Christi aduentu hoc est verissimum. Nam Dominus per Hieremiam cap. 16. Mittet multos piscatores, & multos venatores, qui venentur super omnem montem, & super omnem collem, quem locum interpretans AMBR. in psal. 118. ferm. 6. in illa verba: Et veniet super me misericordia tua, venatores Petrum, & Paulum appellat, & interpretatur venatores eos qui inuestigant illos, qui capiuntur ad vitam: idem enim sunt venatores, piscatores, melliores. An non apostolorum captura, & venatio fuit vniuersus orbis? venatores illi, & piscatores non dominantur nationibus? Non capere nationes ad vitam, vt docet Ambrosius? Quid planius? quid apertius? cum hoc sensu non arctetur nostra intelligentiā.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Dñs à labore tuo, et à confusione tua, et à seruitute dura, qua ante seruisisti. Sumes parabolam istam, contraregem Babylonis, et dices: Quomodo cessauit exactor, qui uenit tributum?

Et erit die illa, Releuabit Dñs te à dolore, & ira tua, & seruitute tua qua seruisisti eis, & fumes plantū hunc super regem Babylonis: & dices in die illa, Quomodo cessauit exactor, & cessauit sollicitator?

V 3 Hæc

HAEC seruitus dura qua liberatus hic populus dicitur, illa est, cuius typus erat seruitus Babylonica, & qua liberati sumus Christi morte, vt interpretatur D. Athanas. lib. vno de pass. & cruce Dñi his verbis, Postq̄ tu Dñe ab illo extorsisti chirographū quod erat cōtra nos, idq; affixisti cruci, omnes sathanæ insultant dicentes, Quomodo cohibitus est exactor? coërcitus est ille, qui instabat? Quæ paucula Athanas. verba totum hunc locum explanant. Nā erit in die illa, cū requiē dederit tibi Dñs à labore tuo, à confusione tua, &c. vel cū releuabit Dominus te. i. cū te redemerit, & cū cessare fecerit te à labore tuo, vel ab ira tua, aut vt vertit D. Hier. à confusione tua, quod posses vertere à timore tuo, redemptū à peccatis. s. iuxta illud, Confidite, qm̄ vici mundum, & à seruitute dura, qua seruiuisti sathanæ, quæ omnia paucis verbis dixit Athanas. Postquam tu Dñe extorsisti à dæmone chirographum, quod erat contra nos, idq; affixisti cruci, omnes dæmoni insultant. i. completa est illa prophetia Esaiæ: Summes parabolam istam contra regem Babylonis, nam si Babylon mundus hic dicitur à D. Ioanne in Apocalypsi centies, vtdictum est in caput superius, rex Babylonis idem erit, quod princeps mundi huius: & non solum sic intellexit Athanasius hoc loco, sed R. E. M. I. G. Altifidorens. sic interpretatur hunc locum in Zachariæ cap. 9. Explanat enim de diabolo, qui eiectus est foras. Completam ergo significat Athanas. hanc prophetiam, quando princeps mundi huius eiectus est foras. Hunc intellectum spiritalem dicent quidam: nihil enim patiuntur per metaphorā, aut allegoriā dici in sacris literis, quod in interpretādo, vel tenuissimo poëta ferri nō potest, vt allegorie, aut schemati nullus sit locus, qua de re suprā plurib⁹ disputatū est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Contriuuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium.

Contriuuit Dominus iugum peccatorum, iugum principum.

LXX viri explanant hunc locū vt Athanas. Potuere enim apertius interpretari de passione Domini, quam cū vertere, Contriuuit Dominus iugum peccatorum? an non contritū est iugum peccatorū passione Dñi? & non hoc idem erat iugū principum huius mundi, principū tenebrarum super omnes filios Adam. Erit igitur interpretatio Lxx viroꝝ pro cōmentario tralationi D. Hieron. Contriuuit Dominus baculum impiorum dæmonum, virgam dominantium principum tenebrarum. Vtraque tralatio tamen congruit cum lectione Hebræa. De iugo quod est super filios Adam, AVGVVS. contra Iulianum Pelagianum lib. 4. non valde longè à principio. Et contra Pelagianos hypognost. lib. 5. etiam in principio.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cadentem populos indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter.

Percutiens gentem plaga insanabili, percutiens gentem plaga furoris, quæ non pepercit.

Iuxta interpretationem Lxx sic enodabimus tralationem D. Hieron. Contriuuit Dñs virgā dominantium, virgam principum tenebrarum, cadentem populos indignatione. i. quæ virga principum tenebrarū læuiebat in populos, & in nationes, plaga insanabili, plaga mortis æternæ. Subijciētem gentes, quæ dominabatur gentibus, in furore, odio acri, quodd aduersarius noster vt leo rugiens persequitur omnes nationes, vt laniet & laceret. Tamen Lxx longè secus hunc locum videntur intellexisse, cū enim vertissent, Contriuuit Dominus iugum peccatorum: subiecere, Percutiens gentem furore. i. delens Iudæos armis Romanorum, plaga insanabili (nunquam enim instaurabuntur vrbes Iudææ) & percutiens gentē (Iudæorum. s.) plaga furoris qua non pepercit. i. delens Iudæos, & reliquias dispergens toto orbe, nunquam eas liberaturus captiuitate, vt sit vaticiniū Christi passionis qua redemit genus humanū, & vastitatis Hierosolymorū post Christi crucē. Sic em̄ hæc erunt interpretanda conueniēter superioribus iuxta interpretationē Athanas. & Remigij. Et lectio Hebræa vtriq; tralationi congruit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Conquieuit, & siluit omnis terra, gauisa est, & exultauit: abietes quoque læta sunt super te, & cedri Libani.

Requieuit cōfidenter omnis terra, clamat cum lætitia, & ligna Libani gauisa sunt sup te, & cedrus Libani.

Quodd

AQ Vodd D. Hierony. reddidit: Conquieuit, & siluit: Lxx dixere, Requieuit confidenter, siue quodd sententiam reddiderint: siue quod pro; cōquieuit, Hebraicè est נחם, quod verbū potest esse, & nomen, vt Hester. 2. נחם. Neq; est cur Iudæi dicant, נחם, esse nominis constitutum, cū Lxx pro articulo accēpisse videantur, quod est verosimilius. Notat tamen Hebrai semel tantum reperiri Hebraicè hanc vocē nomē esse. Quodd si dicas oportere esse cum נחם, tūc articulus est, & est multò dārius, quodd נחם; verbum faciunt pro requiescere. Sed fat est sic accepisse D. Hieron. Quodd ergo D. Hieron. reddidit, Conquieuit, & siluit: Lxx reddidisse videntur, Cum quiete requieuit: edidere enim, requieuit confidenter, vt sit, Requieuit confidens omnis terra, redempta à Dño scilicet. Quodd D. Hieron. reddidit, Gauisus est, & exultauit, Hebraicè est נחם ונחם. i. cecinerunt laudem: pro quo D. Hieron. sententiā vertit. Lxx etiam, pro; braicè est נחם ונחם. i. cecinerunt laudem: Clamat cum lætitia, vel iubilat cum laude, vt sit totum, Requieuit credens omnis populus, clamat, vel iubilat cum laude, & gratias agit Dño. ob redemptionem, & cantat Dño canticum nouū. Deindē, Abietes quoq; lætate sunt super te, & cedri Libani, quod conuenienter Hebræe lectioni reddidit D. Hieron. Lxx edidere, Et ligna Libani, eodem intellectu, reddunt enim sententiam. Nam ligna, & arbores appellari in scriptura, euangelistas, & apostolos, & reliquos homines, docet: R. I. G. in cap. 15. Exod. homil. 6. in fine. Et in cap. 6. Genes. homil. 2. qua de realibi dicendum est latius.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos.

Ex quo dormiisti, nō ascendit qui succidat nos.

Centies hoc cap. D. Hieron. in cōment. ar. fatetur se hærere, & dubitare, ac suam intelligentiā arctari, dum sequitur historiā vastitatis Babylonica, quod multa non cohæreāt. Adhibe tu canonem, quē præscribit HILAR. in psal. 69. addita quædam esse ab spiritu sancto scripturæ sacræ, ne, quæ de Christo dicebantur, ad terrena referri possent. Et illa omnia, quæ D. Hieron. arctant intelligentiam: & quæ D. Hieron. ad vastitatem Babylonicam referre conatur, & confitetur non posse cohærere, huius notæ esse putato: & addita multa ab spiritu sancto esse intelligito, ne quæ de Christi temporibus dicta sunt, ad terrena referantur. Neq; in his historiā Babylonicam esse putemus, sed euangelicam. Huius notæ est hic locus. Quid enim? postquam concidit Babylonis rex, nemo arbores succidit? nemo bello Iudæos afflixit? nemo Iudæos duxit captiuos? vbi ergo Antigonus? vbi Aegyptij reges? qui toties post euerfam Babylonem concidere Iudæos, & captiuos duxere? Quid? quod ATHAN. inquit de incarnatione verbi lib. vno interpretas illud, Antequam sciret puer vocare patrē aut matrē, &c. Quandiu stetit illa Hierusalem, bellum ei perpetuum fuit, omnes pugnarunt contra illam, & cetera quæ adiecit in hanc sententiam. Faciēmusne mendaceis prophetias vt nobis aduersumur? Quāto fatius est si dicamus conuenienter superioribus, ex quo victus est princeps mundi huius, portas inferi non præualituras aduersus ecclesiam? Nequē si quis sensus est spiritualis, continud non est historicus, siquidem scriptura spiritualis est, vbi innumera sine enigmate, sine figura, sine vlla circuitione dicuntur spiritualia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Infernus subter te cōturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Oēs principes terræ surrexerunt de solijs suis: omnes principes nationū, vniuersi respōdebunt, et dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut et nos? nostri similis effectus es? detracta est ad inferos superbia tua? concidit cadauer tuum? subter te sternetur tinea? et operimentum tuum erunt vermes?

Infernus subter iritatus est, occurrens tibi: consurrexerunt tibi oēs gigantes, qui dominati sunt terræ, qui suscitauerunt de sedibus suis omnes reges gentium: vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu captus es sicut & nos? in nobis autem reputatus es? descēdit ad inferos gloria tua, multa lætitia tua? subter te sternet tinea & operimentū tuū vermis?

V 4 EVSEB.

Canonem hunc Hilar. vij adnotat. Hæret Hieron. si hæc referas ad Babylonē.

Mēdacem fieri scripturam, si non interpretere de Christo.

EVSEBIVS Cæsariensis demonstrationis euangel. libr. 10. cap. postremo, interpretatur A hunc locum de Christo passio, & ait significari principatus, & potestates tenebrarum, quæ versantur in hoc aëre: & ipsos qui torquentur in tartaro accurrisse ad Christum mortuū, & passum, & circumfisse eius corpus sanctissimum, iuxta illud: Tauri pingues circumdederunt me, aperuerunt aduersus me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Animam enim Christi humanam, & alij similem esse putabant, & plus nihil. Et aperuerunt os suum, tenebrarum principes, aduersum illam, tanquam illam deuoraturi, vt alias hominū animas. Ergo de Christo passio dictum putat Euseb. Infernus subter te conturbatus est in occursum aduentus tui, o Christe. Suscitauit tibi Gigantes. i. omnis coetus inferorum, & dæmonum paratus erat, & congregatus in tuum aduentum, & insultabant tibi quod mortuus esses, & ad inferos descenderes, qui tanta gloria eras, & corrupendum esset corpus tuum sicut cætera cadauera. Putabant eradicatū te esse à terra viuentiū, cum genus humanū redemisti, cum passus es, & mortuus, & sepultus, quod illis longè secus accidit. Nā qui tibi insultabāt principes tenebrarum, illa ipsa tua sacratissima morte triumphati sunt, vt ait D. Paulus. Veteres ergo, vt ex his locis quæ interpretantur liquet, hæc omnia non ad vastitatem Babylonicam, sed ad œconomiam redemptionis referrebant, neque sensu allegorico, sed literali, quam litera ipsa prophetæ clarè sonet. ORIGEN in Matth. tract. 9. interpretans illa verba, Multi erunt primi nouissimi: hæc ad sathanam refert his verbis, Primus fuit, quando incedebat immaculatus, donec iniquitas inueniretur in eo, & factus est in infernum descendens nouissimus, vt admirentur videntes eum, & dicant: & tu contemptus es sicut & nos? in nobis existimatus es? descendit ad inferos honor tuus, & multa gloria tua? A THAN. in lib. de passione & cruce Domini: Subter sathanam sternitur putredo, iamq; nullus metuit draconem, sed te, ac per te patrem adorant. Et supra eodem opere, quasi interpretans: Concidit cadauer tuum. Qui norant diaboli confidentiam, atque ingentis insidias, nunc cum eum viderent mortuum, passione Christi, scilicet, quasi admirantes dicebant. Quod ergo D. Hieron. vertit, Infernus subter te conturbatus est, quasi dicat, stagnum sulphuris contremuisse, postquam draconem in se coniectum vidit: Lxx reddidit, Infernus subter te irritatus est: quod verbum Hebræum vtrunque significat נָגַד .i. turbor, & irascor, & commoueor. Iratus est ergo infernus aduersum te, quod genus hominum tu deceperis. Et hoc si ad sathanam referas, si verò sequaris Euseb. & ad Christum referendum putas, Infernus conturbatus est subter te. i. conturbati sunt inferi tempore aduentus tui, & ita insultabant tibi & mortuam, vt opponerent tibi omnes gigantes inferorum, & omnes dæmonum exercitus, vt sic insultarent, vt sibi vehementer timerent, & cauerent, & resistere tibi essent parati, si vim faceres. Quod D. Hieron. vertit, Surrexerunt de solijs suis, Hebraicè est הָקִים, & ideo Lxx reddidit, Surgere fecerunt de sedibus suis, vel surgere fecit infernus: Pro, vulneratus es? reddiderunt Lxx captus es: pro, Nostri similis effectus es: dixerunt: In nobis reputatus es. Quæ verba Nabuchodonosori conuenire nullo modo poterant: Quomodo reges, & principes terræ qui Nabuchodonosore potentiores fuerant, mirarentur Nabuchodonosorem eodem ordine habitum, quo ipsi essent? mirarentur potius si non mortuus esset vt ipsi, & si non in eadem mala venisset, in quæ ipsi deciderant. Detracta est ad inferos superbia, seu gloria tua? illa, inquam, qua te pro Deo colui fecisti, o sathan: & quomodo se colui fecerit pro Deo, lege apud EVSEB. libr. 4. demonstrationis euangelicæ cap. 9. Si verò ad mortem Christi, quo refert Euseb. libr. 10. cap. vltimo. Insultatio est dæmonum, & aëriarum potestatum Christo mortuo: quomodo detracta est ad inferos gloria tua, qua euebas tot miracula, tot signa? omnes enim in Christi morte scandalizati sunt, & dæmones admirati. Concidit cadauer tuum? pro, cadauere: Lxx seniores reddunt, Lætitia tua: verbum Hebræum vtrunque significat, nam נָבַל, cadauer est, à נָבַל .i. cado, & נָבַל, nablum, chorus tympanus, & dæmon toto orbe celebratur musicis instrumentis, tympanis, choris, & mirantur, quod tanta gloria data sit in stagnum sulphuris, si ad sathanam referas. Sin autem referres ad Christum passum mirantur, & insultant dæmones, quod הָקִים, sonitus, hoc etiam significat vox illa Hebræa נָבַל, nablum. i. voces illæ puerorum clamantium, Osanna in excelsis: & triumphus ille quo ingressus est Dominus Hierosolyma, descenderit ad inferos. Putabant enim, inquit EVSEB. similem esse nostri, neque quicquam plus, & retinendum esse apud inferos.

D. HIE-

A D. HIERONIMVS

LXX VIRI.

Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terrā, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, In cælum ascēdam, supra astra Dei exaltabo solium meum, et sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Ascendam supra altitudinem nubium, similis ero altissimo.

Quomodo cecidit de celo Lucifer manè exoriens? contritus es in terra, qui mittebas ad oēs gētes? tu autē dixisti in corde tuo, In cælū ascēdā, supra astra cæli ponā solium meū, sedebo in monte sublimi supra montes excelsos qui sunt ad aquilonē, ascēdā sup̄ nubes, ero similis altissimo.

B Iuus HIERON. in comment. negat Hebraicè esse, Lucifer qui manè oriebaris: sed pro Deo legit, Vlula fili diluculi, vt sit totum, Quomodo cecidisti de celo, vlula fili diluculi? Multa in commentarijs D. Hieron. esse arbitror adulterina, eaque ab inepto lectore margini adscripta: pro glossæ in scripta D. Hieron. irrepsisse postea, quod factum apparet in commentarijs doctissimorum virorum antiquorum, vt ineptorum glossulæ adscriptæ margini, cum omnia manu scripta essent, in excellentium virorum irrepsissent commentaria. Quod sine dubio factū hoc loco est, vt nescio quis margini commentariorū D. Hieron. scripserit, hæc malè esse versa in editione vulgata, cum lectio Hebræa sit.

Id est, Quomodo cecidisti Lucifer filius auroræ? auroræ filius Lucifer è celo cecidisti Quomodo Pro hoc postremo, Filius auroræ, D. Hieron. & Lxx. *אֵיךְ נָפַל בֶּן שָׁחַר הַלֵּל בְּשָׁמַיִם הַיְלָל* viri sequuti sententiam, reddidit: Qui manè oriebaris, nec verbum הַלֵּל, potest significare vlulare, sed lucere, splendere, illuminare, vnde הַלֵּל, stella matutina, vt aiunt Rabini: sed error est natus ex vocis similitudine, nam הַלֵּל, vlulare est, ergo vulgata editio D. Hieron. & tralatio Lxx virorum ad verbum reddidit lectionem Hebræam, excepto, quod pro, Filio auroræ, reddidit, Qui manè oriebaris, quod idem sit.

C AVGVST. de doctrina Christiana lib. 3. cap. 37. cum septimam Ticonij regulam explicat, hunc locum interpretatur de diabolo & eius corpore. Est enim diabolus caput impiorum qui sunt quodammodo eius corpus, ituri cum illo in supplicium æterni ignis, sicut Christus caput est ecclesiæ, quæ est corpus eius futurum cum illo in regno: sicut ergo in prima regula quam vocat, inquit, de Domino & eius corpore intelligendum est, cum de vna eademq; persona scriptura loquitur, quid conueniat capiti, quid corpori, sic intelligendum est cum de diabolo loquitur, quid de ipso, quid de eius corpore debeat intelligi: vt illud, Quomodo cecidit de celo Lucifer, & cætera quæ sub figura regis Babylonis de diabolo sunt intelligenda. De ciuitate Dei lib. 11. cap. 15. paucis verbis multa dubia proponit de intellectu huius loci, & diluit omnia, si attentè discutias singula: multa quoque in hunc locum dicit de Genesi ad litteram lib. 11. cap. 24. Et de mirabilibus sacræ scripturæ lib. 1. cap. 2. D. HIER. hæc quoque de dæmone dicta putat sub figura regis Babylonis: quam sententiam sequuntur multi ex sanctis patribus. Mihi, quod cum bona venia sit dictum, tantorum diuorum, hæc sententia non probatur. Nam **D** primum omnium largiamur, quod impossibile esse supra ostendimus, superiora huius capitis de rege Babylonio esse prædicta, missam faciamus regulam scripturæ quam explanauit in præfatione in cap. 13. veritatem misceri typo; qua liquet etiam si hoc capite vsque adhuc de rege Babylonio sermo fuisset quod ipsa verborum series non patitur, vt confitetur D. Hieronymus, tamen sine figura vlla verba fieri posse de veritate, hoc est, de sathana, cuius typus erat rex Babylonis, quod in illa regula Ticonij sensit AVGVST. Mitto hæc omnia, de quibus in illa præfatione satis superque diximus: Quid? non vtitatissimum est etiam apud Poetas & Oratores & in quotidiano sermone, quum aliquem arrogantiam arguas, aut quouis nomine reprehendas exemplis quoque obiurgare, non sic ille perijt? non sic ille est infamatus? aut quomodo perijt ille, vel ille? quomodo ille est infamatus? non sic apud Maronem illa, cum sermonem instituisset de Aenea, & repudiaret generum, medio sermone intermiscuit? An non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor, Lædæamq; Helenam, Troianas vexit ad vrbes? quibus verbis illa Aeneæ perfidiam, Paradis exéplo arguit. Qui minus hoc loco si sermo esset

V 5 maximè,

maxime vsque adhuc de rege Babylonio, eius arrogantia & insolentia argui posset exemplo A
 Satana? an non in quotidiano sermone arrogantiam & superbiam eorum quos castigamus sic
 retundimus? quæ res Satana? caelo deiicit, qui veluti Lucifer caelo lucebat? Quin, excurrere so
 lemus in ipsam historiam & eam narramus, quo magis reprehensio, & exemplum, in eorum
 quos obiurgamus, pectora descendat. Sed, quid? quod vsque adhuc toto hoc capite non de
 Babylonio rege, vt ostendimus ex autoritate veterum, & ex ipsis prophete verbis sermo est,
 sed de Christo & demone à Christo triumphato? vt cadat optime nihil hic de Babylonio re
 ge esse dictum, sed planè & aperte de Satana, sine figura sine vlla circuitiõne sine enigmate vl
 lo. Quare placet magis, quod ORIG. periarcho lib. 3. cap. 2. ait, vbi negat hæc posse intelligi
 de rege Babylonio: Quomodo possibile est, inquit, in Esaiâ intelligere de homine dicta esse,
 quæ illic dicuntur? nec enim homo est qui dicitur, cecidisse de caelo, vel fuisse Lucifer, vel
 qui dicitur manè exoriri: & semper Origenes in hac est sententia vt de dracone hæc dicta pu
 tet, vt Periarc. lib. 1. c. 5. & in Numer. cap. 19. homel. 9. & in c. 21. Numer. homil. 10. & in c. 10. ad
 Rom. lib. 8. vbi mirabiliter hunc locum explanat, si attente legas, & ATHAN. de passione &
 cruce Dni lib. 1. & AMB. in Psal. 118. serm. 3. in illa verba, Increpasti superbos: & in eundem Psal.
 ferm. 16. in illa verba, Suscipe seruum tuum in bonum. & TERT. aduersus Marc. lib. 5. c. de epist.
 ad Laodiceos, & EVSEB. demonst. euangel. li. 4. ic. 9. & BPROSP. in dimidio temporis cap. 1.
 & 2. CYPRIAN. epistolarum lib. 1. epist. 3. Contritus es, qui mittebas ad omnes gentes. AVG.
 hæc de doctrina Christiana li. 3. c. 37. diabolo congruere ait & eius mēbris, mittit enim diabo
 lus ad omnes gentes angelos suos malos, & homines malos, qui omnia turbent. Et membris
 congruit vbi non ipse conteritur diabolus, nisi quia ipse est in corpore suo quod contritum
 fit vt puluis, quem projicit ventus à facie terre. Pro, contritus es, D. Hieron. legit, Corruisti in
 in terram, ducta metaphora à vase fictili quod dum caderet contritum est: Verbum Hebræum
 שָׁבַר, est vi auellere & excindere, & magna vi trahere, nam cadens Sathan traxit magnam vim
 stellarum. Mittebas ad omnes gentes: D. Hieron. dixit, Vulnerabas omnes gentes, Hebræi
 cè est, Infirmabas, debilitabas: quæ omnia eodem spectant, eò enim mittebat angelos, vt vul
 neraret omnes gentes, vt fauciaret, illas debilitaret, & orbaret luminibus, quibus cælestia vide
 bant. Quæ sequuntur plana sunt: In cælum ascendam, supra astra exaltabo folium meum. Se
 debo in monte sublimi, dixit D. Hieronymus. Se debo in monte testamenti: Hebræicè est, moed,
 quam vocem Rabbi David vertit, In monte sanctuarij, hoc est in sublimi cæli loco, vbi sedes
 Dei est, in Dei sanctuario, illic enim vel à philosophis sedes Dei locatur, vt ab Aristot. lib. 1. de
 cælo, & lib. 2. apertius. Super latera aquilonis: quæ sublimior cæli pars est: quæ omnia optimè
 vertit D. Hieronymus, licet Iudaizantes puncto, vel obelo lectionem Hebræam confodiant.
 Quidquid enim D. Hieron. non vertit vt Iudæi, puncto signant, quasi dicant expungendum o
 belo, aliterque interpretandum. Latera ergo aquilonis sunt editiora loca cæli vt Aristote
 les ait lib. 1. de cælo, & alijs locis, & Plato in Phædro. Et sedem Dei esse putant Iudaizantes, re
 cte quidem, sententiam tamen Iudæorum sequuntur, quam ridet D. Hieron. in commentarijs.
 Iudæi enim se astra vocari putant, referente D. Hieron. & montem testamenti templum, vt Na
 bucdonosor dixerit se confessurum in monte Sion, & in lateribus Aquilonis. i. in Hierusalē,
 vt ibi adoraretur pro Deo, quasi Nabucdonosor hoc petierit vnquã se coli pro Deo à Iudæis
 aut quasi sedē regni locarit Hierosolymis, aut coli pro Deo voluerit in templo Domini, quæ
 omnia ferro ignique deleuit, & Iudæos omnes duxit captos ad regna Babylonica. Sed Iudæi
 zantibus innutritis rabinorum lectione, & Iudæorum commentarijs, non sanctorum libris,
 nulla alia salua placet, quam ea, quam à primo gustauerunt. Vndè Plato crebrò monet vt
 etiam atque etiam cogitet quilibet quos legat libros, quas discat disciplinas, futurum enim
 vt si bonis assuescat placeant bona, mala sciteant, contrà verò si assuescat malis mala placeant
 sciteant bona. Quanto ergo cõuenit magis vt hic sathan, quæ prius velut Luciferū esse, dixerat
 inter angelos, qui oritur manè de cælo decidisse dicatur, quæ supra omnes angelos, quos astra
 vocat, positurū se sedes putarit? & se adorandum pro Deo in monte testamenti hoc est in Dei
 ecclesia sit arbitratus & crediderit sessurum se in summo cæli loco, quæ sedes Dei est? quod e
 tiã nũc molitur, & futurū putat, vt in ecclesia sedeat, quæ est cõgregatio regni cælestis (quæ ipse
 à Deo parat abducere) & dominari super astra, & supra eos qui imaginē Dei preferunt & ascen
 surū supra nubem. i. superaturū sanctos Dei, qui nubes dicuntur in scriptura, cui simile illud Iob
 apud quæ putat Iordanē descēsurū in os suū, id est, deuoraturū oēs tinctos sacro baptisate.
 D. HIER.

Iudæorum
 fabulæ.
 Iudæizanti
 bus sola Iu
 dæorum sa
 lua placet

A

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Veruntamē ad infernum detraheris
 in profundum lacu, qui te viderint ad
 te inclinabuntur, teque prospicient: nũ
 quid iste est vir qui turbauit terram?
 qui concussit regna? qui posuit orbem
 desertum, & vrbes eius destruxit, &
 vincit eius non aperuit carcerem?*

Nunc autem in infernum descen
 des, & in fundamēta terræ, vidētes
 te admirabuntur super te, & dicēt:
 hic homo qui cõturbabat terram,
 qui concussit reges, qui posuit orbē
 terrę desertū, qui ciuitates eius de
 struxit, & existentes in vinculo, vel
 in captiuitate non soluit.

Hæc quoque D. CYPRIAN. lib. 1. Epi
 stolarum Epistola 3. de demone interpretatur. & Beatus P R O S P. in dimidio temporis

B

cap. 3. Quod fuerit præcipitatus Diabolus in stagnum sulphuris. & alia quæ eodem cap. leges.
 & citat illud Apocal. 12. quo expressus pene hic locus totus est. Proiectus est cælo. i. draco il
 le magnus, ille serpens antiquus, qui vocatus diabolus & Sathanas, qui seducit totū orbem ter
 ræ, nam verbo illo vno: qui seducit totum orbem terræ, expressit D. Ioannes hæc omnia ver
 ba Esaiæ qui turbauit terram, concussit regna, posuit orbem desertum gratia Dei. f. & vrbes
 eius destruxit abducendo à Deo, Vincit eius non aperuit carcerem, abduxit enim mortales in
 sempiterna vincla & in sempiternas pœnas. EVSEB. Cæs. hunc locum explanat, demonst
 rationis euangelicæ lib. 4. cap. 9. qui insolentiæ demonis pœnas hic describi putat, quod mina
 retur se deprædaturum totum orbem, concussurum totum hominum genus, mutaturum ex
 bono ordine ad malum, quod fecit inescans homines in omnibus illecebris vitiorum, & per
 trahens ad omnia scclera, & flagitia sædissimis fabulis de Dijs, & narrationibus impudenti
 sime rerum impudētissimarum fecit quod erat minatus, vt omnia perderet, omnia subuerte
 ret falsorum Deorum cultu, vicijs, libidinibus, flagitijs. Lxx quod D. Hieron. reddidit in pro
 fundum lacu, verterunt, in fundamenta terræ, vt inferos declararent esse in imo terrę. Qui te vi
 derint ad te inclinabuntur, dixere: Videntes te admirabuntur super te quia *וַיִּשְׁׁ*, est etiã aspi
 cere cum admiratione. Itaque lectio Hebræa poterat verti ad verbum: videntes, te aspicient
 cum admiratione: te contemplantur. Pro his omnibus edidit Lxx qui sententiã reddunt.
 Videntes te admirabuntur super te.

C

Videntes te admirabuntur super te quia *וַיִּשְׁׁ*, est etiã aspi
 cere cum admiratione. Itaque lectio Hebræa poterat verti ad verbum: videntes, te aspicient
 cum admiratione: te contemplantur. Pro his omnibus edidit Lxx qui sententiã reddunt.
 Videntes te admirabuntur super te.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

*Omnes reges gentium vniuersi dormie
 runt in gloria, vir in domo sua, tu autē
 proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps
 inutilis, pollutus & obvolutus cum his
 qui interfecti sunt gladio, & descende
 rit ad fundamēt a lacu, quasi cadaver
 putridum, non habebis consortium ne
 que cum eis in sepultura.*

Omnes reges gentium dormierūt
 in honore, tu autem proiectus eris
 in montibus, sicut mortuus abomi
 nabilis, cum multis mortuis confos
 sis gladio descenditibus ad infe
 ros, quemadmodum vestimētum
 in sanguine mistum non erit mun
 dum, sic nec tu eris mundus.

D

Diuus HIERON. ad Babylonicã vastitatē hæc refert quemadmodum superiora: sed
 hic quoque, vt supra, fatetur se hæere. Et certè ex hoc loco posset videri propheta ad hi
 storiã rediisse, si obiectionibus D. Hiero. respondere possemus. Iudæi narrat fabulas anileis,
 Aiunt, referente D. Hieron. sensum huius loci esse, omnes reges gentium sepulti sunt cum ho
 nore, humatus tumulo exturbabere à filio tuo, & trahere pedibus per Babylone, vt fides fiat
 populis, te perisse iam læto malo, neque rediturum in regnum rursus, vt cum efferatus ver
 satus es inter bestias agri, & tandem septimo post anno in regnum redisti, vt sit vaticinium,
 Nabucdonosorem exturbandum tumulo à filio, & obijciendum pabulum feris. Hæc Iudæi:
 Sed multa obijcit D. Hier. quæ huic sententiæ repugnāt, quæ apud ipsum D. leges. Quomodo
 enim cohæreat illud, præter ea quæ D. Hieron. repugnare sententiæ Iudæorum docet? vt Na
 bucdonosor

bucdonosor proiectus de sepulchro dicatur, cum ijs qui interfecti sunt gladio? An omnes in A terfectos gladio cum patre Nabucdonosore tumulo exturbat filius? Merito ergo hæc sententia D. Hieron. suspecta est. Magis ad regem Balthasarem hæc referenda esse videbantur, qui superatus à Dario Medo cum alijs multis interfectis inhumatus iacuit. Sed rursus quomodo cohæreat illud? Quasi cadaver putridum non habebis consortium cum eis in sepultura. Aut enim omnes inhumati iacuerunt, aut vnde scimus reliquos esse mandatos tumulo, Balthasarem inhumatum iacuisse? Sed multo melius D. Hierony. refellit hæc in commentarijs. Placet magis sententia B. PR. OSP. in dimidio temporis cap. 3. qui illud. Proiectus es de sepulchro tuo, de sathana dictum putat. Quam sententiam si sequamur, sic hæc omnia interpretabimur, vt reges intelligamus sanctos, & bonos, qui genus electum, regale sacerdotium dicuntur à D. Petro. Nam & boni à Plat. in polit. & li. i. de legib. & alijs locis plurimis in lib. de rep. & in Philebo, reges dicuntur quod sibi dominantur, & se vincant. reges ergo id est sancti in quibus regnat ratio, & mēs, dormierunt in gloria. i. sepulti sunt cum summa gloria vnusquisque in domo sua, quia preciosa mors sanctorum in conspectu Dei, & vt Plato lib. de legib. 8. ait, Sanctis bonorum maximum mors est. Sed hæc ridet Iudaizantes, fortasse credunt philosophorum libros altiorum habere intellectum, quam libros sacros, quæ quorundam est stultitia, & amētia. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo. i. hoc tibi saltē non contingit, vt morerere & sepelirere. Sed proiectus es quasi stirps abominabilis, sic etiam vertit Pagninus, neque est cur Iudæi toties obelo signent lectionem Hebræam, quasi malè reddita à D. Hieron. quasi stirps inutilis, quæ in ignem conijcitur, sic tu mitteris in stagnum sulphuris, pollutus, & obuolutus cum ijs, qui interfecti sunt gladio. Hebræa lectio reddi potest, Vestitus iugulatis interfectis gladio, qui descenderunt ad fundamenta lacu, quæ lectio conuenit soli Sathanæ, qui est draco ille Nili apud Aegyptum cuius squamis adhærent pisces aquarum Nili, vnde dæmon vestitus illis piscibus. i. malis dicitur optimè, qui dicitur draco aquarum fluminis Aegypti. i. hominum mundanorum cuius squammis adhærent pisces, cuius corpori concorporantur mali, vnde caput maiorum dicitur, & hoc loco vestitus iugulatis. i. omnibus damnatis quorum caput est, nisi dixerit Iudæus draconem illum apud Ezechielem aquarum Nili, Draconem esse aliquem cuius squamis concorporentur pisces Nili. Nā hoc solent facere Iudæi vt prophetias in fabulas commutent, & mendacia, vt monent veteres patres. Ergo quasi stirps inutilis mitteris in stagnum sulphuris vestitus omnibus malis, & inuolutus, quasi cadaver putridum, vt hic apponenda sit distinctio (sic enim Hebræicè distinctum est). Tralatio Lxx hoc loco nō placet, videtur supposititia, & adulterina. Non habebis consortium cum eis, neque in sepultura, i. non habebis quod reges terre (hoc est sancti) habuere, quorum corpus sepultum est, & sine sensu manebit vsq; ad resurrectionem, neque hoc saltem continget tibi, vt moriaris sine sensu, & sis sepultus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti, nō vocabitur in æternum semē pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum, non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum.

Quia terram meam perdidisti, populum meum occidisti, non manebis in æternum tempus. Semen malum, præpara filios tuos vt occidantur pro peccatis patris eorum, ne resurgant, & hæreditēt terram, & impleant terram bellis.

Adem est sententia, quam superioris prophetiæ esse diximus. Nam hic locus est, quæ D. Hieron. negat posse conuenire Nabucdonosori: tu terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti: Sic enim præfert Hebræa lectio, nisi intelligas de terra Iudæorum, quam iam suam fecerat, sed hoc durum est nimis. Sathanæ conuenit hæc oratio, terra enim dicitur ciuis Diaboli iuxta illud: terram comedes. i. terrenos homines, tu ergo terram tuam disperdidisti. i. terrenos homines, & populum omnem, cuius caput es, aut vt est appud Lxx (si modo illorum tralatio est, & non adulterina): Terram meam perdidisti, & populum meum occidisti, quod Domini erant omnes, quos peruertit Sathanas, Nō vocabitur in æternum semen pessimorum, quia si in memoria æterna erunt iusti, mali erunt in obliuione sempiterna. Præparate filios eius occisioni. i.

A cisioni. i. filios Diaboli, pœnæ sempiternæ, in iniquitate patrum eorum. i. ob peccata quæ Sathanæ, & dæmonum inductu fecerunt. Nam quauis non omnia peccata fiant inductu dæmonum, (prauis enim cupiditatibus allecti peccamus) tamen Sathan fuit nobis origo peccati. Nō consurgent. i. non resurgent in iudicio, ad vitam beatam, etiam si resurgant ad pœnas: neque hæreditabunt terram de qua dictum est: Beati mites quoniam ipsi hæreditabunt terram: neque implebunt faciem orbis ciuitatum. i. detruentur ad sempiternas pœnas, ne impleant orbem ciuitatibus, & regnis infidelibus. Quod etiam si post consummationem seculi futurum non est, tamen est morata oratio: pro ciuitatum, Hebræicè est ערים, reddi potest desolationibus, & vtroque modo explanat Hebræi, vertunt enim non implebunt faciem orbis ciuitatibus, vel desolationibus. i. non vastabunt vrbes, vt ante hæc, sed dixi superiore commentario posse hæc referri ad vastitatem Babylonicam.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et consurgam super eos dicit Dominus exercituum, & perdam Babyloni nomen, & reliquias, & germen, & progeniem dicit Dominus. Et ponam eam in possessionem ericij, et in paludes aquarum, & scopabo eam in scopas terens, dicit Dominus exercituum.

Et insurgam eis dicit Dominus sabaoth, & perdam eorum nomē, & reliquias, & semen. Hæc dicit Dominus. Et ponam Babyloni desertam ita vt habitent ericij, & erit in nihilum, & ponam eam luti barathrum in perditionem.

R edit ad historiam propheta, aut ex superiore loco illo, quem dixi, Omnes reges gentium vnuerfi dormierunt: aut ex hoc, quod magis placet. Describitur ergo his verbis Babyloni vastitas: Perdam Babyloni nomen, & reliquias. i. vastabo Babyloni. Quod vertit D. Hieron. germen, & progeniem Hebræicè est גרמ, i. i. filium & nepotem: pro quo D. Hieron. dixit, germen, & progeniem. Lxx viri, semen, vt sit, Perdam eorum semen, & posteritatem.

C Ponam eam in possessionem Ericij: interpretantur Lxx paraphrasi quadam. i. ponam Babyloni desertam, ita vt habitent ericij. Vatablus, testudinem vertit, sed nihil est quod mutetur nostra lectio, nam שור, hæreditas est & possessio. ערעיר ericium interpretatur R. Selomoh, vt optimè reddita sit Hebræa lectio à D. Hieron. Ponam eam in possessionem ericij, cur rectè verba mutet Vatablus? at ערעיר rabi Selomoh ericium interpretatur: R. David, & R. Ioseph testudinem, rabi Abraham noctuanam, alij rabini onocrotalum, sunt enim imperitissimi Rabini, & inter se dissentiunt. In paludes aquarum. i. ponam Babyloni in paludes aquarum: quod interpretantur Lxx, Ponam eam in luti barathrum, in perditionem: sunt enim commentarij magis quam interpretes, vt scires quid esset in paludes aquarum, paraphrasi explicant. i. in luti barathrum, in luti voragine, & coenofas paludes, & in perditionem. Et scopabo eam in scopas terens: Lxx interpretantur, id est, redigam Babyloni in nihilum. Quod D. Hieron. vertit, Terendo, vel terens, sequutus est sententiam, nec enim necesse est, semper hæere literæ: Hebræicè est שפתי, perdere: & ita Lxx viri reddidere, in perditionem.

Lxx viri commentariorum officio funguntur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Jurauit Dominus exercituum dicens, Si non vt putauit ita erit, et quomodo mente tractauit, sic eueniet vt contera Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & omnis illius ab humero eorum tolletur.

Hæc dicit Dñs sabaoth: Quæ admodum dixi, sic erit, & quem admodum deliberaui sic manebit, vt perdam Assyrios super terram meam, & super montes meos, & erunt in conculcationem, & auferetur ab eis iugum eorum, & gloria eorum ab humeris eorum auferet.

D ictum est in illa verba cap. 10. Propter hoc, hæc dicit dominus Deus exercituum, Noli timere populus meus: canonem esse scripturæ obseruandum duo simul prænuñciari: vā Canon. ticia in scriptura, vt ex vno statim completo, credatur reliquum futurum, quod in euangelicis li-

licis literis fecisse Dominum docet D. CHRYS. in cap. 3. Matt. in illa verba: Paleas comburent igni inextinguibili: propterea iniqui simul vtrunque dixit, vt ex hoc quod iam factum est, illud, quod adhuc differatur, credamus futurum. Nam ipse quoque Christus multis in locis hoc agit sapè vt duas prophetias pariter collocet, quarum vnam hic impleat, alteram sponte deat in futuro, vt ex illa, quæ impleta hic est, reliqua credatur implenda. Hæc Chryso. Hoc idem fit hoc loco Esaiæ, hæc Babylonis vastitas prædicitur implenda ducentesimo quinquagesimo sexto post anno. Vnde igitur sciet populus Iudæorum hoc futurum? Nam hoc argumento probat veras futuras prophetias de Christo, quas multas supra prædixit, vt supra dictum est in præfatione in cap. decimum tertium. Vt cum videant Babylonicæ regni vastitatem prænunciatam, ducentesimo, quinquagesimo ante anno euenisse, ita vt prædictum erat, rata habeant, & pro certissimis quæ de Christo sunt prædicta. Sed hoc argumentum, quo probare vult vaticinia de Christo, longo post tempore futurum est. Alio ergo argumento & vaticinio est firmandum: hoc in præsentia fit, prædicit aliud quod statim fiet vt Babylonicam vastitatem credant futuram, quam posteri Iudæorum cum ducentesimo, quinquagesimo post anno videant completam, prophetias de Christo colant religiosissimè. Subijcit ergo vaticinium statim complendum de exercitu vniuerso Assyriorum vna nocte delendo per angelum, & Senacheribo fugando, & in templo demonum interficiendo, vt duo sint vaticinia simul, quorum vnum statim completum fidem faciat complendum aliud. In translatione Lxx virorum pro *וְיָמֵינוּ*, cum, id est gloria: legendum ex lectione Hebræa *וְיָמֵינוּ*, cum, id est dolor, vt fit, Et dolor eorum ab humeris eorum auferetur. i. liberabitur populus meus à seruitute Assyriorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Hoc consilium quod cogitauit super omnem terram & hæc est manus extenta super vniuersas gentes. Dominus exercituum decreuit: & quis poterit infirmare, & manus eius extēta, & quis auertet eam?

Hoc consilium, quod cogitauit Dominus, & hæc manus excelsa super omnes gentes, quæ enim Deus sanctus decreuit, quis dissipabit? & manum eius excelsam quis auertet?

Diuus Hieron. pro certo affirmat Babylonicam hic describi vastitatem, quæ typus sit vastitatis vltimæ, tamen (quod pace sanctissimi Diui sit dictum) magis placet omnium veterum patrum, quorum in commentarijs in superius caput, & in hoc, sententias retuli, confensus, qui putant his duobus capitibus Babylonicam quidem describi vastitatem, quæ typus quidē sit vastitatis vltimæ. Typo tamen, & allegoria, iuxta canonem prædictum in præfatione in cap. 13. multa vera misceri planè, & apertè dicta de vastitate vltimæ, cuius notæ hæc verba esse ipsa declarant. Ait enim propheta, ea quæ dicta sunt, esse consilium Domini super omnem terram, vel, vt Lxx edidit, super omnem orbem, & rursus, super omnes gentes, quid apertius?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In anno, quo mortuus est rex Achaz factum est onus istud.

Anno, quo mortuus est Achaz rex factum est verbum hoc.

IN principium cap. 13. dictum est, cur D. Hieronym. dictionem Hebræam *אָשָׁה*, vertit onus Hebræi penè omnes vertant prophetiam, vnde Lxx seniores pro prophetia aliquando visio nem, aliquando verbum, aut acceptionem reddiderunt. Tamen siue his siue illis verbis, dictio Hebræa Latinè reddatur, significatur prophetia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nelateris Philistæa omnis tu, quoniā comminuta est virga percussoris tui, de radice enim colubri egredietur regulus, & semē eius absorbens volucres.

וְיָמֵינוּ, virga est, & dominium, siue imperiū & ita D. Hieron. reddidit virgam. Lxx vertere iugum. i. imperium, & tyrannis percutientis & *וְיָמֵינוּ*, ab alijs regulus redditur, à Lxx viris, Aspīs, postquam periere linguæ, aut desiere

Nelatemini alienigenæ omnes, contritum enim est iugum percutientium vos, ex femine verò serpentū egredientur genimina aspidū, & genimina eorum egredietur serpentes pennati

esse ma-

A esse maternæ, nomina arborum, animalium, lapidum Herbarum, similitumque pene ignorantur, credibilisque est eos nouisse melius harum rerum voces, quibus Hebræa lingua patria erat, quam Rabinos, post tot ruinas, & tot vastitates urbium Iudææ, quibus cognitio linguæ Hebrææ penè periit. Præsertim cum Rabini futores sint, aut scrutarij, & veteramentarij, & satis laborum illis est, nec vacat studijs operam impendere, ita sunt malis cincti, & circumuallati. Accedit his quod in studio scripturæ Rabini ad id omnes intendunt neruos, vt scripturam inuertant, itaque mirandum non est si Rabini à Lxx viris dissentiant. *וְיָמֵינוּ*, serpens est ignitus, alij cerasstem vocant, alij presterem. Lxx serpentem reddidere, meopeph. i. volentem (sunt enim serpentes volucres apud Aegyptios quæ afflatu omnia obuia necant, quæ in Aegyptum versus, se se tollunt è paludibus Aethiopiæ, quibus fiunt obuiæ ibides, & eas serpentes deuorant aues illæ ibides, & tanto beneficio aues illæ ibides quæ conficiunt serpentes illas volucres demerentur Aegyptios, quod auertunt pestem illam, quæ alioqui vniuersam Aegyptum in vastitatem erat redactura, vt pro numinibus summa religione colantur. Hinc ducta metaphora Lxx viri dixerunt, serpentes pennatos. Est etiam aliud genus serpentis quod volantes absorbet volucres, attrahit enim illas ad se, vt ferrum magnes, & eas deuorat, quod genus serpentis significare voluit D. Hieron. itaque omnes serpentem esse declarant: alij alio modo. Sed de his plus satis, aliunde enim hæc discenda sunt, alioqui hoc volumen in infinitum excresceret. Nostris ferè omnes de Ozia & de Ezechia hæc interpretantur, qui de Philistæis multas retulere victorias, & Ozias quidem mortuus erat cum hæc est edita prophætia, & Ezechias plus detrimenti ab alijs nationibus accepit, quam ipse Philistæis importauit: & oportebat ostendere aliquot subinde reges natos qui vastitatem Philistæos, quos ostendit nemo. Erant enim Iudæorum reges ob crimem in Idolatriæ, & auaritiæ alijs nationibus prædæ. Adde quod nunquam viri boni serpentes, & animalia venenata nominantur in scriptura, nam cum laudas, à rebus optimis metaphora ducitur: contra verò, à rebus pessimis, cum vituperas. Sed illud maximum argumentum est, quod qui hanc tuerentur sententiam, non possunt ostendere quonam modo, ex serpente natus sit regulus, & è regulo cerasstes volans. Oportebat enim tres (minimum) reges subinde natos, qui vastitatem Philistæis intulissent. At si conuenienter superioribus interpretaris, omnia congruunt (quod signum est insolubile veritatis, vt ex Aristot. dictū est) nam cum superiora ad tempora Christi sint relata à multis doctoribus sacris, quorum sententias retulimus, quoque spectare ostendimus verba prophetæ, dictumque sit sensisse patres veteres, seriè prophetiæ hanc fuisse, vt prædiceretur vastitas regni Babylonicæ, post captiuum ductum eò populum Iudæorum, & subiungeretur causa, ita opus esse factum, quod instarent tempora Christi, & necesse esset reuocari captiuitatem è Babylone, & instaurari vrbes Iudææ, quod venturus Christus esset, & redempturus genus humanum, & triumphaturus sathanam, & aërias potestates, & ideo vastandam Babylonem tūc esse, vt redeat è captiuitate populus Iudaicus, & tanta signa veritatis huius prophetiæ, & vltimi iudicij, quod simul est prænunciatum his, qui tantam salutem à Deo missam, hoc est, Christum non receperint. Et signum veritatis horum omnium datum est, quod propediem ab angelo vna nocte, vniuersus Assyriorum exercitus est interficiendus. Quemadmodum ergo his, qui Christum non receperint, propheta est minatus vltimum iudicium, & poenas sempiternas: sic his verbis Iudæis Christum non recipientibus, minari videtur Dominus vastitatem quæ illis post crucem Domini à Romanis est inuecta. Si ergo hæc ad Romanos retuleris plana erunt omnia, nam euentus ipse vt docent veteres patres sensum scripturæ aperit, Romani ergò, vt leges apud IOSEPH. de bello Iudaico libro 2. & 3. & alijs locis Galilæa vastarunt & loca finitim, a imperatore Nerone & loca Hierosolymis vicina cum dux exercitus esset Vespasianus & Geographia te docebit ea loca Palestinæ regionē esse appellata quod Philistæi, quos Græci & Latini Palestinos vocant, ea loca tenerent: quibus mixti Iudæi iam habitabant, Iudæis enim vt supra dictum est aliæ nationes infideles erant mixtæ & temporibus Christi ea loca à Iudæis tenebantur quod intelliges ex Iosepho de bello Iudaico & ex Dione in vita Adriani. Nec reperiens sane alias Philistæorum siue Palestinorum vrbes quæ quæ 3. libro Iosephi potissimum vastantur. Mors ergò Neronis hæc vastantem Vespasianum vocauit Romam vt discas ex 4. lib. de bello Iuda. c. 29. vnde putarunt Iudæi liberatos se illo bello vt eodem cap. docet Iosephus. Ait ergò propheta, Ne letetur Philistæa regio, illam enim vastabat Vespasianus quando mors Neronis illum inde auocauit, ne letetur ergò philistæa regio quod morte Neronis intermissum sit bellum Flauij Vespasiani, & tantisper dum Galba Otho Vitellius

Vitellius imperium tenuere, nam ex serpente Nerone nascetur Regulus serpens ille venenatissimus. i. Flau. Vespasianus quem Nero prouexerat in dignitatem imperatoriam & exercitibus praefecerat. Vnde factum est vt ex imperatore exercitus, imperator Romanus crearetur, qui T. Vespasianum filium misit vt bellum quod ipse aduersus Iudaeos coeperat conficeret. Et post T. Vespasianum, qui subuertit Hierosolyma & debellauit Iudaeos, nascetur serpens volans, vel vt D. Hieron. reddidit serpens qui volucres praeteruolantes deuorat. i. Adrianus sub quo prorsus omnes Iudaeorum vrbes vt leges apud Dionem sunt incensae & ferro deletae: qui serpenti volanti comparatur, vel absorbenti volucres quod prorsus Iudaeae vastitate & in flammationem intulerit. Sic ex serpente Nerone natus est regulus Flau. Vespasianus vel ex Flau. Vespasiano T. Vespasianus qui Iudaeae vastitatem importauit: & semen eius .i. ex semine eius .i. ex ducibus & imperatoribus, quos ille & Domitianus creauerint, nascetur Adrianus qui prorsus deleuit nationem Iudeorum, & si qui fugere tantam cladem, ducti sint captiui in vltimas oras, aut vrbeis Iudaeae reliquerint, adeo vt cautum sit lege, vt capite plesteretur Iudaeus, qui in vrbeis aedificatas a nationibus postea in Iudaea, pedem intulisset. Philistaea regio dicitur etiam Iudaea post crucem Domini, sicut Sodoma, & Gomorraha, quod post tempora Christi populus Iudaeorum secundum carnem, populo Dei, hoc est apostolis, & fidelibus fuerit inimicus, vt olim populus Philistinorum populo Dei inimicus erat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Et pascentur primogenita pauperum
& pauperes fiducialiter requiescent:
et interire faciam in fame radicem tuam
& reliquias tuas interficiam.*

Et pascentur medici per ipsum, me
dici autem homines in pace requiescent. Interficiet autem in fame semet tuum, & reliquias tuas interficiet.

Dixi haec referri ad Oziam, & ad Ezechiam reges, sed nullo modo coherent haec, si ad illos referas. Cur enim pauperes appellantur Iudaei: et primogeniti pauperum? non conueniunt quae dicit Vatablus. Quando fiducialiter egerunt Iudaei, qui semper afflicti fuere bellis? tantum est, per quindecim annos sub Ezechia fuisse pacatos? res magna si annis quindecim licuit esse quietis sub Ezechia, vt digna sit res tanto vaticinio. Appellantur cerastae, & basilisci, quod vastitatem inferant alijs, & vastantur ipsi, & quasi magnum accipiunt quindecim annorum pacem. Ideo dicebantur cerastae, & basilisci? erant enim semper afflicti bellis permissu Domini ob crimen idolatrie, vnde nullis poenis castigati discedebant, qua causa vastabatur semper ab alijs & vastatores aliorum illos appellari volumus? neque causa vlla est cur pauperes aut primogeniti pauperum dicantur. Nam si rationes, quae redduntur excutias, reperies cassas. At si interpretere consequenter superioribus, aduerte quam omnia congruant, post vastatas vrbeis Iudaeae a Romanis post crucem Domini. Pascentur primogenita pauperum .i. pascentur apostoli, qui primogeniti sunt populi fidelis, qui in scripturis pauperum, & mendicorum nomine appellatur, quod relinquere omnia iussus, & sequi Christum. Hi verè pauperes sunt, & pauperum primogeniti quod significant Lxx, & pascentur mendici per ipsum, vbi, Mendici autem homines in pace requiescent, Iudeorum regno tribui non potest. Apostolis conuenit adamas nationes, Romanorum armis. Nam vt supra diximus ex Athanasio, & Chrysofo. Biennio antequam subuerteretur vrbs Hierosolyma admonuit spiritus sanctus vt inde migrarent, & alio confugerent. & certa aliqua verba addiderunt Lxx quibus hoc innuerent, quae expuncta sunt a Iudaeis, qualia multa eos abstulisse ex translatione Lxx, quae penes illos erat, auctor est Iustinus in dialogo aduersus Tryphonem: quod indicant verba illa: Pascentur mendici per ipsum: per quem te rogo. Nempe per Christum cuius mentio praecesserat aliqua. Quam verè his, quae diximus, coherent sequentia? Interire faciam in fame radicem tuam. i. vrbeim Hierosolyma, quae radix, & caput erat gentis Iudaeae, quae fame dira, & peste, & ferro, & igni deleta est, vt supra pluribus diximus, & ita perijt fame, & reliquiae interfectae sunt gladio, quod vel d. 6. lib. de bell. Iud. Iosephi intelliges, si postrema capita legeris. Lxx sententiam exprimunt, deletum esse semen Iudaeorum fame & interficiendum gladio.

D. HIE-

*Si conuenit
ter euange
lio hoc cau
put inter
pre: eue om
nia congru
unt, si alio
referas, no
coherent.*

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Vlulate porta, clama ciuitas, prostrata
est Philistaea omnis: ab Aquilone enim
fumus veniet, & non est qui effugiat
agmen eius.*

Vlulate portae ciuitatum, clament
ciuitates conturbatae alienigenae omnes, quia ab Aquilone fumus venit, & non est vt sint.

Omnia directa fronte pugnant cum sententia, quam subuertimus. Nam si ad Ezechiam referas, Hierosalem, respectu Palaestinae regionis, orientem, & meridiem spectat, non aquilone, & multo magis Assyrii vergunt ad meridiem, & ad orientem. Fumus ergo hic qui ab aquilone adest, si Geographiae ratione habeas, neque ad Assyrios, neque ad Hierosalem pertinere villo modo potest: ad Romanos pertinet, qui respectu harum nationum ad occasum & ad septentrionem vergunt, cui conuenit illud, quod prostrata dicitur Philistaea omnis. i. Iudaea. Nam temporibus Christi, omnem illam regionem Palaestinae, tenebat Iudaei, & prophetae, vt prauidet futura, ita prauidet quibus nominibus res appellanda sint eo tempore, quo sunt, vt docet EVSEB. lib. 3. demonstrat. euangel. cap. 2. & illis temporibus Christi, Palaestina prouincia erat idem cum Iudaea. Omnia ergo deleta sunt, vt lib. 2. & 3. Iosephi de bello Iudaico proditum est. Idem dicunt Lxx seniores his verbis, Vlulate portae vrbeium, clament vrbes conturbatae. Faciunt enim paraphrasim, & praeseferunt hoc intelligendum esse de vastitate inuenta Iudaeae a Romanis. Nam quauis dicant, Clament vrbes conturbatae alienigenae omnes: alienigenas nominat Iudaeae vrbes, quod se alienauerint a Deo. Deinde, Quia ab aquilone fumus venit. i. a Romanis. Et non est qui effugiat agmen eius: pro quo reddidit Lxx, Et non est vt sint. i. delendi sunt prorsus omnes. Nam commentarij sunt Lxx, potius quam interpretes. Et hoc neque Ezechiae conuenire potest, neque Assyrijs. Prorsus enim deletae sunt haec vrbes a Romanis, a Tito Vespasiano, & Adriano, vt verè dici possit, Non est, vt sint.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Et quid respondebunt nuncij Gentis?
quia Dominus fundauit Sion, et in ipsa
sperabunt pauperes populi eius.*

Et quid respondebunt reges Gentium? quia Dominus fundauit Sion, & per ipsum saluabuntur populi.

Neque haec coherent si referas ad Ezechiam. Postquam enim bellauit aduersus Philistaeos concisus est multis cladibus ab Assyrijs, & ab alijs. Cur ergo mirarentur gentes victorias Ezechiae? potius ad tempora Christi haec sunt referenda, vt dictum est. Quid respondebunt nuncij Gentium? supple, apostoli & fideles, quid respondebunt his, qui interrogarint, cur Dominus vrbeis Iudaeae subuerterit, vrbes populi sui? quas tuitus semper est, & quarum causa tot ediderit miracula. responso est, Quia Dominus fundauit Sion. i. ecclesiam, & fundata veritate, tollenda erat umbra, quod supra dictum est in illa verba cap. 1. Terra vestra deserta: vel, Quid respondebunt reges Gentium? vt verterunt Lxx, i. apostoli, qui ecclesiarum principes sunt, & triumphales duces. Nam dictio Hebraea quae nuncios significat, demit litera, **N**, significat reges, & aliquid quando **cū**, **N**, quanquam, **N**, multis in locis scripturae deest, pluribus redudat, quod vel ex ipsis codicibus Hebraeis liquet satis, vbi signa multa posita sunt, quibus redudare apparet hanc litterulam. Cur Dominus perdidit vrbeis Iudaeae? si solus verus Deus Iudaeorum est, respondebunt quod Dominus fundauit Sion. i. Ecclesiam. Et in ipsa sperabunt pauperes populi eius. i. apostoli, & fideles, pro quo Lxx dixere: Et per ipsum saluabuntur populi multi, quod hoc loco commentarij esse voluere, non interpretes. i. deletam esse umbram, postquam iam venit veritas, ne esset impedimento Iudaeae, quo minus saluarentur populi orbis terrarum. Quae de re, inquam, legenda, quae scripta sunt in illa verba capitis primi: Terra vestra deserta, &c. ex Orig. & alijs: vnde intelliges quod D. Hieron. vertit conuenienter lectioni Hebraeae: In ipsa sperabunt, &c. Lxx viros explanasse diuinitus: In ipsa Sion, in ecclesiae sacramentis sperabunt pauperes, fideles populi Domini, pro quo Lxx edidit .i. populi multi qui venient ad fidem, saluabuntur per ipsum Dominum.

X IN ESA-



Rædicitur hoc cap. Moabitaru euerfio. Neque prædicitur (quantum ego fen- tio) ad confoiationem Iudæorum, nam boni non lætantur aliorum malis, ne- que fcriptura malè docuit vnquam. Lux enim vitæ eft, & fax fulgētiffima via virtutis. Iudæi præterea vaftandi à Babylonijs, & Affyrijs erant. Quod ergo folatium effe poffet Iudæis, fi Moabitæ eiusdem fortunæ futuri fuiffent parti- cipes? Aut quo Moabitarum fors erat deterior futura forte Iudæorum? fed fi- nis fcripturæ Chriftus eft: placet magis vt eò omnia fpectent. Itaq; canon ille repetendus eft, de quo paulò antè diximus in principium cap. 7. & in illa verba cap. 10. Propter hoc hæc dicit dominus Deus exercituum, noli timere populus meus habitator Sion, lex Procop. & Hippoly- to epifcopo Romano, & D. Chryfoft. vaticinia rerum paulò pòft futurarum intertexi folere oraculis de Chrifto, quo fides concilietur vaticinijs myfteriorum Chrifti, vt hoc loco fup- erioribus capitibus prædicta eft vaftitas Babylonis longo poft tempore futura, quo fides fieret magnis myfterijs quæ de Chrifto Dño erant præfignificata iam indè vſque à primo Eſaiæ cap. vt cum. CC. poft anno res hæc còpleta videretur, rata, & fixa haberetur, quæ de Chrifto præ- niaciabatur. Et q̄ Babylonis fubuerfio multo poft tẽpore effet futura: priùs enī vaftanda vrbs He- rofolyma erat, priùs Iudæi agèdi cathenati Babylonè erāt ante fuos victores Babylonios: quo fides his, & alijs rebus fiat, prædicitur Moabitarum vaftitas, vt alia alijs præſtruant fidem.

nis fcripturæ Chriftus eft: placet magis vt eò omnia fpectent. Itaq; canon ille repetendus eft, de quo paulò antè diximus in principium cap. 7. & in illa verba cap. 10. Propter hoc hæc dicit dominus Deus exercituum, noli timere populus meus habitator Sion, lex Procop. & Hippoly- to epifcopo Romano, & D. Chryfoft. vaticinia rerum paulò pòft futurarum intertexi folere oraculis de Chrifto, quo fides concilietur vaticinijs myfteriorum Chrifti, vt hoc loco fup- erioribus capitibus prædicta eft vaftitas Babylonis longo poft tempore futura, quo fides fieret magnis myfterijs quæ de Chrifto Dño erant præfignificata iam indè vſque à primo Eſaiæ cap. vt cum. CC. poft anno res hæc còpleta videretur, rata, & fixa haberetur, quæ de Chrifto præ- niaciabatur. Et q̄ Babylonis fubuerfio multo poft tẽpore effet futura: priùs enī vaftanda vrbs He- rofolyma erat, priùs Iudæi agèdi cathenati Babylonè erāt ante fuos victores Babylonios: quo fides his, & alijs rebus fiat, prædicitur Moabitarum vaftitas, vt alia alijs præſtruant fidem.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Onus Moab, quia nocte vaftata est Har moab conticuit: quia nocte vafta- tus est murus, Moab conticuit.

Verbum contra Moab: nocte peri- bit Moabitis: nocte enim vaftabi- tur murus Moabitis.

Verbum Hebræum מור, ambiguum est, fignificat conticefcere, & filere: & ita D. Hiero- nymus vertit, conticuit: poffet tamen ad verbum reddi fic, Onus, fivè, prophetia Moab, de quo dictum est in caput. 13. Quia nocte vaftata est Har, Moab fuccifa est. quia nocte va- ftatus est murus, Moab fuccifa est. Har, Moabitis diſtrictus erat metropolis, quæ regio Moabitis dicebatur, quod Har ergo caput erat illius regionis, & capta est noctu per infidias, poſtea tota regio patuit prædæ hoſtium, inde propheta ait, Quia nocte vaftata est Har vrbs, Moab fuccifa est, hoc est, tota regio Moabitis vaftata est: quod vertere Lxx, Nocte peribit Moabitis, fupple, regio, nocte peribit murus Moabitis diſtrictus regionis. i. Har metropolis, quæ mu- rus erat Moabitis diſtrictus regionis: nam Har metropolis, murus totius regionis dicebatur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ascendit domus, et Dibon ad ex- celsa in planctu super Nabo, et su- per Medaba Moab ululabit.

Contristamini in vobis ipsis: peribite- nim & Debon vbi altare veſtrū, illuc ascendetis ad plorandum, super Nabo Moabitis vlulate.

Dixerat expugnadam nocte vrbs Har, caput Moabitis diſtrictus regionis: ad- dit nūc expugnandas has vrbes, Dibon, Nabo, Medaba, nā vrbs tertia reponenda est ex lectio- ne Hebræa in tralatione Lxx, legendumq; Super Nabo, & Medaba Moabitis vlulate. Trala- tio D. Hieron. ergo est, Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctu. i. domus regia, & Di- bon vrbs aſcenderūt ad excelsa. i. ad aras dæmonū, quæ poni ſolebāt in excelſo loco in montibus. In planctu, ad luctū ſuper Nabo, & Medaba, ſuper his vrbibus captis. Lxx aliter intellexere hunc locū, nam lectio Hebræa fic reddi poteſt ad verbū, Ascendit domū, & Dibon excel- ſa veſtra ad planctu, quod per parentheſim legere Lxx fic, Ascendit domū ad planctu, vel mo- do imperantis, Ascende domū ad planctu, nā Debon, ara veſtra ſubaudi, capta est, quod per apoſiopheſim dicitur, quæ vehementem luctum ſignificat. Ergo pro, Aſcēde domū ad planctu edidit Lxx, Contristamini in vobis ipsis, lugete apud vos. Pro, Debon ara veſtra, reddidit, Pe- ribit Debon, vbi erat ara veſtra (ſunt enī cōmentarij.) Deinde, Illuc ascendetis ad plorandum, quod vice ſcholiorum addidit, Super has vrbes Nabo, & Medaba vlulabitis.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In cunctis capitibus eius caluitium, et omnis barba radetur. Super omne caput caluitium, om- nia brachia concifa.

Varia est interpretatio, quòd longè ſecus intel- lectus est hic locus à D. Hieron. & à Lxx viris. Nam Lxx viri intellexerunt quod vulgo fiebat apud idolatras sacerdotes dæmonū, cultris brachia fauciaturus, vt pla- carent dæmonum irā. Et videntur legiſſe, quædua, non guædua, vt fit omnis ſenectus concifa, la- cera, ſecta. i. sacerdotes ſenes, concidebāt ſi bi cultris brachia: & zachen, ſenectutē interpretati ſunt, aut ſenem: quæ vox utriuſque generis est, vt tam sacerdotes mares quàm fœminas id fe- ciſſe demonſtrent. Quòd ſi legatur, guædua. i. diminuta, eodem ſpectat: vt dicatur, omnes ſa- cerdotes ſenes diminuti ſanguine. Sed hæc duæ literæ (res) & (dalet) ita ſunt ſimiles, vt vix in- ternofcas. Lxx, perſpicuitatis cauſa reddidit, Omnia brachia concifa cultris. Zachen, etiam ſignificat barbam: & barbam diminutam accepit D. Hieron. pro barba raſa.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In trinijs eius accincti sunt sacco, sup- tecta eius, et in plateis eius omnis vlulatus descendet in fletu, clamabit Eſe- bon, et Eleale vſque Iaſſa audita est vox eorum: super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit ſibi.

In plateis eorū p̄cingite ſaccos, plā- gite ſup tecta ei: & in vinculis eius oēs vlulate cū fletu, quia clamavit Eſebon, & Eleale vſq; Iaſſa audita est vox eorū, p̄pter hoc lūbi Moabi tidis clamāt, anima ei cognofcet.

Deſcribitur luctus regionis Moabitis diſtrictus vaſtate ab Affyrijs, & Babylonijs. Voces Hebrææ ſunt ambiguae, & ideo variè intellectæ à D. Hieron. & à Lxx ſenioribus. In trinijs eius, Lxx reddidit, In plateis eorum, & ita vertunt Hebræi. Accincti ſunt ſacco, vel, p̄cingite ſac- cos. i. ſumite veſtes lugubres. Verbū vtriuſq; temporis est. Super tecta eius, Lxx vertere, Plā- gite ſuper domos eius, vel in domibus eius, ſubaudiere enim verbum, plangite. Et in plateis eius, dixerunt, in vinculis eius, quod in plateis, captis vrbibus, vincti captiui aſſeruari ſolent, quæ maiorem hominum multitudinem capiūt. Omnis vlulatus descendet in fletum, poſſet verti, vniuerſus vlulabit, descendet in fletum, vel, descendens in fletum. Et ita penè vertit PAGN. & VATAB. vndè Lxx reddidit optimè, Omnes vlulate cum fletu reuincti cathenis. Vſque adhuc eadem est ſententia tralationis D. Hieron. & etiam ſequentia non diſcrepant. Clama- bit Eſebon, & Eleale. i. clamabunt hæc vrbes captæ ab hoſtibus, & dirutæ. Vſque Iaſſa audita est vox eorum. i. tantus erit clamor cadentium, vt perueniat vſque ad vrbem Iaſſa, quæ longè indè aberat. ſequentia diſcrepant toto cælo: ſententia tamen eadem est. Super hoc expediti Moab vlulabunt. i. vlulabunt etiam milites fortes, & nauī, nedum vulgus promiſcuum, pue- rorum, & fœminarum, & ſenum. Anima eius vlulabit ſibi. i. anima Moabitarum tabeſcet lu- ctu, ſed quia מלחמה, ſignificat expeditos, & armis præcinctos. D. Hieron. vertit, expeditos, ne- que est quod iudaizantes obelo confodiant diſtinctionem Hebræam, מלחמה, tanq̄ malè tralatam à D. Hieron. ea enim propria ſignificatio huius verbi est. Significat & lumbos: vndè Lxx opti- mè propter hoc lumbi Moabitis clamant, quæ forma dicēdi Hebræa est, quòd lugentes in- curuari ſolent, & incuruati, clamare & lugere. Deinde מלחמה, quod, מ, in, ח, facilè mutari ſolet, & pro anima eius vlulabit, legere, anima eius cognofcet. i. ſentiet, quaſi dicat, nemo intelliget quantum malorum patiantur, niſi anima ipſorum quæ experietur mala.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Cor meum ad Moab clamabit: veſtes eius vſque Segor vitulam conſternan- tē. Per aſcenſum enim Luit h, flens aſcē- det, et in via Oronain clamorem cōtri- tionis

Cor Moabitis clamat in ſeipſa vſ- que Segor, vitula em̄ est trima. Su- per requiem autem Luit ad te flē- tes aſcēdēt. Via Oronain clamat

X 2 con-

tionis leuabunt. Aqua enim Nemrim
deserta erunt, quia aruit herba, defecit
germen, viror omnis interijt.

contritio, & concussio. Aqua Ne-
brin deserta erit, & herba eius defi-
ciet, herba enim viridis non erit.

Describitur adhuc luctus Moabitarum, & captiuitas. Primum omnium, Lxx videntur le-
gisse ליב, non לבי. i. cor, non cor meum; & illa literula (iod) sapè solet addi loco nõ suo;
itaq; legere, Cor Moabitis regionis clamat, vel, clamabit præ luctu, & miseria, quod se videt
duci captiuos. Ventes eius vsq; Segor. i. tanta series captiuorum, cathenatorum, & vectibus re-
uinctorũ, vt ordo captiuorum pertingat ad Segor, nec dum prodierit totus ordo ex vrbe, sed
כרך, vectem significat, & fugã. D. Hier. pro vecte accepit & optimè: Lxx, pro fuga, & exilio;
& sic interpretatur Vatabl. Lxx putarunt lectione Hebræã sic posse verti, Cor Moab clama-
bit in fuga sua vsq; Segor: & ideo reddidere, Cor Moab clamat in seipsa vsq; Segor. i. miseratur
fortunas suas, cum se videt exulem, & captiuam duci vsq; Segor, nam illic maior illã excipiet
calamitas. Vitulam consternantem, velut Lxx reddidere. Vitula enim est trima. i. erat triũ an-
norum tantum. i. potens vrbs erat, diuitijs, & armis, ducta metaphora à vitula quæ cum trima
potest, siue legas vitulã conternantẽ, per exclamationem, vt dicere solemus, hominem infelicem,
ita vitulã conternantem. i. heu vitulam conternantẽ trimam, hoc est, regionem florentẽ
armis, quæ in tantã deuenit calamitatem, vel, consternantem. i. quæ cornupeta consternebat
obuios homines. Per ascensum Luit, flens ascendet. Hęc verba nouo quodã modo explanat
Lxx. i. eris tam miserabilis, vt cum ascenderis Luit vrbe, vt ibi commoreris illa nocte capti-
ua ducta, ad te ascendant vicini, & finitimi vt fleant, & miserentur fortunas tuas. Et ita inter-
pretantur: per ascensum Luit. i. super requiẽ Luit, hoc est, cum perueneris Luit vineta cathenis
& vrbe ascenderis, vt illa nocte illic quiescas. Flens ascendet. i. ad te flentes ascendent, pos-
tea in via Oronain, clamorem contritionis leuabũt. i. ibi, potissimum in illa via sensere suam
miseriam, quod non solum captiuo miseri, sed ibi defecta aqua, & rebus omnibus sunt. Aquę
enim Nemrim deserta erunt. i. deficiet aqua eo tempore. Aruit herba. i. herba quoq; deficiet,
ne herba quidẽ vobis suppetit, defecit germen, & viror omnis interijt. Hęc omnia eodẽ ferè
modo Lxx, nisi quod in quibusdã sententiam reddunt, nõ omnia verba, defunt tamen in trala-
tione Lxx verba hęc, quæ reponenda sunt ex lectione Hebræã, Viror non erit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Secundũ magnitudinem operis visitatio eorum. Num & sic debet saluari?

Locus hic perobscurus est. Pagnin. Vatab. & alij, variè reddũt, ad-
dũt multa verba de suo. Si ad verbum reddere velim, sensus est
perspicuus: reddes em̄ ad verbũ, Super quæ plus faciet, dico sic posse
verti ad verbũ, si sententiam Lxx sequi placeat, nã (itra) vox Hebræã idẽ significat, quod apud
nos hoc aduerbiũ (plus) præter alia quæ significat, nã significat, magnitudinẽ, vt vertit Hiero.
significat etiã, plus. Reliqua verba Hebræã, notissimã significationis sunt. Si veritas ergo sic vt
Lxx volunt, Super quod plus faciet: sensus est perspicuus & planus, Plura mala Deus est datu-
rus Moabitis, Super hæc mala plus malorũ inferet illis Deus: & ita reddidere sensum Lxx, &
sic edidẽre, Nunquid sic debet saluari? i. nunquid Moabita affectus his cladibus, & ductus cap-
tiuus in captiuitate saluus deget? quasi dicat, non, plus malorũ accipiet: vel, vt vertit Hiero.
Secundum magnitudinem scelerum, castigabuntur Moabita, nam visitatio castigatio est.

D. HIERONYMVS.

LXXVII.

Secundũ magnitudinẽ opis, et visitatio
eorũ ad torrentẽ salicũ ducet eos, quo-
niã circuiuit clamor terminũ Moab.

Nũquid sic debet saluari? inducẽm̄
sup torrentẽ Arabas & capiẽt eã: atti-
git em̄ clamor terminũ Moabitis.

ducent eos Arabes torrentem super visitabit eos & faciet plus quod Super
על בן יתרה עשה ופקדום על נחל הערבים ישאום

Id est, Super quod plus faciet, visitabunt eos super torrentem Arabes, ducent eos, vel, iuxta
interpretationem D. Hieronymi, Super quæ magnitudinem fecit. i. secundũ magnitudinẽ
eorum,

A eorum, quæ fecit visitatio eorum, punitio, eorum super torrentem salicum, iuxta tralationem
Lxx, erat sensus, non solum ducentur captiuo Moabita ab Assyrijs, sed Dominus plus malorũ
illis inuehet, nam visitabunt eos, inuadent eos, cum ducẽtur ab Assyrijs captiuo ad torrentem
quendam, Arabes homines, nequiores multo Assyrijs, qui ad peiorem captiuitatẽ eos ducant.
Nam Assyrij ad se transferebant Moabitas, & Israelitas, & alios, & dabant eis vicos, & oppida
quæ incolerent, ea lege, vt certis temporibus, agros Assyriorum excolerent, & eis seruirent in
rustica, quo pacto Lacedæmones Ilotis utebantur, quã de re legendus in Polit. Aristoteles.
At Arabes captiuos pro iumentis utebantur: Quando visitabo eos, dixerit Lxx, Inducam su-
per eos inducendo enim mala, visitabo eos, interpretatur inducã su-
per eos Arabas ad torrentem, & capient ipsam, subaudi ciuitatem Moabiticã, i. ciues Moabi-
tas ducent captiuos. Idem potest significare tralatio D. Hieron. secundum magnitudinẽ ope-
rum, pro grauitate delictorum visitatio eorum. i. irrogabo eis pœnas ad torrentem salicum, ad
fluuium, cuius ripis multę sunt salices, cum ibi, scilicet, Arabes adorientur ex insidijs, & ducẽt
eos captiuos, inquam, circuibit clamor terminum Moab, cum irrumpent Arabes, & eos aggre-
dientur ferro, & ducent captiuos, tantus erit clamor, eiulatus, vociferatio, lamentatio Moabi-
tarum, vt audiantur in terminis Moabitarum, & Gallim longè disitis, & perueniet vsque ad
puteum Elim, quia aqua Dibon replebuntur sanguine occulorum Moabitarum. Hęc omnia,
eodem modo Lxx feniores.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ponam enim super Dibon additamen-
ta ijs, qui fugerint de Moab leonem, et
reliquis terra

Inducam super Dibon additamen-
ta, & tollam semen Moab, & Ariel;
& reliquum Adama.

Amplificatio hæc est per incrementum. Primum enim vastitatem descripsit propheta
Moabitis importatam ab Assyrijs, deinde quæ fuit, an putet Moab se in nihilo plus, pœ-
narum daturum esse, & subiicit malum quod illis impendebat ad torrentem salicum, vbi illis
tendent insidias Arabes, vt exsatiati illorum sanguine iras, quas aduersus illos concepe-
rant, & eos in multo duriorẽ captiuitatẽ pertrahent. Postremò subiungit, his tot malis
hunc cumulum addendum esse à Deo, vt reliquias quæ se fuga subduxerant, obuius leo conficiat.
Sed hoc postremo loco, Lxx disident à D. Hieron. quod Lxx aiunt Dominum adiectu-
rum hæc additamenta, his tot malis Moabitarum, vt semen Moab tollat Deus, & obuios con-
ficiat leo, & reliquos Moabitas Adama, subaudi consumat (erat autem Adama vna ex vrbus
Sodomorum) & quod illa regio absumpta incendiõ erat, & vniuersa in cineres redacta erat,
voragimbus hians, & lamis vt Solinus prodidit, & qui aufugerant, si per imprudentiã, vel ne-
cessitatem ea loca petierant, illis voragimbus absumebantur, & siti, aut fame peribãt, & alijs
innumeris periculis, quod illa loca essent inculta & inhabitata. Notandum tamen, quod D.
Hieron. vertit, Leonẽ: Lxx vertisse, Ariel: vnde apparet, Lxx viros pro אריאל, legisse אריאל, mu-
tatione vnus literæ in aliam, א, in, א, & additione alterius literæ, quod frequentissimè fieri
in Hebraicis libris supra ostendimus: & si sic legas, significabit propheta, hanc vastitatẽ Mo-
abitarum futuram, cum vastitate Iudæe iniecta à Babilonijs, aut paulò post illam vastitatẽ,
nam, Ariel, populum Dei significat, vt in cap. 29. dicendum est latius.

IN ESAIAE CAP. XVI.

Hoc caput ex illorum numero est, quæ Iudæi sustulere de medio, vt sapè su-
prã repetitum est ex Iustino & Origene, & in eius locum sufficere tralationẽ
nescio quom. Aut si id non est, certè in hexaplo Origenis, in quo erant variæ
tralationes, loco tralationis Lxx virorum, supposita alicuius Iudæi interpre-
tatio est. Quod facile fit, vbi multorum sunt commentaria, aut vbi multæ per-
sonæ loquuntur, vt in comedijs, & tragœdijs, vbi frequentissimè hic lapsus est,
vt pro vna persona, scribatur altera, quod nos docet D. Hieron. Hoc ergo cap. solum linguæ
Hebræe præsidium õpitalabitur, vt interpretari possimus tralationem D. Hieron. destitutis
clarissima illa facie, quæ nobis prælegebat Lxx feniorum.

X 3 D. HIE.

Emitte agnum Dne dominatorem terra de petra deserti ad monte filia Sion

Udai hunc locum interpretatur de tributo quod Moabitae reddebant regi Israel... Emitte agnum Dne dominatorem terra de petra deserti ad monte filia Sion... Hieronimus...

reperiatur. c. 4. Pones arietes in gyro: quanquam R. David exponit, duces, & principes exercituum... Hieronimus... Emitte agnum Dne dominatorem terra...

D. HIERONYMI... Et erit sicut avis fugiens, et pulli de nido euolantes... Hieronimus...

17. nido: מִלִּידוֹ מִשְׁלֵמִים, missa ut dicatur de Ruth. & sit adhuc vaticinium de Christo, et sit sensus: Emitte o pater, & filii, et spiritus sancte agnum illum, qui tollit peccatum mundi, nam filius missus quoque a seipso est: dominator terre: i. sancta Trinitas, qui vnus Dominus terrae, & rerum omnium. vel agnum dominatorem terrae, de petra. i. de oppido, quod redactus es in rupes, & petras, ad montem Sion. i. ad urbem Hierusalem, quando cauiti pater optime, vt foemina vnde oriturus Christus est, tanto tempore ante hanc cladem ad Iudaeam se recipere, nos promisso munere de caelo bea. Et fuit sicut auis fugiens e nido emissam. i. Ruth, fuit vt auis fugiens, & e nido emissam. lege librum Ruth, & intelliges egregiam similitudine descriptam fugam Ruth, cum sequeretur focrum, & Iudaeam peteret, vt sit sensus, Emitte summe Deus agnum illum immaculatum, quando iam olim tantae ruinae subduxisti Ruth, quae fuit sicut auis fugiens, & vaga e nido emissam cum patriam fugeret, sequuta focrum in Iudaeam vbi nupit Booz, & genuit Obed, Obed genuit Isai. Isai genuit Dauid, & Dominus dictus est filius Dauid. Idem hoc significare potest tralatio D. Hieron. si legas, Et erit, & fuit, formidicendi Hebraea apud quos futura pro praeteritis vsurpantur, & sic interpretandicet, quod Hebraice sit וְיָרַח, & fuit. Ergo sensus lectionis D. Hier. erit idem, Et erit, & fuit, Ruth, sicut auis fugiens, cum sequuta focrum est, scilicet: & pulli de nido euolantes, vt pulli euolans e nido vnde pluralis sit pro singulari, praesertim cum Hebraice singulariter sic hae scriptum, & praeterito reprob...

Sic erunt filiae Moab in transensu Arnon. מִבְּנֵי מוֹאָב בְּעַד אַרְנוֹן עָבְרוּ וְהָיוּ כְּעַד אַרְנוֹן עָבְרוּ

Am superiore commentario explanatus est hic locus iuxta sententiam D. Hieron. Potest ad verbum verti sic ex Hebraea lectione: Erunt filiae Moab in transensu Arnon vt sit sensus, vbi ducta est Ruth huic ruinae multo ante tempore, vnde Christus est obrutus, quia filiae Moab erant transiturae fluium Arnon ductae captivae ab Assyrijs. Vnde sensus esse potest tralatio nis D. Hieron. Sic erunt filiae Moab in transensu Arnon, quomodo dicitur Ruth relinquens nidum suum, sic erunt filiae Moab in transensu Arnon, cum ductae captivae...

In consilium, coge concilium, pone quasi noctem umbram tuam in meridie. אֶמְצָא מְסִיבָה לְעַד מִשְׁלֵמִים מִן הַיַּמִּים וְהָיוּ לְעֵדוּתִי

Abconde fugientes, et vagos ne prodas. אֲבַחֵם מִבְּיַד מְסִיבָה לְעַד מִשְׁלֵמִים מִן הַיַּמִּים

D iuus Hieron. (quem solum in hoc capit habemus interpretem, quod sciam, quod huius capitis expuncta tralatio Lxx seniorum est: & nescio cuius tralatio in eius locum est suscepta) putat huius loci sensum esse, Vis o Moab saluus esse? & Dei misericordiam promereri in clara luce, & in aperta fuga populi mei, cum vastabitur Nabucdonosore Hierusalem profugos meos absconde, habitent apud te: Iudaeam enim confinis est Moabitis. Ergo D. Hieron. hoc vaticinium putat esse excidij, & vastitatis inuectae Moabitis a Babylonijs post vastitatem Iudaeam, quod apparet ex Hierem. vt supra dictum est, vt non possit cohaerere Iudeorum interpretatione. Potest huius loci etiam esse sensus, vt semper sit sermo non de Moabitarum excidio, sed de agno illo immaculato, qui sustulit peccatum mundi, & de Ruth vnde traxit ortum secundum carnem. Alloquitur ergo vrbeis omnes Iudaeae vastatas, reliquie em sunt relictae & pauperes, & tenuiores in vrbeis Iudaeae, etiam postquam ductus est captiuus populus Iudaicus, subuersis Hierosolymis a Nabucdonosore. Alloqui ergo videtur omnes has vrbes propheta, vt pro tanto beneficio referat gratiam Moabitis, o popule, quicunque es cape consilium & delibera, quo pacto ad te confugientes Moabitas, quos ego seruare voluero, tegas, quasi noctis umbram, vt abdas eos vbi non compareant. Et si in meridie i. palam ad te confugerint, abde eos in sola loca, absconde eos fugientes, ne prodas eos. Graecus interpres quisquis est sic intellexit, qui reddidit: Facite tegmen ipsi. occultate ipsam Moabitidem gentem. Cape ergo consilium o Iuda, inquit propheta, & quare modos omnes, vt serues Moabitas, qui ad te confugerint.

Habitabit apud te profugi mei, Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris: finit us est enim puluis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram.

Habita-

A emanator defecit quia vastatoris a facie eis latibulum sis Moab profugi meum te Habitabunt. אֲבַחֵם מִבְּיַד מְסִיבָה לְעַד מִשְׁלֵמִים מִן הַיַּמִּים

S ententia D. Hieron. de intellectu huius loci dicta est superiore commentario. Videtur tam men posse etiam conuenienter superioribus. hic locus explanari de agno immaculato, & Moabitis Ruth, & Moabitis, vnde Christus secundum carnem natus est. Vt ea causa commendet Moabitas, & iubeat eos, qui euaserint tantam ruinae feruari hoc nomine, quod ex Ruth Moabitis natus sit Christus. Et ita explanari potest hic locus, si distinctionem Graecae editionis sequamur. Habitabunt apud te profugi mei Moab, illic apposita distinctio, sic enim Graecus interpres disputat, sic quoque Pagninus distinguit, iuxta quam distinctio etiam sic haec enodabis: Moabitis Moabitis profugi mei, quos ego voluero fugere ex tanta ruina, habitabunt apud te o Iuda. Dixi enim vastatoris Hierosolymis, & vrbeis Iudaeae tenuiores, & pauperes relictos, raros tamen. Deinde isto latibulum eorum a facie vastatoris. i. defende illos, occulta apud te. Finitus est enim puluis, inquit euasitatum perus Nabucdonosoris, vt puluis vel cessabit eruditor (sic enim laetio Hebraea verti quoque potest). Tyrannus expoliator cessabit, qui multa exigebat tributa, i. i. i. fugere significat. Sunt enim tyranni sanguifuga, qui ciuium sanguinem exsugunt, & implentur, vnde quam cruce. Consummatus est miser: i. finit us est tyrannus, nam vel Plato postremis de rep. libris docet plurimis verbis & longa disputatione tyrannos, quos vulgus putat beatos, & admiratur, mortalium omnium miserimos esse, & infeliciss. Defecit qui conculcabat terram, Defecit rex Babylonijs, regnorum vastator, potest verti hoc, defecit exercitus, i. vastatoris, consumetur exercitus conculcatoris vt ad Babylonicis regis exercitus referas. Nam sunt ridiculi, mea quidem sententia, qui haec referunt ad Senacheribum, longo tempore post deletam Senacheribum. Hanc vastitatem Moabitarum praedixit Hierem. loco supra citato tantum abest, vt completa sit haec propheta tempore Senacheribi, aut vt de Senacheribo haec propheta vaticinetur, quae de re pluribus supra dictum est. Si distinctionem vulgatae editionis sequamur hic sensus locum non habet, sed quenda est explanatio D. Hier. quae primo loco posita est, vt sit sensus, o Moab, serua Iudaeos, quoad te confugerint, vnde oriturus est Christus, & in medio tanta pestis quae id feceris serua beris, & cito peribit Babylonijs rex, vt omnes seruemini, & postea longo post tempore naseetur Christus.

Et preparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum veritate, in tabernaculo. David iudicabit, & quarens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. אֲבַחֵם מִבְּיַד מְסִיבָה לְעַד מִשְׁלֵמִים מִן הַיַּמִּים

D iuus Hieroniam commentarios docet hoc vaticinium referri a Iudaeis ad Ezechiam regem, nihilo secus, nostrorum nonnulli etiam admoniti huius erroris a D. Hieron. Iudaeorum sententiam sequuntur. Hic locus facit, vt non ad Moab verba fieri videantur, sed ad populum Iudaeam, nam si hoc loco premia proponuntur populo Iudaeae, & ei promittitur Ezechias aut Christus, populo ergo Iudaeae dabitur vt seruae Moabitas profugos, & absconderet eos. Nam si Moabitis imperasset, vt Iudaeos seruae profugos, Moabitis promississet premia ob Iudaeos seruaos tibi si enim tibi proponatur labor, merces laboris tibi, no tuis inimicis promittetur. proponit quispiam Hispanis labore ea mercede vt Maurorum regni felix, faustumque sit: putasne nos, subituros capitis discrimen, huiusmodi mercede proposita? Atqui maiora exercebant odia Moabitis aduersus Iudaeos, quam nos aduersus Mauros. Moabitis ergo no proponeretur merces haec, futurum si se praestitisset humanos aduersus Israelitas, vt constabiletur regnum Iudaeae, sponderent utique, pestem opperet populus Iudaeae potius, nam de Christo quippe idolatra & infideles, nihil credebant. Ad populum Iudaeae ergo verba facta, hoc argumento esse videtur, & sic cohaerent omnia. Petium est enim, vt mitteretur agnus ille immaculatus, terra dominator Christus, quando Ruth, vnde oriturus erat ruinae Moabitarum, iam olim erat subducta, quod

X 5 ducenda

ducendæ captivæ erant à Babylonijs foemina Moabitides, peti- tum erat à residuis pauperibus A in vrbibus Iuda, vt pro tanto beneficio Moabitas, qui ad se confugerent, seruarent, & eos ab- fconderent, quando Moabitis regio dederat Ruth, vnde erat oriturus Christus, qui instaura- turus sit folium Dauid, quod nõ longo tempore post, Babyloniũ regnum sit periturum. Hęc congruunt omnia, & cohærent inter se.

Age nũc ostendamus verissimam esse D. Hieron. sententiã qua nos docet hanc de Christo esse prophetiam, quanquam hoc D. Hieron. perspicuum esse putat, neque egere probatione, Primũ omnium illud volo constet veteres patres hunc locum ad Christum retulisse. Nam D. Hiero. vt dixi, citra controuersiam hoc oraculum de Christo esse ait. Procop. qui veterum patrum sententias de intellectu scripturarum vnum in librum congeisit; Euangelizat, in- quit, propheta, hoc loco folium Dauid, & thronum Dei futurum apud ipsos, non hominum opera, sed Dei misericordia. Euangelizat regnum Dauid instaurandũ à Christo. Esse tamen ait, qui hoc ad Cyri tempora referant: adeo quibusdam immortale odium aduersum Dominum est, & aduersum Christum eius, qui gigantero more cum Deo pugnat. Hic instaurandum foliũ B Dauid dicitur post captiuitatem Babylonicam. Vsq̃ ad Christum Dominum predictũ erat, non futurum esse regem Iuda, neque instaurandum folium Dauid, vt dictum est in cap. 9. in illa verba super foliũ Dauid, &c. & annotatione sequenti cum disceptatur quid sit õ sana, quod docet etiam AVGVSTVS. de ciuitate Dei lib. 19. cap. 47. & EVSEB. demonst. Euangel. lib. 2. cap. 33. & li. 7. cap. 7. docet renouationem folij Dauid in prophetis ad Christi spectare tempora. Cum ergo folium Dauid non fuerit renouandum vsq̃ ad Christum Dominum & post captiuita- tem Babylonicam nunquam fuerit rex in populo Iuda nisi sub Domini aduentum, quod si- gnum erat ipsius Domini aduentus, qui potuit intelligi instaurari folium Dauid post captiui- tatem Babylonicam, nisi de Christo Domino intelligas? Sed redeo ad id, vnde digressus sum hanc prophetiam de Christo esse intelligendam, verba ipsa propheta satis indicant. Nunquã propheta promittit virum vnum aliquem bonum nisi typũ illum faciat Christi & multis sit bono futurus, neque propheta promittit felicitatem, quæ per exiguum tempus sit duratura, & ita דודן, verbum Hebræum quod plura significat nulla sua significatione Ezechia cogruit Nam siue, renouare interpreteris & sic legas, Et renouabitur in misericordia folium Dauid, nullo modo conueniet Ezechia. Possidebat enĩ regnum quod à maioribus acceperat, & idẽ postea suis tradidit hereditarium. Quæ igitur hic est regni renouatio? Si veritas, preparabitur, vt vertit D. Hieron. Aquila, & Theod. non conuenit Ezechia, qui iam regnabat quando hæc propheta fuit: nam preparari regnum ei dicitur qui regnaturus est, neque preparatio regni est vbi nulla est mutatio, nulla instauratio. Quod si דודן, stabilietur veritas (nam hæc omnia significat hoc verbum Hebræum) ne hoc quidem competit in Ezechiam, nec enim quod ei promissa est quindecim annorum quies continuo regnum eius dicitur stabilitum. Nam eadẽ opera Iudæis regibus, impijs etiam stabilitum regnum dices, qui per plures regnarunt annos. Neque regnum stabilitum dicitur, cuius subuersionem, & sobolis regia captiuitatẽ Ezechia regi prædixit Dominus, non solum alijs regibus, quæ res completa captiuitate Babylonicã est, & postremo vastitate à Romanis inuecta. Christo verò eueniunt omnes supra dictæ huius verbi significationes. Is enim dictus est instauraturus regnũ Israel, & renouaturus foliũ Dauid. Et huius rei prophetarum multa extant vaticinia. Is cælum ascendit preparaturus regnũ suis vbi supra ostendimus in caput. 9. esse veram instaurationem regni Dauid. Is dictus est consta- biliturus regnum sempiternum, quod futurum est vt sol in conspectu Domini, vt apud Euseb. locis supra citatis patet, quibus idem dicitur quod hoc loco exigendum folium Dauid, quod ceciderat videlicet captiuitate Babylonica, illic dicitur regnũ Christi futurum æternum, hic stabile. Additur hoc loco (in misericordia) quæ fuit omnium maxima in aduentu Christi & ita Procop. folium Dauid appellat propheta, inquit, Ecclesiam, & potestatem Ecclesiasticã sum- mi pontificis, folium Dauid, & thronum Dauid, idem ait E. P. I. P. H. quod supra in cap. 9. dixi- mus contra nostræ tempestatis hæreticos. Explanat autem Procop. verba illa in veritate. i. iam non per typos, & figuras vt in lege veteri, sed in ipsa veritate, quæ per vmbra legis veteris significabatur. Et infra. In veritate, inquit, quod folium Dauid erit folium veritatis, quod de- leuit gentium mendacia. In tabernaculo Dauid, iudicans. i. euangelium promulgans. nam in cap. 42. dicendum est iudicium in prophetis literis appellari euangelium. Neque minus pò- deris habet hoc postremum quod inter alia Christi nomina, quæ multa in prophetis sunt Ie- sus, Em

A sus, Emmanuel, Semach. Est etiam, Accelerans spolia, supra cap. 8. מדר, pro quo cogno- mine Christi hoc loco est, מדר צדק, accelerans iustitiam. Nec quisquam tam cæcus est, vt non intelligat, maher Salal. i. accelerans spolia & maher sedech. i. accelerans iustitiam idẽ esse. Neque alio modo accelerantur spolia, i. abducuntur gentes quæ seruebant sathana, ab ipso sathana, quam accelerata iustificatione, quæ per Christum facta est. Vt idem sit accelerans iusti- tiam, & accelerans spolia, & vt runq̃ sit Christi cognomen, quo vel solo appareat hæc omnia vsque ad hunc locum ad Christum esse referenda.

D. HIERONYMVS.

Audiuimus superbiam Moab, & catem vsque ad finem ap.

FActa digressione a principio cap. vsque ad hunc locum, ad hæc Christi vaticinia, quæ vltimatissima est apud omnes oratores, redit ad historiam, & præsignificat vrbeis diruen- das, vt cum hæc cõprobauerit resuertentes, maior inde accedat auctoritas vaticinijs de Chri- sto, vt supra dictum est. Vnde diluitur dubium, quod proponit THEODOR. & alij scripto- res sacri cur propheta predicant finitimarum regionum tantum res futuras, nempe quod eo consilio predictantur res futurae altarum gentium & nationum, vt rerum euentus certissimus ostendat illos fuisse prophetas. Et cum hæc omnia eo ordine, quo prædicta sunt, videant cõ- pleta, reliqua omnia credantur complenda, & fixum, & stabile putent. Et ideo finitimarum re- gionũ res futurae prædicebantur, quæ complere viderent ipsi Iudæi; quæ de re supra pluribus est dictum. Quod autem dicitur in tribus annis quasi annis mercenarij de Babylonica captiui- tate intelligas necesse est, quod, vt inquit D. Hieron. post captam Hierusalem trium annorum spatio omnes vrbes Moabitides sunt vastandæ, & anni mercenarij dicuntur, quod seruituti annorum & labore trium annorum integrorum, pro mercede accipiet rex Babylonicus om- nis vrbeis Moabiticis. Nam non est quod ad Assyrios, & Senacheribum hoc vaticinium re- ferri queat, cum multo tempore post delictum Senacheribum, Hieremias hæc omnia sit vatici- natus, quæ vaticinatur his capit. Esaia. Notandum etiam significari verbis illis: Et auferetur læ- titia, & exultatio de Carmelo, quod supra dictum est, significatũ à Lxx senioribus in fine cap. C superioris, cum vertere, Et tollam semen Moab & Ariel. i. delebo regnũ Moab, & Iudã, quod factum est captiuitate Babylonica. Nam Carmelus, mons Galilææ est, & pro Iudæa ponitur in scriptura & reliquæ decem tribuum post captiuas ductas decem tribus, sub regno Iudæ erant. Cum delenda ergo ait exultationem de Carmelo, vastandam Galilæam ait, non terram Moab- itidem, neque intelligere potes vastandam Galilæam ab Assyrijs. Hęc enim vastatio quæ hic prædicitur prædicta est ab Hieremia, tanquam futura multo tempore post captiuas ductas decem tribus.

IN ESAIAE CAP. XVII.

Hic dissensio est veterum patrum & D. Hieron. Nam veteres patres omnes pu- tant hoc cap. cõconomia redemptionis historiam narrari. D. Hier. in comment. quos edidit iuxta expositionẽ historię, vt ipse ait, id in ficiatur, pia voluntas in- quens, sed nõ seruans ordinẽ historię. Hic quæ pace D. Hier. dictũ sit sola est hi- storia euangelica. Apparebit aut hoc cap. verissimũ illud Iustiniani voluminis cõstitutione 126. de Hebræis, quomodo oporteat eos scripturas legere. Quis il- lud in Lxx non admiraretur, quod cum longo tempore salutarem apparitionem Magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi præcesserint, tamen illam futuram, quasi præsentibus carnetes oculis, prophetica quodam modo gratia ipsos circumfulgente sacrorum librorum interpreta- tionem accõmodarunt? apparebit, inquam, hoc Iustiniani elogium, & hoc cap. & alijs multis verissimum fuisse, ita singula Lxx viri ad lucẽ euangelicã interpretantur, tot annis ante euan- gelicã tempora, vt ait Iustinianus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Omni Damasci, ecce Damascus desi- Verbum hoc contra Damascũ, ec- net esse ciuitas. ce Damascũ auferet e ciuitatibus.

Prophe-

In principiū cap. 13. & alijs locis dictum est, cur D. Hieron. verterit מַשְׁקָה; onus: Lxx, vi- sionem; verbum, prophetiam. Hoc loco Hebraicè est, Onus Damasci aut, Prophetia Damasci: pro quo Lxx fecere paraphrasim, & edide- re: Verbum hoc contra Damascum. i. prophetia hæc erit contra Damascum. Reliqua Hebræ- cè sunt: Ecce Damascus repelletur ex vrbe. quod interpretantur Lxx, Ecce Damascus auferetur ex ciuitatibus. i. auferetur ex numero ciuitatum. D. Hieron. explanat Ecce Damascus re- pelletur ex vrbe. i. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, hoc est vastabitur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et erit sicut aceruus lapidum in ruina.

Et erit in ruina derelicta in seculū,

Similitudo literæ vnius fecit tantum dif- sidium tralationis D. Hierony. & Lxx vi- rorum. Lectio tamen Lxx, non potest vllō modo alio referri quā ad tempora Christi, lege- re tamen pro מַשְׁקָה, id est, pro aroer; מַשְׁקָה, mutato, מ, in, ד, quæ literæ sunt tam vicinæ & affi- nes, vix vt internosci possint in codicibus manuscriptis Hebræis. Et si legas מַשְׁקָה, significat vt que in æternum, si legas מַשְׁקָה, id est, aroer, erit lectio D. Hierony. Erit sicut aceruus lapidum in ruina, derelictæ ciuitates aroer gregibus erunt, vt sit sensus: Erit sicut aceruus lapidum in rui- na, Damascus scilicet, quia subuertetur & redigetur in aceruos lapidum, ciuitates aroer erunt derelictæ gregibus, redactæ scilicet in vastitatem, erunt pascua gregum. Lxx viri sensa red- dunt velut admirandi commentarij: nam lectio Hebræa, quæ agnoscunt Lxx viri, sic reddi potest ad verbum: Et erit aceruus ruina, derelictæ ciuitates vsque in æternum gregibus erunt (quod Lxx pro Aroer legunt, ad ad, vsque in æternum) Et erit sensus: Erit aceruus rui- næ, Damascus. i. vastabitur, & redigetur in aceruos lapidum ex ruina. Relictæ ciuitates vsq; in æternum, in pascua gregum. i. vrbes regni Damasci vastabuntur, & redigentur in pascua gregum: reddidit Lxx viri pro his, Erit in ruina derelicta in seculum, in cubile gregum, & requiem. i. erit regio Damascus nomine, redacta in pascua pecudum vsque in seculum. Damas- cus vrbs erat caput regni, & totum regnum Damascus appellabatur, vt vrbeis has vastas in- telligeremus, vrbeis regni, quod etiam Damascus dicebatur. Hanc lectionem Lxx virorum nemo poterit nisi ad Christi tempora referre, & ideo Iudei ad illud confugiunt, deceptos esse Lxx similitudine literarum, quibus respondimus in disputatione de tralationibus. Non si se- vertat Iudæus in quas volat facies, hanc lectionem Lxx virorum alio referat, quam in tempo- ra Christi, neque fugiet Iudæus si alas Icarum sumat. Sed prius quam id ostendam prætexere o- portet D. Hiero. sententiam de huius loci intellectu, qui ex. 4. reg. cap. 16. hunc locum expla- nat de vastitate importata Damasco à rege Assyriorum quando vastata Damascus est, & in- terfectus Rhasim rex Damasci, & ciues Damasci translati sunt Cyrenæ, quæ eadem est senten- tia Cyrilli (si modo eius sunt commentaria) qua de re supra dixi quid sentiam. PROCO. quod Hebraicè nesciebat credidit Lxx addidisse de suo: Erit derelicta in seculum Damascus, & ait a- pertè hæc verba redundare, quod hic describatur ruina Damasci importata ab Assyrijs, quæ non fuit perpetua sed ad tempus, quod postea instauratum sit regnum Damasci, & vsque ad apostolorum tempora floruerit, quod fatetur etiā D. Hier. Quin Plinius & Strabo fuisse flo- rentissimam Syriæ Damascum tradunt. Ergo verba prophete, quæ futuram desertam, & re- lictam vsque in seculum in pascua gregum aiunt, vastitati inuectæ ab Assyrijs non conueniunt, nisi mendacem prophetiam facere volumus, nam post hanc vastitatem floruit regnum Da- masci, & Damascus, & Damascena regio redacta in prouinciā à Romanis est postea, vt docet EVSEB. Euang. demonstr. lib. 7. c. 2. qua de re multa dixim⁹ in illa verba cap. 7. Derelinquetur ter- ra quam tu detestaris, Et cum regnū Damasci est deletū, & tota regio redacta in prouinciā est, imminutæ quidem sunt vires Damasci, sed ne tunc quidem redacta in pascua gregum Damas- cena regio intelligi potest, necessitas ipsa cogit, vt quando Lxxiii testes Iudæos doctissimos le- ctionis huius habemus, qui suis temporibus tribus seculis ante aduentum Domini testantur pro, מ, fuisse, מ, & mutatione vnius literæ prædicitur hoc oraculo Damascenam regionem redigendam in vastitatem, referamus ad Adriani tempora à quo vniuersa Iudæa est deleta quinquaginta vrbes munitissimæ, cum nongentis octoginta quinque vicis nobilissimis in ce- dio consumptæ, & vasta derelicta est tunc omnis illa regio, vt leges apud Dionē in vita Adriani tunc est

Lectio Lxx hæc cogit ad Christi tempora referre.

Atunc est relicta in pascua pecudum, nam omnia ea loca tenebant Iudæi, & omnia ea absumpta sunt incendio, & in vastitatem redacta, vt si euetus scripturarum interpres optimus sit, quod ex Daniele docent omnes patres, nulla dubitatio relinquatur, non de temporibus Assyrio- rum, sed de temporibus Romanorum hoc esse intelligendum: quod sensit idem Procop. qui coactus verbis prophete sententiam mutat infra, reditq; ad Romanos, his verbis *ἡ πόλις ἐστὶν ἐρημωμένη*. intelligendū est de Damasco, eo modo quo nunc est sub Romanis, quod videlicet temporibus Procopij vasta illa loca essent. Quod si neges ad Iudæam pertinere Da- mascum, coget te Paulus fateri qui Hierosolymis profectus Damascum est, ad vinciendos Christianos, vnde intelliges Iudæos illic habitasse, & non longè Hierosolymis distare Damas- cum. & Dion scribit Iudæos occupasse munitissima Syriæ oppida, & postea omnia esse deleta & igni absumpta, oppida scilicet munitissima quinquaginta, vicos nobilissimos 985, vbi si te- neas rationem geographiæ, & conferas cum actis apostolorum, non poteris in dubium voca- re, an inter illa munitissima 50 oppida absumpta incendio à Iulio Seuero, fuerit Damascus, de qua vastitate Lxx sen. intellexisse satis liquet cum dixere, Erit derelicta in seculum. Mitto di- cere Aroer Moabitidis regionis vrbe esse, vt discas ex lib. Iosue cap. 12. & Iudicū cap. 11. Et nisi D. Hieron. hanc vrbe, aut vrbe cognominem retulisset ad regionem Damascenam, cō- tenderem neminem fore, qui hanc vrbe regionis Damascenæ esse demonstraret, tamen D. Hierony. autoritas facit vt in dubium non sit vocandum, an vrbs fuerit regionis Damas- cenæ. Manet tamen adhuc scrupulus, quauis hoc largiar authoritati D. Hieron. quo nam mo- do intelligi possit vrbeis Aroer, nam Aroer vrbs erat, non regnum. Damasci vrbes intelligo quod Damascus regnum fuerit, vrbeis Aroer non intelligo, quod aroer vrbs fuerit, non reg- num. Qui ingenio plus valuerit & doctrina hunc dissoluet nodum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco.

Et non amplius erit munita ad con- fugiendum illuc Ephraim, & non amplius erit regnum in Damasco, & residuum Syrorum.

Quoquo te veritas apparebit non temere Iustinianum, & veteres Patres spiritu prophético putasse Lxx viros vertisse sacras literas & sensus expressisse sacros. Quod ergo D. Hieron. vertit conuenienter lectioni Hebrææ: & cessabit adiutorium ab Ephraim interpretatur Lxx veluti commentario quodam: & non amplius erit munita ad confugiendum illuc Ephraim, & quod Hieron. reddit, Et regnum à Damasco, interpretantur, cessabit regnum à Da- masco, vertere enim, & non amplius erit regnum in Damasco, & quod D. Hieron. vertit, & reliquiæ Syriæ eodem modo vertere. Residuum Syrorū, sed nō tribuere inferioribus, sed fi- nem sententiæ esse putarūt, admirabili sententia, si historias legas, vt sit sensus cessabit adiu- toriū ab Ephraim. i. non amplius erit munita Damascus, neq; erit potēs amplius regnū Damas- ci, vt confugiat illuc Israël, & ab eo petat auxiliū, vt solebat, & regnū à Damasco (subaudi ces- sabit). i. non amplius erit regnum in Damasco, & reliquiæ Syriæ. i. residuum Syrorum (supple- cessabit) nā omnis Syria vastabitur à Romanis, & redigetur in prouinciā Romanorum. Iā hoc loco Procop. hæc refert ad Christi tempora his verbis: Hoc quod dicitur nō erit munita Damascus ad confugiendum illuc Ephraim, & non erit regnum in Damasco, Romanis tem- poribus congruit, nam post aduentum nostri seruatoris regna omnia sunt deleta, & redacta in ditionem Romanorum. Sed Procop. hæc refert ad tempora Augusti Cæsaris, & ad supe- riora tempora sub Christi aduentum quo etiam referre viderur Euseb. Cēsar. loco citato supe- riore capite, vnde nō abhorret quod sequitur & residuū Syriæ vel & reliquiæ Syriæ (subaudi) nō erūt. i. reliqua regna Syriæ nō erūt, quod deletūtur à Romanis. Sic enim hæc iuxta inter- pretationē Lxx virorū interpretabimur de sententiā Procopij, & Eusebij Cēsariē. Et euetus ip- se rerū sic hæc facta cōprobat, vt leges apud Euse. Tamē mihi hæc sententiā ita placet vt ad tēpo- ra Augusti hæc referas, vt putes etiā referenda ad tēpora Adriani. leges enim apud Dionē, Iudæos cum rebellarūt aduersum Romanos, occupasse vniuersam Iudæā & bonam Syriæ partē & incensas vrbes Iudææ, & Syriæ, quo confugerant Iudæi, quod significatū videtur verbis il- lis: & residuum Syrorum, vel, & reliquiæ Syriæ, multi enim alienigenæ ex Syris se Iudæis ad- iunxere, qui eadem sunt cum Iudæis vsi fortuna.

D. HIE-

Et reliquia Syria sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit Dominus exercituum. Non tu melior es filijs Israel, & gloria eorum.

DICTUM est superiore commentario hunc locum aliter distinctum, & distinctum a D. Hieron. quam a Lxx viris. Sed utroque modo eadem sententia est. Procop. quāquam a principio hoc caput referre coeperat ad Assyrios, tamen postea hæc, & omnia ad Christi tempora refert. Reliquia inquit Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt. i. inuoluentur eadem ruina cū Iudæis, quod factum est tempore Vespasiani, & tempore Adriani, & sub aduentum Domini, quando omnia regna deleta sunt, & redacta in ditionē Imperatoris Romani. Lectio Hebræa ad verbum reddita est a D. Hieron. sicut gloria filiorum Israel erunt, dixit Dominus. quod interpretantur Lxx. i. inuoluentur ruina filiorum Israel. Quod enim supra dictum erat cessaturū Regnum Damasci, & residuum Syriæ, vel & reliquie Syriæ, subiecisse videtur propheta: Erunt sicut gloria filiorum Israel. i. concident vna cum filijs Israel hoc inquam paraphrasi quadam dixere Lxx. Non tu melior es filijs Israel, & gloria eorum. i. non erit melior fortuna tua, & conditio, quam erit filiorum Israel: quemadmodum enim illi consumentur incendio quod Christum non receperint, ita tu eadem inuolueris ruina, quod non receperis fidem.

Et erit in die illa, attenuabitur gloria Jacob, & pinguedo carnis eius emarcescet. Hæc dicit Dñs fabaoth, erit in die illa defectio gloriæ Jacob, & pinguis gloriæ eius commouebuntur.

PROCOPIUS vocat gloriam Hierusalem, & pinguis eius, regnum, sacerdotium, sanctificationē, legis ceremonias, prophetica gratiā, quod his priuatus sit Israel, & Damascus regno. Unde ait: In die illa, significans tempus seruatoris nostri. EVSEB. lib. 2. cap. 43. etiā de Christo hæc explanat his verbis: His plane, & euidenter prædicitur gloriam Israel auferendam esse, & omnia pinguis eorum esse auferenda. Lectionem Hebræam ad verbum expressit D. Hieron. quā commentarij vice interpretantur Lxx, Et erit in die illa attenuabitur gloria Jacob, interpretantur Lxx. i. in die illa erit defectio gloriæ Jacob hoc est, cessabit gloria Jacob, cessabit lex vetus, vt ait Procop. Deinde, Et pinguedo carnis eius emarcescet, interpretantur hoc Lxx sic. i. pinguis gloriæ eius commouebuntur, vel ruent, vt sacerdotiū, sanctificatio, regnū, cultus legis, prophetica gratia. Lxx tralatio & historia inuitū etiā cogāt hæc ad Christū referre, nō ad Assyriū rū historiā, quæ alioqui verbi prophete nullo modo cōgruit. Quomodo em si de Assyrijs hic ageretur, Damascus desijt esse ciuitas, & est derelicta in seculum, in ruina, iuxta tralationem Lxx, quomodo cessat adiutoriū ab Ephraim, & regnum a Damasco? quod post illa tempora fuit potentissimū, vsque ad tempora Apostolorū, ut D. Hiero. fatetur, & Proc. qui aduerte ait non prædixisse prophetam delendos esse Iudæos, sed gloriam illorum esse auferendam.

Non prædicitur auferendos Iudæos, sed illorū gloriam.

Et erit sicut congregans in messe, quod restiterit, & brachium eius spicas leget. Et erit quemadmodum si quis cōgregauerit messem, quæ stetit, & semen spicarum metet.

DIUUS HIERON. in comment. secūdis, vbi hæc explanat, spiritualiter cum reliquis sanctis patribus hæc ad Christū refert, & ad eius tempora. Primis comment. vbi persequi se ait historiā, negat expositionem iuxta historiā ad Christi tempora posse referri, neque causam addit, neque quid repugnet, ostendit. Neque quisquam commōstrauerit vnquam hoc toto cap. quid non cohæreat aptè cum Christi temporibus, neque efficiet vlla vi, vt hoc caput: historiæ Assyriorum congruat: vt nec suspicio sit hic agi posse de Assyrijs, non modo superiora omnia (vt ostendi) repugnant, sed etiam omnia sequentia, vt apparebit. Potior igitur est EV-

semen eius demetet spicarum brachiū eius & stantem messem congregas sicut erit Et וְהָיָה כְּאִםּ קָצַר קָמָה וְזָרְעוּ שְׂבָלִים וְקָצְרוּ

A est EVSEB. sententia, qui hunc locum explanat lib. 2. cap. 43. de Christi temporibus, his verbis: Euidenter his prædicitur subuertendam gloriam Israelis: & paucos (quos possis numero comprehendere) in Christum Dominum credituros. Et Procop. In die illa, inquit, aduentum seruatoris significans. Aduerte vero non prædixisse prophetam delendos esse Iudæos, sed gloriam illorum esse auferendam, cum inquit: Vt in messe congregantur spicae, in messe enim de messis frugibus relinquitur spica sola, sic erit de Iudæorum populis, de quibus relinquentur pauci vt in spicilegio. Quod autem pro eo, quod Hieron. reddidit: Brachium eius: Lxx verte- re: Semen eius, verbum Hebræum fecit זָרְעוּ, quod significat semen, & brachium, quāquam hoc loco magis videtur significare, semē eius (vt reddidit Lxx) quod pro brachio solet scribi זָרְעוּ, ante, ז, sed parui refert quando D. Hier. pro brachio vertit: solet enim, ז, addi & detrahi. Vtriusque tralationis eadem sententia est, si dicas: Erit sicut congregans in messe, quod restiterit. i. erunt pauci, qui Christo credent, quoniam reliquæ saluæ sient, cæteris Iudæis deletis, ducta metaphora à segetibus, quæ demetuntur, & pauca spicae relinquantur à messoribus stantes, quas spicas brachium Domini leget, apostolos, scilicet & fideles. Tralatio Lxx apertior est: Erit quemadmodum si quis congregauerit, messem quæ stetit & semen spicarum eius metet. i. erit sicut congregans spicas post messem stātes, sic demetet Dominus filios Iudæorum, qui subintrabunt Ecclesiam postea, quos appellat semen spicarum eius messis. Nā apud Oseam est, & alios prophetas, Iudæos, postquam vastata fuerit Iudæa, qui ducentur capti in varias oras orbis terrarum, aut si qui delituerint alicubi, vermiculatos. i. pro creaturos innumeram sobolem ad instar vermiculorum, qui postea cateruatim intrent in Ecclesiam. Et videtur pulchra metaphora, quemadmodum in euerfione vrbiū, exustis messibus, aut depulatis agris, excutiuntur grana, quæ renascuntur in segetes, quas demetunt longa obsidione liberati, aut residui ex illa vastitate: sic futurum, vt ex Iudæis residuis vagis toto orbe, renascatur soboles, quæ postea intret in Ecclesiā, vel semen spicarum eius messis, intelligit apostolos iuxta illud, eo sensu, quo in illū locū dictum est, Nisi Dominus reliquisset nobis semen, cap. i.

Et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim, et relinquetur in eo sicut racem. Et erit quemadmodum si quis congregauerit spicam in valle dura, & relicta fuerit in ea stipula.

VERBUM Hebræum Raphaim, multa significat, ideo maluit D. Hier. non red- dere Latine, quoniam Raphaim metalla significat, & sic Lxx viri reddidere, In valle dura, quod peritissimi legis Mosaicæ meminere apud Ieremiam cap. 5. frontem populi Iudæorum esse dictam silice duriorem, & Ezēchielis cap. 2. & 3. & alijs multis locis, dura ceruice appellatos esse Iudæos, & ita, In valle Raphaim, in valle metallorum verterunt. i. in valle Iudæorum qui ferrei, & adamantini dicuntur, & ferrea, & dura ceruice. i. in gente Iudæa dura ceruicis erit Dominus, quasi quærens spicas. i. quasi deligens paucos discipulos, & apostolos, ceteros ob infidelitatem perditurus. Et relinquetur in ea sicut racemus. i. per exigua racematio fidelium relinquetur, reliquæ. s. quæ saluæ factæ sunt (vtitur enim similitudine vindemiæ, & racemationis post factam vindemiam, cum in vitibus pauci racemi relinquantur) sic pauci fideles relinquentur, pereuntibus cæteris Iudæis infidelibus. Quāquā quod D. Hier. Relinquetur in ea sicut racem: Lxx reddidere, Relicta fuerit in ea stipula, quia Hebraicè nō est aduerbiū illud, sicut: & וְהָיָה כְּרָעֵם, quod Rabini aiunt significare racemos, vt vertit D. Hieron. Vatablus vel quicūque est ille qui illam versionem fecit, reddidit spicas, sed Lxx senioribus multo maior habēda est fides quam cæcis Rabinis, quippe antiquioribus & doctioribus multo: & ipsum verbi etymon hoc indicat, nam וְהָיָה כְּרָעֵם, operari significat, vnde וְהָיָה כְּרָעֵם, opera facta, & fructus omnes significare posse videtur, non solum racemos sed stipulas & spicas, vt reddidere Lxx. Significat etiam raphaim sanos & huic loco conuenit mirabiliter, vt dicat Dominus deliget Christus in valle redemptorū, & sanatorū & curatorū (hæc enim omnia significat Raphaim) spicas, quæ oratio emphasim habet, vt sit sensus, paucos esse delectos in valle vbi curatio, & sanatio, & redemptio generis humani sit facta, & tam paucos esse delectos vt comparentur spicis quæ in spicilegio leguntur, vel racemis comparentur, qui facta vindemia leguntur in racematione: cum gētes infideles ad Christum momento temporis sint conuersæ. Significat etiam Raphaim mortuos, neque hoc male conuenit huic loco vt dicas à Christo paucos esse delectos in valle Raphaim

phaim. i. mortuorum, hoc est Iudeorum, quos Dominus mortuos appellat. Sine mortuos sepe A lire suos mortuos: significat etiam Raphaim gigantes, & potentes. In illa ergo valle quae olim erat gigantum. i. populi Dei, quaeque tulit tot prophetas, tot sanctos viros, nunc paucula deligentur spice, significat lapides pretiosos ut sit sensus, ex terra sanctorum à Christo pauculos esse deligendos, nam sanctos appellatos esse gemmas, & smaragdus dictum est in illa verba capitulis 13. pretiosior erit vir auro. Et est canon interpretanda scripturae si verbum vnum multa significet, quae ad rem, de qua agitur pertineant, omnia illa ab spiritu sancto fuisse significata: & ideo à D. Hieronymo haec vox non est Latine reddita, quod multos haberet intellectus huic sententiae consentaneos. Procop. haec omnia ut dixi ad Christi tempora refert, & EVSEB. demonstrat. Euangelicae lib. 2. cap. 31. cum enim proposuisset se dicturum vaticinia, quibus praedictum erat post crucem Domini delendum populum Iudeorum, subiecit hunc locum, quod idem fecit eodem lib. 2. cap. 42. & planiora haec putat, quam ut interpretanda sint.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et sicut excussio oleae duarum vel trium olivarum in summitate rami: sive quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dñs Deus Israel.

Aut sicut grana oliuae duo vel tria in summitate sublimi, vel quatuor vel quinque in ramis eorum derelinquuntur. haec dicit Dñs Deus Israel.

PROCOPIUS. his verbis, puto spicas, chorum apostolorum significare, de quibus dictum est: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen: Horum namque lectissimos nunc alio significat exemplo, Grana, inquiens, duo vel tria, quae verba significant idem quod superius per spicas significatum est, tanta raritas fidelium erit temporibus Christi, ut summi principes illorum futuri sint duo vel tres, id enim significat illa oratio: In summitate sublimi quasi dicat duos vel tres excellentissimos futuros, interim enim numero binario, interim ternario nominatur. Treis enim adhibuit testis Dominus transfigurationis suae Petrum, & Iacobum, & Ioannem: treis introduxit secum quando suscitavit filiam archisynagogi. Omnes autem ij, qui hic numerantur duo tres, quatuor, quinque, quatuordecim efficiunt apostolos, ita ut duodecim addatur Paulus, & Iacobus frater Domini, qui efficiunt quatuordecim. hi autem reperitur in summitate sublimi oleae, hoc est in Iudeorum successione. Hanc oleam Paulus, pulchra oleam nominat, & radicem sanctam. Haec Procop. Idem ait EVSEB. Caesariensis lib. 2. cap. 32. & cap. 42. Cum enim populum Iudeorum delendum fuisse significauerit propheta post crucem Domini, granis his per paucis significavit, inquit, apostolus, qui Christo crediderunt. Hoc lectio Hebraea praefert, in qua sine coniunctione disiunctiva legitur, duo, tria grana in capite rami, quatuor, quinque in ramis eius fructus eius, quasi dicat hunc fuisse fructum huius oliuae. i. populi Iudeorum, ut disiunctiones lectionis vulgatae pro coniunctionibus copulatiuis sint accipiendae, quando Hebraice copulatiue dicuntur, non disiunctiue. In summitate rami, & in cacuminibus eius, in summo fastigio huius oleae hoc est populi Dei, Nam apostolos antea ferendos esse prophetis docet ISYCH. in Leuit. lib. 2. in illa verba, Tollens autem de canistro azymorum, quia maiorem perceperunt gratiam apostoli quam prophetarum. Et apostolorum sermones, praeposuntur sermonibus prophetarum, & docet hunc ordinem seruasse Paulum. i. ad Corinth. cap. 12. posuit Deus in Ecclesia primum apostolos, deinde prophetas, vnde per appositionem sequitur fructus eius. i. qui apostoli per excellentiam dicuntur fructus huius oliuae ut cum urbem, per excellentiam Romam accipimus, & quum Homerum per excellentiam poetam nominamus. Dicit Dominus Deus Israel: Haec verba poni solent, ut fixum, & stabile ostendatur futurum id quod praedictum est, si quidem dicit Dominus, cuius dixisse, fecisse est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respiciet. Et non inclinabitur ad altaria, quae fecerunt manus eius, & quae operati sunt digiti eius, & non respicient lucos, & delubra.

Die illa confidens erit homo super eo, qui fecit eum, oculi autem eius in sanctum Israel respicient. Et non confidentes erunt in altaribus, neque in operibus manuum eorum, quae fecerunt digiti eorum, non videbunt arbores, neque abominationes eorum.

Quidam

Quidam enim nostris, nominis etiam celeberrimi, haec & superiora referunt ad Assyrios, Residui autem tribuum conuersi sunt ad tribum Iuda. Quid tum postea? quasi verò non planum sit, non solum residuos tribuum, sed populum Iuda referunt fuisse idolatriam, etiam post vastitatem inuectam ab Assyrijs, quod obijcit Dominus penè omnibus vaticinijs Hieremiae & Ezechielis, & ea causa vastatur Hierusalem à Babylonijs, & Iudaei captiui ducuntur Babylonem: ut si sic interpretaremur, falsa futura fuerit propheta, & mendax, quae ait, Non inclinabitur ad altaria, quae fecerunt manus eius, imò post deletas decem tribus, multò magis Iudaea fuit dedita idololatriae, quàm decem tribus fuerant olim, quod Dominus significat apud Ezechielem, similitudine illa duarum illarum foeminarum, Oolla, & Ooliba, ut nec haec, nec superiora villo modo Assyrijs possint congruere. Magis placet sententia EVSEB. lib. 2. c. 31. qui haec verba interpretatur de conuersione Gentium ad Christum, & ad Deum Israel. Cum enim conuersionem Gentium dixisset à prophetis fuisse praesignificatam inter alia, eius rei vaticinia hunc locum subiecit, ut sensum huius loci crediderit, in aduentu Domini vniuersum orbem conuertendum esse ad Christum. Et cap. 43. idem Euseb. hunc locum citans, Post vaticinia vastitatis Iudaeae, inquit, & post prophetias de reliquijs Israel, quae saluae factae sunt, conuenienter his verbis praesignificat conuersionem Gentium ad Deum Israel, relicto errore idololatriae. P. R. O. C. Post apostolos, inquit, consequenter his verbis, gentium conuersio est praesignificata, & auersio nationum à daemonum cultu.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In die illa, erunt ciuitates fortitudinis eius derelictae sicut aratra, et segetes, quae derelictae sunt à facie filiorum Israel, et erit deserta, quia oblita es Dei saluatoris tui, et fortis adiutoris tui non es recordata.

In die illa, Erunt ciuitates tuae derelictae, quemadmodum dereliquerunt Amorrhæi, & Euæhi à facie filiorum Israel: quia dereliquisti Deum saluatorem tuum, & domini Dei tui non es recordata.

quae Amorrhæorum & ramus vel Euæorum aratrum relictum sicut fortitudinis eius ciuitates illa In die erunt derelictae sicut aratra, & segetes, quae derelictae sunt à facie filiorum Israel, et erit deserta, quia oblita es Dei saluatoris tui, et fortis adiutoris tui non es recordata.

Dictum est supra, repetendumque saepe est, quoties propheta citat verba testamenti veteris, citari ea tanquam typum eius prophetiae, de qua agitur. Sic hoc loco citat propheta historiam Iesu Naue, pro typo Iesu saluatoris nostri: ut enim Iesus Naue vrbes diruit Canaanorum, Amorrhæorum, & Heuæorum, & nationes illas expulit, & collocavit illic populum Dei, relicta tamen, qui populum Dei armis lacefferent, ne obliuisceretur Dei: sic Iesus seruator noster, expulit nationes infideles, praecipue impios Iudaeos, ut ibi ecclesiam plantaret, quae toto germinaret orbe, ut est apud Hieremiam cap. 1. vbi Hieremias typus Domini euulsit gentes, expulit nationes infideles, dissipauit populos, soluit populum fidelem, aedificauit ecclesiam, quoniam Iudaea reliquit Deum Iesum suum, peius tractata est, quàm reliquae nationes, nam eius vrbes sunt erutae, & illi suis aedibus pulsi, ut olim Heuæi & Amorrhæi. Sic PROCOPIUS. hunc locum explanat: Historia (inquiens) Iesu Naue typus fuit Iesu seruatoris nostri, qui expulit reliqua imperia, & toto orbe suam ecclesiam collocavit. Et rursus Procopius idem, Quemadmodum olim pulsi Amorrhæi sunt, & Heuæi his sedibus ob infidelitatem, & tu introductus es in eas à Israel, sic tu pelleris iisdem sedibus, ut habitent alij. Verifque enim Iudæis, & Amorrhæis impietas causa expulsionis fuit. Amorrhæis quidem infidelitas, vobis, quod Dominum vestrum Iesum reliquistis: sic enim praefert lectio Hebraea. haec Procopius. Vnde apparet, veteres Theologos adnotasse, pro eo quod D. Hieronymus vertit, Oblita es Dei saluatoris tui: Hebraice esse, Oblita es Dei Iesu tui: pro quo Lxx sentiores reddidere *oblitum*, quo nomine Iesus in euangelicis litteris nominatur. Iudaizantes his aduersantur, quos refutauimus in commentarijs in caput duodecimum.

Y EVSEB.

EVSEB. Cæsarienf. lib. 2. euang. demõnst. cap. 31. eodem hæc refert quo Procop. vt ex titulo capitis intelliges. Adde his, significasse propheta Efaïam, complendam esse prophetiam Moïfis, qua prædixit Deuteron. cap. 28. & 29. vastandos Iudæos esse, & pellendos proprijs sedibus, quod non seruarint legem, quod apertius prædixit Iosue cap. 23. Sicut impleuit opere Dominus quod promisit, & prospera cuncta venerunt, sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est, donec vos auferat, atque disperdat de terra. Quod significauit etiam IOSEP. Iudaicæ antiquit. lib. 4. in fine postremi cap. Nec te perturbet quod miratur D. Hierony. Lxx viros vertisse, pro, segetibus, & aratris, Heuæos, & Amorrhæos, cum lectio Hebræa nihil tale agnoscat, nam postea idem Diuus nos docuit, vt supra pluribus diximus, Lxx viros secutos sæpè sententiam, non verba: & sic sacras literas fuisse interpretatos, vt sensus sacros eruerent, verba non morarentur. Et hoc laudauit Iustinianus, laudauit omnis antiquitas in Lxx viris, quod sensa explicant scripturæ, non numerant verba, quod vice commentarij, quædam verba de suo addiderint, qua de re, multa in disputatione de tralationibus diximus. Itaque his verbis additis planè significarunt Lxx viri id quod Procop. & Euseb. nos docent, citari hanc historiam legis veteris, pro typo temporum Christi. Et qui minus licuit Lxx viris subaudire Amorrhæi, & Heuæi. i. quàm Vatablo? qui subaudiit in commentarijs similem vocem, vbi ait, Relinquunt (subaudi Chananæi) Sed alij ad Assyrios referunt, in quies, non moror. Lxx viri planè hæc ad Christi tempora referunt, iam indè à principio capitis, si singula expendas. Sed quid? quod perexigua mutatione literarum in Hebræa lectione efficias interpretatione Lxx? si in prima dictione שררר. i. aratrum, pro, ר, scribas, ר, & pro, ש, scribas, ר, & sic legas, שררר. i. Heuæorum, in secunda dictione. רררר. i. ramus, transmutes tantum vnam literam, ר, & legas רררר. i. & Amorrhæorum, quod in sacris literis in codicibus Hebræis, plurimis locis factum esse docuimus ex autoritate etiam Rabinorum, etiam vbi nulla Iudæorum fraus est.

Lxx viri commentarij sunt, et explanant scripturæ typos.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propterea plantabis plantationem fidelem, et germen alienum seminabis. Propter hoc plantabis plantationem infidelem, & semen infidele.

Diuus Hieron. Hebræam lectionem ad verbum reddidit. Lxx sic hæc interpretatur, Propterea plantabis plantationem fidelem. i. quia oblita es Dei lesu tui, vt supra dixit, & Christum non recepisti, eris causa vt infideles nationes plantentur in ecclesia, & vt oleaster inferatur oleæ. Itaque quod Hebraicè est, Plantationem fidelem, reddidere Lxx, veluti scholio quodam. i. plantationem infidelium, quod ex infidelibus nationibus plantata sit ecclesia fidelium, & ideo fidelis & pulchra dicitur ecclesia. Verbum enim Hebræum, fidelem, pulchram, & amœnam significat, quæ nomina omnia ecclesiæ catholicæ conueniunt. Sed pro fidei, pulchra, & amœna hac plantatione. i. pro hac ecclesia pulchra, fidei, & amœna, reddidere Lxx, plantationem infidelem, quod infidelis oleaster, hoc est, infidelis populus Gentium, insitus oleæ est, & indè facta ecclesia fidelis, pulchra, & amœna. Idque ita fecere, veluti paraphrasi facta ex verbis sequentibus, vt interpretarètur verba propheta de vocatione Gentium, quod ita explanatur ab ipso propheta verbis sequentibus: Et germen alienum seminabis, quod Lxx interpretantur etiam. i. semen infidele, hoc est, nationes idolatras: vt sit sensus, Plantabis plantationem fidelem, id est, plantabis plantationem fidelis ecclesiæ, ex populo Gentium infidei. Et germen alienum seminabis. i. eris causa, vt nationes infideles, & alienæ introducantur in ecclesiam, iuxta illud: Vobis oportebat primùm prædicari verbum Dei: sed quia vos non recipitis, ecce conuertimur ad Gentes. Lege AVGVST. de olea, & oleastro, & plantatione, cum alijs locis plurimis, tum in. 4. cap. Ioann. tract. 16. in illa verba: Vade, filius tuus viuit: vñ que in finem tractatus.

Lxx viri scholiastæ.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In die plantationis tuæ, labrusca. In die qua plantaueris, errabis.

In die plantationis tuæ, labrusca. Id est, in ea die qua causa fueris, vt Gentes infideles plantentur in ecclesia, & vt oleaster, id est, infidelis Gentium populus inferatur oleæ, labrusca, id est, manebis tu (ò synagoga) labrusca, & vna foetida. Sensus ergo est, cum intromissæ fuerint in ecclesiam nationes, & cum oleaster inferi cœperit oleæ, fiet exclusio Iudæorum ab

A rum ab ecclesia, quod Paulus inquit ad Romanos cap. 11. illorum delictum salus est gentibus: & quod si delictum illorum delictæ sunt mundi: & quod diminutio eorum, diuitiæ Gentium: & amissio eorum, reconciliatio est mundi. Lxx viri, pro, labrusca, reddidere errabis: vt sit sensus, In die plantationis. i. in die qua plantaueris nationes infideles, hoc est, cum fueris causa, vt gentes infideles plantentur in ecclesia, errabis. i. excluderis, hoc est, quando Gentes intrabunt in ecclesiam, fiet exclusio Iudæorum. Verbum Hebræum si dedicatur à שרר, cum puncto in parte dextra, significabit errabis, vel ignorabis; & sic vertisse videntur Lxx viri in die qua plantabitur ecclesia, excluderis (ò synagoga) & occideris. Si verò punctum sit in parte sinistra, vertes, Multiplicaberis; & cresces, vt reddidere Vatab. & Pagninus, quod referri potest ad illud, quod vno die credideris quinque hominum millia: & vulgatus scripturæ canon est, vt de parte loquamur tanquam de toto, & cum pars Iudæorum sit occidenda, Iudæos occidatos dicat scriptura: & cum pars crediderit, & numerus credentium fuerit multiplicatus, Iudæos credenteis multiplicatos dicat.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI. Manè semen tuum florebit. Manè si seminaueris, florebit in messe.

Manè semen tuum florebit. i. diluculo illo resurrectionis, florebit semen tuum, Quia si granum frumenti mortuum fuerit, resurgens multum fructum afferet. Et ideo post resurrectionem semen tuum florebit. i. erit magnus credentium numerus, erit multus ille fructus, quem Dominus dixit, oriturum ex grano illo frumenti, quod cadens in terram, fuerit mortuum. Vna enim prædicatione, vno miraculo, vna seminatione verbi Dei, multa credere hominum millia, quæ completa sunt Spiritu sancto, & quæ florere statim, & fuit matura Deo messis. Quod significauere Lxx seniores, cum reddidere: At manè si seminaueris, florebit in messe. Quod est idem cum illo capitis postremi, Parietur gens simul: simul enim partus est populus Christianus, & vna seminatione nata messis ecclesiæ est, & maturuit post resurrectionem, quod Lxx seniores dixere, Manè, cum modò tria millia simul credideret, modò quinque millia. Gens ergo Christiana nata est semel, & manè seminata floruit statim in messe matura Deo.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI. Ablata est messis in die hæreditatis, et dolebit grauiter. In die hæreditatis, sicut pater hominis hæreditabit filios.

Hæc omnia enodamus conuenienter sanctorum interpretationi, nam veteres patres, qui superiora interpretantur, hæc ad eò perspicua putant, & plana, vt non putent interpretatione indigere. Sensus ergo huius loci est: In die hæreditatis. i. in die passionis Christi & œconomia redemptionis, quo die patefactus aditus est ad cælestem hæreditatem, & ad bona promissa patribus, & vt homines diuinæ efficerentur consortes naturæ, & panem de cælo missum acciperent, vt non morerentur in æternum, & in Dei filios adoptarentur. In die ergo huius hæreditatis, quo adituri erant hanc tantam, & talem hæreditatem, ablata est messis, id est, ablata est hæc tanta fœlicitas, & ad Gentes tralata est, quia enim indignos se fecere Iudæi regno Dei. conuersi sunt apostoli ad Gentes. Tralatio Lxx seniorum idem significat, sed videtur esse vitiosa. Quod enim dixit D. Hieronymus conuenienter lectioni Hebrææ, In die hæreditatis ablata est messis: dixere Lxx seniores, In die hæreditatis hæreditabit filios tuos, hoc est, in die passionis Christi, populus Gentium de quo sermo erat, quem dixerat insitum in oleam, hæreditabit filios tuos, hoc est, adibit hæreditatem, quam adituri erant filij tui: hoc enim significant Lxx seniores, cum dixere, Hæreditabit filios tuos, id est, adibit hæreditatem filiorum tuorum, vt pater hominis. i. sicut pater filij mortui adit hæreditatem, nam populus Israël filius videtur totius hominū multitudinis, quia vt docet D. Thomas p. 3. q. 7. articulo. 2. Primus Abraham à societate infidelium se segregauit, vnde natus est populus Dei, qui fortasse hac causa iuxta hæc tralatione, dicitur filius hominū multitudinis, quod segregatus erat ex hominum multitudine: mortuo igitur populo Israelitico, tanquam filio populus gentium, in eius locum est suffectus tanquam pater, iuxta hanc interpretationem. Itaque quod D. Hieron. reddidit, Dolebit grauiter (subaudi, populus Iudæorum) non solum exclusus hæreditate,

reditate, & ecclesia, sed conciliis cladibus à Vespasiano & Adriano, luens immane facinus, A
 quod admittit aduersum Dominum, hoc reddidit Lxx seniores. Sicut pater filij, quod le-
 ctio Hebræa vtroque modo verti possit: ^{hominis, pater sicut} ^{grauiter dolebit & hereditatis in die. mensis Aufugit}
 Quot verba Hebræa sunt, tot punctis, velut ^{אניש} ^{קציר ביום נחלה וקציר}
 obelis sunt iugulatae dictiones Hebræa, tan-
 quam malè translata à D. Hieron. Non solum enim Iudæi commentis inter ipsos falsis inter-
 pretationibus se mutuo decipiunt (vt vtar verbis Iustiniani, & vt ait IVST. philosophus mar-
 tyr in dialogo aduersus Tryph. Iudæum) sed audent etiam pergere potè & Christianis of-
 fundere tenebras, & erroris arguere Diuum Hieron. veritatis magistrum, & audiuntur à qui-
 busdam è nostris, si Deo placet. Hæc omnia ita inuertia videas in tralationibus eorum, quia
 Iudæorum præscriptum vertunt scripturam, vt non agnoscas verba prophetæ. Facere enim
 soleat Iudæi (vt docent Athanas. Hilar. Orig. & alij patres) vt suis falsis interpretationibus ad
 nihilum recidant verba prophetæ. Ergo Hebræa verba sunt נל, migravit, à verbo נול, demi-
 grare: nam נל, Genes. 4. mobilis, nomen est. & Hierem. 50. נל, moti sunt, migraverunt. Et sic
 D. Hierony. reddidit נל, i. ablata est, migravit. קציר, mensis, ביום, in die. נחלה, hæreditatis.
 Nec scio cur obelo iugulent hanc dictionem, nisi necesse sit, vt D. Hieron. Iudaizet, nisi velie
 Iudaizantium nota inuri. נל, hæreditare est, & נחלה, hæreditas, vt Numer. c. 18. Ego pars &
 hæreditas tua. Et ibidem, Dominus est hæreditas eorum, vbi pro hæreditate est נחלה. Post
 sequitur קציר, & dolebit. אניש, grauiter (vt reddidit Diuus Hieronymus) Sed hoc postre-
 mum Lxx seniores aliter verterunt, quia קציר, potest esse vna dictio קציר, i. dolebit. Et sic di-
 spunxit D. Hierony. vt sit verbum, & significet, dolebit: non vt dispungunt Iudaizantes קציר
 i. dolorem: Quanquam & sic quoq; videri potest dispunxisse, & pro nomine, vertisse verbū.
 Lxx viri duas fecere editiones, nã pro קציר, i. dolebit, aut dolor legere. אניש, i. sicut pater. אניש
 sic dispunctum, de speratum, significat, & insanabilem, vel insanabiliter, & desperatè, vt acce-
 pisse videtur D. Hieron. qui pro dolore insanabili, & desperato dixerit, dolebit insanabiliter,
 & desperatè: quæ lectio confirmat magis id, quod supra dixeramus ex autoritate veterum
 patrum, hoc caput esse de mysterijs Christi, & de vastitate Iudæe inuecta à Romanis despera-
 ta, & insanabili: nunquam enim instaurabuntur vrbes Iudæe, neque reuocabitur illorum ca-
 ptiuitas, vt ex superioribus captiuitatibus erant reuocati. Sed eadem illa dictio אניש, aliter di-
 spuncta hominem significat: & ideo Lxx seniores reddidit, Sicut pater hominis: vt sit, Po-
 pulis Gentium adibit hæreditatem populi Israëlitiçi mortui, sicut pater hominis. i. sicut pa-
 ter filij mortui adit hæreditatem.

D. HIERONYMVS

Væ multitudini populorum multorum,
 vt multitudo maris sonantis, et tumultus
 turbarum sicut sonitus aquarum
 multarum, sonabunt populi sicut soni-
 tus aquarum inundantium, et increpa-
 bit eum, et fugiet procul, et rapietur
 sicut pulvis montium à facie venti, et
 sicut turbo coram tempestate.

Post vaticinia apostolorum, & cõuersio-
 nis Gentium ad Christum, & expulsio-
 nis Iudæorum ex suis vrbibus, quam futuram dixit esse similem expulsioni Heuæorum & A-
 morrhæorum, quod non receperint Iesum Deum suum, & post descriptam Gentium planta-
 tionem in ecclesia, & obcœcationem populi Iudaici, quam causam dixit futuram, vt populus
 Gentium adiret hæreditatem bonorum cœlestium quæ promissa erant populo Iudæorum, vt
 dictum est ex Procopio, & Eusebio Cæsariensi: describitur nunc conuenienter superioribus,
 aduentus exercitus Romanorum, siue sub Adriano, siue sub imperatore Vespasiano. Væ mul-
 titudini populorum multorum: seu vt Lxx vertere, Væ multitudini Gentium multarum:

LXX VIRI.

Væ multitudini Gentium multa-
 rum, sicut mare inundans, sic con-
 turbabitur, & sonitus Gentium multa-
 rum quasi aqua sonabit: sicuti a-
 qua multa, Gentes multæ, quasi a-
 quæ multæ vi impulsæ, & extermin-
 abit eos, & procul eos prosequen-
 tur sicut puluerem montium ven-
 tilatum à facie venti, & sicut pulue-
 rem rotæ tempestatu impellentis.

A

quod exercitui Romano conuenit, nam sub signis Romani imperatoris multæ nationes mi-
 litabant. Et mos est scripturæ, vnam nationem, populum nominare, quod declarant hoc loco
 Lxx, cum populorum multorum, interpretantur nationum multarum, vt multitudo maris so-
 nantis, & tumultus turbarum. i. tantus erit tumultus turbarum, hoc est, nationum, quæ sub si-
 gnis Romanis militabunt, quanta est multitudo maris sonantis, fluctuum maris turbati, & cõ-
 citi, quod significat etiam tralatio Lxx, Sicut mare inundans, vel fluctibus agitatū, sic contur-
 babitur, vel tumultuabitur exercitus Romanus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In tempore vespere, et ecce turbatio in
 matutino, et non subsistet.

Ad vesperam erit luctus, priusquã
 manè, & non erit.

Hæc postrema loca possent facere cum interpretatione Iudæorū, quæ sequuntur Theo-
 doretus, & nostrorū plerique, & si reliqua quæ supra dicta sunt sic essent, vt vtriq; sen-
 tentiæ conuenirent, liberum esset vtramuis sententiam sequi: sed supra ostendimus, sententiæ
 de vastitate Assyriorum multa repugnare. Igitur prædicitur hic vastitas Hierosolymorū, quæ
 vrbs cum Asiæ florentissima esset, & munitissima, intra breuissimum tempus deleta à Vespasiano
 est, vt cum vespere Vespas. ad mouerit exercitum, antequam dilucesceret iam capta, & di-
 ruta erat: quod dedecus cum vellet Iosephus refellere, quod ita res accidisset, & ita vulgò di-
 ceretur: vel, quia fortasse obsessa vrbs à ducibus Vespasiani esset aliquandiu, & ea nocte qua
 cum vniuerso exercitu aduenit Vespasianus, fuerit deleta. Vt Iudæis gratificaretur Iosephus, li-
 brū conscripsit, vbi deriuare tantum dedecus à se conatur & à suis, & aliquandiu pugnatum,
 prodidit priusquam subuerteretur vrbs Hierosolyma: & fortasse dictū sic hoc est, quod obs-
 sessio per exiguum tempus durauerit. Huius rei indicia, leges in proœmio Iosephi de bello Iu-
 daico. Propheta ergo prædicere videtur, quod verè accidit post Christum passum: tanta ira
 sauisse Deum in Iudæos, vt vespere muris Hierosolymorū admotus exercitus fuerit, & priusq;
 dilucesceret, iam vrbs concidisset: quod apertè præ se fert tralatio Lxx. Ad vesperam erit luctus
 priusquam dilucesceret, & non erit: ad vesperam erit luctus, ingruentibus hostibus, & cingen-
 tibus vrbem obsidione. Vrbs cincta erat obsidione à ducibus Vespasiani, nocte adfuit Vespas.
 cum vniuerso exercitu, & priusquam dilucesceret iam non erit, quia ante diluculum iam erat
 diruta vrbs, quod sic factum, & sic fama vulgatum summa vi conatur refellere Iosephus, vt fa-
 ueat suis. Hæc lectio non tam congruit Sennacheribo: cur enim ad vesperam erit luctus? quæ
 hunc luctum intelliges? nam fateor vna nocte vniuersum exercitum ab angelo esse peremptū,
 non præsentit tamen exercitus futurum, vt impendente malo lugeret: neque potest ad Hiero-
 solyma referri, quæ nunquam fuit obsessa à Sennacheribo. Quod si referas ad terrorem quem
 Sennacheribus intulit Hierosolymis, hic pavor non perterruit Hierosolymitanos vespere, nã
 caperat Assyrius omnes penè Iudæe vrbes, aderat iam capturus Hierosolyma, misit Rapsacé
 qui exprobraret Deo Israëliti, & intelligis tu tantum hoc euenisse vespere, vbi per tot dies erat
 hic luctus, hic pavor, itiones, & rediciones ad Esaiam prophetam, confabulationes Iudæorum,
 & hostium, & adhortationes ad deditionem, & reditus Rapsacis ad Sennacheribum qui aliam
 iam vrbem oppugnabat? quomodo verum erit vespere fuisse luctum, manè deletum esse ex-
 ercitus? Quod si de proximo vespere intelligas, & de proxima nocte, qua deletus est exerci-
 tus Sennacheribi: nec hoc quidem conuenit, nam iam per prophetam Esaiam iussus erat rex
 sperare benè, & ostensa Hierosolymitanis ciuibus salutis spes erat, iusserat Dominus deponere
 timorem, dixerat Dñs nihil esse pericli, iam eo vespere absterse erant lacrymæ, iam exspe-
 ctabant salutem, quæ promiserat Dñs cum nunciata illis salus est multo ante. Nō igitur conue-
 nit tēporibus Sennacheribi, vespere erit luctus, tantū quantum euerfioni Hierosolymorum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Hæc est pars eorū qui vastauerunt nos,
 et fors diripientium nos.

Hæc pars prædantium nos, hæredi-
 tas hæreditantibus nos.

Hic quoque locus ad vtranq; sententiam referri potest ad Sennacheribū, vt sit sensus, has
 pœnas pendunt qui nos deuastrant, quas pepedit Sennacherib cum suo exercitu, vel ad
 illud, quod Dñs dixit Matth. c. 23. vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super
 terrā, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinē Zacharię filij Barachię: vt sit sensus, has pœnas pé-
 dit Hic

dit Hierusalem ab imo versa, quod occiderit prophetas, & Christum Dominum, quod dixit A Dominus eodem loco: Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos, relin- queur domus vestra deserta. Hae est ergo pars eorum, qui deuastauerunt nos. Na depreda- bantur bona prophetarum, & sanctorum, & ipsos occidebant. En quomodo ab initio capitis ad finem vsque, omnia inter se coherent, & congruunt, nihil repugnet, nihil reluctetur, si tem- porum Christi historiam hoc capite describi intelligas. Si vero historiam Senacheribi, & Assy- riorum esse putes, mille reperies nodos inexplicabiles, quos neq; dissoluere, neque gladio dis- secare poteris.

IN ESAIAE CAP. XVIII.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vae terra cymbalo alarū, quae est trans flumina Aethiopia, qui mittit in mare legatos, et in vasis papyri super aquas.

Vae terrae nauium alarū trans flu- mina Aethiopiae, qui mittit in ma- re pacta, & epistolas papyraceas.

Q Aput hoc, vt plenum est mysteriorum, ita obscurissimū. Quid sentiat D. Hieron. cuius videre licet quod sit omnib⁹ ad manum. Ego in interpretando hoc cap. vtar illo canone scripturae, praescripto à D. Aug. vt Graecā, Hebraeā, Latinamq; editionē conferā, & eum semper sensum sequar, qui omnib⁹ maximē cōgruere videatur.

O E C V M. in Prolegom. epistolae ad Rom. in scholio, hunc locum explanat his verbis: Inuenimus in veterum commentarijs quod sacerdotes, & scribae, & seniores, qui Hierosoly- ma inhabitabant, exaratas literas ad omnes nationes transmitterent ad Iudaeos, vbicunque terrarum dispersi essent, Christi doctrinam calumniantes, atque à Deo alienam, atque episto- lis admonebant, ne illā fusciperent, quod Esaias significat verbis illis: Vae terrae nauium alae quae mittit per mare pacta vel concordias, & epistolas papyraceas super aquas. His enim verbis si- gnificat quod vltra Aethiopum regiones, & nouissimos terrae sineis sonus malitię eorum, qui Iudaeam inhabitabant per quaedam velut alata nauigia processerit: & illorum legati literas pa- pyraceas deferentes, super aquas nauigantes, mareque transeuntes vbique terrarum discurre- bant, sermonemque, qui de saluatore nostro erat, calumniātes. Hae Oecumenius. Quam sen- tentiā fuisse etiam Eusebij Cæs. docet D. Hieron. neq; scio cur eam improbet, quā muc aliam quærat historiā, vbi historia est euangelica. Hoc idē prodit I V S T. in dialogo aduersus Try- phonē Iudaeum, penē verbis istis. Iuxta hanc sententiā, sic explanabimus principiū huius cap. Vae terrae cymbalo alarum. i. vae terrae Iudaeę ob alatas nauis, quae percussae ventis cymbalorū sonum reddunt: Vae, inquam, terrae Iudaeę ob alatas nauis, quas mittit in omnes partes orbis terrarū, quae est trans flumina Aethiopiae. i. quorum homines sunt vltra Aethiopiae profes- cti illuc, vt abducant Iudaeos, & nationes à Christo, & blasphemare doceant nomen Christi, vt docet Iust. & est synecdoche: ponitur enim pars pro toto, Aethiopia pro omnibus termi- nis orbis terrarū. i. vae Iudaeę, quae est in omnibus finibus orbis terrarum, illuc profecta, vt do- ceat blasphemare nomen Dñi. Idem significant Lxx, Vae terrae nauium alarum. i. causa alarum suorum nauigiorum. Est enim forma dicendi Graeca, vt in genitiuis causa saepe intelligatur: vt sit, Vae terrae, causa alarum suorum nauigiorum, vltra flumina Aethiopiae (sic enim vertes le- ctionem Graecam) id est, quibus peruolat etiam vltra flumina Aethiopiae, hoc est, in omnes partes orbis. Pro cymbalo (quod reddidit D. Hieron.) Hebraicè est *לשון*. i. inumbratione, vt sit, Vae terrae inumbratione alarum. i. Vae terrae multas mittenti nauis, quae vmbra fac- ciunt velis, & sic R. Dauid in lib. Radic. & in commentarijs interpretatur, O terra inumbrans alis, quod dictū est ob multitudinē nauium, in quibus vela obumbrantia tenduntur, cum ambu- lant ad modū auium volantiū suis alis. Et THARG. Vae terrae ad quā veniunt cū nauibus à terra lōginqua, & vela sua extendūt, vt aquila volans alis suis. Quae sententia Iudaeorū apparet sensum huius loci Oecum. & aliorū patrū verissimū esse: Verborū eñ significationes à Iudaeis petim⁹, vt inquit Chrysof. sensa à sanctis patribus. Vae ergo terrae Iudaeę quae multarū nauium pandit vela vt vltimas orbis partes petat, & nomen Domini blasphemare doceat. Deindē: Qui mit- tit in ma-

A titin mare legatos, diasaphesis est, quae, q̄ obscure dictū erat, explanat. Et sic dictū est. Qui ter- minatione masculina, cum de Iudaea agat, vt apud poetā. Pars arduus altis Puluerulentus equis fuit, quāuis enim nomē foemininū sit, ratione terminationis, q̄ de hominibus sermo est, mascu- lino genere enunciat. Lxx viri, q̄ Hebraicè est, legatos, reddidere *למלכ* foedera, vel pacta, sic enim reddes ex Hebraea lectione, non obsides, vt interpretaremur, legatos de cōspiratione: quā quātralatio Lxx trunca est, & lacera. Quod Hebraicè est, Vasa papyri super aqua, Lxx interpre- tātur, epistolas papyraceas super aquas maris. i. Vae terrae Iudaeae, quae legatos, & epistolas mit- tit in omnes terrarū partes ad infamādū Christi nomē. ¶ En q̄ Iacob⁹ de Valētia epus Christo politanus in psal. prologi tractatu. 6. prodidit Iudaeos in vnū quendā locū conuenisse, vt mani- festissima de Christo vaticinia vicarent, quod infinita quaedā multitudo ex nationibus, & ex Iudaeis ad Christum afflueret, & baptismo tingeretur, vt id impedirent, rudis quidē He- braeae linguae Iudaeorum dolos episcopus hic Christopholanus non satis doctē aperuit, sed quae scripsit de hac re scripsit verissimē. Neq; id factum tantum est illo conuentu Iudaeorū, sed mis- sis legatis in totū orbē terrarū vbi Iudaei agebant, qui toto orbē erāt dispersi, vt leges apud Iose- phū lib. 14. Antiquita. cap. 12. docebant suos oppugnare Christum & Christianos, & hos dolos & fraudes ad suos trans mittebant, quod hoc loco propheta significat facturos iuxta sententiā Oecumenij, & Procopij, quodq; fecisse testatur Iustinus proximus temporibus Christi, quem tāquam virum apostolicū citant Euseb. Basilius, Epiphanius, & alij patres. Is aduersus Trypho- nē Iudaeū, scripsit Iudaeos misisse legatos in totum orbē vt facerent id, quod Christopholanus hic episcopus prodidit, & Iudaei fatentur id factum in quibusdā locis, vt leges in thesauro in di- ctione, Zamar, vbi rabbi Dauid id confitetur factū in decem, & octo locis, q̄ factū est in decies octies mille locis. Nostrū ergo institutū est defendere lectionē vulgatā. D. Hieron. & ea causa fuit vt ex omni vetustate summa diligentia erueremus historiā Lxx virorum, vt eorū autoritate, qui CCC annis ante crucē Christi scripsere, nostra tueremur, aperiremus Iudaeorū dolos.

Huius ope- ris scopus est defensio vulgatae a- ditionis et sententiae sanctorum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ite angeli veloces ad gentē conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilē, post quem non est alius, ad gentem ex spectantem, & conculcatam.

Ibunt enim nuncij leues (vel ibunt angeli veloces) ad gētē excelsam, & peregrinum populū, & durū, quis est vltra? ad gētē sine spe cōculcatā.

O E C U M. loco citato, Hae verba de discipulis dñi dicuntur, inquit, quos, eo quod omnibus hominibus bonorum euangelizatores, siue nuncij sint, angelos leues appellauit, ad eorū diuinctionē, quos Iudaei miserant aduersum Christū. P R O C. hunc locum interpretatur iuxta tralationē Symmachi, quā sequitur Hiero. Ite angeli veloces ad populum conuulsam, vel affli- ctum, & depilatū, siue dilaceratū. i. ad populū fidelē, qui intrat per angustā portā, & ingreditur angustā viā, per tribulationes, qui depilatus est, & expoliatus bonis omnibus, & cōculcatus di- citur, & desperans. Iuxta horū sententiā sic hic locus explanabitur, Ite angeli veloces, ite pre- dicatores euangelij, qui angeli dñi dicuntur in literis sacris, veloces, celeres. Percurrere enim in- tra breuissimū tēpus totū terrarū orbē. Ad gentē cōuulsam, & dilaceratam, ad populū fidelem actū per omnes tribulationes, relinquebant enim omnia vt sequerentur Christū, & spoliabā- tur ab infidelibus omnibus rebus, ingrediebantur viā angustam, lapidati, secti, occisi. Ad popu- lū terribilē, cuius causa multa facta sunt miracula. Post quē nō est alius. i. supra quē populū nul- lus alius est, cuius causa Deus tot fecerit miracula, Ad gentē expectantem, & conculcatā, q̄ hae erat professio Christianorū, conculcari ab omnibus, & tollere crucē dñi, & sperare aeternam vi- tā. Iubet ergo Dñs praedicatores Euangelij ire ad populū fidelē, & hanc illis praescribere vitam, quam suis apostolis praescripsit Dñs, Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum? potestis re- linquere omnia? & simul praedicat hae initia fore Christianae religionis, postea conuertendum esse totū orbē. [Ad gentē conuulsam.] Hebraicè est *לשון*, quod verbū reddi potest ad gentē conuulsam, ad gentem tractā per oēs tribulationes. Nā *לשון*, trahere est, vel, Ad gentem preciosam, nā *לשון*, preciū est, & preciosum: & rabbini res preciosas sic vocari aiūt, quia suum nomen in longinquas regiones protrahūt. Hinc Lxx *לשון*, dictū putant. i. preciosum, qui sic edidit: Ibunt angeli ad gentem excelsam. i. ad gentem cuius cōuersatio est in caelis, ad gentē pretiosam, iuxta illud, Preciosa in conspectu Dñi, mors sanctorum eius. Et dilaceratā, Hebrai- cè est

ce est *מורא*: depilata, vel dilacerata, ad gentes, quae se nudauit bonis omnibus, vt sequeretur Chri-
 sti, vel Ad gentem spoliata ab infidelibus. Lxx. Ad populum peregrinum. i. ad ciuicis caelestis Hieru-
 rusalem, de quibus D. Paulus ad Ephes. cap. 2. Ergo iam non estis hospites & aduena, sed estis ci-
 ues sanctorum & domestici Dei, qui ab eodem Paulo ad Heb. 11. peregrini dicuntur, & hospites
 super terram: iuxta quod videtur Lxx. vertisse. Ad populum peregrinum: Significat etiam vox He-
 braea, tersum, mundatum, fulgentem. i. ad populum quem dominus sibi mundauit, & fulgentem omni-
 bus virtutibus reddidit: iuxta illud Pau. ad Eph. 5. Mudas ecclesia lauacro aquae. & iuxta illud D.
 Petri. 2. epist. c. 3. Mundus mundatus aqua. Ad populum terribilem post quem non est alius, He-
 braice est *מורא*. i. Ad populum horribilem plusquam hic & ultra: hoc est ad po-
 pulum, cuius causa multo maiora miracula fecit Deus, quam causa populi Iudaei sunt facta.
 Praeter enim alia innumerabilia miracula, deleuit vniuersas vrbes Iudaeae, deleuit vniuersas na-
 tiones, & regna, vt suam edificaret ecclesiam toto terrarum orbe. Nam praedictum erat id per
 prophetas, & dicitur Dominum, causa populi Christiani, multo maiora miracula, quam olim
 erant edita causa populi Iudaei. Nam quae in Aegypto ediderat dominus, typos sunt eorum, quae
 erat facturum in Christi aduentu, significare videtur dominus apud Michea cap. 7. praecepit si conse-
 ras translatione D. Hier. cum translatione Lxx, & cum translatione Hebraea: Lxx horu loco reddidit
 detur, Ad populum laboriosum, quis est ultra: hoc est, ad populum qui omnes labores perfert
 causa Domini. Ad gentem expectantem, quod spes salui facti sunt fideles. Lxx. vertere: Ad gentem
 sine spe: quod relinquunt spes omnes humanae. Non dissimilandum est locum hunc videri mi-
 hi ex illoru numero esse, quos Iustinus vitiatos a Iudaeis scripsit in translatione Lxx. Nam verba
 illa Hebraea *מורא*, in fine cap. repetitur & explanatur ad Lxx sic, *מורא* ad po-
 pulum, magna, significat vox Hebraea terribilem, sanctum, & semper in scriptura prore
 sancta, & diuina ponitur, vt in illo, Quae terribilis est locus iste, terribilis apud reges terrae: san-
 ctu & terribile nome ei, vt designetur chorus apostoloru *מורא*, ab hoc (supple tempore) *מורא*
 & ultra. i. in eternu, vt significetur populus fidelis, qui futurus est terribilis, & sanctus in eternu
 D. HIERONYMVS LXX. VIRI

Cuius diripuerunt flumina terra eius, omnes habitatores orbis, qui morantur in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus videbitis. Et clangor tubae audietis.
 Nunc flumina terrae omnia, sicut regio habitata habitabuntur, regio eorum quasi in signu a monte leua- bitur, sicut tubae vox audibile.

in montibus signum tollere cum terra habitatores & mundi habitatores omnes terrae eius flumina vastarunt Cuius
אשר בואו נהרם ארצו כל ישביו תכלו ו שכי ארץ כ נשא נם הרים
 Hoc loco mutila est Lxx. tralatio, & ideo multa non audietis tuba clangor tu & videbitis
 interpretantur patres veteres, sed quando iam in su- *תראו ו תקועו שופר תשמעו*
 perioribus nobis praeluxere facem, non difficile erit ad illud exempli, enodare sequentia. Cui-
 us diripuerunt flumina terra eius: forma dicendi Hebraea est, vbi flumina pro exercitibus po-
 nuntur vt supra in cap. 8. dictu est. Sensus est. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & c. i. ad po-
 pulu fidelu, qui credidit ex Iudaeis cuius terram, (scilicet Iudaeam) flumina diripuerunt, cuius
 terra vastata est a T. Vespas. ne doleant scilicet, na pro Iudaea vastata dabitur populo fidelium
 orbis. Praedicit prophetu crucis sanctissimae signum fore omnibus perspicuum, tantu si elatu ef-
 fet supra omnes montes, na tubae clangor apostolica praedicatio est. Ergo P. R. O. C. vt res quae su-
 per montem est, inquit, editissimum, prospicitur vndique, sic crux Christi, toto orbe erit nobi-
 litatissima, vt omnes orbis habitatores, qui morantur in terra, videant signum sanctissi-
 mae crucis, cum eleuatum, & exaltatum fuerit. In montibus, non secus ac si esset in mon-
 tibus, ita videbitur vndique. Et audiet omnes habitatores terrae tubam euangelicam, &
 credent Christo. Lxx. viri videntur sententiam reddidisse, quanquam trunca quoque sententia est.
 Dicite, inquam, angeli populo fidei flumina omnia esse habitanda. i. conuertendu esse totu
 orbe. Na mos est scripturae, nationes infideles appellare feras, & bestias, quod qui Deu non co-
 lit, homo non sit: & vrbes nationum infidelium, desertu nominare, quod vrbes verae religio-
 nis expertes, non sunt vrbes, sed bestiaru stabula, desertum, quod frequentant ferae, & illa loca
 habitari dicit scriptura, quae colunt ferui Dei: ergo flumina terrae omnia habitabuntur. i. om-
 nes fluij, iuxta quos sunt vrbes, habitabuntur ab hominibus fidelibus, quae antea habitabatur
 ab infidelibus, & ideo desertu dicebatur, & feraru stationes habitabuntur sicut regio habitata,
 & sicut

*A & sicut populus Dei. Et regio eorum. ecclesia, quae erit regio eoru, leuabitur. et tollentur. quasi
 signu a monte. i. ex monte, ex summitate montis, erit quasi vrbs super monte posita. Et i. de cu
 illo, Mos domus Dni in vertice montiu. Et a Domino in euangelio dicitur, Sicut ciuitas supra
 monte posita. Sicut tubae vox audibile. i. domus Dei erit super monte posita, in signu audibile.
 q. audiatur, & cuius praedicatio audiatur, sicut vox tubae. Hae omnia esse veriora Veris,
 apparente translatione Lxx. virorum, qui verba illa Hebraea *מורא* cuius diri-
 puerunt flumina terra: aliter videntur legisse, mutata vna litera hinc huius capituli, vbi hae
 de verba repetuntur. Nam hoc loco, expuncta est fortasse fraus Iudeoru, ex translatione Lxx
 viroru huius orationis tralatio. Legisse ergo videntur *מורא* quae se mox hinc
 se videntur Lxx *מורא* qui in illis vt sit. Qui in illis *מורא* fluuijs terre, quae vt sit tota
 oratio, qui in illis fluuijs terrae eius. Reddidere enim, Qui est in parte fluminis regionis, vt de-
 claratur chorus apostoloru, que supra descripsi, qui baptizabat in ripis Iordanis, & in Galilea
 & ex eis locis delectus est a Dno, vt supra dictu est in illa verba cap. 9. Terra Zabulon, & terra
 Nephthalim, Sed obijciunt viri doctissimi sacraru literaru, quod dum defendo Lxx. dicentio
 nes Hebraeas diuidi, vt hoc loco pronomen. de populatu sunt, legam *מורא* in illa, vel in illis. Qui idem facti
 bus responsu sit, me tueri lectionem recepta apud scriptores sacros, quae euangelica verba in illud ca.
 sonat, authoritate veterum patru, quos citau in disputatione de translationibus, & praep. D. Hieron. de
 Hieron. de quo supra dictu est millies, & ex plo eiusdem D. Hieron. qui in illa verba cap. 11.
 Osee, post dnm. Verbum, maim, inquit, si simul legatur, aquas significat, si diuisim per tres lite-
 ras mutatis punctis, mi iam, de mari, significabit. Vbi D. Hieron. vt defendat lectione Lxx diuisi-
 dit dictione, & coniungit & vocales mutat. Et in illa verba ca. 1. Nau. Et in diluuisio verbum He-
 braum in equo mah, quod ipse diuisim interpretatur loci eius, ait omnes interpretes legisse diuisi-
 fim, me quomoth, a surgentibus: vbi mutat literas, & puncta, diuidit dictione, cu pro me quo
 mah, vna voce, author est alios oes legisse, me quomoth, mutatis literis, & punctis & dictione diuisi-
 fa, neque alia ratione id intellectu est quae ex translatione illoru. hoc exemplo D. Hieron. nos tue-
 mur translationem Lxx vt defendamus editione vulgata D. Hieron. qualudazantes, post qua
 ia se victores putabat aduersum Lxx, facta phalaris oppugnare capere. Na alioqui translatione
 C. D. Hier. cotenti esse possem. Sed aduersum aduersarios impetus e republic. Christiana est, vt ei sit
 subsidio hac que ecc. annis ante cruce dni est facta. Ea. n. inquit Arist. li. 1. rhetoric. ad Theode-
 ctu interpretatio legis valeat oportet, quae ante ortu cotrouersia est facta, alienis ab odio & gra-
 tia metibus: no ea que post ortu cotrouersia facta est, vbi odii & gratia facit, vt in hac potu inter-
 pres propedeat parte, qua in illa q. in Iudeis interpretibus pl. habeat viriu, necesse est, qui ardet
 Christi & Christiani nominis odio. Sed qui contra sentiunt, illo nos vrgent maxime, quod nos
 tuemur translatione Lxx, documento D. Hier. quo in epistola ad Damalum super quarta or. euang-
 gelia, nos docet ex translatione Lxx deprehedere quae, mutata addita, & trahata essent ex lect. Heb.
 post Lxx, q. ex plo codicis Hispani, qui Latine versus centu ante annis esset, quale esset ostendi-
 mus. Si enim in Hispano codice legeretur, *caldr*, & versus Latine videres, doloru, facile intelli-
 geres interpretes legisse in Hispano cod. Dolor, non, *Caldr*, Et si pro *Lumbre*, Latine redditu videres
 culmen, legisse diceres interpretes, *Cumbre*, non, *Lumbre*. Et si interpretes pro, *vuas*, Latine vertisset,
 algas, pra se ferret legisse, *Quas*, no, *Vuas*. Que ratio multo magis valet, vbi interpretatio Lxx. ccc.
 annis ante cruce Dni edita, cum literis euangelicis, apostolicisq. concordat. & arguit mutata
 D. puncta, aut literulam aliquam. Vrgent ergo nos maxime, quod is D. Hieron. (cuius hac docu-
 mento, & exemplo facimus) errore literarum Lxx viros lapsos affirmat, quod alias literas, pro
 alijs legerint. Facilis est responsio ad hac: fortasse ita sensisse prius D. Hier. postea mutasse sen-
 tentia, vt D. Aug. scripsit libros R. etract. Nec. n. D. Hier. erat non intelligere aequum esse eode
 iure defendi Lxx viros, quo defenduntur Iudaei blasphemii, & cum defenderet ipse D. Hieron.
 Symmachum, Theodocionem, Aquilam, Iudeos blasphemos, quos ipse appellat, & negaret er-
 rasse, sed alia agnouisse puncta, & literas alias, praeter locos supra citatos, alibi millies, vt in illud
 cap. 3. Amos. Propterea hac dicit Dominus: & in illud cap. 3. Abacuc: Operuit caelos gloria ei
 Et in illud cap. 3. Zachariae, Phraea suscitare. & in illud cap. 31. Esaiae, Conuertimini sicut. Et in
 principi. 32. Esa. Denique cum vir sanctiss. & ingeniosiss. sic semper defendat Iudeos blasphemos,
 intelligeret profecto aequu esse id eius esse Lxx, vt si Iudaei sic defenderetur, defenderetur eo-
 de iure, qui tribus seculis ante cruce Domini euange. verba personant. Neque coniectura ta-
 tum agi volo, cum ostenderim in disputa. de tralat. D. Hieronymum postremis libris profes-
 sum*

sum fuisse Lxx viros plenos spiritu sancto vertisse scripturam, & cum preceptum illud prescripfit in epistola ad Damascum, de quo in principio dixi satis suam, aperuit mentem. Nam si errant Lxx, quomodo ex eorum tralat. deprehendi potuit, quae addita, detracta, mutataue essent ex lectione Hebraea? sensit ergo cum prescripfit hoc preceptum, veram esse, & fideliss. translationem Lxx. & mutarat sententiam iam. Aut potius glossemata erant illa alicuius, quibus Lxx errasse dicebatur: cum frequentissimè Lxx laudet D. Hier. aut certè si ita sensit aliquando, mutasse sententiam apparet. ratione supra dicta, & hoc documento, quod postremò prescripfit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia haec dicit Dns, Ego quiescam, et considerabo in loco meo.

Quia sic dixit Dominus mihi, Securitas erit in mea ciuitate.

Hinc locum explanant Lxx viri sic, Ego quiescam. i. ego quiescere faciam: per metonymiam scripturae visitatissimam nunc scio. i. nunc facio sciri. Et ad didere de suo, in mea ciuitate, i. in ecclesia mea. Docet Dominus fore, vt citra vllam perturbationem habitetur vrbs eius, suppeditat enim Dominus vrbi suae admirabilem quandam tranquillitatem. iuxta illud, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: & iuxta illud, Fluminis impetus laetificant ciuitatem Dei. Considerabo in loco meo: hoc deest in translatione Lxx, quae trunca est. ORIG. in Matth. in illud ca. 16. Vade post me Sathana, ait Iesum conuersum ad Petrum, haec ad eum dixisse, subiicitque. Beatus ad quem Christus conuertitur, etiam si corripiendi causa conuertatur: conuersione enim Dni, ait illuminatum Petrum & omnes, ad quos conuertitur, ait cognoscere peccatum suum. Cum enim Dns nos considerat, aut respicit, radios sui luminis in nostra corda dirigit: vt pote qui sol intelligibilis sit, cuius ad comparationem, sol hic, quem cernimus caligo est & obscuritas. Cum ergo sui luminis radios in nostra corda dirigit Deus, nos caelesti lumine complet & illustrat. Vnde subiicitur tali radiorum illustratione futuram lucem in cordibus nostris, sicut est lux meridiana. Considerabo in loco meo. i. conuertam radios luminis mei in ecclesiam meam, & illustrabo eam.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis.

Sicut lux ardoris in meridie, & sicut nubes roris diei messi erit.

PROCO. In vrbe Dei. i. in Ecclesia non vulgare lumen erit sed simile luci meridiana. Hebraea lectio, כהם sicut ardor, considerabo in loco meo Ecclesiam, sicut ardor, quia Dominus est ignis consumens vitia ardore spiritus sancti. מצ, siccitatis, sicut calor exsiccans vitia, vel sicut calor aestatis splendens, sicut sol in media aestate, עלי, iuxta, vel supra, אור, lucem, calore qui luceat supra omnem lucem, אור, lucem significat vel solem: & aliquando pluuiam, vt sit, sicut calor siccitatis supra solem, qui splendet maiori lumine quam sol. Iudaei, pluuiam, vertunt, & sicut nubes roris. PROCO. Innoxium erit hoc lumen, & hic ardor siccitatis solem ipsum superans, vna enim cum ipso erit nubes roris, lumen enim, Dei verbum est, quod ecclesiam illustrat, filius vni genitus patris, qui est ignis consumens. Nubes roris spiritus sanctus est, qui obumbrat eis, qui summam vni geniti verbi Dei temperatus erit praetenta spiritus sancti nube.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinauit.

Πρό τῆς θερισμοῦ ὅταν συντελεθῆ ἄθος καὶ ἀμυγὰ ἀθήσει ἄθος ἀμυγάζουσα. i. Ante messem quando consummatus fuerit flos, & vna acerba flouerit florem germinans.

PROCO. messes, significat ecclesias Dei instar spicarum florentes, iuxta quod dictum est, Laetabuntur coram te, sicut qui laetantur in messe, quas albas regiones dicit Dominus in euangelio. Hebraice est, Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinauit, & flos erit. PROCO. Ante messem, ante constitutionem ecclesiarum totus effloruit, orbis scilicet, erant enim albae messes, vt dixit Dominus, erant prophetae, erant toto orbe multa miracula, perfectio quae antea erat immatura, suos fructus edere erat parata, iam venerat plenitudo temporis, erit flos, nascetur Christus, haec. n. duo verba, erit flos, sunt subaudienda in translatione D. Hier. ex hebraea lectione. Trāssa, Lxx tota est perturbata, sic in suum ordinem est restituenda.

Ergo

ERGO lectio Hebraea sic ad verbum reddita à Lxx senioribus est, Quoniam ante messem vt perficietur fructus vel flos, & acerba vna maturescens, vel crescens, erit flos. Reddidere enim Lxx, si in ordinem redigas eorum translationem: Erat ante messem, quando perfectus fuerit flos, & vna acerba protuberans, florebit flos. sic enim lectio Graeca in suum ordinem restituta ad exemplum lectionis Hebraeae vertenda est. Lectio ergo Hebraea ad verbum reddita, est: Quoniam ante messem cum perfectus erit fructus, & vna acerba crescens, erit flos. i. cum venerit plenitudo temporis, nascetur Christus. Hoc enim significat verba illa, cum perfectus erit fructus. i. cum albescent messes, quod dixit Dominus, idem significant verba sequentia, Cum vna acerba creuerit. i. cum maturuerint fructus, vel coeperint maturescere, erit flos ille de quo dictum est: Ego flos agri & lilium campi, & flos de radice eius ascendet. i. nascetur Christus. Idem significat tralatio Lxx, Erat ante messem quando perfectus fuerit flos. i. antequam Dominus mittat operarios in messem, quando perfectus fuerit flos. i. cum ex flore protuberabunt iam fructus. i. cum venerit iam temporis plenitudo, maturuerit iam messis, & vna acerba protuberans erit, florebit flos, ille scilicet, qui nascetur de radice Iesse, de quo sybilla dicit, referente Lactantio Firmiano lib. 4. cap. 13. ἀθήσει ἄθος ἀμυγάζουσα, florebit flos ille purus, nam spiritus sanctus, vt notant omnes veteres patres obseruantissimus verborum est, & iisdem verbis vtitur, siue reuelet aliquid ore Esaiae, siue sybille aut cuiuscunque prophetae, easdem in omnibus agnoscat voces & verba eadem, vt cogaris referre ad eundem spiritum, qui in omnibus loquebatur: Lxx namque viri dixerunt, ἀθήσει ἄθος ἀμυγάζουσα, & flos florebit, sybilla ἀθήσει ἄθος ἀμυγάζουσα, florebit flos purus ille.

Miror cur Vatablus, & Pagninus addant verba de suo, quae non agnoscit lectio Hebraea, cum dire sint imprecationes aduersus eos, qui quidquam addiderint, siue detraxerint scripturae, cur scripturam aduoluerint alienis verbis? Pagninus vertit, Erat flos eius, melius redditurus, Erat flos, quod Hebraice non sit vox illa, eius, cum res ipsa hoc cogeret dicere; neque posset ad vineam referri, nam quomodo vinea intelligi possit florescere, quae iam vvas acerbas ediderat, cuius iam vva maturefcebant? quomodo propheta praediceret futurum, vt vinea, cuius vva acerbae erant, floresceret etiam? Certè hoc velint nolit Pagninus, ad Christum referat necesse est. Habedus semper ante oculos canon ille Hilarij est, semper scripturam addere solere aliquid, quod te cogat resillire à terrenis, & ad Christum ad tollere oculos: post vvas acerbas non sunt fructuum flores, crepent licet medij Iudaei.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et prascindentur ramusculi eius falcibus, & qua de relictis fuerint, abscindentur: excutientur, & relinquentur simul ambus motium, & bestiis terrae, & astate perpetua erunt super eum volucres, & oes bestia terrae super illam hyemabunt.

Et auferet racemulos paruulos falcibus, & farneta auferet, & abscindet, & relinquet simul auibus caeli, & bestiis terrae, & congregabuntur super eos volatilia caeli, & oes bestiae terrae super eam venient.

THEODOR. haec referre videtur ad vastitatem Iudaeae inuectam à Vesp. post crucem Domini, qui interpretatur, Racemulos paruulos. i. infantulos paruulos, & farneta illorum parentes, vt cum de vinea dictum sit, quae protulerat vvas acerbas, & de flore de radice Iesse, qui erat oriturus eo tempore, subiiciat, postea vineae ramusculos etiam refecandos falcibus, & totam vineam vastandam, & relinquentam bestiis agri. Nam vinea Domini populus Iuda est, vastanda ergo Iudaea dicitur, & relinquenta gentibus infidelibus. De his ramis fractis lege A VGVS. in 4. caput Ioannis tractatu 16. in illa verba: Vade, filius tuus viuuit. ארלויים, solo hoc loco reperitur. D. Hierony. reddidit ramusculos: Lxx seniores, racemulos: א, ארלויים, crapulari. ארלויים D. Hieronymus reddidit, quae derelicta fuerint, à nathas, derelinquo: Lxx seniores reddiderunt farneta, quod hoc verbum Hebraeum ramos significat etiam, & cum de similitudine vineae agatur reddidere farneta.

D. HIE.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In tempore illo, deferetur munus Domino exercituum a populo diuulso, et dilacerato, a populo terribili post quem non fuit alius, a gente expectante, et conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum Domini exercituum montem Sion.

In tempore illo, deferentur munera Dño sabaoth de populo tribulato, & diuulso, & ex populo magno nūc, & in eternū tēpus, gēs sperās, & conculcata quæ est in parte fluminis regionis, in locum vbi nomē Dñi sabaoth, in montem sanctum.

Hæc verba ex Oecumen. Procop. & Euseb. supra sunt explanata in principium capitis, quæ hic repetuntur ad verbum iuxta tralationem D. Hieron. sensus est perspicuus. Ait enim, Eo tempore quo Dominus subuertet vrbeis Iudææ armis Romanorum, populum fidelem, quem populum afflictum nominat, qui crucem Domini tollit, & intrat per portam angustam laboribus plenam, populum conuulsum, & dilaceratum, oblaturum Domino toto terrarum orbe gratum sacrificium. Et hoc est argumentum librorum de Republ. Plat. quod ex hoc loco, & alijs scripturæ locis est mutuatus. Probat enim illis libris viros iustos, quanto magis spoliati rebus humanis sint, afflicti, conculcati, & tracti per omnes miseria, & perstiterint in sua iustitia, tanto esse feceliores: vtitur enim argumento ex ablatione, quod appellat, quando præciso rerum omnium humanarum respectu, & immerfi malis omnibus, præterea Deū sequuntur illi verè beati sunt. Tralatio Lxx hoc loco est longè diuersa à superiore, quauis eadem verba sint Hebraicè hic & illic, quo factum est, vt suspicer superiore loco esse laceram & adulteratam. Ergo vertere sic, Tempore illo deferentur munera Deo sabaoth de populo tribulato, & diuulso, & a populo magno: vt sit sensus, a populo magno. i. a populo Christiano, quod est genus electum, & regale sacerdotium, afferenda Domino munera, de populo tribulato. i. de gentibus, & nationibus conuersis ad fidem Christi. Afferebāt enim apostoli eleemosinas à populo gentium conuerso ad fidem, vt diuideretur pauperibus, Hebraicè est, si ad verbum veritas, Afferetur munus omnipotenti Deo Sabaoth, populus, tribulatus, & expilatus à populo magno, vel à populo horribili, vt iuxta interpretationem Lxx, qui Hebræam lectionē ad verbum reddunt, hoc loco significatur post crucem Domini, post euersas vrbes Iudææ ab apostolis afferendum pro munere ad Deum Sabaoth populū gentium, qui velit pati omnes persecutiones pro Christo. Si singulorū verborum explanationes videre velis, repete ex commentario in principium huius cap. vbi singulas voces sumus interpretati. Sed pro populo terribili, vel edēti miracula vertere Lxx, populum magnum: quam enim terribilem fuisse putas D. Petrum act. cap. 5. cum Anania, & Sapphira vxor eius ceciderunt mortui ad pedes Petri? cū factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia? An hoc tātum Petro accidisse putas, cum prædicatorum euangelij miraculis conuersus sit orbis? vt appositè dictus sit apostolorum chorus populus horribilis, quem nunc Lxx populum magnum appellant, Sed verba illa Hebræa, quæ prius verterant (si modò legitima illorū tralatio erat) Post quem nō est alius, vel quis est vltra? vt supra dictū est, hoc loco vertere aliter, quod aliud hoc loco significare putarunt, edidere enim, Ab hinc & vltra, vel ab hinc in eternū, vt significarent adducendas à fidelibus nationes ad fidem conuersas pro munere Deo, à populo magno. i. à principibus ecclesiæ: ab hinc in eternum. i. vsque ad seculi consummationē, ad fines enim seculorum semper nationes intrabūt in ecclesiam. Vbi illud notādum, accipi hoc loco pro aduerbio à Lxx viris, ideo sunt delecti doctissimi legis Mosaicæ, vt veros scripturæ sensus eruerent: & ita videntur significare populum Christianum, quem magnum populum nominant, vel terribilem, vt est castrorum acies: Ab hinc vsque in æternum adducturum in ecclesiam fideles multos.

vltra & hinc ab horribili à populo & expilatus & tribulatus populus sabaoth Deo munus Adducetur

יובל שי יהוה צבאות עם ממשן ומרשן ומעם נורא מן הוה והלואה

Ergo Lxx interpretantur hunc locum sic: Adducetur munus Deo sabaoth populus tribulatus, & expilatus, & a populo horribili ab hinc, & vltra. i. ab hinc in æternum ad fines seculorum adducetur nationes conuersæ ad fidem, quæ relinquunt omnia pro Christo & patientur pro

tur pro Christo & adducetur à populo fidei. Quod autem sequitur ארצו ירושלים ברוח הוה ארצו ירושלים Id est, cuius diripuerunt flumina terræ: dixi supra non tralatum esse à Lxx viris, aut intercidisse tralationem horum verborum & hoc loco interpretantur hæc verba. Interpretationem D. Hieron. supra explanauimus. Lxx viri vna litera mutata, lectionem Hebræam legisse videtur, legere enim ארצו ירושלים ברוח הוה ארצו ירושלים. qui in illa parte fluiorum terræ eius, reddidere enim Gens sperans, & conculcata, quæ est in parte fluminis regionis, vt sit sensus, adducetur gēs sperans, & conculcata pro munere Deo: gens inquam sperans vitam eternam: & conculcata. i. passa omneis tribulationes. Quæ est in parte fluminis regionis eius. i. in parte Iordanis, illic enim potissimum versabatur Dominus, & apostoli eius, & illic baptizabant apostoli, vnde Galilæi dicebantur vt dictum est in. c. 9. in illa verba, Primo tēpore alleuiata est terra Zabulon, &c. & afferent hæc munera in locum Dei Iacob. i. in ecclesiam & montem Sion. i. in ecclesiam quæ in litteris sacris mons Sion dicitur.

IN ESAIAE CAP. XIX.

On possum non dolere, & conqueri, nostros homines in scripta veterum patrum ita esse animatos, vt quæ tela aduersus Iudæos nostri maiores acerrima contorqueant, veluti manibus extorqueant: quæ argumenta firmissima nostræ causæ esse putant, ea infirmant, quod vnus aut alter ex veteribus patribus Iudæorum interpretationem, & responsionem, qua maiorum nostrorum tela repellunt, nescio qua ratione deducti, probent, omnes veluti damnata veterum omnium patrum causæ, quorum opera Christiana resp. longè, lateque se fudit, Iudæorum interpretationem sequantur. Quauis enim magno se duce tuerent, tamen illud oportebat habere rationis, omnium veterum patrum consensum, qui ab apostolis veluti per manus traditam scripturarum interpretationem acceperunt, non esse contemnendum. En hoc caput vnū erat quo nostri maiores vrgent Iudæos, & in maximas redigunt angustias. Commentum sunt Iudæi nescio quam responsionem, & nescio quam huius capitis interpretationem, quæ mea quidem sententia multa habet inter se frontibus aduersis pugnantia, quod vnus aut alter ex veteribus satisfactū esse putat à Iudæis argumentis veterum patrum, en omnes conuolant desertam veterum patrum causam, ad contrariam interpretationem. Audiantur sane patres sanctissimi: ita tamen vt alteram aeternam seruemus sententiæ aliorum veterum patrum, neque eos indicta causam damnemus, qui singulis huius capitis orationibus Iudæos premunt, & vrgent. Ego quidem illis tantum tribuo, quantum par est fulgentiss. Ecclesiæ catholicæ luminibus tribui, non tamen ideò puto reliquorum veterum patrum sententiæ nostras claudendas aureis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Onus Aegypti

Visio Aegypti

Huius varietatis causam supra sæpè est repetita.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce Dñs ascendet super nubē leuem. Ecce Dñs sedet super nubē leuem.

Qvod D. Hieron. vertit ascendet, Hebraicè est: רכב, quod verbum equitare significat, vnde ascendet, equitabit, interpreta bimur significat etiam sedere vt Leviticis 17. sagma, siue sella super quam sederit: vbi pro, sederit hoc verbum Hebræū est; & sic Lxx vertere. Ecce Dominus sedet super nubem leuem. D. CHRYS. in cap. Matt. 2. interpretans illud: Ecce angelus Domini apparuit Ioseph in somnis, dicens, Tolle puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: subiecit: vt impleatur quod dictum est: Ecce Dominus descendet in Aegyptum: sedens super nubem leuem. Idem sentit EVSEB. lib. 6. cap. 20. qui hanc prophetiam completam ait, cum angelus apparuit Ioseph dicens: Tolle puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Theodoretus testatur historia euangelica, qua angelus iubet Ioseph in Aegyptum fugere cum puero, & matre eius, completam esse hanc prophetiam. Et ATHAN. lib. vno de incarnatione verbi, probat Christum Deum & homi-

& hominem esse, hominem quidem ex illo Esaia: Antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, accipiet virtutem Damasci: Deum uero, ex hoc loco, his verbis, Quod igitur homo venturus esset per hoc superius vaticinium prædictum est: quod autem sit venturus omnium Deus, rursus ita pronunciat: Ecce Dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Aegyptum, nam inde pater eum reuocat, dicens, Ex Aegypto vocavi filium meum. Quam sententiam Athanasius probat. Lectio Hebraea, Vbi quod D. Hieron. & Lxx viri vertere, Ecce Dominus: Hebraice est, הוה ייחיה .i. Ecce Deus, & hoc male habet Iudeos, & Iudaizantes, quod Christus hoc loco appellatur, iehouah, nomine illo tetragrammato sanctissimo, .i. Deus.

Quærendum tamen est quæ sit nubes illa leuis, qua Aegyptum ingreditur Deus: AVGVS. in cap. Ioannis 8. tractatu 34. interpretans illa verba: Ego sum lux mundi, per hoc lumen, factum est solis lumen, & lumen illud, quod fecit solem, & creauit nos, factum est sub sole propter nos: factum est, inquam, propter nos sub sole, lumen, quod fecit solem. noli contemnere nubem carnis, nube tegitur carnis non ut obscuretur sol, sed ut temperetur. loquitur enim per nubem carnis lumen illud indeficiens: Ego sum lux mundi. Cur autem & ipse Christus nubes sit dictus, & apostoli nubes appellentur, dictum est in illa verba cap. 5. Nubibus mandabo. EVSEB. demonst. euang. li. 1. c. 4. vbi bonam partem huius cap. explanat. & li. 8. c. 5. & lib. 9. c. 2. nubem ait, esse factum illud corpus, quod ex D. Maria virgine sumpsit. INNOM. in caput Matt. 2. homil. 2. nubes est corpus, leue, sine pondere peccatorum. & CHRYS. homil. 2. ex varijs in Matt. locis, in festo innocetium. In nube leui. in corpore sancto, quod nullo peccato potuit prægrauari, nam hoc dicto manifestum sacramentum dominicæ incarnationis ostensum est. CYRIL. nubem leuem, dixit, sacram Christi carnem, sanctum templum, quod sumpsit ex Maria virg. quam nubem leuem nominat, quod typus esset & figura pluuiæ spiritualis, quam pluuiam spiritalem in Christi aduentu futuram tubæ prophetarum personant, vt cum Christi corpus nubes dicatur & Deus dicatur venire in nube, expectes ab illa nube spiritalem pluuiam. Ait quoque Cyrillus, figuram esse sacri baptismatis, & à quibusdam nubem leuem sacratissimam virginem dici. Eadem penè verbis ipsidem PROC. Veniet, inquit, in leui nube. .i. in corpore concepto de spiritu sancto ex sacra virgine, quemadmodum enim nubes, ex spiritu, & vapore terræ conficit, sic Domini corpus ex spiritu sancto & terrena substantia quo vestus Dominus est puerili etate in Aegyptum. Alij nubem leuem appellant, inquit Procop. sacram virginem cuius vnus delatus in Aegyptum est, leuem dictam, quod libera erat omni passione & fomite, & quod super omnes res terrenas volabat. B. PROSP. in prædictionibus Dei, parte 3. promiss. 2. nubem leuem carnem Christi vocat, nullum habentem pondus peccati. D. AMBROS. in exhortatione ad virgines: Nubem, inquit, Mariam dixit quia virgo erat, nullis oneribus grauata coniugij. Et idem AMBROS. in institutione virginis: Quasi nubes, inquit, Maria pluuit in terras gratiam Christi, leuis dicta, quia coniugij onera nesciuit, quæ leuauit mundum de grauibus peccatorum. & infra, Excipite sacra virgines nubis huius spiritalem pluuiam, temperamentum flagrantiae corporalis, vt corporis omneis restinguatis ardores, atque interna mentis vestrae humescant. Huius nubis imbrem prophetæ nunciauerunt salutem mundi futuram, & cætera quæ adiecit. Tamen alijs locis interpretatur nubem leuem pro eadem sacra virgine, & pro eodem corpore Christi vt in Psal. 118. serm. 3. in illa verba. Retribue seruo tuo. & in eundem Psal. serm. 5. De nique ex veteribus patribus nemo est quin sic interpretetur hæc verba, ne quisquam arbitretur quorundam sanctorum hanc esse sententiam, omnis veterum patrum chorus sic hæc verba interpretatur vno consensu. Verba ipsa prophetæ huic sententiæ magis congruunt si dicas Dominum venisse in Aegyptum, sacra virginis vnus portatum, vel in nube leui. .i. in corpore sanctissimo sumpto de virgine, quam si referas ad Assyrios, aut Babylonios, quasi verò Dominus dux sit Assyriorum aut Babyloniorum, nationum infidelium. Immittit Babylonios Dominus cum vastare vult Aegyptum, aut Assyrios, non ipse dux illorum est. Nam vaticinium de Cyro rege postea interpretabimur, neque furor Domini aduersus Aegyptios, quo Aegyptum vastare vult significari potest per nubem leuem, vt vertere CCC. annis ante crucem Domini Lxx viri, & vt reddit D. Hieron. tempestate horribili dicendum erat venturum Dominum si vastitas Aegypti significaretur. Nam quod D. Hieron. interpretatur nubem leuem id est velocem, vt repentina, & subita vastitas, & velox significetur, nescio an hoc verbum talem interpretationem recipiat: Certè Lxx seniorum versio illam respuit, qui reddidere *nebulam*. .i. leuem, & vox Græca leuitatem illam significat, quæ grauitati opponitur, qua leuitate ignis supera loca pe-

A loca petit, opposita grauitati, quæ grauiam petunt loca infera & si calamitas hic significaretur, nūquam diceretur *nebulam*. .i. leuis à Lxx viris, sed *nebulam*. .i. grauis. & quanquam verbum Hebraicum possit significare quoque velocem, tamen si propheta Assyria aut Babylonica bella significare vellet, nunquam diceret nubem veloci, sed procellam horridam, aut aliquid simile, semper enim sic de calamitate impendente à Domino loquitur propheta, & nunquam hoc modo.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et ingreditur Aegyptum, & commouentur simulachra Aegypti à facie eius, et cor Aegypti tabescet in medio eius.

Et veniet in Aegyptum, & mouebuntur manufacta Aegypti à facie eius, & cor eorum deficiet in ipsis.

I nterrogare libet an in vastitate Aegypti importata à Babylonijs, aut ab Assyrijs idola ruerint à facie Domini? Idola enim à facie Domini corruisse apparet, cum relicta sunt idola, & adoratus est Dominus: à facie Assyriorum aliqua idola Aegyptiorum ruerint fortasse, à facie Domini ruerunt in Christi aduentu: signum enim aduentus Christi idolorum casus erat, & ruina, vt docet EVSEB. Cæsar. præpar. Euang. lib. 1. cap. 1. quod hoc loco planè prædicitur, vt sanctorum patrum sententiæ omnia congruant. Certè ATHAN. lib. 1. de incarnatione verbi, hoc vaticinio vehementer præmit Iudæos, interrogans quis sit ille, cuius descensu in Aegyptum corruerunt omnia idola, & fracta sunt: cur impudenter negent Dominum fuisse Christum cum signa aduentus Christi videant esse completa? recepta enim Christi fide, confracta fuere idola omnia Aegypti. Et vt hæc verba Athanasij intelligas, verbum Græcū Lxx seniorum, *nebulam*, quod Latine verbum est commouebuntur, reddi potest, conterentur, & verbum Hebræum *נבול*, mouebuntur significat, vel cadent, aut emigrabunt, vt hoc vaticinio significetur aduentu Domini casura idola Aegypti, & migratura Aegypto. EVSEB. demonst. euangelicæ lib. 6. cap. 20. & lib. 8. cap. 5. & lib. 9. cap. 2. hoc quoque loco Iudæos vrget, cum signum certissimum, & insolubile sit, inquit, aduentus Christi, cum corruerint idola Aegypti, & cum videatis corruisse idola Aegypti, cessasse demonum cultum, & idolatriam omnem Aegypti, perstatis in perfidia tamen? AVGVS. quoque de consensu euangelistarum lib. 1. cap. 16. 17. 19. hoc quoque Iudæos vrget oraculo, cum prædictum docet à prophetis pro signo certissimo aduentus Christi, confractionem idolorum, & simulachrorum, & completum ostendit. & cap. 19. 26. & 27. sybillam quoque hoc prædixisse ait ruitura idola in Christi aduentu. INNOM. in cap. 2. Matthæi homilia 2. quasi Herodem fugiens descendit Dominus in Aegyptum, vt demonum fugaret errorem, quod significat illud Esaia: Cadent idola Aegypti, non descendit in Aegyptum Dominus mortem fugiens, sed vt mortifera dissiparet idola. PROC. Cum Dominus puerili etate in Aegyptum deuectus est ineffabili potentia confregit idola, quod fore prædictum erat in eius aduentu. THEOD. prædictioni huic euentus ipse rerum veritatis tribuit testimonium, Deorum enim error deletus est in Aegypto, & ille qui vestus est in nube leui ab Aegyptijs est adoratus. ORIG. homilia 3. in diuersos: Dominus sedet in nube pusilla, quia non est inuentus dolus in ore eius: vt destruantur manufacta eorum, & pereant idola ipsorum, & pereat idolatria, & fugiant ex Aegypto demones, vt pro multitudine abominationum, multitudo exuberet ecclesiarum, vt pro multis vitijs, multa sit sanctitas. Cor Aegypti tabescet in medio eius vel liquecet igne spiritus sancti videlicet, nam verbum Hebræum liquecere significat vt vertere possis: Cor Aegypti liquecet in medio eius: quod Lxx vertere *nebulam*. .i. vincetur, male enim interpres Latinus reddidit, deficiet. Cor ergo Aegypti liquecet igne spiritus sancti & vincetur euangelica prædicatione. CYRIL. Vincetur cor Aegyptiorum inquit. .i. cedet Euangelicæ prædicationi, cum prius bellasset aduersum Deum, nam cor Pharaonis, & Aegyptiorum, quod induratum fuerat olim, in aduentu Christi igne spiritus sancti coepit liquecere. PROC. Vincetur cor Aegyptiorum. .i. cedet Euangelicæ prædicationi, aut liquecet. .i. mollietur igne spiritus sancti. THEODOR. O quanto melius sic vinci, quam vincere, quod cap. 8. nationibus dixit propheta, Intelligite gentes, & vincimini. .i. Intelligite nihil vobis posse esse melius, quam vinci euangelica prædicatione.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et concurrere facia Aegyptios aduersum

Et insurgent Aegyptij in Aegyptios,

sum Aegyptios, & vir pugnabit contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas aduersum civitatem, regnum aduersum regnum.

ptios, & bellabit homo cum fratre suo, & homo cum proximo suo, civitas in civitatem nomos contra nomon.

Age, quando omnium veterum patrum sententia reiecta, D. Hieron. sequimur in interpretatione huius cap. quæramus è nostris (nam Iudæos nihil moror) quando hoc factum legitur, vt concurrerint Aegyptij aduersum Aegyptios, & pugnaverit vir contra fratrem suum, quomodo bello Assyrio, aut Babylonico hæc congruunt? nec ignoro D. Hieron. manifestum esse dicere, hoc factum esse temporibus Assyriorum, & Nabucodonosor, alijs sedentibus, alijs repugnantibus. Sed quando hoc controuersum est inter D. Hieron. & veteres patres omnes, vt rum hoc caput de Christi temporibus sit intelligendum, an de Assyrijs, & Babylonijs, dam nabitur ne causa veterum patrum tam facile, quod D. Hieron. dicat hoc manifestum esse? Cui bona venia tanti Diui, bellatum inter Aegyptios, & Assyrios, & Babylonios est vario Marte, & varia fortuna belli, & potentissimum erat regnum Aegypti, nec cefsit vnquam Babylonio rum, aut Assyriorum armis neque factum hoc vnquam legitur, nec ostendit quisquam Aegy ptios victos à Babylonijs, aut ab Assyrijs, quod seditionibus inter se discederint. Neque si hoc ostenderetur, protinus damnanda erat veterum patrum sententia, cum D. quoque Hier. hæc verba referat ad illud: Non veni pacem mittere sed gladium. THEODOR. ergo sic hunc locum explanat, hoc, quod propheta his verbis ait, prædixit Dominus literis euangelicis: Nō veni, inquiens, mittere pacem in terram, sed gladium, separare hominem à proximo suo, filij à matre sua, nurum à focru. Distrahit enim Dominus impietatis concordiam, & per alumnos impietatis prædicat veritatem, & concordiam noxiam segregat, salubrem conciliat pacem: pro impietate, pietatem introducit. EVSEB. Cæsarien. lib. 6. cap. 20. Idem esse hoc ait cum illo euangelij: Tradet frater fratrem in mortē, & pater filium, & insurgent filij aduersus parentes & vrget Euseb. Iudæos hoc oraculo: Si hoc, inquiens, non euenisse videmus, vt singulis domibus bellum fuerit intestinum, vt pater pro veteri errore decertarit aduersus filium, filius pro Christi religione aduersus patrem in Aegypto, atque adeo in omnibus gentibus, si hoc non vi demus accidisse, vt pater magistratibus traderet filium, quod Christianus esset, & filius patre quod vnum ex signis aduentus Christi erat, fateamur non venisse Christum sin hoc tenetur manibus, & res cōfessa est, sic euenisse, quod signum erat aduentus Christi, necesse est fatearis venisse Christum. PROCOP. sic explanat hoc, & CYRIL. Hæc ergo signa erant Christi adue tus, & certum est tempore Christi completa esse, alias nunquam. Agnoscamus ergo in prophe ta Esaia euangelij verba, & ad lucem euangelij scripturam interpretemur & ex rerum euentu (qui duo sunt canones interpretadæ scripturæ certissimi.) Quod D. Hieron. conuenienter lectiōni Hebrææ vertit, regnum aduersus regnum, Lxx viri, quod de Aegypto hæc sit prophe tia vbi non multa regna sunt, sed vnum interpretantur. i. nomos aduersum nomon, quod (vt omnes Geographi pro didere & Herodotus in Euterpe) vniuersa Aegyptus diuisa erat in no mos, hoc est, in dioceses quasdam, hos nomos, siue has dioceses nos docent Lxx appellatas re gna à propheta, cum dixit, regnū aduersum regnum, & sic PROC. explanat, Nomos aduersus nomum, hoc est, regio aduersus regionem bellabit: alij enim ad fidem accurrebant, alij euan gelio repugnabant, itaque domus disidebat à domo, vrbs, ab vrbe: regio à regione, Nam Aegypti regiones appellabant nomos. EPIPH. contra hereses li. i. & contra Basilidianos. c. 4. No mon, inquit, Aegyptij appellat cuiuscūq; vrbs diocesis, & finitimos vicos qui vrbi parēt, & docet sic explanandū esse hoc verbū, quoties in prophetis reperiatur de Aegypto. Itaque no mon appellabant Aegyptij cuiuscunq; vrbs diocesis (quod territorium barbari dicunt, a grum Latini.) THEODOR. pro lege accipit: interpretatur enim, lex aduersus legem pugna bit. i. lex fidei aduersum legem infidelitatis. & Euseb. loco citato. PROCOP. quoque posse sic explanari docet: Lex, inquiens, idolatriæ, certabit aduersus legem Christi & sic tralationem D. Hieronymi explanabimus, Regnum aduersus regnum. i. regnum Sathane, aduersum re gnum Christi, vel contra.

Signa aduentus Christi, sed coniunge cum alijs que à principio capitis sūt prædicta.

Scripturæ canon es.

D. HIE.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, et consilium eius precipitabo, et interrogabunt simulachra sua, et diuinos suos, et pythones, et ariolos.

Et cōturbabitur spiritus Aegyptio rum in ipsis, & consiliū eorum dis sipabo, & interrogabunt Deos eorum, & simulachra eorum, & de terra loquentes, & ventriloquos.

CYRIL. huius loci sensum putat, fore, vt in cassum recidant consilia regum, & gentium aduersus Dominum, & aduersum Christum eius. Idem putat E. V. S. E. B. de demonstratione euangelica libr. 6. cap. 20. his penè verbis, Spiritus idololatrarum conturbabitur in ipsis Aegyptijs. Capient consilia, quo pacto ab Aegypto Christianos summoueant. Ego illorum consilia dissipabo, nec iuuerit illos scitari demonas, quo pacto Christianorum nomen deleant, quin, nec demones apud illos iam da bunt responsa, quæ vsque ad Christi tempora, omnibus gentibus responsa dabant: & ho rum singula putat Eusebius, signa esse Christi aduentus, & premit Iudæos horum singulis hoc cap. Et lib. 8. cap. vltimo, rogans num inficiari possent, hæc iam signa euenisse, cum pulsa sit idololatria sinibus Aegypti, cum sæuicium sit in Christianos immanissimè, cum consulta ora cula Aegyptiorum, quæ alioqui erant vocalia maximè reticuerunt. Quæ ergo tanta est per tinacia, vt negetis Christi aduentum? THEOD. Sua (inquit) vaticinia consultabunt contra populum fidelem, nec quicquam illos iuuerit. Idem ait PROC. de his augurijs, & augurio rum nominibus, dictum est in cap. 8. cum hæc eadem verba, Ventriloquos, & de terra loquen tes, explanabamus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et tradam Aegyptum in manum dominorum crudelium, et rex fortis domina bitur eorum. ait Dominus exercituum.

Et tradam Aegyptū in manus ho minum dominorum durorum, & reges duri dominabuntur eis.

ORIGEN. quem quidam aiunt destruere literam, quoties orta controuersia est de intel lectu alicuius loci, cum alijs locis, tum decimo tomo in Ioann. Iudæos aduersarios sic premit, vt dicat ἀκαλοῦν τῆς προφητείας σαζέταις, id est, consequutionem prophetiæ seruent, & hunc canonem præscribit, quoties orta controuersia est, vt ipsa consequutio, & verborum series seruetur, quod Iudæi facere non possunt, & ideo contrā nituntur, qua de re suprā satis est disputatum. Hoc ergo canone Origenis si vtamur, & huius loci verba expendamus, vt iubet Origenes, vel his verbis solis sententia veterum patrum verissima ostendetur, sub uertetur contraria. Nam quanuis Nabucodonosor Aegyptum subegerit, & vastauerit, Aegyptios captiuos duxerit, nunquam tamen Aegyptijs est dominatus, suos reges habuere semper Aegyptij, suis vixere legibus, nunquam traditi sunt Aegyptij in manum domi norum crudelium, neque regum durorum, aut regis fortis alicuius. Erat ergo signum aduen tus Christi, tempus illud quo Aegyptus suos habere reges desineret, & peregrino regi ob temperaret, quod factum nunquam est, vsque ad tempora C. Iulij Cæs. & Augusti: tunc non fuit sub suis regibus Aegyptus, sed sub manu dominorum crudelium, & sub rege forti. i. sub Augusto Cæsare. PROCOP. Cessauit regnum Aegyptiorum sub prædicationem euangelij, aut potius sub Christi natalem, imperante Augusto Romanis, quorum durum imperium signifi cavit Daniel, cum regnum eorum nominauit ferreum, & cum illorum imperium nominauit bestiam dentibus ferreis: hæc Procop. Vndè Lxx verbum Hebræum, נַפֵּץ, reddidere, durum optimè, ea enim huius vocis frequentissima significatio est: & idem significauit Hieronym. cum vertit, crudeles. i. inuictos. CYRIL. Significat (inquit) his verbis propheta, Vespasia num imperatorem, qui subegit Aegyptum, quo tempore vixit maximè euangelica prædi catio. EVSEB. Cæsarienf. locis citatis ad Augustum Cæsarem refert hoc, & vrget Iudæos hoc signo aduentus Christi: Vidistis (inquiens) o Iudæi, regnum Aegypti vsq; ad Augusti du rasse tempora, & imperatore Augusto esse deletum, & hoc vaticinio dicitur signum aduentus Christi, esse finem regni Aegyptiorum, quæ igitur vobis reliqua tergiuersatio est? THEOD. Regnum (inquit) durum, regnum Romanorū est, quod prophetia Daniel ferreū nominauit.

Z D. HIE.

D. HIERONYMVS.

Et arefcet aqua de mari, & flumini de folabitur atque ficcabitur: & deficiet flumina, attenuabuntur, & ficcabuntur riuu aggerum.

LXX VIRI.

Et bibent aquam, quæ iuxta mare Aegyptij, at fluiuius deficiet, & ficcabitur, & deficiet flumina, & dioryges fluminis, & ficcabitur omnis congregatio aque.

Agè, hæc quoque ad Babylonica tempora refer, si potes: explica memoriam rerum veterum, vide an factum hoc vnquam legeris, vt fluiuius Nilus Aegypti, qui vnus est è maximis fluiuijs orbis terrarum, & septem eius aluei, in quos diuiditur, quibus in mare influit maximis & nauigabilibus, & quibus Aegyptus fuit femper munitissima, & infuperabilis, ita aruerint, vt necesse habuerint Aegyptij littus maris petere, vt factis fossis in littore maris, inde adaquarentur. Factum hoc vnquam deceant Iudæi? Nam D. Hieron. in comment. iam hæc, & superiora etiam ad Christi tempora refert. Hoc etiam signum erat aduentus Christi, cum viderent arefcere fluiuium Nilum, & eius septem alueos, quod factum est sub Augusto, & sub Vespasiano, vt dictum est in illa verba cap. 11. Desolabit Dominus linguam maris Aegyptij. CYRIL. Putabant Aegyptij se posse efugere seruitutis iugum, quod septem Nili alueis maximis, & nauigabilibus tota Aegyptus cincta erat, & aquarum multitudine circunvallata, vt neque Augustum timeret, neque Vespasianum: fefellit eos spes, omnes enim fluiuij aruerunt, & paludes sunt exsiccatæ, vt Nili aluei facile pedibus trajcerentur. Eodem modo explanat PRO COP. Quod D. Hieron. dixit, Arefcet aqua de mari: Lxx vertere, Bibent aquam quæ iuxta mare Aegyptij: Hebraicè est

Id est, Et bibentur aquæ è mari, quod Lxx paraphrasi quadam interpretantur, Bibent aquam Aegyptij quæ iuxta mare est. i. tanta erit aquarum penuria, & tanta siccitas Nili fluiuij, vt necesse habeant Aegyptij littus maris petere, & factis fossis in maris littore, vt aqua scaturiret, quæ bibi posset, & inde adaquari. Ita Aegyptus, quæ munitissima erat septem magnis Nili alueis, ita vt si vna pars expugnari posset, tota esset penè inexpugnabilis, nudabitur aquarum multitudine, & patebit hostium incurfibus. D. Hieronymus lectionem Hebræam, quam diximus ad verbum verti, Bibentur aquæ è mari, interpretatur. i. exsiccabuntur aquæ è mari: quod verissimum est, nam, vt dictum est in locum citatum cap. 11. Pelusium promontorium, quod caput Aegypti erat, & Aegyptum penè inaccessam faciebat, mari, & luto, & cæno, ita est exsiccatum, vt pedibus potuerit adiri, & ita nullo negotio expugnari ab Augusto Cæsare potuerit, vt supra dictum est. Attenuabuntur & ficcabuntur riuu aggerum. Non solum Nilus fluiuius in septem alueos maximos erat diuisus, quibus, velut brachijs, ambebat eam Aegypti partem, quæ propriè Aegyptus nominabatur, sed etiam ex alueis Nili deducebantur riuu, qui Dioryges nominabantur, à diorytto. i. effodio, quod factis fossis deducebantur aquæ Nili, & circum circa munebantur vrbes Aegypti, & cingebantur maxima aquarum mole, & profunda, & muris validissimis, ita vt vrbes viderentur inaccessæ & inexpugnabiles. Ait ergo propheta, fore vt omnia hæc exsiccentur etiam: Ergo attenuabuntur, & ficcabuntur riuu aggerum. i. exsiccabuntur illi riuu ducti ex Nilo fluiuo, quibus aggeres, id est, muri vrbiu cingebantur, nam aggeres munitiones vrbiu sunt, vt apud Virgilium, Quin intra portas, atque ipsis proelia miscet Aggeribus murorum -- Hoc Lxx seniores dixerunt eadem sententia, nam D. Hieron. dixit: Fluiuius desolabitur. i. exsiccabitur. Lxx seniores, Fluiuius deficiet. D. Hieron. Deficient flumina, & attenuabuntur. Eodem modo Lxx, Deficient flumina. i. aluei septem Nili. D. Hieronymus, Siccabuntur riuu aggerum. Lxx viri, Deficient dioryges fluminis. i. deficient fossæ, quibus aquæ deriuantur ad oppidorum munitiones.

D. HIERONYMVS.

Calamus et iuncus marcescet, nudabitur alueus riuu à fonte suo, et omnis sementis irrigua ficcabitur, arefcet et non e-

LXX VIRI

Et ficcabitur omnis cōgregatio aque in omni palude calami & papyri, & viride omne quod circum flumen,

A non erit, mœrebunt piscatores, et lugebunt, omnes mittentes in flumen hamum, et expandentes rete.

men, & omne feminatum propter flumen ficcabitur à ventis corruptum, & gement piscatores, & gement omnes mittentes hamum in fluiuium, & mittentes sagenas, & expandentes retia lugebunt,

Quod D. Hieron. conuenienter Hebræe lectioni vertit, Calamus, & iuncus arefcet, paraphrasi quadã interpretantur Lxx, i. ficcabitur omnis cōgregatio aquæ in omni palude calami, & iunci: id enim significat, calamus & iuncus marcescet. i. aded exsiccabitur omnis congregatio aquæ in omni palude vt calami, & iunci omnes exsiccentur.

fontem fluminis ripas sup flumẽ sup nudatio aruerit iunc' & Calam' קנה וקמלו ערוח על יאור על פי יאור

duo significat nudatione, & sic vertit D. Hier. & gramina, & sic reddidit Lxx, nam lectionem Hebræam ad verbum vertere potes dupliciter: Nudatio super flumen, super fontem fluminis. i. erit nudatio herbarum graminis, & omnis rei viridis erit super flumen, etiam super fontem fluminis, aded exsiccabuntur omnia: & sic D. Hieron. vertit, Nudabitur alueus riuu à fonte suo. i. ripa aluei fluminis Nili nudabitur omni gramine, & omni re viridi vsque à fonte suo. i. vsque à fonte Nili fluiuij, ita præ penuria aquæ ficcabuntur omnia. Potest quoque verti lectio Hebræa sic, Gramina super flumen, super fontem fluminis: vt fit, Siccabuntur, supple, gramina super flumen, & super fontem fluminis. Lxx viri vertere sententiam, dixerunt enim, Et viride omne quod circum flumẽ est, subaudiunt, ficcabitur. Omnis sementis irrigua, ficcabitur, arefcet, & non erit. Apud Aegyptios non pluit, sed æstate quando omnia flumina exsiccantur, ipse Nilus exuperat tunc ripas, & inundat omnes agros, & post æstatem cum se in suum alueum recipit (nam reliquo anni tempore continetur suis ripis) fit sementis, & tam fecundæ sunt Nili aquæ, vt terra madens aquis Nili, tam vberes ferat fructus, vt sola Aegyptus multas provincias possit alere. Omnis ergo sementis irrigua. i. omnis sementis quæ facta est agris irriguis. i. agris madentibus inundatione fluminis Nili, ficcabitur & arefcet: quod Lxx seniores dixerunt, Omne feminatum per flumen. i. propter inundatos agros flumine Nilo superiore anno, ficcabitur: & addidere de suo causam cur exsicandum esset, cum alijs annis non soleret exsicari. A vento corrupto. i. quia corrumpetur à vento vrente. Mœrebunt piscatores. Leges apud Pomponium Melam, & apud Strabonem, postremo Geographiæ libro, & Herodotum in Euterpe, aquas fluminis Nili esse fecundissimas, procreare maximam piscium multitudinem, aded vt paludes latissimæ, quæ è Nilo educabantur, incredibiles è captura piscium redditus redderent. Erant igitur magna multitudo piscatorum, & textentium retia, qui inde magnos faciebant quæstus, & fiebant multa genera retium, quorum omnium describitur mœror, quod exsiccatis aquis cessaret illorum quæstus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Confundentur qui operabantur linum, plectentes et textentes subtilia, & erunt irrigua eius flaccescentia.

Confusio accipiet operanteis linu sectum, & operanteis byssum, & erunt operantes ea in dolore.

Describitur adhuc Nili siccitas, quæ tanta erit, vt piscatores, & textentes retia, lugeant & mœreant, cum videant se nullum facere quæstum, & operam contriuisse textentes retia è lino secto, vel purissimo, vt verterunt Lxx: vel ex bysso, quod subtilissimum linum interpretatur D. Hieronymus. Et erunt irrigua eius flaccescentia, Hebraicè est Quod vertere potes, Et erunt irrigua eius percussa, supple, percussi ponentes eius percussa irrigua eius erunt Et æstate, & ariditate, nam ורתיץ, significat irrigua eius, vnde D. Hieronymus reddidit, flaccescentia. i. quæ irrigabantur ורתיץ שותתה מרובמים, ponentes ea, à שותת, quod ponere significat, & congruit huic loco mirabiliter, quoniam de retibus agit, & piscatoribus, vt subiungat, Erunt ponentes retia percussi, supple, dolore. Quod autè genere feminino hoc verbu est veres sic, Ponentes eius, supple terre Aegypti, hoc est, qui ponunt retia in Aegypto ad capturam piscium

piscium, contriti, & percussi dolore, sic explanant Lxx viri. Nec dissimulandum est, quod D. Hieron. vertit, linum, Lxx viros, vertisse *לבוש עמודי*, quod significat linteum quo piscatores sibi caput astringunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.

Omnes facientes ceruissiam, contristabuntur & animis dolebunt.

Hebraea lectio duobus modis verti potest: שָׂרֵר, rete significat, & clausuram, & sic interpretantur Hebraei, vt sit, Omnes facientes lacunas, siue clausuram animarum, i. clausuras animalium, & piscinas, vt ibi pascere piscis, quos piscarentur: quod enim Nilus esset piscium fecundissimus, paludes ingentis faciebant, vnde magnum quæstum facerent, & magnos haberent redditus ex piscium captura: & sic interpretantur מַגְרָס, stagna: שָׂרֵר, animarum. Vnde Pagninus vertit, Omnes facientes clausuras stagnorum pro piscibus: quam sententiam sequitur D. Hierony. qui vertit, Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces: reddit enim sententiam non verba. Potest etiam verti lectio Hebraea, Omnes facientes ceruissiam incurui animo, quod שָׂרֵר, vinum significet, vt aiunt Hebraei, & potu, qui fit è fructibus, qui aded inebriatiuus est, vt illorū verbis vtat, vt sensum omnem auferat, & intelligentiam: vnde vertere Lxx. שָׂרֵר, vinum ex hordeo, vel ceruissia, ad decipiendum, inebriatiuam videlicet. Postea מַגְרָס, iunci i. incurui: accipiunt enim Hebraei iuncum, pro incuruo, & debili instariunci: שָׂרֵר, animo: & sic Vatab. reddidit, Tristes erunt animo: vt sit sensus, Tanta erit fluminis siccitas, vt cum aqua non suppetat, vel ad faciendam ceruissiam, qui facienda ceruissa quæstum faciebant, moereat, & tristes sint animo. Nec potuit magis siccitas Nili exemplificari, quam cum dicitur fore vt aqua non suppetat ad faciendam ceruissiam, vnde Lxx vertere. Omnes facientes ceruissiam contristabuntur, & animo dolebunt, quibus omnibus significatur, sub aduentum Domini exsicccandum prorsus Nilum fluiuium, quod Aegypti munimen erat, & Aegyptum venturam in Romanorum potestatem, quod aduentus Christi signum erat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Stulti principes Taneos sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis Pharaoni, filius sapientum ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc sunt sapientes tui? annuncient tibi, et dicant quid cogitauerit Dñs exercituum super Aegyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mepheos, de ceperunt Aegyptum, angulam populorum eius, Dñs immiscuit in medio eius spiritum vertiginis.

Et stulti erunt principes Taneos, sapientes consiliarij regis, consilium eorum euanescent. Quomodo dicetis regi filij prudentium nos, filij regum, qui ab initio? vbi sunt nunc sapientes tui, & annuncient tibi, & dicant: quid cogitauerit Dñs sabaoth super Aegyptum, defecerunt principes Taneos, exaltati sunt principes Mempheos, & decipiant Aegyptum, & tribus, Dñs enim immiscuit eis spiritum erroris.

Describitur à propheta cœcitas principum Aegypti, qua obcecati sunt à Dño, vt Aegyptus in Romanorum potestatem veniret: quod, vt dixi, signum erat aduentus Dñi. Hoc te ipse historie docebunt completum, nam tantus stupor omnis inuasit, vt neque se defendere, neque consilium capere vllū potuerint, cum alioqui se sapientes nominarent, & à maioribus se sapientia iactarent hæreditaria accepisse. Vel apud Platonem reperies, cum alijs locis tum in Phœdro, omnem disciplinam & doctrinam ab Aegyptijs sumpsisse initium, indè ad Græcos dimanasse & ad alias nationes, quo nomine eis propheta insultat hoc loco, & rogat an intelligant, quæ causa fuerit, vt qui cæteros sapientiam docuerint, omni sapientia fuerint destituti, & regnum perdidierint. Vel apud Plutarchum in vita Marci Antonij leges, cum M. Antonius

Antonius victus ab Augusto Cæsare, se in Aegyptum recepit, quod ea prouincia accommodatissima esset reficiendis exercitibus, neque parasse copias, neq; se opposuisse aduersarijs, sed torpuisse omnes Aegyptios. אַשְׁרָא cū puncto in dextro cornu, seducere significat. Seducti sunt principes Mempheos. D. Hieron. eodē sensu. Emarcuerunt principes Mempheos & Mepheos, genitiuus est Græc⁹ à Méphis, quæ vrbs munitissima est Aegypti. Idē verbū אַשְׁרָא à verbo אַשְׁרָא cū puncto in sinistro cornu, significat, inter alia, exaltare, & sic accepere Lxx viri, vertere enim, Exaltati sunt. i. elati insolētia, qui se solos crederent sapere, perdidērūt Aegyptum. Et angulū. i. columē & fulcrū tribuū eius. i. Méphim, quæ columē Aegypti erat, & tribuū Aegypti. Nā angulus apud Hebræos significat caput, & vallū, & principē, ducta metaphora ab angulo domus, qui totā domū fulcit. Quod autem sapiētes Aegypti se filios regū nominarēt, inde factum est, quod, vt docet Plato in Polit. sapientes, quorū consilio regnum regitur, reges sunt. ¶ Sed vt ille alter, qui in pergula proponebat opera, & ipse post tabulā latebat, vt exciperet iudicia hominū, & vitia, quæ picture obijcerētur, ita hoc opus, dū typis excuderetur, in pergula ppositū esse volui, vt exciperē sermones hominū. & doctissimi viri illud obijciūt quod puncta mutem, vt hoc à me cōmentario factū est: quod dum defendo lectionē illā Lxx. cap. 3. Ligemus iustum & c. dico, muta literam, idq; sæpè repeto, & nefas esse aiunt inexplabile, si quis sacras literas attenter, & mutādas literas dicat, & pūcta in sacra scriptura. Doctissimis viris, qui hæc obijciūt, respondeo, me nō mutare literas, sed ostendere mutatas à Iudæis, idq; nostros veteres patres nos admonuisse vt ostēdimus in disputatione fo. 46. 47. 48. & in cap. 64. fo. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. neque esse quenquā qui inficietur verā lectionē esse, quā ecclesia catholica agnoscit. Foderūt manus meas: nō quā præferūt codices Hebræi vitiatā à Iudæis, vna mutata literula, pro, Foderunt, quæ vox Hebræa, caaru, significat, vitiatā lectione scribere, caari, sicut leo, vt vna mutata litera manifestissimū testimoniū de Christi passione obscurarint. Id factum admonēt veteres patres, & nos ipsi manibus deprehēdimus ita factū esse, verā lectionē agnoscimus, Ex vtero ante Luciferū genui te, quā vniuersa ecc. catholica cātat à suis primordijs: nunquam vitiatā Iudæi vna mutata litera. Itaq; à Iudæis mutatas literas ostendo, cuius rei sunt authores veteres patres nō muto ipse literas nec puncta. Cōtrouerfia fuit inter nostros & Iudæos vtra verior sit lectio, ecclesie catholice lectio, an synagoga Iudæorū, & vtra vitiatā: defendo ego sententiā sanctorū, ostēdo Iudæos vitiasse scripturā in illis locis, quibus diuersitas scripturæ est Hebraicæ, & Latine in vaticinijs de Christo, idq; facio præcepto diui Hieronymi in epistola ad Damasum super quatuor euāgēlia, d quo millies supra est dictū. Et facio exēplo ipsius D. Hieron. qui mutata literas, & pūcta, vt defendat lectionē Aquilæ, Symmachi, & Theodocionis. Mutat, inq; pūcta, hoc est docet eos sequutos esse aliā lectionē mutato vno pūcto, aut litera, vt in illa verba c. 2. Sophonia, Audiui opprobriū Moab: reddēs causam, cur, quod ipse verterit, siccitas, Lxx reddiderint, Damascū, siccitas, inquit, Hebraicè dicitur, mimsaq. et prima litera immutata, si loco ei ponatur, d, pro mimsaq, dices, dimsaq, & mutatis pūctis, dameseq. Et idē D. Hieron. in cap. 5. Amos in illud. Nūquid hostias, et sacrificiū obtulistis? docet quod Lxx legūt, moloq, Aquilā legif se, melquon, Symmachū, et Theodocionē malcheché, quā lectionē præferūt Hebræi codices. Negabit hic quisquā mutādas esse multas literas Hebrææ lectionis, atq; pūcta multa, & legēdū nō malquequē, vt Hebr. lectio præfert, sed moloq, vt vertere Lxx. quādo lectionē Lxx pbat D. Lucas, & agnoscit catholica ecclesia? Nega mutādas literas, & incurras hæresim. Et in cap. 38. Et in ea verba: Sicut pullus hirū dinis, sic clamabo: mutatione literæ D. Hieron. defendit Aquilā, quod sequutus fuerit aliā lectionē, mutata vna litera, & varietatē lectionis esse in codicibus Hebræis, etiā sine fraude Iudæorū, ostēdimus in disputat. de translat. Sed instant viri doctissimi, me, dum tueor translationem Lxx, damnare vulgatam, quæ aliam lectionem Hebræā sæpè sequitur. Nec vident eādem sententiā vtriusq; lectionis esse, sed obscuriorē alibi, alibi planiorē, vt altera declaretur, altera quæ à me fit illo loco, de quo agimus ca. 3. Ligemus iustum, quod quod faciendū docet D. Hieron. cum alijs locis, tum in principio cap. 49. vbi ait, Vtranque editionem posui, vt quod in altera videretur obscurum, alterius lectione referretur. Sed sæpè inquit varia, multumq; diuersa vulgata D. Hieron. est, ab editione Lxx. Respondi sæpè iā, quōties id accidit, quod sæpè accidit, vtrāq; interpretationē esse sacram, quod necesse esse fateri, nisi quis incurrere hère sim velit, intelliget ex quinquaginta locis, quos iuxta interpretationē Lxx citat apostoli, & euāgelistæ, quorum collationem in fine huius operis Græcæ, & Latine posuimus, in quorum plerisque diuersam vulgatam lectionem esse apparet à translatione Lxx. quam vtrā

que sacram fateri, necesse est, q̄ vulgatā D. Hieron. sacrosanctā faciunt concilia, Lxx. translationem citant apostoli & euangelistę vt eo loco apparet, vt vnus locus scripturę aliquando duos literales sensus sacros habere possit, quod docent omnes Theologi, & alterum spiritus sanctus altera translatione, alterū expresserit altera. Sumus Pōtifex, inquit, nō dānat lectionē Hebręā, nec catholica ecclesia aut cōcilia. Immo maxime, quādo repugnat lectioni scripturę receptę in ecclesia catholica ab ipsis ecclesię primordijs, vsque ad nostra tēpora, quę vitata esse apparet à ludæis, quōd Christū sonaret, quōd ccc. annis ante Christū dominū Lxx testes eam ad nos transmittunt & testantur esse veram, probant apostoli, & euangelistę, eam ecclesię à se fundatę tradunt, ecclesię proceres ad nos transmittunt. Vrgent adhuc cū dico mutandā literam, me antepone in plerisq; tralationem Lxx editioni vulgatę, nihil minus facio: ne que. n. D. Hieron. cum defendens translationem Lxx suprà literas mutat, tralationē Lxx suę antepōnit, sed significat varietatem esse lectionis Hebraicę. Et in disputatione de tralationibus ostēdimus duplicē lectionem fortassē de industria relictam à prophetis quōd vtraq; magnum quoddam mysterium significetur. Negant rursū nostrū esse mutare literas: Sic ego dico muta literā, vt mathematicus iubet ducere lineā infinitā. Nec. n. iubet facere, quod nō patitur natura rerū, sed vt fingat illud animo. Sic ego eis, qui negāt Hebraicę esse, qđ esse apud Lxx dico vt mutant vnam literulam, aut punctū vnum, id est vt fingant animo & legant apud animum suū mutata vna literula, aut puncto vno, & futurum vt purius astris Christi niteat in Heb. lectione & verissima appareat lectio Lxx. Neq; mutari iubeo Hebręam lectionem, quā Iudęi proprijs manibus exarant, non Christiani, & ita dico mutari, vt significari velim, quod D. Hieron. frequentissimē ait, Symmachum, Aquilam, Theodocionem aliam agnouisse lectionem, vna litera mutata scilicet, aut puncto vno, vt tota nostra contentio sit de verbo, non de re.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomēs, & non erit Aegypto quod faciat caput & caudam incuruantem et refranantē. In die illa, erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt, et timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse mouebit super eam.

Phrafi Hebr. duces dicuntur ca. put. milites gregarij cauda, maiores rami, minores illi.

Quoties vitā Marci Antonij apud Plut. legeris, & cum hoc capite cōtuleris, nihil dicas his verbis esse cōueniētius. Cū enim se recepit victus ab Augusto in Aegyptū, vt ibi reficeret copias, ita se gessit, qui alioqui dux bellicosissimus & imperator fortissimus erat, vt fingere nō possis quidquā magis plenū crapula, temulētū magis, quā ipse erat. Ergo non erit opus Aegypto, q̄ faciat & caudā. i. nō erit opus factū ab Aegyptijs ad resistendū hostibus, q̄ habeat principū, & finē. Et quōd habeat incuruātē, vel refranantē. i. q̄ pareat exercitū, qui incurruare possit hostiū copias. i. fugare, aut saltē refranare. THEOD. Omnia opera eorū erūt imperfecta tumultuaria, nec benē incipiētur, nec ad finē perueniēt. Tralationē D. Hieron. sic quoq; enodabimus, Nō erit Aegypto opus, q̄ faciat caput & caudā, incuruos alios, alios refranantes. i. qui ne separēt quidē fenesā iuuenibus, quibus verbis incredibilis Aegyptiorū stupor prędicitur. Vnus imperator erat prępositus Pelusio, quę arx erat Aegypti munitissima, is quoq; dux torpuit, qua de re suprà in c. ii. dictū est. Ezechiel c. 30. 31. 32. de hac re vaticinatur, & multa sunt argum. quib⁹ colliges oīa illa ad tēpora Christi esse referēda: & q̄ fortissimos gentiū Romanos fuisse, Daniel est testis: & cōterēda idola dicat, & q̄ gladiū dñi penes illos esse dixit ppheta.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem, omnis qui illius fuerit recordatus, p̄nebit à facie cōsiliij Domini exercituum, quod ipse cogitauit super eā.

Et erit regio Iudæorum Aegyptijs in terriculum, si quis eam nominauerit, timebūt, p̄pter cōsiliū quod Dñs sabaoth consultauit super eā.

A Et quod, inquit ille, multitudo imperita, vel Catoni potest bonam mentem excutere. Nā D. Hieron. verterat hunc locum mirabiliter, Et erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem, sed Iudæorum multitudo, cum quibus quotidie disputabat, fecit eum mutare sententiam; non relectio vulgata. Et quantum ego arbitror, nam אגף, festum significat, pauorem nunquam. Hūc solum locum citant Iudæi, quo hoc verbum pauorem significare aiunt, quōd se confixos hoc testimonio vident, nec posse comminisci quicquam, quōd se tueantur, cū אגף, tripudiare significet, & agere festos dies, & cum saltatu, tripudioq; ire ad festum diem: hinc omnia deriuata solennitates significant, & festos dies, & sacrificia, hoc solum nomen אגף, & hoc solo loco pauorem significare aiunt, nec vllo exemplo simili, aut testimonio, aliquo scripturę confirmant, & quōd à verbo אגף, quod tripudio significat, & celebros: durum videtur defletere, si timorem significare dicant, defleētunt à verbo אגף alij, quod significat circuire, & circundare, & fingunt Iudæi hoc verbum significare circuire loca, metu, & formidine, se huc & illuc ferre, quod nusquam reperiet quicquam. Nam אגף, tantum significat circuire, & circū dare: vt, circundare terminum aquis, vnde circulus aut sphaera אגף dicitur: & nunquam factum reperies, vt significet hoc verbum trepidare metu, & circuire hęc & illa loca prę metu: nec si se rumpant Iudæi, ostendunt vbi hoc verbum id significet. Sed quid non fingant Iudæi, vt omnia turbent? Lectio igitur vulgata est admirabilis, Et erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem. Sed hic locus Esaiaę vtrumque significat, & futuram terram Iuda Aegypto in festiuitatem, & in terriculum, vtrumque explanemus, si prius Iudæorum sententiam subuerterimus. Aiunt Iudæi Aegyptios trepidaturos audito nomine terrę Iuda, & prę metu huc & illuc discursuros. Ipsos Iudæos interrogo, quando terra Iuda tanto paori fuit Aegyptijs aut alijs nationibus, vt audito nomine Iudæorum huc & illuc circumtulerint oculos prę timore? non hoc ridiculum est? Iudæos nationes vlla timuit vnquā ne dū Aegyptij, qui potētissimi erant & fortissimi, vnde Iudęi auxilia petebant. An non hoc est quod veteres patres aiunt, prophetias fieri vanas & mendaces à Iudæis, dum obscurant mysteria redemptionis? Quis non rideat, si audiat fuisse aliquando tempus, cū Aegyptij Iudæorum nomine audito, timore contremuerint? quem non pudeat hoc dicere? Iudæa ob peccata sua, & quōd abduci volebat à cultu dæmonum, & idolorum, Aegyptijs & Assyrijs prędæ fuit. Post tempora Moysi, nunquam factum reperies, vt Iudæi victoriā retulerint ex Aegyptijs. Non hoc dicimus, inquit, sed cū Aegyptij victi sunt ab Assyrijs & Babylonijs, intellexere se victos Iudæorum causa, quōd opem tulerint Iudæis, & post illa timebunt Iudæam, quasi verō Aegyptij, aut Deo Israël is eo tempore crederent, aut putarent se illa passos causa gentis Iudæę, quod credibile non est de gentibus idolatris. Sed agē, finge credidisse prophetas Aegyptios, quæso, quo pacto intelligent Aegyptij, vastatas bello vrbes Aegyptias à Babylonijs, quōd tulerint opem Iudæis, cū centies prius vastatas ab Assyrijs, & Babylonijs Iudæę vrbes viderint, quā se ipsos? Hoc est, quod inquit Athanas. & Hilar. & alij patres magno, & admirando Dei consilio factum esse, vt Iudæa semper fuerit calamitatibus implicata, bellis protrita, ne quę dicuntur de temporibus Christi, Iudæi ad sua tempora referrent. Nam nunc quis tam impudens est ex Iudæis qui audeat dicere, fuisse tempus vllum cū Aegyptij audito nomine Iudæorum metu trepidarent, vt huc, & illuc circumferrent oculos, quærerent latebras, in quas se abderent? Sic, aiunt, hunc locum interpretatur Aquila Iudæus. Egregius author. f. cū verbum Hebręū nihil tale significet, & scripturas verterit ipse & Symmachus, & Theodocion in odiū Lxx virorū, & Christiani nominis, vt docet EPIPH. Futurum hoc aiūt Iudęi tempore Christi sui, quem expectant, à quibus quæram cum Tertul. quæ Iudæa illatura hunc terrorē Aegyptijs sit, quæ deleta est prorsus millesimo quingentesimo ante anno: vbi Hierusalem? Sion? Bethleem? vbi vrbes de quibus erant prophetarum vaticinia? Cū vestigium illarum non compareat, neque instaurandę sint vnquam, perspicuum est completa esse vaticinia, & iam non posse compleri. Quomodo ergo nascetur Dominus in Bethleem, quæ diruta millesimo, quingentesimo ante anno, nunquam est instauranda? quomodo similiter alia complebuntur vaticinia?

Quantō melius & conuenientiū sententię omnium veterum patrū, si dicas: Terram Iuda futuram Aegypto in festiuitatē, vt vertit D. Hieron. hoc est, ituros Aegyptios recepta fide Christi, cum saltatu, solenni q; tripudio in Iudæam ad sanctissimum Christi sepulchrū, ad illa loca quæ Domini pedes calcauerunt, cū hoc videamus ad nostra vsque tempora fieri, & hęc loca peti à Christianis summa cum veneratione, & religione, & si hęc loca ab immanissimis

Turcis teneantur, quod declarant sequentia verba: Omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini .i. omnis qui fuerit recordatus œconomiae redemptionis ibi peractae, pauebit à facie consilij Domini .i. venerabitur loca sancta Iudaeae, & sacros apostolos, & eorum scripta. A facie consilij Domini .i. propter Domini consilium, de quo infra cap. 25. Consilium hoc Domini super omnes gentes, dissoluere faciem vinculi colligati super omnes populos .i. redimere genus humanum, quod fecit Dominus Hierosolymis. Tralatio Lxx virorum, hoc loco videtur supposititia & adulterinata: tamen illa, & Iudaeorum tralatio sensum optimum habent, si sic explant, vt historiae & rerum euentui, qui est optimus scripturae interpretis, congruat. Lique enim, vt supra diximus, repetendumque est sapius, nulla re magis permotos gentium animos & nationum, vt ad Christum venirent, quam cum videre post crucem Domini Iudaeae omnes vrbes fuisse subuersas, Iudaeos omnes suis sedibus pulsos, captiuos ductos in omnes terras, vt praedictum videbant prophetarum vaticinijs. Haec res igitur perterrita Aegyptios, & omnes nationes, cum legerent apud prophetam, quod centies hoc libro ostendo, praedictum, arsuras vrbes Iudaeae omnes, post Christi aduentum, quod eum non essent recepturae, & arsisse videbant, & conflagrasse templum & Iudaeam omnem: quod haec verba iuxta tralationem Lxx virorum, & iuxta interpretationem Iudaeorum planè significant, si dicas, Erit regio Iudaeae Aegyptijs in terriculum .i. exterrebuntur Aegyptij, & aliae nationes, audito Iudaeae nomine, & auditis poenis, quas luit vniuersa Iudaea, quod Christum non receperit, quod Christi maiestas eos exterrebit, qui quingentis, & mille, & bis mille annis antè praedixerit futurum per prophetas, & postquam cruce est affectus, id resurgens compleuerit. Si quis illam nominauerit, timebunt .i. exemplo Iudaeae timebunt, & cauebunt aliae nationes, & respicient & alieno malo edocti, discent timere Deum: ideo enim poenae irrogatae nocentibus, exempla dicuntur Latine, quod sunt alijs exemplo, vt caueant malo. Postremò, Propter consiliu quod Dominus sabaoth consultauit super eam .i. propter poenas acerbissimas, quas Deus sabaoth exegit à Iudaeis perfidis ob Christi crucem, cum omnes Iudaeae vrbes incendio absumpsit. Sic etiam editionem D. Hierony. licebit interpretari. Erit Aegypto terra Iuda in festiuitatem .i. ibunt Aegyptij recepta fide in terram Iuda, cum saltatu, solenni que tripudio, in Iudaeam ad sanctissimum Christi sepulchrum, ad illa loca quae Domini pedes calcauerunt, & ea loca petent, vt ibi agant festos dies, & omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum .i. quoties veniet in mentem vrbium Iudaeae, quam olim floruerint, quam frequentes habitatoribus fuerint, pauebit, & horrescet corpore & animo, cum videat subuersas, & solo exaequatas omnes, & terram quae olim erat foecundissima, & vberimos edebat fructus, ad mirabilem redactam sterilitate: quae omnia praedixerat Moses Deuter. cap. 38. his verbis, Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terrae finibus, in similitudinem aquilae volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis. Vbi planè describitur exercitus Romanus conscriptus ex Hispanis, Gallis, Germanis, & ex vltimis terrae finibus, quod Romani imperabant orbi: nam regnum Babylonium, quanquam longè lateque patebat, tamen confine est Iudaeae prouinciae, vt alibi dictum est. Sed apertius haec verba, & interpretationem quam praescripsimus, infra leges quoque eodem capite, praecipue tamen cap. sequenti Deuter. 19. vbi ait, Diciturque sequens generatio, & filij, qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint, videntes plagas terrae illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus sulphure, & solis ardore comburens, ita vt ultra non seratur, neque virens quippiam germinet in exemplum subuersionis Sodomae, &c. Quare sic fecit Dominus terrae huic? & respondunt, Quia dereliquerunt pactum Domini, &c. Quia enim dereliquerunt Christum, cuius figura & vmbra erat vetus testamentum, redacta est Iudaea in illam sterilitatem & vastitatem. Conferamus verba Moysi, cum verbis Esaias, easdem agnoscamus sententias. Quid enim est aliud, quod tot verbis dixit Moses? Dicit sequens generatio & filij, qui nascentur deinceps, &c. quam quod paucis verbis dixit Esaias? omnis qui illius fuerit recordatus .i. qui fecit cogitauerit felicitatem Iudaeae, & vbertatem, & amoenitatem, & viderit in quam vastitatem sit redacta & in quam sterilitate, ita vt ultra non seratur, sed sterilis sit vt Sodomae, pauebit, & quod Moses dixit: interrogabit: Quare sic fecit Dominus terrae huic? & quod Moses dixit Dominum irrogasse has poenas Iudaeae vt Sodomae, quia dereliquerunt pactum Domini, & seruire magis voluerunt Romanis, & adorare Deos alienos, vt leges apud Egesyppum de Aristobulo, Hircano, Antipatro, & alijs Iudaeorum regibus sub Christi aduentum, quam Deo seruire, & diuinis legi-

nis legibus, & clara voce testati sunt se non habere regem nisi Cesare: Esaias paucis illis verbis significauit, Pauebit à facie consilij Dñi quod cogitauit super Iudaeam .i. pauebit cum videat Iudaeam redactam à Dño in sterilitatem Sodomae, propter negatum Christum. Vbi frangenda est imperitia quorundam, vt supra scripsi, ne dicam impietatem, qui Geographiae Ptolomaei adscribunt, & alijs locis spargunt voces non magno opere pias, quibus testatur terram sanctam non esse vberem, & amoenam, qualis describitur in sacris literis, sed sterilem, & infœcundam, & eius rei nos voluere admonitos, & aduersari audent scripturae sacrae. Et quidam addunt nimiam quaedam cultura Iudaeorum vernasse arboribus, & amoenam fuisse, qualis describitur à Iosepho Iudaeo, cum alio qui esset in foecunda, & sterilis, qualis nunc apparet. Mentiuntur ergo ò boni viri, literae sacrae? Ne te hi decipiant ergo amoenissima, & fertilissima terra Iudaea erat qualis describitur à Iosepho, & qualis literis sacris descripta est: nunc verè sterilis, & infœcunda, quia in hanc sterilitate redacta est post crucem Dñi, vt praedixerat futurum Moses, eo loco, què citauit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

B In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum.

In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananitide, & iurantes nomine Domini Sabaoth.

THEODOR. Ita Dominus dicit se deleturum regnum Aegypti, vt his omnibus significet se traditurum Aegyptios, ex impietate ad pietatem, & religionem. P. R. O. C. O. P. in cap. 42. hunc locum eodem modo explanat, & quinque vrbes in ecclesia Dei varia religionum genera esse putat, quae loquerentur lingua Chananitide, quod confessio res sit Eremitas, Anachoritas, monachos, & alia religionum genera in Aegypto primum esse coepisse, cuius rei August. testis est tom. 10. serm. 50. de eo, quod scriptum est. Ego sum pastor bonus: vbi ait in Aegypto magnum gregem Domini esse, magnam sanctorum numerositatem, quae penitus mundum contemnat. Et CHRYS. in cap. 2. Matth. homil. 8. in illa verba: Fuge in Aegyptum, ait in Aegypto esse innumerabiles angelorum copias in humana specie, & populos martyrum, & choros virginum. quod alijs multis locis repetit idem CHRYS. & tomo. 5. de poenitentia homil. 5. vbi ait in Aegypto monasteria, & ecclesias fuisse innumerabiles, & in illis floruisse, qui angelicam vitam imitarentur. Quinarius autem numerus religionem significat, vt docet ille alter in lib. 3. regum cap. 15. interpretans verba illa quinque cubitorum, Ala cherub vna, his verbis, Quia virtutes angelicae legem Dei, quae in quinque libris scripta est, indefessa deuotione custodiunt: Et paulo infra: Quinque sanctorum signum est, quia sancti, quinque corporis sui sensus in obsequium sui conditoris extendunt, oculos habent ad Dominum, audire desiderant vocem laudis eius, narrat mirabilia eius, currunt in odore vnguentorum eius, sacra tractare cupiunt. & infra cap. 17. Quia solis, inquit, illis supernae patriae aditus panditur, qui omnibus sui corporis, & cordis sensibus internis, & externis seruire Dño student: & cap. 21. quinarius numerus significare Christi baptismum, ait, quod quidquid sensibus peccatur, aqua sacri baptismatis remittitur. A. V. G. V. S. tomo. 10. serm. 23. de quinque virginibus fatuis, & quinque prudentibus, vbi quinque fatuas significare dicit omnes animas damnatorum, quod quinque sensuum illecebris delinita, Dei imperata non fecerint: prudentes quinque docet significare beatorum omnium animas quae sensuum illecebris capi non potuerunt, neque abduci à virtute, corporea voluptate: & serm. 33. idem repetit, vbi explanat quinque iuga bouum. & quaestionum super Num. lib. 4. cap. 1. & alijs locis multis. Et D. AMBR. de Abraham patriarcha lib. 2. cap. 7. de Ioseph patriarcha cap. 13. & in psal. 40. vbi disputat de quinque libris psalmorum, de quinque sensibus hominis exterioris, qui virgines malas faciunt, & de quinque sensibus spiritalibus, qui faciunt virgines bonas. Sed quo modo quinarius numero perfectio, & plenitudo seruorum Christi significetur, docet in psal. 118. serm. 22. in illa verba, Erraui sicut ovis quae perierat. Sensus ergo est, futura in Aegypto multa religionum genera sanctorum, qui corporeis sensibus quinque, & quinque animi interioribus sensibus toti seruantur in Deum, & lingua loquantur Chananitide .i. eloquia Dei loquantur, & sonent semper. Chananitide ergo lingua .i. Iudaea, quod Iudaeam tenebant olim Chanaan: & leges apud omnes veteres patres, religionis in Aegypto, & alijs locis, semper in ore fuisse prophetarum scripta, euangelia, sacras literas.

Ciuitas solis vocabitur vna.

Ciuitas Acheres vocabitur vna.

Defenduntur Lxx viri contra eos qui eos reprehendunt, quod in ch.

PAGNIN. quemadmodum Lxx viri hanc urbem non vertit Latinè, sed integram lectionem Hebræam ad nos transtulit, qui vertit ciuitas heres dicitur vni, appellatur enim vrbs Heres siue Cheres, n, mutatur interim in aspirationem, h, interim in, ch, quanquam reprehenduntur Lxx viri, quod illam mutent aliquando in, ch, cum non solum euangelicæ literæ, & apostolicæ, sed etiam Philon, & Iosephus, Iudæorū longè doctissimi, vt Hieron. eos appellat, ita sæpè vertant. Non solum em nos Achaz dicimus cū D. Matth. cap. 1. & non, Ahaz, sed etiā IOSEP. de bello Iud. lib. 9. c. 13. vbi, Achazum, appellat, quod hæc nomina declinat more nominum Græcorum, & non Ahazum. Et cap. 12. Achazem nominarat, & non, Ahazem sic Achab appellat regem lib. 8. Iud. antiq. cap. 7. & non Ahab, & Achia prophetā, non, Ahia, in fine cap. 4. eiusdem libri, cum hæc nomina apud Hebr. scribantur per, n, sed infinita sunt hæc, nam & lib. 7. cap. 6. Iosaphat filium Achilē scripsit non Ahilæ, & lib. 5. cap. 10. Manoen patrem Sampsonis quod apud Hebræos scribatur per, n, Manochen appellat vt, n, cum transit ad nos interim mutetur in aspirationem, Manohen, interim Manochen, ne quis Lxx viros hoc nomine reprehendat. Quod ergo Pagninus, & Vatablus dicunt, Heres Ciuitas, Lxx viri dixerunt Cheres ciuitas, Quin ad nos transtulere hoc nomen addito Hebræo articulo ha, quemadmodum VATAB. vertit hir heres, nomen enim, hir Hebræum, quod urbem significat ad nos quoque transtulit integrum, ita Lxx viri addidere articulum ha cheres. Nam quod D. Hier. mirari se dicit cur Lxx verterint ciuitas Sedec, mendosus codices nactus D. Hieron. hoc scripsit, emendationes em codices preferunt πδλεις ἀχχέρης κληθήσεται μία .i. vrbs Hacheres vocabitur vna vrbs, quod si nulla essent exemplaria, quæ hanc lectionem præferrent, facile erat hæc loca ex Hebræa lectione castigare. Quis enim auctori, librarium imputat vitia? vox ergo integrare lista est à Lxx, cum articulo ha qui articulus habet emphasim, quasi dicas vrbs ha Cheres. i. vrbs illa Cheres (quod vox Hebræa multos habet intellectus) integra est relicta, & ipsis vocabus, & nomenclaturis, vt supra diximus ex Chrysoft. propheta multa significant: significat ergo Cheres, scabie, & scabiei pruriginem, quo nomine vitia, & peccata significantur, & voluptas quæ nascitur ex libidinibus. Quod vt docet Plato in Philebo: Quemadmodum iucundum est scabiè scabere, at postea tetros hoc ciet dolores, ita vitiorū voluptas gustu grata est, postea multum habet fellis, & aloës. Ergo ciuitas Aegyptiorum, quæ vitiorum prurigne vrebatur, & quæ scatebat vitijs, & libidinibus, erit ex his quæ Christo credent, & plena spiritu, sancto angelorum vitam viuet (vt dicebat Chrysoft.) significat etiam Cheres testā aridam, & siccam, quod vrbs Aegyptia quæ maxime sicca erat, & maxime roris spiritus sancti expers, pluuia cælesti madebit. Cheres quoque solem significat vt verti possit, ciuitas solis erit vna vt vertit D. Hier. nec aliena à sensu huius loci hæc significatio est, quasi dicat Propheta: vrbs Aegyptiorū scabiosa, vitiorū & libidinum prurigne flagrans, vrbs illa sicca spiritus sancti roris expers, futura est vrbs solis iustitiæ, nam cano ille est adhibendus, cum verbū Hebræū multa significat, quæ ad id de quo agitur spectant, omnia illa ab spiritu sancto esse significata.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

In die illa erit altare Domini in medio terra Aegypti.

In die illa erit altare Domino in regione Aegyptiorum.

AVGVST. de vnitae ecclesiæ lib. 1. cap. 14. interpretatur hæc de ecclesia Christi, quæ fuit in Aegypto in multis milibus seruorum Dei, qui per Eremum sancta societate viuebant perfectionem præcepti euangelici studentes tenere, de qua dictum est, Vis esse perfectus, vende & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. EVSEB. de demonstratione euangelica lib. 1. c. 4. hoc testimonio impietatis arguit perfidos Iudæos, quod Moses altare Domino & sacrificia nusquam terrarum nisi in sola Iudæa fieri cauerit, atque adeo in vna sola Iudæa vrbe in templo Hierosolymitano. Hæc propheta altare Domino futurum in terra Aegypti dicit, non ergo hoc futurum dicit legislatione Moysi, qua id ne fieret cautum erat, sed legislatione Christi, translato igitur sacerdotio, necesse erat legis translationem fieri. Si est altare Dño in Aegypto, & sacrificat Aegyptij, sunt sacerdotes Aegyptij, noua igitur legulatio hæc est, & noua testa-

A testamentū, & multa in hac sententiā dicit diuinitus, vbi huc locū explanat & lib. 2. ca. 35. Vides tēplum extra Hierusalē in media Aegypto, hoc est in medio nationū, ex parte. n. totū significat prophetia, &c. Postea his addit quæ supra dixerat omnia, & lib. 6. c. 20. & lib. 9. c. 2. hoc oraculo vrget Iudæos vehemēter. PROCO. prædicit (inquit) his verbis euangelij prædicationē, nam cū veteret Moses extra Hierusalem fieri altare Dño, & iusserit ex sola tribu Leui fieri sacerdotes, quomodo inquit in Aegypto futurū altare est, & Aegyptij futuri sunt sacerdotes? nisi quod vt inquit Paulus translato sacerdotio, necesse erat vt legis translatio fieret. Ea dē ait D. Hier. in comē tarijs. Quod D. Hiero. dixit, in medio Aegypti, cōgruēter Hebræa lectioni, Lxx edidere, in regione Aegypti: ne intelligeremus de vno aliquo altari, sed quod fiet sacrificia Dño in regione Aegypti: sunt enim Lxx viri comētarij potius quā interpretes in plerisq;. De hoc loco Esaia, & quomodo Onias hoc vaticiniū Esaia de altari ponendo in medio Aegypti voluerit complere, Iosephus antiquitatum Iudaicarum lib. 13. cap. 6.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

B Et titulus Dñi iuxta terminū eius. Et titulus (vel colūna) ad fines eorū Dño.

DIUS August. & Euseb. locis citatis hæc eiusdē sententiæ esse aiūt cū superiore. CYRILL. Colūna. i. tēplum Dei sanctū, vel, Dei ecclesia quæ colūna dicitur à D. Paulo, Dei viui. i. ad Timoth. c. 3. vel signū sanctissimæ crucis, murus enim nobis in expugnabilis crux est. Pro, Titulo Dñi, Hebraicè est, תַּיָּמָי .i. statua, vel colūna, & multo frequētior hoc verbū statuā significat, vt possis vertere, statua iuxta terminū eius Deo (vt vertit Vatablus.) Quid verat inceslere Iudæos iisdē argumentis, quibus supra incesit D. Hiero. Euseb. & Procop? Cautū erat veteri te statūto ne fieret statua Deo, vel sculptile: Ecce dicitur futura Deo Israëlī statua, vel sculptile in finibus Aegypti. Prædicitur ergo manifesta abrogatio legis Moysi, & nouæ legis introductio. Notandū etiā Christū hoc loco dici Deū, statua enim hæc vel colūna, quæ fit Deo, imago Christi est, vt interpretantur oēs patres, vbi Christus dicitur, Iehouah. i. Deus. Quod D. Hiero. vertit, iuxta terminū: Lxx dicere. Ad terminū ei, vt sit: Statua Deo erit ad terminū ei. i. vsq; ad terminū Aegypti, hoc est, tota Aegyptus vsq; ad terminos suos erit plena tēplis, & signis Christi crucifixi. Potes quoq; adhibere canonē scripturæ, quæ præscribit TERTVL. in li. de spectaculis, vbi in Aegypto, terra peccatrice, totus orbis qui peccatis scatebat, intelligatur in parte scilicet totū vt dicatur futurū altare Dño in medio Aegypti. i. in medio orbis: ad terminum ei. i. vsq; ad fines orbis. ADRIANVS tomo. 2. Cōciliorū synodi Nicænæ. 2. act. 2. in epistola ad Cōstantinū Imperatorū, & Irenen, his locis Esaia defendet vsum imaginē aduersum Hereticos, & citat locū Genes. c. 49. quæ citat D. Paulus iuxta translationē Lxx ad Heb. 11. fide Iacob in summitate virgæ suæ adorauit: & sentit Iacob adorasse in imagine virgæ illā, nō tñ adorasse virgā, sed tenentē eā, hoc est, filiū ipsū Ioseph, quod cū mago adoratur non solū imago, sed is cuius est imago adoratur. Idē sentit LEONTI. in eadē synodo actio. 4. in disceptatione cōtra Iudæos. Et sic hic locus explanatur à plerisq; etiā in cōcilijs. opinor quod cōpletum putet somniū Ioseph. quod se viderat adorari à parentibus & fratribus, quia in re fuerat Christi typus, qui adoratus est à parentibus à sacra virgine & à Ioseph, qui dictus est eius pater. ¶ Sed illud obijci posset D. Hiero. in Quæst. Heb. in Genes. frustra hæc simulari à nris affirmat, cū Hebraicè Iogē secus sit: qua de re dictū est in cap. 11. fo. 283. vbi monui multas glossulas irrepisse in textū D. Hiero. D quod ante inuentā calcographiā libri omnes manu scriberetur, & in sanctorū scripta hæc peccatis sequeret, vt illorū scriptis heretici zizania interfererent, vnde leges li. 5. hist. Eccl. Euseb. c. 20 pulchrā Irenæi obtestationem, qua per Christū dñm, & eius gloriosum aduentum obtestatur eos, qui suos libros descriperint, vt emēdate describāt omnia summa cura, & descripta cum exemplari conferat rursus diligenter, Nec Irenæū hæc iuuat obtestatio. Quāuis. n. vt vir apostolicus, apostolorū temporibus proximus in manibus omnium esset, & ita citetur ab Euseb. Epiph. Basilio, tñ eius scriptis sparsa Hereticorū zizania quædā reperies. Quæ ego cū conferrem cum Didaco Couarru. epō Segobiensī, qui pōtificij iuris lumen est splendidiss. de quo multa volumina scripsit diuinitus, quæ doctorum manibus teruntur, qui etiam Græcæ linguæ scientissimus est, in literis sacris versatissimus, Hispaniæ decus, cum hæc ergo cum tali hoc viro conferrem, iniecit libro Græco manum vnde deprehenderat multa glossemata irrepisse in contextum scriptoris, quæ meis oculis subiicit vt viderem, cuius notæ sunt hæc & similia apud D. Hier. Putant ergo Iacob adorasse filiū suū Ioseph in summitate virgæ, fortasse quod existimat, typū fuisse adorationis Christi in summitate sanctissimæ crucis. Nā Ioseph typū fuisse

fuisse Christi, supra pluribus est dictum. Neque hoc quisquam poterit inficiari ita esse, quando D. Paulus ait, Iacob in fide adorasse fastigium virgae, si adoravit tantum filium suum Ioseph presentem in illa imagine, quae illic fides erat? quae in sacris literis non dicitur erga homines, neque a D. Paulo eo loco, neque de re praesenti, sed futura, cuius fide habebat. Ergo intelligebant patres, & summus pontifex, adoratum quidem filium Ioseph in summitate virgae in historia, sed in typo illo adoratum fuisse Christum in summitate crucis, ea fide, quam commendat Paulus. Sed si legas: In summitate virgae suae ipsius, ut diximus legendum esse ex D. Augustino, cum de hoc loco disputabamus in cap. II. placet veterum patrum, quos illic citauimus, interpretatio.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erit in signum, & in testimonium Domino exercituum terra Aegypti.

Et erit in signum in seculum Domino in regione Aegypti.

Vocula Hebraea ו, testimonium significat, ut vertit D. Hieron. & in aeternum, ut reddere Lxx. Hic locus, ut docet D. Hieron. cum superioribus, & sequentibus tam a nostris, quam a Iudeis ad Christi tempora refertur, & quantum a D. Aug. & Eusebio, & Procopo, & Cyrillo de Aegypto videtur explanari, potest de toto orbe intelligi, ut supra dictum est. quod si de Aegypto tantum intelligas, placet multo magis tractatio D. Hieron. qua dicitur futurum hoc signum crucis in memoria passionis Christi, qui in literis sacris dicitur dominus exercituum, videtur enim Aegyptus non in aeternum colere Christum, possidet enim a Barbaris, & Mahometicae superstitioni seruit misera, quantum etiam multos illic Christianos esse perhibent, & multa Christianorum templa.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos.

Quia clamabunt ad Dominum propter tribulationem eius, & mittet eis hominem, qui saluabit eos iudicatis saluabis eos.

LACTAN. lib. 4. c. 13. cum probandum suscipisset, Christum esse Deum & hominem, & multis alijs prophetarum vaticinijs docuisset esse Deum, hominem probat esse hoc vaticinio Esaias, quo dicitur, Mittet eis Deus hominem, qui saluabit eos, iudicatis sanabit eos. Et simile ait hoc vaticinium illi, Hieremiae. Homo est, & quis cognouit eum? & illi Moysi Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & exsurgit homo ex Israel: additque consultum Apollinem utrum ne Deus, an homo fuerit? respondisse: mortalem fuisse secundum carnem, ubi Deum confessus est, quantum inuitus, cum mortalem respondit secundum carnem, non absolute. Sed si Hebraeis vocibus insistas, hoc loco Deus, & homo describitur planissimè: cum enim de eodem sermo sit, & de conversione Aegypti ad pietatem, qui usque adhuc, ut adnotauimus, est appellatus nunc homo dicitur. Citatur hic locus etiam in Concilio Carthaginiensi iuxta translationem Lxx in rescripto epistolae synodi Tellè. ad Syricium papam: Et dicitur cur sit appellatus homo cū esset Deus. CYRILLUS de Incarnatione. v. n. g. c. 3. in fine. tomo. I. cōcl. EVSEBIUS de modo. Euang. lib. I. cap. 4. hominem hunc missum Aegyptijs eundem illum esse ait, quem Moysi oracula significarent, cum dixit: Egredietur homo ex semine ipsius, & dominabitur nationibus multis. CYRILLUS sic à Sathana oppressos Aegyptios ad dominum clamasse ait, ut sanguis Abel ad dominum clamasse dictus est. Cum igitur Aegyptij dura Sathanae tyrannide premerentur, misit eis Deus Iesum sedentem in nube leui, in vlnis B. virg. qui occulta quaedam vi demonis tyrannidem confregit. Hæc D. HIERON. Lect. Heb. cum vtraque tractat. cogruit, nam verba illa, אלהים ויהוה dupliciter verti possunt, אלהים, i. propugnatorem, vel, & iudicabit, vtrumque enim significat, & verbum, & nomen esse potest. ¶ Et quod me nouarum rerum inuentorem clamitat quidam receptam lectionem in ecclesia catholica tuor aduersus quasdam interpretationes recens editas delibatas ex Iudeorum scriptis, quasi harum rerum inuentor ego sum, & non duces sequar veteres patres in mutandis punctis, explanandis varijs Hebraearum vocum significationibus. D. Hieron. in illa verba cap. 15. Secundum magnitudinem, Harabim, vocem Hebraeam reddi posse docet, salices, & Arabes, & sic tuetur vtranque translationem. Et in illa verba, Ponam supra Dibon, diban, & dimon scribi posse ait, mutata vna litera. Et in illa verba: Onus in Arabia. verbum arab, verti posse docet, vesper, Arabia, eorus, planicies, & occidentens. Ne quis me hæc nullo exemplo facere dicat, cum præcepto, & exemplo Domini Hieronymi faciam. Cyrillus

A rillus, Seruabit, inquit, Dominus non Aegyptios solum, sed vniuersum orbem. Iudicans. i. iustum iudicium pronuncians, Satanam enim qui vim intulit, cum suis demonibus catenis reuinctum in carcerem tenebrarum retrusit, iuxta illud: Nunc iudicium est huius mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras: & Ego si exaltatus fuero, omnia traham ad me. Sum in opere tamè notandum est, quantum Lactantius, & Euseb. hoc loco probari putent Christum esse hominem Hebraicè non appellari hominem, sed Mosiah, quæ vox idè significat, quod Iesus, deriuata à verbo, Iafah, ab eodem inquam verbo vnde deriuatur Iesus, neque aliud significans, quam Iesus, non magis quam apud nos seruator hominum & conseruans homines. Quod igitur Hebraicè est, Mittet eis Mosiah. i. mittet eis Iesum vel saluatorem, Lxx viri paraphrasi quadam ex illo Hieremie loquor, & ex illis locis Moysi, que supra citata sunt, edidit, Mittet eis hominem, ut significarent nobis hunc, quem Esaias appellat, Mosiah. i. saluatorem, siue Iesum, esse illum quem hominem appellauit Moses, & Hieremias, faciunt enim ut dixi, Lxx viri & apostoli & euangelistae dum interpretantur scripturam, paraphrasim ex alijs locis, ut doceant nos idem in his & in illis significari, & ut alijs locis alia declarent, & enodent. Cur autè Moses & Esaias aut Lxx viri hoc loco Christum hominem appellarint, explanatur diuinitus tomo. I. concilio rum in expositione symboli Nicæni, cum explanatur illa pars symboli qua dicitur homo factus Deus. Notandum etiam quod posse verti propugnatorem, ut sit nomen, posse quoque reddi, magnum, & inclutum, & sic redditur à Iudeis, ut sit: Mittet eis Iesum magnum illum & inclutum, sic appellatum, ut ait Iudei, ob magnas, & multiplices, quibus pollet, dignitates. Quod si ita est ut re ipsa est, vide quam conuenienter dicatur: Mittet eis Iesum magnum illum, & inclutum in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis: illum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae, & cognitionis absconditi, ut ad Coloss. 2. ait Paulus. Potest quoque verti doctor & magister, iuxta illud, Vn^o est magister vester: nam Hester. i. rab, pro magistro est, ut sit, Mittet illis doctorem gentium. Lxx viri à verbo מורה, deduxere & מורה, fecere verbum, iudicabit, & hoc quoque significare docet ipsi Iudei, & probat testimonio I. lib. reg. cap. 25. ויהי כד יבא, i. iudicabit iudiciu: adhibedus semper est cano ille sæpè repetitus quado verbum idè plura significet, &c.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostijs, & meribus, vota vouebunt Domino, & soluent. Percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos.

Et notus erit Dominus Aegyptijs, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & facient sacrificium, & donum, & vouebunt vota Domino, & reddent, & percutiet Dominus Aegyptios plaga, & sanabit eos, & conuertentur ad Dominum, & exaudiet eos, & sanabit eos sanitate.

PROCOPIUS. Specta, inquit, quanto perè propheta Domini indulgentiam admiretur, & quanto gaudio exultet, ob indulgentiss. Domini benignitatem, quod Aegyptum, præter ceteras nationes, vitijs foediss. inquinatam, & turpissimam idolatriæ superstitione foedatam sua misericordia sit prosequuturus, & vocaturus ad fidem. Præ lætitia enim & admiratione, more gestuentium & lætantium, & gaudio triumphantium eandem rem centies repetit, nec sat habuit dixisse, Iurabunt Aegyptij per Deum Israel, erit altare Domino in medio Aegypti, & alia multa nisi hic in fine eandem sententiam multis versarum modis, varijs orationibus idem repetierit vaticinium, quasi dicendo animi admirationem exsatiare non posset & lætitiæ, Cognoscetur Dominus ab Aegyptijs: rursum, Cognoscent Aegyptij Dominum: rursum, Et colent eum hostijs: neque hoc sat habuit, addidit, Et vota vouebunt, quasi non vna harum orationum sit sententia. Eadem D. Hieron. & Cyrillus aiunt: Percutiet Dominus Aegyptios plaga & sanabit eos. THEODORUS. Regni ablationem appellat propheta plagam, voluit enim Dominus Aegyptum esse sub Romanorum imperio, cum reliquis nationibus, ut apostolorum prædicationi peruia esset, & humilis magis, sanationem nominat Dei cognitionem, deleuit enim regnum Aegypti Dominus, & traduxit Dominus Aegyptum ex impietate, ad pietatem. Eodè spectare videntur Cyrillus

Cyrillus, & D. Hieron. In nominatus qui cum Saluiano circumfertur in Anticimenis lib. 1. de locis Esaiæ quærit, cur cum dixerit Esaias, Mittet eis saluatorem, subiungat statim: Percutiet Dominus Aegyptum plaga, & respondet, percussio hæc parcentis est, non perdentis, quæ potius per plagam poenitentia animam possit perducere ad salutem, quod declarat dicēs: Et reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos.

D. HIERONYMVS.

In die illa erit via de Aegypto in Assyrios, intrabit Assyrus Aegyptum, & Aegyptius Assyrus, & seruiet Aegyptij Assur.

Hinc locum explanat optimè D. Cyrillus, ante Christi aduentum regna omnia fuisse inaccessa inter se mutuo, & impertia quod bello, & armis inter se dissidebant, sub aduentu Christi imperio Romano subiecit Dominus regna omnia, vt pace omnia coalescerent, & mutuo essent omnia peruia, coalesceretque inter eos pax Christi, iuxta illud D. Pauli: Ipse est pax nostra, non enim solum coniungit angelis homines, sed gentes etiam cum gentibus. Aegyptij ergo qui bellagerebant assidue cum Assyrijs mutuos habebunt congressus, iuxta illud, Non bellabit gens contra gentem, & concident gladios suos in aratra: Idem enim hoc loco dicitur, & illo: Seruiet ergo Aegyptij Assyrijs hostibus suis infestissimis non seruii conditione sed charitatis vinculo capti diligent inimicos suos, iuxta præceptum Domini, vt quos oderat peius sanguine viperino, quasi acerrimos hostes, & inimicos, qui se sæpè vastarant, qui ex Aegypto sæpissimè prædas abegerant, diligenter, sicut se ipsos iuxta illud Domini præceptum, Benefacite ijs, qui oderunt vos Matt. 5. Tamen in sacris literis intelligo Syros appellatos Assyrios, & Syria bona pars est Iudæa, præterq; Syri primi omnium recepere fidem, & Antiochie quæ vrbs Syria est, primum nominati sunt Christiani: & Samaria prima recepit verbum Domini. Et si rationem tenes Geographiæ, ex Syria dispersi sunt apostoli in totum orbem, & in Aegyptum. Audient ergo Aegyptij Syros prædicatores euangelij. i. apostolos, & illis obtemperabunt, & hæc seruitus, maxima libertas dicitur non solū apud Theologos, vt leges apud D. THOM. in materia de statibus, sed etiam à philosophis, vt ab Aristotele 6. de rep. lib.

D. HIERONYMVS.

In die illa erit Israel tertius Aegypto & Assyrio, benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum dicens, Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum tuarum Assyrus, hæreditas autem mea Israel.

CYRILL. Dicitur est Israel primogenitus in filijs, postquam autem in filium Dei est debacchatus, post nationes collocatur, sortitus post gentes secundum locum. Postquam enim intrauerit plenitudo gentium Israel saluus fiet. Aduerte hoc loco Israel tertium nominari post Assyrios & Aegyptios, afficit enim cruce Dominum, & positus est in dorso iuxta illud Psalm. 20. Quoniam pones eos dorsum, hæc eadem ait idem CYRILL. in Ioannem lib. 2. cap. 122. Neque intelligas ergo hoc loco Israel tertium nominatum post Assyrios, & Aegyptios esse benedictionem in medio terræ, tanquam Israel solus sit benedictio in medio terre, quemadmodum erat ante Christi aduentum, sed vt interpretatur Lxx, tertius erit benedictus. i. tertio loco erit benedictio in medio terræ post Assyrios, & Aegyptios, qui primi benedicuntur, quod declarant verba sequentia: Benedictus populus meus qui in Aegypto est: ergo Aegyptus primo loco benedicetur, & qui in Assyrijs, vbi Assyrii 2. loco benedicuntur. post hos tertio loco benedicetur Israel, & hæreditas mea Israel, iuxta tralationem Lxx, quæ lucidior est. Vides quo pacto tertio loco benedicetur hæreditas Domini Israel, qui olim erat hæreditas Domini. Vnde tralatio D. Hieron. sic est explananda, vt coniunctio, aut, pro ornatu sit, & nihil significet,

LXX VIRI.

In die illa erit via Aegypti ad Assyrios & ingrediatur Assyrii in Aegyptum, & Aegyptij ibunt ad Assyrios & seruiet Aegyptij Assyrijs.

LXX VIRI.

Die illa erit Israel tertius inter Aegyptios & inter Assyrios benedictus in terra, cui benedixit Dñs Sabaoth, dicens. Benedictus populus meus, qui in Aegypto, & qui in Assyrijs, & hæreditas mea Israel.

gnificet, aut valeat pro coniunctione copulatiua, nam pro illa Hebraicè est, id est, &. Quod igitur dixit D. Hieron. Hæreditas autem mea, valet, pro: Et hæreditas mea, ne possis dicere semper Israel em appellari à propheta benedictionem in medio terræ, & hæreditatem Domini. Nam si de summa cute arbitrarere hunc locum, videretur propheta benedictum dicere Aegyptum & Assyriam, Israel autem hæreditatem Domini: Hanc verò interpretationem Cyrilli verissimam esse, & tralationem Lxx diuinam discas ex eodem CYRILLO in fine lib. 10. de spiritu, & litera, quærit enim ibi CYRILL. Cur cum 2. Num. & alijs locis scripturæ filij Israel ordine suo per loca sua, & turmas iubeantur incedere, primi secundum locum tenere iubentur, & secundi primū, verbi causa Iacob ex Lia sustulit liberos sex hæc ordine, Ruben, Simeon, Gad, Iuda, Isacar, Zabulon. Cur collocat primos Iuda, Isacar, Zabulon? Secundos Ruben, Simeon, Gad filij ancillæ? quod Leui non adnumerabatur filijs Israel, vt 2. c. Num. legitur. Cur igitur cum eodē capi dicitur Moses ire filios Israel per domos suas, & loca sua, primo loco eunt secundi, & secundo loco primi, nisi quod posteriores partes tulere Iudæi post Christi aduentum? Verba Cyrilli sunt: Primo offert donum tribus Iudæa ex qua natus est Christus, secundū carnem: Deinde Isacar, & Zabulon vltimi ex filijs Lia: Secundus ordo, Ruben primogenitus, Simeon, & Gad, qui ancilla est prognatus, per secundum hunc ordinem significatur Israel, quod ostendit prophetia Iacob: Ruben primogenitus meus, &c. Et rursum Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilio eorum non veniet anima mea, & in concupiscentia sua subneruauerunt taurum: Gad verò prædicatur infidiosus. Ruben ergo, quod primogenitus est, citra controuersiam est typus Israelis. Simeon verò cui coniungitur Leui tanquam propèsius ad homicidia, signum est Israelis, qui occidit prophetas: Quos, inquit, prophetas non occiderunt patres vestri? Subneruauerunt taurum, qui est Christus. Consensit enim Leui cū Iudæis in Christi morte: Leui. i. scribæ, & pharisæi, quæ erat tribus Leui, & idem prophetia Iacob, Leui coniungit cum Simeon. Hæc Cyrillus. Quod si D. Cyrillo obijcias, malè hunc locū vertisse Lxx, quod D. Hier. non vertit: Quoniam in coetu suo interfecerunt homines, & in concupiscentia sua subneruauerunt taurum: sed potius iuxta Hebraicam veritatem: Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Ego D. Hieron. credo voluisse significare nobis, quod docent etiam Rabini referente PAGNIN. in thesauro lingue sanctæ, hunc locum à Rabinis explanari, subneruauerunt bouem, ab alijs, subneruauerunt murum. At si contendas non idem esse, subneruauerunt bouem, & subneruauerunt taurum: VATAB. in comm. in illum locum, quosdam rabinos vertisse prædit, subneruauerunt bouem, vel taurū. O cur licet tantum in ea, quæ tradita ab apostolis, recepta ab ecclesia & sanctis patribus explanata sunt, cum reddita sint fideliter tot seculis ante aduentū Christi? En, Iudæis authoribus, fideliter Hebræa lectio reddita à Lxx est, & explanata per sanctum à D. Cyrillo. Sed D. Hieron. ostendere nobis voluit hunc locum posse verti duobus modis, alioqui non erat subneruaturus ipse omnium veterum patrum monumenta, qui in hunc locum multa diuinitus scripta reliquere. Docuit Christum appellatum esse murum, & significatū hoc loco lancea suffosum militis, & clauis cruci suffixum, vbi potuit admoneri lector lectionem Hebræam ad verbum esse: Quoniam in furore suo occiderunt virum: vt intelligere possis Iesum, & repetita eadem re rursum: In concupiscentia sua subneruauerunt taurum. i. Christum, Nā si Iudæos & Iudæorum interpretationem audias hæc omnia pessum ibunt. Nam Iudæi omnia referunt ad fabulas aniles vt docent veteres patres, vt ex eorum scriptis intelliges. Taurum esse Christi figurā docet idem CYRILL. lib. decimo de spiritu, & litera. Dicitur est supra cur vitulus, & taurus immaculatus, & non punctus stimulo mactaretur in figuram Christi quod Christus verè immaculatus fuit, & qui nunquā vulnere peccati potuerit lauciari. vnde, Venit, inquit, princeps huius mundi, & in me non habet quidquam, & taurus dicitur propter crucis cornua, & quod dispersit inimicos post passionem, velut taurus cornibus, cum eius pulchritudo post passionem est ostensa, cum apparuit eius diuinitas, & velut taurus cornibus dispersit aduersarios. Sed vt redeam ad id, vnde digressus sum, liquet ergo in Ruben, Simeon, & Leui significatos Iudæos, qui occidere Dominum, reliquus est Gad, quem infidiosum prædixerat propheta Iacob, vnde, inquit, Cyrillus illorum est typus qui accesserunt ad Iesum tentantes eum animo feruili: nam ancilla natus est Gad, Ruben, Simeon, ergo Gad qui secundū locū tenent, cum maximi nati sint filiorum Israel, imaginem præferat Iudæorum: postremi filij Israel, qui primò loco ponuntur, Iudæa, Isacar, Zabulon, Christiani populi figura sint, quasi significant quod erunt nouissimi

nouissimi primi, & quod populus gentium, qui ultimo loco venit, primum occupabit, quod A eodem loco alia imagine significatum docet idem Cyrillus. Nam cum ex ancilla nomine Balam Dan, & Nephtholim, sint procreati, & postea ex Zelpha ancilla Gad, & Afer, postremo ex Rachel Ioseph & Benjamin, & fors Ioseph distributa sit in Ephraim, & Manasse, tertia turma est Ephraim, Manasses, Benjamin. Quarta Dan, Afer, Nephtholim. Vbi docet Cyrillus Dan, Afer, Nephtholim semper antelatos Ephraim, Manasse, Benjamin, ut pote maiores natu: cur postea semper hunc ordinem iubentur seruare? ut minores natu, primo loco sint? i. Ephraim, Manasse, Benjamin: posteriore vero maiores natu, nisi quod maior populus seruiet minori? Et quod filij ancillae dicuntur Iudaei à D. Paulo, qui posteriore loco, erunt quam filij liberae, Ephraim, Manasses, Benjamin filij Rachel liberae? Nam Ephraim, & Manasse ponuntur pro Ioseph. Erunt igitur typus populi Christiani, qui est filius caelestis Hierusalem, quae libera est: Et ut veriora veris haec esse discas, ait Cyrillus, non tantum in offerendis donis hunc ordinem seruari iubet Deus semel, aut bis, sed semper, & hoc ordine post illa semper collocantur.

IN ESAIAE CAP. XX.



Vius capitis sensus est perspicuus: ideo quod ad argumentum pertinet transcurram breuiter. PROC. haec ait. Nemo prophetas cognoscebat ex his vaticinijs, quibus praedicerent res longo post tempore futuras, sed ex praedictionibus rerum, quae non ita multo post acciderent, vnde sibi conciliabant fidem ad reliqua quae longo post tempore praedicerent futura. Ita Samuel, ut praestrueret sibi fidem ad ea, quae Sauli dixerat de regno, de asinis praedicit inuetas esse & de caeteris, quae ei postea in itinere acciderunt. Et ille alter Regis Israel praedicit mortem, & alia multa id genus, quae in scripturis continentur. Haec Procop. Et ostensum est supra hoc saepe fecisse Esaiam ca. 7. cum Achaz praedicit in secula re & saluo regno Iudae redituros ad se duos illos reges, & intra breuissimum tempus perituros, quod praefinit, ut cum oculis videat intra breue tempus euenisse, credant illa maiora: Ecce virgo concipiet. Hoc fecit de Sennacheribo cuius exercitum delendum ab angelo significat, neque accessurum ad Hierosolyma, ut cum id factum videant, credant ea, quae praedixerat. Nascetur virga de radice Iesse, & Puer natus est nobis, filius datus est nobis. & innumerabilia alia oracula, quae de Christo vaticinatus erat. Eodem spectat quod de Moab praedixit, & regno Moab delendo, de Israele ducendo captiuo intra paucos annos ab Assyrijs, quae cum certis euentus habuerint, ut propheta praedixerat, parta fides est rebus maioribus. Ad hoc exemplum cum tam multa de Christo praedixerit, & de Aegypti conuersione ad Christum, quo res indubitata sit, sic praedicit futura intra paucos annos Assyrios, subiugaturos Aegyptum, & Aegyptios ducendos captiuos ab Assyrijs, quae res maior erat omni fide, erat enim Aegyptus penè in expugnabilis, & quae assidua bellagebat cum Assyrijs varia fortuna belli. Cum autem hoc loco praedicit propheta vincendos ab Assyrijs intra triennium, idque ita euenire videat, pro certo habet reliqua, quae praedicta sunt de aduentu Christi, de fractione idolorum, de conuersione Aegypti ad fidem, & alia quae praedicta sunt sic futura. Simul etiam, quod Cyrillus docet, frenat stultitiam Iudaeorum, qui, quod à Deo castigarentur ob delicta: & scelera, quae in se admitterent, & bellis alienigenarum premerentur Dei permisso, confugiebant ad Aegyptios, quod eos bello insuperabiles existimabant esse. Ostendit eis Dominus vana esse hominum auxilia, etiam eorum qui creduntur vinci non posse, quod facile ruant, quos velit Dominus ruere. Docet ut à Deo petamus opem, & praesidium, neque viribus humanis fidamus. De reliquo omnia plana sunt hoc cap. Quod Hieron. vertit: Cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, Lxx, pro Sargon, Nargua posuere, quod, ut leges apud D. Hieron. multis nominibus appellaretur, & ostendimus Lxx cum Hebraica Graecè vertunt nomina propria ita appellare, ut Graecè appellentur. Quod autem THEOD. & Cyrill. verba illa *Habitator insulae huius*, &c. de Aegypto interpretatur, quod conclusa sit alueis Nili, & mari. Aegyptiaco, mihi non placet. Nam quibus praesidijs freta erat Aegyptus, nisi suis viribus? Aethiopum armis? potentiores erant Aethiopiis. Placet magis, ut de Iudaea intelligas, nam (ut infra dicendum est) hic mundus mare dicitur in sacris literis: Ecclesiae insulae quae supra mare extat vnde synagoga,

A synagoga, quae sola erat populus Dei, quae extabat super fluctus huius mundi, insula dicitur. Haec ergo insula dicit cum videbit Aegyptios, & Aethiops captiuos duci ab Assyrijs, ad quorum comparationem ipsa tenuissimas vires habet, Dei beneficio se defendi, & tutam esse ab Assyrijs, quando infinitis partibus potentior Aegyptus, & potentissima Aethiopia, par Assyrijs esse non potuit.

D. HIERONYMUS

LXX VIRI.

In anno quo ingressus est Thartan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, et pugnasset contra Azotum, et cepisset eam: in tempore illo locutus est Dominus in manu Esaiæ filij Amos, dicens: *Vade, et solue saccum de lumbis tuis, et calciamenta tua tolle de pedibus tuis: et fecit sic, vadens nudus, et discalciatus. Et dixit Dominus, Sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus, et discalciatus, trium annorum signum, et portentum erit super Aegyptum, et super Aethiopia: sceminabitur rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, et transmigrationem Aethiopia: inueniem, et senem, nudum, et discalciatum, discooperis natibus, ad ignominiam Aegypti, et timebunt, et confundentur ab Aethiopia spe sua, et ab Aegypto gloria sua: et dicet habitator insulae huius in die illa, Haecine erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos à facie regis Assyriorum? et quomodo effugere poterimus?*

Hoc capite praedicitur vastitas Aegypti, tertio post anno futura, non duobus praecedentibus, quae ut ostendi ex autoritate sanctorum patrum, & ex ipsa Graeca, Hebraea, Latina lectione, admiranda Christi continent mysteria. Neque Sargon hic Assyriorum rex qui vastaturus tertio post anno Aegyptum est, & Aethiopia, idem est cum Sennacheribo: alioqui falsa esset propheta. Sennacheribus enim, non vastauit Aegyptum, nec Aethiopia, ut dices ex IOSEP. lib. 10. ca. 1. & 2. qua de re supra dictum est pluribus. Perspicuum est hoc caput, & dilucidius quam in eo interpretando immorari debeamus. Sola enim hic dicitur historia, qua capta Azoto vrbe à Thartano duce Sargonis regis Assyriorum, iubetur à Domino Esaias ponere vestes, & currere nudus per urbem, & discalciatus, & praedicare, ut ille nudus ambulat, & sine calceis per urbem, sic nudos, & excalciatos ducendos captiuos Aegyptios & Assyrios. Non enim solum sermone (ut ait IREN. lib. 4. c. 37.) prophetabant prophetae, sed & visione, & conuersatione, & actibus quos faciebant. Et paulo infra idem IREN. quaedam per operationem typicè significabant prophetae. Et infra, Quae agenda erant, operatione perficiebant. Quod futurum erat ergo, ut Aegyptij & Aethiopes exuti bonis omnibus, ab Assyrijs captiui ducerentur, neque Aegyptij solus, sed Aethiopes etiam, quorum praesidio Aegyptij se munitissimos esse putabant, propheta

A a nudis

nudis pedibus, & corpore nudo per urbem discurret, hoc factum vaticinans quod futurum erat, & interpretas hunc vaticinium, quid significaret, inquam, hoc factum, & quid vaticinaretur hoc factum, ut hinc disceremus reliqua interpretari, neque temere putarem factum quicquam, quod à propheta fieret, quale illud est quod supra interpretati sumus, cum Esaias iubetur cap. 7. prodire obviam regi Achaz, cum filio nomine, qui derelictus est conuertetur, ad extremum aquæ ductus superioris, si scire, neque necesse erat in hoc caput aliud annotare, quod consiliū semper fuit in his que mysteria Christi præferunt immorari diutius, transcurrere reliqua. Tamen nolo illud prætereire silentio, quod D. Hier. vertit thartan, Lxx legisse *תרתן*, .i. thartan, q. mutatione vni⁹ literule fieri potest, ת, in, נ, si pro תרתן; legeris, תרתן; & creberrimas has fieri mutationes, ostendimus in disputatione de translationibus. Illud durius multo, quod pro, fargun, vertere Lxx, arna, seu ut alia exemplaria præferunt Narna. Sed iam supra ostendimus ex Eucherio, qui alioqui minus bonus author habetur, de questionibus veteris testamenti, de questionibus in Iob, cum quaereret cur Lxx seniores reddiderint, Pleiadas, Oriona, vel Arcturum, respondisse, non ita translationem hæc appellasse, ut appellantur Hebraicè, sed ut appellaret usus gentilitatis, ut translatio apud nos esset manifestior. Hæc repetit multis locis: unde nemo miretur, si Sargon regem Assyriorum, Lxx viri nominent Arnan, nomenclaturam videlicet notiore populo Gentium, quod facere solitos Lxx viros, ex sanctis etiam patribus supra ostendimus. Nostri vero, quasi iam prorsus damnata causa Lxx virorum, pro Thanathan, quod vertere Lxx viri, Latine reddunt Thartan, ut vertit D. Hieron. & pro Arna, seu Narna, rege Assyriorum, reddunt Sargon Latine (est enim hic morbus communis omnium qui vertunt Latine Græcas scripturas, ut nunquam fideliter reddant translationem Lxx virorum, sed pro ea, translationem D. Hieronymi nobis supponant.) Atqui Lxx viri Iudæi tot seculis ante Christi tempora, quod maximum est nostræ veritatis argumentum, semper cum literis euangelicis consentiunt, & in plerisque non faciunt translationem, sed sunt metaphrastæ, & planè & aperte Christi mysteria sonant, & hoc nomine Iudæis sunt odiosissimi & Iudaizantibus.

Docet præterea hoc factum Esaiæ Dominus, hoc ostento, Iudæos fidere Deo, & diuina ope, & non confugere ad auxilia nationum infidelium (hoc enim morbo laborabant Iudæi) quod millies admoniti à Domino, ut vocati in discrimen ad se solum confugerent, & à se peterent opem, non confugerent ad Aegyptios, non ad Assyrios, aut Babylonios, nolèbant respicere, etiam centies castigati ob hoc tam graue delictum, & grauissimis cladibus concissi à Domino. Ostendit ergo indulgentissimus Dominus hoc factum, validissimas nationum vires nullas esse, cum ipse velit, ut Iudæi cum videant Aethiopas, & Aegyptios, tam turpiter duci captiuos, & tanta cum ignominia, respiciant & desinant fidere illorum præsidio, & fidant Deo. Hoc enim significat propheta cum dicit, Et dicet habitator insulæ huius in die illa, &c. nam Iudæa dicitur insula, ut supra dixi.

A MBR. in psal. 39. in principio, interpretans falsas insanias, quas putat esse easdem quas Solomon appellat Vanitates vanitatum: ait esse quoque veras insanias, non ut intelligas verè insanire eos, quibus accidit vera insania, sed insanias veras appellat, quando illæ insaniam vera vident, & vera sequuntur, ut falsæ insaniam dicuntur, quæ falsas rerum imagines confectantur, honores humanos, deliciarum fastus, imperia, opes, quæ temporis momento euanescent, ita, insanias veras. i. quæ hominibus videntur insaniam, vera tamen bona sequuntur. Ait igitur Ambrosius, Sunt ergo veræ insaniam, & forsitan prophetarum, qui in excessu mentis positi, prophetabant, repleti Dei spiritu, ut quibusdam insani viderentur, cum propriæ salutis immemores, nudi plerumque, discalceati, sicut Esaias sanctus per populos curreret, vociferantes, non quæ ipsi vellent, sed quæ à Domino iuberentur: hæc Ambrosius, quibus ostendit insanias veras appellatas, quod insaniam videantur apud homines, vera tamen bona videant, & sequantur, ut Esaias hoc loco, cum nudis pedibus, & corpore nudo, iussu Domini per vias discurret, insanus iudicio vulgi, reuera Spiritu sancto exuberans, & verorum bonorum nuncius & vates. Neque Ambrosius solus in hac fuit sententia, verum etiam in Phædro PLATO, vbi insaniam negat simpliciter malum esse: ait enim quosdam diuino beneficio fieri insanos, diuino munere præditos, & diuino dono, qui nobis maximorum bonorum sunt authores, ut Propheta, & Sybilla. & infra Pulcherrime (inquit) arti, quæ prædicat futura, hæc nomenclaturam imposita est, quando diuino beneficio, & munere diuino hæc insania contingit, quam esse ait omni humana sapientia sapientiores: vbi Plato, prophetiam quæ diuino munere contingit, prophe-

A prophetis insaniam appellatam vulgè ait, & sapienter appellatam insaniam, quæ tamen maximum bonum sit, & maximorum bonorum fons & origo, omni humana sapientia longè, longèque sapientior. Sed quod non iuxta prudentiam, aut sapientiam humanam se gerat, neque agat, aut dirigat suos actus iuxta regulas humanæ rationis, insania dicatur. Quæ tamen omni prudentia & sapientia sit sanior, cum spiritu Dei repletus propheta, humanas vias, & humanas rationes contemnit, & in rebus humanis delirus habetur, vera bona sequitur, & celestia, & celestium bonorum nobis est author, qualis describitur hoc loco Esaias.

IN ESAIAE CAP. XXI.



Væ dicta sunt in caput superius, huc quoque sunt adhibenda, & eodem verborum ordine. Non enim solum propheta prædicebant, non longo post tempore futura, ut dictum est in caput proximum, sed etiam longè sumota: & ita capite proximo impendens Aegypti vastitas prædicta est. Hoc capite longo post tempore futura Babylonica clades prædicitur. Nam propheta, quæ finitimis prouincijs impendebat mala, prænunciant, quæ Iudæorum oculis subiecta futura sunt, ut supra ostendimus, ut cum Iudæi videant illa compleri, ex alijs factis, reliqua futura credantur, quæ de Christi mysterijs sunt præsignificata. Prædicitur ergo hoc capite vastitas Babylonica, qua inuenta, reuocandus erat populus Iudæa ex captiuitate Babylonica in patriam, & instaurandæ vrbes Iudææ, quæ completa omnia sunt eo ordine, quo præsignificatur hoc capite futura. Hæc eadem vastitas Babylonica prædicta est capite 13. & 14. huius propheta, & huc adhibe quæ prædicta sunt omnia in prolegomenis in cap. 13. vbi docuimus vastitatem quidem Babyloniam prædici illis duobus cap. ita tamen, ut sub typo captiuitatis Babylonice præsignificetur vltima mundi vastitas, & iudicium vltimum: præscriptumque canonem illius scripturæ interpretandæ, quo ex autoritate veterum patrum ostendimus typis misceri vera, quæ vera esse hoc cap. apparebit D. Ioannis testimonio, qui multa verba huius cap. in sua Apocalypsi ad vltimam vastitatem refert, ut illa: Cecidit, cecidit Babylon, & ita D. Hieron. in secundis commentarijs explanat. Sed vbi D. Ioannes in Apocalypsi interpret est, alio interprete non est opus: quin hoc capite autoritate D. Ioannis liquet, quæ illi dicta sunt, omnia esse verissima, & interpretationem veterum patrum, quæ multa ex illis capitibus ad vastitatem vltimam referunt, esse veriore veris, authore D. Ioanne: eadem enim ratio huius capitis est, & illorum.

D. HIERONYMVS
Onus deserti maris.

LXX VIRI.
Visio deserti.

ששן מרבר ים

D IN cap. 13. dictum est, & in cap. sequentia, vbi D. Hieronymus reddit, Onus: Lxx viri, Verbum, siue visionem: qua ratione id factum sit, inde huius dissidij erit ratio petenda. D. Hieronymus hoc initium, & hunc capitis titulum obscurum putat, & nisi mentio tam crebra fieret Babylonis, dubitaturum se fuisse dicit, quod referendum esset hoc principium, & quid sibi vellet pondus hoc, quod deserto mari imponitur. Putat tamen perspicuum esse, quod desertum mare, Babylon appellatur, Hieremia dicente ex persona Dei: Et desertum faciam mare eius, & siccabo terram illius, & erit Babylon in tumulos arenarum: ut Babylon appellatur mare, propter multitudinem inhabitantium, hæc Hieronymus: ut sit, Onus vastitas maris Babylonis: deserti. i. vastandæ, & redigendæ in vastitatem. Lxx videntur mihi verba huius capite iam inde à principio Balthasari regi Babylonico tribuere, miseranti vastitatem Babyloniam, & lugenti cladem tantam, ita ut typus sit peccatoris cuiuslibet, interprete D. Ioanne in Apocalypsi, deplorantis vltimam vastitatem, & vltimas miseras impendentes post iudicium vltimum: & vastitatem Babyloniam typum esse liquet vltimæ consummationis. Vt enim illa regem Balthasarem, & Babylonis principes lætos, hilares, agitantes lætissima conuiuia, in medijs epulis occupat, nec opinantis, & opprimit, ita vltima consummatio, ut Dominus ait, comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui dantes, nec opinantis subito homines opprimit, ducta metaphora à tépestate qua oboritur in media arena deserti prouinciæ Cyrenicæ, quæ tota arenosa est, & cum venti validi perflant, non solum excitant puluerem, quo occacēt

oculos tantum, quod apud nos fit, sed attollunt ingentes arenarum acervos, & arenæ maxi- mos voluunt fluctus & plurimos, & viatores, & integros exercitus arena obruunt, & nihil horribilius hac tempestate, subito in deserto, aut in maris Cyrenaici littore coorta, cuius similitudine utitur propheta. Vtraque ergo hæc calamitas significatur subita, & repentina, ubi elementa omnia contraria sunt, unde nulla mali fuga. Est tamen desertum illud non longè à mari prouinciæ Cyrenaicæ, & iuxta ipsas syrtes maris Libyci, vt similitudine, quæ obiecta est Balthasari tempestatibus arenosæ in medio illius deserti, quæ viatores obruit arena, & integros exercitus subito coorta, & viuos humat, subita Babylonis vastitas, & subita orbis consummatio declaretur. Videntur Lxx seniores nominasse visionem deserti illius maris Cyrenaici, quâquam in lectione Lxx virorum deest, maris, quæ vox fortè de industria prætermissa est à Lxx senioribus, vt deserti illius tempestatibus coortæ omnium scriptis nobilitatæ, cum fluctus arenarum maiores, & crebriores maris fluctibus oboriuntur subito, & integros obruunt exercitus, venirent in mentem. Potest iam, vox Hebræa verti, maris: vt sit, Visio deserti maris, vel, occidentis: vt sit, Visio maris occidentis, desertum enim prouinciæ Cyrenaicæ, ubi sæuæ illæ oboriuntur tempestatibus, & atrocissimæ, ad occasum est situm.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Sicut turbines ab Africo veniunt, de deserto venit, de terra horribili visio dura nunciata est mihi.

Sicut tempestas per desertum transeat, de deserto veniens de terra, horribilis visio, & dura nunciata est mihi.

Diuus Hieronymus aliter dispuxit hæc quàm Lxx seniores. Sensus tamen idem vtriusque tralationis est, hoc excepto, quòd tralatio Lxx virorum planè spectare videtur ad tempestatem illam, quæ oriri solet in deserto prope Syrtis, & in prouincia Cyrenaica, quæ ingentis voluit arenarum fluctus, in morem maris sauiantis, cuius mentio est apud PLIN. lib. 2. cap. 45. confestim auro voluente arenas. & POMPO N. Melam lib. 1. cap. 8. de rupe austro sacra, hæc cum hominum manu attingitur ille immodicus assurgit, arenasque quasi maria agens, sic sauit, vt æquor fluctibus. Et HERODOD. in Thalia, exercitus in Ammonios ductos, exorta austri procella, arena obrutos scribit, ita vt ne vnus quidem superfuert. Imagine ergo huius procellæ coortæ, austro flante, quæ in media terra exurgit subita & inopinata, Balthasari ostensa dicitur vastitas Babylonis, & sub typo vastitatis Babylonicæ, vltima mundi consummatio. Est enim imago appositisima, nam maris tempestas præuidetur, & non adimit omnem spem euadendi, deserti tempestas, neque præuideri potest, neque caueri, neque spem vllam fugæ relinquit. Vt mitam dicere, quod SOLIN. ait cap. 40. Ibi ad exitium viuientium elementa congruere, quòd in terris flabra sauiant, in mari terræ, in locis scilicet prope Syrtim arenosis, ubi congruunt omnia elementa exorta tempestate in hominum exitium & perniciem, quod futurum liquet in vltima orbis consummatione, cuius imago est tempestas exorta prope Syrtis in deserto, ubi si te in mare recipias, atrox mare sauit, & præsentissimum minatur exitium: si terras petas, terræ & venti sauiunt atrocibus multò, inter hæc tonat, fulgurat, cadunt sauisima fulmina, vt in tuam perniciem, quod inquit Solinus, conspirasse videantur elementa omnia. Ergo Lxx seniores sic hunc locum videntur intellexisse, sicut tempestas per desertum transfret, de deserto veniens de terra. i. sicut procella quæ in deserto exoritur, & attollit fluctus arenarum quæ venit de deserto. i. quæ exoritur in medio deserto, de terra, hoc est, quæ arenæ & terræ attollit fluctus, cum instar maris sauiunt terræ, & arenæ fluctibus viatores obruunt. Horribilis visio & dura nunciata est mihi. i. talis quædam saua, repens, & inopinata calamitas, per visionem ostensa mihi est, vt quemadmodum in illa omnia elementa in hominum perniciem videntur conspirasse, sic in hac quæ mihi ostensa est. Eadem tralationis D. Hieronymi sententia est, Visio dura nunciata est mihi sicut turbines. i. qualis visio turbinum. Ab Africo veniunt. i. quas excitat Auster, cum attollit arenarum fluctus. De deserto venit. i. quæ venit de deserto, nam auster flat à meridie, & ad meridiem versus protenditur desertum. De terra horribili, hoc est, quæ procella, & qui turbines veniunt de terra horribili, deserti scilicet, nihil enim horribilius illis locis huiusmodi tempestatibus, quæ illic perflant.

D. HIE.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui incredulus est, infideliter agit, et Præuaricans præuaricatur, iniquus qui depopulator est, vastat. iniqua agit.

IN totum hoc caput adhibendus est Canon ille præscriptus ab Origene & Augustino: vt si quis locus ab apostolo aut euangelista sit explanatus, illū habeamus pro scopo, & ad illius lucem antecedentia, & consequentia interpretemur. Cum ergo de vltima vastitate D. Ioannes explanet illud: Cecidit, cecidit Babylon, totum hoc caput explanandum erit de vastitate Babylonica literaliter, ita tamen vt typum esse intelligamus eam mundi consummationis, & dupliciter hoc caput explanemus. Ergo, Qui incredulus est, infideliter agit: Verba sunt Balthasari, lugentis vastitatem Babylonis. i. quid tam mirum est, si perfidus Darius fidem non seruauit, & si vastator Darius nos nec opinanteis vastat, vel, vt peccatoris verba sint. Quid tam mirum est, si prædo sathã deprædatur miseris, qui ei seruiebant, & vastator angelus malos vastat? Eadem sententia tralationis Lxx virorum: Præuaricans, præuaricatur, & exlex leges violat, & homo peccati perdit omnia, & vastat. Nam vastator, exlex est, & legirupa, quod interpres semper vertit, iniquum. Et verba hæc de Dario intelliguntur, & de fure illo, de quo Dominus: Si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, non sineret perferri domum suam. Vtraque tralatio conuenit cum lectione Hebræa, excepto quòd pro, boghed, boghed, legere Lxx, boghed, bagad, mutatis punctis: Et pro, foded, foded: legere foded, sadad. Vel eandem agnouere lectionem, vt sit, præuaricans, præuaricans est, & vastans, vastans est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ascende Elam, obside Mede.

Contra me Elamitæ, & legati Persarum contra me venient.

MVtatio vnus literæ facit hanc varietatem interpretationis. Nam על, potest significare, ascende, vt vertit D. Hierony. vt sit: Ascende Elam, & obside Mede, quibus verbis Dominus imperat Elamitas, & Medos obsidere Babylonem, & subuertere. Potest etiam significare על, super me, vel, contra me, ab aduerbio, על, super, vel contra, & sic reddidere Lxx, Contra me Elamitæ. Et vt ostendimus supra, Lxx viri, & apostoli, & euangelista Hebræa nomina cum, Græcè vertunt libros sacros, Græca forma enunciant, & ita dixere Lxx: Contra me Elamitæ. Pro, על, i. obside, mutata, ל, in, י, legunt Lxx על י. legati, & sic vertere, Legati Medorum, & subaudiuere, veniunt: vt sit totum, Contra me Elamitæ, & legati Medorum veniunt. Pro Medis autem posuere Persas, quòd rex Darius, Medis & Persis imperabat: & confessa res est, Medos appellari Persas. Semper autem Lxx viri hæc faciunt verba Balthasari miserantis fortunas suas, qui typus est hominis terreni, nam duæ sunt vrbes, Ciuitas Dei, quæ complectitur omnes bonos, & Ciuitas terrena, quæ Babylon dicitur, qua continentur omnes mali, cuius ciuis Balthasar est, quæ vox significat idem: quod thesaurizans magno mentis acumine, à be. i. in, lathas, acuendo, a far, thesaurizare. i. in acumine mentis thesaurizans. Quæritur ergo hic diues avarus, quòd aduersum se ascendat Elamitæ. i. aeriæ potestates, & iniustibiles, id enim significat Elamitæ, ab על. i. abscondere, & quæritur ascendere aduersum se Medos. i. qui in mensura reddunt pœnas, vt quantum glorificauit se in delitijs, tantum detur illi tormentorum, quòd ait Ioanni. Apocal. 18. ubi verba illa citat: Cecidit, cecidit Babylon: nam multa significari in prophetis, vocum ipsarum etymologia, & significatione supra ostendimus ex D. Hieronymo, Chryostomo, & alijs patribus. Et על mensura est, vt sensus huius loci videatur significari à D. Ioanne illo capite. Fortasse Lxx seniores pro Medis reddidere Persas, vt hoc significarent ignaris linguæ Hebrææ, quibus Græca lingua familiarior erat, nam Persæ perditores, & vastatores angelos significant; ארסו, id est, à vastando, & perdendo. Et si habeas fidem sanctis patribus, qui sunt authores, Lxx seniores instinctu Spiritus sancti vertisse scripturas, hoc dices verissimum esse, si legas cap. 9. Apocalypf. ubi vastator angelus, dicitur ab adon. i. perdens, ab abadi. perdo, quod est idem cum אבדו, & Græcè δις, i. perdens, quod est etiam idem cum אבדו.

Aa 3 DHIE.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Omnem gemitum eius cessare feci. Nunc ingemiscam, & consolabor me ipsum.

TRalatio D. Hieron. ad verbum reddita est reddam cessare faciam gemitum eius. Omnem ex lectione Hebraea: Omnem gemitum eius cessare faciam, vel, feci: quod Lxx videntur explanare: ex fatiabo lacrymis, & gemitu hanc tantam cladem, quo me consolabor, & sic reddidere: Nunc ingemiscam, & consolabor me ipsum: & sic explanat PROLOG. hunc locum. Tamen D. Ioann. Apocal. 18. videtur verbum illud Hebraicum, quod D. Hieron. vertit: Cessare faciam, dispunxisse, non a verbo i. cesso, sed a verbo i. reuertor, vt significet, reuerti faciam, & sit tota oratio: Omnem gemitum eius redire faciam: & sit sensus, Omnes lacrymas, quas intulit populo meo rex Babylonius, reuerti faciam in caput eius. Et iuxta hanc sententiam, translationem D. Hieron. interpretabimur, Cessare feci, vel, faciam, omnem gemitum eius. i. omnes lacrymas, & gemitus, quibus Babylon faciebat conturbare populum meum. Vastata est enim Babylon, quod sciebat immanissimè in populum Dei. Gemitum ergo eius, actiue accipe, gemitus, quos faciebat gemere Babylon. D. ergo Ioann. Apocal. 18. vbi citat verba illa huius cap. Cecidit, cecidit Babylon: & vbi hoc cap. explanat, sic videtur hunc locum interpretari ad verbum, Omnem gemitum eius reuerti faciam. i. faciam vt gemitus, quos intulit rex Babylonius Iudaeis, reuertantur in caput regis Babylonis, & vt patiatur à Medis, & Persis rex Babylonius, mala, quae intulerat populo Iuda. Explanat enim D. Ioann. sensu spiritali: Faciam reuerti in caput terrenae Babylonis omnia mala quae intulit populo meo, sanctis scilicet, & martyribus. Quid enim interest vtrum dicas, Omnem gemitum eius reuerti faciam? an quod Ioannes dixit, Reddite illi sicut, & illa reddidit vobis? vel, Duplicate duplicia secundum opera eius. vel, In populo, quod miscuit vobis, miscete illi duplum. Tribus enim modis expressisse videtur D. Ioannes hunc locum, & postea per totum caput videtur huius loci fecisse paraphrasim.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, et angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Propter hoc repleti sunt lumbi mei angustia (vel) dissolutione, dolores apprehenderunt me, sicut parturiente.

DESCRIBITUR lamentatio Babyloniorum, imminente summo discrimine. D. Ioann. cap. 18. lamentationem hanc describit, & explanat multis verbis, de vastitate vrbis terrenae: & omnia haec erunt idem cum verbis illis euangelicis, Ibi erit fletus & stridor dentium. Pro lumbi mei repleti sunt dolore, Lxx reddidere, Soluti sunt, vt sit idè cum illo: -- Soluti sunt frigore membra: & verbum Hebraicum, dolere significat, & contremiscere, & cadere.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Corrui cum audire, conturbatus sum cum viderem. Inique egi quod non audiui, laboraui ne viderem.

VERBUM Hebraicum, potest reddi Latine, incuruatus sum, corrui: & sic vertit D. Hieronymus, Corrui, cum audire, vel, corrui ab audiendo, vt Hebraicè est, & conturbatus sum à videndo: & verba sunt Balthafaris lamentantis vastitatem Babylonicam, exanimatum se praedicantis, cum audiuit à Domino tantum adesse malorum, & conturbatum cum visione hac, vidit mala quae impedeabant. Potest quoque reddi, naab ethi, Peccauit, inique egi, vt reddidere Lxx seniores, Peccauit à non audiendo, vel, quod non audiui, laboraui ne viderem, vel, festinaui à non videndo. PROLOG. prosopeia vtitur scriptura ad utilitatem legentium & audientium. Sunt enim verba Balthafaris confitentis, incurrisse calamitates illas, & miseras sua culpa, & confitentis in media ruina peccata sua: Peccauit, inquit, & inique egi, quod non audiui à Iudaeis inter tot miracula Dei: festinaui à non videndo, i. fugi ne viderem Dni miracula. Haec PROLOG. Tu tamè intellige, Balthafaris in medijs malis, & in media

A in media ruina, venisse in mentem quae consilia dederat Daniel regibus Babylonis, & quae rerum miracula ediderat, & se accusare quod non obtemperauerit consilijs, quod occluserit oculos, & obturauerit aureis, ad tot miracula edita. Nam lectio Hebraea potest reddi: Peccauit ab audiendo, festinaui à videndo. i. peccauit quod non audiui, fugi ne viderem. Sunt quoque verba maiorum in medijs tormentis, qui lamentantur, quod occluserint oculos ne viderent, & obturauerint aureis, ne audirent dominum, vt alieno malo respiscamus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Emarcui cor meum, tenebra stupefecerunt me. Cor meum aberrauit, & iniquitas me inundat.

Potest ergo verti hic locus: Emarcui cor meum, vel, Obstupuit, caligo pessundabit me, vel, obstupefecit me, vt vertit D. Hiero. Et est idem sensus, qui superioris orationis: idolum Aberrauit pessundame caligo cor meum Obstupuit

Lamentatur enim exitium Babylonis Balthafaris. Potest etiam verti: Cor meum aberrauit, vt confiteatur Balthafaris se errasse, & commiseruisse, quae patitur mala: & sit idem cum illo damnatorum: Ergo errauimus, ambulantes vias difficiles. Et postea: Iniquitas me inundat, vel, pessundat. Nam, palafuth. i. idolum, quod Hebraicè est, appellabatur in sacris literis, iniquitas, & ideo Lxx iniquitatem posuere, pro idolo, vt sit verbum Balthafaris, Idolum decepit me, quod se fateatur deceptum à suo idolo: vel damnatorum confessio est, qui fateantur se deceptos à bestia, cuius signum gerebant in frontibus, Apocal. cap. 14. vel ab opulentia, quae idolum quoque dicitur. Nam omne vitium idolum est, & vt docet CHRYSOSTOMUS: vitia colebantur nomine idolorum. Libi enim, Venere deam nominabant: & hominis verenda, Priapum: opulentiam, deum Plutum: vinum, & ebrietatem, Bacchum deum: itaque vitia pro dijs colebant veteres, vt docet Chrysostr. & vt discas ex Platone in Philebo, vbi coitum nomine deae Veneris coli à vitiosis hominibus discas. Alijs locis multis vestigia huius mali reperias apud Platonem, qui queritur stellarum, & syderum nomina vitij ponit, aut vitiorum causas ad sydera referri, vt bellorum, ad Martem: furtoꝝ ad Mercurium, vt in Epinomide: & vt opinor, & de legibus. Conqueruntur ergo damnati, se deceptos à sua quenque concupiscentia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Anima mea iniecit me in timore.

TRANSFORMATIO vnius litterae varietatem translationis fecit, vbi nunc legitur: legere Lxx viri litterarum transmutatione, & sic vertere ad verbum lectionem Hebraeam, Anima dilecta mea posuit me in pauorem. i. Quod sum obsequutus animae meae, & prauis cupiditatibus delinitus, en, in quanta mala precipitor, vt sint verba Balthafaris, & damnatorum omnium. D. Hieronymus legit, quae vox noctem & caliginem significat, & putauit hoc loco accipi pro Babylone, quae tanta altitudine erat, vt murorum & aedificiorum superbia, fugeret oculorum aciem, vt caligarent oculi, nec tantam altitudinem possent intueri, & sic reddidit: Babylon dilecta mihi, posita est mihi in miraculum, vel in pauorem (vtrunque enim verbum Hebraicum significat) i. imbuit animum meum admiratione, & pauore. Quod ex tanto rerum fastigio tam cito redacta in cineres est, tam cito ex oculis euauit, documentum magnum nequis fluxis huius vitae rebus fidat. Tamè si lectionem Hebraeam ad verbum vertas, & in propria significatione accipias, sic reddes: Nox dilecta mihi, posuit me in pauorem. i. nox qua ego Balthafaris rex Babylonis laetissimus epulabar, versa est mihi in pauorem, & vt sit idem cum illo. i. ad Thessal. cap. 5. cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Vbi est illa similitudo, quae supra posita est, sicut angustia parturientis: dixit enim D. Paulus, Sicut dolor in vtero habentis, & est eadem similitudo procellae arenae, de qua supra dictum est, quam nemo effugit: ait enim, Et non effugiet: & non displicet mihi, vt proprie verti possit etiam nox, quod idè nomen est apud Paulum loco citato: Sicut sur in nocte, ita veniet. Et in euangelicis literis: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te. Semper est adhibendus ille Canon scripturae, cum idem verbum plura significet, quae ad rem de qua agitur, spectent, omnia illa ab Spiritu sancto esse significata.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Pone mensam, contemplare in specula, comedentes, et bibentes surgite principes, arripite clypeum.

Pone mensam, bibite, comedite, surgentes principes, arripite clypeum.

Tralatio Lxx trunca est: desunt enim hæc verba, Contemplare in specula, vel specta spectaculum. Hoc loco videtur describi conuiuium Balthasar, quod est apud Daniele cap. 5. cum erat accumbens epulis rex Balthasar, & visa manus illa est scribens in pariete: ut sit sensus, Pone mensam, & contemplare in specula, vel specta spectaculum manus scribentis in pariete. quasi dicat, vix positam fuisse mensam, & vix accubuisse epulis Balthasarem cum visa manus scribentis, cum accersitus Daniel est, & eius vaticinium tanta celeritate completum, ut antequam surrexissent de conuiuium, exploratores clamarint ad arma, quod illis verbis significari videtur, Comedentes, & bibentes surgite principes: quod etiam in consummatione seculi eueniet, quod ait Dominus apud Matthæum: Comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui dantes, non cognouerunt donec, &c.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Hæc enim dicit Dñs, vade, & pone speculatorem, & quodcumque viderit annunciet, & vidit currum duorum equitum ascensorem asini, & ascensorem cameli.

Quia sic dixit Dñs ad me, Vadens, tibi statue speculatorem, & vidi ascensores equites duos, ascensorem asini, & ascensorem cameli.

Tralatio Lxx virorum hoc loco vitiosa est, quod inde apparet quod ipse propheta sui ipsius interpres est, & hæc verba explanat, & repetit, vnde locus hallucinandi non erat, & cum tralationem Lxx virorum certum habeamus multis locis esse vitiatam, planum est hoc loco legi vitiose. Sui ergo ipsius propheta ipse est interpres paulò infra, vbi ait vidisse se ascensorem bigæ equitum, qui veftabatur biga asini, & cameli. i. Darium, qui imperitabat Medis generosioribus, quos significat per camelos: & Persis minus generosis, quos per asinos significat, quod te docebunt omnes historici, qui typus est filij hominis, qui sicut fulgur veniens ab oriente, & parens ad occidentem, rex angelorum & hominum est, & ut apparet nunc Darius rex Medorum generosissimorum, & minus generose Persicæ gentis, sic in ultimo iudicio apparebit rex hominum, & angelorum. Speculator ergo positus iussus speculari, & annunciare quod viderit, vidisse se nunciat currum duorum equitum. i. thronum duorum regnorum, aut currum duorum regum: rex enim Darius vice duorum regum erat rex Medorum, & rex Persarum. Ascensorem asini, & ascensorem cameli. i. Darium, qui veftabatur curru, quem trahebat asinus & camelus, quæ figura significabat regem esse generosæ gentis Medorum, & minus generosæ gentis Persarum: & ita vbi solebant esse duo reges, rex Medorum, & rex Persarum vnus rex erat Darius typus Christi, qui expulso principe tenebrarum, ut ante Medis. i. angelis rex erat ita nationibus post crucem rex esse cœpit, & hæc duo regna coniunxit angelorum, & hominum: quanquam ISYCH. in Leuitic. lib. 2. cap. 11. in illa verba, Non comedetis illud per camelum, iudaicum populum intelligit, ob graue iugum legis quod portabat, & ob distortos mores: per asinum, animal immundum, populum Gentium, & ita Christus significatur, qui velut lapis angularis, coniunxit vtrunque populum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et contemplatus est diligenter multo intuitu, & clamauit leo, super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem & super custodiam meam, ego sum stans totis noctibus. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum, & respondit & dixit,

Audi auditionem multam, & voca Vriam in speculam Domini, & dixit: Steti per totum diem, & super statione steti tota nocte, et ecce ipse venit ascensor bigæ, & respondens dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia

Axit, Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius, contrita sunt in terra. omnia simulachra eius, & manufacta eius contrita sunt in terram.

Diuus Hieron. sic hunc locum intellexit, ut iussus fuerit propheta ire, & ponere speculatorem & abierit, & posuerit se ipsum, & ut loquatur de se ipso tanquam de tertia persona dixeritque, quæ superiore commentario explanauimus, subijciatque loquens etiam de se ipso in tertia persona per etereos in figuram, qua de nobis loquimur tanquam de alijs. Contemplatus est Esaia diligenter multo intuitu. i. contemplatus sum ego magna diligentia, & intentione animi, & clamauit. i. clamauit, leo (suple ad est) hoc est Darius vastaturus Babylonem, & ad est leo de tribu Iuda consequenter superioribus, & postea dicit, rursus se collocasse in statione sua, & rursus se eandem visionem vidisse, & repetita visio rei futuræ confirmatio est. Leo Hebraicè dicitur, לָאוּ, quæ vox Hebræa mutatis punctis hoc modo, וַיִּרְאֶה, significat, Vriam, & ita Lxx viri reddidere, Audi auditionem multam, & voca Vriam, nam verba legere Lxx viri casu imperandi, de tracto, & ex vtroque verbo, quæ varietas est frequentissima in codicibus Hebrais ut ostendi in disputatione de tralationibus. Et est admirabilis lectio, nam pro surech cum, & 1, poni surech quibus, frequentissimum est, ut leges cum alijs locis multis tum in onomastico Hebræo Complutenfi, in dictione dur, ne dubites eadem dictionem Hebræam quæ leone significat, significare Vriam, si surech quibus ponatur pro surech, cum, & 1. Mentio autem huius Vriæ facta est cap. 8. Fac mihi testis fideleis Vriam sacerdotem. PROCOP. iubetur propheta his verbis huius prophetiæ sumere testem Vriam sacerdotem, quod solebant Iudæi abrogare fidem prophetis. iubetur ergo propheta assumere principem sacerdotum testem, qui apud ipsos erat honoratiss. sic enim propheta summa habita fides est, cum princeps sacerdotum honoratiss. admonitus ab ipso propheta, ut se steteret in statione ad videndam eandem visionem & sic stans eandem visionem vidit. Neque inficior Procop. ut rudem Hebrææ linguæ, hanc lectionem habere suspectam eam tamen vehementer probat postea: quid si scisset eandem lectionem Hebraicè esse, punctorum mutatione? Ita hunc locum etiam explanat Cyrillus. Notandum tamen Lxx viros addidisse duas dictiones, ut lucem afferrent huic prophetiæ, & paraphrasi quadam hunc locum vertere. vbi enim D. Hieron dixit conuenienter Hebrææ lectioni. Ego sum stans iugiter per diem, edidit: Et dixit, steti per totum diem super stationem meam, & steti per totam noctem, ut appareat responsum esse Vriæ, qui vocatus erat, ut attento animo esset, & expectaret, ut sibi quoque hæc reuelaretur propheta, ut testis esset prophetæ rei tantæ. Magnum enim erat quod prædicta erat captiuitas regni Iuda, qua ducendus erat Babylonem captiuus vniversus populus, & prædicitur nunc septuagesimo anno post captiuum ductum populum Iudæ Babylonem, casuram Babylonem, qui typus erat liberationis de captiuitate demonis cum boni ad vitam beatam ducentur, & ultimi iudicij. Cum expectasset ergo Vriam totam noctem, & totum diem, ait se vidisse eandem visionem, ascensorem bigæ equitum i. bigæ qua equitare solent homines, qui ascensor bigæ veftabatur camelo, & asino, quæ verba explanauimus superiore commentario. Qui clamauit, Cecidit, cecidit Babylon: quorum verbo rum explanationem, petes à D. Ioanne apocal. cap. 14. & 18, vbi sensum huius prophetiæ reserat, typicum, non literalem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Tritura mea filij areæ mea qua audiui à Domino exercituum Deo Israel annunciam vobis.

Audite derelicti, & dolentes, audite quæ audiui à Dño Sabaoth, Deus Israel annunciauit vobis.

Satis indicant Lxx viri intellexisse hunc locum ita de vastitate Babylonica dictum esse, ut stypus esset vltimæ vastitatis, & liberationis ex captiuitate demonis. Nō vertere enim huc locum ad verbum, sed expressere sententiam. D. Ioannes ergo cap. 9. & 14. & 18. hoc cap. docet esse typum vltimæ consummationis mundi, iuxta quam explanationem ad bonos verba fiunt hoc loco, tanquam ad aream permundatam de qua Matt. cap. 3. cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum. Ad hoc ergo triticum congregatum in horreum Domini, dirigitur sermo, hoc enim triticum appellat tricuram suam, & filios areæ suæ: & horum causa reuelatam doctrinam diuinam docet EVSEB. Cæsariensis de

monstrationis euangelicæ lib. 2. cap. 44. vbi hunc locum explanat, & ad hos spectare videtur A huius capituli reuelatio, qua reuelantur pœnæ sempiternæ malorum in vltimo iudicio, & bonorum beatitudo his verbis, quæ nunc enodamus. Quorum verborum nullam meliorem inuenio interpretationem, quã euangelica verba: quæ dixi Matt. cap. 3. & Luca 3. vt sit, Tritura mea .i. triticum cõgregatum in horreum meum, hoc est, electi mei ducta metaphora à messe, & ab area, & à tribulis, quibus expurgatur frumenta. Aceruus enim tritici purgatus, tritura dicitur, ad cuius similitudinem Dominus ille qui accepit ventilabrum in manu, vt purget aream suam electos suos appellat trituram, separatos à malis, hos filios areæ suæ appellat Dominus, quod tribulationibus, & persequutionibus malorum sunt expurgati. Electi ergo mei, inquit Dominus, quæ audiui à patre meo annuncio vobis, iuxta illud, quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Sententiam horum verborum expressere Lxx, qui pro tritura, & filijs areæ, verte re derelictos, & dolentes, quasi triturâ explanarent, quos Dominus dereliquerit in area huius mundi triturari tribulis tribulationum, & persequutionum. EVSEB. Cæsar. hæc sic explanat loco citato: Specta, inquires, quomodo hic non vocat Iudæos omnes ad hæc audienda arcana, sed quos nominat relictos & lugeteis, quales sunt, qui iuxta apostolum lugent hominũ scelera, & flagitia vel derelictos lugere tribulationib⁹ pressos, & tribulis persequutionũ afflictos.

D. HIERONYMVS.

Onus Duma.

LXX VIRI.

Verbum Idumææ.

L Ege in principium cap. 13. quod alijs locis repetitum est sæpè, cur, quod D. Hieron. vertit, onus: Lxx, Verbum reddant aut visionem. Cur autem pro Duma, quod idem Edom dicitur Hebraicè, reddiderint Idumæam, causam reddit ille alter de quæstionibus veteris testamenti in Iob: inquires, Cur autem authorũ secularium consuetudine legimus pleiadas, oriona, arcturum, & similia & respondet cum hoc quæsisset, Nõ quod his apud Hebræos nominibus appellentur, sed vt apud nos harum rerum significatio pollet esse manifestior, ita hæc translator appellare voluit, vt vsus gentilitatis tenebat. Idem intelliges ex cap. 1. lib. 2. de bello Iudaico, Iosephi Iudæi.

D. HIERONYMVS

Ad me clamat ex Seir

LXX VIRI.

Ad me clama ex Seir

G Ræcè enim, *τις ἐστὶν ἡ πόλις ἢ ἡ χώρα τοῦ Σεὶρ*, cum descripta sit vastitas Babylonis inuecta à Dario Medorum, & Persarum rege, timebant sibi omnes finitimæ nationes, putabãt fore vt vastarentur quoque à Dario, & alij fugiebant, alij se parabant ad arma. Inter has nationes metu trepidas, Idumæi, qui ad Esau referebant originem, clamant ad Dominum, & ab eo petunt opem. Sensus ergo est huius loci: Clamat ad me Idumæus ex Seir. i. ex mõte Idumæe, Seir appellato, ab Esau qui ea loca tenet: iuxta Lxx virorum translationem Idumæi iubentur clamare ad Dominum, & sic bellare. PROC. Metu trepidis Idumæis ait Dominus, festinate venire ad me & cum apud me fueritis custodite vestra propugnacula. vel, custodite quid nocte fiat, quid nocte fiat: quasi dicat tunc profuturam nostram diligentiam, cum ad Diuinũ auxilium confugerimus, nam Idumæa natio maxima est, quæ Arabiæ magnam partem tenet ab Esau appellata, qui dictus est Edom, hoc est terrenus, talis enim vita fuit ipsi, qui pro victu, & vno edulio vendidit primogenita. Hos vocat Dominus ad se ex Seir, qui mons Arabia est, & vrbs nobilissima, vbi sedes regia erat Idumæorum. THEOD. Seir mons Idumæorum erat ab Esau nomen traxit, qui pilosus erat, indè dictus Seir, Seir enim Hebræa vox Latine pilosum significat, & quoniam timentes hosteis ad muros excubias faciebant nocte, & die, & clamabãt, & sic territuros se hosteis putabant. Hos propheta obiurgans ait: Custodite propugnacula & custodite quid nocte fiat, rectè enim istuc facitis, quod pro patriæ muris consistitis, si tamè salutem queritis, ad me venite, ne fidatis vestris viribus, memini cognationis Abrahæ, & ideo si ad me confugitis vos defendam. Hæc Theodor. & Procop. Si vero referas ad sensum spiritalium, quem dixi explanari à D. Ioan. apocal. 18. peracta reuelatione consummationis seculorũ & incendij sempiterni, quo ardebit Babylon. i. vrbs terrena hominum terrenorum. de quo incendio multa D. Ioan. apocal. 18. Interim monet Dominus progeniem Edom. i. hominis terreni: qui pro edulio, & pro cibo, & pro rebus terrenis vèdidit primogenita. Monet ergo huius progeniem. i. terrenos homines, qui hunc imitantur, vt dum tempus est eis, clament ad Dominum, &

A num, & seruent sua propugnacula. i. seruent arcem animorum, ne occupetur à Sathana, & custodiant quid de nocte, quid de nocte. i. caueant noctem illam sempiternam. Hic est sensus totius huius prophetiæ, nunc eamus per singula.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Custos, quid de nocte? custos, quid de nocte? Custodite propugnacula, custodio manè, & nocte.

Hic locus variè nocte tu custos custodi dixit nocte de quid custos nocte, de quid Custos intellectus, & *שמר מה מלילה שמר מה מלילה שמר אומר שמר אומר בקה יום לילה* explanatus est à D.

Hieron. & à Lxx viris. D. Hieron, sic, Custos quid de nocte, Custos quid de nocte? i. ð supreme Deus hominũ custos, quid hac nocte me futurũ est? impendebat enim illis mortis terror, singulis noctibus putabant imminere sibi vltimũ exitiũ, deindè dixit custos: Venit manè & nox. PROC. Quibusdã gentibus venit manè, quas liberabo: quibusdã nox, quæ me nõ quæsierunt. Proindè qui meo eget auxilio, me quærat. Sensu vero spiritali, iuxta illum quem D. Ioan. explicat, clamant terreni homines ad Dominum, nocte illa calamitatis, & miseriæ, pro supreme Deus, quid nobis futurum est? Dixit custos, Deus est scilicet hominum custos, respõdit: venit manè & nox, quæ verba D. GREG. in 24. cap. Iob Moralium lib. 16. cap. 25. sic explanat, vt manè sit incarnationis tempus. Erit ergo sensus huius loci, idem cum illo Ioan. cap. 12. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendat, quia damnatis dicitur, Venit manè, & nox. i. fuit vobis manè, hoc est, fuit vobis lux aduētus mei, cũ licuit vobis operari, iam nox venit cum operari non licet. Nam Deum dici custodem hominum, docet GREG. homil. 18. in euangelia interpretans hunc locum. Et AVGVS. in cap. 8. Ioan. tract. 43. & sic à Iob dicitur custos hominum. Lxx viri aliter Hebræa verba intellexerunt, nam שמר, quod nomen fecit D. Hieron. & vertit custos, ipsi verbum fecere imperantis שמר, custodi, & sic reddidere: Custodi quid de nocte, custodi quid de nocte, vt sit sensus pendens ex superioribus, clama ad me ex Seir, & custodi quid de nocte, custodi quid de nocte. i. ð popule Idumæe inuoca me Dominum Deum & tunc custodi muros tuos, tunc enim iuuerint te vires humanæ, si Deũ habueris propitium. Sic Theodor. & Procop. hæc sunt interpretati superiore commentario. Pro lectione Hebræa quæ sic ad verbũ reddi potest: Clama ad me ex Seir, & custodi quid de nocte, custodi quid de nocte. Lxx sententiã vertunt, & non verba, reddidere enim, Ad me clama de Seir, custodite propugnacula. i. tu habitator Seir inuocato me, & postea custodito propugnacula. Sequentia verba aliter quoque interpretantur Lxx, שמר, dixit, illic posita distinctione, vt sit integra oratio, dixit, vt subaudiatur Idumæus, respondit Idumæus, שמר, tu, nam cum alijs punctis verbum est, & significat venit, vt reddidit D. Hieron. cum alijs pronomen est, & significat, tu, & sic reddidere Lxx viri: Custos tu manè, & etiã nocte: sic enim ad verbum vertitur Hebræa lectio, vt sit responsũ Idumæi ad verba Domini: Tu Deus omnipotens custos es omnium manè, & nocte, nam nomina Hebræa indeclinabilia sunt, & casu nominandi reddi possunt, vt vertit D. Hieron. manè & nox: & casu auferendi, manè, & nocte. Lxx sententiã reddunt, & quæ verba erant Idumæi respõdentis Deo, tribuũt ipsi Deo quod eadem sit sententiã, Ego custodio manè, & nocte, quasi dicat Dominus, ð Idumæi inuocate me & tunc, cum me habueritis propitium, custodite vestra propugnacula & vos defendite, nam ego custos hominum sum noctes, & dies: Vocat ergo Dominus homines terrenos ad poenitentiam, vt se innocēt, & seruent mentis propugnacula, ne occupentur à Sathana, se enim custodem ait hominum, si modo homines ad eius lucem se conuertant, & se custodem esse in luce euangelica & in nocte illa horribili, & amara. RICHAR. Sancti Victoris in lib. de verbo incarnato, hunc locum totum mihi videtur mirabiliter, explanare. Totũ enim lib. de verbo incarnato ex hoc loco textit. sic ergo explanat: Ad me clamat ex Seir. i. populus gentium clamat ad me, vt clament ad Dominum filij alieni, quod ad exprobrationem Iudeorum dictum vult, ut sit, Populus alienus me vocat, & seruire mihi postulat, cum interim populus meus me repudiet. Nam & AVGVS. quæst. super Deuteronomium lib. 5. in fine Seir pro populo gètium accipi posse docet. quod Seir mons Idumææ sit, & Seir significet pilosum, hoc est Esau, & pilosus ponitur pro peccatore, & peccatori populo, qui se debet in tenebris: orta est lux magna, hoc est populo

populo gentium, vnde orta est ecclesia: Ex Seir ergo .i. ex ecclesia, quæ creuit ex populo gentium peccatore, sanctificata per gratiam, fit clamor ad me, cum interim Iudæi me non inuocent, cum venerit Christus ad colligendos Iſraélitas: sic enim Augustinus interpretatur illud: Alluxit ex Seir nobis. Neque hæc interpretatio abhorret à literali sensu si consequenter interpretere verbis illis, Tritura mea filia areæ meæ: & typis de Christo congruenter coniungitur veritas. Clamat ergo populus gentium ad Dominum ex Seir .i. ex monte Idumæ, qui mons pro omni loco populi gentium ponitur per synedochen; pars pro toto. Christi enim aduentum desiderabat, erat enim Christus expectatio Gentium. Custos. i. ô summe Deus, qui hominum custos es, sic enim explanat etiam AVGVST. in cap. 8. Ioann. tractatu. 47. interpretans vocem illam, Samaritanum; quæ vox sonat Latine idem quod custos, iuxta illud, Non dormit, neque dormitat, qui custodit Iſrael: & Nisi Dominus custodierit ciuitatem, est enim custos noster idem qui creator noster. Ergo ô custos hominum qui de nocte? quid de nocte? .i. quid de tanta tribulatione fiet, vel quandiu in hac nocte versabimur, quando illucescet nobis Christus? vt enim ait Greg. Nazianz. alludens ad hunc locum in homil. in sanctu baptisma, significat id, quando solues nocte peccatorum, quædo in nocte spes mala est iuxta Esaiam inquit, quando illucescet Christus? postea, venit manè. i. adest manè, appropinquat Christi aduentus iuxta illud, Ego sum lux mundi, oriente nanque Christo sole iustitiæ inchoatur verum manè. Venit ergo manè, & nox, quia simul cum lege noua, & cum aduentu Christi, exorta est factio hæreticorum: exorti sunt antichristi multi: antichristus enim nox est. Si queritis: querite. i. iam exorto manè, si queritis lucem ipsam, querite per studium, conuertimini per desiderium, venite per exercitium, & in inquirendo perseuerate.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Si queritis, querite, conuertimini & venite. Si quaesieris, quære, & apud me habita.

Diuus Hieron. lectionem Heb. ad verbum reddidit. Lxx viri interpretantur verba Hieronymi quasi dicat, Conuertimini, & venite. i. firmi estote, & stabiles in fide, & sic enim reddiderit. Apud me habita. D. BASIL. homil. de poenitentia interpretans hunc locum. Qui querit diuina inquit, apud Deum habitat, quando cum fide querit, etiam si non inueniat, qui firma fide est non discedit a fide. PROC. Querat auxilium meum, qui eo indiget, habitet apud me omnis, cui cura est propriæ salutis: promittit autem ipsis auxilium, si eligant perseuerare apud Deum. Ergo si queritis, querite, serid scilicet, querite, faciem Dei semper, conuertimini ad me, & venite: actibus enim virtutis venitur ad Deum. CYRILL. in euang. Ioannis lib. 4. cap. 13. probus auditor inquit, quæ intellexit, in memoria recondit, quæ ardua sunt sepe inuestigat, vt monet propheta, conquirens quære, addit enim, Apud me habita, querendum semper dicis, vt apud eum habitemus, vt nunquam ad alienas sententias dilabamur, quod non facit animus malignus. Nam quæ non intelligit, statim tanquam friuola rejicit, iuxta quam sententiam Cyrilli, Ad me venite, ex translatione D. Hieron. interpretabimur pro premio eorum qui quaesierint Deum, vt futurum dicat Dominus, si me quaesieritis, futurum est vt ad me veniatis in vitam sempiternam, quod Lxx dixere, Apud me habitabitis. THEOD. si me quaesieritis, querite, & defendam vos apud me habitantes, & faciam vos potentiores vestris hostibus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Onus in Arabia in saltu ad vesperam dormietis in semitis Dodanum. Occurrite sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt a facie gladii imminetis, a facie arcus exterti, a facie grauis prelij quonia hæc dicit Dominus ad me. Adhuc in vno anno

In saltu vesperæ dormies in via Dedã, in occursum sitienti aquam ferte habitates in regione Themã, cum panibus occurrite fugientibus propter multitudinem occisorum: & propter multitudinem errantium, & propter multitudinem gladii, & propter multitudinem arcuum extentorum, & pro-

A anno, quasi in anno mercenarij & auferetur omnis gloria Cedar, et reliqua numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar, imminuentur, Dominus enim Deus Israel locutus est.

Lege quæ dicta sunt, in superiora capita cur onus dicatur à D. Hiero. q. Lxx. dicunt prophetiam, verbum aut visionem. Vaticinatur intra annum perituros habitatores Cedar, & inimicorum armis delendos, ita vt ad maximam paucitatem redigantur, qui olim numero valebant, & arte sagittandi. Cur autem hæc intericiantur prophetiæ, repete ex cap. 20. & ex cap. 7. lubet prius Idumæos Deo fidere, si Deum sequantur, & colant, & prodire obuiam Babylonijs fugientibus cum viatico, cum pane, & aqua, & iubet miseratione prosequi miseros, & scribitur vastitas regni Babylonici. Vult tamen vt ijs, quos ipse castigat, occurramus, indulgeamus, & alibi multat grauiter vt pater indulgentissimus, eos qui seuiunt in illos, quos ipse castigat. Theman idem est, quod auster. Quod autem aiunt Iudæi, qui prophetias ad nihilum redigunt, vt ait Hilarius, vastatos esse Idumæos à Dario cum regnum Babylonicum vastauit, alienum est à veterum patrum sententia, neque credo id proditum à D. Cyrillo, sed intertextum eius scriptis ab aliquo aut Græco aut Latino scripto re inepto: Certè Græcum exemplar peruetustum id non præferbat, nec vlla id prodit historia.

IN ESAIAE CAP. XXII.

D

Iuus Hieron. in primis in hoc cap. commentarijs, nos docet, Eusebium Cæsariensis de Christi passione hoc caput interpretari. Iudæum nescio quem, ad Senacheribum referre, quanquam D. Hieron. Iudæi illius sententiam literalem putet, Eusebij verò sententiam allegoricam. Exijs duabus propositis sententijs, Iudæi illius, & Eusebij Cæsariensis à D. Hieron. sententiã Eusebij Cæsariensis sequendam puto, quod eandem veterum patrum omnium sententiã esse intelligo, atque literalè, non allegoricã. Iudæis sua dona sinamus, qui post Christi crucem omnes ad mouent machinas, vt prophetarum sacra sensa peruertant, leui literarum inflexu, varia disputatione, & distinctione oracula prophetarum de Christo vitiant. Neque quisquã sibi persuaserit nos hæc somnari, vt quidã nobis obijciunt, hæc veterum patrum sententiã est, Nostrum hoc opere institutum est aduersus Iudæi zantium ingruentis phalages, quæ nostro tempore in vulgatã editione. B. Hiero. **Scopus huius operis est defensio vulgatæ editionis, & interpretatio sententiarum scripturæ præcipites ferebatur: quasque seuerissimus supremus inquisitorum hæreticæ prauitatis repisit, veritatè lectionis nræ, & hebræe & græcæ defendere, aperire Iudæorum dolos, opponere veterum patrum sententiã, vt Iudæorum pateat insidia, vt vitari possint. Neque post veteres patres nos primi huius rei nostros admonemus, ad monuerunt alij plerique, admonuit doctissimus IACOBVS de Valètia Christopolitanus epus Iudæos egerunt rimè tulisse quod afflueret ex toto orbe incredibilis quædam vis hominum, & è Iudæis tanta multitudo in ecclesiã, & vt ecclesiã aduersaretur, conuenisse Iudæos in vnum quendam locum, vt prophetias de Christo vitiant. Neque quisquã hoc commentum putet. fatentur id Iudæi, vt leges in dictione, zamar, vbi rabi David fatetur decem & octo dictiones ab scribis Iudæorum consulto esse mutatas. Fatetur. 18. dictiones mutatas cum decies octies mille mutarint mali & in disputat. ostendimus rabinorum confessione, & euidentissimis argumentis id euinci esse veriss. Nec semel conuenisse Iudæos quispiã arbitretur vt id facerent, ostendimus millies ab ipsis initijs ecclesiæ Christianæ vsque ad nostra tempora huic rei omniconatu incubuisse, vt Christi mysterium obscurarent.*

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Onus vallis visionis

Verbum vallis Sion.

Quod

Quod dubiū erat, quæ esset vallis visionis Lxx interpretatur. i. vallis Siō, quæ dicitur vallis visionis, ob magnā multitudinē prophetarū. PROC. proponit hāc quæstionē, cū Hierusalē sita in excelso sit loco q̄ docet etiā IOSEPH. de bello Iudaico li. 5. c. 13. & deinceps, cur p̄pheta cū apellet vallē. i. locū humilē? Diluit hoc dubiū post Christi mortē Hierusalē ex vrbe excelsa, humillima est facta, nō secus ac si ex colle deciderit in vallē infimā, quæ ei adiacet. Nā inter colles editiss. infimas valleis interiacere necesse est, & omni virtuti, quæ sublimis est & excelsa, virtute aberrat, aut à fide decedit in infidelitatē, vt Iudæi, qui ex euangelica & cælesti celsitudine, delati sunt in statum nationum infidelium. Hæc Procop. Ergo si hæc, de sentētia Procopij, & Eusebij Cæsarien. de Christi passione sunt interpretada, quod inter colles illos editissimos, in quibus sita erat vrbs Hierosolyma, interiacebant valles infimæ, puto prophetiam hanc esse vallis Cedron, quæ ducit in motē Oliuarū, cuius meminit IOSEP. li. 5. c. 8. & 13. quod illa vallis personabat clamoribus, & vocibus Iudæorū qui Christū prehēderunt. Nā Ioan. 18. Iesus egressus cū discipulis suis est trans torrentē Cedron. & Lucæ. 22. egressus Iesus ibat secūdū cōsuetudinē in montem Oliuarum. Ibat ergo per vallem Cedron in montem Oliuarum: nam per hāc vallem iri in montem Oliuarum disces ex IOSEP. lib. 5. cap. 8. Vbi notādum in hoc Ioannis loco: Iesus egressus cū discipulis suis trans torrentē Cedron. illā vocē Cedrō, genitiuū esse græcū pluralis numeri. i. Cedrorū, quod declarat articulus, vt docet Erasmp. Tamē illa dubia omnia, quæ proponit ex suo Capnione, & quibus subscribit, sic dissolues: torrentē illū dictū fuisse Cedrō. i. caliginosū, & sic semper in veteri testamēto nominatur græcē τὸν νεφέλω. i. Cedrorū quāuis Erasmpus dicat quibusdā locis apud Lxx. reperiri τὸν νεφέλω, semper leges apud Lxx. τὸν νεφέλω. i. caliginosus. Subscribat libētē Erasmpus suo Capnioni: hanc lectionem præferunt omnia exemplaria. Solus D. Ioānes pro, torrentē τὸν νεφέλω. i. pro torrentē caliginoso, posuit, torrentē τὸν νεφέλω. i. torrentē cedrorū, iuxta canonē scripturæ, quem præscribit Origenes tomo. 7. in Ioannē disputās de illo loco Esaia: Vox clamātis in deserto: quo monemur apostolos & euāgelistas magistros ecclesiæ voces obscuras scripturæ in planiores, & dilucidiores cōmutare. Docet. n. euāgelista torrentē illum dictū esse Cedrō. i. caliginosum, quod densitate arborū cedrorū erat amānus & obductus tenebris etiā in medio solis æstu. Nam arboribus densissimis, et amānissimis venasse Hierosolyma disces ex Iosepho cū ex alijs locis plurimus, tū ex libro. 6. de bello Iud. c. 1.

Defenditur euāgelista cōtra Capnionē.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Quid nā quoque tibi est quia ascendisti et tu omnis, in tecta clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans? Quid factum est tibi nunc, quia ascendisti omnes in tecta vana & stulta?

Quidnam quoque tibi est? coniunctio, quoque, ornatus causa ponitur in translatione D. Hieronymi, Hebraicè enim non est hæc vox, & addita est à D. Hieronymo. PROC. Quid factum est tibi, quia ascendistis omnes in tecta stulta clamantes contra Christum? Tolle tolle crucifige, crucifige, clamoribus enim huiusmodi plena vrbs erat: hæc Procop. quid ergo hæc litera magis sonare potest? quā si dicas quid nam tibi est. i. quis te cepit furor? quæ amentia tua est isthæc? quia tu omnis vrbs Hierosolyma conscendisti in tecta Pilati, & pontificum clamās contra Christum, Crucifige crucifige, tolle tolle? Nam vt dicendum est in illud: Iustus perierit, * vniuersus populus Iudæorum cōiurauit aduersum Christū tēpore passionis, quod declarat propheta cū dicit: Omnis tu, declarāt hoc Lxx. viri, qui addidere de suo, stulta vel vana, vt esset, quia ascendistis & omnes in tecta stulta, vel temeraria. i. vt inquit Procopius, vt ederetis facinus illud stultissimū et temeritatis plenū. Ciuitas exultās: hæc verba defunt in translatione Lxx virorum. Certe hoc verbum, ciuitas exultans, signum insolubile est falsitatis sententiæ Iudæorum, & veritatis sententiæ sanctorum, quod in summo rerum periculo ciuitas exultans dici non potest, in passione Christi dici possit, vt diximus. PROC. Latē enim & hilares vinxere Christum, & traxere ad pōtiffices & ad Pilatum & Herodē & ascenderūt in tecta stulta, quod inciderunt in tantā miseriam, vt regē gloriæ cruce affecerint, tumēt tamē miseri stulte, & se pios esse putant. Posses tamen dicere stulta tecta dici, quod putauere se posse valere aduersum Christum, & dixerint, Eradamus eum de terra viuentium & non memoretur nomē eius vltra.

*Ne intelligas de Iosepho ab Ari mathia, Ni eodem aut alijs cū discipulis.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello, Vulnerati tui, nō vulnerati gladio, nec mortui tui, mortui bello.

I Am hæc verba ad Sennacheribum referri non possunt, primum, quod Sennacherib non attingit Hierosolyma, quod eius exercitus deletus ab angelo sit, antequam attingeret Hierosolyma. Fingūt Iudæi captam esse ex parte vrbe Hierusalē à Rapsace duce Sennacherib proditione Sobnæ, quod Iudæorum commentum est, falsissimum est, nec tale quicquam memoriæ proditū est. Vna hæc est ex multis fabularum milibus, quas Iudæi sunt commenti, quasque ridet patres veteres, & de Sobna infra dicendum est latius. Sed largiamur Iudæis veram esse fabulam, quam sunt commenti, captam fuisse partē vrbs, quod nunquam factū reperies, idque proditione Sobnæ, tamen falsum esset dicere, interfecti tui nō interfecti gladio, quam enim capti ab hostibus infidijs, & proditione, si interfecti sunt, gladio sunt interfecti, & armis bellicis, aut non sunt interfecti, & si vulnerati sunt, gladio vulnerati sunt & armis bellicis, aut non sunt vulnerati. Qui continet ergo dicere interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui in bello, etiam si pars vrbs Hierosolymorum capta sit infidijs, & proditione Sobnæ, quasi vero non armis vastetur vrbs cum infidijs & proditione capitur, quasi non geratur res armis. Si diceret propheta capti tui, non capti gladio, locum haberet Iudæorum commentum, non id ait sed interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello. Videamus ergo quæ sit nostrorum sententia. THEOD. hostes tui non suis viribus aduersum te præualuere, ego vos tradidi hostibus vestris propter insaniam & furorem vestrū in me, quod in me vestrum redemptorem insanijstis, & me affecistis cruce, tradidi vos hostiū armis, vt ita dictum sit, vt illud propheta, Propter me hæc facta sunt vobis. & vt illud Maronis: Nō tibi Tyndaridis facies inuisa Lacæna. Culpatū sive Paris, verū inclementia diuū. Has euertit opes. — Vt sit sensus iuxta sententiam Theodor. non armis hostium nec viribus hostilibus, sed voluntate mea, ingens illa strages quæ à Romanis est edita, accidit, de qua IOSEPH. lib. 6. cap. 45. quæ Theodoretū sententia quam sit vera intelliges ex IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 8. & cap. 31. & cap. 43. & alijs multis locis, vbi tradidit, concidisse Iudæos non Romanis armis, sed ira Dei, & quod sic prædictum erat à prophetis, perituros Iudæos, & completa esse prophetarum vaticinia. Cur autem non plane dicat propter Christi mortem & explicet quæ sunt completa vaticinia, alibi dictum est latius, illud magis mirandum cur cum hæc senserit, Iudæus esse perstiterit, Erant Christiani toto orbe vagi & afflicti, nudabantur bonis omnibus patiebatur pro Christo noluit ex illo fastigio diuitiarum, & opū Iosephus & ex illo principum fauore excidere, & tot perferre arumnas. PROC. Iudæi post cruce m Domini ex euangelica & cælesti altitudine deciderunt in infimam conditionem: redacti nanque sunt in conditionem & in numerum nationum infidelium, tam infœlici tamen forte implicati, tumēt tamen temere, & audiūt à propheta, Quid factum est tibi quod ascendisti, in domos stultas? vulnerati tui nō vulnerati gladio, quod est peccatum ad mortē, iuxta illud; Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Itaq; Procop. hæc explanasse videtur, iuxta illud Euangelij, Si nō venissem, peccatum non haberent. & Sine mortuos sepelire suos mortuos, vt mortuos illos intelligat & vulneratos, qui non mortui corpore sint, sed corpore & animo. Potest etiam hic locus explanari de martyribus & de prophetis & occisis à Iudæis, pro quibus omnibus vt inquit ORIGEN. in Matthæi cap. 23. tractatu. 26. in principio, Iustum erat vastari Hierusalē, & vrbes Iudææ, nam Iudei Christo Domino cruce affecto, impleuere mensuram patrum, vt luerent sanguinem qui effusus erat à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiz, & de his dici quoque potest interfecti tui. i. omnis sanguis iustorum & Christus Dominus & Iacobus & Stephanus & reliqui martyres, & vulneratus Paulus & cæsi apostoli, non gladio hostili vulnerantur, nec bello interficiuntur. Querebantur enim Iudei se subinde nouis bellis exortis interfici, & apud Hieremiā se carnes esse dicebant, & Hierusalē ollam vbi coquerentur carnes, posset ergo esse sensus deploras à Hierusalē, tuos ciues gladio, & bello subinde cadere, ij quos tu interficis, & in quorū morte exultas, & clamoribus resonas, & tecta conscendis, vt illos ad supplicium duci spectes, & concitas aduersus illos turbas, non interficiuntur bello, sed tua impietate cruce affectus est Christus, Stephanus lapidatus, Iacobus & alij innumerabiles, martyrio coronati.

D. HIE-

Cuncti principes tui fugerunt simul, diu reg, ligati sunt, omnes qui inuenti sunt vincti pariter, procul fugerunt.

Omnes principes tui fugerunt simul ab arcu, & ligati sunt, & fortes in te longe fugerunt.

Am ne Iudæi quidem audent hæc ad Sennacheribum referre, nec tam callide conficta fabula de proditione Sobnæ & capta parte Hierosolymorum, illos iuuat, vt hæc eodem possint referri. Nam qui possent congruere Sennacheribi historia, hæc verba? Cuncti principes tui fugerunt, capta enim (vt illi aiunt) pars vrbs est postea, extincto exercitu Sennacheribi ab angelo priusquam exercitus admoueretur vrbi, vrbs Hierosolyma Dei beneficio immunis malorum fuit, quomodo igitur fugerunt cuncti principes simul, quomodo ligatur? Bello Babylonico autem hæc facta sunt. Hæ sunt Iudæorum technæ, quædo falsæ eorum interpretationi repugnant, sequentia aut antecedentia, alio referunt, si eos refellas ex antecedentibus & consequentibus, negant prophetas coherentia dicere, furere aiunt, nunc hæc, nunc illa fundere oracula, pro vt spiritus .i. instigat, & hanc esse prophetiarum naturam. Contra Lactantius hanc esse mendaciorum naturam & falsæ interpretationis, vt non cohæreat inter se partes, vt prima medijs, media iniis non congruant. Non furiant prophetæ, furiant Iudæi, nam prophetæ pleni spiritu sancto coherentia dicunt, & quæ mutuo nexu inter se sint colligata, si recte interpretare, & si sanctorum sententiam in explicanda scriptura sequi velis. In falsa interpretatione, in mendacijs non potest esse nexus ait Lactantius. Sed de hac re supra in disputatione de translationibus pluribus diximus de veterum patrum sententia, quod Iudæorum hoc commentum est, quo solo suas fraudes tuetur, nam si hoc sustuleris, aperias omnes Iudæorum dolos, fraudes omnes palam facias, omnis enim fere Iudæorum interpretatio aut ex antecedentibus, aut ex consequentibus subuertitur. Si sequamur ergo sententiam, quam D. Hieron. Eusebij Cæsariensis esse ait, vt hoc caput de passione Christi sit, quæ eadem est veterum patrum, vt ostendimus, postquam clamores Iudæorum descripti sunt, quibus vincit Dominum ad crucem ducebant, subiicitur vastitas Iudææ inuecta à Romanis cuius meminit etiã in passione Dominus cum dicit, Nolite flere super me, sed super vos & super filios vestros, &c. & Si scires & tu quæ vêtura sunt super te. & Relinquitur terra vestra deserta. PROC. his verbis propheta significat non futuros reges amplius apud Iudæos, nec duces, nec prophetas, nec sacerdotes, quod vastati sint. .i. nec istauradæ vnquam Iudæorum vrbes. THEOD. sensit describi vastitatem Hierusalæ post vaticinium de passione Christi & post querelas sanguinis sanctorum, de quibus supra & videtur is seruat' ordo qui est Matthæi ca. 23. Ecce ego mitto ad vos sapientes & prophetas & scribas, &c. & postea, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus. postremò, Relinquitur terra vestra deserta. Ergo principes tui fugerunt simul. .i. fugati sunt & vincti à Romanis & vt prodit IOSEPH. in fine 6. libri de bello Iudaico, sua sponte deseruere turres viribus humanis inexpugnabiles, dureque ligati sunt à sagittarijs .i. qui eos persequebantur fugientes. Quod D. Hier. reddidit dure, Hebraicè est קשה, quod proprie reddi potest ab arcu, & sic reddunt Iudæi omnes, & ita reddidere Lxx viri, vt sit ab arcu ligati sunt. .i. à sagittarijs, qui eos fugientes persequebantur. D. Hier. dictione Hebræa קשה, deflexit à verbo קשה .i. indurare: vnde קשה, nomè, & קשה, dura, & מקשה, dura, & malleo cõtusa, & ita vertit, ligati dure: ק. Omnes qui inuenti sunt, Hebraicè est קל גמץ, .i. omnes inuenti tui, pro quo, tẽpestate Lxx virorum legebatur כל מעוןך .i. omnis fortitudo tua, nam מעון, fortitudo est. Aut hoc igitur legebatur, aut aliquid simile. Sed adhuc in translatione Lxx deest verbum vnum, vincti sunt, quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendum quæ: Fortes in te vincti sunt longe fugerunt. .i. longè abierunt exulatum captiui ducti in vltimas nationes. Hæc omnia sic euenisse leges apud IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 40. 44. 45.

Propterea dixi, recedite à me amarè flebo, nolite incubere vt consolemini me sup vastitate filia populi mei. Dies enim interfektionis, & conculationis, et fle-

Propter hoc dixi, dimitte me amarè flebo nolite cõtendere consolari me sup cõtitione filia populi mei quia dies tumultus, & perdicionis, & con-

A fletuum à domino Deo exercituum in valle visionis: scrutans murum, et magnificans super montem.

& conculationis, & erroris à Dño sabaoth in valle Sion errabunt à paruo vsque ad magnũ, super montes.

Diuus CHRYS. in cap. 9. Genes. in illa verba, Et coepit Noe homo agricola terræ: Mos, inquit, est prophetarum, & iustorum omnium, non solum pro his tantum dolere, qui sui proximi sunt, sed pro reliquis omnibus, sic Esaías: Non valebitis consolari me in contritione filia generis mei. D. Chrysof. de providentia Dei lib. 3. non multum loq̃e à fine: Esaías, inquit, cum audisset quia deserta erit omnis terra, ne consolari quidem voluit, sed assidue lugebat dicens: Dimitte me, amarè flebo, non poteritis consolari me. Quibus verbis Chrysof. & hunc locum interpretatur, & superiora omnia, eo modo quo reliqui patres. Docet enim superiora dicta esse de vastitate Iudææ post crucem Domini, & agi de cruce Domini, & simul hunc locum explanat. PROC. Deflet, inquit, propheta hoc loco sui generis repudiatione, & vastitatem vrbs Hierosolymitanæ inuectam à Romanis. THEOD. quoque de Romanis interpretatur hæc. Ergò, Recedite à me, amarè flebo super vastitate, vel, super contritione filia populi mei. .i. vrbs Hierusalem: & ea est forma dicendi, qua filij Græcorum dicuntur Græci: filij medicorum, medici: filij Iudæorum, Iudæi. Dies interfektionis: Lxx reddidere, Dies tumultus. Quoddam dictio Hebræa, mehumal, tumultum significat, & contritione, & sic alij verunt, Dies cõturbationis. Pro conculatione, reddidere Lxx perdicionis, quod eodẽ spectat. Pro, fletuum, vertere erroris, quod כרה, confundere significat, vnde כרה, confusio & error: potest esse à verbo כרה, & significat hoc modo fletus, & sic vtrunque significat: quæ omnia verba possunt pertinere ad bellum Romanorum, ad passionem Christi, ad cœcitate Iudæorum: ille enim dies fuit illis, dies tumultus, & perturbationis, dies perdicionis, & conculationis, & erroris in valle Sion. .i. in valle Cedron, per quam Dominus ducebatur vincit, vt supra dictum est. Neq; enim Hierosolyma sita erat in valle, sed in montibus editissimis, quod significasse videntur Lxx viri, cum addidere de suo verba illa: Errabunt à paruo vsque ad magnum super montes, quod Dominus cum duceretur vincit per vallem Cedron, per quam abierat in montem Oliueti, effluxit vniuersa multitudo Iudæorum, à paruo vsque ad magnum, ad videndum Dñm, quomodo prehenderetur, & duceretur, an ederet illa miracula quæ olim solebat, an pateretur se vinciri, & ligari: Neq; em hoc de bello Romano intelligere potes satis comode, cum enim cincti erant obsidione, duxere Romani murum circum omnem urbem, ne quisquam elabi posset Iudæorum, vt leges apud Iosephum lib. 5. de bello Iudaico, si quis pedè extulisset vrbe, statim veniebat in manus Romanorum, & mille afficiebatur cruciamentis, ne que in illa obsidione licuit cuiquam fuga petere montes, nisi referas ad vastata Hierosolyma, vt post excisionem vrbs dicas Iudæos per montes errasse vagos: sed hoc non congruit quod dicitur, A paruo vsq; ad magnũ. Vt discas enim ex Ioseph. in fine lib. 6. pauperes permisi sunt à Vespas. abire liberi, magni non ite. Scrutans murũ, & magnificus super montẽ: Hebraicè est.

Quæ verba vertit D. Hieronymus, Scrutans murum, & magnificus super montem: quæ verba ad Vespasianum pertinet videntur, cum enim dixisset, velle se flere vastitatem Hierusalem, quæ vastitas fluxit ex die passionis Christi, nam ille dies fuit dies perdicionis Iudæorum, & ille dies fuit dies fletuum in valle visionis, hoc est, in valle Cedron, in torrente Cedron, quando Dominus illic ligatus, & ad passionem ductus, & ille dies fuit scrutans murum, hoc est, ille dies æquavit solo, & diruit muros Hierosolymorum, & magnificus super montem, vel opulentus super montem. .i. ille dies fuit causa, cur Vespasianus Romanorum princeps euaderet super montem Sion, & templum combureret, & urbem subuerteret. Potest verti etiam, שו, clamor, vt sit sensus: hic dies fuit causa cur ingens clamor ille super montem Sion exoriretur cum expugnabatur templum Domini, & incendebatur, & fuit tantus, vt scribat Iosephus, non potuisse exaudiri voces imperatoris Vespasiani à suis militibus, qui eos iubebat templo parcere. Hæc verba non sunt in translatione Lxx virorum, quod trunca est & mutila passim.

Et Elam sumpsit pharetrã, At Elamitæ tulerunt pharetras, & ascensores et currum hominis equitis. homines super equos, & congregatio pugnae.

Diuus Hieron. nos docet ex Euseb. Casar. de Christo hic agi, & eius passione, & vastitate inuicta à Romanis post eius crucem. Hanc D. Hiero. sententiã si sequamur, omnia congruent, nam hoc, quod D. Hieronymum mouet, ne putaret hæc verba eò posse referri, nõ mouit Procopium, qui hæc retulit ad Romanos, neque Theodoretum, qui cum Elamitas interpretaretur: Ex Persica regione, inquit, traxerunt ortu Elamitas, & gerebant inimicitias aduersum Iudæos, & ideo cõtra Iudæos opem tulere Romanis, & Elamitas non fuisse Babylonij obtinperanteis ex cap. superiore liquet. Ascende Elam, obside Mede: vbi apparet Elamitas fuisse inter postremos eueriores regni Babylonici, vt hac causa non fuerit dicturus D. Hieron. nõ posse hæc pertinere ad Romana tempora, quòd Elamita natio Assyrioru sit. Fuit enim natio prima in euertendo regno Assyrio, & Babylonico, & tempore Vespasiani subacti erant Medi, & Persæ à Romanis, & ideo omnes nationes sub Romanis signis militabant, non solum Medi, & Elamitas. Itaque quando cætera consentiunt, hoc non refragatur, nõ plenæ sunt historie his, neque vlla res hac notior est, neque necesse erat in re confessã diutiùs immorari. tamẽ Ioseph. de expugnatione Iudæe lib. 3. cap. 5. cum descripsit exercitus Titi Vespasiani: Magna vis militum, inquit, auxiliarium à regibus est missa: A Melcho Arabe, mille equites, & quinquies mille pedites, quorum maxima pars erant sagittarij. hæc Iosephus. Et Elamitas esse Arabas prope sinum Persicum, discis ex Strabone, & Plinio. Vides igitur in exercitu Vespasiani fuisse Arabas? audis Elamitas fuisse Arabas? vides ab Iosepho, & Esaiã appellari sagittarios? Nihil igitur hic repugnat, quin, quod aiunt *אֲרָבִי מְדִינַת סוּרְדָּה*. i. veritati omnia congruunt. Quòd si Assyrij essent Elamitas, eo tempore Assyrij, Babylonij, Persæ, Medi, omnes denique nationes sub Romanis signis militabant, vt quauis Assyriorum & Babyloniorum mentio esset, quando cætera eò vocant, ad Romanos essent referenda. Currum hominis equitis: Hebraicè est, Currum hominũ equitũ, vt sit: Elam sumpsit pharetrã. i. Elamitas sumpserunt suas pharetras, sunt enĩ sagittarij, & currum, supple, sumpserunt hominis equitis, vel hominũ equitũ, conscendunt enim currus, & equos Elamitas, & Medi, & inde fugientes contorquent sagittas. Hebræa lectio est. Cum casus Hebræi sint indeclinabiles, possis reddere, Currum hominum equitum, vt vertit D. Hieron. Nam *בְּרִכְבּוֹ*, quanq̃ propriè redas, in curru, frequentissimè redditur casu accusandi, curru. Posses *בְּרִכְבּוֹ אֲדָם פְּרָשִׁים* C quoq; vertere, vt reddidit Lxx, In curru homines equites, pro quo vertere, Et ascensores homines super equos, & cõgregatio pugnae. i. ingruet super Hierusalẽ exercitus innumerabilis.

D. HIERONYMVS.

Et parietem nudauit clypeus.

וקיר ערה מנו

Hoc loco deest tralatio Lxx virorum, quæ causa fuit D. Hieronymo, vt scripturam electione Hebræa ad verbum verteret, quod tralatio Lxx virorum trunca erat, & mutila locis plurimis. Ergo potest reddi lectio Hebræa sic, Parietem nudauit clypeus. i. omnes sument clypeos, & arma, quibus vestiti erant parietes armamentariorum, ita vt nullus paries sit quin clypeis & armis relinquatur nudus, cõfluent enim omnes ad arma, contra Iudæos. Posses quoque reddere lectionem Hebræam sic: Murum nudauit clypeus. i. tanta confluet multitudo hostium aduersum Iudæos, vt tormentis, fundis, iaculis missilibus, omni telorum genere, muri Hierosolymorum defensoribus nudentur: pars enim ponitur pro toto, clypei pro omni armorum genere. Centies hoc narrat factum Iosephus de bello Iudaico lib. 5.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erunt electa valles tuae plena quadrigarum, et equites ponent pedes suos in porta.

Et erunt electe valles tuæ replebuntur quadrigis: at equites stipabunt portastuas.

SI Iosephum legas lib. 5. de bello Iudaico, centies hæc reperies Romanũ exercitum impleuisse vallem Hierosolymorũ, motem oliueti, & alios montes, Romanos principes portas Hierosolymorum occupasse, cinxisse totam vrbem muro, ne cuiquam Iudæorũ elabi liceret.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et reuelabitur operimentum Iudæ. Et reuelabunt portas Iudæ.

Tralatio

Tralatio Lxx commentaria est, vt sapè monuimus, qui tralationem D. Hieronymi sic interpretantur: Reuelabitur operimentum Iudæ, portæ vrbium Iudæ reuelabuntur, refringentur, subuertentur vrbes Iudæ, quod factum est à Vespasiano & Adriano. D. Hieronymus facta hæc dicit bello Babylonico: quidni? sed reliqua non congruunt, vt supra ostendimus, sed congruunt antecedentia omnia, & sequentia, si referamus ad crucem Dñi, & ad arma Romana, & deseramus Iudæum illum, de quo diximus, & sequamur sententiã Eusebij, quam docet D. Hieron. in commentarijs, quanque eandem ostendimus esse D. Chrysofomi, Procopij, Theodreti.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et videbitis in die illa armamentarium domus saltus. Et inspiciet in die illa, in electas domus saltus.

Aliter D. Hieron. hunc locum ^{pretiosa} sic intellexit quam Lxx viri, intellexit enim significari *פְּרָשִׁים* hoc loco diruendam domum à Romanis, quàm Solomon bellicis instrumentis instruxit, 3. Reg. cap. 7. quam dirutam, & solo æquatam, & omnium oculis subiectam, visuros ait propheta Iudæos magno cum animi dolore. Videbitis ergo in die illa o Iudæi armamentarium domus. i. domum illam bellicis armis refertam, Saltus. i. quæ domus saltus dicebatur: 3. Reg. cap. 7. non quòd domus saltus Libani esset, neque quòd in monte Libano fuerit sita, sed quia locus ille amoenitate, & pulchritudine certabat cum Libano monte. Lxx, lectionem Hebræã ad verbum vertunt, quæ sic reddi potest, Et videbitis die illa, pretiosa domus syluarum, vel, preciosus syluarum, quod dixere Lxx, Inspicient in die illa, in electas domus ciuitatis, hoc sensu: positos vrbe hosteis spectaturos, & admiraturos preciosissima syluarum, ligna cedrina, marmoribus turres, principum domus, & potissimum templum erat structum, quod factum reperies apud IOSEP. de bello Iudaico lib. 6. cap. 26. & 27. & 39. & alijs locis. & Marci. 13. vides has omnes magnas ædificationes, non relinquetur lapis, super lapidem. & Matth. 24. vbi idẽ repetitur, nam *בְּיָשָׁן*, arma significat, vt vertit D. Hieron. & osculata, quod Iudæi accipiunt preciosis & electis, *בְּיָתוֹ*, domus. i. templi, vel aliarum domuum magnificentissimarũ, hoc est, in magnas moles marmorum excisas montibus, & in tigna preciosissima, quibus domus, & templum Domini structa erant *בְּיָשָׁן*, syluarum, vel syluarum, quod marmora ex syluis & montibus excindebantur, non solum ligna cedrina.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et scissuras ciuitatis David videbitis, quia multiplicatae sunt. Et reuelabunt crypta domorũ arcis Davidis, & videbunt quia plura sunt.

Crypta, sunt meatus subterranei occulti, à *κρυπτα* verbo Græco, occulto. Hos subterraneos meatus, quos Lxx appellarunt crypta domorum arcis Davidis. i. crypta arcis Davidis. D. Hieronymus appellauit scissuras. i. vias scissas subter terram. Hæc crypta, & hos occultos meatus, ait propheta, contemplaturos Romanos vrbe Hierosolymitana capta, quod factum esse colliges ex Iosepho lib. 6. cap. 43. & ex alijs locis quibus narrat Iosephus Iudæos fugientes se abdidisse in hæc crypta, & in hæc subterranea loca, & eò Romanos penetrasse illos persequutos, & eos in illis locis subterraneis occidisse, & certè tota vrbs Hierosolyma, dicta est arx David.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et congregastis aquas piscina inferioris, et domos Hierusalem numerastis, destruxistis domos ad muniendum murum.

Et auerterunt aquam ab antiqua natatoria in ciuitatem, quoniã destruxerunt domos Hierusalem, ad robur murorum vrbis.

Sirationem historie, & rerum gestarum habere mus, vel hic solus locus satis erat ad confirmandã sententiã Eusebij, quam nos docuit D. Hier. quanq; ego supra ostendi esse veterũ patrum,

patrum, & ad refellendam sententiam illius Iudæi, quam refert D. Hierony. hoc enim quod hoc loco significatum est à propheta, neque factum est bello Assyrio, neque Babylonico. Factum est autem, antequam prouocarentur arma Romana, ut leges apud IOSEPH. de bello Iudæico lib. 5. cap. 3. & deinceps, ubi proditum est memoria, Iudæos post Christi crucem, urbem Hierusalem triplici muro cinxisse, & constabilijisse murum antiquum, & duxisse alios duos muros, & fossam quoque duxisse, ubi multe sunt domus dirutæ: quod tralatio Lxx satis planè præfert, Quoniam destruxerunt domus Hierusalem, ad firmandos muros ciuitatis, vel ad robur murorum urbis. Quod tralatio D. Hieron. dixit, Destruixistis domos ad muniendum murum, i. ad muniendos muros tres illos, ut singularis numerus pro plurali ponatur. Intelliges quoque ex eodem Iosepho locis citatis aquæ ductus factos multos, & in ciuitatem deductos, ut aqua suppeteret urbi, si contingeret cingi obsidione. Quin & huius piscinæ mentio facta videtur eodem cap. à Iosepho, nihil tale legimus factum bello Babylonico, aut Assyrio, sed tantum post crucem Domini. Congregastis aquas: Lxx interpretantur. i. deriuauerunt aquam in urbem piscinæ inferioris, ab antiqua natatoria. Excidit dicere, te posse legere commentum Iudæorum de Sobna, in Thesauo linguæ sanctæ, in dictione, quadam, ubi multa loca in uerba reperies à Iudæis, quæ apostoli interpretantur.

Commen-
tum Iudæo-
rum de So-
bna, & ei-
proditiōne

D. HIERONYMVS.

Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris.

Piscina Hebraicè est הַבְּרֵכָה, haberechah, porro vox Hebræa, Hispana est facta, ut multa nomina Hebræa recepta vulgò apud Hispanos sunt, nam, ה, articulus est, bereca, præposito articulo, el, pro el berecha, Hispanè dicitur alberque. Rabini non solum in sententijs, sed in verbis etiam errant frequentissimè: sunt enim sutores, pelliones, omnis doctrinæ expertes, qui berechah, piscinam, putant esse locum lapidibus structum, quem cisternam appellant, quod aqua pluuie confluit. Et reprehendunt rabi Dauid, quod fontem esse dixerit, & aquarum scaturiginem, cum vel hic locus Esaiæ iuxta tralationem Lxx virorum satis argumèti esse posset ad probandum esse fontem, cum aquæ piscinæ intromittuntur in urbem: & cap. 7. sunt aquæ ductus piscinæ, & in cisterna aquæ pluuie aquæ ductibus opus non est. Et Iosephus quoties refert historiam veteris testamenti, καλομνησθων interpretatur, ut Lxx viri, & D. Ioannes cap. 5. i. natatoriam, ut de bello Iud. li. 5. c. 12. & 13. alibi fontem reddit, cum Lxx senioribus, qui natatoriam & fontem reddunt, ut Reg. 2. cap. 2. ubi vertit D. Hier. supra piscinam Gabana, reddidit Lxx, iuxta fontem. Et Iosephus referens eandem historiam lib. 7. cap. 1. & lib. 2. Reg. cap. 4. ubi reddit D. Hieron. Suspendunt eos supra piscinam in Ebron. Et Reg. 3. cap. vltimo, transiulere Lxx, fontem. Et Ioseph. lib. 8. antiq. ca. vltimo, referens eandem historiam, vndè Vatablus & doctores Hebræi, etiam in uocum explanatione errant. Significat ergo berechah, fontem vel natatoriã, quæ Græcè dicitur καλομνησθων. Habebant em̄ Iudæi multa loca, & multa genera lauacrorũ, hic idem locus ad natandum & ad lauandũ: Hebraicè dicitur berechah, quali dixeris alberqua, cũ articulo præposito: Græcè καλομνησθων. i. natatoria: Latine piscina: quæ vox duo significat, viuarium piscium, & lacum natatorium, quo posteriore intellectu semper accipitur in sacris literis. Ergo significat propheta, post crucem Dñi fecisse Iudæos lacum inter duos muros quando cinxerunt urbem triplici muro iuxta aquam piscinæ veteris, vel ad aquam piscinæ veteris, intellige ex aqua piscinæ & natatoriæ Solomonis, quæ erat natatoria antiquissima urbis. Quid enim antiquius Solomone? & opinor hanc esse natatoriã, cuius meminit Ioan. cap. 5, quæ cum ab angelo moueretur, sanabat eum ægrum, qui primus intrabat aquas, & Solomon templum ædificauit, & dicebatur natatoria Solomonis, quam eandem appellari puto natatoriam veterem, aut antiquam: vndè propheta deflet hanc natatoriam dirutam paulò infra. Ergo fecistis lacum ad aquam. i. ex aqua piscinæ veteris, quam deriuastis in illum lacum, quem fecistis, & hoc verba Hebræa significant, quæ ad verbum reddi possunt, Et congregationem fecistis inter duos muros, aquas natatoriæ veteris. i. fecistis inter duos muros aquarum congregationem, deriuando illuc aquas veteris natatoriæ, quod Lxx seniores dixerunt: Et fecistis vobis aquam,

Iudæi er-
rant etiam
in uocũ in-
terpretatio-
ne.

bis aqua. i. cõgregatione aquarũ inter duos muros interioris, vel interiorẽ, hoc est, intra urbem, ut inde possitis ad aquari, si cõtingeret oppugnari urbem Natatoriæ antiquæ, in casu genitino est, ex lectione Hebræa, ut sit: Fecistis aqua natatoriæ antiquæ. ut flueret inter duos muros, factis aquæ ductibus, interioris. i. magis intra urbem veterem, diruta natatoria Solomonis.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidistis.

Et nõ inspexistis in eum, qui a principio fecit eam, & qui creauit illam non vidistis.

Hinc apparet, de piscina illa hic mentione fieri probatica, cuius meminit D. Ioãnes. Nã res nota est, alias piscinas, & alia multa ædificia esse diruta, cũ urbs cingeretur triplici muro, ut esset inaccessa, & inexpugnabilis, & ut aquæ copia intra mœnia suppeteret in omneis parteis urbis per aquæ ductus deriuata, ut intelliges ex IOSEPH. lib. 5. de bello Iudæi. Cur igitur inter alias piscinas hæc veterẽ piscinã solã tã opere dolet nisi esset illa pbatica piscina, quæ ab angelo moueretur? præsertim cũ Iosephus noiet piscinã Solomonis. Et Lxx seniores. Nõ inspexistis in eũ, q̄ fecit eã: a principio urbis, s. ad Solomone videlicet, quod Hier. Ad operatione ei' de lōge ad Solom. vel ad Melchis, refert, quæ Ioseph' hui' urbis ædificatore fuisse scribit, qui typi Christi fuerit. Christus. n. fuit verus Solomoni. i. verus pacificus: & verus Melchise. i. verus rex iustitiæ, qui verã struxit piscinã. i. verã aquã baptisimĩ, quæ cœlesti virtute mota ab spiritu. s. vnũ sanat, quia vnũ est baptisima, & vna fides, & hoc puto significare prophetã, cũ dolet non habitã esse ratione ædificatoris huius piscinæ. i. eius qui significabatur per ædificatore huius piscinæ. Dolet nõ cognitũ Christũ, & eius baptisima, cuius typi erant Solomõ, & piscina, dolet nõ habitũ respectum eius, qui creauit illam. i. Dei, & spiritus sancti, qui vim illam delibabat aquis. Nam Esaias, ut dictum est, quoties historias veteris testamenti citat, eas explanat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et vocauit dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluicium, ad cingulum sacci: & ecce gaudium, & latitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, et bibere vinũ. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum: Si dimittet uriniquitas hæc vobis, donec moriamini: dicit Dominus exercituum.

Et vocauit dñs sabaoth in die illa ad fletũ & planctũ, & rasuram, & cincturã sacerum, ipsi autem fecerũt gaudium & lætitiã, iugulantes vitulos, & sacrificantes oues, ita ut comederent carnes, & biberent vinũ, dicentes, Comedamus, & bibamus, cras em̄ moriemur. Et reuelata sunt hæc in auribus Dñi sabaoth, qm̄ non dimittet vobis hoc peccatũ, donec moriamini: hæc dicit Dñs exercituum.

Dominus expectauit post Christũ in crucẽ actũ, quadraginta duos annos, dũ Iudæi respicerent, & locus esset poenitentia. [Et vocauit dñs Deus exercituum in die illa ad fletum & planctum, & ad caluicium] Lxx, Ad rasuram capitis, & ad cingulum sacci. i. ut se faccis cingerent. i. priusq̄ vastaret dñs per Romanos urbis Iudææ, vocauit illos ad fletũ, & poenitentia, pro immani illo flagitio, admissio in Christum dñm. Illi autẽ, tantum abfuit ut abluerent lacrymis tã nefandum crimen, ut crederent omnia morte deleri, nec putarent se daturos poenas tã nefarij sceleris, nec post mortẽ vllas poenas esse arbitrarentur, aut vlla præmia, quod significatur verbis illis: Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Hæc verba citat D. Paulus. 1. Corin. c. 15. iuxta Lxx. CLEM: Alexan. pædagogi lib. 2. c. 1. dictũ putat aduersum homines voluptariæ vitæ deditis, & q̄ verba hæc peccato lethali eos implicarint, id que verbis sequentibus: Nõ dimittetur vobis peccatum hoc donec moriamini: neque mortẽ, quæ sensu priuat, remissionem peccatum ait, sed futuram mortem salutis, mortem æternã. Et lib. 3. pædagogi cap. 11. Hi inquit, non cras morituri erant, sed hæc dicentes mortui erant Deo, sepelientes mortuos suos, hoc est, seipos in mortẽ defodiẽtes. D. CHRYSOS. homil. 50. de ijs qui gehennales poenas credere nolunt, & de iudicio, ebrietatis hæc verba esse ait, & subiungit: Cũ hæc dicitis, mortui iam

Bb3 estis

estis, nihil igitur à porcis differemus, nihil ab asinis quæso? nisi iudicium est, neque retributio, A
neque tribunal, &c. Lege D. AMBR. de Elia, & ieiunio. c. 14. 15. 19. & de interpellatione lib. 2. c. 5
& in psal. 48. in medio. Et reuelata est in auribus meis vox Dñi exercituum, reuelata est: וַיִּשְׁמַע in au-
ribus meis, vel in auribus Dei Sabaoth, nã ratio pñctorũ facit, vt hoc, vel illud significari possit.
D. Hier. vertit reuelatũ est in auribus meis Dei sabaoth: & subaudiuit, verbum. Si, apud He-
bræos accipitur, pro, nõ, vt in illo: Quib⁹ iuravi in ira mea, si introibunt in requiẽ meam. q. nõ
introibunt in requiem meam: & ideo hoc loco Lxx pro, si, posuere, non: si dimittetur, id est,
non dimittetur.

D. HIERONYMVS

*Hac dicit dominus Deus exercituum:
Vade, ingredere ad eum qui habitat in
tabernaculo ad Sobnam propositũ tem-
pli, et dices ad eum. Quid tibi hic? aut
quasi hic? qui excidisti tibi hic sepul-
chrũ, excidisti in excelso memoriale,
diligenter in petra tabernaculum tibi.*

Veteres patres, D. Hier. Cyrillus, Proco. Theodo. & alij hoc loco, Hebræorum sententiã mi-
hi videntur probare. Sed vt sententia Eusebij Cæsariensis, aliorũq; patrũ, qui hoc caput de
Christo interpretantur, defendi possit, & vt melius seruetur prophetiæ consequutio, qui canõ
est interpretandæ scripturæ, fortasse nulla hic historia est Sobnæ, aut Heliachim, sed allegoria
quædam prophetica vñtatissima apud poetas, & philosophos, cuius meminit Quintilia. lib.
8. de tropis, vbi docet genus quoddam esse allegoriæ, sine translatione, nomine tantum mu-
tato vt apud Virgil. in Bucol. Certè equidem audieram, quã se subducere colles Incipiunt, mol-
liq; iugo demittere cliuo, Vsq; ad aquam, & veteris cõfracta cacumina fagi, Omnia carminibus
vestrum seruasse Menalcam. Quibus versibus res gesta narratur, Virgilium scilicet suis carmi-
nibus impetrasse ab Augusto Cæsare ne sui agri diuiderentur militibus, cum Mátuæ agri, quod
Mantuani Antonio fauissent, militibus Augusti diuiderentur. Vbi, inquit Quintil. cætera prop-
rijs decisa sunt verbis, verũ non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus *et ad eũ qui*
illud munus ab Augusto. Vndè subiicit, Ni monuisset cornix, Nec tuus hic Moeris, nec viueret
ipse Menalcas. Huius generis allegoriã hoc loco fieri arbitror. Cũ em̃ torus mĩdus, vt est apud
D. Ioannẽ, Christũ sequeretur, momẽto tẽporis mutauit mentẽ impia Iudæorũ natio, & à Pila-
to clamorib⁹ petijt, vt hũc, quẽ paulo ante publicis acclamationibus sparso solo ramis Christi
dñm erat testata. cruce afficeret, idq; inductu Phariseorũ, quorũ apud vniuersam plebẽ, vt le-
ge sapud Iosephum de Antiq. Iudaic. lib. 13. ca. 18. & cap. vigesimotertio, erat authoritas tanta,
vt nutu, & renutu, quod vellent, animũ multitudinis cõmutarent, & aduersum tyrannos, & pon-
tifices ipsos (tyrãni em̃ erãt quos eo tẽpore Iudæi Reges appellabãt,) quibus cũ accessisset Scri-
barũ, & Pontificũ authoritas, & sacerdotũ & principũ Iudæorũ, facta est illa, de qua diximus,
tantã mutatio. Vndè propheta Esaias cõsilia phariseorũ, & Iudæorũ tã crebrò detestatur, & plũ-
rima illis impendere mala prænunciat, quæ omnia in illorũ recidere capita, quod Christi mor-
tis hi sustinere culpã. Indulgẽtissimus tñ dñs ita hoc prædicit, & ita illis hoc loco hæc mala mi-
natur, quãtũ ego sentio, vt noie ipso oret vt cõuertãtur & ad Christũ redeãt, & Sobnã appellet
phariseũ oẽm, & scribã, & pũtificẽ, & principẽ oẽm Iudæorũ. i. cõuertere quæso. id. n. Sobnã si-
gnificat. Sob. cõuertere, na. quæso. Sic. n. in actis apostolorũ Petrus, & Paulus Iudæos alloquũ-
tur, Cõuertimini fratres, pœnitentiã agite. Fortasse ergo sic omnẽ magistratũ Iudæorũ appellat
Sobnã, vt Virg. se appellauit Menalcã, referẽte Quint. q. se opposuerit militib⁹ armatis, & Hora-
sũ Mœccenatẽ nominat Malchinũ: Demissis tunicis Malchinus ambulat: q. mollibus vestibus
vteretur more foeminarũ, à *Malchinus*, mollis. Et apud Plat. in Symp. Alcibiades suũ Socratẽ, Silenũ
nominat, à similitudine corporis, & sapientiæ singularis, quorum vtroq; Silenũ mirabiliter re-
ferre videbatur. Sed hic tropus tam frequens est apud poetas, & oratores, & in vsu quotidiano
vt vel nolẽtibus in oculos incurrat. hæc fortasse huius loci sententiã est, qua prædicũtur mala im-
pẽdẽtia Iudæorũ principib⁹, post Chũ crucẽ. nec. n. historia huic capiti cõgruit qd̃ sensit D. Hier.
anceps

Om̃is tro-
pus & oẽ
schema ora-
toris Canon
est interpre-
tandæ scri-
pturæ vt do-
cet August.
de doctrina
Christiana
c. 4. lib.

Anceps est, nam primis commentarijs, Iudæi illius præceptoris sui sententiam damnat, eãdem
secundis commentarijs sequitur, tanquam Sobna prodiderit R apfaci, duci regis Sennacheri-
bi partem vr̃bis Hierosolymorum, quod neq; scriptura prodidit, neq; Ioseph. de Antiq. li. 7.
cap. 1. vbi illam historiã scribit, quanquam soleat is, quippe Iudæus, multas historiæ interte-
xere fabulas. Quin si expendas, & conferas commentum Iudæorum cum verbis Esaia cap. 36.
& 37. pugnare reperias frontibus aduersis. It enim Sobna ad Esaia iussu regis, & respondet
Esaia Sobnæ, promississe Dominum liberaturum Iudæos, & nihil pericli futurum vr̃bi Hiero-
solymorum, si postea capta pars vr̃bis est, mendax fuit prophetia Esaia, prophetia verò nõ
potest esse mendax. Ergo quod Iudæi tradunt de prodicione Sobnæ, & capta vr̃bis parte im-
pudens mendacium est, atque ad eũ impudentissimum, quod aduersetur scripturæ sacre, vi-
dit hoc D. Hier. (neque enim res tam perspicua potuit fugere tantum diuim) putat fuisse alios
quosdam hunc Sobnam, & hunc Heliachim, quorum hic meminit Esaia, quanuis nulla literis
sacris eorum sit mentio facta. Sed si fuisset vir aliquis tali virtute, quali describitur Heli-
achim (nemo enim veterum patrum ita laudatus est, vt hoc loco Heliachim laudatur) si talis, in
quam vir, & tali virtute præditus fuisset, non arbitror literas sacras de eo fuisse tacituras. Ideo
D. Hieronymus primis & secundis commentarijs anceps est, & dubius, quod hæc referat. Ego
cũ videam eisdem veteres patres, atque ad eũ omnes qui hoc loco sententiam Iudæorum
probant, inferiora quæ de hoc Heliachim dicuntur, vno cõsensu de Christo interpretari, ad-
hibendum huic loco puto Canonem scripturæ, quem præscribit August. & Origen. vt si de
intellectu alicuius loci scripturæ constiterit, antecedentia, & sequentia, de quibus fuerit du-
bitatio, eodem referamus, cũ D. Ioannes in Apocalyp. & patres veteres omnes, sequentia ad
Christum referant, & Heliachim Christum Dominum interpretentur, reliquum est, vt hæc
eodem sint referenda. Est igitur prophetia hæc sita in verbis, hoc est, in significatione vocum
Hebræarum, & in ipsis nomenclaturis, quales etiam ioci vulgò sunt multi in Hispanis carmi-
nibus, quoties aliquis non significatur proprio nomine, sed nomine aliquo imposto, quo is
intelligatur, qui seommate tangitur, quod in poetis Latinis, & Græcis epigrammarijs est fre-
quentissimum, vt non proprio nomine is appelletur, qui incestitur conuicijs, sed alio tecto
nomine, ita conficto ex moribus hominis, vt facile is qui reprehenditur, intelligatur ab acuto
lectore, quæ exempla sunt frequentissima in poetis, & in sacris literis non rara: vel cũ apud
Ezechielem Oolla Israël appellatur. i. castra, quod fuerint castra Dei, & iam essent castra, vbi
Deus non esset. Et Ooliua Iuda appellatur, quod sint ibi castra Dei, & apud Oseam, non popu-
lus meus, dicitur proprio nomine puer ille, vt significetur populus Gentium: & alter puer no-
minatur populus meus, vt significetur populus Iuda: & puella illa vocatur, absque misericor-
dia, vt significetur synagoga Iudæorum. Quæ omnia sic explanant literæ apostolicæ, quorum
exemplo hoc loco, Sobna. i. reuertere quæso (id enim significat hæc vox Hebræa) explanabi-
mus pro pontificibus, & sacerdotibus Iudæorũ, quod Dominus per quadraginta duos annos
illos expectauit post Christum in crucem sublatum, rogans vt conuertantur, appellas eos mo-
re omnium prophetarum, nomenclatura ea, quæ rebus sit consentanea. Sobna, conuertere ob-
secro, quod Dominus eos rogabat per apostolos, vt leges centies in actis Apostolorum, cũ
apostoli dicerent: Conuertimini fratres, agite pœnitentiã, baptizetur vnusquisque, &c. vn-
dè, Sobna conuertere obsecro, nomenclatura est conueniens populo Iudæorum, rogato ab a-
postolis vt conuertetur, non minus consentanea, quàm nomenclatura puellæ apud Oseam,
appellatę Loruchamach. i. absque misericordia, qua significabatur synagoga, quæ futura erat
absque misericordia, quod nõ crediderit Christo, & non minus conueniens, quàm nomen-
clatura pueri illius apud eundem Oseam, Loami. i. non populus meus, qui puer significabat popu-
lum Iudæorum, qui non erat populus Dñi, vt interpretatur D. Paulus. Ergo alloquitur sacerdo-
tes & pontifices, quos sub nomine, Sobna, intelligit, vt sub nomine, Oolla, apud Ezechielẽ in-
tellexit populum Israël, & sub nomine Ooliua, intellexit populum Iuda. Alloquitur enim sa-
cerdotes, & pontifices, qui post crucem Dñi credebant non complendas prophetias (vt supra
diximus ex Iosepho) & credebant se impunẽ laturos mortem Dñi, & ædificabant magnificen-
tissima sepulchra, & domos magnificas, vltima impendente ruina, prædicit ruituram vr̃bem,
& ducendos captiuos sacerdotes, & pontifices eos, qui gladio non ceciderint, vt superfe-
deant ædificare magna monimenta, & ruituros ait cum Domino illorum. i. cum rege il-
lorum, nam sub aduentum Christi, vt prædictum erat, Romani deferebant regnum Iudæo-
rum qui-

rum, quibus vellent. Hæc D. Hieronymus. Lxx verò totius huius loci sensum reddidere potius quam verba. Vade ad Pastophorium. i. ad templum quod habet multas pastas. i. porticus multas, ad Sobnam præpositum templi, siue quæstorem, cui concredita erant scripta sacra. Et nota Domini indulgentiam, sic minari vltimum exitium Scribis & pharisæis, qui auerterunt plebem, ne crederet Christo, nam si scribæ, & pharisæi, & sacerdotes Christo credidissent, vniuersi credidissent. Sic igitur illis minatur vltimum exitium, vt nomine ipso roget, vt conuertantur ad Christum: Sobna conuertere quæso. Pastophoriū, etiā vertit Iosephus, vt Lxx viri.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus. Ecce Dominus Sabaoth eijciet, & conteret virum.

Qvod suprà ad pharisæos, & sacerdotes sub nomine Sobnæ (vt dictum est) verba facta sunt: Vade, & propheta, ingredi ad eum qui habitat in tabernaculo. i. ad omnem sacerdotem, qui habitat in domo Dei, ad Sobnam præpositum templi. i. ad sacerdotes, qui præpositi sunt templo Dei (nam suprà pluribus verbis dictum est, cur Sobna pro omni sacerdote ponatur) & dices ad eum, & propheta, quid tu hic? supple stas? aut quasi quis hic? i. quasi aliquis sit futurus hic reliquus, quasi non periturum sit templum, & omnis sacerdos templi post crucem Domini, quasi aliquis sit futurus sacerdos in hoc loco. Qui excidisti tibi sepulchrū. i. qui edificas tibi magnificum sepulchrum, & excidisti memoriale. i. monumentum fecisti, & tumulum in excelso loco, & fecisti tabernaculum tibi. i. domos magnificas in petra. i. lapidibus politis: sequitur. Ecce Dominus asportari te faciet, vel eijciet te. i. frustra edificas magna edificia, & magnas domos, nam Dominus faciet te asportari captiuum à Romanis, vel eijciet te ex Iudæa in vltimas terras, & non humaberis in his sepulchris magnificis, quæ edificas, neque habitabis has magnificas ædeis, quas ædificatis: Hebraicè est, פרוץ ירושלים. i. projiciet te, subaudi à Iudæa in vltimas terras, quod D. Hieron. dixit asportari te faciet. Deindè sequitur, פרוץ ירושלים, proiectione fit, Ecce Dominus projiciet te proiectione. postremò, גביר, quæ vox significat gallum gallinaceum, & sic vertit D. Hier. proiectione galli gallinacei vt sit: projiciet te Dominus proiectione galli gallinacei: & est sensus, tã facile te projiciet omnibus vrbibus Iudææ, quã facile projicitur vel à puero quouis gallus gallinaceus, quod dictum est ideo quia Iudæa ita munierant vrbes triplici muro, cum alioqui esset inexpugnabilis loci natura, quod sita esset in quatuor collibus editissimis à tergo præruptis, & tot erexerant turreis, & tam magnas sibi fecerant vires, tot prouincias sibi iunxerant amicitia, & fœdere, vt putarent se esse insuperabileis, & hac causa prouocauerint arma Romana. Tam facile (inquit Dominus) vincemini, & expellemini ex omnibus vrbibus Iudææ in vltimas terras, quam facile projicitur domo gallus gallinaceus, significat etiam גביר, virum & sic reddidere Lxx, Ecce Dominus eijciet te eiectione viri: & intellexere hunc locum, Ecce Dominus eijciet te vrbibus Iudææ eiectione viri. i. quãdo eijciet omnem virum. castiganda est tamen lectio Lxx ex lectione Hebræa, sic, Ecce Dominus Sabaoth eijciet te, & conteret virum. Reddunt enim hoc loco & D. Hieron. & Lxx sententiam, & sensus est: Ecce Dominus Sabaoth eijciet te vrbibus Iudææ, & conteret virum, supple Iudæam, conteret omnes viros Iudæa armis Romanis post crucem Domini.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et quasi amictū sic subleuabit te. Et auferet stolam tuam.

Lectioem Hebræam sic vertes ad verbum, ושי, & vestiet te ושי, vestiendo, vt sit totū & vestiet te vestiendo, quod D. Hieron. superiora verterat, ita vt sensa expresserit, non numerauerit verba, & dixerit Iudæos, qui putabant se esse inexpugnabiles, & vrbe tam munita, & viribus humanis posse effugere Deum, tam facile asportandos ab hostibus in vltimas terras, quam facile asportatur gallus gallinaceus, quod fortissimi quique & munitissimi, si aduersetur Deus, gallinis sint magis imbelles, conuenienter superiori sententiæ explanat hæc verba: Vestiendo vestiet te, hoc est faciet te vestimentum, quod reuinctum nullo negotio miles super humerum baiulat & ambulat, ita te vincit nullo negotio captiuum ducet in vltimas terras. & sic vertit, quasi amictum sic subleuabit te, i. quasi pallium, & vestes reuinctas & colligatas.

A colligatas super humerum tollit miles, & ambulat, sic facile te tollet nullo negotio, & captiuū ducet. Lxx viri aliter hæc verba intellexerunt, Et vestiet te vestiendo, i. demet tibi hanc splendidam vestem pontificiam, & induet vestibus, quibus dignus es, & sic putarunt his verbis significari, quod hostis auferet stolam pontificiam, & sacerdotalem: & reddidere, Auferet stolam tuam. i. auferet hunc ornatum magnificum, quo nitetis vos pontifices & sacerdotes, & vestiet vos centonibus, vt captiuos miseros, reddunt enim sententiam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Coronās coronabit te tribulatione, quæ si pilam mittet te in terram latam, & spatiofam. Auferet stolā tuā, & coronā tuā gloriosā, & projiciet te in terram lōge summotā, & infinito spatio distatē.

Lectio Hebræa ad verbū verbi potest: Coronās coronabit te corona, sicut pilam ad terram latam & spatiofam. & priora illa verba, Coronās coronabit te corona, interpretatur D. Hieron. subaudito nomine tribulationis, & ita vertit: Coronās coronabit te tribulatione, quæ si diceret, hostis auferet coronam tuam pontificiam tibi, & coronabit te corona miseriæ, vt dignus es. Eodem modo intellexere Lxx, qui putarunt significari his verbis auferendam populi Iudaici coronam pontificiam, & imponendam capiti coronam miseriæ: & ita contenti fuere dixisse coniunctim cum superioribus, Auferet stolam tuam, & coronam gloriosam. i. hostis auferet vestem pontificiam tibi, & auferet tibi vestem gloriosam pontificatus, & coronaberis merita corona miseriæ & calamitatis. Sequentia verba eodem modo interpretantur etiā, subaudito verbo, mittet te, vt fit, mittet te hostis in terram latam, & spatiofam. i. in terras vltimas te mittet captiuum, reddunt enim sensa D. Hieron. & Lxx viri, non verba.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ibi morieris, ibi erit currus gloria tua, & ignominia domus Domini tui, & expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Ibi morieris, & ponet currū tuū pulchrū in ignominia, & domū principis tui in conculatione, & aufereris à dispensatione tua, & de gradu tuo.

Go mirari satis nequeo veteres patres, qui Iudæorum interpretationi fidem habuere, nõ expendisse, præter ea, quæ suprà diximus, hæc nullo modo posse cohærere. cum Iudæorū illo commento impudentissimo. Prodidit ne Sobna partem vrbis? & manet in vrbe quam prodidit? & manet in regis ministerio, & manet per quindecim annos quibus vixit Ezechias Dei munere, & beneficio? & manet quandiu regnat eius filius Manasses quoad ducitur vnā cū eo captiuus, & semper manet pontifex max. & tandiu viuit in splendore summi pontificis, & has luit pœnas proditiōis, vt ex scriba, fiat pontifex max. & pontificatu fruatur toto regno Ezechia, & toto regno Manasses, & viuacior sit Titono? Hæc quæ cohæreant quis non videt? Igitur hæc ad pontifices, & sacerdotes, & scribas referes, vt suprà dictum est. Ibi morieris. i. in captiuitate, ibi erit currus gloria tuæ. i. ibi pro curru glorioso, quo, vt pontifex max. & sacerdos vectabare Hierosolymis, reddetur tibi currus, quo veteris, asinus scilicet, quo, vt vilissimum mancipiū adæquator eris, & lixa, is illic erit currus gloria tuæ. & ignominia domus Domini tui (supple erit ibi) hoc est, Dominus tuus rex erit ignominiosissimè ibi, nam tyranni Iudæorum, & eius progenies aut periere bello, aut miseram seruitutem seruiuerunt. Expellam te de statione tua, & c. i. amoueberis sacerdotio, quod post Christum Dominum nec fuit rex, nec sacerdos, neque propheta. Lxx aliter dispungunt lectionem Hebræam, legere enim, Ibi erit currus gloria tuæ ignominia (nam Hebraicè non est coniunctio, &) hoc sensu. i. ibi in captiuitate pro curru glorioso pontificio tuo, erit tibi summa ignominia. Deindè, Domus Domini tui dixerit, & domus Domini tui nam coniunctiones apud Hebræos intelliguntur, non exprimuntur, & domus Domini tui (supple erit ignominia in captiuitate) i. omnis familia regia ignominiosam seruitutem seruiet, hoc enim significarūt Lxx cum verterunt: Ponet currū tuum pulchrū ignominiam, & domū principis tui in conculationem, & expellā te de statione tua. i. non erit amplius sacerdos, neque propheta, neque rex.

Bb 5 D. HIE.

Et erit in die illa vocabo seruum meum Heliaquim filium Elquia.

Et erit in die illa vocabo seruum meum Heliaquim filium Chelquia.

ENeliaquim, qui cap. 36. apud Esaiam magister aulae Regiae, & maior dignitate erat, quam Sobna, hic contra minor dignitate, sufficitur in locum Sobnae: reliquum est ergo ut repetas, in hunc locum ea, quae diximus omnia in illa verba superiora huius cap. Hae dicit Dominus Deus exercituum, vade ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam, &c. & quando ostendimus hic nullam esse historiam, nec esse posse, sic existimes explanandum hoc loco Heliaquim, vt apud Ezechielem Oolla & Ooliua, vt oolla sit populus Israel, Ooliua populus Iuda, vt Dominus docet ex significatione vocis, quod nomen alterum significet castra, vbi non habitat Deus, quales erant decem tribus deditae idolatriae, & Ooliua, castra vbi habitat Deus. i. populus Iuda, vbi erat templum Dei, & sacrificia, & sacerdotia. Et reliquum est vt haec explanes vt apud Oseam puellam dictam Loruchamah. i. absque misericordia, hoc est synagogam, cuius post crucem Domini nulla erit misericordia apud Deum, nisi conuertatur ad Christum. Et quemadmodum non putas fuisse vllam meretricem dictam Ooliua, & Oolla, sed per parabolas illas significatum populum Israel, & populum Iuda, sic arbitrere non necesse est hic subesse historiam Heliaquim, aut Sobnae, quando omnia repugnant, sed per Sobnam significatum sacerdotium Iudaeorum, ea ratione, qua dictum est: per Heliaquim Christum, qui repudiato sacerdotio Iudaeorum, in eius locum sufficitur sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: quod nomen ipsum significat. Nam vt Oolla, castra significat sine Deo, & pro Israele accipitur: & Ooliua, castra vbi est Deus, & pro populo Iuda sumitur, nec intelliguntur fuisse vllae foeminae sic appellatae, quauis apud Oseam verè puella fuerit appellata, absque misericordia, quae typus fuit synagoga, & verè puer fuerit appellatus, ami. i. populus meus, alter, loami. i. non populus meus, typi populi nationum, & populi Iudaici: sic hoc loco Heliaquim, Deus resurgens est, vel, Deus resurgere faciens: el, Deus, iaquim, resurgere faciens. i. Christus Deus, causa nostrae resurrectionis. Nec necesse est intelligi, fuisse aliquem isto nomine, vt non necesse est intelligi, fuisse meretrices aliquas Oollam, & Ooliuam, sed hoc nomine significari Christum, qui est Deus causa nostrae resurrectionis, qui fuit filius Helquia, vel, Chelquia, quodd, n, interim apud nos vertitur in, h, interim in, ch, vt supra ex veterum auctoritate ostendimus: Chelq porro, vel Helq, haereditas est Latine, ia, Deus, Chelquia, vel, Helquia, haereditas Dei. Christus ergo resurgens, Deus fuit, filius haereditatis Dei. i. synagoga, quae erat haereditas Dei ante Domini aduentum. Ergo sensus est, pulso sacerdotio Iudaeorum, vocandum ad sacerdotium sempiternum Heliaquim. i. Deum resurgentem a mortuis, nam post Christi passionem cessauit sacerdotium Iudaeorum, & resurgens Christus sufficitur est in eius locum Deus resurgens, vel Deus resurgere faciens. i. qui suscitabit corpora nostra e monumentis, filius Chelquia. i. haereditatis Dei, hoc est synagoga, quae erat haereditas Dei, natus videlicet ex semine Dauid. nam supra ostendimus ex significatione vocabulorum magnum thesaurum erui, vt docet D. Chrysof. & D. Hieron. & alij patres.

Induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum: & potestate tua dabo in manu eius.

Induam illum stolam tuam, & coronam tuam dabo ei & imperium, & dispensationem tuam dabo in manus eius.

Diuus Hier. ad verbum haec reddidit, Lxx viri commentarij sunt potius quam interpretes hoc loco. Nam veluti facta paraphrasi, significant sacerdotium transferendum ad Christum, quem propheta appellat Heliaquim. i. Deum resurgentem, quod ad Christum Deum post sacratam eius resurrectionem, translatum sit sacerdotium Iudaeorum, quod eius morte & resurrectione cessarit lex vetus, quod vt significarent Lxx dixere, pro, Indua illum tunica sua, & cingulo tuo: Induam illum stola tua, & corona tua, quod stola & corona, quae cidaris dicebatur, magis nota insignia sacerdotij erant, quam cingulum (quanquam cingulum quoque insigne sacerdotij erat.) & quod D. Hieron. vertit, Confortabo eum, vt esset, cingulo tuo confortabo eum

Ab eo eum. i. cingam eum cingulo sacerdotij. i. dabo ei robur spiritus sancti, quod datur sacerdotibus cum cingulo sacerdotali. Lxx orationem integram fecere, cum enim dixissent: Induam illum stola tua, & corona tua. illic finita sententia, nouo initio edidit. Confortabo eum, quod interpretati sunt dabo ei imperium, iuxta illud D. Pauli, *ἡ δὲ ἐξουσία καὶ ἡ ἐξουσία ἐστὶν ἡμῶν*, cui honor, & imperium sempiternum. Et potestatem tuam dabo in manu eius, vel vt Hebraice est, dominationem tuam dabo in manu eius, quod Lxx vertere, Dispensationem tuam dabo in manu eius, vt quae tu administrabas, administret Christus.

Et erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Et erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & habitantibus Iuda.

Quasi, in translatione D. Hieron. & Lxx virorum non est aduerbium similitudinis, sed veritatis, vt in illo: *ἡ δὲ ἐξουσία καὶ ἡ ἐξουσία ἐστὶν ἡμῶν*. Hierusalem habitanti patrem in erit Et quasi vnigeniti a patre, quod ex lectione Hebraea intelligitur, vbi non est hoc aduerbium, sed legitur, Erit in patrem, vel, erit pater habitantibus Hierusalem, quod est multo significantius. Christus enim pater & caput suae Ecclesiae est, & ideo dicitur pater habitantibus Hierusalem. i. Ecclesiam Dei, & domui Iuda. i. ecclesiae Dei, quae Dominum confitetur, domus enim Iuda populus Christianus est, qui vere Deum confitetur, na Iudaei iam non dicuntur Iudaei, sed Iudaei secundum carnem, Iudaei tantum nomine, non enim nouere Deum, nec eum confitentur. Na qui non confitentur filium, non confitentur patrem: & Iudaeus, Hebraice, confitentem Deum sonat.

Dabo clauem domus David super humerum eius. Dabo ei clauem domus David super humerum eius.

Diuus Ioan. apocalyp. cap. 3. citat hunc locum, & explanat de Christo, vnde iuxta canonem praescriptum ab August. & Origene, quo monemur, vt si de intellectu alicuius loci scripturae constiterit, antecedentia, & sequentia eodem referantur, si dubia sint. Liqueat superiora, & sequentia ad Christum referenda, quando D. Ioannes haec verba de Christo interpretatur, adiuuat quoque Canon Hilarij, quo monemur spiritum sanctum semper aliquid adtexere scripturae, & vaticinijs de Christo, quod vetet referre ad alias historias: iuxta quem canonem si vnum aliquid esset adtextum quod repugnaret historiae, & alia ad Christum spectarent, ad Christum referre necesse esset. Sunt mille repugnantia historiae, ad quam conantur referre Iudaei, vt ostendimus: igitur non ad historiam, sed ad Christum literaliter referas necesse est, quoniam ad Christum multa spectant.

Et aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat. Et aperiet, & non erit claudes: & claudet, & non est aperiens, & dabo gloriam David ei, & imperabit, & non erit contradicens.

Diuus Ioannes apocalyp. cap. 3. hunc locum citat iuxta translationem Lxx virorum, si Graeca Graecis conferas, & de Christo interpretatur. Lxx quoque viri addidit huic loco commentarium, vt iam ostendemus, quo haec referunt ad Christum Dominum. THEODO. Simul, inquit, his verbis pontificia dignitas, & regalis datur Christo. PROC. Dicitur est Christus accepisse gloriam David, quod acceperit regnum, superintelligibilem, & spiritalem Israel. Ergo sic interpretabimur haec. Datur clavis David super humerum Christi, cum imponitur super humerum eius crux veneranda, qui aperit, & nemo claudit, qui claudit, & nemo aperit, quod solum diuinae potentiae est, praesertim quod neque Graece neque Hebraice legitur, nemo, sed generaliter magis: claudit & non est qui aperiat: aperit, & non est qui claudat, quod aperte, & plane de Deo dicitur, etiam si D. Ioan. non esset interpres. Soli enim Deo haec verba conueniunt, vt claudat, & non sit qui aperiat, aperiat, & non sit qui claudat. Et aduerte quod pro pontifice regis ministro, quod apud Iudaeos pontifex max. praesertim temporibus Christi regi seruebat, quem imperator Romanus praeficiebat Iudaeis sub aduentum Domini, datur sacerdos, & rex. Quando enim pro pontifice mi-

fice ministro regis datus est vnquam sacerdos, & rex, nisi Christus? Nam apparet huic Helia-
 quim. i. Deo resurgenti datam esse clauem David, & clauis David non datur nisi regi & Domi-
 no, cui datur possessio. Et clauis David non datur sacerdoti, regi datur, neque cuiquā datur su-
 per humerum nisi Christo: de quo dictum est, Principatus eius super humerum eius. Hoc pra-
 se tulere Lxx viri, qui addidere de suo, loco commentarioli: Dabo ei gloriā David: hoc de mi-
 nistro regis nemo dixit vnquam, sed neque de rege quopiam in sacris literis dictum reperias,
 Dabo ei gloriā David, nisi de Christo Domino. Pro ministro ergo regis pontifice, datur pō-
 tifex, & rex. Tute hoc dispice quando hoc factum sit nisi Christi tempore, qui est rex & sacer-
 dos. Addidere praeterea de suo Lxx commentariolum aliud: Et imperauit, & non erit contra-
 dicens. PRO COP. Christo inquit regi, & pontifici, non fuit cōtradicens, non enim proficiet
 inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et si Israel ei contradixit, obediere
 gentes, vndē ipse ait, Libera me ex cōtradictionibus populi & constitues me in caput gētium,
 & Populus quem nō cognoui, obediuit mihi: & Sede à dextris meis donec ponam inimicos
 tuos scabellum pedum tuorum, & cum tradiderit regnū Deo & patri, omnia erūt ei subiecta.

D. HIERONYMVS.

LXX. VIRI.

Et figam illum paxillum in loco fideli. Cōstituam eū principē in loco fideli.

Dictum est Lxx, obscura non reddere ad verbum, sed enodare: quod ergo propheta dixe-
 rat, Figam illum paxillum. i. constituam illum regem, quod ex rege pendent omnia, ve-
 lut ex palo fixo in pariete. Lxx viri ita interpretantur, vt dictum sit: Figam illum velut palum
 in pariete firmum, & inconcussum vndē omnia pēdeant. i. faciam illum principem, vndē pen-
 deat omnis potestas: edidit enim: Constituam eum principem in loco fideli, hoc est in loco
 firmo & inconcusso, quia permanebis cum sole in generatione, & generationem, & thronus
 eius sicut sol in conspectu Domini, & ex ipso pendent omnia, quia, vt ipse ait, Data est mi-
 hi omnis potestas in caelo & in terra.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erit in soliu gloria domui patris sui. Et erit in soliu gloriae domus patris eius.

HAEC oratio Hebraicè plana est, quod D. Hieron. nescio cui historiae voluit eam accommodare, facta est obscu-
 rior. Tralatio quoque Lxx virorum hoc loco vitata videtur, nam quæ planè nimis de
 Christo loquebatur, vitabatur Iudaei. Ergo, וְיֵשׁוּעַ, & erit: לְכֶסֶף, folio, כְּבוֹד gloria: vt sit totū,
 Et erit folio gloria, hoc est, erit Christus hic dictus Heliaquim. i. resurgēs De⁹, folio regni Davi-
 dis gloria. Deindē, domui patris eius. i. & domui patris eius, vt sit sensus, Christus erit gloria so-
 lio regni Davidis, & familiae Davidis, iuxta illud: Lumen & reuelationem gentium, & gloriā
 plebis suae Israel. Et sic tralationem D. Hieronymi interpretabimur: & erit supple Christus in
 solium gloriae. i. in solio gloriae domui patris sui. i. Dei patris, quia in coelesti Hierusalem se-
 det ad dexteram patris. Et dicitur, in solium pro, in solio, vt apud Cicer. pro lege Manilia, in
 potestatem hostium fuisse, pro in potestate. Et quanuis Pagninus, & Vatablus כֶּסֶף, referre co-
 nantur ad priuatam sedem, nunquam tamen singulari numero hæc vox relata videbitur, nisi
 ad regale folium.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et suspendam super eum omnem glo- Et erit cōfidens super eum omnis glo-
 riā domus patris eius, vasorū diuer- riosus (vel honoratus) in domo patris
 sa genera, omne vas paruulū à vasis sui, à paruo vsque ad magnum, omne
 craterarum, vsque ad omne vas mu- vas paruum à vase craterarū, & pen-
 sicorum. debunt suspensi de eo in illa die.

PRO COP. In domo patris sui. i. in Ecclesia erit, inquit, confidens super eum gloriosus, vel
 honoratus, & paruos. i. summi & infimi, quod personarum acceptor non est, vniuersorum
 Deus, intelliges autem summum & infimum iuxta mensuram ætatis spiritalis. Ergo quod D.
 Hieron. dixit. Suspendam super eum omnem gloriam, verba Dei patris sunt, qui suspensurū
 se ait

A se ait super Christum omnem gloriam ecclesiae, quia ipse est fundamentum ecclesiae, hoc Lxx
 vertere: Erit confidens super eum (super Christum scilicet) omnis gloriosus: in domo patris
 eius à paruo vsque ad magnum. i. omnis ordo beatorū, à suprema hierarchia, vsque ad infimā,
 quod significant verba illa, Vasorum diuersa genera, omne vas paruulum, à vasis craterarum
 vsque ad omne vas musicorum. Nam vasa dicuntur, & vasa varij generis mentes beatorum
 pro varia capacitate, & pro varijs officijs, & pro varietate hierarchiarum, & ordinum, & hoc
 significat varietas vasorum, nam vasa, omnia instrumenta dicuntur crateres, pocula, vbi dilui-
 tur vinum aqua, & pocula, quibus bibimus vinum. significat etiam lampades, quæ in tēplo ar-
 dent. Vasa musica, instrumenta musica sunt, quæ varia sunt, vt mentes varia, quæ diuinas reso-
 nant laudes. Pro his omnibus Lxx qui sensa reddunt, & non verba dixere, Omnis gloriosus
 in gloria illa caelesti à paruo vsque ad magnum. vt intelligeremus sic interpretari, quæ reliqua
 erant ex allegoria, miscent enim tropicis locutionibus veritatem, quod dixit D. August. qua
 de re pluribus supra dictum est. Certè lectio Hebraea tralationi D. Hieron. consentit mirabili-
 ter, & repugnat tralationib⁹ Vatabli & Pagnini, quibus videtur placuisse sententia Rabinorū,
 Lxx vin hic locis omnibus obscuris, commentarij potius videntur, quam tralatores. Itaque
 addunt hoc loco: Et pendent suspensa de eo in die illa. i. omnia pendent. à Christo.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Indie illa dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli & frangetur, & cadet, peribit quod pependit in eo, quia Dominus locutus est.

Hæc dicit Dominus Sabaoth, Mouebitur homo stabilitus in loco fideli, & auferetur, & corruet, & dissoluetur gloria quæ super eū, quia Dominus locutus est.

Paxillus, Lxx interpretantur more commentariorum. i. homo auferetur, mouebitur lo-
 co suo, quod miscent allegoriæ veritatem, vt intelligeremus sensum huius loci esse quod
 corruet, & cessabit sacerdos veteris legis, & cessabunt omnia quæ ab illo pendent, sacrificia om-
 nia, carimonia omnes, post Christi passionem, & resurrectionem. Et miror. D. Hieron. hoc
 loco hæsitasse in re tam perspicua: nam fixo paxillo vno. i. constituto vno principe Christo, ne-
 cesse est vt alter paxillus refigatur. i. vt tollatur sacerdos veteris legis, & necesse est vt transla-
 to sacerdotio, legis translatio fiat, & lata vna lege, abrogetur altera, quæ de eadem re lata erat.
 D. Hieron. intellexerat eundem paxillum refigendum esse, quem se fixurum Dominus dixe-
 rat: minime, sed fixo paxillo, constituto Christo rege, & data Christo omni potestate, refige-
 tur alter paxillus, sacerdos veteris legis, & vetus ipsa lex, & omnia, quæ indē pendent cor-
 ruēt. Erat enim iam Christus quem Paulus appellat τὸ θεμέλιον τῆς ἀληθείας ἢ τῆς ἐκκλησίας. i. fundamentum
 veritatis, & stabilitum, quod, vt inquit CYRILL. de spiritu, & littera, sustinet, & continet
 omnia solus, quod si Christus omnia continet, ruet sacerdos veteris legis, qui antea cōtine-
 bat ea, vt typus Christi. Nam cum venerit veritas, vmbra, & figura opus non est.

IN ESAIAE CAP. XXIII.



Væ dicta sunt in caput septimum 15. & 20. & alijs locis, repetenda sunt in hoc
 caput: nulla alia probatone potuisse prophetas suis vaticinijs de rebus maxi-
 mis conciliare fidem, & pondus addere, nisi prædicerent multa, non ita multo
 post futura, quorum euētus argumentum esset firmissimum, futura etiam re-
 liqua, quæ prædicta essent de Christo. Vndē nunc prædicitur vastitas Tyri,
 quæ munitissima & florentissima erat insula, opibus, & imperio, longēque
 aberat à periculo, quin fieri posse nemo putaret, vt hostibus infesta esset, & peruia inimicorū
 armis, vt postea diruta præter spem, atque credibile faceret, vt pro certissimo haberetur, &
 pro fixo, & stabili quicquid supra de Christi mysterijs prædictum esset.

D. HIE.

Onus Tyri, vlulate naues maris. Visio Tyri, vlulate naues Charthaginis.

Expositionem totius huius cap. petes ex AMBR. lib. de Helia, & ieiunio, ca. 19. & 20. Erat potentissima & fortunatiss. insula Tyrus, eademq; pene inexpugnabilis esse videbatur, qd̄ abducta à terris in mari erat sita, natura loci munitissima, deduxerat multas colonias, quarū vna Carthago erat, florebat opibus, & omniū gētium auxilio, tamen præ dicitur nunc eius vastitas non multo post futura, quæ res suprâ fidem omnium erat. Onus ergo Tyri. i. onerosa prophetia Tyro insulæ: vlulate naues maris. i. lugete naues insularum, quæ petebatis Tyrum amicitia, & fœdere, & amore coniunctæ insulæ Tyro: præ significat enim propheta luctum, & lamentum, colonijs deductis à Tyro, quarū caput erat Charthago, quæ de imperio orbis terrarum per multos annos cum populo Romano vario Marte certauit. Tharsis, verbū Hebræū, D. Hiero. reddidit mare, & sic vertit, Vlulate naues maris, quod communis tristitia omnium nauigantium, & mercatorum fuit Tyri excidium, quod Tyrus commune emporiū orbis terrarum erat, quo confluebant omnes mercatores, omnes naues: Lxx viri solēt quoque semper vocem Hebræam Tharsis reddere mare, hoc loco reddidere Carthaginem, tanquam ad illam potissimum, quæ caput erat filiarum Tyri insulæ, pertineat luctus, qua de re, lege AVGVST. tom. 8. in Psalm. 47. in illa verba: in spiritu violento conteres naues Tharsis.

Quia vastata est domus vnde venire consueuerant de terra Cethin, reuelatum est eis.

Quia perijt, non vltra veniunt de terra Cithiorum, ducta est captiua.

Quia vastata est domus: Hebraicè est, תבנית ביתי, quæ verba reddi possunt. Quæ vastata est ab intus, vel à domo, vt interpretantur etiam Pagninus, & Vatab. & vastata est ab intus, vel à domo, Lxx viri intellexerunt vastata est adeo vt non sit domus, & nihil sit intus, & ideo edidit, Quia perijt. D. Hier. vastata est à domo intellexit. i. Vastata est omnis domus, funditus deleta est Tyrus, vnde venire consueuerant de terra Cethin. Hebraicè est, וְיָרַד מִן הַיָּם אֲבָדוֹתָא אֲבָדוֹתָא אֲבָדוֹתָא, quod D. Hier. interpretatur: quia vastata est domus ab eundo, vel à veniendo de terra Cethin. i. ne vltrâ venient de terra Cethin, & addidit de suo, vnde venire consueuerant, vt sit sensus, Vlulate naues, & flete nauigantes, quia perijt Tyrus, vnde sæpè remare solebatis vos qui estis de terra Cethin (hoc est) de Cypro, & de insulis finitimis Tyro, vel de terra Cethin, de Italia, de Græcia: sic enim alij interpretantur. Lxx viri verba illa, Quoniam vastata est Tyrus ab eundo de terra, vt Hebraicè est, interpretantur, ab eundo de terra, ne vltro veniant eo de terra Cithiorum: & sic reddidere: quia perijt, & non vltra veniunt de terra Cithiorum, quia perijt Tyrus, nec naues Græcæ, & Italæ, & aliarum nationum eo commeabūt ad exercendā mercaturā. Reuelatum est eis. i. nouere omnes vastatam Tyrum iam, & clades Tyri toto orbe nobilitata est. Hebraicè est מְבַרְרֵי הַיָּם, i. reuelatum est eis, vt reddidit. D. Hier. & captiua ducta est eis, quod verbū Hebræū, גָּלוּת, vtrunque significat ducere captiuū, & reuelare.

Tacete qui habitatis in insula negotiatio Sidonis transfretantes mare repleuerunt te in aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius, & facta est negotiatio gentium.

Cui similes facti sunt habitates in insula, & mercatores Phœnicie per agrantes mare? In aquis multis triticum commutantibus, quasi messibus cōuectis mercatores nationū.

Describitur ad huc vastitas Tyri futura, iuxta tralationem D. Hieron. Tacete qui habitatis in insula, habitatores insulæ Tyri præ luctu, & miseria tacete, aut tacete. i. vasta loca esto te, loca nanque sola, & vasta tacere dicuntur, & tacebunt habitatores Tyri cum peribunt, & nulli erunt, Negotiatio Sydonis, taceat supple, vasta quoq; sit, & diruta, quia Sydo vrbs Phœnicie nobilissima, cuius Tyrus colonia erat, opem tulit Tyrijs in illo bello, & vastata quoque est, & ideo iubetur tacere negotiatio eius, mercatus eius, quia emporium erat nobilissimum Phœnicie.

A Phœnicie, quo plurimi cōfluebant mercatores: vastata est, & cessauit negotiatio mercatorū, vastata inquam, non vt Tyrus ab imo versa, sed bello cōcussa, & spoliata opibus & orbata ciuibus. Transfretantes mare repleuerunt te, hæc verba ad Tyrum iam referuntur: ò insula Tyre, olim transfretantes, & nauigantes mare, & mercatores, repleuerūt te, commeabant ad te, cum suis mercimonijs, in aquis multis, per aquas multas, per longa maria, quod eras emporium orbis terrarum, & ad te commeabant vndique mercatores per vasta, & longissima maria. Semē Nili, vbertas Nili, ad te veniebat. s. nam Aegyptus irrigua aquis Nili, qui exundat in agros, fertilissima frugum est, & suppeditat frumenta multis prouincijs, & insulis, & messis fluminis, frumenta. s. quæ summa copia, & vbertate nascuntur in Aegypto, & fruges eius, hoc est omnis fructus, qui ex vbertate fluminis Nili nascuntur, repleuerunt te. s. & commeabant ad te, tāquam ad insulam nobilissimam orbis terrarum. Facta est negotiatio gentium, denique Tyrus insula facta erat mercatus, & emporium orbis terrarū, omnium fortunatissima, & locupletissima insula, cui cum floreret maximè, multo tēpore ante præ dicitur vastitas, præter spem omnium, atque credibile, vt postea rerum euentus oraculis de Christo conciliet fidem. Lxx viri longè secus hunc locum interpretantur, quod verbum Hebræum נָמַר, diuersis punctis tacecete significat vt vertit D. Hieron. & similes sunt, vt reddidere Lxx viri: quod si sic interpretemur, describitur hoc loco, fuga Tyriorum & Sydoniorum per mare, vt sit sensus, similes sunt habitatores insulæ Tyri fugientes per mare, & mercator Sydonis peragrans mare, & fugiens, & qui te complere solebat ò insula Tyre, similes sunt (inquam) cum fugiunt hostes, & vastitatem Tyri per mare quærenti triticū per aquas multas. i. sunt similes hominibus qui oppressi fame quærunt frumenta per longa maria, & sunt similes quærenti messes pluuiæ, hoc est agrorum, & prouinciarum vbi pluuia deiecta est, in summa aliarum terrarum siccitate, prouētum eius sunt similes quærentibus fructus pluuiæ, frumenta quæ sunt fructus pluuiæ, hoc est locorum, in quæ pluuia deiecta est, & sunt similes Tyrij fugientes, messibus conuectis hoc est hominibus plaustris messes æstate in aream corportantibus, vt enim hos onustis plaustris messibus vltro citro videas commeare, sic videas mare plenum fugientibus Tyrijs, & Sydonijs in hæc, & illa loca comportantibus opes suas, mercatores nationū, hoc est videas redactos in has

C miseria eos qui, olim erant mercatores nationum, ad quos omnes nationes confluebant, tanquam ad locupletissimos, & potentissimos. Sic Lxx viri. Hoc tantum disfidium faciunt verba duo Hebræa נָמַר, quod significat tacete, vt vertit D. Hieron. & similes sunt, & si veritas, similes sunt, vt reddidere Lxx sic reddes: similes estote qui habitatis in insula, vel similes sunt qui habitant in insula, negotiatio Sydonis transfretantes mare, repleuerūt te in aquis multis, i. similes sunt habitatores insulæ Tyri fugientes, & negotiatio Sydonis, omnis mercator Sydonis transfretantes mare, mercatores omnes Tyrij qui mare nauigabant repleuerūt te. i. qui bus frequentissimis ciuibus habitare (est enim Hebraismus) in aquis multis, hoc est fugientes per longa maria, similes sunt (inquam) נָמַר, quærenti, sunt enim nomina Hebræa indeclinabilia, & pro re, pro tempore, pro loco possis reddere quo velis casu. sunt ergo similes quærenti semen messis (hoc est frumentum). Hoc interest, quod verbum illud Hebræum נָמַר, quod Hieron. reddidit Nilum, & recte, quanquam pro Nilo non נָמַר, sed נָמַר, scribi solet additis duabus alijs literis, sed hæc literæ solent excidere, hoc ergo interest quod verbū illud Hebræum נָמַר, quod D. Hieron. reddidit Nilum, Lxx viri vertere quærenti, quod verbum Hebræum נָמַר, præter alia significat quærere, & puncta ostendimus, auctoritate D. Hieron. & Rabiorum pro re, pro tempore, pro loco à viris doctis addi, & detrahi solere. Est tamen vitiosa tralatio Lxx virorum vbi legitur μεταβάλλον, legendum enim μεταβαλλόντων. i. commutantium, vt sit sensus, similes dicam commutantium, vel commutantibus frumenta pecunia in fame, nisi dicere velis similes dici μεταβάλλον. i. mercatoribus, & commutatoribus frumenti. Verbum etiam Hebræum, quod Hieron. vertit messis patrio casu, Lxx quoque reddidere patrio casu plurali numero, sed alio sensu: similes erant Tyrij fugientes cum opibus, & diuitijs suis per longa maria messibus comportatis in aream (vt dictum est) & sic ambiguitas vocum fecit hanc varietatem interpretationis: interest hoc quoque quod Lxx id quod affirmanter Hebraicè dictum erat: similes sunt Tyrij fugientes quærentibus frumenta in fame, vertere per interrogationem, & responsonem. & in responsonem non seruauere eundem casum, quod fecit sententiam obscurissimam, dixere enim, Cui similes facti sunt habitantes in insula? quod interroganter legendum est. Deindè negotiatores Phœnicie transfretantes mare? etiam interroganter, vt sit sensus cui

fus, cui similes hos fugientes esse dicam? vertunt enim sententiam, non reddunt verba & postea subiiciunt responsum: In aquis multis semen vel triticum commutantium (hoc est) dicam esse similes commutantium, vel commutantibus triticum per aquas multas, per maria longa quasi messium illatarum vel conuectarum, supple similes esse dicam. interpres Latinus minus bene hæc omnia vertit: Illud tamē notandum, vocem Hebræā *וירא*, significare fluvium, & sic verti posse, messes fluminis vt reddidit D. Hieron. & per excellentiam intelligit fluminis Nili, quod est nobilitatissimum vbertate rerum omnium, vt cum urbem propter excellentiam, Romam accipimus. Notandum etiam eandem vocem Hebræam verti posse pluuiam, vt sit sensus, similes sunt cōportantibus messes ex locis vbi fuit pluuiam, & frumenti copia, appofitiuē prouentum eius. i. fructum pluuiam.

D. HIERONYMVS.

Erubescere Sydon, ait mare fortitudo maris, dicens non parturui, & non peperui, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines, cum auditū fuerit in Aegypto dolebunt, cum audierint de Tyro, transite maria, ululate quæ habitatis in insula.

Tam potēs erat Sydon caput totius Phœnicia, tam potens insula Tyrus in mari sita vt si totus orbis conflueret vix capi, & expugnari posse viderentur, nunc diruta, deiecta ex illo dignitatis gradu, erubescere iubentur: ait ergo mare. i. omnes mercatores qui maria transmittunt, & insula omnes: ò Sydon vrbs potentissima, erubescere redacta in hanc miseriam. fortitudo maris. i. tu quoque insula Tyre, quæ cras fortitudo maris, potentissima insularū erubescere, & nega te genuisse filios, aut filias. Lxx aliter intelligunt, fortitudo maris dicens erit. i. respondebit Tyrus insula quæ olim erat fortitudo maris; insularum potentissima, respondebit inquam, somnia erant illa quæ de nobis cogitabamus, de potentia, de honore, de gloria, de multitudine ciuium somniabamus, nam nos neque parturiuimus, neque genuimus filios, aut filias, an non vides vastas nos esse miseras? neque virgines eduximus quæ parerent filios, neque adolefcentes. Cū audita fuerit nostra calamitas in Aegypto, & apud alias nationes, gentes exteræ dolebunt vicem nostram, etiam quæ nobis inuidebant, transite maria vel Carthaginem, quod Tharsis vocem Hebræam qua ratione dictum est in primo commentario in hoc caput, Lxx vertunt Carthaginem. Lamentum est ergo illud omne: Ite Carthaginem. i. petite coloniam à vobis deductā ò miseri, fugite per maria, gemite miseri qui habitatis in hac insula. THEOD. Cōfitetur, inquit, Tyrus malis oppressa se non peperisse illam multitudinem ciuium, & opum, nec se sua potentia sibi comparasse imperium, sed diuino beneficio. Deus ergo inquit hæc largiebatur dona omnia, non ego pariebā.

D. HIERONYMVS

Nunquid nō hæc vestra est quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum.

Dictio Hebræa *וירא*. i. exultans, aliter explanatur à D. Hieron. quam à Lxx viris, nam verba illa Hebræa, Nunquid hæc vobis exultans, sic enim est Hebraicè interpretatur D. Hieron. nunquid non hæc est quæ exultabat, & gloriabatur inter vos ò insula maris, & se omnibus anteponebat? Lxx viri interpretantur verba illa: nunquid hæc vobis exultans? i. nunquid hæc erat quæ vobis insultabat? nam qui exultat, & triumphat diuitijs, iniuria afficit amicos, neque iniuria videtur, cum proficiscitur à locupletiore, & ideo reddidit: Nunquid hæc erat contumelia vestra? quæ vos afficiebat contumelia à diebus antiquis, aut ab initio, quod idem est. Cætera aliter intellecta sunt à D. Hieron. & dispuſta, quam à Lxx viris, nam D. Hieron. orationem finit sic; nunquid non hæc vestra est quæ gloriabatur inter vos, ò insula maris à die-

LXX VIRI.

Erubescere Sydon, ait mare, at fortitudo maris ait, nō parturui, nec peperui, nec enutriui iuuenes, nec ad incrementum duxi virgines, cum auditum fuerit in Aegypto apprehendet eos dolor de Tyro, abite in Carthaginem, ululate qui habitatis in insula hac.

LXX VIRI.

Non hæc erat contumelia vestra, quæ ab initio antiquam traderetur ipsa?

abus pristinis. iam olim in antiquitate sua quod esset antiquissima, omnium victrix, in munis periculorum, omnibus formidabilis, inaccessa, & inexpugnabilis omnibus. Postea nouo initio, Ducent eam pedes, ibi captiuam: Lxx longè secūs, faciunt enim totam vnā orationem, & vertunt lectionem Hebræam sic; Nunquid hæc vobis exultans, vel insultans (vtrunque enim verbum Hebræum significat) à diebus antiquis, vel ab initio, priusquam ipsam pedes duceret alio ad peregrinandum: quod Lxx dixere, priusquam traderetur ipsa hostibus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronata, cuius negotiatores principes? institores eius, inclyti terra: Dominus exercituum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloria, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terra.

Quis hoc cogitauit super Tyrum? nunquid minor est, aut non præualet? negotiatores eius Chanaan principes, inclyti terre. Dñs sabaoth cogitauit dissoluere oēm iniuriā gloriosorū, & ignominia afficere gloriosum (vel superbū) super terra.

Ostendit his verbis propheta, Dominum, superbos, & insolentes solere deturbare ex illo fastigio rerum, ne alios afficiant iniuria, neue rideant in alienis malis, exultant enim Tyrus in vastitate Hierusalē, & ideo à Domino vastata est. Sic enim THEOD. gloriosos vocat superbos, quos ostendit propheta à Deo haberi odio, amari sanctos. Interrogat ergo propheta, Quis cogitauit hoc super Tyrum? quis hæc mala inuexit Tyro, quæ olim erat coronata, princeps insularum. Lxx aliam lectionem agnoscunt, nam pro *וירא*. i. coronata, duas lectiones legisse videntur, *וירא* nunquid minorata? nunquid diminuta? postea pro residua parte dictionis *וירא*, fuit, vna tantum litera mutata, *וירא*, & ita Lxx reddiderunt; Nunquid minor est? aut non præualet? i. num fuit causa tantæ ruinæ, quod deciderat ex illo fastigio rerum, & minus valebat viribus, quam antea, & sic ab hostibus vastata est. THEOD. Num parua (inquit) hæc vrbs effecta est, & quæ non valuerit contra hostes suos ferre arma, & hostibus suis vt solebat resistere? & sibi respondet Lxx, Mercatores eius principes. i. florebat tum maximè cū vastata est, ne quis suspicetur hostibus suis fuisse præde Tyrum, quod multò minus valisset viribus, cū capta ab hostibus est: florebat (inquit propheta) tum maximè cū capta est, vt apparet, Dei numine omnia regi, neque vires aut opes quicquam habere momentū, cū velit Deus in aliquem scelus vindicare. THEOD. Docet Spiritus sanctus, neminem debere sibi fidere, aut suis viribus tribuere quicquam, sed agnoscere Deum datorem bonorum omnium. Quod D. Hieron. dixit, Negotiatores eius principes; e didere Lxx addita vna voce, Principes Chanaan, quod omnis illa ora in sacris literis dicitur terra Chanaan, vt esset sensus, mercatores Tyri principes erant omnis terræ Chanaan, longè, lateque dominabantur, Dominus voluit magnos illorum fastus comprimere.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Transi terram tuam quasi fluiuum filia maris, non est cingulum ultra tibi, manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Dominus madavit aduersus Chanaan, ut contereret fortes eius, et dixit, Non adicies ultra vt gloriaris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis, in Cetim consurgens transfreta, ibi quoque requies non erit tibi.

Operare terram tuam, et enim naues non ultra venient de Carthagine, at manus tua nō ultra præualet per mare, quæ prouocat reges: Dñs sabaoth præcepit de Chanaan perdere eius fortitudinē, & dicent non ultra, nō adicietis iniuriari, & iniuria afficere filiam Sion, si abieris in Cetim, nec illic tibi requies erit.

Cc Descri-

Describitur etiam his verbis Tyri clades futura. O filia maris, o insula, quod insula dicitur a mari filia, quod sunt in medio mari, & eas mare alit, sic contra nos patriam matrem nominamus, & nos ipsos appellamus, urbium, in quibus nati & educati sumus, alumnos. O insula ergo, transi mare, peragra omne mare, ducta captiua, non secus ac si fluius esset, quod ut postea ostendam, de vastitate inuenta ab Alexandro Magno est intelligendum, quo tempore vastum mare traiciendum erat Tyrijs captiuis, ductis in Macedoniam, & totum mare erat transmittendum, non secus ac si fluius quidam esset traiciendus, quod solis temporibus Alexandri Magni conuenit. Quod D. Hieron. reddidit, Transi terram tuam: Lxx reddidere, Cole terram tuam, operare terram tuam, mutatione vnius literulae in simillimam, in quam saepe transire solet. Nam pro *למדינת* transi: legere *למדינת* operare, cole: mutato, *ל*, in, *ל*, hoc sensu, Cole agros, cole terram tuam, o insula, ut olim colebas mare, ut olim mari victum querebas, Nam mare non solum apud Hebraeos, sed etiam apud poetas fluius dicitur. Ex agricultura ergo facta questum, quae olim in mari negociabaris, & vide ad quas miseras redacta sis, ut quae regina maris eras, necesse habeas querere victum arando, oecando, pastinando. Et simul his verbis praedicitur mutandum situm vrbis, ut quae olim insula erat in medio mari sita, diruta, & in continenti instaurata, colat agros, quod cum insula erat, facere non poterat quod vix vrbem locus capiebat, & ideo munitior erat multo. Quod Hieron. reddidit, Non est cingulum vltra tibi: Lxx viri, facta paraphrasi, interpretantur, Naues non vltra venient ad te, nec te cingent de Carthagine, vbi Carthaginem posuere pro omni regione. Interpretantur ergo Lxx, Non est cingulum vltra tibi, non eris vltra insula, non vltra te cinget mare, non te cingent naues quae ad te vndiq; confluebant, quod, ut infra latius dicendum est, congruit cum illo Ezechielis, Non aedificaberis vltra, nunquam habitaberis, quae sita non inuenieris, haec omnia Esaias hoc loco explanat, Non eris insula post hac, nam insula non fuit post illa, nec vrbis est instaurata vbi ante erat, haud procul inde tamen in continenti posita rursus Tyrus est, quae de re postea dicendum erit. Manum suam extendit super mare, conturbauit regna. Haec Lxx viri facta paraphrasi explanant quasi dicerent, manus tua non vltra potens erit per mare quae olim conturbabat reges potentissimos: id enim significant Lxx cum edidit, At manus tua non vltra preualet per mare. i. non vltra potens est. Et lectio Hebraea fatis plana est, quae ad verbum sic reddi potest, Manum suam extendebat super mare, & terrorem incutiebat regibus, non adijcies vltra ut glorieris. Sensus ergo est: O insula Tyre filia Sidonis, quia colonia Sidonis erat Tyrus insula, sustinens calumniam, sustinens culpam tuae calamitatis & miseriae, & ideo profligata & oppressa tot calamitatibus, non adijcies vltra gloriaris contra filiam Hierusalem, nam haec mala pertulit Tyrus, quod exultauerit in malis Hierosolymorum, cum contriuit Dominus populum suum. Sic paraphrasi sua Lxx viri hunc locum explanant, qui pro, Dominus mandauit aduersus Canaan, ut couertereret fortes eius, reddidere, Dominus sabaoth praecipit de Canaan perdere eius fortitudinem. Significant enim Tyrum fuisse caput & robur regionis Cananitidis, quod Dns voluit perdere & delere. Et pro eo quod sequitur, & dixit: Non adijcies vltra, ut glorieris calumniam sustinens virgo filia Sidonis: edidit, Et dicent, non vltra, non adijcietis iniuriari, & iniuria afficere filiam Sion. Expressere ergo causam Lxx, cur diruta, & ab imo versa sit Tyrus, cum enim Deus puniebat suum populum, ridebat Tyrus religionem Iudaeorum, & non intelligebat puniri a Deo ob sua peccata. In Cetim confurgens transfreta, surgens per mare, fugies o insula Tyre, quod Deum irritaris, & petes fuga insulas Cetim, Italiae. I. & Graeciae quas posuit pro qualibet natione: nec illic requiem inuenies, nec illic conquiesces a tantis malis, huc redibis ut vrbem ponas, non in insula ut antea, sed in continenti.

D. HIERONYMVS

Ecce terra Chaldaeorum, talis populus non fuit, Assur fundauit eam, in captiuitate traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam: ululate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra.

LXX VIRI.

Et in terram Chaldaeorum, & ipsa sola est ab Assyrijs, nec illic tibi requies erit, quia paries ipsius cecidit: ululate naues Carthagini, quia perijt munitio vestra.

Quod

Quod propheta dixerat Tyrios profugos, petituos fuga loca longe sum mota, nec inuenturos requiem, quod Dns voluit in eos vindicare impietatem, quod riferint Hierosolymorum ruinam, & religionem in captiuitate Babylonica, subiicit, Ecce terra Chaldaeorum, in quam, subaudi possis confugere, talis populus non fuit. i. fuit potentissimus populus Babylonicus, & Assyrius, quod imperium Babylonicum primum fuit, & potentissimum, ut leges apud Danielem, in captiuitate traduxerunt robustos eius. i. dirutum est iam a Persis, & a Medis, non patebit illic tibi hospitium, vastata sunt illa loca a Dario, & Cyro: suffoderunt domos eius, vastauerunt Persae domos omnes regni Babylonicum, posuerunt eam in ruinam, totam illam regionem regni Babylonicum videlicet, vasta sunt illa loca omnia, excisa, subuersa a Persis, & Medis, nec poteris illic excipi hospitium ab habitatoribus, nec inuenire requiem tuis malis, aut solatium. Praedicitur simul hoc loco vastitas regni Babylonicum inuenta a Dario, & Cyro, quando reducta est captiuitas Iudaeorum, & instaurata vrbis Hierosolymorum. Videre enim Tyrii instaurari vrbem Hierosolymorum magno miraculo, & reductam captiuitatem Hierosolymitarum quos riferant, & videre Hierosolymitas florentes, & tunc pendere poenas impietatis suae, quod falsam esse putarant Iudaeorum religionem, quando videre eos expositos praede hostium suorum. Significatur ergo tempus quando luitura poenas est Tyrus insula, quando vastatum fuerit regnum Babylonicum a Persis, & Medis, & simul praedicitur vastitas regni Babylonicum quod erat potentissimum eo tempore: tempestate enim Esaias, imperium orbis terrarum erat penes Babylonicos, quod significant verba illa, Talis populus non fuit, vel non est, qualis est Babylonicus scilicet, quia imperabat orbi. Et verba quae sequuntur, Assur fundauit eam, videntur eodem spectare, ut significant, regnum Babylonicum potentissimum: fuit orbis terra, & regnum Assyrium subiugatum a rege Babylonicum, & adiectum imperio Babylonicum, constabiliuit multo magis Babylonicum regnum, quod alioquin erat potentissimum orbis terrarum, ut sit amplificatio potentiae regni Babylonicum, ut magis appareat Dei potentia, cuius nutu potentissima quaeque temporis momento ruunt: & sic videtur praedictus hic ordo a propheta, ruiturum regnum Assyrium prius, & subiugandum a rege Babylonicum, & adijciendum Babylonicum regno, ut multo potentius sit regnum Babylonicum quam antea, postea ruiturum regnum Babylonicum, vastandum a Persis, & Medis, postremo Tyrum insulam subuertendam esse, ut tria haec vaticinia longo post tempore euentu certissimo comprobata, ostenderent futura certissima vaticinia, quae de Christo praedicta erant postremo futura, de quibus Esaias superioribus capitibus erat vaticinatus. Tralatio Lxx virorum trunca est hoc loco, & lacerata, tamen ostendit hunc sensum esse verissimum. Et in terram Chaldaeorum, si abieris supple, per Zeugma a superiori, & ipsa vastata est ab Assyrijs. i. ita vastata est ut non sint Assyrii. Sic enim dictum erat, vastata est ab Assyrijs, ut dici solet, solitudo est ab scholasticis, Graece, & Latine. i. non sunt scholastici: solitudo est in foro ab hominibus, pro non sunt homines in foro. Sic hoc loco dictum videtur, vasta est Chaldaea ab Assyrijs, & sola. i. iam non sunt Assyrii in Chaldaea, vastati sunt, desolati sunt. Sic hic locus intelligendus est ex lectione Hebraea, & quod nunquam Assyrii vastauerunt Chaldaeam, quae pars erat regni Babylonicum, quin potius Assyrii vastati sunt a Chaldaeis, & Babylonijs, & additi regno Babylonicum, ut dictum est, ut necesse sit intelligere verba supradicta eo modo, quo diximus. Addidere de suo Lxx, Neque illic tibi requies erit, ut explicarent huius loci sensum quem diximus: Si abieris in terram Chaldaeorum, neque illic tibi erit requies, quia paries ipsius cecidit. i. quia vastata est omnis regio Chaldaeorum, & regnum Babylonicum dirutum a Persis, & Medis, & est Hebraismus, singularis numerus pro plurali, ut non solum significetur regnum Babylonicum cecidisse, sed etiam ita dirutum fuisse, ut vrbes, & domus fuerint solo aequatae. Hunc sensum putauere Lxx seniores est, se huius loci, nam quae nugantur Rabi David, & Rabi Abraham, sunt ridicula, qui *דמיון*, quam vocem Hebraeam Diuus Hieronymus reddidit robustos, reddidere naues, quod vtrunque vox Hebraea significat, & bestias, id enim quoque significat. Aiunt ergo Rabi David, & Rabi Abraham sensum huius loci esse, o Tyrii, si terram Chaldaeorum petieritis, Assyrii eam fecere portus nauium? est ne tota Hispania non esse locum vni vrbi aedificandae, quod sit facta portus nauium? est ne tota Hispania fundus aliquis, aut praedium, aut tam angusta est, ut etiam si mille portus fierent, ita occupari possit, ut non esset locus aedificandae vrbi? atqui multo latius patet quam Hispania, regnum Babylonicum. Rabi Abraham non esse apud Assyrios locum Tyrijs ait, quod

Assyrij condiderint vrbes, vt essent habitaculum bestiarum: esto sanè vt credat quisquam, A de bestiarum habitaculis tam fuisse sollicitos Assyrios, vt illis tot condiderint habitacula, quod nullus post homines natos tam stultus fuit, vt id diceret, cum Assyria tam latè pateat: vt contineat Phoeniciam, Syriam, Armeniam, Chaldæam, Arabiam foelicem, Petream, nullus locus miseris Tyrijs esse poterat in tot, & tam latis prouincijs. Ille autem nescio quid de Tigre, & Euphrate comminiscitur, quasi verò Tigris, & Euphrates vsque ad mare essent nauigabiles: sed sunt imperitissimi Geographia, & aliarum disciplinarum. Sed facta esse, quæ tandem ratio est, factam esse maximam copiam nauium, & his duobus fluijs Assyriam factam esse nauibus peruiam, ne locus reliquus esset Tyrijs? & vndè gentes feras putat Assyrios, & virtute bellica antelatos Tyrijs? quasi ex bello quod eis intulit Alexander, & Nabuchodonosor non liqueat difficiliores expugnati fuisse Tyrios quàm Assyrios. Vlulate naues maris, & c. lamentum est ruinæ Tyri, quo prædicitur fletus omnibus his qui amabant Tyrum, lugete mercatores, quia cecidit Tyrus vestra fortitudo, aut, lugete naues Carthaginis, quia perijt vestra fortitudo, erat enim Carthago colonia Tyri, filia illius insulæ, & hoc loco Lxx viri ea causa Tharsis, vertere Carthaginem, qui alioqui Tharsis, semper vertunt mare, vt dictū est superiore commentario. Notandum verba illa, Fundauit eam Sijn, statuerunt propugnacula eius, suscitauerunt urbem eius: esse translationem Theodocionis (vt docet D. Hieronymus in secundis commentarijs in hoc caput) pro verbis illis translationis D. Hieronymi, Et robustos eius suffoderunt domus illius, posuerunt in ruinam. Quod Iudæi interpretantur ita, Si ieris in terram Chaldæorum, fundabit eam Chaldæus. Sijn. i. bestijs, nam hoc quoque vox illa Hebræa significat, quam D. Hieron. vertit, robustos, & Theodocion verbum quod D. Hieron. tribuit præcedenti orationi, Fundabit eam, reddidit sequenti, & dixit, Fundabit eam Sijn, vt esset, Terra Chaldæorum vastata est ab Assyrijs. i. in vastitatem redacta est, ne essent Assyrij, & fundata est bestijs. i. redacta est in habitationem bestiarum. Deindè, Statuerunt propugnacula eius. i. fecerunt propugnacula, vt prohiberent instaurare vrbes Chaldæas, & Assyrias, & suscitauerunt urbem eius. i. erexere turre, vt obseruare possent inde, ne quis ædificare posset, & instaurare vrbes euersas à Medis, & Persis in regno Babylonico. Itaq; Theodocion sic intellexisse videtur hunc locum, vt Lxx viri, si te receperis ò insula Tyre, in terrâ regni Babylonici non erit tibi requies tibi, quia vastata est illa regio omnis à Persis & Medis, & redacta in bestiarum habitationem, & obseruant Persæ, & Medi ex turribus ab eis erectis, ne quis vrbes euersas regni Babylonici, & Assyrij instauret.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa, In oblivione eris ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnus.

THEODOR. Immensa (inquit) Dñi misericordia, ipsi Tyrij per immensa seculorū spatia peccauerant, Dñs circumscribit tempus vltionis. Vita vnus regis, aut potius, vnus hominis annis septuaginta, & frænata Iudæorum superbiam. Nam quod tempus præfinit Babylonica captiuitati, & vastitati Hierosolymorum, idem præfinit vastitati Tyri. Idem enim & Iudæorum, & Gentium Deus, & ipse est terra, & plenitudo eius. Ergo vastam futuram Tyri præsignificat propheta per spatium septuaginta annorum, quod tempus est vitæ vnus regis, aut potius vnus hominis, quod addidit de suo Lxx, vt hæc interpretarentur ex illo psal. Vita hominis septuaginta anni, in potentibus octoginta, amplius eorum labor & dolor. Si ergo vitæ regis octoginta anni, ex hac quoque imminuit Deus, vt non tanto tempore vastaret Tyrus, sed tantum quantum daret vita hominis.

D. HIERONYMVS.

Post septuaginta annos erit Tyro quasi canticum meretricis: sumet tibi citharā, circui ciuitatem meretrix oblivioni tradita, benè cane, frequenter canticum, vt memo-

LXX VIRI.

Et erit in die illa, Dereliquetur Tyrus annis septuaginta, sicut tempus regis vnus, quasi tempus hominis.

LXX VIRI.

Et post septuaginta annos erit Tyrus quasi canticum meretricis, sumet tibi citharā, circui ciuitatem meretrix oblivioni tradita, benè cithariza, plurimum

A memoria tui sit. Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, et reducet eam ad merces suas, & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis super faciem terræ.

num canta, vt tui memoria sit, & erit post septuaginta annos, visitatione faciet Deus Tyri, & iterum restituetur in pristinum, & erit emporium omnibus regnis orbis terræ.

PRædicit propheta Tyrum euersam, septuagesimo post anno instauradam, & redituram ad pristinas merces. Vt hoc significet, vtur similitudine meretricis, quæ cū per aliquod tempus, pertesa fortasse turpe viuendi genus, non fecerit questum corpore, postea redit ad mores pristinos, & vt prouocet amatores, qui iam illam deseruerant, cantione, cithara, saltatu, tripudio dat operam, vt pelliciat ad sui amorem adolecentes, vaga per vias, per domos omnium: cuius ad imaginem futuram Tyrum prædicat propheta instauratam septuagesimo post anno, omnibus nanque lenocinijs, illecebris huc, illuc commensans, maria peragrans ad commercia pristina prouocabit omnes gentes. Vbi mercatorum vita, vitæ meretriciæ comparatur, quod quorundam mercatorum vita, qui illecebris, & fūco, & mendacijs mercatorem alliciunt, & decipiunt, vitæ meretriciæ quam simillima sit, & cum peccato transigitur, blandiuntur vultu, & meretricios motus corporis imitantur, nec id solum, sed pessimè consultant animo, quod Spiritus sanctus hoc loco reprehendit. Reducet eam in merces suas Dominus: hoc Lxx interpretantur. i. restituetur in pristinum statum, & illud, Fornicabitur cum vniuersis regnis, interpretantur. i. erit emporium omnibus regnis, quod hoc munus emendi, & vendendi à plerisque vix sine peccato fiat, & ideo commercium mercimoniorum, fornicatio dicitur à propheta, nam fornicationem dici peccatum, notius est quàm vt dicendum sit.

D. Hieron. mouet dubium ex hoc loco, & ex Ezechiele cap. 26. quomodo Esaia hoc loco præsignificet instaurandam Tyrum: Ezechiel verò loco citato neget vllò vnquam tempore instaurandam, idque plurimis verbis sepè repetitum testetur, neque D. Hieron. dissoluit nodum, sed facilis est responsio, si Græcas, Latinasque historias adieris, nam Plinius in continenti esse ait Tyrum, olim fuisse insulam. Vnde colliges, quod Tyrus illa vetus, insula non fuerit restituta quod Ezechiel ait cap. 26. fuit tamen restituta alio loco, Tyrij enim post septuaginta annos ibi in proximo ædificauere urbem in continenti, cui nomen dedere Tyro, quod hoc loco prædixit futurum Esaia. Fuit ergo instaurata Tyrus, & non fuit instaurata: fuit instaurata quidem illic in proximo, cum vagi, & profugi Tyrij, nusquam inuenerent requiem, quod prædictum est hoc loco ab Esaia centies, quoad rediere, & in proximis locis urbem statuere septuagesimo post anno, quod hoc loco prædicitur, & appellauere urbem Tyrum, nomine illius insulæ subuersæ: insula verò subuersa, nunquam instaurata est. Est tamè in insula subuersa vicus magnus, qui Palatyus dicitur. i. antiqua Tyrus, quæ neque insula est: facta est enim continens, aggere iacto ab Alexandro magno. Vtriusque meminit & Solinus & Plinius, & alij multi, & liquet gentes conatas esse restituere antiquam Tyrum. Est ergo eadem, quod idem ciues & nomen idem, & non eadem, quod non est eadem insula, nec eodem loco, & quomodo sit eadem vrbs, & non sit eadem, quæ non in eodem loco sita, ab iisdem ciuibus colitur, disputat sæpè in Politicis Aristoteles.

D. Est aliud dubium quod apud eundem Ezechielem legitur in consequentibus, Nabuchodonosorem oppugnasse Tyrum, & laboris sui non accepisse mercedem, quia eam non diruerit, cum idè propheta dicat expugnandam à Nabuchodonosore, & cætera quæ idè diuus adiecit in commentarijs in Ezechielem, neque dissoluit nodum D. Hieron. vt studioforum ingenia exerceat, & periclitetur. Mihi videtur hic scrupulus facile posse eximi ex verbis propheta, si aliter dispugas, quàm dispūctus hic locus vulgo est: Ecce ego adducam Nabuchodonosorem regem Babylonis, hic apposita distinctione, vt significetur hunc oppugnaturum quidem Tyrum insulam, sed non expugnaturum, quod postea propheta declarat. Ait enim Dñs Nabuchodonosorem oppugnasse Tyrum, & laboris sui non accepisse mercedem, & propterea traditam ei Aegyptum, quia Dei sententiæ in Tyri oppugnatione seruierit. Ergo hoc loco Ezechielis dispūgenda est oratio sic, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosorem regem Babylonis, vt veterus tantum significetur rex Babylonis, & insulæ mala inuectur, non expugnaturus tamè insulam. Deinde nouo initio, Ab aquilone regem regum cum equis, & curribus, & equitibus, subaudi, ecce ego adducam, per zeugma à superiori

Explana-
tur locus
Ezechielis

rioni, hoc est, Alexandrum magnum, qui quādo expugnauit Tyrum, victo Cyro, & superatis multis nationibus, rex regum erat, potēbatur enim imperio Macedoniae, Thraciae, Graeciae, Asiae minoris, quam in ditionem redegerat, Armeniam, Parthiam subiugauerat, vt ei conueniat, quod dicitur, Ab Aquilone regem regum (supple adducam) nam Macedonia sub septentrione est, idq; ita esse propheta declarat, cum Nabuchodonosorem oppugnaturum Tyrum dicit, neque expugnaturum, vt monstrat propheta quārendum esse alium, à quo subuertenda Tyrus esse dicatur, & euentus est optimus interpres scripturarum, & cum superata sit ab Alexandro, is prēdictus est à propheta. Confer etiam quod Q. Curtius narrat in expugnatione Tyri, quod etiam propheta Ezechiel futurum prēdicit: & multa reperies, quę tibi placebunt magnoperē, de turri illa, quę super muros Tyri prominebat, vnde Alexander regis insignibus decorus, gladio, & hasta detruēbat muros Tyrios, infestus omnium telis, neq; vllis lauciatus, quod diuinitus fieri liquebat. Quod eum à propheta prēdicitur, mirabile dictu videbatur, vrbem in medio maris sitam, posse timere assurgentes turres, vnde tormentis muri capi possent, atque ad eū gladio, & hasta vulnerari propugnatores vrbis, quod de insula quis posset vnquā credere? humanis viribus mare posse fieri continentem, quod fecit Alexander Magnus, & sic insulam timere eadem mala, quibus infestę sunt reliquę vrbes, in media continente sita.

Concordia
prophetiarum,
& historiārum.

Aduerte tamen diligenter, ex Strabone factum, quod propheta hic futurum prēdicit, nam maris inundationibus prēdicit Strabo absumptam hanc insulam, & oppugnatione Alexandri. Absumptā (inquam) terrā oēm insulę, inūdatione maris, & fluctuū allisione, & oppugnatione Alexandri, & scopulos relictos nudos, quod propheta Ezechiel prēdixerat esse futurum.

Concordia
Esaię,
& Ezechielis

Quod autem subiungit Strabo reuixisse Tyrum, & omnia hęc superasse mala, intellige alio loco quod illic in proximo est edificata, cum appareat non esse eo loco, in quo prius erat, neque ea nobilitate, sed longē, longēq; inferiore, quod prēdixit hoc loco Esaias, & si benē excutias verba Hebręa Ezechielis, putabis hoc quoque ab eodem Ezechiele esse significatum, qui dixit non esse instaurandam Tyrum, seruandam tamen aliquam eius pręcipuā partem, quod factum narrat Q. Curtius, nam verba illa Ezechielis, Dabo pręcipuum eius in terra viuentiū: quę multis modis vertit D. Hieron. quod anceps locus est, & potest sic verti, Et dabo pręcipuum eius in terra viuentiū, significasse hoc videtur. Postquam enim dixit Dominus, Tyrum nunquam esse habitandam, subiecit, reliquias eius pręcipuas seruandas his verbis, dabo pręcipuum eius in terra viuentiū. i. seruabo pręcipuas reliquias viuas, quod quomodo factum sit, leges apud Q. Curtium, Et ita his verbis dicit Ezechiel, quod dixerat Esaias, instaurandam septuagesimo post anno Tyrum. Quid enim aliud Ezechiel significat, cum de vastatione Tyri vaticinatur his verbis: Dabo pręcipuū eius, vel gloriā eius in terra viuentiū? gloriā in terra viuentiū, seruat enim Dñs gloriā Tyri in terra viuentiū, i. pręcipuos Tyri, nam pręcipuos Tyri, & primarios, & principes Tyri, appellat decus Tyri, & gloriā, & hos se daturū ait, in terra viuentiū. i. vt viuāt, vt septuagesimo post anno in continenti cognominem vrbem edificent propē mare, & Esaias videtur dixisse idem quod Ezechiel supra illis verbis: Non erit cingulum vltra tibi. i. non vltra eris insula, & aduerte quo pacto Esaias & Ezechiel eadem dicant, non pugnantia, & quo pacto hi nodi, qui inexplicabiles appellantur, facillē dissolui queant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erunt negotiationes eius, et merces eius sanctificata Domino. Non condentur, neque reponentur, quia his qui habitauerunt coram Dño erit negotiatio eius, vt manducet in saturitate, et vestiantur vsque ad vetustatem.

Et eius negotiatio, & merces sancta Domino. Non ipsis cōgregabitur, sed habitantibus coram Domino. Omnis negotiatio eius comedere, & bibere, & impleri in symbolum: memoria coram Domino.

HÆc verba à nostris, & à Iudęis ad Christi tēpora referuntur, excepto quod Iudęi ad cōsummationē seculi referunt, ad aurē Hierusalē, quā somniant, sat est quod non possunt diffiteri, hęc ad Christi tempora pertinere: Et Lxx seniores penē verba euangelistę Lucę ante annis representarunt. Quid enim aliud verba illa significant? Erit eius negotiatio, & merces sancta Dño, quam quod D. Lucas tradidit, Fideles possessiones suas ad pedes apostolorū posuissent

A posuisse, vt distribuērent in cibos pauperum? ergo hoc significant verba illa, Erunt negotiatioes eius, & merces eius sanctificata Domino, posita ad pedes apostolorum Dño oblata. Non condentur, neq; reponentur, quia his qui habitauerunt coram Dño, erit negotiatio eius. Conuenienter quidem lectioni Hebręę D. Hier. Lxx interpretes, euangelicis literis conueniēter: pro hoc enim vertere, Non ipsis congregabitur, sed habitantibus coram Domino omnis mercatura eius: quę verba quid distant ab illis Actor. cap. 4. Neq; quisquā eorum quę possidebat, aliquid suum esse dicebat: An non hoc est, non ipsis congregabitur? non dicere suum quicquam eorum quę possidet, sed illis erunt omnia communia. Non hęc verba sunt eadem cum verbis illis, Non ipsis cōgregabitur, sed habitantibus coram Dño omnis mercatura eius? Quid est, habitantibus coram Domino, nisi fidelibus erunt omnia communia? nullum hic ænigma, nulla circuitio, nulla ambages, apertē euangelica narratur historia, vt inquit Tertull. Eadem hęc D. Hieron. excepto quod miror, quorsum negarit hęc secundum historiam adhuc accidisse, quam historiam mihi narrat D. Hieron? certe acta Apostolorum, epistola Pauli referunt hęc esse completa, & accidisse, & nomen Christianum illis locis primum omnium se corroborasse, & magnas sibi fecisse vires; confessā res est. An expectamus vt apostoli, & euangelista, qui summa fastigia rerum delibarent, persequantur ad verbum singula, quę acciderūt Tyro, quę Sidoni. An de singulis vrbibus conscribenda esset historia? sat est his locis habitasse Iudęos, peragrasse Dominum hęc loca, prodidisse apostolos factū hoc esse à fidelibus, nisi expectemus vt dicat, à Iudęis fidelibus qui habitabant Tyri? Quod sequitur, Et manducet in saturitatem, & vestiantur: Lxx reddidere conuenienter superioribus, & lectioni Hebręę, Comedere, & bibere, & abundare ad distribuendum, quod idem est cum illo Actor. 4. quod qui possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferēbant pretia eorum, & ponebant ante pedes apostolorum, diuidebant autem singulis, pro vt cuique opus erat, hoc dixerunt Lxx comedere, & bibere, & impleri in symbolum. i. plenos esse, & abundantes in symbolum. i. in collationem, & distributionem in pauperes. Hoc enim significant verba illa, κατὰ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ ἵνα ἕκαστος ἡμεῶν ἔσται ἡμεῶν ἰσοπέδον. i. impleri, vel, abundare ad conferendum, vel, distribuendū. Deindē, ἐπιπέσαντες ἡμῶν. i. monumentum coram Domino. i. munus coram Domino, venditas opes ponebant ad pedes apostolorum, vt essent munus oblatum Domino.

IN ESAIAE CAP. XXIII.



Hoc caput Procopius, & Cyrillus, & D. Hieron. de vltima mundi vastitate interpretantur. Theodoretus, & Eusebius, de vastitate inuēta Iudęis post crucem Domini: Quę sententia posterior, mihi multo magis placet, fortasse vastitas illa Iudęę typus erat vltimę mudi vastitatis, & typo miscetur veritas, quod dictum est in principium cap. 13. Aut adhibe Canonem illum Tertulliani, in libro de spectaculis quędam specialiter pręnunciari, quę generaliter interpretanda sunt. Cum enim Israēlitas admonet, omnes admonet: cum impijs Iudęis qui Christum in crucem sustulere, minatur, omnibus impijs minatur. Et hęc terrena mala, æternorum malorum sunt typi: vrbium Iudęę conflagratio, vltimę orbis terrarum conflagrationis, & ignis sempiterni est figura. A M B R. de Helia & ieiunio cap. 21. & 22. hoc cap. interpretatur de conflagratione mundi mirabiliter, quę inde petes.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce Dominus dissipauit terram, et nudabit eā, et affliget faciem eius, et disperdet habitatores eius

Ecce Dñs dissipat orbē terrę totū (vel habitationē terrę totā) & desolabit eū (vel eā) & reuelabit faciem eius, & disseminabit habitantes in eo. (vel ea.)

THEOD. Hęc propriē & verē post resurrectionem erunt, iuxta sententiam ergo Theodoreti hęc sic explanabimus, Ecce Dñs dissipabit terram subito, Dñs vastabit oēs vrbes Iudęę post crucem Dñi, quod factum est sub Vespasiano & Adriano. Quod Lxx viri dixerunt, ἡμεῶν ἀποκαταστήσει τὴν γῆν. i. vniuersam habitationem Iudęę. Leges enim apud Dionem in vita Adriani, Cc 4 redactam

redactam in cineres vniuersam Iudæam, nudabit eam, vel vt vertere Lxx viri, desolabit eam, absumet Dominus illam incendio, & affliget faciem eius, subuertet vrbes, omnia vastari faciet, Lxx reddidere, Reuelabit faciem eius. incendet arbores & vinea & omnia fata, quod factum leges apud IOSEPH. de bello Iudaico lib. 3. cap. 4. & lib. 6. cap. 1. disperget habitatores eius, ducentur enim captiui in omnes partes orbis, qui non perierint illo bello. Ambrosius cum D. Hieron. Cyrillo, & Procopio hunc locum explanat de vltima mundi consummatione, lib. de Tobia cap. 21. vbi multa diuinitus dicta leges. Et certe, vt dixi, Iudææ vastitas, vltimæ consummationis typus est. & ideo hæc non male in vtranque partem referri possent.

D. HIERONYMVS.

Et erit sicut populus, sic sacerdos & sicut seruus, sic Dominus eius: & sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fcenerator, sic ille qui mutuum accipit, sicut qui repetit sic qui debet, dissipatio dissipabitur. Dominus enim loquutus est verbū hoc.

NVllus, mea quidem sententia, horum verborum melior interpretis est, quam IOSEPH. lib. 2. de bello Iudaico cap. 25. in fine & 26. & 27. vbi discrimine nullo Iudæi pauperes & diuites, Domini & serui caduntur fustibus & occiduntur & sunt præda hostibus, & cap. 34. & deinceps promiscuè Iudæi ceduntur & lib. 3. cap. 2. & 3. & deinceps, & lib. 5. cap. 27. 28. vbi multa hominum milia cruci suffiguntur, & toto lib. 5. & 6. præcipue cap. 40. vbi venduntur per exigua mercede Iudæi discrimine nullo, & cap. 44. promiscuè omnes delentur & diuenduntur. Lege Dionem in vita Adriani. Et certè hæc verba magis spectant ad vastitatem Iudææ, quam ad vltimam cōsummationē orbis, nulla enim ibi præda, nulla direptio, rapinæ nullæ & magnū ibi bonorū malorumq; discrimē, hic vno ordine habentur omnes, nō disperguntur nec disseminantur habitatores terræ in vltima cōsummationē. THEOD. post resurrectionē Christi Iesu, huius præsentis vitæ mutatur facies, & cessat dignitatū varietas. Non enim est seruus & liber in Christo Iesu. Idē THEOD. Erit sicut populus sic sacerdos, quia qui sacerdos erit amouebitur sacerdotio, & qui ex media plebe erit sacerdos, fiet sicut seruus sic Dominus eius, quia seruus fiet Dominus in aduentu Christi, & Dominus fiet seruus. idem intellige de ancilla & Domina. Quia esurientes impleuit bonis, diuites dimisit inanes, amouit dignitate sacerdotes & locupletes, & in illorum locum sufficit eorum famulos. Est Canon scripturæ a nobis sæpè repetitus, eadem verba plures habere sensus etiam literales, cum etiam quædam vulgò dicantur, quæ plures sensus habent.

D. HIERONYMVS.

Luxit & defluxit terra, infirmata est. defluxit Orbis: & infirmata est altitudo populi terra. & terra infecta est ab habitatorib⁹ suis, qui transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorauit terram & peccabunt habitatores eius.

EVSEB. Cæsarienf. lib. 2. demonst. euang. cap. 44. docet his verbis significari, perisse Iudæos, quod legem Moysi non seruarint, nec crediderint prophetis, nec receperint Christum, & paucos pauperes, quos prophetia relinquēdos dicit, illos esse apostolos, quos Paulus reliquias nominat secundum electionem gratiæ. Ergo, Luxit terra Iudæa, luctu sempiterno cōoperta

LXX VIRI.

Erit sicut populus sic sacerdos, & seruus sicut Dominus, & ancilla sicut Domina. Erit emens, sicut vendens, & fcenerator, sicut fcenerator accipiens, & debens sicut cui debet: dissipatio dissipabitur terra, & direptione deprædabitur terra, quia os Domini loquutum est hoc.

Aoperta erit, & perpetuo mœrore. Defluxit terra, vastata est terra Iudæa, arsit igni vniuersa, & redacta in cineres sunt maxima ædificia. Lxx dixere *אנוקלן*, habitatio, vel orbis, vt sit: Omnis habitatio Iudææ soluta est in cineres, & redacta in cineres ædificia Iudææ, leges apud Dionem, quāquam Hebraicè legitur, tebel, quod pro orbe ferè accipitur, & certè populus Dei mundus dicitur, nam infideles omnes pro gutta stulæ æstimantur à Domino, non secus ac ab olivo re olera, & arbores penduntur magni, reliquæ herbæ pro nihilo putantur, & ab agricola menses magno æstimantur, herbæ & zizania negliguntur. Infirmata est altitudo populi terræ, in miserias redactus est populus Iudæorum, qui erat terræ altitudo, populus Dei, habens Spiritus sancti charismata, habens legem & prophetas, custodiam angelorum, pluuiam cælestem, infirmatus est his omnibus, priuatus. Terra infecta est ab habitatoribus suis, peccato illo nefando mortis Christi, vnde Lxx, Terra violauit legē per habitantes eam, quia finis legis Christi erat: & dixerūt, Si hūc dimittimus veniēt Romani: &, Nō habemus regē nisi Cæsare. Hebraicè est.

Vbi Lxx viri *לxx*, accipiunt pro, per, præpositione, & sic verba Græca Lxx virorum, quæ minus benè sunt reddita ab interprete, Quia peccauit Iudæa, peccatum illud magnum. Quia transgressi sunt leges, Lxx hoc interpretantur. Quia transgressi sunt legem Domini. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum: Lxx viri, mutauerunt præcepta, testamentum æternum, quia violauerunt legem Moysi, & monita prophetarum contempserunt. Iurati enim Iudæi se seruaueros Domini testamentum, & imprecati mala his, qui testamentū Dei non seruassent, Exo di cap. 23. & Deuteron. 27. 28. 31. 32. ipsi non seruauerunt, vnde CYRIL. de spiritu & litera, sæpè repetit recidisse in capita Iudæorum mala, quæ ipsi sibi ipsis sunt imprecati, & quæ Dominus, & Moses, & Iesus Naue, & Neemias prædixerunt. Quod verba sequentia declarant, Propter hoc maledictio vorabit terram, hæc videlicet, de qua diximus, & quam locis citatis leges. Et peccabunt habitatores terræ, vel vt Lxx dixere, Quia peccauerunt habitantes eam, quasi dicant, vis scire, quare dirē illa imprecationes reciderunt in capita Iudæorum, & peccabunt habitatores terræ? quia admittent peccata illa habitatores Iudææ, quibus Moses, & Iesus Naue illa mala sunt imprecati. E certè Esaia sic complenda dicit, quæ minatus est Moses Iudæis, si non seruassent legem Deuteron. cap. 28. his verbis, Quod si audire nolueris vocem Domini, &c. Veniāt super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te: & subiicit maledictiones, quibus significat vastitatē inuectam post crucem Domini. Et cap. 29. repetit eadem his verbis: Sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine, & delet Dominus nomen eius, & consumat eum in perditionem iuxta maledictiones quæ in libro legis sunt. Illa ergo maledictio hoc loco Esaia voratura terram Iudææ dicitur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ideoq; insanient cultores eius, et relinquentur homines pauci. Propter hoc pauperes erunt habitantes in terra, & relinquentur homines pauci.

Insanient cultores eius, permittet Dominus vt insaniant Iudæi, & bis prouocent arma Romana, & pereant bis sub Vespasiano, & sub Adriano, quod leges apud Dionem, & apud Iosephum. & insanient quod nullas conditiones pacis accipient, quas ferebant optimas Romani imperatores. Hanc insaniam, & cœcitatē prædixit Moses Deuteron. 28. Percutiat te Dominus amentia, & cœcitate, ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cœcus in tenebris, & nō dirigas vias tuas. Huius amentia sæpè meminit Iosephus de bello Iudaico lib. 5. & 6. & hanc insaniam Iudæorum, qua nullas accipere conditiones pacis, quas ferebat Vespasianus appellat Iosephus *φρεσπαδισμῶν*, furorem mentis tanquam diceret, quod capti mente non accipere conditiones illas, lib. 6. v. cap. 30. Iosephus ait hæc eadem, quæ Moses supradictio vaticinio, & quæ D. Hieron. hoc loco, vt his locis prædicta, illic completa videre possis. Lxx viri sententiam expressere, quæ tempora Christi representat: edidit enim, Propter hoc pauperes erunt habitantes in terra. i. tantum relinquentur pauperes. Leges enim apud Iosephum lib. 6. cap. 40. multa milia pauperum relictos abire libere quod vellent, cum vastata sunt Hierosolyma, reliquos occisos, aut ductos captiuos, aut victos ad triumphum, aut vt in theatris obijcerentur feris laniandi: significabunt etiam verba hæc, propter hoc pauperes erunt habitantes, propter hoc tantum relinquentur Christiani, quos pauperes nominant literæ sacræ, qui

habitarent in Iudæa, Iudæi infideles peribunt omnes armis Romanorum, ut leges apud Dionem in vita Adriani, & (ut supra diximus) cautum lege fuit, nequis Iudæorum, qui residui fuerent, in urbem Iudææ pedem inferret. Nemo ergo Iudæorum poterat habitare in Iudæa post delectos Iudæos sub Adriano imp. fideles poterant, qui pauperes dicuntur in scripturis. Relinquitur homines pauci. i. reliquie, quæ salutæ factæ sunt: sic hæc EVSEB. lib. 2. demost. Euang. cap. 44. sed apertius multo hic locus explanatur ex alio Mosis loco deuteronomio, 28. ubi hæc prius erant prædicta, quo spectant hæc vaticinia Esaiæ, illic enim prædixerat Moses futurum ut si Iudæi non seruassent legem Domini, induceret Dominus super eos omnia mala, donec eos cotereret, & remaneret pauci numero. Hic Esaias dicit complendum illud vaticinium Mosis, Iudæos quod non seruassent legem Domini, conterendos, & remanuros paucos numero. Pagninus, & Vatablus vertunt hunc locum optimè etiam, quod verbum Hebræum plura significat, ut reddi hoc, & illo modo possit, ergo pro, Idèd insanient cultores eius, reddideredèd cõburentur habitatores terræ. Quæ verba mirificè congruunt ijs, quæ in fine superioris commentarij diximus: Significant enim conflagrationem vniuersæ Iudææ, quæ est apud Dionem post crucem Christi. Et habendus est præmanibus ille canon, cum verbū plura significat, quæ ad rem, de qua agitur pertineant, omnia illa ab spiritu sancto esse significata.

D. HIERONYMVS

Luxit vindemia, infirmata est vitis: in gemuerunt omnes, qui lætabantur corde cessauit gaudium tympanorū, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ, cum cantico non bibet vinum, amara enim potio bibentibus illam.

HÆC eadem Hierem. cap. 9. ubi prouocat ad lacrymas ob imminentem cladem, & accersere iubet præficas, quæ carmen lugebre incoherent, quod instet calamitas. Quod quam de Babylónico bello interpretentur, magis puto referendum ad hoc bellum Romanū. Describitur enim hoc loco Iudææ vastitas, quæ consequuta est crucem Domini, iuxta sententiam Eusebij, & Theodoret, de qua supra diximus. Luxit vindemia, infirmata est vitis: quod (ut leges apud IOSEPH. lib. 3. cap. 4. de bello Iud.) Galilæa vniuersa vernabat vinetis, oliuetis, frondebat tota, ut nusquam vlla terra compareret, exhilararet animos, quoquo circumtulisses oculos, ita vastata est, ut nusquam herba viridis appareret: & lib. 6. cap. 1. idem Ioseph. scribit, omnis terræ Hierosolymorum aspectum fuisse miserabilem, qui lacrymas excuteret etiam alienissimis hominibus, qui ea loca vidissent arboribus vernantia, oliuetis, & hortis amœnissima, redacta in vastitatem, & miseriam. Gemuerunt omnes, qui lætabantur corde. Hæc leges apud IOSEPH. lib. 6. cap. 42. Erat videre eos, qui olim arrogantes, & impietate insolentes erant tunc humileis, & trementeis: & quamquam in sceleratis hominibus, & flagitiosis, miserabilis, erat illa mutatio. Quæ verba Iosephi completum ostendunt, quod prædixit Esaias his verbis: Ingemuerunt omnes, qui lætabantur corde. i. diuites, & locupletes gement, & rediguntur in maximam miseriam: Cessauit gaudium tympanorum, iam non sonabunt tympana: quieuit sonitus lætantium, non lætabuntur, vel (ut vertere Lxx) cessauit audacia, & diuitiæ impiorum quod potentes sunt superbi, & arrogantes, & multa audent. Conticuit dulcedo cytharæ, cum cantico non bibent, instrumenta musica, & voluptates locupletum, & delitiæ, mutabuntur in lacrymas: neque hoc solo loco Iosephus hæc scribit completa sed toto lib. 5. & 6. Quod Hier. vertit: Cum cantico, Lxx viri, reddidere, Erubuerunt, quod בישר. i. cum cantico, leguntur בשר vna litera minus, & mutato, ב, in, ג, erubuerunt, vel afficientur pudore, & contumelia Non bibent vinum, nam (ut supra diximus ex Iosepho locis citatis) publice cædebantur fustibus, & afficiebantur omnibus ignominijs: cædebantur verberibus publice, cruce afficiebantur: venie re sub hasta: obiecti sunt beluis laniandi: captiui ducti sunt: non bibebant ergo vinum, & afficiebantur omni ignominia. Amara erit potio bibentibus illam: Videtur facta allusio ad illud cap. 22. vocauit illos dominus Deus ad fletum, ad planctum. i. vocauit illos Dominus ad penitentiam post Christum cruce affectum, & expectauit annos 42. post crucem Domini, dum cõ conuerterentur

LXX VIRI.

Lugebit vinū, lugebit vitis, gemēt omnes læti animo: cessabit lætitia tympanorū: cessabit audacia, & diuitiæ impiorū: cessabit vox citharæ. Erubuerunt, nō biberūt vinū, amara facta est sycera bibentibus.

Auiterentur, illi autem putabant se impunè laturos, & non implendas esse prophetias, ut fateatur IOSEPH. de bello Iudaico lib. 4. cap. 22. Et occidebant vitulos, comedebant carnes, bibebant vinum, dicebant comedamus, & bibamus, cras moriemur: quæ causa fuit ut hæc incurrent mala, quod spectans propheta inquit: Amara ergo illis fuit potio sycera, i. amara fuit illis illa epulatio, & helluatio, cum dicebant, comedamus, & bibamus: Sycera significat temetū, & potum ex fructibus quo ebrii fiebant homines adeo, ut omnem sensum amitterent, multo magis quam temetū. causam horum omnium intelliges ex Hierem. cap. 11. ubi Dominus iubet prophetā Hieremiam testari apud populum Iudæ, se, omnia, quæ illis præscripserit, iam inde vsque ab eo tempore, quo eos à seruitute Aegyptiaca auerit, quotidiè illis inculcasse, & dixisse, ut seruarent ea: & quod non credidissent, nec obtemperassent, ideo illos hæc mala pati, quæ illis erant prædicta. Sed multo apertius Deuteronomio. cap. 18. Adducet super te Dominus gentem de longinquo, & cætera, quæ sequuntur. Et cap. 29. Dominus non ignoscat ei, sed tunc quam maximè furor eius fumabit, &c. Et Iosephus hæc latè exequitur in fine lib. 4. Iudææ antiquitatis. & lib. 5. cap. 27. scribit neq. nationem vllam post homines natos fuisse, quæ tam magna clade sit affecta, neque post hominum memoriam vllos homines fuisse, qui tanto se commacularint crimine. Quæ non possunt nisi ad Christi mortem referri, & in principio 1. lib. de bello Iudaico hoc idem præ se fert, quod congruit cum illo Ezechielis, quo prædicit afficiendam poena Hierusalem, qua nec maior fuerit, nec futura sit vlllo tempore: quæ de captiuitate Babylonica interpretari non posses, nisi in endacem prophetiam facere velles.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Attrita est ciuitas vanitatis: clausa est omnis domus, nullo introeunte: clamor erit super vino in plateis deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ: relicta est in vrbe solitudo, & clauitas opprimet portas, quia hæc erūt in medio terræ, in medio populorum.

Deserta est omnis ciuitas, claudet domū ne ingrediatur: vlulate pro vino, ybique cessauit omnis lætitia, abiit omne gaudium terræ, derelinquentur vrbes desertæ, domus derelictæ peribunt: Hæc omnia erūt in terra in medio gentium.

Describitur vastitas Hierosolymorum, & urbium Iudææ. Attrita est ciuitas vanitatis, vel fracta est: pro vanitatis Hebraicè est יתהוה. i. inanis, & vacua, idem illud verbū Hebraicum quod initio Genesios est in illo: Terra autem erat inanis, & vacua. Attrita est ergo ciuitas inanis, & vacua charismatis spiritus sancti, translata iam ad gentes gratia spiritus sancti, cum venire ad Ecclesiam, & translatis ad nos solemnitatibus, quia tranlijt ad nos Pontifex, non is qui typus erat, sed verus, relicta est Hierusalem inanis, & vacua, & ut sæpè diximus de IOSEPHO de bello Iudaico lib. 6. cap. 31. abeuntes angeli è templo dixere, relinquamus has sedes, & apud Ezechielem. cap. 11. Cherubim deserunt urbem Hierusalé, & inde abscedit quoque gloria Domini, ut planum sit, relictam esse Hierusalem inanem, & vacuam, & ostendimus supra Lxx viros præ se tulisse Hierusalem, & vrbes Iudææ esse deletas, quod dimissæ sunt à Domino, nuda præsidio angelorum, & orbatæ donis spiritualibus. Lxx tantum significant hoc loco vastandas esse omnes vrbes Iudææ, edidere enim, Deserta est omnis ciuitas. i. omnes vrbes sunt relinquendæ desertæ, & vastandæ. Idè significat verba illa D. Hieron. Clausa est omnis domus nullo introeunte. i. omnes domus sunt dirutæ, aut desertæ, quod nemo introeat (interfectis videlicet habitatoribus) pro quo Lxx seniores reddidere, Claudet domum ne ingrediantur, Hebraicè est מבווא. i. ab ingrediendo, quod D. Hieronymus interpretatus est, ita ut nullus ingrediat, vertit enim, Clausa est domus nullo introeunte: Lxx seniores interpretantur, Clausa est domus ab ingrediendo. i. claudet Dominus omnem domum Iudææ ne quis ingrediat: quibus verbis puto prædici illud, de quo pluribus est dictum in illud capitis primi, Terra vestra deserta: & in illud capitis sexti, Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, cautum enim erat poena capitali ne quis Iudæorum pedè inferret in urbem Hierosolymorum, quod prædictum erat prophetarum vaticinijs: sic enim IVST. in Apologia 2. ad Antonium Pium: Quod autem seruatur ne quis vestrum in ea sit Iudæus, & mors irrogatur deprehensio Iudæo si intret in urbem aliquam Iudææ, optimè nostis pro re

pro re ergo confessa, & notissima, & vulgatissima illud narrat Iustinus, quod factum est post A
cladem inuectam Iudææ sub Adriano. Idem leges apud AVGVVS. in psal. 58. in enarratione in
primam partem ubi miratur cur post tam manifestum signum temporum Christi, Iudæi non
credant, cum videant prædictum esse, post crucem Christi vastandam Iudæam, delendos Iu-
dæos, reliquos esse dispergendos in omnes oras, & tamen increduli sunt cum videant hoc cõ-
pletum. Verba August. sunt, Et tamē manet gens Iudæorū, certè victa est à Romanis, certè de-
leta vrbs eorū; nō admittuntur ad ciuitatē suam Iudæi, & tamen Iudæi sunt, nempe quod ne-
cesse est sic manere vsque ad finem seculorum. Ergo claudet Dñs domum Iudæorum. i. vrbe
Iudæorum ne ingrediantur Iudæi eò, & hoc per leges latas ab Imperatoribus: & sic interpreta-
bimur translationem D. Hieron. clausa est omnis domus vrbium Iudææ, nullo introeunte. i. vt
nullus possit introire. Clamor erit super vinò in plateis. Vel vt vertere Lxx qui sententiam red-
dūt: Vlulate pro vino vbique, quia, vt est apud IOSEPH. cum alibi, tum lib. 6. de bello Iudæi-
co, cap. 20, in omni domo ubi erat alimentorum vestigium, bellum erat, & clamor, & vocife-
ratio, & cædes & lamentatio, & vinum pro omni alimento ponitur. Et deserta est omnis læ-
titia, & cætera. i. vastata est vrbs, relicta est in vrbe solitudo, Lxx ita interpretantur vt nos do-
ceant singularem numerum pro plurali positum, & de omnibus vrbibus Iudææ intelligendū
esse, quæ vastandæ sunt, sic EVSEB. hunc locum explanat. lib. 2. demonstrationis euangelicæ
cap. 46. nam hoc factum monstrat, prædictūque ab Esaia hoc loco vult. In medio terræ, quod
Iudæa in medio orbis qui tunc erat notus sita erat. vt leges apud Ezechielem. cap. 5. ubi intel-
liges quæ causa sit cur Hierusalem posita fuerit in medio orbis, certè omnia, si singula ex-
pendas, proprie ad vastitatem Hierusalem spectant: spiritualiter etiam ad mundi cõsummationē.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Quomodo si pauca oliua quare
māserūt excutiātur ex olea, &
racemi cū fuerit facta vindemia*

*Quēadmodū si quis excutiat oliuā, sic ex-
cutient eos, & quēadmodū si quis vinde-
miat racemos, & si quieuerit vindemia.*

EVSEB. Cæsariensis de demonstratione Euangelica. lib. 2. cap. 46. cum dixisset relinquēdas
vrbes Iudææ (inquit) & vastandam vniuersam Iudæam, subiicit Propheta, Quēadmodū
si quis vindemiat oleam, sic vindemiabuntur ipsi. Ergo Euseb. semper hæc ad vastitatē Iudææ
inuectam à Romanis refert. lectio Lxx virorum castiganda est ex lectione Hebræa, quod em
Hebraicè est *וְיִקְרְאוּ*. i. sicut excutient oleam, reddidere. Quemadmodum si quis excutiat
oliuā, sic excutiet eos, addita posteriore oratione, vt planior sit sensus, & rursus verba illa He-
bræa, *וְיִקְרְאוּ*. i. sicut racemos, reddidere Lxx, quemadmodū si quis vindemiat racemos red-
dunt enim sententiam & postrema verba, *וְיִקְרְאוּ*, quando finita est vindemia, reddide-
re: & si cessauerit vindemia, qua interpretatione Lxx viri apertius multo hunc locum expla-
nāt quam EVSEB. faciunt enim paraphrasim huius loci, si reponas verba quæ desunt ex lectione
Hebræa (vt dictum est) significat enim vrbes Iudææ subuertendas: primum à Vespasiano
patre, & filio, & postea veluti faciendam racemationem, & penitus excindendas, & vastandas
sub Adriano: vt sit sensus: Quemadmodum si quis excutiat oliuam collectis oleis prius, & fa-
cta prius oliuatione, rursum reliquæ oliuæ quæ sunt, colliguntur, sic Adrianus imperator quod
reliquum erit ex vastitate illata à Vespasiano delebit prorsus: & quemadmodū si quis vin-
demiet racemos, postquam peracta est iam vindemia, faciens videlicet racemationem, & co-
lligens racemos relictos à vindemiatore, & sic Adrianus vastatos Iudæos à Vespasiano, vasta-
bit rursus, & quod residuum erit Iudæorum delebit prorsus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Hi leuabunt vocem suam, at que lau-
dabunt, cum gloriatus fuerit Domi-
nus, hincient de mari.*

*Et isti voce clamabunt, at derelicti
sup terrā letabuntur, simul cū gloria
Dñi conturbabitur aqua maris.*

Hieuabunt vocem suam Apostoli & fideles, præ lætitia clamabunt ad Dominum, atque
laudabunt Deū, cum gloriatus fuerit Dominus. i. cum subuerterit omnes vrbes Iudææ,
tunc enim vt supra sæpè dictum est confluit ad fidem vniuersus orbis, cum vidit iuxta vati-
cinea Pro-

Acinia prophetarum conflagrassè vniuersas Iudææ vrbes, & post tantum miraculum comple-
tum glorificauere Deum, præcipuè fideles qui admoniti sunt à Deo impendente ruina bien-
nio ante vt exirent Hierosolymis, vt docet EPIP. lib. 1. cap. contra Nazaræos in fine, & vt do-
cent alij patres, gratias ergo agent Deo quod vltus sit Iudæos infideles, & se liberauerit. Hin-
nient de mari. i. in hoc mundo triumphabunt gaudio, nā mare pro mundo ponitur, sic enim
hunc locum explanat Euseb. loco citato his verbis: Hic significat gauisuros, & gaudio trium-
phaturos eos, qui in terra fuerint relictī, reliquias videlicet, quæ saluæ factæ sunt: semper em
Euseb. interpretatur totum hoc caput de vastitate Iudææ post crucem Domini. CYRILL. quo-
que hæc verba ad tempora Christi refert, nam supra admonuimus, nescio quem, suas nugas
admiscuisse commentarijs Cyrilli. Lxx viri aliter hunc locum intellexerunt, qui reddidere: &
isti voce clamabunt, infideles Iudæi, pereuntes incendio, fame, bello, & peste, de quibus su-
perioribus commentarijs dictum est. At derelicti super terram, Apostoli, & fideles, lætabun-
tur triumphabunt gaudio, simul cum gloria Domini, cum videant glorificari Dominum to-
to orbe, vt dictum est, Conturbabitur aqua maris, conturbabuntur populi huius sæculi inter
se: conurgebat enim omnis orbis aduersum fideles: pater tradebat filium iudicibus, & filius
patrem: vulgatum est enim in scripturis, mare, poni pro mundo. THEOD. hoc sic interpreta-
tur, & ad vltimam consummationem posse referri ait. Docet enim (quod supra dictum est)
typum hoc esse etiam vltimæ consummationis. Quod D. Hieron. reddidit, Hinniet de mari,
Lxx viri reddidere, clamabunt, vel sonabunt è mari, quod verbū Hebræum *וְיִקְרְאוּ* id quoque
significat & subaudiuere, aque, vt esset, Aqua sonabunt è mari. i. aquæ vociferabuntur è mari,
& interpretati sunt: Conturbabitur aqua maris, conturbabuntur populi huius seculi. Addi-
dere de suo Lxx illam omnem orationem: At derelicti super terram, vt significaret reliquias,
quæ saluæ factæ sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Propter hoc in doctrinis glorificat e Do-
minū in insulis maris nomē Dei Israel.*

*Propter hoc gloria Domini in insu-
lis maris erit, & nomē Domini glo-
riosum erit Domini Dei Israel.*

THEOD. insula (inquit). i. Ecclesiæ, refo-
nabunt laudes Domino tanto beneficio
redemptionis affectæ, nam mare appellat hominum multitudinem, insulas vero in medio gē-
tium edificatas ecclesiæ, quod fluctibus maris alluantur. i. patiantur hominum persecutio-
nes, seruetur tamen Ecclesiæ extra periculum, iuxta Domini promissum, quod portæ inferi
non præualebunt aduersus eam. CYRILL. hæc eodem refert. Tralatio ergo Lxx virorum, iux-
ta sententiam Theodoretī, & Cyrilli, plane prædicationem euangelij repræsentat, & ecclesiæ
dilatationem per maris insulas, & fines orbis terrarum, & nomen Domini vbique futurum
gloriosum, neque futurum gloriosum tantum, verum sub titulo Domini Dei Israelis, ergo
propter hoc in doctrinis (euangelicis. s.) glorificat e Dominum, glorificabitis omnes gentes
Dñm: vaticinantur em Prophetæ cum imperare videntur. In insulis maris, non solum in toto
orbe, sed etiam in insulis toto orbe summotis: & glorificabitis nomē Dñi Dei Israel, Deum
sub nomine Dei Israel, quia viri Israelitæ Christiani sumus. i. viri videntes Deum, & præua-
lentes in Deo: Iudæi dicuntur Israelitæ secundum carnem. Quod tamen. D. Hieron. vertit in
D doctrinis, Hebraicè est *וְיִקְרְאוּ*, ba vrim in luminibus nam, *וְיִקְרְאוּ*, idem est quod apud nos in vrim
luminibus, nā *וְיִקְרְאוּ*, lumē est, *וְיִקְרְאוּ*, lumina, vel luminatia. Iudæi aiunt surech quibuz poni pro
Surech cum vau, & reddi posse in splendoribus, in luminibus, vt sit sensus gentes glorifica-
turas Deum in luce euangelica, & sic hunc locum intellexit D. Hieron. cum vertit in doctri-
nis. Aduertendum tamen idem hoc nomen Hebræum Baurim quod hoc loco est, esse etiam
Exodi 28. & diximus solere prophetam Esaiaem quoties citat verba veteris testamenti, de-
clarare typum esse eius prophetiæ de qua sermo est, quod facere eum arbitror hoc quoque
loco, & quando vt referunt Isidorus clarius, & Vatablus in caput 28. exodi, & Pagninus in di-
ctione or, Rabini ignorare se fatentur quid sit vrim, & fatentur solum se scire esse nomen Dei
expositi, præterea nihil, satis præ se ferunt se hoc ignorare, quod in tenebris ambulent, & nō
in luce euangelica. Nam si est nomen Dei expositi. i. Dei declarati, & glorificati, qui ignoraba-
tur vsque ad tempus euangelij, planum est significare euangelij declarationem, & expositio-
nem qua spiritus sanctus clarificat filium, & pater clarificat filium, & filius patrem Ioannis 16.
& 17.

& 17. & mutuo se clarificant personæ sanctissimæ Trinitatis, & perspicuum est hoc esse nomē Dei expositi. i. clarificati, nam, Vrim clarificantes significat, & declarantes, & exponentes, illuminantes, quod adiectiua prædicantur pluraliter de personis, quod mutuo se clarificant personæ diuinæ. Id præ se tulit Chaldeus interpres, qui pro Vrim, aduentum lucis vertit, euangelicæ. f. vbi personæ diuinæ se mutuo clarificant, & glorificant. Ergo sensus huius loci est, propter hoc glorificate Dominum infulæ Baurim, in clarificatibus se mutuo personis diuinis, in clarificato nomine sanctissimæ Trinitatis, quod reuelata vobis est sanctissima Trinitas, & vna Deitas. Idem significat Tumin nomen Dei eodem loco. i. datium gratiam vel implentium legem aut perficientium, quod tres personæ, & vna Deitas dant gratiam, & perficiunt. AVG. lib. 2. quæst. in Exodum, etiam ignorare se fatetur, quid sibi hic locus velit, nunquam id facturus si Hebraicè scisset, ignorasset enim quæ sunt personæ clarificantes se mutuo, & dantes perfectionem, & gratiam quæ data est in lege noua. Quæ autem Vatablus in hunc locum affert Iudæorum sunt gerræ, & deliria, nostra res non pendunt tam leui filo, neque, leuitate nituntur, aut fabulis, sed firmissimis fundamentis. Res ergo nota est, si voces Hebræas explicemus, or enim lumen est, vrim lumina, vel luminantia adiectiua, quod pater lumen sit, & filius lumen de lumine, & spiritus sanctus lumen ab utroque procedens, tria luminantia, & vnum lumen. Vnde Rabi Selomoh vrim scripturam dicit esse, nominis Dei, quam ponebant in triplicis pectoralis, per quam Deus lucere faciebat, & perficiebat verba sua. Hæc scriptura nominis Dei quam ait Rabi Selomoh ignorata à Iudæis, quæ lucefcit in cordibus nostris, quæ facit vt cognoscamus veritatē, & perficiamus, apertè fidem mysterij Trinitatis significat. significat etiam vrim lumina. i. Apostolos iuxta illud: Vos estis lux mundi, & iuxta illud Pauli ad Philip. cap. 2. Inter quos lucetis sicut lumina: in prædicatione ergo euangelij, & in reuelatione sanctissimæ Trinitatis, & in Apostolorum doctrina, resonabunt infulæ laudes Domino. Videtur tamē Esaias significare, in inscriptionē illam vrim, Exodi. 28. insertam pectori sacerdotis, significare doctrinam euangelicā ex pectore Christi sacerdotis dimanantem, quod ipse patrem esset clarificaturus, idem enim est vrim reuelationum, luminum, quod Christi doctrina, sit doctrina reuelationum, & doctrina luminum, & ipse angelus dictus est, quod nemo nouerit patrem nisi filius, & ipse hominū tenebras illuminauit. Certè hoc sensisse videtur Lxx viri qui vrim, & Tumin manifestationem, & veritatē vertere, & hæc verba interpretans CYRILL. in expositione Symboli Niceni quæ primo tomo concili. est: In pectore, inquit, summi sacerdotis, fuere lapides numero 12. in quorum medio erat manifestatio, & veritas. 12. lapides chorus Apostolorum erat, circumstantes Emmanuelem, qui est manifestatio, & veritas, manifestauit enim nobis veritatem, & c. quæ indè petes, & certè Christus propriè dicitur manifestatio & illuminatio quia dictus est angelus testamenti, Angelus. i. nuncius, quia nunciauit, & manifestauit nobis magna Patris consilia. Nam cur doctrina Christi dicta sit doctrina Tumin. i. perfectionum, manifestius est, quam vt dicendum sit. Ergo D. Hieron. eo Exodi loco vertit, Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, Lxx viri manifestationem & veritatem & Hebraicè est lumina & perfectio, pro perfectione posita est veritas à Lxx viris & à D. Hieron. quod figurarum veritas est perfectio, ergo explanabitur hic locus: Infulæ glorificabunt Dominum propter manifestationem & reuelationem illius mysterij quod vt inquit Paulus erat absconditum à seculis & quod figurarū veteris testamenti venit veritas & perfectio.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

A finibus terræ laudes, audiimus gloriam iusti.

Ab aliis terræ portenta, seu miracula, audiimus spes iusto.

Tralatio Lxx pro scholio est tralationi D. Hieron. A finibus terræ laudes audiimus. i. ab aliis terræ, hoc est, à quatuor regionibus mundi audiimus apostolorum miracula, quæ edidit innumera, alioqui pauci homines, ijdemque pauperissimi, qui hominibus barbaris, & in fidelibus prædæ erant, velut agni lupis, quomodo totum orbem conuertissent intra breuissimum tempus, nisi innumeris editis portentis, & miraculis, quæ Propheta audisse se dicit. i. toto orbe innotuisse? Itaque quod Propheta dixit laudes, Lxx interpretantur portenta, miracula. Deindè gloriam iusti, explanant Lxx spes iusto. i. audiimus quæ sit proposita spes iusto, quæ gloria expectet iustum, & quæ beatitudo. THEOD. Nam qui in lege, & religione sanctè

verifatur

A verifatur quod nouit quæ sit proposita merces in futuro sæculo fidelibus, & fert generose viri labores. CYRILL. eodem ferè modo explanat. Non præterendum silentio Hebraicè esse פְּרָאֵי לְיָדַי, vt sit, audiuius laudes. פְּרָאֵי, i. Christi, nam פְּרָאֵי; Christi nomen esse dictum est pluribus in cap. 4. & פְּרָאֵי, casti patrio esse potest, vt sit, audiuius laudes Christi, laudes iusti, vt sit repetitū Christi nomē, & constabiliunt quæ supra dicta sunt & quæ sequuntur.

D. HIERONYMVS.

Et dixi, secretum meum mihi, secretum meum mihi.

His locis deest tralatio Lxx seniorum, Iudæi interpretatur, Macies mea mihi, macies mea mihi. Interpretantur enim Iudæi hoc caput etiam de tempore redemptionis, & his verbis hunc locum explanant: quando venturam video vltionem in Israel tempore redemptionis quando conflabuntur, & non nisi iusti remanebunt, pinguedo carnis meæ emarcuit quia multi sunt inter illos præuaricatores, qui consumendi sunt vniuersi. Hæc P A G N I N. in ditione Raza, vbi Rabinorum contextit interpretationem. Itaque Iudæi nouere delendos impios fuisse in Christi aduentu, seruandas reliquias, quod ipsi sibi ignorantiam affectarent. Et videtur Pagninus innuere Rabi Abraham auctorem esse huius interpretationis, nam Thargum & R. Ioseph. & R. Selomoh, sic reddunt vt D. Hieron. secretum meum mihi, secretum meum mihi, & sic penè interpretantur vt nostri, ait enim R. Selomoh iuxta supra dictam interpretationem: secretum mihi, secretum mihi, quia duo secreta reuelata sunt mihi, vltionum nempe & salutis. Vides quomodo Iudæi intellexerunt vlciscendos incredulos Iudæos, seruandos fideles? Sed hæc eò dicta sunt, vt verba Iudæorum referrem, quibus hoc caput ad Christi tempora referunt, & sic hunc locum vertunt vt D. Hieron. Sensus huius loci est, cū Propheta præsignificauerit conuersionem gentium, & lucis euangelicæ tempora, & subuersionis Iudææ, & exclusionis Iudæorum ab ecclesia, erupit in illa verba: secretum meum mihi, o grande secretum quod apud infideles secretum est, vt AVG. inquit in enarratione septimi psalmi: silentium est, atque secretum, apud infideles, apud amicos non est secretum. Vnde propheta dicit: secretum meum mihi, hoc secretum est quod cæcitas in Israel ex parte facta est, cum Dominum perfequebatur, vt plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, ad quod secretum profundum, altum que silentium cum venit Apostolus exclamauit quasi quodam ipsius altitudinis horrore perculsus: O altitudo diuitiarum. Ita magnum illud silentium non expositione magis aperit, quam admiratione commendat. hæc August. De hoc secreto legendus A M B R O. in præfatione in psalmum 45. in principio in caput 16. epistolæ ad Rom. in illa verba, Ei autem qui potest vos stabilire: & in cap. 2. ad Corinth. in illa verba, Sicut scriptum est quod oculus non vidit: & fortasse hoc secretum est illud de quo Paulus cum alijs locis, tū cap. 16. ad Rom. illis verbis: per reuelationē mysterij absconditi à sæculis, manifestati autē per Christū, sacramentum enim quod latuit semper in Deo, temporibus Christi reuelatum est, lege interpretes Pauli.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Væ mihi præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorū præuaricati sunt.

Væ præuaricantibus, præuaricationes legem.

Seuerus Archiepiscopus Antiochiæ hæc omnia, quæ sequuntur de consummatione mundi interpretatur, nec malè cohæret vt post vaticinia temporum Christi, sequatur vaticinium consummationis sæculorum. Tamen adhuc mihi magis placet vt vastitas Iudææ describatur nam & ipsi Iudæi, vt superiore commentario dictum est, sic explanat, quod Hebræa verba magis significant, quæ ad verbum sic reddes, præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione præuaricantium præuaricati sunt. Nam illa eiusdem verbi tanta repetitio, magnam vim habet ad rei, de qua agitur, amplificationē, sicut etiam verbum Hebræum פְּרָאֵי, quod etiam si præuaricari significet, significat etiam alia multa, & significat etiam impie facere, & omnium maximum scelus admittere, nec est verbum aliud apud Hebræos, quo crimen immanius facere significetur, & repetitio illa eiusdem sententiæ quæ ad amplificandū magnā vim habet, satis indicant, his verbis lugere prophetam quod sui immane illud facinus in Christū admiserit, quod regem gloriæ affecere cruce. Dixi tralationem Lxx seniorum hoc loco esse mutilam, aut adulterinam.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

Formido & fouea, et laqueus super te, qui habitator est terra. Et erit qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueā, & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo, quia cataraçta de excelsis aperta sunt, & concutientur fundamenta terræ, contractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, quasi ebrius, & auferetur sicut tabernaculum vnius noctis.

Cum de immani illo flagitio fuerit sermo, quo Rex gloriæ in crucem sublatus est: subiit propheta pœnas quas luere Iudæi ob tam immane facinus admissum, Formido, & fouea, & laqueus super te quod omnia mala impendebat Iudæis quādo diruta sunt Hierosolyma, seditiones tyrannorum quibus Iudæi passim ferro sternebantur, & domestico bello peribant, fames dira, lauissima pestilentia, & hæc intestina mala: foris vero Romanorum armis premebantur: quæ mala similitudine formidinis, foueæ, laquei significauit propheta, formidine significans arma Romanorum: fouea pestem, & famem: laqueo, seditiones: & accidebat ut qui fugisset formidinem, caderet in foueā: & qui se explicuisset de fouea, teneretur laqueo. i. qui vitasset Romanorum arma, periret fame, aut pestilentia: qui hæc fugisset, domesticis seditionibus caderet: qui fugeret ad Romanos, à suis occideretur deprehensus: qui latuisset suos, & ad Romanos peruenisset, aut caperetur à Romanis, cæsus verberibus, & cruci suffixus periret leto malo, qua de re IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico cap. 27. & 28.

Quia cataraçta de cælis aperte sunt. i. quia apertis cæli fenestris immisit Deus omnia mala Iudæis, ut intelliges ex cap. postremo lib. 5. & cap. 4. lib. 6. IOSEPH. & ex cap. 8. & per omne genus amplificationis auget vastitatem inuetam Iudæis. Nam si Quintilianus cap. de amplificatione ex illo Virgilij, -- Conuersa cuspide montē Impulit in latus: -- Apparet, inquit, quanta sit futura tempestas, cum apertis foribus venti omnes erumpere sinuntur: quanta futura mala: hic significantur Iudæis, cum ruptis cæli cataraçtis, apertis fenestris ingruere iubet mala omnia pater omnipotens Iudæis, & concussa ait fundamenta terræ, qua de re leges IOSEPH. lib. 6. cap. 31. de prodigijs, & rebus quæ acciderunt vltima vastitate Hierosolymorum, concussum est enim terræ motu templum, reserata valua, quæ à magna multitudine hominum claudi, & recludi solebant, erant enim ferrea. Hæc omnia excipit congeries verborum ac sententiarum idem significantium, quæ ruinam urbium Iudææ significant: Contractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra. Quæ omnia idem significant ruituras vrbes Iudææ. Lxx Seniores hanc exemplificationem non expressere, sententiam expressisse contenti, aut fortasse illorum interpretatio trunca est hoc loco. Quod verò Hieronymus vertit: Sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis, inuersum est apud Lxx seniores. Magis consentit tralatio D. Hierony. cum lectione Hebræa: sic enim erat legendum: Agitatione agitabitur terra, sicut ebrius, & letitio Lxx eodem modo legēda erat: Declinabit, vel ruet, supple terra, quasi ebrius, & crapulatus: erant enim Iudæi extra se, mentis impotes, alioquin non periissent vrbes Iudææ. Nam Vespasianus illis optimas pacis condiciones ferebat, atq; adeo imminente ruina. Sed hanc cecitatem immisit Deus Iudæis ut essent velut ebrii, & crapulati, & non intelligerent, & ruerēt omnes: qua de re leges apud IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico. cap. postremo, & lib. 6. cap. 30. & cap. 42. Quod vero D. Hier. reddidit: & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis: Lxx, Corruet, & disturbabitur sicut casula pomorum in terra. sic enim Lxx hunc locum vertere ut reddide illud capitis primi: Relinquetur filia Syon, sicut pomorū custodia. Nam, & Græcè, & Hebraicè

Timor, & fouea, & laqueus super vos habitates in terra, & erit fugies, timore cadet in foueā, & egrediens de fouea capietur à laqueo, quod fenestrae de cælo aperte sunt, & concutientur fundamenta terræ, turbatione conturbabitur terra, depauperatione depauperabitur terra, declinabit (vel ruet) commouebit (vel diruetur) sicut tuguriū pomorū terra, quasi ebrius, & crapulatus.

braicè idē verbū est hic & illic, ut idem hic demonstrari significetur, quod illic. Qua de re lege quæ scripta sunt in verba illa capitis primi: Relinquetur terra vna deserta, sicut casula in cucurario. Sēsus ergo est: Disturbabitur, & corruet vniuersa Iudæa, ut peracta vindemia tuguriū disturbatur, vbi custos vinei delitescerebat. Verba Græca sic vertes, quæ parū rectè vertit interpres Latinus. Corruet & disturbabitur ut casula cucumerarij. Sed & Rabini eodē modo penè exponūt, ut legere potes in thesauro in dictione, cū. Ita ergo interpretabimur tralationem D. Hieron. Auferetur vrbs Hierosolyma, ut auferetur tabernaculū vnius noctis, erectū em erat ad vsum vnius noctis tantū post quā deicitur, quod illo opus nō est. Sic Hierusalē erat vmbra legis nouæ, ad vsum vnius noctis quæ fuit vsq; ad tēpora euāgelij: quod ait Paulus, præcessisse noctem, venisse diem. Disturbatur ergo postquam venit dies, quæ vmbra opus non est, postquam venit veritas. SEVERVS Archiepiscopus Antiochiæ, interpretatur verba illa: Super te qui habitator es terræ, sic, Habitator terræ est qui à cogitationibus & meditatione rerum cælestium auocatur, terrenis cogitationibus implicatus, & excogitat rationes aduersum veritatem. Hic enim propriè habitat in terra, veluti clauis quibusdam affixus solo, & humanis cogitationibus grauatus, ad cælum animum attollere non potest, hos perdet Deus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et grauabit eam iniquitas sua, & non adiciet ut resurgat.

Et cadet, & nō poterit surgere, præualuit enim super eam iniquitas.

Eodē modo Lxx seniores, excepto quod immutauere ordinē. Nā quod primū dixit Hiero. Graua bit eā iniquitas sua, Lxx postremū dixere: Inualuit super eā iniquitas. Quibus verbis dixisse videntur Lxx, quod ORIGENES. in cap. Hiero. 13. & 14. dixisse ait Angelos cū deseruerūt Hierusalē, multis facinorib; oppressa est Hierusalē: Iesum interfecit, in dñm nostrum misit manus, quādiu minora peccauit, potuim; rogare pro ea, potuim; obsecrare dñm, sup ista quis parcat? Hoc videtur Lxx seniores verbis his expressisse: Cadet, & nō poterit surgere: inualuit enim super eā iniquitas, id est, maior est iniquitas quæ ut angeli Dei pro ea dñm rogēt, ut ait Origenes.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erit in die illa, Visitabit Dominus super militiam cæli in excelsis, & super reges terra, qui sunt super terra.

Et erit in die illa: Inducet Deus super ornatum cæli manum, & super reges terræ.

Significari puto triūphaturū dñm aërias potestates, & triūphaturū etiā principes huius sæculi demones, ut D. Paulus inquit ad Colos. c. 12. ut Lxx, Super ornatum cæli, dixerint, super aërias potestates, qui olim erāt ornatus cæli, ut dictū est supra. Quomodo cecidisti Lucifer, &c.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacū, & claudetur ibi in carcere: post multos dies visitabuntur.

Et cōgregabunt, & cōcludēt in munitione, & in carcerem. per multas generationes visitatio erit eorum.

Et hoc quoq; Iosephus de bello Iudaico libr. 6. postrema libri parte, post maiore stragē in Iudæos aeditā in oppugnatione Hierosolymorū, quæ pro hominū fide, conijciēdos in lacū, hoc est, in domos munitas, & claudendos in carcere, quod idē est. In congregatione vnius fascis. i. sic reuinctos, & colligatos, & congregatos, ut cōgregatur fascis. Visitados autē post multos dies. i. introducēdos in ecclesiā in consummatione sæculi, cū intrauerit plenitudo gentiū. Sed placet versio Lxx virorū, & mirificè cōsentire videtur cū lectione Hebræa. Per multas generationes visitatio erit eorū, nā visitatio in sacris literis pro pœna ponitur. Et videtur prædictum hoc loco, duraturas has pœnas, quas Deus est irrogaturus Iudæis, per multa sæculorū spatia. Hoc enim verbum Hebræum significat, rob: quod etfi Latinè vertatur multum, multitudinem tamen significat penè innumerabilem.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erubescet luna, & cōfundetur sol cū regnauerit Dñs exercituum in monte Siō,

Liquefiet later, & cadet murus, & cōfundetur luna, & erubescet sol, ga

Dd

Es in Hierusalem, Es in conspectu seniorum suorum fuerit glorificatus. regnabit dñs in Siō, & in Hierusalē, & in cōspectu seniorū glorificabit.

Liquefiet later, & cadet murus] quæ verba non agnoscit lectio Hebræa, siue q̄ addita sint à Lxx, siue quod intercederint ex Hebræa editione, qualia multa intercidisse ex Hebræa lectione docet ORIG. in epistola ad Africanū. Suspicio significare illud, q̄ est apud Matthe, terrā motā fuisse, & petras scissas in passione Dñi, cū velū tēpli scissum est in parteis duas, vt petra scissæ sint tū aliæ, tū parietis ipsius tabernaculi interioris, quod post velū erat, vt sit: Liquefiet later. i. lateres liquefiet: Et cadet murus. i. ruet paries interioris tabernaculi, vt sancta san-

Hinc Iosephus lib. 8. Antiq. c. 2. Semper secū dū tabernaculi adyitū vocat.

Latine lib. 8. c. 3.

Appellat Ioseph. interiorē domū secundū tabernaculū. Et rursū idē Ioseph. lib. 5. de bello Iudæi. c. 14. valuas secundū tabernaculi altiores fuisse prodidit prioris tabernaculi valuis: distinguatur ergo pariete. Verba Iosephi sunt, cū de valuis prioris & exterioris tabernaculi ageret: Oportet dñi appellat. i. Cū esset tēplum bipertitū, humilior foris erat, vel humiliores valuas erant, exterioris tabernaculi scilicet. Igitur si valuas exterioris tabernaculi erant humiliores valuis interioris tabernaculi, interioris tabernaculū pariete distinctū erat. Quod patet etiā ex ca. 9. epist. D. Pauli ad Heb. nunquā eī duplex tabernaculū diceretur, quod velo tantū esset distinctū: et si patefactū est secundū tabernaculū, vt significari videtur verbis D. Pauli, non solū scissum est velū, sed paries quoq; ille diuisus est, vt comodē interpretari queas, Liquefiet later, & cadet murus] de parte parietis illius, quæ corruit, & terrā motā, & petras scissas, ad petras, quib⁹ structus erat paries, referre quoq; posses, & ad alia saxa, & alias petras. Cū præsertim D. Hiero. in cap. 2. Matthei interpretās verba illa: Velū tēpli scissum est, scribat esse in euāgelio Nazarenorū, superliminare tēpli infinitæ magnitudinis fractū esse, atq; diuisum, quod de superliminari valuarū interioris tabernaculi, quod multo maius esse docuit Ioseph. intelligi possit. Quæ neq; intellecta, neq; expressa ab interprete mihi videtur. Pariete distinctū fuisse secundū tabernaculū à primo sensit etiā ABVLEN. in libros Paralip. sed si Græcè scisset intellexisset ex Ioseph. li. 5. c. 4. de bello Iudæi. c. 14. daico velo distinctū fuisse parietē tabernaculi interioris à tabernaculo exteriori. Eo tēpore erubescet luna, & confundetur sol cū regnare cōperit Dñs] à ligno: qua de re lege quæ scripta sunt in illū locū cap. 9. Factus est principatus ei⁹ super humerū ei⁹: & tūc quādo in cōspectu senum suorū. i. apōstolorū glorificabitur, nā senes pro Apōstolis, & pro ecclesia dñi accipi, author est August. in Apocalyp. in c. 7. explanās hūc locū. sol ergo & luna obscurata sunt in passione dñi, vt pudorē quendā præ se tulerint ob ausum immane nefas ab impiētissimis Iudæis in regē gloriæ. cur enim non omnia elementa confunderetur pudore ob tam immane hominum nefas?

D. Hiero.

D. Hieronymus, Chrysofost. & alij patres, nempe quod subuersio infidelium Iudæorum typus est subuersionis vltimæ infidelium, & quod Iudæis infidelibus dicitur, omnibus infidelibus dicitur, iuxta Canonem Tertulliani.

IN ESAIAE CAP. XXV.

Aguntur gratiæ Deo, quod compleuerit omnia, quæ prædixerat per prophetas: vastauerit Iudææ vrbes, quæ impedimento erant euangelij prædicationi: liberauerit prædicatores euangelij à persecuentibus. Describitur conuiuium corporis & sanguinis Christi, redemptio generis humani ex peccato Adæ: & Christi aduentus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dñe Deus meus est tu, et exaltabo te, confitebor nomini tuo quonia fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen.

Dñe Deus meus glorificabo te, quia fecisti admirabiles res, con filium antiquum verum fiat.

EVSEB. Cæsariensis lib. 2. de demonst. euangel. cap. 32. putat contineri hoc capite gratiarum actionem pro peracta redemptione generis humani, deletisque vrbus Iudææ. Eadem D. Hieronymi sententia est. D. CYRIL. Quod multa (inquit) de regno Christi, & vindicta sumpta è Iudæis propheta prædixit, repletus gaudio propheta gratias agit. Idem ait THEODOR. Ergo, Domine Deus meus es tu, dictum videtur vt illud: Benedictus Dominus Deus Israël, id enim significat. Exaltabo te, vel glorificabo te. Confitebor nomini tuo, gratias agam nomini tuo: nam confiteri significat etiam gratias agere, quod verbum Hebræum כָּפַר, confiteri significat, & gratias agere, & laudare, vnde Lxx reddidere, Laudabo nomen tuum, quæ omnia idem significant, quod Benedictus Dominus, quoniam fecisti mirabilia, tot res admirabiles quæ sunt editæ in aduentu Christi, & in œconomia redemptionis. Hoc est quod AVG. sæpè repetit, dixit se oriturum in Bethleem, natus est in Bethleem: dixit se oriturum ex virgine, natus è virgine est: dixit se editurum miracula multa, edidit multa miracula, vt in singulis dicere possis: Audi prædicta, vide completa, neque dubitationi relinquatur locus. Cogitationes antiquas, THEOD. i. quæ à principio præfinieras, nunc ipsa re præstitisti. CYRIL. Cogitationes antiquas, consilium antiquum, quod Paulus dixit, ante mundi constitutionem prænitum, in extremis temporibus manifestatum. EVSEB. in fine libri. 1. demonst. euang. res mirabiles quas fecisse Dñm significat, paulò infra declarari ait de sacramento eucharistiæ verbis illis: Et faciet Dñs exercituum in monte isto conuiuiū pinguiū, quæ in dē petes, neq; inficiatur intelligi quoq; res alias admirabiles, quas ipse multis verbis exsequitur lib. 4. demonst. euang. c. 12.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia posuisti ciuitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum vt non sit ciuitas, & in sempiternum non aedificetur.

Quia posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas, vt caderent eorū fundamenta, impiorū ciuitates in æternū non aedificabuntur.

Quod Iudæi (vt refert D. Hieronymus) aliò defleunt hæc vaticinia, quæ ipsos confingunt, & Vatablus, & Isidorus Clarius, testè quidem, ipsos tamen sequi videntur, qui contendunt hæc de vastitate vrbs Romæ esse intelligenda, pro qua gratias agant, quod dominus Deus Iudæos vindicauerit de Romanis, præterquam quod rerum euentus illos redarguit, cū Roma orbis caput sit, vrbes Iudææ iaceant per mille quingentos annos. Dirimunt hanc litem Lxx, qui tribus seculis ante crucē Dñi hæc ad vastitatem Hierosolymorū & vrbiū Iudææ referunt. Nam quod Hieron. vertit conuenienter Hebrææ lectioni, Quia posuisti ciuitatē in tumulū: ipsi veluti commentarij potius q̄ interpretes interpretantur, Quia posuisti vrbes in subuersionem, vt necesse habeas intelligere de vrbus Iudææ dirutis & subuersis. Et quod Hieronymus vertit, Vrbē fortē in ruinam interpretantur, vrbes munitas, vt caderent earū fun-

D d 2

damenta,

damenta, quod videtur esse illud quod DION in vita Adriani ait: quinquaginta vrbes munitissimas Iudæe incensas, & ab imo versas, & nongentos octoginta quinque nobilissimos viros incendio consumptos, quos Hebræis mos est appellare vrbes, de quibus superiora illa, Quia posuisti ciuitates in tumulū, intelligi arbitror. Deleta enim sunt oppida Iudæe, ita vt illorum tantum maneret faxorum & lapidum acerui. Et verba illa, Domum alienorum, vt non sit ciuitas, interpretantur, vrbes impiorū, vt sit sensus: Fecisti ruere vrbes munitissimas Iudæorum, vrbes (inquam) Iudæorum impientissimorum, qui regem gloriæ cruce affecere, nam sententiam reddunt tantum, & commentarij sunt potius quàm tralatores in quibusdam. Nā domum alienorum, interpretantur ciuitates impiorum Iudæorum, qui se alienauerūt à Domino, iuxta illud: Filij alieni mentiti sunt mihi, Postremò verba illa, Vt non sit ciuitas in æternum, vt non ædificetur, interpretantur, In æternum non ædificabuntur, quod intelligi non potest nisi de vrbe Iudæe, de Hierosolymis, de templo Domini, quæ iacent per mille quingentos annos, & vt prædictum est à prophetis, nullo vnquam tempore instaurabuntur. Ostensum est enim supra, cum in inuidiā nostrī nominis, impij imperatores fauerent Iudæis, & iacere fundamenta templi Hierosolymorū cœpissent, exarsisse ignē à fundamentis, & deterruisse eos, qui fundamenta iacere cœpissent. Neq; semel hoc fieri cœptum, sed sæpè, neq; perfici vnquā potuisse. Sic hunc locum explanat D. Hieron. Euseb. Cæsariensis lib. 2. de demonst. euangelica cap. 32. & Theodoretus, qui addit significari quoque rerum humanarum fragilitatem, & Dei potentiam, cum vrbes munitissimæ Iudæe rebus omnibus florentes præter spem, & credibile tam citò sint deletæ, & in vniuersum hæc dicta putat de omnibus vrbebus Iudæe, potissimū verò referenda ad Hierusalem, iuxta verbum Domini, Non manebit lapis super lapidem.

D. HIERONYMVS

Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te.

LXX VIRI.

Propter hoc benedicet tibi populus mendicus, & ciuitates hominum iniquitatem (vel iniuriam) sustinentium benedicent tibi.

CYRIL. Pro Iudæorum (inquit) vrbebus euersis laudabit te populus, diues donis spiritualibus, validus charismatum donis. Vnde interpretabimur verba illa, Ciuitas gentium robustarum. i. multitudo gentium quæ dicerent, Omnia possum in eo qui me confortat. Et Quis nos separabit à charitate Christi? Hoc enim robore quid maius dici potest? Lxx viri non reddere verba, quæ vulgarissimæ significationis sunt, ne quis dicere possit, viros doctissimos ignorasse nomina tam vulgata, in quibus vel pueri non possent hallucinari. Sed sensa eruunt. Quòd ergo D. Hieron. vertit Hebræe lectioni conuenienter, Super hoc laudabit te populus fortis, facta ex sequentibus paraphrasi, quod Lxx paraphrasin scripturæ ex alijs scripturæ locis solent facere, interpretantur. i. populus pauper, cui tu factus es fortitudo, quia imbecillabimus mundi elegit Deus: & sequitur statim, Factus es fortitudo pauperi, & videbantur pugnantia esse, si nunc populum fortem appellaret, & gentem robustam, & statim populum pauperem, & egenum, & ideo dissoluunt hunc nodum. Super hoc laudabit te, Hebræicè est, glorificabit te populus fortis. i. populus pauper & medicus, quem postea dicit factum fortem à Domino. D. CYRIL. docet, initium huius prophetiæ conuenire cum cantico Zachariæ: Benedictus dominus Deus Israël, &c. Non minus benè dici posset congruere cum cantico sacratæ virginis: Esurientes impleuit bonis, diuites dimisit inanes: nam diuites dimissos inanes, supra est significatum verbis illis: Posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas vt caderent. Non enim tantum dirutæ sunt vrbes Iudæe corporaliter, sed etiam spiritualiter. Nūc significat iam esurientes impletos bonis, nam Lxx viri mendicos eos appellant. D. Hieron. fortes (impletos iam bonis videlicet) & ciuitas Gentium robustarum timebit te; hoc Lxx interpretantur. i. ciuitates hominum iniuriam sustinentium, martyrum qui pro Christo tot iniurias sustinebant, quod est robustissimi animi. Quāquam ἀνδραγαθὸν ποιεῖν, vertere potes, hominū peccantium, & hominū labore oppressorum, nam hæc duo significat vox illa, distinguitur accentu. Et sic intellexisse videtur Cyril. nā siue veritas, oppressos iniuria, siue peccantes homines, explanat nudos bonis spiritualibus, & accipit pro nationibus infidelibus, sustinentibus iniurias principis huius mundi. Nā magna parte ex populo Gentium facta ecclesia est. Ergo populus mendicus, & ciuitates hominum iniuria dæmonum oppressorum, tanto malo à te liberati, & tantis aucti bonis, gratias tibi a-

tibi agent. Sic quoq; hæc intellexisse Eusebium Cæsariensem. demonst. euangelicæ lib. 2. cap. 32. ex capitis titulo intelliges. GREGOR. Nazianzenus oratione prima de pace, hæc quæ diximus omnia confirmat breuissimè. Cum enim citasset hæc verba: Propter hoc laudabit te populus pauper, subiicit: Diues ex paupere factus, quòd admirabile fecisti Domine super nos misericordias tuas, vbi enim abundauit delictum, superabundauit gratia. Quibus verbis apparet, cur quòd D. Hieronymus conuenienter Hebræe lectioni reddiderit, Populus fortis: Lxx seniores verterint, populus pauper: & pro gente robusta, homines peccantes, quòd Gregorius Nazianzenus inquit, Homines peccatores, Domini misericordia diuites sunt effecti bonis spiritualibus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. spes à turbine, vmbraculum ab æstu. spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem.

Fuisti enim omni ciuitati humili, auxiliator: tristibus propter inopiam protectio: ab hominibus malis liberabis eos, vmbraculum sitientium.

EN quos supra fortes & robustos appellauit, pauperes nominat & egenos, & causam subiungit, cur supra fortes & robustos nominarit. Nam pauperes erant & esurientes, nationes Iudæe bonis spiritualibus, quæ diuina non gustarant, vestitum supernæ gratiæ nullum habebant, nullas cælestes opes, nullum animæ alimentum (vt inquit Cyrillus) vnde esurientes, & mendici nominantur, cum autem Christus apparuit summo tyrannide, ditati euangelica doctrina, dicunt verba hæc: Extitisti Domine fortitudo pauperi, quia Christus factus est fortitudo, & opulentia esurientibus, quòd dixere Lxx, Fuisti omni ciuitati humili auxiliator, cum nationibus illuxisti quæ humilia & terrena tantum spectabant. AMBR. de fide lib. 3. cap. 3. probat hoc loco per gratiam nobis bona spiritalia contigisse, non per naturam, nec à nobis fidem habere initium, quòd Esaia dicat, Factus es omni ciuitati humili, adiutor. Deinde: Fortitudo egeno in tribulatione sua: egeno. i. populo indigo rerum cælestium, in tribulatione sua, in sua miseria fuisti fortitudo, quia in Christo omnia possumus. Quòd Lxx dixere: Tristibus, aut desperatis, aut non id expectantibus propter inopiam, protectio, fuisti illis protectio, qui non sperabant, quia nullos habuerant prophetas, nullam reuelationem rerum cælestium. Quamquam hæc verba ad quosdam ex Israël referri posse docet CYRIL. qui expectabat Christum, & ideo inquit: Tristibus propter inopiam Christi fuisti protectio, sed melius referentur omnia ad nationes. Sic enim congruent omnia cum lectione Hebræa & Græca. Spes à turbine, vmbraculum ab æstu. i. Deus fuit ecclesiæ spes, cum periculis ingruerat turbo, & procella laborum, & cum æstuabat ecclesia cuncta laboribus, Deus fuit ei pro vmbraculo, hoc enim significat vmbraculum ab æstu, & spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. i. robur regum, & principum Romanorum persequentium ecclesiam: fuit quasi ventus illius scopulo, aut maceræ firmissimæ, nam scopulus & paries manet immotus, ventus & turbo parieti illius frangitur, neque proficit quicquam, sic omnis furor contra ecclesiam conteretur, ecclesia stabit & firma manebit. Lxx vna oratione complexi sunt omnem sententiam hanc cum dixere: Ab hominibus malis liberabis eos. Sunt enim toto hoc capite commentarij potius quàm interpretes, & significant nobis his allegorijs nihil aliud esse significatum, quàm Dominum esse liberatarum ecclesiam ab omnibus persecutoribus eius. Quamquam Cyrillus persecutores intelligit, aut dæmonas, aut philosophos, aut pharisæos, & scribas: sed quorum? Persecutores cum dicimus, hos omnes intelligimus. Vmbraculum sitientium. i. tu supreme Deus, qui es vmbraculū sitientium. i. desiderantium cælestia fidelium. sic Theodoretus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sicut æstus in siti, tumulū alienorum humiliabis, et quasi calore sub nube torrente, propagine fortium marcescere facies.

Spiritus hominū iniuriā patientiū benedicent tibi, quasi homines pusillanimes, vel penè exanimati sitientes in Sion, quia liberabis eos ab hominibus quibus nos tradidisti.

Dd 3 Praesigni-

PRæsignificat propheta superandas ab ecclesia nationes infideles: vterque enim populus Iudæorum & Gentium confurrexerunt aduersum Dominum, & aduersum Christum eius. Sic THEODOR. Chori apostolorum (inquiens) hæc verba sunt, quibus gratias agit Deo, ob Gentes, nationesque infideles superatas. Hoc significarunt etiam Lxx seniores, qui velut commentariolum addidere de suo verba illa: Spiritus hominum iniuriam patientium benedicent tibi. i. spiritus apostolorum oppressorum iniuria Iudæorum, & eorum manibus liberati tibi gratias agunt, vt Petrus cum dixit, Quia Dominus liberauit me de manibus Iudæorum. Vtriusque translationis hic est sensus, verba aliter intellecta sunt à D. Hieronymo, quam à Lxx senioribus. Iuxta translationem D. Hieronymi, hic est sensus: sicut æstus solis sub nube torrente, cum sol maximè flagrat, cum crassus est aer in media æstate: id enim significat, In siti, cum aret terra & sitit, cum siti sunt enecti homines, soluit hominum vires, & membra laxat, sic tu tumultus infidelium alienorum ab ecclesia alienabis, & marcescere facies, & viribus destitui: id enim significant verba hæc, Sicut æstus, sicut solis ardor in siti, in media æstate, cum omnia sitiunt, humiliat (subaudi homines) & exanimat, humiliabis. sic tu humiliabis, tumultum alienorum. i. tumultus concitatos ab hominibus alienis à fide, facies marcescere, facies flaccescere, & destitui viribus, quasi calore torrente, quasi æstu flagrantè, sub nube, cum aer est nubilofus. Propaginem fortium. i. filios vtriusque populi, qui imperio potiebantur olim, quorum filij deficient, & vincuntur ab ecclesia. Iudæi, vt discis ex onomastico Hebræo Complutensi, sic hæc explanant: Sicut æstus in siti. i. sic nos premebant mala, sicut premit æstus in siti. Est enim Hebræis genus dicendi concisum, & breue, qui quod nos dicimus, sicut æstus in siti premit, sic nos mala premebant: dicunt, sicut æstus in siti, & subaudiunt reliqua, morata quadam oratione concisa, qua vulgò vti solemus, cum apostrophe vtimur, quam Latine dicimus reticentiam, vel interruptionem, cum initio orationis vtimur tantum, & reticemus reliqua, vt oratio sit magis miserabilis. Sic hic locus intellectus est à Lxx viris, qui præter illa quæ diximus quæ addidere de suo, vertere, Sicut homines exanimati sitientes in Sion (subaudi) eramus: & addidere de suo, In Sion, vt hoc intelligamus de Apostolis ereptis de media morte à Domino in Hierusalem. Quòd verò sequitur, Tumultum alienorum humiliabis calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies, interpretantur, quia liberabis nos ab hominibus impijs, quibus nos tradidisti. Nam pro parabolis & allegorijs (vt supra dictum est latius) Lxx viri reddunt sensa parabolarum & allegoriarum, nõ vertunt parabolas aut allegorias. Quibus nos tradidisti ad exercitationem & probationem, inquit Theodoretus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte isto conuiuium pinguium, conuiuium vindemia, conuiuium pinguium medullatorum, vindemia defacata.

Et faciet Dominus sabaoth omnibus gentibus super montem istum, bibent in læticia, bibent vinum, vngentur vnguento in monte hoc.

Hic locus apud Lxx viros est mutilus, & truncus, opinor ex illorum numero, quos Iudæi (vt docet IUSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem) quòd planè mysteria Christi panderent, detruncauerunt, aut prorsus expunxerunt, quòd translatione Lxx seniorum penes ipsos erat, & afferuabatur in bibliotheca Ptolemæi regis, circa quam multa Iudæorum milia erant, quæ rebus ecclesiæ tendebant insidias. Nihilominus tamen quanuis truncus & mutilus, satis dilucida præfert vestigia veritatis. CYPRIAN. ergo sic hunc locum legit in expositione symboli Apostolorum: Faciet Dominus omnibus gentibus super monte hoc, vbi aperte deest conuiuium. Deindè, Bibent læticiam, &c. quanquam Cyprianus sic interpretetur, Faciet Dominus in monte isto inueniri læticiam. Ipse tamen, & Euseb. Cæsar. li. i. cap. postremo de mysterio noui testamenti corporis & sanguinis Christi interpretantur. Idem sensit D. Cyrillus. PROCOP. sic explanat: Ait Dominus daturum se super montem istum. i. in ecclesia quæ excelsa est, & conuersationem in cælis habet, sublime volans, non hærens in terrenis, & caducis, & ideo mons dicta, quòd in terra cum sit, in cælis conuersatur. Ergo in hoc monte, in hac ecclesia dabit Dñs requiem, quòd Christus clamabat: Venite ad me laborantes: per ipsum enim peccatorum

A torem sarcinas deponimus, & ferculis pinguibus. i. euangelicis dogmatis epulamur, & vitulo illo saginato pasчимur. Sed pro, Conuiuio pinguium vertere Lxx viri, conuiuium vnguentorum, quando vertunt, vngentur vnguento. Itaque conuiuium pinguium, Lxx seniores interpretantur conuiuium vnguentorum: & semen, vox Hebræa, vtrunque significat, pingue, & vnguentum: & in canticis, vbi est, Vnguentum effusum nomen tuum: pro vnguento est, semen, eadem vox Hebræa quæ hoc loco est, & hic propheta Esaia sæpè iterat & inculcat suis vaticinijs verba scripturæ, vt typos fuisse suorum vaticiniorum monstret, quòd supra dictum est, quòdque interim palam facit, interim te cõdè & tacitè. Neque hoc loco malè coniicies, si aliter illud dicas ad illud Canticorum: Vnguentum effusum nomen tuum, nam vnguentum illud effusum Christus est, vt Beatus IGNA T. interpretatur ad Ephesios epistola. ii. & AMBROS. lib. 3. de virginibus, qui Christum dictum putat vnguentum effusum, quòd exanimauerit se vt spiraret omnibus gentibus, factus. s. homo, & constituto sacramento corporis, & sanguinis quòd effunditur quotidie in omnibus gentibus, & spirat mirabiliter sanctis animis vnguentum effusum verè, in infinitis partibus res maior quam vnguentum vllum. Hoc enim significasse videtur Ambrosius. Et subiicit idem Ambrosius, Semper enim erat apud patrem, fragrabat angelis, & archangelis tanquam intra vas cæli: Eructauit cor patris verbum bonum, fragrauit filius, spiritus sanctus exhalauit omnibus gentibus. Ad hoc conuiuium vocatur vnguenti effusi per omnes gentes. i. ad conuiuium corporis & sanguinis Christi, quòd toto orbe terrarum effunditur, & fragrat cælesti odore, & diuino. Additque idem Ambrosius, Fragrauit Filius, & Spiritus sanctus exhalauit, per omnium corda diffusus, simul atque redempti sumus à Christo. ATHANAS. lib. vno de fide vnitatis & Trinitatis, vnguentum effusum Spiritum sanctum, quò vincti sumus, dicit esse, quem oleum exultationis dixerit David. Et idem Athanasius de Spiritu sancto, interpretans illud Ioannis: Docet vos vinctio quam accepistis. subiicit: Vinctio quidem Spiritus sanctus est, ac signaculum quò vngit, & signat omnia verbum: vt in hoc conuiuio Christus vnguentum sit effusum (vt dictum est) cuius sanguis effusus est pro redemptione generis humani, & qui fragrat in ecclesia in omnibus nationibus, qui fragrabat antea tantum beatis angelis in cælo, vt dixit B. Ambrosius, Et vinctioem dat, i. spiritum sanctum, & spiritu sancto dat signaculum (vt inquit Athanasius) i. formam eiusdem Christi signantis, & dicitur idem mons Dei, & mons pinguis, & pinguedo oleæ apud Paulum ad Roman. cap. 12. sed de hac re latius alibi dicendum erit. Nunc hoc tantum dicam CYRILLVM li. 4. de spiritu & litera, dicere, pingues oleo vinctioem dicimus, Christi fidei suauis simo odore fragrantis, & pingues tanquam oleo omnimodè doctrinæ cælestis. Vnde ex hac vinctioem olei exultationis, pingues dicimus. Quid enim aliud Christiani nomen sonat quam pingues, & vinctos? Ad hoc ergo conuiuium pinguium, & vnguentorum vocat nos Deus in monte isto, hoc est, in ecclesia ad fidem Christi, ad doctrinam rerum cælestium, ad conuiuium vnguenti effusi. i. corporis & sanguinis Christi, & ad spiritus sancti dona.

Conuiuium vindemia, videntur Lxx seniores reddidisse, conuiuium vini: quòd de vino illo intelligunt omnes patres, quòd est Christi sanguis, & Semarin vox Hebræa facies significat, vnde vinum quòd statim supra facies est, optimum esse prædicant, & preciosissimum, & hoc vinum significatum putant à Lxx senioribus, vt dicant conuiuium vini illius preciosi, quòd in dolijs vini generosi in medio dolio, atque adeò iam propè facies: supra facies est, quòd preciosissimum esse solet. D. Hieronymus conuiuium vindemia nominauit illius vinctioem quæ pendens in ligno asportata est de terra promissionis, & pressa in torculari, quòd Dominus calcauit solus. VATABL. vertit, conuiuium facium, quòd lectio Hebræa id significet, quærendumque reliquit quomodo huic conuiuio conuenirent facies. PAGNIN. quia parum conuenire videbat adhibere facies ad conuiuium vertit: Vina defacata, & certè vina defacata, & purgata facibus seruis porrigi solent, non conuiuus lautis, nec vox Hebræa potest villo modo significare vinum defacatum, sed facies ipsas, neque Rabbini vllum locum afferre possunt, vbi samarin, vina defacata significet, nisi hunc de quo orta est controuersia, vt lectio Lxx seniorum & D. Hieronymi sit verissima, ea ratione qua dictum est. Tamen quoties hic propheta prænunciat mysteria redemptionis, & citat historias veteris legis, typos eius rei de qua agit esse demonstrat, & quoties alludit ad cæremonias, ad vaticinia quæ præmonstrat, ostendit spectasse, quòd mihi facere videtur hoc loco, nam vox Hebræa, semarin, scripta sine punctis, vt relicta est ab Esaia, quòd puncta parui menti

Sacra Eu-
charistia.Christi
vinctioem

Semarin
quid?Locus
Exodi.

menti sunt, etiam apud Rabinos, pro re, pro loco, & pro tempore mutantur, ut apud nos, occi-
do, modo penultima longa, modo breui, pronuntiatur, pro ratione sententia. Vox (inquam)
illa, semarin, quæ hoc loco est: est etiam Exodi cap. 12. & significat festum agni paschalis, qui
typus fuit sacrosancti conuiuij, corporis & sanguinis Domini, quod notius est, quam ut do-
cendum sit. Cum eadem ergo vox sit in typo; & hic in veritate typi: agitur enim hic, ut do-
cuimus de Sacramento corporis & sanguinis Domini: cur non eodem modo explicemus?
cur non dicamus Dominum vocare quoque conuiuas ad conuiuium agni paschalis, ut
in euangelio, ad conuiuium vituli faginati? dices diuersam esse vocem hic & illic, quod hic
semarin, illic semurin legatur. Dixi iam hanc varietatem esse punctorum, quæ apponit so-
lent pro ratione sententia. eadem est scriptura, hic, & illic, utrobique legere poteris semarin,
& semurin, ut idem verbum sit in typo, & in veritate. Vocantur ergo ad conuiuium agni pa-
schalis illius, qui tollit peccatum mundi, ut is agnus qui peccatum mundi tollit, huius con-
uiuij sit cibus, quo se cibo defraudant Iudæi miseri, & hæretici. Agè ergò, quando ostendimus
eamdem vocem esse in typo, & in veritate, expédamus, quid hæc vox, semarin, vel semurin signi-
ficet, pro eo quod Exodi. 12. cap. est. Nox femurim, Lxx viri vertere, nox custodiarum Domi-
no, à Samar custodio, & intellexisse hunc locum videtur, ut explanat Rabi Selomoh, quia Do-
minus custodiebat, & expectabat illam, ut quod pollicitus fuerat confirmaret, educendo illos
de terra Aegypti, & ita Lxx & Rabi Selomoh, nox custodiarum Domino, vel nox expectatio-
nis Domino. Vide quàm manifestus typus sit illius loci euangelij? Desiderio desiderauit man-
ducare hoc pascha vobiscum. Et illius Lucæ. 12. Baptismo habeo baptizari: & Quomodo coar-
ctor donec perficiatur. Ergo, Samar est seruo, & obseruo; nox femurim, nox obseruationis, nox
obseruata, & expectata à Domino ut nos redimeret, ut explanat Rabi Selomoh & Lxx. Rabi
Abraham explanat, Nox custodiarum Domino, à Samar custodio, & obseruo, eo quod Domi-
nus custodiuit illos sanguine illius agni à deustatore. Quod si recipias hoc sanctissimum sa-
cramentum agni immaculati Christi, sacramentum redemptionis generis humani est, quo re-
dempti sumus ex seruitute vastatoris. Vocatur ergo ad conuiuium quod desiderabat Domi-
nus nobis apponi, vel ad conuiuium redemptionis nostræ ex seruitute vastatoris, vel quod pla-
nius est, & apertius samar, custodio est, siue saluo, samur, femurim, saluatoris, redemptus, & nox
femurim nox redemptorum est, & est nox illa passionis Domini, qua redempti sumus, & con-
uiuium femurim, conuiuium redemptorum est, conuiuium porro redemptorum sanguine
Christi, conuiuium est corporis & sanguinis Christi. Quod si dicas noctem illam custodiæ di-
ctam femurim, id est, noctem custodiæ, & obseruationis quod admonerentur ne dormirent
nocte illa, sed laudarent ac narrarent fortitudinem Domini, & quæ fecit cum illos eduxit ex
Aegypto, ut explanant alij Rabini, quos secutus D. Hieron. reddidit nox obseruabilis Domi-
no. i. nox gratiarum actionis. Iam hoc idem sonat hæc vox Eucharistia, quæ gratiarum actio-
nem significat, Cur autem hoc sanguinis & corporis Domini sacramentum Eucharistia. i. gra-
tiarum actio dicatur, plurimis verbis docent scriptores. Nox ergo illa, gratiarum actionis est,
qua agnus paschalis sacrificabatur, vmbra nostri diei, quo agnus ille qui tollit peccatum mun-
di in altari offertur: dies obseruabilis Domino, ut vertit D. Hieronymus: dies gratiarum actio-
nis, dies lætitiæ, & exultationis Domino. Valet ergo hic Canon ille interpretandæ scripturæ,
cuius sæpè fecimus mentionem, cum aliquod verbū, aut aliqua oratio plura significat; omnia
illa spiritum sanctum voluisse significare, si ad id de quo agitur pertineant. Nam si nobis inge-
nium suppetit ut illa intelligamus, effector & creator rerum omnium, & qui hominem fabri-
cauit, multò magis potuit illa, & his multò plura significare voluisse, cum etiam homines gra-
ues dicta dicere videamus, plures sensus significantia, sententiarum plena. Scribe ergo hæc vo-
cem sine punctis, ut scriptum reliquit Esaias, & hæc omnia quæ diximus significabit.

Conuiuium pinguium medullatorum, pinguium interpretati sumus supra. i. conuiuium vn-
guentorum, de quo satis dictum est. Medullatorum idem est. i. hominum plenorum vita, quod
ut Plato docet in Timæo, in medulla vita est animalium omnium, & ideo durissimis ossibus
tectæ medulla est, quod illic bona pars vitæ sit sita, & ita pro vita poni arbitror, & hoc sanctif-
simum sacramentum eucharistia, vita est. Qui manducat ex hoc pane viuet in æternū. Nā hoc
corpus mortuum est propter peccatum, & morti obnoxium, & corruptioni, sacrosanctum
Christi corpus, immortale nostrum corpus facit, mortem extinguit, si digne suspicias, aut spi-
ritaliter, aut sacramentaliter, ut mortuus reuiuifcas immortalis vltima resurrectione. Sed pro
medul-

A medullatorum Lxx seniores reddiderunt lætantium, quando quidem vertere, Viuent in læti-
tia, מְחַיִּים, & מְחַיִּים, eisdem significationis sunt, & significat etiā plaudere, ut dicas conuiuium vn-
ctorum spiritu sancto, plaudentium manibus ut Psalm. 48. flumina plaudent manu. i. Apосто-
li, & fideles vbi & hoc idem verbum quod hoc loco est, & conuenit benè ut sit conuiuium fu-
turum plaudentium, qui cantare iubentur canticum nouum.

Conuiuium vindemiæ defecata: De conuiuiio vindemiæ dictum est. pro, defecate, Pagni-
nus reddidit, purgate, & certè conuiuium illud purissimum est, & expurgat peccatorum for-
deis. sed pro defecata: Hebraū. verbū est quod posses vertere conflatorum, illorum inquā,
quos Malachias cap. 3. Christum conflaturum esse prædixit his verbis: Sedebit conflans, &
emundans argentum, purgabit filios Leui: quem locum interpretans CYRILL. lib. de Spiritu,
& litera, cum dicitur (inquit) sedere conflans, significat innovationem, & veteris legis abroga-
tionem; & aliu modū cultus diuini, quod conflare idē sit quod vetera dissoluere, & noua forma-
re. Hos ergo innovatos per Christū, & reformatos per gratiā vocādos ad hoc conuiuiū dicit
B Esaias, quod verbum Hebraū, quod est cap. 3. Malachia est etiam hoc loco, quod si illic D.
Hieronymus conflare vertit, & colare, quasi aurum, hoc verbum cur hoc loco verti non pos-
sit conuiuium conflatorum & colatorum, quasi aurum. i. reformatorum per gratiam spiritus
sancti, & regeneratorum per gratiam baptismi? Nam verbū Hebraū plura significat & vtrius-
que interpretationis author est D. Hier. quod argumentum est vtranque interpretationē esse
veram, cum alteram hic sit secutus, alteram apud Malachiam.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Præcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi
colligati super omnes populos, & telam, quæ orditus
est super omnes nationes

Trade hæc omnia gē-
tibus, nam consilium
hoc super omnes gētes.

Q uod prædicta Hierosolymorum & vrbium Iudææ omnium subuersio, & conflagratio, lu-
dæorum omnium vastitas est, & dubitari posset quos ergo vocat Dominus ad hoc tã
C lautum conuiuium, de quo tam multa diximus, si Iudæi sunt delecti quibus paratur hoc con-
uiuium tam opiparum? respondet huic obiectioni propheta, omnibus populis & omnibus na-
tionibus parari hoc beatissimum conuiuium. Præcipitabit ergo Dominus faciem vinculi col-
ligati super omnes populos, soluet vincula collo omnium populorū Dominus in monte isto,
in Christo redimet genus humanum & redemptis hoc erit conuiuium. Vinculū ergo hoc col-
ligatum super omnes populos & tela exorsa (ut ita dicā) super omnes nationes, quam nomi-
nat Esaias, est illud iugum super filios Adam de quo AVGVS. tomo 7. contra Pelagianos hy-
pognosticon li. 5. in principio, vbi de iugo peccati, & de iugo Christi multa leges scripta diui-
nitus. Soluet ergo peccatum originale Dominus quod idem AVGVS. epistola 157. ad optatū
vinculum appellat his verbis. Nemo nascitur ex Adam nisi vinculo delicti & damnationis ob-
strictus: nemo inde liberatur nisi renascendo per Christum, quod aperte hoc loco propheta
ait. Nam mons varie in scriptura accipi solet: inter cætera mons Christus est, nam apud Danie-
lem lapis ille Christus creuit in montem, mons ergo Christus est, & in isto monte captiui-
tatis Satanæ vincula soluuntur, in Christo. i. vnde ille alter in librum 3. regum cap. 7. ædificata
D est ecclesia in monte in Domino, saluatore videlicet qui est mons ille Esaiæ in vertice montiū
quod ipse de se dicit: Nō potest ciuitas abscondi supra montem posita, ipse enim est mons mō-
tium, qui de terra quidem per originem carnis assumptæ, sed omnium terrigenarum poten-
tiam ac sanctitatem singularis culmine dignitatis transcendit, in quo mōte ciuitas siue domus
Dñi structa est, quia nili in illo radicē figat fides & spes nostra, nulla est. Ergo in monte isto no-
bis captiuitatis vincula soluet Deus pater omnipotēs, vnde ut docet IREN. li. 5. ea libri distin-
tione cuius initiū est, Oia ergo recapitulās, aduersus hæreses Valētini, qua die peccauit Adā,
passus est Christus. Iudæi hoc alio referūt ut leges apud Pagn. in dictione, luth, & alijs locis, &
apud Isid. Clariū, qui quasi magnū narrat nobis Iudæorū fabulas. Nescio em̄ vnde quibusdā ex
nostris hic incesit error, ut admireretur Iudæorū deliria, & eorū libris inhient, nec in memoriā
nobiscū redeant cæcos esse Iudæos & cæcorū duces. Vt autē intelligāt hūc huius loci sensum
esse, D. Hieron. sic hūc locū explanat, ait hoc loco propheta Dominū liberaturum omnes na-
tiones vinculis mortis quibus erant irretitæ, THEODOR. idē sensit in commentarijs in hūc
Dd 5 locum

locum. Non enim Deus, inquit, nouū testamētum solis Iudæis præstitit, sed omnibus nationibus, quod hoc loco futurum propheta prænuñciat. CYPRIAN. in expositione symboli inuissè putat Esaiam hoc loco, Iudæorum exclusionem & uocationem gentiū his uerbis quod autem his qui meditabantur legem à pueritiā vsque ad senectutem non credentibus ad gentes hoc mysterium esse transferendum prædicit Esaias hoc modo. Trade hæc omnia gentibus, sic enim Lxx uiri hunc locum reddidere. Idem sensit AMBROS. de uocatione gentium lib. 2. cap. 7. seu malis illud opus Beati Prosperi appellare. & EVSEB. de demonstratione euangelica lib. 2. cap. 32. & lib. 1. cap. postremo, ubi hunc locū explanat mirabiliter. Vbi hæc inter nostros & Iudæos controuersia est, adfunt arbitri Lxx qui tribus sæculis ante rem gestā dirimant hanc litem ne in suspitionem venire possent, qui diuino consilio non reddidere ad uerbū scripturam sed paraphrasi quadam in plerisque locis ne de sensu scripturæ posset esse controuersia & pro toto hoc loco uertere metaphrasi quadam: Trade hæc omnia gentibus, nam consilium hoc super omnes gentes. i. trade hæc beneficia redemptionis & hæc conuiuia tam lauta nationibus, nam consilium hoc redemptionis super omnes gentes. Antiqua enim lex Israeli tātū data est, gratia in Christo omnibus gentibus inquit Cyrillus.

D. HIERONYMVS

*Præcipitauit mortem in sempiternum
& auferet Dominus Deus lacrymā
ab omni facie, et opprobrium populi sui
auferet de uniuersa terra, quia Dominus loquitur est.*

TRalationis D. Hieronymi perspicuus est sensus. Est enim idem qui superioris orationis, redemisse Dominum genus humanum, uicisse mortem: hoc enim significat, Præcipitabit mortem in sempiternum: Lxx uiri aliquāto secus sunt interpretati, quod nomina Hebræa sunt indeclinabilia, & quod D. Hieronymus reddidit: Præcipitabit mortem, ut intelligeretur Dominus: Dominus præcipitauit mortem, vel absorpsit, quod uerbum Hebræum מָוֹת, bala absorbere, & deglutire significat, ipsi reddidere, præcipitauit vel absorpsit mors, ut intelligatur mors absorpsisse genus humanum. Postea uerbum Hebræum מָוֹת, in sempiternum significat. ut reddidit D. Hieronymus. Significat etiā fortis, præualens, uictrix, quod מָוֹת, articulus esse potest casus nominandi, & ita reddidere Lxx: Deuorabit mors, uictrix uel præualens. Cætera eodem modo quo D. Hieronymus. Sensus est: Mors deuorauerat genus humanum, sed Deus rursum nos è media morte liberauit. THEODO. Mortui eramus, sed bonitate sua gubernans nostra, Dominus mortis vires soluit, cessare fecit lacrymas mortuorum, resurrectionis spem dedit, abstulit opprobria peccati. Et hæc ego (inquit) nō loquor à me, sed ipse per me loquitur omnium Dominus. Quibus uerbis Theodoretus omnem hæc periodum explanat. CYRILL. commodissimè de resurrectione mortuorum sermo coniungitur tantis mysterijs, mors (inquit) inualuit contra primum parentem, & contra omnem sobolem, at in Christo uires amisit, tertia enim die reuixit calcata morte, & Christus factus est nobis resurrectio, abstulit lamenta, & lacrymas, abstulit opprobrium peccati. EVSEB. Cæsariensis lib. 4. cap. 12. hūc locum mirabiliter explanat plurimis uerbis. IREN. lib. 5. Si mors (inquit) mortificauit, quare uita adueniens non uiuificaret hominē? ut inquit Esaias, deuorabit mors potens, & rursum Deus abstulit omnē lacrymam. & ATHAN. de passione, & cruce Dñi lib. vno eodem modo etiā explanat. Videtur hunc locum citasse D. Ioannes Apocalyp. cap. 21.

D. HIERONYMVS.

*Et dicent in die illa: Ecce Deus noster
iste expectabimus eū, & saluabit nos
iste Dominus sustinimus eum, exultabimus
et lætabimur in salutē eius, quia
requiescet manus Dñi in monte isto.*

LXX VIRI.

Et dicent die illa: Ecce Deus noster in quo sperabamus, & exultabimus super salute nostra, & lætabimur quia requiem faciet Deus super montem hunc.

THEO-

ATHEODOR. saluati per Christum cum videant sperata bona post hanc uitam, hoc canticum eo seruatori gratias agunt, hic inquit laborum fructus, lætitia sempiterna, beatitas, & uoluptas nullo clausa fine. Hos ex mote hoc. i. ecclesia dēcepim⁹ fructus uerę religionis, hoc sacra Virgo suo cantico dicebat, Deposuit superbos de sede, exaltauit humiles. IREN. lib. 4. c. 22. interpretatur hunc locum etiā de uita beata, quemadmodum, & superiorem, his uerbis: Sicut adueniente perfecto non alterum patrem uidebimus, sed hunc, quē nunc uidere concupiscimus, Beati enim in mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt, ita neque alium Christum & Dei filium, sed hunc qui ex Maria natus est, ut ait Esaias: Ecce Dominus Deus noster, quod idem est cum illo Petri: Quē non uidentes diligitis, uidentes gaudebitis gaudio ineharrabili. Idem sentit ORIGEN. in Numerorum cap. 28. homilia 23. & TERTULLIAN. lib. de resurrectione carnis, & Diuus BPHREM lib. vno de compūctione cordis. ATHAN. lib. vno de incarnatione uerbi, ad passionem Christi referre uidetur his uerbis: Ecce Deus noster, hic crucifixus. i. est, Deus noster, & creaturæ omnis, cuius morte salus omnibus quaesita est. uidetur uerba hæc explanari à D. Ioanne Apocalyp. cap. 7. agnus enim illē, ante cuius thronum stant tot sanctorum millia, qui abstergit omnem lacrymam, qui regit omnes, & educit omnes ad uitæ fontes aquarum, in cuius laudem sit ille angelorum, sanctorumque concētus. is idem est qui hoc loco à sanctis demonstratur apud Esaiam, in cuius laudem hanc, de qua loquimur, canticum sancti recinunt. Id inde colligitur maxime quod penè eadem canticum est, eadem sententia, & quod hinc Ioannes citat uerba Propheta Esaiæ, ut ostendat idem esse quod hic, & quod illic dicitur, aperiunt enim apostoli scripturarum sensa. Agnus ergo ille demonstratur apud Ioannem, & Agnus demonstratur hoc loco, & cætera congruunt hic, & illic. Agnus illic dicitur Deus, & hic quod solus CYRILL. inotat his uerbis: cognoscetis que uerē Deum esse, & ex Deo natura filium, etiam si in forma serui appareat, salutis omnium causa factus homo: uel uti enim digito monstratur: Ecce Deus noster in quo sperauimus, ubi Cyrillus hunc locum refert ad Christi tempora, & præsignificari hoc loco putat agnoscendum Deum à fidelibus, & digito commonstrandum; Ecce Deus noster, quod fecit Ioannes Baptista, Ioannis cap. 1. quod fecit Petrus: Tu es Christus filius Dei uiui. Et Thomas, Domin⁹ meus, Deus meus. Et hoc quod Cyrillus adnotat, multo significantius est in Hebræa lectione, atque ad eo in translatione D. Hieronymi. Cum enim de Christo loquatur vsque adhuc subiungit propheta: & dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, ubi pronomē, iste, digito illam demonstrat (ut inquit Cyrillus) expectabimus eū: quod Lxx dixere, in quo sperabamus: & saluabit nos, pro quo reddidere Lxx exultabimus in salute nostra, postea iste Dominus, Hebraicè est, iste Deus, ubi rursum digito demonstratur Christus, & appellatur Deus. Iam interpretatio Lxx uirorum trunca est hoc loco: sustinimus eū, uel sperabimus in eo, utrunq; eū Hebraicè est, exultabimus, & lætabimur in salutari eius. i. quādo sperauimus in eo exultabimus, & fruemur lætitia sempiterna, quia requiescet manus Domini in monte isto: uel (ut Hebræam lectionem uertere etiam ad uerbum potes) Quia requiescere nos faciet Dominus super montem istum, super cælestem. i. Hierusalem, uel in ecclesia (ut interpretatur Cyrillus). Ait enim Dominus: Venite ad me omnes qui laboratis, ego reficiam uos. qua de re lege locum Augustini de quo supra diximus, de iugo super filios Adam lib. 5. Hypognosticon.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et triturabitur Moab sub eo, sicut triturantur paleæ in plastro, & extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum.

Et conculcabitur Moabitis, quæ admodum calcat areas in curribus, & remittet manus suas, quemadmodum ipse humiliavit ut per leret.

Diuus AMBROS. in 2. cap. epist. ad Romanos, in illa uerba: Si autem tu Iudæus cognominaris, præscribit hunc canonem interpretandæ scripturæ, ut quæ in historia completa non uideas, & in ueritate uideas esse completat, typicè dicta intelligas, dictumque de typo, quod in ueritate complendum esset, quod idem ait in cap. 4. epistolæ ad Romanos, in illa uerba: Quia reputata est fides Abraham ad iustitiam, qua de re multa supra diximus ex Augustino, sic ille in Genesim lib. 3. in illa uerba: Et alleuat omnem domum patris sui, &c. ueruntamen Isaac (inquit) neque quando uidit Ioseph, illum adorauit, neque quando ab illo triticum accipiebat. Quo

piebat. Quomodo ergo somnium Ioseph impletum putabimus, & non potius maioris aliquis rei continere prophetiam? Iuxta hunc igitur canonem, cum nullo unquam tempore hæc Moabitibus videamus euenisse, præcipue iuxta translationem Lxx virorum (vt ait CYRILL. & fatentur omnes fere) reliquum est vt intelligamus esse typum, non in typo, sed in veritate comprehendendum, & more scripturarum iuxta canonem præscriptum à TERTULL. in lib. de spectaculis (de quo supra diximus) quod specialiter de vno aliquo dictum est, generaliter dictum intelligamus. Vt cum Israelitas admonet, omnes admonet: cum Aegypto minatur, omni genti peccatrici minatur. Sic quæ de Moabitibus persecutoribus ecclesiæ, vaticinatur propheta, de omnibus persecutoribus ecclesiæ intelligas. Triturabitur ergo Moab sub eo, vel sub se (vt Hebraicè est) Sicut teruntur paleæ in plastro. i. vincuntur idolatra Moabita, superante ecclesia, sic eos conculcãnt ecclesia, vt conculcatur arca curribus, & tribulis, quod factum videmus, ruere enim idola, contrita sunt, & confraeta simulacra Daemonum, populus gentium proficissus aratro apostolorum est, & tritura factus plastro: & tribulorum apostolorum, conditus in horrea ecclesiæ est. Vt enim Esaias hac metaphora frequentissime. Sic hunc locum fermè interpretatur Cyrillus. Quod autem ait: Extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum eodem spectat, nam cecidit ad pedes apostolorum populus Moab & fidem recepit inter primos: hoc autem Lxx dixere, Remittet manus suas, quemadmodum ipse humiliavit vt perderet. i. quemadmodum ipse populus infidelis humiliavit sanctos martyres, vt perderet. i. vt iugularet, & omnibus cruciam etis afficeret: ita ipse remittet manus suas viribus solutas scilicet: & quemadmodum persequeretur fideles, ita populus fidelis persequetur idolatras, & eos poena coercebit: qua de re multa diximus ex AVGVST. & alijs in illa verba cap. 2. Et introibunt in speluncas petrarum, & lectio Hebræa vt inq; significare potest, quæ est: *וַיִּשְׁכְּבוּ*, sicut *וַיִּשְׁכְּבוּ*, extendit (vt venit D. Hieronymus) siue extensus est, vt reddere Lxx viri, quod varijs punctis actiue, & passiuè accipi possit: & in illa verba cap. 1. Super quo percussit vos ostendimus auctoritate D. Hieronymi & Rabi Kimhi, verba in scriptura posse explanari actiue, & passiuè, pro re, & pro loco: *וַיִּשְׁכְּבוּ*, natas (vt reddit D. Hieronymus) vel incuruans, aut adorans: nam & hoc quoque significat *וַיִּשְׁכְּבוּ*, ad natandum (vt reddit Hieronymus) vel ad adorandum (vt Lxx) vt possit verti totus hic locus: Extendet manus suas in medio sui, sicut extensus incuruans, aut adorans ad adorandum. Quod Lxx dixere: Remittet manus suas Moab. i. extendet quemadmodum ipse humiliauerat Christianos incuruans eos ad adorandum, pro quo dixere, quemadmodum humiliauerat ipsos vt perderet, nam cogens adorare idola perdebat illos. Potest etiam habere hunc sensum: Quemadmodum populus fidelis à Moabitibus est extractus vi, & coactus adorare idola, ita ipse populus Moabitarum extendet manus suas, & adorabit Dñm & remittet manus & arma, nec persequetur ecclesiam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et humiliavit gloriam eius cum allisione manuum eius.

Humiliavit superbiam eius, vel (in iuriã eius) super quæ (vel ad quæ) manus iniecit.

Idem est sensus horum verborum, qui superioris orationis: humiliatur Dominus Moab, & gloriam, & superbiam eius: & allisurum illius manus. i. fracturum potentiam illius quod factum videmus: victi enim sunt idolatra, & fracta eorum potentia. Lectio Hebræa ad verbum verti potest etiam: Cadere faciet, & humiliabit Dominus iniuriam populi huius infidelis, *וַיִּשְׁכְּבוּ*, cum infidijs, *וַיִּשְׁכְּבוּ*, manus eius. pro quo dixere Lxx, cum ijs, ad quæ adijciabant manus cum infidijs, & operibus, quæ aduersum ecclesiam moliebantur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et munimenta murorum sublimium tuorum concident, humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

Et altitudinem refugij domus tue humiliabit, & descendet vsque ad pavementum.

Eodem sensu Lxx hæc vertere, quanquam significantior, & magis consentiēs cum lectio ne Hebræa est lectio D. Hieronymi. sensus est, Dejiciet Dominus arcis infidelium, vt ecclesiam ædificet toto orbe, quod & fecit. Satis plana sunt omnia, humiliavit Dominus munimenta mu-

Amenta murorum. i. muros munitissimos: Altitudinem refugij: arcis altissimas, quo refugiebas. Et descendet, i. descendere faciet: forma dicendi vsitatissima Græcis. vsq; ad pavementum, vsque ad terrã ruere faciet infidelium domus, vt serat toto orbe ecclesiam.

IN ESAIAE CAP. XXVI.

Describitur hoc capite ecclesia, cuius murus dicitur Iesus Dominus, & Iudææ vastitas & causa cur vastata sit Iudæa, quod in Christum immane illud admiserit nefas: & Christi exaltatio, & mortuorum resurrectio.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In die illa cantabitur canticum istud in terra Iudæa, vrbs fortitudinis nostra, saluator ponetur murus, & antemurale.

In die illa cantabunt canticum istud in terra Iuda, dicentes: Ecce ciuitas fortis, & salutare nostrum, ponet murum, & antemurale.

CYRILL. sensum huius loci ait esse, post prædictum Christi aduentum, & conuiuium illud lautum appositum gentibus, corporis, & sanguinis Christi, post conculcatam Moabitidè regionem. i. post sublatum cultum idolorum, delectosque Iudæos, cantant fideles Deo canticum nouum, & dicunt, Ecce Dominus noster Iesus Christus, ciuitas munita, & salus nostra. i. qui vere ciuitas munita est, & salus nostra, vbi habitamus erepti diaboli tyrannide. Vbi Cyrillus duplicem huius loci sensum esse putat, vel vt Iesus dicatur ciuitas nostra munitissima (vt dicitur apud Hieremiam cap. 1.) vel vt intelligamus, Ecce ciuitas nostra. i. ecclesia, cui Iesus ponet murum & antemurale. PROCO. Hic (inquit) Iesus Dominus dicitur vrbs fortitudinis, vel vrbs fortis nobis, nam vrbs terrena Hierusalem, quæ toties ab hostibus est capta, fortis non erat, supera Hierusalem fortis est: & salutare. i. ipsum salutare nostrum vel quod Hebræa præfert lectio, ipse Iesus: ipse enim Dominus Iesus, beatorum murus est, & circummurale.

Iesus appellatur vrbs Hierusalẽ celestis.

Quibus verbis Procop. docet, & vere docet Hebræam lectionem verti potuisse: vrbs fortis nobis Iesus, ponet murum, & antemurale, vt Iesus dicatur vrbs nostra, & celestis Hierusalem quæ mater nostra est. i. visio pacis, Iesus enim est visio pacis, neque alia visio pacis esse potest quam Deus: idem significat salutare, & saluator in literis euangelicis quod Iesus, vt eadem sit versio D. Hieronymi & Lxx cū lectione Hebræa. Lxx addidere de suo illud aduerbiũ, ecce, vt digito comonstrarèt Iesum, & dicerèt: Ecce saluator, vrbs fortitudinis nostræ. i. qui est vrbs fortitudinis nostræ. Potest etiã esse sensus, vt ait Cyrill. ille què vult D. Hieron. Ecce ecclesia vrbs fortitudinis nostræ, saluator, siue Iesus, ponetur in ea murus, & antemurale, vel ponet in ea murum, & antemurale. D. Hieron. addidit duas voces illas, in ea ponet murum, & antemurale. i. murum, & fossas ingètes: est enim ecclesia gemino munita muro (vt inquit Cyril.) sanctorum angelorum præsidio, & Dei adiutorio: vel vt Orig. inquit in Cãtica Canticorum: hic Iesus qui ciuitas nostra est fortis, supera. i. Hierusalẽ, supera visio pacis, ponet pro muro, & antemurali nobis tota mysteria futuri sæculi, tot arcana vitæ beatæ quæ patefaciet, vt nulla res ab eo nos queat dimouere, ne illecebris vincamur vitorum, ne auocemur rerum humanarum cupiditate, ne laboribus defatigemur. Iudæizantes, ad terrenam Hierusalem hæc referre conantur, quos refellit Procop. quod capta sæpè sit, & nunc iaceat, nõquam instaurada. Quomodo ergo vrbs fortis dicitur, cui præstruxerit Dominus murum & antemurale? Valet ergo semper Hilarij canon ille, in scriptura aliquid poni semper ab spiritu sancto, ne quæ de Christo dicuntur, ad res terrenas referamus. Iacet terrena Hierusalẽ mille quingentis ante annis, vt vrbs fortis, cui Dominus ponet murum, & antemurale, alia sit intelligenda. Sed mirari satis non possum Iudaizantium peruicaciam, qui hoc nomen sanctissimũ, Iesus, quod Hebraicè est, quodque trecentis annis ante crucem Domini Lxx uertere salutare Dei, siue saluatorè, quod D. Hieronymus est secutus, & ita nominare vt litteræ euangelicæ & Apostolicæ, Christum appellant, ipsi semper cū inuidia singulari, reddat salutem, quod nomen quanquã idem significet, tamen facile arguit Iudæorum impietatem. Dolet illis hoc nomè nominare, atqui Lxx viri ita sunt interpretati, cum nondũ declaratum erat ab Angelo hoc nomen esse, quo nominandus esset puer natus è virgine. Et quidã è nostris

nostris audent Iudæos sequi potius quam D. Hieronymum & Lxx viros, postquam declarati ab Angelo est, Iesum, proprium nomē esse Emanuēlis. וְיֵשׁוּעַ, aiunt finitur, וְ, & foemininum nomen est & reddi potius debet salus: homines ridiculos. Quid? Lxx viri qui vertunt genere masculino hoc nomen frequentissimē, & pro saluatore accipiunt, nati Iudæi, & doctissimi suæ tempestatis, rem vulgatissimam ignorarunt? nomina finita, וְ, litera foeminina esse, nesciebat D. Hieronymus, quod vel pueri sciūt, qui frequentissimē hoc nomen vertit saluatorem? Sed vt ridiculus esset qui, quod apud nos finita, a, sunt foeminina, Nasicam, & Galbam, & Neruam, foeminina esse cōtenderet? an dicent וְיֵשׁוּעַ, nomē Dei tetragrammatō quod finitur, וְ, foemininum esse? mitto dicere quod in thesauro Pagnini in dictione נָשִׁי, & in dictione, נָשִׁי, reperies docere Rabinos quædam nomina finita, וְ, masculina esse, neque solum virorum propria. Recte ergo Procopius, Cyrillus & Euseb. monent vbicunq; est saluator, aut salutare Dei, Hebraicē esse Iesum, Cur ergo vt Hieronymū suo nomine appellam⁹, & Augustinū, Iesum nostrū, non suo nomine dicemus in Prophetis? ad huc victos, & profligatos Iudæos timebimus?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Aperite portas, ingredietur gens iusta custodiens veritatem.

Aperite portas ingredietur populus custodiens iustitiā, & custodiens veritatem.

CYRILL. hoc loco putat significari, præcipi Apostolis & euangelistis, vt patefiant aditū gentibus ad fidem, intromittant populum fidelem in ecclesiam, qui custodiat iustitiam, & veritatem: Idem tamen CYRILL. lib. vltimo in Genesim in fine, sic explanat vt sint verba hæc Domini ad Angelos sanctissimos vt per planā, expeditamque viam ad supra domicilia deducant Christi affeclas. Iubet enim vt intret populus, qui Christi fidem recepit ad illā visionem pacis, intrat tamen ita si custodit iustitiam & veritatem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Aperite portas ingredietur gens iusta custodiens veritatem, vetus error abijt seruabis pacem, pacem quia in te sperauimus.

Aperite portas ingredietur populus custodiens iustitiā, & custodiens veritatem, & apprehendens veritatem, & custodiens pacem, quia in te sperauimus vsq; in sempiternū.

Priora illa verba iam sumus interpretati ex Cyrillo, deindè iuxta translationem D. Hieronymi nouæ sententiæ initium est. Vetus error abijt, pro quo Hebraicē est וְיָצַח, quod potes reddere: Desiderium stabile quod וְיָצַח, inter alia desiderare significat. & וְיָצַח, fulcire, stabilire, vnde וְיָצַח, desiderium stabilitū .i. completę sunt nostræ spes de aduentu Christi, venit iam Christus. Potest etiam verti cogitatio stabilis quod וְיָצַח, cogitare significet vnde nomen וְיָצַח, cogitatio .i. iam quod cogitabamus stabilitum est de aduentu Christi. Est etiā וְיָצַח, fictio commētum à וְיָצַח, fingo & sic vertit Symmachus quem secutus est D. Hieronymus. Fictio igitur siue error, aut commētum stabilitum est .i. illud quod dicebāt infideles figmentū & errorē nostrū, quod sperabamus Christū, iā stabilitū est, iam re est completum, ne quis errorem post hac audeat dicere. vnde B. Hiero. vertit, vetus error abijt, sensum reddens non verba .i. iam non dicetur error, postquam venit Christus, Hebraicē inquam est iuxta Symmachi interpretationem, Vetus error constitutus est .i. consecutus est suum finem noster ille error quem putabant infideles, euasit enim in exactissimam veritatē. D. Hieronymus dixit: Abijt .i. iam non dicetur error quando re ipsa quod dicebamus completum est. docet enim in commentarijs hunc locum verti posse alijs modis, vt diximus. Lxx viri longè secus hæc intellexerunt: putarunt enim hæc omnia esse vnius sententiæ cum superioribus & esse omnia verba Dei patris ad angelos, vt deducant ad superas sedes populū fidelem vt interpretatur Cyrillus, quod superiore commentario dictū est, & iuxta translationē Lxx describitur populus sanctus, qualis sit. Verba autē illa וְיָצַח, interpretati sunt cogitans stabile, faciūt enim illud וְיָצַח, participiū vt dicatur de populo Dei illud Pauli: Que sursum sunt sapite, nō que super terrā. Populus ergo ille qui deduci iubetur ad domos superas cogitans stabile est .i. id quod est stabile & æternū, pro quo Lxx reddidere apprehendēs veritatē quod etiā philosophi æterna appellant vera: hæc terrena, fallacia, mendacia, caduca, fugacia.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Sperastis in Domino in saculis æternis, Deus magnus æternus. in Domino Deo forti in perpetuum.

Hoc loco interpretatio Lxx virorum trunca est & mutila. Videtur autem Dei esse verba qualia apud Matthæum cap. 25. reddentis caussam quare inducat bonos in æterna tabernacula, quia sperastis in Domino, & c. qualia illa, Esuriui dedistis mihi manducare. Potest autē verti lectio Hebræa sic, vt videantur verba beatorum inductorum in æterna tabernacula, quibus nos exhortentur ad cōsequendā similem mercedē. Nā potest verti lectio Hebræa, sperastis, & sperate: vt sit, sperate in Deo in saculis æternis, in Dño Deo forti in perpetuū. Est enim lectio Hebræa, וְיָצַח, sperate וְיָצַח, in Deo, וְיָצַח, vsque in æternū, vel in saculis æternis. sperate in Deo vsque in æternū וְיָצַח, וְיָצַח, quoniā in Deo Dei, vel in Deo de Deo, subaudi sperabitis. Dixi enim supra reperiri hæc geminationem in scriptura frequentissimē וְיָצַח, וְיָצַח, Deus Deus, pro qua D. Hieronymus reddidit in Domino Deo. Sed cum CLEM. Alexandrinus præscribat hunc Canonem (quod supra diximus) interpretandæ scripturæ, traditum per manus à maioribus, vt ad lucem euangelij vetus testamentum explicetur, ita vt vetus testamentum respondeat semper nouo: quoties hanc geminationē reperio, interpretandum puto, non Deus Deus, sed Deus Dei, subaudi filius, vel Deus de Deo, quod Hebræa nomina sunt indeclinabilia & quo velis casu reddi possunt. Iudæi multa nugantur de hac repetitione, frigida, casta, futilia, quædam etiam ex illis, quæ Iudæi dicunt, placent quibusdam ecclesiæ catholicæ luminibus, factam esse hanc repetitionem quod וְיָצַח, inuisibilem esse significet, וְיָצַח, ineffabile, quid tum? fac ita esse, vt trunque tamen nomen significet Deum, siue habeat hanc, siue illam originationē: dixerit ne quisquā homo vir fecit hoc, aut mulier foemina adest? quod hæc nomina diuersas habeant etymologias? Quid? quod vt trunque nomen siue, וְיָצַח, siue וְיָצַח, ab וְיָצַח, .i. sum deflectitur vno codēque verbo, quod Deus sit pelagus essendi (quod nostri aiunt, mutuati opinor ex Aristotele. i. libro de celo) quodque ipse Dominus nos docet. Ego sum, in quiens, qui sum: Et qui est misit te. Aristoteles loco citato nominat וְיָצַח, & dictū putat quasi וְיָצַח, semper entē, & principium omnis essentiæ, hoc sensu, quod det esse rebus omnibus, nec aliam horum nominum, originationem Hebræorum quiscquam esse ostender. Nunquam igitur probabilem villam rationem dicent, cur in sacris literis hæc geminatio fiat, Quoniam in Deo sperabitis, nisi ad lucem euangelij vertant, quoniam in Deo Dei sperabitis. .i. in Deo Dei filio, vel, quoniam in Deo de Deo sperabitis. aut sic vertant vt D. Hieronymus, Quoniam in Domino Deo, & c. Sed scias oportet, pro eo quod D. Hieronymus reddidit. In Domino Deo, Hebraicē esse, in Deo Deo, siue in Deo Dei, vel in Deo de Deo. His enim modis omnibus Hebræam lectionem reddes. Mihi magis placet quod cum cantione ecclesiastica cōsentit, Deū de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Ergo si sic veritas. Sperate in Deo vsque in sempiternum quoniam in Deo de Deo, subaudi sperabitis. videtur esse vox talis, qualis illa æterni patris. Hic est filius meus dilectus ipsum audite, quod ab initio capitis de Iesu Domino sermo est, qui hoc sine clauditur, sperate in Deo. .i. in Christo qui Deus est vsque in sempiternum sperate in eo, quoniam in Deo de Deo sperabitis si in Christo speratis, qui est Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus, de Deo vero. Et infra dicendum est, sic hæc explanari à sanctis patribus. Quod D. Hieron. reddidit, Forti in perpetuū, Hebraicē est וְיָצַח, petra seculorum siue æternitatum: Hebræi nos docent petram poni pro robore & inconcussa stabilitate, ducta metaphora à montium scopulis qui nulla vi cōuelli possunt, & ideo Hebræi pro petra, interpretantur fortem, quæ sunt omnia optimè dicta. Vocum nanque interpretationes sancti docent à Iudæis esse petendas, quanquam in his quoque nos sæpè conantur ludos facere. Optime ergo D. Hieronymus reddidit, forti in perpetuum. Scias tamen Hebraicē esse pro, forti in perpetuum, petra æternitatum. & in litteris euangelicis Christus dicitur petra, & conuenit bene vt hoc loco dicatur Deus de Deo & petra æternitatum, petra illa quæ apud Danielem abscissa de monte creuit in montē magnū æternum, & in litteris prophetis Deus frequentissimē וְיָצַח, dicitur. .i. petra vt de Christo intelligendum esse videatur: in hac enim petra ædificata est ecclesia aduersum quā portæ inferorū nō præualebūt, quia ædificata est in petra æternitatum, & in hac petra à Domino iubemur in litteris euangelicis nostras ædificare domos, non in arena, petra autem hæc & lapis angularis, est Christus. Ergo si est canon scripturæ vt vetus

vt vetus testamentum concordet nouo semper, quod in litteris euangelicis frequenter Christus petra dicitur, scias Deum in veteri testamento multo frequentius petram nominari.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia incurruuit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliavit, humiliavit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad puluerem, conculcabit eam pes pauperis, gressus egenorum.

Qui humilians deduxit habitantes in excelso, ciuitates munitas destrues, & educes usque ad paupertatem, & conculcabunt eas pedes mansuetorum, & humilium gressus.

Post vaticinia temporum Christi, praedicitur vastitas Hierosolymorum, & urbium Iudae, quod fat aperte interpretantur Lxx viri. Quia incurruuit habitantes in excelso, quod Lxx viri dixerunt: Humilians deduxit habitantes in excelso, Hierosolymitas. s. nam vrbs Hierosolyma sita erat in quatuor collibus editissimis (vt dictum est) Deduxit ergo illos ex illis collibus editissimis, Romanorum armis & diruit urbem sublimem, in sublimi loco sitam, & excelsum multis turribus munitissimis. Quamquam Lxx seniores hoc secundum ad reliquas vrbes Iudae retulerunt, quas imperatores Romani post crucem Domini subuertere. Singularem itaq; numerum pro plurali positum significant, cum verba illa, Ciuitatem sublimem humiliavit, interpretantur ciuitates munitas destrues. Repetitur enim centies ex Dione in vita Adriani quinquaginta munitissimas vrbes Iudae sub Adriano fuisse deletas, et vicus nobilissimos nogetos octoginta quinque. Sic D. Hieronymus haec explanat. Quod autem sequitur. Conculcabit eam pes pauperis: ad tempora Apostolorum referendum videtur, nam de Christo hic locus intelligi non potest, quod deleta vrbs Hierosolyma describitur. Vt enim dictum est supra in cap. 1. annos. 42. expectauit Dominus Iudaeos post crucem Christi, dum resipiscerent, Iudaei vero in dies magis magisque blasphemabant Christi nomen, persequebantur fideles immanissimè, legatos mittebant in omnes partes orbis terrarum ad Iudaeos toto orbe dispersos, contra Christum, & fideles, vt docerent eos conuiciari Christo, & praedicationi Apostolorum obistere, concitarent turbas, & tumultus aduersus Apostolos, vt ex Actis Apostolorum intelligitur, & vt IVST. Philosophus martyr scribit dialogo aduersus Tryphonem Iudaeum. Necesse fuit eijcere ancillam, & filium eius. i. synagogam, & populum eius, & ita subuersa est vniuersa Iudaea, deleti Iudaei omnes, residui dispersi sunt in omnes terras, vt pateret vniuersus orbis praedicationi Apostolorum. Nam illud fuisse typum huius rei, declarat Paulus ad Galat. cap. 4. sicut enim is qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita, & nunc Israel. s. secundum carnem. i. Iudaeorum populus infidelis persequitur Israel secundum spiritum, fideles ipsos. Planum est enim haec omnia subintelligi. Deinde subiicit Paulus Sed quid dicit scriptura? eijce ancillam, & filium eius. Eijcienda ergo erat ancilla. i. synagoga, & filius eius. populus eius, & patefaciendus erat orbis euangelij praedicationi, & ita redactus orbis fuit sub imperium vnius Imperatoris Augusti, vt nullus locus esset Apostolis inaccessus vt docet EVSEB. de praeparatione euangel. lib. 1. cap. 1. ORIG. lib. 2. contra Celsum. CHRYS. tom. 5. in demonstratione quod Christus sit Deus. Ergo, Conculcabit eam pes pauperis, interpretatur Lxx. i. pedes mansuetorum, Apostolorum. s. qui mansueti vocantur in scriptura: & egeni qui reliquere omnia, vt sequerentur Christum, conculcabunt eas vrbes Iudae. i. calcabunt eas, & peragrabit vniuersam Iudaeam, pulsabit inde Iudaeis, & nationibus, quae illas colebant, praedicabit euangelium libere, nullo prohibente, redditur enim causa cur sit subuersa Iudaea quod erat inaccessa prius Apostolis, nec poterat praedicare euangelium nationibus, quae erant Iudaeis in termixta, deleti sunt Iudaei, vt libere apostoli haec loca, & alia omnia possent peragrarè

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Semita iusti recta est, rectus callis in-sti ad ambulandum.

Via iustorum recta facta est, & praeparata via iustorum.

LECTIO Hebraea ad verbum sic reddi potest, Semita iusti recta, & rectum callem iusti ad libellam ponderabis: & ponderare ad libellam rectum callem, est perfectissimum facere ad amulsim, & significat perfectionem euangelij, quae bene dicitur ad libellam ponderata sublati ho-

blatis hostibus, sublatis hostibus namq; , & amota diaboli tyrannide, data gratia, & sacramentis nouae legis datis expeditissima via Domini est, vt ait Cyrillus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In semita iudiciorum tuorum Domine sustinimus te. Nam via Domini iudicium.

Hoc loco translatio D. Hieron. & Lxx differunt: vtraque tamen consentit cum litteris Hebraicis, & euangelicis. Hinc tamen dissidium natum, quod nomina Hebraea sunt indeclinabilia, & verba illa Hebraea תוֹרוֹתַי וְדַרְשֵׁי דְּמִיָּתִי i. Certè semita, seu via iudicia tua, reddi possunt: Certè semita iudicia tua, vt reddidere Lxx, qui hunc locum vertere: Via Domini iudicium, i. via Domini vera euangelium est. Nam iudicium pro euangelio accipi dicendum est pluribus in cap. 42. Potest etiam reddi lectio Hebraea: Nam in semita iudiciorum tuorum, quod nomina Hebraea sunt indeclinabilia, & sic reddidit D. Hieron. & coniunxit cum sequentibus, fecit enim vnius sententiae haec omnia: In semita iudiciorum tuorum Domine sustinimus te. i. in lege euangelica speramus in te Domine. Sic enim est explanandus hic locus ex lectione Hebraea, quod pro sustinimus, Hebraice est, sperauimus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nomen tuum, et memoriale tuum in desiderio meo, anima mea desiderauit te in nocte. Sperauimus in nomine tuo, & in memoria quam desiderabat anima mea

Duo Hieronymo necesse fuit sequi distinctionem Hebraeorum codicum, qui ea tempestate circumferbantur. Et ideo eius interpretatio hoc solo distat a translatione Lxx viro-rum, quod varias distinctiones lectionis Hebraeae sequuntur. Iam D. Hieronymus fecerat vnius sententiae totum illud: In semita iudiciorum tuorum Domine sustinimus te, vel, sperauimus in te. Nunc alterius sententiae facit haec quae sequuntur: Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte. i. tu spes nostra, & meminisse tui nostra felicitas est: tu desiderium anime nostrae es. Anima mea desiderauit te in nocte. i. ante incarnationem etiam, vt interpretatur THEOD. iuxta illud Pauli: Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Lxx aliter distinguunt, eadem tamen sententia: faciunt enim sententiae initium illud verbum, sustinimus, vel sperauimus in te. Reddidere enim, sperauimus in nomine tuo, & in memoria, quam desiderabat anima mea. i. tu es spes nostra, & desiderium anime nostrae. Omittunt Lxx duas voluculas, quod videntur geminatae, qua de re dictum est in disputatione de translationibus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sed in spiritu meo, in praecordijs meis de mane vigilabo ad te. De nocte diluculat spiritus meus ad te Deus.

THEOD. Noctem, inquit, nominat tempus ante incarnationem Domini, mane prophetica cognitione. Dies enim dicitur oriens cognitionis diuinae, ipse enim Dominus lumen verum, & sol iustitiae nominatur, cuius ortus, & splendor in animis nostris dies dicitur, ipsa scilicet Christi cognitio. Putat itaque Theodor. huius loci sensum esse, prophetam in nocte, hoc est, in tempore ante Domini aduentum vidisse lucem, & diem, vidisse diuina mysteria, & lucem euangelicam: vt sit: Anima mea desiderauit ad te in nocte. i. ante aduentum te optabat, sed mane. i. cognitione prophetica: In spiritu meo, & in praecordijs meis diluculabo ad te. Sic enim Hebraea & Graeca vox est vertenda. i. tuum diem videbo. PROC. videtur intellexisse, cum supra multa dixerit de aduentu Domini hic dicere illud D. Pauli ad Rom. 3. Nox praecessit, dies autem appropinquauit. vt sit, anima mea desiderauit ad te in nocte. i. ante aduentum Domini, sed in spiritu meo & in praecordijs meis, hoc est tota mente atque animo, mane. i. in Christi aduentu, diluculabo, ero in diluculo, & in die ad te conuersus. Sed hoc quoque aliter dispungunt Lxx, nam illud: In nocte, quod D. Hieron. fecerat finem superioris sententiae, fecere ipsi initium orationis, & vertere, de nocte diluculat spiritus meus ad te Deus. i. etiam ante Christi aduentum, cum oborta caligo hominum animis est, mihi illucescit diluculum, video Christi aduentum appropinquare, illustratus tuo lumine. Hic locus citatur Aquisgranensi concilio iuxta translationem Lxx, cap. 130. & refertur ad vigilias, vt probetur antiquitas vigiliarum. & citatur ex ISIDORO lib. 1. de offic. cap. 22.

Ec Hebrae-

Hebraicè verò est מַנִּיבָה .i. manicabo (vt sic loquar) manè surgam, de nocte surgā diluculo, A quo nihil aliud esse videtur, quàm relicta nocte, illucescente iam diluculo, surgam ad te Domine. quod idem est cum illo: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum. CYRIL. de spiritu & litera lib. 3. Nox in literis sacris dicitur omne tempus ante Christi aduentū, cum sub tyranno satana orbis erat, & cum ignorantie caligo imminerebat orbi. Dies dicitur Christi tempus, quo lumen caeleste terris illuxit, & tenebras dispulit ignorantia, cum iustitiæ sol hominū corda illustrauit, & citat locum Pauli supradictum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discant habitatores terra.

Quia lux præcepta tua super terrā, iustitiā discite habitantes in terra.

Vtraque interpretatio, quanquā inter se discrepare videantur, consentit cum lectione Hebraea. Nam lectio Hebraea est מַנִּיבָה, quæ verba vertere potes, Quoniam simulatque, & ita reddidit D. Hieron. Quoniam simulatque iudicia tua super terram, & subaudiuit verbū, B feceris, simulatque feceris iudicia tua super terram, simulatque promulgaueris euangelium, iustitiam discant habitatores terra. i. credet vniuersus orbis, quod & factum est. Potes etiā vertere verba illa Hebraea: Quoniam sic, vel, quoniā, eodē modo, & ita reddidit Lxx: Quia eodē modo, vel quia sic, iudicia tua terræ, vt diluculo. s. dixerat enim supra: Diluculo surgam ad te, & subiicit: Quia sic, quia eodē modo, vt diluculo. s. sunt præcepta tua super terrā, hoc est, lux euangelica, vt interpretatur CYRIL. est super terrā vt serenus & purus dies, cum sol iustitiæ Christus, terris illuxit, discussa iam nocte. i. diaboli tyrannide per Christi aduentum. Pro hoc ergo dixerit Lxx, Quia lux præcepta tua super terram. Iustitiam discant, Hebraicè est מַנִּיבָה, discant, vt reddidit D. Hieron. vel discite. si alia adpingas puncta, & sic reddidit Lxx: Discite iustitiam habitatores orbis, quando lux euangelica vobis data est. THEOD. Soluta diaboli tyrannide per aduentum Christi, facilis ascensus ad culmen virtutis factus est. PROCO. vocat hoc loco omnes ad euangelicam lucem & iustitiā, quod præceptor & doctor Christus adest, appropere ergo ad discendam iustitiam: hoc enim significabat illud: Erunt omnes docibiles C Dei. Sic quoque CYRIL. explanat. Nam D. Hieronymus omnibus ad manum est. Hic locus citatur etiam in concilio Aquiligraneasi cap. 130. iuxta translationem Lxx.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Misereamur impio, et nō discet iustitiā facere, in terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Dei.

Cessauit enim impius, non didicit iustitiam super terram, veritatem non faciet.

Multa loca translationis Lxx, quod planè Christū sonarent, sunt vitiata à Iudæis, vt docet IVST. in dialog. aduersus Tryphonē, cuius notę hunc locū esse puto. Nā certè translatione Lxx hoc loco trunca & lacera est. Lectio Hebraea sic ad verbū reddes: Fiat impij miseratio, non didicit iustitiā, vel non discet iustitiā, quę verba duos sensus habere possunt, vel fiat miseratio impij, hoc est, nationes impię vocentur ad fidem, Dei miseratione. Non didicit iustitiā, qui impius non didicit facere iustitiam. i. quibus impijs non est data lex, non sunt data Dei iudicia, vt Iudæis. PROCO. ita hunc locum explanat: Misertus est Dominus impijs idolatras, qui non didicerant facere iustitiā, quem sensum habere possunt etiam verba translationis Lxx, si modò legitima sunt, non adulterina. Cessauit impius, non didicit iustitiam. Sic enim legit PROCO. & sic tu potes vertere. i. nationes cessauere ab idolatria, quæ nunquam didicerant iustitiā in terra, quæ semper vana numina coluerant, & non acceperant à Deo legem, & iudicia, vt Iudæi, in terra rectitudinū, vel sanctorum. i. Iudæa, vbi lex Domini erat, & iudicia quas rectitudines propheta vocat, מִשְׁפָּט, nefas patratum est, immane scilicet illud parricidium, quo rex gloriæ in crucem à Iudæis est actus. Admittantur ergo nationes infideles in ecclesiā, excludantur Iudæi, quos tot beneficijs cumulaueram, quando in se aduersus Christū tantū facinus admiserunt. Nam verbū illud Hebræum vocis actiue & passiue esse potest, & supra diximus in verba illa cap. 1. In quo percutiā vos? ex autoritate D. Hieronymi & ex præcepto R. Kimhi in literis sacris verba actiue, & passiuè posse explanari, quod puncta hæc & illa possis addere pro ra-

A proratione sententiæ, & si dispungas ita vt sit passiuum verbum, planissimus est sensus: Quis enim audiat in terra rectitudinū & iudiciorū Dei, nefas patratum est, cui non veniat in mentē statim facinus illud immane aduersus Christum Hierosolymis editum? Quanquam eodem referatur, etiam si legas actiue: In terra rectitudinū iniqua gessit, vel iniqua gessit, occidendo Christum, scilicet itaque versio D. Hieronymi explananda sic est: Iniqua gessit, populus impius scilicet, occidendo Christum, & martyres, quod Dominus dixit loco citato: Ex illis crucifigetur, & occidetis, & flagellabitis, vt veniat super vos omnis sanguis iusti, & relinquatur terra vestra deserta, & fiat quod hoc loco dicitur, vt populus Gentium consequatur misericordiam receptus ad fidem, & Iudæi excludantur: quæ sententia lectionis Hebræe fuisse videtur. THEODOR. quauis nactus truncam, & laceram interpretationem Lxx, sic hunc locum explanat: Hæc in ingratos, & perfidos Iudæos dicitur, quod cumulatim innumerabilibus Dei beneficijs perstitere occæcatis animorū oculis. Cum enim Dñs noster Iesus Christus aduenisset, ij nō solum in suū redemptorē se præstitere ingratos, sed detestabili inuidia flagrantes, absumi incendio maluerunt, quàm vt nationes seruariētur. hæc Theodor. quibus verbis ostendit, quod supra millies est repetitū, multis miraculis post crucē editis, & in ipsa Domini passione fuisse à Iudæis cognitū Christum Deū esse. Quod tamen videre nationes ad fidem vocari, resistere veritati, & maluerunt ardere incendio, quàm vt nationes seruariētur. Potest etiā esse sensus lectionis Hebræe, quale esse putat D. Hieronymus. Misereamur impio Iudæo, vt sint verba Domini: Si misereor impiorum Iudæorū, neque subuerto Hierosolyma, neq; vrbes Iudæe, nunquam discet Iudæus facere iustitiā, nisi videat completa vaticinia, Hierosolyma & vrbes Iudæe incendio conflagrasse. Quod quàm verè sit dictū hinc apparet, quod nunc cum videt vniuersas vrbes Iudæe bis incendio arsisse, se suis sedibus pulsos, alienis nationibus feruire, per annos mille & quingentos vagos, miseros, sine rege, sine sacrificio, omnia promissa prophetarum spiritalia vitæ beatæ referunt ad terrena, nec discunt iustitiā facere. Quid futurum putas, si se florentes viderent, si stare Hierosolyma, si regnum Iudæe vigeret? nunquam conuerterentur ad Christum, & alios à Christo auerterent, post deletas Iudæe vrbes, multa Iudæorum milia ad fidem conuersa sunt, & innumerabiles ad Christum conuertuntur per magna annorū spatia. Nam patrū nostrorū memoria, bis facta Iudæorū ad fidem conuersio est intra centū annos, quarū vtrāq; tot Iudæorū milia ecclesiā intrarunt, vt numerus non possit iniri. Quod ita quoque factū esse superioribus temporibus, ex historijs rerū veterū accepimus, & ita futurū esse vaticinijs Osee nouimus. Sequitur: In terra sanctorū, vel rectitudinū. i. in Iudæa, vt dictū est, nefas peractū est. i. admissum est in Iudæa immane illud nefas, quo rex gloriæ in crucē est actus, & tantū nefas vindicandū à Dño, vel in terra sanctorum iniqua gessit, subaudi impius Iudæus quando regem gloriæ in crucem sustulit, & martyrio affecit sanctos martyres.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et non videbit gloriā Dñi. Auferatur impius vt non videat gloriā Dñi.

D. Hieronymi interpretatio cū lectione Hebraea ad verbum congruit, cuius interpretationis PROCO. putat esse sensum illū, qui est loci illius euangelici: Qui non crediderit, iam iudicatus est. Hæc enim est lata sententia ante aduentū iudicij vltimi, & putat esse idē cū illo: Si non credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini. THEOD. Non videbit Iudæi in illa sanctorū gloria. CYRIL. eodē modo explanat quo Procop. additq;: Si is qui non credit iā iudicatus est, qui poterit gloriā Dñi videre? Non enim erit cum Christo in illa sanctorū gloria. Lxx non reddunt hunc locū ad verbū, sed sententiā exprimunt. Cum enim videantur superiora verba esse Dei, veluti cōsultatis, an miserendū esset impij Iudæi, an auferendus potius de medio, & subuertendę vrbes Iudæe, quādo apud Iudæos nefas patratū esset: subaudire per zeugma à superiore. Auferatur ergo impius, & excludatur ab ecclesia qui non credidit, & tot sceleribus se commaculauit, auferatur & non videat gloriam Dei, vt filij regni excludantur, & multi alienigenæ recumbant in regno Dei cum Abrahā, quod in literis euangelicis ait Dominus. Eadē ergo est vtraque versio, excepto quod Lxx addidere de suo, quædam subaudita ex superioribus, vt esset oratio dilucidior. CHRYS. in cap. 3. Matth. homil. 3. Suscipiet Iudæus impius peccatum tantū flagitij cum omnibus impijs, vt gloriam Dei non videat. Et in cap. 20. Matth. 34. ante aduentum iudicij vltimi præmittitur sententia. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Et AVGVST. lib. vno contra sermonē Arrianorum cap. 1. formam nanq; Christi filij hominis

tunc ab eo iudicandi videbunt, iuxta illud: Videbunt in quem confixerunt, Dei formam in eodem ipso Christo, qua æqualis est patri, non videbunt, iuxta illud: Tollatur impius, non videbit gloriam Dei. Et in psal. 85. idem AVGVS. in illa verba: Respice in me, & miserere mei, Apparens, inquit, in hominis forma dicit, Ite in ignem æternum, vt impleatur quod dicit Esaias: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Formam ergo videbunt hominis, Dei gloriam non videbunt. Hoc repetit Augustinus millies, quæ eadem veterum patrum sententia est. Explicat enim hunc locum iuxta Canonem illum interpretandæ scripturæ, quo iubemur, quæ specialiter de vno sunt dicta, generaliter esse accipienda, vt nunc quæ impijs Iudæis minatur Dominus de impijs omnibus intelligantur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Domine exaltet manus tua vt non videant. Domine excelsum brachium tuum, & nescierunt (vel nõ cognouerunt.)

Domine exaltet manus tua vt non videat. i. glorificetur Christus, & clarescat toto orbe, & Iudæi occæcabuntur. Vt enim docuit ANACL. papa epist. 2. de ordinatione episcoporum tom. 1. Concil. Prophetæ cum optare videntur, futura vaticinantur. Sed quod D. Hier. reddidit, Nõ videant, Hebraicè est לֹא יִרְאוּ, non videat, vel, non videbunt, vel, non viderunt, & ita Lxx reddidit, Non viderunt, siue nõ cognouerunt, cuius lectionis sensus est: Domine glorificatus est Christus, multis editis miraculis, tum in passione, tum in resurrectione, & noluerunt Iudæi intelligere, malitia occæcauit eos. CYRIL. Domine brachium tuum excelsum, Christus, scilicet, qui in scriptura brachium Dei dicitur & manus, Iudæi autem non cognouerunt eum, malitia obcecati. PROC. Magna edidit miracula filius tuus Domine, sublimia edidit opera cum dicebat: Si non facio opera patris, ne credatis mihi: impij tamen Iudæi credere noluerunt. CYPRIAN. aduersus Iudæos cap. 4. probat ex hoc loco & alijs, Christum dici manum Dei, & brachium Dei: & certè hoc loco videtur Christus dictus brachium Dei, Hebraicè est, manus: sed pro manu Lxx reddidit brachiũ, quod Christus in scriptura manus & brachium dicitur, vt eo loco docet CYPRIAN. & ATHAN. lib. de vnitæte essentia sanctissimæ Trinitatis, in principio. Et AVGVST. contra sermonem Arrianorum lib. vno, cap. 12. & alijs multis locis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Videat, et confundantur. Sciētes (vel vidētes) confundantur. לֹא יִבְשׁוּ

PROCOP. Qui ex signis & miraculis editis agnoscere debuissent Christum, quem tot vaticinia prophetarum, præmonstrarant, neque agnouerunt, neque receperunt, quin potius in crucem tollendum putarunt, cum cognouerunt reuixisse, confusi sunt cum grandi pecunia, militum animos corrumpere, ne palam facerent Christum resurrexisse. Confundentur etiam videntes cum videbunt eum in gloria patris. THEOD. hoc ipsum dictum est in euangelio: Tunc videbunt signum filij hominis in celo, & tunc se percutient omnes tribus terræ. CYRIL. ad vtrunque retulit cum Procopio, ad gloriam resurrectionis, & ad gloriam qua veniet iudicaturus: Erubuerunt enim, inquit, Iudæi, cum audierunt eum resurrexisse, erubescunt alio modo, cum videbunt venientem in gloria patris cum alijs sanctis. CYPR. lib. 2. contra Iudæos c. 4. eodem refert. Videant ergo & confundantur. i. videbunt & confundentur. Prophetæ enim cum optare videntur, prænunciant futura, vt dixi ex Anacleto papa.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Zelantes populi. Zelus apprehendet populũ ineruditũ. זֶלֶס אֶרְוֵת

THEODOR. Iudæos per hæc innuit, qui per zelum cruci dominum suffixere. Eadem hæc Paulus ad Rom. 10. Testimonium perhibeo illis, quod æmulationem Dei habet, sed non secundũ scientiam. hæc Theodor. cuius sententia mihi placet, quod verba D. Pauli congruunt cum translatione Lxx, si Græca Græcis conferas. Procop. & Cyrill. aliò referunt: Cum abiecti, & exclusi fuerint Iudæi à promissionibus, quæ factæ erant patribus, gentesque viderint ad eas vocatas, ipsi Iudæi æmulatione & inuidia confundentur: iuxta illud, Ipsi me iritauerunt in eo qui non erat Deus, ego eos iritabo in eo, qui non est populus. Sic etiam explicat ISYCH. in Leuiticum lib. 4. in illa verba: Caro, & cutis quam ignis exussit: vbi cum citasset hunc locum

A hæc locum subiicit: Zelum imperitorum, dixit inuidiam zelantem, non vt imitentur virtutem, sed vt illam impediunt, operantemque perimant. Nouo quodam modo AMBROS. in psal. 118. in illa verba: Exquisiuit me zelus domus tuæ, explicat enim zelum pro charitate: & populum ineruditum, pro populo Gentium accipit, & arsisse charitate ait populum gentilem, cum populus quierat eruditus in lege, nullum fidei Christi haberet ardorem. Tunc contulit se, inquit, zelus. i. charitas ad gentes, & apprehendens populum ineruditum fecit esse meliorem. Huic sententiæ Ambrosij congruit bene translatio D. Hieronymi. Cum enim dixisset propheta: Videant Iudæi. i. videbunt, & confundentur Iudæi, subiicit, populi erunt zelantes, charitate ardentes, cum interim charitate ardebunt gentiles: neque verbum Hebræum repugnat, sic enim accipitur Numerorum 25. idem verbum זֶלֶס, in illo: Zelatus est pro Deo suo, vt interpretantur Hebræi, vel zelantes populi. i. erunt zelantes populi Iudæorum inuidentes nationibus vocatis ad fidem, vt explanant PROCOP. & CYRIL. aut zelantes populi. i. zelo inerudito, & non secundum scientiam hæc facientes, vt THEODOR. Lectio Hebræa, zelus populum, subaudi, apprehendet, eo sensu quo dictum est. Lxx seniores faciunt paraphrasim.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ignis hostes tuos deuoret. Et nunc ignis aduersarios tuos comedet.

CYRILL. & ISYCH. loco citato, eiusdem sententiæ putant esse hoc cum superiori prophetia, vbi dictum erat, Zelus & inuidia apprehendet populum ineruditum, populum stultum Iudæorum, qui noluit intelligere prophetas, vt bene ageret, & ignis inuidiæ comedet aduersarios ecclesiæ, vt combustio hæc sit ex inuidia. THEODOR. Qui, inquit, lucem non receperunt, tradentur igni, & tenebris exterioribus: comedet, o ecclesia, æternus ignis aduersarios tuos Iudæos. Zelantes populos. PROCOP. post passionem Christi cum viderent tot signa & miracula, cognouerunt esse verum Messiam, sed cum animaduertent Gentes vocari ad fidem, præ inuidia optauere potius absumi incendio, quam videre vnã secum gentes saluas fieri. Zelo igitur stolido laborabant nationum, quæ vocabantur ad fidem. Et cum viderent arsuram totam Iudæam, nisi reciperet Christum, sæuisimis flammis ardere maluerunt, quam vnã cum Gentibus ad fidem intrare, quod maior natu ille filius in euangelio significat, qui intrare ad conuiuium patris noluit, quod pater recepit minorem filium, qui perierat. i. populum gentium. Et hunc etiam zelum appellat ineruditum & stultum, qui apprehendit populum Iudæorum. Alio quosdam declarare ait, quod in die iudicij videntes multos ex oriente, & occidente recumbere cum patre eorum Abraham, & recipi in æterna tabernacula ardebunt inuidia, & tradentur in flammæ æternas.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Domine, pacem da nobis, omnia enim operatus es nobis. Domine Deus noster, pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.

AVGVST. in psal. 71. in principio: Veniens, inquit, Christus euangelizauit pacem, ijs qui longè, & pacem ijs qui propè. Pacem meam relinquo vobis, inquit, non secundum pacem quam nouit, & quærit hic mundus, sed illam pacem prophetæ dabo eis, solatium dum pacem super pacem, paci scilicet reconciliationis, addetur pax immortalitatis. Nam post omnia reddita, quæ promisit Deus, nouissimam pacem expectare debemus, qua cum Deo viuamus in æternum, de qua propheta: Domine Deus noster, pacem da nobis. Eodẽ modo explicat AVGVST. serm. de verbis apostoli. 2. Denique, inquit, post omnia reddita quid restat nisi corona iustitiæ, de qua propheta: Domine Deus noster, pacem da nobis. CYRIL. in Ioan. lib. 10. cap. 7. Quoniam nihil per legem perfectum est, inquit, nam eius iustitia non potuit humanum genus ad pietatem reducere. Idcirco cum dicit Esaias, Domine, pacem da nobis, spiritum sanctum nobis dari deprecamur, per quem à seruitute peccati patri reconciliemur, omnia enim reddidit nobis. i. omnia tunc habebimus, nihil nobis deerit quando miserit spiritum sanctum. Ideo ipse ait: Pacem meam do vobis. In comment. vero in hunc locum: Pacem da nobis, inquit. i. Christum, ipse enim est pax nostra, & omnia simul reddidisti. i. simul cum illo omnia reddideris, in ipso enim est omnis thesaurus sapientiæ Dei. PROC. aliter: Petit, inquit, hoc loco propheta, donari sibi reconciliationem populi sui, quando perfoluit meritas

penas, & tunc futurum cumulum ait beneficiorum, quæ à Deo expectaret, Omnia reddidisti nobis, inquit idem Procop. Quidam interpretantur: iam sumpsisti merita supplicia, perdidisti malos, reliquos trahe ad Christum. Sic hunc locum explanare videtur CHRYS. in cap. 11. epistolæ ad Corinth. homil. 23. his verbis: Vbi accepit de manu Domini duplicia Hierusalem, &c. & sic petit hoc propheta, nomine populi sui, iuxta sententiam Procopij & Chrysof.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Domine Deus noster, possederunt nos Domini absque te tantum in te recordemur nominis tui.

Domine Deus noster, posside nos Domine, extra te alium non scimus, nomen tuum vocamus.

Hebraea lectio potest reddi, vt versa est à D. Hieronymo, quæ planior & facilior est translatio. Est enim sensus: Fuimus sub potestate demonum, & idololatriæ, tantum in te recordemur nominis tui. tantum te colamus, reconciliati tibi per Christum: vel vt PROCOPI. interpretatur, qui sequitur translationem Symmachi, quem secutus est D. Hieronymus, vt dicantur hæc interroganter: Possederunt nos Domini absque te? i. Num post Christum alium Deum colimus absque te? quasi dicat, non. nam post Christum, vt prædictum erat per Oseam, & alios prophetas non coluere idola. Sed certè non cohæret bene, vt petant sibi veniam, quod post Christum non coluerint idola, cum in impietate persistent, & singulis hebdomadis in suis synagogis Christum execrentur. Nec cohæret fateri crimina idolatriæ, & non fateri crimen idolatriæ, quod admiserunt, cum Christum affecere cruce, & postulare sibi veniam, neque tyranni possident fideles vnà cum Dño, cum fidelis in medio infidelium Dñi sit, & magis indè iuuetur, quod paulò post dicit propheta. Neq; Dñs infideles Iudæos post Christi passionem possidet, cum toties dicat Dñs se dimisisse eos. Vidit hæc THEOD. qui cum has duas interpretationes huius loci percurrisset, ait, Hæc Iudæorum arguunt infantiã, quomodo enim hæc dicuntur? nam omnium regnum Deo conuenit, & nemo dicat extra eius imperiũ esse quenquam, & postea sic explanat hunc locum, refutata vtraque sententia supradicta. Possident nos Domine, quoniam per aduentum filij tui nos redemisti, intromitte nos in ecclesiam, trahe nos ad te mortuos peccatis, expelle animo nostro hanc infidelitatem. ISYCHIVS verò in Leuiticum lib. 4. in illa verba: Nunciens sacerdoti, & dicit, Quasi macula lepræ videtur esse in domo mea, cum loqueretur de hæreditate gentium subiecit: Quænam est ea quam ego dabo vobis in possessionem? Quia ergo septem, inquit, numero Gentes, Chananæi, Pherezæi, Iesæi, Amorrhæi, Iebusæi, Zethæi, & Aradæi terram promissam Abrahamæ possidebant: imaginem autem gerebant hæc septem iniquorum spirituum, de quibus Dominus in euangelio dicit, Assumet alios septem spiritus nequiores se, ij veram terram promissam ipsi Abrahamæ. gentium hæreditatem possidebant, ipsi enim Abrahamæ dictum est: Quia patrem multarum gentium posui te. Hanc terram possedit Iesus Naue, figura veri Iesus, qui genteis proprio sanguine redemit, & regeneratione baptismatis suas fecit, & renouatione sancti spiritus, quem effudit abunde super ecclesiam, liberans ab ijs quibus seruebat, vt ij qui ex gentibus sunt, possint Esaiæ canticum dicere: Domine Deus noster, possederunt nos Domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui. Itaque hæc oratio erit omnium redemptorum à peccatis, sanguine Christi, qui se fatentur possessos fuisse à peccatis, quibus seruebant, & redemptos à Domino, à quo petunt gratiam, & donum perseuerantiæ. D. Hieronymus, Cyrillus, sic ferè interpretantur hunc locum, quorum sententias referre supersedeo, quod longa disputatio reliqua est de huius loci translatione: & D. Hieronymi quidem hæc interpretatio plana est, & consentit ad verbum cum lectione Hebræa. Obscurior Lxx virorum translatio, quam sic interpretatur A. V. G. V. S. cum enim in psalm. 5. dixisset, Ecclesiam hæreditatem Domini esse, iuxta illud: Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & dicam ecclesiam Dei hæreditatem, quia ipse nos administrat, & regit, & contra, Christum hæreditatem ecclesiæ, iuxta illud, Dominus pars hæreditatis meæ. Ipse enim Christus est vita æterna. Cum hæc, inquam, docuisset Augustinus rursus in psalmum 78. non longè à principio: Ipsius, inquit, hæreditatis, id est, ecclesiæ vox est apud prophetam, Domine Deus noster posside nos, hanc hæreditatem non moriens pater filio reliquit, sed ipse filius sua morte mirabiliter acquisiuit, cum resurrectione possedit. Et in psalmum 131. in illa verba:

Memento

A Memento Domine David, &c. Quid ergo vouimus Deo nisi vt simus Dei templum? nihil gratius ei possumus offerre quam vt dicamus ei, quod dicitur in Esaiæ, Posside nos: Equidem in istis possessionibus terrenis, patrifamiliâs præstatur, quando datur ei possessio, non sic est possessio, quæ est ecclesiæ. Ipsi possessio est beneficium est, vt à tali possideatur Domino. Et certè PLATO. 1. de Republ. lib. naturale hoc esse ait, vt omnis ars, omnis magistratus, gubernatio omnis, si rectè suo fungatur munere scopũ habeat, nõ gubernatoris commodũ & utilitatẽ sed aliorum quibus præest, vt regi ab optimo summa sit comoditas. Quod idem Aristot. ait ad Nicom. & alijs locis, vt possideri à Deo gubernatore tanta sit comoditas, vt angelorum vobis exprimi non possit, quod dixit Augustinus, quodque ecclesiæ petit. Sic sentit A. M. B. R. de Cain & Abel lib. 2. cap. 3. Ipse Christus, inquit, nos facit adhærere Deo ipsi continuas precibus fundere, de ipso salutẽ sperare, fugere terrena negocia, in Dei possessione numerari, sicut scriptum est: Domine posside nos. Ea est enim sola possessio, quæ nullis obnoxia tempestatibus perpetuæ gratiæ fructus ferat. Sed hi doctores sacri Lxx sequuntur, qui Lxx viri cum verbum verbo reddere possent, & sensum quem ipsa facie Hebræa lectio præfert explicare, aliorum quendam sensum subesse putauerunt. Nam si Græca Hebræis conferas iuxta canonem Augustini, qui iubet translationes inter se conferri, & cum ipsa Hebræa lectione, apparebit declarari his verbis sacratissimæ Trinitatis mysterium, & indiuiduæ vnitatis. Et Lxx viri, vt docet HILAR. in proemio in psal. à Mose vique, & prophetis alijs, & maioribus acceperant, quasi per manus, sacræ scripturæ sensu. Quod ergo D. Hieron. reddidit: Domine Deus noster, Hebræicè est יהוה אלהינו. i. Deus Dij noster. Vt enim Græci treis hypostaseis dicunt, Latini treis personas, Hebræi treis heloim, videntur dicere, quod hoc nomen Dei in literis sacris pluraliter inuenitur frequentissimè: pro, Domine Dij noster, reddidit Lxx, & D. Hieronymus, Domine Deus noster, quod de Deo personæ dicantur pluraliter, Deus tantum singulariter. Postea, quod D. Hieron. vertit: Possederunt nos Domini, Lxx reddidit, Posside nos domine: vt significarent hæc verba ad Deum verum esse referenda, à quo petimus vt possideat nos, vt interpretantur sacri doctores: & quanquam lectio Hebræa possit reddi, vt versa est à D. Hieronymo, mirabiliter tamen congruit cum interpretatione Lxx. Et relata ad Deum, vt refertur à Lxx viris, apertè & planè declarat mysterium sacrosanctæ Trinitatis: est enim lectio Hebræa יהוה אלהינו. i. possidete nos dominantes. Mutatis enim punctis, verbum ipsum potest esse imperantis: Possidete ergo nos dominantes Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Nam hanc orationem esse referendam ad tres personas, docent Lxx viri, qui reddunt: Posside nos Domine, & ad Deum referunt, vt verba Hebræa: Possidete nos dominantes, non possis non referre ad personas tres. Postea, quod D. Hieronymus vertit, Absque te: Hebræicè est יהוה אלהינו. i. præter te, absque te, & subaudiunt Lxx vnã orationem integram (alium non nouimus) formaloquendi apud Hebræos receptissima, qui conciso admodum genere dicendi vtuntur, & subaudiunt plurima. Postremò: Tantum in te recordemur nominis tui, quod vertit D. Hieronymus conuenienter Hebræe lectioni. Lxx dixere: Vocemus nomen tuum, hoc sensu, fac vt tantum te colamus, tantum tibi seruiamus, relictis rebus alijs omnibus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Mortui non viuent, Gigantes non resurgent.

Mortui vitam non videbunt, nec medici suscitabunt.

PROCOPI. author est, quosdam theologos putare, huius loci sensum esse, qui mihi præter ceteros placet, solusque esse videtur, illud signum maximum, & insolubile esse diuinitatis Christi tot mortuos solo imperio suscitasse, & ipsum Dominum mortuum, & sepultum reuixisse. Ergo, Mortui non viuent, i. mortui non reuiuiscunt, non possunt ipsi resurgere, vt reuixit, & resurrexit Christus. Gigantes non resurgunt: nullus gigas resurrexit, vt resurrexit Christus, vel vt reddidit Lxx, Mortui vitam non videbunt, vt vidit Christus resurgens, quod à mortuis resurgere solius Christi fuit, qui Deus verus erat. Nec Medici suscitabunt: nec medicus vllus in potestate, & solo imperio mortuos suscitauit, vt solo imperio suscitabat Christus mortuos. Addit, P. R. O. C. Dominum hoc significasse cum dixit, Generatio hæc signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophætæ, quod mortuus reuiuiscet, quod insolubile signum est eius diuinitatis. HILAR. enim de Trinit. li. 7. interpretas illa verba:

Ec 4 Dominus

Domini meus & Deus meus: Resurrexisset, inquit, per se ex mortuis in vitam, nisi natura Dei non potuit. Itaque hoc potissimum signum datum erat, ut Christus agnosceretur, quod mortuus resurrecturus erat, quod Ionæ prophetia significabat, quod Dominus significat cum ait: Et signum nõ dabitur ei, &c. quasi hoc peculiare signum Christi esset, & eius diuinitatis, quod docet Augustinus serm. 8. in euangelium secundum Matthæum, de verbis Domini, de eo quod scriptum est, Confiteor tibi pater: Nullus mortuus, inquit, inquit, fuispius suscitator est, ille se potuit suscitare, qui mortua carne, non mortuus erat, ille se suscitauit qui vivebat in se, & suscitauit quod mortuum erat. Et in euangelium Ioann. tract. 91. de eo quod dicit: Si opera non fecissem. Disputat etiam diuinitus de hac re in psal. 65. in illa verba: In multitudine potentie tue mentientur tibi inimici tui. AMBR. OS. de benedictionibus patriarcharum cap. 4. interpretans illa verba: Quis suscitabit eum? ait, Quis alius nisi ipse qui se sua, patrisque potestate suscitauit? video natum auctoritate propria, video mortuum propria voluntate, video dormientem potestate propria, qui omnia suo fecit arbitrio, cuius alterius egebit auxilio ut resurgat? ipse igitur resurrectionis sue author est, qui mortis sue arbiter fuit. CYRILL. de spiritu & literalib. 10. huius rei signum putat virgam illam Aaron, quæ arida refloruit, significans B Christum mortuum resurrecturum esse, & quemadmodum illic signum datum est, ut is crederetur summus sacerdos esse electus à Deo, cuius arida virga floresceret, ita hoc datum erat signum, ut agnosceretur verus ille sacerdos, qui non per sanguinem hircorum intraret in tabernacula manufacta, sed per proprium sanguinem intraret in æterna tabernacula, æternæ redemptione inuenta, cuius corpus mortuum reuiuisceret, & ita in Christi sacra illa resurrectione virga illa de radice Iesse refloruit, quo intellectum est Deum esse, & verum illum sacerdotem secundum ordinem Melchisedec. Additque Cyrillus ibidem, Et tam erat hoc sufficiens signum eius deitatis, & eius æterni sacerdotij, ut Christus qui tam facile poterat, quæ vellet facere, negarit se aliud daturum signum quam hoc, cuius rei illa quoque ratio fuit, quod per prophetas hoc quoque signum datum erat. Itaque quauis hi patres non citent hæc verba Esaia, tamen fat est quod hæc docent, & per prophetas præsignificatum hoc aiunt: quod multi theologi, ut dictum est, putant his verbis ab Esaia esse significatum. Vox Hebræa מרפאים, medicos significat, & gigantes: & ita D. Hier. vertit gigantes: Lxx reddidit medicos, quanquã Lxx hæc vocem ferè reddant gigantes, gigantes verò & medicos, pro eodem accipi posse docet plurimis verbis AVGVST. in psal. 87. in illa verba: Aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propterea visitasti & contriuiisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. Propter hoc induxisti, & perdidisti & tulisti omne masculinũ eorum.

Vox Hebræa נָסַח, varijs punctis, memoriam, & masculinum significat, in dè D. Hieronymus memoriam, Lxx, viri masculinum, reddidit. Sensus huius loci est: Iudæi quod acceperant hoc signum Ionæ, ut agnoscerent Christum, & noluerunt agnoscere, corrumpere potius custodes grandi pecunia, ne dicerent eum resurrexisse, visitati sunt. i. puniti sunt, hoc enim significat visitare in sacris litteris, visitati sunt & deletæ eorum vrbes, & deleta memoria eorũ, Quod D. Hieronymus lectioni Hebræe conuenienter vertit: Visitasti & contriuiisti eos. i. eos visitasti & diruisti vrbes eorũ, Lxx viri reddidit: Propter hoc induxisti, subaudi, mala, quæ prædixeras per prophetas tuos, & perdidisti eos, & abstulisti omne masculinum eorum. i. omnes viros, Nam ut leges apud Iosephum, si attendas animum, illa vastitas potissimum in viros recidit, fere omnes sunt deleti, & ita cum foeminarum infinita sit relicta multitudo in vrbus Iudææ, & multæ ab vno fieri grauidæ contendebat, quod apud Iudæos sterilitas erat dedecori, intra breue tempus instaurata natio Iudæorum est, quæ postea deleta rursus fuit sub Adriano Imperatore. Quanquã veteres patres aliter explanant. PROCOP. Abstulisti omne masculinum eorum, omnes principes & Phariseos, in horum enim caput potissimum vastitas, iniecta à Domino Iudæis, recidit. quod leges apud IOSEPH. in fine lib. 6. vbi Vespasianus pauperes res duos ex illa tanta calamitate liberos abire sinit, principes & locupletes immansissime necari iubet, aut religari, & captiuos duci, ut in Theatris obijciantur Ianiandi feris, aut vt ducantur in triumphum. Et hos mascululos ait appellari quod quemadmodum mas præit foemina, ita magi stratus & locupletes reliquis. CYRILL. ita etiam explanat. THEOPH. in cap. 14. Luca in illa verba:

Verba: Exi in plateas & vicos: Vides, inquit, repudiari principes & Phariseos, & scribas: nemo enim illorum Christo credidit, ut ipsi gloriantur Ioannis 7. Num aliquis ex principibus credidit in eum? Pauperes & humiles in eum credebant, ait enim Lucas 4. cap. Urbæ mirabatur in verbis quæ procedebant de ore ipsius, in quorum gratia permisit Dominus vt T. Vespasii dirutis Hieros. vulgo parceret, & multitudini, & plusquam 40. milia hominum liberos abire permitteret vt docet IOSEPH. lib. 6. cap. 40. subiicitque Theophylactus postremo, ideo Phariseos locupletes, primarios, & principes bello absumptos: quod Christo essent aduersari, quos mascululos appellatos ait Procopius. i. principes & primarios.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Indulxisti genti Domine, indulxisti genti, Adde eis mala Domine, adde mala tibi, nunquid glorificatus es? gloriofis terræ.

PROCOP. huius loci sensum esse putat, quando tanta indulgentia Dei Iudæi nihil ad pietatem & religionem promouere, sentiãt iram vindicem. THEOD. prædicit his verbis vastitatem eorum qui pios persequebantur. Indulxisti genti. i. persecutus es multis beneficijs eos Domine, indulgentissimus in eos fuisti. Nunquid glorificatus es? i. num indulgentia tua moti te plus glorificauerunt? quasi dicat, non, sed te, & tuos persequantur potius. Elongasti terminos terræ. i. dedisti eis terram promissionis, & dilatasti, fines eius, nec hoc illos mouit vt colerent: quid reliquum est ergo nisi vt illos male perdas? Huc esse huius loci sensum declarant Lxx qui in plerisque non sunt translatores, sed commentarij, qui pro lectione Hebræa quam ad verbum reddidit D. Hieronymus edidit, Adde eis mala Domine, adde mala gloriofis terræ, id est, principibus, & Phariseis, qui gloriosi erant in terra Iudææ: de quibus superiore commentario dictum est satis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dñe, in angustia requisierunt te, in tri. Dñe in tribulatione recordati sumus tui, in tribulatione murmuris doctrinatua eis. Tribulatione parua doctrina tua nobis.

THEODOR. his verbis ostendit punitorum à Deo vtilitatem, quod afflictio patientiã operatur, patientia probationem. CYRILL. docet, prophetam petere aduersus Iudæos, qui edidit tam immane facinus in Christum vindictam non asperitate, sed quod eis bene velit, quod peccantibus afflictio sit utilis. Ergo nunc Domine te persequantur & pios, quod indulges eis, in angustia te requirunt, vindica eos. Lxx sensa reddunt, qui vertere: Domine naturale hoc est, vt in tribulatione cum calamitatibus implicamur, recordemur tui: ideo castigatio qua nos castigas utilis nobis est vindica Iudæos in tribulatione murmuris. i. cum tribulantur homines & murmurant. i. cum tacita oratione te precantur, quod dixere Lxx in tribulatione parua, cum enim ingruit calamitas parua tacita cogitatione precamur Deum, doctrina est nobis. parua tribulatio nobis magna doctrina est, magna vtilitas.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sicut quæ concepit, cū appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis sic facti sumus a facie tua dñe. Sicut parturiens cū appropinquat ad pariendum & in dolore suo clamat sic facti sumus dilecto tuo.

ORIGEN. in Exodi cap. 21. homil. 10. Sicut foemina grauida viro fit, quæ cum parturit clamat ad Dominum, quod acerrimi oboriuntur dolores: sic anima cælesti semine grauida, cum conceptum Dei verbum in opera producit, fauos dolores suffert, & ad Deum clamat: Conceperat illa foelix anima de dilecto. i. de Christo, qui à Patre est dictus: Hic est filius meus dilectus: Tolle crucem tuam, & ambula: Et, Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et, Nolite timere eum, qui corpus occidit. Denique grauida erat illa sententia euangelica cælestem patriam quærendam esse: relinquenda hæc omnia terrena. Cum parere hæc vult, & vocatur ab infidelibus, ad hoc certamen, vt ostendat an præstet opere, quod verbis pollicetur, an audeat perdere vitam, perdere omnia, ferre tormenta, an probet se ciuem sanctorum esse,

esse, parturiens foetum hunc grauissimos perfert dolores vt foemina parturiens. Hæc Orig. A Sed quod D. Hieron. vertit: Sic facti sumus à facie tua Dñe: Hebraicè est: *היינו מן פניו* .i. Sic fuimus à facie tua Deus, pregnantes. f. vt foemina pregnans fit à viro. Et Lxx. declarant, quæ sit hæc facies Dei, à qua sancti fiunt pregnantes, & declarant filium Dei esse hanc faciem Dei, & ita vertere pro lectione Hebræa quæ erat: Sic fuim⁹, vel, sic facti sumus à facie tua Deus sic facti sumus dilecto tuo Deus. .i. sic facti sumus grauidi animo à Christo qui est tuus dilectus vt foemina fit grauida à viro. Docent ergo nos Lxx viri faciem Dei esse vnigenitum filium Dei, quod docent omnes patres.

CYRILLVS sic grauidam fieri dicit mentem sanctorum, dilecto filio Dei, vt humano femine foemina fit grauida. THEOD. Comparant se sancti parturiēti foeminae pregnantes animo dilecto filio Dei. Hinc fortasse mutuatus PLATO in symposiū suum, grauidā fieri mentē hominum, & parturire, & parere ait, his verbis: Sunt qui animo sunt pregnantes, multo magis quam corpore, & concipiunt animo eos foetus, quos animus potest cōcipere, & parere, prudētiam, iustitiam, & virtutes alias. & infra: Quando aliquis pregnans est animo parere iam cupit & cum multa disputasset de hoc animorū partu, in pulchro, & de pulchro concipere animos ait, & vbi disputatione peruentum est ad ipsum pulchrum, hoc est ad Deum, qui est ipsa pulchritudo, cuius amore veri amatores ardent, & estuant, quod non sit caro pulchra aut ossa pulchra, sed ipsa pulchritudo, ipsa pulchritudinis essentia, ibi vitam legendā homini putat, quod illic vera oboritur animo voluptas, & vera gaudia, & immortalia concipiuntur ex Deo, & pariuntur veri foetus, & immortales. Ergo, quod Plato pulchrum ipsum appellat, id ipsum dilectum dixere Lxx. Nā ipsum pulchrū est, ipsum amabile, quod docet ARIST. lib. 12. Metaph. quæ filium suum declarat esse patēr omnipotens, dicens: Hic est filius meus dilectus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cōcepimus, & quasi parturiuimus & peperimus spiritum. Propter timorē Domini in vtero accepimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quæ fecisti super terrā.

D. Hieron. tom. 10. sermo 2. Omnis homo, inquit, concipit animo, neq; vltus potest esse sine conceptu, sed alij concipiunt de diabolo, iuxta illud: Conceptit dolorē & peperit iniquitatem: alij concipiunt de Christo vt, A timore tuo in vtero concepimus, & peperimus spiritum salutis. Et serm. 157. spei vitæ beatæ, inquit, sanctum spiritum accepimus pignus, qui in cordibus nostris inenarrabiles gemitus operatur sanctorum desideriorum, vt ait Esaias: Concepimus, & parturiuimus spiritum salutis, & mulier cum parit, ait Dominus, tristitia est illi, quia venit dies eius, sed cum peperit fit gaudium, quoniā natus homo in seculo hoc est gaudium, quod nemo auferet à nobis, quo in æternæ vitæ lucem, ex hac fidei conceptione transfundimur. Nunc ergo ieiunemus & oremus cum tempus parturitionis est. Ergo AVGVVS. hunc locum ita explanandum censet, vt illum euangelij, quem citat, & conceptus hos animorum explanat, quos diximus, & spiritus. .i. desideria, qui diffusus est in cordibus nostris, & excitat illa desideria vitæ beatæ, & actus, quos parimus in vitam beatā. Addunt de suo Lxx viri multa. Quod enim D. Hieronymus dixerat: Concepimus, paraphrasi quadam ipsi dixerat: Propter timorem tuum Domine, in vtero accepimus: & quod D. Hieronymus etiam conuenienter lectioni Hebræe dixit: & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum, ipsi solita sua paraphrasi explanant: Et parturiuimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quæ feceras super terram. THEODOR. Quem feceras super terram. .i. quæ donaueras hominibus. Nec enim spiritum fecerat in terra, sed per spiritum sanctum fecerat salutem. AVGVVS. rursum in Psal. 47. in verba illa: Ibi dolores vt parturientis: quid sunt dolores parturientis, nisi dolores poenitentis? .i. ipsam conceptionem doloris, & parturitionis: iuxta illud: A timore tuo concepimus. Sic ergo concipiunt reges à timore Christi vt parturiendo salutem pariant, vbi parturientem audis, foetum expecta, parturit per ieiunia, per virtutum actus, per dolores, per martyria, nascitur homo immortalis, de quo supradixerat, & de quo in Psal. 39. in fine. si Christo impregnari vis, certus erit partus tuus non abortiuus, non temporalis, quod pepereris æternum erit. Quod Esaias ait: Peperimus spiritum salutis. GREG. Nazianz. in oratione ad patrem tacentem ob plagam grandinis, ait nos erudiri à Domino tribulationibus. Ex parua nanque tribulatione concipiunt inquit homines, & pariunt conuersionem, & postremo perfectum edunt spiritum salutis.

A Iustus. Ille alter in Genesim lib. 2. in illa verba, Duæ gentes in vtero tuo sunt: De corde nostro, inquit, procedunt cogitationes malæ, furta, adulteria, falsa testimonia, doli, & cætera scelera. Vides quantus malorum populus intra nos est? Si verò mereamur illam vocem sanctorum dicere: A timore tuo Domine concepimus, tunc alius intra nos populus inuenitur in spiritu generatus: fructus enim spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, patientia, bonitas. Iste populus minor est: plures enim semper sunt mali quam boni. Sed si de verbo Dei habere conceptum meruerimus, maior populus seruiet minori. .i. caro spiritui: & vitia virtutibus cedent. CYRILL. hoc interpretatur de apostolis & euangelistis, qui intelligibili semine accepto spiritus sancti, spiritum salutis in terra pepererunt, doctrinam spiritalem. .i. & prædicationem euāgelicam iuxta illud Pauli: Non accepimus spiritum mundi huius, sed spiritum ex Deo. AMBROS. de Cain, & Abel lib. 1. cap. 10. & de interpellatione lib. 2. cap. 4. de hac impregnatione animorum nostrorum, & partu disputat diuinitus, & de vtero, quo concipiunt, illinc pete, nec tundit inaniter, vt quidam aiunt, quod Lxx vocem illam addiderint de suo. Dictū est enim in disputatione de tralation. verba addita à Lxx consensum sanctorū putare afflatu spiritus. .i. esse addita, & citari frequētissimè verba illa addita à Lxx in litteris apostolicis & euangelicis: negant in literis sacris esse vterum, vt nihil fuisse probent, cur D. AMBR. tam multa de vtero verba faceret. An non est *היינו*. .i. impregnati sumus, vbi impregnatio est & semen & conceptus & foetus, est quoque vterus: Quare quæ Ambrosius locis citatis disputat & Augustinus & ORIG. in cap. 20. Genes. homil. 6. & in exodi cap. 21. homil. 10. cum hunc locū explanat, de anima, quæ verbū Dei concipit, & parit, firmissimo fundamēto nituntur. EVSEB. Cæsar. præp. euangelicæ lib. 12. vbi scripturæ loca notat quæ Plato in suos libros est mutuatus, ait PLAT. hunc locū in suum Thegetū mutuatum esse, vbi Socrates suos discipulos ait cōcipere animo & parturire dubia & se obstetricatē edere foetus admirabiles. Sed nō solū in Thegetū est mutuatus Plato, sed latius in symposiū, quod suprà dixi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terra. Qui dixerunt non cademus, sed cadent habitantes in terra.

THEOD. Qui terrena sapiunt manent, & viuunt, & cum fortunati sunt, & benè sperent, pereunt tamē, confidentes fluunt. .i. cū illa confidentia labuntur, & præterfluunt labentis aquæ in modum, & non sentiūt se perire, quanquā dicant, non fecimus salutes Christi in terra, tamen ideo non perimus, id enim significant verba illa: Salutes nō fecimus, quas præcipit Christus neque credidimus, tamē ideo non perimus. Nam hoc dicebant Iudæi an tequam vastarentur, vt leges apud IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem eum enim vident, se nō recepisse Christum sed in crucē sustulisse, & locupletes se esse, & fortunatos, putabant se laturos impune, & dicebant hæc verba: quæ & infideles dicūt vulgo, nō fecimus Christi imperata, & salutes. .i. neque præcepta Christi quæ dicitur esse necessaria ad salutem, non tamen ideo perimus, neque ceciderunt habitatores terræ. .i. qui quærūt ea quæ super terram, & non quæ in cælo, Nō ceciderunt habitatores terræ. .i. qui quærunt ea quæ super terrā, & non quæ in cælo, nō ceciderunt inquit, sed fortunatiores, & locupletiores sunt fidelibus. Lxx solent interrogationem, aut dubitationem non vertere, sed loco negationis reddunt responsionē ipsam. Cum igitur Hebraicè sit, vt vertit D. Hieronymus, dubitatio, & interrogatio illa infidelium: Nos qui salutes. .i. præcepta salutis, quæ præscripsit Christus nō fecimus in terra, nō cecidimus, neque poenas dedimus, neque ceciderunt habitatores terræ, sed fortunatiores sumus fidelibus, responsio erat: putatis vos non perire? peritis tamen morte sempiterna. Hanc responsionem, reddunt pro interrogatione Lxx. Neque hoc loco solū, sed omnibus ferè pro interrogatione obscura, & dubia, reddunt ipsam responsionem perspicuitatis causa, quod hoc quoque loco fecere: reddidere enim: Qui dixerunt, non cademus, sed cadent habitantes in terra, dicunt se non casuros, neque daturus poenas, cadent tamen, & meritas poenas dabunt. Mihi videntur verba esse Iudæorū apud Tertullianū, & Iustinum, qui cū affectissent (vt dixi) Dominum cruce dicebāt, non recepimus Christū, neque eius præcepta fecimus, non vastātur tamen vrbes Iudæe, neque cadūt habitatores terræ, vt predixere propheta, quibus respondēt Lxx: Impij dixerunt non cademus, sed errāt, vastantur omnes habitatores terræ Iudææ. Dicebant

Dicebat enim Iudaei, & apud Ezechiel cap. 12. neque ventura Iudaeis praedicta mala, neque pro-

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Viuēt mortui tui, interfecti mei resur-

Surgent mortui, & resurgent qui in monumentis, & letabuntur qui in terra.

Hic locus variè redditus est à D. Hieronymo & Lxx. Nam D. Hieronymus sequutus est Symmachum, Procopius Symmachi translationem sic explanat: Mortui tui, mortui in fidelium: viuent. i. resurgent ad poenas aeternas. Putat enim esse hanc responsionem ad infide-

Resurre- cūra no- stra corpo- ra ut re- surrexit corp⁹ Chri- sti. Factorum mutatio, cō- tra Iudaei- canes.

terfecti mei, sancti martyres, qui mei nominis causa subeunt omnia cruciamenta, resurgent in tegra resurrectione, ad vitā scilicet beatā, quae est plena resurrectio ex vtraq; morte. THEOD tantū putat praesignificari hoc loco resurrectionē mortuorū. TERTVL. idē sentit lib. de re-

Argumento & huius loci sententia & verbis: ait enim, Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis habitabit in nobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificauit mortalia corpora vestra. Vides Paulum penè eadem verba dixisse, quae Esaias dixit? quid enim interest dixisse? Qui sus-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia ros lucis rostruus:

Nam ros qui à te sanitas ipsi est.

AVGVS. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. sanitatem inquit loco isto immortalitatem rectif- sime accipimus. Ea namq; est plenissima sanitas, quae non reficitur alimentis, tanquam quotidianis medicamentis. Sed quid? quod Lxx seniores non reddidere, sanitas est illis vt legit D. Augustinus, sed medicina est illis, aut curatio est illis, vnde legendus est locus TER-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et terram Gigantum detrahes in ruinam. Terra impiorum cadet

AVGVS. loco supra citato, Terra impiorū inquit. i. corpora impiorum ruina damnatio nis ruent. PROCOP. eodē modo explanat & gigantes interpretatur impios, qui bus erat robor, & imperium, & caeteris imperabant & spectabat terrena, rerum caelestium obliti, quo-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vade populus meus intra in cubicula tua claude ostia tua super te, absconde re modicum, ad momentum, donec per transeat indignatio.

Vade popul⁹ me⁹, ingredere, ingre dere in cubicula tua, claude ostium, abscondere modicum quantulum cunque, donec pertrāseat ira Dñi.

TERTVLL. in lib. de resurrectione carnis haec refert ad diem vltimi Iudicij, & has cellas & haec cubicula sepulchra interpretatur, in quibus paulisper requiescēt qui in sinibus se- culi sub vltima ira ab antichristo interfecti fuerint. AVGVS. ad Casulanum epistola 36. eodē refert. THEOD. his verbis putat significari potius excidium Hierosolymorum & vrbium lu daeae & promitti fidelibus securitatem. Nam biennio antequam subuerterentur vrbs Iudaeae admoniti

admoniti sunt fideles vt ea loca desererent & se alio reciperent, tantisper dum ira Domini de-
sequeret in Iudæos, idq; his verbis significari putatur tu populus meus intra in cubicula tua i. fuge
& te ab dē aliquo, addit quod eundem THEOD. idem significatum esse à Domino, Luca 21. cutu
deritis circumdari ab exercitu Hierusalē tunc scitote, quia appropinquat desolatio eius, quod
factum est Imperatore Vespasiano, quadragesimo secundo anno post crucem Domini. III.
LAR. in commentarijs in Mattheum de sole obsecrato canone 26. alio refert, & ATHAN. in
apologetico libro vno prope finē, cū quo confentit BASIL. in regulis breuioribus interroga-
tio. 277. ORIG. tomo. i. in cap. 6. Genesim homelia 2. de fabrica arcē. AMBR. OS. etiā hūc locū
mirabiliter explanat de sacramentis lib. 6. cap. 3.


D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terra contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos.

Ecce enim Dominus, à sancto inducet iram super habitantes super terram, & reuelabit terra sanguinem suum & non abscondet interfectos ultra.

Digressus fuerat propheta ad præsignificandam mortuorum resurrectionem, & beatorū
præmia & malorum poenas sempiternas. Redit nūc ad id, vnde erat digressus, ad gloria-
tionem inquam infidelium Iudæorum, qui se iactabant, quod Christum non receperunt, nec
credidissent prophetis, nec seruassent legis mandata, nec poenas pederent tamē quas Moses &
propheta prædixerant, nec subuerterentur vrbes Iudææ vt propheta significauerāt. Dicit er-
go Dominus complenda esse illa omnia & subuertendas vrbes Iudææ. Ecce Dominus egredie-
tur de loco suo. i. venit vindicaturus Iudæos quod Lxx dixerit: A sancto inducet irā super ha-
bitantes, inducet mala omnia quæ Iudæis est minatus per Mosem. Reuelabit terra sanguinem
suum. Quid enim magis vulgatum est toto orbe quam ob sanguinē Christi Domini, & pro-
phetarum fusum, euerfa esse Hierosolyma, & dirutas vrbes Iudææ? Nec operiet ultra interfe-
ctos suos; si quidem euangelio Matthæi cap. 21. testatissimum toto orbe est, Hierusalem occi-
disse prophetas & lapidasse, non operiet ergo iam Hierusalem interfectos suos, quando voci-
bus euangelitarum quotidie toto orbe publicantur.

IN ESAIAE CAP. XXVII.



Oc capite prædicitur triumphus de Satana, Iudææ vastitas, redemptio generis
humani, mulierum quæ ad sepulchrum Dñi iere lætitia. & prædicatio facta ad
apostolos de resurrectione Dñi. Sic interpretantur patres veteres omnes: Hęc
Hebræa, & Græca, & Latina lectio cantat. Plenissimē tamē Lxx viroꝝ para-
phrasim, mea quidem sententia, hęc præfert mysteria. vt merito, quo abesset ab
omni suspitione CCC ante crucē Christi annis sit edita, qđ tā plane loquatur

Scriptura
omne intra
72 dies tra-
satum ma-
gno mira-
culo, nō se-
cū atq; o-
lim muri
Hierosoly-
mitani in-
tra 52 dies
sunt abso-
luti ex fir-
missimi.

de Christo, & quo maior accedat autoritas, trib⁹ sit insignita miraculis: primo illo, qđ Chry
sost. adnotat, quod Dñs per regē idolatrā eā faciendā mādāt: altero quod Lxx illi seniores cū
singillatim per se Græcē verterint, postea collatis tralationibus apud regē deprehensi sint ver-
bis, & sententijs consensisse, quod apparuit præsentia spiritus sancti factū esse: tertio, quod in-
tra 72. dies totū opus peregerint. Quæ res diuinitus factum opus illud ostendit, non aliter quā
quod dictū est de templo Dñi, quod absolutum est intra septem annos, cum domus ipsa regis
Solomonis perfecta sit 13. annis, cum longe & multum infra templi edificium esset elaborata,
quod miraculo factum esse supra ostendimus in disputatione de tralationibus, vbi hæc om-
nia pluribus sumus exsequuti. Sed oblatrant Iudaizantes, & hoc postremo euincere contē-
dunt legē Moſis tantū esse translātā, quod intra 72. dies Lxxii illi senes verterint scripturā, in-
tra quos legem Moſis verti potuisse aiunt, vniuersam scripturam trāsferri potuisse negāt. Mit-
to quod dictū est de templo Domini, & de domo Solomonis. Lib. 2. Esdræ cap. 6. leges muros
Hierosolymorum ædificatos esse intra quinquaginta duos dies: & gēteis omnes inimicas Iu-
dæorum

A dæorum eo facto intellexisse quod à Deo factum esset hoc opus. Cū tamen mira paucitas
esset ædificantium muros Hierosolymorum, nam postea acciti sunt habitatores ex vrbibus
Iudææ, vt scriptum est Esdræ lib. 2. cap. 7. & 11. Sed non defatigabantur, & suppeditabantur vi-
res diuinitus, & diuinitus fiebāt omnia. Hoc quoq; vt alia plæraq; quæ in disputatione de tra-
lationibus diximus, inuertit Iosephus. Nam cum parū credibile putaret apud infideleis natio-
nes, intra quinquaginta duos dies tantum opus absoluisse Iudæos, lib. 11. Iudaicę antiq. cap. 5. in
fine, prodidit duobus annis & tribus mensibus absoluta esse Hierosolymorum mœnia, quod
non poterat non referre ad miraculum ingens, & fateri diuinitus opus factū esse. Non enim ia-
ctus ager circū vrbē ab ingenti aliquo exercitu, aut ductus murus opere tumultuario, sed nobi-
lissimā totius Asiæ vrbis, vt PLIN. appellat, validissimus murus cum ingentibus & firmissi-
mis turribus structus est. Et necesse habebat fateri miram paucitatē hominū munitissimos fe-
cisse muros intra tam breue tempus. Nam eodem cap. subiicit, cum nō satis magna Hierosoly-
mis populi frequentia esset, peractis muris, accitos esse, qui vrbem incolerent. Ita Iudæi, & Iu-
daizantes Gigantæo quodam more Deo repugnant & eius magna miracula extenuant.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

In die illa visitabit Dominus in gladio suo, duro, & grandi, & forti.

In die illa inducet Dominus gladiū sanctū, & magnum, & fortem.

V Erbum Hebræum דור, durum significat, sed Lxx viri cum vertere sanctum, præ se fe-
runt non legisse דור, sed addita vna litera דורק. i. sancto, & ita vertere, machæra sua
sancta, qua ratione dictum est in disputatione de tralationibus ex autoritate D. Hieronymi.
D. CYRIL. hoc principū diem iudicij refert, quo detrudendus est Satā in stagnū
sulphuris vna cum diabolis suis, & cum impijs filijs suis, vt cohæreat cum præcedentibus, in
quibus egit de vltimo iudicio. IVSTIN. philosophus martyr in dialogo aduersus Tryphonē
Iudæum, arguit stultitiam Iudæorum quod non intelligerent serpentem illum æneū signifi-
care Christum Deum verum in crucē sublatum, quod esset in similitudine carnis peccati homo
C verus, sed in quo nō esset dolus. Nam alioqui quomodo Moſes confidere in serpentem iube-
ret ad sanandum serpentium morsum, quando ostenderat Dñm serpenti maledixisse, quomo-
do serpens maledictus à Dño seruat populū? quomodo serpentis imago iubetur adorari cum
vetuerit adorari imagines? Imagines vetat Moſes facere, & postea iubet facere imaginē serpen-
tis? & in eā contueri eos qui se saluos velint? nisi sit typus Christi qui saluat? qui similitudinem
carnis peccati gerebat, qui fugat apud Esaiam suo aduentu magnū serpentem. TERT. lib. 4. ad
uersus Marcionē eodē referre videtur (inquiens) Illa die superducet Dñs machæram magnā, san-
ctam, & fortem, Christum scilicet suum. THEOD. Machæram (inquit) nominat vindicem fi-
lium, & liberantem. ORIG. in Iesum Naue, homil. vltima, & Periarchō lib. 2. cap. 2. docet Ma-
chæram dici verbum Dei, quo verbo Dei absconduntur, & purgantur peccata de animis ho-
minum. GREG. Nazianzenus, in illud euangelij, Quando perfecit Iesus sermones hos, ma-
chæra (inquit) Christus dicitur, quod refecat malum, & putridum à meliori. BASILIVS
in psal. 44. Christus dicitur machæra (inquit) quod refecet, & mortificet prauas animi cupidi-
tates, & prauos animi motus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Super Leviathan serpentem, vectem, & super Leviathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est.

Super draconem, colubrum fugiē-
tem, super draconem colubrū tor-
tuosū occidet draconē qui in mari.

TERTVLL. aduersus Marcionem lib. 4. de principe huius mundi, & immundis spiritibus
hoc explanat, quos Christus aduentu suo, Dei patris sanctissima machæra expulit: Do-
cet enim in sacris litteris spiritualia malitiæ scorpior, & colubros appellari, quorum princeps
à creatore serpens, & draco appellatur, & significatum hic putat, patrem largitum Christo fi-
lio suo potestatem calcandi super aspidem, & basiliscum (secundum humanitatem intellige,
quod secundum diuinitatem æqualis est patri) vt idem significatum hic sit, quod psalm. 90.
& largitum quoque potestatem interficiendi draconem in mari, quod prædictum ait etiam
apud hunc

apud hunc prophetam cap. 35. cum dicitur, Nec erit illic via immunda, nec erit illic leo, &c. **A** **THEOD.** draconem appellatum ait diabolus, qui draconis figuram sibi induit, vt primos parientes deciperet. **ATHAN.** de passione, & cruce Domini lib. vno, reddes causam cur data sit arundo à ludæis Christo, cum ei illuderent; Arundo (inquit) vim habet tollendi serpentes, data est ei arundo, quando persequutus est fugientem draconem, videlicet serpentem illi, magnum diabolus, sustulit de medio serpentes, vt diabolus præsidij proprijs debilitato homines fortes euaderent, & multa alia quæ in hunc locum leges apud **ATHAN.** Et **ORIG.** periarchoon lib. 2. cap. 8. & lib. 8. cap. 2. **D.** Hieronymus Cyrillus, Procopius, ita explanat. Vectem appellat propheta serpentem hunc, quod diabolus velut vectis conclusum haberet genus humanum sub peccato in carcere, in seruitutem suam redactum, quia qui peccat seruus est peccati. Dicitur ergo serpens vectis, quod velut vectis concluderat nos in carcere, captiuos suos sub peccato. Sed quod **D.** Hieronymus vertit vectem **Lxx** viri reddidit fugientem, quod vox Hebræa vtrunque significat, nam כרת, varijs punctis vectem significat, & fugientem, quod vt Athanasius interpretatur persecutus est Dominus fugientem draconem, quod Dominus significasse etiam videtur cum ait: vidi fatanam velut fulgur cadentem. **THEODOR.** fugientem dictum putat vt significetur illud euangelij, quod Satan fugiens clamat, quid mihi, & tibi fili Dei? venisti ante tempus perdere nos. Vel si velis dicere fugientem apostatam, & transugam, quod primus apostata se auertit à Deo, & vt te docet **D. A. MBR.** in lib. de paradiso cap. 13. serpens primus author fugiendi à Deo. Serpente tortuosum. **D. BASIL.** in psalm. 32. serpens dicitur tortuosus quod peccati dux sit, & varios habeat flexus ad varia vitiorum genera ad hæc, & ad illa pugnancia, & sibi contraria, nec vnquam recta via ingrediatur serpens, sed flexa ad hæc, & illa mala, vt serpens tortuosus incedit capite in hanc vel illam partem, lateribus in partes obliquas, in contrarias partes cauda: ita qui serpentem sequitur intortam viam sequitur, per omnia vitiorum genera, quædam etiam pugnancia, & contraria. Qui Deum sequitur rectas facit semitas, rectus enim Dominus Deus noster, & rectæ viæ eius. Hæc Basilius, quod virtutis vna via est eaque rectissima, vitia varia, quædam inter se pugnancia & contraria. Reperies appellatum apud veteres hunc draconem tortuosum & peruersum. Græcè eadem vox est *εναλιός*, vt peruersum, & tortuosum pro eodem accipere debeas. Certè diabolus author est peruersitatis, & viarum obliquarum, & cum de hoc triumphum egit Christus, praua quæ ille fecerat reuocauit in directum, & aspera in vias planas.

Leuiathan quid? **Leuiathan** Hebræa vox est dicta à verbo *לוי*, & *תנין* .i. à copulo, & serpens, quasi dixeris serpens copulans sibi, quod pertraxit maximam partem stellarum, & maximam partem orbis terrarum, & quod copulet sibi homines, & Angelos, & concorporet: Vt enim Christus Dominus concorporat sibi ecclesiam, & caput ecclesiæ est, & ideo dictus Leui apud prophetas, (quod ostendemus latius aliquando deo bene iuuante) à verbo *לוי*, copulo, quod concorporet sibi fideles, & caput sit ecclesiæ, ita Sathan dictus est Leuiathan serpens concorporans sibi malos, vt intelliges ex Ezechiele cap. 29. vbi dicitur tasiin ha gadol, draco magnus, cuius squamis pisces adglutinantur, & concorporantur Dei permisso, quod hæc poena peccati malos consequatur, vt qui peccat seruus sic peccati. Ad hæc rescunt igitur vt nos docet **D.** Hieron. squamis huius Draconis pisces, & concorporantur Draconi, pro varietate vitiorum, alijs coalescentibus capiti draconis qui insolescunt, & affectant dignitates, & imperia, alijs ventri, qui gulæ indulgent, & libidini, pedibus alijs, qui praua sequuntur. Sed aderit scio qui hæc allegorias appellet. Ego hunc non allegoricum, sed literalem sensum puto. Nam Iudæorum nemo erit qui perfricat frontem, & dicere audeat draconem apud Ezechielem in Nilo Aegypti fluuii fuisse cuius squamis vere adhærescerent pisces. Haud dubium quin fateretur esse parabolam, & aliquid eam parabola esse significatum, quod que significetur ea parabola sensum esse literalem. Cur ergo cum Christus sit finis scripturæ, & doctrina reuelata sit scriptura sacra, non hoc potius litterali sensu significetur, quod præfert ipsa Hebræa lectio, & ipsa verborum originitio, quam quod sibi fingit impius Iudæus? Neque scio cur nostrorum quisquam, Iudæorum scriptis additus sit & nugis, an non res confessa est Christum bonorum caput esse? Christo concorporari bonos omnes? diabolus malorum esse caput, & diabolo, malos omnes concorporari? & cum scias Aegyptum pro infidelibus nationibus accipi, & audias in flumine Aegypti versari draconem magnum, quem, vel pueri intelligant esse diabolus, cuius squamis pisces adglutinantur, cur alium huius loci sensum concipies animo, quam quem tibi reuelata doctrina pandat?

A pandat? malos diabolo concorporari, an potius Iudæos audias, qui meras crepant nugas: quas vel pueri intelligant, tramas esse putridas, quas leges apud **ORIG.** contra Celsum lib. 6. Sed Iudæi, aiunt, leuiatham significare idem quod copulatio eorum, & ad Babylonios, aut ad reges potentis esse referendum, & quasi magnum nobis dant, mysticè ad Christum referri, vt vulgò homines solent puerorum manibus extorquere monetam auream, & illius loco dare potulum, aut puerile pægnium, vt pueros fallant. Hic Christi passio describitur, & Christi triumphus ex aërijs potestatibus, & poena, quæ Iudæos impios est consequuta, vt veterum patrum testimonijs monstrauimus. Nulli hic sunt Babylonij, nulli tyranni, Christus describitur triumphans serpentem, & Leuiathan redditum Latine optimè à **Lxx** senioribus, draconem, docet Esaia cum subiicit Leuiathan serpentem, vel colubrum fugientem, vel colubrum vectem. Contra ipsum prophetam Esaia, qui sui ipsius interpres est, qui Leuiathan explanat serpentem vectem, & Leuiathan explanat rursus serpentem tortuosum: persuadent Iudæi nostris, Leuiathan Babylonios esse, aut reges potentis. Et vt scires compositionem nominis, Leuiathan, subiicit Esaia Leuiathan, tanin, quam vocem **D.** Hieronymus vertit, cetum: sed res confessa est, tanin, frequentius significare draconem, sed **D.** Hieronymus cetum hoc loco accepit pro dracone, aut serpente. Explanauit ergo Esaia quid esset Leuiathan, cum dixit, Leuiathan serpentem vectem, Leuiathan serpentem tortuosum. Et postea compositionem expressit, tanin, pro quo dixit **D.** Hieronymus, Occidet cetum. i. draconem, vt intelligeretur draco qui in magno mari, & spatiofo. i. in hoc mundo, suis squamis adglutinat pisces. i. homines infideles vitij cooperatos. Denique quoties Leuiathan est in sacris litteris, redditur Latine draco. Et **ORIG.** contra Celsum lib. 6. citat illud psalmi, Draco iste quem formasti ad illudendum ei, Hebraicè docet esse Leuiathan.

Et quando tam multa diximus de Leuiathan, huc pertinere arbitror explanare, cur idem Sathan dicatur Beemoth Iob cap. 40. de quo multa Iudæi mentiuntur, cum alij elephantum esse dicant, alij bestiam nescio quam. Semper enim hærent terræ, veluti si interpretarentur librum aliquem, qui nihil haberet rerum caelestium, sed rerum gestarum inter homines historiam, neque rationem vllam habent rerum diuinarum, etiam si Dei sermones habitos ad prophetas esse fateantur, de rebus terrenis agi putant, nullam credunt rerum æternarum fieri mentionem. Iob igitur cap. 40. Leuiathan, Behemoth dicitur, vt docet etiam **D.** Hieronymus in commentarijs, vbi verbum, quod erat apud Deum in principio caro factum, hamus factus dicitur, quo expiscatus Dominus est Leuiathan draconem illum maximum, qui erat in magno mari, & spatiofo, & quo hamo apostoli facti piscatores per gratiam redemptionis expiscantur homines, qui concorporati erant Leuiathan draconi, vt verbum caro factum hamus dicatur ad expiscandum Leuiathan, & ad expiscandos pisces ei concorporatos, & fagina missa in mare ad extrahendos pisces concorporatos draconi. Quæ ratione ergo draco ille dictus est Leuiathan. i. draco concorporans sibi omnes angelos malos, & malos homines omnes, caput malorum angelorum, & malorum hominum, eadem dicitur Behemoth. i. bestia numero multitudinis: dicitur enim bestia ipse draco, quod sit sathan, & Behemoth, bestia, propter concorporatos sibi angelos omnes malos, & omnes damnatos. Itaque bestia dicitur Sathan, & propter tantam multitudinem malorum, quos sibi concorporauit Behemoth, i. bestia (nam Behemah, singulare nomen, est bestia, cuius numerus pluralis est Behemoth, i. bestia.) Lege **AVGVST.** de hoc dracone in psal. 103. in illa verba: Draco hic quem finxisti, ad illudendum ei.

D. HIERONYMVS
In die illa, vinea meri cantabit ei.

LXX VIRI.
In die illa vinea pulchra, defyderium cantare contra eam.

PRO COP. post prænunciata mysteria euangelica aduentus Christi: Desidero, inquit, Dominus, cantare contra vineam meam pulchram. i. contra synagogam quam capite. 5. dixit: Vineam Domini Dei sabaoth, hanc cantionem quæ sequitur. Sic etiam **CYRIL.** & **D. HIERON.** interpretantur. Impij Iudæi persuadent nostris hanc cantionem esse contra ecclesiam. Hæc cantio in caput impietissimorum recidit, temporibus Vespasiani & Adriani. Bis

ni. Bis seuisissimis ambusti flammis impij Iudæi, non sentiunt cantari sibi has cantilenas, A Ergo in die illa vinea meri. i. vinea quæ mihi porrexit vinum felle mistum, vel vinea rubra, nam sic quoque lectio Hebræa verti potest. i. vinea quæ vestes meas sanguine tinxit, Cantabit ei, subaudi Dominus, hanc cantionem. Interpretatio Lxx *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל*. In die illa vinea pulchra, desyderiū cantare cōtra eā. Nā quod D. Hieron. reddidit, Meri, Hebraicè est *מֵרִי*, rubra, vel meri rubri, quod Lxx legisse videntur *מֵרִי*, vna littera in simillimam, mutata *ר*, in *ר*, reddidere enim: Vineam pulchra, quod vox Hebræa desyderatam significat & amatam. Appellat, ergo Dominus synagogam, vineam dilectam & amatam. Pro, Cantabit ei, Hebraicè est, Cantate ei, vt sit: Cantate ei hanc cantionem, quam subiungam, pro quo Lxx viri dixere, Desyderium cantare contra eam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ego Dominus qui seruo eam, repente propinabo ei.

Ego ciuitas munita, ciuitas oppugnata, frustra potum dabo illi.

Diuus HIER. & D. CYRIL. de Hierusalé hęc dicta esse docent. Ego Dñs qui seruo, qui vique adhuc seruaui, repente propinabo ei, calicē. Sira meæ. cum vastabuntur per Romanos, vel singulis momentis propinabo ei, quod quauis vrbes Iudæe bis sint dirute per Romanos, & Iudæi sedibus suis pulsi, vt prædixerat Moses, semper adhuc Dñs illis pœnas irrogat, irrogaturusque est, nec pœnarum ponet modū quo ad se recipiant in ecclesiā: vagi semper mihi feri & afflicti erūt, sine lege, sine rege, sine sacerdotio, hoc est, quod propheta ait, Repetē propinabo ei, vel singulis momentis propinabo ei, calicē fellis. Lxx viri videntur lectionē Hebræam aliter intellexisse. Nā verba illa *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל*, duobus modis verti possunt: vel, Ego Deus seruo eā vt vertit D. Hieron. vel, Ego Dñs perdam eā, vt intellexisse videntur Lxx. Hanc varietatē facit verbū ambiguum *נָצַר*, seruo, & perdo. Et quod D. Hieron. reddidit, Repetē propinabo ei, Hebraicè est *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל*, singulis momentis, vel repente: *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל*, potabo eam, propinabo ei. Potest etiā reddi lectio Hebræa sic: Ego Deus perdam illā, singulis momentis propinabo ei. i. ego Deus, qui singulis momentis propinabam synagogæ, qui mittebā quotidie charismatū dona, prophetas, sapientes, scribas, vt Dñs ait apud Matth. cap. 23. perdam eam, quod eodē loco ait Dñs: Relinquetur terra vestra deserta. Et Luc. 19. Et circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique. Lxx viri in quibusdam metaphrasim faciunt potius quā interpretationem, & ita huius loci sententiam hanc paraphrasi quadam expressere: & quæ verba erant Dei, Ego Deus perdam eam, qui singulis momentis ei propinabā, & eam irrigabā, fecere verba vrbs Hierosolymorū, miserantis suas fortunās: edidit enim, Ego ciuitas munita, ciuitas oppugnata. i. ego illa ciuitas munita præsidio angelorum, & singulis momentis à Deo irrigata, ciuitas oppugnata. i. en obsideor, circundant me inimici mei vallo, circundant me & coangustant me inimici mei vndique, & ad terram prosternent me, & filios meos, qui in me sunt. Sic enim reddunt Lxx seniores sententiam, vt euangelica verba representent. Quid est hic quod à lectione Hebræa differt? nisi dissentire dicas, vbi non verbum verbo redditur: dicunt Lxx viri, Ego ciuitas munita: an non est idem cum illo, Ego ciuitas, quam singulis momentis Deus irrigabat: sed propheta irrigabat dixerat (hoc enim significat verbum Hebræum) quod toto hoc capite vtitur similitudine vineæ, cum Lxx viri velint declarare hanc vineam esse Hierusalem. Pro, Ego vinea irrigata singulis momentis pluuia cælesti, edidit, Ego ciuitas munita, præsidio angelorum. f. Pro, Perdam eam, quod Lxx viri sermonem transtulere ad Hierusalem, vt ipsa conqueratur, dixere, perdor: & ita edidit perdor, vt euangelica verba expresserint, obsideor ab inimicis, perdor, coangustor. Et ad didere de suo, Frustrā potabo eam, vt redeat oratio ad Dominum, qui loquitur hoc loco, quam ipsi Lxx transtulerant sermonem ad Hierusalem, frustrā ergo potabo eam. i. frustrā potabo eam pluuijs spiritualibus, cum apostoli frustrā apud eos prædicent euangelium, & ideo mandabo nubibus, ne pluant super eam, quod dixit Esaias cap. 5. Intelligas igitur oportet explanatam esse à Lxx senioribus partem allegoriæ, quod, vt supra dictum est, Lxx viri solent allegoriæ veritatem miscere.

Adiere

A Adiere me quam plurimi, qui de hac re mecum contulere sermones, & aiebant Lxx viros sibi placituros fuisse magis, si ad verbum vertissent scripturam sacram fidelissimè, quam nūc, cum has faciunt metaphrasis, & sacra sensa pandūt, verborum non magnoperè solliciti. Quos ego errare toto cælo dicebam, neque laudandos magnoperè fuisse Lxx, si trecentis annis ante Christi tēpora verbū verbo reddidissent. Prædicādos esse & gloriādos, vt inquit HILAR. in. 2. P. sal. ita scripturā verterint, ita sacra sensa expresserint, vt eorū translatio collata tāto post tēpore cum literis euāgelicis & apostolicis, peracta œconomia redēptionis, fideliter consona rit (vt or enim Hilarij verbo) vndè indissolubilis authoritas conciliata est inquit Hilar. huic translationi ratione tēporis, quod tanto ante Dñi aduentū sit edita, & priuilegio doctrinæ spiritualis. Vndè IR EN. vt supra dictū est, lib. 3. c. 25. in latu spiritus sancti facta esse colligit, quod tanto ante tēpore facta, semper cū apostolicis & euangelicis literis cōcordet. Et quāto excellat interpretatio, quæ sensa exprimit, nō verba numerat, intelliges ex B. GREG. epistoliarum li. 8. epist. 42. ad Eulogiū patriarchā Alexand. si verba illa trutinere benè & expēdas. Indicam⁹ præprimat, sed transferre semper proprietatē volunt, omnē dictorū sensum cōfundunt, vndè fit, vt ea quæ translata fuerint, nisi cū graui labore, intelligere nullo modo valeamus. Hęc Gregor. quibus apparet quantū luminis & cōmoditatis ad intellectū scripturæ sacræ afferat tralatio Lxx, quoties metaphrasis potius est q̄ interpretatio ad verbū, & quoties sensus sacros eruit potius, q̄ verba reddit. Et ea causa aiunt veteres patres tot cōmendatā fuisse miraculis, vt cū paraphrasis esset scripturæ, sacrosancta semper haberetur etiā apud Iudæos, vt fuit apud illos sacrosancta, in illorū synagogis lecta, tanta religione quanta Hebræa editio legebatur per annos DCCC & XXX vt supra demonstratū est. Sacra ergo est Lxx interpretatio & sacratior multo, quoties euāgelicos sensus pandit, & rerū euentus præsignificat, q̄ quoties verbū verboreddi.

Translatio Lxx admirabilis magis, quod non verbū dat, sed scripturæ faciat paraphrasis, quæ cum euāgelio cōcordet semper, & cū rerum historia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ne fortè visitetur contra eam nocte, et die seruo eā, indignatio non est mihi.

Capiet eam nocte, die aut cadet, mu r⁹ ei⁹ nō est, quæ nō capiebat seipsā.

C Ne fortè visitetur contra eā: interroganter legendū est, & sunt verba Dñi, vt dictum est superiore cōmentario, & verba Dñi irati aduersum Hierosolyma, & est oratio morata, quæ exprimit mores irati hominis, qui crebra apostrophi vtitur. i. reticentia, & interruptione sermonis, qualis illa apud Comicū: Egone illā? quæ me, quæ non. vbi plura subaudias oportet. Sic hoc loco: Ne fortè visitetur contra eā? subaudi, custodient angeli mei? aut: Seruabo eā nocte & die, vt ante hac? ne admittat peccata, & ne necesse sit ei irrogare pœnas? (id eū est visitare in literis sacris) Nocte & die seruo eā? i. seruabo ne eā nocte & die? quod feci semper, quibus interrogationibus semper respondet non, vndè valent pro negatione, non custodiā eā ne visitetur, non seruabo eā vt ante hac nocte & die, sed sinā vastari ab hostibus. Indignatio non est mihi: interroganter etiā. i. parū ne sum indignatus, i. mo vehementer sum indignatus. Iā nullus locus veniæ est illis post tā immane facinus in Christū editū. Sed lectio Hebræa aliter verti potest & dispungi aliter vt à Lxx viris est dispuncta & reddita. nocte super eam visitabit Verum Veruntamen visitabit eā nocte, subaudi hostis. i. veniet exer. *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל* cat, ne fortè, vt reddidit D. Hieron. & significat verū, veruntamen, *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל*, varijs punctis actiua & passiuā vox est. Et ita D. Hieron. verit, Ne fortè visitetur: Lxx viri, Sed tamē visitabit: *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל*, super eam: *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל*, nocte: vt sit, Veruntamen visitabit super eā nocte, exercitus. f. Sic enim hæc distinguūt Lxx viri, quod ex eorum versione intelligi potest facillè: Post eā seruabo eā (perdā eā) die Et Quod potest verti: Et die seruabo eā, vt reddidit D. Hieron. qui sic distin *וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל וְהָיָה עִירָא דְּיִשְׂרָאֵל* xit: Nocte & die seruabo eā. Et potest verti: Et die perdā eā, quod verbū Hebræū *נָצַר*, vt trunq; significat seruare, & perdere. Poterit ergo esse sensus iuxta tralationem Lxx, Veruntamē visita bit eā, exercitus. f. nocte & die perdā eam. Post vastatas eū vrbes Iudæe à Vespasiano, & adibit tā incredibile stragē in Iudæos, & in singulas Iudæorū vrbes, vt apud Iosephū leges omnibus libris de bello Iud. confluxerant penè vniuersi Iudæi residui Hierosolyma ad celebrandū festū azymorū, & nec opinantes vniuersi Iudæi, nocte cincti sunt obsidione à Romano exercitu, leges apud Iosep. li. 6. de bello Iud. cap. postremo, vt vniuersi tāti flagitij pœnas penderēt, ne posset quisq̄ supplicij euadere, q̄ his verbis est significarū. Verūtamē visitabit eā nocte. i.

Ff 2

exerci-

exercitus Romanorū eam cinget nocte obsidione, & die perdam eam. i. intra diē, vel intra bre-
 uissimum tempus perdam eam, illam expugnabunt Romani. Po-
 strema verba reddi possunt: Indignatio non est mihi, vel, murus
 non est mihi, vt vertere Lxx seniores, nam **המון**, indignatio est, vt transtulit D. Hieronymus
 & murus vt vertere Lxx, hoc sensu, vt sint verba vrbis Hierosolymorum lamentantis momen-
 to temporis, postquam obsessa est, se nudatā esse muris, id enim significat illa verba, Murus nō
 est mihi. i. quā putabam me esse inexpugnabilē, quod quatuor editissimis, & praruptis colli-
 bus essem sita, triplici muro, eoque firmissimo cincta, temporis momento en cecidere colli-
 bus. Lxx viri veluti si legissent historiam, hanc sententiā omnem expressere: sunt enim commen-
 tarij non interpretes in locis obscuris: edidit igitur *αδελφους γὰρ σου, ἡμετέρας δὲ πρῆξιναι, τὸ ἕως
 αὐτῆς οὐκ ἔστι, ἢ οὐκ ἐπὶ τὸ βυρὸ αὐτῆς*. quæ verba ab interprete Latino parum intellecta, sic reddes: Ca-
 pietur enim nocte, die autem cadet murus eius, non est quæ non capiebat seipsam. Quibus ver-
 bis sensisse videntur Lxx viri vrbem Hierosolymā obsellam fuisse vesperē à Romano exerci-
 tu subito, cum eò confluxisset omnis multitudo Iudæorum ad celebrandū festum azymorū,
 captam verò fuisse vrbem, intra breue tempus subuerios muros, cum plena esset infinita mul-
 titudine defensorum: id enim significant verba illa, quæ Lxx de suo addidere: Cū seipsam
 non capiebat. i. cū plena infinita multitudo Iudæorum esset, adeò vt vrbs non caperet tan-
 tam hominum multitudinem. Quod ergo Hebraicè est, Veruntamen nocte visitabit super eā,
 (sic enim potest, vt dixi, verti lectio Hebræa) Lxx viri interpretatū. i. nocte capietur, & quod
 sequitur: Die perdam eam, dixere, die cadet. Postremū: Murus non est mihi, quæ verba erant
 lamentantis vrbis Hierosolymorū, vertere: Murus eius nō est, vt planior esset sensus. Addidere
 de suo: Quæ non capiebat seipsam. i. quæ non capiebat ipsos defensores, vel cū plena esset
 omni multitudo Iudæorum. Nam quanuis Iosephus in principio lib. 1. de bello Iudaico, re-
 fellere conetur opinionem quæ vulgo percrebuerat, quod vrbs Hierosolyma subito capta
 esset vna nocte, temporis momento, id facit Iosephus vt suis gratificetur: semper enim pro-
 pheta præ se fert illam opinionem veram esse. Hæc omnia sic sensit CYRIL. excepto quod
 videtur non satis distinxisse Græcam lectionem, quamquam errorem illum interpretis magis
 esse puto, quàm scriptoris, qui sua tempestate ecclesiæ catholicæ lux est appellatus. Notan-
 dum tamen in quibusdam exemplaribus translationis Lxx virorum, reperiri quoque verba
 hæc addita: Quis me ponet vt custodiam stipulam in agro, propter hostilem hanc regionem
 aspernatus sum eum. Quæ verba D. Cyrillus tanquam legitima translationis Lxx virorum ag-
 noscit, ea tamen Lxx de suo addidere vice commentariorum.

Ergo postquam descripta est subuersio Hierosolymorum & murorum eius, sequitur: Quis
 me ponet vt custodiam stipulam in agro? quæ verba pharisæorum & principum sacerdotum
 & scribarum videntur esse. i. ò vtinam pastor essem, aut messor in agro, quod Romani in scri-
 bas, pharisæos, & principes edebāt maxima cruciametæ os verberibus cædebant, crucibus sa-
 uissime suffigebant, vinciebant vt in theatris belluis lanianos objicerent, per omnia suppli-
 ciorum genera necabant, pepercere multitudini, vt leges apud Ioseph. in fine lib. 6. vndè prin-
 cipes hæc vota faciebant vana, ò vtinam messor essem, vtinam ementiri possem vnum aliqū
 virum pauperem, vtinam possem videri messor aut pastor. Lege quæ supra scripta sunt in il-
 lud cap. 10. Vbi relinquetis gloriam vestram? nam Lxx addunt paraphraseis & commentaria
 ex alijs scripturæ locis. Propter hostilem hanc regionem aspernatus sum eum. CYRIL. Pro-
 pter ipsam Hierusalem aspernatus sum populū Iudæorum, quod Hierusalē mihi fuit hostis,
 me sustulit in crucem, apostolos meos persequuta est & prophetas meos. Poteris interpretari
 etiam, Propter hostilem hanc regionem. i. pro Romanis his, & pro nationibus, aspernatus sum
 Iudæos. i. reliqui Iudæos, & hos hostes Iudæorum mihi delegi populum, nam pro gentibus &
 nationibus, quæ sub signis Romanis militabant, aspernatus est Dñs populum Iudæorum.

D. HIERONTMVS

*Quis dabit me spinā et veprem in pra-
 lio? gradiar super eam, succendam eam
 pariter, an potius tenebit fortitudinem
 meam?*

LXX VIRI.

Igitur propter hoc fecit Dominus
 Deus omnia quæcunq; constituit,
 combustus sum, clamabunt omnes
 habitantes in ea.

Quod

A Quid hæc loca perobscura sunt, Lxx viri loco translationis edidit commentaria, & signifi-
 cāt Lxx verbis prophete, quæ ad verbū reddidit D. Hieron. significari, compleſse Dñm
 omnia, quæ prædixerat per Moſen Deuter. cap. 28. & 29. se vastaturū esse vrbes Iudææ, & incen-
 surū, si non seruarent legem Dñi, & quæ prædixerat per alios prophetas: Terra vestra deserta,
 & ciuitates incensa igni. Hoc enim significat verba illa Lxx virorū. Igitur, propter hoc quod
 non recepistis Christū, neq; credidistis prophetis, fecit dñs Deus omnia quæcunq; constituit,
 i. quæcunq; prædixerat per prophetas. CYRIL. Fecit omnia quæ ordinauerat, quæ definerat,
 fieriq; decreuerat per prophetas suos. Combustus sum clamabunt omnes habitantes in ea. CY-
 RIL. Inuenies, inquit, incensam Hierusalem, vt merito dicas omnes habitantes in ea clamasse,
 Combustus sum. Igitur verba D. Hiero. sic explānabimus: Quis dabit me. i. quis dabit mihi, nā
 Hebraicè dicitur **מי**, quod vertere potes, Quis det mihi? & sic vertit PAGN. Ergo, quis
 dabit me? i. mihi, spinam & veprem, fomenta ignis, scilicet, in prælio, quod immittā in Hieru-
 salē, succendam eā igni, gradiar super eā, ibo aduersus eam, succendam eam pariter, consumā illā
 totā simul incendio. An potius tenebit fortitudinē meā? an quisquā erit, qui mihi resistat? quod
 Dominus dicere solet, quasi dicat, nemo. & loquitur Dominus more humano, vt futurā Hiero-
 solymorum vastitatē significet, quod vt CYRIL. ait in expositione symboli Niceni Con-
 cil. tom. 1. in principio, solet sacra scriptura ea, quæ intellectu excedunt, verbis nobis familia-
 ribus significare, D. Hieron. videtur interpretari diuinitus verba illa: An tenebit fortitudinē
 meam, vt proximo commentario apparebit.

D. HIERONTMVS.

LXX VIRI

*Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi, Faciamus pacem illi, faciamus pa-
 cem venientes filij Iacob.*

Diuus CYRIL. in Ioann. li. 11. cap. 19. sic inquit, Christus vt mediator, recipiēs omnes qui
 per fidē ad Deū concurrunt, & per seipsū Deo patri offerens, Deo mundū reconcilia-
 uit, ppter eā Esaias Dei pacē in Christo eligendā consuluit, Faciamus pacē illi, faciamus pacem.
 D. Hieronymus videtur verba illa: An potius tenebit fortitudinē meā, superioris orationis sic
 C explanasse: An potius amplectetur Christū populus Iudæorum, qui est fortitudo patris, & sic
 saluus fiet, vt postea sequatur, Faciet pacē mihi. i. redibit ad me, & reconciliabitur mihi. THE-
 ODOR. eodē modo explanat: Reconciliemus, inquiens, nobis Dñm, placemus illius irā aduer-
 sus nos vitę mutatione. Tamen translatio Lxx paraphrasis est: dixere enim, Faciamus pacē illi,
 faciamus pacē venientes filij Iacob: vt sit sensus, Iudæos non profus esse deletos, sed residuos
 fuisse aliquos, quod illorū posterū redituri essent ad Christū. Hoc enim verba hæc significant:
 Nos filij Iacob venientes. i. qui orituri sumus ex residuo populi Iudæorū, faciamus pacē illi, fa-
 ciamus pacem. Et sic explānabimus interpretationē D. Hieron. Faciet pacem mihi, populus Iu-
 dæorū, scilicet, qui egrediuntur impetu à Iacob. i. qui nascuntur è populo Iudæorū innumera-
 bili sobole. Nā prædictū per Oseam est, & prophetas alios, filios Iacob vermiculatos esse. i.
 propagandos infinita sobole, more vermiculorū. Quāli aliquanto secus explanat CYRIL. in
 comentarijs. Vult enim huius loci hunc esse sensum: Excluso populo Iudæorū, venit populus
 Gentiu, dicens: Israel primogenitus negauit Deū, in suū redemptorē impius fuit: nos qui è te-
 nebris ad lucē venimus, à cultu dæmonū ad cultū Dei veri, faciamus pacē cū eo, sublato nanq;
 D peccato, obedientes euangelij prædicationi, iustificati ex fide, pacē habebimus apud Deū, per
 dñm nostrū Iesum Christum, quod Paulus inquit ad Rom. 5. & sic IREN. lib. 4. cap. 7. hunc lo-
 cum videtur intellexisse: Quæ non propter se, inquiens, principaliter facta sunt, sed propter a-
 liud, auferuntur de medio facto principaliore, vt synagoga erat propter euangelium, promul-
 gato euāgelio tollitur de medio synagoga, subuertitur Hierosolyma & vrbes Iudææ, quæ nō
 propter se erant, sed propter legē nouā, & de medio illa tolluntur, ne quis in lege veteri subsi-
 steret, cū ergo germinauerint filij Iacob toto orbe tollitur de medio synagoga. Quib⁹ verbis
 Irene. argumentū totū huius capituli, quod supra multis verbis sumus interpretati, explanat. Et
 hunc locū videtur interpretari eodē modo quo Cyrill. vt sit sensus: Deleta ergo synagoga, de-
 leta umbra, quia ea opus non erat, postquā venit veritas, venientes filij Iacob, siue ex Gentibus
 siue ex populo Israelitico, aiunt, Faciamus pacem cum eo, faciamus pacem: nam quicunq; ve-
 niunt ad fidem, filij Iacob dicuntur, per regenerationem baptismi in Christo, & filij Abraham:
 vndè Abraham est dictus quasi pater nationū, & vulgata sic, Faciet pacem mihi populus. i. qui
 Ff 3 egre-

egrediuntur de radice Iacob. i. qui nascuntur per regenerationem baptismatis ex flore illo na A to de radice Iesse, qui prodijt ex radice Iacob. Sic enim dictum est, Populus egrediatur, vt Pars in frustra secant. Et apud T. Liuiū, Multitudo venerunt. Quod si legas, Qui egrediuntur impetu à Iacob, magis ob oculos ponetur subita nationum ad fidem conuersio, nam ante centum annos post crucem Domini, totus orbis ad fidem fuit conuersus: quod verba illa significant, Qui egredientur. i. renascuntur, impetu, incredibili celeritate, à radice Iacob, ab illo flore qui prodijt ex radice Iesse, qui ex radice Iacob est ortus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Florebit et germinabit Israel, et implebit faciem orbis semine.

Germinabit et florebit Israel, et implebitur orbis terræ fructu eius.

AVGVST. de vnitae ecclesiae lib. vno cap. 8. Germinabit & florescat Israel, inquit, & replebitur orbis terræ fructu eius, Israel nempe filius Isaac, nepos Abraham, cui promissum est, quod in semine eius benedicendæ essent omnes gentes, quod semen, Christum interpretatur apostolus, & cætera quæ adiecit D. August. quibus declarat fore vt hoc semē. i. Christus germinet & florescat ex Israel, & fructu eius impleatur omnis terra, quia si granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructū affert, vt si Israel florebit. i. nascetur Christus ex Israel, qui est flos agri, & flos de radice Iesse, fructu eius implebit orbem. IREN. lib. 4. cap. 7. intellexit, vt dixi, præsignificari hoc loco delendam esse synagogam, & Iudææ vrbes vniuersas, cum germinauerint filij Iacob toto orbe, cum aqua baptismatis gratia Spiritus sancti renascuntur filij spirituales toto orbe. Lectio Hebræa est יִשְׂרָאֵל יִשְׂרָאֵל, quæ verba quod nomina Hebræa indeclinabilia sunt, verti possunt varijs modis, vel יִשְׂרָאֵל, in venientibus, hoc est, in posteris: יִשְׂרָאֵל, radicabitur: יִשְׂרָאֵל, Iacob: vt sit totum: In posteris, vel in venientibus, radicabitur Iacob, hoc est, propagabitur, crescet, vel inseretur radici oleæ, vel ut interpretatur Pagn. יִשְׂרָאֵל, in venientibus, in diebus qui veniūt radicabit Iacob. Tamē ex tralatione D.

Varia puncta evan- gelii lectio- nem fuisse tempestate D. Hieron. & Lxx virorum.

Hieronymi & Lxx, facile est intelligere non esse legendum יִשְׂרָאֵל, radicabit, vel radicabitur, sed vna litera minus, sine, , scilicet, & alijs punctis: יִשְׂרָאֵל, radice, vt vertendum sit יִשְׂרָאֵל, venientes: יִשְׂרָאֵל, radice: יִשְׂרָאֵל, Iacob, venientes à radice Iacob. Sic enim reddidere Lxx: Qui veniunt filij Iacob: & D. Hieron. qui egrediuntur radice Iacob. Suprà em in disputatione de translationibus præceptum illud D. Hieronymi ostendimus, quomodo ex interpretatione Lxx deprehendi possit, quid esset in lectioe Hebræa immutatum. hoc loco non solum id deprehendes ex interpretatione Lxx seniorum, sed etiam ex tralatione D. Hieronymi varia olim fuisse puncta & lectioem variam, qua de re pluribus est disputatum, ita ut nemo repugnare queat, nisi frontem velit perficere. Scias tamen siue hoc siue illo modo legas, eundem esse sensum, sed non est cur lectioes receptas in ecclesia mutes.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nunquid iuxta plagam percutietis se, percutiet eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?

Nūquid sicut ipse percussit, & ipse sic percutietur? aut sicut ipse occidit, & ipse sic occidetur?

CYRIL. indulgentiam Dñi his verbis ait significari, qui quanuis populus Iudæorū regē gloriæ in crucē sustulerit, in sanctos immanissimè sauerit, prophetas occiderit, flagellauerit, ipse tamen Dñs in illos multò minùs sauerit. Nunquid enim, inquit, vt ipse populus Iudæorū percussit Dñm & sanctos eius, sic ipse percutietur à Dño? non sanè. nec vt ipse occidit Dñm, prophetas, & sanctos, sic ipse occidetur. Nunquid percussit eum Dñs, populū. s. Iudæorum, iuxta plagam percutientis, qua ipse populus Iudæorum percussit Dñm, & eius sanctos martyres? Aut sicut occidit populus Iudæorum interfectos eius, prophetas. s. scribas, martyres, & apostolos, sic occisus populus Iudæorum est? THEOD. Sperabas me prorsus delecturum nationem Iudæorum, maior mea indulgentia est & misericordia, adhuc eos mea prouidentia dignos iudicabo, nec rationem habeo immanium peccatorum, quæ in me edidit hic populus. D. HIERONY. eodem modo hunc locum explanat, vt sit explicandus hic locus, iuxta illud Osee cap. 11. Quid tibi faciam Ephraim? quid tibi faciam Iuda? sicut Adama ponam te, & sicut Seboim? conuersum est cor meum in hoc, non faciam iuxta iram furoris mei, non relinquam vt deleatur Ephraim, quoniam Deus ego sum, & non homo.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabo eam.

Rixas & exprobrans emittet eos.

IN tralatione Lxx vnum verbum desideratur, quod reponendum est ex lectioe Hebræa, legendumq;: In mensura rixans & exprobrans, emittet eos: sensus igitur est, in mensura intra modum castigabo eam, iudicabo eam: Ergo, castigabo eam synagogā in mensura, intra modum, contra mensuram, citra mensuram scelerum suorum, cum abiecta fuerit, cum repudiauerit synagogam, peracta œconomia redēptionis. Cum vmbra repudiata, & abiecta fuerit aduentu veritatis. sic hæc interpretatus est D. Hieronymus. Lxx viri, In mensura rixans & exprobrans, emittet eos. CYRIL. quæ tandem mensura, aut quis modus pœnarum futurus est? Rixans, inquit, & exprobrans emittet eos, hæc est mensura pœnarum qua afficiet Dominus eos, quod emittet eos, pellet eos suis sedibus, & à sua amicitia relegabit, quod seruator fecit, ablega uit enim populum Iudæorum à se rixans & exprobrans, & increpās. Dicebat enim Dominus, Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, relinquetur terra vestra deserta, quod re præstitit Dominus: & hæc est pœna qua eos Dominus affecit, & hæc pœnarum mensura. Eadem PROCOPII sententia est, qui ait: Qua tandem mensura ait Dñs se velle fumere pœnas à populo Iudæorum? Bello, inquit, quod vastabit eorum vrbes bello, & quod exprobrans dimittet eos à sua familiaritate, dicens: Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas. Est Procopij melior interpretatio, bellans, quod Græcè est μάχουσαν, bellans, pœnas expetet Dominus Romanorum armis, delens vrbes Iudææ, Imp. T. Vesp. & Adriano. Et postea exprobrans. i. cum probro & contumelia eos dimittens. Hebraicè מִשְׁפָּט, mensura est, & geminata dictio מִשְׁפָּטִים, quæ vox nusquam alibi quam hoc loco reperitur, est in mensura, quam vocem D. Hieron. reddidit, in mensura contra mensuram, in mensura, intra modum, contra mensuram, non pro magnitudine scelerum. Mutata vna littera, sic lectio Lxx virorum: מִשְׁפָּט, cum mensura: מִשְׁפָּט, pugnans. i. cum mensura bellans & exprobrans emittet eos. Lectio Hebræa ergo, iuxta Lxx viros, ad verbum sic reddi potest: In mensura bellando, in dimittendo iudicabis eam. i. castigabis eam bello & armis, intra mensuram, non delendo prorsus, & in dimittendo eam. i. repudiando synagogam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.

Nōne tu eras qui meditaberis spiritu duro, interficere eos spiritu furoris?

Videntur esse verba prophetæ ad Dñm, qui dixit se cum modo puniturū Iudæos, & eorū miserturum esse. Vbi tuæ illæ minæ erant Domine, quibus Iudæos prorsus minabare esse delendos: vt Dñs indulgentissimus multū ex pœna remittis. Quanquā CYRIL. cōtra Iudæos hæc verba dicta putat, non tu eras o popule Iudæorū, qui spiritu duro interficiebas omnes prophetas, qui miseri erant ad te? Verba Hebræa sunt מְדַבֵּר בְּרוּחַ אֲדָמָה בְּיוֹם חֶרֶב, Quæ lectio multis modis reddi potest, vel, Meditatus es in spiritu duro, sicut in die euri. i. meditare tam dura quam solet oriri procella quæ excidatur euro. Sunt enim breuissimi Hebræi, & subaudiunt multa, vel, Meditatus es in spiritu duro sicut in die æstus, quod מְדַבֵּר, vox Hebræa Orientē significat, & æstū solis & Euri, qui flat ab oriente, & erit sensus: Meditatus es in spiritu duro, æstuans ira. sicut ex æstuant homines ardore solis in die æstus: & sic videntur Lxx interpretati, qui sententiam expressere non verba. Nōne tu eras qui meditaberis in spiritu duro interficere eos spiritu furoris? Et hæc videtur esse sententia D. Hieron. Cyrilli, & Procopij. Possent etiā sic reddi: Expellēs eos spiritu duro, sicut in die Euro, quæ interpretatio mihi magnoperè placet. Cum enim superiore oratione dicta sit pœna qua afficiēdi sunt Iudæi, quod Dñs bello sit delecturus eos, nō prorsus, sed intra modū, & cū probro & ignominia eos sit delecturus. sequitur: Expellēs eos in spiritu duro, & c. sic em Dñs expulit Iudæos suis sedib⁹, & dispulit in omnes partes orbis, sicut exorta procella Euri expellitur puluis, & rotatur. Et verbū Hebræū מְדַבֵּר, meditari significat, & expellere, vt possit vtroq; modo trāsferri. Quæ igitur potissima sentētia est? quæ recepta. Scias tamē Canonē esse præscriptū ab August. & alijs patribus, vnum scripturæ locū, posse plures habere sensus litterales.

Ff 4

D. HIE-

Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: et iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius. Cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci et delubra. Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, et dimittetur quasi desertum. Ibi pascetur vitulus, et ibi accubabit et consumet summitates eius, in siccitate messis illius conteretur.

Post descriptam Iudæe vastitatem, & prædicationem apostolorum, & promulgationem legis nouæ toto orbe, & Christi passionem, subiungit nunc causam passionis Christi, quam fuisse dicit, ut expiaretur peccatum Iacob, ut tolleretur peccatum mundi, redimeretur genus humanum, pelleretur è mundo dæmonum cultus, tollerentur idolatrarum aræ. Quibus rebus factis tollitur synagoga, ut collectis melonibus, tollitur turgurium quod erat in cucumerario: sic promulgato euangelio, populus Iudæorum qui typus erat Christi, & euangelij tollitur de medio, quod cum aduenerit veritas, umbra & typis nihil est opus, & ita huius loci sensus est, peracta œconomia redemptiois vastabitur vniuersa Iudæa, tolletur umbra quando iam aduenerit veritas, & sic fermè Cyrillus & D. Hieron. Super hoc ergo dimittetur iniquitas domui Iacob, propter passionem Christi dimittetur peccatum his, qui in nomine eius fuerint baptizati, qui dicuntur Iacob spiritualis, & iste omnis fructus, quod Lxx interpretantur. i. ista est benedictio, qua in semine Abraham benedicendæ erant omnes nationes, ut auferatur peccatum eius, quod interpretantur Lxx viri. i. cum abtulero peccatum eius. Itaque benedictio, qua benedicendæ erant omnes gentes, in semine Abraham. i. in Christo erat, quoniam agnus Dei quem Ioannes digito ostendit, inquit, Ecce agnus Dei qui peccatum mundi tollit, sustulit de mundo peccatum. Cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos. i. cum contriuerit Dominus idola, & confregerit simulachra Aegypti. Quando ergo disturbauerit Dominus simulachra dæmonum, quod signum erat aduentus Christi, ut dictum est in cap. 19. in illa verba: Et commouebuntur simulachra Aegypti. Quando ergo disturbauerit Dominus altaria dæmonum, & redegerit in cineres, & arbores, & lucos, & nemora quæ consecrata erant dæmonibus, tunc erit redemptio generis humani. f. Ponit enim rursum signum aduentus Christi, confractionem idolorum & conflagrationem, & excisionem nemorum & lucorum, quæ consecrata erant dæmonibus, post hæc subiungitur vastitas Iudæe, ut diximus supra ex IREN. Ciuitas munita desolata erit. i. vrbs Hierosolyma, quæ munitissima erat sita in quatuor collibus à tergo præruptis, & inaccessibleis, & triplici muro cincta, ut diximus ex Iosepho. 5. lib. de bello Iudaico, & quæ à PLIN. nobilissima totius Asiæ est dicta: hæc ciuitas aded munita, erit desolata & speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum. i. vrbs Hierosolyma quæ speciosissima erat, ut leges apud Ioseph. lib. 6. cap. 1. delebitur prorsus sub Adriano, & reliquæ Iudæe vrbes pulcherrimæ conflagrabit, & quæ erant culta, erunt vasta, vastabitur Iudæa, vastabitur omnis vrbs munita, omnis vrbs speciosa, vel ex lib. 3. cap. 4. Iosephi discere potes, quàm amœnæ Galilæe vrbes erant, quæ sint vasta relictæ. Pro his omnibus dixere Lxx viri, quasi sylua longè, longeq; fusa, id enim significat ἡ σπηλιὰς δευτέρου μανθάνει τὸ κατοικουμένον. Nam τὸ κατοικουμένον, id quod habitabatur, significat quicquid a Iudæis habitare tur ἡ σπηλιὰς δευτέρου, ut sylua: μανθάνει, longè lateq; patens. i. omnis habitatio Iudæorum erit redacta in syluas vastas. Latinus interpres minus benè hæc vertit, quæ sic ipse reddes: Et erit quasi sylua latè patens totum habitabile, grex dimissus eius, ut grex derelictus erit multo tempore in pascua, & ibi requiescent greges.

Quibus verbis aperte est descripta vastitas Iudææ à Lxx senioribus, ut interpretantur etiã CYRIL.

Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hæc est benedictio eius cum abtulero eius peccatum, quando posuerit omnes lapides altarium confisos, ut puluerem minutum. Et nõ manebunt arbores eorum, idola eorum succensa quasi lucus: longè habitans grex remissus erit, sicut grex derelictus, & erit multo tempore in pascua, & ibi requiescent. Et post multum tempus non erit in ea omne viride, quia exsiccatum est.

A CYRILL. & D. HIERON. Totum habitabile. i. tota Iudæorum habitatio, erit quasi sylua late patens. i. erit redacta in syluas & dumeta & loca vasta. Grex dimissus erit, ut grex derelictus interfectis & deletis Iudæis prorsus, greges & armenta vagabuntur sine Dominis, erit Iudæa multo tempore in pascua. i. erit Iudæa vasta multo tempore, & redacta in belluarum pascua, & requiescent ibi greges, erit in pascua pecudum. Itaque Lxx loco interpretationis, frequētissime edunt cõmentaria quod fecere mirabiliter hoc loco. Quod enim Hebraicè est, ut vertit D. Hieronymus, Dimittetur quasi desertum: omnis ciuitas munita, dixere, quasi sylua longe longeque patens omne habitabile, Iudæorum. f. Ibi pascetur vitulus ibi accubabit, & consumet summitates eius, interpretantur vagabuntur greges sine Domino & multo tempore erit vniuersa Iudæa in pascua pascua & vbi erant vrbes pulcherrimæ in locis editis ibi nascuntur arbores & greges depascuntur earum summitates. An sit autè paraphrasis fideliter redita cõsule historias, & confer cum rebus gestis & tibi persuadebis, & non immeritò, sanctos patres sensisse sine spiritus sancti numine hæc fieri non potuisse. An tanto ante tempore quicquam suo ingenio scripturæ sacræ semper veram fecisset paraphrasim, non secus ac sic rebus gerendis interfuisset & historias legisset? Vitulum ergo non acceperit Lxx pro exercitu Romano aut pro imperatore Romano, Sed pro grege quolibet aut armento: ut ex vno plura significentur per Synecdochen. In siccitate messis illius conterentur, hic enim apponenda distinctio est, si interpretationem Lxx virorum sequi velis & veterum patrum sententiam, qui ut proximo cõmentario apparebit, initium sententiæ faciunt: Mulieres venientes. Ergo in siccitate messis illius. i. cum abesceat messis illa Domini, & mittentur à Domino operarij, iuxta illud Ioannis, Videte regiones, quæ albæ sunt iam ad messim, tunc ergo conterentur Iudæi de quibus sermo vsque adhuc fuit, tunc contriti sunt Iudæi à Romanis cum misit Dominus operarios, ut congregarent fructum in vitam æternam, quia noluerunt Christo credere. Sed huius loci lectionem Hebræam aliter intellexere Lxx viri quam Diuus Hieronymus. Nam lectio Hebræa est.

Sic enim distinctissime videntur Lxx viri. Nam verba illa קָצְרָהּ קָצְרָהּ קָצְרָהּ, quæ D. Hieronymus vertit optime: Consumet summitates eius, & fecit clausulam & finem superioris orationis, videtur sententiæ fecisse initium & vertisse, confundentur rami eius, & retulisse ad vineam. Nam loquitur hoc cap. propheta de populo Iudæorum tãquam de vinea iuxta illud, Vineam Domini Iabaoth populus Iudæa. Sic enim in principio huius capitis, Vineam meam cõtabit ei, igitur omnis cantilena huius capitis vineæ cantatur, cuius finis videri potest confundentur rami eius nam verbum קָצְרָהּ, consumere significat ut vertit D. Hieronymus & deficere, & consumi, ut cõmode verti possit consumetur, deficient קָצְרָהּ, summitates eius ut reddidit D. Hieronymus & rami eius ut intellexisse videntur Lxx viri: & est fœmininũ ut ad vineam referatur, ut prænuñciat Esaia defecturos huius vineæ ramos & futuram in conculcationem, quod dictum est cap. 5. Rursum sequentiã sic videtur etiam interpretati Lxx קָצְרָהּ קָצְרָהּ קָצְרָהּ, cum exiccabitur ramus eius vel palmes eius, vineæ. f. nam verbũ Hebræũ & messem significare potest ut reddidit D. Hieron. & palmitem & ramum. Cũ exiccabitur ergo huius vineæ ramus cui cantio hæc cantatur. cum aruerint palmites non recepto Christo quia mandauit Dominus nubibus ne pluerent super illam vineam post illam, קָצְרָהּ קָצְרָהּ קָצְרָהּ, conteretur, vinea confringetur, est enim genere fœminino verbũ ipsum ut possit optime ad vineam referri. i. vastabitur à Romanis. Hæc omnia sic interpretantur Lxx viri qui huius loci edidit etiam cõmentarium & dixere: Nõ erit in ea omne viride, quia exiccabitur nõ recepto Christo & addidere de suo post multum tempus. i. quo ad intret plenitudo gentium.

Mulieres venientes est docentes eam non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit eum, est qui formauit eum non parcat ei. Mulieres venientes ab spectaculo, (vel à visioe) venite huc illuminate nõ populus est habens intellectũ, propterea non miserebitur qui fecit eos.

Cum prædixerit propheta exiccandam vineam Domini, quod non receptura esset Christum & mandandum esset nubibus ne pluerent super illam, idque docuerit toto hoc capite D.

pite D. Hieronymus & Cyrillus & Theodoretus & Irenæus & Lxx viri qui pro scholijs an- A
 tiquissimis & optimis esse debent. Specta nunc lectionem Hebræam quid clamat.
 Id est, Mulieres venite illu- ^{illuminare venite}
 minate ipsam qm̄ non populus ^{illuminantes venientes} Mulieres
 intelligentiarum iste. Quis hæc ^{iste intelligentiarum populus non qm̄ ipsi}
 audiat dici aduersus vineam Domini sabaoth .i. populū Iuda, & mulieres vocari vt illam vi-
 neam illuminet, & non veniant, sine vllō doctore, sine monitore vllō, in mentē mulieres euā-
 gelicę venientes è sepulchro & testatę resurrexisse Dominū: ne quis miretur sic esse interpre-
 tatos omnes veteres patres. CYRILL. enim illud Matt. esse docet cap. 28. vespere autē sabbati
 quæ lucefcit in prima sabbati venit Maria Magd. & Maria alia videre sepulchrum. O RIG. in
 illa verba Matt. Erant autem ibi mulieres à longe veniētes Magdalene & Maria Iacobi: de istis
 mulieribus ait: propheta esse referunt Esaiā, Mulieres venientes ad spectaculum venite, vocate-
 nim mulieres vt relinquunt populum insensatum, & accedant ad nouū testamentum, aspiciāt
 passionem Christi. THEOPH. in illa verba, Erat Maria Magd. & altera Maria sedentes contra B
 sepulchrum, De his (inquit) ait Esaias, Mulieres veniētes ab spectaculo venite, non enim est
 populus habens prudentiā. Aperte populum non habentem prudentiam, populum Iudaicum
 appellat, qui Christū cruci suffixit, & iubet relinquere populum illum, & accedere ad aposto-
 los & nūciare illis resurrectionē Domini. Apertius TERTVLL. in expositione symboli hūc
 locum interpretatur de mulieribus, quæ resurrectionem Domini nūciauere, non credente po-
 pulo, nec pharisæis, quem populū incruditum & insipientem appellat, & periturum, indignū,
 cuius misereatur Dominus: TERTVLL. lib. 4. aduersus Marcionē in fine, de mulieribus reuer-
 tentibus è sepulchro, & ab angelorum visione, dicta hæc esse docet: Mulieres venientes à visio-
 ne venite .i. mulieres veniētes à visione angelorum venite ad renunciandā Domini resurre-
 ctionem & ad euangelizandū apostolis. Et aduerte foeminas has apostolicas vocari ab Esaiā &
 apostolorum magistras, & illuminatrices, & hinc ecclesiam sumpsisse, quod in officio beata
 Mariæ Magdalene canit, Quæ resurrectionem Christi adnunciando apostolorum apostola
 fieri meruisti, & Hebræis verbis ita nominatur, quæ sunt, Foemina venite, & illuminate
 ipsam vineā, nam vulgatus est ille canon scripturæ, quem præscribit AMBROS. de vocatione C
 gentium, partem pro toto poni in scriptura, & sic explanāda esse loca, quæ contraria inter se
 vidētur de vna, & eadem re, vt hoc loco vinea vastata dicitur .i. pars infidelis, quæ maior fuit,
 & vineę illuminantur reliquiæ, quæ saluę factæ sunt. Veniant ergo foemina & illuminent vi-
 neam ipsam, quod D. Hieronymus dixit, Doceant eam, quod verbum deest in tralatione Lxx
 virorum (multa enim aut expuncta sunt à Iudæis, aut vetustate intercidere) legendum est ergo
 sic in tralatione Lxx virorum: Foemina venientes ab spectaculo (vel à visione) venite huc ad il-
 luminandam eam: hæc enim duo verba sunt addenda ex lectione Hebræa. P R O C. Mulieres
 eæ apostolicæ, & apostolorum magistræ dicuntur, quæ primæ crediderunt, quod prima mu-
 lier decepta fuit à serpente & quæ prima acceperat maledictionem, in dolore paries filios nūc
 audierit contra, gaudete, auete. Ergo foemina sunt illuminantes ecclesiam, sic enim hodie reci-
 nit ecclesia: Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Angelicos testes, sudarium, & vestes, surrexit
 Christus spes mea, præcedet vos in Galilæa. Hæc harum foeminarum illuminatio fuit, qua vi-
 neam Domini illuminarunt .i. reliquias quæ saluę factæ sunt, apostolos & discipulos Domi-
 ni, & splendidissimo lumine lucent, lucebuntque semper toto orbe terrarum in Domini ec- D
 clesia, id enim significat verbum Hebræum אִתְּוֹת מְאִירוֹת, illuminate, vel illuminantes eam,
 significat etiam lucentes, splendentes in ea. Nec sibi persuadeat quisquā hoc discrepare ab He-
 bræa lectione, nihil potest esse conuenientius. Hebræa verba hoc plane sonant & apertius. Iu-
 dæi (inquit) non ita distinguunt orationem, mirum ni ita distinguerent, & se proderent, &
 suam impietatem. Tantum negotium est distinguere orationem interpunctione male distin-
 ctam, & Iudæorum fraude male dispunctam? præsertim cum duces habeamus huius dis-
 punctionis Lxx viros, qui tot annis ante rem gestam ita distinxerunt, vt litteras euangelicas
 hæc lectio repræsentet? Ecquid audis, reclamant Iudaizantes, qui hunc locum aliter vertunt,
 mulieres succedunt, aut inflammant eam, & interpretantur de hostibus, quos immittet Do-
 minus, vt inflamment, & perdāt hanc vineam .i. populum Iudæorum, vt sit sensus. Mulieres
 venientes .i. hostes venientes imbelles vt mulieres perdent hanc vineam .i. populum Iudæ. Et
 vt eos suo gladio iugulem, quoniā Iudaizantes linguæ Hebræę peritia cōmendat: verbū He-
 bræum

A bræum אִתְּוֹת מְאִירוֹת quod D. Hieronymus vertit docentes, quod illuminantes significet, aut illu-
 minate, quando vnquam inflammare significauit, aut incendere? si vllō vnquam loco hoc si-
 gnificare reperietur hoc verbum, non causam dico, quin quauis pœna iudicer dignus. Itane
 Iudæis ardentibus odio Christi & Christianorum credēt potius quidam, quam Lxxii Iudæis
 vacuis odio, & gratia, qui per tot seculorum spatia, tot annis ante rem gestam, verbis euangeli-
 cis nostras circumsonant aureis? Lxx ergo addidere de suo: Veniētes ab spectaculo, vel veniē-
 tes à visione vt, sit, Veniētes ab spectaculo illo de quo Lucas cap. 23. vel à visione angelorū.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit in die illa, excutiet Dominus ab
 alueo fluminis vsque ad torrentē A-
 gypti, et vos congregabimini vnus &
 vnus, filij Israel.

Et erit in die illa concludet Dñs a
 Dioryge fluminis vsque ad Rhino-
 coluram, vos autem congregate fi-
 lios Israel vnum, & vnum.

B Postquam Dominus miserat mulieres illas Mariam Magdalenam & Mariā Iacobi & cæ-
 teras, vt apostolorum essent illuminatrices & magistræ, & apostolorū apostolæ, vt enim
 apostoli ad gentes missi sunt, sic hæc foemina ad apostolos, vnde apostolæ recte appel-
 lantur, ab apostello .i. mitto, & missæ sunt ad apostolos vt dixit THEOPH. & TERTVLL. non
 ad Iudæos, quod populus est insipiens, populus Iudæorum, qua causa erat vastandus à Domi-
 no. Nunc subiungit vastandam Iudæam à flumine .i. Euphrate vsque ad terminos Iudææ vlti-
 mos, vsque ad Aegyptum, vt interpretatur CYRIL. & D. AVGVVS. quæstionum super Iose-
 phum lib. 6. cap. 21. qui terminos Iudææ esse dicit à flumine Euphrate vsque ad Rhinocoluram
 vbi D. Augustinus illud, A flumine ad flumen negat intelligi à flumine Euphrate ad Nilum,
 sed intelligendum putat, à flumine Euphrate vsque ad fluuium quendam paruum, qui præ-
 terfluit urbem Rhinocoluram, cum tamen intellegendum sit à flumine ad flumē ab Euphra-
 te vsque ad Nilum. Nam per antonomasiam hæc duo magna flumina intelliguntur per ex-
 cellentiam, quod illarum regionum nobilitatissima flumina sunt, atque adeo ex nobi-
 C litatissimis fluuijs toto orbe terrarum Nilus, & Euphrates sunt, & idem est dicere à flumi-
 ne vsque ad flumen, quod à flumine vsque ad Rhinocoluram, quod Rhinocolura prima
 vrbs est Arabia exeuntibus ex Aegypto, & Aegypti vltimus terminus est Nili alueus vnus
 ex septem, in quos deducitur, cui nomen est Pelusio, vt idem sit dicere, vsque ad Rhinocolu-
 ram, quæ postrema ciuitas erat Arabia Petræa, & vsque ad fluuium Nilum, cuius vltimo al-
 ueo Aegyptus determinatur ab Arabia Petræa. Et hanc omnem regionem mediam appella-
 tam Iudæam author est Augustinus, Cyrillus, & Epiphanius. Nam quauis multæ nationes
 intermixtæ Iudæis hæc loca incolerent, tenebant hæc omnia loca Iudæi quod sensere etiā Lxx.
 Quasi enim diuinassent futuros Iudaizantes, qui sacris doctoribus obstreperent, & dicerent à
 flumine, hoc est à Iordane vsq; ad Aegyptum: edidere: A dioryge fluminis vsque ad Rhino-
 coluram, sunt enim Lxx sen. commentarij scripturæ potius quam interpretes, nam Dioryges
 tantum habet fluuius Nilus, & Euphrates vt res est notissima. & huius rei quam dicimus, hoc
 est argumentum, quod id, quod D. Hieronymus uertit ab alueo fluminis vsque ad torrentem
 Aegypti, pro quo Lxx posuere vsque ad Rhinocoluram .i. vsque ad vltimam urbem, Aegy-
 ptum versus: neque Rhinocolura in sacris litteris est vnquā Hebræicè, sed posita à Lxx senio-
 ribus, vt signaretur terminus urbium vastandarum Iudææ post crucem Domini. quod intel-
 liges ex Dione in vita Adriani, qui prodit vastata esse Iudæam quinquaginta oppida munitissi-
 ma sub Adriano & vicis nobilissimos nongentos octogintaquinque. Quæ eo dixerim quod
 sint qui Iudæam angustissimis finibus definiant, quæ vix decē duodecimve capiat vrbes. Præ-
 dicit ergo propheta vastaturos Romanos ab Euphrate vsque ad Rhinocoluram vniuersas Iu-
 dææ vrbes iuxta interpretationem Lxx, quod factum esse intelliges ex Iosepho & Dione in
 vita Adriani. Sic hunc locū intellexere D. Hieronymus Procopius & Cyrillus. Illud tamen
 notandum STRAB. li. 16. authorem esse, Rhinocoluram urbem esse positam ab Aegyptijs ex-
 tra fines Aegypti, aut à duce quodam Aethiopum qui Aegyptios subiugarat, quo omne ge-
 nus hominum maleficum, colonos deduxit hac pœna affectos, vt omnibus nasum refecaret,
 nē tantam hominum multitudinem capitali supplicio afficeret. Deduxit, inquam, hos om-
 nes colonos in hoc oppidum Rhinocoluram, quod egredientes Aegyptum Iudæam versus
 primum

primum excipit, quo foedato ore, truncis naribus deformes, caueri possent, & ipsi conscij scelerum, & insignes poena tam inhonesta & foeda, abstinerent maleficio, vnde appellatum est oppidum Rhinocolura à rhinofus & colurus, truncus. EPIPH. vocem hanc Hebraeam esse credit, quae Graeca est. Congregate filios Israel vnum & vnũ. D.HIER. PROCOP. CYRIL. ad apostolos hæc referunt, quivnum & vnum ex Iudæis couertabāt ad fidē, ne perirēt omnes.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa: clāgetur in tuba magna, & venient qui perditū fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant de terra Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Hierusalem.

LXX VIRI.

Et erit in die illa clangent tuba magna, & venient qui perierunt in regione Assyriorum, & qui perierūt in Aegypto, & adorabunt Dominum in monte sancto in Hierusalem.

CYRILL. & THEOD. tubam magnam interpretantur euangelicam prædicationem: Et venient qui perditū fuerant de terra Assyriorum. i. qui perierant ex ouibus Israel & qui eiecti erant. i. nationes reprobatae antea & infideles venient ad fidem, nam ecclesia facta est magnam partem ex gentibus idolatris. sic D. Hieronymus, sic omnes.

IN ESAIAE CAP. XXVIII.



OC capite prædicatur Iudææ vastitas ob spineam coronam Domino impositā, & ob illatam Domino passionem, prædicatur Iudæorum temulentia & crapula, quæ fuit causa eorū exclusionis: & hæc ita esse intelliges testimonijs veterū patrum, qui proximi fuere temporibus Christi, qui ab apostolis interpretationem scripturarum acceperunt. Et persuadere multo magis, si ad hibeas illum canonem scripturæ interpretandæ, sepè hoc opere repetitum, si quis locus ab

Canon

apostolis sit explanatus aut à doctoribus sacris, antecedentia & sequentia eo esse referenda. Ex nullo Esaiæ capite plura loca reperies ab apostolis esse citata quā ex hoc, & omnia ad Christum & ad Christi tempora relata, antecedentia ergo & consequentia eo sunt referenda. Quin quod citat Paulus de dono linguarū, non coherere videtur, nisi sic hoc explanes, & ad Christi tempora referas.

D. HIERONYMVS.

Væ corona superbia, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloria exultationis eius, qui erant in vertice collis pinguis, mi, errantes à vino.

LXX VIRI.

Væ coronæ iniuriæ, mercenarij Ephraim, flos cadens d gloria (vel gloria) super verticem montis pinguis, ebrijs sine vino.

* subaudi porrigentes, felle mistum. * vinū errantes malleo pinguis vallis caput super qui decoris ei* gloriæ cadenti flori & Ephraim ebrijs superbiæ corona Heu

VAE coronæ superbiæ. CHRYSOS. in cap. Genes. 6. homil. 23. interpretans illud, Væ vobis quando benedixerint vobis omnes homines. Considera inquit, quo modo per, væ, nobis declarat, quanta illos poena maneat, væ enim lamenti nuncium verbum est. CYRILL. Traducit propheta orationem hoc loco ad proceres Iudæorum, qui Christum affecere cruce & auertere plebem ab eius cognitione. PROCOP. in proximum cap. (nam scholia Procopij in hoc caput desiderabantur in eo exemplari, quod mihi dederat vtendum Illustrissimus Placentiæ antistes, studioforū Mæcenas indulgentiss. D. Petrus Pontius Leo) ergo PROCOP. in cap. sequens, Dicitur est, inquit, de ignominiosa illa coronâ, & principibus sacerdotū, quos appellauit mercenarios Ephraim, qui Dñm affecere cruce, propter quod immane scelus vrbs Hierosolyma in medios confedit igneis. THEOD. Postq̄ in fine cap. proximi apostolicū chorū de-

Illustrissimus episcopus Placentiæ D. Petrus Pontius Leo.

rum descripsit, cum dixit tubā magnam, & præ significauit euangelicam prædicationem, præconum veritatis, quorum vox, & Ionus in omnem terram exijt, & quorum verba prodire in terminos orbis terrarū, vt disperfas oueis congregarent, & postquā in fine capitis proximi descripsit apostolicum chorū, hoc cap. illorum Dominum præ significat & describit. Eodem refert hoc cap. EVSEB. Cæsar. demōst. euang. lib. 2. cap. 47. & GREG. Naz. in oratione ad 150. episcopos, vbi ait, Specta coronā textam gloriæ pro mercenarijs Ephraim, & p̄ corona iniuriæ. Mercenarijs Ephraim. CYRILL. Ephraim dictum putat Iudam Iscariotem quod fuerit de tribu Ephraim, & mercenarios Ephraimeos qui illū mercede cōduxerūt. Sic ergo Cyrillus hūc locum explanat. Væ coronæ superbiæ. Væ vobis ob coronam illam superbam qua caput Domini transfixistis: væ mercenarijs. i. principibus sacerdotum mercede conducētibz Ephraim. i. Iudam Iscariotem. Et quanquā latinum verbum mercenarius hoc non tam proprie significet, Græcum verbum *μυροπώτης* quo vtuntur Lxx viri, id etiā significat. PROC. Væ coronæ superbiæ, quam superbi & insolentes Iudæi imposuere Domino. Mercenarij Ephraim, Iudæi qui mercede conduxistis Iudam. EVSEB. Cæsar. lib. 9. cap. 17. demōst. euang. docet Ephraim omnem Iudæos appellari, his verbis: Sapienter vero in his omnem Iudaicum populū Ephraim appellatur, Inuenies autem in alijs quoque prophetijs totam gentem Iudæorum Ephraim cū multa calumnia, & accusatione nominari, Post reditum igitur ex Babylone non amplius, vt prius, diuisus erat populus in tribus. quos igitur alios per Ephraim merito significari intellexeris, nisi eos qui ipsam Hierusalem habitarent: quos saluatoris nostri aduentus sicut in prophetia dictum fuerat, diuina & ineffabili virtute deleuit? Hæc fere Eusebius. Sed illud nota ne te perturbet, vitiose in codicibus Latinis pro Ephraim legi, Ephræ, & fortasse Hierosolymitani dicti sunt etiā Ephraim, quod decē tribus quæ discessere ex regno Iuda, quæ nomine Ephraim appellantur, fuere typus infidelium Iudæorum, qui discessere à Christo. Nam Iuda populus spiritalis ecclesia est, vt postea dicēdū latius est. Quod D. Hieronymus reddidit: Ebrijs Ephraim, Lxx reddidit Mercenarijs quod *שכרי*, puncto superscripto dextro lateri significat ebrios vt vertit D. Hieronymus, sinistro vero lateri mercenarios, aut mercede conducētes. Dicti sunt Iudæi mercenarij. i. auari qui pascebant se & non gregem Domini, vt ait Dominus, & auaritię causa plebem auerterant à Christo, ne amitterent decimas & primitias, & alia vectigalia. Ergo, Væ coronæ superbię, Væ huic coronę, quā vos superbi imposuistis Christo, væ vobis, manet vos grauissimā poena. Væ Ephraim. i. Iudæis ebrijs. i. debacchantibus in Dominū. Et flori decidenti. i. Væ principibus sacerdotum, & Iudæorum, qui cadent, & quorum vrbs subuertetur & poenas luet tanti facinoris, Væ gloriæ exultationis eius. i. væ glorię diuitiarum, & potentie, qua exultabat vrbs Hierosolyma, & cuius fiducia se posse putabat auferre impune tam immane facinus: & væ ijs, qui erant in vertice vallis pinguisimę Gesemanim, vbi prehēdere Dominum errantes à vino. i. tanquam à vino temulenti, qui impias manus attulerē Domino. Sed age quando hunc loci sensum esse aiunt iuxta translationem Lxx virorum, sed negant iuxta lectionem Hebręā hunc esse sensum. verba Hebręa excutiamus & apparebit quod CHRY SOST. dicere solet quantus inde mysteriorum fons scaturiat. quod translatio Lxx virorum nescio an hoc loco sit supposititia. Primum omnium *הוי עשורת גאורת*, ad verbum reddi potest Væ corona superbię, & insolentię, vt cōgruat veterum sententię, qui de corona spinea imposita Domino interpretantur, vt minetur Dominus supplicia sempiterna ijs, qui immane illud nefas sunt ausi, quod Væ, significat, vt docet Chrysostomus: postea *שכרי* varijs punctis ebrios significat & mercenarios & mercede conducētes. Vt iam hoc quoque loco sanctorum interpretatio valeat, nam in Ephraim nulla controuersia est. Iam reliqua omnia mihi mysteriorum plena videntur. Nam *וְצִיץ קַבֵּל*, quis poterit inficiari posse reddi ad verbum flos cadens? vt sit, Væ flos cadens, cur hoc explanari non posset de Christo, qui est flos, qui natus est de radice Iesse, & flos campi & lilium agri quomodo appellari docet CYRILL. conciliorum tom. 1. de incarnatione vnigeniti cap. 9. vt sit, Væ flos cadens, Væ rex gloriæ moriēs, vestris manibus cruci suffixus. Si Theodoretus & veteres in fine capitis superioris chorū apostolorū descriptum nos docent, in huius capitis initio descriptum Dominum quis audiat coronam iniuriæ plenam & ignominiosam & conducētes mercede Ephraim. i. Iudam & verba hæc, Væ flos cadens, & non prospiciat mente & animo florem de radice Iesse morientem (præsertim cum sequatur *וְצִיץ קַבֵּל*, quæ verba reddi possunt magnificentia, gloria eius, quæ Christi nomina sunt & explanari possunt, Væ magnificentia cadens. i. & moriens, & væ gloria eius populi

populi Israel moriens, nam Oratores docēt hanc repetitionem miserationis causa fieri & amplificationis & exaggerationis, vt si dicas, v̄ occiditur à vobis ille flos de radice Iesse, illa magnificientia & decus patris, illa gloria populi Israel. Nam Christum inter alia multa nomina dici צבי, vt hoc loco dicitur, pluribus verbis dictum est in cap. 4. Esaia. צבי, porro Latinè vertitur gloria, aut magnificentia & sic vertere solet D. HIER. Dicit autem Christum gloriam, & magnificentiam docet idem CYRILL. conciliorum tomo 1. de incarnatione vnigeniti, cap. 12. his verbis: Vnus est qui nominatur gloria, splendor, magnificentia, Dñs sabaoth. Iam decus eius & gloria eius populi .f. Israel dici Dominum, docet apud Lucam Canticum Simeonis, quia viderunt oculi mei salutare tuum, gloriam plebis tuæ Israel, cur si hoc præfert lectio Hebræa non sic etiam interpretemur?

Nam hanc esse historiam huius loci, nec subesse vllam aliam decem tribuum, intelliges, si ad hibeas Canonem interpretandæ scripture, cuius supra sæpè fecimus mentionem, quæque præscribit HILAR. spiritum sanctum semper aliquid adscribere sacris oraculis, si aduertas animū, quod vetet ad terrena referri sacra prophetarum vaticinia, quod hoc loco ab spiritu sancto esse factum te docebūt D. Hieronymi commentaria, vbi D. Hieronymus verba sequentia interpretatur de valle Getsemani, vbi traditus est Dominus. Nec semel hic Diuus id dixisse contentus, eisdē commentarijs rursus repetit. Te rogo in historia decem tribuum quid loci reliquum est valli Getsemani quæ Hierosolymis est, non magis quā si mētio Tormis fluij fiat, qui Salmanticam præterfluit, relinqui posset locus, vt de Gallis, Italis uē posses interpretari, Hoc est ergo quod HILAR. ait, semper spiritum sanctum aliquid apponere, quod te vetet referre ad terrena, quæ diuina sunt, vallis Getsemani quæ Hierosolymis est locus passionis Domini, litterisque euangelicis nobilitatissimus hic appositus est, ne possis referre ad decem tribus à valle Getsemani longe summotas. Sacra enim scriptura, quod nos docere curat, se ipsam exponit & auditorem errare non sinit, ait CHRYSOS. in cap. Genesios 2. homilia 3. in illa verba, Et plantauit Deus hortū in Edem. Sed iam scio dices, sensu spiritali ad vallē Getsemani hunc locum referri. Sensusne spiritalis est quem littera ipsa cantat Hebræa? Audi iā lectionem Hebræam & quæ dicimus, fatebere esse verissimam, quæque supra diximus omnia, Nam si aliud nihil esset, vel hic solus locus cogeret hoc huius capitis initium de Christi passione interpretari. Est ergo lectio Hebræa גֵּרְשֵׁם שְׁמֵן, quam lectionem Hebræam vertes: Super verticem vallis pinguium, vel super verticem Getsemani, & sic verti posse docet D. HIERON. in commentarijs, quæ euangelica verba sunt, non prophetica tantum, præcipuè si legas quæ, non qui, quanquam vtrunque commodissime dici potest, heu quæ fecistis in vertice Getsemani, vel heu vos qui in vertice Getsemani præhendistis Dominum. Getsemani significat vallis pinguis, qui erat mons Oliueti. Nā sic quoq; appellatur in litteris euangelicis: Et mons Oliueti, propter Olearum & olei pinguedinem dictus est vallis Getsemani. i. vallis pinguium, vallis olearum .f. & olei pinguis, & sic explanabis interpretationem D. Hieronymi, Heu qui erant in vertice vallis pinguis vt prehenderent Dominum in vertice vallis pinguis, vallis Getsemani, montis Oliueti. Postrema porro verba si propriè maxime & receptissima significatione explices, clarissima voce testantur malleorum ictus, quibus sacri pedes, sacre manus Domini feriebātur & affigebātur cruci. Sunt enim verba Hebræa מַלְלֵי מַרְיָם, quæ verba D. Hieronymus reddidit fideliter quidem, errantes vino. i. ebrij temulenti, qui manus attulisti regi gloria, quod מַלְלֵי, verbū Hebræū errare significet aliquando & מַרְיָם, vinū vt sit errantes vino. Tamen si vrgeas Iudæos, & roges quæ huius verbi frequentissima significatio est? & istes, vix vi extorqueas, scias tamen מַלְלֵי, proprie esse malleo percutere, & rarissime significare, id quod Latinè dicimus errare. Cum audis ergo à sanctis patribus describi hic passionē Domini, legis spineam, & iniuriosam coronam, audis conducentes mercede Iudam, vallē Getsemani, & malleorum ictus ad aures accedunt, nisi surdior Icaro mari es, quod dici solet, Dominum audis cruci suffigi, postrema vox Hebræa מַרְיָם, vinum, sic interpretabimur vinū. i. heu vinum felle mixtum: est enim hic Canon interpretandæ scripture, vt sic eam interpretemur vt euangelicis litteris omnia cōcordent. Poterit ergo tota hæc periodus sic explanari. Heu corona ignominiosa Domino imposta, heu mercede conducentes Iudam, Heu flos moriens & magnificentia & decus patris, heu plebis Israel gloria manibus Iudæorum moriens, heu vallis Getsemani, heu malleates pedes illos sacros & sacras manus, heu vinum felle mixtum. Quod si contendas halume verbum Hebræum passiuum esse, nec actiue significare, docent quoque

A scriptores artium significare actiue, sed largiar significare passiuue, dices ergo heu malleatas pedes sacros, malleatas sacras manus.

Quæ omnia eò pluribus à me dicta sunt, vt appareat lectionem Hebræam non modo sententia sanctorum non repugnare, sed illam confirmare, & constabilire multo magis, quod Hebræa lectio, si singula verba expendas, & interpretare, receptissima in sacris litteris significatione, clarissima voce testatur Christi Domini passionē, & ad historiam vllam aliā referri posse verat vallis Getsemani, quæ vallis Hierosolymorum est, non decem tribuū, & locus passionis Domini, nobilitatissimus litteris euangelicis. Si obijcias rursus, dicendum fuisse מַלְלֵי מַרְיָם, & מַרְיָם שְׁמֵן, non halume, & Getsemani, grāmatici de numeris nominū docēt ab huiusmodi nominibus desinentibus in מַלְלֵי, in plurali numero, etiam cū non sunt in regimine, quod illi appellant, auferri, מַלְלֵי, finalem, vt getsemani, pro getsemanim, At dices scribendum fuisse, haluminon halume, dictum est, præceptum esse D. Hieronymi & rabinorum, & puncta pro re, pro loco, pro ratione sententiæ libere posse mutari. Solū illud est quod pro getsemani, Matth. cap. 20. & Marci 14. cap. getsemani scriptum est vna litera t, addita, quod mirandum non est, quod in quavis lingua voces variantur, vt apud Latinos pro me hercules, mehercle, dictum videmus, & post meridianas horas, pomeridianas appellamus, quod in lingua Hebræa factitatum magis est, quam temporibus Christi multum immutatam fuisse aiunt, multamque transxisse barbariem tum ex captiuitate, tum etiam ex aliarum nationum commercio: vnde vnus ex euangelistis ait, dixisse Dominum pro illo psalmi, Heli heli, heloi, heloi, quod aliquantulum variata erat lingua Hebræa & ita puto non vitiatam esse hanc lectionem euangelij, sed dixisse euangelistas, Getsemani, quod suis temporibus sic nominaretur hæc vallis, quæ olim Getsemanim nominabatur. Et diuinitus factum puto vt hæc vox in euangelio sit relicta, vt nos admoneret huius prophetiæ. Nec obiter illud, quod villam aut prædium Getsemanim euangelistæ nominent, vt non locum totum, aut collem illum totum, sed partem quandam significare videantur. Quanquam enim interpres Latinus reddidit in prædium, aut in villam Getsemanim, lectio tamen Græca, ἐν χωρίῳ, i. in locum vel regionem Getsemani, vt totus ille locus à propheta, & ab euangelistis significatus esse videatur. Et notat ERASM. in annotationibus, hic apud euangelistas non legi Græcè, villam, aut prædium Getsemani, sed locum, aut regionem. Non repugnat tamen interpretatio Latina, quæ in proœmio tomi primi conciliorum à D. Petro probata videtur, siquidem villam aut prædium in eo loco fuisse certum est. Vnde à apud Ioannem, Non ego te vidi in orto cum illo? vt & hortus qui in illo loco fuerit, & locus ille totus dictus sit, Getsemani, quo Dominus se conferre solebat cum discipulis suis. Notandum præterea hunc esse canonem summoperè puto, quem præscribit D. AVGVST. prophetas solere miscere typis, & tropicis loquutionibus obscuris, veritatem ipsam, vt veritas admista obscuritati orationis lucem adferat, & faciem præluceat, vt hoc loco, vallis Getsemani, & mons Oliueti, tenebras huius loci discutit omnes, & ad passionem Christi referendum docet. Translationem Lxx huius loci (si modo legitima est) interpretatur CYRILL. in commentarijs in hunc locum, & in Ioannem lib. 3. cap. 20. de cecitate Iudæorum qua Christum repudiare. Et D. BASIL. oratione 1. de ieiunio, ebrietatem, non à vino (sic enim legunt Lxx) furorē explanat, quod furor ebrios faciat, & mentis impotes vt vinum, quod idem dictum putat de reliquis animi perturbationibus. Ergo valeat in his omnibus, quæ à me dicta sunt, canō ille à nobis sæpè repetitus, quando verba plura significant, quæ ad rem, de qua agitur, spectat, ab spiritu sancto illa omnia esse significata, quod plures sensus vna eademque oratione, diuina natura significat, quam mens humana posset assequi, & hos quos explicaui mus, veteres patres assequuntur, hos igitur omnes & plures spiritus sanctus his verbis significat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis, turbo confringens sicut impetus aquarum multarū inundantium, & emissarum super terram spatiosam.

Ecce fortis & durus furor Dñi, sicut grado delata, nō habens vmbraclū, magna vi delata: sicut aquæ magnæ multa multitudo, vastas regionē, in terra faciēs requiē manibus.

CYRIL.

CYRILL. Significat propheta Iudæos duros pœnas impietatis in Christum, & vitur si-
 militudine grandinis, & aquæ omnia vastantis, quæ tanto impetu omnia obruit, vt natã-
 tum manibus locum nõ relinquat, nec liceat natãdo effugere periculũ. Quæ omnia facta sunt
 cum vastati sunt à Romanis, nec vlla illis malorũ data fuga. Vbi est quod admirare paraphra-
 seis Lxx virorum qui hæc ita interpretantur vt historias legisse videantur, Ecce validus & for-
 tis Dominus, Lxx viri. i. Ecce fortis & durus furor Dñi. I. aduersus impios Iudæos qui in crucẽ
 Christum sustulere & vocati ad pœnitentiam perstiterunt in incepto. Sicut impetus grandini-
 nis, turbo confringens Lxx viri. i. sicut grando delata, magna vi delata, non habens vmbra-
 culũ quibus verbis Lxx viri significant quod furor Domini erit tam ardens tanto ingruens impe-
 tu, quanto multa grandine nimbi, quando magno impetu deferuntur in locum apertum qui
 nullo tegitur vmbra-
 culo. Ruina Iudæorum nulla similitudine significantius potuit exprimi.
 Siquidẽ seditionibus domesticis tyrannorum armis peribant intus, & fame & peste sæuienti-
 bus in Iudæos, à quibus te rogo quo vmbra-
 culo, quo ve muro tegi poterat? Erat enĩ nulla pro-
 tectio qua se protegerent à domesticis seditionibus, ab armis tyrannorum, quæ quotidie im-
 mansissime sæuiebant in Iudæorum capita, aut à fame, aut à peste: foris vero premebantur Ro-
 manorum armis, quæ omnia à Iosepho mirabiliter descripta leges lib. 5. & 6. de bello Iudaico
 Sicut turbo omnia confringens erat Dei ira, sicut genus fulminis, quod egis dicitur siue turbo
 ab Aristotele 3. de cœlo quod genus fulminis multo rotatu & multa circuitione magno im-
 petu erumpens è nubibus rotatur per multas horas per urbem & comminuit omnia, non se-
 cus ac turbo, quem fune circumligat pueri & magna vi in terrã iactant & sic turbo iactatus &
 in aère diutius rotatur circumagitur postea diu & rotatur in terra, puerorum pægnium & lu-
 fus: ita fulmen illud ægis nomine aut turbo diu rotatur per urbem & conterit omnia, quod
 circumactum in nubibus est magna vi diutius, vt erumperet. Sicut aqua multa multitudo, si-
 cut diluuium vastans regionem: hoc genus amplificationis nominat Cicero similitum con-
 globationem. Similitudines nanque grandinis quæ sine vmbra-
 culo in loco aperto magna vi
 & ingenti impetu deferuntur & fulminis illius quod in morem turbinis per urbem rotatur diu-
 tissime, & omnia vastat, & diluuij magno aquarum impetu sæuientis, Dei iram maiorem, quã
 quæ verbis exprimi possit ob oculos ponit, quæ multa malorum grandine, magno fulmine &
 diluuiio malorum sæuierit in omne genus Iudæorum. Super terram spatiosam, sic D. Hiero-
 nymus proprie. Lxx viri quauis hanc formam dicendi esse intellex erunt quæ significaret ter-
 ram spatiosam, aliter tamen sunt interpretati, quod de diluuiio agebatur, edidit enim requiẽ
 faciet manibus. i. erit sicut diluuium quod requiẽ faciat manibus, ne quisquã contendat nata-
 re manib⁹, quod nulla ostendatur spes salutis, verba Hebræa sunt ^{in manibus} ^{manus in terra requiescere faciet}
 Requiescere faciet in terra in manibus: eodẽ sensu quo dictũ est, ^{in manibus} ^{manus in terra requiescere faciet}
 i. faciet ne se defendant, quod factũ leges apud Iosephum. Et ant ^{in manibus} ^{manus in terra requiescere faciet}
 enim cincti muro à Romanis ne effugere quisquam possit, & intus seditionibus, peste, fame:
 foris, Romanorum armis consumebantur, præ desperatione plurimi se loco non mouebant.
 significat etiam illa forma loquendi, in terra lata, & spatiosa, vt reddidit D. Hieronymus.

D. HIERONYMVS

*Pedibus conculcabitur corona super-
 bia ebriorum Ephraim, & erit flos deci-
 dens gloriæ exultationis eius, qui est su-
 per verticem vallis pinguium. quasi tẽ-
 poraneum, ante maturitatem autũni.*

CYRILL. prædicitur vastitas Iudææ inue-
 sta à Romanis. Fit autem hoc frequẽter
 apud oratores tum in facetijs, tum etiam in ijs, quæ sunt dicta seuerè, quod præcipue irati ho-
 mines vsurpant, vt verba duos sensus significantia, ex altero ad alterum detorqueant, quod fa-
 ctum hoc loco est, iuxta veterum patrum quos citauimus interpretationem. Repetitur enim
 verba omnia quæ in principio capitis erant posita, sed repetuntur alio intellectu: vt pedibus
 conculcabitur corona superbiæ, pro corona illa ignominiosa, & superba, qua affectus Domi-
 nus est à vobis, & pro corona, qua vt tauri, & vituli obseditis me, conculcabimini pedibus ho-
 stium, quod

LXX VIRI.

Et pedibus cõculcabitur corona in-
 iuriæ, mercenarij Ephraim, & erit
 flos cadens de spe gloriæ, a summi-
 tate montis excelsi, sicut ficus præ-
 cox, quã videns priusquã in manu
 capiat, volet eam deuorare.

A stium, quod factum leges centies apud Iosephum de bello Iudaico lib. 5. & 6. vbi sternuntur
 Iudæi per vias, & Iudæis vulneratis & occisis implentur fossæ & valles, vt ingredi exercitus possit
 sit Romanorum, vbi seminiua calcabantur corpora, vt ebrii Ephraim. i. Iudæi cœci, & insani
 tantum facinoris pœnas penderent. Diximus enim cur Ephraim Iudæi appellantur, vel (vt verte-
 re Lxx) Mercenarij Ephraim. i. qui mercede conduxere Iudam, vt supra diximus, conculca-
 buntur pedibus hostium. Et erit flos decidens gloriæ, pro flore illo nato de radice Iesse, cruce
 affecto à vobis, flos gloriæ vestræ cadet, cadent omnes principes, & primarij Iudæorum,
 quod illa ruina præcipue recidit in capita principum. nam quadraginta milia pauperum, li-
 bere quod vellent abire reliquit, Vespasianus, & gloria, & flos imperij Iudæorum concidit, Ex-
 ultationis eius. i. quæ gloria exultabant, & se iactabant, & superbiebãt aded, vt ausi fuerint pro-
 uocare arma Romana. Qui est super verticem vallis pinguium. En Canon HILAR. quo mo-
 net spiritum sanctum semper addere aliquid, quo nos errare non sinat, neque ad terrena refer-
 re sacra mysteria, vt hoc loco, vt sciamus quisnam flos imperij sit casurus, & gloria ruitura,
 qui est, inquit, super verticem vallis pinguium, vel, vt Hebræicè est, Qui est super verticem Ge-
 semanim. Mons oliueti, siue Gesemani Hierosolymorum est, vt supra pluribus est dictum,
 ne possis ad decem tribus referre. Lxx non reddidere verba, sed sensa, vt solent, dixerunt enim:
 Erit flos cadens de spe gloriæ, à summitate montis excelsi. Leges enim apud Iosephum lib. 5.
 de bello Iud. cap. 13. & sequentibus, urbem Hierosolymam sitam in quatuor collibus editissimis
 à tergo præruptis, triplici muro cinctam, munitissimis turribus munitam, putasse se in expu-
 gnabilem, & inaccessam. Cadet, inquit, flos imperij Iudæorum ab spe sua, & suæ gloriæ, à sum-
 mitate excelsi montis. i. excelsorum montium; colles enim illos quatuor appellat montes.
 Quasi temporaneum. i. quasi precoquum pomum. i. momento temporis: est enim pro uerbũ,
 quo vtitur Plautus, Tam facile fiet quàm pirũ vulpes comest: quasi diceret, putabatis vos in ex-
 pugnabiles, quod vrb quæ in duob⁹ collibus erat sita, aucta & amplificata est, & vsurpabat col-
 les quatuor præruptos, & inaccessos, tam citò cadetis quàm precoquum pomũ, aut precoquũ
 ficum comest, qui inuenit ante maturitatem autũni. i. antequam maturescant fructus propè
 autũnũ, tunc enim absumitur ab illis, quod cum aspexerit videns. i. quod videns statim com-
 edit. Verbum Hebræum, vecura. Lxx reddidere præcozem ficum: D. Hieron. precox quod
 cunq; pomum, quod arripit qui videt & deuorat. Sic hæc intellexisse videtur EVSEB. Cæsari-
 ensis demonst. euangel. lib. 2. cap. 47. prædictam enim putat his verbis vastitatem Iudææ.

D. HIERONYMVS

*In die illa, erit Dominus exercituum co-
 rona gloriæ, et sertum exultationis resti-
 duo populi sui.*

THEODOR. Residuo populi Iudæorum
 inquit. i. choro apostolico, reliquijs quæ
 saluæ factæ sunt. Erit Deus reliquijs quæ saluæ factæ sunt, corona gloriæ, quod Deus coronam
 illam spineam contumeliosam, mutauit in triumphũ gloriosissimam. Erit ergo Dominus sa-
 baoth corona spei reliquijs quæ saluæ fient, coronabit credentes spe futurorũ bonorũ, quod
 cum illo simul regnabunt, vt inquit CYRIL. Et ipse Dominus erit sertum gloriæ, & diadema re-
 gni residuo populo. i. fide iustificatis, quia gloria credentiũ maxima (vt inquit Theodor.) &
 quæ omnibus floribus niteat splendidius in capite credentiũ Iudæorũ, Christus est ex illorũ
 genere procreatus, illos sanguine & cognatione attingens. EVSEB. Cæsar. sic hunc locum ex-
 planat lib. 2. cap. 47. CYRILL. significari hic putat euersis infidelibus, qui Christum in crucem
 sustulere Dominum, coronaturum reliquias spe & gloria. Sed in translatione Lxx virorum, casti-
 gandum verbum est *πλανης*, non enim legendum *πλανης*, cum *u*, sed *planis*, cum *i*, i. sertum, &
 sic reddidit D. Hieron. Sertum porro, corona est ex floribus contexta, & Dominus hic & cap.
 62. dicitur futurus nobis corona gloriæ, & sertum florum.

D. HIERONYMVS

*Et spiritus iudicij sedentis super iudi-
 cium, et fortitudo reuertentibus de bel-
 lo ad portam.*

In die illa, erit Dominus sabaoth co-
 rona spei ornatagloria, relicto meo
 populo. (vel, In die illa erit Domi-
 nus sabaoth corona spei, sertũ glo-
 riæ relicto populo meo.)

Et derelinquetur in spiritu iudicij
 super iudicium, & fortitudinem
 prohibentium interficere.

LXX VIRI.

Hoc loco contendunt Iudæi superiorem prophetiam à principio capitis pertinere ad decem tribus, & ad bellum Sennacherib, & hic fortasse locus fecit, vt D. Hieronymus superiora omnia ad decem tribus retulerit, quod supra ostendimus fieri nullo modo posse. Dicam ergo quàm breuissimè potero, cur hæc sententia non possit stare, & cur sententia veterum patrum verissima sit: mitto ea quæ dicta sunt supra, quod ea hic repetere non est necesse. Quod autem hic locus non congruat historiæ Ezechia regis, argumento est, quod illa verba: Reuertentibus de bello ad portam, conuenire non possunt in bello Assyrio Hierosolymicis: nunquam enim prodire Hierosolymitæ armati obuiam regi Sennacheribo, vt inde victores redirent ad portas Hierosolymorum. Quomodo ergo illa verba prophetæ, Reuertentibus de bello ad portam, illis congruent? si nec Hierosolymitæ contulere arma cum Sennacheribo, nec ex bello cum illo commisso redire vnquam victores? Exercitus nanque Sennacheribi vna nocte ab angelo est interfectus. Videre hoc Iudæi & Iudaiffantes nostræ tempestatis, qui longè fecerunt hunc locum interpretantur, quam solebant olim: aiunt enim sensum huius loci esse, cum redire Hierosolymitæ facient ad eos prælium, vsque ad portas ciuitatum illorum munitas. Et hanc sententiam Iudæorum PAGNIN. facit textum sacrum, qui quod D. Hieronymus reddidit conuenienter lectioni Hebrææ, Reuertentibus de bello ad portas, ipse verit: Cum retrahere fecerint eos in bello vsque ad portam. Et VATAB. qui sic quoque edidit, Qui verterunt hostes suos in fugam, & persecuti eos fuerint vsque ad portas eorum ciuitatum. Quas malum portas aiunt Iudæi? quodque prælium? quasi verò Iudæi bello persecuti sint Assyrios vnquam: aut quasi apud portam vrbium Assyriorum, Iudæi prælium cum Assyrijs commiserint, qui laeserint nunquam resistere, sed victas semper Assyrijs dedere manus, quod peccatis cooperti, Dei Optimi Maximi fauorem à se abalienarunt, & nisi ab angelo Assyriorum exercitus extinctus esset, actum de Hierosolymis erat. Nam reliquas Iudææ vrbes iam Sennacheribus subegerat. Quomodo ergo prælijs & armis Iudæi persecuti Assyrios sunt ad portas vrbium Assyriorum? non est actum armis aduersum Assyrios, quibus Iudæi longè & multum inferiores erant. Vides laborantes Iudæos & Iudaiffantes, nec facere posse vt bello Assyrio hic congruat locus. Quod ergo argumentum insolubile esse putabant veritatis suæ interpretationis, id eorum sententiam subuertit prorsus. Vt illud omittam ridiculum esse, si dicamus promitti quasi magnum regem vnum quendam bonum, & quasi magnum promitti quindecim annorum pacem & tranquillitatem. Et quæ gens tam misera, cui hoc non contigerit per quindecim annos agere foeliciter? Tantone conatu prædicitur pietas & religio per quindecim annos duratura, nec duratura adeò, cum rex Ezechias statim post acceptum tam ingès beneficium, post tam magna à Deo edita miracula, insolentia elatus Deum offenderit, & quod Deo erat ingratisimum, vetitumque à Deo centies in prophetis, regis Babylonis affectauerit amicitiam, & iram Dei prouocauerit, poenæque grauissimas in suis posteris incurrerit. Placet ergo magis quando hæc ad Assyrios referri non possunt, nec ad decem tribus, nec ad regem Ezechiam, vt conuenienter superioribus, cum Cyrillo, cum Theodoro, cum Eusebio Cæsariensi, hæc ad apostolos, & fideles referamus. Et ita explanemus D. Hieronymi interpretationem, vt postquã dixerit, Erit Dominus residuo populi mei. i. reliquijs quæ saluæ factæ sunt, corona spei, & fertum gloriæ, sequatur, Et spiritus iudicij sedentibus super iudicium, Erit Dominus spiritus iudicij, mittet Dominus spiritum sanctum, qui est spiritus iudicij legis euangelicæ sedenti super iudicium, præsulibus ecclesiæ, qui præsunt iudicio, doctrinæ euangelicæ. Nã iudicium euangelicum dicitur in prophetis. Sedenti ergo super iudicium, dabitur spiritus iudicij, dabitur spiritus sanctus sanctis apostolis qui sunt lux mundi, qui docent verè Domini iudicia. Ergo sensus erit, apostolos Domini qui præfuturi erant ecclesijs, esse implendos spiritu sancto, vel apostolis Dni qui præfecti erunt ecclesijs, dabitur spiritus, vt eū dent per manuū impositionem, quod vt leges in Decretali epist. 3. Ioan. papæ, solis apostolis data potestas fuit, vt per manuū impositionem darent spiritum sanctum. Lxx viri magis videntur probasse priorem sententiam, quod verterunt, Dns erit corona spei, & fertum gloriæ relicto populo meo. i. reliquijs Israel, vt dictum est, & subiungere, & relinquetur in spiritu iudicij, vt sit, & relictus hic populus meus, & hæc reliquiæ quæ saluæ fuerint, relinquentur in spiritu iudicij, relinquentur plenè spiritu iudicij euangelici, ad iudiciū, ad euangelium. Et fortitudo reuertentibus de bello ad portam, repete per zeugma à superiori, Dns erit fortitudo reuertentibus de bello, sanctis martyribus qui reuertentur de certamine martyrij victores, ad portam vrbis, vt rursum in carcere retrudantur, quod fiebat frequentif-

quentissimè. Adducor in hæc sententiam, quod Lxx, qui paraphrasis scripturæ facere solent, reddere: Et residuum populi mei relinquetur in spiritu iudicij ad iudiciū, & fortitudinem prohibentium interficere. i. prædicatorum euangelij, qui dicebant, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, Qui percutit gladio, gladio peribit. Et conuenit interpretatio Lxx virorum cum lectione Hebræa, nam verbum Hebræum פִּיִּשָׁה, significat etiam facere reuerti, vt lectio Hebræa reddi posset, erit Dominus fortitudo reuerti facientibus de bello ad portas, hoc est, apostolis qui dissuadebant bella, & arma & traducebant homines ad pacem & concordiam, quod Lxx dixerunt, Erit Dominus fortitudo prohibentibus interficere.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Verum hi quoque præ vino nescierunt, præ ebrietate errauerunt: sacerdos et propheta nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt à vino: errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium.

Hi enim vino decepti sunt, errauerunt propter siceram: sacerdos & propheta impotes erant mentis, propter vinum, concussi sunt ab ebrietate siceræ, hoc est cōmentum, vel consilium, vel sententia hæc est.

Quod D. Hieronymus dixit: Verum hi quoque præ vino nescierunt: Lxx edidit: Hi enim præ vino decepti sunt, quibus verbis Lxx viri ostendunt, de Iudæis à principio sermone fuisse, nam hoc satis indicat relatiuum illud, hi, & coniunctio causalis, enim, redditur enim causa vastitatis supra descriptæ, & reliquiarum tantum relictarum. Hi, inquit, de quibus loquebar, Iudæi, quos vastandos dixi, admiserunt in se nefas illud immane aduersus Christum Dominum. Hinc explananda est interpretatio D. Hieronymi: Verum hi quoque. i. hi enim. Nam gan, dictio Hebræa, causalis coniunctio est: Postea est congeries verborum, & sententiarum idem significantium, qua exemplificatur cecitas Iudæorum, & ebrietas, qua in Christum Dominum sunt debacchati, Præ vino nescierunt, vel, vino decepti sunt, præ ebrietate errauerunt, vel, Errauerunt propter siceram, quod siceram potus est ex fructibus, qui impotes mentis reddit, & sine sensu. Sacerdos, & propheta nescierunt præ ebrietate: vel, Sacerdos, & propheta impotes mentis erant propter vinum, absorpti sunt à vino, vel, concussi sunt ab ebrietate siceræ, errauerunt in ebrietate, multa repetitio est eiusdem sententiæ, qua exemplificatur cecitas Iudæorum, qua Christum non recepere, & Samaritanum, & dæmonium habentem appellauere. Sic hæc omnia CYRIL. Nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. i. non cognouerunt Christum, & ideo iudicio mortis eum damnauerunt. Nam videntem appellabant prophetam, & Christum propheta ille erat, de quo Moses: Prophetam suscitabit vobis Dominus, quem per ignorantiam iudicauerunt dignam morte, vt Petrus Actorum cap. 3. ait, & Paulus Actorum cap. 13. Hunc ignorantes lesum, & iudicantes voces prophetarum impleuerunt. Hoc ergo quod D. Hieronymus dixit, Nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium, conuenienter lectioni Hebrææ, potes reddere: Errauerunt in visione, ignorauerunt iudicium, vt interpretantur PAGN. & VATAB. Pro, Errauerunt in visione: Lxx dixerunt, Hoc est phasma. i. insomnium, vel hinc est nata somniantium illa imaginatio, illud somnium Iudæorum scilicet, quod dixerunt, Hic est heres, venite occidamus eum, nostra erit hæreditas. Et illa: Vos nescitis quicquam, neque cogitatis, expedit vt vnus homo moriatur pro populo: A quibus verbo Græco. i. appereo, dicuntur phasmata. i. apparitiones somniantium, & imaginationes, vt ita loquar, videntem insomniam, quæ Cicero dixit, neque sat habuere Lxx, ita appellare ebriorum Iudæorum consilia, sed addidit de suo: Maledictio deuo et tale consilium. i. maledictio illa quæ apud Moysen est Deuter. cap. 28. & 29. tale consilium deuo fabit, addunt enim commentariola ex alijs scripturæ locis. CYRIL. Consilium illud, ait, quod in euangelica parabola est, Occidamus eum, nostra erit hæreditas. Itaque verba repetita centies omisere, loco illorum addidit commentariolum, vt sciremus, quod hæc spectarent.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Omnes mensæ repleta sunt vomitu, sor diumque, ita vt non esset ultra locus

Hoc enim cōsilium causa opum, & diuitiarum, vel propter auaritiam.

Quod D. Hieronymus verterat conuenienter Hebraeae lectioni: Omnes mensa repleta sunt vomitu, quo significabatur, quod ait CHRYSOS. in 4. cap. Matthaei homilia. 3. Iudaeos maxima incurrisse mala, quod comestationibus diluebant, & luxuriabantur. Lxx seniores interpretantur sic. hoc consilium occidendi Christum, fuit causa opum & diuitiarum vt conuiuarentur & epularentur lautissimè, erant enim diuites & opulenti, crapulabantur, helluabantur, perdere illas opes noluerunt, & ideo occiderunt Dominum, ne venientes Romani eos expoliarent diuitijs. Signum enim opulentiae est, agitare conuiuia, porro in conuiujs moris erat, postquam stomachum cibus & vino distendissent, vomere vt rursus biberent, vt est apud Satyricum — Nouerat ille Luxuriam imperij veterem noctesq; Neronis iam medias aliamq; famem. Et rursus vomit & bibit. Quod verba propheta significant: sordiu, ita vt non esset vltra locus.

D. HIERONYMVS.

Quem docebit scientiam? et quem intelligere faciet auditum? ab lactatos à lacte, auulsos ab vberibus.

LECTIO Hebraea est *את מי יורה דעה*. Id est, Quem docebit scientiam? sed pro *דעה*, mutata vna litera Lxx seniores dixerunt *דעה*, mutato *ה*, in *ג*. Cui annunciamus mala? & cui annunciamus nuncium. vel, Cui euangelizabimus euangelium? nam Lxx seniores *אנונימוס*, & euangelizo, pro eodè accipiunt. Senius ergo est: Cum Iudaei pleni sunt crapula, quem ergo Christum veniens (de quo sermo est) docebit euangelij doctrinam? quem imbuet auditu mysteriorum caelestium? quem docebit sempiternas poenas, quae expectant malos? & ipse Dominus sibi respondet, docturum se eos, quos perfectos ipse sit facturus, dato Spiritu sancto, & quos est abducturus à lacte legis veteris. CYRILL. Ipse vniuersorum Deus sanctos appellat ab lactatos à lacte, quod vocati ad fidem per agnitionem veritatis, tanquam abducti ab vberibus, & lacte legis veteris, prouecti sint in virum perfectum, & in mensuram aetatis plenitudinis Christi, & preparatis cordibus sint, suscepta praedicatione euangelicae legis, si ingruant afflictiones vt subeant omne discrimen forti animo, quia oculus non vidit, neq; auris audiuit, quae preparauit Dominus diligentibus se. CHRYSOS. in beatos Iob & Abraham. Ab lactatos à lacte, auulsos ab vberibus: ait Dominus à se docendos esse eos, inquam, qui subeant omne discrimen, etiam si expetant eos Sathan, ut excubret eos. Quandiu enim, inquit, imperfecti sumus, nobis parcitur: & quandiu lactamur, paternè fouemur: vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina subimus. quod ait Esaias, Ab lactati à lacte, auulsos ab vberibus. Et subiicit Chrysostomus, Non dixit ab lactati ab vberibus, sed auulsos: coguntur enim fideles, vt recedant à lactendo, vt eant per omne discrimen. AMBROSIUS in psalmum 118. in illa verba: Anticipaui in maturitate, & clamaui: cum citasset haec verba Esaias, subiunxit, ab lactatos & auulsos ab vberibus loquebatur, hoc est, ad eos qui prima infantiae alimenta transissent, cibo iam habiles fortiori. Exemplo sit quod ab lactatus Isaac patriarcha, tantus euaserit, vt adhuc inter rudimenta primae aetatis positus, nequaquam gladium percussuri patris horruerit. Plures filios habuit Abraham, nullum ab lactauit alium, sed in hoc solo legitur fecisse epulum magnum, & benè magnum, quia typus erat eius quem semper epulantur corda iustorum.

D. HIERONYMVS.

Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.

LONGÈ secùs hunc locum legit & intellexit D. Hieron. quàm Lxx viri. Priùs enodamus interpretatione D. Hieronymi. Scias, oportet, Iudaeos quosdà olim cū derisu & sublatione, & contemptu excipere solitos prophetarum vaticinia, & solitos imitari prophetarū dicta per

LXX VIRI.

Cui annunciamus mala? & cui annunciamus nuncium? ab lactati à lacte, abstracti ab vberibus.

LXX VIRI.

Tribulationem super tribulatione, expecta spem super spem, adhuc parum, adhuc parum.

Aperethopœiam, quae est relatio dictorum alienorum cum derisu. Quin quod prophetae initio sermonis dicere solebant, va iomar icoua, id est, & dixit Deus, appellabant ipsos prophetas, quoties cū eis congredi contingeret, va iomar per deridiculum. i. & ait Dñs. Vnde Hieremias non poterat ferre contumeliam, quod pueri & senes, viri & foeminae, per vias cū ei fierent obuiam, per derisum eum appellabant va iomar. i. & dixit Deus, & cum ludibrio habebant, & cum ioco & cachinno, vt ceritum & insanum, pueri insectabantur per vias, & cū Hieremias detulisset ad Dominum querimonias, Dominus grauius minatus est his qui Hieremias post illa illuderent. Cū ergo prophetae mandabant aliquid populo verbis Domini, contemnebat populus illorum dicta: si rursus aliud imperarent, conuiuabant ad ea quae prophetae dicerent. Si prophetae pergerent verbis Domini imperare aliquid, cum cachinno & derisu dicebant: Manda remanda, manda remanda, quasi dicerent, Deum nihil aliud quàm mandare & imponere onera, & nullam mercedem tot laborum reddere, nec veteribus patribus promissa exfoluere, si prophetae eos expectare iuberent, & post aliquot annos rursus expectare imperarent, & postea post modicum dicerent tempus Christum venturum, expectarent paululum, iam veluti defessi expectando, si pergerent prophetae iubere illos expectare, & iam parum temporis expectandum esse dicerent, dicebant cum derisu prophetarum & promissorum Dei, Expecta reexpecta, expecta reexpecta, quasi dicerent, Dominum nihil aliud quàm iubere eos expectare, & dicere, modicum ibi expectandum esse, modicum rursus in alio expectandum esse, nec reddere promissa, nec solum Deo fidem non habebant, sed prophetas risu & cachinno prosequabantur, vt insanos irridebant, quoties verbis Domini eos alloqui volebant, aded vt neget Dominus se missurum prophetas, sed legem euangelicam, & exclusurum Iudaeos, quod verbis sequentibus dicit in alijs linguis, & alijs labris loquar populo huic, quando iam prophetas per derisum audiunt, & ne dicant me illos iuberi expectare, nec complere promissa. Et ideo in captiuitate Babylonica misit prophetas, Daniëlem, & Ezechielem: statim post captiuitatem Babylonicam, Aggaeum & alios, vt aedificaretur templum & vrbs, postea nullos vsque ad Domini aduentum. Et si rectè excutias historiam Maccabæorum, reperis vastitatem illam ab Antiocho, permissu Domini, importatam templo, & Hierosolymis, & vrbibus Iudææ, quod Iudaei innumerabiles nō solum defecissent à lege Dñi ad idolatriam, & prophetarū vaticinia ridebant, sed instabant Antiocho, vt cogeret omnes Iudaeos deserere religionē, & ad idolorū cultū transire. Et si historiā euoluas, impulsu horum Iudaeorum impiorū, illa omnia mala Iudæis & templo Dñi importata sunt ab Antiocho, vnde iratus Dominus vastitatem illam permisit importari Iudæis, & postea cū poenarū fatis erat exhaustū, instaurauit & restituit omnia Iudæis per Maccabæos, quod notandum summopere est contra Iudaissantes, qui negant Iudaeos post captiuitatem Babylonicam coluisse, cū nunquam tantum post idola abierint, quantum post captiuitatem Babylonicam, cum magna pars Iudaeorum defecerit à lege Domini ad cultum idolorum, à regibus Macedonum enixè sapissimè petierit, vt delerent prorsus Iudaeorum legem, & templa, & cultum, & caeremonias. Nunc eo spectans ait, Ego promissa complebo, & simul his verbis causam reddit, cur reliquijs seruatis, Iudaeos perdat, quod riderent Dominum & prophetas, quos Dominus ad eos mitteret.

Lxx seniores aliam agnouere lectionem vna mutata littera. Ostendimus enim in disputatione de translationibus, documentum esse D. Hieronymi in praefatione in quatuor euangelia ad Damascum papam post interpretationem Lxx virorum, nihil in sacris litteris mutari, quod intelligi & deprehendi non possit, vt in codice Hispano, quem viri doctissimi centum abhinc annis Latine vertissent, quicquid immutatum esset, facile deprehendi posset ex translatione Latina: vt si legeretur (*un hombre Frances*) & lectio Latina praferret, hominem liberalem, facile intelligeres legisse doctos illos viros, qui librum Hispanum Latine vertissent (*un hombre franco*) & multis locis duplicem esse lectionem in codicibus Hebraeis est commonstratum. Ad hoc exemplum, cū Hebraicè legatur *לֹא לֹא לֹא לֹא*, sau la sau, sau la sau, id est, manda remanda, manda remanda, cū Lxx seniores reddiderint, tribulationem super tribulationem facile intelliget qui Hebraicè sciat, Lxx seniores non legisse, sau la sau, sed sar la sar, mutata vna littera in simillimam, *לֹא לֹא לֹא לֹא*, id est, tribulationem super tribulationem. Nam ex Epiphano & alijs veteribus patribus dictum est, quae geminata sunt in sacris litteris, solitos esse Septuaginta seniores sat habere dicere semel. Et ita pro, Expecta reexpecta, expecta reexpecta

expecta: sat habuere dicere, spem super spem. CYRILL. tribulationem super tribulationem, videtur interpretari, si tribulationes ingruant, subite omne discrimen forti animo, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Dominus diligentibus se. Sic ergo videtur hunc locum explanasse: Vos ablactati à lacte, auulsi ab ubere, tribulationem super tribulationem expectate. s. quia ait Dominus, Qui me sequitur, tollat crucem suam & ambulet: expecta tamen spem super spem, quia oculus non vidit, nec auris audiuit. CHRYSOS. in beatos Iob & Abraham interpretans hunc locum, ait Dominus, inquit, se docturum ablactatos à lacte, qui subeant omne discrimen, etiam si Sathan expetat eos excubare, vbi enim perfecti fuerimus, perfectorum certamen subimus. Ait enim Esaias: Ablactati à lacte, afflictionem super afflictionem suscipite, spem super spem. AMBROS. in psal. 118. in illa verba: Anticipans in maturitate, cum citasset hæc verba Esaiæ, Tribulationem super tribulationem, expecta spem super spem, eodem modo hunc locum explanat. THEOD. sic mihi videtur hunc locum intellexisse, O electi mei, ablactati à lacte putatis vos habituros religionem quæstui, vt principes sacerdotum, de quibus dictum est, omnes mensæ repletæ sunt vomitu, bibendus vobis potius calix est, quæ ego bibiturus sum, tribulatio post tribulationem est vobis excipienda, sed spes post spem est expectanda. i. maiora omni spe, Quia oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. quæ sententia mihi per placet, quod vt ait AVGVST. sermone. 93. Qui quis coniungitur Christo, non ad delicias sed ad prælum præparatur, quia omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patiuntur.

Contra eos qui docent sensum Iudeorum sensum esse literalem.

Contra eos qui affirmant Pagninū ueritatem ad Hebraicā, et magis adeo quam D. Hieron. fidelissimū ad ueritatē Hebraicā interpretes.

Iudæi hæc aliter vertunt, & interpretantur aliter, vt omnia. Putant enim huius loci hunc esse sensum, Tradere Iudæis oportet præceptum post præceptum, lineam post lineam, quia Iudæi sunt vt pueri, & ideo tanquam pueri docendi sunt lineam post lineam, præceptum post præceptum. Sic Vatablus hunc locum explanat, & Isidorus Clarius, ex Rabi Abraham, & rabi David, vt discas ex Thesauro linguæ sanctæ in dictione, quaua. I nunc, & sententiam Iudæorum cum Iudaizantibus, sensum dicito literalem. Nec scio cur nostris libeat Iudæos, relictis sacris doctoribus, habere duces, cum audierint, Cæci sunt, & duces cæcorum: & putant se magnum aliquid afferre, si Iudæorum nobis afferant deliria. Minus ferendus PAGNIN. est, qui sententiam Iudæorum textum sacrum facit. Sic enim hunc locum vertit, vt integrâ oratione adderet, quæ cogeret ita interpretari hunc locum, vt Iudæi nugantur: non solum enim vertit hunc locum vt Iudæi, qui pro, Manda remanda, manda remanda, &c. reddunt, præceptum post præceptum, præceptum post præceptum: linea post lineam, linea post lineam: parum ibi, parum ibi. sed à principio addidit de suo illa omnia. Nam vt mos est, pueris datur eis, vt tota oratio sit, Nam vt mos est, pueris datur eis præceptum post præceptum, præceptum post præceptum: linea post lineam, linea post lineam: parum ibi, parum ibi, vt sententia Iudæorum sit textus sacer, tot verbis partim additis, partim inuersis. Et sunt tamen, qui coronam, quæ cum multa laude inhæret in capite D. Hieronymi, interpretis ad ueritatem Hebraicam fidelissimi, ereptam de D. Hieronymi capite, Pagnino imponant, Pagninumque mentiantur magis ad ueritatem Hebraicam sacras ueritatis litteras quam D. Hieronymum, quum D. Hieronymus ueritatem Hebraicam Latinè fidelissimè expresserit, eamque ad lucem euangelicam nobis reddiderit explicatam. Pagninus sententiam Iudæorum textum facit sacrum, nam quam fideliter reddat lectionem Hebræam, indè discas, quod scripturæ sacræ multa uerba addit de suo, vt scripturam ad Iudæorum sensum, in plerisque inuitam, & reluctanter deflectat, quorum quædam hoc libro annotamus, vt indè nostri de cæteris coniecturam faciant. Neque enim omnia perfequi consilium est, ne in infinitum hoc uolumen excresecat. Quæ ed dixerim, ne quis ferat quod indignissimum est, D. Hieronymo detrahi titulum fidelissimi interpretis ad ueritatem Hebraicam, & Pagnino dari immeritò, atque adeò immeritissimò.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In loquela labij, in lingua altera loquetur ad populum hunc,

Per vitium labiorum, per linguam alteram, quia loquentur populo huic.

Volo prius Iudæorum sententiam, quam quidam ex nostris non dubitant contra D. Paulum amplecti & exoculari, transcurrere quanta maxima breuitate potero, & reflexe. Rabi David, & rabi Abraham sensum huius loci esse aiunt, adeò Iudæi sunt similes pueris, vt

Aris, vt propheta eos ore balbutienti debeat docere tanquam pueros. Ideo enim Iudæi superiora uerba, Manda remanda, &c. inuertunt (vt dictum est superiore commentario) vt huius loci sensum perturbent, & sententiam D. Pauli, qui hunc locum interpretatur, conuellant. Hos rabinos sequuntur PAGNIN. VATAB. CLARIVS, atque alij, quorum nomini bus parco. Sed alij minus audent, PAGNIN. cuius capiti imponit quidam coronam interpretis fidelissimi ad ueritatem Hebraicam, quæ hæserat usque adhuc, hærebitque semper multa cum laude in capite D. Hieronymi, sententiam Iudæorum, textum sacrum facit legitur enim Hebraicè, In loquela labij, & lingua altera loquetur, &c. Et inter nostros, & Iudæos est controuersia de supposito illius uerbi, loquetur, nam D. Paulus, Deus (ait) loquetur. Iudæi aiunt, loquetur (propheta scilicet) Nihil enim hic, aiunt Iudæi, de dono linguarum, de quo hunc locum interpretatur D. Paulus & Lxx seniores, sed de Iudæis; qui sunt pueris similes, quibus propheta loquetur ore balbutienti, vt pueros solemus alloqui, & ita eos docebit propheta, vt pueros balbutienti ore docemus. Hanc controuersiam inter D. Paulum, & Iudæos dirimit PAGNIN. secundum Iudæos litem dat, & ne posthac dubitationi relinquatur locus, sententiam Iudæorum facit textum sacrum, & sic hunc locum legit, Quia balbutientibus labijs, & lingua altera loquetur propheta ad populum istum, vbi reliqua ad Iudæorum præscriptum uertit, & dictionem illam, propheta, de suo addidit, cum dixit: Loquetur propheta, ne locus esset reliquus Pauli interpretationi. Et postea cum legatur Hebraicè, Cui dixit, hæc est requies mea, eademque controuersia esset de supposito illius uerbi (dixit) & D. Paulus ad Dominum referret: Iudæi ad prophetam, vt suam tueantur sententiam. Pagninus Paulum damnat, Iudæorum sententiam probat, neque id solum, id enim commune est illi cum Vatablo, & Clario, alijsque, sed uerbum addit scripturæ, vt Iudæorum sententiam textum sacrum faciat: nam quod Hebraicè legitur, Cui dixit, hæc est requies mea, uertit Pagninus: Ad quos dixit propheta, hæc est requies, ne iam controuersia relinquatur locus. Hoc non fecere olim, qui odio Christianorum accensi, appulere animum ad uertendas scripturas sacras Theodotion, Aquila, Symmachus & alij. Obscurarunt illi quidem uaticinia de Christo multa, vt docet D. Hieronymus, uerba scripturæ non addidit de suo: nemini unquam in literas sacras licuit tantum. Iam reliquus est locus inter nos & Iudæos controuersus, utrum uertenda hæc uerba prophetae sint: In loquela labij, uel, In alijs labijs, vt uertit D. Paulus, quod idem significat: an, Balbutientibus labijs: Iudæi, balbutientibus labijs uertunt nulla ratione. Reperies enim in Onomastico Hebræo Complutensi, nonnullos Iudæos fuisse, qui dictionem Hebræam אָבָר, laage, interpretarentur, balbutientibus, à uerbo אָבָר. i. balbus. Sed cum uerbum Hebræum, quod in propheta est, sit laag, i. subsanno, vt ipsi Iudæi interpretantur, quid affine est huic uerbo laag, cum hac dictione, ileg, vt eatur contra sententiam D. Pauli? quæ harum uocum laag, & ileg, uicinia est & affinitas: certè non minor hæc est impudentia, quàm si quis, lædet, Latinè, idem esse diceret quod, delet: ut perfrieta fronte repugnaret sententiæ aduersariorum, non rideret aduersarius? non tolleretur cachinnum? An non potius Dei, & hominum fidem ciret, quod tam ageret impudenter? ut cum scriptura præferat planè & apertè, delet, ipse interpretaretur, quasi legeretur, lædet: Qui minus facit impudenter, qui cum Hebraicè legatur laage, interpretatur, quasi legeretur alage? Faciunt hoc sanè Iudæi odio acerrimo induti, quo nos & nostra insectantur, quo corrumpere custodes, ne dicerent Christum resurrexisse, quo inire consilia aduersum Dominum, quum dixere: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit: illa aduersum Dominum moliri sunt ausi Iudæi, quid facturos illos putas aduersum nos & nostra? Nostrum uerò, quo animo hæc faciant, admirari satis nequeo. Si aliquando hoc uerbum, laag, significaret quod illi uolunt, tamen faciendum nullo pacto erat, vt à D. Pauli sententia discederent, fieri nullo pacto potest, vt laag, significet balbutire, & tamen impudenter aduersantur D. Paulo. Et in lexico suo hæc duo uerba confundit Pagninus, ut linguæ imperitis fucum faciat. Quo ergo hoc animo sit? quid hæc technæ petunt? prorsus nescio.

Rursum cū ERASMO contentio est, qui, quod D. Hieronymus hunc locum uerterit, In loquela labij, ait hunc locum expressum à Paulo, ita ut sensus magis ab eo redditus sit, quàm uerba. Et addit Erasmus, Lxx uiros longè secūs hunc locum esse interpretatos, quam lectio Hebræa præferat. Suspiciat hoc Erasmus, nam qui scire potuit hoc ita esse, Hebrææ lingue rudis, quod ipse fateatur? Nam prima elementa ait se primoribus labijs attigisse. Et D. PAUL. hunc locum ad uerbum reddidit, & Lxx uiri lectionem Hebræam fidelissimè uertere. Quauis eam

Refelluntur Iudæi et ueritas qui hoc loco aduersantur D. Paulo et scripturam uitiant.

Disceptatur inter nos et Iudæos.

à D. Paulo verbis discrepēt, re mirabiliter consentiunt. Quæ omnia vt ante oculos ponā, dicā A
 quod magnoperè aduertendum puto, quodque ipsi Iudaizantes fatentur, & manibus præhen
 di potest, Iudæos vbi inuertere diuina responsa potuere per exigua mutatione, nunquam ma
 leficio & impietate abstinuisse manum. Quod verissimè dictum esse, vel ex hoc Pauli loco di
 sces. Nā si præceptum D. Hieronymi adhibeas, quod præscripsit in præfatione super quatuor
 euangelia ad Damasum papam, posse nos ex tralatione Lxx virorum deprehendere, si quid im
 mutatum est in veteri testamento, in lectione Hebræa, cuius rei supra exemplum posuimus
 codicis Hispani peruetusti, qui centum abhinc annis redditus Latine esset à doctissimis Hispa
 niæ viris, cuius errata deprehendi facillè possent ex Latina versione: veluti si Hispano codice
 legeretur (lodo) quod versum Latine videres, aurum, facillè intelligeres in Hispano codice non
 (lodo) sed (oro) esse legendum. Si ergo documentum illud D. Hieronymi adhibeas, cum hoc lo
 co Hebræicè legi videas, laage. i. subfannantibus, & redditum à Lxx vides *διὰ φωνήων τῶν χιλιων*
 id est, per vitium & barbariem labiorum, si Hebræicè scias, facillè intelligas non laage, sed laa
 ze esse legendum, mutata tantum vna litterula à *יז*? verbo, vt significetur varietas linguarum.

Ex D. Pau
 lo et D. Hie
 rō. et Lxx
 viris depre
 hendi, Iu
 dæos hoc lo
 co vitasse
 scripturā.
 Doctores enim Hebræi docent hoc verbum significare, barbarè loqui, quod Lxx dixerunt, la
 biorum vitium, vel labiorum barbariem. Et vitium labiorum, aut barbariem labiorum appel
 lant Hebræi omnes linguas, quæ non essent lingua sancta, quod leges in Thefauro Pagnini, in
 dictione *יז*. Ait ergo Dominus se locuturum in barbarie linguarum ad Iudæos, quod Lxx
 edidit *διὰ φωνήων τῶν χιλιων*. i. per barbariè, & vitium labiorum, hoc est, per omnes linguas, vt sit
 idè cū illo Actor. cap. 2. Quomodo nos audimus linguam nostram in qua nati sumus, Parthi
 & Medi, & Aclamita, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, &
 Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Libyæ, & aduenæ Romani, Iudæi quo
 que & Profelyti, Cretes, & Arabes, audiuius eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Vi
 des quod Esaias dixit iuxta tralationem Lxx virorum, se locuturum ad Iudæos per vitium aut
 per barbariem labiorum completum esse. 2. Actor. cap. cum tot gentes barbaræ apostolos au
 diunt loquentes magnalia Dei, suis proprijs ipsarum gentium barbararum linguis. Et quod ec
 clesia transibat ad nationes, exclusis Iudæis: hoc idem vrbanius Paulus dixit, in labijs alijs, & in
 lingua altera, in alijs labijs, omnibus. s. alijs ab Hebræa lingua, quem secutus D. Hieronymus C
 edidit eodem sensu. In loquela alia. Vides Iudæos vt tantum hoc obscurarent mysterium, v
 nam tantum litteram immutasse, idque fateatur quiuis necesse esse, quod documento illo D.
 Hieronymi manibus deprehenditur ex tralatione D. Pauli, & D. Hieronymi, & Lxx virorum.
 Quod tamen D. Hierony. & Lxx viri dixerunt in lingua altera, vel per linguam alteram He
 brææ lectioni congruenter, D. Paulus vertit, in labijs alijs, vel in labijs aliorum, perspicuitatis
 causa: vel vt significaret D. Paulus labra aliorum hominum. i. alios homines ex alijs nationi
 bus, luce euangelij recepta, varijs linguis docturos esse ipsam Iudæorum nationem. Erāt enim
 Iudæi misti alijs nationibus, & Græcam, & alias linguas intelligebant, vt significetur hoc lo
 loco, donum linguarum dandum apostolis & fidelibus: & Iudæos docendos ab apostolis &
 à prædicatoribus verbi, ex alijs nationibus alijs linguis: & quod controuersia erat futura in
 ter nos & Iudæos, de supposito illius verbi loquetur. Paulus hanc controuersiam sustulit, qui
 Dominum induxit loquentem. Lxx viri vertere, Loquentur, vt referas ad apostolos, ita D.
 Paulus, D. Hieronymus, & Lxx seniores eodem modo verterunt, nisi discrepare dicas D. Pau
 lum à lectione Hebræa, quod ea quæ obscurè dicta erant, dixit dilucidè, & planè, & suo mune D
 re est functus, qui doctor ecclesiæ est, vt nos doceret. An Hebræi cum docent laaz, significare
 barbarè loqui, aliud docent quam quod Lxx viri, qui reddiderunt hoc verbum, per vitium aut
 barbariem labiorum? rursum cum Hebræi addunt per barbariem labij loqui, nihil aliud esse
 quàm loqui alijs omnibus linguis, præter linguam sanctam, aliter interpretantur quàm D.
 Paulus cum reddidit, in alijs labris, & quàm D. Hieronymus, in loquela labij. i. in alijs omni
 bus linguis? Nam de cæteris iam dictum est.

Iam ad huius loci interpretationem veniendum est, quem sic interpretatur CHRYS. in de
 monstratione, quod Christus sit Deus tomo 5. Quomodo dicet quispiam, attraxere apostoli
 tot nationes, qui non nisi vnam linguarum habebant, nempe Iudaicam? quomodo Scythæ, &
 Indum, & Sauromatam, & Thracem docebant? acceperant à spiritu sancto gratis multiuergū
 dona linguarum, & hoc quoque non apostoli solum dicunt, sed & prophetæ simul, duo hæc
 declarantes, s. quod varietatem linguarum acceperint apostoli, & quod nec hoc, quod at
 traxit

Iudæos to
 to orbe di
 spersos, o
 mnium fe
 rē urbium
 bonā occu
 passe parit
 ex Iosepho
 Iud. antiq.
 li. 14. c. 12.
 Origemis
 præceptum
 Apostolos
 obscura di
 cere plani
 et aperti?

A traxit omnes gentes, attraxerit Iudæos. In varijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic,
 & nec sic exaudient me dicit Dominus. Quid hoc manifestius vidit aliquis? Hæc Chrysofosto
 mus, Nihil hoc oraculo manifestius ait Chrysofostomus, nihil dici posse magis perspicuum. & ta
 men Iudæi cæci non vident. Quid miremur Iudæos? nostri quidam non vident. CYRILL. idè
 esse hoc cum illo astorum ait, Et ecce factus est de cælo sonitus, & postea conspectæ sunt illis
 diuiduæ linguæ, & coeperunt loqui varijs linguis. TER TVLL. aduersus Marcionem lib. 5. ait
 charisma linguarum hoc vaticinio esse promissum. GREG. Nazianz. in sanctam Penteco
 sten hunc locum explanat de dono linguarū, vnde notatu digna petes, si voles, quibus super
 sedeo, ne tædium pariam. Tam planum est hoc testimonium de dono linguarum vt interpre
 tes Pauli manifestius putent, quam quod interpretentur, & nisi legas attente sequentia & præ
 sentia vix in ipsis intelliges huius loci interpretationem. D. AMBROS. duobus modis hūc lo
 cum explanat, vel quod in alijs linguis & in alijs labijs loqui, sit nouum testamentum prædi
 care vt sit sicut illud Hieremiæ: Consummabo domui Iuda testamentum nouum, non secun
 dum quod disposui patribus illorum, hoc est immutata ratione loqui aliter, quam se legis ve
 teris verba habeant, dum audiunt sabbatum solui, neomenias euacuari, circuncisionem cessa
 re, immutari sacrificia, escas prohibitas licere edere, Christum Deū de Deo fateri, hoc est, alijs
 linguis & labijs alijs loqui. Vel potest intelligi, inquit AMBROS. vt quia multi Iudæorum ma
 leuoli erant, propterea dignum nõ erat his plane & aperte loqui euangeliū sed vt in parabolis
 loqueretur ad eos, vt intelligentes propter suam malitiam sibi non reuelari, se corrigerent, vt
 mereretur plane & aperte audire verba Dei. Sed quomodo hæc Ambrosij sententia congruat
 cum Pauli epistola non satis video, nisi velis dicere significari verbis prophetæ hæc quæ Am
 brosius putat & quæ supra diximus. Quæ superior sententia videtur esse veterum patrum.

Hic exoritur rursus ingens illa dubitatio cur D. Paulus cum illa verba citat Esaiam, Quoniã
 in linguis alijs, & labris alijs loquar populo huic, addiderit, Et neque sic exaudient me dicit
 Dominus, quod ERAS. negat apud Hebræos haberi, aut apud Græcos interpretes. Nā quod
 ipse Erasmus subiicit, aliquanto post sequi in vaticinio, & noluerunt audire, nulla excusatio
 est, quod de vno vaticinio Esaias dixit, si D. Paulus testetur Esaiam dixisse de altero, cū Esaias
 multa & diuersa vno vaticinio dicat. An dicemus Paulum hallucinatum esse, & cum Esaias di
 xerit de vna re non credituros Iudæos, affirmasse Paulum, Esaiam hic de re alia logeque diuer
 sa dixisse? An quod Esaias de vno dixit vaticinio D. Paulus testetur Esaiam dixisse de altero? præ
 fertim cum addat, Dixit Dominus omnipotens. quod de sequenti vaticinio dixisse videtur
 Esaias. An hæc verba addiderit Paulus de suo, & horum verborum Esaiam citauerit testè, cum
 nihil tale reperiat apud Esaiam? quæ res fecit vt Erasmus addubitarit, num aliud de hoc fue
 rit sumptum testimonium, significaueritque hunc eundem scrupulum fuisse D. Hieronymo?
 Hic nodus dissolui facillè potest, si ostenderimus hoc vaticinium. In loquela labij, & lingua al
 tera loquetur ad populum istum, cui dixit, hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meū
 refrigerium, & noluerunt audire, si ostenderimus, inquam, hoc vaticinium totum, vnus esse
 sententiæ, & adhibuerimus Canonem illum scripturæ, quem præscribit ORIG. in Ioannem
 tom. 7. de illo loco Esaiæ disputans: Vox clamantis in deserto, &c. apostolos & euangelistas
 cum citant prophetica loca, breuitatis causa solere refecare, & omittere media, quod ostendit
 etiam solitos facere, perspicuitatis causa, vt interpretentur scripturas, cuius rei meminit etiam
 D. ORIG. in cap. 9. epist. Pauli ad Roman. in finem cap. qua de re sæpè & pluribus dictum, dicen
 dumque est. Faciunt enim frequentissimè hoc & apostoli & euangelistæ in testimonijs scriptu
 ræ quæ citant, factumque hoc ostendimus supra perspicuitatis causa, vt aperiant scripturarum
 sensum, quod hoc loco Paulus fecisse planum est: ostendit enim vnus sententiæ esse totum
 hoc vaticinium, quod dixi, cum omisit media, & clausulam vaticinij principio coniunxit, nã
 si diuersa vaticinia essent, quod ad vnū vaticiniū pertineret, nunquã retulisset Paulus ad aliud,
 esset enim mendacium si diceretur Esaiam dixisse in vno vaticinio, quod non in illo vaticinio
 dixit sed in altero: Cum vero totum sit vnus sententiæ, vt iam ostendemus potuit media omit
 tere, quod facere sæpè solet, vt nos doceret totum hoc ad vnam sententiam pertinere. Et pro,
 Noluerunt audire, dixit neque sic exaudient me. Et quod est apud Esaiam: Cui dixit, statim post
 illud, In loquela labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum, Hebræicè est: Qui dixit
 ipsis. i. qui Deus dixit ipsis Iudæis, breuitatis causa, D. Hieronymus vertit, Cui dixit: quod præ
 cefferat populus, vt esset, cui populo dixit (supple Deus) Pro hoc Paulus, dixit, ait, Dominus
 omnipo-

Quæstio
 nõ nota.

Canon.

Capitulum.

Quomodo apostoli et euangeli-
ste scripturae testi-
monia citent.

Translatio
Lxx nobis
ab aposto-
lis et euangeli-
stis com-
mendata.

omnipotens, quod hunc quoque canonem praescribit ORIG. eodem 7. tomo in Ioannem, so-
lere apostolos mutare voces obscuras in planiores, & dilucidiores. Quod vero Erasmus ex D.
Hieronymo notat, D. Paulum hoc testimonium vertisse ex Hebraeo, neque citasse tralatione
Lxx virorum, id ita est neque D. Hieronymus solum, sed & ORIG. in cap. II. epistolae ad Ro-
manos, docet apostolos, & euangelistas ferè citare tralationem Lxx virorum, interim nõ mo-
rari tralationem Lxx virorum, nec Hebraeam lectionem, sed scripturarum sensa suis verbis ex-
plicare, quod hoc loco D. Paulum fecisse ostendimus: vbi immutatus ordo quoque est, nam
quod post initium erat, Qui dixit ipsis, qui. f. Deus dixit ipsis: non solum Paulus postremum
ordine fecit, sed verbis immutatis sententiã expresit, cū pro illo dixit: Ait Dñs omnipotens.
Sed hoc contra Lxx viros non est, non magis quam contra Hebraeam lectionem, cū neque Grae-
ca verba, neque Hebraea euangelistae & apostoli curent aliquãdo, dum sacros sensus explicet.
Quin ego diuino consilio factum puto, vt non semper apostoli citent testimonia scripturae iux-
ta tralationem Lxx virorum, ne videantur eam citare, quod Graecè conscripta esset & quod
ita esset omnibus gentibus ad manum, quibus eo tempore Graeca lingua cõmunis erat, & non
quod tantae auctoritatis esset, vt digna esset, quam apostoli citarent, & euangelistae: quasi vero
spiritus sanctus, qui in ipsis loquebatur aut temporũ causã, aut rei alterius, suae ecclesiae auctor
esse posset errandi, nõ solum in testimonijs, quae citat iuxta tralationem Lxx virorũ, sed quod
dum citat spiritus sanctus testimonia scripturae iuxta tralatione Lxx virorum, facit tralatione
Lxx virorum suae ecclesiae commendatissimam, & eam ecclesiae catholicae tradit sequendam.
Nam quod aiunt D. Lucam eam citare, quod Graecè sciret, non Hebraicè, valeret id argumen-
tũ, si in D. Luca nõ loqueretur spiritus sanctus: Spiritus sanctus in D. Luca loquitur, errare igitur
nõ potest. Valeret id argumentũ, si solus Lucas eam citaret spiritus sancti expers, citat eã
oēs apostoli, & euangelistae, quae reliqua ergo est dubitatio? Nota tamen factas à D. Paulo para-
phrasis, ne mirere Lxx viros qui faciunt saepe paraphrasis scripturae, sed quas citent aposto-
li, & euangelistae. Et illud aduerte imperatores ipsos vt 10. ad Nicomachum docet Aristote-
les, magis factis & exemplis docere suos milites, quid faciendum, sit quam verbis. Aposto-
li ergo & euangelistae ecclesiae triumphales duces, quum translationem Lxx citant ferè nobis
sunt auctores, vt eam sequamur, & admiremur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cui dixit, hac est requies mea, reficite
lassum, & hoc est meum refrigerium,
& noluerunt audire.

Dicentes ipsi hac requies esurien-
ti, & haec contritio, & noluerunt
audire.

Diximus D. Paulum, cum hoc citauit testimonium, omisisse media, & clausulam huius
vaticinij, quae est, Noluerunt audire, coniunxisse cum principio, vt haec cum superioribus
vnius sententiae ostenderet esse, vt esset sensus, magno, & horrèdo illo miraculo, quod Do-
minus edidit per apostolos suos, cum varijs loquebantur linguis, dixisse gentibus & Iudaeis
Christum esse suam illam requiem, quam daturum se promiserat hominibus, & monuisse, vt
reficerent lassum, qui dicebat, Vulpes foueas habent, filius hominis non habet, quod caput suũ
reclinat. Et dicebat illo tanto miraculo edito, hic est meum refrigerium, hic Christus in qua
est meum refrigerium, quod toties pollicitus sum per prophetas me daturum vobis. Et cum
hoc dicerem, & tam admirando miraculo testarer verum esse, gentes, & nationes crediderunt,
Iudaei noluerunt audire. Ergo translatio D. Hierony. sic explanabitur. In loquela labij diuersa
f. ab Hebraea & in alijs linguis ab Hebraea videlicet omnibus loquetur Dominus populo huic,
populo Iudeorum, cui dixit Deus. illo tanto miraculo edito, haec est requies mea, hic Chri-
stus quem vos affecistis cruce: est requies mea, qui dicebat vobis. Venite ad me omnes qui la-
boratis, inuenietis requiem animabus vestris: Reficite lassum, recreate eum, refectio enim eius
est vt credatis & fiat patris æterni voluntas, hoc est meũ refrigeriũ, hic Christus est meũ illud re-
frigerium, quod vobis toties sum pollicitus & noluerunt audire. Quod autem Dominus mi-
raculis loquatur hæc, & huc spectarit hoc ingens miraculum vt Dominus nouam legem indu-
ceret, & Christum recipiendum diceret, discas ex CHRYSOS. in Matthaei cap. 4. homilia 14.
vbi docet, Deum consueisse facere signa quando introducit nouam politiam. Et demonstra-
tione quod Christus sit Deus, nos docet, Dominum hoc miraculo ingenti de dono linguarũ
attraxisse

A attraxisse omnes gentes ad fidem. Hoc ergo miraculo docuit Christũ recipiendum vt dixi-
mus. Solet enim Dominus ante doctrinã præmittere signa, vt idem CHRYSOS. docet in eius-
dem Matthaei cap. 5. homilia 15. in illa verba, Beati qui iugèt, quod facere solet Dominus quũ
docet aliquid, quod est supra mentis humanae captũ, quodq; hoc loco fit, cum docetur Chri-
stum esse requiem animarũ, quod esse non posset, nisi Deus esset, solus enim Deus est requies
& quies animorum, quod non solum theologi docet, sed & philosophi. Hæc igitur res tanta
docenda erat magno miraculo, quod & factũ est, Lxx viri sic quoque hæc intellexisse viden-
tur, qui dixere *επι διαφρασημα εν γλωσση, δια γλωσσης ετραχασ λαλησσει τα λαλη ταυτα*, sic enim trãspõsita illa vo-
cula *επι*, legendum est ex B. Paulo & ex lectione Hebraea. i. Quia per vitium labiorum, per lin-
guam alteram loquentur populo huic apostoli. f. dicentes ei, quibus verbis declarant Lxx
viri quod dictum est supra vnius sententiã hæc esse omnia, declarant enim quid apostoli ma-
gno illo miraculo edocti linguas omnes, cum super eos spiritus sanctus descenderit, locuti fue-
runt ad Iudaeos & quid illo magno miraculo facere voluerit Deus, quid ergo dicent? hæc re-
quies esurienti. i. vos õ Iudaei qui vocati estis à Dño illis verbis, Venite ad me qui esuritis ego
reficiam vos, & venire nolulistis, venite tandem, hic Christus enim vera requies est, his qui esu-
riunt. Nam vel Plato te docebit in lib. de rebus, solum Deum esurientes vere saturare, & hæc
contritio. i. hic etiam Christus est lapis offensionis & petra scandali infidelibus. Hoc pleni spi-
ritu. f. dicebant apostoli & hoc illo ingenti miraculo dixit Deus & noluerunt audire. Quod
D. Hieronymus, reddidit, Reficite Hebraicè est, *רפיקו*, reficite, septuaginta videtur legisse vna
littera minus, *רפיק*, ad faciendum requiescere vel ad reficiendum, *רפיק*, lassum vel esurientẽ
vt sit ad reficiendum esurientes, quos Dominus impleuit bonis & diuites dimisit inanes. Lxx
viri breuitatis causa dixere hæc est requies esurienti, postea, *רפיקו*: refrigerium est & contri-
tio à verbo, *רפיק*, scindo & cõtero vt dici posset comodissime Christũ esse lapidẽ offensionis,
& petram scandali infidelibus, quod ait D. Petrus, quodque est actorum cap. 2.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erit eis verbũ Dñi, mada remada,
C mandare mada, expecta reexpecta, ex-
pecta reexpecta, modicum ibi, modicum i-
bi, vt vadat, et cadat retrorsum, et cõ-
teratur, & illaqueentur et capiantur.

Et erit eis sermo Dei, tribulatio su-
per tribulationem, spes super spẽ,
adhuc parum, adhuc parum, vt va-
dant & cadant in retrò, vt periclitẽ-
tur & conterantur, & capiantur.

Dictum est supra quomodo hæc vtraque tralatio congruat cum lectione Hebraea, quae
hoc loco eisdem verbis & eodẽ ordine repetitur. Tralationis D. Hieronymi hic sensus
esse videtur. Quod vt supra dictum est, ridebant prophetas Iudaei, & si quid verbis Dñi man-
darent prophetae Iudaei dicebant, manda remanda, manda remada. i. nihil aliud dominus quã
mandat hæc & illa dicit Dominus vos nihil aliud quam mandatis & rursum mandatis, & est
morata oratio qualis in mores receptissima apud Hispanos est, ait ergo, Dñs peracta œcono-
mia redemptionis subuertendas vrbes Iudae & omnes, subuertenda Hierosolyma, & cum Hiero-
solymite malis obruti petierint à Deo opem, & fame, peste, seditionibus, Tyrannorum, Ro-
manorũ bello presis simul petat liberari fame, petant liberari peste, seditionibus, Romanorũ
armis, dicturũ se quoq; Manda remanda, manda remanda. i. nil aliud quã mandatis, nullus man-
dandi finis, & quia quoties Dñs aliquid polliceretur de Christo, de promissis, quae facta erant
veteribus patribus dicebant Iudaei, millies facta illa promissa, nec compleri vnquã, si diceret
prophetae expectarent paululũ, post hoc, aut illud, quod prius futurum esset, expectandum
paululũ, statim esse complendum, per derisum (de quo supra dixi) dicebant, expecta re-
pecta modicum ibi, modicum ibi, Itidem facturum ait Dominus, in malis Iudaeorum, si pro-
mitterent emendationem vitæ & peterent se expectari modicum, responsurum Dominum
etiam per derisum, expecta reexpecta, expecta, reexpecta. i. nihil aliud quam petitis vt expe-
ctem vos modicum post hæc mala, si vos libero, & modicum post illa, nec finem peccandi fa-
citis, & hæc se Dominus ait dicturum vt poenas luant tam immanis facinoris, quod admiserit
in Christum & capiantur à Romanis & funditus deleantur. Tralationis Lxx virorũ CYRILL.
hunc putat esse sensum, vos õ apostoli prædicatẽ Iudaeis, vt credat Christõ & persecutionem
pro Chri-

pro Christo patientur, quod si non credent peribunt, cadent, illaqueabuntur, vt fit, & erit eis A sermo apostolorum, tribulationem super tribulationem esse patiendam pro Christo, quod spes sit super spem .i. supra quam quis possit sperare, quod quæ oculus non vidit nec auris audiuit bonos expectant præmia. Modicum ibi, modicum ibi, quod tempus est breue, vt cadant & conerantur, quæ res futura est occasio ruinæ Iudæorum. Quod enim Iudæis diceretur illud Domini, Tolle crucem tuam, & sequere me, & quod videbāt quæ mala fideles pateretur pro Christo, spoliati bonis omnibus, & per omnia tracti cruciamenta, perstabant in impietate sua. Nam multi intelligebant, quod Iosephum diximus sensisse, & scripsisse, ne tamen sua bona amitterent & deicerentur fastigio diuitiarum & dignitatum, perstiterunt in Iudaismo, & ita prorsus perire postea armis Romanorum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Hierusalem.

Propter hoc audite verbum Domini viri tribulati, & principes populi huius, in Hierusalem.

Hebraicè est יצוהו אש, quod verti potest, viri derisionis, & ita D. Hieronymus reddidit, viri derisores, qui derisores prophetarum eratis. Lxx reddere, viri tribulati, quod viros derisionis interpretentur, viros deridēdos, afflictos, miseros, qui pro deridiculo eritis omnibus nationibus, quod est apud Ezechielem cap. 22. Audite ergo Scribæ & pharisæi verbum Domini.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dixistis enim percussimus fœdus cum morte & cū inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum transierit non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

Quia dixistis, fecimus testamentum cum inferno, & cum morte fecimus pactum, tempestas irruēs si pertransierit, non veniet nobis: posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protegemur.

Adem dicit propheta hoc loco, quæ dicuntur apud Ezechielem cap. 12. & apud Hier. cap. 5. vbi Iudæi prophetis fidem non habent, vbi prouerbum inter Iudæos erat, procratunatio rerum sit subinde, neque quæ præsignificata sunt mala, venient vnquam, neque quæ promissa bona. & prophetarum dicta rursu excipiebant: addebant & illud, etiā si venerint mala quæ minatur Dominus, ad nos nō pertinent, quia prius morte finiemur, quā mala ingruāt. Hoc enim significat Esaias cum dicit: Percussimus fœdus cum morte. i. pacti sumus cum morte: & cum inferno pactum fecimus, vt prius de medio nos tollant quam veniant mala quæ minatur Dominus. Cum flagellum inundans. i. cum tempestas malorum irruet magno impetu vt flagellet Iudæos, non veniet nobis, non opprimet nos, quia posuimus mendacium spem nostram. i. quia spes nostræ cassæ, & vanæ sunt, Dei promissa nos sunt frustrata, mendacio quoque volumus defendi. i. hac nostra opinione, quam propheta mendacium appellat, quæ opinamur hæc mala, quæ Deus minatur, nunquam ventura, aut nos morituros priusquam illa veniant. PAGNIN. pergit addere verba scripturæ, nam pro: Cum inferno fecimus pactum, edidit, cum inferno fecimus pactum prophetæ.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Idcirco hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, preciosum, in fundamento fundatum.

Propter hoc sic dicit Dñs, Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem preciosum, electum, summan-gularem preciosum in fundamenta eius.

fundati fundamenti preciosum angularem probatum lapidem Sion in fundator ego Ecce
דבני יסד בצינן אבן ברוך פנת יקרת מוסד מוסד

ERAS-

ERASMVS. putat D. Petrum, qui hunc locum citat, vertisse hoc ex Hebræa lectione & nō reddidisse verba, sed expressisse sensa, neq; citasse hæc iuxta translationem Lxx virorum. Scias tamen D. Petrum fecisse, quod euangelistæ, & apostoli facere sæpè solent, vt supra diximus in proxima contentione cum Erasmo, vt omitteret media, dicat necessaria iuxta canonem scripturæ, quem dixi præscriptum ab ORIG. Si media omittas, vt omisit D. Petrus eadem ferre verba agnoscas, si Græca Græcis conferas in Lxx senioribus & in D. Petro, & in lectione Hebræa, nisi interesse putas quod Hebraicè est: Ecce ego fundabo, & in Lxx, Ecce ego immittam: in D. Petro, Ecce ego pono: reliqua omnia eadem agnoscas. Notat etiam idem Erasmus D. Paulum ad Romanos cap. 9. hunc locum citasse contextum ex duobus Esaiæ locis, ex cap. 8. vnde sumpsit illud. Lapidem offensionis, & petram scandali, & ex hoc cap. reliqua, quod verissimum est. Sumpsit enim ex hoc capite initium & finem, ex cap. 8. Esaiæ media. Sumunt enim apostoli ex scriptura, quæ necessaria sunt tantum ad ea de quibus sermo est, & ita D. Petrus media omisit, quod magnum contineret mysterium, longiore explicandum oratione, quod etiā in præceptis Dialecticis est, vt docet ARIST. 8. Topicon. & in sophisticis elenchis, vt si in disputatione alicuius problematis, incidat disputatio alterius problematis obscuri, eā vt mittamus, ne vtrūque altero perturbetur, & neutra explicetur disputatio. Quod omisit D. Petrus loco citato, explicat D. Paulus ad Corinthios 1. cap. 3. & postea ad Rom. cap. 9. hunc locum cum altero Esaiæ loco contexat vt diximus, vt vnum locum paraphrasi alterius explicet, & vtroque loco vnam, & eadem rem significari monstret. quasi diceret D. Paulus. Ecce pono in Sion lapidem angularem, electum, preciosum. i. lapidem illum offensionis, & petram illam scandalii, quam dixerat idem Esaias cap. 8. sic vtrunque locum miscuit, vt altero alteri lucem afferret, quod non semel facit D. Paulus sed sæpè. Lxx sen. faciunt frequentissimè, vt alia loca scripturæ, facta paraphrasi ex alijs scripturæ locis, interpretentur, quod eos recte facere, & diuinitus indè liquet, quod idem faciunt apostoli, & euangelistæ. Notandum etiam D. Paulū ad Rom. cap. 9. cum miscet hæc duo loca Esaiæ, facere, quod supra diximus: principium enim huius loci, & finem citat iuxta translationem Lxx. sen. ait enim: Ecce pono in Sion lapidem & omittit media reliqua, & loco illorum ponit verba Esaiæ cap. 8. & addit postremo finem huius loci, C. Omnis qui crediderit in eo non confundetur, vtrunque iuxta translationem Lxx virorum. Notandum præterea: quod D. Hieronymus vertit lapidem probatum: Lxx viros reddere duobus modis πολυτιμὸν ἐλεκτόν. i. pretiosum, electum. Explanant enim Lxx, veluti commentarij, quid sit lapis probatus, quod conuenienter Hebræa lectioni reddidit D. Hieronymus, quasi diceret, lapidem probatum. i. pretiosum, electum. D. Petrus qui hunc locum citat epistola 1. cap. 2. iuxta translationem Lxx ex his duabus interpretationibus Lxx virorum vnam delegit, scilicet electum. D. Paulus 1. ad Corinth. cap. 3. explanat ea sola verba, quæ D. Petrus hoc loco omisit, & declarat fundamentum illud spiritalis Sion, quod hoc loco ait Esaias Christum esse, fundamentum aliud, inquit, nemo potest ponere nisi Christum Iesum. THEODOR. Dicitur Christus lapis summangularis qui fecit vtraque vnum, qui in se populum gentium, & populum Israel coniunxit, & ex vtroque vnum populum fecit, & idem fundamentum est dictum, quod fundamentum aliud nullus potest ponere præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. CYRILL. angularem lapidem dictum esse Christum ait, qui per fidem vnam duos populos coniunxit, semper enim in angulis ædificiorum duo concurrunt parietes: cur autem Christus dictus sit lapis angularis, aut vt Græcè est apud Lxx, & apud D. Petrum, & D. Paulum ad Ephes. cap. 2. superangularis discas ex AVGVS. in Psalm. 94. in verba illa, Quonia ipse est mare, vbi multa de Christo & diuinitus disputat, & disputationem claudit hoc loco. & in psalm. 111. in principio vbi hunc locum mirabiliter enucleat. & in cap. 1. euang. Ioann. tract. 7. in fine. & ex CYPRIA. aduersus Iudæos lib. 2. cap. 15. & ex EVSEB. dem. euang. lib. 1. cap. 5. Qui plura volet legat interpretes DD. Petri, & Pauli in loca citata. EVSEBIVS demonstrationis euangelicæ lib. 1. cap. 5. hunc locum explanat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui crediderit, non festinet. Qui crediderit in eum non confundetur.

LXX viri pro commentario sunt translationi D. Hieronymi, sic enim eā interpretatur, Qui crediderit non festinet, qui crediderit in Christum lapidem illum summangularem non festinet, non festinabit cum adierit dies illa, dies ire, & amara valde, dum venerit iudicare Dominus se-

Euangelistæ & apostoli, cum citant loca scripturæ, omittunt media sæpè. Euangelistæ & apostoli citant vnum testimonium scripturæ ex duobus locis.

D. Petrus
& D. Paulus
citant
translationē
Lxx, ubi
commentariū
est potius
quam
trahatio.

minus seculum per ignem, non festinabit tunc metu trepidus, nam qui metu trepidant huc, & illuc circuncursant, quod est apud Virg. de apibus lib. 12. Ille intus trepidæ rerum per cærea castra Discurrent. Vbi Seruius, nescientes, inquit, quid agant, & ignaræ auxilij, sic qui crediderit in Christum cum adierit illa dies amara non festinabit, non discurret metu trepidus huc, & illuc, & ideo Lxx vertere, Qui crediderit in eum non confundetur: sunt enim Lxx commentarij, & paraphrastæ potius quam interpretes, & scis quam male hunc locum interpretentur Lxx sen. Citatur à D. Paulo hic locus iuxta hanc paraphrasim Lxx sen. ad Rom. cap. 9. & 10. & à D. Petro epistola 1. cap. 2. quod summo opere notandum est, scholium scripturæ & explanationem, pro scriptura sacra citari ab apostolis, tãta aut horitas Lxx virorum est, quod in disputatione de translationibus me ostensurum esse pollicitus sum ita ab apostolis fieri vt scholia Lxx sen. pro sacra scriptura citent, nisi velis verbum Hebræum, *וְיִשְׁרָאֵל*, quod Hieronymus vertit, Nō festinet, reddere, non sentiet, subaudi mala sempiterna, quæ Iudæos excipiet: nã *וְיִשְׁרָאֵל* Hebræi sensus appellant, sed hæc quoque explanatio scripturæ erit non trãslatio. THEOD. Hominū vāsanorū est & furentiū, quod Iudæi faciūt, qui contra Dei Iustitiã inaniter audent hæc de Ezechia rege dicta affirmare, vetat eĩ scriptura credere in hominē, hic iubet scriptura credere in hunc lapidē angularē: fatentur ergo Lxxii doctissimi Iudæi tot seculis ante Christi aduentū hunc lapidē angularem esse Christum & Christum esse Deum & beatos qui in eo crediderint. PAGNIN. sibi constat, addit verba scripturæ, quæ neque agnoscit, aut Græca aut Hebræa lectio, vt sensa Iudæorum pro textu sacro obrudat incautis. Nam pro eo, quod Hieronymus conuenienter Hebræa lectioni vertit: Qui crediderit, non festinet, seu non festinabit, reddidit ipse, Qui credit non festinet, vt videat hoc. Qui plura legere volet legat interpretes D. Petri & D. Pauli. Nota tamen CYRILLVM de incarnatione vnigeniti tomo 1. Concil. huic similibus locis, probare Christum esse Deum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et ponam in pondere iudicium & iustitiam in mensura.

Et ponam iudicium in spem: at misericordia mea in stateris.

Verbum Hebræum *מִשְׁכָּל*, significat lineam, quæ ponitur pro mensura vel pondere, vnde D. Hieronymus: Ponam in pondere iudicium. Quod GREG. Nazian. sic videtur explanare in oratione ad patrem tacetum. De Dei iustissimis iudicijs siue nos assequi mi me te possimus, siue mens nostra comprehendere non valeat immensam abyssum, quomodo Dei misericordia in stateris, iuxta sanctum Esaiam, tamē nullum bonum sine iudicio est, quantum videretur esse his qui in vinea Dñi laborauerant, quod nō intelligerent in inæqualitate æquabile, & ira pro modo peccatorum est quæ calix in manu Dñi dicitur, etiam si Dñs puniat citra condignū. Ergo hoc significare videntur verba illa, Ponam in pondere iudicium, ait enim se iudicaturum bonos & malos credentes Christo & non credentes pro modo meritorum aut delictorum, quod idem verbum Hebræum. *מִשְׁכָּל* spem significat, Lxx reddidit, Ponam iudiciū in spē, eodem sensu vt putat CYRILL. ponam in hoc lapide angulari de quo dictum est iudicium in spem credentium, dabo Christo iudicium, vt iudex sit viuorum & mortuorum, vel ponam iudicium. i. euangelium sic enim euangelium dicitur apud prophetas, in spem vitæ æternæ. & iustitiam in mensura idem alijs verbis repetitur. Tamen aduertat oportet semper Lxx viros nostram iustitiam, misericordiam nominare, quia gratia & misericordia Dei iustificamur, & merita nostra, dona Dei sunt, & misericordia, vt dū coronat merita nostra Deus, sua dona coronet. Misericordia ergo Domini in stateris quia pro vt quisque gessit in corpore retribuet Dominus vnicuique. GREG. Nazian. de misericordia in pauperes putat his verbis significari Dei misericordiam præstari nobis pro ratione & modo misericordiæ quam nos miseris præstiterimus, Nulla re iniquis magis rebus omnibus medetur Deus quam misericordia, quod nihil magis proprium Dei sit quam misericordia, quem misericordia & veritas antecedunt, etiam in eo cui ante iudicium impendenda misericordia est, nec misericordia Dei rependitur vlli rei magis quam misericordiæ, ab eo qui iuste omnia pensat & rependit BASIL. in psalm. 32. in illa verba, Si iniquitates obseruaueris Domine, putat his verbis Esaię significari misericordiam impertiendam à Deo, pro modo, & ratione meriti cuiusque: iudicium verò expertibus misericordiæ.

D. HIE.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et subuertet grando spem mendacij & protectionem aqua inundabunt, & delebitur foedus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem, quando cunque transierit tollet vos quonia manē diluculo pertransibit in die & in nocte.

Quod supra dixerat propheta, quosdã Iudæos mēdaceis putare prophetias, neque existimare ventura promissa bona patribus, neque mala quæ minaretur Deus infidelibus, quod si venirent se de pactos esse cū morte vt morerentur prius, quam mala illa venirent, &c. Respondit Deus misurū se Christum & promulgaturum euangelium, post hæc nunc ait irrogaturum pœnas Iudæis infidelibus, quæ morte vitare non poterunt. Grando ergo. i. vltima vastitas inuicta à Romanis, subuertet vestras spes mendaceis, qui putabatis vos morituros prius, & non visuros illa mala: Aqua. i. exercitus Romanorum inftar diluuij (sic enim supra appellauit exercitum cap. 8.) venientes inundabunt protectionem vestram, vestras spes, quibus vos defendebatis. Et delebitur foedus vestrum cū morte. i. non erit quod putabatis vos morituros priusquam venirent illa mala: & pactum vestrum cum inferno non stabit. i. non auferet vos mors, priusquam vos obruat hæc ruina malorum. Flagellum inundans, hæc calamitas quam pro flagello infliget vobis Deus, conculcabit vos, conteret vos. Quia manē pertransibit, opprimet vos nec opinanteis & imparatos, ducta metaphora ab ijs qui manē prima luce opprimuntur imparati, & ita factum esse discetis ex IOSEPHO. de bello Iudaico lib. 6. cap. vltimo, sed manē, & nocte. i. omni tēpore obruet vos hæc calamitas. Translatio Lxx virorum pro commentario est, qui pro ijs postremis dixerunt. Manē vos obruet tempestas, & in nocte erit spes mala. i. in horas ingrauescet hoc malum quoad funditus deleamini.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et tãtã modo sola vexatio intellectũ dabit auditui. Discite audire angustiatu.

Hoc ad verbum ex Hebræa lectione verti potest: Tantum modo sola commotio, aut sola trepidatio, aut vastatio intelligere faciet auditum, hæc enim significat hoc verbum *וְיִשְׁרָאֵל*, quod D. Hieronymus vertit vexatio. sensus est, malis coacti discetis o Iudæi obtemperare mihi cum videritis prophetias completas, terram vestram desertam, vos toto orbe dispersos, paulatim intrabit in ecclesiam vt sola vexatio. i. sola tribulatio malorum det intellectum auditui. i. quæ auditis à prophetis, faciat vt intelligatis prophetas. Sententiam reddidit Lxx. Discite audire angustiatu. i. pleni malis intelligetis completas prophetias, & discetis credere prophetis. Sic CYRILL. & THEOD. videntur hunc locum intellexisse. PAGN. verba addit de suo scripturæ & sententiam Iudæorū textum sacrum facit, qui sic reddit hæc: Et erit tantum pauor intelligere famam eorum quæ vobis contigerunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Coangustatum est enim stratum ita vt alter decidat, pallium breue vtrumque operire non potest.

Non possumus pugnare, ipsi autem infirmamur vt nos congregemur.

Videtur his verbis dici illud euāgelij: Nemo potest duobus Dominis seruire: id enim verba hæc significare videntur: Coangustatum est stratum. i. lectus meus est breuis ita vt alter decidat, id est, ita vt adulterum non capiat, ducta metaphora à lecto breui qui duos non capit, qua vtitur Dominus apud Ezechielem cap. 23. semper enim Dominus vastitatis, & exclusionis lu-

sonis Iudæorum subijcit cassam idolatriam, & auaritiam Iudæorum (vt dictum est) idem significat verba sequentia pallium breue, i. vestis stragula & lodix ipsa breuis est, & curta non potest tegere vtrunque, me, & mammona: me, & diabolum me, & mundum.

Lxx viri aliquanto secus lectionem Hebræam intellexisse videntur, Quod enim D. Hieronymus vertit coangustatum est stratum ita vt alter decidat, Hebraicè est מצר ומצור, Quoniam breue est stratum & arctum מצר ומצור, à superfluendo .i. ita vt non superfit, breue & arctum est stratum meum, vt non superfit, pro quo D. Hieronymus vertit, ita vt alter decidat .i. vt Deum & Zabulum capere non possit, vel Deum & mundum, Deum & mammonam. Quod vero hoc postremum verbum מצר ומצור, ex crescere significat atque adeo monstrose ex crescere & מצר ומצור, significet à monstrose ex crescendo, vt tota hæc oratio ad verbum reddenda sit arctum & breue est stratum meum à monstrose ex crescendo .i. breuius est stratum meum quam vt monstrose ex crescere possit. Quod enim maius monstrum quam vt Deum & Zabulum simul caperet, aut Deum & mundum, Deum & mammonam, lucem & tenebras? Lxx viri qui iuxta Canonem ab ORIG. præscriptum 7. tomo in Ioannem, orationes obscuras in magis dilucidas solent cõmutare: pro hoc dixere, Non possumus pugnare, vos mammona se qui vultis nec inde potestis abduci, & nemo potest duobus Dominis seruire, &c. Non posse autem, pro nolle accipi in scripturis docet AVGVS. in Ioann. tract. 53. interpretans illud, Non poterant credere, inolebant & GREG. cognomento Theologus oratione 2. de filio, & CHRYS. in illa verba octauæ capitis Ioannis, Quare loquelam meam non agnoscitis? & in c. 12. Ioan. in illa verba, Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam eius: Et mirabiliter in Matthæi cap. 20. in illa verba, Calicem quidè meum bibetis. Itaque verba illa Hebræa: Breue est stratum meum à monstrose super ex crescendo, vel breue est quam vt monstrose super ex crescat. i. breuius est stratum quam vt monstrose super ex crescat, & redemptos Christi sanguine, vt sint vnus populus Dei, qui synagoga Iudæorum continentur, & quos regeneratione spiritali peperit ecclesia catholica, & ideo delenda synagoga est, delenda est umbra postquam aduenit veritas. Verba inquam illa videntur Lxx interpretari, nõ possumus pugnare, quasi dicat Deus se prædicasse Iudæis, & misisse verbi prædicatores apostolos: post crucè Christi expectasse quadraginta annos, dũ Iudæi respicerent, Tantum aberat vt respicerent, vt multo magis Christo & fidelibus aduersarentur, ait Dñs, Non possumus pugnare vobiscũ, quia voluntate vestra est opus, delendi ergo estis quod stratum meum monstrose ex crescere non potest, vt capiat vna umbra & veritatè. Nam umbra venturũ Christũ significat, & nõ venisse euangelium venisse nunciat, veterum postremo ad iudicandum viuos & mortuos. Quod vero sequitur, Et pallium breue vtrunque operire non potest, Hebraicè est מצר ומצור, quæ verba reddere potes vt D. Hieron. vertit: & potes etiam sic, Et operimentũ meum angustia vel infirmitas tanquam ad colligendum. Nam מצר ומצור, maseca, operimentum esse, nemo inficiatur מצר ומצור, angustia est etiam Hieremiæ 4. angustiam vt puerperæ. Vulgatum est מצר ומצור, canas, esse Latine colligere & congregare. vt optime, tota hæc oratio reddi possit, operimentũ angustia, & infirmitas tanquã colligere. i. indutus sum infirmitate carnis, factus sum homo ad colligendũ vos, indutus sum carne, sic accipe vt accipiũt sancti. i. factus sum homo. Nam מצר ומצור, tanquã est, & veluti: Ergo pro lectione Hebræa, quæ reddi potest: Et operimentũ meũ angustia & defatigatio tanquã colligere. i. tanquã ad colligendũ vos, reddidit Lxx viri, מצר ומצור, & melius מצר ומצור, vt alij codices præferunt ipsi infirmamur causa colligendi vos. i. infirmitate carnis induti sumus, ait enim hoc verbum Deus factus homo. AVGVS. in cap. 4. Ioan. tractatu 15. interpretans illa verba, Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare te, sicut gallina congregat pullos suos (quæ verba euangelica his Esaiæ verbis iuxta tralationem Lxx significata videntur) inter aues inquit gallina sola infirmatur, ita vt matrem agnoscas etiam si pullos non videas, ita est alis dimissis, plumis hispida, voce rauca, sic ergo infirmus Iesus fatigatus ab itinere, iter enim ipse est caro pro nobis assumpta, infirmus in carne ne nos infirmemur, vt illius infirmitate fortes simus, nam infirmitas Christi nos facit fortes, quod à Christo infirmo in cruce, i. moriente fluxit omnis nostra salus. Expende hæc verba AVGVS. & verba Hebræa intelliges, si sic reddas vt voluere Lxx viri, Operimentum meum infirmitas, tanquam ad congregandum vos, & verba Lxx virorum, Ipsi infirmamur causa congregandi vos .i. quemadmodum gallinam videtis infirmam, voce rauca, plumis hispida, vt incubet oua, excludat pullos, excludos congreget, & nutriat, & foueat, ita me vidistis indutum infirmitate, i. carne

A i. carne factum hominem, pendentem in cruce, vt vos congregarem. Quo loco si conferas, iuxta Canonem scripturæ præscriptum ab August. versionem Lxx cum Hebræa lectione, intelliges dici hic Deum factum esse hominem, & passum pro nobis. Deus enim est qui hæc loquitur. Nec id dubium est, ideo enim propheta illud crebro reperit, Ait Dominus, vt Dominum intelligamus loquentem, qui tamen ait se indutum infirmitate, si Hebræam lectione iuxta Lxx veritas ad verbum. i. factum hominem ad congregandum nos.

Si translatio Lxx virorum cum Hebræa lectione conforset ex vtraque se sumeruas. Deus hoc loco dicitur homo factus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Sicut in monte diuisionum stabit Sicut circa montem impiorum confurget Dominus.

D istum est, Canonem interpretandæ scripturæ esse, quoties veteris testamenti citantur historiae, significari nobis historias illas, typos esse & umbras earum rerum, quas vaticinabatur illo loco propheta. Nam si miraculo partæ historie citantur, vt volunt Iudaizantes, cur hæc potius quàm illæ, nisi hæc, quarum meminit, ad id de quo agitur, pertinere viderentur? Meminit ergo hoc loco historiae, quæ scripta est 2. Reg. cap. 5. vbi Dauidi constabatur regnũ Israelis, & accepto Hierosolymis regno Israelis, tendit in Philistæos, qui aderant aduersum Dauidem maxima manu, quos fudit temporis momento Dauid, ita vt vix illorum vestigium comparuerit, & more dispersæ aquæ prorsus euauerint, qui typus temporum Christi est. Nã Dauid figuram Christi gessit, qui postquam reuixit gloriosus, Hierosolymis accepto regno & instaurato folio Dauidis dixit, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, huic Dauidi. Christo intulere bellum Philistæi, quos Lxx interpretatur alienigenas, quod filij alieni, Christo mentiuntur. i. Iudæi, qui se à Christo ab alienarunt, dispersit Philistæos Dauid, & mons vbi eos dispersit, dicitur mons dispersionis, quod ad imaginem aquæ dispersæ, euauere omnes alienigenæ. Delet Iudæos Dominus, & vniuersa Iudæa terra dispersionis est, quod post crucè Domini ad imaginem aquæ dispersæ, & solo susce euauerit è Iudæa, tẽporis momento omnis Iudæorum natio sub Vespasiano, & postea sub Adriano, & reliquæ sunt dispersæ toto orbe: Et mons ille à D. Hieron. dicitur mons dispersionis, à Lxx viris dicitur mons occisionum. 2. Reg. & verè Iudæa fuit mons occisionum: tanta enim in Iudæos edita strages est, quãta post homines natos in nullam nationem est edita. Hoc loco idem Lxx hunc eundem montem, nominauere montem impiorum (est enim Iudæa tota montosa) vt nos admonerent impiorum Iudæorum, & montium impiorum Iudæorum, vbi illa impietas & immanitas in Christum est edita, montis Oliueti, & montis Sion, & môtis vbi crucifixus est Dominus. Semper enim Lxx viri sunt scholiastæ potius quàm interpretes, & cum citantur à prophetis historie, aliquid addunt quod ad veritatem pertinet, & quod D. August. ait, tropicis locutionibus miscent veritatem, vt veritas admista allegoriæ aut tropo, toti allegoriæ faciem quandam præluceat. Vitiöse tamen legitur in tralatione Lxx dicitur dicitur dicitur, legendũ sit vna addita litera ex lectione Hebræa dicitur dicitur dicitur, sicut circa montem impiorum confurget Dominus ad vindictam. sicut aduersus impios, & confurget tanta ira, quanta par erat aduersus impios, & aduersus ea loca, vbi impietas illa in regem gloriæ est edita. Dixi D. Augustinũ hæc laudè solis prophetis tribuere, quod allegoriæ miscant veritatem, & est quidem prophetarum, qui hoc faciunt frequenter, frequentius tamen multò Lxx virorũ, qui interpretantur historias & parabolas & ænigma ta, vt docet PROC. vt diximus in cap. 1. Esaia, & vt docet ORIG. tom. 7. in Ioannem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sicut in valle quæ est in Gabaon: Et erit sicut in valle Gabaon.

T ralatio Lxx vitiöse legebatur, deerat enim, sicut, aduerbiũ similitudinis, ex lectione Hebræa correctæ est. Cum in superiore historia Lxx veritatem miscuerint, admoniti esse debemus hanc quoque historiam ad hæc vaticinia pertinere, de quibus sermo est. Est autem hæc historia cap. 10. Iosue, cum reges terræ promissionis iungunt arma aduersus Gabaonitas, quod Iesum Naue receperant in suas vrbeis, & ei se & omnia sua dederant, quos reges delet Iesum Naue bello & armis, delet Dominus de cælo prægrandibus lapidibus in illorum exercitus deiecit. Si nil aliud dixerim, cum dicat Dominus, Surgam sicut in valle Gabaon, Iesum Naue surrexerat aduersus reges qui cœperant arma in Gabaonitas, qui eum receperant, vel cæcus videat Iesum dominum, & reges terræ, de quibus Dauid: Quare fremuerunt gentes H h aduersum

aduersum Dominum, & aduersum Christum eius. Nam primum omnium, Iesus Naue typus est Christi, Christi nomen preferens, idem enim est Iosue (vt vertit D. Hierony.) & Iesus, quae de re supra dictum est. Iesus ergo Naue. i. Iesus filius habitationis Iudaeorum: id enim significat Naue, delet reges terrae, qui astiterunt aduersus Dñm, & aduersus Christum eius, & vt edidit miracula magna Iesus Naue, sic Dñs innumera edidit miracula, delet scribas, pharisaeos, principes sacerdotum qui oppugnabant fideleis, qui receperant Christum: & delet non solum armis, sed signis & prodigijs, & igni quodam deiecto de caelo, & vi quadam caelesti, qua sentiunt se à Deo vastari, non à Romanis. Quod pra se fert centies Ioseph. 5. & 6. li. de bello Iud. cuius typus erat, quod reges illi qui consurrexerant aduersus Gabaonitas, deleti sunt non solum armis, sed etiam praegrandibus lapidibus caelo deiectis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Irafcetur, vt faciat opus suum, alienum est opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Cum ira faciet opera sua, amaritudinis opus: at furore suo alienè vtetur, & amaritudo eius aliena.

Pergit propheta interpretari historiã quam superiore commentario explicuimus: Irafcetur. i. sauiet aduersus Iudaeos Dñs, & delet eos, & vrbeis eorum incendet, vt faciat opus suum, vt toto orbe ecclesiam aedificet, deletis idolatris, vt olim Iesus Naue, & deletis impijs conferat toto orbe, & plantet ecclesiam suam. Cuius typus erat, quod Iesus Naue deletis Cananais, collocauit illic populũ Dei in illorum vrbeis, & dictum est ex Orig. Euseb. & alijs, deleuisse synagogam Dñm. i. vmbra, vt cresceret veritas, & se latè funderet euãgelij pradicatio. Hoc idem dixerunt Lxx: Cum ira faciet opera sua. i. plantabit ecclesiam cum irai. delendo Iudaeos qui impedimento erant, aduersabantur Christo, mittebant legatos in omnes oras, vt docerent Christi nomen blasphemare. Alienum est opus eius. i. non sic solebat Dñs aduersari populo suo, & fauere hostibus, vt fecit cum deleuit Iudaeos, quod leges apud Ioseph. lib. 6. de bello Iudaico cap. 4. & alijs multis locis, quod Lxx dixerunt: Amaritudinis opus. i. opus amarum, quod deleuit suum populũ. Et addiderunt: At furore suo alienè vtetur. i. alio modo seuiet, quam olim solebat: solebat enim sauire in alienos & in hostes, nunc sauiet in populum suum. Vt operetur opus suum. i. vt plantet ecclesiam deleuit impedimenta, & deleuit vmbra, qua opus non erat. Peregrinum est opus eius ab eo. i. non sic solebat Dominus fauere hostibus Iudaeorum & aduersari populo suo.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra. Et vos ne lætemini, ne confortentur vobis vincula.

THEODOR. Monet ipsos ne lætentur & exultent, neque fidant proprijs viribus, ne hæc vaticinia eos opprimant, & ne implicentur his malis, quae dicta sunt. Ait enim propheta, se hæc omnia quae dixit, audiuisse à Deo, cuius sermo verus est. hæc Theodor. Quae, vt intelligas, repete animo, Iudaeos post crucem Domini cum viderent se fortunatos, neque pendere poenas tanti maleficij, exultasse lætitia, & multo magis aduersatos fuisse Christo & fidelibus: expectauit enim illos Dominus post crucem Domini quadraginta duos annos dum conuertentur, illi impij erant multo magis. Ait ergo propheta: Et nunc post crucem Domini, cum vos expectat Deus, dum respiscatis, nolite illudere Christo & Christianis, vel, ne lætemini, ne triumphetis gaudio, sed agite poenitentiam, ne forte constringantur vincula vestra. i. ne implicimini his vaticinijs, vel malorum quae his vaticinijs pradicantur vinculis. CYRIL. Non oportet Christo illudere & insultare, ne permittat vos Deus permanere in vinculis legis veteris, & non illustrari luce euangelica.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Consummationem enim et abbreviationem audiui à domino Deo exercituum super vniuersam terram. Quoniam consummationes & abbreviationes res audiui à dño Deo sabaoth, quas faciet super vniuersam terram.

Hæc ca-

A Hæc eadem verba sunt apud Esaiã cap. 10. quae citantur à D. Paulo cap. 9. ad Rom. & explanantur ab eodẽ D. Paulo, de quibus pluribus verbis eo loco dictum est, neque necesse est eadẽ hoc loco repetere, inde petenda est huius loci interpretatio. ERAS. in cap. 9. epist. ad Rom. vbi citatur locus Esaiã ex cap. 10. eadẽ verba legi hic & illic ait, & eodẽ verbõrũ ordine. Si fecit Erasmus, vt quemadmodum illic de lege euangelica illa explanantur à Paulo, item hic de eadẽ lege euangelica explanentur, quando eadẽ sunt, & rectè factum arbitror & piè. Si Canon ille valeat interpretandæ scripturæ, quem praescribit D. August. si quis locus explanatus ab apostolo aut euangelista sit, antecedentia & consequentia, vt eodẽ referamus, quantum fieri possit, nullum caput Esaiã reperies, vnde tot loca citentur à D. Paulo, & explanentur de lege euangelica. Neque scio cur nostri aliud referant, cum praesertim veteres patres proximi Christi temporibus, hoc caput, vt ostendi, de Christo interpretentur, & D. Paulum huius sententiæ ducẽ habeant. Ergo sensus huius loci est: Nolite insultare Christo, ne permittat vos Deus manere in vinculis legis veteris (quod supra est dictum) nam Deus consummatam legem, & breuem dat toto terrarum orbem Gentibus & nationibus, hoc est, legem euangelicã per suos apostolos promulgat.

D. HIERONYMVS.

Nunquid tota die anabit arans, etc.

Redit causam Dñs, cur Christum mittere velit, & euangelij pradicacionẽ. Hic, inquit, finis erat, & scopus omnium quae feci. Et vitur similitudine agricolæ, qui profcindit agrum, rursum arat, facit sementem, sarrit, exercet opus rusticum, vt postremò potatur sine. Sic inquit Dñs: omnia quae feci in lege veteri in gente Iudaea, typi erant & vmbra euangelicæ pradicacionis, & euangelicæ pradicacionẽ pro scopo habebat. Et hæc causa est (inquit Dñs) cur legem nouam ferre volo, nõ enim omni tempore arator profcindit agrum, aut occat glebas, aut arua subigit, neque tardat agricola, si non statim sementem fecerit, & si nõ statim demetat messes, dum facit necessaria quae sunt, nec tardat Dñs dum praeparat omnia priusquam mittat Christum suum: oportet enim subigere solum profcindere humum, spinas exarere, vellere herbas, quod faciebat Dñs dum expurgabat malos pestilentia, fame, bello, captiuitatibus assiduis, quibus castigabat peccata Iudaeorum, oportebat praemitti prophetas, qui pradicarent futura multo ante tempore, vt postea facta fide haberent apud homines, tanquam diuinitus gesta, quod tanto ante tempore prophetarum vaticinijs praesignificata à Dño videamus. Vitur enim Dñs similitudine minutissimorum feminum, si vt minutissima femina seras, hæc tot, tantaque necesse est vt facias, & maiore vi maiora & meliora femina terrae madas, & te hoc iudicio praeditum fecit Deus, eodẽ ergo ordine intellige Deum usum in re omnium maxima, hoc est, in Christi missione. Quae autem de tribulis dicit, & rotis ferreis, quibus in area teruntur messes eo spectare puto, quod hac similitudine reddat causam Deus, cur post Christi pradicacionẽ, Iudaeos Dñs deleuerit: vt enim in area teruntur messes, ventilabris expurgatur triticum, palea referuantur in ignem, vel in pecudum pabulum: triticum reconditur in horreum Dñi, sic in Christi aduentu, triticum. i. reliquiae quae saluae factae sunt, reconduntur in mansionibus, quae multae sunt apud patrem: palea. i. perfidi Iudaei consumuntur incendio à Romanis. Quo autem modo Deus suos aret, & occet, & stercoret AMBR. diuinitus de interpellatione lib. 4. cap. 2.

IN ESAIAE CAP. XXIX.

D Vdæi & Iudaizantes, Ariel, quod in principio huius capituli est, pro altari accipiunt. Cuius sententiæ meminit quoque D. Hieron. nec eam refellit. Credo, quod vt inquit Quintil. Stulta refellere nullius est artis, nam per se sunt ridicula. Nos ad eam sententiã resutandam, orationem conferamus quod magis sententia veterum patrum vera esse appareat, simul etiã, vt ex hoc loco Iudaeorum & Iudaizantium pateant doli, & crimine ab vno discas omnes. Ariel ergo, iuxta Thalmudistas doctores, Hebraeos, & R. Dauid, & R. Selomoh, vt leges in Thesaurò linguæ sanctae, dicitur altare templi Hierosolymitani, Latine sonat idem quod leo Dei, vt sit sensus huius capituli, vrbe Hierosolyma futuram sanguine inundantem, sicut altare templi, super quo effunditur sanguis sacrificiorum, quia ciuitas erit (aiunt) plena sanguine interfectorum. Nec quicquam aliud significari arbitrantur, quod imminere Hierosolymis maxima bella, quibus tota vrbs sanguine madebit, ita vt altare templi, sanguine victimarum madeat. Parum est hoc si nihil aliud hic praediceretur, maneret vrbs Hierosolyma,

Ari: I quid sit hoc loco, et quid apud Exec. cap. 43. dicitur spiritatio contra Iudaeos & Iudaizantes.

H h 2 folyma,

folyma, manerēt vrbes Iudæe, aliud maius malū veſtrū, ō Iudæi, hoc capite præſignificatū eſt. Sed agē, Iudæorū fraudes paucis accipe. Quis credat Iudæos Thalmu diſtas, & Hebręos doctores, & rabinos vniuerſos, Hebręi ſermonis eſſe imperitos? nemo ſanē. nā vt largiar cęcos eſſe in interpretatione ſcripturarū, ita exactiſſimā Hebręi ſermonis cognitionem, vel iniquiſſimus iudex eis conceſſerit, vnde oculis cernas, & manibus prehendās, cunctos Hebręos doctores, Iudæizantes omnes, agere malitioſe, quo nos & ſuos ceſent vaticinia de Chriſto, nō ſecus ac ſi Eraſmū, Budæū, Politianū, Hermolaum Barbarū, Antonīū Nebraſſi, Pincianū, viros ſue ſepectatis doctiſſimos, videres dicere, idē eſſe arā, & hara, & area. idem eſſe pungo & pingo, deleo & doleo, tergeo & turgeo, ritus & ritus, inuitus & inuitus. dices ſanē aut eos deſipere, aut agere valde malitioſe. Nec em̄ viris tā eruditis ſermonis imperitiā obijceres, vt harāvbi ſues ſunt, pro arā ſacra acciperēt, aut arā pro area, vbi teruntur meſſes, aut pro ſolo vbi edificatur domus, & inuictū pro inuito acciperēt. Quæ hæc eſt impudētia dices? quæ uē audacia, vt tā impudenter mentiantur? tā fronte perfricta? itane nos cōtemnunt, & imperitos putant, vt in verbis tā notā ſignificationis, putent ſe nobis verba duros? Hoc idē faciunt Iudæi doctores oēs & Iudæizantes, & ſimili quadā impudentia, putant ſe nobis dare verba. Ariel, inquit, hoc loco Eſaiæ, eſt altare Dñi, illud de quo Ezechiel cap. 43. & Latinē ſonat leo Dei. Quāuis enim Ariel apud Eſaiam, & apud Ezechielem Græcē & Latinē eiſdem ſcribatur litteris tamen Hebraicē magis inter ſe differunt quam hara quæ eſt ſtatio ſuum & arā, & cętera quæ ſuprā dixi. Nam apud Eſaiam eſt אֱרֵיֵל, .i. leo Dei apud Ezechielem altare Dei duplici nomine apellatur, אֱרֵיֵל, mons Dei, & אֱרֵיֵל, .i. peccati, ſue maledictionis aries, quæ Hebræa ſcriptione toto caelo diſtant. Atqui Iudæi hanc ſcriptionē ipſi ſuis manibus ſcribunt, & hanc omnem doctrinā Hebraicę linguę ipſi nobis moſtrāt. Onomastica Hebræa ipſi ſuo arbitratu componunt, nec nobis vlla librorum copia ſuppetit, niſi quæ illi volunt vt ſuis telis pereant, quod docet Auguſtinus, ne cauſari quiſquam poſſet libros à nobis eſſe vitiatos. Aiunt prætereā altare Dei apud Ezechielem dictum eſſe Dei leonē, quod iam diximus nullo modo pati poſſe ipſam nominis orthographiam, nō magis quā apud nos, mons Dei aut aries pro peccato ſignificēt idē, quod leo Dei. Addunt altare Dei dictum eſſe leonem Dei, quod à fronte eſſet latū, à tergo anguſtū inſtar leonis, hoc quoque quā inepete? quā imperite? Nam ex Ariſtotele in phyſiognomonis, & Adimāto, & Polemone diſces, cū deſcribūt ſigna viri fortiffimi, leoni ſimile ſururum aiunt, quod leo lato pectore eſt & humeris latis vt tam priore parte ſit latus quā poſtiori. Prætereā cur inuidiam facerent Deo, quod altare vnū quod in vniuerſa Iudæa erat, quotidie vituli & agni ſanguine imbueretur, ideo leo Dei apellatum dicerent quaſi leonina inmanitate præditū? Sed profecto Iudæi ſemper hærent ſolo, nihil altū ſapiunt. Accipe quanto melius noſtri de Dei altari, quā do ſatis iam Iudæorū fraudes & ineptias riſimus. ISYCH. in Leuitic. lib. 1. altare Dei corpus vnigeniti eſſe putat his verbis, Corpus vnigeniti reuera altare dicitur, ſicut enim omne ſacrificiū à miniſtrantibus ponitur ſuper altare, ſic omnē animi virtutē in corpore Dñi ad eius imitationē operantur ſacerdotes, & in Chriſto oblata tanq̄ in altari placēt, hoc altare Moſes de terra facere iubet, de noſtra enim terra, hoc eſt, cōſperſione ſeu maſſa corpus Chriſti factum eſt. Et rurſum, Si altare lapideum feceris, inquit, non ædificabis illud ex ſectis lapidibus: non enim dolata eſt hominis manu caro Chriſti, abſciſſus em̄ lapis de monte ſine manib⁹, quia ſine viri opera proceſſit. Ex quibus verbis Iſychij liquet, Chriſtum altare Dei eſſe, & Chriſtū, montē eſſe, vnde intelliges cur altare Dei diceretur אֱרֵיֵל, mons Dei apud Ezechielē, erat em̄ altare illud, Chriſti typus, qui Chriſtus verū Dei altare eſt, in quo ſacrificia ritē oblata placēt, & nuſquā alibi. Chriſtus porro mons Dei eſt, vt Iſych. docuit, quod eodē quoque libro Iſychius docet, ſicut idē Chriſtus ſacerdos, & ſacrificiū, ſic etiā altare eſt inquit. Et Paulū ſic interpretatur ad Hebr. 13. Habemus altare de quo edere nō habent poteſtatē hi qui tabernaculo deſeruiūt. vbi Iſychi⁹ altare, corpus Chriſti interpretatur, de illo em̄ comedere Iudæis fas non eſt. CYRIL. de ſpiritu & litera li. 9. Terreum fit altare, quod verbum caro factum eſt, & caro Chriſti ex terra eſt, dicitur vero caro Chriſti altare, quod omnis virtus, omniſque oblatio in Chriſto oblata valet, nec alio vllō modo valet: ipſe enim ait, Sine me nihil poteſtis facere, tantū ergo per ipſum valet omnis oblatio, vnde in omnib⁹ ecclēſiæ precationib⁹ dicim⁹: Per Chriſtū Dñm noſtrū, nec virt⁹ vlla, aut ſacrificiū quicq̄ valet, niſi ſuper hoc altare offertur. Fit etiā altare ex lapide nō ſectō, quod Chriſtus lapis ſummā gularis, inuiolabilis peccato fuit, qui nec ſenſit, nec potuit ſentire diaboli plagas, qui creuit in montē magnū, qui altare dicitur, quia vt

Altare Dei Chriſtus.

Cur in omni oratione dicamus, Per Dñm noſtrū.

quia in illo tantū preces valēt. PROC. in illud Exod. Et facies altare: Chriſtus altare eſt, in hoc altari oblata per fidē ipſius in ei⁹ ſanguine placāt Deū. Nā vt Paul. & Ioā. inquit, ipſe eſt propitiatio p peccato, ita ois petitiō per ipſum fit: dicimus. n. per dñm noſtrū Ieſum Chriſtū, preces ſuper hoc altare offerimus ſemper. Vſq; adhuc, inquit dñs. nihil petiſtis in noīe meo, petite & accipietis: per hūc propitiū ſit nobis pater, per hūc ad patrē cēdimus. Ego, inquit, ſum viā, ego ſum ianuā: quæ verba quid aliud ſignificāt, q̄ ego ſum altare, in quo gratā ſunt oblationes? Nemo enim venit ad patrē niſi per me. Dicitur etiā apud eundē Ezechielē hoc Dei altare אֱרֵיֵל, .i. maledictionis aries, q̄ אֱרֵיֵל, maledictio eſt, אֱרֵיֵל aries, hoc eſt, aries expiationis pro peccato & maledictione. AVG. quæſt. ſuper Leuitic. lib. 2. quæſt. 108. Aries rubricatus, inquit, qui offerri iubetur, cui nō faciet, vt occurrat Chriſtus paſſione cruetatus? hoc idē pluribus ISYCH. in illud cap. 43. Leuit. Anima ſi præuaricās ceremonias. In figura, inquit, ſaluatoris, aries accipitur, cognoſcēt autē hoc ita eſſe hoc modo, quādo Deus Abrahā ab Iſaac immolando cohibuit, vidit Abrahā arietē, inter vepreſ hærentes cornibus: vel, vt Lxx vertere, Vidit Abrahā arietē in arbore ſabec teneri. Aries ergo pendens cornibus ex arbore Sabec, Chriſtus eſt pendens ex cornibus arboris crucis, & iuxta tralat. D. Hieron. In hærent vepribus eſt Chriſtus corona ſpinea trāſfixo capite. Vtraq; n. lectio eſt fidelis, & cōſentit cū lectione Hebræa, hoc ita eſſe, teſtis eſt PHIL. I. dicitur de eadē re ſic ſcribit: *Idē γὰρ κριὸς ἴσ' ἡμετέρας τὰς ἀρετὰς ἐν πορῶν ἑστῆκε*. .i. ecce aries pendens cornibus, vel detentus cornibus, in arbore ſabec, vel in plāta ſabec: nam ἄρ' ἄρ', arbor eſt & plāta. Et idē ISYCH. lib. 7. in Leuitic. c. 23. in illa verba. Qui vedit dicitur domū. Crux, inquit, eſt vepremiſſio, vnde Chriſti figurā gerēs aries, in virgulto ſabec inuentus eſt religatus. Sabec autē té religatū in arbore ſabec vidit, diē crucis vidit: Chriſtus dixit, Abrahā exultauit vt videret diē meū, & vidit, & gauiffus eſt. PROC. cū interpretatur hūc locū ait, ſermone Syro nō legi, Ecce aries vnus detētus in plāta ſabec, vel in arbore ſabec, ſed pedēs in arbore ſabec: quæ interpretatio adiuuatur lectione Syri ſermonis, vbi pendens in arbore ſabec legitur, ſed fortas ſe hoc dicere voluit Procopius, ſed adnotat legi ſic in ſermone Syro, Ecce aries vnus pedēs cornibus, vt manifeſtior eſſet Chriſti pedentis in cruce imago. Deſideratūr tamē illa duo verba, In arbore ſabec: quæ verba Hebræa lectio præfert. Adijcit idē PROC. Alcedens aries in arbore ſabec, pedibus anteriorib⁹ & cornibus hæſit in arbore innexus: vbi pedes anteriores arietis, in nexi ramis arboris, man⁹ Chriſti affixas crucis cornibus ſignificāt, explanatq; Procopius, quid ſignificet ſabec, putatq; Lxx ſeniores ideo Hebræa vocē ad noſtrā miſiſſe, neq; vertiſſe Græcē, q̄ nihil illa poterit inueniri ſignificatiū ad exprimēdū hoc tātū myſteriū. LEONTIVS act. 2. ſynodi Nicenē. 2. cōtra Iudęos diſputās, cū oſtēdit per ligna admirāda multa à Deo eſſe ſignificata in ſcriptura lignū vitæ & lignū ſciētia crucē appellat, inquit, aliā autē plantā vocando ſabech, cōceſſionis ſignū ponit. Dubitat tamē PROC. qui fieri poſſit hoc, cū poti⁹ ſabech ſignificet vincula & ligamina, & verē אֲרֵיֵל ſignificet, vt vertit D. Hieron. comā arboris ramis implicatā, innexā & colligatā, à verbo אֲרֵיֵל quod ſignificat illigari, implicari vinciri, & ſabech genus quoque arboris eſt comā implicatā, iuxta interpretationē Lxx & Philonis. Hæc dubitatio diſſoluetur faciliē ex ca. 25. Eſaiæ, ex illo loco: Et præcipitabit dñs faciē vinculi colligati ſup omnis populos. Crux. n. dicitur arbor ſabech. .i. vinculorū & peccatorū, q̄ in ea vincula & ligamina ſint ſoluta, & in ea affixa. Chriſtus. n. vincula peccatorū ſuper ſe ſumpſit, & cruci affixit. Vnde notat Proco. arietē illū ligatū fuiſſe, vt viſta eſſet pro peccato. .i. dñm loco Iſaac eſſe ligatū, vt D. Iſaac. .i. populus fidelis ligatus, ſolueretur: ſubi angitque, Aduerte miraculū: vidit pecudē Abrahā, nō vidit Deū, neque angelū qui de caelo loquebatur, & tamē ſubiecit ſcriptura, Vt dicāt homines, In mote Dñs viſus eſt: at qui nō vidiſti dñm Abrahā, ſed audidi, ſed poſtq̄ vidit imaginē Dei pedentis in cruce, nolēs celare myſteriū addidit, vt dicāt, ſupple poſteri (poſteris. n. dabatur illa prophetia) q̄ Dñs in monte viſus eſt pedēs in cruce, vnde dicitur: Abrahā pater veſter exultauit vt videret diē meū, & vidit: vocat autē diē dñi Chriſti paſſionē, quādo vt quis ductus eſt ad occiſionē: ouis. n. arietē quoque ſignificat. AVGVS. de mirabilibus ſacre ſcripturę lib. 1. ca. 12. docet, opera angeli illuc fuiſſe deductū arietē illū, & poſitū. Hūc locū explanat AMBR. de Abrahā patriarcha lib. 1. c. 8. quē locū nō intelliges, niſi hæc benē excuſſeris: ait enim, Aries vnus hærens in virgultis, & poſtea ſuſpenſum ſcribit, vt vtrāque tralationem cōplecteretur, & nō meminit arboris ſabech. Cetera ſic explanat vt Procop. In fine tamen planiſſimē, quæ diximus

Altare Dei Chriſtus.

Locus ſcripturę expla natus.

Arbor ſabec.

Vtraq; tralatio coniuncta iuxta ca nonē. Aug. Chriſtū pedētē in arbore & ſpinea corona affictum inducat.

Locus euan gelij.

Emendatur locus tralationis Lxx.

Dubium.

Solutio.

Locus euan gelij.

Locus Geneſeos.

mus, explicat. ATHANAS. in quaestionibus quaest. 98. docet arborem sabec esse crucem A venerandam, & praefigurari illic Christum oblatum in cruce. Vnde illud Matthaei. 27. Heli, heli lama sabachthani. & Marci. 16. Eloi, eloi lama sabahthani, dictu arbitror, testimonio. s. scripturae coagmentato ex duobus locis, iuxta canonem praescriptu ab Orig. de quo dicendum est in illud. c. 62. Dicite filiae Sion: contra impium Porphyrium, quo canone monemur apostolos, & euangelistas testimonia scripturae ex duobus scripturae locis coagmentata citare, quo nos doceat utroque loco idem significatum, & dum vnum locum citare videntur, duos citat ut hoc loco, citat Psalmum. 21. Heli, heli lama hazapthani. & cap. 22. Genesios iuxta Lxx: Vidit a tergo arietem pendentem in arbore sabec, de quo loco tam multa diximus. Nam euangelista pro hazapthani. i. dereliquisti, dixisse videtur ab hac arbore sabec, deffexo verbo sabahthani. i. dereliquisti me pendere, scilicet in arbore sabec, in veneranda cruce: ut duo haec simul oracula significarentur, quibus praedicta erat Christi passio. Illa Erasmi licentia ferenda non est, qua deprauate haec legi ceter, & apud Graecos, & apud Latinos. Vniuersam ecclesiam catholicam millesimo quingentesimo post anno emendet quisquam? & sunt qui Erasmi audiant, & duos libros emendare parant corrumpant. Sed illa longe longeque maior impudentia est & audacia (ne quid grauius dicam) quod iam quidam ex sacra scriptura verba & locos integros expungant, tanquam spurios, quod Hebraice non sint: nunquam hoc ausa vetustas est. Non sat haberent homines Christiani, Origenem, Iustinum, Tertullianum, Irenaeum nos admonuisse nostros libros sine ulla falsatione esse, Iudeos multos locos expulisse de literis sacris, tam ex Hebraea lectione, quam ex Graeca? non sat erat Iudeos suis libris, quod in disputatione docui, id confessos centies? Hieron. aiunt quidam, se sublaturum cachinnu dicit, si quis affirmet Iudeos vitiaisse literas sacras. o boni, in nostru commodu, inquit D. Hiero. si quis Iudeos vitiaisse sacras literas dicat, risurum se multu, huc enim Iudaei omnia referunt, ut nobis aduersentur. Nam D. Hiero. sensisse Iudeos scripturam vitiaisse intelliget ex his quae scribit in cap. 5. Michae in illa verba, Et tu Bethlehem Ephrata, De verbis quae non agnoscit Hebraea lectio inquit siue de veteribus libris erasa quaedam sunt malitia Iudeoru, siue addita a Lxx. En D. Hieronymus dubitat an quaedam malitia Iudeorum ex Hebraeis codicibus erasa sint, Iustinus, Origenes, Tertullianus, erasa affirmat, & proceres ecclesiae patientur ea Biblia castigatissima haberi, & circuferri, quae omnia illa, quae malitia Iudeoru de codicibus Hebraeis erasit, ex libris sacris expungunt, cu praesertim ipsi Iudaei fateantur multa a suis maioribus in scriptura esse mutata. Sed dubitat, inquit, D. Hiero. non affirmat, non sat est, veteres omnes id affirmare, sed ne se tueantur tanti D. autoritate: id non solum affirmat D. Hiero. sed probat autoritate D. Pauli in princip. libri. 2. commentariorum epistolae ad Galatas. O utinam Stentorea voce possem obtestari proceres ecclesiae, ita ut audiret per crucem Christi, huic tanto malo ut mederetur, quod maius est, quam pro hominum opinione, ferere enim omnia loca manifesta de Christo aliqua fraude vitiauerit Iudaei, si ad illorum praescriptum castigandi sunt nostri codices in plerisque, o proceres ecclesiae, Iudaizandum est? Qui loci citantur coagmentati de duobus ex hoc propheta Esaias, leges in fine huius operis, in tabula locoru, quos Euangelista, & apostoli citant iuxta Lxx virorum translationem, qui sunt plurimi.

Hoc dictum est pluribus in disputatione.

Proceres ecclesiae.

D. HIERONYMVS

Vae Ariel, Ariel, ciuitas, quam expugnauit Dauid.

LXX VIRI.

Vae ciuitas Ariel, quam Dauid expugnauit.

CYRIL. Quod est secundo Regum, expugnasse Dauid Hierosolyma, deesse caecos & claudos, qui ei aduersabantur: significat propheta typum esse huius vaticinij, quo praedicitur Dominum, post quam cruce fuerit affectus, & reuixerit gloriosus, & accepto regno, ut olim Dauid, illa verba dixerit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, expugnaturum Hierosolyma, & deleturum esse caecos, id est, Iudeos perfidos, de quibus Ioann. cap. nono. In iudicium ego veni in hunc mundum, ut qui non vident, videant, & qui vident, caeci fiant. Ait ergo propheta, deleturum Dominum hos caecos & claudos, de quibus psalm. 17. Claudicauerunt a semitis tuis. PROCO. Praedicitur hoc loco Christus deleturus Iudeos caecos & claudos. i. eos, qui recto pede ingredi nolebant, auersabanturque, lumē euangelij, cuius rei typus erat Dauid, cum obsidione cepit Hierosolyma, & caecos & claudos iussit trucidari. Ergo, Vae Ariel, Ariel, & quia obscuru erat, quid esset Ariel, declarat per figurā diaaphesin

A phesin. Ariel ciuitas. i. Hierusalē quā expugnauit Dauid, ut velleret Iudaeis aurē, & attētos face ret ad historiam, & ad historię significationē: quasi diceret, Vae Hierosolymis, de quibus complebitur id, quod historia illa significat, qua accepto regno in duodecim tribus, Dauid dicitur Hierosolyma expugnasse, & caecos & claudos deesse. Sic enim Christus resurgens, cum dixerit: Data est mihi omnis potestas, deleuit caecos, & claudos Iudeos. Idē significat Lxx qui vertere: O vrbs Ariel, quā Dauid expugnauit, ut Arielē vrbe Hierusalē intelligeres, nō altare Dñi, ut Iudaei & Iudaizantes interpretantur, de quibus supra diximus. PAGN. vertit: Ciuitas in qua mansit Dauid. VATAB. Ciuitas in qua habitauit Dauid, de sententia R. Dauid, & R. Selomoh, ut discere potes ex thesauro linguae sanctae in dictione, chana, & in dictione, quarā. ut omnē illum typum expugnationis Hierosolymoru, & necis claudorum & caecoru tollerent de medio: atqui verbu Hebraeum, chana, nunquam significat habitare, aut manere, sed castra metari & expugnare, bello capere, ut reddidere D. Hierony. & Lxx, oportebat viros Christianos aduertere, Iudaeis scopu esse obscurare oracula de Christo. Et certē omnia testimonia, quae lexicon Compluten se citat, ut probet, chana significare aliquando idem quod manere, aut falso citata sunt, aut castrametari potius quam manere significant, & quoru propheta diceret: Ciuitas, in qua mansit Dauid? Nunquam inaniter verba fundit Spiritus sanctus. Melius Lxx, quod quidam Ariel altare Dei, alij vrbe Hierosolymoru erant interpretari transpositis dictionibus sustulere dubitationem, edidere enim: Vae vrbs Ariel, ut intelligeres Ariel, vrbe dici non altare, & caput regni pro regno ipso. Nam populus Iudae, leo Dei dictus est cap. 23. Numer. quod vox Hebraea Ariel Latine sonat: Ecce populus ut leo grandis confurgit, & quasi leo erit: ut sit sensus, o vrbs Hierosolyma, quae leo Dei dicebaris olim, quod vaticinatus est Balam cap. 23. Num. quod populus, ut leaena confurget. O vrbs ergo Hierosolyma, de qua tam magnum olim illud elogium fuit: quomodo nunc vastaberis, & tua culpa peribis, & complebitur in te typus historię Dauidis, cum olim Dei auxilio amica Deo, nationes & gentes omnes ita lacerabas ut leo aut leaena praedā lacerat, in quas incidit calamitates? quod recessisti a Deo, cuius auxilio leo eras, & leo Dei, vnde nescio cur Ariel non redditum sit hoc loco, Leo Dei, ut Numer. cap. 23. Quod autem D. Hieron. ארל, sequutus Aquilam, ciuitatulam reddidisse ait, semper Lxx metropolim interpretantur, significare autem hoc nomen vrbe validā, & metropolim intelliges ex verbis R. Dauid in lib. radicum, & R. Abraham, & R. Selomoh, quae leges in Thesauro linguae sanctae in dictione ארל. Nam ארל, quauis doctiss. Hebraeorum interpretentur pro manere, & habitare, ut ait D. Hieronymus, Iudeos nouimus, & quo spectent, & notissimu est vulgata significationis esse hoc verbu, ארל, & significare, castrametari & expugnare. Quid necesse est audire Iudeos? qui receptā lectionē ecclesiae catholice parant conuellerē & turbare omnia.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Additus est annus ad annum, solenni Cōgregate germina annum super annum, comedetis enim cū Moab. tates euoluta sunt.

Supra saepe est adnotatum, causam vastitatis Iudeoru, & occorrationis, & exclusionis fuisse auaritiam, & idו שנה על שנה תגים וקפרו & occorrationis, & exclusionis fuisse auaritiam, & id declarant, edidere enim: Congregate germina, & c. i. congregate fruges ut carius vendatis, comedetis enim exclusi ab ecclesia: Congregate germina annum super annum, i. comedetis enim exclusi ab ecclesia: Congregate germina huius anni super triticum alterius anni, Comede Lxx typū tis enim cū Moab, exclusi ab ecclesia. s. ut Moabitae, cū execratione qua olim Moabitae Deute. 23. & Esdrae. 2. cap. postremo, vbi vetiti dicuntur in aeternu intrare ecclesiam, per quos Iudeos significari certu est, qui in aeternu a populo Dei excluduntur. Et addidere Lxx de suo verba illa, Comedetis cū Moab, ut significarent nobis exclusionē Iudeoru, & historiam illā Moab typum fuisse exclusionis Iudeoru ab ecclesia. In aeternu. i. in multu tempus. id enim inter alia aeternu significat, ut docet DIONYS. Moab enim vox Hebraea, Latine significat ex patre, quod filia Loth illu ex patre peperit per concubitu illicitu, ut ait AVG. in Psal. 82. in illa verba, Qui cogitauerunt vnanimiter: significat, inquit, eos qui lege quae bonus alioqui pater est, illicitu vnantur: vocatur enim lex Graece masculino genere, ut pro viro accipi possit, & vaticinia spectabant tempora euangelica, vnde quando Graeca lingua scripturae erant vertenda, ut supra dictu est, lex quae Graece masculino genere enūciatur, pro viro accipitur, & id Iudeos fecisse liquet, qui H h 4 falsis

falsis interpretationibus abduxere plebem à Christo, vt supra dictum est, ab eadem lege ortum habent, per illicitam interpretationem, vel ab eodem patre nostro Deo: dictus est enim filius primogenitus Israël, hic ergo filius primogenitus Israël, ab ecclesia in æternum exclusus significatur à Lxx viris, qui amisit primogenita sua. Explanabimus ergo interpretationem D. Hieronymi sic, Additus est annus ad annum, addita sunt fruges vnius anni ad fruges alterius anni. i. nihil aliud quàm acruatis opes & diuitias, & frumenta in multos annos seruatis, vt vendatis carius. Solennitates euolutæ sunt, vel excisæ sunt: aut vt Hebraicè est, Solennitates euoluentur, vel excindètur. i. repudiabuntur sacra veteris legis, vel repudiata sunt. Loquitur enim propheta de futuris, tanquam de rebus præteritis, propter rei certitudinem, quòd quæ futura prædicat Deus, præterita putato, ita certa habeto ac si facta videres, & cum repudiata fuerint sacra veteris legis, prædæ eritis hostibus, & exclusi ab ecclesia. Sic hunc locum enodasse videntur Lxx viri, qui vt hoc toto opere sæpè ostendimus, inter primos authores referandi typos scripturæ fuere, vt hoc loco referant apertè typum historiæ Moabitarum, cum pro, Excindentur vestræ solennitates ò Iudæi, vel euolatæ erunt & transibunt, edidit. i. exclusi eritis ab ecclesia Domini vt Moabitæ, vos enim significabat Moabitarum historia.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et erit tristis et mærens, et circumvallabo Ariel. Tribulabo enim Ariel.

Pergunt Lxx viri facere paraphrasim, nam pro tota interpretatione D. Hieronymi posuere tantum, Tribulabo Ariel. i. tribulationibus implebo, cingam obsidione, ab imo vertā, delebo populum Iuda, qui olim dictus est leo Dei. Ariel Hebraicè, Latine sonat, leo Dei.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit mihi quasi Ariel. Et erit eius fortitudo & diuitiæ mihi quasi Ariel.

Quòd translatio Lxx virorum his locis curta est & lacera, nec Cyrillus, Procopius, Græciq; scriptores potuere hæc cum lectio- וְיִהְיֶה לִי כִּי אֲרִיאֵל ne Hebræa conferre, Hebræi sermonis inscij, vidètur mihi huius loci sensum, non satis expressisse. Sensus igitur huius loci est, Ariel. i. leo Dei, populus Iuda, qui olim dictus est leo Dei, erit mihi quasi Ariel, erit mihi quasi leo in Deum, Lusit enim in nomine per paronomasiā, quæ Latine dicitur agnominatio, quasi dicas, Leo in me fuit leo, vt in principio Ariel ponatur pro populo Iuda, qui olim dicebatur leo Dei, quòd Dei auxilio sicut leo lacerabat oēs gentes, quòd dictum est supra ex cap. 23. Numer. Erit mihi, erit aduersum me Ariel, leo in Deum. Vt quoque enim modo dictio Hebræa verti potest, quæ emphasis est & paronomasia, quòd Lxx dixere, Et erit eius fortitudo, & diuitiæ mihi quasi Ariel: sic enim legendum est in translatione Lxx virorum ex Hebræa lectione. Nam Lxx virorum interpretatio, trunca & lacera est, quæ quòd dixi modo, ex Hebræa lectione est castiganda, siquidem Hebræa lectio ad verbum sic reddenda est, Et erit mihi, pro quo Lxx viri edidit, Et erit eius fortitudo & diuitiæ mihi: postea, Sicut Ariel. i. sicut leo Dei, vel sicut leo in Deum: quæ verba desyderantur in translatione Lxx virorum, reponendaque sunt ex lectione Hebræa. Et significat translatio Lxx seniorū, Iudæos omnes contulisse suas vires, diuitias, opes aduersus Dominū, quas à Domino acceperant. Non solum enim Deo omni conatu restitere, Christum in crucē sustulere, sed etiā omnibus virib⁹, & diuitijs populū fidelē persequuti sunt, & legatos in omnes partes misere, vt illos persequeretur. Fuere ergo sicut leo in Deū, nam vt infra dicit Cyrillus, vt pecudē mactauerit Dñm, sicut enim ouis ductus est ab illis ad occisionē. Eandem hanc sententiā dixerat Hierem. cap. 11. Facta est hæreditas mea mihi, sicut leo in sylua: què locum interpretans LACT. Firmian. li. 4. ca. 20. inquit, Quia præda & deuoratio factus sum heredibus meis, vt leonibus, qui me immolauerunt sicut pecudē, & voces dederunt super me suas. i. sententias suas aduersum me, mortis crucifq; dixerunt. Sic CYRIL. quoque in Hierem. hunc locū explanat. Sed Iudaizantes omnia peruerunt, quos, Deo benè iuuante, cum aliquid in Hierem. cuderimus, refellemus. Quòd autē Lxx dixere, Erit eius fortitudo, & diuitiæ mihi quasi Ariel. i. quasi leo in Deum: alluisse videntur ad illud quòd supra diximus, quòd principes sacerdotū, scribæ, & pharisæi, fortes & diuites ex Iudæis, & principatus omnis Iudæorū (id enim intelligere videntur cum dicunt, Fortitudo, & diuitiæ populi Iudaici) quasi canes circūiere Dñm, & quasi tauri pingues, quòd Dominus conqueritur sæpè apud prophetas. Lxx enim magis sunt commentarij quàm interpretes.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et circumdabo quasi spheram in circuitu tuo. Et circūdabo sicut Dauid super te.

Innumera sunt in translatione Lxx, quæ Iudæis os obturāt, vt ne mutire quidem possint, quæ res fecit, vt prodit Iustinus aduersus Thryphonem Iudæū, vt Iudæi confugiant ad Iud, Lxx viros parum fideliter sacras vertisse litteras, corrumpant vnam litteram, vt tota oracula inuertant, quòd nisi faciant, manifestissimis prophetarum testimonijs configantur, quorum è numero fortasse hic locus erat. Si enim sic veritas vt reddidit Lxx viri quid dicerent Iudæi, quam causam adferret? necesse enim esset sic interpretari, vt supra dictum est, vt nulla Iudæis tergiuersatio esset reliqua. Atqui interpretatio Lxx virorum mirabiliter cū Hebræa lectione congruit, si 7, mutes in 7, quæ litteræ propter viciniam, & similitudinem facile in se mutuo commutantur. Nam puncta addi detrahique posse pro ratione sententiæ ex D. Hieronymo & ex rabinis, ostendimus in disputatione de translationibus. Potest igitur hic locus verti vt translatus est à Lxx viris ad verbum. vbi primum notandū est præscribi nobis ab Esaia Canonem illum interpretandæ scripturæ: de quo supra dictum est, quoties propheta suis oraculis legis veteris ad textus historias, illas typos esse & figuras prophetiæ, de qua sermo est. vt non dicas Lxx viros primos fuisse qui referauerint typos scripturæ, prophetae primi typos referāt, & horum exemplo Lxx viri. Hunc Canonē ergo hoc loco præscribit Dominus, cum enim dixisset: Væ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid, subiungit interpretationē historiæ, cū ait: Circūdabo sicut Dauid super te: potuit planius dicere, quid significaret historia Dauid? Ipse Dominus sui interpret est, & Canonē illum supra dictum præscribit nobis: Sicut Dauid olim obsidione cinxit Hierosolyma, & bello cœpit, & occidit cœcos, & claudos, vt supra dictum est, sic ego faciam obsidione Romanos exercitus, cingam Hierosolyma, & ab imo vertā, delebo obcoatos Iudæos infideleis. Cum id prædictum viderent Iudæi, & ita euenisse quid dicerent, quo confugerent? nisi mutata vna littera in simillimam, rimam aperuissent qua elaberentur: alio qui constructi in vinculis tenebantur. Nam quis est hic qui sicut Dauid cœpit Hierosol. bello? & cœcos, & claudos occidit? Hoc neque ad Assyrios referri poterat, neq; ad Babylonios. Nulla hic similitudo cum Dauid, aut cum factis Dauid. Dominus hic erat, cuius typus Dauid erat. Idem sensus est translationis D. Hieronymi. Circūdabo quasi spheram. i. circūdabo murū Hierosolymis per Romanos, ne sit spes vlla fugæ, vt leges apud IOSEPH. de bell. Iudaico lib. 5. cap. 35. Romanos muro cinxisse Hierosolyma, quanquam res esset difficillima factū, ne quisquam Iudæorum elabi posset, & omnes poenas luerent. Ergo circūdabo spherā, i. murum rotundum quasi spheram, in circuitu tuo: & perdam, supple, cœcos, & claudos, vt olim Dauid. si nihil aliud esset translatio Lxx quam scholium peruetus, & antiquum scripturæ pretiosior smaragdis, & vnionibus esse deberet. Si Hebraicè non esset, sicut Dauid, sed ipsi addidissent de suo, admirabilis illorum esset interpretatio, qua nos docerent Canonem illum, què supra diximus, & hunc locum diuinitus enodassent. Diximus supra hæc sic interpretatos Cyrillum, & Procopium.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam. Et circūdabo aduersum te vallum, & ædificabo, ponā circū te turreis.

Hoc est quòd supra diximus ex IOSEPH. lib. 5. de bell. Iudaico cap. 35. Romanos Hierosolyma cinxisse muro, nequis Iudæorum posset elabi, vt omnes poenas luerent. id enim est. Iaciam contra te aggerem: id est, per Romanos te muro cingam: & circūdabo aduersum te vallum. i. murum, & munimenta, siue turreis, per certa murorum spatia ponam in obsidionem tuam, nequis vestrum possit elabi, vt omnes Iudæi poenas penderent. PROCOPI. Hæc luget Dominus, Lucæ 19. quia si cognouisses & tu, quia venient dies in te, & circūdabunt te, & C. CYRILL. His verbis prædicatur obsidio Hierosolymorum, quæ facta est post crucē Domini. Ita interpretatur D. Hieronymus hunc locum. THEOD. Quòd hic prædictum est, inquit, factū narrat D. Lucas, qui dixisse videtur: Nunc absconditum est à te, quòd tunc non in-

Hh 5 tellige-

telligebatur tam plane hic locus prophetae, quod ipsum rerum euentus aperuit. D. Lucas primam partem huius oraculi reddidit: & eadē penē verba in D. Luca, & Lxx fen. inuenies si Græcè eos legas. Vertit, inquam, primam partem huius oraculi, & multis modis: Circundabunt te: inimici tui muro & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique: vbi illa crebra repetitio amplificandi, & affirmandi vim habent. De cætero, eodem modo hæc vertit D. Hieronymus cum Lxx senioribus etiam si verba diuerfa videantur, idem tamen significant.

D. HIERONYMVS.

Humiliaberis de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, et erit quasi pythons de terra vox tua, & de humo eloquium tuum musitabit.

Superiorem locum explanatum esse, à D. Luca, cap. 19. veteres patres, prodidere: vt in superiore commentario dictum est: vnde colliges hunc locū à D. Luca expressum esse verbis illis. Ad terrā prosternēt te. Describitur enim hic Hierosolymorum ruina tam plane à Lxx viris, vt non planius eam descriperit Iosephus post Christi crucem. Nam vt leges apud IOSEPH. lib. 6. cap. 28. & alijs multis locis, iacentes Iudæi per vias strati humo, fame enecti, peste moribundi, exili voce, miserabantur suas fortunas, quod significatum est verbis illis: Humiliaberis, de terra loqueris: vel, vt reddidit Lxx, Humiliabuntur sermones tui in terram. i. tu Hierusalem strata humi, exili, & gracili voce plorabis: Et quod apud IOSEPH. leges li. 6. cap. 39. depressos sub terrā Iudæos, cum se abderēt in cryptas & terræ cauernas, vt hostē fugerēt ibi trucidatos, clamasse, edidisse gemitus, & suspiria: dixere Lxx, Et in terram verba tua ingredientur & erit sicut loquentis de terra vox tua. i. tu petes cryptas, & cauernas terræ, & ibi trucidata, & occisa gemes à Hierusalem, & erit vox tua quasi pythons. i. quasi vbrarum & animarum, quas pytho. i. necromanticus (à πύθωνος, interrogatio, quod interrogat animas mortuorum, quæ vult scire) euocat ab inferis & facit loqui sub terra. i. talis erit vox tua sub terra morietis, vt loqui animæ sub terra videantur, id enim est: De humo audietur eloquiū tuū de cryptis, de terræ cauernis, quod cōfugeris. CYRIL. Cū arrogantes fuissent pharisæi, & iactassent superbas voces cōtra Dñm: Hūc nescimus qui sit: Dæmoniū habet: Aue rex Iudæorum, & similes voces, qui de fenestris, & de tectis superbo eloquio tonabant & insolenti voce Domino illud debāt crucē baiulanti, Deprimētur, & de terra (inquit) loquetur vel, ò vrbs Hierosolyma, quæ magno tonabas eloquio, de summo loco deprimeris etiam sub terræ cauernis & de humo eloquium tuum musitabit. Quod Lxx dixere, In solo, vel paumeto, vox tua infirma mittetur, aut infirma erit (quod minus bene verterat interpres Latinus) est idem cum illo, quod refert IOSEPH. lib. 5. de bello Iud. cap. 27. 32. & lib. 6. cap. 28. vbi multi fame iam sicci, & penē exanimis, iacentes per vias gracili voce lacrymabant, lamentabantur, id enim est musitabis. i. tenuis erit, & gracilis sermo tuus, niteris loqui, & non poteris, quod Lxx dixere, In terra vox tua erit infirma. i. femianimis solo strata lamentaberis.

D. HIERONYMVS.

Et erit sicut puluis tenuis multitudove tilantium te, & sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum qui cōtra te prauauerunt, erit que repente confestim à Domino exercituum, visitabitur in tonitruo & commotione terra, & voce magna turbinis & tempestatis & flamma ignis deuorantis.

Describitur vastitas Hierosolymorum: Damon, vox Hebræa significat multitudinem populorum, & sic reddit D. Hieronymus, Multitudo ventilantium te, multitudo hostium &

LXX VIRI.

Humiliabuntur sermones tui in terrā, & in terram verba tua ingredientur, & erit sicut loquentis de terra vox tua, & ad solum (vel prope solum) vox tua infirma erit.

LXX VIRI.

Et erunt sicut puluis de rota diuitiæ impiorum, & sicut fauilla delata, (vel sicut tenuissimus puluis delat⁹ procella) multitudo eorum qui opprefferunt te, & erit sicut punctū repete à Dño sabaoth: visitatio enim erit cū tonitruo & commotione, & voce magna, tēpesta valida (vel fulmē delatū) & flāma ignis deuorantis.

Astium, vt esset sensus, quātavis, & multitudo pulueris tenuissimi, cū inualuere vēti, solet excitari turbini⁹ in media æstate, tā innumerabilis multitudo hostiū aderit aduersum te ò Hierusalem. Significat etiā, Amon, multitudinē diuitiarū, & sic hūc locū interpretatur Lxx viri, & R. D. vt sit sensus, diuitiæ impiorū Iudæorum captis Hierosolymis erunt tanta multitudo, quāta solet excitari puluis rotis carrorū media æstate. q̄ intelliges ex IOSEPH. de bello Iudaico li. 6. ca. 29. 32. 56. & alijs locis, πύθων verbum Hebræum significat, vētilātes te, vt vertit D. Hieron. & alie nī à te. i. Romani, qui tēplū diripiēt & diuitias tuas, πύθων puluis tenuis est, & sic reddidit D. Hieronymus. Lxx, puluis de rota, puluis quem excitant carrorum rotæ. Vox Hebræa πύθων, significat paleas minutissimas, quas ex area ventus rapit. Lxx vertere, πύθων. i. sicut tenuiss. puluis delatus procella. D. Hier. fauillas, & alij, vt sit sensus: Multitudo hostium qui te opprimunt, erit tanta, quanta est multitudo pulueris procella delati, vel multitudo fauillarum incendij ingentis aut tenuissimarum palearum in area ventilantium. Eritque repente, confestim, quod dixere Lxx, erit sicut punctum repente. i. erit in puncto, & momento temporis Hierosolymorum obsessio, vt leges apud IOSEPH. de bello Iud. lib. 6. cap. penultimo vbi proditum est, in puncto temporis Iudæos omnes, qui conflexerant Hierosolyma ex omnibus vrbibus Iudææ ad celebrandum pascha azymorum, nec opinanteis oppressos obsidione à Romanis. Visitabitur in tonitruo, & commotione & voce magna turbinis. Apud IOSEPH. leges lib. 6. de bello Iudaico cap. 31. hæc tonitrua edita esse, hæc aeris motionem, hæc editas voces, vnde quod D. Hieron. dixit: Voce magna turbinis, & tempestatis: Lxx edidit voce magna: apposita illic distinctione, postea, Tempesta valida, & flamma ignis deuorans, vt sit sensus: Erit visitatio Iudæorum. i. ruina, cum tonitruo, cū vis sunt sublimia circa omnem regionem Iudææ in aere prælia, cursus equorum aliaque monstra, & cum in Pentecoste terræ motu concussum est templum, & audita vox est multitudinis eiusdem congregatæ, angelorum videlicet, qui præerant synagogæ, qui dicerent, migremus hinc, vbi tempesta valida illa esse videtur qua concussum est templum, & referatæ valæ ferreæ, leu eneg, quæ occludi & referari solebant à magna hominum multitudine, idque vix, magna vi. Flamma ignis deuorantis] vel, vt Lxx vertere, catēgis delata, & catēgis genus fulminis est, authore Arist. 3. Meteor. omnia subuertens, muros, turres, domos, de quo supra dictum est. Huius vēstigia reperies apud eundem IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 4. vbi fatentur Romani se adiutos à Deo, & muros Iudæorum sine vllis machinis, aut instrumentis bellicis ira Dei decidisse. Atque muri erant tam validi vt in expugnabiles esse viderentur.

D. HIERONYMVS.

Et erit somnium visionis nocturna, multitudo gentium, qua dimicauerunt contra Ariel: et omnes qui militauerunt, & obsederunt, & prauauerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens, et comedit, cum autem fuerit experge factus, vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit experge factus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium, qua dimicauerunt contra montem Sion.

Prædicat Dominus perituros omnes intra breue tempus, qui vrbem Hierosolyma vastauerint, & vrbes Iudææ incenderint: & diuitias, quas coaceruauerint ex præda templi & Iudæorum, ita fugituras raptorum manus vt raptores somniasse diuitias, non collegisse videantur. Huius rei causam diximus ex PLOT. Enneade. 3. li. 2. de prouidentia primo. ca. 3. & ex AV G V S T.

LXX VIRI.

Et erunt sicut somnians in somno diuitiæ gentiū omnium, quicunq; militauerunt aduersus Ariel, & omnes qui pugnaverunt cōtra Hierusalem, & omnes cōgregati super eam & tribulātes eam. Et erunt sicut in somno bibentes, & cū surrexerint vanū eorū in somniū. Et quemadmodum somniat sitiens quod bibat, & cū surrexerit adhuc sitit, & anima eius frustra sperauit: Sic erunt diuitiæ omniū gētiū quotquot militauerunt contra montem Sion.

GVS. de gratia, & libero arbitrio lib. vno, cap. 20. de illo qui conuiciabatur David regi. Ege A quomodo probatur Deum vti cordibus malorum ad commodum bonorum. Sic Iuda tradente Christum est vsus, sic Iudæis crucifigentibus Christum, sic diabolo pessimo ad vtilitatem sanctorum vtitur, qui tamen omnes merito suas pendunt pœnas: sic vsus est Dominus exercituum, & Romanorum armis ad vastitatem Iudææ, alioqui paratis ad cædem, & fundendum hominum sanguinem, & ideo luunt pœnas. Nam intra breuissimum tempus periere Vespasiani, vt discas ex Dione, Suetonio, & alijs: & diuitiæ omnes, quas diripere euauere tāquam diuitiæ somniatum. Omnia sunt plana, notandū tamen Lxx fen. addidisse de suo (contra Hierusalem) vt scires agi de excidio Hierosolymorum. Sic hunc locum intellexit D. Hier. lege AMBR OS. de Ioseph. patriarcha lib. 6.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Obstupefcite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & nō à vino: mouemini, & non ab ebrietate.

Implicamini dissolutione mentis, & corporis, & amentia quadam, et cæcitate animi.

D. Hieron. & Cyrillus aiunt his verbis prædici occæcandos Iudæos, qui Christo credere noluerunt & qui clausurunt oculos ne viderent & obturauerunt aures ne Christum audirent: Verba Lxx virorum sunt, & dicitur in eod. cap. Dissoluimini, ecstasim patimini, inebriamini, non à sicera nec à vino. ORIGE. in c. 15. Matthæi, verba hæc sic enodat: & dicitur in eod. cap. Dissoluimini, ecstasim patimini, non à sicera nec à vino. Obstupefcite. i. obstupefcetis, & non sentietis plusquam si essetis lapides & stipes, occæcabitur ob peccata vestra. Admiramini. i. admirabimini & attoniti eritis, non agnoscetis Christum, non credetis veritati, nam qui ignorant, & non credunt, admirantur. Fluctuate & vacillate. i. fluctuabitur & vacillabitur, vel vt Hebræa verba vertere posses excæcatis eritis & alios excæcabitur & sic vertunt ipsi Iudæi. Notandum hoc est quod AVG. nos docet solere prophetas, tropis & allegoriæ miscere veritatē, quo allegoria perspicua sit. Nam verba corum similibusq; Quod vocū hebræarū significationes cōsecramur vt Christi mysteria patefaciamus. D. Chryl. præceptū sequimur qui in c. Matth. i. in significatione hebræarū vocū latissimum campum patere docet ad intelligentiā scripturæ, & in cap. i. Geneseos homil. 3. thesauro cuiuspiam conferendam scripturam ait: quisquis in thesauro vel paruam micam capere valet, multas sibi parat diuitias, ita in sacra scriptura etiā in breui dictiōe variā sententiā vim, & indicibiles diuitias inuenire licet, cuius sententiæ. D. Basilius est qui in præmio de spiritu sancto viro theologo omnes literas & syllabas nō solū verba & orationes ait discutiendas. hoc sæpe iterat D. Hier. additq; in lib. de optimo genere interpretandi ad Pammachiū sacrilegium esse Christi celare mysteria. Vide quā sit necesse hæc dicere & testari etiam aduersus flāmas ardentes & strictos gladios.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis.

Quoniam potauit vos Dominus spiritu compunctionis.

D. Hier. nos docet apostolos citasse transfationē Lxx, cum alijs locis tum in fine 2. lib. apologeticæ aduersus Rufinum.

Quoties in D. Hier. scriptis lego Lucam abuti testimonijs petitis ex translatione Lxx, aut apostolos & euangelistas nō citare interpretationē Lxx virorū, ego glossulas alicuius esse mihi persuadeo, quæ ex margine in cōtextū librorū D. Hier. irrepserunt, cū in fine huius operis ostēdā vel ex hoc solo ppheta euangelistas & apostolos quinquaginta citasse locos & centies D. Hier. testatur apostolos & euangelistas citasse translationē Lxx, & eā ecclesiæ tradidisse. Et cōueniebat hoc inter D. Hieron. & Aug. citatam translationē Lxx virorum ab apostolis & euangelistis, illud controuertebatur an citaretur ab apostolis, cū non erat reddita ad verbū. D. Paulus hunc locum citat iuxta translationem Lxx virorum, & ad Iudæorum cæcitatē refert quod referunt Hieron. Cyrill. Procop. Nec quod vno verbo discrepat Paul. à Lxx viris continuo non

Anno non citat hæc verba iuxta illorum translationem. Quis enim authorem citat vllum vt verba numeret & syllabas? ORIG. loco citato sic hæc explanat. Populū dissolutum peccatis & in furorem versum, debæchaturum in Dominum, potu solutum ab ipso Domino & sopitum ab ipso eodem Domino spiritu compunctionis & spiritu soporis altissimi & profundissimi quopotabitur vt ita loquar, à Domino ipso, qui claudet somno eorum oculos vt indignos qui videant. i. permittet eos esse somno sopitos sic enim hæc è Græca lectione sunt vertenda, lege AVGVSTIN. contra Faustum Manichæum liber 13. cap. 11. & in caput 12. Ioannis tractatu 53. lege totam quæstionem.

Quærendum tamen quid sibi vulerint Lxx viri qui pro spiritu soporis, quo sopiti Iudæi non receperunt Christum, edidit, Spiritum compunctionis idque probauerit D. Paulus qui dixit. Dedit illis Dominus spiritum compunctionis, id enim est citare translationem Lxx virorū, citare id in quo Lxx viri à cæteris dissentiūt & citat ex hoc cap. D. Paulus quæ Lxx non vertit ad verbum sed paraphrasi quadam explicat fortasse. Nam de cætero parui refert dicas ne potauit illos, an dedit illos, Non id vocatur in controuersiam, sed cur pro spiritu soporis ediderint spiritum compunctionis, idque probat D. Paulus. Chrysostrōmus, & Suidas eū secutus, spiritum compunctionis, interpretantur sic vt compunctio non operationem quandam significare putent, sed Dei permissionem vt aliquis maneat in malo veluti clavis affixus, vt compunctio sit veluti affixio quædam & habitus quidam animi ad malum penè immedicabiliter se habens & compungi sit aliquando clavis trabalibus affigi, ita vt penè immobiles sint in malo peccatores: vnde illud Psalmi 29. vt psallat tibi gloria mea & non compungar. i. non affigat veluti clavis malo: sic etiam ISIDOR. referente Suida: & quauis reclamet verbū Hebræum recte hæc dicta videri possunt, quod Lxx viri non tam sunt interpretes, quam scholiasta, nec reddunt verba sed exprimunt sensa, verbum Hebræum est רִיחַ סוּפֹרִים, spiritus soporis qualis quorundam est, qui somno graui pressi, lecto surgunt, stabulū petunt, soluunt equos è præsepiti, præcipiti saltu equum conscendunt, flumina petunt, potum agunt equū, redeunt domū religant rursum equum, præbēt pabulum, & hæc omnia faciunt dormientes, quorum ego testis penè fui oculatus. Vidi quendam mihi notum surgere è cubili, fabulari, & colloqui cum alijs, respondere, affirmare se vigilare, & sustibus vapulare, quod nō redderet, quæ acceperat, quibus hero erat opus, & casum sustibus lacrymare. postero die euocari, & reddere id quod petebatur, & interrogatum cur noctu non reddidisset, negasse à se petitum esse, aut se euocatum, cum multis plagis casus esset, Ait ergo propheta Iudæos tali quodam somno implicatos quantum ad res cælestes spectat, obambulatos, vt nihil cælestium rerum videant, nihil sentiant, nihil intelligant. Nam Hebraicè est: ^{soporis spiritum Deus super vos miscuit} Quia

Id est, Quoniam miscuit super vos Dominus spiritum soporis (vt vertit D. Hieronymus) vnde suspicor Lxx viros, ^{κατανοήσω} dixisse, pro ^{κατανοήσω} soporationem, à ^{κατανοήσω} pro ^{κατανοήσω} quod si Græca vox ^{κατανοήσω}, non admodum recepta est apud claros scriptores, nihil est quod miremur. Nam D. Paulus & Lxx viri non student splendidi orationis, & Græca vox è sermone Hebræo est explananda. Huius rei argumentum est, quod Lxx viri pro somno solent reddere ^{κατανοήσω}, vt psal. 59. Deus repulisti nos, vbi, quod D. Hieronymus reddidit. Potasti nos vino confopiente, edidit Lxx: Potasti nos vino ^{κατανοήσω} quod Latinus interpres semper vertit, vino compunctionis: & fortasse potuisset reddere, vino soporifero. Sic videtur explanari O R I G. qui ait, Potabitur à Domino ^{πνεύματι κατανοήσω} & πατισθήσονται ὑπο τῷ πνεύματι κατανοήσω ἃς αὐτοῦ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐς ἀνάληψιν τοῦ βλάπτου. i. spiritu soporationis claudentis eorum oculos, tanquam indignos qui videant. Potest etiam reddi, vino compunctionis. i. vino quod cor compungat, & sine sensu reddat, clavis affixum malo, vt interpretatur CHRYS. q̄ peccato affigat velut clavis trabalibus, & vino, quod cor mortuū relinquat sine sensu, sine intelligentia rerum cælestium. Nam verbum Hebræum, quod ibi est רִיחַ סוּפֹרִים, variè explanatur à rabinis, à R. Emmanuel, soporiferum: & à R. Abraham, vinum claudens cor, & occæcans, à R. David vinum venenatum mortiferum, & tremoris, quia quādo illud bibit homo tremat moriturus, vi venenit concussus. A R. Selomoh, vinum venenatum operiens cor, & auferens intellectum & sensum, vnde optimè CHRYSOS. somnum hūc appellauit somnū compunctionis, quod compungat cor, & penè mortuum relinquat, sine sensu, & intellectu rerum cælestium. Et sic explanandus est locus ille psalm. 29. vt psallat tibi gloria mea, & non compungar. i. ne traham potionem illam quæ operiat cor meum, claudat, pungat, & mortuum relinquat,

Spiritus compunctionis. D. Paulus commentaria Lxx citare videtur. Cur Lxx pro spiritu soporis, verterint spiritum compunctionis?

linquat, auferat intellectum rerum celestium. CYPRIAN. lib. 1. epistola 3. Denique hinc illis A pertusa mens, & hebes animus, & sensus alienatus est. Ira Dei est non intelligere delicta, ne sequatur poenitentia. sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum transpunctionis ne reuertantur scilicet, & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus iustus peccata sanentur: quod Paulus apostolus docet, delectum, inquit, veritatis non habuerunt, vt salui fieret, ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, &c. Et idem CYPRIAN. ser. 5. de oratione dominica: In iuste sibi placentes, & transpuncta mentis alienatione, dementes, Dei precepta contemunt, medelam vulneris negligunt, agere poenitentiam nolunt, ante admissum facinus improvidi, post facinus obstinati: dedit ergo Dns spiritum soporis. i. permisit vt sopiti esset. ERAS. in c. 11. epist. ad Rom. innuit D. Paulum no iuxta Hebraicum, quod rectum erat, sed iuxta Lxx produxisse hoc testimoniu. In D. Paulo, & D. Luca Christi loquitur, loquitur spiritus sanctus de quo quis dixerit voluisse proferre non quod rectum erat? Apage.

Ait preterea Erasmus Origenem fateri sibi nusquam lectum in libris Diuinis, Dedit eis spiritum compunctionis, quod verissimè adnotat Erasmus, sic enim ORIG. in cap. 11. epistolę Pauli ad Rom. dicere videtur. Sed, vt ostendi in cap. 15. Matth. hunc locum explanat Græcè Orig. & citat eum ex Esaiā. Qui conuenit ergo vt postea in cap. 11. epistolę ad Rom. neget se scire vnde hic locus sit desumptus? nisi verissimum est, quod alibi dixi, cum conferrem cum lectione Græca Latinam interpretationem, deprehendisse me interpretem, quicumque ille fuit, nam certè D. Hieronymus non fuit (multas enim hæreseis intertextit interpret ille scriptis Origenis, quæ Græcè non sunt) deprehendi ergo interpretem illum multa diuinitus dicta ab Origene detrudere, multa scriptis Origenis addere de suo, & sic ab interprete additum illud puto in cap. 11. epistolę ad Rom.

Postremo illud adnotandum, de quo supra dictum est, dicendumque millies hunc locum citari à D. Paulo, coniunctum, & coagmentatum cum alio loco Esaię cap. 6. quod mos est euāgelistarum, & apostolorum citare testimonia scripturę coagmentata ex duobus locis, vt vtroque loco idem significari ostendant, & altero loco alteri lucem adferant, quod faciunt etiam Lxx cum locorum, quæ interpretantur ex alijs scripturę locis faciunt paraphraseis. Quæ res summo opere notanda est, quod Porphyrius & alij impij, quod hæc parum intelligebant, mille crepant blasphemias. Lege bellam disputationem apud AVGVVS. in cap. 12. Ioan tractatu 53. nõ longe à principio & contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 11. Miror autem ingeniosissimo & acutissimo viro ERAS. potuisse in mentem venire, verba illa quæ adijcit Paulus, vsque in hodiernum diem, citata tanquam prophetę alicuius, nam vt non viderit hoc testimonium citatum à D. Paulo coagmentatum è duobus Esaię locis esse, mirandum non est. Multos viros doctos hoc præteruolat, illud tamen planum erat, Paulum post vaticinium Esaię subiecisse non solum illud accidisse temporibus Christi, sed etiam Iudæos perficere in sua cæcitate vsq; ad tempora, quibus illa scribebat, post tot edita miracula in Christi resurrectione, in passione, in prædicatione Apostolorum, post dona linguarum, & post alia innumera.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros qui vident visiones operiet.

Et claudet somno oculos eorum & prophetarum suorum & principum suorum qui videntes erant abscondita.

ORIGENES in cap. 15. Matthæi interpretans hunc locum καμύνοι κύριος τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν τῶν οὐκ εἰδόντων τοῦ βλεπέω καμύνοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαγγελουμένων βλεπέω τὸ κρυπτόν ἐν ταῖς βίβαις γραφαῖς. i. claudet Dominus oculos Iudæorum tanquam indignos qui videant & claudet prophetarum & principum oculos, qui pollicebatur videre se occulta & abdita scripturarum. Igitur claudet Dns, in aduentu Christi permittit claudi & occæcari oculos vestros o Iudæi quod indignos vestra impietate fecistis vestros oculos qui Christum agnosceret & summi Dei conspectu frueretur: quod Lxx dixere, Claudet somno oculos Iudæorum, ne intelligat Christi miracula & vaticinia de Christo vt illum agnoscant & operiet prophetas. i. occæcabit prophetas, appellat enim aliquando scriptura prophetas eos qui scripturam interpretantur, occæcabit ergo illos Dns ob suam impietatem, ne intelligant scripturam, ne agnoscant Christum, & operiet Dominus. i. occæcabit principes sacerdotum qui vident visiones qui gloriantur se intel-

A se intelligere prophetarum vaticinia in scriptura sacra, ne ea intelligant, ne agnoscat Christum. sic Lxx viri intellexisse videntur, qui reddidere, Claudet Dominus oculos vestros o Iudæi & claudet oculos prophetarum ipsorum, sic enim reddes Græcam lectionem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent, lege istum, & respondebit, non possum, signatus est enim, & dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei lege, & respondebit nescio litteras.

Et erunt vobis omnia verba hæc, sicut, verba libri signati huius, Cuiuscunque dederint illi homini scienti litteras, dicentes lege ista, dicet, non possum legere, signatus est enim. & dabitur liber iste in manus hominis nescientis litteras, & dicet ei, lege hoc, & dicet, nõ scio litteras.

B Ille alter in Genesim lib. 2. cap. 40. Puteus inquit videntis & viuientis est hæc scriptura profunditas, quam nobis ad irrigationem mentis præbuit omnipotens Deus. Via ad hunc puteum & ad hanc aquam hauriendam, est humilitas passionis vnigeniti, per quam nobis apertum est hoc, quod prius latèter scripturę sacrę loquebantur. Nisi enim filius Dei incarnatus, tentatus, prehensus, colaphis cæsus, sputis illusus, crucifixus ac mortuus fuisset, nobis huius putei. scripturę sacrę profunditas, nõ pateat. Quid ergo fidelibus humilitas passionis Christi facta est, nisi clavis apertionis mysteriorum scripturę? Hæc autem prius legi poterant, sed quia nondum euenerant, intelligi non valebant. Vnde per Ioannem dicitur, Vicit leo de tribu Iuda, radix David, aperire librum, & soluere signacula eius: ipse enim librum aperuit & signacula eius soluit nascendo, moriendo, resurgendo, atque ad cælos ascendendo & sic scripturę sacrę nobis arcana patefecit. ORIG. in cap. 15. Matthæi τότε ἔσται ἀνοίξις τὰ προφητικά ἐσθηται ἡ ἀπόκρυφος ὁ βιβλίος, tunc erunt ipsi libri prophetici ob signati quod passus est populus non credentium in Christum. Idem ORIG. in cap. 22. Numerorum homelia 13. hæc verba dicta C putat de his prophetijs ipsius Esaię, his verbis, Sed & Esaias quod ænigmata sunt quæ scripsit, ipse declarat, inquit, Erunt verba libri huius sicut verba libri signati eo quod figuris perplexus est, & ænigmatibus inuolutus, & in Exodi cap. 24. homelia 12. Agnus inquit ex tribu Iuda accipiens librum signatum, dignetur eum aperire, ipse est enim qui scripturas aperiens accendit corda discipulorum, quando dicunt, Nonne cornostrum ardēs erat? & in Ioannem tomo 16. in illa verba, Qui seminat mercedē accipit: Mosem & prophetas scripturas intellexisse putat, non tamen alijs reuelasse, vnde liber dictus est signatus, apostolos vero mysteria scripturarum iustos esse omnibus pandere. Ita explanat AVGVVS. tomo 6. de altercatione ecclesię & synagoga. & CYPRIAN. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 4. præcipue HILAR. in prologo explanationis Psalmorum vbi multa diuinitus in hunc locum scripsit, & in Psalm. 118. cum explanat verba illa, Declaratio sermonum tuorum illuminat & EVSEB. demonstrationis euāgelicę li. 8. cap. 2. & EPIPH. lib. 2. contra hæreses vbi scribit Origenis verba in. 1. psal. nam integrum cap. de hac re scripsit. Mitto B. Hieronymum, Theodor. Cyrill. Procop. & alios omnes patres, qui ita hunc locum explanant. Contra hunc veterum patrum consensum contra D. Paulum & Ioannem apocalypseo. 5. sunt qui Iudæos sequantur, de Rabinorum sententia hæc interpretentur, & tamen terunt multorum manibus, & leguntur, cum hæc omnia ad captiuitatem Babyloniam referunt. Accidet, inquit, hæc afflicto Babylonica vobis quia contempsistis lectionem prophetarum, vt ab hominibus mollibus cõtemni solet lectio epistolę ob signatę, & obscurę quia nolunt luctari cum intelligentia. En Iudæorum mysteria, en Iudæorum alta ac recõdita sapietia, en cur lectio sanctorum patrum à Iudaisantibus deseritur. Si repetas animo memoriam præteriti temporis, nunquam factum reperies vt tam passis velis Iudaismus (etiã cum itum sit obuiam per inquisitores) per ecclesiam fuerit delatus. Iudæos ego non miror qui cæcitate hoc vaticinio damnantur & excluduntur ab intelligentia scripturarum, si aliquam rimam qua elabantur, quarant, & stropham aliquam. Iudaisantes miror non solum cæcos, sed stultos etiã & impudentes. Quid nõ nobilitata causa est Babylonicę captiuitatis apud Hieremiam & Ezechielem? vbi nunquam dicuntur incurrisse Iudæi illa mala, quod non legerent prophetas, sed quod Idolatrę fuerint & sanguinarij & auari.

Iudaizantes & illorum amatores.

Iudaismus nunquã ab initio nascens ecclesię tam passis velis mihi videtur delatus per ecclesiã multas.

D. HIE.

Et dixit Dominus, eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, Cor autem eius longe est a me & timuerunt me mandato hominum & doctrinis.

Et ait Dominus appropinquat mihi populus iste ore suo, labijs honorant me: at cor eorū longe abest a me, frustra autem colunt me, docentes præcepta hominū & doctrinas.

Hæc verba citat D. Matthæus iuxta tralationem Lxx virorum, nec quisquam hoc poterit inficiari si Græca Græcis comparet. Nam Latina lectio fortasse fallat. Si quidem Lxx viri edidit e'γγιζει μοι ο λαος ουτος εφ'ηματι: Euangelista Matthæus eodē modo prorsus, εγγιζει μοι ο λαος ουτος εφ'ηματι ουτος: postea Lxx seniores, η δε καρδια αυτων περιησται απ' εμου: euangelista Matthæus, η δε καρδια αυτων περιησται απ' εμου: & reliqua eodem modo, facta tantum dictionum transmutatione. Sed D. Hieronymo distracto curis, quæ ad eum ex toto orbe conuolabant, hæc inter se Græcè conferre non licuit, quod labori suppeditare non poterat: ERAS. licuit & venia dignus vix videtur, præsertim quod fidem Græcorum codicum & Latinorum attentat. Itane Erasme libri sacri, qui vt ait AVGVVS. per manus apostolorum, pontificū, sanctorum patrum, ad nostra vsque descendere tempora, qui in oculis catholicæ ecclesiæ semper fuere, nec deiecti vnquam è manibus fidelium, qui citantur à Chrysolomo, Augustino, Hilario, Cyrillo, cæterisque patribus iam indè vsque à temporibus Christi vitiat tibi videntur? Sed mitto Erasmus, re deo ad verba prophete. Quod D. Hieronymus reddidit lectioni Hebrææ conuenienter Timuerunt me mandato hominum & doctrinis, paraphrasi quadam interpretatur Lxx viri hoc modo, frustra colunt docentes præcepta hominum & doctrinas: vbi pro tralatione edidit commentaria. Nihilominus tamè citatur totus hic locus à MATTH. euangelista cap. 15. & à MARC. euangelista cap. 7. quod ostendimus supra fieri frequentissime solere ab apostolis, vt tralationem Lxx virorum citent, etiam cum Lxx viri veluti commentariola edunt pro interpretatione, quod veluti insolubile argumentum putat Augustinus, quo ostendatur afflatu spiritus sanctus Lxx virorum tralationem esse textam, cum æque citetur ab apostolis, etiam cum non reddit ad verbum lectionem Hebræam, atque ipsa Hebræa lectio. Et ita supra ostēditur comen- tarium quæ translatio. Contra iudeorum interpretationes.

Iam ad interpretationem huius loci veniendum est. ORIG. in cap. 15. Matthei putat sensum huius loci esse, Dominum dixisse populum Iudæorum solo ore appropinquare Deo, propterea quod cor illorum, ob incredulitatem erga Iesum, procul esset à Domino, & nunc maxime abest, postquam abnegarūt seruatorem. Non enim iam amplius docent præcepta Dei, quod quæ docent Iudæi, non sunt iam in sapientia spiritus, sed in sapientia humana vnde dicitur de ipsi, Frustra autem colunt me, docentes præcepta hominum, & doctrinas, non enim docent spiritus sancti præcepta, sed hominum præcepta. Hæc Origenes. In nunc & amplectere Iudæorum nugas. IVST. aduersus Tryphonem etiam hæc postrema interpretatur de Iudæis qui peruertunt sacros scripture sensus. AVGVVS. in psal. 94. in principio enarrationis hunc locum explanat & in psal. 148. in fine & tomo 4. in quæstionibus ex nouo testamēto, quæstione 79. vbi cordis inspector Deus vidit, inquit, postulantis mentem an mereatur accipere quod postulat, quod dicit Dominus per prophetam: Populus hic labijs me honorat. Nam simulatoris animū iustum est vt obscuret, qui enim nō per errorem verum vocat falsum, sed per malevolentiam, aut intelligens bonū, fingit se nescire, vt conuertat illud in malum, hoc vtique debuit præstare illi Deus, vt non intelligat bonū, ne saluetur, qui non vult saluari. Causam igitur reddit Deus (sententia Augustini) his verbis, cur Dominus occæcauerit Iudæos, cur illis liber sit signatus cur alto sint somno sopiti, ne res diuinas intelligerēt, quia, inquit Dominus, colebāt me labijs, corde autem nolebant, permisi ergo vt non saluarentur, permisi vt qui non per errorem verum vocarent falsum, sed per malevolentiam, & qui intelligentes bonum fingebant se non intelligere vt facerent quod malum esset, permisi inquam, vt vere non intelligerent bonum, vt solet Deus permittere vt qui fingit podagram, vere sit podagricus. Ita etiam D. Cyrillus, vnde D. Hieronymū intelliges cum dicit Apostolum hoc testimonio Esaiæ abusum. i. recte vsus hoc enim significat aliquando, abuti, præclare vti, vt apud Cic. cum lumina sententiarum enumerat,

merat, ea, quibus, inquit, tanquam abutimur. i. per catachresim dicta, quæ inter sententiarum lumina numerantur. Nec enim diceret D. Paulū, in quo loquitur spiritus sanctus, in quo Christus loquitur, qui in tertium cælum est raptus, abusum. i. improprie vsus testimonij scripture, cum à D. Hilario & alijs sanctis patribus dicatur optimus scripture interpret. IREN. lib. 4. cap. 26. sic explanat hunc locum, Verba legis enunciabant Iudæi, erant autem sine charitate, & propter hoc iniusti in Deum, & in proximos, docebant doctrinas hominū. i. traditiones presbyterorū, quas finxerant, vt frustrarentur legē Dei, ne ei essent subiecti, hoc est enim quod à Paulo dicitur, ignorantes iustitiam Dei, & suā volentes statuere, iustitiā Dei non erant subiecti. CHRYS. in cap. Matth. 3. homel. 11. Abundè sufficere vobis putatis, si duos aut tres psalmos ex more sonatis: non audistis quid dicat propheta? Populus iste labijs me honorat, dele animi tui literas, quæ in tua mente diabolus scripsit, furta, auaritiā, idolatriā, luxum. offer mihi cor liberum, ne agnoscantur literæ pessimi illius magistri. Lege quæ dicat BASIL. in illa verba 28. psalmi, Et in templo eius omnis dicit gloriam.

Ideo ecce ego addā, vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi & stupendo. Ideo ecce ego addā, vt commutabo eos. LXX viri pro interpretatione, edunt commentaria hoc loco. Quod enim conuenienter lectioni Hebrææ D. Hieronymus dixerat: Vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi & stupendo, velut enodantes Lxx viri, quod sit hoc miraculū grande, edidit: Vt mutabam hunc populum scilicet, & commutabo cum alio populo: relinquam populum Iudæorum, assumam populum Gentium. Sic explanat ORIG. in cap. 15. Matth. THEOD. Vt Iudæos repellam, scilicet, assumam Gentes. sic etiā CYRIL. Ergo miraculū hoc grande appellat, quod pharisæi & sacerdotes, qui legis arcana videbant, qui sapientissimi erant, redduntur stupidi, & cæci, contrā verò nationes stupidæ, facta mutatione, implentur diuina sapientia, & cōplentur spiritu sancto, doctores mutantur in rusticos, rustici in doctores cōmutantur. PROC. Idē his verbis dicitur, quod Ioan. cap. 9. In iudicium ego in hunc mundū veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant: nā Gentes vsus recipere, Israël est occæcatus. IVST. in dialogo aduersus Tryph. Itaq; rectū est, o Iudæi, vt ea, quæ non intelligitis, ab ijs, qui acceperunt gratiam discatis, & non peruicaces sitis in seruandis vestris falsis interpretationibus, propter quas vos deseruit gratia Dei, & ad nos transtet (vt inquit Esaias) seruantes mandata hominū, & ideo ego mutabo populū hūc, & mutabo ipsos. Hec Iustin. pro his qui admirātur Iudæorū fabulas. Verbum Græcū μεταρτησει, quod est apud Lxx, significat cum alio commutare.

Perdā enim sapientiam à sapientibus eius, et intellectu prudentium eius abscondetur. Perdā sapientiā sapientū, & intellectū prudentiū abscondā.

ORIG. in cap. 15. Matth. Perdidit Dñs sapientiā ipsorum Iudæorū, non enim est sapientia apud ipsos, quemadmodū neq; prophetia, sapientiā eū ipsorū obscurauit Deus, vnde non splendet vt olim. TERT. aduersus Marcionē li. 4. Abscondit prophetica mysteria Dñs ob scuritate quadā, quorū intellectu fides nō mereretur. Nisi eū credideritis nō intelligetis. Hūc locū citat D. Paulus iuxta tralationē Lxx. i. ad Corinth. cap. 1. excepto quod verbū (abscondā) mutauit in verbū (reprobabo) quod solent apostoli & euangelistæ, vt intellectu nobis aperiat scripturarū, quæ aliquantū obscure dicta sunt, planius reddere, vt dictū est ex Orig. Hoc est ergo miraculū grande, quod se facturū Dñs dixerat, nisi putas nō esse grande miraculū, si Dñs ex doctore eminentissimo Theologo efficeret hominē rusticū: contrā verò, ex homine rustico, efficeret doctore theologū eminentissimū. Narrat antiquitas miraculū fuisse, philosophū quen dā sapientiss. lapide cerebro percusso, oblitū fuisse literas, ita, vt neq; legere scierit: & Grammaticū, qui cū asino, quo vectabatur, excidisset, accepto in cerebro vulnere, prorsus omnē Grammaticā oblitus sit, vt ne vestigiū vllū artis, quā faciebat, in eo resederit. Et Hermogenē rhetorē, qui cum doctiss. suæ tēpestatis adolefcēs esset, senex prorsus omnia sit oblitus: Hæc miracula, & his similia, narrat antiquitas, quibus infinitis partibus maius est hoc miraculum, quod fecit Dñs, do-

Nota hæc, qui admiraris Iudæorum fabulas. Veritas.

li Dñs, do-

Dñs, doctores eminentissimos legis diuinæ, fecit stultos, & homines stultos, fecit diuinæ legis doctores eminentissimos. CLEM. Alexan. Stromatō lib. 1. & lib. 5. retulit etiam hoc ad sapientiam huius mundi, quam adueniens Dominus perdidit, qua de re lege EVSEB. præparat. euangel. lib. 12. cap. de humana sapientia, vbi hunc locum explanat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Væ qui profundi estis corde, ut à Dño abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera. Et dicunt, Quis videt nos? Et quis novit nos?

Væ profundū consiliū facientes, & non per Dñm, vā in abscondito cōsiliū facientes, & erunt in tenebris opera eorū, & dicent: Quis nos videt? aut, quis nos cognoscat? aut, quæ nos fecimus?

CYRILL. hæc omnia optimè explanat: Profundi estis corde, ut à Dño abscondatis consiliū, quando scilicet proditorē lūdā conductistis, ut Dñm dolo teneretis, dicentes: Ligemus iustū quia inutilis est nobis: quod B Lxx dixerunt. Væ profundū consiliū facientes: Vos nescitis quicquā, nec cogitatis, expedit ut v. nus homo moriatur pro populo. Nō per Dñm, vel non pro Dño, sed contra eū, ut eū dolo teneretis. Quorum sunt in tenebris opera: cum clam pecunia corrupistis custodes, cum clandestina cepistis consilia, quod significant etiam verba illa: Væ qui in abscondito consiliū facitis, quod Matth. dixit cap. 23. Congregati sacerdotes cū senioribus, consilio accepto, pecuniā copiosam dedere militibus, dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt. Idē significat illud: Et erunt in tenebris opera eorū. i. cogent clam hæc & alia consilia aduersum Dñm, & putabūt fore clam, dicent em: Quis nos cognoscat? aut, cognoscat quæ nos facimus? CLEM. Alexan. in pædagogō cap. 10. De hoc consilio, inquit, dictū est illud: In consilium eorum non intret anima mea, & alia quæ ibi leges dicta diuinitus. ORIGEN. in cap. 15. Matth. aliquanto secū: ait enim sensum huius loci esse, etiam si videantur Iudæi consiliū aliquod profundum facere, cum non propter Dominum faciant, se implicent miserijs, & si profunda consiliorum diuinorum promittunt, mentiuntur. vnde opera eorum non sunt lucis, sed tenebrarum & noctis. Denique hoc caput opera Iudæorum describit. Hæc Origenes.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Peruersa est vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet.

Nōne ut lutū figuli reputabimini?

cogitet in figulum Mutari vestrum reputabitur figuli lutum sicut certè Perueritas vestra

LECTIO Hebræa dupliciter verti potest: Perueritas vestra quasi lutū contra figulū cogitet, pro quo D. Hieron. dixit: Peruersa est vestra cogitatio, quasi si lutū cogitet cōtra figulū, vel verti potest, Mutari vestrū certè sicut lutū figuli reputabitur, & sic vertunt Iudæi, sed aliò detorquent, nā de more inuertunt scripturas. Sic reddunt Lxx: Nōne ut lutū figuli reputabimini? Lectio ergo Hebræa est, mutari vestrū profectō sicut lutū figuli. i. tā facile mutabimini in vasa contumeliæ, quā lutū in quodlibet vas mutatur à figulo, quod Lxx dixerunt: Nōne ut lutū figuli reputabimini. THEOD. Ut figulus vasa quæ finxit, & nondū igni durauit, diffingere potest, & pro illis refingere alia, sic ego possum vos repellere, & nationes in vestrū locū sufficere, & transferre charismata, quæ vobis dabantur, ad nationes. Eodē modo PROC. & CYRIL. Peruersa est vestra cogitatio. i. erratis, si putatis vestris consilijs vos posse Deo resistere: est em̄ idē cū illo Act. cap. 5. Si hoc ex Deo est, nō poteritis dissoluere illud, erratis ergo, si corrūpendis custodib⁹, & vestris dolis, Deo velitis resistere & Christo ei⁹, quasi si lutū cogitet aduersus figulū, se figuli posse impedire cōsilia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et dicat opus factori suo, non fecisti me, et figmentum dicat fictori suo, nō intelligis.

Nūquid dicit figmentū fictori suo: nō me plasmasti? aut factura factori, non sapienter me fecisti?

כי יאמר מעשה לַעֲשֹׂהוּ לֹא עֲשֵׂנִי

D. Hier. nos admonet D. Paulū hunc locū citare, nō iuxta tralationem Lxx, neq; Hebræā lectionem ad verbū reddere. Non repugno D. Hieronymo, dū illud det nobis, si aposto-

A si apostoli & euangelistæ suis verbis vertūt Hebræā lectionē, ita vertere, ut semper cōsentiant cū tralatione Lxx, eadē verba dicant, eadē syllabas, eadē addant, eadē omittant. Inde potius IREN. argumentū colligit afflatu spiritus sancti Lxx vertisse sacras literas, si iisdē verbis, iisdē sententijs vertere, quibus euangelistæ & apostoli. Mihi videtur D. Paulus fecisse hoc loco quod sæpè solet, ut sic cite tralationē Lxx, ut quod obscurè dictū erat, tanquā ecclesiæ doctor, dicat ipse planius, quod nos docet ORIGEN. apostolos & euangelistas facere solitos. Nam quod Lxx dixerunt: *מי עָשִׂהוּ תֹאמַר מַעֲשֵׂהוּ*. i. nunquid dicit figmentū fictori? Paulus eodem modo dixit, *מי עָשִׂהוּ תֹאמַר מַעֲשֵׂהוּ*. Quod verò sequitur, *וְעוֹד מִי עָשִׂהוּ*, non tu me plasmasti, quod ambiguum erat, alleueranterne an interroganter esset dictū, documentumq; præscribatur Aquigranensi cōcilio cap. 3. quod multa sunt quæ nisi proprio modo pronuncientur, in contrariā recedunt sententiā (vt Concilij verbis vtar.) Paulus ecclesiæ doctor ambiguitatem hanc sustulit, & interroganter hæc legenda esse nos docuit, & quod obscurè dictum erat, ipse dilucidius dixit. Citat em̄ hunc locū ad Rom. 9. coagmentatū ex duobus locis, ex hoc, & ex cap. 45. iuxta tralationē Lxx, quod hoc eodē cap. ostēdim⁹ fieri solere à Paulo, ut vno loco scripturæ alteri lucē adferat. Sed Paulus hūc locū plurib⁹ explanat, quod difficillimus esse videretur. Post D. Paulū quorsum quæramus aliū interpretē? Vatablus ne meminisse quidē Pauli dignatur. Sensus ergo est, Vos o Iudæi, qui tot consilia aduersus Dñm capiebatis, mutabimini ex vasculis honoris in vasa contumeliæ, vestro merito, ut à figulo diffingitur vas honoris, quod fiebat, & refingitur contumeliæ vas. Permittet enim Dñs vos in vestra cæcitate persistere, & populū Gentium, faciet populū suū, quod cum fecerit, nunquid vas fictori suo dicet, cur me fecisti vas in contumeliā? Nā D. Paulus, ut nos doceret hūc hui⁹ loci esse sensum, pro, nō fecisti me, reddidit, quid me sic fecisti? ut intelligeremus hæc interroganter esse legenda. Et postea figmentū dicit fictori suo, nō intelligis? interroganter etiā. i. an non summo cōsilio & sapientia summa me finxisti? cur igitur me diffingis? quod tamē eadē sententia est posterioris orationis & prioris, Paulus sat habuit enodare priorē, ut inde posteriorē edisceremus enucleare. Sensus est ergo: Non exiget ergo rationē vas ab artifice, cur se sic finxerit, nec vos à me exigere poteritis rationem; cur vos diffinxerim, & in vasa contumeliæ refinxerim, cum præsertim vestro merito id fecerim. Nā vt AVG. millies repetit, cū alijs locis plurimis tū de bono perseueratiōe, & prædestinatiōe: Quos castigat De⁹, castigat iustitia, quos liberat, gratia liberat: qui nō liberatur, agnoscit debitū: qui liberatur gratias agit, qui dānatur nō habet quid reprehendat, suo merito dāatur. Ergo tralationē D. Hieron. ex D. Paulo sic interpretabimur: Et dicit opus fictori suo nō fecisti me? interroganter. i. dicit opus factori suo, an nō fecisti tu me? quasi dicat, certè tu me fecisti, cur igitur me diffingis? An hanc rationē exiget opus à suo artifice, & dicit artifice, certè tu me fecisti, cur me diffingis? nec opus ab artifice suo hanc rationē exiget, nec vos à me poteritis exigere. Et rursum, Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit, nō tu me plasmasti? interroganter etiā, quasi dicat, certè tu me plasmasti, cur ergo me fecisti vas contumeliæ? non intelligis? i. an nō summa sapientia me fecisti? quasi dicat, summa sapientia me fecisti, cur me diffingis? A M B R. in cap. 9. epist. ad Rom. Hoc, inquit, de Esaia propheta est, quod hic Paulus quasi propriū pōnit, quo ostendit cōtra authorē, opus eius quæri nō posse: in potestate enim authoris est qualē velit condere creaturā. Vasa enim omnia vnus sunt substantiæ, sed differunt honore, voluntate authoris: sic cum omnes ex vna, & eadē massa sumus in substantiā, & cūcti peccatores, alijs miseretur, alijs nō miseretur, non sine iustitia: in figulo enim sola voluntas est, in Deo voluntas cum iustitia. HIER. ad Hediūam hunc locum explanat, quæst. 10. Sed sat est admonuisse hunc locum citari à D. Paulo, qui plura volet, adeat eius interpretes.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nonne adhuc in modico, et in breui cōuertetur Libanus in Carmel, et Carmel in saltum reputabitur?

Nonne adhuc parum, & transfere tur Libanus in mōtem Carmel, & Carmel in saltum reputabitur?

Deliria Iudæorū & Iudaizantiū de intellectu huius loci leges in Thesuro lingue sanctæ in dictione Carmel. THEOD. Vos o Iudæi repellā citō, & assumā nationes. Nationes enim appellat Libanū, qui nō Iudæorū, sed Gentium mons est. Carmel verò mōs est Iudææ. Allegoria autē docet commutationē Iudæorū cū Gentib⁹, ut relinquuntur Iudæi, assumātur Gētes. li 2 Dabitur

Dabitur Libano. i. gentibus Carmeli. gratia. i. Iudæe gratia, quod Carmelus mons est Iudæe. & Carmelus, hoc est, Iudæi, erunt in saltum, erunt inculti cultura caelesti. hæc THEODOR. Itaque vnam & eandem rem tribus similitudinibus expressit adhuc: Prima: Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo, miraculo grandi & stupendo, quod Lxx sunt interpretati. Mutabo populum hunc cum populo Gentium. Secunda, Perdam sapientiam sapientum. i. orbo sapientia rerum caelestium Iudæos, & implebo Spiritu sancto Gentes. Tertia, more figuli, qui vasa ficta in honorem, diffingit in vasa contumeliæ: Vos ego diffingam in vasa contumeliæ. Quarta similitudine eandem rem nunc dicit: Carmel mutabo in Libanum, & Libanum in Carmel. CYRIL. & PROC. Gentes, inquit, appellat Libanum, quod Libanus Gentium mons sit, quas Gentes commutaturum se ait cum Carmel. i. cum Iudæorum populo. vt sit sensus: Populum Gentium, faciam populum meum, & populum Iudæorum excludam. Nam hoc est, Carmel in saltum reputabitur, quasi dicat, populus Iudæorum reputabitur in desertum. Mos est enim scripturæ, desertum appellare Gentes, destitutas Dei cognitione. Sic explanat REMIG. Altifidorensis in cap. 14. Zachariæ in illa verba. Tunc reuertetur omnis terra ad desertum.

Illud querendum videtur, cum Libanus apud prophetas ferè pro Hierosolymis accipiatur, Bcur hoc loco vsurpetur pro populo Gentium, causam esse puto, quod Hierusalem & populus Iudæorum, repudiato Christo, reputatur in populum Gentium, & sic cum vastatur Hierusalem post Christi crucem, alijs locis dicitur Libanus. i. populus Gentium, vt hoc loco dicitur, reputanda vrbs Hierusalè in Libanum. i. in populum Gentium: & quoties à prophetis populus Iudæorum appellatur Libanus sic appellatur, vt dicitur quoque; populus Sodoma & populus Gomorrha. Et placet mihi ratio D. Hieron. Libanum sonare Latine candidum, & accipi pro populo Gentium iam fide illustrato, per prolepsin, qua sponsam dicimus, non quæ est, sed quæ adulescens sibi optat dari: vt sic appelletur populus Gentium Libanus. i. candidus, non qui esset, sed qui vocatus ad fidem, aqua baptismatis candidus erat efficiendus: siue quod Hebraicè Lebana, Luna est, quæ lumen à Sole accipit, & dicitur à candore, vnde dicta synagoga Libanus, quod lumen à Deo acciperet, vt Luna à Sole, & nunc ecclesia duplici nomine dicitur Libanus: quod Libanus, Gentium mons sit, & quod suffecta in locum synagoga, multo magis à Christo, Sole iustitiæ, illustretur quæ olim synagoga, & inde nomen relicte accipit synagoga. Et res notissima est, Libanum montem arboribus amoenissimis fuisse, vnde dicta ecclesia, Libanus, quod viris sanctissimis floruerit, quos scriptura arbores amoenissimas appellat. Et Carmel Iudæa est, à car. i. agnus, & mel, circūcisio, vt hoc nomine dicatur relinquenda sacrificia veteris legis, & circūcisio, cum aduenerit Gentium dealbatio & veritas.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et audient in die illa surdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi cecorum videbunt. Addent mites in Domino lætiam, et pauperes homines in sancto Israel exultabunt.

Et audiet in die illa surdi verba libri, et qui in tenebris, et qui in nebula, oculi cecorum videbunt, & exultabunt medici propter Dominum in lætitia, & spe omni destituti homines implebunt lætitia

Superior sententia repetitur alijs verbis. Sic enim AVGVSTVS. intellexisse videtur in dialogo de altercatione ecclesiæ & synagoga, cap. postremo. PROC. Qui prius, inquit, in caligine & vmbra erant, & qui sedebant in tenebris & vmbra mortis, videbunt lumen libri signati: contra verò qui prius videbant Dei mysteria, cæci fient, & qui alieni erant à veteribus patribus, lætabuntur lætitia & salute spiritali, Israelitici bonis spiritalibus priuabuntur. THEOD. Cæci qui nesciebant literas, gætes. s. infideles, quæ credere quæ non poterant intelligere prophetiam, recepta fide, intelligent expeditissimè dicta prophetarum. Nam verè cæcæ erant Gentes, sed ètes in tenebris & vmbra mortis, sed tamè videbunt veritatis lumen. Sic D. Hieron. & Cyrill. & alij oēs. Mites in Domino, & medici & pauperes, fideles appellatur, quod pro Christo relinquunt omnia, & patientur omnia patienter, vnde agni etiã dicuntur. mites ergo & fideles ex populo Gentium addent lætitiã, lætabuntur & pauperes, fideles gaudebunt in Christo spe promissorum, quæ facta sunt veteribus patribus. Id em̄ fenere Lxx, cum dixerit: Exultabunt medici propter Dominum in lætitia & in spe, vitæ beatæ. s. hoc ita interpretatur Lxx etiã verbis sequentibus, quæ omnia addidere de suo vice commentarioli, spe omni destituti homines implebunt lætitia. i. lætabuntur apostoli & fideles, spoliati bonis omnibus terrenis propter Christum. Tantum em̄ aberat vt doleret se propter Christum nudari

A nudari bonis omnibus, vt gaudio vel hoc solo nomine exultarent, quod digni haberentur qui parerentur propter Christum, & omni spe rerum terrenarum orbarentur: Ecce nos reliquimus omnia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quoniam defecit qui praualebat, consummatus est illusor, et succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatē, et qui peccare faciebant homines in verbo.

Defecit iniquus (vel legis transgressor) periit superbus, deliti sunt legē transgredientes in malitia, & facientes peccare homines in verbo.

Prædicitur vastitas Iudæorum fidelibus, vt bonam concipiant spem, quod futurum sit vt crescat ecclesia, cum de medio sublatis sint Iudæi qui impedimento erant prædicationi euangelicæ. Quoniam defecit qui praualebat, quoniam periit populus qui praualebat aduersum Dominum cum eum cruce affecit, cuius typus fuit Israel, cum praualebat in lucra aduersus angelum, vnde dicitur est Israel, quasi praualebat aduersus Dominum, id enim præter alia significat hæc vox, Israel. Sic intellexisse videtur hunc locum AMBR. de benedict. Patriarcharum cap. 11. his verbis, Resuscitauit pater filium vnigenitum, euacuauit consiliū maledicentium, vnde Esaia: Vanum consiliū spiritus vestri, & conuitia, quæ (quasi iaculantes sagittas) dirigebant, soluit omnia, vnde dicit: Defecit qui praualebat. Quibus verbis Ambr. docet nos significari à propheta hoc loco delictos esse Iudæos, quod in totum orbem legatos mittebant, qui docerent suos Iudæos, qui per omnes nationes erant dispersi, conuicari Domino & Christianis, & impedimento esse prædicationi euangelicæ. Vnigenitus ergo filius Dei resurgens euacuauit consiliū Iudæorum maledicentium Christo, & conuicia, quæ per totum orbem in Christum vt spargeret, mittebant legatos ad Iudæos qui ubiq; terrarum erant, & dispabat rumor pessimos. Deleuit em̄ populum Iudæorum quod hæc faciebant, vnde dixisse ait Esaia, Defecit qui praualebat, aduersus Christum videlicet. Hæc omnia IVSTVS. aduersus Tryphonem Iudæum. Lxx, Defecit, i. legis transgressor, sic enim interpretatur HILAR. in psal. 118. & AMBR. in eundem psal. serm. 15. in illa verba: Iniquos odio habui. & in illa: Præuaricatores existimaui. Defecit ergo legis transgressor: populum Iudæorum sic appellat, contempserunt enim legem & prophetas, vt discas ex Iosepho de bello Iudaico lib. 4. cap. 22. & ex lib. 6. cap. 8. ridebant enim legem & prophetas, & dum prophetias ridebant, eas compleuere omnes, ait Iosephus. Periit ergo legis transgressor populus Iudæorum. IREN. lib. 4. cap. 26. Iudæorum populus violentus. id enim significat Hebræa vox ירר, quam D. Hieronymus vertit, Qui praualebat, qui praualebat in legem, & violentus erat in eam, qui legem contempserit & prophetas, & leges sibi faciebat, vt legem Dei frustraretur: Consummatus est illusor, qui, vt locis citatis ait Iosephus, illudebat prophetis, & ridebat prophetias, & dum eas rideret, eas omnes compleuit. CYRIL. Illudebant Christo cum dicebant, Aue rex Iudæorum. Vel vt ediderit Lxx, Periit superbus, quod præ superbia Deo & yaticinijs prophetarum non obtulerat, quod, vt interpretatur PROC. & CYRIL. superbum regem gloriæ tractabat, dicens: An non hic est filius fabri? Hunc nescimus qui sit: & Daemonium habet. Succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitate, hoc interpretatur Lxx, Vastati sunt legem transgredientes, in malitia. i. malitiose. Paucis verbis non potuerit apertius Lxx huius loci enucleare sensum. Vastati sunt (inquit) qui malitiose interpretabantur dicta prophetarum, ne Christum agnoscerent, & populum ab eo auerterent. Periere igitur, qui vigilabant super iniquitatem. i. qui vigilabant vt peruerterent prophetias. Et qui peccare faciebant homines in verbo. i. inuersis verbis prophetarum, abducebant homines à Christo, & faciebant eum peccare in Christum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et arguentem in porta supplantabunt, & declinauerunt frustra a iusto.

Omnes autem arguentes in portis offensionem ponent, & obliquauerunt in iniquis iustum.

Supplantabunt arguentem in porta: Insidias locabunt discipulis Domini, docentibus in portis vrbium, ubi olim solebat fieri ciuium conuentus, docebant ergo populum: apostoli in portis vrbium, & eius impietatem arguebant, quæ apostolos Iudæi supplantabant, dolis tractabant & arte, quod dixerit Lxx seniores: Omnes arguentes in portis offensionem ponent, i. ponent offendiculum, omnes. i. aduersum omnes discipulos Domini, est forma dicendi

Græca, arguentes in portis, qui populum arguebant impietatis, & docebant in portis vrbis: A Declinauerunt frustra à iusto sine causa, sine ratione vlla declinauere à Christo, quod Lxx dixere, & παραλίπαις ἐπὶ ἀδίκων δίκαιον, declinauere in iniustis, vel pro iniustis à iusto: ἐπαλίπαις, obliqua uere, declinauere: δίκαιον, iustum. i. obliqua uere iustum, hoc est, deflexere à iusto, & declinauere à iusto: ἐπὶ ἀδίκων, in iniustis, nulla ratione gratis. sic Procopius hæc: nisi velis interpretari, Declinauere à iusto: ἐπὶ ἀδίκων, pro iniustis. i. pro Cesare & Romanis, cum dixere: Non habemus regem nisi Cæsarem, nam Hebraicè est מלכותא, pro re inani, & nullius momenti: res enim nullius momenti erat familiaritas imperij Romani, vt relinqueretur Deus. Lectio Hebræa ad verbum verti potest: Declinauerunt pro re nihili à iusto, quæ lectio quis non videat quàm representet illud euangelij: Noli dicere rex Iudæorum, non habemus regem nisi Cæsarem? & humana omnia solet scriptura appellare tohu. i. nihilum, vt ba tohu, pro re nihili interpretare. i. pro imperio Romano, quod more fluentis aquæ euanuit, & more vmbra, si cum diuinis compares humana imperia.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Propter hoc hæc dicit Dñs, ad domum Iacob, qui redemit Abraham. Propter hoc hæc dicit Dñs super domum Iacob, quam separauit ex Abraham.

PROCOPIUS ad eosdem Iudæos sermo est, quos in euangelio alienauit ab Abraham, iuxta illud: Si filij Abraham essetis, Abraham vtique opera faceretis. vt sit, Hæc dicit Dominus ad domum Iacob, quam in euangelio abalienat ab Abraham, docens degenerasse eam ab Abraham, quod opera Abraham non faceret. Interpretatur tamen Procopius versionem Symmachi, quæ sequitur. D. Hieronymus aliter, ait enim: Hæc dicit Dñs ad domum Iacob, qui redemit Abraham. i. qui redemit populum gentium, qui benedictus est in femine Abraham, qui est Christus, vt interpretatur D. Paulus, vnde Abraham est nominatus pater multarum gentium, pater nationum, non vnus cuiusdam gentis Iudææ. CYRILLUS. Hæc dicit Dñs ad domum Iacob, quam segregauit ex Abraham. i. quam selegit ex omnibus gentibus ex semine Abraham, ex Christo. i. in Christo, quæ interpretatio cum posteriore Procopij congruit, & congruit editioni Hebrææ, Græcæ, & Latinæ, prior Procopij non conuenit. ergo, Hæc dicit Dñs ad domum Iacob, ad fideles, qui redemit Abraham. i. qui saluos fecit populos gentium, qui filij Abraham dicuntur: sic enim dicimus, Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & femini eius in secula. Nam in Christo per baptismum filij Abraham regeneramur, & filij Dei, & ita Abraham patrem appellamus, efficitur enim membra Christi, qui fuit filius Abraham.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non modo confundetur Iacob, neque nunc faciem mutabit Israel, sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum, et sanctificabunt sanctum Iacob, et Deum Israel predicabunt, et scient errantes spiritu intellectum, et musitatores discunt legem.

CYRILLUS. Nō cum primū, inquit, Iudæi impiè egerint in Christū, sua peccata cognoscent, sed tēporis pgressu, cum ex ipsis Iudæis nati videbūt opera mea, cōuersum orbē, idola cōtrita, demptum errorem Gentium. Potest tamen intelligi de his fidelibus qui crediderūt cōuersi ab apostolis, cum apostolorum opera viderent: vt sit sensus, Nō modò cōfundetur Iacob, nō erubescet tēporib⁹ Christi, nec suffundetur rubore, quod Christū fuerit persecutus, nec ea de causa vultus eius erubescet, non pudebit illū nō fuisse Christū secutū, sed cum viderit filios suos, apostolos videlicet, qui fuere è gente Iudæa: Opera manuum mearum. i. miracula edita per apostolos. Cum viderit ergo Israel apostolos edere miracula, donatos dono linguarum, cum

rum, cum in eos descendit spiritus sanctus, predicare audacter euangelium & Christum, cum viderit miracula, opera manuum mearum, quod miracula, quæ edebant apostoli, Christus edebat, quod Lxx declarant cum interpretantur, Opera mea per me, sic enim vertendum est, non propter me, vt significantur miracula Christi edita per Christum. Sic enim apostoli dicebant: In nomine Iesu surge, & ambula, & similia multa, quæ reperies in actis apostolorum. Addidit de suo Lxx illa quo verba (per me) vt hoc significarent, In medio sui, in medio enim Hierusalē Christus per apostolos edebat illa miracula, & apostoli in nomine Christi. Sanctificantes nomen meum, vel, vt Lxx vertere, Sanctificabūt nomen meum, predicabūt sanctum nomē meū: dicent non esse aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri. Sanctificabunt sanctum Iacob, sanctificabunt me pro sancto Iacob, pro Christo, qui sanctus Iacob dicitur, vt apud Lucam, Et idē quod nascetur ex te, sanctum vocabitur. Et sanctus Israel frequentissimè in literis sacris dicitur. Et Deum Israel predicabunt, confitebuntur me sanctum Israel & Deum, quod prædictum est ab angelo apud Lucam: Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei: idem enim est Deus Israel, & filius Dei, quamquam vtroque nomine puto significatam diuinitatē: & cum dicitur, sanctus Israel, & filius Dei. Nā si humanitas significaretur, sanctus Israel esset dictus. Et scient errantes spiritu, intellectu. i. Iudæi, qui errabāt mēte & animo, cōuertētur & dicent: Quid agemus ergo fratres? Et vidimus eos loquentes magnalia Dei. Et conuertentur ad Dño. Et musitatores, siue vt vertere Lxx, Murmuratores, qui murmurabant aduersum Christum. Id enim est μουρῳχοί, vt inquit CYRILLUS. cum dicebant, Quādraginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? conuertentur ad Dominum. Addidit Lxx de suo illam orationem, Linguæ balbutientes discunt loqui pacem. i. linguæ, quæ nihil rectè de Christo loquebantur, inquit Cyrillus, discēt legem euangelicam, quæ paraphrasis est ex cap. 35. Faciunt enim ex alijs scripturæ locis paraphrasim Lxx, ut centies est dictum, neque confodienda obelo sunt, quæ addita sunt à Lxx viris, alioqui quomodo defendemus euangelistas, & Paulum, qui citant addita à Lxx pro diuinis responsis? Magis placet Hilarius, August. Iren. Epiph. Iustinus, & alij veteres patres, qui afflatu spiritus sancti putant esse addita, quæ de suo addidit Lxx viri, vt dictum est in disputatione de translationibus.

IN ESAIAE CAP. XXX.

LIUS Hieronymus, Theodor. Procop. hoc initium de residuis captiuitatis Babylonica interpretantur, qui vt est apud Hierem. cap. 46. contra Dei monita petiere Aegyptum. Ego, quod dissoluere multa dubia, & nodos multos non possum, si ita explanetur hoc capituli initium, probo magis aliorum patrum sententiam, qui de consilij iniuria aduersus Dñm illud interpretatur: & de idolatria Iudæorum, quæ eorum exclusionis causa fuit, vt dictum est in cap. 2. Esaie ex sententia Procopij, & aliorum patrum. Et quando hoc capite, Iudæorum idolatria accusatur, vt veteres patres volunt, & toties à prophetis exclusionis Iudæorum idolatria dicitur causa, quoties enim præsignificatur Iudæorum exclusio literis propheticis, subiicitur peccatum idolatriæ, & auaritiæ, quod hæc duo crimina potissimum Iudæis hoc tantum peperere malum, altius repetendum videtur huius mali initium, & huius criminis grauitas ponenda ante oculos, quanta tamen maxima breuitate dici poterit. Ex Ezechiele cap. 20. intelliges, vt alia innumera prophetarum loca missa faciam, iam inde ab Aegypto Iudæos fuisse rebelles, ad idolatriam propensos, & voluisse Dñm adhuc in Aegypto, antequam eos seruitute affereret, eos contere, quod à Deo admoniti, vt ab idolorum cultu abstinerent, noluerunt. Perstiterunt semper in incepto in deserto, in terra promissionis vsque ad captiuitatem Babylonicam. Postremò, vt eodem cap. Ezechielis leges, petiere à Domino vt se missos faceret, velle se, vt cæteras gentes esse Dei sui legibus solutos, & idolis seruire. Ita semper detestabant iugum Domini, rebelles, & negabant se velle Deo seruire, ad idolorum cultum propensi, & retenti sunt à Dño vsq; ad Christum, vnde ipse dixit Esaie primo, Laboraui sustinens. Post captiuitatem Babylonicam hoc malum multò magis increbuit apud Iudæos. Nam vt leges apud Ioseph. lib. 12. Iudaicæ antiq. à cap. 9. vsque ad finem libri, & toto lib. 13. & lib. 11. Machab. quod verbis à Dño petebant Iudæi apud Ezechielē cap. 20. velle se degere vitam vt cæteræ gentes, legibus Dei sui solutos, & idolis seruire

uire re ipsa praestitere Iudaei innumerabiles: non solum enim discessere a Domino, sed etiam per-
lere Antiochum, ut abduceret a religione Dei omnem gentem Iudaeorum, & ad illorum cultum traduce-
ret, & illorum impulsu Antiochus templum Domini vastavit, & idolis polluit, & idolorum cultu, Hiero-
solyma & vrbeis Iudaeae diruit, in Iudaeos maximas edidit strages, quas locis citatis leges. Vnde
impij Iudaei & idolatrae sauebant multo magis in pios Iudaeos, quam milites Antiochi. Itaque an-
te captiuitatem Babylonicam cap. 11. apud Ezechielem se Iudaei adhortabantur mutuo, ut rece-
derent a Domino, & cap. 20. petunt ut eos relinquat Dominus. Post captiuitatem id re praestant, neque
solum ipsi a Domino discedere volunt, sed per Antiochum ceteros cogere conantur, ut a Do-
mino ad idola deficiant, & nationes admirantur, & suspiciebant, milles a Domino admo-
niti, ne confugerent ad Aegyptios, ad Assyrios, ad nationes idolatras, sed a Domino ope-
rantur, & sic fore ut semper illis bene cedat, semper illis Dominus opituletur: sin secus fecerint,
futurum ut semper poenas luant grauissimas. Toties sic admoniti a Domino: non resipuere ta-
men, semper a nationibus infidelibus auxilia petebant, propensi ad idola. Cum ergo tam per-
uicaces essent Iudaei, iam inde ab initio vsque ad Domini aduentum, & iugum Domini semper
detrectarint, & contenderint a Domino discedere, & praese tulerint semper inuitos se seruire Do-
mino, & in domo Domini esse inuitos, tulit illos Dominus vsque ad Christum, & non passus
est eos discedere, postea exclusit eos tandem, & haec causa est quam innuunt veteres patres,
cum aiunt idolatriam causam fuisse exclusionis Iudaeorum, & auaritiam, quod ea causa admi-
rabantur nationes & idola gentium, quod videbant eas imperiosas, & potentissimas, praepotant po-
tius imperia & opes, quam Dei gratiam. Aduersum haec idola, & aduersum eos Iudaeos, qui a na-
tionibus infidelibus opem petunt hoc caput est, de sententia veterum patrum, ut iam apparebit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vae filij defectores, dicit Dominus ut facere
tis consilium eius non ex me.

Vae filij apostatae, haec dicit Domi-
nus, & fecistis consilium non per me.

PROCOPIUS. quanquam (ut dixi) de residuis captiuitatis Babylonicae hoc interpretetur, qui
Aegyptum petiere contra Dei monita, subiungit: Quidam vero de ijs, qui aduersum Chri-
stum inierunt consilia, haec dicta putant, quique delibauerunt in concilio, & non de re Domini, di-
xereque: Hic est haeres, &: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? CYRILLUS. de iisdem
consilijs inuitus aduersum Dominum interpretatur. Si dimittimus illum sic, venient Romani, &
tollent gentem nostram, &: Expedit ut vnus homo moriatur pro populo. AMBRASII. in psal. 39.
sub principium, de illis interpretatur, qui authorem propriae salutis negauerunt, & occiderunt,
ut referre videtur IRENAEUS. lib. 4. cap. 34. & LXX viri qui addidere: Vae filij apostatae, qui apostata
uerunt a Domino, & dixerunt, Non habemus regem nisi Caesarem, & Hebraice est, ויבטחו. de
ficientes a Domino, scilicet ad reges terrenos. Quod ut dixi, Iudaei iam ab Aegypti exitu detre-
ctabant Domini iugum, & deficere a lege Domini conabantur, retinuit eos Dominus vsque
ad Christum, vnde cap. 1. Esaias, Laboravi sustinens.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et ordiremini telam, et non per spiritum
meum, ut adderetis peccatum super peccatum.

Et pactum non per spiritum meum,
addere peccata super peccata.

CYRILLUS. apostatae itaque sunt Iudaei, tam nefariorum & impiorum consiliorum magistri,
peccatum peccatis addentes. Interfecerunt enim prophetas sanctos, deinde etiam ipsum
haredem, ut est apud Matth. cap. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, sapientes, & scribas. Si
Graeca & Hebraea verba excutiamus, huc magis spectare videntur, quam ad reliquias captiui-
tatis Babylonicae, quae se contra Dei iussa in Aegyptum recepere. Nam quod D. Hieronymus
vertit, Ordiremini telam, Iudaei interpretantur, tegeretis tegumentum, operiretis operimen-
tum. i. secreta & arcana consilia occultaretis, quod ויסתור, celare significat, & tegere, & occult-
tare, & clam omneis facere aliquid, vnde occultatio secreta מסתור, quam clam omneis esse vo-
lumus. Te rogo ergo quae consilia fuere apud Hieremiam cap. 42. 43. 44. vbi residui captiui-
tatis Babylonicae Aegyptum petunt, Iudaeorum occulta & secreta? An non publico consilio itum
ad Hieremiam est: ut a Domino quaereret Hieremias, peterentne Aegyptum an non? Quid ac-
cepto

cepto responso diuino, non vno ore responsum est a Iudaeis eundem esse in Aegyptum contra,
quam Deus iubebat? An non publicum hoc fuit consilium? Quae hic secreta consultatio, quae
arcana consilia agnoscas? Si haec ita interpretere ut Iudaei, agnosces arcana consilia apud
Matth. cap. 28. clam omneis inuitum est de corrupendis custodibus grandi pecunia.
neque clam modo hoc consilium inuitum est, sed factum, celatum est magna cura. Ergo tralatio-
nem D. Hieronymi interpretabimur: Ordiremini telam. Nam hoc verbum Hebraicum signifi-
cat. i. texeretis fraudes & dolos: ut celaretis Christi resurrectionem. Et non per spiritum meum,
sed per spiritum daemoneis, & hoc peccatum adderetis peccato illi maximo, quo regem gloriae
cruce affecistis. Quid interpretatio LXX virorum non huc spectat? Fecistis pactum, non per spi-
ritum meum. In itione in Aegyptum apud Hieremiam non video Iudaeos de pactis quidquam
cum quopiam: video in literis euangelicis principes & sacerdotes, pactum hanc de pactis
cum Iuda. Quid vultis mihi dare, & eum vobis tradam? Video eosdem de pactis cum custodi-
bus de grandi pecunia, ut hanc rem tectam & tacitam velint apud Matth. cap. 28. Video pecca-
to illi nefando, quo regem gloriae cruci suffixere, additum hoc peccatum, quo corrumpere custo-
des, & alia multa peccata, quibus Christum & Christianos persequerentur. Verba autem He-
braea rabi David explanat etiam hoc modo, Ut ponerent super se principes, nam ויבטחו, princi-
pe constituitur est, & מסתור, ponere principatum. Verba ergo illa, Ut ordiremini telam, quae
LXX sunt interpretati, ut pactum faceretis, reddere quoque possumus ut transfert R. D. ut po-
neretis principatum, & non ex me, quod si sic veritas an non conuenit cum illo: Non habemus
regem nisi Caesarem? & cum illo: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris? Non delegere sibi
regem Caesarem potius quam Christum? quocumque ergo modo haec interpreteris ad Chri-
stum spectant. Adhibendus semper canon, ille est, quando oratio vna plura significet, quae rei
de qua agitur congruant, omnia illa ab spiritu sancto esse significata. Nam si illa omnia intelle-
ctus humanus allequitur, illa, & plura spiritus sanctus intellexit, cum ea dixit. ATHANASIIUS. lib. 1.
de Trinitate, & lib. 2. de spiritu sancto & CYRILLUS. de expositione fidei hunc locum citant,
& eo significari aiunt personam patris, & spiritus sancti.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui ambulatis, ut ascendatis in A-
egyptum, & os meum non interrogastis,
spectantes auxilium in fortitudine Pha-
raonis, & habentes fiduciam in um-
bra Aegypti, & erit vobis fortitudo
Pharaonis in confusione, & fiducia
umbrae Aegypti in ignominiam.

Euntes descendere in Aegyptum
me autem non interrogauerunt, ut
auxilium acciperent a Pharaone,
& ut protegerent ab Aegyptijs, erit
enim vobis protectio Pharaonis in
confusionem, & confidentibus in
Aegyptum opprobrium.

Iam hoc loco, & nostri, & Iudaei citra cotrouersiam putant praesignificari, reliquias captiui-
tatis Babylonicae se recepturas in Aegyptum contra diuina responsa: sed bene D. CHRYSOSTOMUS.
in cap. 2. Genes. in illa verba: Et plantauit Deus hortum in Edem, homil. 13. hunc canonem pra-
scribit, semper scriptura, quod nos docere vult, se ipsam exponit & auditorum errare non finit:
quod facit hoc loco, subiicit enim, Os meum non interrogastis, quae verba non sinunt haec re-
ferri ad reliquias captiuitatis Babylonicae, quae petunt Aegyptum, Hierem. cap. 42. 43. 44. Nam
reliquiae illae interrogauerunt Dominum per Hierem. Postea vero contra Dei monita petue-
re Aegyptum. En quo modo scriptura auditorum errare non finat, ut inquit CHRYSOSTOMUS? En quod
Hilarius nos docet semper scripturam aliquid attexere, quo impediatur, ne vaticinia referantur
eo quod prima facie apparet, sed alium sensum quaerere cogat. Certe, os meum non interroga-
stis, reliquias captiuitatis Babylonicae non conuenit. Nugator ille, qui suos ceteros facit, quos
intertexuit scriptis Cyrilli, de quo supra diximus, valeat cum suis commentarijs, quibus no-
bis fucum facere conabatur. Puto ergo huius loci esse sensum, Non nouum est quod nunc a Do-
mino defecerint Iudaei & dixerint: Non habemus regem nisi Caesarem, & filii magis Caesare, quam
Deo fuerint, nam iam olim hoc peccato laborant Iudaei, quoties premuntur aliquo bello confugiunt
potius ad Aegyptios, aut Assyrios quam ad Deum: & castigati centies hac causa a Domino, &
admoniti, ut a Deo petant auxilium, non a principibus terrenis, nunquam resipuere. Ergo qui
ambulatis, ut descendatis in Aegyptum. i. non mirum est si nunc a me deficiatis, & regem Ce-
sarem

farem petatis, nam hic iam est mos vester, vt descendatis in Aegyptū, & os meum non inter- A
rogetis. i. me non cōsulatis, nec à me petatis auxiliū, sed potius spes vestras in fortitudine re-
gis Aegyptij fitas habeatis, & habeatis fiduciam in Aegypto, quæ vmbra est, & nihil opis vo-
bis adferre potest, quod vobis cedet in magnum de dēus. significat enim vastādos esse quod
fisi fuerint imperatore Romano, potius quā Deo. Ita hæc confirmant potius sententiam Cyril.
& Ambrosij, & aliorum patrum quam eam subuertant.

D. HIERONYMVS.

*Ferant enim in Taphnis principes tui
es nuncijs tuisque ad Thanes perue-
nerat, omnes confusi sunt super populo
qui eis prodesse non potuit, non fuerunt
in auxiliū es in aliquam utilitatem,
sed in confusionem es in opprobrium.*

LXX VIRI.

Quia sunt in Thanis principes,
angeli mali frustra laborabunt
ad populum, qui non proderit
eis, nec in auxiliū nec in vtili-
tatem, sed in confusionem & B
opprobrium.

Horum verborum sensus ex superioribus pendet. Dicitur enim superioribus ver-
bis, petitis opem Iudæi quoties impendet vobis aliqua calamitas, nō à me, sed à regibus
& principibus terrenis quod sapè vos per prophetas vetui facere, & monui, ne fideretis viri-
bus humanis, sed Dei auxilio, futurumque dixi, si hoc faceretis vt omnium arma contemne-
tis & vos mihi nunquam habuistis fidem, nunquam credidistis, ad quod exemplum, nunc Cæ-
sari magis fiditis quam mihi, cum dicitis: Non habemus regem nisi Cæsarem. Si hunc dimittis
non es amic⁹ Cæsaris: & Si hūc dimittimus, venient Romani, &c. At qui satis ego vos monue-
ram si reges humanos contemneretis, & mihi fideretis, vos contrituos esse omnium arma.
Hæc eadem sententia est interpretationis D. Hieronymi nec aliud quicquam dicitur, quam
hoc, quod dictum erat superioribus verbis. Ierāt, δ Iudæa, principes tui, tui legati principes vi-
ri quos tu mittebas legatos in Taphnis urbem Aegyptiam, & nuncijs tuis vsque ad Thanes
aliam Aegypti urbem peruenierunt, misit à te. s. legati vt ab eis peteres opem, non à Deo cum C
non necesse haberes tot peragrarē terras & tātum subire laboris. Omnes confusi sunt. i. vidisti
punitos à me Iudæos hac causa, & affectos ignominia, nec populum Aegyptium aut Assyriū
illis profuisse & toties castigati non respiciuitis, sed potius dixistis, Non habemus regē nisi Cæ-
sarem. Dicitur hoc manifestius iuxta tralationem Lxx virorum, cum enim hæc superioribus
verbis sint dicta, nunc quoniam Iudæi, vt patet ex omnibus scripturæ locis, quoties vteban-
tur auxilio terrenorum principum, simul illorum adorabant idola, & deos: docet Dominus
se quoque huius erroris Iudæos admonuisse, & Iudæos hoc nomine castigasse, atque ad eā
stigmatum, quod fat esse debuisset Iudæis, vidisse temporibus Mosis contritos à se esse Aegy-
ptiorum deos tot plagis, vt saperent, nec opem à dijs Aegyptiorum peterent, quos à Mose tot
plagis contritos viderent, & ex Aegyptiorum numinibus discerent contemnenda idola gen-
tium omniū, & ex Aegyptijs intelligerent Romanos & alias omnes gentes contemnendas, si
Deum haberent propitium. Hunc esse huius loci sensum iuxta tralationem Lxx virorum dif-
ces ex IVSTIN. philosopho martyre in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, vbi ait, vt in
telligas angelos malos tenuisse Aegyptum, citabo tibi testem Esaiam, qui angelos malos habi-
tasse in Tanai regione Aegypti ait his verbis: Quia sunt in Tanai principes angeli mali. Et sub
iungit idem Iustinus eos angelos malos ab Esaiā hic significari, qui magis Pharaonis ferebant
opem, vt quædam ederent miracula, & cum Mose contenderent, cum Moses Domini iussu
Aegyptum percussit tot illis plagis, & huc etiam respexisse Esaiam, testatur etiam Procopius
& ego plurimum fidei habendum censui Lxx viris, qui tribus sæculis ante Christi tēpora huc
respexere, & Iustinus & ceteri qui proximi temporibus apostolorum ad nos transmittunt
intellectum scripturæ quem ab apostolis acceperant. Erit ergo sensus, principes Aegyptij. i.
principes terreni (posuit enim principes Aegyptios pro omnibus gentium principibus per
synedochē, ex vno plures, ex parte totum) erunt vobis in confusionem & opprobrium, erūt
vobis causa vastitatis, & vitæ ignominiosæ, quam in æternum viuetis post Christi crucem, &
frustra laborabunt Iudæi, frustra vos laborabitis mittēdis legationibus ad Romanos, de quib⁹
plurima Iosephus. Ad populum qui nō proderit vobis, ad Romanos, qui tantum ab eis
bis profit

A bis profit vt vos vastet iussu Domini, nec erit vobis in auxiliū, aut in vtilitatem, sed in con-
fusionē. Mille enim ignominijs Iudæos affecere Romani, quia sunt in Tanis apud Aegyptios
.i. apud Romanos, Ponit em̄ Tanis pro omni nationē infideli, principes angeli mali. dij sunt
ijdem dæmones quos contriuit apud Tanin Moses olim, vnde discere poteratis nullam illis
esse vim vt vobis possent prodesse. Nam וַיִּזְרַח לְוָאן׃ vocem Hebræam, quā D. Hieronymus red-
dit Thaphnis, semper Lxx viri reddunt Tanin. vbi Moses superauit Magos Pharaonis, vt bis
psalmo 78. cuius initium est, Attendite popule meus. & Psalm. 18. & hoc loco vt eadem regio
significetur à Mose & ab Esaiā, & ijdem angeli mali sint, quos Moses contriuit & quos nunc
describit Esaias, vt cōterendos etiam significet post crucem Domini & gētes, quæ eos adorāt.
quibus cum se Iudæi adiungunt, significat Iudæos, eadem inuoluendos ruina, signum enim
erat aduentus Christi, Idolorum ruina, quæ ruisse videmus statim post Christi aduentum, le-
ctio Hebræa huic sententiæ non repugnat, quin vna littera mutata, eam clara voce perso-
nat. Est ergo lectio Hebræa. ^{impieratis} ^{angeli ei⁹} ^{Tanis} ^{sunt}
B Verti ergo potest lectio He- ^{perueniunt impij} ^{Thanes, nuncijs ei⁹ & principes ei⁹} ^{Thaphnis in fuere Qm̄}
bræa vna mutata littera ad ver- ^{פִּי הוּ בְּעֵרן שְׂרָו וּמְלָכָיו הָיִים (vel) חָקף וַיִּשַׁע}
bum. Quoniam fuerunt in Thanis principes eius, & angeli eius impij, aut impietatis. i. princi-
pes eius fuere in Tanis angeli impietatis hoc est dæmones & Angeli mali sunt dij Aegyptiorū
idem. s. qui fuerunt in Tanis aduersum Mosē. s. quos ille contriuit, quomodo illos mihi an-
teponitis? nā coniunctio, & apud Hæbræos frequentissime pro ornamento ponitur, & nihil
significat. Et vna littera in alterā mutatur etiam frequentissime, vt dictum est supra in dis-
putatione de tralationibus. Adiuuat hanc lectionem & sententiam quod vrbis huius Chanes
vel Hanes pro qua D. Hieronymus reddit Thanes mentio nulla est in sacris litteris, vt in com-
mentarijs nos docet D. Hieronymus, nec alibi vsquā, & Iudæi ipsi fatentur huius legationis
quam interpretantur reliquias captiuitatis Babylonicæ ad regem Aegyptium misisse, nullam
prorsus extare mentionem, vt pro hanes benè Lxx legerint Haneph. i. impietatis, angeli im-
pietatis. Nam D. Hieronymus addit de sub, vsque ad, quod sermo Hebræus est cōcifus & bre-
uis & si vrbis nomen facias hoc verbum Hebræum, illas duas voces supplere habeas necesse,
C & verbū sequens וַיִּשַׁע, perueniunt, necesse habes facere finē sententiæ, quod fecit D. Hieron.
Lxx viri illud fecere initiū sententiæ sequentis, Peruenere, omnis cōfusus est super populo qui
non proderit eis, sic enim ad verbum reddes lectionem Hebræam. i. peruenere Iudæi in Aeg-
yptum & omnis populus Iudæorum confusus est super populo Aegyptiorum, qui non pro-
derunt: qui non proderit eis. i. qui erit eis causa vastitatis vt supra sumus interpretati. Ideo em̄
permisit Dominus, vt supra dixi, vastari templū & Hierosolyma & vrbes Iudææ ab Antio-
cho & eius successoribus centies, quod innumerabiles Iudæi deserebant religionem & ad au-
xilia terrenorum principum confugiebant, quin si apud Iosephum & in Machabeorum libris
hanc historiam legeris sic reperies Iudam Maccabæum, postea Ionatham, postremo Simonē
Maccabæū post res gestas admirabiles, post plurimas ope diuina partas victorias, vt horū qui
libet fœdus fecit cum Romanis, statim fuisse occisos; vt Moses postquam dubitauit an petra
aquam esset datura, vetitus est intrare terram promissionis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

D Omnia iumentorum austru in terra tri-
bulationis, & angustia, leona & leo,
ex eis vipera & regulus volans, portan-
tes super humeros iumentorum diui-
tias suas, & super gibbum Camelorum
thesauros suos, ad populum qui eis pro-
desse nō poterat: Aegyptus enim eis va-
ne auxiliabitur.

Vitio quadrupedum, quæ in deser-
to, in tribulatione & angustia, leo &
& catulus leonis inde, & aspidēs &
genimina aspidum volantiū, quæ
ferebant super asinos & Camelos
diuitias suas ad gentē, quæ nō pro-
derit eis in auxiliū, sed in confu-
sionem & opprobriū, in casum &
frustra vos iuuabunt Aegyptij.

Iudæi omnes consentiunt hoc vaticinium
esse de feriis quas incurrere Iudæi, qui post
Hierosolymā à Babylonijs euētia contra Dei iussu petiere Aegyptum, quæ sententia prima fa-
cie blā-

cie blanditur, & ita nostri, deserta veterum patrum via, iam fere eam sequuntur. Sed si expendas singula, reperias multa inter se mutuo pugnata. VATAB. & ISIDOR. Clarius bestias aut hic nominari, in quas incidere legati, qui Aegyptum petebant. Mitto illud quod supra dictum est, quod Iudaei fatentur huius legationis nullam factam in sacris litteris mentionem: mitto hoc quod confessum est. Si legati in has incidere feras, in leones, leas, regulos, & venenatas viperas ab his conficerentur, nec in Aegyptum peruenissent, fac peruenisse quod fieri nullo modo potuit, rursus eisdem se periculis obijcerent? eadem superassent pericula? quorsum Deus illa obiecit illis mala? an vt putarent se, Deo inuito, illa superasse? quid? Iudaei tanto periculo non deterrentur à proposita sententia? Tantum numerum putas aut legatorum fuisse, aut reliquiarum aded captiuitatis Babylonicæ, vt obiecti feris à Domino, ab his non lacerarentur? si Dominus non minatus esset eis hæc mala, sed opem esset pollicitus, non dubito quin hæc & multo maiora mala superassent, obijcit eos Dominus his malis & non referunt pedem? & imperterriti ea subeunt? & superant? credibile non est. Nā Iudaei qui petiere Aegyptum, cum primum sensere mala quæ prædixerat Hieremias futura si Aegyptum peterent, sibi consulere fuga in Iudæam, cur cum in medio itinere experiuntur vera vaticinia, non sibi consulunt, & repetunt suas vrbes & suam patriam? Hieremias præterea cap. 42. & 43. vaticinatur mala quæ Iudæos erant exceptura, si Aegyptum peterent, & perituros ait fame, peste, & gladio. Cur leonum, regulatorum & harum pestium non meminit? nec cum historiam narrat, harum rerum facit mentionem? Et certe prophetæ ea prædicere potissimum mala solent, quæ rerum euentus solet comprobare, an minutula mala hæc erant, vt earum rerum fecisse mentionem non oportuerit? atqui prophetia cum scopum habet vt rerum præsignificet euenta, non spectat vtrum magna res sit an parua. Nec apud Hieremiam petitur Aegyptus per desertum his tot malis infestum, nec via ex Iudæa in Aegyptum est his infesta malis, quæ peruia est omnibus & tuta, vt discas ex Pomponio, Strabone, & alijs Geographis. Quod si hos adire piget an non liquet ex Geneleos cap. 40. & sequentibus, vbi filij Iacob ex terra Canaan quæ postea Iudæa est appellata, cum asinis Aegyptum petant, & toties eunt, redeuntque viam illam tutè asinis frumento onustis, nulli leones obuij, nulli reguli, animalia venenata nulla, nec metio est vlla rei huius aut in sacris litteris aut alibi vsquam, nec quisquam prodidit. vsquam hanc regionem his pestibus infestam, & sæpè à veteribus patribus hæc sunt peragrata loca & meminissent sacræ litteræ si hæc loca his essent infesta malis. Et eo tempore multo minus esse bestijs infesta oportebat, quod frequentior viatoribus illa via esset facta & loca illa habitatoribus magis celebria: sed ait vt gere ad meridiem Hierosolyma vrbe, & ideo per loca inculta & deserta se penetrasse Iudæos ad Aegyptum. Quas (malum) eundem tenebras Iudæi? an non recta, tuta, patens via est Hierosolymis in Aegyptum? Hierosolyma tandem vergit ad meridiem, nõ erat post Hierosolyma ad meridiem versus regnum Israël. Aiunt per deserta loca infra Arabiam Petraam petisse eos Aegyptum, quid? ea parte nesciunt imperitissimi homines interiaccere rubrum mare, quod ad Arabiam Petraam pertinet? quomodo traijciunt mare rubrum cum asinis & camelis onustis? an scidit se mare rubrum vt illis esset peruium, vt olim Mosi? Vidit hoc D. Hieronymus, Procopius, Theodoretus, qui cum vsq; adhuc, Iudæorum sententiam non improbassent, iam ex hoc loco ab illis dissident. Vident enim hæc tot inter se pugnancia frontibus aduersis. Nõ erat ergo cur PAGN. & VATAB. hoc loco multa scripturæ verba adderent vt sensum Iudæorum sensum sacri facerent.

Ergo nostrorum sententiam subiungamus, quando ostendimus Iudæorum interpretationem huius loci, quæ prima facie blanditur, postquam ad rem ventum est, & ad historiam, cū rebus gestis non posse coherere. Nostrorum plerique hæc ad spiritalis nequitie potestates referunt, quæ sententia à quibusdam exploditur, quod iniqui iudices aduersus nos sumus, nostra, indicta causa, damnamus: quidquid non humi repit, quidquid non præfert terrena & nostra: quidquid sapit cœlestia, allegoricum putamus. Ferè cum Marcionistis quidam in litteris sacris respuunt quidquid terrenum non est: Ergo obseruandus est ille Mos scripturæ, quoties prophetæ præsignificent aliquid obscurè, & breuiter, illud idem sequenti vaticinio latius fundere & planius dicere. Dixerat Esaias in translationem Lxx virorum, angelos malos in Aegyptios habere imperium, videtur nunc subiungere & repetere idem oraculum de hisdem angelis malis qui præsidebant Aegyptijs, & ijs qui spectabant ad austrum, vnde Iudæi opem petebant, vt Iudæos ad veram religionem reuocet, ne ab infidelibus nationibus opem petant necesse est. falsa, nu-

A falsa numina colant, quos angelos malos esse propheta declarat, ne colant portenta quæ ceteræ nationes venerabantur, quod impium Iudæorum vulgus faciebat & reges impij, petebant Iudæi à nationibus infidelibus opem & illorum colebant numina falsa, quod facit etiam populus residuus captiuitatis Babylonicæ apud Hieremiam cap. 44. faciunt post captiuitatem Babylonicam innumerabiles Iudæi & instant apud Antiochum, vt prorsus deleat templum Iudæorum & religionem Iudæorum: idque non solum apud Antiochum, sed apud eius successores, & impiorum horum Iudæorum impulsu penè ab illis est vastata Iudæa. Sic ORIG. in cap. leuit. 16. cum disputat de spiritalibus bestijs. Sic CYRILL. in eundem locum: Sic PR. OCOP. cum eum locum explanat. Hebræa lectio hanc veram interpretationem arguit quod Hebræicè est Behemoth, quæ vox iumenta, & quadrupedes significat, vt vertit D. Hieronymus. Tamè princeps dæmoniorum hoc nomine appellatur, vt pluribus dictum est in cap. 27. in illa verba: Super leuiathan serpentem vectem. Cum ergo princeps tenebrarum dicatur behemoth, regnareque inter Aegyptios, & Aethiops, & infideles nationes, iam hoc argumentum est, agi hic de potestatibus tenebrarum vt intelligant impij Iudæi, qui ea numina colunt, se potestates tenebrarum anteferre vero Deo. Pro, austro. i. regione meridiana, posuere Lxx desertum, quod vt ait Procop. deserta illa loca tenebant behemoth. i. bestia, & quadrupedes, & iumenta, hoc enim nomine appellatur Satan ea causa, qua dictum est loco citato, bestia, & bestia numero multitudinis, siue iumenta, siue quadrupedes: Ne tradas bestijs animas confidentis tibi. Teneat ergo Satan deserta illa loca, & orbata cœlestibus bonis. Vnde PROCOP. sequentia verba sic explanat, In terra tribulationis, & angustia. i. apud Aegyptios, & Aethiops, & infideles, vnde auxilium petitis, qui vitijs scitent quibus mentes hominum inquinata, afflictæ, & misere, sunt dira dæmonum tyrannide oppressæ, vt merito dicatur, terra tribulationis, & angustia. Leana, & leo, subaudit PROCOP. de sententia quorundam Theologorum, coluntur pro numinibus, vt sit totum: prophetia behemoth. i. prophetia principis tenebrarum, vel onus. i. prophetia iumentorum, siue bestiarum. i. Sathanæ, qui iumenta, & bestia, nominatur, vt pluribus scriptum leges in principiu cap. 27. Austri, terræ australis, Aegypti, & Aethiopiæ in terra angustia, in terra dæmonum tyrannide obfessa, leana, & leo colitur pro numinibus, quod docet HEROD. in Euterpe, feras apud Aegyptios pro numinibus coli. Deinde: Ex eis vipera, & regulus volans. i. postquam in hæc mala impere Aegyptij, vt pro Dijs haberent feras, ex ijs malis in alia ruerunt mala, vt pennatas serpentes, viperas venenatas, & id genus alias pestes pro numinibus venerantur, quod in eadem Euterpe docet Herodotus, docent omnes alij scriptores quod sub his figuris aërias potestates tenebrarum colerent, quæ se sub his figuris illis sistebant. Vnde draconem colebant Epidaurij pro Aesculapio, quod dæmon se sistebat illis figura draconis: & Iupiter Ammon, quod indueret figuram capri, & sic appareret hominibus (vt docet Herodotus) nam ammun lingua Aegyptia caper dicitur, vt sit sensus prophetæ, potestates tenebrarum coli apud Aegyptios sub figura leonum, learum serpentium, ad quas potestates tenebrarum Iudæi camelis, & asinis argentea, & aurea deferant dona, quæ illis tanquam Dis offerant. Et PROCOP. quidem sic explanat: Onus iumentorum, aut visio quadrupedum, quod idem est, vt supra centies est dictum. i. prophetia quadrupedum, quas pro numinibus colit Aegyptus, vt leges apud Herodotum in Euterpe & apud omnes scriptores. Et in eremo, siue in deserto. i. in Aegypto, quæ deserta erat bonis cœlestibus & orbata ideòque desertum dicta, quod expers sit rerum diuinarum, non culta aratro cœlesti nec spiritalibus pluuijs irrigua, infesta animantibus venenatis. i. vitijs furoris, & insania dæmonum plena, quos in tribulatione, & angustia animarum pro dijs colebat, ad quos diuitias suas asinis, & camelis deportabāt Iudæi. Nam mentis recessus Aegyptiorum erroribus tradebant, vnde deportare asinis & camelis opes dicuntur. i. mentis recessus dæmonibus offerre degenerantes in camelos, & in asinos obbrutescentes, quia non intellexit homo in quanto honore esset, & factus est similis iumentis. ORIG. in leuit. cap. 16. homil. 16. de spiritalibus etiam bestijs hæc explanat, quanquā aliquāto secus his verbis: Quod si adhuc plures bestias vis discere, docebit te Esaias propheta, qui sub visione, quā attulauit quadrupedum in deserto, hæc ait: In tribulatione leo, &c. nunquid vilo modo videri possint hæc de corporalibus bestijs dicta, etiam ijs qui valde amici sunt litteræ? quomodo leo, & catus leonis, vel aspides volantes possint super camelos, & asinos portare diuitias suas? sed euidenter aërias potestates dæmonum pessimorum, propheta, spiritu sancto repletus, enumerat, eosque collocare diuitias deceptionum suarum super animas stolidas, peruersasque, dicit, quas

afinis comparat, & camelis tortuosis. Et in Lucam idē ORIG. de eo quod à discipulis pullus A
 asina solutus est, ita hunc eundem locum explanat; & appellat peccata, & vitia hominū, diuitias
 aspidum. Et scias tu aspidem serpentem venenatā esse maximē, quā tenui morfu, sine sensu
 & dolore, suauifomno hominem morte resoluit, cui peccata comparat, quā cum voluptate
 animam necant. Monetque idem Origenes, vt vnusquisq; nostrū consideret quantas opes
 aspidū ante portauerit, diuitiasque bestiarū in animo suo, vt peccare abstineat. Et in Ioann.
 tomo II. in illud: Super quem nemo hominum fedit, quando quidem (inquit) diuitiā aduersa-
 riarum potestatum apud Esaiam super asinos, & camelos ferri dicuntur in tribulatione, & angustia.
 CYRIL. in leuit. lib. 16. interpretans illud: Exterminabo bestias malas de terra, hæc verba
 Origenis ad verbum est mutuatus. Ergo Origenes sic hunc locum interpretatur. In terra tribulationis,
 & angustia, in Aegypto vbi misera sunt animæ & infelices, contraria potestates & ex eis vipera,
 & regulus. i. alia potestates contraria, quæ tetrum virus infundant in animos hominum.
 Portantes super humeros iumentorum, hominum, quos faciunt degenerare in iumenta, diuitias
 suas, flagitia tetra, & libidines: & supra gibbum Camelorum, super homines, B
 qui degenerarunt in camelos, qui sufferunt multum laboris, vt aceruent opes, thesauros suos,
 crimina, scelera. Ad populum qui eis prodesse nō poterat, ad alios homines, quibus suam stultitiam
 affricant, quod eis commodo non erit sed magno malo, quod non solum fuerint flagitiosi, sed alios
 ad peccata pertraxerint. THEODOR. eodē modo hunc locum enodat, quo D. Hieronymus cuius
 sententiā leges in commētarijs, ne hoc opus in infinitum excrefcatur.

D. HIERONYMVS

Aegyptus frustra es vane auxiliabitur, ideo clamaui super hoc superbiatū tum est, quiesce.

Verba Hebræa ad verbum sic verti possunt, Ideo nunciaui ad hoc fortitudo
 ipsi, subaudi, regis Aegyptiorum. Quod supra dixerat propheta, Aegyptus ei vane auxiliabitur,
 frustra Aegyptus & regna terræ auxiliabuntur vobis, & eorum falsa numina vana vobis
 ferent auxilia, quando vos ego perdere voluero. subiicit nūc & ideo clamaui ad ipsos millies
 per prophetas, clamaui ad Iudæos. f. quod fortitudo Aegypti & principum terrenorum (ponit enim
 Aegyptum pro regibus omnibus infidelibus, vt dictum est) ad hoc, ad vana, erit vobis, & quod
 Hebræa lectio plane hoc sonat, ideo nūciaui, per prophetas. f. ad hoc, quod ad hoc, ad vana &
 inania. f. fortitudo Aegypti & aliorum regnorum erit ipsis Iudæis. i. monui ipsos q̄ frustra
 confugient ad terrenos reges, quando ego ipsos castigare voluero, Non resipuere tamē centies
 admoniti sed ad Romanos confugere vt vitarent pœnas quas ego eram irrogaturus. Lxx viri
 faciunt paraphrasim huius sententiæ, Aegyptij inania & vana proderunt. i. reges & imperatores
 terreni vana & inania vobis ferent auxilia. Annūcia eis, mone ipsos propheta, quia vana
 consolatio vestra hæc est, quia frustra confugitis ad Cæsarem. Putabant enim presidio Romanorum
 posse se fugere pœnas immanis illius facinoris, quod in Christū admiserunt. Mone ergo illos,
 vanam hanc esse illorum consolationem vt caueant malo & recipiant Christum. Nā Romana arma
 non eos liberabunt. Edidere enim huius loci commentarium & nō translationem. Interpretatio
 D. Hieronymi eodem spectat, Aegyptus frustra & vane auxiliabitur, incassum regna terræ vobis
 ferent opem, quando ego vos punire voluero, ideo clamaui per prophetas. f. admonēs vos super
 hoc de hac re, superbia tantum est, omnis regū potentia nihil aliud quam fastus & arrogātia
 est, nec proderunt vobis, quiesce, persta in lege Dei subditus Deo, sic moniti à Deo, non resipuere
 tamen & dixere, Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, ita vt Cæsarem Deo anteferrent.
 PAGNIN. pergit scripturæ verba addere vt ad senfa Iudæorum hæc pertrahat.

D. HIERONYMVS

Nūc ingressus scribe ea sup buxū et in libro diligenter exara illud, es erit in die nouissimo in testimoniū vsq; in aternū.

LXX VIRI.

Aegyptij, inania & vana proderunt vobis, annuncia eis, quia vana consolatio vestra hæc.

ipfis fortitudo ad hoc nunciaui Ideo

לְכֹן קָרָאתִי לְזֵאת רַחֵב הַיָּם

LXX VIRI.

Nūc ergo sedēs scribe in buxo hæc, et in libro, quoniā erūt in diei tēp^o (vel oportunitatē) et vsq; in eternū

Lxx viri

LXX viri verbum illud, quiesce, quod D. Hieronymus tribuit præcedēti orationi, ad hanc
 retulere, nam pro quiesce Hebraicē est נָשָׂא, quod verbum significat quiesce & se de, & i-
 ta Lxx viri reddidere: Nunc ergo sedēs scribe in buxo hæc, prætermisere verbū נָשָׂא, abi, quod
 D. Hieronymus reddidit ingressus. & quod D. Hieronymus conuenienter Hebræa lectioni
 reddidit: Et in libro diligenter exara, omisere, quod quæ geminantur sæpè Lxx fat habent
 semel dicere vt docet EPIPH. reddūt denique sententiā, Nunc ergo sedēs scribe hæc in buxo
 & in libro. AMBR. Hexameron lib. 3. interpretans hunc locū, Buxus lauis, inquit, materia est,
 apta litteris scribendis, simul buxus semper viret, nec vnquā folijs exuitur, admonet te vt semper
 virtutibus germines. Iubet ergo Dñs prophetā Esaiam mandare litteris has prophetias, &
 chartis prodere summa cura & diligentia: & subiungit causam cur id iubeat, Et erit in die nouissimo.
 Docent Lxx hoc loco diē nouissimū significare inter alia diem illum quo complenda est
 propheta, hic enim prophetiæ finis est: scribi ergo iubentur hæc vt his admoneantur Iu-
 dai tempore aduentus Christi, vt cognoscant Christum. Interpretantur Lxx viri, Nouissimū
 diē. i. tempus quo cōplenda propheta est: edidere eū pro nouissimo diē *ἐν τῷ ἔσχατῷ*, quādo erunt,
 hæc. f. vt sit totū: Scribe hæc in buxo & in libro, quādo erūt. i. ad id tēpus quādo hæc erūt. Sic
 enim vertere potes verba illa *ἐν τῷ ἔσχατῷ*, quādo erūt. i. ad id tempus quādo erunt, nam Lxx vi-
 ri sunt cōcisi & breues, quod quāuis Græcè scribāt, vtuntur formis dicendi Hebræis: & quod
 obscure hoc dixerant, eandē rem aliter interpretantur sic: *ἐν τῷ ἔσχατῷ*, quæ verba Græca Latine
 exprimere non possis. Nam si reddas in diei tempus, non satis oris elocutus quod Græcè si-
 gnificatur, causa est quod *καὶ τὸν*, significat quidem tempus, quo res fit, vel facta est, significāt
 ergo Lxx viri: erunt hæc in tempus illud diei quo hæc fient: Nam Græcè *καὶ τὸν*, tempus est:
καὶ τὸν, tempus quidem est, sed aliud quoddam tempus quod Latine explicari nō potest. Quā
 quam vt ait Quintilian. Latinorum quidam satis significari putarunt, si prius tempus illud. f.
 quod Græci *καὶ τὸν*, appellant generale tempus, hoc quod Græci *καὶ τὸν*, dicunt, speciale dice-
 rent, quale si dicas nunc olim, tunc sub Alexandro, his enim exemplis vtitur Quintilianus:
 Ergo auctore Quintiliano, interpretamur *καὶ τὸν*, speciale tempus, sub Alexandro, sub Cæsare,
 ita tu interpretare *καὶ τὸν*, speciale illud tempus sub Christo, vt iubeat hæc scribi Domi-
 nus vt sint tunc testatissima cum fient sub Christo. Ita Lxx seniores hunc locum duobus mo-
 dis interpretantur, sunt enim commentarij: Erit in nouissimo die. f. quādo erunt. i. quādo
 res euenient & ad diei. i. temporis *καὶ τὸν*, speciale illud tempus sub Christo in testimonij,
 vt testimonium impertiant Christo, & ita apostoli & euangelistæ prophetis testimonijs
 sua dicta confirmant, & ipse Dominus, quod testimonia prophetarum CHRY S. in cap. 1.
 Matthæi homilia 18. insolubilia argumenta esse ait nostræ veritatis, quod supra dictum est
 ex Augustino & alijs patribus. Iubentur ergo hæc scribi vt eo tempore quo res erunt & eueni-
 ent, & eo tempore quo accident, sint in testimonium Domino & euangelistis & apostolis,
 vt his testimonijs vtantur ad conuertendas gentes. PROCOP. hæc iubentur scribi vt legantur
 tempore ipsarum & intelligantur habuisse veros euentus. CYRIL. quoq; eodē modo. Et in æter-
 num. PROC. & CYRIL. vt durent vsque ad consummationem sæculi, quia quod Paulus in-
 quit: Quæcunque scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Populus enim ad iracundiam prouocans est, es filij mendaces filij nolentes audire legem Domini, qui dicunt videntibus, nolite videre, es aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, Loquimini nobis placentia.

Quia populus incredulus est filij mendaces, qui noluerunt audire legem Dei, dicentes prophetis, ne annuncietis nobis, & visiones videntibus ne loquamini nobis, alia nobis loquimini, & annunciate nobis alterum errorem.

Populus ad iracundiam prouocans & filij mendaces. verba hæc fateor ad Iudæos referri possunt, ante Christi aduentum tamen cū scripturarum finis sit Christus & ad lucem euangelicam interpretari scripturam iubeat Canō à maioribus nostris nobis quasi per manus traditus, referēte CLEMEN. Alexandrino. cumq; multo magis hæc verba ad tempora Christi spectent, ad ea nos referamus, quādo supra ostēdimus ec-

Nouissim^o dies quid^o

dimus ecclesie proceres temporibus Christi propiniores, eo retulisse superiora: Populus ad iracundiam prouocans, populus Iudaeorum, qui vt supra dixit, ad iracundiam prouocauit sanctum Israel, populus incredulus, vt interpretantur Lxx viri, qui Christo non credidit. Filij mendaces, iuxta illud, filij alieni mentiti sunt mihi, filij qui alienati sunt retrorsum & cum mendacio negauerunt Christum, filij nolentes audire legem Domini qui non recepere euangelium quando eis dixere apostoli. Vobis datum erat, &c. sed quando repudiatis verbum Dei, ecce conuertimur ad gentes: Qui dicunt videntibus nolite videre, haec verba sic explanant Lxx, sunt enim fere scholiaste, dicentes prophetis *אין אנחנו יודעים להודיע*, ne annuncietis nobis, vel ne euangelizetis nobis, quibus verbis nostris auribus tanquam surdis intonant euangelij nomen, & verba Iudeorum repudiantiu euangelium. Et aspicientibus nolite aspicere, faciunt Lxx huius loci paraphrasim ex Ioele cap. 2. vbi vaticinium est de missione spiritus sancti in apostolos & discipulos Domini, vt docet D. Petrus actorum cap. 2. qua paraphrasi nos docent de eadem re hic agi, de qua illic fermo est. Edidere enim *אין אנחנו יודעים להודיע*, Et visiones videntibus, ne loquamini nobis: vt enim Ioele dixit, Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiae vestrae, & iuuenes vestri visiones videbunt. Lxx viri dixere: Ne euangelizetis, & videntibus visiones ne loquamini, quod quid aliud significarunt, quam Iudaeos dicturos his filijs Iudaeorum, quos prophetaturos Ioele dicit, ne euangelizarent apud se, & ijs iuuenibus Iudaeorum, quos Ioele dixerat visuros visiones, ne loquerentur eas? obturauerunt enim aures suas Iudaei cum audirent Stephanum testantem: Ecce video caelos apertos, &c. & Paulum cum narraret vidisse se Christum, & Iacobum & alios: Ne loquamini nobis quod Lxx dixere, pro, nolite aspicere, est idem cum illo act. 4. & 5. Vocantes illos denunciauerunt ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Iesu. Loquimini nobis placencia, Lxx interpretantur: Alia nobis loquimini, non euangelium scilicet, neque praenuncietis nobis vastandam esse Iudaeam, cessare iam caeremonias Moysis, vt in actis apost. leges. Videte nobis errores: Lxx, Annunciate nobis alterum errorem. i. potius illum errorem narrate nobis, de quo Matt. cap. 28. Dicite quod discipuli eius noctu venerunt, & furati sunt ei nobis dormientibus, hoc potius narrate nobis quam Christum resurrexisse.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.

Auertite nos à via hac, auferte à nobis semitam hanc, auferte à nobis eloquium Israel.

HAEC verba interprete non eget, nam: Auferte à me viam, declinate à me semitam, quod Lxx interpretantur: Auertite nos à via hac, auferte à nobis semitam hanc, idem est cum illo actorum postremo: Nam de facta hac notum est nobis, quia vbique ei contradicitur. Vides quomodo respondebat Iudaei, Auertite à nobis euangelium, & hanc viam legis nouae. & actorum 5. dicitur, ne omnino loquerentur in nomine Iesu. Cesset à facie nostra sanctus Israel, quod Lxx interpretantur: Auferte à nobis *אין אנחנו יודעים להודיע*, quod vertere potes, eloquium, vel euangelium Israel quamquam interpres vertit, verbum Israel, quod erratum adnotat A V G. in Psalm. 118. concione 15. vertit tamen, *אין אנחנו יודעים להודיע*, eloquium, quod consuetudo ecclesiae Diuinam scripturam appellat eloquia, vnde, *אין אנחנו יודעים להודיע*, euangelium aut Dei sermonem vertere potes, Israel .i. Christi. Nam Israel pro Christo poni infra est dicendum. Neque lectio Hebraea repugnat, quae ad verbum verti potest: Cessare facite à facie nostra sanctum Israel. i. Christum. Nam sanctum Israel dici Christum, ne Iudaei quidem inficiantur. Et videtur esse idem cum illo actorum 4. Signum, quod factum est non possumus negare, sed ne amplius diuulgetur in populum, comminamur eis, ne vltra loquantur in nomine hoc vlli hominum, quod idem est cum hoc Esaiae, Cessare facite à facie nostra sanctum Israel: quid enim refert vtrum dixeris: Cessare facite à facie nostra sanctum Israel? an, comminamur ne vltra Israel sanctum à facie nostra Cessare facite loquantur vlli hominum in nomine sancti Israelis? *אין אנחנו יודעים להודיע*

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propterea hac dicit sanctus Israel, pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis

Propter hoc hac dicit Dominus sanctus Israel, quia non obedistis (vel credi

astis in calumnia, et in tumultu, et inmixti estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hac, sicut interruptio cadens, et requisita in muro excelso.

credidistis) verbis istis, & sperastis in mendacio, & quia murmurastis, & confisus fuisti super verbo isto, propter hoc erit vobis peccatum hoc quasi murus cadens subito, ciuitate munita capta.

Propterea hac dicit sanctus Israel: quasi dicat propheta, quia iussistis ne apostolus euangelizarent vobis sanctum Israel, propterea sanctus Israel hac dicit: Pro eo quod reprobastis verbum hoc. i. quia reprobastis euangelium, quod interpretantur Lxx: Quia non obedistis, vel non credidistis verbis istis. i. quia non credidistis euangelio, & sperastis in calumnia, quod Lxx interpretantur, in mendacio, cum dixistis: Non habemus regem nisi Caesarē, & sperastis Caesaris armis vos posse defendi, etiam si non reciperetis Christum, vel sperastis in calumnia & mendacio, quoties accessistis ad Dominum tentantes eum, vt caperetis eum in sermone. Hebraice est *אין אנחנו יודעים להודיע*, quod Hieron. vertit, in tumultu. i. tumultibus, & seditionibus excitantis aduersus apostolos, quod frequentissime factum esse à Iudaeis, Apostolorum acta testantur. Iudaei interpretantur, peruersitate: putabant enim Iudaei sua peruersitate, & malitia posse impedire praedicationem Euangelij: Lxx viri legerunt *אין אנחנו יודעים להודיע*, mutata postrema litera. interpretantur enim, murmure. i. quia sperastis in mendacio, & murmure. i. detractione de Christo, & murmure aduersum Christum, & mittebas legatos in omnes partes orbis vt mentirentur & murmurarent aduersum Christum, & docerent gentes blasphemare nomen Domini. Et dixi supra in Disputatione de translationibus, de industria à prophetis relicta duplicem lectionem, vt plura significarent mysteria. PAGN. reluctante lectione Hebraea, ne sit locus interpretationi sanctorum, quorum sententiam supra retuli, pro calumnia & tumultu, quod vertit D. Hieron. reddidit, Sperastis in diuitijs ex rapina congregatis. Vbi libenter ab eo quaererem reliqua illa captiuitatis Babylonica, de quibus hac interpretantur, quas haberent, aut saluis rebus habuerint diuitias? quasue opes congregatas ex rapina? cum liqueat ex Hierem. cap. 42. & frequentibus, ignobile vulgus relictum abire liberè quo vellet, & homines tenuiores exutos bonis omnibus, ceteros captiuos ductos, quas ergo diuitias narrat Pagninus? Propterea erit vobis iniquitas hac, siue, peccatum hoc, sicut interruptio cadens. i. sicut interruptus murus cadens subito, sic enim interpretantur Lxx: Sicut murus cadens subito. Leges IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. vlt. & intelliges subito, & nec opinantes Iudaeos oppressos à Romanis, & perijisse omnes. Requisite in muro excelso; quod Lxx dixerunt: Ciuitate munita capta: interpretatur ergo verbu illud, requisita, quae quaeretur, & fiet in muro excelso, vt ruina haec murorum Hierusalē futura significetur, non quod vitium fecerint muri vetustate ipsa, sed quod sit facta diuinitus, cum muri essent munitissimi, & validissimi, vt sit requisita, quae sit à Domino, & facta à Domino: id enim significat verbu Hebraeu. In muro excelso, in muro munitissimo & inexpugnabili, qui tamē sine vllis bellicis instrumentis cadet diuinitus, quod factu esse leges apud Ioseph. lib. 6. de bell. Iud. cap. 4. Hoc dixerunt Lxx, Ciuitate munita capta, significarunt enim ciuitate munitissimam esse diuinitus, & turreis munitissimas desertas esse ab ipsis tyrānis sponte, aded vt Titus Vesp. apud Ioseph. li. 6. c. 43. fateatur, non humanis viribus, sed diuinitus ruisse Hierosolyma. In reliquijs captiuitatis Babylonica, de quibus hac interpretatur Iudaei, & plerique nostrorum, quae vrbs capta intelligi potest? aut quae vrbs ruens? ruerat enim iam Hierusalē, ruerat aliae vrbes Iudae.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quonia subito dis non speratur, veniet cōtritio eius, et cōminuetur, sicut cōteri tur lagena figuli cōtritione pramalida, et nō inuenietur de fragmētis eius testā in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parū aqua de fovea.

Cuius subito adest ruina, & ruina eius erit quasi contritio vasis testacei ex figuli officina comminuti, ita vt non inueniatur in eis testā, in qua ignem tollas, & in qua abstrahas parum aquae.

SYCH. presbyter in Leuiticum lib. 2. cap. 1. in illa verba: Vas autem fictile, de Hierusalem hac explanat, quod redigenda sit ad vltimam vastitatem, quod factum est sub Impp. Vespasiano & Titiano. Kk Ipa. &

spas. & Adriano. Quonia subito du non speratur veniet contritio eius. Exspectavit em Dns lu- A
 daos dum respicerent & agerent poenitentiam, & redirent ad Christum, quadraginta duos
 annos, cum interea (vt supra dictum est ex Tertull. & Iustino & alijs veteribus patribus) se-
 querent multo magis in fideles, & blasphemarent magis nomen Dni, & putabant se laturos impu-
 ne immane illud nefas. Et vt intelliges ex Iosepho de bello Iud. lib. 5. munierut vrbem Hiero-
 solyma, adeo vt inaccessam & inexpugnabilem postea esse arbitrarentur: & cum se viderent
 hac Dei indulgentia, quia vos expectat vt agatis poenitentiam, & respiscatis tandem, quod si
 non feceritis, subito, dum minus speratis, veniet vestra contritio, vastabimini. Quod Lxx in-
 terpretantur: Subito veniet vrbis ruina, quod ita factum esse diximus superiore commetario,
 quod est idem cum illo Luc. cap. 19. Circundabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, &
 coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & non relinquent in te lapidem super
 lapidem. Et comminuetur sicut coteritur lagenam figuli contritione praua, & reliqua. Hoc
 mihi videtur intelligi nullo modo posse nisi de vastitate inuicta a Romanis Hierosolymis, &
 vrbibus Iudae sub Imperatore Adriano: tunc enim absumptae sunt quinquaginta vrbes muni- B
 tissimae, & nongenti octoginta quinque nobilissimi vici Iudae incendio, vt Hierosolyma &
 vrbes reliquae Iudae sint redactae in cineres, adeo vt de fragmentis non inueniretur testa, in
 qua portaretur igniculus de incendio, aut haurires parum aquae de fouea, quod Dns est inter-
 pretatus, No relinquetur lapis super lapide, diruta enim est vrbis Hierosolyma, & igni incen-
 sa, ita vt ne vestigium quidem eius remaneret, quod ex Dione discis in vita Adriani. Dico, in-
 quam, D. Lucam hac omnia esse interpretatum, nam hac interpretatus est, quo dictu est mo-
 do, superiora que superioribus commentarijs explanauimus verbis sequentibus, Eo quod no
 cognoueris tempus visitationis tuae. Quae verba idem sonat cum verbis superioribus Esaiæ: Fi-
 lij mendaces noluerunt audire, &c. quae supra dicta sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia hac dicit dñs Deus sanctus Israel, Hoc dicit dñs Deus sanctus Israe, cu
 si reuertamini et quiescatis, salui eritis. conuersus ingemueris, tuc saluaberis. C

S I praecepto D. August. Origenis, Eusebij & aliorum vtendum est, quo monemur, si quare
 speriantur ab apostolis aut a sanctis patribus explanata, antecedentia & consequentia, vt
 eodem referamus, quod sat illi habuerint velut digito fontes ostendere, vel hic solus locus ar-
 gueret ad Christum & Christi tempora superiora omnia esse referenda. Siquidem hic locus, &
 conciliorum, & veterum patrum autoritate eodem refertur. Et certe si superiora ad reliquias
 captiuitatis Babylonicae referantur, hic locus nescio qua ratione a Concilijs & sanctis patribus
 aliò sit relatus. Ergo sensus huius loci est: Sola hac spes est, o popule Iudaeorum, si conuersus
 ad Christum ingemueris: vnde veteres patres omnes ad poenitentiam hunc locum accommod-
 dant, si enim his qui regem gloriae affecere cruce, patet locus poenitentiae, nullu tam graue pec-
 catum est, cui non possit esse spes veniae, si agas poenitentiam, iuxta Canonem TERTI qui in li-
 bro de spectaculis docet quae specialiter praenunciantur, generaliter esse interpretanda, quan-
 quam Israeli qui Dominum in crucem sustulit, hac dicta esse videantur specialiter, vt poenite-
 tiam agat, & consecuturum esse salutem, quod ad eos dicit Petrus & Paulus non semel: Agite
 poenitentiam, & baptizetur vnusquisque, &c. generaliter sunt accipienda, quae necesse est sic
 intelligas, mea quidem sententia, & interpretere nisi vis doctores ecclesiae, quos spiritus sanctus
 dedit, fateri esse delusos, & delusa Concilia. Quis enim locus huic sententiae, si superiora ad Ba-
 bylonicam referas captiuitatem? aut si hac a Lxx viris non sunt fideliter verba? GREG. Na-
 zianz. ad Rempub. Nazianzenorum seditionibus agitata, & ad eius principem, quod salus
 consequatur gemitus & lacrymas, ostendit hoc oraculo Esaiæ, Si conuersus ingemueris, saluus
 eris. AVGVST. de fide ad Petrum lib. vno, hoc loco Esaiæ probat omnibus criminibus esse locu
 veniae. AMBR. de poenitentia lib. 1. c. 4. cum citasset hunc locum Esaiæ, Cum conuersus inge-
 nueris, saluus eris: Expectat Dominus (inquit) gemitus nostros, sed temporales, vt remittat per-
 petuos. Et LEO papa epist. 91. ad Theodorum, quae est tomo. 1. Conciliorum, hoc Esaiæ vtitur
 testimonio, vt his qui in exitu vitae sunt, poenitentia non negetur. Et ORIG. in cap. 15. Exodi,
 homelia. 7. Et idem ORIG. in Leuitico cap. 1. homelia. 9. & alijs locis, & tomo. 1. Conciliorum
 in decre-

A in decretis Celestini papae, epistola. 2. ad episcopos Galliae cap. 2. Vera (inquit) ad Deum con-
 uersio, mente potius est aestimanda quam tempore, iuxta illud: Cum conuersus (inquit) inge-
 mueris, saluus eris. Hos veteres patres, & reliquos omnes, patiemur dici a Iudaeis erroris admo-
 nitos? vsque ad eorum tempora fideles fuisse delusos? & delusa Concilia? apage. Hebraea le-
 ctio duplex fuisse videtur ex translatione Lxx virorum salui eritis gemitu Et quiete & conuersione In
 Quae lectio Hebraea sic ad verbum verti potest: In וְנָחָה (vel) וְנָחָה (vel) וְנָחָה
 conuersione & quiete salui eritis. i. si ad Deum conuertamini in toto corde vestro, & si quies-
 catis. i. si cessetis a peccatis, salui eritis: vel, In conuersione & gemitu salui eritis. Pro quo Lxx
 vertere: Si conuersus ingemueris, tunc saluaberis. Sed negat PAGN. (ait) וְנָחָה, in sacris lite-
 ris in bonam partem accipi, negat fateor, sed postea ipse suo se gladio iugulat, cum citat rabi
 Selomoh, qui hanc vocem, mesuba, interpretatur pro conuersione ad bonum, vt illud om-
 mittam, vni ex Lxx senioribus plus esse habendum fidei, quam centum Pagninis. Ergo vulga-
 ta lectio sic explanabitur: Si reuertamini ad Dnm. f. & quiescatis, cessetis a peccatis, salui eritis.

B D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In silentio, et spe erit forti- Et scies vbi fuisti, quando confisus es in vanis.
 tudo vestra, et nolulistis. Vana fortitudo vestra, & nolulistis audire.

amastis non & fortitudo vestra erit spe in & considerando In quiescendo In

וְנָחָה וְנָחָה וְנָחָה וְנָחָה (vel) וְנָחָה

D Vplex etiam hoc loco lectio est, eiusdem sententiae vtraque. Altera est quam agnoscit
 D. Hieronymus: In quiescendo, vel in silentio, hoc est, in cessatione a peccatis, & a per-
 sequendis fidelibus, & in spe collocanda in Christo, erit fortitudo vestra, vincetis satanam, Et
 nolulistis. i. repudia stis euangelium, & dixistis, &c. Alteram sequuti sunt Lxx seniores, mutata
 vna litera, nam pro, hafque th, וְנָחָה, legere hafqueb, וְנָחָה, vt sit: In cognoscendo, & confi-
 derando, & in spe, erit vestra fortitudo. i. in cognoscendis vestris peccatis, & considerandis ve-
 stris erroribus, & in spe in Christum erit vestra fortitudo & victoria, iustificabimini, & non
 amastis hoc. Et ita reddidere facta paraphrasi quadam. Scies vbi fuisti quando confidebas in
 vanis, & quod vana fortitudo vestra facta est, sententia admirabili: conuersus enim homo
 ad Deum, intelligit cum erat peccatis implicatus, & quando rebus terrenis erat immerfus,
 quantis in malis versaretur miser, quod vel ex PLAT. liquet libro postremo de Republica,
 quoties peccamus, ait, nos miseram animam vestram circumdatis collo vinculis, spurcissimo
 & immanissimo Domino tradere captiuam, non secus atque olim Heriphyle, cum pro aureo
 torque prodidit maritum periturum. Et in Theæteto idem PLAT. non putat tantoperè fu-
 giendos in inferis sempiternos igneis, cruciatus saeuissimos semper duraturos, quanquam
 sunt maiora mala, quam quae dicendo exprimi possint, illud longè maximum inferorum ma-
 lum esse arbitratur, quod inter demonas fedissimos, spurcissimos, immanissimos, foedissi-
 mi, & spurcissimi, simileque demonibus damnati sint duraturi in omne aeuum, nam alibi o-
 mnium maximum malum appellat, quod sit illis carendum vita beata. Qui ergo ad poeniten-
 tiam conuersus oculis, & mente lustrat quantis in periculis versabatur miser, vbi erat, & quam
 vanis rebus erat confisus, & quam vana omnia quae sperabat, indè sibi pariet vireis ad salutem,
 haeciubebam vos facere, & nolulistis audire

D D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et dixistis, nequaquam, sed ad equos Sed dixistis, super equos fugiemus,
 fugiemus, ideo fugietis, et super velo- propter hoc fugietis: & dixistis, sup
 ces ascendemus, ideo velocius erunt leuibus rhedis fugiemus: propter
 qui persequentur vos. Mille homines hoc leuius erunt persequetes vos,
 a facie terroris vnus, et a facie terro- per vocem vnus fugient mille, &
 ris quinque fugiet is, donec relinquami per vocem quinque fugient multi,
 ni, quasi malus nauis in vertice motis, donec relinquamini quasi malus
 quasi signum super collem. nauis super montem, & quasi sig-
 num ferens super collem.

Kk 2 Hic lo-

Hic locus iam & à nostris, & à Iudæis vno consensu (quod sciam) absque vno Theodoro A to, vt iam dicemus, ad reliquias captiuitatis Babylonicæ refertur. Sed multa repugnant, vt ostendam: & quòd Canon scripturæ est, vt seruetur consequutio prophetiæ, & ille, qui semper ad manum habendus est, vt vetus testamentum respondeat nouo, & rerum euentui. **Canon.** Primum, ego nescio, quomodo hæc ad reliquias captiuitatis Babylonicæ referri possint, quæ Aegyptum petiere: quos equos intelligas, quasue rhedas? in hominibus tenuioribus, ex utrisque bonis omnibus, miseris, afflictis. Nam huiusmodi homines pauperrimi, & tenuissimi, relictis sunt à Nabuchodonosore. Quomodo rursus cohæret illud quod sequitur? A facie terroris vnius, fugituros mille? non tot erant illæ reliquiæ: Quomodo rursus à facie quinque, fugient multi? Iam multa millia hominum videntur complelle reliquiæ illæ, atqui ne Iudæi quidem dicent tot hominum millia petiisse Aegyptum. Vidit id PAGNI. qui pro mille, reddidit tribunus: atqui Hebræa lectio præfert mille. Et cum sententia priore congruant omnia. Nam verba hæc planè præsignificasse videntur media illa tempora inter crucem Christi, & Iudææ vastitatem: quod (vt supra dictum est à propheta Esaia, cum alibi, tum cap. 28.) non putabant Iudæi mala illa, quæ prædixerant propheta, oppressura Iudæos, si Christum non recepissent, B esse ventura, aut ventura longo post tempore, & prius se morituros, neque sensuros illa mala. Quòd si illorum tempore venirent, cum audirent imminere bella post crucem Christi, quæ à prophetis erant prædicta dicebant principes, & primarij Iudæorum, quos illa mala potissimum petebant, se conscensuros equos, & fuga se subducturos à tanta procella. Et hoc mihi videntur hæc verba significare: Dixistis nequaquam. i. non conuertemur, nec credemus Christo. Videbant enim Christianos affici omnibus cruciamentis, relinquere omnia, tollere crucem & sequi Christum: & principes, & primarij volebant decidere ex illo fastigio dignitatum. Sed ad equos fugiemus, si ingruerit tumultus bellicus, & vastitas, velocissimis equis capeffemus fugam, vnde respondet Dominus, Propter hoc fugietis, vincemini ab hostibus, non frustrabitur vos vestra spes, dabitis terga hosti. Super veloces ascendemus: vel, Rhedis velocissimis fugiemus, curribus rapidissimis nos subducemus fuga, ne nos opprimat calamitas: respondet Dominus, Velociores erunt qui vos persequentur, nam nec opinantes opprimantur ab hostibus per omnes vrbes Iudææ, & trucidabantur omnes simul, vt leges in omnibus libris Iosephi. Et postea, cum ex omnibus vrbus Iudææ residui omnes confluxissent Hierosolyma, nec opinantes oppressi sunt obfidione omnes, & intra triduum circumductus est murus vrbi Hierosolymorum, ne quisquam posset elabi, vt apud IOSEPH. leges lib. 6. de bello Iudaico capite postremo. & lib. 5. cap. 31. Velociores igitur hostes Iudæos comprehendere, donec relinquamini quasi malus in naui. Sic explanat THEODOR. Multæ arbores in summo monte, non sunt ita conspicuæ, vt non transfiri intentione, & visu circumfusis alijs arboribus multis à prætereuntibus possint. Sed si in montis vertice vna tantum pinus aut cupressus sit residua, valde conspicua est & insignis prætereuntibus, omnium prætereuntium ad se conuertit oculos: sic vos pauci relinquemini ex innumerabilibus myriadibus, vt toto orbe vestra mala sint nobilitatissima. Et quanquam Imperator Romanus innumerabiles ductabat copias, si cum innumerabili Iudæorum multitudine comparentur, pro vno Romano mille Iudæi erant, vt cadat benè vnum Romanum fugasse mille Iudæos, & quinque Romanos perterruisse voce quinque millia Iudæorum, quod Deus illos exterreat, & ita calamitas Iudæorum est insignis vsque ad nostra tempora, eritque in omne æuum, vt ait Theodoretus. D

D. HIERONYMVS.

Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij Dominus. Beati omnes qui expectant eum: populus enim Sion habitabit in Hierusalem, plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui.

LXX VIRI.

Et rursus expectat Deus vt misereatur vestri, & propter hoc exaltabitur, vt misereatur vestri, quia iudex dominus Deus vester. Beati omnes perseuerantes in eo, quia populus sanctus in Sion habitabit, & Hierusalem fletu planxit, miserere mei, miserebitur tui: vocem

A seruebitur tui, ad vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi. **vocem clamoris tui quando vidit, exaudiuit te.**

Iam hæc ad reliquias captiuitatis Babylonicæ referri nõ possunt. Quomodo em̄ promitte ret Dominus bona reliquijs, quæ falsa Aegyptiorum numina antetulere Dño? & contra monita Dei & iussa, Aegyptum petiere: quasque deleuit prorsus Dominus, vt prædixerat per Hieremiam, nisi si quis fuga se proripuit in Iudæam? Vnde iam D. HIER. CYRIL. PROC. THEOD. reliqua omnia ex hoc loco ad Christi tempora referunt, & multum laborant in coniungendis his quæ sequuntur, superioribus, quòd superiora retulerant ad reliquias captiuitatis Babylonicæ. Vnde verissima apparet sententia sanctorum patrum, qui tam superiora, quàm hæc ad Christi tempora retulere. Quòd si æquè ad vtrumque, referri possent, ad reliquias, & ad Christi tempora, tamen ne leuitatis patres antiquissimos argueremus, qui ex superioribus quædã vulgò citant, cum ad pœnitentiã fideles exhortantur, quod fieri non poterat, si ad reliquias captiuitatis Babylonicæ referantur, sine risu & cachinno Iudæorum, ad Christum potius erant referenda. Verissimè enim CYRIL. de incarnatione vni geniti tom. 1. Concil. magnum detrimentum putat mendaces dicere doctores sanctos mundi totius. Iudaizantes sibi constant & Iudæos sequuntur, si singula persequi velis, cognosces ex Thefauro linguæ sanctæ, vbi citantur rabini, qui modo ad Allyrios, modo ad nescio quam malam pestem, quæ illos exagitat referunt, vt nec pes nec caput vni reddatur formæ. Sed redeo ad institutum. Iterum expectat Dñs vt misereatur vestri. D. HIER. & D. CYRIL. hæc de Christo interpretantur. Iterum etiam postquam à vobis est in crucem sublatus, expectauit enim quadraginta duos annos dum conuertamini & misereatur vestri, vsq; ad tempora Vespasiani dum prædicaretur vobis euangeliũ, vt daretur vobis locus pœnitentiæ, & vestri misereretur. Nam ideo exaltabitur. D. Hieron. ideo in crucem tolletur vt parcat vobis, vel vt misereatur vestri. Ideo in crucem sublatus est, vt peccato & seruitute liberaret genus humanum, & ea causa affectus, vos expectat dum conuertamini. Quia Deus iudicij Dñi, vel, quia iudex dñs Deus vester. i. quia dñs Deus vester, qui in crucem exaltabitur propter vos, iudex viuorum & mortuorum est. Beati omnes qui sperant in eum, quia vt malos malè perdet, ita sperantes in se & perseuerantes vsq; in finem beabit. Sequentia variè dispuncta à D. Hieron. & à Lxx viris sunt. Lxx viri sic: Quia populus sanctus in Sion habitauit, appõsit hic distinctione, vt sit: quia populus sanctus habitabit in ecclesia, sancti apostoli, & populus fidelis. Nam cum propheta ruituras vrbes Iudææ dixerit, Iudæos omnes esse delendos, ita ut residui toto orbe sint infames: addit nunc, delendos quidem perfidos, relinquendum tamen populum fidelem, & habitandam Sion. i. ecclesiam, quæ toto orbe terrarum terminabitur, non vna quadã prouincia. Sic hæc Hieron. Cyrill. & Procop. fermè. Et postea nouo initio: In Hierusalem plorans plorabit. i. populus fidelis, qui erit in Hierusalem, plorans plorabit. Et addide re de suo Lxx viri: Miserere mei, vt sit sensus: simulatq; populus fidelis Dominum orauerit cū lacrymis impendente ruina, & dixerit: Domine miserere mei, sunt à Domino exaudiendi. Nã triennio antequam calamitas ingrueret, sunt admoniti à Domino, vt exirent Hierosolymis, & se recipere in loca tuta. Miserebitur tui, vocẽ clamoris tui. THEOD. Responso est (inquit) Dei, ad clamorem fidelium. Interpretatio & dispunctio D. Hieronymi eundẽ sensum habet, & multò significantior est. Populus enim Sion habitabit in Hierusalem. i. quanuis subuertenda sit vrbs Hierosolyma, & vrbes Iudææ sint vastandæ, & pellendi sint suis sedibus Iudæi, ita vt Imperatorum legibus, homini Iudæo capitale sit pedem inferre in vrbes Hierosolyma, & in vrbes Iudææ. tamen populus Sion, populus ecclesiæ habitabit in Hierusalem, & in vrbus Iudææ, saluus fiet populus fidelis, & pulsus indè Iudæis & deletis, illic habitabit liberè. Nequaquam plorans plorabit, non sentiet illa mala quæ Iudæos oppriment, miserebitur tui, quia triennio ante, õ popule fidelis, te admonebit, vt te recipias in loca tutiora, & semper te exaudiet, & dicet vocatus semper, Ecce adsum. qua de re infra plura dicenda sunt.

D. HIERONYMVS.

Et dabit Dominus vobis panem arctum, & aquam breuem.

LXX VIRI.

Dabit Dominus vobis panem tribulationis, & aquam angustam.

Diuus HIER. CYRIL. PROCOP. huc locū de euangelico sermone interpretatur, qui pro A
 laciniosis veteris legis obseruationibus atq; mandatis in vno Christo recapitulauit om-
 nia, sic em̄ interpretatus est D. PAVL. illud Efaie cap. 10. Consummatū & abbreviatū sermō
 faciet Dñs super terrā, & sic panē arctū, & aquā breuē, doctrinā breuē euangelicā declarat D.
 HIER. quā legē & prophetas ad duo mandata reuocat. Et certē diuinam doctrinā, pastū esse
 animorū, quo nutritur anim⁹, docēt etiā philosophi: vt PLAT. cū alijs locis plurimis tū lib. 6.
 de Repub. his verbis, agēs de anima cōplexa Dei cognitionē (inquit) ἀλλοῦ εἶναι τὴν τροφήν. i. tūc ve-
 rē viuere, & verē nutrire. & lib. 9. de Repub. de vera voluptate disputās, & famem & sitim
 corporis cū fame & siti animi cōparās, q̄ hoc loco fit: de pane em̄ anim⁹ sermo est, & de aqua a-
 nim⁹. Ibi ergo cū dixisset, πείνας καὶ δίψην καὶ σφοδρὸν ἐπίουσι πικρὸν σῶμα. i. famē & sitim vacuitatē esse corporis
 & πείνας ἁπλῶς. i. impletiones, esse saturitatē, subiicit disputationē de impletionē, & quā verē im-
 pleat, & docet multis verbis Deū & Dei cognitionē verē saturare, verē implere animū, verū ef-
 fe animi nutrimentū, vt diuinitūs D. Hieron. panē & aquā Dei cognitionē hic appellatā putet
 & legē euangelicā. & optimē etiā CYRIL. qui panē, Iesum Christū interpretatur, qui dixit: E-
 go sum panis qui de celo descendi: & aquā, eundē Christū esse ait, siquidē à Dauide flumēn pa-
 cis, & torrēs deliciarū est appellat⁹ psal. 3. Apud te est fons vitę, & Torrente deliciarū potabis
 eos. Panis igitur & aqua viuifica, Christus est, sed panis arct⁹, & aqua angusta dicitur, quia cum
 labore & sudore inuenitur. panē arctū, Lxx appellāt panē tribulationis, qui sumēdus est à poe-
 nitentib⁹, qui lacrymis peccata eluerint. Verbū Hebræū אֶרְוֶה, multa significat, omnia huic
 loco cōsentanea, & Canō scripturę est, omnia ab Spiritu sancto esse significata, אֶרְוֶה, panis est:
 אֶרְוֶה, arctum significat (vt vertit D. Hieron.) vt significet doctrinā euangelicā breuē: significat
 etiā tribulationē, vt vertere Lxx, Panē tribulationis, qui cōsolatur tribulatos, vel sumendus à
 poenitentibus: significat etiā fortitudinis, vt sit, panis fortitudinis, panis ille eucharistię, in cui-
 us fortitudine peruenitur ad montē Dei Oreb. i. ad sublimitatem, in quā prouehit Deus siccitatis,
 id enim significat Horeb, siccitatis p̄sionū, & animi prauarū cupiditatū, nā rabi Ionah
 illam vocē אֶרְוֶה, fortitudinem interpretatur, à verbo אֶרְוֶה, quod corroborare significat inter alia,
 panis corroborationis, panis corroborans. Aquā breuem: Hebræicē est אֶרְוֶה, quam Hebræi
 interpretantur, aquam arctationis: D. Hieron. explanat, Aquā arctā & breuē: Lxx, angustam. i.
 doctrinā euangelicā, quę legem veterem in compendiu redigit. Potes etiā interpretari, Aquā
 arctationis & oppressionis, aquam sacri baptismatis quā oppressorū est, quā oppressos à de-
 monibus liberat, aquam arctatorum victorumq; in carcere dæmonis, quā illos à carcere li-
 berat, iuxta illud Efaie, cap. 61. Spiritus Domini super me, vt prædicarē captiuis indulgentiam,
 clausis apertionē, quid est clausis, nisi arctatis? quid captiuus, nisi oppressis? BASIL. in psal. 28.
 Panis & aqua, de quibus Dñs: Caro mea verē est cibus, sanguis meus vere est potus, si alimen-
 ta tibi desint, deficiēt vires corporales, si hæc deficiunt, deficit robur spiritale, & sic aquam an-
 gustam, explanabis Christi sanguinē, ad quem compendiatā sunt omnia sacrificia veteris le-
 gis, & reducta, illo em̄ verbo vtuntur veteres patres.

Canon.

Quid Hon
reb.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et non faciet auolare à te ultra docto- Et nequaquam ultra appropinqua-
rem tuam bunt tibi decipientes te.

Hic locus ad verbum verti potest ex lectione Hebræa: Et nō doctor tuus ultra volabit non Et
 volabit vltra doctor tuus. D. Hieron. subaudiuit (à te scilicet) אֶרְוֶה יִבְנֶה עוֹר מוֹרֵךְ
 cet) non volabit à te vltra doctor tuus. i. post Christi crucē nunquā à te, o ecclesia catholica, a-
 uolabit tuus doctor spiritus sanctus, & tuus præceptor Christus: nobiscum enim est vsque ad
 consummationē seculorū. Et ita reddidit D. Hieron. Et nō faciet (Deus) vltra auolare à te præ-
 ceptorē tuū, semper faciet vt Christus tecū sit, vsq; ad consummationē seculi. Lxx ita vertunt
 lectionē Hebræā: Et non volabit vltra doctor tuus: sed subaudiūt, ad te, & ita faciunt contrariū
 sensum: Non volabit ad te vltra doctor tuus, Aegyptius scilicet & Assyrius, qui te docebant
 colere idola, qui olim synagogā fecerūt seruire idolis vsque ad tempora Christi, post tempo-
 ra Christi (vt supra dictum est) contra Iudæos & Iudaizantes, Iudæi desiere seruire idolis,
 quod iuxta interpretationem Lxx virorum hæc verba significant: Non volabit ad te vltra præ-
 ceptor tuus (idolatra scilicet) vt ecclesiam aut synagogam doceat idola colere, & ita reddi-
 dere Lxx: Nequaquam vltra appropinquabunt tibi, venient ad te, decipientes te idololatræ.

Quid in sy
nagogaido
lorum cul
trix.

D. HIER.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

A Et erunt oculi tui videntes præceptorē tuum, et aures tuæ audient verbū post
 tergum monentis, hæc est via, ambula-
 te in ea, et non declinetis neque ad dex-
 tram, neque ad sinistram.

Quia oculi tui viderunt decipiētes
 te, & aures tuæ audient verba post
 te, decipientium te, dicētium: Hæc
 via, ambulemus in ea, siue ad dexte-
 ram, siue ad sinistram.

Quod variè locus superior à D. Hieronymo est intellectus, & à Lxx viris, necesse fuit hunc
 quoque locum intelligi variè. A D. Hieron. sic: Erunt oculi tui videntes præceptorē tuū,
 Christum scilicet, te per se docentem, & per apostolos, quorum audies verba monentiū post
 tergum, etiā cū te auertas, & nolis audire, hæc via euangelij est vera, ambulate in ea. Lxx viri
 B quod præceptorem pro falso præceptore, & impio acceperere, pro Assyrio, Aegypto, doctore
 idolatriæ hæc sic interpretantur: Post aduentum Christi oculi tui videbunt eos, qui tibi erro-
 res magistri fuerunt, Aegyptios videlicet & Assyrios tibi manus dare, ad sacrum baptismā veni-
 re: & aures tuæ audient verba decipientium te, eorum qui te deceperant. Nā Græcè temporis
 præteriti est. Qui dicent post te, & post tergum tuum, more discipulorum, qui magistros se-
 quantur, & doctrinam magistrorum laudāt, Hæc via euangelica est, ambulemus in ea, vel, am-
 bulate in ea, se enim mutuo adhortantur. itaq; Assyrij, Babylonij, & Aegyptij, & reliquę natio-
 nes infideles, quæ docebant Iudæos idolatriam, discent ab eis doctrinam euangelicam. Lxx fa-
 ciunt paraphrasim huius loci ex illis verbis cap. 2. Venite ascendamus ad montem Dñi, &c. Et
 ex Michæa cap. 3. nā pro, Ambulate in ea, reddidere: Ambulemus in ea: in Efaia & in Michæa:
 Ascendamus, hoc est, proficiamus erat, vt interpretatur AVGVST. in psal. 45. in illa verba:
 Venite & videte opera Domini. Et postea: Ambulemus. i. pergamus ad perfectionem.

Aegyptij
& Assyrij
a charis
idolatriæ
Iudæis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

C Et contaminabis laminas sculptiliū ar-
 genti tui, et vestimentū conflatis au-
 ri tui, et disperges ea, sicut immunditiā
 menstruat: egredere dices ei, et dabi-
 tur pluuia femini tuo, ubicunque semi-
 naueris in terra, et panis frugum terra,
 erit oberrimus et pinguis.

Et auferes idola de argentata, &
 deaurata, minuta facies, & disper-
 ges sicut aquam à sedente, & sicut
 sterco abijcies ipsa: tunc erit plu-
 uia femini terræ tuæ, & panis ger-
 minis tui erit abundantia, & erit
 pinguis.

Hic locus apertè ostendit hoc caput esse de temporibus Christi, nā in illa verba cap. 2. ido-
 la penitus conterentur, & sequentia: & in principiū cap. 19. autoritate veterū omnium
 patrum ostendimus signū aduentus Christi fuisse finē idolatriæ, & idolorū ruinam & contri-
 tionē. Ait ergo propheta, vt interpretantur CYRIL. & THEOD. tollenda, & extrudenda do-
 mo idola tēpore aduentus Christi, tanquam sterco. THEOD. Tanquā rē spurcā, & immun-
 D dam, foetidam, & fœdā quandam eluuiē. Iudæi ad Ezechia & Sennacheribū referunt, reliquias
 captiuitatis Babylonicæ cum Sennacheribo coniungūt res longissimo tempore distantes, &
 quod per quindecim annos cessatū ab idolatria est sub Ezechia, dignum putāt, quod prophe-
 tica buccina celebrarit, cū postea hoc malū increbuerit multo magis apud Iudæos, nihil igi-
 tur hic de Ezechia dicitur, qui multo tempore distat à reliquijs captiuitatis, ad quas Iudæi &
 Iudaizantes totum hoc caput referunt, nec de perexiguo tempore quindecim annorum, Iu-
 dæorum pietas gloriana, & prædicanda erat. De temporibus Christi sermo est, cuius sacrati
 aduentus plurima erant signa, quorum è numero vnū erat cessatio ab idolatria. Menses mu-
 liebres: מַנְתָּ, quod verbum Hebræi aiunt significare malam valetudinē, & ritudinē, & in-
 dē muliebres menses, siue immunditiā menstruat, vt vertit D. Hieronymus. Lxx reddi-
 dere: Sedentis fœminæ vesicæ, & ventris proluuia, vt sit: Abijcies idola, vt rem spurcissimam,
 non secus ac si euerri domo iuberet sedentis fœminæ muliebra, quæ ei facta sunt. Videntur
 enim alluisse ad Rachel super idola patris sedentem, & excusantem muliebra sibi fieri cœ-
 pta, aut

Signū Chri-
stiaduentus.

Iudæorum
et Iudæiz-
antium amen-
tias.

Quid sit pulchrum ex Plotino

pta, aut ita abijcies idola, vt si euerri domo iuberis illam foeditatem, & aegrotantis foemi- A nae vesicae, & ventris proluuium. Sed aduerte, Lxx seniores semper ex alijs scripturae locis fa cere paraphrasim. Nanque apud Ezechielem, idolatria & hominum foedissima crimina, di- cuntur stercora humana, & ventris humani proluuius, vt homo inquinatus peccato, similis sit homini humano stercore a capite ad pedes inquinatissimo. Quod mutuatus est PLOTIN. in suum opus, de pulchro, cum animam foedatam peccatis, similem dixit esse virgini speciosissi- ma, qua in foetulentiam latrinae deciderit, totamque se a capite ad pedes foetidissimo sterco- re inquinauerit, indeq; foetidissima sit extracta, quam omnes auerferunt, tactu, conspectum- que fugitent. Et pulchrum nihil aliud esse dicit in hominis anima, quam si virgunculam illam formosam in flumen mergas, vt ibi sordes illas abluat, & redeat inde purissima: postea illam foetulentiam suffitu, & odore pellat, vt sibi tandem red dita, suis ornamentis vestita, pro dire possit in hominum conspectum, interesse suis decora, grata, forma splendens, & figura oris: sic anima hominis, qua imago Dei est, imago ipsius pulchritudinis (nam Deus ipsa pulchritudo est) non potest non esse pulcherrima, si sordes peccatorum, qua peius humano fimo collinut, eluerit flumine spiritali, & odoribus spiritalibus foetulentiam peccatorum expulerit, adscie B ritque ornamenta caelestium virtutum: tunc enim vere formosa, puraque in luce refulget, os humerosque Deo similis. Panis frugum terra erit vberimus. CYRIL. Tunc spiritali fecun- ditate abundabis, & dabitur pluuia: pluuiam (inquit) spiritus sancti intelligit, qua dabitur fe- mini terra tua .i. animae tuae, vt irrigua pluuia caelesti fructus operum bonorum edat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Pascetur in possessione tua in die illa agnus spatiose.

Et pascentur tua iumenta in die il- la locum pinguem & spaciosum.

V Erbum Hebraeum יַיִן, possessionem significat & pecora. D. Hieronymus vertit pos- sessionem, Pascetur in possessione tua. Lxx viri reddidere, pecora, iumenta, & quod אֵי, agnum significat, & loca pascua. D. Hieron. agnum vertit: Lxx viri locum pinguem. & ita D. Hieronymus vertit: Pascetur in possessione tua in die illa agnus spatiose, Lxx viri pas- centur in die illa tua iumenta locum pinguem & latum. Hae omnia quis non videat de tem- poribus Christi esse dicta? cum maximus erat virtutum prouentus, cum terra .i. anima, madue- rat pluuia caelesti, cum edebat vberimos fructus, cum magna erat copia panis caelestis, cum pascua erant vberissima. i. doctrina euangelica, qui animorum foelicissimus pascuus est, vbi iumeta .i. plebeios homines, vt CYRIL. interpretatur, rudes homines, & vulgus imperitu pascebat Dns pascuis euangelicis: qua pascua euangelica locum pinguem & latum nominat. Semper enim hac allegoria siue continua metaphora propheta vtitur, vt sensus hic sit literalis: no em hic sermo est de pecore, aut de pascuis. Iudaei haec ad terrena bona referunt, & Iudaizantes eos sequuntur: nec dubitant mendace facere prophetam, du nobis aduersentur. Iudaeos mitto, Iudaizantes libenter interrogem, quando hic frugum prouentus? quando haec rerum vbertas Iudaeis adfuit? Nulla natio fuit post Esaiam tempora, qua opibus & reru vbertate, Iudaeis non excelluerit. Et IOSEPH. author est 1. lib. de bello Iud. post homines natos, nationem nullam tam miserè vastatam, & excisam fuisse. Huc igitur diuina promissa, iuxta Iudaizantium sententiam recidere, vt Iudaei praeter caeteras nationes fuerint miseri, & in eadem miseria per mille quin- gentos durent annos.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et tauri tui, et pulli asinorum, qui operantur terram, commistum migma comedent, sicut in area ventilatum est.

Tauri vestri, & boues operantes terram comedent paleas conditas, in hordeo purgato & euentilato.

Q Uod alaphim, vox Hebraea, tauros significat & boues: Lxx vtrunque reddunt hoc loco, quod ita solent, quando vox vna duos habet intellectus, quod facere etiam euangelistas ostendemus in cap. 61. Deest autem ex lectione Hebraea vna oratio, pulli asinorum, qua ex eade lectione Hebraea reponenda est in interpretatione Lxx, vt lectio Lxx sit: Tauri vestri, & boues, & pulli asinorum, operantes terram comedent paleas. De tauris, & de pullis asinorum dicen- dum est in cap. 32. in illa verba: Beati qui seminant super aquas. Hoc loco tantum dicam tau- ros, &

A ros, & boues, praedicatores esse euangelij, de quibus Paulus interpretatus est illud: Non obtu- rabis os boui triturati. Sic Procop. Cyrillus D. Hieronymus. Igitur boues & tauri sunt aposto- li & euangelistae, qui agrum ecclesiae excolunt. Pulli vero asinorum operantes terram .i. filij gentium, vt infra dicendum est, quod per asinos populus gentium in sacris literis intelligitur, qui ope- rantur terram, qui excolunt ecclesiam, & ecclesiae agrum, praedicatores euangelij scilicet ex po- pulo gentium. Comedent paleas conditas .i. paleas veteris testamenti purgatas, & separatas ab hordeo, & conditas praecipis euangelicis, in purgato hordeo, & puro .i. in doctrina spiritali expurgata a typis, & vmbribus. Sed iam dices, hanc allegoriam esse, ego litteralem sensum esse contendo: argumentis putemus. Primum si litteram adhaeres, qua tandem felicitas est, si Iudeis contingat, quod contigit omni nationi, vt iumenta illorum vberima depascantur pascua, & paleas comedant, & purgatum hordeum? qua natio est cui hoc non contigerit? neque meti- tur his rebus foelicitatem natio vlla, maiora concipit animo, pastorum est haec beatitudo, & agricolarum, no principum, & hominum opulentorum. Haec ne foelicitas promittitur a Deo suis? Dignus erat hoc pabulo pasci qui id ita esse sibi persuaderet, foenum huc esse, quod aiunt oportebat. Adhibendus est ergo cano interpretandae scripturae, quem praescribit DIONYS. de caelesti Hierarchia cum explicat figuras animalium, quibus angeli significatur in scriptura & caelorum ordines, & quom quaesisset, cur Cherubinos, & Seraphinos irrationalium animalium nominibus scriptura significet, docet intelligendum esse, vltam scripturam similitudine anima- lium irrationalium ad exprimendas caelestes intelligentias, & iumentorum nomine, & hor- dei, ne in rebus his haereremus, & putaremus his rebus terminari foelicitatem, sed res tam hu- miles, & fordidae, quarum similitudine scriptura vtitur, nos cogent hinc resilire, & ad maio- ramente ad tollere. Sic hoc loco nemo, cui sana mens sit, intelligat hanc a Deo promitti foelicitatem vt eius asini pascantur paleis & hordeo puro, res ipsa cogit maiora quaerere. Vetus te- stamentum hordeo comparatur, quod paleis contactum est, ita vetus testamentum contactum est typis, & vmbribus, quas paleas propheta nominat, & res significatas per typum, & vmbra, hor- deum purum & expurgatum illis paleis, & sic ecclesia catholica dicitur pasci paleis illis factis & conditis .i. figuris illis, & typis explicatis, & separatis a sensu carnali, & reuocatis ad spirita- lem sensum, id enim est condire paleas veteris testamenti, vt ecclesiae fiant cibus suauis, & id dixere Lxx ὁ καθαρισμός .i. condita opipare, & lautè procurata, vt procuratur coena, & praedium lautum & opiparum: In hordeo euentilato: flamine, Spiritus sancti videlicet, in sensu spirita- li eruto, & explicato. Hoc D. Hieronymus dixit, Commistum migma: migma vox Graeca est, Latine sonat miscellam .i. farraginem, est enim farrago mistura frumentorum varij generis, cum seritur, & messis, qua inde demittitur dicitur farrago in pecudum pabulum, hac farragi- ne .i. hac frumentorum miscella pascentes boues ecclesiae ait propheta .i. praedicatores euan- gelij pascentes mistura legis, prophetarum omnium, librorum Canonico- rum, veteris testamen- ti & noui, expurgatis & euentilatis paleis veteris legis flamine spiritus sancti in Ecclesia ipsius area. Quod D. Hieronymus reddidit migma commistum, quasi diceret miscella commista, id enim migma Graeca vox sonat Latine, Hebraice dicitur מִיגְמָא, a verbo מִלְּךָ, misceo, confun- do, quod Hebraei aiunt, esse frumentorum misturam expurgatam paleis, iumentorum pabu- lum, quo magis apparet etiam concessu Iudaorum vera esse qua diximus omnia: nec enim quis quam tam stupidus est qui cum ipsis Iudaeis haec ad res terrenas referat. Septuaginta viri sen- sum huius loci expressere, vt scholiastae & comentarij, non reddidere verba. Illud silentio pre- tereundum non est, vocem vnam Hebraeam praeteritam esse a D. Hieronymo & Lxx viris. Cum enim Hebraice sit מִיגְמָא מִלְּךָ, D. Hieronymus solum vertit vocem illam מִלְּךָ, commistum migma, quod supra sumus interpretati: verbum illud, מִיגְמָא, non vertit quod Iudaei reddunt purum & mundum, & fortasse ea causa fuit, cur non redderet D. Hieronymus, quod satis si- gnificatum putauit, cum dicatur, quod in area ventilatum est. Tamè quod de multis nos celat Iudaei, dicam quod sentio, מִלְּךָ, Hebraei sunt authores, esse quosdam, qui dicant dictionem esse compositam a מִלְּךָ .i. non & מִלְּךָ, sibi quasi dicas, pabulum (no sibi) vel (non suu) si ita est, vt docet quidam Hebraei, vt reperies in dictione, balal, in thesauro, vide an referre possis ad escam an- gelorum, quam manducauit homo: non hominis erat illa esca, sed angelorum, vt possis redde- re, migma comedent, vel cibum non suu comedent .i. fideles panem comedent qui angelo- rum erat panis, non panis hominis. Et haec dictio, belil, vix alibi reperitur qua hoc loco. מִיגְמָא Kk 5 purum

Canon.

Quod D. Hiero. ver- tit, migma Hebraice est מִיגְמָא, quod Hebraei inter- pretantur cibum non suum, et si- deles dicantur manducaturi cibum non suum, Quia esca angelorum manducauit homo.

purum aiunt Hebraei significare, & mundum, sed hoc tantum loco: neque alibi vnquam. Nā *יֵצֶר*, fermentare significat vnde *יֵצֶר*, fermentum potius videtur significare. & vide an sit illud fermentum Matthæi cap. 13. cui simile est regnum cælorum, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum, vbi regnum cælorum, & euangelica prædicatio, dicitur fermentum, quod conuertit totum orbem. *יֵצֶר*, significat etiam rubrum, quæ vox est cap. 63. in verbis illis: Quis est iste, qui venit de Edó tinctus vestibus? nam pro tinctis est *יֵצֶר*, tantum interest quod illic cum, hoc loco cum, scribitur vt vertere possis, pabulum non suum rubrum, vel non suum tinctum. i. corpus Christi, quod non erat hominum esca, sed angelorum esca sanguine tincta. Deinde sequitur, *יֵצֶר*, quæ verba reddunt, & no stri, & Hebræi, quod ventilatum est, posses vertere, qui sparsit, vel, qui ventilauit, vel, quod ventilauit, vt sit, quod pabulum ventilauit (Dominus scilicet in area) vel qui sparsit rubrum illi sanguinem, vt illum comesturum dicat angelorum escam, qui illam sanguine sparsit. Vocauit enim Dominus Iudæos ad poenitentiam post crucem Domini, vel qui ventilauit, qui scrutatus scripturas in vmbris veteris testamenti, Christum intellexit, & credidit, is pabulo hoc pascetur, qui pascus est angelorum. Postremo verba Hebræa sunt *יֵצֶר* & *יֵצֶר*, cum pala & cum ventilabro. vt sit. Comedent pabulum illud fermentatum, vel, rubrum, qui ventilauerit cum pala, & ventilabro. i. qui scrutatus fuerit diligenter inter vmbras, & typos veteris testamenti, & Christo crediderit, vel quod verba sunt duos sensus significantia, etiam apud summos Græcos, & Latinos scriptores, posses interpretari: Comedent hoc pabulum fermentatum, vel rubrum, qui sparsit cum eo qui exaltauerit in aëre, vel dilatauerit pedes eius sacros, & manus sacras, & cum sparsore, vt sit sensus, eos qui in crucem sustulerint Christum qui eius sanguine fuderint, venturos ad fidem, & pascendos sacramento Eucharistia, nam, *יֵצֶר*, à *יֵצֶר*, quod significat in aërem tollere, & extendere palam significare potest quæ in aërem tollat frumentum. Potest etiam significare extensionem in cruce corporis Christi quādo hoc verbum *יֵצֶר*, hoc loco tantum reperitur: & *יֵצֶר*, eum qui sparsit significat, & ventilabrum ipsum, & D. Augustinus docet prophetas tropicis loquutionibus miscere veritatem, & cum vaticinia prophetarum ænigmata sint pleraque, quæ Iudæi intelligere nullo modo possunt, quod clauem David, quæ scripturam referat, non habent. Nescio cur tantopere reformidemus illorum iudicium, vt ad eorum præscriptum omnia interpretanda putemus, tantum à propria vocatione & originatione non recedamus. Itaque valeat hic cano ille cum verba plures sensus habent, qui ad rem faciūt, omnes illos ab spritusancto fortasse esse significatos illos præcipue quos recepit ecclesia. Et verba Hebræa duobus modis ad verbum vertere possumus, Escā illā angelorū rubrā comedet, qui vētilauit cū pala & vētilabro, vel cū dilatatione & sparsore.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erunt super omnem montem excelsum, & omnem collem eleuatum riuus currentium aquarū in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres.

CYRILL. & D. Hieronymus hæc de temporibus Christi interpretantur, quod Christus Dominus est fluuius ille cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, quo qui participant, immortalitate, & vita sempiterna participant, ipse enim est immortalitas, & vita sempiterna, & qui Christo participant, fiunt montes aquarum fontibus exuberantes. i. doctrina cælesti, montes autem appellantur, quod in terra cum sint, se attollunt ad cælū, instar montium ait Procop. & dicunt, conuersatio nostra in cælis est. Iudaizantes hæc nescio ad quas nugas referunt, ad Assyrios, ad rerum omnium copiam, & diuitias, & hæc non appellat allegorias. si ad Christum referas, qui est finis scripturarum continuo negant esse sensum litteralem, clamant allegoricum sensum esse, expellunt Christū domo sua, nolunt in domo Domini verba fieri de Dño, sed de Assyrijs, & Babylonijs, & nescio quibus malis pestibus. Futurū ergo ait Dominus vt ecclesia floreat fidelibus, & sit irrigua fontibus, & riuus spiritus sancti. In die interfectionis multorū. i. cum interficiantur Iudæi, & delebuntur à Romanis. Cum ceciderint turres. i. cum vastabuntur Iudæi post crucem Domini, tunc enim maximè florere cepit ecclesia cū vidit vniuersus orbis cōpleta vaticinia de vastitate Iudææ. Hunc locū mirabiliter explanat AVGVVS. in questionibus de nouo & veteri testamento questione. 105.

D. HIE.

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit lux luna, sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierū, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagam eius sanauerit.

Et erit lumen lunæ sicut lumen solis, & lumen solis erit septuplum in die quando sanauerit Dominus cōtritionem populi sui, & dolorē plagæ suæ curauerit.

CYRIL. HIERON. PROCOP. hæc de temporibus Christi explicant: cum corruerint (in quibus) vrbes Iudææ post crucem Domini tūc lux lunæ, erit sicut lux solis, ideo iusti fulgebunt vt sol, nam luna pro carne vsurpatur in sacris litteris. i. homines carni fulgebunt vt sol. sic enim apostoli prælucent ecclesiæ vt vnusquisq; eorū instar fulgentissimi solis catholice ecclesiæ præluceat, & sol ipse. i. Christus, qui sol intelligibilis est septuplo fulget lumine in ecclesia. i. suæ ecclesiæ luceat lumine infinito, nā septenarius numerus pro infinito lumine ponitur. Et prædictū à prophetis est, oriturū Ecclesiæ catholicæ solem, non hūc, qui suo lumine complet omnia, sed Christum verum solem, qui lumine infinito suam ecclesiā collustrat, neque occidet vnquam, quod futurū dicit cum redemerit genus humanū. Hūc locum explanat D. AVGVVS. in quæst. de nouo, & veteri testamento cap. 105. tom. 4. illinc petet, qui vult: nam quanquā ille liber negatur esse D. Augustini à quibusdā, huius loci interpretatio placebit magnopere, si legeris perattente. Quod vero D. Hieronymus ait Lxx sen. prætermisisse quædā, iam testatum hoc est sæpè Lxx viros in plerisq; esse metaphrastas, sententiā reddere, & cum idē sit, lux solis erit septempliciter. i. septies maior & quod sequitur, Sicut lux septem dierum. i. sicut si lux septē dierum in vnam quandā simul lucē cogere, cum nihil his verbis significetur aliud, quam, quod supra dictū erat, futuram septies tantā, id semel dixisse contenti fuere quod, vt docet EPIPH. & alij patres, quæ geminata sunt, semel dixisse sunt contenti, hoc probasse spiritū sanctum docent. Quod autē iusti niteant splendidius sole & astris, docent etiam philosophi mutuati ex hoc loco, & alij, & ex Daniele. & apud Platonē, & Arist. vulgatū est illud. nec vesper, nec lucifer adeo admirabilis, vt vir iustus. Hęc in quā PROCOP. CYRIL. AVGVVS. ad primū aduentum referunt, D. Hieronymus ad vltimam consummationē, quando sol septuplo fulgebit lumine, & luna solis lumine splendebit, & erit cælum nouum, & terra noua, nouo quodā splendore nitentia, quod fiet cum cadent turres, & vrbes in consummatione seculorū. Quæ sententiā mihi perplacet. Peruicaciā Iudæi instantiū admirari satis non queo, qui hęc ad Assyrios referūt & Babylonios, & in splendidiſsimo sole rudib⁹ offūdere tenebras cōtēdūt.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Eccenomen Dñi venit de lōginquo, ardens furor eius grauis ad portandum.

Ecce nomē Dñi venit post tempus multum, ardens furor cum gloria, eloquium labiorum eius, eloquiū minarum plenum.

LXX hunc locum de Christi aduentu interpretantur cum dicunt: Ecce nomē Domini venit post multum tempus: & sic interpretatur Thargum, vt leges in thesauro PAGNIN. in dictione racha, sic enim Thargum vertit: Ecce nomen Domini reuelatum, quemadmodum, vaticinati sunt prophetae, qui fuerunt ab initio, quasi dicat: Ecce Christus Dominus, tot seculis ante prædictus, quem cecinere prophetae, adest. Sic enim hic locus explanabitur: Ecce nomen Domini Iesus venit è lōginquo, tēpore scilicet, multo ante prænunciatus, quod Lxx dixere post tempus multum, Hebraicè est *בְּרֵיחַ*, quæ vox verti potest, è lōginquo vel post multum tempus, hoc est multo ante prædictus vaticinijs prophetarū. Ardens furor eius, quia erit quasi ignis conflans, vt apud Malachiam cap. 3. & grauis ad portandum, quis enim stabit ad videndū eum? vt ait Malach. Hebraicè est *בְּרֵיחַ אַרְדְּתוֹ*, quod verti potest: ardens furor eius, & grauis, vt reddidit D. Hieronymus & ardens furor eius, & gloriosus (vt edidit Lxx) quod vtrunq; significat vox illa postrema, *בְּרֵיחַ*, gloriosus: venit ergo ardens ira, quia malos male perdidit, & gloriosus, quia vidit gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à patre. Ad portandum, Hebraicè est *בְּרֵיחַ*. i. ad portandū vel quam vt portari possit ira eius, vt sit idē cum illo Malach. Quis stabit ad videndū eum? significat

significat etiam מַשְׁפָּח, prophetia eius, vt reddidere Lxx, vt sit, prophetia labiorū eius irā plena .i. euangelium eius irā plenum. Lxx dixere, pro prophetia, לַיּוֹמִים, quod Latinē verti solet e- loquium, & eloquium in litteris sacris pro scriptura sacra accipitur, erit ergo euangelii labio- rū eius irā pleni, dixit enim: Non relinquetur lapis supra lapidem Terra vestra deserta, Luge- te super vos, & super filios vestros, Vā vobis pharisei & scribæ. Nec inficior verti posse vocē illam Hebræā מַשְׁפָּח, pro onere & pōdere, vt accipiunt Pagninus & Vatab. & vt Iudæi interpre- tantur. nam hoc quoque significat, sed Lxx viri tribus seculis ante Dñi aduentū interpretan- tur prophetiam, vel euangelium, hoc enim significat לַיּוֹמִים.

D. HIERONYMVS

Spiritus eius velut torrens inundans vobis que ad medium colli, ad perdendas gen- teis in nihilū: et frænū erroris, quod e- rat in maxillis populorum,

LXX VIRI

Spiritus eius sicut aqua in torrente trahens, veniet vsque ad collum, & diuidetur et cōturbabit gēteis in er- rore vano, & persequetur eos error & assumet eos cōtra faciē eorum.

agitationem contra concutiendas erroris frænū & vanitatis agitatione in gentes ad agitandas diuidet collum vsque ad inundans torrens sicut spiritus eius Et וְרוּחוֹ כְּבַחַל שֹׁשֶׁבֶת עַד צְנַאֲרֵי יַחְצִיָּה לְהַגְפִּיחַ גִּוְיָם בְּגַפְתָּ שְׂוֵא וְדָסֵן מִחַטָּה וְרוּחוֹ כְּבַחַל שֹׁשֶׁבֶת עַד צְנַאֲרֵי יַחְצִיָּה לְהַגְפִּיחַ גִּוְיָם בְּגַפְתָּ שְׂוֵא וְדָסֵן מִחַטָּה **D** Escribitur vastitas Iudææ inuicta à Romanis, de qua (vt supra o- ptendimus) sermo est. Et vtitur propheta similitudine qua rem- ponat ante oculos, similitudine, inquam torrentis, cum inundat agros, & fertur rapidissimus et omnia trahit secum, & vndis obruit, sic exercitus Romanus omnis vrbeis Iudææ subuerter: Ergo, spiritus eius (Christi) quadragesimo secundo post crucem anno, ira erit supple velut torrens inundans vsque ad collum, velut torrens exuberans aquis, & omnes vias complens vsq; ad colla hominū, quod Lxx vertere sicut aqua in torrente trahens veniet vsque ad collū, trahens omnia, inquit, & inundans aqua rapidissima torrens veniet vsque ad collū hominū. Nā φάραγγς, vallem significat, & torrentē, qui inter medias decurrit valles, & hoc loco pro torrente ac- cipiendū erat. Quod verò D. Hieron. vertit dimidiū, cum dixit, vsq; ad colli dimidiū, Hebræicè legitur, יַחְצִיָּה, .i. diuidet, & sic vertere Lxx viri διαμεσότησαι, quæ vox, quanquam passiuā est, pro actiua interpretabere, per Atticismum, quo passiuā pro actiuis ponuntur, hoc Hebræa- lectio docet, accipiendū esse pro verbo actiuo, quod Hebræicè actiuum verbum est, & sic vertit Pagninus. dimidiabit, & Vatab. vsq; ad collū diuidet. & indē Lxx, veniet vsque ad collū, & di- uidet, referatq; ad illud quod malos deleuit Dñs, & perfidos Iudæos, fideles verò, qui Christo credere seruauit. Diuidet ergo ille torrens rapidissim⁹, vt malos perdat & obruat, abstineat bonis. Ad perdēdas genteis in nihilū: hoc Lxx viri non vertunt ad verbum, sed commenta- riorū more interpretātur, qui sic edidere, quasi dicerent .i. cōturbabit genteis in errore vano, perdet nationē Iudæorū pro vano illo errore, quo putauē se posse resistere Dño & Christo eius, iuxta illud: Quare fremuerunt gentes aduersum Dominum, & aduersum Christū eius, vnde verba illa: Ad perdēdas genteis in nihilū, vidētur interpretati, facta paraphrasi ex illo lo- co, Cōturbabit Dominus gentes Iudæorū, & perdet, pro vano illo errore, & pro vana illa me- ditatione, vt sit: Veniet Dominus ad euertēdas nationes Iudæorū, & ad perdēdas gētes Iudæas (in nihilū). .i. pro cogitatione illa inani, & nihili, qua putabant se posse resistere Domino. Et frē- nū erroris, quod erat in maxillis populorum: interpretātur etiam Lxx persequetur eos error, & assumet eos contra faciem eorum .i. hic error, & hæc vana persuasio, qua freinebāt aduer- sum Dñm & aduersum Christum eius, persequetur eos, perdet eos, ea enim caussa periēre Iudæi, quod aduersabantur populo fidei, & resistebant prædicationi apostolorum, & mittebāt legatos in totū orbem, vt docerent Christi nomē blasphemare, & fræno erroris maxillas po- pulorū frænabant, ne irēt ad Christū. Hic error ergo, & conatus perdet Iudæos, & faciet vt eos absumat tēpestas, & torrens hic obruens omnia, veniat contra faciem eorum .i. ipsos aduersos obruat, neque patiatur quenquā eorum effugere vt interpretatio D. Hierony. sic sit explanan- da: Torrens hic rapidissimus, veniet ad perdēdas genteis Iudæorū, & ad perdendum frænū erroris, quod erat in maxillis populorū .i. ad perdēdos eos, qui fræno erroris maxillas popu- lorum frænabant, ne irēt ad Christū, docendo eos blasphemare nomē Domini, & ad tollendū frēnum

A frænū illud vt libere gētes venire possent ad Christū. R. D. in libro radicum referēte PAGNI. in dictione אָרִי, vt rideas Iudæorum fabulas, sic explanat hūc locū: Spiritus Dñi veniet ad cri- brādas gentes, quæ sunt in castris Assur cribro vanitatis, cribrum fit ad purgandum frumentū à palea, sed hoc cribrū, quo cribrauit Deus gentes, erit cribrū vanitatis quia nō remanebit in illo quicquā, sed omnia ibūt in perditionem, sic R. Abrahā, sic R. Mosch. Hæc sententiā sequi- tur PAGNI. qui vertit in cribro vanitatis, & VATAB. in cōmētarijs. Sed quæ metaphora est vt dicatur Dñs cribraturus Assyrios in cribro vanitatis, .i. deleturus Assyrios omnes? si diceretur Dñs purgaturus. .i. separaturus bonos à malis, recte quidē, metaphora enim similitudo est, at cribratur⁹ .i. profusus deleturus nihil habet cō fine cū cribratione. Interrogat rhetores, qui præ- cipiunt, vt metaphora sit similis, an hæc sit tolerabilis metaphora, cū nulla sit similitudo inter cribrantē & vastantē? & אָרִי, cribrare significat, & cōcutere, cur ergo mutetur interpretatio D. Hieronymi qui reddidit, Ad cōcutiendas, vel, ad perdēdas gētes? & Lxx ad perturbādas. Nā quod D. Hieronym⁹ vertit: In nihilū, Hebræicè est אֶשׁ מִבְּרֵיטָא, quæ verba Iudæi interpretātur in cribro vanitatis, aiūt enim hoc loco sumi pro cribro, nec aliud citāt testimonium, quā hoc de quo controuersia est. Largiamur hoc Iudæis, significare hanc vocē Hebræā, cribrum, quan- do verbū, vndē deducitur, cribrare significet. Sed multa alia significat ipsum verbū, ne cribrū solum significare Iudæi contendāt, & ita Hebræi explanāt, Ad agitandas gentes, in agitatione vanitatis, quod verbum Hebraeum אָרִי, concutere, agitare, alleuare & multa alia significet, hoc ergo largiantur nobis Iudæi, posse hoc verti, ad agitandas gentes in agitatione vanitatis, quod Hieronymus dixit, ad perdēdas gentes in nihilū. Bene est, vt amur permissio, illud inuiti lar- giētur etiam, א, significare, in, & contra, & alia, quod testātur omnes scriptores artiū, & omnia onomastica, si ergo non veritas ad agitādas gentes in agitatione vanitatis sed agitādas gētes cō- tra agitationem vanitatis, intelliges verissimā esse interpretationem, quā diximus, veniet ille rapidissimus torrens legionū Romanarum, ad agitandas gentes Iudæas, contra agitationem illā, qua illi. I. Iudæi populū fidelem agitabant, & persequēbātur. Et intelliges hanc appella- ri agitationem vanitatis, quæ vana & cassa & inanis fuit. Conatus enim omnis contra Deū va- nus est & cassus, vt ipsi Iudæi fatentur in actis apostolorum. & si sic interpretere, admirabere **C** Lxx viros, qui tribus sæculis ante Christi tempora reddidere, παραδόντες ἐν τῷ ἐπιπλανήσει μισθία, pertur- babit Dominus nationes pro agitatione vana, vt sit, perturbaabit torrens ille nationes Iudæorū, pro πλανήσει, errore vel agitatione vel aberratione vana, verbū enim Græcum πλανήσει, exprimi Latinē nō potest, inter cetera significare potest, p exterminatiōe & aberratione, vndē plani di- cūtur latine, vagi, qui per vrbes errant, vt intelligas deletos & perturbatos Iudæos quod ex- terminabant suis vrbeis apostolos & discipulos Dñi & pro aberratione fidelium, qui pulsi à Iudæis, bonis omnibus & suis vrbeis, errabāt per vrbes alias, & agitabantur ab vtroq; popu- lo gentiū & Iudæorum. Hoc interest inter has interpretationes, quod nos ad lucem euangeli- cam scripturam interpretamur, qui Canon interpretanda scripturæ, nobis traditus à maiori- bus iā indē vsq; à Christi tēporibus. Hebræi & qui eos sequuntur ad perfidiā Iudæicā interpre- tātur & hic loc⁹ in vtrāq; partē pertrahi potest, sed hæc litē dirimunt Lxx viri, qui trecētis an- nis ante rē gestam nobis fauent, Iudæos damnant, non solū apud æquos iudices, si hæc res di- sceptetur attente, sed etiam apud iniquissimos, ideo Iudæis nihil odiosius est Lxx viris.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Canticum erit vobis, sicut vox sancti- ficatæ solennitatis, & latitia cordis, si- cut qui pergit cū tibia, vt intret in mon- tem Domini, ad fortē Israel. & au- ditam faciet Dominus gloriā vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flāma ig- nis deuorantis, allidet in turbine, & in lapide grandinis.

Nūquid sēp vos oportet letari? et in- gredi ad facta mea iugiter? tāq; festa celebrātes, tāq; cū gaudio ingrediētes cū tibia ad mōtē Dei, ad Deū Israel, et auditā faciet De⁹ gloriā vocis suę, & furorē brachij sui ostēdet. cū furo- re, et ira, & flāma deuorāte, fulmina- bit vehemēter, et sicut aqua & gran- do magna vi descendens et delata.

Septuaginta viri supra quam verbis exprimi posset, comendarerent iure optimo, quod sunt A
comentarij in plerisque scripturę sacrę antiquissimi & peruetusti, multis seculis ante Chri-
sti tēpora. Quod vt hoc loco intelligas, habeas ante oculos oportet illū interpretandę scriptu-
rę Canonę, quę leges in concilio Aquisgranen. cap. 3. multa esse in scripturis, quę nisi proprio
modo legatur, in contrariā sententiā recidunt. Docent igitur nos Lxx viri hūc locū legendū
interroganter. quod si facias, intelliges cōstabiliri quę dixim⁹ omnia, & Iudæorū sententiā
refutari, & describi hoc loco cessationē ceremoniarū legis veteris & vastitatē Iudæę, iuxta tra-
lationē Lxx, iuxta interpretationē D. Hieron. tantū vastitatē Iudęę de qua sermo erat. Nā si in-
terrogāter legas: Canticū erit vobis sicut nox sanctificatę solennitatis significabitur q̄ supra ex
IVST. & TERT. centies est repetitū, Dñm expectasse Iudęos post Christi crucē quadraginta
duos annos, dū respiscerēt, & agerent pōnitentiā. Ipsi multo magis Christū persequebantur
& fideles. & cū viderēt se tandiu impune ferre illud tā immane nefas quod admisere in Chri-
stū, letabantur, conuiuabantur, putabant casura in cassum vaticinia prophetarum, quod ex Io-
sepho sæpē est repetitum. ait ergo Dñs cōplenda esse vaticinia & cessaturas legis veteris cere-
monias iuxta interpretationem Lxx virorum. Id enim si interroganter legas hęc verba signifi-
cant, Canticū erit vobis?i. semper ne cāticis & tripudijs & instrumentis musicis vestra ædes re-
sonabūt? non secus atq; solēnes festi dies musicis instrumentis resonāt? semper lætos ageis
dies? & impune vos putabatis lætos tātum nefas, putabatis res vestras semper fore lætas? vt
resonarent vestri festi dies canticis, sicut solebant olim cū pergebatis cum tibia in templū &
in montē Dñi? non ita est, complēda sunt vaticinia vastitatis Iudæę post crucē Christi. Audiat
faciet Dominus gloriā vocis suę, toto orbe notā faciet Dñs suam gloriā. i. prædicationē euan-
gelij, Et completa sua vaticinia nobilitabit quoq; toto orbe vastandis Iudæę vrbibus vt ipse
glorificetur. Quid enim toto orbe magis fuit nobilitatū, quā excidium vrbū Iudæę? Cetera
vastitatē Iudæę describunt. Ostendet Dñs terrore brachij sui. ostendet suas vires Dñs & suam
potentiā & quantopere sit formidabilis, quā momēto temporis fecit vt omnes vrbes Iudęę in
cendio conflagraret. In cōminatione furoris & flāma ignis deuorātis quod cum subuerteret
Dñs Hierosolyma vt docet IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 31. multa ostensa sunt prodigi-
a fulgura, tonitrua, ignis flāmā: Allidet in turbine & lapides gradinis, eodē spectat, ita dele-
bit Dominus temporis momento Hierosolyma, tanquā si procella quadam magna vi delata
omnes delesset, ita interpretantur Lxx viri. Aduerte Lxx viros addidisse de suo cessationē ce-
remoniarū, cū dixeret: Oportebat vos ingredi ad sancta mea iugiter?i. semper vos oportebat
ferre impune tantū nefas salua vrbe & templo saluo, vt offerretis sacrificia, quā iā post aduētū
Christi sunt vana & mortifera? quasi dicat non, sed oportebat deleri templum ne offerretis sa-
cificia veteris legis. Vel vt D. Hieron. est interpretatus Deū adempturū illis læticiā & cantica
quibus eorū ædes resonabāt non secus atque resonaret olim festi dies quos Deo agebāt. Lxx
viri putarunt sensum esse, Deū ablaturū cantica & tripudia quibus ire solebant in templū & ce-
lebrare legis veteris ceremonias. Nā subuerfa vrbe & templo exciso cū per legē Moſis alibi sa-
cificia hęc & ceremoniæ celebrari non possent, necessario cessarunt. lectio Hebræa vtrunq;
significat. Nā (sicut) & (quasi) similitudinem significant & sic accepit D. Hieron. aliquando nō
significat similitudinē, sed rei veritatē vt: Gloriā quasi vnigeniti à patre, & sic accipere Lxx.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*A voce enim Domini pauebit Assur Per vocem Domini vincetur Assy-
rius, plaga percutiet eos.*

Hoc loco se tuentur Iudæi & sublatam controuersia putant his verbis, cū plane prophe-
ta dicat Assyrios à Dño vincendos, & hac ratione nostros in suā sententiā pertraxere.
Nec illud habent rationis, vidisse hoc Lxx viros, & tamē superiora de Christi tēporibus esse in-
terpretatos plane & aperte, vt dictum est. Et Thargum quoque superiora ad aduentū Christi
retulisse. Sed iā ostēdim⁹ Assyrios pro imperatore Romano accipi, duplici nomine, vel quod
eo tempore Romanus imperator dominabatur Assyrijs & rex Assyriorū erat, vel quod sic Af-
syrius pro Romano imperatore poneretur, vt apud Satyricum in illo: Itur ad Atridem. pro
itur ad Imperatorem Romanum dictum est. Et apud Maron. Alius Latio iam partus Achilles.
Achilles pro Turno positus est, & fat quidem fuisse supra ostendisse, ita locos similes expla-
nasse EVSEB. Cæsariens. PROC. TERTVL. & alios patres: lege si voles quę dicta sunt in cap.
7. & in

A 7. & in cap. 8. cum interpretabamur illa verba, cū rege Assyriorum & sequentia, & cū explana-
bamus illa: Assumpsit Rafin filiū Romelię. Ergo sen⁹ huius loci erit imperator Roman⁹ Vef-
palianus post vastatas vrbes Iudæę dabit pœnas. Nam supra dixim⁹ ex Plotino & AVGVS.
cur per malos homines puniat Deus quos vult, & postea illos, per quos irrogat pœnas no-
centi nō sinit abire impune. Assur ergo Romanus Imper. qui tunc erat Assyriorum rex &
Allyrij quod Assyrij sub signis Romanis militabant, & pars pro toto ponitur, quanquā pro
Romanis imperatoribus accipi magis placet.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

*Et erit trāsitus virgę fundatus, quam
requiescere faciet Dominus super eū
intympanis & citharis, & in bellis præ-
cipuis expugnabit eos.*

Et erit ei per circuitū, vndē erat ei
spes auxilij, in quam ipse cōfidebat.
ipsi cū tympanis & cithara pugna-
būt contra eum ex cōmutatione.

LXX viri scholiū hui⁹ loci pro trāslatione edidit, quod facere frequētissimē solent, vt ex
PROC. ORIG. supra dictū est. En hic locus ostēdit, quod IVSTIN. aduersus Tryphonē
ait, nō si quam voculā Iudæi arripiant, qua se tueantur, statim illis esse cedendū, spectanda an-
tecedentia, cōsequentia: præcedens oratio facere cū sententiā Iudæorū videbatur, & quibus-
dā ex nostris perluaſit, vt eorū sententiā cederēt, iā hic loc⁹ nullo modo cōgruit Assyrijs, siue
spectes scholium Lxx virorū, siue interpretationē ad verbum D. Hierony. Ergo significat pro-
pheta Flauū Vespaf. occidendū à T. Vespaf. & Titū à Domitiano necandū Hoc significarūt
Lxx cum enim dictū sit supra: plaga percutiet eos aut virga, subiungitur, & erit supple plaga
ei, imperatori Romano. Per circuitum, ab ijs, qui in circuitu eius sunt. Vndē erat ei spes auxilij
i. ab ijs, vndē sperabat auxilium, quo enim magis pater fideret, quā filio? aut quo magis frater
fideret, quā fratri? Et tamē leges apud Dionē, Flau. Vespaf. necatū veneno à filio T. Vespasiano.
quanquā hoc falso proditum memorię ait, scribit tamen ita percrebruisse rumores, & T. Vef-
paf. necatū prodit à Domitiano fratre crudelissimē, & immanissimē. Fuit ergo Flauio Vespaf-
Cæsario imperatori, & T. Vespasiano Imperatori plaga ab ijs qui per circuitū à circūstantib⁹, pa-
tri à filio: fratri à fratre: vndē erat ei spes auxilij, & in qua spe ipse cōfidebat. Ipsi cū tympanis,
& cithara inter musica instrumenta, quibus cōiuiua exhilarabatur in medijs epulis, pugnabit
contra eū, necabit eū veneno. Ex cōmutatione: vt mutant imperia, filius, vt accipiat imperiū
patris, frater vt fratris capiat imperium. Sic explanabitur interpretatio D. Hieron. Transitus
virgę. i. transitus imperij, fundatus, iā partus: Quam requiescere faciet Dominus super eum:
quod imperium requiescere faciet Dominus super eum: quod imperium ei dabit Dominus,
transitus ergo imperij erit hęc plaga scilicet, nam filius patrem occidet, vt imperium, quod
Deus patri dederat, partum iam transeat ad se, vt ipse imperator sit, occidet patrem, & transi-
tus virgę siue imperij fundatus iā partus, quod imperium Deus dederat fratri, erit hęc plaga. i.
caussa, cur frater fratrem occidat. Dicit autē, transitus fundatus. i. constabilitus, quia neque fili⁹
patrem, neque frater fratrem occidissent, nisi de pacti essent cū principibus prius, vt factō parricidij
ad se transfret imperiū. In tympanis, & citharis, in medijs epulis fiet parricidiū. In bellis
præcipuis, in maximis bellis, Docet enim Plato. i. de leg. libro, seditiones vrbanas esse maxima
bella, quod bella ex terra sustinemus, domesticis bellis cadunt vrbes, sed his multo maiora bel-
la sunt, quę intra vnā domum sunt, cum tui te petant insidijs inter epulas, cantica, & musica
instrumenta, quod Assyrijs conuenire nullo modo potest.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Preparata est enim ab heri Topheth à
rege preparata profunda, & dilatata,
nutrimenta eius ignis, et ligna multa,
flatus Domini sicut torrens sulphuris
succendens eam.*

Tu enim ante dies decipieris, nun-
quid tibi paratum est regnare? val-
lem profundam, ligna posita, ignē,
& ligna multa, furor Domini qua-
si torrens à sulphure accensus.

In hoc loco silent Iudæi, silent Iudæorū fraudes. Vident hoc ad Assyrios nō posse pertinere,
re, cuius exercitus procul Hierosolymis ab angelo est interfectus, & Thophet fylua iuxta
vrbem

urbē Hierosolyma est, ad tartarū referūt, quō etiam referūt D. Hieronymus & omnes veteres sed si literaliter interpretari hunc locū velimus, ad Romanos referre possumus & ad vastitatē Hierosolymorū. Nā ex monte Oliueti, & ex sylua Topheth, quę propter Hierosolyma erant illic in proximo, & ex locis densissimis arborib⁹ cōsitis ligna sunt asportata, quibus profundissimę valles, quę erāt inter colles quatuor in quorū vertice sita vrbs Hierosolyma erat, sunt ex æquata, & completa, vt transitus esset legionib⁹ Romanis, & vt peruia essent omnia loca militibus, & quibus conflagraret tota vrbs Hierosolyma: sic enim præparata est ab heri. i. non ita pridē præparata est sylua, vt cōflagret vrbs scilicet à rege. i. à regib⁹, quos Iudæis præponēbāt Romani, quos prodit IOSEPH. de bello Iud. li. 5. muris, & ædificijs penē inexpugnabilem urbē Hierosolyma, adeo vt timerēt, ne venirent in suspiciōne Romanis proditiōnis. Hos syluā hęc excoluisse credibile est: nā sylua Topheth sonat Latine, sylua amœna, à verbo Hebręo iapā, quod significat pulchrū esse, vndē IOSEPH lib. 6. de bello Iud. cap. 1. loca amœnissima ad incēdiū vrbs sita vastata esse dicit, vt lachrymas excuterēt, ita fœda relicta, etiā alienissimis hominibus, qui loca amœnissima arboribus vernatibus viderēt in tantā fœditatē redacta, rex ergo cū excolebat illa loca, vt amœna assent præparabat incēdiū vrbi. Quanquā à rege interpretari possum⁹, vt esset à rege, ea forma dicēdi, qua dicim⁹, à me est. i. mihi fauet: à te est, fauet tibi, quod magis placet, quod Hebraicē est, regi, præparata ergo erat illa sylua regi Romano vt vos flāmis consumat. Ab heri. i. post crucē Dñi, non ita pridē, post facinus illud immane admissum, sylua (inquā illa Tophet. i. amœna, profunda & dilatata, hoc est proceris arborib⁹ frequēs, longē lateq; patens. Nutrimēta eius ignis: vt essent nutrimēta illi⁹ ignis, quo conflagratura esset Hierusalē, & ligna multa ad cōplendas fossas, & caua loca, quę postquā gradum præbuerant militibus incendebantur, vt conflagraret vrbs. Flatus Dñi sicut torrens sulphuris succendens eam. i. Dñs succendet ignem, quo conflagret vrbs, & templū, cuius voluntas maiore vim habet ad inflammāda quę volēt, quā si ingruat rapidissimus torrens sulphuris, qualis solet defluere monte Aetna, & alijs montibus igniuomis. Trāslatio Lxx virorum videtur spectare ad historiam cuius meminit IOSEPH. lib. 6. de bel. Iud. cap. 31. in fine suscepisse bellū Iudæos aduersum Romanos, quod vaticiniū exortum est ea tempestate, imperiū orbis terrarum futurū penes hominem Iudæum, Iosephus credidit hoc vaticiniū spectasse ad Vespasianum, qui præfectus prouincię Iudææ erat, & inde adeptus imperium orbis terrarū est: res ipsa indicat spectasse hoc vaticiniū ad hominem Iudæum. i. ad Christum qui eo tēpore creuit in mōtē magnum, & sedem apostolicā collocavit Romæ. Iudæi credidere sibi potendi imperium & ideo suscipere bellū aduersum Romanos, quod CCCC. penē ante annis prædicūt Lxx viri in hoc cōmentariolo: edidere enim. Tu ante dies, ante hos dies (inquam) de quib⁹ sermo est vastitatis Hierosolymorū, decipieris, cum suscipies bellum aduersum Romanos, quod putabis potendi tibi imperiū orbis terrarum, nunquid tibi paratum est regnare? num putabas regnum orbis tibi paratum esse? quasi dicat nihil minus. Vallē profundam. i. densissimam syluā scies tibi paratā esse: & ligna posita, vt cōpleant fossas, & loca caua, vt dictum est. Itaque Lxx viri totum illud addidere pro cōmentariolo, Tu ante dies decipieris, nunquid tibi paratum est regnare? Quibus verbis attexuere causam penē CCCC. ante annis, cur Iudæi prouocauerint arma Romana, & sic intellexisse vidētur hunc locū: Præparata est ab heri Topheth regi, sic enim vertisse videntur, vt Hebraicē est 777. i. regi, vt esset sensus, densissimæ arbores sunt præparatę huic regi, huic, qui se regnaturum putabat vt conflagret, & deleatur incēdio. Mihi hic sensus huius loci germanus esse videtur & ita explanari quoque potest interpretatio D. Hieronymi. Sylua illa Tophet. i. amœna præparata est ab heri his proximi temporibus à rege à populo Iudaico qui sibi regnum orbis pollicebatur in suum incendium. f. vt eius vrbs cum suis ciuib⁹ conflagret. Mihi quidem sententia Lxx virorum placet magnoperè, quod congruit cum historia: et rerum euentus est optimus scripturę interpretis, & multò magis quod ita sunt interpretati quatuor penē sæculis ante rem gestam, vt eorum interpretationem rerum probarit euentus.

TOMI PRIMI FINIS.

TOMVS SECVNDVS COMMENTARIORVM IN ESAIAM, QVAE LEO CASTRVS LIBERA-

lium artium, & sacra Theologiae magister, ex doctoribus sacris, Gradus Latinisq; contexit, vt ea opponeret scholis ex Rabinorum scriptis delibatis.

IN ESAIAE CAP. XXXI.



Occaput XXXI, à nostrorū plerisq; ad reliquias captiuitatis Babylonice, quæ contra Deum illa Aegyptū petiere, & ad Sennacheribū referunt. Sed quōd illorū pace sit dictū, quæ tanta diuersitas, vt res tam inter se distantes propheta coniungat? quid Sennacheribo, qui tanto antea tēpore fuit cū reliquijs captiuitatis Babylonice? multa præterea tēpugnant & reluctantur, vt ostendimus.

Vtemur ergo scripturę interpretadae Canonē sapere repetito, vt sit locus scripturę ab apostolis, aut à doctoribus sacris sit explanatus, antecedentia eodē referamus. Et cum sequentia ad Christi tēpora referantur à sanctis patrib⁹, hæc prima de Christi quoque tēporibus interpretemur, qui finis est scripturę & scop⁹, omnis em scriptura, ait August. Christū sonat. D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Væ qui descendunt in Aegyptū ad auxilium, in equis sperantes, et habet es fiduciam super quadrigis, quia multi sunt, & super equitibus, quia prauulidimimis, et non sunt confisi super sanctum Israel, et Dominum non requisierunt.

Væ qui descendunt in Aegyptū ad auxilium, & in equis cōfidentes sunt & in curribus: sunt enim multi, & super equos multitudo valdē, & nō audierūt confidentes super sanctū Israel, & Deū non exquiesierūt.

A dictū est, & à plerisq; nostrorū, eisdemq; sanctissimis & ecclesię luminib⁹ splendidiss. & à Iudæis, hoc referri ad reliquias Babylonice captiuitatis. Sed canō ille Chryfost. præ manū habendus, scripturā semper seipsam exponere, nec auditorē errare pati: & ille Hilarij, spiritū sanctū semper aliquid scripturę attexere, quo admoneat auditorē, nō referre scripturā ad id quod prima facie blāditur, sed aliud. Et hoc loco verba illa [Dñm non requisierūt] non congruūt captiuitatis Babylonice reliquijs. Apud Hierem. em, reliquiæ illæ Dñm interrogāt per Hieremiā, quantum postea Hieremiā fidē nō habēt, nec credūt eius responsum Dñi esse responsum. Sed si ad Christū referas, cōgruūt omnia: si dicas, væ Iudæis, qui cēties admoniti à Dño pphetas, ne fiderēt Aegyptijs, neue ab Aegyptijs auxiliū peterēt, aut ab Assyrijs, sed à Dño, & cēties hac causa castigati à Dño, dixerunt: Non habem⁹ regē nisi Cæsarē [Et nō confisi sunt sancto Israel] Christo, nec audiere Dñm, sed in crucē sustulere Dñm, ne veniret Romani, & tollerēt illorū gentē. Nā Aegyptios poni pro omni natione vulgatū est, etiā in vsu quotidiano, & notiores poni p ignotis, vt apud Poetā summū: Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra. vbi fluitos notos Troiæ, p fluijs ignotis Italiæ ponit: & hostes notos Græcos, pro hostibus ignotis Italis: vt hoc loco Aegyptij noti, p Romanis ponuntur, à quib⁹ petiere opē Iudæi, & ad quos cēties pauld antea Christi tēpora, & post tēpora Christi misere legatos, & cū quib⁹ iūxerunt fœdera, & quorū imperio cōfisi fuere & legionib⁹ & armis, & nō Deo, cū Deo attulere manus, ne prouocaret arma Romana. Vt omittā quod referri potest ad id, qd nō sunt cōfisi super sanctū Israel. i. Christo, vt caperet hostes Romanos, & post crucē Dñi, sunt cōfisi Aegyptijs & finitimis nationib⁹, vt aduersum Romanos susciperēt bellū, vt dices ex Iosep. Et Aegyptios ex illorū numero fuisse, quib⁹ freti Iudæi, arma Romana prouocauerunt, dices inde, qd Romani eodē tēpore quo deleuere Iudæos, domuere Aegyptios, qd rebellaret aduersum Romanos. Væ ergo Iudæis qui in Aegyptū descendūt, cēties admoniti à Deo, ne ab Aegyptijs opē peterēt, neue ab alijs nationib⁹ in delib⁹, fidūt tamē magis multitudini exercitū qd Deo. Verba illa Lxx [Et nō audierūt] interpretabere sic [non audierunt] euangeliū. f. quāuis intelligerēt Iesum Dñm esse Christū, dixerunt enim: Hic est heres. [Confidentes super sanctū Israel] .i. nō recepere Christū, confisi eius ope contra Romanos, sed dixerunt: Venient Romani, &c. Quod enim Hieron. dixerat [Non

rat [Non sunt confisi super san ctu Israel] interpretantur Lxx. i. no audierunt Christu cofisi eius A auxilio contra omnes nationes, confidentes se fore tutos auxilio Christi, & Deu no exquise- runt, nolere esse sub Dei auxilio, sed dixere potius: Non habemus regem nisi Casarem.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Ipsa autē sapiens adduxit malū, et ver- ba sua non abstulit, et cōsurget contra domū pessimorū, et contra auxiliū operantium iniquitatem. Aegyptius homo, et non Deus, et equi eorum caro, et non spiritus, et Dominus inclinabit manū suā, et corruet auxiliator, et cadet cui prestatur auxiliū, simulq. omnes cōsumuntur, quia hac dicit Dñs ad me.

Et ipse sapienter adduxit super eos mala, & verbū eius non reprobabitur, et surget super domos hominū malorū, & super spē eorū vanam. Aegyptius homo & nō Deus, equi eorū carnes & nō auxiliū: at Dñs inducet manū suā super eos, et labo- rabūt auxiliantes, simul omnes pe- ribunt, quia sic Dñs dixit mihi.

S hoc de reliquijs intelligas, reliquiæ hę subuersæ vrbis erāt, reliquiæ, & vastatarū domū, Quas igitur vrbes? qualue domos. est Dñs vastaturus? subuersis & dirutis domibus Aegy- ptū petebant, in Aegypto non datū est locare sedes, aut domos adificare, periere statim vt prę dixerat Dñs. Vides quo pacto scriptura, quod ait CHRYS. seip sam exponat? nec le ctorem er rare sinat: vides quo pacto quod HILAR. ait, spiritus sanctus in scriptura ponat, quod le ctore ad veros sensus reuocet? Ad Iudæos hoc pertinet post crucē Dñi, quod enim potius Romanis confisi sunt, quā Deo, & dixere: Non habemus regē nisi Casarē. & quod auxilio Dei nō sunt ausi capere inimicos Romanos, quos postea cœpere inimicos, Aegyptiorū & aliarū nationū finitimarū auxilio, Dñs subuertit illorū domos, & quod discesserant à Dño & ab eius Christo induxit Dñs mala, quæ præ dixerat se inducturum super eos, Deuter. 28. & 29. [quæ mala inue- xit illis Dñs sapienter] quia postquā venit veritas, tollēdi erant typi. Certē summa sapiētia in- uexit Dñs Iudæis mala, quę Moses, Esdras, Iesus Naue præ dixerāt, quæq. eis in euangelio in me- moriā reuocarat Dñs, cum dixit: Relinquetur terra vestra deserta. [Verba suā nō abstulit Dñs] cōpleuit Dñs quod dixere rat, vel [verbū eius nō reprobabitur] nō frustra fuit. [Cōsurget super domos malorū] diruet vrbes Iudæorū impiorū [et contra auxiliū operantiū iniquitatē] quod interpretantur Lxx, contra spē vanā, cōtra Aegyptios ipsos, & finitimas vrbes quibus fidebāt, quos eodē tempore delebit, & spes vana dicitur, & auxiliū operantiū vanitatē. Sic enim He- braea lectio verti potest, & sic reddidit D. Hierony. Et apud Dionē leges in vita Adriani, penē omnes vrbes Syria, quæ Iudæis tulere opē eadē ruina cū Iudæis esse inuolutas. Et auxiliū Aegy- ptiorū tā vanū fuit & futile, vt Vespasianus cum festinaret ire Romā, obiter putauit se posse re- gnū Aegypti domare. [Aegyptus homo & non Deus] & sequentia interprete non egent.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Quomodo surget leo, catulus leonis super prædam suam cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum nō formidabit, à multitudine eorum non pauebit: sic descendet Dominus exercituum, vt praelietur super montem Sion, et super collem eius.

Quēadmodū quādo rugierit leo vel catulus leonis super præda, quā cœpit, & clamauerit sup eūd nec impleatur mōtes voce eius, & victi sint, & per multitudinē furoris ter refacti sunt, sic Dñs sabaoth prælia- bit super montē Siō, sup mōtes ei.

H Aec iam quis non videat, nec reliquijs captiuitatis Babylonicæ conuenire? subuersa em erat vrbs Hierosolyma, vastata duodecim tribus, quando reliquiæ captiuitatis Babyloni- cæ Aegyptum petiere, hoc loco se defensurum Dominus ait Hierusalē. Nec Sennacheribo congruunt, interfectus enim vna nocte exercitus Assyriorum ab angelo est sine clamoribus pastorum, sine leonum rugitu, sine vllō tumultu. Adde quod illa strages Assyriorum procul Hierosolymis est edita, hic super montē Sion, & super collē eius est facta militia. At si ad Chri- stum referas, omnia conueniunt apertē. Vtitur enim Dominus similitudine leonis, qui præ- dam re-

A dam tenet, & vocibus & iaculis ei longē pastores instant, nec quisquam audet congregari, præda potitur leo, & victor in montibus est: sic aduersum Dñm, tanquā aduersum leonē, vastis clamo- ribus, instabāt gentes quæ fremuerūt aduersum Dñm & aduersum Christū eius, Christus vi- ctor potitur præda, quia vicit leo de tribu Iuda, & vicit fortē armatū sathanā, & collegit vasa eius, & ex huiusmodi præda constituit ecclesiā suā. [Quomodo si rugiat leo] non formidabit etiā si occurrat pastorū multitudo, sic descendet Dñs & præliabitur super montē Sion, pro fi- delibus. s. more em scripturæ de parte loquitur, tanquā de toto, & sic interpretatio D. Hieron. satis planē hūc sensum præfert. Quodd verò D. Hieron. reddidit [cūm occurrerit ei multitudo pastorum] Lxx edidere [clamarunt super eū donec implerentur montes voce eius] quod mā- gis nobiscū facit, nā nationes & populi Iudæorū clamauere cōtra Christū & eius fideles, quoad vniuersus orbis impletus est voce Christi, & est ad fidē conuersus: tunc enim victæ sunt gen- tes, & per multitudinē furoris perterrefactæ sunt, sic em hæc omnia vertere Lxx. Hebraicē est. Quæ verba ad verbū potes reddere [Aduer-

B sum quem, vel, cui clamatū sit, super eū implere clamoribus] quod Lxx interpretantur [contra quē leonē clamatū sit, quoad montes impleren- tur clamoribus] nā illud, implere clamorib⁹, interpretantur. i. quoad implerentur clamorib⁹, subaudi eius omnes montes. [Non formidabit à voce eorū, & à multitudine eorū nō pauebit] pro hoc Lxx edidere commentariū. i. victi sunt omnes à leone illo de tribu Iuda, & præ multi- tudine furoris tremefacti sunt. Iam ex hoc loco veterēs patres incipiūt hęc referre ad Christū. PROC. siquidē interpretans hunc locū, ait: Quidā aiunt hoc euenisse eo tēpore quo Christus apostolos & fideles tuitus est aduersum fremitū gentiū & Iudæorū rabiem. Hebraicē est facta pulchra paronomasia, quale si dicas: Leo de tribu Iuda, fuit tunc leo. Sic enim vbi D. Hierony. reddidit [sic descendet Dñs exercitū vt praelietur] Hebraicē est eadē illa paronomasia quam dixit: cūm em Christus, vt docēt oēs sancti, & alibi dictū est latius, dicatur Deus sabaoth. i. Deus militiarū, quod ei militet omnis angelorū chor⁹, facta est talis quædā paronomasia Hebraicē, descēdet Deus militiarū, vt militet tūc super montē Sion. & attēde quā emphasim habeat hic sermo: Deus militiarū veniet vt militet pro Hierusalē, & pro fidelibus, quis igitur ei restiterit?

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Hierusalem, protegens, et libe- rans, transiens, et saluans.

Sicut aues volates, sic proteget Dominus Hierusalē, liberabit, & fouebit, & saluabit.

I Am D. Hieron. hunc locū similē putat illi Lucæ cap. 13. & Matth. cap. 23. Sicut gallina cōgre- gat pullos suos sub alas. Vt enim similitudine gallinæ congreganti pullos sub alas, vsus Dñs est in literis euangelicis, ita hoc loco vtitur Dñs similitudine auicularū assuefacientiū pullos suos volatui, & protegentiū eos, dū assuecunt volatui pulli. & dū vires colligunt, illis adfunt, illos tuentur, sic Dñs suos apostolos & discipulos docebat volare ad cęlestia, dū assuecebant prædicationi euangelicę & apostolico muneri, illis aderat, illos tuebatur, illos volucres efficie- bat, vt auolare ad supera discere tēt, quod hinc videtur mutuatus Plato in Phædro, qui viros al- ta quadā, & diuina mēte præditos, volucres fieri ait, & pennas prognerare, quibus auicularū modo ad superas domos auolēt. Nā mihi videtur, neq. cū Græca neq. cū Hebręa lectione cō- gruere similitudo illa auiū, defendentiū pullos suos à serpentib⁹, neq. videtur cōuenire illa si- militudo Dño, vt imbecillē se auē nominet, quę nō possit à serpentib⁹ pullos suos defendere.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel.

Conuertimini qui profundū consilium cōsultastis, & cōtra legē filij Israel.

D iuus Hiero. scribit Nazaræos hūc locū sic interpretari: O filij Israel, qui consilio pessimo Dei filiū negastis, & apostolos eius, conuertimini ad Christū. Ita quoq. PROC. explanat & Lxx, qui edidere: Cō- uertimini, qui profundū consiliū cōsultastis. i. profunda cōsilia, hoc est, occulta, cōtra Christū, & contra legē suā, cūm gratificari potius voluistis Romanis, q̄ legi Dei obtēperare, & legi Dei obedire. Ergo [filij Israel] cōuertimini ad Christū, scilicet [sicut recesseratis à Dño] in pfundū malorum

malorū, negando Christum, vel [sicut recesseratis in profundum] i. in secreta consilia contra Christū, vt congruat vtraq; interpretatio eidē sententiā. Lectio Hebræa hoc quoq; præfert, quæ sic reddi potest ad verbū [Reuertimini ad eū in quē profundauerunt (vel) profundū consiliū fecerunt cū rebellionē filij Israel (vel) Reuertimini ad eū in quē profundauerunt rebellionē filij Israel] Et sic hunc locū interpretatur PAGN. Idem enim est, profundauerunt rebellionē, & profundauerunt declinationē. Et certe Christus est ille, contra quē filij Israel profundū consiliū fecerūt, illud scilicet: Vos nescitis quicquā, nec cogitatis, expedit vt vn̄ homo moriatur pro populo, ille in quā, in quē filij Israel profundauerunt rebellionē. i. profundo consilio fecerūt rebellionē, dicētes: Non habemus regē nisi Cæsare. Hoc inficiari nemo potest, nisi qui auertere se à Solis luce volet. Et profundare consiliū, est profundū facere consiliū: & putarunt Iudæi profunda & cautissima consilia esse, occidere Christū, ne venirent Romani, &c.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In die illa abijciet vir idola argenti sui, et idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestra in peccato.

Quia die illa negabūthomines manufacta sua argentea, & aurea, quæ fecerunt manus eorum.

PROCOP. hæc ad Christū refert, quod signū erat aduentus Christi, idolorū casus & cōtritiō, vt dictū est in illa verba cap. 2. Et idola penitus cōterentur, & introibūt in spelūcas petrarū. Et in illa cap. 19. Conterētur manufacta Aegypti. Et hic solus locus argumentū est in solubile, referenda esse hæc ad Christū, alioqui mēdax esset prophetia. Nunquā enim abiecta sunt idola prorsus, aut à Gentibus, aut à Iudæis ante aduentū Christi: quomodo ergo signū esset abiectio idolorū aduentus Christi, si ante eius aduentū abiecta essent? Nā quod per quindecim annos abiecta fuerint sub Ezechia, & sub alijs quoq; regibus abiecta fuere, neq; digna res est prophetica tuba, & quod Iudæi negant & Iudaizantes post captiuitatē Babylonicā Iudæos coluisse idola, iā hoc falsum ostendimus, autoritate D. Hieron. Eusebij, & aliorū patrū. Et mēdaci Iudæos arguunt libri Maccabæorū, & Iosephus, vt in superiori cap. pluribus diximus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et cadet Assur in gladio, non viri, et gladius non hominis vorabit eū, et fugiet non à facie gladij, et iuuenes eius vectigales erunt.

Et cadet Assur, nō gladius viri, neq; gladius hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij: at iuuenes erunt victi (seu præda.)

Hic locus fecit vt nostri manus victas deriderint Iudæis in intellectu huius captiuis. Nā hoc loco persuasi sunt nostri, de Sennacheribo esse sermonē, quod apertè dicat propheta [Cadet Assur in gladio nō viri] vt videatur describi Sennacheribi exercitus vna nocte ab angelo peremptus: & nisi præcedentia repugnerent & sequentia, hoc non incommodè dici poterat. Sed quæ fœditas dicendi, & quæ rerū inconsequentia? vt nūc de reliquijs quæ petiere Aegyptū agi dicant, rursum de Assyrijs, postea de tēporibus Babylonicis, miscellanea quadā turba, & perturbatione sententiā, vt omittam quod multa sunt repugnātia quæ diximus. Si verò ad Christū referas, cōgruunt omnia, omnia D. coharēt, omnia sibi mutuò respondēt, quod Aristot. veritatis signū euidētiss. esse ait, cū cōgruūt omnia, nihil repugnat. Sensus ergo est huius loci [Cadet Assur in gladio nō viri] i. vincētur nationes prædicatione, nō armis: non enī leuabit gens contra gentē gladiū, vt cap. 2. dixit Esaias. Et per synecdochen intelligimus ex vno omnes, per Assyrios omnes nationes, quæ vincētur non gladio viri, sed prædicatione euangelica. Vincētur autem gladio illo, & machæra illa, de qua multa leges initio cap. 27. Et in illa verba capitis primi: Gladius vorabit vos. [Neque gladius hominis vorabit eum] sed gladius patris æterni. i. Christus, qui gladius patris dicitur, conglutinabit sibi omnes, & incorporabit, & ideo vorare eos dicitur, iuxta illud quod dictum est Petro: Petre occide, & manduca: occidebantur enim peccata, & scelera, & superstitiones, & falsa religio nationum, & manducabantur homines, & incorporabantur apostolis & ecclesiæ Dei, & sic hic gladius non hominis, Christus scilicet, deuorat nationes, & incorporat sibi ipse. [Et fugiet, non à facie gladij] fugiebant enim nationes non à facie gladij, non enim

A non enim leuabat gens contra gentem gladium, sed territæ miraculis & portētis editis à fidelibus. sic hæc Procopius. Et lectio Hebræa verti potest, vt hoc quoque præferat, sic enim reddi potest ad verbū [Et signum ei à facie gladij, & iuuenes eius ad liquefactionē erunt.] vt sit sensus: signum crucis (nam כּוּץ, pro signo crucis accipi in hoc propheta, repetitum est cenes) Alia esse puncta fere, cū has varias significationes voces Hebrææ habēt, monitū est sēpè, sed hæc pro loco, & pro re apponere liberum est, vt suprà ostendimus. [Signum] (in quam) crucis erit ei [Assyrio] i. nationi omni infideli. [A facie gladij] i. contra gladios infidelium, vt vexillum crucis, gentium gladios dicatur superasse. [Et iuuenes eius ad liquefactionē erunt] i. liquefcent igni spiritus sancti, nā dictum est, verba Hebræa plures habere intellectus, & sensus litterales plures. Potest igitur sic lectio Hebræa verti, & vt reddidit D. Hieron. [Iuuenes eius vectigales erunt] Christo. i. & apostolis. Si cum Lxx legas [Iuuenes erunt victi aut præda] conuenit cum illo euāgelij, vbi alligato forti Christus diripuit spolia eius, & ita iuuenes erunt præda Christi. sic enim PROC. & Lxx viri [iuuenes eius ad liquefactionem erunt] quod Hebræicè est, interpretantur. i. vincuntur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et fortitudo eius à terrore transibit, Petra enim circundabuntur, quasi vallet et pauebunt fugientes principes eius. Io, & vincuntur, at fugiens capietur.

Hic locus aliter intellectus à D. Hiero. est quàm יְסֻלְעוּ מִפְּנֵי יְעֹבֵד וְיִחְזְקוּ מִפְּנֵי שֵׁרָיִם à Lxx, quanquam vtraq; tralatio eodem spectat: deest tamen vna dictio in lectione Lxx, quæ ex lectione Hebræa est reponenda, legendumq; sic [Petra obsidebuntur pauore quasi vallo, & vincuntur] hoc sensu, principes & reges in sua arce, in sua potentia obsidebuntur pauore Dñi, quasi vallo, quasi machinis bellicis [& vincuntur] & sic vincuntur à Dño, & conuertentur ad fidem, obfessi à Dño in sua petra: in sua arce. Vt ut propheta metaphora belli: vt enim reges machinis bellicis vincuntur in suis arcibus, sic vincuntur in suis arcibus metu Dñi, qui metus machinis omnibus bellicis potentior est. [Et qui fugerit, capietur] quale est illud quod refert ATHAN. opinor in libris manuscriptis, quos edidit aduersus Arianos: quendā, cū exhiberentur in theatro Iudi, in Christianorum odiū, deridiculi causa egisse Christum inter alias comœdias & ludos, qui exhibebatur, & cū Christū ageret actū in cruce in theatro, vt risui esset spectatoribus, subito is qui Christū agebat, & populi cachinos excitabat, plagis casus, & pugnis cōtusas, mutauit mentem afflatu spiritus sancti, vt ait Athanas. substitit in media tragœdia, cœpit Christū verū Deū esse testari, seq; & omnes qui Christo essent aduersatos, esse impios, qui vana colerent numina, se velle Christianū esse, nec potuit induci vt perageret tragœdiā, & deponeret illā mētem, & se sibi, & suis seruaret, perstitit in incepto, negare perfecturū se tragœdiā, auerfari & detestari impietatem, quæ priora dixerat & fecerat, percitis ira magistratibus in conspectu populi affectus martyrio miraculis emicuit, & terrore attonitos spectatores dimisit domum. Quæ in bibliotheca Cardinalis Burgensis, clariss. viri Francisci Mendocæ, legere me memini. Sic Dñs fugientes capit, sic principes nationes, fugientes timent Dñm. Et lectio Hebræa sic verti potest ad verbum, vt hoc significet: Arx eius, vel petra eius, à pauore circundabitur, & pauebunt à vexillo principes eius. Hoc sensu, arx eius, subaudi principis nationū à pauore Dñi circundabitur tanquā vallo, & obsidione, vt interpretantur Lxx. i. principes in suis arcibus nō secūs obsidebuntur pauore Dñi, & vincuntur à fide Christi, ac si obsidione exercitus, hostilis obsiderētur. Pro quo Lxx totam hanc sententiā reddidere [in petra circundabuntur & in arce, timore Dñi quasi vallo principes, scilicet, & reges [& vincuntur] prædicatione euangelica [& qui fugerit capietur.] Explicat enim scripturā Lxx, & quod per obscurè dictū erat [arx eius à pauore circundabitur] tā longa oratione oraculū tā obscurū enucleauere, vt dicerent: Arx eius à pauore circundabitur. i. arce sua circundabuntur principes pauore Dñi, quasi vallo hostili, & vincētur, & qui fugerit, capietur. Et si verbum illud: Hebræum neutrum esse dicas, & neges habere vocem passiuam, quanquam actiua vox pro passiuā vsurpetur, quemadmodū apud Latinos, tamen sic explanabis [Petram eius à pauore transibit] princeps. i. transibit petram. i. arcem suam, & fugiet à terrore Domini, nec audebit ascendere arcem suam, & se defendere contra Dominum, sed tradet Dominū victas manus. Interpretatio D. Hieronymi sic explanabitur [Fortitudo eius] i. principis, & regis potentissimi [transibit] i. ad Christum [à terrore] i. præ metu Dei, qui incutietur vi

Cum HEBRAEAS VARIAS SIGNIFICARE DICIMUS, FREQUENTER VARIAM PUNCTAM HABERE DEBERE MONUIMUS, MOMINUSQUE PUNCTA PRO RE, ET PRO LOCO, A VARIIS DOCTIS HEBRAEIS ESSE MUTATA, DE QUIBUS MULTA IN DISPUTATIONE DE TRALATIONIBUS.

miraculorū [& principes eius] i. duces & magistratus, fugientes exterriti miraculis, se recipient A in domos suas [& pauebunt] timebunt Dominum.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Dixit Dñs, cuius ignis est in Sion, Hæc dicit Dñs, Beatus qui habet in Siõ et caminus eius in Hierusalem. Semen, & domesticos in Hierusalem.

Enfushui⁹ loci est: Cùm Hierusalem in ei caminus & Sion in ei ignis beatus cuius Deus Dixit tanta beneficia Dñs cõ... tulerit in Hierusalẽ, hoc est, in fideleis, & apostolos, vt cùm direrit vrbeis Iudæe, & mala quę prædixerat, se importaturũ eis, qui legem non seruassent, importauerit Iudæis infidelibus: fideleis tamen more leonis tueatur, & more auicularum, quæ suos pullos assuefaciunt volatui, sic ipse suos assuefecerit volatui ad superas sedes. Subiungitur nunc, iuxta translationem Lxx [Beatus qui habet in Sion semen] .i. beatus qui filios ecclesiæ procreat. PROC. [Beatus qui habet in Sion semen] quod visuri sunt Christũ, vt congruat cũ illo Lucæ cap. 10. beati oculi qui vident, quæ vos, &c. Et cũ illo Matth. cap. 13. Beati oculi qui vident, & aures vestræ quæ audiunt, Amen dico vobis, quia multi propheta, & iusti cupierunt videre, quę videtis, & non viderũt. CYRIL. Declarat, inquit, incarnationem Christi, & beatos ait visuros Christũ in carne. [Domesticos] verò quos vertit interpres Latinus, Græcè [proprij] sunt appellati. PROC. Quoniã bona tanta in Hierusalem sunt futura, merito beatos dicit eos qui tantis bonis fruituri sunt. Et hoc idem Dñs dicit in euangelio: Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. [Proprios in Hierusalem] appellat, quos per spiritũ sanctũ proprios, propinquos, & domesticos nobis fecerimus & Christo fuerimus lucrati, fructũ ferentes illũ in Sion intelligibili. Idẽ PROC. infra de Christo: Hoc loco sermo est (inquit) & de principibus ecclesiæ, in qua semen sanctorum florẽs impleuit totũ orbẽ propria benedictione. [Et habentes in Sion semen] illud scilicet, quod Esaias dixit: Nisi Dñs reliquisset nobis semen, vñ sint beati qui semen illud Christũ, in Sion habet, in ecclesia. Beati qui recipiunt fidem Christi, & pariunt filios spiritaleis ecclesiæ. sic Cyrill. explana. AMBR. in lib. de Iacob, & vita beata cap. 6. huius loci meminit. Lxx videtur legisse vna litera addita, pro אשר אשר, i. beatus. Est ergo iuxta Lxx lectio Hebræa ad verbũ reddita: [Beatus ignis ei in Sion: & caminus ei in Hierusalẽ] vt sit, Beatus ignis ei, vel lumẽ ei in Sion, i. beatus qui illuminat ecclesiã, vel, illuminatur in ecclesia, aut, filios procreat spiritales: vel, beatus cui est ignis in Sion, beatus cui est familia in Sion. Nã vt Latini laeis, pro domo vsurpam, & domum pro familia & natis, ita Lxx interpretantur [Beatus cui est ignis in Siõ] i. beatus cui est familia in Sion, & cui est semen in Sion, vt tantis beneficijs Dei fruatur, & Deum in carne sit visurus, & in ecclesia futurus sit, & filios spiritaleis procreaturus. Idem repetitur postea [Et caminus in Hierusalem] .i. beatus cui est ignis, & caminus, & domus, & familia in Hierusalem: sic interpretantur Lxx viri tribus seculis ante crucem Domini, quos quidam non audiunt, audiunt impios Iudæos, qui ad Sennacheribum referunt. Versionem D. Hieronymi sic explanabimus [Dixit Dominus] hæc quæ diximus [cuius ignis in Sion] supple erit, quẽ venit mittere in terram, & spiritus sanctus, quo corda fidelium replebit [& caminus] quo conflatur & purgatur filios Leui. Sic enim explanabis, vt congruat cum sententia Lxx virorum, & cum sententia veterum patrum, qui explanationem scripturarum ab apostolis accepere.

IN ESAIAE CAP. XXXII.

Antum habet virium Iudæorum affirmata: proteruitas, vt indices magis ac magis ad se quosdam ex nostris pertrahant. En hoc caput, vno omnium patrum consensu plenum mysteriorum est, idq; Lxx viri præ se ferunt, & clara voce testantur. Iam nostrorum temporum quidam interpretes deficiunt à veterum patrum cõsensu, Iudæos sequuntur. Vide quid faciant commercia, vel Catoni bonam mentem excutiant.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Ecce in iustitia regnabit rex, et principes eius prærerunt. Ecce enim rex iustus regnabit, & principes eius cum iudicio imperabunt.

Quod

Q Vòd D. Hieron. reddidit [in iustitia] Lxx vertere [iustus] qđ Hebraicè est לצדק, in iustitia, & Lxx videntur legisse addito לצדק, i. iustus, nam ל, casus etiam nominandi est articulus. Notat D. Hieron. principium huius cap. iuxta Lxx interpretes copulandum fuisse finis capitis proximi, & vaticiniũ esse de Christo. Vnde colliges verissima esse quę diximus, caput proximum, de Christo fuisse vaticiniũ, & sic sensisse Lxx, qđ docet D. Hieron. & Proc. his verbis. Lxx viri principiu huius capitis coniungunt superioribus, vt sit [Beatus qui habet in Sion semẽ, & domesticos in Hierusalẽ, Ecce enim rex iustus regnabit.] Beatos enim dicunt eos, qui habent in Sion semen, quod visuri sunt Christũ. Hoc idem Dñs ait in euangelio: Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Quæ Procopij sententia est admirabilis. Quid enim interest inter hæc & illa, si coniungas [Beatus qui habet in Sion semẽ, ecce em rex iustus regnabit?] & Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & aures vestræ quæ audiunt? Idem sensit CYRIL. qui hæc iuncta legit, & declarat incarnationẽ Christi, his verbis significari: & beatos ait visuros Christũ in carne. Sic seruator dixit credentibus in ipsum: Vestri autem oculi beati, & aures vestrę, quæ audiunt. Sic D. HIER. [Principes eius in iudicio præerunt] .i. apostoli imperabunt cũ doctrina euangelica, nã euangelium, iudiciũ dicitur. sic D. Hieron. & Cyrill. PROC. Principes (inquit) quos præponet ecclesiæ, imperabunt ad iudiciũ, & ad prædicationẽ euangelicã. Idem Procop. [Iustus regnabit rex] duplici nomine Christus dicitur iustus, quod secundum diuinitatẽ sit ipsa iustitia, & quod secundum carnẽ sit immaculatus: regnabit autem ad iustificandum, vndẽ לצדק fecisse infinitiuum videtur, interpretatũ; [ad iustificandũ] quod fieri optimè potest, vt vertatur lectio Hebræa [Ecce ad iustificandum regnabit rex] quæ lectio Christum ob oculos ponit. CYRIL. etiam in Ioan. lib. 3. cap. 36. interpretans illud, Aperiam in parabolis os meum: Ecce (inquit) rex tuus iustus regnabit, ille scilicet regnaturus prænunciatur, qui dixit: Ecce constitutus rex ab eo super Sion [principes] autẽ, discipuli sancti [iudicio] rectitudine principabuntur, omnia gubernabunt. Iudaizantes hæc ad Ezechiam referunt, omnia enim oracula Christi referunt ad Ezechiam Iudæi, quos iam refutauimus. Tãtãne fuit quindecim annorũ quies, vt tot vaticinijs celebraretur? tanta sanctitas? figura, inquiunt, Christi, est Ezechias. Apagẽ figuram, vbi veritas sine ambage, sine ænigmate est, quãdo typus & figura Christi proponitur à propheta, agnoscamus typum & figuram, & interpretemur quid significet: vbi verò nuda veritas, ne fingamus typum, ne incidamus in hæresim Marcionistarum, qui rebus omnibus subesse typum & historiam aliam dicebant. Iudaizantes largiuntur esse typos, vt saltem negent significationem Christum planè & aperte, & vt Iudæis sit aliqua tergiuerfatio.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Et erit vir, sicut qui absconditur à vëto, et celat se à tēpestate. Erit homo occultas sermones suos, & abscondetur vt ab aqua, quę fertur præceps.

Erit vir sicut qui absconditur à vëto] Pro hoc Hebraicè est, si ad verbum reddas: [Erit vir sicut occultans spiritũ] vel [ab spiritu] quod D. Hierony. explanat [Erit vir sicut occultans ab spiritu] .i. sicut vir qui se occultat ab spiritu & vento. Lxx viri interpretantur [Erit vir occultans spiritum] .i. occultans sermones. PROCOP. [Erit vir occultans spiritũ] .i. occultans spiritum sanctum, quia Deus natura erat, & occultabat suam diuinitatem, vndẽ cùm Petrus Matth. 17. rogatus à Domino cum ceteris quem se esse diceret? & respondisset: Tu es Christus filius Dei viui: prohibitus est id dicere quoad pateretur. Quibus verbis apparet, Procopium solitum esse consulere lectionẽ Hebræã, quæ est [Erat vir רוח סתומה רוח סתומה] .i. sicut occultans spiritũ, quod PROC. interpretatur: Occultas diuinitatem suam, & spiritum sanctum suum, quod sæpẽ faciebat (ait Procopius) ob infidelitatem Iudæorum, vt est apud Marcum cap. 6. Non poterat virtutem vllam facere, propter incredulitatem Iudæorum. Explanat ergo Procopius [Erit vir sicut occultans spiritũ] .i. spiritũ sanctum, & se. Lxx interpretantur [Erit vir occultans spiritum] .i. sermones suos, quod sermo spiritus verberatus sit, quod idem Procopius, & Cyrillus & Theodor. explanant, loquebatur in parabolis, iuxta illud Dauidis. Aperiam in parabolis os meum. Addit Procop. hoc signum futurum fuisse Christi, quod occultaturus erat spiritum sanctum suum, & loquutus erat in

Ll 4 parab-

parabolis, & imperaturus erat silentium ijs, quos curaret. qua de re lege HILAR. in Matth. ca. A
 no. 12. Et EVSEB. Cæsar. demonst. euang. cap. 15. CYRIL. in Ioan. loco supradicto hoc interpre-
 tatur his verbis: [erit homo, sicut occultans sermones suos,] quia discipuli ad saluatorem celan-
 tem sermones accedebant, & dicebant, Expone nobis parabolam hanc, & ipse parabolarum
 causam adiecit inuenitur, Vt videntes, nō videant, nō enim erāt digni, & ideo iusta Dei sen-
 tentia eiecti sunt. [Et celat se à tempestate] PROC. aliud hoc signum Christi est, quod vita-
 bat multitudinem perditam Iudæorum, quæ in illum præceps ferebatur, vt eū lapidaret, quan-
 do non expediebat lapidari, quando nolebat pati. Cum enim lapides in eum iacerent, ipse per
 medium transibat, nihil curans, nihil enim poterant illi nocere, si ipse nollet, neq; lapides pote-
 rant in ipsum perferri, si nollet ille, quod David ait: Non proficiet inimicus in eo. Et putat Pro-
 cop. idem esse cum illo Ioann. Abiens occultabat se ab eis. Et cum illo: Et Iesus occultauit se, &
 exiuit à templo. Vide quomodo Iesus declinabat Iudæorum turbam tanquam procellā quæ
 præceps feratur. CYRIL. eadem ait quæ Procop. Pro, Occultans se à tempestate: facta para-
 phrafi dixere Lxx: Abscondetur vt ab aqua, quæ fertur præceps. D. Hieronymus lectionem
 Hebræā illam [Erat vir sicut occultans spiritum] vertit [Erat vir sicut occultans ab spiritu &
 vento] .i. sicut occultans se ab spiritu & vento, vt significaretur idem illa priore oratione: [Erat
 vir sicut occultans se à vento] & illa posteriore [& sicut se occultans à tempestate] Quæ verba
 iam interpretati sumus. aliter hæc explanat D. Hieronymus in commentarijs, eius sententiam
 illinc pete, quia omnibus ad manum est.

Loca euan-
 gelij.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sicut riuus aquarum in siti, & umbra Et apparebit in Sio sicut fluuius fluens (sub
petra prominentis in terra deserta. umbra petra) gloriosus, in terra sitiēti.

deserta gloriosus
 sitiēti terra in grauis petrae umbra in Sio riuus
 (vel) *בְּצֵל כְּפֶלֶא בְּאֶרֶץ עֵיפֹרָה* *בְּצֵל כְּפֶלֶא בְּאֶרֶץ עֵיפֹרָה*

DVo verba sunt reponēda in lectione Lxx ex Hebræa editione, [Sub umbra petra] viden-
 tur enim legisse *בְּצֵל כְּפֶלֶא*, be sel, [sub umbra, aut in umbra] nō *בְּצֵל כְּפֶלֶא*, cesel, sicut umbra, vt tota
 lectio sit: [Apparebit in Sion sicut fluuius currens sub umbra petra, gloriosus in terra sitiēti.]
 Addidere de suo Lxx viri duo illa verba: [Et apparebit] quæ Christi aduentum mirabiliter ob
 oculos ponunt. Is enim qui prius rex iustus est appellatus, abscondens diuinitatem suam & spi-
 ritum sanctum suum, quoad pateretur: [Apparebit] inquit, in Sion hic Christus, hic rex iustus
 [sicut fluuius gloriosus] torrens quippe ille deliciarū, fluuius ille cuius impetus lætificat ci-
 uitatem Dei, apparebit sicut fluuius bonorū omnium, fluuius quippe ille Iordanis. i. fluuius
 ille qui de cælo descendit, cuius typus Iordanis erat: id enim Iordanis sonat Latine, fluuius de-
 scendens. i. è cælo, apparebit sicut fluuius ille amœnissimus, gloriosissimus [quasi currens sub
 umbra petra] ipse enim petra est, quæ nos defendit ab æstu prauarum cupiditatum: & fluuius
 qui sitim nostrā restinguit, qui explet omne desiderū [in terra sitiēti] in ecclesia, quæ ex Gen-
 tibus magnam partē coaluit, quæ olim erat deserta, expers bonis spiritalibus, & Dei pluuia, &
 charismatum donis, angelorum præsidio & ideo terra deserta & sitiēti dicitur. Hæc sic Proco-
 pius ab hoc gloriosissimo fluuius qui ciuitatem Dei lætificat, cæteri fluuij. i. apostoli & docto-
 res ecclesiæ excipiunt aquas. i. dona spiritus sancti, ipse enim Dominus dixit, Qui biberit ex hac
 aqua viuet in æternū, ab hoc fluuius voluptatis cæteri fluuij trahunt aquas, vnde fideles sitim
 sedent & cælesti doctrina compleātur. Hinc enim dictum est, Sustulere flumina vocem suam
 Domine, audiuntur enim vbiq; voces apostolorum quibus docemur doctrinam euangelicā.
 Eadem hæc pendē Cyrillus. Sic interpretationem Diui Hieronymi explanabis si subaudias ver-
 bum quod Lxx viri subaudire [Apparebit hiciustus rex sicut riuus aquarum in siti.] Expectaba-
 turenim Christus in mundo sicut in siti ingenti desyderantur riuus aquarum, & ita aduentus
 eius fidelibus fuit gratus, sicut in summa siti riuus aquarum si apparent sunt gratissimi, & ap-
 paruit gratus Dominus [sicut umbra in deserto] ardēte sole, est gratissima. [Sub rupe prominē-
 ti] quæ Iolis estum defendat. Dixi cur D. Hieron. verterit, Sicut umbra: Lxx viri, Sub umbra. Et
 verbum Hebræū *כְּבֵר*, D. Hieron. grauem, reddidit & prominentem, & putauit esse adiectiuū
 petrae, & ideo vertit: Sub umbra petrae prominentis, siue grauis. Lxx, gloriosum, reddidere, &
 tribue-

A tribuere hoc adiectiuum nomen fluuii illi voluptatis. Christo, edidere enim [Apparebit in
 Sion sicut fluuius gloriosus.] Sed quod D. Hiero. vertit [sitim] Lxx reddidere [Sion] eadē em
 vox Hebræa sitim significat, & Sion, vt non posses non referre ad Christum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Non caligabunt oculi videntium, &
 aures audientium diligenter auscultabunt, &
 cor stultorum intelliget scientiam, &
 lingua balborum velociter loquetur & planè.*

Nequaquam erūt confidentes in
 hominibus, sed aures dabunt ad au-
 diendū, & cor infirmorum atten-
 det audire, & linguæ balbutiētum
 cito discent loqui pacem.

Non caligabunt oculi videntium: [Hebraicè est,
 Quæ verba possunt vèri vt reddidit D. Hiero-
 nymus [Non caligabunt oculi videntium] .i. in Christi
 aduentu, homines qui cæci erant, non caligabunt, e-
 runt videntes, qui in tenebris erant videbunt lucē magnam, mundus qui erat in tenebris igno-
 rantia illustrabitur lucē euangelica. Pote est etiam reddi lectio Hebræa [non respicient, & non
 confident oculi videntium] quod verbum Hebræum *שָׁעַר*, aspiciere significat frequentius:
 [Nō respiciēt, ergo, oculi videntium] subaudiere Lxx viri, ad humana auxilia, vt sit sensus, ocu-
 li videntium .i. credentiū Christo iam non respicient ad humana auxilia, sed suas omnes spes
 collocabunt in Deo. Sapisimè enim castigati à Domino Iudæi, quod sperarent in principib⁹
 terrenis, & in discrimen vocati ad illos confugerent auxilia, & centies admoniti per pro-
 phetas, ne id facerent, sed ad Deum confugerent, & quod Deus illos, si id faceret esset libera-
 turus nunquam id facere abstinerūt. *Quin in passione Domini imperatore Romano magis
 fidebant, quā Deo. in aduētū Christi, non amplius, iam nō amplius respicient ad humana
 auxilia oculi credentiū: sic enim reddidere Lxx, quod minus benè reddidit interpres [nequa
 quam] cum reddere hoc loco deberet, non amplius. Procop. Nationes & Iudæi prius spes suas
 fitas habebant in hominibus, nationes quidē in hominibus, quos retulerant in Deos, & quos
 pro Dijs colebant, Iudæi in hominum doctrinis, qui ab hoc errore discedent, & Christo cre-
 dent, & in eo sperabunt, vt hoc signum sit aduentus Christi, vt supra dictum est. Ita explanat
 CYRILL. Reliqua plana sunt, significat, quod D. Hieronymus ait & Cyrillus & Procop. [cor
 quondam stultorum] .i. nationum infidelium, quæ in tenebris erant, intellectuum scientiam
 rerum diuinarum [& linguam balbutientium, atq; mutorum] qui de Deo nihil planè intelli-
 gebant, nihil planè loquebantur, pleno apertoque sermone Deum confessuram, & Christum
 prædicaturam. Pro planè Hebraicè est, *נִתְחַרַר*. i. nitida, lucentia, illuminantia: Christum qui il-
 luminat omnem hominem venientē in mundum: nā, *חַרַר*, lux meridiana est, & euangeliū quod vt
 lux meridiana mundi tenebras illustrauit: Pro hoc Lxx dixere, pacē. i. Christū inquit PROC.
 qui est pax nostra, facta paraphrafi ex illo, quod infra dicitur quod Christus velut lampas ac-
 cēdetur, quod lux meridiana hæc Christus erit, qui pax nostra est. [Aures audientium auscultabunt,
 & oculi videntium non caligabunt] .i. videbunt, idem em videtur esse cum illo, Qui ha-
 bet aures audiendi audiat: nam vt, inquit D. BASIL. in illa verba. Audite verbum Domini prin-
 cipes Sodomorum. Audimus, & videmus corporaliter, & spiritaliter, nam corporis est visus,
 & auditus: & intellectus est visus, & auditus, & sic interpretatur illud Exodi, Omnia quæ iubet
 Dominus audiemus, & faciemus: Atqui magis erat consequens dicere, audiemus, & faciemus,
 nisi quod facere cuiusque est etiam rudissimi hominis, seruare sabbatum corporaliter, circun-
 cidi corporaliter: At hæc omnia videre, & audire. i. consequi intelligentia, perfecti est.*

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Non vocabitur vltrā is, qui insipiens
 est, princeps, neq; fraudulentus appella-
 bitur maior: stultus enim fatua loquitur,
 et cor eius faciet iniquitatem.*

Et nō vltrā dicēt stulto vt princeps
 sit, & non vltrā dicent ministri tui,
 tace: nam fatuus fatua loquitur, &
 cor eius vana intelligit.

Lectio Hebraea est ad verbū reddita: claudē maior dicitur non instrumento & princeps stulto ultra dicitur Non [Non vocabitur vltra stultus princeps] vt vertit D. Hieronymus, quod interpretantur Lxx [Nō vltra dicent stulto vt princeps sit] quod ad verbum redditum quoque est: לא יקרא עוד לנבל גריב, non clamabitur, nō dicitur: עוד, vltra: לנבל, stulto: גריב, princeps, supple, esto, vt sit [Non dicitur vltra stulto, princeps esto]. i. Stulti principes sacerdotum amouebūt magistratu, repellentur stulti pontifices, & sacerdotes Iudaeorum. & idem significant verba sequentia [& fraudulentus non appellabitur maior] hoc est nō creabitur fraudulētus vltra princeps sacerdotum, quod pontifices, scribæ & sacerdotes per inuidiam & fraudes tradiderunt Dominum Romanis, quod D. Hieronymus reddidit [neque fraudulētus appellabitur maior] dixere Lxx [Nō vltra dicent ministri tui tace]. i. non vltra à seruis tuis. o princeps sacerdotum dicitur vlli innocētī, tace, quod est vaticinium illius serui, qui Dominum colapho percussit, & dixit, Sic respondes pontifici? vt sit sensus, Non vltra seruus pontificis, qui colapho percussit Dominum dicens, sic respondes pontifici? percutiet alium colapho corā pontifice, neque alij dicit vt taceat. Nam propter hunc talem pontificem, & talem ministrum pontificis, peribūt sacerdotes, & pōtīfices, & scribæ, & pharisæi. Huc spectat interpretatio Cyrilli, & D. Hieronymi. Sed interprete opus non est, satis plane hoc præfert translatio Lxx virorum [non vltra dicent stulto vt princeps sit, & non vltra dicent ministri tui, tace] lectio Hebraea huic sententia non repugnat, וְלֹא יִקְרָא, & fraudulentus, hoc enim hæc vox significat etiam. i. ministri. i. le qui non ita pridem missus, vt prehenderet Dominum cum alijs, responderat: Nunquam sic locutus est homo: & obiurgatus à principe sacerdotum, nunc vt se illi probet, Dominum colapho percussit: fraudulentus ergo appellatur. לא יאמר, non dicit, nam hoc verbū actiue interpretantur Lxx, quod (vt dictum est) liberum est pro re & pro loco ad ditis alijs punctis, verba actiue interpretari & passiue, fraudulētus ergo ille non dicit, שׁוֹטֵי, claudē. f. os, tace. à verbo שׁוֹטֵי, quod verbum significat clamo & claudio, vt sit, claudē os: quod Lxx reddidere, tace. Negant Iudæi קָרִי, significare fraudulentum, vt vertit D. Hieronymus sed parçū & auarum, sed nusquam alibi hoc verbum Hebræum ostendunt, quam hoc loco & accipiunt pro כְּלִי, instrumentum vt infra dicendum est, & sic puto legisse Lxx viros, vt sit, & instrumentum non dicit claudē os. i. & minister non dicit claudē os. Nam ex Aristotele i. politicon discēs seruum esse instrumentum viuum & ex Platone in politico.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Stultus enim fatua loquitur, & cor eius facit iniquitatem. Nā fatuus fatua loquitur & cor eius vana intelligit (vel, vana cogitabit)

De pharisæis hoc dictum esse apparet, qui dicebant, Alios saluos fecit: Descendat nunc de cruce, & similia: An non hic faber est, & filius fabri? Demonium habet, quid hunc auditis? Vis videre vbi cor stulti vana cogitet, expēde illa verba Euāgelij: Si hic homo esset à Deo: simileque voces, quas voluebant in corde. vnde frequens est illud in litteris euangelicis: Videns autem Iesus cogitationes eorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulentus, & vacuam facit animam esurientis, & potum sitienti auferat. Ad perficiendū transgressionē legis, & loquēdū ad Dominū errorē, vt dispergat animas esurientis, & animas sitientis vacuas faciat.

Hoc est illud Matt. cap. 22. Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces: quibus verbis perficiebant simulationem Iudæi & loquebātur ad Dominum fraudulentus [vt vacuam facerent animam esurientem]. i. vt auerterent à Christo animas, quæ vocatæ accurrebant ad illam vocem: Omnes sitientes venite ad aquas, properate, & comedite: Has ergo animas esurientis dabant operam, vt auerterent à Christo & facerent vt non se explerent illo cibo cælesti. Hoc idem significant verba Lxx seniorum, apertius tamen & planius verba D. Hieronymi.

D. HIE.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

A Fraudulenti vasa pessima sunt, ipse enim cogitationes concinnabat ad perdendos mites in sermone mendaci, qui loqueretur pauper iudicium.

Nam consilium malorum iniqua cōsultat (vel, Nam senatus malorum transgressionem legis consultat) in terficere humileis in sermonibus iniustis, et dissipare verba humiliū in iudicio.

Fraudulenti] populi Iudaici. f. [Vasa pessima] consilia pessima aduersum Dominū vt diximus, & [ipse enim cogitationes concinnabat ad perdendos mites] cogitabat populus Iudaicus quomodo perderet fideles. Hoc interpretatur Lxx viri. [Nam senatus malorum transgressionem legis consultat, interficere humiles in sermonibus iniquis]. i. cogitabat senatus impiorum Iudaeorum transgressionem legis, & contemptum prophetarum cum dicebat,

B Quid facimus? nam hic homo multa signa facit, & cum corrumpere custodes ne dicerent resurrexisset Dñm: & cum actorū. s. imperauere apostolis ne loquerentur in nomine Iesu, precipue cum viderent signa manifesta, quæ non possent inficiari, vt ipsi fatentur. Hebraicè est כְּלִי בְּלִי וְכְלִי בְּלִי & fraudulenti vasa, vasa pessima aut si Iudæis non placet hæc interpretatio (vt supra diximus) qui negant, כְּלִי, aut כְּלִי, significare fraudulentum, illud velint nolint largientur, significare vasa & omnia instrumenta (vt supra dictum est) & vas & instrumentū pro eodem accipit in politico Plato. sed Iudæi hoc largiuntur כְּלִי, significare vas & instrumentum, Et quando idem est repetitū verbū, & posterius ipsi vertunt vasa, sequitur prius quoq; vasa esse vertēdū, nam כְּלִי pessima significat sine controuersia, vt verti possit hæc oratio sic [vasa, vasa eorum pessima] hoc Lxx interpretatur [vasa eorum] consilia eorum, vasa pessima, consilia pessima edidit enim [senatus malorum transgressionem legis cōsultat] sic enim interpretantur, vt illud Geneleos cap. 49. vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non intret anima mea, docent nos eundem sensum esse illorum verborum & horum, & eadem prophetiam illis verbis & his significari, & eosdem perfidos Iudæos & eandem in Christum perfidiam, consilia eadem. Lege sanctorum commentaria in illa verba Geneleos cap. 49. quæ omnia in hunc locum conueniunt vt enim illic, vasa bellantia & vasa iniquitatis dicuntur, qui consilia cœpere aduersus Christū, sic hoc loco כְּלִי, vasa, כְּלִי, vasa eius senat⁹. f. כְּלִי, pessima. i. cōsilia, cōsilia eius pessima, idē verbum hoc loco est repetitum, eodem modo interpretari licet, & cum idem verbum Hebræum hoc loco sit & cap. 49. Geneleos, cur non eodem modo interpretabimur? an quod vrget hoc Iudæos impios & illi negant sic illud Geneleos & hoc esse explanandum? quid ni negent? vis se fateantur manifesto teneri? at qui etiam peruerit Iudæi locum illum 49. cap. Geneleos qui de passione Domini est nobilitatissimus, & VATAB. sic etiam explanat, vt Iudæi, tamen nobilitatissimus de passione Domini locus est. Ergo cum Iudæi ipsi doceant כְּלִי, vasa significare, velint nolint fateantur necesse est posse hunc locum verti vasa eorum, vasa pessima, hæc verba Lxx interpretantur vt illa cap. 49. Geneleos. i. consilia eorum consilia pessima, nec sat habent ita vertere sed declarant, quæ nam hæc sint consilia & ea esse declarant quæ in litteris euāgelicis cœpere aduersus Dominum, cum dixere [senatus malorum iniqua vel legis transgressionem cōsultat] consultabat enim impiorum Pharisæorum senatus illa consilia, quid facimus quia hic homo multa signa facit & alia huius notæ. Quæ ergo illa erant consilia, nisi consilia hominum pessimorum? quæ propheta hoc loco ait vasa pessimorum vasa pessima vt Moses vasa iniquitatis bellantia. Lxx [senatus malorum transgressionē legis cōsultat] id enim significat אֲרוֹנָא, & ita diximus interpretari Hilarium & Ambrosium. i. cogitat transgredī legē Domini, & prophetas contemnere ad perdendos mites in sermone, cogitabant enim populus Iudaeorum & capiebat consilia vt perderet Iesum, & apostolos [cum loqueretur pauper iudicium]. i. cum doceret Christus euāgelium quod in prophetis dicitur iudicium, Christus enim in litteris sacris pauper dicitur, hoc idem significant verba Lxx virorum [interficere humiles] Christum & apostolos [in sermonibus iniustis] iniuste.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Princeps vero, ea qua digna sunt principis cogitabit, & ipse super duces stabit. Princeps principatus constituet & hic super principatus stabit.

Hic locus

Hic locus desideratur intralatione Lxx virorum, quē Procopius addidit ex Symmacho, & interpretatur sicut D. Hieron. vt sit sensus, iustus hic rex duces apostolos constituet in ecclesia sua, & ipse super eos apostolos erit, qđ Hebræa lectio significātiū præfert, quæ est. Id est [principes principatus consilio faciet] vel constituet, aut cogitabit, vel ea quę digna sunt principe, & ipse supra principes stabit, aut super principatus surget, eo sensu, quo diximus ex Procopio, quo apertius significatur, quod Christus principes constituet summo consilio apostolos. i. & ipse princeps Christus super principes apostolos surget, resurget. Prius enim cōstituerat apostolos ecclesię principes & triumphales duces, & resurgens ipse super apostolos stat princeps, vsque ad consummationem sæculorum. Nadib ergo liberalitatem significat & principem à liberalitate sic appellatū, vt aiunt Hebręi. quo nomine magis proprie appellatur princeps Christus, cuius sanguine nullo nostro merito, gratis redempti sumus. & apostoli proprie quoque hoc nomine nominantur, qui mā datum acceperunt à Domino, Gratis accepistis, gratis date. Nediboth potest esse vox foemina & masculina, quod Symmachus & D. Hieronymus ostendunt hoc loco, nam cum bis repetita ea vox sit in altera parte, pro ea reddidere [ea quæ digna sunt principe] liberalitates. i. quasi dicerent, principis liberalitates, & ea quæ sunt digna principe constituet, qualia sunt, Remittuntur tibi peccata, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Non dico tibi septies sed septuagies septies & similia: in altera pro ea voce reddidere, principes. i. apostolos. Symmachus pro [ea quæ digna sunt principe] reddidit *αρχωντων*. i. principatus vel apostolatus [sic princeps principatus constituet]. i. apostolatus, vt sit idem cum illo ad Ephesios 4. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, dedit quosdam apostolos, quosdam prophetas, alios vero euangelistas, alios pastores & doctores ad consummationem sanctorum: vt non solum hic locus verti possit, vt Symmachus reddidit *αρχωντων* *βουλιβουτων* *αρχωντων* *βουλιβουτων*, Princeps principatus consulet, & principum princeps surget, sed etiam sic: Princeps principatus constituet, & ipse super principatus surget, vel, resurget, vt idem sit sensus. Ipse Dñs surget, vel stabit super principatus, quos constituet in ecclesia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Mulieres opulenta surgite, & audite vocem meam, filia confidentes percipite auribus eloquium meum.

Mulieres diuites surgite, & audite vocem meam: filia in spe, audite verba mea.

TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. mirabiliter hunc locum interpretatur, quod diuites mulieres Christum sequerentur, quæ de facultatibus suis ei ministrabant, prædixit Esaias: [Mulieres diuites exsurgite, & audite vocem meam] quibus primis verbis, vt discipulas alloquitur, deinde vt operarias, & ministras [Filia in spe audite sermones meos] cum labore enim eum sequebantur, & ob spem ministrabant. CYRILL. putat ad vrbes Iudææ haberi sermonem, quas scriptura suo more foeminas appellat [diuites] quod frequentissima essent habitatoribus & præsignificat illis vastitatem, nisi recipiant euangelium, & iubet audire euangelium in spe. i. non sine mercede, sed cum spe ampla. Idem ait D. Hieronymus. Procop. Theodor. addit Theodoretus appellari filias in spe. siue confidentes, vt reddidit D. Hieron. si velint credere, hac enim spe vocat illas ad fidem & hac fiducia. quod erunt filia Dei, & metcedem accipient bonorum, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Post dies, & annos, & vos conturbimini, confidentes, consummata est enim vindemia, & ultra non veniet collectio.

Dies anni memoriam facite in dolore cum spe, cōsummata est enim vindemia, cessauit sementis, & nõ ultra veniet.

CYRILL. [Facite memoriam] .i. mementote, dierum anni, vel diei anni, hoc est temporis anni, quo Christus apparuit, & prædicauit euang. [Cum dolore] quod Christus sit cruce affectus [Cum spe] tamen venia, & vitæ eternæ [Consummata est enim vindemia] .i. ð Iudæa vinca Do

A vinea Domini, quæ eras olim, iā consummata est vindemia .i. non amplius edes fructus, quos Dominus colligat, non amplius vocaberis vinea Domini. [Cessauit sementis] .i. nubibus mandatum est ne pluant super te pluuiam spiritalem, non fiet in te sementis vltra: diruetur maceria tua, & erit in conculcationem. TERTVL. loco citato ad mulieres quæ Christum sequebantur putat adhuc verba fieri [Mementote anni acceptabilis] & anni retributionis, vbi fideleis exspectat labor, quando eos persequentur infideles [Sed cum maxima spe] .i. cum spe maximorum bonorum, quod ad ecclesiæ persecutionem pertinet. PROC. iubet inquit Dominus mulieres meminisse anni redemptionis humanæ & prædicationis euangelicæ & anni acceptabilis Domino, vt cum viderint persequutionem ecclesiæ, prædictum meminerint à prophetis & spem magnam propositam eis, qui labores illos pro Christo tolerauerint. Dicitur autem annus retributionis, tempus aduentus Domini, quo retribuet Dominus post Christi crucem Iudæis infidelibus meritas penas, quo veniet super Iudæos omnis sanguis, qui effusus est ab Abel vsque ad Zachariam, vt docet EVSEB. lib. 9. demonst. Euang. cap. 13. qui & ipse est annus acceptabilis Domino, quo sacrificia erunt Domino accepta per Christum Dominum nostrum, huius igitur anni recordari iubet, quod instat iam, & monet toties per prophetas, Iudæos, ne causari possint se nec opinanteis oppressos, tãto ante nunciat Dominus instare tẽpus aduentus Christi. Verba Hebræa huic postremæ interpretationi Tertulliani, & Procopij, conueniunt: Id est [dies super annum timete confidentes] seu *confidentes, sperantes timete annum super Dies sperantes. i. timete dies sequentes super annum retri* *בְּחַיְוֹתֵינוּ* *הַקְּרוֹבָה* *עַל שְׁנֵי יָמֵינוּ* butionis, & acceptabile .i. aduentus Christi: sperantes .i. cum bona spe. Hoc est putatote, fore laboriosos illos dies post annum acceptabilem, post annum redemptionis, & putatote magnā spem propositam labori. Ergo vulgata sic explanabitur [Post dies, & annos redemptionis] i. licet, & [Vos conturbabimini] .i. erit ecclesię persequutio. [Confidentes] hoc est cum bona spe vitæ eternæ, nam verbum *יָרֵא*, timere significat, & conturbari, vt verti possit, conturbabimini & timete: consummata est vindemia, vt interpretatur Tertull. i. vinea illa quæ domus Israel erat, cuius olim multa erat vindemia, cessauit iam relinquetur deserta.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Obstupescite opulenta, conturbamini confidentes, exuite vos, & confundimini, accingite lumbos vestros, super vbera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis.

Obstupescite, contristamini cōfidentes, exuite vos, nudæ estote, accingimini faccis lūbos vestros, super vbera plāgite, sup agro concupiscētiæ, & vite geniminis, in terra populi mei spina, & herba ascendet, & ex omni domo lētitia auferetur.

CYRILL. de vastitate, quæ Iudæis impendet sermonem adhuc esse ait, & significari illam quæ olim vinea Domini erat, relinquendam esse, & armis Romanorum esse tradendā: [Confidentes] ergo .i. vos ð vrbes, quæ confiditis vos esse tutas, & confiditis impune iaturas, quod Christo non creditis [Opulenti] olim auctæ Dei beneficijs, & abundantes opibus [Conturbamini] aut [Contristamini] quod videbitis vos omni bono orbatas [Exuite vos, obstupescites] ob tantam rerum mutationem .i. nudate vestra pectora obstupentes [Confundimini] .i. pudeat vos, & redite in viam [Accingite lumbos vestros] .i. accingimini faccis super lumbos vestros [Plangite super vbera] .i. palmis vos percutite, & lugete vestram calamitatem [Super regione desiderabili] .i. super agro cōcupiscētiæ, aut digno concupisci, & amari (sic enim vertes Græcam lectionē Lxx virorū) .i. super Iudæa vberima, & fertilissima [Et super vinea fertili] .i. super vitibus vineæ, quia vastabitur omnia [Super humū populi mei spine] & vepres ascendet] quod interpretantur Lxx .i. in terra populi mei spina, & herba ascendet, hoc est erit vastitas, hoc enim est, quod significare videtur A T H A. quod coronarūt Dominū spinea corona & quod cæca mente, & stupore animi complectis vaticinia prophetarum aduersum Christū (quod fatetur IOSEPH. lib. 4. cap. 22. futurum est vt occæcetur animus vester, & delectamini à Romanis. Et vt cæco animo Christo coronam spineam imposuistis, ita vrbes vestrę vastæ spinis & vepribus operientur [Et ex omni domo lētitia auferetur] hoc est, quoniam exultaba-

ultabatis, & triumphabatis gaudio in cruce Domini, auferetur læticia ex omni domo vestra A quod significatius exprefit tralatio D. Hieronymi [quãtomagis super omnes domos gaudij] .i. iudæa obducetur spinis, quanto magis domus scribarum, & pharifæorum, & pars ciuitatis exultantis. i. sacerdotum, & principum, quorum domus saltatu, & tripudio refonabant femper illè potiffimum vastabuntur & illorũ domus potiffimum vastatè obducuntur spinis, pro Domini spinis. Nã dictũ est suprã centies Dominũ potiffimũ minari hæc mala scribis, & pharifæis, & principibus pharifæorum & cur. Et ostensum est completũ esse ita ex Iosep. THEO. Quoniam transgressionem legis non luxistis, quando Iudæi contra legẽ & vaticinia prophetarum Christum occiderunt, lugete, & moerete poenas vobis, & vniuersã Iudæã ob tamimane nefas irrogatas. ATHAN. lib. i. de pass. & cruce Domini, videtur retulisse ad stuporẽ Iudæorum, quo stupefacti sunt cum nec opinãtes (vt dixi) subito omnes, qui ex vniuersis vrbibus Iudææ residui erant, & confluerant Hierosolyma ad celebrandum pascha, se viderũt oppressos obsidione Romanorum, & ad stuporem illum mentis, & mentis cæcitatẽ, quam prædixerat Moses Deut. cap. 28. percutiat te Dñs amētia, & cæcitate, ac furore mentis, quæ cæcitate animi nõ acceperẽ cõditiones pacis, quas ferebat optimas Vespas. vt leges apud IOSEP. lib. 5. multis locis, & lib. 6. de bello Iudaico. Præcipue tamẽ lib. 6. cap. 30. & 42. vt subuerteretur vrbis funditus, & templũ conflagraret. Hoc igitur videtur ATHAN. voluisse significare cũ dixit loco citato: Gaudēbant, quod spinas imponerent seruatori, cæcutientes non animaduvertebant, quod eas in suum ipsorum malum imponebant, quod scriptũ est: obstupescite, & moerete, &c. terra populi mei spinas, & germen germinabit. Itaque videtur esse sensus iuxta sententiam Athanasij [Obstupescite] [stupor vos inuadat] [Vrbes opulētã, Cõturbamini confidentes] .i. furor mētis vos teneat ut speretis vos adiuuandos à Deo nec accipiat cõditiones quas ferebant optimas Romani vt pereatis funditus, quo ad terra vestra spinis tegatur, quibus coronastis Dominum, quod factum leges apud IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 30. & alijs locis. Illud [super vbera plangite] est illud euangelij: Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos, &c. EVSEB. demonstrat euangelicã lib. 7. cap. 2. prope finem interpretans hũc locum: ait, vineas obducendas spinis, quoniam expectauit Dominus vineam suam, vt faceret vuam, & fecit spinas. Quod autem D. Hieronymus reddidit quanto magis super omnem domum ciuitatis exultantis, eo sensu quo suprã dictum est, Hebraicè est

Quæ lectio Hebræa verti potest vt reddidit D. Hieronymus & eo sensu quem diximus, reddi tamen potest ad verbum etiam sic, Quæ nũs super omnem domum gaudium, & vrbs exultans, vel vrbem exultantem. i. quanquam videas post crucem Domini gaudium super omnem domum Iudæorum & super omnem domum exultantem, vel quanquam post crucem Domini videas gaudium super omnem domũ Iudæorum & quanquam sit post crucem Domini vrbs exultans, hoc est quanquam post crucem Domini videas res lætas Iudæorum & secundas, vastanda est tamen vniuersa Iudæa. Putabant enim Iudæi se impune laturos facinus in Christum admissum, quod se viderent post crucem Domini fortunatos, auctos bonis omnib⁹, vt dictum est suprã ex TERTVLL. & IVST. quod per quadraginta duos annos, per quos eos expectauit Dominus dum respicerent, bonis omnibus aucti viuerent nec tanti sceleris poenas luerẽt. ideo propheta ait, Quauis videas Iudæos lætos, & hilares & fortunatos post Christi crucem vastandi sunt tamen, & sic hoc Lxx vterere. Tollenda est ex omni domo læticia .i. quauis videas horum res fortunatas, hæc omnis læticia tollenda est. Lxx viri tantum reddunt sententiam & prælucent facem intellectu scripturarum.

D. HIERONYMVS.

Domus enim dimissa est, & multitudo vrbis relicta est, tenebra & palpato facta sunt super speluncas, vsque in æternum. Gaudium onagrorum, pascula gregũ donec effundatur super nos spiritus de excelso.

LXX VIRI.

Domus derelictæ, diuitias ciuitatis dimittet, & domos desiderabiles, & erunt villæ speluncæ vsque in æternum gaudium onagrorum, pascula pastorũ donec adueniat super nos spiritus de excelso.

PROC.

PROCOPI. describitur vrbium Iudææ vastitas [Domus enim dimissa est, vel domus derelicta] derelinquetis vestras domos interfecti aut captiui ducti [multitudo vrbis derelicta est] illa celebritas vrbis Hierosolymorũ relinquetur, vastabitur, sed quod Hebraicè est Hammon & significat hæc vox Hamõ multitudinẽ vt reddidit D. Hieronymus, & diuitias, Lxx viri reddidere [diuitias ciuitatis dimittent] quæ tanta multitudine erant vt numerus diuitiarum Hierosolymitarum iniri non possẽt, vt leges apud IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 32. fecerunt etiã Lxx quod alibi facere sepe solent, vt quãdo vox vna duos habet intellectus, vtrũque reddant. Tãquam præscribat nobis Canonem illum cuius sæpẽ fecimus mentionem, quãdo dictio aut oratio plures habet intellectus, qui ad rem de qua agitur spectet, omnes illos ab spiritu sancto esse significatos, quem canonem infra ostẽdemus præscriptum ab euangelistis. Et ita quod Hamõ significat etiam strepitum multitudinis, vertere domos potentũ, vbi multitudinis strepitus est, vt sit, relinquetis domos desiderabiles, palatia illa principum quæ Hierosolymis erãt [tenebræ & palpato factæ sunt super speluncas] THEOD. descriptio inquit est vastitatis, nam quæ erant domus principum magnificæ, & turrẽs magnificæ, cryptæ & subterranei meatus, redacta hæc in vastitatem, quid aliud erunt quam speluncæ sempiterna caligine obductæ, quo se recipiant onagri & bestiæ? & vineta redacta in syluas & nemora quid erunt aliud quam pascula gregum & armentorum [Erũt ergo redacta in vastitatem gaudia onagrorũ & gaudia gregũ. Donec effundatur super nos spiritus de excelso] Lxx viri [donec adueniat super nos spiritus de excelso] sic enim legitur in multis exemplaribus, Procopius donec inquit spiritus sanctus descendit de excelso linguis igneis diuisis, subaudi non erunt hæc, quæ dicimus de vastitate Iudææ. Sed quod in alijs exemplaribus Lxx virorum legitur donec effundatur super vos idem PROC. aliter interpretatur aut enim posse his verbis significari futurã hæc Iudææ vastitatem donec reducatur in ecclesiam quando enim Iudæi sacro baptismate initiãtur cessant hæc mala quæ Deus Iudæis irrogat. Hebraicè est super nos, Lectio Hebræa est.

Quæ lectio Hebræa verti potest, donec denudetur super nos spiritus de excelso, vt sit subaudi non erunt hæc, quo ad super nos descendat spiritus sanctus, Est enim sermo Hebræus admodum concisus, & sic quidem (vt dixi) Cyrillus & Theodor. & Procopius. Tamen verti quoque posset, in sæculum denudabitur super nos spiritus de excelso, vt sit sensus. Quoniã vasta erit in æternum Iudæa, & in æternũ super eam futura sunt tenebræ, super nos in æternum lumen erit spiritus sancti, ecclesia, in æternum illustrabitur lumine spiritus sancti.

D. HIERONYMVS

Et erit desertum in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Carmel sedebit.

LXX VIRI

Et erit desertum Carmel, & Carmel in syluã reputabit, & requiescet in deserto iudicium, & iustitia in Carmel habitabit.

THEOD. Post donũ spirit⁹ sancti in die pẽtecostes, quod olim desertũ erat, hoc est infideles nationes, quæ aratro prophetico non erãt proficisse, recipient Carmeli vbertatẽ .i. charismata spiritus sancti quæ olim dabantur Iudææ: Ponit enim Carmelũ, qui Galilææ mons est, vt docet IOSEPH. lib. 3. cap. 4. pro Iudæa, partem pro toto, nam post ductas captiuas decẽ tribus vno nomine vniuersa prouincia dicebatur Iudæa. Dictum est enim suprã quo modo Iudæa postea complexa sit omnes duodecim tribus. Putat ergo THEOD. hac allegoria significari Carmelum .i. Iudæã floruisse olim iustis, & prophetis, & sacerdotibus, posthac sterilem relinquendam esse, gratiam & spiritus sancti dona transferenda esse ad gentes. Sic CYRILL. & D. Hieronymus. Sed hunc locum suprã pluribus enodauimus in cap. 29. in illa verba: Nonne adhuc in modico, & in breui conuertetur Libanus in Carmel? Operæ precium est Iudaizãtes sollicitos, & anxios spectare, vt hæc inuertant [Habitabit in solitudine iudicium] Procop. iudicium .i. Euang. habitabit in solitudine, in deserto, mutato in Carmel, in nationibus infidelibus vocatis ad fidem, quæ olim, veluti desertum, & solitudo erãt, sine villo cultu spiritus sancti [Et iustitia sedebit in Carmel] Iustificatio erit in populo gentium, mutato in Carmel. i. in populum Dei, qualis erat olim populus Iudaicus, & addit PROC. hoc esse idem cum illo, quod suprã di-

suprà dictum erat cap. 29. surdos audituros, sermones libri, qui signatus est futurus Iudæis, & A
cæcorum oculos visuros. i. nationū aures, quæ olim surdæ erāt ad res cælestes, audituras quod
Iudæi non audirent, & oculos nationum visuros, quod Iudæi non viderent.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iusti-
tiæ silentium, & securitas vsque in sem-
piternum. & sedebit populus meus in
tabernaculis fiducia & in requie opu-
lenta.*

Et erūt opera iustitiæ pax, et obtine-
bit iustitiæ requiē, & confidentes e-
rūt vsque in æternū, & habitabit po-
pulus eius in ciuitate pacis & habita-
bit cōfidēs, et requiescet cū diuitijs.

PROC. Carmel. i. Iudæa, reputabitur in saltum in sterilitatem bonorum cælestium & in
materiam, & pabulum ignis, quælia sunt syluarum ligna. saltus dicuntur Iudæi, & sylua. i.
agrestes, & aratro cælesti inculti. [Et habitabit in solitudine iudicium] rursus idem PROCOP.
sic hæc verba explanat. Erīt opus iustitiæ, &c. hoc est, In deserto in populo gētū, erūt opera iu-
stitiæ, quorum caput est Dei pax, quæ omnem intellectu excedit, Christus scilicet, qui est pax
nostra, & iustitia nostra, & iudicium nostrum. Iustificati enim sumus in ipso, iusto & recto iu-
dicio, condemnato peccato, dissolutis inimicitijs, quæ cum Deo intercedebant, in vrbibus de-
liciarum, & tranquillitatis sumus in æternum, ecclesiasticam virtutum opulentiam habemus
[desertum] vocat ecclesiam ex nationibus, quæ olim steriles erant, nullo ferebat spiritalis fru-
ctus, & cum Christus nūc habitet in ea, omni vbertate, & amoenitate bonorū cælestiū floret,
& viret THEOD. [Requieuit in deserto]. i. in ecclesia, iustitia. Nam si pacem erga Deum habe-
mus, dissolutis inimicitijs in vrbibus tranquillitatis sumus, & sempiternæ voluptatis. pacem
porrò habet cum Deo, qui eius mandatis obtemperat, & fructus iustitiæ, & pacis est malorum
liberatio [Et cultus iustitiæ silentium]. i. cultus Dei, & precatio breuitas orationis non multi-
loquium Iudæorum. Lxx vertere aliter, edidit enim pro silentio requiem [Obtinebit iustitiæ
requiem]. i. fructus iustitiæ erit requies & pax, & tranquillitas animi, vt interpretantur Theo-
doretus, Procop. & Cyrillus: verbū Hebræū וְשָׁלוֹם, requies est, à verbo, וְשָׁלוֹם, requiesco, quæ
uis significet aliquando silentium, quod ait D. Hieronymus [Et sedebit populus meus in
pulchritudine] vel, Habitabit populus meus: Nam verbum שָׁבַע, sedere significat, & habitare.
[In pulchritudine pacis] In pulchris habitaculis ecclesiæ, quam Lxx appellant, ciuitatem pacis,
sunt enim commentarij, nam שָׁלוֹם, pulchrū habitaculum significat, quale est ecclesia. PRO-
COP. Magnam illam, & superam Hierusalem intelligit, quam constituit Dominus vrbē po-
pulo suo, à termino orbis terræ, vsque ad terminum orbis terræ hanc vrbem. i. hanc ecclesiā
appellat pulchrum habitaculum pacis, ratione supradicta, vel vrbem pacis, tabernaculum fi-
ducia, requiem opulentam. THEOD. [vrbem pacis] cælestem Hierusalem nominat: Cælestis
Hierusalem (inquit Paulus) libera est, quæ est mater omnium nostrum, quæ habet multas mā-
siones, quæ habent opulentiam, quam fures non deprædantur. Eadem est sententia Dni
Hieronymi & Cyrilli.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Grando autem in descensione saltus,
& humilitate humiliabitur ciuitas.*

At grando si descenderit nō super
vos veniet, & erunt habitates in syl-
uis, sicut qui in campestri.

Diuus Hieronymus hunc locum ad ver-
bum reddidit: Lxx pro trāslatione hu-
ius loci, edidit commentarium quod CYRILL. sic explanat: Quando post crucem Domini
ingruet grando. i. vastitas vltima, & de populatio vrbium Iudææ, non descendet hæc calami-
tas in vos, qui credidistis, & qui habitatis in ciuitate pacis. Sic etiam PROCOP. Ergo Lxx vidē-
tur interpretati sic hunc locum [Grando hæc]. i. hæc vltima calamitas [In descensione erit sal-
tus]. i. descendet in saltum, hoc est in Iudæam, quam dixerat redigendam in saltum: suprà: Car-
mel in saltum reputabitur [Grando ergo hæc erit in descensione saltus]. i. descendet in saltū
quod Lxx interpretatur. Si descenderit grando, hoc est calamitas, descēdet in saltum, hoc est
in Iudæam, non in vos, o fideles. Repetenda sunt, quæ suprà dicta sunt in illa verba: Carmel in
saltum reputabitur, vt intelligas Iudæam dici saltum post crucem Domini [Humilitate humi-
liabitur

Aliabitur ciuitas] Hæc verba velut scholio enodant Lxx his verbis [Et erunt inhabitantes in syl-
uis confidentes, sicut qui in campestri] i. syluestres homines, sicut culti & vrbani, sicut qui ha-
bitant in locis planis, & cultis, ducta metaphora ab hominibus agrestibus, qui traducuntur ad
cultum vitæ politum, & simul habitant cum hominibus vrbani, perpolitam humanitate, ita
nationes infideles, quas agrestes homines vocat, traducuntur ex immanitate illa impia, veluti
ex syluis, & montibus, vt interpretemur vulgatam editionem. [Ciuitas hæc] i. ecclesia ex gen-
tibus, quæ pertinet ad fineis orbis terrarum, humiliabitur Deo humilitate, & religione, dedu-
cet ex montibus, ex vita agresti ad humilia & loca plana. PROCOP. prædicat animas quæ
olim erant incultæ, & loca deserta appellabantur, quod nullo aratro cælesti erant proficiatæ,
futura plana loca culta. i. futura ex cultas cælesti cultu, & laturas fructus maximos. hoc signi-
ficant Lxx his verbis [Inhabitantes in syluis] i. nationes, quæ syluas excolebant, & dæmo-
num nemora, erunt confidentes, erunt mites, & cultæ, & sperabunt bona æterna [sicut qui ha-
bitant in campestri] i. sicut qui habitant loca plana, & erunt Dei agricultura, cælesti pluuiā irri-
gua. Sic explanat Cyrill. THEOD. putat his verbis significari vnā ecclesiam futuram ex Iu-
dæis & Gentibus: vt sit [Erunt inhabitantes in syluis] i. nationes infideles, quæ inculta loca ha-
bitabant cælesti aratro, erunt confidentes, credent [sicut qui in campestri] sicut qui loca pla-
na, & loca culta habitabant, & qui agricultura diuina erant, sicut Iudæi fideles, nam in Chri-
sti aduentu aspera, & montosa conuerfa sunt in vias planas, & sic explanabitur etiam vulgata:
ciuitas illa ex hominibus efferis, quæ loca aspera, & montosa habitabat, humiliabitur. i. fiet
locus planus, & obediēt humilitate apostolorum, & prædicatorum verbi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Beati qui seminatis super omnes aquas Beati seminantes super omnem a-
immittentes pedes bouis et asini. quam, vbi bos & asinus calcat.

GREGOR. in 42. cap. Iob, Moral. 35. lib. cap. 11. hunc locum interpretans, asinorum (in-
quit) nomine, Gentilium stultitia significatur, & per bouem, Israëliticus populus, idque
declari docet hoc loco Esaia, Beati qui seminatis, &c. & seminare, ait, super omnes aquas,
est, cunctis populis fructuosa vitæ verba prædicare. Pedem verò bouis, & asini immittere, est,
viam Israëliti & Gentilis populi, per præceptorum cælestium vincula religare. CYRILL. bea-
tos nominat seminantes super omnes aquas. Aqua, sermo Dei est, ita dictus, quia viuificus est
Dei sermo, & ideo appellatur nomine aquæ, quod sicut aqua viuifica est: & fecundam efficit
terram, ita sermo Dei animas viuificat, & efficit fecundas: in his aquis bos & asinus calcat, Iu-
dæorum. i. populus & Gentium, nam bos mūdum est animal, quod offerebatur Deo, in odo-
rem suauitatis: immundum verò animal asinus, sanctificatus postea per fidem Christi. CLEM.
Alexand. Strom. lib. 6. in principio: Beatos (ait) qui seminant super omnem aquam. vbi bos &
asinus calcat. i. vterq; populus Iudæorum & Gentium congregati in vnā fidem. THEOD. vbi
bos & asinus calcat, significat vnā ecclesiam de Iudæis & Gentibus congregatam. Immundus
enim secundum legē asinus, tales Gentes erant ante aduentum seruatoris: mundū animal bos,
qualis erat populus Dei, victima grata Deo: aqua verò, sacrum baptisma, quod ablutio pecca-
torum sit animarum mundatio: semen, doctrina prædicatorum euangelij. PROCOP. beatos di-
cit colentes hanc ecclesiam de Gentibus, perstat tamen in metaphora agriculturæ. Beati vos, o
apostoli (inquit) qui sementē facitis super has aquas. i. super hanc regionē, quæ olim erat deser-
ta & aspera, & nunc exuberat aquis cælestibus, nam per elementum quod magis est viuificati-
uum, quæ est aqua, viuificum Dei verbum significat, quod est in ecclesia, quam calcat bos. i. Iu-
dæus, & asinus populus Gentium: beati ergo qui faciunt sementem super hanc ecclesiam, quæ
cælesti pluuiā madet, quæ constat de Iudæis & Gentibus. sic D. Hierony. & alij. Iudaizantes se-
quuntur suos Iudæos. PAGN. addit verba scripture, ita vt sensus huius loci sanctorū patrum,
iuxta translationē Pagnini, locum non habeat. Sed hæc allegorica sunt, aiunt. Quid ergo cum le-
gimus illa: Flumina plaudent manu, sensum literalem esse dices, flumina plausura manu? Et
cum audimus aspera conuertenda in vias planas, intelligemus fore vt loca montosa plana fiat,
& praua, & distorta loca conuertenda in vias rectas? aut beatos hoc loco appellari putabis
agricolas, qui super omnes aquas seminant, quas bos & asinus calcat? D. Hierony. Hebræam
lectionem ad verbum reddidit. Lxx viri expressere sententiam.

Mm IN ESA-

IN quod dici solet, multitudo vel Catoni bonam mentem excutiat, non solum lu-
daizantes admoniti à D. Hieronymo, ludæos hęc ad Assyrios & Sennacheribum
referre omni ratione nitentes Christi & apostolorum subuertere sacramenta, nihi-
lominus ad ludæos referunt, sed & alij viri optimi, ijdemq; docti viri, relicta vete-
rum patrum sententia, ludæorum insidiosos insunt calles. Vide quid faciant commercia.
Nos semper veteres patres sequamur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Væ qui prædatis, nonne ipse prædaberis? et qui spernis, nonne et ipse sperneris? **Væ qui miseros faciunt vos, vos autem nemo facit miseros, reprobans vos non reprobat.**

Diuus HIER. cum propheta dixerit apo-
stolos beatos, quod præ sint prædicationi euangelicæ, conuertit nunc sermonē ad eorū
persecutores [væ qui vos miseros faciunt] subiicitq; ludæorum sententiam, & monet nos, om-
ni ratione ludæos niti Christi sacramenta subuertere. CYRIL. consolatur credentes, dicēs:
Væ illis qui vos faciunt miseros, vos autē nemo miseros reddet: pati enim propter Christum,
parit sanctis gloriā, persequentibus exitiū. THEOD. Qui vos persequuntur, ô apostoli, miseri
sunt, & ter miseri. Vos autem beati estis, quod pro Christo persecutionē patimini. PROC.
Postquam beatos dixit qui desertū hoc. i. ecclesiam, quæ prius erat desertū, & terra inculta cæ-
lesti aratro, agricultura cælesti excolunt, subiungit miseros esse, & infelices, qui apostolos &
prædicatores verbi persequuntur, quos apostolos miseros appellabant, qui eos persequēban-
tur, non sunt autē miseri, sed foelices, & beati, quia compatiuntur cū Christo, cum eo regnatu-
ri. Neque solum veteres patres sic hęc interpretantur, sed & Lxx trecentis annis ante crucem
Domini hunc sacrum expresse sensum sua interpretatione, neque discrepant ab Hebræa
lectione: vtraque enim interpretatio cum Hebræa editione consentit, quæ est.

Nam ^{perditus} ^{perdenti} ^{perdenti} ^C
væ qui prædatis, vt reddidit D. Hieron. i. vë tibi, ò
popule iudeorum, qui prædatis et vastas fideleis. ^{eum spernent non & spernens & prædæ eris non tu & qui prædatis vë}
vel, non & tu prædaberis? ^{perditus} ^{perdenti} ^C
pasuè. i. an non tu eris prædæ Romanis? vt qui præderis fideles, præ
dæ quoq; sis Romanis, & ab eorū exercitu vastaris, vt significetur vastitas iudææ post crucem
Christi. Lxx non legunt hęc interroganter, sed affirmatè, & sic interpretantur ^{perditus} ^{perdenti} ^C
vë ei populo qui vos persequitur, & perdit, ò apostoli, quod dixere: Vë qui miseros fa-
ciunt vos, vë eis qui vos persequuntur ^{perditus} ^{perdenti} ^C
persequuntur, ò popule fidelis, putent perdere te, non te perdunt, compateris enim cū Christo
vt cū Christo regnes, quod ait Procop. Pro, & tu nõ perditus, dicunt Lxx, vos autem nemo fa-
cit miseros. Deindè ^{perditus} ^{perdenti} ^C
& spernens: interroganter etiam legit hęc Hierony. [Et non spernent eum?] & ideo edidit [nonne & ipse sperneris?] Hebraicè est. An nonne spernent
eum? Romani scilicet. vt sit sensus: Vë tibi popule iudeorum, qui spernis Christum & fideleis,
tu quoq; sperneris à Romanis qui te vastabūt. Leges em̄ apud Iosephū, primarios & principes
Iudæorum cęfos virgis per vias, ludibrio habitos, cruce affectos. Lxx affirmatè hęc legunt,
non interroganter ^{perditus} ^{perdenti} ^C
& spernens. i. qui te spernit, & reprobat. & non spernēt. vë
eum. i. vë populo iudeorum qui spernunt apostolorum chorum, & non spreuerūt eum, iuxta
illud: Qui vos spernit, non vos spernit. & ideo Lxx vertere [reprobans vos non reprobat, sic e-
nim distinguere debes ex Hebræa lectione, quæ iuxta sententiam Lxx sic verti debet: Spernēs,
nõ spernet eū. i. spernens apostolū, non spernit apostolū, sed eum qui misit apostolū: & quod
dicitum est in tertia persona, Lxx transtulerunt ad secundā, perspicuitatis causa: ò adit, ò adit
adit, quod sic distinguas, inquam, oportet: ò adit, ò adit, vos non reprobat, vt sit sensus vt do-
cet D. Hieron. Cyril. Theod. Procop. qui vos reprobat, ò apostoli, non reprobat vos, sed me,
& eū qui me misit. Hunc locū citat Dñs apud Lucam cap. 10. iuxta tralationem Lxx, & inter-
pretatur (si Græcis compares) ò adit, ò adit, i. qui vos spernit, me spernit. Et hunc quoq;
locū citat & explanat Paulus. i. ad Thesi. 4. ò adit, ò adit, i. qui hęc spernit nõ
homi-

A hominem spernit, sed Deū. Et verba Græca eadem reperies quæ in Lxx viris, vt à D. Paulo in-
telligas esse citata. Nā quòd Lxx dixere ò adit, ò adit, ò adit, spernens, vos non spernit, dicit D.
Paulus spernens, non hominem spernit, sed Deum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Cum consummaueris depradationem, depradaberis, cum fatigatus desieris cõ-
temnere, contemneris.* **Capientur reprobantes, & traden-
tur, & quasi tinea in vestimento
sic superabuntur.**

Diuus HIER. hunc locum ad verbum reddidit, cuius sensus est, cum consummaueris de-
pradationem ò popule Iudæorū persequendo ecclesiā & fideles, eris præda Romanis,
& cum delassatus fueris interficiendis martyribus, & cum cœperis iā contemnere, & cœperis
seditionibus disfidere, tunc Romanis eris prædæ, & vastaberis. Hunc horum verborū esse sen-
sum, declarant Lxx, qui huius loci non edidit translationem, sed commentarium. edidit e-
nim [Capientur reprobantes, vel, spernētēs] i. qui Christū & apostolos reprobarūt, capientur
à Romanis, & expugnabuntur hostili manu, alludunt enim ad illud, quod supra dictū est, Re-
probans, vos non reprobat: Id est, reprobans populus iudæorum vos (ò apostoli) non vos re-
probat sed me, ergo reprobantes vos (ò apostoli) capientur ab hostili manu, sunt enim i. Hebræi
breuissimū [& tradentur] Romanis scilicet (habet enim emphasim verbū Græcū, *καταδοθήσονται*,
nam nullo alio verbo ferè euangelia vtuntur cum de traditione domini sermo est, tradentur,
vt ipsi tradidere Dominū scilicet, alludunt Lxx ad id, quod supra dictū est, Iudæis esse reta-
liatam iniuriam à Dño, nam vt Iudæi dominum tradidere Romanis sic dñs ludæos Romanis
tradidit, vt cæcidere flagellis dominum Iudæi, sic fecit dominus, vt innumerabiles Iudæi fusti
bus, & verberib⁹ à Romanis cæderentur: vt illudere dño, sic illusi sunt à Romanis sapissimè: vt
cruci suffixere de dominum, sic innumerabiles reperias Iudæos, à Romanis cruci suffixos, vt nul-
lum scelus in Christum admiserint, quod si attente legas Iosephum Iudæum in lib. de bello Iu-
daico non reperias recidisse in capita Phariseorum, & scribarum, & principum Iudæorū, qui
bus potissimum hęc mala minatur dñs, vt hęc malorum retaliatio videatur hoc cap. etiam si-
gnificata iuxta interpretationē D. Hiero. Væ qui prædatis nonne & ipse prædæ eris? & qui sper-
nis, nonne & ipse sperneris? [Quasi tinea in vestimento superabūt] i. ruent ob intestina bella,
& discordias intestinas, vt intestino malo vestimentum perditur cum corroditur tinea: Om-
nia ergo hęc pro commentario lectionis Hebrææ sunt, quod tamen commentarium reperies
verissimum, si Iosephum legeris, quem solum de industria cito, vt Iudæos autoritate homi-
nis Iudæi reuincam, & facta à Lxx viris huius loci paraphrasis est ex illo: Omnes veteracetis
sicut vestimentum, tinea comedet vos, quibus verbis IREN. lib. 4. ca. 66. ait significari, quo-
niam post passioem omnes qui contra Christum fuerunt, subiicientur eius pedibus & ei hu-
miliabitur omnis caro.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Dñe miserere nostri, te enim expe-
ctamus, esto brachiū nostrū in mane,
et salus nostra in tēpore tribulationis* **Dñe miserere nr̄i, in te em̄ confidim⁹,
factū est semē incredulorū in pditio-
nē, at salus nr̄a in tēpore tribulationis.**

D PROC. precatio hęc est apostolorū: Aiūt em̄, quando increduli Iudæi qui vos persequēbā-
tur, periire Romanis armis, tu Dñe esto salus nostra. Nā verè salus est sanctis Dñs in tēpo-
re tribulationis, iuxta illud Pauli 2. ad Cor. c. 12. cum infirmor tūc potēs sum. Idē ait D. Hier. &
Cyril. Quòd verò D. Hier. reddidit [esto brachiū nostrū in manē] Lxx reddidere [factū est se-
mē incredulorū in pditionē.] Lectio Hebræa vtriq; tralationi congruit ^{manē in brachiū eorū sit}
Id est, sit Deus brachium eorum (fidelium scilicet) in manē, hoc est, ^{manē in brachiū eorū sit}
in Christi aduentu, esto robur fidelium, defende fideles. Nam suprā diximus, manē, pro Chri-
sti aduentu accipi, & D. Hieronymus ad secundam personam transtulit, & sensum exprefsit.
Septuaginta sic lectionem Hebræam interpretantur. ^{flagella in semen eorum fuit}
Id est, fuit semen eorum in flagella. Nam ^{flagella in semen eorum fuit} ^{manē in brachiū eorū sit}
chium eorum & semen eorum, & pro brachio ^{manē in brachiū eorū sit} ^{flagella in semen eorum fuit}
vt optimè diuus Hieronymus reddiderit brachium. Sed & Lxx seniores reddidere etiam
proprie [semen eorum] fuit, ^{manē in brachiū eorū sit} ^{flagella in semen eorum fuit}
Nam hęc dictio potest significare, in ma-
ne, &

ne, & in verberationem, vt interpretatio Lxx virorum sit quoque admirabilis, fuit semen eorum in verberationem: Significat enim semen eorum qui Christum affecere cruce & apostolos sunt persecuti, incidisse in ea verbera quae Moses 28. & 29. Deuteronom. praedixerat ventura in eos qui Christum non receperunt, & legi & prophetis non obtemperassent. Quia dicitur: *Et dicitur est semen eorum. Expectauit enim Dominus quadraginta duos annos post. cruce suam dum respiscerent Iudaei & conuerterentur, vnde proprie dictum est semen Iudaeorum incidisse in verberationem, & in verbera digna pro male factis.*

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

A voce angeli fugerunt populi, et ab exaltatione tua dispersa sunt gentes. **Propter vocem timoris tui obstupuerunt populi, a timore tuo dispersa sunt gentes.**

PROCOP. adhuc precatio apostolorum hoc est, & gratiarum actio, quod Iudaei increduli, qui eos persequerentur, de medio sublatis fuerint, & quod audierint à Dño, vos autem nemo faciet miseros. Tu nostra salus, aiunt, vna voce in stupore gentes Iudaeorum redigis, vt tantum vincantur & occidantur gladio hostili. hanc Procop. quod factum intelliges ex Iosepho bello Iud. lib. 5. cap. postremo, & lib. 6. c. 7. & 30. & 31. & 42. CYRIL. praedici hic putat vastitatem vrbium Iudaeae & Hierosolymorum, & esse idem cum illo: Quando videbitis obsessam vndique Hierusalem, tunc dicetis montibus, operite nos: quod Hebraice est *חַסְמֵנוּ* a voce, *חַסְמֵנוּ*, Hebraea vocem interpretes varie vertunt. D. Hieron. reddidit, angeli, vt sit [A voce angeli] & significetur illud quod Iosephus ait lib. 6. de bello Iudaico. Angelorum vocem auditam in templo, relinquamus has sedes, qua voce Iudaei sunt exanimati, vt hoc vaticinio angeli voce exanimatos Iudaeorum populos fuisse dicatur. Alij reddunt [urbem & multitudinis] & tunc vertes, a voce multitudinis & referes ad innumerabiles Romanorum copias quae exanimarunt populos Iudaeorum. Significat etiam vox illo Hebraea *חַסְמֵנוּ*, rugitum, a verbo *חָרַם*, rugio, vt docet R. Dauid, quod nescio cur Pagninus damnat, cum postea ipse fateatur ita esse, vt possit verti a voce rugitus tui, quod Deus dicitur leo, & ita Lxx viri videntur intellexisse qui edidere [propter vocem timoris tui, & exterritos fuisse Iudaeos prodigijs, & fulgetris, & vocibus à Deo, leges apud Iosephum de bello Iudaico lib. 6. cap. 31. Quod vero Lxx edidere] a timore tuo [nisi vitiose scriptum est melius multo] D. Hieron. qui Hebraeae lectioni conuenienter [ab exaltatione tua] i. postquam exaltatus in in crucem es Domine obstupuerunt gentes: omnia enim Dominus traxit ad se, & dispersa sunt gentes Iudaeorum quae fremebant aduersum Dominum, & aduersum Christum eius. Nam vastitati sunt Iudaei, & residui dispersi sunt in omnes partes terrarum. sic enim est Hebraice.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et congregabunt spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossa plena fuerint de eo. **Nunc autem congregabunt spolia vestra parui & magni, quemadmodum si quis congregauerit locustas, sic illudent vobis.**

CYRIL. Non post multum tempus trademini hostibus Romanis, sic vos colligent vt solent populi colligere locustas, & perdere, & vt illa per ludum faciunt sic vos perdet Romanus nullo negotio. PROCOP. inducitur persona Dei inquit, vt quidam Theologi putant, loquens de vastatione Hierosolymorum nunc inquiens congregabuntur spolia vestra, propediem de vastabitur vrbis expugnata à Romanis & vt significaretur facilitas expugnationis: Ludetes inquit, vos quasi locustas capient. hanc Procop. & Cyrill. sed illa verba sic illudent vobis: addidit Lxx dictum est in disputatione de translatione. Quam verè sic à nostris hic locus explanatus sit, dices ex Iosepho li. 2. de bello Iud. c. 34. & sequentibus, vbi Iosephus prodit omnes vrbes vbi Iudaei inter nationes habitabant: erant enim nationes cum Iudaeis intermixtae, vt supra dictum est, prodit ergo omnes nationes idolatras vrbium, vbi Iudaei habitabant, vno consilio per insidias adortas Iudaeos fuisse, nec opinantes & imparatos illos delevit usque ad interitionem. Quemadmodum ergo populi communi consilio confurgunt in locustas vt illas deleant, ita intelliges communi consilio vrbes in Iudaeos consurrexisse, & eos delevit de Hierosolymis. Idem leges li. 4. de bello Iudaei. cap. 17. & sequentibus, praecipue lib. 3. cap. 27. 28. 32. lib. 6. cap. 10. 28. 39. 40. & deinceps. THEOD. longè secus huc locum intellexisse videtur, ita enim explanat, Facilitatem evangelicam praedicationis demonstrat his verbis: Quemadmodum facile est colligere locustas, sic apostoli eos qui

A eos qui fuere spolia diaboli colligent, & ad servatorem Dñm adducunt. Lectio Hebraea est.

Itaque vertes lectionem Hebraeam *Congregabuntur spolia vestra, congregatur bruchus, sicut incessus locustarum incedens in eum*] quae verba sic interpretabimur [Congregabuntur spolia vestra, vel, colligetur praeda vestra: colligitur bruchus] i. sicut colligitur bruchus, & sicut incessus locustarum colligitur in eo (populo. i. vbi colligitur.) Itaque significat propheta, ducendos captivos, aut occidendos omnes Iudaeos, & colligendos omnes sicut bruchus colligitur, & sicut colligitur incedens incessus locustarum. i. turba locustarum, quae incedit in eo populo vbi colligitur. Et sicut vno consilio surgit vniuersa ciuitas, aut vniuersus vicus ad interficiendos bruchos, & locustas, sic surrecturas vniuersas vrbes ad interficiendos Iudaeos vno consilio. Vel iuxta sententiam THEOD. Sic colligendi ad fidem, vt colligitur bruchus & locustae. Addidere Lxx de suo [parui & magni] sic congregabuntur spolia vestra, parui, & magni, hoc est, mediocrium & principum, quemadmodum si quis congregauerit locustas. Vbi haec duo facta reperies, addita duo illa verba [parui, & magni] i. principum & tenuiorum hominum, iuxta Canonem illum D. August. quo monet, tropicis loquutionibus admiseri veritatem, vt ex veritate admista tropis perspicuitas accedat: alterum, quod docet EPIPH. cum res geminantur, Lxx viros alterum expressisse esse contentos: ita hic, cum duplex sit similitudo locustarum & bruchorum, bruchorum similitudo praetermissa est à Lxx. Addidere praeterea de suo Lxx (vt dictum est) sic illudent vobis, eo sensu quo dictum est supra. Iudaei autem haec omnia ad Assyrios trahunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Magnificatus est Dñs, quoniam habitauit in excelsis, impleuit Sion iudicio et iustitia. **Sanctus Deus qui habitat in caelis, repleta est Sion iudicio & iustitia.**

PROCOP. post narrationem vastitatis Iudaeae, glorificant Dominum apostoli [Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelsis] benedictus Dominus qui in caelis habitat. [Impleuit Sion iudicio & iustitia] impleuit ecclesiam iudicio, & iustitia, recepit enim Christum eremus. i. populus Gentium, qui usque ad illa eremus erat, incultus aratro caelesti, & cum receperit Christum, quem terrena Hierusalem non recepit, recepit in se iudicium & iustitiam. Vnde non oportebat postquam aduenisset veritas, & recepta esset à Gentibus, manere vmbra & typum. i. Hierusalem, quae veritatem recipere noluit, & ideo diruta vmbra est, dirutum templum, sublatis à medio sunt, qui pro vmbra contra lucem & veritatem pugnant, quae cum viderent apostoli facta, erumpunt in Dei laudes. Hanc Procop. CYRIL. sanctos agere Deo gratias dicit, qui in excelsis habitat, in caelis. s. vel in sanctis, quorum altitudo est sita in eo, quod in caelo conuersatio illorum est. Sion, ecclesiam interpretatur, & gratulari ait sanctos, quod repleta ecclesia sit iustitia, & iudicio, quibus orbata est Hierusalem, quod non admiserit Christum, qui est vera iustitia, & pax, & iudicium. THEOD. Qui habitat in excelsis (inquit) in sanctis, sublimes virtute praeditis, hos enim fecit Christus Dei sedem, vnde apostolus: Nescitis quod Dei templum estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Sion, ecclesiam Gentium appellat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Erit fides in temporibus tuis, diuitia salutis, sapientia, et scientia, timor Domini, ipse thesaurus eius. **In lege tradentur, in thesauris salus nostra, illic sapientia, & scientia, & pietas ad Dñm, ij sunt thesauri iustitiae.**

Diuus HIERON. De ecclesia loquitur adhuc Esaias: In qua erit (inquit) fides & thesaurus salutis, sapientia, & scientia, & timor Domini, qui thesaurus est omnium bonorum. Erigitur in temporibus ecclesiae fides euangelica, erunt diuitiae salutis, erit thesaurus gratiae per Christum, & erit thesaurus sapientiae & scientiae. i. Christus, qui est thesaurus sapientiae & scientiae, & erit temporibus Christi timor Domini ipse thesaurus eius. i. ipse timor Dñi est thesaurus bonorum Christi, conciliat nobis dona Christi, & thesaurum donorum Christi. PROCOP. interpretationem Lxx sic explanat. Quod supra dictum erat: Repleta est Sion. i. ecclesia, iudicio & iustitia, subiicit: In lege tradentur. i. quod iudicium, & quae iustitia in lege traditur, in euangelio. s.

M m 3 in lege

in lege noua, vt significet Lxx tradendā legē nouā, & in lege noua tradendā iustitiā & iustifica-
 tionē. [in thesauris salus nostra] i. in his thesauris est salus nostra, in euangelicis apostolicisq;
 literis. Illic sapientia & scientia, & pietas à Dño, in illis literis euangelicis. Hi sunt thesauri iu-
 stitiæ, hi libri apostolici & euangelici. Ergo [erit fides temporibus tuis] i. tuo tēpore bona fide
 complebūtur hæc omnia, apparebit horū veritas tuo tempore, in lege noua. Ergo erit veritas
 temporibus tuis. Lxx dixisse videntur [In lege tradentur] spiritus sancti dona hæc videlicet, &
 iustitia, iudiciū & pax, de quibus suprā, tradētur in lege noua, hoc est, quādo feretur vobis lex
 noua. AMBR. de vocatione Gentium cap. 9. de diuitijs spiritalibus, quarum author est Dñs, ita
 loquitur Esaias: In thesauris salus nostra aduenit, sapientia, pietas, & disciplina à Dño, hi sunt
 thesauri iustitiæ. CHRYS. tom. 1. in psal. 95. agēs de thesauro iniquitatis: Dispensat etiā, inquit,
 thesaurum regni, de quo Esaias: Venit sapientia, & scientia, & pietas à Deo, hi sunt thesauri iu-
 stitiæ, de quibus seruator sanctis discipulis: Thesaurizate vobis thesaurum in indeficiētē. Ad-
 dit PROC. quosdam esse qui interpretantur [in lege tradentur] i. iuxta legem suam tradentur
 Romanis, iuxta illud quod Moses, Iesus Nauē, & Esdras prædixere ventura, si legem non ser-
 uassent, aut si Christū non recepissent. Quæ sententia mihi quoq; videtur posse conuenire cū B
 lectione Hebræa. Nā sic explanari poterit illud quod vertit D. Hieronymus: Et erit veritas tē-
 poribus tuis: vt sit, veritas, & fides horum malorum, quæ diximus, irroganda Iudæis, vt prædi-
 ctum est in lege Moysis Deuter. 28. & 29. erit temporibus tuis, eueniet tuis temporibus: nec dices
 quod Hierem. 4. procrastinatio fit malorū, nunquā venient à prophetis prædicta mala, nam te
 tuis temporibus opprimet: loquitur enim ad populū Iudæorum temporū Christi. Nam qua
 dragesimo secundo anno post crucē Christi euenere prædictiones prophetarū, de vastitate Iu-
 dæe. Quod Lxx viri his verbis significasse vidētur, nisi trunca translatio Lxx hoc loco est. Tra-
 dentur Romanis. s. in lege secundum legem, vt prædictū erat in lege. Et subiicit PROC. illic,
 i. in ea lege, secundum quam Iudæi Romanis tradentur, est nobis thesaurus salutis, & in ea lege
 tanquam in thesauris, est salus nostra, sapientia, & scientia, & pietas ad Dñm, qui sunt thesauri
 omnes iustitiæ, vt lex, thesaurus bonorum sit bonis, malis verò importabit hæc mala quæ di-
 ximus. Prior sententia mihi placet multò magis, quod lectio Hebræa sic verti potest, vt hoc
 planius multo significet. Nam quod D. Hieron. reddidit [Erit fides temporibus tuis] Hebrai- C
 cè est [erit fides (vel) erit veritas in temporibus tuis] i. manifestabitur veritas in tēporibus tuis,
 & prædicationem Euangelij, manifestationem veritatis appellat Paulus 2. Corinth. cap. 4. Et
 euangelium à Paulo veritas dicitur. & verbum Hebræum דבר אמת, frequentissimè significat
 veritatem: & euangelium dicitur veritas, vt vetus testamentum vmbra. Lege CHRYS. tom. 1.
 in enarratione in psal. 95. Quod D. Hieron. reddidit [Diuitiæ salutis sapientiæ] pro diuitijs, He-
 braice est דין, quod verbum significat diuitias & thesaurum. vt verti hic locus possit: The-
 saurus salutis sapientiæ, scientiæ, & poterit hic esse sensus [Erit veritas] i. euangelium, tempo-
 ribus tuis, & erit temporibus tuis thesaurus salutis, sapientiæ, & scientiæ, hoc est, erit Christus
 qui est thesaurus salutis, sapientiæ, & scientiæ, quin Paulus ad Coloss. cap. 2. hæc verba Esaiæ vi-
 detur citare ad verbum: quid enim interest dicere, quod Paulus inquit de Christo, in quo sunt
 omnes thesauri sapientiæ, & cognitionis Domini: an quod Esaias, Erit thesaurus salutem, sa-
 pientiæ, scientiæ, timoris Domini? Ego eadem puto esse verba, non solū sententiam, vt cita-
 ta ea à D. Paulo mihi persuadeam. Et sic quoque versio D. Hieronymi poterit explanari [Diui- D
 tiæ salutis erunt temporibus tuis. i. Christus, qui est diuitiæ salutis, & thesaurus salutis. Iudæi-
 zantes ad Ezechiam hæc referūt, quia illud quod D. Hieron. reddidit [erit in temporibus tuis
 fides] vertunt: erit stabilitas temporis tui, & pro [diuitijs salutem] reddūt, robur salutem, vel
 Iudæam, fortitudo salutem. vt sit: Erit firmitas temporis tui, vel, erit stabilitas temporis tui, robur, vel
 fortitudo salutem, quod de Ezechia rege interpretantur, cui promissa est quindecim annorū
 pax & tranquillitas, & hoc, aiunt, significant illa verba: Erit firmitas temporis tui. sic enim hæc
 vertunt. Nam sententiam Iudæorum faciunt textum sacrum. Firmitas sine temporum Ezechie
 regis fuit? aut fortitudo salutem? vnde, aut quam obrem? lege regum libros, intelliges tempo-
 ribus Ezechie expugnatas vrbes Iudæe, actos Iudæos cathenatos, mille cladibus concisos, &
 contrucidatos, hæcne temporū stabilitas? hæc fortitudo salutem? liberatā (aiunt) tanto malo
 vrbe Hierosolyma, & exercitum Assyriorum vna nocte ab angelo esse interfectum. Factum,
 sed post mille ruinas vrbiū Iudæe, quæ acciderunt tempore Ezechie ob idolatriam Iudæo-
 rum. Quæ ergo firmitas hic temporum Ezechie, quæ Iudæorum fortitudo? At quindecim
 anni

Iudæi zantes
sententiam
Iudæam,
textum sa-
crum fa-
ciunt.

anni induciarum sunt dati à Domino, & per hos annos quindecim Iudæi pietatem coluere:
 magna res, quod Iudæi quindecim annos transegere pacatos, & religionē coluere, vt dicatur,
 firmitas temporis tui, & fortitudo salutem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce videntes clamabunt foris. Ecce iam in timore vestro ipsi timebunt
 quos timuistis, concutient timore vestri.

Interpretationē D. Hieronymi sic
 explanabis, conuenienter superio-
 ribus [Ecce vidētes] apostoli & disci-
 puli Domini. i. postquam viderint me resurrexisse [clamabunt] prædicabunt euangelium [fo-
 ris] publicè. Cur hoc sic interpreter, paucis accipe [הרעלם, herelam] vox Hebræa variè expla-
 natur ab Hebræis. PROC. notat Symmachum, Aquilam, & Theodocionem vertisse הרעלם, ecce
 erelam. i. eraelahem, videbor ipsis, vt sit: Ecce videbor ipsis. & probat Procop. hæc interpreta-
 tionem, quod congruat superioribus, in quibus tam multa de vastitate vrbiū Iudæe, & po-
 stea de lege euangelica dicta sint, vt sequatur cōmodè & aptè: Post hæc eraelahē videbor ipsis
 i. apparebo ipsis post resurrectionē gloriosus. Vnde subiungitur iuxta Symmachi, & Theodo-
 cionis, & Aquilæ versionem: Clamabunt diligenter, & fiducialiter. i. postquam ab ipsis visus
 fuero resurrexisse gloriosus, clamabunt audacter ad Iudæos discipuli, & apostoli Dñi. Hæc
 Procop. quibus adde Act. cap. 9. hoc verbo vsū Lucā de Paulo, quomodo in Damasco fidu-
 cialiter egerit in nomine Iesu, postquam ei apparuit Iesus. Et rursum: Erat intrans & exiens in
 Hierusalem, fiducialiter agens in nomine Dñi. Et cap. 14. Multo igitur tempore demorati sunt
 fiducialiter agentes in Dño. Et. 19. de Paulo: Ingressus, in Dño cum fiducia loquebatur. Et Pau-
 lus ad Theosal. 1. cap. 2. Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos euangelium. Itaq; cla-
 mabunt הרעלם. i. foris, & in plateis, interpretati sunt Symmachus, Theodocion, & Aquila (refe-
 rente Procop.) audacter, quod qui clamat in plateis, & foris, audacter, & cum fiducia clamat, &
 apostoli metu Iudæorū ante resurrectionē Dñi, & ante descensionem spiritus sancti se metu
 Iudæorum continebant intra domos, postea fiducialiter de Christo loquutos testantur literę
 sacra. Ergo, videntes me resurrexisse apostoli [clamabūt] clara voce prædicabūt nomen meū,
 [foris] in plateis, & in templo, & publicè. Sic Iudæi ipsi, Symmachus, Aquila, Theodoc. inter-
 pretantur. Rabi Adonin, & rabi Ioseph, & rabi Kimhi interpretantur הרעלם, herelam, pro
 הרעלם. i. erelam, pro arelaem, videre faciam ipsos, ostendam ipsis. Et quanquam Iudæi ad
 suos Assyrios referunt, nos docent verborum significationes proprias: videre porro faciam
 ipsos, interpretatur rabi Adonin, & rabi Ioseph, ostendam ipsis afflictiones. Nam, videre fa-
 ciam ipsos, per aposiopesim dictum putant. i. reticentiam: vt, Quos ego, sed motos præstat
 componere fluctus. ita, Videre faciam ipsos, mala scilicet, quæ vobis intulere. Et ita Lxx viri
 interpretantur: Faciam ipsos videre mala, & pati mala, quæ ipsi vos cogebant pati: reddide-
 re enim [Ecce iam in timore vestro ipsi timebunt, quos timuistis, concutientur timore vestri]
 THEOD. Iudæi, & Græci, qui ecclesias persequebantur, ecclesias timebunt: dæmones, qui o-
 lim horribiles erant hominibus, nunc sanctos viros timent. CYRIL. Iudæi, qui persequuti
 sunt sanctos apostolos, populum fidelem formidabunt: dicebant enim apostolis: Minando
 minati sumus vobis, ne cuiquam loquamini in nomine isto, vnde ait propheta: Hi quos ti-
 muistis, timebunt vos. Hoc ita completum esse leges in illa verba capitis. 2. idola penitus con-
 terentur ex D. Augustino.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Angeli pacis amarè flebunt. Angeli enim mittentur loquentes pacem,
 amarè flentes, adhortantes pacem.

PROC. Hæc apertè dicuntur amarè flentes, adhortantes pacem.
 de apostolis, qui nuncij fuere pacis, & legis euangelicæ, qui amarè flebant pro exclusionē
 populi sui, vt Paulus, qui cupiebat fieri anathema pro fratribus. Idem ait THEOD. qui inter-
 pretans illud, Amarè flebant: Hæc ante oculos ponunt (inquit) apostolorum sanctimoniam.
 D. GREGOR. in cap. 21. Iob, moralium 34. cap. 7. de apostolis & prædicatoribus euangelij
 hunc locum interpretatur, quæ sententia mihi perplacet, quod Lxx viri huius loci cōmentarij
 sunt, & ita hunc locum interpretantur. [Angeli mittentur loquentes pacem] mittentur ange-
 li. i. apostoli, prædicatores euangelij, loqui pacem. i. vt prædicarent & nunciarent pacem Dñi
 Mm 4 omni

omni credenti [amarè flentes] quòd non crederent Iudæi, & dicentes, Vobis oportebat prædicari euangeliu[m], sed quia noluitis, ecce conuertimur ad Gentes. Et si Græca verba expendas, loqui pacem, & adhortari pacem, communiã reperies cum apostolis & euangelistis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dissipata sunt viæ, cessauit transiens per semitas, irritu[m] factu[m] est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Desolabuntur horu[m] viæ, cessauit timor nationu[m], testametu[m] tollitur, & nõ reputauit ipsos homines.

PROCOP. Quòd alieni facti sunt Iudæi à Deo, cum Christum affecerunt cruce, & antequam re Christo Casarem, vastati sunt, lex Moysi ab ipsis ablata est, & vetus testametu[m] est abrogatum, perfidos Iudæos Dñs non deputauit homines. Sic etiam CYRIL. penè. Ergo [dissipata sunt viæ] vastatae sunt vrbes Iudæe, & tanta vastitas erat, vt iam viæ nõ compareret, sed quæ olim viæ erant, obductæ essent dumis & herbis, quòd dirutis vrbibus, & deletis hominibus viatores non erant, non erat qui per vias transiret. [Cessauit transiens per vias] cessauit insidiatior Iudæus, qui vos persequebatur per vias & semitas, fugientes illorum immanitatem, quod Lxx viri interpretati [cessauit timor gentium] i. deleti sunt Iudæi, qui vos persequebantur, ò fideles, & concitabant aduersus vos turbas in populis gentium, vt aduersus Paulum in actis apostolorum, & legatos in totum orbem mittebant, vt docerent gentes blasphemare nomen Dñi, & nationes à Christo abducerent. Et significant Lxx hæc esse causam cur Iudæi sint deleti. Et PROCOP. putat, Iudæos hoc loco gètes appellatos, quòd populus Dei mutatus erat in populum gentiu[m] discedens à Christo, & populus Gentium mutatus erat in populum Dei, recepta fide Christi [Irritu[m] factum est pactum] Lxx viri [testamentum tollitur] abrogatum est testametu[m] Moysi, nã iam lata lege noua, necesse erat veterè legem antiquari. [Proiecit ciuitates] repudiauit Dominus vrbes Iudæe, repudiauit Iudæos. hoc interdidit ex translatione Lxx virorum. Post crucem autem Domini repudiauit Dominus vrbes Iudæe, quod ecclesia non erat præfinienda angustis quibusdã vnus prouinciæ terminis, sed finibus totius orbis terminanda erat. [Non reputauit Iudæos homines] Si legas libros Iosephi de bello Iudaico, vt pecudes cæfos videas. Quid dixi vt pecudes? vt locustas, & bruchos, ita vrbes & populi, cõmuni cõsilio surgebant ad delendos prorsus Iudæos, vt surgunt cõmuni consilio ad delendas locustas, ita vt ne semen quidem illarum maneret.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Luxit et elanguit terra, confusus est Libanus, et obsurdit. Luxit terra, confusus est Libanus.

Hic locus planus fiet, si legeris proœmium IOSEP. lib. 6. de bello Iudaico, vbi describitur vrbs illa Hierosolymorum, quæ amœnitate nemorum, lucorum, arboru[m], hortoru[m], quoquo circumtulisses oculos vernabat, vt Libanus mons amœnissimis arboribus vernans, non tanta amœnitate oblectaret oculos quoquo te verteres, temporis momento nudata describitur illo decore, illa gloria, illa arborum amœnitate, recisis arboribus cõtis, depopulatis agris, vastata tota regione, ita deformata, ita fœda relicta est, vt alienissimis hominibus, qui prius illa loca nosset, excuteret lacrymas [Luxit ergo & elanguit terra] i. tristis & deformis erat terra, quia tristes faciebat spectantes, memores pristinæ pulchritudinis. [Confusus est Libanus] i. vrbs illa quæ amœnitate prouocabat Libanum redacta in confusionem est, & fœditatem. [Obsurdit] vasta relicta est illa vrbs celeberrima, & totius Asiæ nobilissima, vt Plinius ait.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et factus est Saron sicut desertum, et concussa est Basan, et Carmelus. Paludes factus est Saron, manifesta erit Galilæa & Carmelus.

IOSEPH. cum alijs locis tũ lib. 3. de bello Iudaico cap. 4. prodidit Galilæa regionem admirabili quadam vbertate soli fuisse, adeo vt vrbibus & vicis esset frequentissima, & vniuersa regio tecta esset pomarijs & prædijs, atque arboribus frugiferis & amœnis, vt nulla pars soli esset nuda & vacua, ita tota consista arboribus erat, tota læta frugibus, tota vernans, tota virens, hanc Iosephus eo loco scribit in vastitatem redactam, excisam, depopulatam, vt quæ prius vniuersa

Aniuersa erat tecta aut arbutis, aut vitibus, aut arboribus, aut frugibus, vt nulla pars soli nuda esset, aut cerni posset, vniuersa fuerit nudata & omnium oculis exposita. Hoc paucissimis verbis dixere Lxx viri [Paludes factus est Saron] i. Saron regio quæ olim frequens erat habitatoribus, consista arboribus, nobilis prædijs, & vbertate rerum omnium redigetur in loca palustria. D. Hieronymus docet Saron regionem fertilissimam esse circa Ioppen [Ergo factus est Saron sicut desertum] i. vastatus est Saron, redactus in vastitatem, quod Lxx viri dixere, factus est Saron paludes, redactus est in loca palustria [Concussa est Basan & Carmelus] interpretantur Lxx viri hunc locum sic, Basan. i. Galilæa ex parte totum significari docet, quod Basan Galilæa mons sit & ita pro Basan reddunt Galilæam. & dixere Galilæa manifesta & nuda erit quæ erat tota arboribus & frugibus tecta & vinctis, nuda erit. tota & Carmelus mons amœnissimus, arboribus dẽssimis vmbrosus nudus erit, conflagrabit totus vt: Concussa est Basan, significet terra omnis circa montem Basan. i. Galilæa concussa est tota Romanis armis & vastata. verbum Hebræum מן, quod D. Hieron. reddidit concussa est, & recte significat etiam nudata est, vt vertere Lxx viri.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nunc consurgã dicit Dominus nunc exaltabor, nunc sublimabor. Nunc consurgã dicit Dominus nunc glorificabor, nunc exaltabor, nunc videbitis, nunc erubescetis.

CYPRIAN. lib. 2. aduersus Iudæos cap. 25. his verbis præsignificari putat Christum, cum resurrexerit, accepturam à patre omnem potestatem, quod id illa verba significet, [nunc consurgam, nunc glorificabor] &c. PROC. ad secundum aduentum hæc refert, cū videbunt in quem confixerunt. D. Hieron. Cypriani sententiam sequitur & AMBROS. de benedictionibus patriarcharum cap. 11. Lxx viri vice commentarij addunt duo verba de suo [Nunc videbitis, nunc erubescetis] vt referas ad miracula edita in passione Domini & in sacra resurrectione, ad consilia secreta Iudæorum de corrupendis largitione custodibus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Concipietis ardorem, parietis stipulam spiritus vester vt ignis vorabit vos, et erunt populi quasi de incendio cinis, spina congregata igni comburentur. Vana erit fortitudo spiritus vestri, Ignis vos deuorabit, erunt gentes combustæ sicut spina in agro proiecta, atque combusta.

Concipietis ardorem] Iras maximas aduersum Dominum & eius discipulos concipietis [parietis stipulam] vestri conatus frustra erunt, quod Lxx seniores interpretantur [vana erit fortitudo spiritus vestri] sunt enim Lxx seniores scholiastæ. AMBROS. de benedictionibus patriarcharum cap. 11. sic hunc locum videtur intellexisse, de Christi resurrectione & pœna Iudæorum, ait enim, Resuscitans Deus pater filium suum vnigenitum, euacuaui consilium maledicentium, vnde Esaia vanum consilium spiritus vestri. Nam pro vana fortitudo spiritus vestri, legit AMBROS. in translatione Lxx virorum, vanum cõsiliu[m] spiritus vestri. vt intelligas Lxx viros huius loci edidisse commentarium pro translatione. VATAB. sic huc locu[m] enodat, Concipietis ardore[m], vel quisquilias & parietis stipulam. i. vanæ erunt spes vestre & conatus vestri irriti, intellige tu aduersus Dominum & aduersus Christum eius, non aduersus Assyrios cum Iudæis, & iudicabis eodem modo hunc locum Lxx viros esse interpretatos, quo est explanatus in commentarijs Vatabli, & ita hæc esse commentaria vt illa. & esse idem cum illo quod Gamaliel actorum 5. phariseis dixit. Spiritus vester vt ignis vorabit vos, animus hic vester infensus fidelibus vorabit vos, perdet vos, absumet vos vt ignis, nam ideo Iudæi sunt deleti & absumpti quod fideles persequerentur, spiritus ergo & animus hic vester odio Christi ardens nõ secus vos perdet atq; ignis. Lxx aliter hæc distinguunt, vt dixi, nã illas duas dictiones [spiritus vestri] superiorib[us] reddidere, vana est fortitudo spiritus vestri. & postea dixere nouo initio: Ignis vos deuorabit. i. conflagrabit vrbes Iudæa incendio quod factum est, & erunt quasi de incendio cinis: Hebraicè est in calcem conflagrantes populi erunt. Et

Id est [Et erunt populi conflagrantes in calcem] וְהָיוּ עַמִּים מְשֻׁרְפִים שֵׁיטָה
D. Hieron. & Lxx viri vertunt hoc loco sententiam. Tamen vel his tribus verbis refelluntur
M m 5 Iudæi

Iudæi & Iudæiffantes, & constricti in vinculis tenentur. En plane propheta dicit conflagraturus populos in calcem, non secus ac lapides & saxa conflagrant in calcem. Nam ex saxis & lapidibus fit calx, ait ergo propheta, tanta erunt incædia vrbium Iudææ vt saxa ipsa ædificiorum in calcem conflagrent, quod factum leges apud Dionem in vita Adriani. Illud verò postremum [Spinæ congregatæ igni comburentur] Lxx viri interpretantur, sicut spina in agro proiecta, atque combusta, vt sit sensus, comburentur Iudæi igni sicut spina congregatæ, sicut spina proiecta in agro, atque combusta. Docent ergo subaudire oportere voculâ, sicut, quod Hebraicè fere fit vt huius modi voculæ subaudiantur. PROCOP. Erunt gentes combustæ. i. populi omnes Iudæorum vt spina in agro proiecta & combusta. Cyrillus eodem modo.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Audite qui longe estis, quæ fecerim, Audiēt qui longè sunt, quæ feci & sciāt
agnoscite viciniam fortitudinem meâ. qui appropinquāt fortitudinem meâ.

Paulus hæc
citat

CYRILL. hunc locum explanat de gētibus, & Iudæis, qui coaluere in vnam ecclesiam, vt audituros dicat qui longe sunt. i. gentes quæ à cognitione Dei longe aberant, & qui prope. i. fideles. Sic hunc locum explanat D. Paulus ad Ephes. cap. 2. lege totum cap. attente, neque quæres alium interpretem. Lege AVGVVS. quæst. euangelicarum lib. 2. in principio. & EVSE. Cæsar. de præparatione Euangelica in præmio. Quin ego Paulum opinor hunc Esaiæ locum citare illo cap. cum dixit: Veniens euangelizabit pacem, vobis qui longè fuistis, & pacem his qui propè. Nam omnia illa superiora quæ Esaias dixit de resurrectione Domini, glorificatione, & exaltatione, Paulus vno illo verbo comprehendit (euangelizabit) cetera eadē verba sunt apostoli, & prophætæ, vt qui excusserit verba apostoli, & prophætæ Græcè, hunc locum illic citatū, & explanatum dicat, prædicationem euangelij ad Iudæos venturam, & ad genteis.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Conterriti sunt in Sion peccatores, pos- Recefferūt in Siō legis trāsgresso-
sed timor hypocritas, res, apprehēdet timor impios.

Conterriti sunt in Sion peccatores] .i. infideles Iudæi conterriti sunt cum se videre obfesos tanta multitudine Romanorum, percussi timore impotes mentis erant. Possedit timor hypocritas, vel impios, qui simulata religione, aduersabantur Deo & Christo eius. Et apprehendet eos tantus timor, vt iuxta verbum Domini dicant montibus, cadite super nos, & operite nos. Erant enim cincti obsidione Romanorum, & muro, & turribus quæ circū vrbem fecerant Romani. Peribant peste fame, & seditionibus intra vrbem, foris armis Romanorum. Nec erat vlla fuga malorum. PROC. hæc sic explanat, & addit: Tantorum malorum procella, & tantus tremor fatis indicat, quæ læserint. Idem ait CYRILL. Lxx viri fecerunt quod solent alibi sæpè facere, quæ geminata sunt in lectione Hebræa, semel dicere contenti sunt, loco alterius partis addunt commentariolum. Nam [possedit timor hypochritas] dixere: Apprehendet timor impios, quod verbum Hebræum impios significet, & hypochritas, & illa verba, [Conterriti sunt in Sion peccatores] omisere, quod idem significet, & loco illorum addidere commentariolū: Recefferunt, vel apostatauerunt in Sion legis trāsgressores, sic enim illa vocem ἀποστασας, vertunt HILAR. & AMBROS. i. hæc mala patientur, quia Iudæi infideles, legis trāsgressores ἀποστασας. i. apostatauerunt à Christo, à Deo Israël.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorante? aut, quis habitauerit de vobis cum ardoribus sempiternis? Quis annunciat vobis, quia ignis ardet? quis adnunciat vobis ignem æternum?

sempiternum ardoribus nobis (euangelizabit) habitabit Quis deuorantē ignē nobis (euangelizabit) habitauit Quis D

Quis reddidit [Quis annunciat? (aut) euangelizabit?] nempè quod pro יגור, quod præfert lectio

A lectio Hebræa & significat habitabit: legere יגור, narrabit, & quod D. Hieronymus vertit, ardores reddidit Lxx locum, nempè quod pro, יגור, ardores, legere, יגור, i. locum, & ostendimus in disputatione de translationibus hanc duplicem lectionē esse multis locis. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 31. interpretatur hæc verba de loco inferorum, & sede beatorum, cum enim propheta dixerit de resurrectione, & glorificatione Christi, de poenis irrogatis Iudæis infidelibus, de prædicatione euangelij, quæ futura erat Iudæis, & gentibus, subiicit: Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante apud inferos? an nō satius est Christo credere? aut quis habitabit ex vobis apud inferos cum ardoribus sempiterni ignis? aut iuxta translationem Lxx virorum. Quis vobis reuelaturus erat poenas sempiternas damnatorum, & beatorum vitam æternam, nisi Christus incedens in iustitia, loquens viam rectam? PROC. de vastitate Iudææ hæc intelligenda putat, & de poenis inferorum. Quis euangelizabit nobis, inquit, ignem deuorantem? .i. incendio arsuras vrbes Iudææ, nisi Christus cum dixit? Non relinquetur lapis super lapidem. & Relinquetur terra vestra deserta. Quis nunciabit nobis locum æternum paratū satanæ, & angelis eius nisi Christus cū dixit: Ite in ignem æternum, qui paratus est Satanæ, & angelis eius? Notandū est tamen eo loco Procop. verbum Græcum ἀγγελοῦ, interpretari, euangelizare, quod sæpè his commentarijs adnotatum est. D. BASIL. in psal. 14. hunc locum interpretans hanc interrogationem Domini aliud refert, & ad illud pertinere putat quod pauci sunt, qui in cœlestibus habitēt, & cœlestia meditentur, & nuncient, & peregrinentur in corpore, & hoc significare putat illam vocem: Quis nunciabit vobis? quasi dicat paucos esse verbi prædicatores, qui verbis, & animo sint prædicatores verbi. EVSEB. Cæsariens. curam iniectam hominibus ait viuendi recte cum monemur dānatos luituros poenas sempiternas, & bonos vitam beatam expectare.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatē, qui projicit auaritiā & calumniā, & excutit manus suas ab omni munere. Qui obturauit aureis suas ne audiat sanguinē: et claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius. Ambulans in iustitia, loquens rectā viam, qui odit iniquitatē, & iniustitiā & manus excutiēs à muneribus: obturās aureis vt nō audiat iudiciū sanguinis, claudēs oculos, vt nō videat iniquitatē, hic habitabit in excelsa spelunca petrae fortis.

GREGOR. moralium lib. 31. cap. 20. putat his verbis vitæ actiuæ virtutes exprimi, vt quædam modum superius actum est de poenis damnatorum, ita nunc præmia proponantur bonis, vt sit sensus, qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatē, qui projicit auaritiā, &c. iste in excelsis habitabit, vt superioribus verbis mala, & poenæ malorū describatur, his verò bona & bonorū præmia. Sic videtur intellexisse ORIG. hūc locum in cap. 6. Esaiæ homil. 6. & IVST. aduersus Thryphonē, qui aiūt hūc locum citasse, hæc de populo fideli, qui Christo erat crediturus accipienda docuit. ORIG. loco citato, illa verba [Obturans aureis, vt non audiat iudicium sanguinis: claudens oculos, vt non videat iniquitatē] interpretans inquit si futurum est vt aperiens oculos animæ audiam, & sentiam turpiloquium, melius est claudere auditum, quam audire, quæ noceant: quando ergo claudam? quando mala dicuntur, vt neque intelligam ea. GREG. verò interpretatur verba illa: Iste in excelsis habitabit. i. cor in cœlestibus ponet, & putat significatam esse vsque ad hæc verba vitam actiuam, his verò verbis vitam contemplatiuā: & munimenta saxorum sublimitas nostra est cum fortium inquit patrum præcepta, & exempla respicimus, cum separamur cogitatione ab in firmis, tunc ædificamus nobis domos non super arenam, sed super petram quam dixit, munimenta saxorum. i. firmitatem saxorum, pro quo Lxx vertere: Hic habitabit in excelsa spelunca petrae fortis. i. Christi qui vt petra dicitur in litteris apostolicis, & euangelicis, ita petra dicitur frequentissimè in prophetis; spelunca vero in hac petra id est, in Christo ecclesia dicitur. Qui Deo ergo. seruiert in ecclesia tutus erit hoc est in hac spelunca cauata in petra, in ecclesia quæ fluxit ex latere Christi lancea petrososso. Idem significant verba D. Hieronymi. nam iste qui vitam euangelicam viuunt habitabit in excelsis. Munimenta saxorum sublimitas eius. i. altitudo vbi habitabit erit munimenta saxorum,

xorum, & montium stabilitas, ecclesia quæ in sublimi loco sita est, super Christum & apostolos. Nā verbum Hebræum, mesadoth, sublimitatē significat, & retia, vt vertere possis monumenta saxorum sublimitas eius, aut, retia saxorum sublimitas eius, hoc est, retia apostolorum, nam apostolos dictos esse montes, & rupeis, suprā ostendimus, & monuisse D. August. prophetas tropicis loquutionibus miscere veritatem. PROC. & TERTVLL. loco citato in superiori commentario, putant his verbis: Qui ambulat in iustitijs, & sequentibus, responderi nobis, qui sint, qui reuelaturi nobis sint quia ignis ardet, & locum æternum, & significare nobis Christum & apostolos reuelaturos nobis hæc. TERTVLL. tamen hæc de Christo explanat. PROCOP. de Christo, & apostolorum choro, quod ipsi prædicauerunt gentibus diem iudicij, vbi vnus quiuis pro meritis, aut poenas sufferet æternas, aut æterna vitæ beatæ præmia feret, & hæc sic explanat, cum suprā dictum sit: Quis euangelizauit nobis locum æternum? respondet, quis? nisi Christus & eius apostoli? Non displicet tamen TERTVLL. qui hæc tantum ad Christum refert, Christus enim incesit in iustitia, loquutus est viam rectam, obturauit aures suas, ne audiret sanguinem, quod interpretantur LXX. i. ne audiret iudiciū sanguinis, quod in muliere adultera ostendit Dominus (inquiens) Qui sine peccato est in illam primum iaciat lapidem. Et quanquam illa priora apostolis congruant, tamen apostolos docuit Dominus dicere, Dimitte nobis debita nostra. CYRILL. petram Dominum nostrum Iesum Christum esse docet, in quo, tanquam in spelunca quadam, ecclesia est, iuxta illud, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. hic ergo doctus à Christo habitabit in ecclesia super munimenta saxorum, super apostolorum doctrinam, qui montes dicuntur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Panis ei datus est, aqua eius fideles sunt. Panis ei dabitur, aqua eius fidelis.

GREG. loco suprā citato, panem nobis dari putat, cum reficitur animus noster contemplatione rerum æternarum, & aquas fideles doctrinā Dei appellat, quod doctrina Dei quæ hic per spem promittit, illic in munere exhibet, sapientia nanque huius mundi infidelis est, quia mansura post mortem non est, aquæ nostræ fideles quia verba vitæ sunt, & quod ante mortem docent, post mortem præbent. IVSTIN. philosophus martyr aduersus Tryphonem, interpretās hæc verba, Prophetia, inquit, hæc, de pane est, quem dedit nobis noster Christus & de eo quod facere iussit in sui commemorationem, de pane illo quod in suum corpus transfunditur docuit pro fidelibus credentibus in ipsum, propter quos factus est passibilis cū homo factus est, & de poculo sanguinis eius. PROC. habitantibus ecclesiam, panis vitæ datus est Christus Dominus, à patre sempiterno, & aqua fidelis sacri baptismatis, cuius finis est regis visio, de quo capite superiore, Ecce rex iustus regnabit iuxta illud: Panis, quæ ego dabo caro mea est pro mundi vita, & aquæ fideles æternæ, quia ex aqua Domini sit fons saliens in vitā æternā, etiā iuxta illud Ioānis: Si quis sitit veniat ad me, & bibat, qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluēt aqua viua. CYRILL. dabitur panis vitæ Christi. s. à Deo patre, & aqua fidelis sacrosancti baptismatis fideles & stabiles efficiens, qui eo digni habentur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Regem in decore suo videbunt, oculi eius cernent terram de longe, cor tuum meditabitur timorem. Regē cum gloria videbitis, & oculi vestri videbūt terrā de lōge, anima vestra meditabitur timorem.

PROCOPI. Vitæ euāgelicæ finis est regis visio, Christi. s. de quo capite superiore, Ecce rex iustus regnabit, hoc est enim regem in decore suo videbunt iuxta illud hæc est vitæ æterna, vt cognoscant te vnum Deum, & quem misisti Iesum, & docet Procop. ita Dominum declarasse verbis illis. Pater venit hora, clarifica filium tuum vt omnibus, quos dedisti ei det eis vitam æternam. Hæc est enim vitæ æterna vt cognoscant te vnum Deum, & quem misisti Iesum, docet itaque PROC. ipsum Dominum huius loci esse interpretem, quod propheta pro primio proponat regis visionem, & Christus Dominus vitam æternam dicat regis visionem. CYRILL. Regem videbitis, Christum. s. videbitis terram procul illam de qua, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, quam procul intuemur oculis intelligentiæ. IVSTIN. hæc propheta ostendit, quod regem hunc ipsum Christum cum gloria videbimus. GREG. loco suprā cita-

prā citato. Regem in decore videbunt, quia redemptor noster in iudicio à reprobis homo videtur forma seruili, sed ab electis in decore suo, in ipso fulgore diuinitatis. Sic explanat beatus PROSPER. de prædicationibus Dei parte 3. promiss. 2. D. CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 2. cap. 28. putat significari hoc vaticinio quod Christus rex in æternū sit regnaturus. TERTVLL. tamen in lib. aduersus Iudæos de claritate gentium in Christo Iesu, ad Christi aduentum refert, ait enim, Regem cum gloria videbitis. i. Christum facientem virtutes in gloria Dei patris. Videbunt enim miracula, quæ faciebant apostoli, quæ, vt est in actis apostolorum, cap. 5. nota signa erant facta per apostolos, & fatebantur esse manifesta, & se non posse negare, & illa verba [Oculi vestri videbunt terrā de longè] significari putat TERTVLL. quod pro meritis Iudæorum vastanda erat Iudæa à Romanis, & prohibendi erant Iudæi ingredi in prouinciam Iudæā, & ideo dici putat, quod eam intuituri erant è longinquis locis. Lex enim erat lata, qua cautum erat capitali supplicio affici Iudæum qui Hierosolyma ingrederetur, aut vrbeis Iudææ [Anima vestra meditabitur timorem] erit perterrita timore cū vastabitur Iudæa, & premit Iudæos his verbis: subuersæ sunt Iudææ vrbes, vastata Iudæa est quomodo expectatis Christum ò mihi Iudæi? quomodo nascetur in Bethleem, quæ non extat? quomodo complebuntur vaticinia prophetarum de vrbeis Iudææ, quarum vestigium non comparet. PROC. Videbunt terram de longinquo, caelestem patriam, terram viuentium, oculis mentis aspicient: Meditabuntur timorem (Dei scilicet) spe vitæ æternæ, dies ac nocteis legem Dei meditabuntur, & timebunt Dominum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ubi est litteratus? ubi legis verba ponderans? ubi est doctor paruulorum? populum impudentem non videbis, populum alti sermonis ita vt non possis intelligere disertitudinē lingua eius, in quo nulla est sapientia.

Vbi sunt grammatici? vel scribæ? vbi sunt consiliatores? vbi est numerās eos, qui simul versantur paruum ac magnum populum? Cui non dederunt consilium neque intelligebat profunda loquētē, ita vt non audiret populum vitiatum, & nō est audienti intelligentia.

CYRILL. hoc loco putat expositis bonorum præmijs prophetā insultare scribis & Phariseis, qui dicebant hic est hæres, venite occidamus eum, tolle tolle crucifige eum & hac de causa Romanis esse traditos, & vastatos quod se à Christo alienarunt. CLEMENS. Alexandrinus Romanon lib. 1. & planius 5. lib. putat expositis bonorum præmijs & poenis malorum & referatis alijs caelestibus mysterijs, dicere prophetam horum doctorem esse Christum, magni patris nuncium, qui ad nos hæc dogmata sapientiæ attulit de cælo in his enim nihil loci fuit inquit litteratis nec sapientibus huius sæculi, illorum enim sapientiam stultā fecit Deus, inquit Paulus, i. ostendit stultitiam esse & vaniloquia quæ sapientes huius sæculi arroganter iactabant. CHRYS. in cap. 5. ad Corinthios homelia 4. hunc locum interpretans, gentiles inquit & Iudæos simul reprehendit. Quis enim philosophus? quis Iudæorum doctrina eruditus, salutem dedit & docuit veritatem, nisi Christus? nullus profecto, sed à piscatoribus hæc omnia facta sunt. D. Paulus hunc locum citare videtur 1. ad Corinthios cap. 1. vbi sapiens vbi scriba? vbi docet? D. Paulus idem significare quod significatum est verbis illis cap. 29. per dā sapientiam sapientum. i. auferam à Iudæis charismatum dona & tradam illos Romanis & eligam gentem stultam nationum ex qua ædificem ecclesiā. HILAR. lib. 2. de trinitate sic hūc locum explanare videtur. Plerique nostrorum nescio qua mala sorte Iudæos sequuntur & Assyrios & Sennacheribum cum Iudæis crepant. Vbi est ergo ille sapiens qui ad sua stulta cōsilia diuina mysteria reuocabat & dicebat Ioannis 7. nunquid ex principibus aliquis credit in eum? vbi ergo sunt hi? ostendit esse deletos Romanorum armis vel vbi sunt hi? quæ hic locum habent? quando hæc docuerit? vbi litteratus? Lxx viri, vbi grammatici? qui in euangelio prædicant, dicuntur quos Latinus interpres scribas appellat vbi doctores Iudæorum [Vbi legis verba ponderans] quod Lxx reddidere [Vbi qui consilia dabant] reddunt enim sententiā vt enim abducerent à Christo plebem, ponderabant scripturam, & dicebant. Vide quia à Galilæa propheta non surgit, & ita consilia dabant plebi ne Christum sequerentur. [Vbi est doctor paru-

ctor paruulorū?] vbi est qui decipiebat imperitam plebem & eam à Christo auertebat? quasi A
 dicat deleti iam sunt omnes. Quod D. Hieronymus, reddidit [Vbi legis verba ponderans? Hebraicè est, **לְקַלּוֹתָם**, vbi ponderans. Quam orationem D. Hieron. ad lucem euangelij inter
 pretans subaudiuit verba legis, vt esset vbi ponderans verba legis? Lxx viri interpretantur vbi
 ponderans, scripturam .f. vt auerteret plebem à Christo. VATAB. qui sequitur Iudæorum sen
 tentiam & hæc omnia ad Assyrios refert, subaudit tributa, vbi Assyrius qui ponderabat tribu
 ta, Pagnin. vbi ponderator? Quod reddidit D. Hieron. [Vbi doctor paruulorum] Hebrai
 cè est **דוֹרְשֵׁי תוֹרָה**, quæ vox duos habet intellectus sonat enim Latine doctorem & numeratam,
דוֹרְשֵׁי תוֹרָה turrium & altorum domuum: doctor porro turrii, & altari domui pharisæus
 erat. Quata porro esset autoritas Pharisæorum apud principes Iudæorum & apud omnes Iu
 dæos discas ex Iosepho, qui ait, pharisæos nutu ipso solitos, flectere quo vellēt oēs Iudæos,
 quos propheta hoc loco appellare videtur doctores paruulorū, principes em Iudæorū appel
 lat paruulos, quod eos Pharisæi imperitos & indoctos à Christo auerteabant. D. Hier. igitur cū
 ad lucem euāgelicam scripturam vertat, pro eo quod est Hebraicè doctor magnarū domū
 vel doctor turrium, reddidit, doctor paruulorum .i. indoctorum principum & reliquæ mul
 titudinis: principes enim indoctos quod tā facile deciperentur à pharisæis paruulos appellauit,
 significat etiam **דוֹרְשֵׁי תוֹרָה**, numerantem **דוֹרְשֵׁי תוֹרָה**, turris, & sic Lxx vertisse videtur: Vbi numerās
 turris? & coniunctim legisse cum sequentibus, & populum fortem. nam quod D. Hierony
 mus vertit, impudentem, Lxx reddidere fortem, quod vtrunque ea vox significat interpretā
 tur autem hæc verba, vbi numerās turris & populum fortem. i. vbi est is qui numerabat prin
 cipes, & domos altas, & multitudinem hominum, qui damnabant legem Christi vt esset sen
 sus, Vbi est qui dicebat in actis apostolorum, huic sectæ vbique contradicitur? Ergo inter
 pretati sunt [vbi est numerans turris] i. domos magnas principum [& populum forte] magnā
 multitudinem hominum, qui Iudaismum sequerentur, contradicerent Christo. hoc planē pa
 tet ex illorum interpretatione, qui sensa vertunt nō verba, edidit enim: **πῶς ἴσθι ὁ ἀριθμῶν τῶν
 οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς** .i. Vbi est numerans, qui vna secum versabantur, paruum, & magnū
 .i. vbi est, qui numerabat paruum & magnum, hoc est turbam hominum, & magnates qui vna
 secum versarentur in Iudaismo, & contradicerent Christo? nam in codicibus castigatioribus
οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, legitur non **οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς**. Pagnin. quoque eodem modo vertit: Vbi est numerans
 turris, & populum fortem sed distinguit aliter, videtur enim reddidisse lectionem Hebræā,
 & distinxisse vt exprimeret eum sensum, quem leges apud VATAB. Vbi scriba est, qui recē
 fet aedes turribus ornatas, vt ab eis maiora tributa exigat? & populum fortem Assyriorum nō
 videbis vltra. Vt enim nostri sacri scrip tores fatentur sibi omnem scripturam sonare Christū
 sic Iudæis, quorum sententiam refert VATAB. omnis scriptura sonat Assyrium Senacheribū
 Solomonem, Dauidem, Babylonem, præterea nihil, & tamen hæc quidam exosculantur, & au
 ro contrā hæc scripta comparant. Hos refellunt Lxx viri qui sua interpretatione ad apostoli
 cas litteras spectant hoc loco, & addidere de suo: Cui non dedere consilium? vt Christum non
 sequeretur scilicet [Populum impudentem nō videbis, populum alti sermonis]. i. nō videbis
 iam impios pharisæos, & scribas, & populum Iudæorum, peribit profus hic populus. Hebrai
 cè est **עַמְּךָ הַזֶּה עֲלֵי לִבְיָדָי** .i. populi profundi labij quam audire .i. populum qui profunda lo
 quitur, profunda in quā ab audiendo .i. profunda magis quā vt audiri possit, & intelligi. est em
 Hebraismus, nā cū careant comparatiuis Hebræi, dicitur doctus q̄ hic .i. doctus magis, q̄ hic & D
 profunda q̄ audiri .i. profunda magis q̄ vt audiantur, & ita vertit D. Hieron. populū alti sermonis
 ita vt nō possis intelligere, & Pagnin. populū pfundæ linguæ, vt nō intelligas, quasi dicat
 peribit hic populus Iudæorū qui se iactat in sapientia, & qui sapiētiora loqui se gloriatur q̄ vt
 intelligat quisquam nisi sit sapiens, & ita Lxx reddidere **βαρυφώνου**, qui profunda loquitur, qui
 inuerit scripturas videlicet, vt auertat credenteis à Christo .f. Qui dicebat scrutare scripturas,
 & uide quia à Galilæa propheta nō surrexit. Difertitudinē linguæ eius, Hebraicè est **לְשׂוֹן
 בְּלִשְׁוֹן** blēitudinem linguæ, aut blæsum lingua .i. disertum lingua iuxta illud Satyrici -- balba de na
 re loquutus. Nam qui iactant eloquentiam tā delicate loqui conantur vt balba lingua loquan
 tur, & blæsa, & ita D. Hieronymus reddidit [Difertitudinem linguæ eius] & coniunxit cū su
 perioribus, Vt non possis intelligere difertitudinem linguæ eius, vt eos intelligere non possis
 adeo profunda loquuntur, & adeo delicate litteras enunciant. Lxx viri verba illa **לְשׂוֹן בְּלִשְׁוֹן**, vi
 dentur interpretati deridentem linguam, vt sit sensus. Non videbis populum impudentem
 populum

A populum qui profundiora sapiētia arcana se loqui iactabat, quam vt intelligi possent à quo
 uis, linguā deridentem, & derisam, & subfannantē: vel quod subfannauere Dñm & risere Dñm
 vt testatiff. est in litteris euangelicis vbi illudebant Dñm, & colaphis percutiebant. Non vide
 bis ergo amplius, o popule fidelis in Iudæa linguas subfannatrices Domini, & linguā deriden
 tem, Christum. s. olim crucifigentes, nunc quia falsa interpretatione scripturæ derident Dñm,
 & crucifigunt rursum Iudæi & haretici, vt suprā dictum est ex ORIG. & ex Innominate in
 Mattheum. & vt Felix papa ait in epistola ad Petrū episcopū quinta Synodo Constantinop.
 & derident etiam populum ipsum, cui verba dant, adducor, vt hoc credam, quod verba Heb.
 hoc significant etiam, vel derisam linguam, quod enim derisit Dominum populus Iudæorum
 derisum quoque à Romanis suprā ostendi. Et quod Lxx vertere, **λαῖς περιφρονέουσιν**, populus cō
 temptus, & derisus, quod per exclamationem dictum est à Lxx viris, O populus cōtemptus,
 & derisus, vt tu contempsisti, & derisisti Dominum. Aduerte tamen castigandam esse lectio
 nem Lxx virorum ex Hebræa lectione, vbi legitur, **οὐ δεῖ δεικνύναι** .i. non videbit profunda lo
 quentem. Legē dum enim **οὐ δεῖ δεικνύναι**, addita littera, non videbis profunda loquentem .i. de lebi
 tur armis Romanorum, Iudæorum populus, qui se iactat scire profunda mysteria scripturæ.
 Non est ei intelligentia. i. caret hic populus intelligentia scripturæ & tamen nostri Iudaizan
 tes auidissimē illos sequuntur relicta sanctorum patrum via.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Respice Sion ciuitatē solēnitatis vestrae. Ecce Sio ciuitas salutare nostrum.
 [REN. lib. 3. cap. 33. hoc loco probat Christū Deū verum incar- solēnitates nras ciuitas Sio Respice
 natum, & factū hominē his verbis: Quoniā hic ipse (Deus scili- cet) homo verus visibilis incipiet esse cum fiet verbum salutare, Esaias ait, Ecce Sion ciuitas sa
 lutare nostrum oculi tui videbunt. Aduerte tamen, Lxx hoc loco commentarios esse, & mi
 rabiliter Esaiā interpretari, nā cū Hebraicè sit [Respice Sion ciuitas solēnitates nostras] sic enī
 hunc locum videntur intellexisse Lxx, ipsi non putarunt admoneri urbem Sion, vt respiceret
 solēnitates, & festos dies quos agebat quotidie in Dei honorem, esset enim ridiculum admo
 neri vt videat solēnitates quas quotidie videbat, neque putarunt admoneri Sion vt spectaret
 sanguinem hyrcorum, taurorum, & cæterorum animalium quæ spectabat quotidie. Sed cum
 admoneretur Sion vt respiceret suas solēnitates, ex sequentibus interpretantur. i. Christum,
 respice Christum cuius vmbra erant tuæ solēnitates, & sic explanant [o ciuitas Sion ecce sa
 lutare nostrum] respice salutare nostrum: Christum .f. Christus enim dicitur salutare Dei, &
 salutare nostrum, in scriptura. Ergo quod CHRYS. in psal. 115. Cantate Domino canticū nouū
 docet vno sacrificio euāgelicam gratiam complecti omnia sacrificia legis veteris, & quod
 Leo papa in epistola ad vniuersos episcopos per Siciliam constitutos Conciliorum tom. 1. do
 cuit diuersa sacrificia legis veteris vnam nostram præformasse hostiam, quodque idem Leo
 epistola 13. ad Pulcheriam Augustā significauit. hoc idē Lxx hoc loco veluti antiquiores com
 mentarij declarant qui interpretantur Christum esse verum sacrificium quod significabatur
 omnibus veteris legis sacrificijs & solēnitatibus, dixere enim: Respice o Sion ciuitas solē
 nitates vestras .i. Christum cuius typus & figura erant vestre solēnitates. Hunc locum inter
 pretatur etiam CYRIL. in Ioan. lib. 4. vbi & in Comment. melius distinxit hunc locum quam
 D IREN. Sic enim distinguendus est: Ecce Sion ciuitas salutare nostrum, hoc sensu. O Sion ciui
 tas, ecce salutare nostrum, ecce Christus salutare nostrum, cuius vmbra erant solēnitates ve
 stræ, & interpretationem D. Hieronymi sic explanabimus, O Sio, o ecclesia respice ciuitatem
 respice Christum qui ciuitas dicitur Hieremæ cap. 1. & qui cælestis illa Hierusalem est, illa vi
 sio pacis quæ alia est nisi visio Christi qui pax nostra est? & Hierusalem cælestis solēnitatis
 nostræ .i. nostrarum solēnitatum, cuius imagines erant nostræ solēnitates. Lectionem He
 bræam ad verbum vertes, iuxta sententiam Lxx [Respice Sion ciuitas solēnitates nostras]
 .i. o ciuitas Sion respice solēnitates nostras, respice illum, quē representabant solēnitates
 nostræ. Nā Hebræa nomina sunt indeclinabilia, vt possis vertere: Respice ciuitas, & ciuitatē.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Oculi tui videbunt Hierusalem habi- Oculi tui videbunt Hierusalem, ci
 tationem opulētā, tabernaculū quod ne uitas diues, tabernacula quæ nō cō
 moue-

quaquã trãsferri poterit, nec auferentur clauis eius in sempiternã, & omnes funiculi ei nã rãpentur, quia solũ modo ibi magnificus est Dñs Deus noster.

moueantur nec mouebuntur paxilli tabernaculi eius in æternũ tẽpus, nec funiculi eius dirumpẽtur, quia nomẽ Dñi magnũ vobis erit.

CYRILL. in Ioannem explanat hunc locum de cœlesti Hierusalem, in commentarijs de cœlesti Hierusalem & de ecclesia catholica [Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam] quia Christus in ea est, in quo est omnis thesaurus sapientiã & sciẽtiã [inconcussam] quia portã inferi non prãualebunt aduersum eam [Quia nomen Domini magnum est vobis] .i. quia nomen Domini magnum est pro vobis, quis contra vos? PROC. scribit hoc explanari à Theologis de vtraque ecclesia militante & triumphante. Adnotat etiam illud quod cũ propheta dicit oculi tui videbunt Hierusalem, aliam quandam Hierusalem indicat, ecclesiam, scilicet non terrenam Hierusalem. Nã quid propheta sibi vellet si diceret. Oculi tui videbunt Hierusalem, si de Hierusalem antiqua & vetere intelligeret? Longẽ maius aliquid à propheta intelligitur, quod sequentia verba demonstrant. Describitur enim stabilis & immota, at vetus Hierusalem corruit, & ante vltimam vastitatem armis hostilibus sæpẽ fuit peruia. Noua Hierusalem immota manet manebitque semper vt pote quã sita est in petra aduersus quam portã inferi non prãualebunt. Hęc PROC. illud magnopere notandum quod quauis CYRILL. locis citatis, si modo interpretes Latinẽ fideliter lectionem Grãcam reddiderit, Hierusalem ciuitatem opulentam cum D. Hieronymo, reddiderit, Lxx vt prãferunt omnes codices Gracino minandi casu aut vocandi verterint sic, Oculi tui videbunt Hierusalem vrbs diues. Que lectio mihi videtur admirabilis, nam cum suprã dictũ sit, ecce O Sion ciuitas, salutare nostrum. i. ecce Christus noster cuius erat typus omnis legis veteris solennitatũ varietas, vel iuxta tralationẽ D. Hieron. si eã iuxta sententiã Lxx & veterũ patrũ velis interpretari. Respice Sio ciuitatẽ, illam Hierusalem cœlestem quã visio pacis dicitur .i. Christum, is enim visio pacis est is cœlestis Hierusalem est solennitatis nostrã vbi sempiterna nostra solennitas & quies & beatitas est vbi conuiuium illud æternum, deindẽ sequatur [O vrbs diues O vrbs noua] vt interpretatur, PROC. O catholica ecclesia, vrbs opulenta donis cœlestibus, & sacramentis Christi [O tabernacula] nam hęc omnia Gracẽ sunt casu vocandi, & sic explanantur à PROC. O tabernacula inquam [Quã non commouebuntur] aduersus quã portã inferi non prãualebunt [Oculi tui videbunt Hierusalem illam cœlestem] quã visio pacis dicitur, quã summa fœlicitas est sanctorum, & angelorum, qui est idem Christus qui pax dicitur, & cuius visio est vita æterna. additque PROC. Hęc terrenã Hierusalem conuenire nullo modo posse, neque possunt causari Iudaizantes hoc loco tralationem Lxx dissentire à lectione Hebrãa, nam Hebrãa nomina indeclinabilia sũt, & casu vocãdi, & accusãdi, citra discrimẽ verti possũt. THEOD. tabernaculum, ecclesiam nominat, paxillos tabernaculi nominari arbitror diuinos apostolos, laureatos martyres quemadmodum enim tabernaculorum paxilli in terram adacti stabile faciunt tabernaculum fixum, & firmum, sic illi impendentes vitam corporis ecclesiã & habentes corpora in terram abdita, animos in sedibus beatorum apud superiores, suis humeris ecclesiã habent innixam firmam, & stabilem, funibus similes sunt ex paxillis vsq; ad tabernacula per tingentibus horum sanctorum doctrinã salubres, per quas inuicta manet fidelium fides: hęc D. THEOD. quã similia sunt eis quã scribit AVGVVS. in psal. 103. interpretans verba illa, Extendens cælum sicut pellem: vbi apostolos ait, & prophetas dispensasse quã legimus per pelles, per id quod moriturum erat per os, per linguam, dentis, manus, & sub pelle apostolorum, & prophetarum scripturas ait legi nunc cum extẽsã sunt, & hoc significari putat illo cap. sequẽtis: Extendit cælum sicut pelles: quod doctrina cœlestis pellibus scripta est, & tenditur sicut pellis, & tenditur sermo mortuorum. Ergo ideo tenditur sicut pellis [inquit] & multo magis tenditur, nam post mortem plus innotuerunt prophetã, & apostoli, quam cum viuerent: prophetas viuos sola Iudãa habuit, mortuos, omnes gentes habent, cum enim viuerent nondum erat extensa pellis, nondum erat extensum cælum .i. doctrina cœlestis, vt tegetet orbem terrarum, vt hęc extensa ait D. AVGVVS. cum extẽsum cælum sicut pellem interpretatur, sic iuxta sententiã THEOD. pellibus extensa tabernacula intelliges, quia vere ibi magnificus Deus nobis .i. magnificus est nobiscum. Hic enim est vsque ad consummationem sãculorum in cœlesti Hierusalem.

A lesti Hierusalem videtur sicut est, quod D. Hierony. dixit: Quia solummodo tantum ibi, magnificus est dñs Deus noster, solummodo enim in ecclesia Deus habitat, & in cœlesti Hierusalẽ solummodo se ostendit beatis, qualis est. Ex lectione Hebrãa in interpretatione Lxx leges. Quia nomen Domini magnum nobis erit, nobis, Christianis, non Iudais.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Locus fluiorũ, riuũ latissimũ et patẽtes. Flumina & dioryges late et spaciose.

PROC. De ecclesia catholica sermo est, quam appellat diorygam locum fluiorum, flumina enim apostoli nominantur, quã flumina tollunt vocem, & clamant. i. euangelium prædicant per totum orbem, riuos latissimos & patentes, apostolorum discipulos, prædicatores euangelij. Nam dictum est suprã, sententia sanctorum patrum aquas esse viuificas, & dona Spiritus sancti, & verbum Dei viuificũ indẽ ducta metaphora dici aquas, & dioryges sunt B riuũ manu hominum facti, & perfossi, deriuati ex magnis fluminibus in agros, & oppida. à dioryto, quod est Latinẽ perfodio, vt loca arida sint irrigua, & aquis exuberent, & hęc flumina, & hi riuũ, à magno illo fluuiũ .i. à Christo Dño, qui fluuius est, cuius impetus lætificat ciuitatẽ, ortum habent, qui de se dicit: Ecce ego declinabo in eos fluuiũ pacis. CYRILL. fluuios, & diorygas pro eodem accipit, & euangelistas & apostolos significari putat, qui ex vno illo fluuiũ pacis deriuantur. THEOD. cum PROC. fluuios, primos prædicatores euangelij: diorygas discipulos illorum & successores vocat. Eadem sententia D. Hieron. est. Dicant nunc incepti Iudæi & Iudaizantes, quã noua flumina, quos nouos riuos Hierosolymis scaturisse vident, temporibus Sennacheribi. aut alio vnquam tempore?

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Non transibit super eũ nauis remigũ, neq; irremis magna transgredietur eum. Non ambulabis hanc viã, neque transibit nauis agitata remigio.

NON transibit super eum (fluuium) .i. super hanc ecclesiam, nauis remigum, .i. dæmonum. Nam Hebræicẽ est, nauis remigum, vel, nauis præuaricatrix [id enim frequentius] id enim frequentius verbum Hebrẽũ significat [neq; triremis magna] Satana, scilicet transgredietur eũ, transibit per hũc fluuiũ, per hanc ecclesiã. portã enim inferi non prãualebunt aduersus eam. Sic CYRILL. Non transibis hanc viã, ò Satana, qui vsq; ad aduentum seruatoris nostri deprædatus es orbẽ, post Christi aduentũ non prãualebis aduersus ecclesiã. [Neq; nauis remigũ] vel, nec nauis agitata remigum, transibit hanc viã. .i. tui dolinon peruiã habebunt ecclesiã. Lxx aliter distinguunt lectionẽ Hebrãã, nã faciunt vnus perfectã sententiã verba illa: בל תלך ב. i. [non transibis per eum] vt sit: O Iudæi, nõ transibis per eũ fluuiũ, vel hanc viã euangelicã, cũ ego declinauero in Hierusalẽ, flumen illud pacis, torrentẽ illũ voluptatis, tu nõ ambulabis per eũ, neq; frueris tanto bono. Et postea nouo principio edidit: Nauis agitata remigio. & more receptissimo apud Hebræos, repetita negatione edidit: Neq; nauis agitata remigio, quod interpretari potes, vt suprã dictũ est iuxta sanctorũ sententiã, præsertim cũ sequatur ו. i. & bestia, vel triremis, vt vertit D. Hiero. & magis probat, vt reddamus, & bestia, vt sit: Non pertransibit hũc fluuiũ nauis agitata remis. .i. impulsã dolis dæmonũ, vel, vt vertes cõmodissimẽ ו. i. nauis præuaricatrix, dæmonũ. .i. neq; bestia, vt significetur illud quod inquit PROC. Non erit illic via immũda, nõ erit leo, neq; vlla ex malis bestijs, & sic quoq; interpretatur CYRILL. Et reponeda est illa dictio in lectiõẽ Lxx ex lectiõẽ Hebrãa, vt legatur: Neq; trãsibit nauis agitata remigio neq; triremis, vel, nec bestia. Dico, in quã, sic posse explanari hũc locũ, vt explanatur à sanctis, nã D. Hieron. sic quoq; hunc locũ interpretatur. Tamẽ mihi videtur posse sic explanari: Neq; nauis præuaricatrix, aut remigũ, Iudæorũ. .i. qui totũ orbẽ peragrabant, vt aduersarentur Christo & fidelibus, vt docerent gentes blasphemare nomen Christi, Nauis (inquã) illa præuaricatrix Iudæorũ, nõ ambulabit per hũc fluuiũ pacis, quẽ Dñs declinauit in Hierusalẽ, per legem euangelicã: Neq; triremis (hec enim versio mihi magis placet) neq; triremis ergo illa Iudæorũ missa in diuersas partes orbis, ad dissipandos fœdos rumores de Christo, vt auerterent nationes à lege euangelica, quod factũ leges apud IVST. in dialogo aduersus Tryphonẽ: Ambulabit, scilicet, per hunc fluuiũ pacis. Dicant impij Iudæi & Iudaizantes, quid magnũ promittat Nn Dñs,

Dñs, si dicat nullam nauem aut trirēmē transituram per media Hierosoly ma, si Hierosoly ma A nulli praterfluit fluij nauigabiles? quod si praterfluerent, an non munitior esset vrbs ipsa?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Magna transgredietur. Na Deus meo magnus est, no ptransibit me Dñs.

Diuus Hieronymus hac verba tribuit sententiae superiori, vt dictum est, neque trirēmis magna transgredietur eum fluium pacis, vel, bestia magna non transibit per hunc fluium. Sed huic interpretationi videtur aduersari, quod מַגְנָה, masculinum est, & מַגְנָה .i. nauis, foemininum; & quamquam aliquando hoc fiat apud Hebraeos, vt adiectiuum masculinum substantiuo foeminino reddatur, Lxx viris parum consequens esse visum est, & ideo verba hac alterius sententiae esse putarunt, & reddidisse mihi videtur, fortis, vel, omnipotens, non transgredietur nos. nam מַגְנָה, magnus, omnipotens, est cognome Dei. Ergo [magnus omnipotens Deus, non ptransibit nos] sic em est Hebraice .i. relinquet nos, iuxta illud: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. pro hoc vertere Lxx [Na Deus meus magnus est, no ptransibit me Dñs] sed tuebatur me aduersus Satanam, & aduersus oppugnantes, & persequentes Iudaeos, & Magnus Deus dicitur Christus a D. Paulo in epist. ad Titum cap. 2. qui ex hoc loco est mutuatus illa: Expectantes beatam spe & aduentum gloriae magni Dei, & salutaris nostri Iesu Christi, & quod Christus magnus Deus sit & dicatur, haereticos refellit CYRIL. tom. 1. Concil. de incarnatione vnigeniti cap. 22. Quin D. Lucas hunc locum interpretatus esse videtur, aut potius Gabriel angelus apud Lucam cum inquit: Hic erit magnus. i. hic erit ille dictus in prophetis magnus, & Deus magnus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui, sed non praualebunt, sic erit malus tuus vt dilatate signum non queas.

Dominus iudex noster, Dominus princeps noster, Dominus rex noster, Dominus ipse nos saluabit, dirupti sunt funiculi tui, quia non prauauerunt, malus tuus inclinatus est, non dimittet vela, non eleuabit signum, donec tradatur in vastatione.

AVGVST. de quinque haeresibus tomo 6. cap. 7. hunc locum de Christo interpretatur, quod sit legifer noster, iudex noster rex noster, sed iudex pacis non litium, vnde illi qui dixerat, Dic fratri meo vt diuidat mecum. respondit: Quis me constituit iudicem? atqui iudex noster est Christus, sed pacis, non litium, volentibus diuidere pacem iudex non vult esse, sed hic iudex noster in caelo est, & ante nos est: Vobiscum sum, inquit, vsque ad consummationem saeculi. nobiscum est, & cum patre est, quia nec patrem dimisit cum ad nos descendit, nec nos deseruit cum ad patrem ascendit. CYRIL. Erat quondam satanas princeps huius mundi princeps noster, postquam ad euangelicam lucem accurrimus, habemus filium Dei, principem, ducem, regem. & conuertit sermonem ad synagogam [dirupti sunt funes tui] Iudaici tabernaculi. Nam dixerat funiculos Sion ciuitatis nouae & opulentae nunquam ruptum iri, quod fundauerat illam Dominus super petram, super Christum. Itaque ducta metaphora a nauigantibus, qui imminente procella non laxant vela, sic propheta, inquit, malus tuus inclinatus est, non laxabis vela, nec signum tollent, inquit, non tollent signa victoriae donec tradatur vastationi, vastabitur Iudaeorum populus, per quaer significatiam vincendum satanam. THEOD. Quia tantum bonorum caelestium a te accepimus Christe, huius rei gratia te ducem, te principem, te regem, te Deum, cum magna voluptate amplectimur Christe. Et quod vos, o Iudaei, post crucem Christi expectauit Dominus quadraginta duos annos, dum respiceretis, & reciperetis Christum, & quod vexillum crucis pandere noluitis, nec attollere signum crucis, delectur vestrae vrbes a Romanis. Quae sententia Hebraeae Graecaeque editioni mirifice mihi videtur congruere. Nam laxati sunt funiculi tui, vel, dirupti sunt, o synagoga, vocata est in vltimum discrimen, ducta metaphora a naui, quae cum fatiscit imbris, & soluitur, & laxantur, & rumpuntur, rudentes vi tempestatis, summo in periculo versatur [non prauauerunt] rudentes tui, scilicet: non habuere robur, non recepto Christo, qui est petra fortitudinis, iuxta illud: Omnia possum in eo qui me confortat sic erit

A sic erit malus tuus, vt dilatate signum non queas. Sic semper erit malus nauis tuae, perstat in nauis metaphora, sic semper eris vsque ad consummationem saeculi, vt non attollas signum crucis, & perstes in impietate tua. Vbi summopere notandum, quod Cyrillus & Procop. fatetur, signum nunquam accipi pro velo nauis, sed putant esse aliam similitudinem. Tu autem reuoca in memoriam Canonem illum Augustini, quo monemur, prophetas tropicis locutionibus miscere veritatem, vt ex veritate admista tropo & allegoriae lux & perspicuitas accedat, & hac vox [signum] in prophetis vt dictum est pro signo crucis frequentissime accipitur. Hoc igitur admistum tropo, indicat allegoriae ita esse explanandam vt interpretatur Theodor. quae sententia mihi per placet. PROCO. tamen sic interpretatur, Conuertit sermonem ad Iudaeorum synagogam, perstans in nauis metaphora. Quemadmodum, inquit, cum vehemens ventus in mare incubuit, vela non valent auellere, & malus vi tempestatis inclinatur, & inde fit naufragium, sic vos patiemini similia. hac Procopius. Lectio tamen Graeca & Hebraea magis faciunt cum Theodoro. Nam lectio Hebraea est

B Id est, Sic malus eorum, non extenderunt signum, vel, non confessi sunt signum. Nam פָּרְשֵׁי גִּם, si punctum habet in sinistro, significat extendere, si in dextro confiteri & declarare, vt interpretari possumus, sic est malus tuus. i. malus tuus inclinatus est semper, foues errorem semper. Lxx enim hunc habent scopum, vt scripturae loca obscura enodent. & addidere de suo: οὐ χαλιδου τὰ ἱμάτια, non laxabit vela. i. fouebit errorem, non discedet a perfidia hic populus, non dabit vela ventis per hunc fluium pacis de quo sermo est, per hunc fluium gloriosum, quem appellauere Lxx cap. 32. verbis illis: Et apparebit in Sion sicut fluius currens sub umbra petrae gloriosus in terra sitienti. THEOD. Inclinatus est malus tuus propter tuam perfidiam, tamen tero vos, o Iudaei, postquam insanistis in Christum, neq; meritis irrogato statim poenas, veruntamen hac mea patientia, non persuasit vobis signum crucis, & signum salutis suscipere, quoad vos tradam Romanis. hec Theodoretus. Itaque פָּרְשֵׁי גִּם, interpretatur, non extendent, vel, non confitebuntur signum crucis, quod Lxx reddidere: Non eleuabit signum (crucis scilicet, hic populus) non confitebitur signum crucis, neque praedicabit hic populus signum crucis, donec tradatur in vastationem. THEOD. Donec tradamini Romanis. Miseri Iudaei & Iudaizantes גִּם, pro velo nauis interpretantur, & fouent suum errorem, nunquam tamen exemplis ostendunt גִּם, capi pro velo nauis, vt verissime hac annotat Procopius & Cyrillus. quod si pro velo nauis accipi possit, tamen cum pro signo crucis frequentissime accipitur in prophetis, ita explanandus hic locus est, vt sancti patres interpretantur, iuxta Canonem illum Augustini, quem supra diximus: quo monemur a prophetis, tropis veritatem misceri. Lege Innominatum, qui cum Chryostomo circumfertur, homel. 23. in cap. 8. Matth. in fine, vbi hunc locum explanat alio quodam modo.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Tunc diuidetur spolia pradarum multarum, claudi diripient rapinam, neque dicet vicinus, elangui: populus qui habitabat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

Donec tradatur in vastationem, igitur multi claudi praedam facient, & non dicet populus inhabitans in ea, laborabo, dimissum est enim eis peccatum.

D Id est, Tunc diuidetur in aeternum praeda multa, hoc est, Tunc diripietur vrbs Hierosoly ma a Romanis, & innumerabilis praeda Hierosoly morum eruetur a Romanis. Id enim significat מְרִבָּה, innumerabilis, de qua praeda IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 32. vbi tantam fuisse dicit, vt aurum venderetur a militibus dimidio minoris. & cap. 40. Iudaeos ipsos cum tota familia ait vnijisse minimo precio. Nam vt illi triginta argenteis vendidere Dominum, ita ipsi cum vxoribus & liberis vendebantur nationibus Syriae mercede perexigua. Vbi etiam leges de innumerabili praeda quam Romani Hierosoly mis erueret. Et nescio cur nostri praetermiserit vocem illam מְרִבָּה .i. in aeternum, qua significatur Iudaeos vastandos, & in aeternum diripiendos a Romanis, ita vt nunquam eorum vrbes instaurentur. Iudaei, quod hanc vocem referre ad Sennacheribum non possunt, dicunt significare, assidue, quod falsum est & commentitium, aiunt significare ornamenta, hoc quoque puerile est, magna sic erit

res est, quæ illos cogit ad hanc necessitatem, vt fingant quæ nusquam sunt. Ad verbum le-
ctio Hebræa reddetur (vt dictum est) tunc diuidetur in æternum præda innumerabilis. Lxx
pro hoc dixisse contenti sunt, Donec tradatur in vastationem, quod supra explanauimus, &
sic Cyrillus, Procop. Theodor. hæc interpretantur vt diximus. [Claudi diripient rapinam]
THEOD. Romani claudi appellantur, & debiles ad tantum opus, quibus tamē Dominus tan-
tum robur dabit contra Iudæos, vt claudi & debiles, quod eo iam tempore Romanorum vis
elanguerat, vt supra dictum est, velociore fuerint aquilis ad diripiendos Iudæos, neq; quic-
quam illorum ad illud opus elangueret, Dñs vireis suppeditabit, iuxta quam sententiam sic
explanabimus verba sequētia [Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas] .i. populo
fidei qui relinquetur habitans in Hierusalem, auferetur iniquitas, reliquijs scilicet, quæ saluæ
factæ sunt, quibus parcat Dominus, tantum enim perdet infideles, dimittentur peccata, mun-
dabit enim sibi Dñs populum acceptabilem. Lege D. AVGVS. in psal. 94. in illa verba: Quia
non relinquet Dñs plebem suam. PROC. & CYRIL. claudos, nationes idolatras interpretan-
tur, quæ vtroque pede claudicabant, diripient hæc rapinam mysteriorum Dei, auferetur enim
vinea à Iudæis, & dabitur genti facienti fructum, cuius boni tanti compotes erunt. Et nō dicit
vicinus, populus Gentium scilicet, qui accessit ad fideis Iudæos ad apostolos, non dicit, in-
quam, elanguit, deposito iam onere peccatorū: ait enim Dñs, Accedite ad me qui onerati estis,
& inuenietis requiem, quia languor hic à peccato proficiscitur. PROC. nemo languidus iā
videbitur, deposito onere criminum, postquam assequuti fuerint remissionem peccatorum.
populus, qui habitat in ea (Hierusalem. s.) auferetur ab eo iniquitas, remittetur peccatum: idē
ait D. CYRIL. Gentes accepturas spolia Iudæorum, & charismatum sancti spiritus dona, re-
missionem peccatorum, liberandas omni languore peccatorum, & redimendas.

IN ESAIAE C. XXXIII.



Ius Hieron. Cyrill. Procop. & alij veteres patres hoc caput de vltimo iudicio
interpretantur. Origenes & Theodor. in commentar. in hunc locum, de vasti-
tate Iudææ, quæ sententia mihi multo magis placet, quod Canon ille veterum
patrum interpretandæ scripturæ sacræ adhibendus semper est, vt prophetiæ
consequutio seruetur, quod si ita interpretemur omnes partes huius capitis, in-
ter se congruent, & mutuo sibi respondebunt: si verò ad consummationē mun-
di referas, fiet transitus ad Christi tempora, & ad vastitatem Iudææ, vt fatentur D. Hieronymus
& Cyrill. & supra dictum est, vastitatem Iudææ typum esse consummationis sæculorum, vbi
boni seruabuntur in sedes beatas, mali flagrabunt, non incendio temporali, vt Iudæi infideles,
sed sempiterno. Vt si ad vastitatem Iudææ referas, ad vtrumque referas, & omnia inter se con-
gruant. In fine capitis prædicatur futuros duodecim apostolos, & vniuersum orbem conuer-
suros, solum perituum Iudam, & loco eius Matthiam sufficiendum esse.

D. HIERONYMVS.

*Accedite gentes et audite, et populi
attendite: audiat terra et plenitudo
eius, orbis et omne germen eius, quia in
dignatio Domini super omnes gentes,
et furor super vniuersam militiam eo-
rum. Interfecit eos, et dedit eos in occi-
sionem, interfecti eorum proijcientur,
et de cadaueribus eorum ascendet fo-
tor: tabescent montes à sanguine eorū.*

LXX VIRI.

Accedite gentes & audite princi-
pes, audiat terra & habitantes in ea
orbis terræ, & popul⁹ qui in eo, quia
furor Dñi super omnes gentes, &
ira super numerū eorū, vt perdat
eos, & tradat in iugulationē, at vul-
nerati eorum proijcientur, & mor-
tui, & ascendet eorū foetor, rigabū-
tur montes sanguine eorum.

CYRIL

ACYRIL. putat huius loci sensum esse, Gentes euangelica luce illustratas, iuberi accedere
ad eum, & audire poenas sempiternas, quæ malos expectant, & poenas has sempiternas
significari gladio, & occisione, & cadaueribus, & foetore. Id enim est [Accedite Gentes, & au-
dite] quæ initiatæ scilicet estis sacro baptisate, & credidistis [& populi attendite] vel [princi-
pes & reges terræ audite] nam, leuim, vocem Hebræam, Lxx viri interim principes interpre-
tantur, interim populos potentissimos, quod vtrunq; significare docent. [Audiant terra & ple-
nitudo eius] .i. & habitantes in ea (vt interpretantur Lxx.) [Orbis, & omne germen eius] .i. or-
bis terræ, & populus qui in eo est. Lxx enim sunt commentarij [Quia indignatio Domini su-
per omnes Gentes, & furor super vniuersam militiam eorum] .i. super omnem numerum eo-
rum vt perdat eos, &c. nam per reliqua putat significari sempiternas poenas, per occisionem,
per cadauera, per sanguinē, per foetore. Magis placet Origenis & Theodor. sententia, qui se-
quentia referunt ad vastitatem Iudææ, vnde apparet eos hæc eodem retulisse. Quod si recipi-
mus liquet his verbis gentes, & regna & imperia vocari ad fidē, vt verbis illis capitis superio-
ris: Audite qui longē estis, quæ fecerim. Iubentur ergo Gentes quæ longē erant à Deo (pecca-
tum enim diuidit inter nos & Deum, vt ait Esaia) iubentur accedere & credere, & terra iube-
tur accedere [& plenitudo eius] .i. habitantes in ea [& orbis terrarum, & omne germen eius] .i.
omnis populus qui habitat in eo, & iubentur audire omnes recepta luce euangelij. [Quod fu-
ror Domini super omnes Gentes] .i. super omnes tribus Israel: nam & capite proximo, Iudæos
appellat Gentes: & supra dictum est ex Eusebio, omnes Gentes poni pro omnibus tribubus
Israel. Iubentur omnes Gentes audire vastitatem, quam ipse importaturus est omnibus Gen-
tibus. .i. omnibus tribubus Israel, qui mutati sunt in populum Gentium, quando excluso Iu-
dæo populo ad fidem sunt vocatæ gentes. [Et ira Domini super vniuersam militiam eorum]
super omnes exercitus Iudæorum. Lxx dixerunt [super omnem numerum eorū. .i. super omnes
ad vnum vt vastentur. [Interfecit eos, & dedit eos in occisionem] Lxx interpretantur: Vt per-
dat eos, & tradat in iugulationem, legionibus Romanis scilicet. [De cadaueribus eorū ascen-
det foetor] quod strata ferro per omnes vias, per omnia loca innumera Iudæorum millia (vt le-
ges apud Iosephum) iacerēt. [Tabescēt montes à sanguine eorum] quia colles Hierusalē, & om-
nis Iudæa, quæ montosa est, Iudæorum sanguine madebat. Hæc audire iubentur omnes fi-
deles, hæc audimus, & legimus ab ipsis ecclesiæ initijs, qui Christo credidimus.

D. HIERONYMVS.

*Et tabescent omnis militia calorum, et
complicabitur, sicut liber, calis, et omnis
militia eorū defluet, sicut defluit foliū
de vinea, et de ficu, quoniam inebriatus
est in calo gladius meus.*

LXX VIRI.

Et plicabitur cælum sicut liber, &
omnes stellæ cadent sicut folia ex
vite, & sicut cadunt folia ex ficu,
quoniam inebriatus est gladius me-
us in cælo

Hæc verba ad diem iudicij commodissimè poterunt referri, iuxta Canonem illum scri-
pturæ, quem D. CHRYS. præscribit in Matth. cap. 3. homel. 11. interpretans illa verba:
Faleas autem comburet igni sempiterno, quo canone monet, simul duo prænunciari litteris
D sacris solere, vt ex vno statim facto, pro certo sit, reliquum esse futurum, vt cap. 3. Matth. præ-
dictum est futurū fuisse pauld post, vt credentes baptizarentur spiritu sancto, & in consum-
matione sæculorum malos igni sempiterno arduros, vt cum die pentecostes alterum videret
completum: cum in linguis igneis spiritus sanctus descendit in apostolos, pro certo habere-
tur reliquum, malos arduros igne sempiterno. Quæ ratio & hoc loco valet: prædicatur Iudææ
vastitas hoc cap. & prædicatur nationibus cunctis, quæ ad fidem accesserint, vt intelligant futu-
rum non impunē Iudæis, quod Christum non recipiant, & tantum Dei beneficium repu-
dient toties promissum: adiungitur idem futurum in consummatione sæculorum, vt mali
quoque mittantur in flammis sempiternas, quod Deus iudex sit, qui bonis præmia decernat,
& ea quæ nec oculus vidit, neque auris audiuit, & malos puniet poenis sempiternis, vt vtrum-
que proponatur, vt cum alterum completum videant, alterum expectent, & pro certo ha-
beant. Ita EPIPH. in Ancyroto, ad diem iudicij hæc refert his verbis: Quoad cælum, in-
quit, & terra durent, erunt corpora in terra, quando vero venerit is qui cælum plicat & li-
N n 3 brum &

brum, & terram concutit, resurgit mortui. Et EVSEB. de præparat. euangel. lib. II. cap. de A
 innouatione mundi, hunc locum de consummatione sæculorum interpretatur, & Platonem
 hunc locum in sua scripta mutatum esse docet. D. HIER. & CYRIL. hæc Esaiæ verba eadem
 esse docent cum illo Matth. cap. 24. Stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebun-
 tur. & cum illo D. Petri epist. 2. cap. 3. Aduenit autē dies Dñi sicut fur, in quo cæli magno impe-
 tu transient. Et paulò post: Expectantes aduentū diei Dñi, per quē cæli ardentes soluentur, ele-
 menta ignis ardore tabescent, quod significare videntur sequentia. [Tabescet omnis militia
 cælorum] i. omnis multitudo stellarum, quæ verba desiderantur in tralatione Lxx, quod mul-
 ta ex ea intercederint, temporis iniuria. Eodē refert D. AVG. lib. 13. Confess. cap. 15. & in psal. 8.
 in illa verba: Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum. Et in psal. 93. in ipsa præ-
 fat. & in psal. 103. in illa verba: Extendens cælum sicut pellem, vbi cælos scripturas intelligit,
 quas operante Spiritu sancto scripsere prophetæ, vnde libros cælos nominat, & ideo dictum
 putat: Extendit cælum sicut pellem. extenditur enim charta membranacea vt legatur, & ita
 extenditur scriptura sacra, quam ita cælum dictum putat, vt medicum instrumentum dicitur,
 & liber medicus, quod ad medicinam spectet. Extenditur ergo scriptura sacra, quæ cælum no-
 minatur, quod ad cælum viam refert, exarata charta membranacea, vt legatur, & nunc ita ex-
 tenditur vt pellis, vt charta membranacea illa, in qua est scripta. Cùm autem transferint tempo-
 ra, complicabuntur libri quibus scripta erat. Nunc sicut pellis extenditur super nos cælum. i.
 scriptura sacra, & cælestes chartæ, quibus illuminamur, quæ cælum dicuntur, quod sublimioris
 cuiusdam autoritatis sunt sacræ literæ, vnde ait AVG. lib. 3. Confess. cap. 15. Extendisti firma-
 mentum libri tui, hoc est cōcordes sermones tuos, quos per sanctos tuos superposuisti nobis,
 igitur libri plicandi sunt in sæculi consummatione, quia illis opus non erit, nam beati videbūt
 faciem Dei, ibi legent sine literis, sine syllabis, is codex nūquam plicabitur, quia est ipse Deus.
 Cælum & terra transibunt, sermones Dei non transibunt. Pellis plicabitur, verbum Dei manet
 in æternum, quod sancti in æternum legent. Lege quæ scriptores sacri scribūt in illa verba euan-
 gelica: Stellæ de cælo cadent, ne in infinitum volumen hoc opus excresecat.

Cur libri sa-
 cri cæli no-
 minentur.

Ad vastitatem Iudææ refert ORIG. quod refertur totum cap. in Numer. cap. 12. homilia. 7.
 cùm enim de principatibus, & potestatibus, & rectoribus tenebrarum, aduersus quos nobis G
 est lueta disputasset, subiecit de iisdem dictum esse hoc Esaiæ vaticinium. [Et inebriatus est
 gladius meus in cælo] vt in cælo sit, aduersus spirituales nequicias, quæ in cælestibus esse dicun-
 tur, quod interficiunt nobis ad cælum vias, quas necesse erat vinci vt expediti ad cælestia re-
 gna transire possemus, iuxta quam sententiā sic explanabis verba prophetæ. [Tabescet omnis
 militia cælorum] hoc est, oēs potestates tenebrarum quæ in hoc aere caliginoso versantur, ca-
 dent, neque amplius colentur pro numinibus aut à Iudæis, aut à Gentibus. de his enim Paulus
 ad Ephes. cap. 6. Non est nobis collustatio aduersus carnem aut sanguinem, sed aduersus prin-
 cipes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ
 in cælestibus. Hæc spiritualia nequitiæ Iudæi, & Gentes idolatram colebāt, quæ victa sunt à Chri-
 sto, qui spoliavit principatus, & potestates, triumphans illos in seipso, vt Paulus inquit ad Co-
 loss. cap. 2. Hæc ergo omnis militia tabescet nequitiæ in cælestibus, potestatum tenebrarum.
 nam cælum pro aere dicitur, vnde aëriæ quoque potestates appellantur. [Complicabitur cælum
 sicut liber] qui erat extensus super Iudæos, erit complicatus, & signatus illis post crucem
 Domini, & erit extensus super Gentes. [Cæli quoque complicabuntur] quia non dediti erunt
 homines idolatriæ, neque colent sydera pro numinibus, neque erunt dediti arti vaticinandi
 per astra. Nam Plato in Epinomide author est, philosophis summis, & magnis cælum esse pro
 libro, Deum verò pro doctore, qui de summo cæli vertice homines doceat, sed quod à dæmo-
 nibus delusi homines, malè illo libro utebantur post Christi aduentum plicabitur ille liber,
 vtentur doctrina reuelata, & luce euangelij, & [omnis militia eorum defluet] aëria. i. pote-
 states defluent, de quibus diximus. Pro quo Lxx dixere: Omnes stellæ cadent, quod congrue
 re videtur cum illo euangelij: Vidi Satanam sicut fulgur, cadentem. Cùm enim ruit satanas cū
 illo ruit vna multitudo potestatum tenebrarum, & velut stellulæ & astra ruere. THEOD. cælum
 pro templo Hierosolymitano accipit, in quo habitabat Dominus, velut in cælo quodam
 aut pro Hierusalem. Quod si recipias dicas necesse est, astra esse Iudæos, qui olim, dum veram
 colebant religionem ante crucem Domini, inter homines, velut astra erant splendidissima,
 post Christi crucem, qui illum in crucem sustulere, neque recepere euangelium, Romanis
 armis

A armis ruere tanta multitudine, & tam citò, quanta multitudine, & quàm citò autumni frigo-
 re primo arborum folia cadunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Ecce super Idumæam descendet, et su-
 per populum interfectionis meæ ad iu-
 diciū, gladius Domini repletus est san-
 guine, incrassatus est adipe de sangui-
 ne agnorum et hyrcorum, et de sangui-
 ne medullatorum arietum.*

Ecce super Idumæam descendet,
 & super populum perditionis cum
 iudicio gladius Domini repletus est
 sanguine, incrassatus est à pingue-
 dine agnorum, & ab adipe hyrco-
 rum & arietum.

CYRIL. iam hunc locum interpretatur de vastitate Iudææ post crucem Domini. Iudæa,
 inquit, vocat Idumæam, nam Elau quando vèdidit primogenita, iure vocatus est Edom,
 B. terrenus, quod pro bonis terrenis vendiderit cælestia, & ideo Iudæa quoque hoc loco Idu-
 mæa nominatur, quod cælestia relinquat pro terrenis bonis, vendatque sua primogenita, di-
 catque: Non habemus regem nisi Cæsarem. [Ergo gladius Domini venit super Idumæam] vltio
 Domini venit super Iudæam [et super populum interfectionis meæ] i. super populum, qui
 me interfecit, & in cruce sustulit. Sic videntur intellexisse Lxx, qui pro hoc reddidere: Su-
 per populum perditionis, *quod inter eos habet dominus.* Veniet ergo ad populum perditionis, ad popu-
 lum Iudæorum, quem populum perditionis appellant Lxx viri, vt Ioann. cap. 17. appellauit Iu-
 dam filium perditionis. & Paul. 2. epist. ad Thessal. cap. 2. Antichristum, hominem peccati, &
 filium perditionis [et veniet ad iudiciū.] Lege quæ scripta sunt in illud cap. 3. Dominus ad iu-
 diciū veniet cum senibus populi sui. Nam ibi discis venisse ad iudiciū Dominum cum Iu-
 dæis, quando illos tradidit Romanis, vel, cum iudicio. i. cum delectu, vt interpretatur Cyrill.
 quia malos malè perdidit, seruauit reliquias, quæ saluæ factæ sunt. [Gladius Domini repletus
 est sanguine] CYRIL. Romani, qui fuere gladius Domini, Iudæorum madere sanguine. [In-
 crassatus est à pinguedine agnorum] THEOD. tauros, hircos, arietes, principes Iudæorum ap-
 pellat: agnos, subditos: gladium, hosteis Romanos, repletos sanguine, & incrassatos pinguedi-
 dine Romanos interfectorum sanguine madentis.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

*Victima enim Domini in Bosor, inter-
 sectio magna in Edom, et ascendent v-
 nicornes cū eis, et tauri cum potentibus:
 inebriabitur terra eorum, et humus eo-
 rum adipe pinguium. Quia dies vltio-
 nis Domini, annus retributionum iudi-
 cij Sion: et conuertentur torrentes eius
 in picem, humus eius in sulphur: et e-
 rit terra eius in picem ardentem nocte,
 et die, nō extinguetur in sempiternum.
 Ascendet fumus eius à generatione in
 generationem, desolabitur in sacula sa-
 culorum.*

Quia sacrificiū Deo in Bosor, & oc-
 ciso magna in Idumæa, & simul ca-
 dent robusti cū eis, & arietes, & tau-
 ri. Inebriabitur terra à sanguine, &
 puluis eorum, et ab adipe implebi-
 tur. Dies enim iudicij Domini, &
 annus retributionis iudicij Sion ad-
 est, & conuertentur torrentes eius
 in picem, & terra eius in sulphur: et
 erit terra eius in picem ardentem
 nocte & die, & non extinguetur in
 æternum tempus: & ascendet fu-
 mus eius sursum, & in generatio-
 nes desolabitur, & in tempus mul-
 tum desolabitur.

THEODOR. [Sacrificium in Bosor]
 Iudæorum iugulationem nominat, &
 stragem sacrificium, quod iusto Dei iudicio
 sita, & diuino decreto facta, quæ nunc describitur. CYRIL. quoque eadem Iudæo-
 rum, qui gladijs Romanorum sunt traditi, sacrificium vocari ait. Quod autem robustos
 & arietes, & tauros casuros, ait, pharisæos, principes, & primarios Iudæorum significat.

Nn 4 Ergo

Ergo [Victima Domini in Bosra] i. strages & cædes Iudæorum in Hierusalem est: cur autem A Hierusalem dicatur Edom & Bosra, multis verbis est explicatum in illa verba cap. 63. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Idem enim significat interfectio de terra Edom vel Idumæa, hoc est, in Hierusalem & in Iudæa. [Descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus] i. cadent principes Iudæorum, & pharisæi, & scribæ, & sacerdotes: centes enim dictum est, quod omnis illa vis mali potissimum incubuit in capita principum Iudæorum. Lege quæ scripta sunt in illa verba capit. 1. Propter hæc dicit dominus Deus sabaoth, v. principes Israel, iuxta translationem Lxx virorum: hoc sic videntur interpretati Lxx viri, qui pro vnicornibus, interpretantur robustos & potentes. Explanant enim partem allegoriam, & iuxta Canonem præscriptum ab Augustino, intelliges tropo admistam veritatem, vt ex parte veritatis appolita, discamus enucleare reliqua. [Et inebriabitur terra à sanguine] madebit omnis Iudæa sanguine Iudæorum. [& puluis eorum madebit sanguine, & adipe pinguium] principum, scribarum, pharisæorum [quia dies ultionis Domini, & annus retributionis] qui futurus erat in aduentu Christi, vbi increduli perdendi erant, & omnis sanguis effusus ab Abel iusto, vsque ad Zachariam filium Barachie venturus erat super Iudæos, vnde annus hic dictus est annus ultionis, & annus retributionis, & annus redemptionis, Christi aduentus, f. CYRIL. quæ per ænigmata dixit, explanat (inquit) cum Sion nominat, cui adesse diem iudicij, & annum retributionis, i. annum vastitatis ait, & [conuertentur torrentes eius in picem, & terra in sulphur] i. conflagrabit vniuersa Iudæa, non secus ac si flumina pice fluerent, & terra omnis in sulphur conuerteretur, ita abolebuntur omnia incendio. Ita facta reperies si legeris Dionem in vita Adriani imperatoris. [Non extinguetur in sempiternum] ignis ille, f. i. nunquam incendium illud, & vrbes illæ incensæ instaurabuntur in sempiternum, sed vastæ erunt in omne tempus. Non enim reedificabuntur vt solebant reedificari, nec restinguentur flammæ vt solebant restingui, cum instauratæ vrbes florebant multo magis quam prius, & sempiterna erit memoria illius incendij.

D. HIERONYMVS.

Non erit transiens per eam, et possidebit eam Onocrotalus, et Ericius, et Ibis, et coruus habitabunt ibi, et extendetur super eam mensura vt redigatur ad nihilum et perpendicularum in desolatione. Nobiles eius non erunt ibi, regem potius inuocabunt, et oēs principes eius erunt in nihilum.

CYRIL. Iudæam ait futuram desertam in multas ætates, & futura dicit in ea, quæ desertis vrbi bus contingunt, aues, & erinacios, & ibides, & coruos, & onocentauros, & obducedam terram omnem spinis: reges, principes, & magnates eorum casuros gladio, quæ verissime dicta puto à Cyrillo. Tamen ego magis puto declarari his verbis Iudæam, quæ olim sedes erat populi Dei, vastandam, & futuram sedem dæmonum (vt idem Cyrillus ait) & vt postea diceretur ex D. Ioanne, & futuram sedem hominum agrestium, & immanium, alienissimorum à religione. Nam victam legimus à Romanis Iudæam, legimus actos captiuos ipsos Iudæos, pulfos omnes ad vnum suis sedibus, deductas colonias, & ædificatas vrbes hominum infidelium, sceleratissimorum & immanium hominum, quos appellatos credo Ibides, Onocentauros, Onocrotalos, quod Plato cum alijs locis plurimis tum in Politico, hoc hominum genus simile ait leonibus, centauris, satyris, chimæris, & huiusmodi monstris. Cum videamus ergo Iudæam habitari à nationibus infidelibus, neque legamus his monstris fuisse infestam, ita hunc locum explanemus, necesse est, si quidem optimus scripturæ interpres est rerum euentus. Nam vt inquit ORIG. in Cantica Cantic. homil. 3. Nisi naturas animalium sic intelligere deberemus, nunquid dixisset in euangelio Saluator: Dicite vulpi huic, neq; Ioannes: Generatio viperarum, neq; propheta Iudæos mulierofos, equos adhinmetes nominasset, & admissarios. Et verè hæc Orig. Nemo enim inficari potest in sacris litteris homines, pro varijs vitiorum generibus aut leones, aut vulpeis, aut serpenteis appellatos quos Iudæos ait habituros, iuxta illam similitudinem Dñi Matth.

LXX VIRI.

Ethabitabunt in ea aues, & Ericij, & Ibis, & corui, & iniicietur super eam funiculus geometriæ deserti, & Onocentauri habitabunt in ea, & principes eius non erunt, nam reges eius & principes, & magnates eius erunt in perditionem.

A Matt. c. 22. Luc. II. cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida, quærens requiæ & non inuenit, redit in domum suam assumptis septem spiritibus nequioribus, i. assumpto omni vitiorum & peccatorum genere, hoc enim vox illa, pilosus significat, & dæmones, qui clamant alteri ad alteros, & sic Ioannes interpretari videtur Apocalyp. 18. cum Hierosolyma Babylonem nominat, vt omnes sacri scriptores interpretantur. Nec enim de Babylone potes intelligere, quæ, cum illa scripsit Ioannes, iam olim erat diruta, sed explanat illud Esaia: cap. 21. Cecidit, cecidit Babylon, de Hierusalem, cuius ruina iam impendebat cum ea scripsit Ioannes. Ibidem ergo Ioannes videtur explanare hæc verba prophetæ, verbis illis: Facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi & custodia omnis volucris immunda, & odibilis. Quibus verbis D. Ioan. paraphrasim fecit huius loci Esaia: & post talem, & tantum interpretem stultitia est alios quærere scholiastas. Ergo omnium horum verborum sensus erit post vastatam Iudæam à Vespasiano, & Adriano, Iudæos, sublati charismatum dominis, & spiritalibus, postquæ iam cælesti pluuia non erant irrigui, degenerasse in leones, belluas onocentauros, & in huiusmodi monstra, & dæmonibus præbuisse sedem, & domicilium, & spiritibus immundis. THEOD. prophetam appellare ait dæmonas ipsos onocentauros, ibidas, coruos, nominibus denique illis, quibus vulgus hominum eos appellat. & ATHAN. de pass. & cruce Dñi lib. vno in fine, vbi significari ait hoc loco post crucem Dñi non futuros in Iudæa amplius viros sanctos, futuram inter Iudæos copiam onocrotalorum, i. hominum vitijs inquinatissimorum, qui monstra potius, quam homines sunt, & vbi id genus hominum sit, ibi dæmones imperent necesse esse, & eam esse illorum dæmonum habitationem, de quibus D. Ioannes loco citato. [Extendetur super eam mensura] THEOD. Iustæ, diuinæ vindictæ scilicet, nam pro modo peccatorum, Deus irrogat pœnas, iuxta illud: Quæ mensura mensi fuerit, remetietur vobis. Hæc mensura inquam de qua dictum est in illa verba cap. 3. Væ impio in malum retributio enim manuum eius fiet ei. [Vt redigatur in nihilum] i. vt vastetur Iudæa, vel, vt deserti relinquantur bonis cælestibus, & vinea tradatur alijs agricolis, & ipsi despectissimi mortaliū sint [Et perpendicularum in desolationem] i. mensura, vt pro mensura peccatorum vastetur, desoletur, quam mensuram geometriæ appellauere Lxx viri (sunt enim scholiasta, vt diximus) est enim duplex mensura, duplex æqualitas, & analogia, altera quæ arithmetica dicitur, quæ omnibus æquale reddit re ipsa quantum vni tantum alteri: Geometrica altera, quæ pro dignitate cuiusque singulis præmia diuidit, aut pro culpa pœnas irrogat, non quidè quantum vni, tantum alteri, sed quantum quisque meritis est, tantum illi reddatur, de qua arithmetica, & Geometrica mensura & æqualitate Arist. 5. ad Nicomachum: & Plato 6. de legibus lib. & D. Thomas.

Ergo dictione illam, ad perpendicularum, interpretantur Lxx ad funiculum geometriæ, i. ad æqualitatem illam geometricam, non arithmetica, vt tantum quisque luat pœnarum, quantum commertit mali. Vnde sequitur [Nobiles eius non erunt ibi] quod hi culpam sustinent crucis Domini, & ideo in litteris Euangelicis sæpè illis minatur Dominus, Væ vobis pharisæi, & in illorum caput calamitas illa potissimum recidit, quod inuocarunt potius regem Cæsarem cum dixeret, Veniet Romani: & Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, perire omnes.

Nunc voces ipsas interpretemur. Onocrotalus & Onocentaurus quid sint, quærendum est. Iudæi multa mentiuntur, alij alia fingunt aut esse Cygno simile, quæ soleat rudere vt asinus, & loca sola habitat. Nam Onos asinus est & crotalos crepitaculum, i. monstrum quod crepet & prestrepit & rudat vt asinus. Quidam autem quandam esse aiunt quæ maritima loca frequentet, similia cæteri fingunt, quorum nusquam mentio est. Nostros igitur scitari necesse est. THEODOR. & ATHAN. vt dixi hæc monstra dæmonia significare putant, quod D. Ioannes verissimum esse declarat loco citato. quæ eadem Origenis, Cyrilli D. Hieron. sententia est. Onocrotalus ergo ait THEOD. est, quam vulgus appellat Onoscelida (pesadilla) aut laruam aliquam similem illi affectioni, quæ ita incubet homines, & premat & angat. Vt intelligas autem quid sit Onoscelis hæc, quam appellari hoc loco THEOD. ait Onocrotalon, reuocet in memoria oportet, finxisse veteres fuisse monstra ex varijs animalium naturis conflata, qualè chimæram fuisse fabulantur poetæ, prima parte sui leonem, postrema draconem, media capram, ita tribus animantium naturis hoc monstrum constare fingebatur, huius notæ erant centauri, nobilitati omnium poetarum fabulis, nam priore parte sui homines erant, posteriore equi: onocentauri hoc habebant etiam, vt alterum pedem haberent asininum, nam onos asinus est

nus est. Centaurus, dicitur à centin. i. pungere, stimulare & taurus, quod homines insidentes A equis tauros in urbem agerent, longis hastis pungentes, vnde primis hominibus vir equo insidens vna quaedam visa natura est, quæ constaret equo & homine, hinc Onocentaurum esse dicebant cui tertia adhuc accessisset asini natura. Ad hoc exemplum Onoscelis larua quaedam dicitur Græcè quæ se sistit hominibus crure asinino, nam Onos asinus est & scelos crus, vnde onoscelis larua illa, quæ vulgo dicitur (*pesadilla*) & alio nomine empusa, sic dicta Onoscelis, quod crure se sistat nobis asinino, aut auribus asininis & empusa quod incubet homines & pondere eos premat, à verbo empefin incidere cadere super aliquem, hinc THEOD. ait hoc loco appellari onocrotalon, ab onos, asinus, & crotalos, crepitaculum, quod asininis pedibus aut auribus se sistat hominibus, & per domos perstrepat. Iam dices quid ergo sacræ litteræ hæc fabulosa sonant? nihil fabulosum in sacris litteris est. Sed vt supra diximus ex THEOD. appellant sacræ litteræ dæmonias eis nominibus quibus eos vulgus appellat, & meminisse etiam oportet, dictum esse post crucem Domini in Iudæa pro hominibus sanctis qui olim erant, fuisse hominum monstra potius, quam homines vt Iudæos post crucem Domini verius appellares O. B. nocentauros, Scyllas, chimæras, quam viros, vt diximus perditissimos homines Platonem in politico appellasse, & qua ratione sic appellet, docet idem Plato nono de Repub. lib. sic ferme fingamus cogitatione animæ humanæ imaginem quandam, quæ alioqui pulcherrima & Dei imago vt alibi dixerat, proculdubio si vitij inquinata est, & efferata, talis erit quales olim poetæ fabulabantur antiquas illas naturas ex varijs animantibus conflatas, chimæra, scyllæ, & Cerberi, centumgemini Briarei, belluæ lernæ. Nam finge animam hominis perditissimi qui viuat secundum omnes animi potentias, cuius quot sunt potentia quot sunt capita, si ira feratur præceps, & in omnes sæuiat, leonis caput habet, si vaser simul sit animo & subdolos, vulpissimum caput habet cum capite leonis, si praua cupiditas illum transuersum rapit, addidit tertium caput asini. Nam potentia illa quæ in prauas cupiditates fertur præceps, quæ vulgo dicitur concupiscibilis, à Platone in Timæo dicitur etiam asinus, veluti præsepi alligatus in hepate esse sic collige reliqua. Plato enim hæc & similia ex sacris litteris mutuatur. Nam D. Basilus in Hexameron homelia 10. te docet hoc melius cum ait multas nos intra nos habere feras, sic enim appellat potentias rationis expertes, nisi eas ratione regas. An ira, inquit (est enim ira quam vulgo dicimus irascibilem) exiguâ fera tibi videtur, quando adlatrat? & quo cane rabido illa minus sæuit? si dolosus es & vaser quo vrsus mitis es magis? hypocrisin feram non appellas, qui minus quam vulpem? Inuius & contumeliosus, an non scorpium est? qui clam insidijs petit proximum, an non est vipera? raptor, non lupus? mulierosus, non equus furæ? & cætera quæ adiecit. vnde CHRYS. in caput Matthei 18. homelia. 60. sub finem hunc locum interpretans. Quare vehementer vos oro, inquit, atque obsecro interficiamus hunc draconem, arceamus atque bestias & prauas cogitationes mucrone spiritali confodiamus. Dixerat enim supra CHRYS. si vrsus à cauea fugerit domos omnes præcludimus, vicis obsidemus, vt intercepta bestia nemini noceat: nunc vero cum non vna bestia sed multæ atque obscenæ cogitationes omni bestia ferociores animam nostram lacerent nec sentire quidem videmur, & ideo subiecit, Confodiamus has bestias mucrone spiritali, ne nobis quoque propheta Iudæorum mala intentet dicens, Centauri Ericij & dracones illic tripudiabunt sunt enim sunt certe homines Asinocentauris multo peiores qui velut in deserto viuēt calcitrēt, &c. quæ adiecit. lege GREG. qui libro Moralium 7. cap. 12. hunc locum mirabiliter explanat, idque plurimis verbis. Igitur D. ex D. GREG. & ex interpretatione veterum patrum intelliges quid sit Ericius & quid coruus & ibis. Nam Ericius vt AVGVST. nos docet in Psal. 107. in illa verba: Mōtes altissimi. ceruus minutum est animal & bestia quæ cōsecratur humilia, cæteris minor, cooperta spinis. i. peccatis quod spinæ in sacris litteris pro peccatis vsurpantur & qui peccatis est deditus minimus vocatur in regno cælorum, & huiusmodi homines vafri sunt, subdoli, qui etiam homines incoctos dolis astu antevertant, vnde ericij nominantur, de quibus vetus verbum est, multa nouit vulpes, sed echinus vnum magnum. nam ericios, Græci echinos nominant, quos aiunt callidas vulpeis astu decipere. Ibis auis esse Aegyptias, quæ animalibus venenatis pascantur tam notum est, quam coruos cadaveribus pasci & pro hominibus ponuntur, qui peccatorum veneno, & foedissimis criminibus delectantur. Et adhibendus est canon ille interpretandæ scripturæ sacræ, quem præscribit AVGVST. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 16. vt animantium, & herbarum naturas indagemus ad eruendos sacræ scripturæ sensus, vt ex naturis animantium, & herbarum cō-

barum coniectemus quas hominum naturas, quæ ingenia scriptura dānet, vt cum Ibis auis auis esse, quæ venenatis animantibus delectantur, relataque in numerum Diuorum ab Aegyptijs, quod prodeunt obuiā generi cuidam serpentū volucris, quod sese tollit ex paludibus Aethiopiæ, & afflatu solo necat obuios, & Ibis hoc serpentium genus conficit, & tanta peste Aegyptios liberat, intelligas significari homines qui rebus venenatis delectantur, & criminibus foedissimis. Itaque hoc loco à propheta per hæc animalia dæmonia significantur quæ sub figura horum animalium colebantur, & quæ his nominibus significantur, vt docet D. Ioannes: & homines etiam quibus hæc dæmonia imperant, quique horum dæmonum impulsu ducuntur ad foedissima vitia, quæ diximus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et orientur in domibus eius spina, & vrtica & paliurus in munitionibus eius, & erit cubile draconum, pascua struthionum. Occurrēt dæmonia onocentauris, pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia, et inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueā ericius, & enutrit caulos, et circūfodit, et fouit in umbra eius.

Et renascent in ciuitatibus eorum spinea ligna, & in munitionibus eius. Et erunt cubilia firenū, & aula struthionum, occurrēt dæmonia cætauris, clamabunt alter ad alterum, illic requiescēt onocentauri, inuenerunt enim ibi requiem illic nidificauit ericius, & salua uit terra filios eius cum securitate.

Commentario superiore hæc omnia pluribus verbis sunt explanata longiore oratione, ex auctoritate veterum patrum. Prioribus ergo verbis Iudææ vastitas significatur post crucem Christi [Orientur in domibus eius spina & vrtica, & paliurus in munitionibus eius] .i. vrbes & domus magnificæ, & munitissimæ arces subuertentur, & relinquentur loca vasta, obducentur spinis, & vrticis, & Iudæi etiam vitij cooperti erunt, & flagitijs, quæ significantur per spinas, & vrticas, erit (Iudæa scilicet) cubile draconum, dæmonum, vt interpretati sumus ex D. Ioanne & sanctis patribus. Pro draconibus Lxx reddidere [firenas] de quibus omnes poetæ fabulantur, quæ apud Homerum, prætereuntes cantu demulcebant, adeo vt illi, domus, & familia oblitæ contabescerent ibi, deliniti cantu firenum, & perirent. Quæ loca cum præterer heret Vlysses cara suorum obturauit aureis, seque iussit malo nauis adligari, edixitque socijs ne se soluerent, etiam si signis imperaret ipse, ne adlecti dulcedine cantus Sirenum, subsisterent ibi, & ita oblitæ rerum omnium perirent, & hac arte Vlysses cum socijs præterijt loca firenū saluus, & incolumis, quæ imago voluptatū est, quæ dulcedine titillat hominū animos, adeo, vt rerū cælestiū oblitæ & patriæ cælestis pereant letho malo, quæ locum vir sapiens qualē Vlysem describit Homerus, præteriens se religat Deo & suis obturat aureis cæra, ne illecebris vitiorum deliniti pereant. Hoc loco pro dæmonibus accipitur Siren, qui instigant ad voluptates. Lege AMBR O S. in psalm. 43. vbi interpretatur hunc locum, vt Chrysostomus, & Basil. & Gregorius. lupi rapaces sunt crudeles homines, violenti, qui aliena rapiunt. [Dracones] homines venenati insidiosus, qui non solum mali sunt, sed alijs afflant venenum. [Lamia] larua quaedam, qua nutrices pueros exterrēt, quod pueros deuorare dicatur, à magno gutturo dicta lamia, nam guttur, *λαμια*, dicitur Græcè. [Aula Struthionum] Ille alter de animalibus lib. vno: Struthio quilibet hæretic, vel philosophus, vel hypocrita est, qui quasi cū pennis sapientiæ est, tamen non volat, & parit oua struthio sed pullos indè non nutrit, quia hypocrita quanuis rectè prædicet, tamen per exemplum bonæ vitæ nullos filios generat. Occurrunt dæmonia onocentauris, clamauit alter ad alterum. hæc nomina explanata sunt superiore commentario, de piloso quoque supra dictū est satis. Quid est quod occurrat vnus alteri? & quod clamet alter ad alterum? interpretatur Theodoretus, quod inter homines malos, insidiosos, rapaces, nocentes non habitat benè nisi qui moribus eis sit similis, vt in prouerbio est apud Aristotelem: Graculus absidet graculo, & fur furi. Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Est illud euangelij de quo dictū est supra. Adducit septem spiritus nequiores se, ibi cubant ibi requiem inueniunt in populo Iudaico, ibi educat filios iuxta illud, vos ex diabolo patre estis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Illuc congregati sunt milia alter ad alterum. Illuc ceruæ occurrerunt. CYRILL.

CYRILL. hæc refert ad apostolos, qui sæpè Hierosolymis cœpere consilia de rebus, quæ ad ecclesiam spectant. Postquam enim prædicta est vastitas Iudææ, & exclusio post crucem Domini, claudis propheta hoc caput prædicatione hac, qua ostendit duodecim futuros apostolos Domini, & hos conuersuros orbem ad fidem, & neminem ex numero apostolorum de futurum absque vno Iuda quod Dominus ait: Pater ex eis quos dedisti mihi non perdidisti quem &c. sic explanandum esse hunc locum ostendit planissimè tralatio Lxx virorum & distinctio lectionis Hæbrææ. Nec erat cur D. Hieronymus (quod pace tanti diui sit dictum) hunc sensum allegoricum esse diceret & non litteralem, quando ipse nos docet quod per tropum aliquem dicatur, litteraliter dici, quod littera ipsa cantat, nec quicquam aliud significare potest, nisi si quis dixerit illud de vinea Domini cap. 5. de vinea aliqua aut vitibus esse intelligendum literaliter, non de populo Iuda. & illud: Erunt praua in directum & aspera in vias planas, significare intelligat vias distortas & asperas in aduentu Domini commutandas in rectitudinem & planitiam & mille alia quæ nos hic D. docet & AVGV. cū alijs locis tū quæstionum super Exodum lib. 2. cap. 164. qua de re infra dicendum est in principium cap. proximi ex GREG. Nysseno. Igitur ex distinctione Lxx & interpretatione planum erit litteraliter hæc vsque ad finem capitis de duodecim apostolis esse explananda. Igitur illic congregati sunt milui interpretabimur illic Hierosolymis. .i. exclusis Iudæis, cōgregati sunt milui, apostoli, alter ad alterum, omnes, cum in actis apostolorum concilio coegere sepè, milui dicti sunt a postoli. .i. venatores & piscatores. Nam Dñs apud Hieremiam cap. 16. missurum se dicit piscatores multos & multos venatores & venaturum se eos super omnem montem, super omnem collem. Quem locum Hieremiam citat AMBRO. in Psal. 118. sermone 6. explanat his verbis: Reperiuntur in motibus & collibus venatores Domini, qui inuestigant eos qui capiuntur ad vitam & postea de apostolis interpretatur, quos eosdem piscatores, venatores & messorum appellatos ait, quod plurimarum operationum solertes ministros Dominus habet, & ideo varijs nominibus appellatos à varijs operationibus. Milui autem dicuntur apostoli quod cognouerunt veris aduentum, hoc est Christi, iuxta illud Hieremiam cap. 8. Milui in celo cognouit tempus suum: dicitur enim Hæbraicè מילוי quam vocem Hæbræi & eorum asseclæ vertunt Ciconiam, fatentur tamen Thalmudistas interpretari, Miluum album, & docere sic appellatum à רחם, misericordia quod alijs auibus suas escas impertiat. Sed Iudæis nihil est credendum, alioqui hoc bene conueniebat apostolis, sed est satis aduentum veris hanc auem nosse vt ait Hieremias & ideo pro his poni qui Christum agnouere primi. & vt docet Plinius hæc auis rapacissima est & famelica, & apostoli amore ardentissimum salutis generis humani præferabant & ideo famelici recte dicuntur, & rapacissimi quod rapere totum orbem & conuertere iuxta illud, Petre occide & manduca, nā intra breue tempus totum orbem sibi incorporarunt. Ita enim AVGV. interpretatur illud Occide & manduca. .i. incorpora, vt fiat vnum corpus mysticum tota ecclesia, & nunquam milui mortuorum carnibus vescuntur, apostoli abstinebant ab omni peccato mortali. Est autem translationem D. Hieronymi sic explanandam, liquet ex interpretatione Lxx virorum, & distinctione lectionis Hæbrææ quæ tempore Lxx erat, vt ostendimus, & ex principio capitis proximi, primū omnium pro מילוי .i. pro miluis legere Lxx viri מילוי, mutato, 7, in 8, & in tertio cto, 7, & sic vertere, illuc ceruæ cōgregatæ sunt, edidere enim illic ceruæ occurrerunt sibi. .i. coegere concilium Hierosolymis, quoniam elegere Matthiam apostolum loco Iudæ. illius enim concilij hoc vaticinium est vt apparebit, esse autem in codicibus Hæbræis has varietates ostendimus in disputatione de translationibus. Ergo illic ceruæ occurrerunt .i. apostoli vt interpretatur CYRILL. quod ceruus serpentes interficit, & spiritu narium eos extrahit de cauernis, & superata pernicie veneni, eorum delectatur pastu, quod etiam ait ORIG. in Cant. Cantico. homel. 2. & 3. vnde Christus & apostoli dicuntur cerui & ceruæ, vt docet AMBR. de interpellatione Dauid, in principio, & rationem reddit plurimis verbis. Docet etiam D. AVGVST. de verbis apostoli: Inuicem onera vestra portate. & cerui sunt appellati apostoli, quod non solum serpenticidæ sint cerui, & deuorent serpentes, & sibi concorporent, vt Petrus iustus est occidere & manducare, & concorporare sibi reptilia illa. .i. occidere venena nationum infidelium, & sibi concorporare in vnum corpus omnes Gentes, vt inde fiat ecclesia, cuius corporis caput est Christus, & quod ceruus loca sublimia & excelsa perambulet, & montium cacumina: sic apostoli, nam conuersatio eorum in celis erat. & genere foeminino apostoli dicuntur ceruæ, vt explanat CYRILL. & ORIG. in Cantica Cantico. homel. 3. interpretans locum Iob, vbi dicitur Do-

Atur Dominus seruire Ceruarum partus & velut medendi officia præbere donec pariant filios, sic enim inquit ORIG. apostolorum velut Ceruarum Dominus seruat partus, donec formetur Christus in eis, obsteratur, medetur donec pariant filios ecclesiæ, quos Dominus seruet, & nutriat. Idem ORIG. in cap. 15. Matth. interpretans illud: Tunc saliet vt ceruus, qui claudus erat: facebimur inquit, haud frustra ceruo animanti puro ac serpentium hosti, & cui venenum serpentis nocere non potest, comparatos esse qui Christo generantur. Et contra Celsum lib. 2. cum probat, maiora fecisse, vt Christus promiserat, discipulos ipso Domino: quod per discipulos oculi cæci, & aures surdæ totius orbis terrarum aperiuntur & claudi homine interiore per verbum prædicationis, sanitate recuperata, non simpliciter, sed in cerui morem profiliunt quod vtiq; animal serpentibus insensum est, & vipereum, quod vis nature eorum exsuperat virus, quam potestatem accipiunt apostoli cum à Dño accipiunt potestatem calcandi super serpentes & scorpiones. Quod ergo accipiunt potestatem procreandi, & generandi ceruos, quos Deus curat (vt dictum est) rectissimè apostoli ceruæ nominantur. Notandum tamen summo pere ex hoc loco vsque ad finem capitis Hæbraicè semper adiectiua & relatiua & verba omnia esse genere foeminino vt referri aliò non possit hoc loco nisi ad apostolos, quos ceruas dictos esse ostendimus, quod ecclesiæ filios parerent, quod si eò nõ retuleris non reddes causam cur genere foeminino omnia sunt expressa Hæbraicè vsque ad finem capitis.

Cur apostoli ceruæ foeminino genere dicantur.

Cur Hæbraicè es que ad finem capitis, omnia foemini no genere sint.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Requirite diligenter in libro Domini et legite, vnum ex eis non defuit.

Viderunt facies suas ad inuicem, numero venerunt.

Diuus HIERON. distinxit hunc locum longè secus quam Lxx. Nam vnius sententiæ putauit esse totum illud. Illuc congregati sunt milui, alter ad alterum: vt de apostolis cōgregatis Hierosolymis interpretari queas ad eligendum Matthiam, qui exleret duodenarium numerum apostolorum. Et nouo principio: Requirite diligenter in libro Domini: quod interpretatur D. Hieron. quærite futura quæ dico, & prænuncio, & mandate memoriæ singula, quæ in hoc libro Domini scripta sunt, & reperiatis ne verbum quidem vnum irritum futurum, & complenda esse omnia, quod hæc omnia non ego, sed Dominus est locutus, & spiritus eius. Ipsius ergo decreto, & mensura complentur, & vsque in generationes sempiternas suum ordinem non relinquent. Sed si huius loci sensus hic est, haud facile dixeris cur quæ sequuntur omnia vsque ad finem capitis genere foeminino sunt enunciata. Quare iuxta translationem Lxx virorum sic interpretabimur versionem hanc D. Hieron. [Congregati sunt Milui alter ad alterum] .i. Hierosolymis apostoli sunt congregati alter ad alterum vt Milui appellentur apostoli ratione qua dictum est [Requirite diligenter in libro Domini] verba Petri esse videntur qui actorum cap. 1. ait: Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum. quid enim interest inter, Requirite diligenter in libro Domini, &, Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus? sequitur postea [Et legite, vnum ex eis non defuit] .i. legite, oportet enim compleri scripturam, idem enim significat oportet compleri scripturam: & vnum ex eis non defuit, hoc est non defuturum est. Quod enim certum est, & stabile quod à Deo prædicitur futurum, scriptura de futuro loquitur tanquam de præterito. Legite ergo in libro Dei vnum enim ex his quæ scripta sunt de duodenario numero apostolorum non defuit. .i. nõ de futurum est, oportet omnia compleri. Lxx viri sic distinguunt. Alter alterum requisierunt. Nam verbum Hæbræum דרשו, quod D. Hieron. reddidit [requirite] modo imperantis, alijs punctis præteriti temporis est, & ita Lxx vertere [alter alterum requisierunt vel interrogabant] si quidem præpositione, ad, addidit D. Hieronymus de suo, perspicuitatis causa, pro [Alter alterum requisierunt, vel, interrogauerunt] edidere Lxx qui sensa reddunt non verba [Viderunt facies suas ad inuicem] quod de apostolis dictum esse, planum est, cum congregati sunt Hierosolymis, & illic alter alterum interrogabat de eo qui in locum Iudæ proditoris sufficiens esset. Notandum tamen Hæbraicè esse altera alteram interrogauerunt quod propheta apostolos genere foeminino ceruas appellat quod filios ecclesiæ parerent. Postea Hæbraicè est מילוי ספר יהודה, quod reddi potest vt vertit D. Hieron. & verti quoque מילוי ספר יהודה, iuxta ספר יהודה, Dei, vt sit, iuxta numerum Dei interrogauerunt alter alterum, hoc est de com

est de cōplendo numero duodenario apostolorum, inter se consultauerunt actorum cap. i. & A nescio an paucis verbis à propheta planius potuerit prædici illa consultatio, quam cum dixit Alter alterum interrogauerūt iuxta numerum Dei. Duodenarius autem numerus apostolorū dicitur numerus Dei, quod vt docet TERTVL. aduersus Marcionem li. 4. Dñs duodecim apostolos elegit & non quemlibet alium numerum quia non tantum vocibus prophetarū sed etiam rerum argumentis hoc prædictum erat. Huius enim numeri figuræ erant duodecim fontes helin, duodecim gemmæ in tunica sacerdotali Aaron, duodecim lapides à Iesu de Iordane electi, hæc totidem apostolos præsignificabant rigaturos vt fontes & amnes aridum desertū gentium, desertum inquam à notitia Dei, & vt gemmas illuminaturos sacram ecclesiæ vestē quam induit Christus pontifex patris, & vt lapides fundaturos ecclesiā solidos fide, quos de lauacro Iordanis Iesus verus elegit & in sacrarium testamenti sui recepit. His Tertulliani verbis adijce ex eadem terra Zabulō & terra Nephthalim in ipso Iordane elegisse Dominum apostolos, vnde Iesus Naue elegerat lapides illos. & de electione apostolorum & numero duodenario AVGV. in Psal. 59. in illa verba: Duodecim milia in valle salinarū. & in Psal. 103. in illa verba: Potabūt omnes bestia: fyluæ & alijs locis. & AMBROS. de benedictionibus patriarcharum cap. i. & in Psal. 118. in illa verba: Oculi mei defecerunt. Ergo Hebraicè est iuxta distinctionem Lxx virorum interrogauerunt alter alterum iuxta numerum Dei vel super numerum Dei .i. præfinitum à Deo & præsignificatum, qui complendus erat, quod perijisset Iudas.

Lxx viri sententiam reddunt & pro, Alter alterum interrogauerunt, edidit, Viderūt facies suas ad inuicem, pro iuxta numerum Dei vertere ἀλλήλων ἀπελάθον, quod vertes numero prodire vel progressē sunt. .i. prodire indè cōpleto numero duodenario, ex exitu rei ostendūt priora consultasse de complendo duodenario numero & progressos esse inde apostolos completo duodenario numero. nam ἀπελάθον, prætergressi sunt & processere significat, vel accessere numero. .i. ad numerum, accessit Matthias ad numerum apostolorum, est enim frequēs apud Hebræos vti singulari numero pro plurali, aut contra plurali pro singulari.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI. ex eis vnam legerunt Et Et legite vnum ex eis. Et vna ex eis non perijt. וְקָרְאוּ אֶת כָּל הָאֵלֶּיךָ

Iuxta distinctionē Lxx virorum lectio Hebræa reddetur, Legerūt vnam ex eis. Nā verbum Hebræum קָרְאוּ, quod D. Hieronym. reddidit legite modo imperantis, alijs punctis præteriti temporis est [Legerunt porro vnam ex eis] dilucide significat, lectam esse vnam certam ex eis, ex duodecim, quod à principio dictū est apostolos appellari ceruas, & loco Iudæ proditoris lectus est Matthias cap. i. actorū, vt esset loco Iudæ, qui crepuit medius. pro: Legerūt vnam ex eis, dixerunt Lxx viri: Vna ex eis non perijt, vt cū illo Ioannis cap. 18. conueniat: Quia ex ijs quos dedisti mihi non peridi ex eis quenquam & ita omnes apostoli missi sunt ad prædicandum euangelium & cum alios occiderint Iudæi, in apostolos nihil eis licuit, & Petrus & Paulus & alij illorum manibus erepti sunt, vt iuxta Domini imperium irent prædicatum euangelium omni creaturæ. Notandū tamen, esse duplicē lectionē ex interpretatione Lxx seniorum. nā in codicib⁹ Græcis legitur καὶ μὴ ἀπολέσθαι οὐκ ἀπαλάθον, vna ex eis nō perijt, sic legit D. BASIL. contra Eunomiū lib. 5. capite contra eos qui dicunt sæpè scriptū esse de patre & filio & de spiritu sancto tantum, in sacro baptisate esse scriptum vbi hunc locū citat καὶ μὴ ἀπολέσθαι οὐκ ἀπαλάθον, vna ipsarum non perijt. Contrā ATHAN. de fide trinitatis & vnitatis libro vno sine negatione [Vna ex eis perijt] vt sit idem cum illo Ioannis cap. 17. nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, quæ lectio mihi magis placet. Quod enim Hebraicè est, legerunt vnam ex eis, vnam ceruā .f. vnum apostolum loco Iudæ proditoris, diximus enim cur apostolos vsque ad finem capitis iuxta Lxx viros appelleret ceruas foeminino genere, quod enim Hebraicè est, legerunt vnam ex eis .i. vnum apostolum Matthiam .f. quod id repetitum erat, omisere vt solent omittere quæ geminata sunt & loco eius addidit commentarium pulchrum. Quia vna ex eis defuit, vna cerua. .f. vnus apostolus Iudas proditor.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI. Non quæsiuit alter alterum. Altera alteram non quæsiuerunt. V Traque interpretatio planè refertur ad apostolos quæsiuerunt non sociæ eius altera defecit Non quos omnes seruauit Dominus, iuxta illud Ioann. וְלֹא נִשְׁרָפָה אֶת אֶחָד מֵהֵם לֹא פָקַדוּ cap. 18. vt impleretur sermo quem dixerat: Quia quos dedisti mihi non peridi ex eis quenquam. hoc

A quam: hoc enim significauit D. Hieronymus cum dixit, Alter alterum non quæsiuit, .i. nemo apostolorum desideratus est: in nullum apostolorum quidquam licuit Iudæis, omnes missi sunt ad prædicandum euangelium, & fortiti sunt suas prouincias. Postea omnes in obeundo suo munere martyrio sunt affecti, idem significat interpretatio Lxx virorum [Alter alteram non quæsiuerunt] quia ceruæ ipsæ, id est, apostoli non quæsiuerunt se, qui omnes relictī sunt incolumes post Christi passionem, Altera non quæsiuit alteram, neque altera quæsiuit alteram, quod supra dixerat propheta, vt ostendimus, electum esse Matthiam loco Iudæ proditoris.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Quia quod ex ore meo procedit ille mās Quia Dominus ipsis præcepit, & dicit, et spirit⁹ eius ipse cōgregauit ea. spiritus eius congregauit eas.

Dixi D. Cyrillū hæc omnia interpretari cōgregauit eas ipse spiritus, ipse & præcepit ipse (Dei) os. Quiri de apostolis (vt supra diximus) vñ וְקָרְאוּ אֶת כָּל הָאֵלֶּיךָ וְקָרְאוּ אֶת כָּל הָאֵלֶּיךָ וְקָרְאוּ אֶת כָּל הָאֵלֶּיךָ וְקָרְאוּ אֶת כָּל הָאֵלֶּיךָ de ipse, & D. Hieronymus hæc iuxta translationem Lxx virorū illud Matthei significare dicunt cap. 28. præcepit eis, Ite & docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Et quantum D. Hieronymus dicit hoc significari iuxta translationem Lxx virorū, nescio cur suam interpretationem ab hac sententia alienam esse putet: quod in vniuersum dictum volo, non in hoc loco tantum, cum ad lucem euangelicam omnia explanari iubeat veterum patrum Canon, præsertim in his locis, quos iuxta sententiā Lxx virorū ex literis apostolicis, & euangelicis hic Diuus interpretetur: BASIL. Magnus lib. 5. contra Eunom. hoc testimonio spiritum sanctum declaratum esse ait, & patrem, nihilominus filiū intelligi. AT H. A. de fide vnitatis & Trinit. lib. 1. hunc locum citat etiam vt ostendat quantum hic nominetur pater & spiritus sanctus, nihilominus intelligendum esse filiū. Sed si Athanasius potuisset & Basiliius Hebræam lectionem consulere, & cum interpretatione Lxx virorum conferre, intellexissent profecto treis personas hic declarari, nam lectio Hebræa ad verbum sic vertetur: Quoniam os ipsius præcepit, & spiritus eius ipse cōgregauit eas. porro os Dei (patris) Christus est, de quo Hierem. ex persona Iudæorum: Quia os eius ad iracundiam prouocauimus, & sic AVGV. de essentia Trinitatis lib. 1. (si modo hic liber est Augustini, certè refertur doctrina est) sic explanat illud Esaia: Os Domini locutum est. .i. verbum Dei, filius Dei patris, per quem facta sunt omnia. & GREG. in oraliū lib. 27. cap. 10. Os Domini locutum est inquit. .i. vnigenitus Dei filius, per quē omnia loquitur nobis vt iam hoc loco mentio sit facta filij. deinde וְקָרְאוּ quoties absolute ponitur, etiam Iudæorum concessu, Deum significat. Vides os Dei, & Deum ipsum. .i. Deum patrem, & filium declaratum, & subiungitur statim tertię personæ mentio, & spiritus eius, quod pater, & filius sunt vnum principium spirandi spiritum sanctū. Postea [ipse congregauit eas] ipse Deus congregauit eas ceruas Hierosolymis. .i. apostolos, & misit in eos spiritum sanctū D. Hieronymus ad concilia retulit, reddidit enim sensum non verba, quasi diceret spiritum sanctū congregasse omnia ea concilia apostolorum, non solū id in quo Matthias susceptus est in locum Iudæ.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Et ipse misit eis sortem & manus eius Et ipse immittet eis sortes, & manus eius diuisit eis, vt pascerent, in æternum possidebūt eam, in generatione, & generationem habitabunt in ea. eius diuisit eis, vt pascerent, in æternū tempus hæreditabitis, in gnatio nes gnationū requiescent in ea.

Sensus est, sanctis apostolis, velut quadam sorte diuisæ sunt partes orbis, quibus vnusquisque ipsorum prædicaret euangelium. sic CYRIL. sic D. HIER. Hebraicè est: Et ipse cadere fecit ipsis sortē, & manus eius diuisit ipsis ad mensurā. Lxx, quod de apostolis loquitur propheta tanquā de ceruis, & Hebraicè semper loquitur propheta genere foeminino, pro prædicare euangelij, reddidit, pasci: iussi enim sunt occidere, & manducare, & nationes infideles concorporare sibi. Sic enim dictū est Petro: Surge, occide, & manduca. Hebraicè tamē est: Diuisit eis manus eius in mensuram, hoc est, in ædificationē ecclesiæ quæ perpetua futura est, nā portæ inferi aduersus eam non præualebunt, quod significatur postremis verbis prophete.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Latabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Latabitur desertum sitiens, exultet solitudo floreat quasi lilium.

Prædicatur lætitia aduentus Christi gentibus, quæ sedebant in tenebris, & umbra mortis & sic hoc caput explanatur tã à nostris quã à Iudæis, sed à Iudæis alio quodam modo. Sententia Iudæorũ discet ex commentarijs Vatab. de qua paulo infra dicendũ erit. GREGOR. Nyssenus in lib. de cognitione Dei hunc locum interpretans adnotat, quod capite superiore à me est adnotatum, quasdam esse allegorias, quarũ sensus sit literalis, quemadmodum troporum & schematum sensus litterales sunt, non allegorici. Nunquam, inquit, facta hæc sunt, neque fient si sensum ad verba exigas, vt solitudo, quæ siti aret, scateat fontibus, floreat, venet: aut vt Carmelus mutetur in Libanum, Libanus in Carmelum. Cuius enim stultitiæ effect expectare dum hæc ita fiant, quod expectant Iudæi? An expectemus Iusurũ Deum, & commutaturum rerum naturas vt hos monteis commutet cum illis? & amœna & vernantia cum locis aridis? Et quæ tandem horum ludorum commoditas? Sensus igitur huius loci est, authore Nysseno nationes infideles, quæ loca arida dicuntur quod nulla ibi dona spiritus sancti essent, & nulla pluuia cælestis, ecclesia Dei facta: vernent bonis cælestibus, floreat virtutũ omnium floribus, fructuũ pulchritudine, & suauitate decorentur. Adde tu his verbis Nysseni, quod Hebræa lectio præfert, לטבת עם ישיב, Latabitur cum his, vel in his deserta &c. Neq; scio cur D. Hieronymus præterierit voculas illas: cum his, aut in eis, quæ magnam quandam vim habent mysteriorum. Arguunt enim plane postrema verba cap. superioris iam indè vsque ab illis verbis, Illuc congregati sunt milui, vel, vt Lxx reddidere: Illuc ceruq; occurrerũt, vaticiniũ esse duodecim apostolorum, & electionis Matthiæ loco Iudæ, & missionis eorum ad prædicandum in totum orbem, vt supra dictum est, ex autoritate Cyrilli, & D. Hieronymi & Athanasij, & veterum patrum. Quod verisimilè dictum à nobis ex veterum patrũ autoritate arguitur quã nũc dicitur futurũ, vt letetur cũ his apostolis. s. missis à Dño, deserta terra, & inuia. i. populũ gentiũ euocat? è tenebris in quibus sedebat, in lucẽ purissimũ euãgelij & in promissa cælestia quæ data erant veteribus patribus. Iudæi quod cæci sunt, fidei expertes hoc loco in salebra hærent, Ait R. David, Gaudebunt in eis, vel cum eis desertum & solitudo, & R. Abraham, sunt, inquit, qui interpretantur, Gaudebunt in eis. improbãt tamen hanc sententiã, & vitiãtã Hebræam lectiõnẽ putãt. Querũt enim Rabini cum quibus sit gauisurũ desertũ, dubitãt, hærent, si Christo crederent, si scissent in fine capitis superioris prædictam esse missionem apostolorum ad omnes genteis, & genteis infideles appellari semper in scriptura, desertum, & terram sitiẽtẽ, non quæsiissent vtique cum quibus gauisurum esset desertum. Nam si constaret prædictum esse, venisse ad quosdam euangelium. i. faulstissimum, lætissimũ nuncium & subijceretur, illos qui bus allati essent lætissimi illi nunciij gauisos esse cum eis, stultissimorum hominum esset querere cum quibus, aut in quibus illi gauisi essent? õ stolidissimi diceremus cum apportatorib; nunciorum, & cum nuncijs ipsis. Putat tamen R. Abraham vitiãtam esse lectiõnem Hebræam quam non intelligit &, loco, i, esse positum: vitiãtam affirmant Hebræam lectiõnem, quæ sincera est & castigatissima. & vbi fraus facta est à Iudæis, & tenetur manibus, & ipsi Iudæi fatentur se mutare lectiõnem quod eam non intelligant, nostri quidam negant & pernegãt quid quã vitij esse, numeratas esse litteras, numeratas syllabas, apices, puncta religiosissimè custodiri. si dicas en ipsi Iudæi fatentur, sicut hoc loco se mutasse lectiõnem Hebræam, quod Iudæi mutarunt id sanctum esse putant. Si dicas Iudæi fatentur decem & octo loca mutata à Iudæis esse de industria Hebraicè, & mille alia fateri ipsos Iudæos mutasse se, negant, si ostendas ipsos fateri Iudæos, mentiri aiunt, si oculis subijcias, & moneas vt legant suis oculis, ipsi adhuc pernegant, tã sanctũ apud illos est, quod Iudæi mutant & vitiãnt. Ergo Hebraicè est [Latabitur cũ eis desertũ], i. õ popule gentiũ [Latabitur] cum apostolis ad te missis. GREG. Nazianz. orat. i. contra Iulianum apostatam, videtur interpretari. Latabitur desertum cum his, cum Dei filijs. lætantibus & gaudentibus etiam, perfulsum luce euangelica desertum. i. populum gentium, vt simul

Loca à Iudæis vitiãta.

In Thesau. in indicitio sic 727

A simul apostoli lætentur cum deserto. i. cum populo Gentium, de tanto bono. Ergo, desertum triumphabit gaudio cum filijs Dei triumphantibus gaudio, quod quæ vidua erat heri, & sine viro ecclesia, & quæ premebatur exitiali & amara hyeme impietatis, vernat & floret, quod miserus est Dñs populi sui, & hæreditatẽ suam non dereliquit. Ita interpretatur HILAR. in psal. 65. in illa verba: Ibi lætabimur in ipso. IVST. Martyr in apolog. 2. pro Christianis: Deserta, inquit, appellat nationes, quod Dei veri cognitionis essent expertes, & destitutæ cælestibus bonis, quibus læta nunciat, quod omnia bona, quæ apud Iudæos erant, ad illos essent transferenda per apostolos, qui dixerunt: Ecce conuertimur ad Gentes. CYRIL. contra Iulianũ lib. 9. & in commentarijs in hunc locum, Gentium natio desertum dicitur, & terra inarabilis, quod aratro cælesti non est profcissa, & quod destituta omni virtute, & Dei cognitione. ORIG. in Iesum Naue interpretans hunc locum (inquit) prædici hoc loco pro incredalitate Iudæorum auferendum ab eis regnum, & dandum eremo. Lege EUSEB. Cæsar. li. 6. demonst. euang. ca. 21. & lib. 9. cap. 6. Respondere ergo optimè possumus R. Abraham quærenti: Qui sunt ij, cum quibus gauisurum sit desertum? apostolos esse, qui transferebant ad Gentes regnum, quod erat apud Iudæos, nisi forte putant, quod ipsi Iudæi dirigerint in faxa, adẽ vt non doleant tantis bonis amissis, Gentes non gauisuras tantis partis bonis, & apportatores tantorum bonorum non celebraturas in omne tempus lætissimis festis diebus, quod factũ est per mille quingentos annos, fietq; vsque ad consummationem seculorum, & in vita sempiterna multò multoq; hilarius fiet. Florem hunc & lilium. AMBR. lib. 3. de virginibus, Christum esse ait qui floret in deserto, in populo Gentium, flos humilitatis, tanquã lilium in medio spinarũ, flos simplicitatis, flos boni odoris, & virtutum omnium quas docuit Christus. Quæ verba Ambrosij intelliges de ijs omnibus, in quibus Christus regnat, in quibus omnibus tanquam liliũ & flos fragrantissimus, Christus fragrat omni genere virtutũ. Lege AMBR. de Isaac & anima cap. 6. CYRIL. Efflorescit desertum quasi lilium. i. factus est populus Gentiũ floridus & odoratus tanquã liliũ. Christi enim bonus odor sumus, inquit Paulus. THEOD. Desertũ sitiens dicitur, quod nõ fuit irriguũ prophetarũ vaticinijs, & pluuia cælesti: Desertum, quod Dei agriculturã non acceperit, huic læta nunciat, & gaudere iubet & lætari, quod futurũ est, vt totũ ita floreat vt liliũ propter puritatẽ, quæ ei erat ad futura per spiritum sanctum in sacro baptisate.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Germinans germinabit, et exultabit, latabunda, et laudans. Florebunt, & exultabunt deserta Iordanis.

EUSEB. demonst. euang. lib. 6. cap. 21. & li. 9. cap. 6. hunc locum interpretatur, & ait his verbis significari Christi prædicationem & aduentum in desertũ Iordanis: Specta, inquit, vt instar euangelij hæc propheta desertum Iordanis tibi commemoret, quò loco versabatur Ioannes, & baptizabat, vt testatũ est literis euangelicis. B. PROS. de promissionibus Dei parte. 3. promiss. 11. putat idem esse hoc vaticinium Esaia cum illo Matthæi: Venit Iesus à Galilæa in Iordanem, vt baptizaretur à Ioanne. Idẽ sentire videtur THEODOR. & HILA. in psal. 65. in illa verba, Ibi lætabimur in ipso: Huius lætitiæ (inquit) tempus, & causam propheta dicit verbis illis, Lætare desertum sitiens, & exultent deserta Iordanis, quæ de Ioannis baptisate postea declarat, & de Domini aduentu. CYRIL. Iordanem datum, ait, Gentibus, non Iudæis rebellibus, nam credentibus factus est sanctus fons, vt explanandus hic locus sit deserta loca Iordanis florebunt & exultabunt præsentia Domini, & apostolorũ, quod potissimum illis locis versabatur Christus Dñs, & significat hoc loco Esaia, vt docet Euseb. & veteres patres, quibus locis Dñs & eius apostoli versarentur: & quod locis illis legerit Dominus apostolos & discipulos, & ideo illa loca deserta Iordanis floruisse dicuntur tot apostolis, tot discipulis Domini, ibi electis, & exultasse quod ex illis locis delecti apostoli & discipuli exultabant gaudio, tanto affecti bono cælesti. Ergo, Germinans solitudo illa inuia & deserta Iordanis. s. germinabit discipulis & apostolis inde electis [& exultabit] gestiet gaudio, tanto cumulata beneficio [latabunda] hilaris [& laudans] Deum. s. tot aucta donis cælestibus. Sed quid quod D. Hieronymus negat verba illa Lxx. seniorum Hebraicè esse? Docet esse eadem cum verbis euangelicis. Postea diligentius examinata re præscripsit Canonẽ hunc in præfat. in quatuor Euang. ad Damasum papã, post interpretationẽ Lxx nihil posse mutari in literis sacris quod

quod deprehendi non possit. Vt si codex Hispanus peruetustus trecentis ante annis Latine redditus esset, post interpretatione Latina nihil in Hispano codice immutari posset, quod statim non deprehenderetur ex Latina interpretatione. Vt si ubi in Hispano codice scriptum erat (*hambre*) legeretur (*hombre*) interpretatio Latina, que fame prefferret, argueret legendum (*hambre*) non (*hombre*) qua de re pluribus dictum est supra in disputatione de translationibus, ubi autoritate Iudaeorum ostendimus, etiam sine fraude Iudaeorum esse duplicem lectionem, & Iudaeos multa scripturae loca vitiasse, idque fecisse etiam in huius capituli principio ostendimus. Si adhibes igitur hunc D. Hieron. Canonem, quod reddidit D. Hieronymus: Et laudans: Hebraice est, לְבָנִי , quod Lxx vertere, Iordanem, intelliges eos non legisse לְבָנִי , sed לְבָנִי . i. Iordanis, mutato, ל in י , quae mutatio in codicibus Hebraeis est frequentissima & mutata, in י & intelliges has literas mutatas in alias similes ex interpretatione Lxx, vt docet D. Hierony. eodem modo quo in Hispano codice vitium esse deprehenderes: si ubi legeretur (*lumbre*) redditum Latine videres culmum, intelligeres profecto castigatam lectionem esse (*cumbre*) non (*lumbre*) praesertim si autoritas euangelica accederet, quae id ratum faceret. Confer tu haec Esaias verba iuxta translationem Lxx, cum cap. i. Ioannis euangelistae, & cum Matth. cap. 3. de deserto Iordanis, & Domino qui in eo versaretur. Adhibe duces doctores sacros quos supra citauimus, qui te docent hunc locum Esaias completum locis illis euangelicis, adhibe IREN. qui lib. 4. cap. 64. lectionem scripturae quam agnoscit ecclesia (Lxx seniorum. scilicet enim eo tempore ecclesia agnoscebat) ait sine falsatione esse, & integram & puram, & reuocam in memoriam nos, vel hoc capite ostendisse millies Iudaeos vitiasse codices Hebraeos, ubi eos aliquid vrgeret, & ex his lectionem vulgatam interpretare. Et tamen dices hoc vaticinium Esaias euangelium, quam euangelium D. Ioannis, & D. Matthei euangelium, dices tamen hic praedictum futurum, quam planum illic narratur completum. Ergo lectio Hebraea explanari potest ad verbum: Germinando germinabit, vel florendo florebit (vtrunq; enim significat verbum Hebraicum) & exultabit profecto exultatione Iordanis: pro quo Lxx, qui reddunt sententiam, edidit: Florebunt, & exultabunt deserta Iordanis, sed ita reddunt sententiam Lxx, vt concordent cum literis euangelicis, non sententiam solum sed verbis: quod Irenaeus afflatu spiritus sancti factum putat lib. 3. c. 25. aliter enim fieri nullo modo posset, vt cum literis euangelicis, verbis & sententijs concordarent. Mitto dicere, quod לְבָנִי exultatio est, vt docet Hebraei, vt bene reddi possit: Exultabit profecto exultatione Iordanis, tamen eodem reddi poterat לְבָנִי , nudatio, a ל in י , nudo, siue legas, exultatio, siue nudatio, refert parui, tamen, י , in י , mutari solet in regimine casus, quod Hebraei aiunt, quod arguit sequi genitium Iordanis, quod sentit quidam Iudaei, nec sciunt quid respondeat aliud quam י , poni pro י .

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron, ipsi videbunt gloriam Domini et decorem Dei nostri

Et gloria Libani data est ei, & honor Carmeli, & populus meus videbit gloriam Domini, & altitudinem Dei.

EVSEB. lib. 6. demonstrat euang. cap. 21. Ille decor Libani, illa pulchritudo Carmeli, hoc est, illa sanctitas & religio (comparantur enim sancti arboribus amoenissimis montium) illa ergo sanctitas, quae olim erat Hierosolymis, qualis pulchritudo Carmeli motis, & motis Libani amoenitas dabitur deserto Iordanis, apostolis scilicet, quos delegit ex illis locis deserti Iordanis, & fidelibus, quos docebat Dominus in deserto Iordanis, & ecclesiae quae olim erat in pauculis apostolis, & pauculis fidelibus, vel, Dabitur pulchritudo Libani, & decor Carmeli, i. lex Dei, quae faciebat Iudaeos florere magis quam Carmelus & Libanus florere: dabitur deserto Iordanis, i. baptismo. ibi enim coepit baptismus, iuxta illud: Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. Scies tamen quod Carmelus mons amoenissimus est, & Galilaea omnis, cuius campus Saron est totus confusus arboribus, vineis, lucis amoenissimis totus vernas, vt docet Ioseph. lib. 3. de bello Iud. cap. 4. Nam Libanum montem esse miram amoenitatis, res notissima est. CYRIL. Gloria, quae olim erat Hierusalem, & populus Iudaeorum, data est Gentium ecclesiae, & Christus datus est Gentium ecclesiae, quae Iudaei unum quendam hominem putabant, nos Deum gloriosum agnouimus. THEOD. Agnouimus gloriam Christi credentes in hoc seculo, visuri planius, quando beatitudine aeterna fruamur. Ipsi videbunt gloriam Domini: hoc Lxx seniores interpretantur: Oculi mei videbit gloriam Domini, hoc est, discipuli Domini & apostoli (nam Hebraice est ipsi) vt referat eos qui in deserto Iordanis audirent Dominum, quibus data dicitur pulchritudo Carmeli, vt docet HILAR. in psalmum 54. in illa verba: Mansi in solitudine, Venerat, in-

A in solitudine: Venerat, inquit, ad oves perditas domus Israel, sed ab his fugatus, haec deserta Iordanis laetificat, quod ait Esaias. EVSEB. lib. 9. demonstrat euang. cap. 6. Videbit populus meus gloria Domini: Tunc (inquit) visa est saluatoris nostri gloria, quando baptizatus in Iordane, ascendit ex aqua, & aperti sunt caeli, & vidit chorus apostolorum & discipulorum, & omnis multitudo, quae ibi aderat, spiritum Dei descendente vt columbam, & manente super eum, & quando vox de caelo audita est illa: Hic est filius meus dilectus. Et quicumque sacro baptismo tinctus est, & seruat Christi mandata contemplantur eius gloria, dicitur cum Paulo: Et si nouimus Christum secundum carnem, &c. TER. T. aduersus Marcion. lib. 4. Videbit (inquit) populus sublimitatem, & gloriam Dei, quam sublimitatem, & quam gloriam turbam miraculorum (inquit) vt paralytici tollant grabatum, & ambulent, caeci videant, &c.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate. Inualefcite manus inualidae, & genua dissoluta consolamini.

BER. T. VL. lib. 4. aduersus Marcionem, explanat haec de paralyticis quos sanauit Dominus, & ait proponi signa aduentus Domini, quod eodem libro repetit. Ait ergo iam ab hoc loco poni signa aduentus Christi, quod editurus esset turbam miraculorum, quod paralyticas manus sanaturus esset, cura paralytica, & hoc argumento more suo Iudaeos vrget, quod non solum Christus haec fecerit omnia & conpleuerit, sed haec quoque potestate suis discipulis sit largitus his verbis: Ecce potestate dedi vobis calcandi super serpentes & scorpiones. Idem ait ATHAN. de incarnat. verbi lib. 1. cum interpretatur hunc locum: Haec propheta, inquit, Deum aduenire denunciat, signaque, & aduentus eius tempus inueniat, tunc enim fore ait, vt aspiciat caeci, &c. & hoc vaticinium Athanasius vt Terullianus Iudaeos premit, cum non solum fecisse hoc Christum ostendat, sed etiam haec potestate discipulis tradidisse: tantum interest inter doctores sacros quorum hic totus erat conatus, vt Iudaeos refellerent. EVSEB. demonstrat euang. lib. 9. c. 13. huius prophetiae, inquit, sine habes in euangelio, cum paralyticus in grabato oblatu est Domino, quem verbo sanauit, & quando innumerabiles caeci, surdi, muti, et malis demonibus agitati, varijs implicati morbis sanitati restituti sunt, & tamen corporaliter haec Dominum praestitisse ait, quae spiritaliter. ORIG. quoque in cap. 7. lib. Iudicum: Erigite, inquit, demillas manus, venisti ad aquam baptismi, istud est certaminis & pugnae spiritalis initium, hinc tibi aduersus Zabulum nascitur pugnae principium, si remissior fueris, si flexi facile potueris, quomodo pugnabis? quomodo aduersus astutias Zabuli stabis? THEOD. Oppressos, inquit, diaboli tyrannide cololatur & excitat, vt vires capiat, vt liberetur diaboli tyrannide, & hoc vaticinium spiritaliter & corporaliter conplectitur Dominus ait, cum paralyticos sanauit, membra soluta constabiliuit, & caecis visum est largitus, & cum rursus generis humani tenebras dispulit, lumem caeleste mundo intulit, vires dedit membris & manibus ad actus, & cursum vitae euangelicae. Eadem sententia D. Hieronymi est & Cyril. AMBR. in psal. 47. nouo quodam modo hunc locum enodat: Dum ad perfectionem, inquit, desiderat Dei famuli peruenire, comacerant corpus suum castigando seuerius, & redigendo in ministerium seruitutis. Hoc faciunt in spiritu sancto valido atque vehementi: est enim spiritus consilij atque virtutis, vt nimia abstinentia dissoluat corpus suum, quo omnes eius euacuet voluptates, vt dicatur illis conualefcite manus remissae, & genua dissoluta: cum enim solutus quis fuerit ab ista conpage terrena, tunc fortius ad vitam conurgit aeterna. haec Ambrosius. Haec Ambrosij sententia est etiam apud philosophos, cum pugna esse docent inter corpus & animam, & corpus quod animam datum est pro mancipio coniuincto, vt ipsi aiunt, tyrannidem animam miseram occupat, & cogit illam noctes & dies seruire corpori, acruare opes, corruiere diuitias, querere honores & dignitates, querere voluptates turpes, & foedas: & cogitur (inquit Plato) animula infelix corpori miserum seruire seruitute, quae ei pro mancipio datum erat. Contra vero alij alienis malis edocti vtili exemplo, ne corpus lasciuat, aut luxurietur, & tyrannidem occupet animam, & non solum detrectet imperium, inedia, plagis, ieiunijs, tenui cibo corpore afficiunt, & extenuant vt seruiat animam, & dicto sit aut diens ne calcis cieat, neue repugnet. Et philosophi hac causam aiunt ieiuniorum, & castigationis corporis, vt ferat imperium animam, & fungatur suo munere corpus, quando pro mancipio datum est animam, & ideo philosophi vtebantur tenui victu, victitabant oliuis, & pane, & aqua: mutuati videlicet a sanctis viris, vnde multa quoque in suos libros sunt mutuati. Quae si vere philosophantur, vt philosophantur quidem verissimem, quorundam nostrum ieiunia nescio quam corpus castigant, tunc enim splendidius epulantur, cum ieiunandum est, & lautioribus viuuntur cibis, & corporis sagina, non vt extenuetur corpus, sed vt pinguescat, & lasciuat magis. Con-

gis. Contra putabat PLOTIN. qui no solum extenuandum corpus inedia, & ieiunio essebat, A sed quarendam etiam mala valetudinem, quod corpore sic extenuato, & macerato, & animus magnas faciat sibi vireis. Alij vero qui contemulationi studet, quibus corporis vires sunt neces. sariae, aiunt, dant operam ne corpus lasciuat, & suppeditat quid tantu corpori quantum manci. pio, aut quantum cani, curat tamen ne adlatret, quando coniunctu est animo, ne obstrepat studijs (inquit Plato) suppeditat necessaria omnia, ne desit quicquam, vt quietu sit & sedatum, ne more canis adlatret, & studijs obstrepat, cauere tamen ne quicquam supersit, aut saginetur, ne calces cieat Lege CHRYS. in Matth. cap. 21. homil. 68. vbi hunc locu interpretatur, & cu literis euangelicis cofert. Hebraea lectio sic ad verbu vertes: Vireis sumite manus dissolutae, & genua dissoluta robor accipite: vnde interpretabimur translatione Lxx: Roboramini manus dissolute, & genua dissoluta aduocate. i. erigite, excitate. D. Paulus huc locu citat iuxta translatione Lxx ad Hebr. cap. 12. facit tamen (quod ostendimus alibi solere facere) vt quae aliquantum obscure dicta sunt, mutato verbo dicat ipse planius, & dilucidius. vt ecclesiae doctor tantus & scripturae interpres. Pro, aduocate, posuit, erigite, excitate, lege IREN. lib. 3. cap. 22.

D. Paulus citat translatione Lxx.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dicite pusillanimis, confortamini, nolite timere.

Pusillanimes mente, confortamini, ne timeatis.

EVSEB. Caesariensis lib. 9. demonst. euang. cap. 13. dicite ijs, qui prius erant stulti, vel pusillo animo, & timido, & leui sententia, vt robor accipiant ad martyriu, nec timeant impios homines, qui aduersantur euangelio, sed aduersum illos concipiant robor, & ne timeant, Deus enim est Christus, qui non solum edidit miracula, sed qui vireis & robor ministrat suis. Sic hunc locum explanat IREN. lib. 3. cap. 22. Lege AMBR. de Ioseph patriarcha cap. 3. vbi huc locu interpreta tur. Quod D. Hieron. vertit: Dicite pusillanimis, casu dadi: Hebraei reddunt: Dicite stultis corde, & sic praefert Hebraea lectio, id est, dicite nationibus infidelibus. Quae enim stultitia maior est, quam daemones pro dis colere, & simulacra vana? CHRYS. de poenitentia homil. 6. pusillanimes, & leui sententia, & stultos homines eos appellat, qui admirantur haec terrena, diuitias, honores, dignitates, quibus terminabant foelicitate nationes infideles: vtina nos multu huius peccatis non traxissemus, cu luce diuinaru scripturarum illustramur, tunc leuitate, & vilitate haru reru cognoscimus, & stultos esse, & animo perpusillo, qui haec admirantur & sequuntur. Potest ergo verti hic locus: Dicite stultis, & dicite pusillanimis, vt reddidit D. Hieron. i. dicite hominibus, qui humana admirantur & terrena, vt mutet hanc mentem, & ad maiora se erigat. Lxx sententia vertere: Pusillanimes mente. i. vos qui eratis vsque adhuc pusillo animo, confortamini, ne timeatis, vel (vt vertit Hilar.) modici animi sensu inualefcite, & nolite timere haec caduca.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, et saluabit nos.

Deus noster iudicium retribuet, & saluabit nos.

Id est, Ecce Deus vester vlcif. remunerans saluabit vos & veniet ipse Deus retribuens veniet vlcifcens Deus vester Ecce ipse, veniet, & saluabit vos. Quae lectio videtur significare id cu illo: Veniet vt lapis offensionis, & petra scadali infidelibus, &c. de quibus dictu est cap. 8. Subuertit enim vniuersam Iudaea Christus, quod non receperit praedicatione euangelij, & venit remunerans fideles, quia merces eius cu eo. EVSEB. Caesariensis demonst. euang. lib. 9. c. 13. ait dictu esse hoc iuxta illud, quod iudicium omne datum est filio, quo iudicio Christus populu Iudaeoru prorsus deleuit, quod fuerunt increduli, & legis transgressores, & vaticinia prophetaru contempserint, suos seruauit, quibus aperuit intellectu, & ab hoc tempore retributionis, quo Iudaeos deleuit, fidelibus caelestia bona contulit, & ideo aduentu Dni appellatu ait, annu Dni acceptabile, quod data sunt fidelibus dona gratiae, & nominatu quoque annu retributionis, quod retributa & irrogata sunt Iudaeis merite poenae: luere enim omne sanguinem que fuderant, a sanguine Abel vsq; ad sanguine Zachariae, & vsq; ad sanguine Dni, quod verba Hebraea significant: Ecce Deus vester, & vlcifcens veniet, & vindicans sanguine sanctoru ab Abel vsq; ad Dnm. & remunerans (fideles) scilicet. Quod D. Hieron. dixit [Ecce Deus vester ultionem adducet] i. veniet, vt vlcifcatur Iudaeos perfidos [retributionis] i. quae vltio pertineat ad remuneratione & retributione fidelium. Na delati sunt Iudaei causa populi fidelis, vt cresceret, & vt liberaretur persecutione Iudaeoru, vt supra saepe repetitu est. Hoc idem dixere

Annus retributionis quis? cur?

A dixere Lxx [Deo vester iudicium retribuet] i. iudicabit Iudaeos, & eis retribuet meritas poenas [Et retribuet] i. remunerabit bonos. [Deus ipse veniet & saluabit nos] CYPRIAN. li. 2. contra Iud. ca. 6. hoc loco significari ait quod Christus Deus venturus esset illuminator, & saluator generis humani. Et AVG. in orat. de quinque Haeresibus. tom. 6. cap. 7. Christu hic appellari Deu ait, quia qui praeuocaretur in carne venturus, de ipso propheta dixit: Ecce Deus vester. & postea: Deus ipse veniet. Itaque describitur hic Christi aduentus in carne, & signa, & miracula, quae erant factu rus. Et postea hic idem Christus qui venit in carne, declaratur esse Deus, auctoribus DD. Cypriano & Augustino, quod Hebraice multo dilucidius apparet: est enim lectio Hebraea ad verbu reddita: Ecce Deus vester vlcifcens veniet, & remuneras. quae verba, cum de Christo Dno sermo sit institutus, & de eius miraculis, & aduentu, qui retribuet infidelibus mala, fidelibus bona, plane ipsum Christu, Deu esse declarat. Sed quod caeci sunt Iudaei, & non videt, subiecit propheta & dicitur i. Deus ipse, quasi subiungat causam, cur dixerit: Vlcifcens veniet, & retribuens & remuneras. Est enim ipse Deus non homo tantu, ne quisquam miretur deesse Iudaeos omnes, & ecclesiam toto orbe dilatasse, sic enim distincte potius videtur hoc legendu: Deus ipse, id est, quia ipse Deus est. Quoties enim est Hebraice, elohimhu. i. Deo ipse, non coniungitur verbo sequenti, sed absoluta fere est oratio: quae tamen oratio deest in translatione Lxx. Et postea sequitur: Veniet, & saluabit nos. Lege attentè IREN. lib. 3. cap. 22. qui ita haec omnia interpretatur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Tunc aperientur oculi caecorum, aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus, claudus, et aperta erit lingua mutorum.

Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum audiet, tunc saltabit sicut ceruus, claudus, & expedita erit lingua blaesorum.

Pro [Aperta erit lingua mutoru] Hebraice est & laudabit lingua muti, vel vociferabitur lingua muti. Huc locu duobus modis interpretatur Lxx, quantum existimo: [et expedita erit lingua vix loquentium, aut eorum qui laborant, vt loquantur, & mutorum aperta.] Quod putarunt haec verba duplicem habere sensum, & videtur interpretati de mutis, qui bus vsus sermonis est datus a Dno, quemadmodu interpretatur D. Hieron. [Aperta erit lingua mutoru.] Quauis enim Hebraice sit, laudabit lingua mutorum. i. lingua mutoru laudabit Deu sibi reddita, & aperta: vel, vociferabitur pro letitia lingua mutoru propter vsu sermonis sibi concessum. D. Hieron. fat habuit sensum exprimere, cum dixit: Aperta est lingua mutoru. Nec erat cur Iudaei zates cofoderent lectione Hebr. puncto, velut obelo, veluti male translata a D. Hieron. Et sic quoque Lxx videtur vertisse. Na Biblia Complutensis haec lectionem preferunt, & praefert & legendumque apparet & apparet & apparet & apparet & apparet. i. mutoru aperta. Ineptus librarius cum vidit & apparet & apparet & apparet, quod credidit reddundare, cum dupliciter Lxx haec vertissent: mutorum lingua aperta, quod id putarunt significare verba illa Hebraea: Laudabit lingua muti. Et priori modo, expedita erit lingua & qua interpretatione videntur retulisse ad ingens illud miraculum puerorum lactentium & infantiu, qui in templo acclamarunt Dno: Osana filio David. Id enim significat haec vox & laborat vt loquat qui vix loqui didicerat, fungeretur officio Ioannis Baptistae, & ostenderet Dnm digito, quod D annotat veteres patres de populo Iudaeoru, acclamante ipsi Dno: Osana, vt dictu est in cap. 11. pluribus, cum interpretabamur haec voce, osana. Na Iudaei sunt ridiculi & Iudaeizates, quorum aliqui ramos sic appellatos aiunt, & multa metiuntur, quibusdam nobis bladiuntur vt fallat. Pueri ergo qui loqui vix didicerat, qui dicuntur, quos euangelista appellat infantibus, & laetantes, qui etiam dicuntur, quaedam enim verba enunciat & laborat ad loquendu, quod significat & laborat, & laborat, & laborat, loqui, hi expeditè loquebatur Dauidicos cantus, Osana filio David, & officio Ioannis Bapt. fungebatur. Vt enim ille digito monstrans Dnm, verba Esaie de illo esse declarauit: Ecce agnus Dei, sic hi pueri monstrates Dnm, psalmu Dauidis, osana, de Christo interpretatur, & addit miraculu, vt expeditè loquatur, qui loqui non didicerat, quod miraculu non aduertebat principes sacerdotu, & reprehendebat Dnm, quod verba dicta de Deo ad se referri pateretur, Matt. 21. & vsus est Dns suo more, quoties enim se Deu esse significat in euag. literis editis miraculis id cofirmat, & ita repressit sacerdotes qui se reprehendebat, & os illis obturauit illo miraculo & prophetia illa psal. 8. qui illud miraculu significabat futurum. Nunquam legistis

mutoru qui vix loquuntur vt interpretatur Suidas, & qui laborat vt loquat Erasmus homines in peditoris lingue interpretat Marci 7. quauquam ibi mutoru est.

R. Kimbi, tuam forti tudinem in quit .i. tua miracula, Lxx, i. rō, aīor lau- dē vel my- steria D. Mat- theus citat commenta riu, Lxx. Mattheus cap. 15. fa- cit hui' lo- ci para- phrasim.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudē. i. fecisti, vt infantes & lactentes, qui nondum loqui didicerant, vt te planē laudarent, & expedita lingua, non videtis hoc miraculum ingens & supra hominum captū, & reprehendis quod reprehendendum non est? Hebraicē tamen est psal. 8. Ex ore infantium & lactentium fundasti tuam fortitudinem. i. tuam potentiam magnam, cum infantes & lactentes fecisti perfectē loqui tuā laudē, & tua mysteria. Sic enim Lxx interpretantur, & reddunt sententiā, & pro interpretatione scholiū & commentariū, & tamē citatur commentariū Lxx à D. Matth. cap. 21. Notandū tamen, Lxx vertisse *āmor*, quē vox laudem significat, & mysterium, perfecisti vt pueri, qui non loqui didicerant, perfectē loquerentur tua mysteria. Iudæi & Iudaizantes cum hæc interpretantur nugantur multa.

Hunc locum pluribus verbis explanat EVSEB. Cæsariensis demōstr. euang. lib. 6. cap. 21. & lib. 9. cap. 6. & cap. 13. illinc petet qui volet. B. quoq; P. R. O. S. P. de benedictionibus Dei, parte. 3. promissione 13. Apertē ATHAN. de incarnatione verbi, & HILAR. in psal. 67. Et IVST. apolog. 2. pro Christianis docent nos Christum dominum hoc potissimum signum aduentus sui ostendisse Matth. cap. 11. & Marci etiam. 11. Lucæ 7. Rogatus enim à discipulis Ioannis, an ipse esset qui venturus esset. i. Christus in ipsa hora multos curauit à languoribus, & cæcis multis donauit visum, & respondens dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quæ vidistis, quia cæci vident, claudi ambulant, &c. non verbis sed re respondens se Christum esse. Si enim propheta dixit, signū aduentus Christi est, cæci vident, claudi ambulant, videtis signa oculis vestris aduentus Christi, is sum ergo qui illic ab Efaia est significatus Christus Deus & homo. Lege LEON. papam serm. 3. de passione Domini. & TER. TVL. de resurrectione carnis cap. 15. & AMBR. in psal. 118. serm. 17. in illa verba: Manifestatio sermonis tui.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Quia scissa sunt in deserto aqua, et torrentes in solitudine, et quæ erat arida in stagnum, et sitiens in fontes aquarum.

Quia rupta est in deserto aqua, & torrens in terra sitiens, & erit terra in aquosa in paludes, & in sitiētem terram fons aquæ erit,

Postquam propheta descripsit aduentum Christi & signa temporis aduentus eius, futurum pat in aduentu Christi vt in deserto scaturiat aqua, desertū appellans ecclesiam ex nationibus quæ desertæ erant, & expertes cognitionis Dei, quam ecclesiam supra dixit habituram pulchritudinē Carmeli, & Libani, & nunc ait fore irriguam tempore Christi fluuio illo, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei. i. spiritus sancti donis, qui de summo cæli vettice exuberare facit ciuitatē Dei cælestibus bonis. Hic spiritus sanctus, qui velut fluuus exuberatissimus ciuitatē Dei inūdat, inundat eremū, hoc est ecclesiā è gentibus, & cōplet fontibus, & aquarū salientibus: hæc ecclesiā. i. cælesti doctrina, & donis spiritalibus. Vt em̄ aqua terram germinare facit, sic spiritus sanct⁹ influens hominū animis, facit vt ferant fructus, & germina virtutū germinant: & ideo spiritus sancti fluuus dicitur & fons & aqua. Sic EVSEB. Demōstr. Euang. lib. 9. c. 6. & lib. 6. cap. 21. Sic quoq; explanat THEO. qui hos fonteis, hos fluuos doctrinā cælestē esse putat, & prædicationē euangelij. eremum, mundū ipsum, qui arebat, & nullos ferebat fructus virtutum, vitij madens, & religionis expers: idem ait CYRILL. sed fontē aquæ ipsum Christum seruatorem interpretatur, qui fons est vitæ, & aquæ viæ puteus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

In cubilib⁹, in quib⁹ prius dracones habitabāt orietur viror calami, & iunci.

Illic lætitia auium, caula gregis arūdinis, & paludes.

Diuus Hier. lectionē Hebræā sic ad verbū reddidit: *בְּקִיָּוֹת*, in habitaculū: *תְּמִים*, paludes: *וְיִצְיָר וְלִקְוִיָּה*, iunci & calami herba: *בְּקִיָּוֹת דְּרַקְוִיָּה*, habitatio eius draconū habitaculū laudis: *וְיִצְיָר וְלִקְוִיָּה*, herba: *וְיִצְיָר וְלִקְוִיָּה*, & calamus: *וְיִצְיָר וְלִקְוִיָּה*, & iuncus. Ergo: habitatio eius in habitaculū draconis. i. vbi habitatio eius terræ desertæ (est enim foeminino genere Hebraicē, vt non possit aliō referri) vbi ergo habitatio eius terræ desertæ erat, subaudi, in habitaculū draconis, herba, & calamus, & iuncus, subaudi, erit, hoc est, ea loca vbi habitabāt dracones, & belluē immanes, potius q̄ homines sic em̄ alieni à religione appellantur in scriptura, qui alios homines pertrahūt ad eadē flagitiā, & veluti

conducentium mercede donarium loquentium habitaculū laudis

A & veluti veneno illorum animas necant: ea in quā loca irrigua flumine spiritus sancti fient pascua læta, vbi herba sit, & calamus, & iuncus, vbi grex Domini pascatur. Hunc locum explicat GREG. iuxta tralationem D. Hieronymi Moral. lib. 29. cap. 14. mirabiliter. & lib. 2. super Ezech. homil. 3. in illa verba: Et funiculus lineus in manu eius. Nam D. Hieronymus omnibus ad manum est. Lxx longē fecūs hunc locum reddidere, vertere enim [illic lætitia auium, caula gregis, arundines, & paludes] vt significent post descriptionem fluij illius cælestis. i. spiritus sancti, qui inundat desertum. i. ecclesiam, vt docet Euseb. locis citatis superiore commentario, fore, vt ibi sit auium concentus suauissimus. Aues porrò sancti nominantur, qui volatu in cælum subuehantur. Cōcentus, & cantiones, & cantilenæ, & musica modulamina, virtutū ornamenta dicuntur etiam à Platone, & vera ea musica esse dicitur, non hæc corporea. & ibi futura dicuntur pascua gregis Domini & pascua arundinis, pascimur enim scriptis sanctorum, sunt ibi paludes, & aquarum scaturigines, hoc est, fontes doctrinæ & sapientiæ. THEOD. concentus auium interpretatur, animarū, quæ cælestia petunt, doctrinā, pascua gregis Dñi pascua sanctorū & fidelij, qui sub bono pastore Christo, qui animam posuit pro ouibus suis, vitā degunt, vt possint dicere: Dñs pascit me, nihil mihi deerit. Verè pascua auium, non scarabeorū, aut animantium quæ carniuora sunt, sed sanctorum, qui volucris mente præditi, & excelso animo semper habitant in cælestibus, verè grex Dñi. sic hæc Cyrill. explanat etiam. Et arundines, & paludes, diuina charismata interpretatur, & affluentem sanctorum doctrinam, nā vbi paludes sunt, omnia virent, & paludes, doctrinæ sanctorum appellantur. Arundines verò quæ in paludibus nascuntur, sancti sunt, qui aluntur sanctorum doctrina & crescunt. Sed negant hanc interpretationem Lxx conuenire cum Hebræa lectione, & conuenit quidem, nam sic Hebræa lectio reddi potest. *בְּקִיָּוֹת*, binuēn habitaculū, hoc est, terra arida & sitiens, quæ dicta est futura in fontes aquarū superiore commentario, erit in habitaculum (pendet enim ab illa sententia superiore, vt sit: quæ olim terra arida & sicca, postea irrigua aquis spiritus sancti, & torrentibus, & stagnis, & fontibus aquarum erit in habitaculum. *וְיִצְיָר*, tanim, verbum est ambiguum, dracones significat, vt reddidit D. Hieron. & garrientes, seu narrantes, aut loquentes, à verbo *וְיִצְיָר*, loquor, & narro. & ita Lxx reddidere: Auicularum garrientium. vertere enim: Illic auium lætitia: quibus verbis ostendūt sic hæc intellexisse, loca illa irrigua, pluuia spiritus sancti, erunt in habitaculum auicularum garrientium. *בְּקִיָּוֹת*, habitatio eius, terræ scilicet. est enim foeminino genere vox Hebræa. vt sit sensus: Habitatio illius terræ irriguæ pluuia cælesti & flumine spiritus sancti erit in habitaculum auicularum garrientium. Tamen quoniam D. Augustinus docet tropicis loquutionibus misceri veritatem à prophetis, vt lux veritatis mista pellat tenebras allegoriæ, reddi potest *וְיִצְיָר*, narrantium & prædicantium veritatem euangelicā vt sit. Erit terra illa irrigua pluuia spiritus sancti, hoc est, ecclesia, in habitaculū prædicantium, & narrantium veritatem euangelicam, vel in habitaculum donantium, nam id quocumque verbum Hebræum significat, à *וְיִצְיָר*. i. dono, & mercede conduco, erit in habitaculū apostolorum donantium spiritum sanctum per manuum impositionem, & in habitaculum mercede conducentium. i. apostolorum, quos misit Dñs vt conducerent operarios, & narrantiū iustitias Dñi, & loquentium, quod verbum Paulus ad Philipp. expressit: Vt abundantius audent sine timore verbum Dei loqui. Et ad Hebr. 12. Qui loquuti sunt nobis verbum Dei. Loqui ergo verbum Dei, quod tam frequenter apud Paulum est, significatur hoc verbo Hebræo *וְיִצְיָר* quod hoc loci est. Et adhibendus est ille Canon scripturæ, cum verbum plura significat, quæ ad rem, de qua agitur, spectat, omnia illa ab spiritu sancto esse significata. Postea sequitur: *וְיִצְיָר*, quæ vox Hebræa significat herbam, vt reddidit D. Hieron. & caulam gregis, vt reddidit Lxx viri. *וְיִצְיָר*, calami siue arundines: *וְיִצְיָר*, & iunci, vel, & paludes, quod *וְיִצְיָר*, bibere est, vnde, vel inuitis Iudæis, apparet, *וְיִצְיָר*, significare paludes etiam vt iuncum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Erit ibi semita et via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus, et hac erit vobis directa via, ita ut sultinon errent per eam.

Erit illic via pura, & via sancta vocabitur, & nō pertransibit illac immūdos, nec erit illic via immunda, at dispersi ambulabunt super eā, & non errabūt.

TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 39. hunc locum explanat de via fidei euange-
 licæ, vbi multa in hunc locum dicit diuinitus, coniungitque cum cap. 27. vbi magnum
 draconem Dominus interficit. i. principem huius mundi pellit foras, & instituit viam euange-
 licam. i. fidem, quæ hanc viam commonstret mysterij sanctissimæ Trinitatis. Quæ sententia
 Tertulliani aperit, cur Hebraicè ter repetita sit via: nam lectio Hebræa ad verbum sic reddi
 potest [Et erit tibi via alta, & via, & via, sanctitas nomen erit ei, vel sanctuarium nomen erit, vel
 sanctificatio nomen erit] (tot enim modis verti hæc oratio potest) vt significetur fides sanctif-
 simæ Trinitatis, & essentiæ vnitas, cum dicitur: Erat tibi via alta, & via, & via sanctitas vocabi-
 tur ei. Sic enim veteres patres ex sacris literis eruunt lumen mysterij sacratæ Trinitatis, cum
 nihil temerè in literis sacris positum sit, vt docet CHRYS. in cap. 7. Ioann. homil. 49. in princi-
 pio, quod spiritu sancto prolata sunt literæ sacræ, inquit, esse omnia diligenter inuestigan-
 da, & excutienda. Et ita ALEXAN. papa. i. epist. Decretal. mysterium Trinitatis probat, hoc
 modo citans exempla scripturæ, vt illud: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth, &
 subiciens, Si Trinitas non est, quare ter sanctus dixerunt? si vnitas non est, quare sub trinare-
 petitione vnum Deum intimaerant? si Trinitas non est, quare Exod. 34. Domine, Domine,
 Domine, miserator, & misericors? si vnitas non est, quare cum tertio Domine dixerit, postea
 singulariter miserator dixit? & multa exempla congerit ex scriptura huius notæ Papa Ale-
 xander, vt inde concludat mysterium sacrosanctæ Trinitatis, sacris literis esse declaratum mil-
 lies illa ratione. Idemque faciunt alij pontifices & doctores sacri, quibus citandis, ne longum
 faciam, supersedeo. Ergo lectio Hebræa est.

Quæ lectio Hebræa verti ad verbum po-
 test: Et erit tibi via munita, vel, via alta, &
 via, & via sanctitatis, vel sanctitas, & sancti-
 ficatio vocabitur ei. Quæram ergo ad exemplum Alexandri papæ, cum nihil sit temerè in li-
 teris sacris, quæ prolata sunt authore spiritu sancto si his verbis Trinitas non declaratur, cur
 ter repetita via est: Erat tibi via alta, & via, & via? si non declaratur vnitas essentiæ cur ter repe-
 dita via subiicitur singulariter, sanctificatio vocabitur ei viç? Mihi certè tã planè hoc loco de-
 clarari Trinitatis mysterium videtur, quam alijs omnibus, quæ citant Alexander papa & san-
 cti patres omnes. Nam מְסֻלִּי quæ vocem D. Hieronymus reddidit semitam, Hebræi docent
 esse viam structam lapidibus, luto, & cæno altiore, vt ea purus ingredi possis, & via expur-
 gata luto, & lapidibus, & offendiculis, qualis est via fidei quæ excelsa est, & alta, conuersatio
 enim nostra in cælis est (inquit Paulus) altior huius vitæ cæno. Et hanc viam ATHAN. de fi-
 de Trinitat. & vnitat. lib. vno prope finem Deum esse declarat inquit, Considerent filij Is-
 raël viam quam dereliquerunt, Deum esse, qui dicit ego sum via. Deus porrò trinus, & vnus
 est, & ideo ter repetita via est, & locum hunc explanat CYRILL. in Comment. & in euange-
 lium Ioannis lib. i. cap. 24. vt via hæc sit lex Christi & euangelium, vbi etiam est reuelatio sa-
 crosanctæ Trinitatis, & putat esse sensum, Ambulastis hæctenus in via Mosis, su scipite viam
 Christi modo quæ est in fide patris, & filij, & spiritus sancti, & quæ baptizari iubet singulos
 in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Idem CYRILL. de spiritu, & littera lib. decimo
 interpretans illa verba: Cooperuit nubes tabernaculum, & impletum est gloria Dei: Verum (in-
 quit) tabernaculum nostrum, ecclesia est, quam irrorat nubes spiritus sancti & illustrat Chri-
 sti splendor, qui via est ad cælestia. Christum enim innouauit Deus nobis viam nouam, & vi-
 uentem vt Paulus appellat ad Heb. 10. & sic quoque si interpretaris vt Cyrillus viam. i. Chri-
 stum in Christo Trinitas intelligitur, pater vngens, & filius vnctus, & spiritus sanctus, quo vn-
 ctus est. Et lib. 3. de spiritu, & littera idem CYRILL. hoc tabernaculum ecclesiam appellat, in-
 accessam leoni, & Draconi, & basilisco, & aspidi, & malis bestijs, & sic explanat hunc locum
 Cyrillus ibi, vt via hæc sit ecclesia quæ fundata est in fide sanctissimæ Trinitatis, & indiuiduæ
 vnitatis. וְגַדְלָהּ, quanuis D. Hieronymus reddiderit via sancta, & optimè reddiderit, tamen
 Hebræi sanctitatem, & sanctificationem interpretantur, & vertunt viam sanctitatis, & expla-
 nant de arca testamenti in multis locis scripturæ, arca porrò testamenti typus Christi est, me-
 lius ergo de veritate explanabimus quam de vmbra, quando de lege noua sermo est, & verti
 optimè potest, sanctitas, vel, sanctificatio vocabitur ei, supple. via. est enim מְסֻלִּי, foeminino ge-
 nere, vt non possit referri nisi ad viam, vt sit hæc fides legis nouæ, hic Christus erit sanctifica-
 tio & sanctitas credentium.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non transibit per eam pollutus.

Et nõ pertranfibit illac immudus,
nec erit illic via immunda.

CYRILL. Hæc via euangelica ijs, qui nõ-
 dum emundati sunt sacro baptisate, inaccessa est: oportet prius emundari sacro baptisate,
 vt per hanc viam ingrediatis, tunc dabitur spiritus sanctus qui viam dirigat.

D. HIERONYMVS.

viam ibit cum eis ipse Et

Et hac erit vobis directa via.

וְהָיָה לְכָל הַיְהוּדִים הַלְךָ דִּרְכָּךְ

Hic locus desideratur in interpretatione Lxx virorum: sensus huius loci est, quæ supra di-
 xit CYRILL. emundatis sacro baptisate hanc viam euangelicam futuram rectam, &
 directam ab spiritu sancti scilicet. Notandũ tamen Hebræam lectionẽ ad verbũ sic verti pos-
 se: Et ipse cum eis ambulans viam, quæ verba planum sensum habent. Ipse Deus, ipse spiritus
 sancti cum emundatis sacro baptisate erit ambulans per hanc viam euangelicam, quæ vide-
 tur esse definitio legis noue. Vt enim docet D. AVGVST. de lib. arbitrio, & D. Thomas in dẽ mu-
 tuatis: lex vetus præscribat quid factõ esset opus, non mouebat intus hominem: lex noua
 præscribit quidem foris euangelicam doctrinam, præcipuè tamen lex noua dicitur gratia spi-
 ritus sancti quæ mouet nos intus ad operandum quod verba hæc significant, si Hebræam le-
 ctionem ad verbum reddas [et ipse cum eis ambulans per viam] euangelicam. i. dans gratiã emũ-
 datis sacro baptisate, vt velint ambulare viam euangelicam & perficiant, & ipse spiritus san-
 ctus cum eis vnã ambulat hanc viam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ita vt stulti non errent per eã.

At dispsi ambulabũt sup eã, & nõ errabũt

LXX viri paraphrasim huius loci fecere, nam quos stultos propheta appellat, interpretan-
 tur dispersos, vt significarent filios Dei, qui dispersi erant, congregandos, vt ambulæt per
 viam hanc. PROCOP. in cap. 43. Filios Dei dispersos, intellige fideles è gentibus, quos deci-
 piens Sathanas, disperfit. hoc est, separauit à Deo: & stultos fecit: sic Ioannes euangelista vt fi-
 lios Dei dispersos congregaret in vnum. Dicuntur autem fideles è gẽtibus filij Israël, & Israël,
 quod ab Israël acceperint doctrinã fidei. IVST. verò quod regenerati sacro baptisate Chri-
 stum induerint, & nati sint filij Christi, qui Israël dicitur, & natus sit Christus ex sanguine Israe-
 lis, ita quotquot ex sacro baptisate renati sunt, Israël nominãtur, renati ex sanguine, qui flu-
 xit ex latere Christi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non erit ibi leo: & mala bestia non as-
 cendet per eã: nec inuenietur ibi. & am-
 bulabunt qui liberati fuerint, & redẽ-
 pti à Domino, conuertentur, & veniẽt
 in Sion cum laude, & lætitia sempit-
 erna super caput eorum: gaudium, & læ-
 titiam obtinebunt, & fugiet dolor, &
 gemitus.

Non erit ibi leo: nec vlla malarũ be-
 stiarũ, non ascendet super eã, nec in-
 venietur illic, sed ambulabũt in ea
 redẽpti & cõgregati per Dñm, con-
 uertẽtur & veniẽt in Sio cũ lætitia,
 & lætitia sempiterna sup caput eo-
 rũ: nã sup caput eorũ laus & exultra-
 tio, & gaudiũ comprehẽdet eos, fu-
 giet dolor, tristitia, & metus.

CVm vsque adhuc de via euangelica de-
 que sacro baptisate propheta sit vaticinatus, videtur propheta nõc de exorcismis, ver-
 ba facere, sic CYRILL. de spiritu, & littera lib. 13. videtur explanare, & in commentarijs, Arce-
 bit Dominus aduersarias potestates, quæ nationibus obtisterant, & impedimento fuerant, ne
 Deum colerent, & agnoscerent: Satanã si quidem olim nationibus insultabat, qui per Christũ
 fractus est, quod significant verba illa: Non erit ibi leo, nec mala bestia. i. Dominus arcebit aẽ-
 rias potestates à fidelibus. THEOD. leonem, vt puto appellat diabolum iuxta illud. Aduersa-
 rius vester diabolus, sicut leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Bestias vero appellat dæ-
 mones, qui sub diabolo sunt, quorum imperio liberandam ait ecclesiam, & fideles prædicat
 venturos cum lætitia in Sion cælestem, iuxta illud: Accessistis ad montem Sion, & vrbẽ Dei
 viuẽtis

viuentis caelestem Hierusalem. Huc venturos ait redemptos à Domino cum lætitiâ, & lætitiâ sempiternam ait futuram super caput illorum, quod vita sempiterna fruuntur, ubi nullus dolor, nullus gemitus. TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionem. ait illis verbis, Non erit ibi leo, & mala bestia, promittere Dominum ecclesiæ suæ subiectionem bestiarum. PROCOP. eodem modo explanat. TERTVLL. de resurrectione carnis, Verba illa, lætitiâ sempiterna super caput eorum, interpretatur de vita sempiterna, quæ fidelibus promittitur. Et ORIG. in leuit. cap. 10. homil. 7. & in Numerorum cap. 23. homil. 17. & in cap. 28. homil. 23. & hanc vitam sempiternam beatorum mirabiliter describunt LXX. ita ut multis verbis conueniant cum Paulo. Hunc locum etiam explanant D. AVGVS. tomo 10. de Sanctis, serm. 27. in festo omnium sanctorum & A. M. BROS. in psalm. 37. in medio.

IN ESAIAE CAP. XXXVI.

D. HIERONYMVS

Et factum est decimo sexto anno Regis Ezechia, &c.

Historia hæc nota ex 4. regum cap. 18. & 2. Paralip. cap. 33. & ab Esaiâ satis planè, & dilucidè describitur, ut interprete non egeat, nec consilium est, ubi nullum sit operæ pretium inaniter tundere. Tantum ergo dicam turbam hic describi miraculorum, quam futuram prædixit Esaiâs, quæque Dominus edidit ut Esaiâs prophetiæ pòdus accederet, & autoritas: quæ de re dictum est in principium cap. 7. & cap. 15. & in cap. 20. & 23. & alijs locis. Cum enim prophetiâ Diuinâ referet, præsignificetque res longo post tempore futuras, nisi propheta miraculis, & prædictionibus rerum, quas statim comprobet rerum euentus, pareret sibi fidem, nullo modo ei fides esset habita, quod suprâ dictum est ex veterum patrû autoritate. Cum igitur Esaiâs vsque adhuc per capita omnia præcedentia admiranda de Christo prædixerit mysteria totiusque in hoc fuerit, vastandas vrbeis Iudææ præsignificauerit, quod euangelium Christi nõ receperint, multaque mysteria sit præsignificaturus conscribatque octingentesimo ante anno (penè dixerim) Christi euangeliû, quale D. Ioannes, aut Mattheus, Marcus, aut Lucas, ut tãtis rebus addat pondus, & fidem conciliet mysterijs tantis, subindè interfert prædictiones rerum statim futurarum aut in vrbeis vicinis, aut in ipsa vrbe Hierosolymitana, ut rerum euentus statim sequutus, fidem faciat scriptis, quod hoc loco facit, Nam ut præcedentibus, & sequentibus vaticinijs fidem præstruat, turba miraculorum prædicatur, quæ statim est editurus Dominus, ut delendum esse exercitum Senacheribi vna nocte ab angelo, regem fugiturum, & in terficiendum à suis intra suas vrbeis: Ezechiam seruandum à morte post desperatam valetudinem. & post prænunciatam à propheta ipso mortem: solis regressum in ortus suos post persectum, & penè peractum suum cursum, ut post tot, & alia edita rerum miracula maiore iâ parta fide vaticinijs superioribus, Esaiâs propheta euangelicâ tuba clangeret illud: Vox clamantis in deserto, & reliqua vaticinia, quæ non tam prophetiæ, quam euangelicæ historiæ esse videntur. Attoniti nanque Iudæi tantarum rerum tam certis prædictionibus, etiã post serra dissectum Esaiâs, eius prophetias summa religione adseruabant. Hoc ergo fit hac historia quæ describitur ab Esaiâ, & hac turba miraculorum, ut concilietur fides Esaiæ, & vaticinia de Christo summa fide seruentur: ita scripturæ finis semper est Christus. Nam præsignificat omnia Christum, & vaticinia alia, quæ intertexuntur, vaticinijs de Christo fidem conciliant.

D. HIERONYMVS.

Et egressus est ad eum Heliaquim filius Helquia, qui erat super domum, & Sobna scriba.

Hoc loco illud libuit admonere, Heliaquim hunc, & Sobnam (ut docet nos D. Hieronymus) non esse illos, quorum meminit Esaiâs in fine cap. 22. cum illic Sobna præpositus templi sit, hic vero scriba, & Heliaquim hic sit præpositus templi: illic non sit. Vnde deprehenditur mendacium Iudæorum, qui nihil aliud, quam commincentur commeta & fabulas, & fingunt historias quæ nusquam sunt, captâ vrbe Hierosolyma prodicione Sobnæ, cum omnis scriptura sacra pdat saluam, & incolumen seruata esse vrbe Hierosolyma eo tempore, te enim me

Astetur. Cui simile mendacium arbitror quod Rapsacem Esaiæ filium Iudæi mentiuntur, sunt enim mendacissimi Iudæi, ut testatur Dominus apud Hierem. Nam D. AVGVS. de mirabilibus factis scripturæ lib. 2. cap. 27. ubi Esaiæ filium hunc Rapsacem scribit, huius rei auctores ipsos citat Iudæos, his verbis. Senacherib rex Assyriorum, videns quod patres sui Samariæ regnum & imperium Israël destruxissent, & ipse ad terram Iudæ ducere Rapsacem, quem Hebræi Esaiæ filium dicunt, & profugum Iudæum ad Assyrios commigrasse, exercitum conuocat, & Hierusalem vrbe expugnare iubet. EVCH. alioquin nõ bonus auctor in lib. 4. regum cap. 27. Rapsacem inquit arrogantiã consideranda est, quæ veluti contraria quædam fortitudo imitatur consuetudinem prophetarum, ut quod illi solent in principio dicere, hæc dicit Dominus, quo auctoritatem & magnitudinem loquentis ostendant, Rapsacem nunc dicat, hæc dicit rex magnus rex Assyriorum. Consideremus verba Rapsacis, ac primû quod dicit, confidis super baculum arundineum contractum istum, super Aegyptum, falsum est, nulla enim narrat historia Ezechiam ab Aegyptijs petisse opem, quodque infert, Si responderis mihi in Domino Deo nostro confidimus, verum est; sed rursum iungit mendacium veritati quod abstulerit Ezechias excelsa et altaria, hoc enim non contra Dominum, sed pro Domino fecerat. Quodque paucitatem Iudæorum volens ostendere, equorum duo milia pollicetur, quorum Ezechias ascensores præbere non possit, non de imbecillitate venit Iudæorum, qui equitandicæ habebant scientiã, sed de obseruatione mandatorum Dei qui per Moysen præceperat, non multiplicabit sibi equos. Quod autè dixit, si responderis mihi in Dño Deo confidimus, callidè respondit, se non sua voluntate sed Dñi venisse præceptis. Quod D. Hier. reddidit piscinam Lxx viri vertere. & natatorium. Sed idem est piscina Latinè, quod & ἄλυσμα ἁγίου, Græcè, quæ vox Latinè sonat natatorium de qua voce alibi pluribus est dictum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quæ est ista fiducia, qua confidis? aut quo consilio aut fortitudine rebellare disponis?

Quid confidens es? nunquid in consilijs aut in sermonibus labiorum prælium fit?

Hinc locum superio ad prælium fortitudo & consilium labiorum verbum certè dixisti. D. Hier. in commentario sa- (vel) אַמְרֵי אֱלֹהִים וְגַבְרֵי שְׂפָתַי עֲצָה וְיִגְבוּרָה לְמַלְחָמָה. (vel) אַמְרֵי אֱלֹהִים וְגַבְרֵי שְׂפָתַי עֲצָה וְיִגְבוּרָה לְמַלְחָמָה. Tamen adnotatu dignissimus hic locus est, ut Iudæos & Iudæisantes reuincamus, ostendamusque in litteris sacris duplicem esse lectionem in codicibus Hebræis in quibusdam locis. & in 4. regum cap. 18. sunt eadè verba hæc Hebræa, ubi est eadem lectio quam agnoscunt Lxx seniores, non enim legitur אַמְרֵי אֱלֹהִים dixi, sed vna littera minus אַמְרֵי אֱלֹהִים dixisti, ut sic vertatur. Dixisti profecto verbum labiorum consilium & fortitudo ad bellum, quod interpretantur Lxx viri ex verbis cap. 22. paralipomenon, Et conuocauit vniuersos in platea portæ Ezechias, & dixit confortamini, multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo, cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster. & ideo putarunt Lxx sensum huius loci esse, dixisti verba quædam tuis, & verbis fidis, & illud est consiliû & fortitudo tua bellica, verba inania iactare, pro his omnibus sententiam reddidere Lxx viri tam illic quam hoc loco. edidit enim, nunquid in consilio aut sermonibus labiorum prælium fiti? prælium non fit verbis, sed armis. At 4. regum sic vertere, nisi verbis labiorum & consilij acies dirigitur ad bellum? sic enim translatio Græca Lxx virorum interpretanda Latinè est. THEOD. ad bellum non verbis opus est, sed artibus non consilio, sed conflictu. translatio D. Hierony. satis est perspicua & dilucidâ, in quibusdam alijs differunt translationes, quod Lxx viri reddunt sententiam quæ singula perse qui minutiõs cura esset. Quod si responderis mihi in Domino deo nostro confidimus, hic locus superiori commentario explanatus est. Sed THEOD. dupliciter hunc locum interpretatur, Cõciliare vult, inquiens, odium regi Ezechie quod apud suos, quod auerterit illos ab Idolatria, & dijs inuisos eos fecerit, ut nihil sit cur Iudæi sibi diuinum auxiliû possint polliceri, quod habeant Deos iratos sibi, quorum aras Ezechias subuerterit, vel quod ante edificatum templum in Hebron & Gabao & alijs locis offerrebant sacra Deo, post ædificatum templum non licebat extrâ templum offerre sacra, quidam tamen Idolatræ erant quorû altaria subuerterat Ezechias.

Dixi

Ex codicibus Hebræis qui circûferuntur resertitur ut d. assantes qui negat Hebræicè duplicem esse lectionem.

D. HIER.

Quod si confidis in Aegypto, in quadriga, & in equitibus.

Serui sunt qui confidunt in Aegyptijs in equum & ascensorem.

Varie distincte hic locus est à in equitibus & in quadriga Aegyptum super tibi confidis & minoribus domini mei Serui D. Hierony. & Lxx viris. D. Hieronymus sic: Quo modo sustinebis faciem ducis vnus loci ex seruis Dñi mei minoribus? i. quomodo pareris in bello, non dico Domino meo regi magno Assyriorum, qui iam aderit cum magno exercitu, sed vel duci vnus loci? Dicitur dux vnus loci, què dixere Lxx ducem vnus regionis, qualis apud nos comes est, aut marchio, qualis apud nos esset dux Callaicorum, dux Cantaborum, aut Asturum, aut vnus alicuius regionis Hispanie. Et addidit D. Hieronymus huic sententiæ verba sequentia: E seruis Domini mei minoribus, Lxx viri, contra, Hæc verba fecere initium sententiæ sequentis, & vertere. Serui Dominorum paruum, aut vilissimorum, qui confidunt in Aegyptijs. Desunt enim illa duo verba (Dominorum paruorum) in translatione Lxx, quæ reponeda sunt ex lectione Hebræa. Sic ergo hæc distinxere. Lxx. Quomodo potestis couertere vos in faciem ducum loci vnus? & illic apponit distinctionem. Deinde nouo initio: Serui sunt Dominorum vilissimorum, qui confidunt in Aegyptijs, in equum, & in ascensorem nam voces Hebræe sunt indeclinabiles, & pro re, pro tempore, pro loco verti possunt quo velis casu. & potest significare, Domini mei, vt reddidit D. Hieronymus potest esse genitiuus pluralis dempto, & facta terminatiõe pronomis compositi primæ personæ, quæ terminatio pluralis numeri esse potest, & singularis. Notandum tamen 4. regum hæc eadem esse verba Hebraicè, & Lxx viros eodem modo ibi reddidisse, quo D. Hierony. sed mihi suspectus locus est, & videtur mihi translatione Symmachi, quæ sequitur D. Hieron. esse adulteratus. Docet enim nos D. Hieron. translationem Lxx viros multis locis aliorum interpretum translationibus esse adulteratam. Ergo iuxta translationem Lxx sensus est, Serui eritis Dominorum vilissimorum, si vultis Aegyptijs potius seruire quam regi Assyrio. Verba sequentia, Si responderis mihi, in Dño confidimus, explanata sunt supra.

Loquere ad seruos tuos Syra lingua: Loquere ad seruos tuos Syra lingua.

Ille alter in 4. lib. regum, cap. 27. interpretans hunc locum, Rapfaces his verbis ait, accusat Ezechiam, quod captis cunctis vrbibus Iudæ in Domino Deo confusus sit, dixeritque ad populum, nolite timere nec timeatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, quæ est cū eo, multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo. Cum illo est brachium carneū, nobiscū Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis & confortat est, inquit, populus huiusmodi verbis Ezechia, Vndè Rapfaces destruere vult quod ille cōstruxerat & loquitur ad populum non seducat vos Ezechias, &c. EPIPH. in synodo Nicæna 2. tomo 2. actione 6. Qui spiritalem impugnant Hierusalem, videlicet catholicam ecclesiam, configurantur quodammodo ijs, qui terrestrem Hierusalem oppugnant, student enim patrum vti sermone, quemadmodum Rapfaces aliquando Hebraica lingua contra Israelem vsus est, si quidem contra patres & catholicam ecclesiam Hæretici patrum doctrinam, & ecclesiasticam vocem vsurpant, sed à fructibus eorum inquit Dominus eos cognoscetis. Assimilantur enim sepulcris dealbatis, quæ foris quidem hominibus speciosa videntur, & hi Christianorum accusatores patrum quidem verbis tecti, intus autem osibus & impuritate omni, cadauerum inquam & foeditatum dogmatis scatent, nos autem eorum sepulcrum aperientes, omnium eorum impuritatem ad lucem manifestam producemus, maxime quia iuxta libidinem suam ea quæ à patribus sanctis in ecclesia tradita sunt, peruertunt & vocibus quidem eisdem vtuntur sed sententiam deprauant. Quæ verba EPIPH. citauit vt appareat semper hæreticos veterum patrum vfos testimonijs, de prauatis tamen, technamque dæmonis esse eam, qua quidam nostro tempore vtentur cum negabant vtendum scripturæ, & veterum patrum testimonijs, quod Lutherani, scripturæ, & veterum patrum autoritate vtentur. Sic semper factum est ab hæreticis, neque tamen à nostris desitum est bibi ex fluminibus, & fontibus, quibus suam ecclesiã catholicã spiritus sanctus irrigat, hoc est ex doctrina scripturæ & sanctorum patrum. confue

Hæreticos semper vfos testimonijs scripturæ & veterum patrum, lógè tamè secus quã nostros. cōtra quos dñs, qui negant testimonijs sanctorum vtentur esse, quod dicit Lutherani vtentur.

Confugiemus ad Iudaismū vnquam, si em euolueris concilia, sic reperies omnes hæreseis ab Iudaismo habuisse ortum, vt caueas etiam atque etiam rabinos, & rabinorum scripta.

Cauendos rabinos et rabinorū scripta.

Ut comedant stercora sua: Ut comedant stercus suum.

Ille alter in 4. regum cap. 27. interpretas hæc, Addit Rhapfaces (inquit) his verbis comminationem, & terrorem, Vt comedant (inquit) stercora sua & bibant vrinam pedum suorum vobiscum, per quæ ostendit fame eos & penuria, sitique esse capiendos. Cyrillus, & Theod. Vultis hæc dici vobis tantum, & non populo? vt populus credens vobis, patiatur dira obsidionis mala vt propriam bibat vrinam, & stercore columbino & humano vescatur, qualia patiuntur mala diu obsessi. Sic CYRIL. & THEOD. Nam supra dixerat ab iratis Dijs se missum, quorum aras subuerterat Ezechias. D. CHRYS. in cap. II. Matth. homil. 38. in illa verba: Væ tibi Corozaim. Quæmadmodum (inquit) sordes, & limus aureis corporis obstruunt, sic meretricij cæcus, & huius seculi fabulæ aureis mentis obstruunt, ne D. Paulum, aut Ioannem audiamus, cum publice leguntur in ecclesijs, sed confabulemur, & quasi stercus auribus nostris immittunt ne gogia humana, & quod barbarus ille minabatur dicens: Comedatis stercus vestrum, id nunc multi non verbo, sed re in vobis faciunt, imò etiam multo peius, ac foedius. Nã fornicatorij cæcus, multo magis quam stercora sunt abominabiles, quodque ægrius ferendum est, non solū nullam audientes molestiam capitis, verum etiam ridetis, & oblectamini. Hæc Chrysof. & Dominus quidem apud Ezechielem peccata foedissimo humano fimo comparat, & peius colinare homines ait, quam coenum, aut fimum hominis. Vndè mutuatus Plotinus, vt supra dictum est animam hominis inquinatam vitijs, virgunculæ cōparat forma luculenta atq; diuina in cloacam demersã, qualis inde extraheretur stercore humano tota foedata, spurca, foetulenta, nihil audiens, nihil videns, odiosa omnibus: talis est anima inquinata vitijs, nec aliud expurgationem esse putat, quam si illa in purum flumen mersa, fordeis omneis ablueret aquis & stercus, & fimum, & odoribus foetulentiam pelleret, & se pristina redderet pulchritudini, & omnibus grata, formosa pulchra appareret.

Facite mecum benedictionem. Si vultis benedici.

LXX interpretantur translatione D. Hieronymi, nec putarunt significare quod vulgus putat, Facite mecum liberaliter, quod benedictio liberalitatem significat: sed, facite mecum benedictionem, supple (vobis) hoc est, facite mecum, vt liberalis sim erga vos: quod 4. reg. dictum est: Facite mecum quod vobis est vtile, & ita reddidere: Si vultis benedici, qui Hebraismus est, quo significatur: si vultis à me liberaliter tractari. Ille alter loco citato: Illecebram iugit formidini, vt quos terrore non vicerat, repromissionibus, & persuasionibus decipiat. Facite (inquit) quod vobis profit & in benedictionem vestram perficiat, vel, benedicite regi Assyriorum, & laudate eum, vt Dominum confitemini, vt præmia consequamini, donec reuertar. Quidam putat (inquit Eucherius) terram Mediæ eis repromitti, quæ habebat terræ Iudæe similitudinè tam in situ, quam in frugibus. Sed (quod Eucherius errat vt alibi sèpè) inter Assyrios, & Medos, interiacebant Babylonij multo fortiores Assyrijs qui postea deleuere regnum Assyriorum & adiunxere Assyrios regno Babylonis: & regnum Perfarum, & Medorum potentius erat regno Assyriorum, quod regnum Perfarum, & Medorum deleuit postea regnum Babylonicum.

Vbi est Deus Hemath, & Arphat? Vbi est Deus Hemath, & Arphat?

Vidam in 4. lib. reg. cap. 27. ostendit, inquit, Samaritas seruijsse Dijs omniū gentiū, & quia non erant Dij sed idola meritò cultores vanitatis (vt decebat) ostēdit esse submersos. Est autem vrbs Cælofyræ, quæ nūc Ephiphania dicitur: Arphat vrbs Damasci, quam expugnatã à Rege Assyriorū, etiam Hieremias scribit. Sepharbaim, quod numero plurali libros, vel literas sonat, nomē est locorū, de quibus Assyrij transmigrates habitauerunt in Samaria. Verum in Esaia hoc quoq; vocabulū esse ciuitatis apparet, vbi apertè dicitur, Vbi est Deus vrbs Sepharuaim? tamē si pluraliter dictū, vt Thebarum, Athenarum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Mandauerat enim rex dicens. Quia preceperat rex, &c.

Quidam in 4. librum regū. Vere iustus Ezechias agebat vniuersa cum consilio, idē enim iusserat blasphemanti Assyrio non respondere, ne eum ad maiores blasphemias prouocaret [Scissis vestibus] scindit vestes, quia Rasfadem audierant blasphemantē, Scindit & ipse rex vestimenta sua quia peccatorum suorum & populi esse credebat, quod Rasfades vsq; ad portas Hierusalem venerit, & contra Dominum talia sit locutus.

IN ESAIAE C. XXXVII.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et factū est cū audisset rex Ezechias scindit vestimenta sua, &c. Et factum est cum audisset rex Ezechias.

Quidam in 4. librū regū cap. 37. interpretās hęc, Scindit, inquit, vestes rex Ezechias quia Rasfadem audierat blasphemantem, & scindit rex vestimenta quia peccatorum suorum & populi esse credebat, quod Rasfades vsque ad portas Hierusalem venerit, & contra Dominum talia sit locutus. Pro regio ergo cultu obuolutus est sacco, & de palatio ad templum gradus misit ad Esaiam filium Amos prophetam. PAGNIN. vertit ad Esaiam filiū Amos prophetæ. Multo magis conuenit cum Hebræa lectione, & cum historia versio D. Hieronymi & Lxx virorum: refelluntur enim à D. Hieron. in commentarijs in cap. 1. Esaiæ, qui Amos patrem Esaiæ putant fuisse prophetam, & מֵאֲמוֹס, melius reddetur prophetam casu accusandi quod nō, pro nomine demonstratio apud Hebræos valet quo Hebræi demonstrant quis sit ille, de quo sermo est, & cum sit dictum misisse regem ad Esaiam מֵאֲמוֹס, prophetā interpretaberis melius. & 4. reg. cap. 19. vbi hęc eadem historia scribitur, scriptum est ad Esaiam ha nabi. i. prophetam & postea filium Amos. Suprà rationē reddidimus cur multa verterit melius D. Hier. cum suam edidit interpretationem, quam postea in suis commentarijs emēdarit. Se em Esaias appellat prophetam hoc loco vt 4. regum si quidem Esaiæ non licet mentiri, si pater eius propheta nō erat quomodo se filium prophetæ nominat? In hoc, regis consideranda est humilitas atq; prudentia, ipse pergit ad templū, principes populi & senes sacerdotū, non stolis sacerdotalibus, sed cilicij coopertos misit ad Esaiam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia venerunt filij ad partum eius vir tus non est pariendi. Quia venit dolor partus parturienti, virtutē autē nō habet ad pariendū.

Quidam in lib. 4. regum cap. 37. Hęc dicit Ezechias dies tribulationis & correptionis, & blasphemie. i. dies tribulationis nostræ, correptionis Dei & blasphemie hostium, ponitque similitudinem parturientis mulieris, & dolentis, quod venerunt filij vsque ad partum & vires non habet parturiens. Hęc iuxta litteram, sed peccatis facientibus videmus quia cū hostes irruunt defensores nostri præparantur, sed ad consilia præparata non conualescunt. Scriptum nāque est: Requiescet super eum spiritus consilij & fortitudinis. quæ vtraque necessario sibi iuncta sunt, quia nec fortitudo sine consilio est utilis, nec consilium sine fortitudine. filij ergo veniunt vsque ad partum, quando apta consilia vsque ad efficiendi operis desiderij procedunt, sed virtutem non habet parturiens, dum infirmus consilia hęc non perducit ad effectū. THEOD. nos sumus causa, inquit, cū impie viuimus, & dignos nos facimus, cum peccamus, quos punit Deus & hostilibus armis vastemur & blasphemetur nomen Domini, irascimur blasphemij & vlcisci cupimus, similes sumus parturienti foemina, quæ parere vult, & de facta viribus, foetum emittere non potest.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Si forte audiat. Dñs Deus tuus. Si quomodo audiat Dñs Deus tuus

EVCHER.

EVCHER. non enim audemus, Dominum, omnium nostrū Dominū dicere, quo irascēte tātā patimur, sed tuū dicimus Dominum & hanc habemus vltionis fiduciā, quod viuens Deus blasphematur à cultore Idolorum. Cumq; venissent serui regis ad Esaiam, præuenit eos Esaias & iam absentem regem audierat, & dicit quid respondere debeat Dño suo. Quæ sententia Eucherij mihi non probatur, placet magis sententia CHRYS. qui in cap. Geneleos 13. homelia 35. prophetis, inquit, mos est dicere, Deus meus, quāuis totius orbis sit Dominus, sed peculiare hoc est amoris, vt ex cōmunibus, propria faciat filij Dei inquit qui dilexit me. Quid dicit: te solum dilexit? omnem hominum naturam dilexit, sed gratias ei ago quasi me solum dilexisset & tradidisset semetipsum pro me solo. & dixerat idē CHRYS. in cap. 9. Geneleos, in illa verba. Et cœpit Noë homo agricola. Morē esse prophetarum non solum pro his tantū dolere, qui sibi proximi sunt, sed pro omnibus: causam ergo omnium, suā causam putant, & reliquos omnes vt se iudicant & Deum omniū, Deum suum, quod aliorū causam, causam arbitrantur propriā, ita amorē Dei & proximi præferunt ardentissimū. Et fortasse quia hac ratione prophetæ Deum suum appellant & reliqui qui cum prophetis loquuntur dicere solent, cum ad prophetas verba faciunt, Deus tuus. Nempē quod sic prophetæ loquerentur, Deus meus. Non enim solū Ezechias sic loquitur tantum vt valere possit interpretatio Eucherij, sed omnes qui in litteris sacris cū prophetis loquuntur, sic solent loqui. Sed vt hoc loco, alijsq; pluribus Eucherius non placet, ita nō displicet in eo quod subiicit: Dicite, inquit, Dño vestro qui vester est Dñs, meus enim Dominus hęc dicit, noli timere verba, quibus non tu sed ego sum blasphematus. Quibus verbis Eucherius aliā quandam innuit rationem cur prophetæ dicant Deus meus & cur prophetis dicatur Deus tuus. Nempē quod prophetæ ita Deum tota mente videantur diligere, vt nihil terrenę fœcis admisceant prorsus, solum Deum Dominum agnoscant, solum Deum quærant, solum amplectantur, præterea nihil. nos in multa diuidimur, turbamur circa plurima, porrō vnū erat necessarium. Vndē Dionysius monachos dictos putat, q̄ toti hæreant in monade & monadis contemplatione. i. in Deo & Dei contēplatione, qui Deus dicitur monas, vnitas & vnum quod nihil rerum omnium est quod vnum dici possit omnibus modis, potentia, actu, per se, per accidens, alijsque modis omnibus, absque vno Deo, qui omnibus modis vnus est & vnitas quod Plato in Parmenide significare voluit, cū intelligentiæ ipsæ habeant partes formales, & omnia creata sint cōposita. A contēplatione igitur huius monadis. i. vnitatis, hoc est essentia Diuinæ præciso rerū omnium respectu, Dionysius monachos dictos existimat, quales erāt prophetæ qui solum Deū agnoscebant suū regem, suū Dominum, solum Deum amabant & proximum, præterea nihil. D. CHRYS. tom. 5. de comparatione regis & monachi, Ezechias rex, inquit, bello Persico & Assyriorū multis milibus, Esaię preces opposuit & simul atque Esaias precari cœpit, statim Deus sagittis è cœlo misit cōfecit bellum Persicum, tantum valet precatio religiosi.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ecce ego dabo ei spiritum. Ecce ego immitram in eum spiritum.

Adit Ezechias duo simul quæ optabat, se obsidione & periculo liberandū & inimicum in sua terra moriturum. Theodoretus mittam in eum spiritum malū vel spiritum timoris, Iudæi spiritum. i. famam interpretantur, fingunt enim mille itiones & rediciones, fingunt maximas nugas. Non inconcinne tamen interpretari possemus, Ecce ego spiritū דַּבְּרִי דָּבֹוֹ dabo ei, vel in eū, hoc est in exercitum Assyriorum, vt spiritum pro peste accipiamus. Nam pestilentia, corrupto cœli aëre fit, & peste perijisse vna nocte centum octoginta quinque milia Assyriorum prodidit Iosephus ex Beroso libro 10. antiquit. cap. 2. vt videas quam facile vindicet Dominus nocētes, immisso corrupto aëre. Itaque percussit angelus exercitū Senacherib peste, si Beroso & Iosepho fidem habemus. Audiet nūcium, Senacherib. scilicet nunciū cladis suorum, nō morietur em peste, sed accepto nuncio exercitus interfecti, vt prodidit idē IOSEPH. eodē cap. percussus metu se proripiet ad suos fuga, & ibi suorum gladijs cadet.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et Audiuit de Tharaca rege Aethiopia dicentes. Et egressus est Tharra rex Aethiopia.

EVCHER. pugnasse ait Sennacherib regem Assyriorum contra Aegyptios, & obsidisse Pelusium, & cum prope iam expugnatum esset Pelusium venisse Tarachā regem Aethiopia in

Nota hæc
p sine capi
tis decimi.

pū in auxiliū, & destitisse oppugnatione Senacheribū, & vna nocte dū peteret Hierusalē cētū octoginta quinque milia exercitus Assyrii pestilentia corruisse, narrat Herodotus, & plenissimè Berolus Chaldaicæ scriptor historia. Quæ verba Eucherij, qui alioqui bonus author nō est, libentius cito quod sunt ad verbum descripta ex D. Hieron. in commentarijs in hunc locū, ex quibus duo sunt adnotatu dignissima: alterum illud est, Senacheribū recta petijisse Aegyptum, vt supra dictum est in cap. 10. contra Iudæos, & Iudaizantes, & indè redeuntē expugnasse vrbeis Iudæe, & dū peteret Hierosolyma amisisse exercitum extinctum ab angelo. En D. Hieron. & Eucherius fatetur pugnasse Senacheribum contra Aegyptios, obsedis Pelusium, & dum indè rediens Hierosolyma peteret, exercitum amisisse, quod allati essent nuncij, regē Aethiopum conscribere magnas copias, vt per desertum dum ille oppugnat Aegyptum eius inuadat regnum. Quæ res fecit vt fingeret causam se moueri religione, ne amplius oppugnet Aegyptum, quod rex Aegypti idem esset sacerdos Vulcani, nolle se contra Vulcani sacerdotem armis certare, abduxit ab Aegyptijs copias, cōuertit eas aduersus vrbeis Iudæe. Iuxta hunc ordinē historiae ergo, quem præ se ferunt Lxx viri, vt dictum est in cap. 10. explananda est vltima pars capituli, & ita explananda vt eo loco diximus vt constat ex D. Hieronymo, & Beroso, & Iosepho. Et Senacherib oppugnat vrbeis Iudæe, postquā redierat ex Aegypto & dum oppugnet Lachim, miserat Rapfacē Hierosolyma, dū redit, inuenit regem Assyriorum obsidentē Lobnam, quo nuncij ad eum sunt allati Tarachiam regem Aethiopiæ adesse eū maxima manu, vt bellet aduersus Senacheribum: quo tēpore misit legatos Senacheribus ad Ezechiam regē cum literis plenis blasphemiam in Deū. Ergo si se sequamur autoritatē Lxx seniorum, & Berosi, & Iosephi lib. 10. antiquitatum cap. 1. & 2. vt colligimus ex 4. Reg. cap. 18. vbi Ezechias rex ad Senacheribum mittit nuncios in Lachis postquā Senacherib cōperat penē omnes vrbeis munitas Iudæe, Ezechias pollicitus erat se imperata facturum, & soluturum tributa, quæ vellet & Senacheribus imperauit Ezechia multa auri talēta, quæ misit ad eū Ezechias ex auro, & argēto, quod repertum fuerat in domo Dei, quando confregit Ezechias valuas templi, & laminas auri, & dedit ea regi Assyriorum. Et Senacheribus acceptis muneribus Ezechias ex eadē vrbe Lachi R hapfacē misit cum exercitu ad Ezechiam, vt se dederet. Reuersus ex hac legatione R hapfases, renunciauit Senacheribo Ezechiam se nolle dedere, iratus Senacheribus epistolam misit ad Ezechiam contumeliosam in Dominum plenas, post quæ statim describitur exercitus Senacheribi excidium, & eiusdem Senacheribi fuga, & interitus. Reliqua quæ fingunt Iudæi sunt vanissima, aliena ab historia, & ab scriptura sacra. Alterum illud est, quod ad notandum puto, Herodotum, qui citatur à D. Hieronymo, & Eucherio, quantum commemorari, huius historiae nullam facere mentionem. De cætero quem D. Hieronymus appellat Senacheribum Lxx viri nominant Senacherimum: si roges vtrum rectius, & castigatius Senacherim, dicere, an Senacherib, vtrunque respondebo recte dici, si quidē Iosephus vtroque modo enunciat, nā Senacherimum nominat, & Senacheribum lib. 10. Iudaicæ antiquitatis cap. 1. vt probet Hebraicè legi Senacherim, & Senacherib. & Tharraca rex Aethiopum binominis mihi fuisse videtur Tharraca dictus, & Tharra, quæ autem per duo, r, scribuntur, per, r, &, s, scribi solent Græcè, vt Cherrhonesus, Chersonesus, & Tharra Tharsa. Vndè IOSEPH. de antiquitate lib. 10. cap. 1. hunc eundē Tharsacē vocat à Tharra, seu Tharsa, producto nomine vt solet pro Achaz Achazum nominare, & pro Nauē Nauechum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Nunquid eruerunt eos dii gentiū? c. Nunquid liberauerunt eos dii gentiū?

Hæc eadem verba 4. regum cap. 19. vertunt Lxx viii eodem modo quo D. Hieron. Si modo interpretatio illa Lxx virorum est, nam suspicor esse Symmachi, quæ secutus est D. Hieron. est enim translatio Lxx seniorum aliorum translationibus adulterata. Quod D. Hieron. reddidit Gozan & Aran. Hebraicè est גוזן וְאַרָן. i. Gozan & harā vel & Charran. Nā supra diximus n, interim valere apud Græcos pro θ, & apud nos pro ch. idque ostendimus ex Iosepho & Philone non solum ex litteris apostolicis & euangelicis. Nam Matthæi 1. legimus Rachab & Achaz non Rahab & Ahaz vt nostri Iudaicantes volunt, vndè rectissimè D. Hieron. reddidit Haram, & non male Lxx viri Charram, sic etiam D. Hieron. vertit & legit in cap. 27. Ezechielis, vbi harum regionum metio fit, pro reseph, legere Lxx rasem mutata posteriore littera, in m, quam varietatem esse in codicibus Hebraicis frequentissimam ostendimus supra in dispu-

A disputatione de translationibus. Notandum tamen vitiose in biblijs Complutensibus scriptum esse *ἐξ ἰεροσολῶν, ἐξ ἰεροσολῶν*, legendumque ex codicibus emendatioribus: *ἐξ ἰεροσολῶν, ἐξ ἰεροσολῶν* 1. & Rrafem quæ sunt in regione Themath. Et quod Hieronymus reddidit conuenienter Hebrææ lectioni: Et filios Eden, qui erant in Thalassar: Lxx viri interpretantur. qui sunt in regione Theman, hoc est, qui vergunt ad Orientē. sunt scholiastæ Lxx viri & commentarij. Itaque filios Eden interpretantur Lxx, eas vrbes, quæ sunt in regione Theman: sic enim legendum puto in translatione Lxx virorum. Nam Eden, & Charam, nomina esse regionum liquet ex Ezechiele cap. 27. vbi Eden interpretatur D. Hieronymus pro proprio nomine regionis, & Lxx reprehendit, quod, Dedan, pro, Edē, verterint, mitius acturus cum Lxx senioribus, si vitiatam lectionem emendasset, dempta priori consonante, & legisset ex Hebræa lectione, pro Dedan, Eden. Quid enim tam mirum est, si sexcentesimo post anno multa vitiatā deprehendisset D. Hieronymus in translatione Lxx virorum? & hoc à D. Hieronymo efflagitabatur, vt translationem Lxx ex lectione Hebræa redderet ecclesiæ castigatam, vt nostris temporibus multorum authorum à viris doctissimis editæ castigationes in lucem prodire. Ergo filios Eden habitatores regionis Eden interpretari possumus: Eden porrò delicias & voluptates significat, vndè regio Eden regio deliciarum est. Moses enim in principio Genes. paradysum voluptatis appellauit paradysum Eden. Si quæras ergo quæ regio toto terrarum orbe, regio Eden sit. i. regio deliciarum & voluptatis, prima occurret opinor, si tinctus sis litteris, Arabia cognomine foelix, quæ ad Meridiem Iudæe sita est, quæ merito dicitur hortus deliciarum, nam indè foelicis nomen habet, cinnami, thuris, balsami, odoratarumque arborum, & herbarum feracissima. Hos ergo Sabæos, & habitatores Arabiæ foelicis, significant Lxx his verbis declarari, idemque putant filios Eden. i. eos qui habitant ad Meridiem. Hos enim intellexere Lxx cum edidire. i. eos qui sunt in regione Theman, hoc est, eos qui ad Meridiem vergunt. Quod enim obscurum erat, qui essent hi filij Eden, qui erant in Thalassar, Lxx declarant, & apertis occulta demonstrant, quod supra dictū est etiam ex Procop. Orig. & sanctis patribus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ubi est rex Emath, et rex Arphad, et rex vrbs Sepharuaim, Ana et Aua? Vbi sunt reges Emath, vbi Arphad? & vbi vrbs Sepharuē, Ana et Aua?

EVCHER. in 4. lib. Reg. cap. 7. interpretans hunc locum: Vetus, inquit, editio, pro Ana, & Aua, quasi vnius nomen vrbis esset, præfert Anauea, cum duæ sint gentes Ana & Aua, & ve, coniunctio copulatiua sit apud Hebræos, quæ Latine sonat, &. Subijcitque Eucherius Hebraicè ita scriptum esse, vt vertere Lxx viri: Vbi duplex error mihi esse videtur: & quod Hebraicè Eucherius esse putat scriptum vt vertisse arbitrat Lxx viros, quum Hebraicè ea sit lectio quam agnoscit D. Hieronymus: alter quod castigata lectio Lxx virorū præfert *אַנָּה וְאַוָּה* i. Ana, & Aua. Videtur enim D. Hieronymus, vnde hæc erat mutuatus Eucherius, vitiatum exemplar actus Lxx virorū, & quod maioribus occupationibus distracto D. Hieronymo facere nen licuit, Eucherium fecisse oportebat, vt castigatissima quæque exemplaria consuleret, nec dere tanta pronunciat, nisi Græcos, Latinosque codices prius adijisset, remque omnem expendisset diligentissimè.

Misit Esaias ad Ezechiam dicens, c. Missus est Esaias filius Amos ad Ezechiam, &c.

EVCHER. Quia tam audacter Ezechias Dominum deprecatus est, neque misit ad Esaiā vt prius miserat, non ipse propheta pergit ad eum, sed mittit nuncios qui ei dicerent verbum Dei. Quæ Eucherij sententia mihi non placet. quod (vt Cyrillus ait) de incarnatione vni-gentiti cap. 27. tomo. 1. Conciliorū falsos, & mendaces facere doctores sanctos mundi totius, qui sequuti sunt Lxx viros vsque ad tempora D. Hieronymi, magnum est detrimentum. Non malè Lxx seniores vertere [Missus est ad eum Esaias] nam Hebraicè est *וַיִּשְׁלַח*, quod verbum Hebræum potest alijs punctis actiuum esse & passiuum, & posse verba reddi actiue & passiuè, dictum est ex autoritate D. Hieronymi, & præcepto Rabi Kimhi, in illa verba: Super quo percutiam vos? Et in illa verba cap. 6. Audite audientes, & nolite intelligere. & ex autoritate Evangelistarum: vndè apparet rectè versum esse [Misit Esaias filius Amos ad Ezechiam]

Pp

Ezechiam]

Ezechiam] & [Missus est Esaias filius Amos ad Ezechiam.] Quauis enim verissimè dicta sint A quæ D. Hieronymus ait, quod vt D. CHRYSO S. docet tomo. 5. de comparatione regis & monachi, Ezechias multis milibus Assyriorum, preces Esaiæ opposuit, nec eum fessellit opinio, simul enim atque Esaias manus in cælum sustulit, sagittis de cælo missis Deus Sennacheribi exercitum confecit, tamen nunquam Deus preces cuiusquam videtur reiecisse. Sacrificia non oblata à sacerdote, repudiat Dominus & punit eum, qui cum non sit sacerdos, fungi audeat munere sacerdotis, preces, quâ tum commemini, non repudiat, præsertim viri boni. Vnde idem D. CHRYSO S. de precatione libro. 1. docet Ezechiam regem preces opposuisse hostiũ multitudini, & precibus vicisse, quod se qua decuit religione Deo prostrauerit, solamque precationem regi eidem dedisse, vt reuiuisceret. vbi Chryostomus hunc locum citat, & qua decuit religione se prostrauisse coram Deo Ezechiam ait, & precibus à Deo impetrasse victoriam: quibus verbis apparet, non malè Lxx viros reddidisse [missus est ad eum Esaias] à Domino. s. qui precibus Ezechia hoc indulsit.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Despexit te et subsannauit virgo filia Sion. Despexit te & subsannauit virgo filia Sion.

EVCHER. Ideo virgo appellatur & filia, quia cunctis Gentibus simulachra adorantibus hæc sola conseruat castitatem, & religionem vnus Dei veri. Sed oportebat Eucherium expendere non solum Sion appellatam virginè, sed omnes vrbes, etiam infideles appellari hoc nomine in scriptura: vt virgo filia Babylonis. & similia. Nisi dicere velimus, hoc loco Sion urbem filiam Dei appellatam & virginem, ea ratione qua nos docet D. Hieronymus, & ab eo mutuatus Eucherius, alibi filiam Babylonis dici pro Babylone, forma dicendi receptissima apud Græcos & Hebræos, qua medici filij medicorum dicuntur, & philosophi philosophorum filij, quod præceptores parentes, appellantur, & loco parentum sunt, ea ratione, quia causa videntur vitæ animorum, vt patres sunt principium vitæ corporum: tunc enim animus viuere dicitur cum sapit: & Græcorum filij Græci nominantur, & Hispanorum filij Hispani, & certè Salmanticensium filij sunt ciues Salmanticenses, nati inquam ciues, non facti. Sic filia Babylonis Babylon dicitur, & filia Sion ipsa vrbs Sion posset appellari. Virgo dicitur fortasse Babylon, & vnaquæuis alia vrbs etiam infidelis, quod prima radix & fundamentum primum Reipubl. vt dicitur Aristotele lib. 1. de Republ. est coniunctio virginis & adolescentis, vnde pullulat vniuersa ciuitas, & cita Aristotel. citat illud Hesiodi *δίκαιον πρότερον γυναικὸς βούρει ἀρετήν* i. domum, primum omnium, vxoremque, & bouem aratorein, subijctique domum ita comparatam principium esse societatis, hoc est reipub. quod Aristoteles ex Platone 2. de Republ. libro mutuatus videtur, vbi vrbs causam esse dicit, necessitatem, quia mutuis auxilijs indigemus, & subijcit: *μεγίστη καὶ μάλιστα τῶν ἀρετῶν τοῦ βίου καὶ τοῦ ζῆναι* i. maxima & prima necessitas vt simus & vt viuamus, cuius primam originem quis non videat esse ciuium multiplicationem, & de nuptijs lege Platonem lib. de legib. 6. Quod ergo vrbs Græcè & Hebraicè foeminino genere enunciatur, filia dicitur & virgo, quod subindè ciues pariat, connubijs virginum & iuuenũ aucta, vnde Tyrus conquesta est, quod frustra procreauerit virgines & iuuenes, vt loco parentum defunctorum succederent filij. Et hinc moris erat olim, vt reges cum vrbes ingrederentur, scetas foeminas aliquo munere prosequerentur, quod augeret numerum ciuium, & leges decernebant præmia ijs, qui multos liberos procreassent, vnde ius trium liberorum est vulgatissimum, quæ omnia eò dicta sunt, vt appareat fundamentum & radicem Reipubl. esse procreationem liberorum, & coniunctionem virginum, & iuuenum, & connubia. Et synecdoche est, cum causa pro effectu ponitur, & præcedentia pro sequentibus. Ergo, Subsannauit te, atque despexit virgo filia Sion, quauis tacuit, ne te ad maiores concitaret blasphemias, & quauis prælenti tibi non respondit, postea te abeunte mouebit caput suum filia Sion scilicet, subsannans te, certa de vltione, quod Dominus Hierusalem vindicabit de te, & quod tu meritas poenas lues, ò rex Assyriorum, hæc Eucher. iuxta sententiam D. Hieronymi: quæ interpretatio D. Hieronymi confirmat sententiam quam supra diximus in illa verba cap. 10. Agitauit manum suam super montem filia Sion. Et verissimam ostendit interpretationem illius loci Lxx virorum.

Loc^o Esaiæ cap. 10.

D. HIE-

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Domine exercituum Deus Israël, qui sedes super Cherubim. Domine Sabaoth, Deus Israel, qui sedes super Cherubim.

ALEXAN. papa primus, epistola prima Decret. trinitatem personarum, & essentia vnitatem probat, quod scriptura mos est, terna facta repetitione diuinarum personarum, subijcere verbum singulare, vt in illo cap. 6. Esaiæ: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth: Vbi si Trinitas nõ est, inquit, quare tertio dixerunt sanctus? aut si vnitas non est, quare sub trina repetitione, vnum dominum ac Deum intimaerunt? Si Trinitas non est, cur Exodi 34. dicitur: Domine, Domine, Domine miserator & misericors? si vnitas non est, quare cum Domine, ter dixisset, postea singulariter miserator dixit, non miseratores? Quod verissimè dictum ab Alexandro papa est, ne quem glossula marginibus adscripta faciant dubitare: Hebraicè enim est יהוה אל ירוהוה יהוה, Iehoua, iehoua el rachum. i. Deus, Deus, Deus miserator: sed pro nomine Dei, iehoua, solet Latine reddi, Dominus, quod hoc nomen Dei tetragrammatos sanctissimum enunciare lingua non audebant. Pergit porro Alexander papa: Si Trinitas non est, & essentia vnitas, cur Abraham ad quercum Mambre, tribus occurrens vnum saluat, & singulari numero ait, Domine? cur Mos dixit Dominus: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, ter repetito nomine Dei? & subiecit, vt vnitatem essentia significaret, hoc est nomen mihi. cur David tertio dixit: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus? Denique Alexander papa facta inductione ostendit in sacris literis, quoties repetitur Dei nomen ter repeti, & tertio Dei nomine repetito, singularem numerum subijci, vt Trinitas personarum, & essentia vnitas declaratur. Nam si vt CHRYS. docet in cap. Ioannis 7. homel. 49. nihil in diuinis scripturis temerè positum est, quippe quæ spiritu sancto prolata sunt, quid existimandum est in re frequentissima in litteris sacris, si Hebræos codices consulas? temerè quisquam putat, trinam hanc repetitionem fieri millies: Deus, Deus, Deus, & postea singularem subijci numerum? cur non quaterna repetitio sit aliquando? inquit EPIPH. vt supra diximus in cap. 6. Cur non quina? cur sempet trina hæc fit repetitio? eaque frequentissima. Et quanquam Alexander papa hunc locum Esaiæ, de quo in præsentia sermo est, eodem loco citet, & Trinitatem personarum eo loco probari putet, tamen videtur hic locus Epiphanio, & his quæ diximus aduersari, quauis enim Alexander papa subiungat, cur Esaias denuò: Dominus Deus Sabaoth, Deus Israel, qui sedes super Cherubim. si vnitas non est, cur, qui sedes, dixit, non, qui sedetis? hæc Alexander. bina tamen repetitio hoc loco est, nõ trina. siquidem Lxx viri reddiderunt Domine Sabaoth, Deus Israel, qui sedes super Cherubim. Et D. Hieron. Domine exercituum, Deus Israel, qui sedes. & Hebraicè repetitio est quoque duplex: *Dij exercituum* Id est: Deus Israel sedens super Cherubim. sed Cherubim super sedens Israel Deus Sabaoth Deus quauis bina repetitio sit & non trina, tamen verissimè & hoc loco Alexander papa Trinitatem personarum colligit, & essentia vnitatem. Est enim talis hic locus, qualis ille Geneleos: In principio creauit Deus cælum & terram. vbi Hebraice est: In principio creauit Dij cælum & terram: *Dij creauit principio in* Id est: In principio creauit Dij, nam diuinas personas, *ברשית ברהו אלהים* D Græci hypostaseis, Latini personas, Hebræi אלהים, nominant, quanquam hanc vocem nos vertimus Deum, siue Deos, vt: In principio creauit Dij, i. diuinae personæ, vt Trinitas personarum declaratur: & in verbo, creauit, essentia vnitas. Quod idem est in hoc loco Esaiæ, quo Alexander papa Trinitatem personarum, & essentia vnitatem nos docet declarari: prius enim dicitur, Deus exercituum, singulari numero. postea, eloh Israel. i. Dij Israel, siue diuinae personæ Israel, vt tres personæ sic declaratur. Deinde [sedens super Cherubim] vbi singularis numerus subijcitur plurali, Dij Israel sedens, vel, diuinae personæ sedens, vt diuinarum personarum vnitas essentia significetur. Nam quod Iudæi & Iudaiffantes, elohim, volunt esse nomen pluraliter declinatum, quo tamen res vna significetur, & vnus Deus, qualia apud nos sunt multa nomina pluraliter dicta, quibus tamen res vna declaratur, falsum est, commentitium est, cum, elohah. i. Deus, singulari numero frequentissimè reperitur in sacris literis, & numero multitudinis, elohim. i. diuinae personæ, vt alibi pluribus dicimus, vbi de, el, &, elohim, disputamus: de quibus etiam E V S E B. Cæsariensis libro vndecimo præparationis euangelii

Quomodo pontifices et veteres patres vnitate personarum, essentia vnitate colligat ex sacris literis.

ca, cap. de reſtitutione Hebraearum vocum, parum tamen exacte, quod rudis Hebraeſin-
gua erat. Hec adnotare libuit, ne quis appoſitis gloſſulis marginibus teſte erroris inſimu-
let Alexandrum papam, innuens non declarari Trinitatem hoc loco, ſiquidem non terna hic
repetitio, ſed bina eſt. Hae omnia nota etiam pro epiſtola decretali Benedicti papae primi,
qui eadem inductione vtitur tom. 2. Conciliorum, qua vſus erat tom. 1. Concil. Alexander
papa primus, vt dictum eſt, & ex hoc Eſaiae loco Trinitatem perſonarum colligit, & eſſentiae
vnitatem, quod fieri nullo modo poteſt, niſi eo, quo dictum eſt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In multitudine quadrigarum mearum Tu dixiſti, multitudinem curruum ego ſcedi

THEODOR. Gloriatur ſe deieciſſe cedros & cupreſſos. i. reges & ſatrapas deturbate
ſolio regio, Libanum attondiſſe. i. nationes vaſtaſſe, quod Libanus nationum infidelium
mons ſit celeberrimus. Carmelum. i. Iſraelem, quod Carmelus Galilaeae mons ſit. Melius haec
Theodoretus quam Eucherius, qui cedros, & abietes, interpretatur principes omnium Gen-
tium, vel potentes, & optimateis Hieroſolymitas: & Libanum, Hieruſalem, quod ſic aliquan-
do in ſacris litteris accipi ſoleat. Nunquam enim Sennacherib attingit Hieruſalem: nam illa ſa-
bula Iudaeorum, de qua leges in Theſauro linguae ſanctae in diſtione, quadas, qua ſingunt cap-
tam a Rhaſace proditione Sobnae partem vrbs Hieroſolymorum, alibi a nobis reſutata eſt
pluribus. Carmelus, mons Galilaeae eſt: Lxx ſeniores partem Carmeli vertere, quod Senna-
cherib partem Iudaeae ſubiugaret, cum deletus eſt a Domino. Hebraice eſt: Introibo altitudi-
nem ſummitatis eius, vt referatur ad templum, ſi recipere velles ſententiam ſupra dictam. Sed
non video, cum Carmelus mons Galilaeae ſit, quo modo pro templo accipi poſſit: quanquam
neceſſe eſt ſic interpretari vulgatam editionem, vt ſit: Introibo altitudinem ſummitatis. i. cel-
ſitudinis eius, Libani ſcilicet. i. Hieroſolymorum, & templi Domini, quae erat celſitudo Iu-
daeae & caput, & ſic Libanum accipies pro Hieroſolymis, quando ſic interpretatur D. Hiero-
nymus etiam. Lxx ſeniores קרתי. i. extremitatis eius (hoc enim vox Hebraea fonat, quam D.
Hieronymus vertit, celſitudinis eius) interpretatur. i. fines Iudaeae, quod Sennacherib ſubiugaret
ſet penè omnes fines Iudaeae. & ita vertere: Intraui in altitudinem partis ſyluae Carmeli, nam
ex Hebraea lectione reponenda eſt illa dictio, Carmeli, in tralatione Lxx virorum, quae iniu-
ria temporum interciderat. THEOD. interpretatur, partem Iudaeae ſubiugavi, ſineis ipſos
ſcilicet, & terminos omnes regni, vrbs Hieroſolyma ſola erat reliqua.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

contignavi
fodi Ego

Ego fodi.

Et poſui pontem.

אני קרתי

DIUS Hieronymus hoc verbum Hebraeum קרתי deflexit a verbo קוד. i. fodio, & ita red-
didit [Ego fodi] quod D. Hieronymus interpretatur iuxta hiftoriam, quod pro multi-
tudine exercitus omnia fluenta ſiccauerit, vt puteos ſibi fodere ſit compulſus: per metapho-
ram verò quod omnes populos, qui aquarum nomine intelliguntur, perforerit. i. ſuo vaſtaue-
rit exercitu. Lxx ſeniores verò, verbum Hebraeum קרתי, deſlectunt a verbo קוד. i. tigna ti-
gnis coniungo, ligna lignis connecto, & diſco, quod pro, ponteis facio Lxx viri interpretan-
tur: edidere enim [Ego poſui pontem] Gloriatur enim Aſſyrius ſe multas vicinſe nationes, mul-
tos principes regio ſolio deturbate, iacet nunc ſe quod ingentis fluuios ponte iunxerit,
quae res inter maximas laudes Imperatorum numerari ſolet. Geſit nanque Sennacherib bel-
lum cum Aegyptijs, & alueos Nili, qui pontem non patiuntur, ita ingenti, rapidiſſimoque al-
ueo fluit, ſe ponte iunxiſſe gloriatur, idq; feciſſe liquet. Nam cum Aegyptijs bellum geſſit,
& Peluſium penè expugnauit, & prius erat traiciendus Nili ingens alueus, qui ponte iungi
non poterat, & mari cinctum erat Peluſium, caeno, luto, lamis erat penè inacceſſum. Lege Stra-
bonem poſtremo Geographiae libro.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et bibi aquam, et ſiccaui veſtigia pedis
mei, omnes riuos aggerum.

Et deſolauit aquas, & omnem con-
gregationem aquae.

Diuſ

DIUS Hieronymus & Cyrillus hoc referunt ad multitudinem exercitus Sennacheribi,
quae exſiccabat flumina, & omnes aquas; aded vt puteos effodere cogentur. Quae ſen-
tentia placet, quanquam Iuuenalis de illo altero dicit -- epotaq; flumina Medo Prandente,
&c. vtillyd omittam; quod nihil iuuiſſet effodere puteos, ſi flumina epota deficere, quid
putei iuuiſſent multo labore. effoſi pauxillulo aquae; quae inde manaret, quibus fluuiorum
alvei non facerent fatis? Ided Theodoretus allegorice haec dicta putat, fortaſſe ſe ia etat Sen-
nacheribus exſiccate ſe maxima flumina, vt Nili alueos, & curſum fluuiorum aliud deriuate,
vt pedibus traici poſſent ab exercitu ſuo. Cum enim ſeptem alueis Nili munitiſſimae ſint vr-
bes Aegypti, qui neque ponte iungi poſſent, ita alti, rapidi que flunt; per foſſas, & diorygas
deriuati in vrbes ipſas, vt vrbes cingerent, & facerent eas munitiſſimas. Gloriatur Sennache-
rib ſe multitudine ſuorum militum alueum Nili aliud deriuate, & vrbes illas munitiſſimas Ni-
li alueis, & aquis deriuatis per foſſas, & diorygas ita exſiccate, vt a ſuis militibus traici poſ-
ſent. Ergo quod D. Hieronymus vertit [Et bibi aquam, & ſiccaui veſtigia pedis mei] explana-
bis, exhaui aquas alueorum Nili opera militum meorum [veſtigia pedis mei]. i. vt peruius eſ-
ſet fluuius veſtigio pedis mei. i. pedatus mei, forma dicendi Hebraea. [Et omnes riuos agge-
rum] omnes illas aquarum congregationes, quae circum vrbes fiebant deriuatae ex alueo Nili,
vt vrbes eſſent munitiſſimae. Haec ita eſſe explananda, intelliges ex commentario Lxx viro-
rum. Nam pro tralatione huius loci, Lxx viri edidere commentarium, qui vertere: Et deſola-
ui aquas, & omnem congregationem aquae, eo ſenſu, quo dictum eſt.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Non haec audisti olim quae ego fece-
rim eis a diebus antiquis? ego plasma-
uillud et nunc adduxi, et factum est
in euacuationem collum compugnau-
ium et ciuitatum munitarum.

Non haec audisti olim quae ego fe-
ci? a diebus antiquis ordinavi, nunc
autem feci vt deſolare gētes in mu-
nitionibus, & habitantes in ciuitati-
bus munitis.

Hoc eſt illud genus argumentorum, quod dixi ſupra veteres patres appellare inſolubi-
le, audi praedicta octingenteſimo ante anno, aut milleſimo, vide completa, cum ſic eunt
per ſingula noſtra fidei myſteria, & per res ſingulas. Hoc genus argumentorum adhibent ve-
teres patres ad reuincendos infideles, & ad conſtabiliendam noſtram fidem. Vt ut eo Domi-
nus frequentiſſimè apud hunc prophetam, & eo acerrime viget Iudaeos, inſtatque eis vt eant
per ſingula, & videant a ſe praedicta omnia, & facta, & adducta, quod ſolius Dei eſt, vbi illud
adiicit: Dicite quae futura ſunt, & dicam, Dij eſtis. Nam praedictent philoſophi & aſtologi,
res in vniuerſum, quae aſtris prenoſci poſſunt, vt pluuiam, eclipsim, & ſimilia, res ſigillatim vt
ſunt caſurae non praedicit quiſquam niſi Deus, qui earum author eſt. Vnde Phœbus qui in o-
raculo Pythio reddebat reſponſa: quod haec quidem daemone coniectat, qui acutiſſimi inge-
nij eſt, & conſilia occulta hominum nouit, & videt quae conſultent ſinguli, & quas habeant
vires nouit: ſæpè vt vir prudens, qui haec & illa inter ſe comparat, videt futuros exitus & pre-
dicat: ſed vbi coniectandi haec via non eſt, ambiguitate fallebat reſponſorum, & ideo dice-
batur ^{noſtrus} i. obliquarius, quod ſic haec redderet obliqua, & ambigua reſponſa, vt in vtranque
partem accipi poſſent. Per aſtra enim multa nouerat Daemone, & praedictione angelorum bo-
norum, qui iuſſu Dei eis vtuntur miniſtris (vt docet Auguſtinus.) & alijs, vt dixi, coniecturis
quod nouit hominum actus & conſilia, de caetero futura ſingula ignorat. Solus Deus hoc ſibi
vendicat, quod ea praedixerit & fecerit. Vnde huius loci ſenſus eſt: O Iſraël, nonne iam olim
praedictum fuerat tibi a me, haec ſic eſſe futura, nō olim haec audieras, puniendū te eſſe his poe-
nis, quod coleres idola? Haec ergo quae audieras futura, nunc feci, & qui praedixerat antea futu-
ra, nunc fecit, nō Sennacherib. Quod verba Hebraea ſignificat magis, quae lic ad verbū vertes: An
nō audisti a longe? [hoc ipſum feci] i. nō praedixi iam olim? hoc ergo feci quod praedixi. Alij
tamen verba haec Domini eſſe putant ad Sennacheribum: Num ignoras quod haec quae feciſti
mea feceris voluntate, & ego haec futura praedixerim, & per te faciēda mādauerim? itaq; quod
olim decreuerā hoc completū eſt tēpore, vt colles. i. principes, qui inter ſe pugna-
bāt, & ciui-
tates munitiſſimae me contrahere manum, & non praebente ſolito auxiliū eradica-
rentur, & compararentur non oliuae & vineae, arboribusq; frugiferis, ſed foeno & gramini, & parietum;
& mace-

& maceriarū herbis, & cæteris quæ frugibus sunt impedimenta, & prius pereunt quam matu-
rescant, quæ omnia ex D. Hieronymo mutuantur. Hæc autem quæ hic scripta sunt, in nostram
doctrinam scripta sunt, inquit Paulus: si infideles aduersum nos tot sibi pariant & peperere
victorias, nostra culpa sit, id tam planum est, si singula mente, atque animo luitres, vt oculis
cerni possit. Scatebat vitij & hæresibus Africa; periit Africa; quod respicere noluit. Asia
semper nouas cõminiscebatur hæreses, & repugnabat ecclesiæ Romanæ; periit Asia. Græcia
defecit à fide Petri. i. ecclesiæ Romanæ, seruit per tot annos immanissimò Turcæ. Constanti-
nopolitanum imperium semper res nouas mouebat aduersus receptam à maioribus fidem,
& aduersum Romanum pontificem, & illud quoque periit. Faxit Deus, vt nostra temporane
tam graues lant poenas, pereatque iam tandem hic Sennacherib hæc bellua inanis; quæ
turbat ecclesiam. Cur tamen non hoc faciat Dominus quod fecit cum Ezechia rege & Sennä-
cherib, licet sint plurimi Assyriorum impietati, & Ezechia pietati pares, vt Chrylostomus in-
quit. Disces ex eodem CHRYSOST, de prouidentia Dei lib. 1. Voluit enim Dominus hæc
fieri, vt nos hoc exemplo saperemus, cur autem non hoc in omnibus agat Deus, causa est quod
nondum adsit iudicij dies. Quod autem inquit ista non mea ratio sit, sed eius qui iudicaturus
est, Dominum ipsum audias. Nam cum ei nunciatum esset de eis qui sub illa turre occubue-
rant, respondit, putatis quod hi Galilæi præ cæteris peccatores fuerunt, quia talia passi sunt,
non dico vobis, sed nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis, aut illi decem & octo su-
per quos cecidit turris Siloe, putatis quod ipsi præ omnibus qui habitant Hierusalem debito-
res fuerint? non dico vobis, sed nisi poenitentiam egeritis omnes simul peribitis. hæc Chryso-
stomus. Repete tamen altius, quæ de hac re disputat diuinitus de prophetis minoribus, qui
hanc quæstionem à Domino sunt sciscitati, nec acceperunt responsum, vt discerent posteri-
oribus sæculis homines ab huiusmodi interrogationibus abstinere. Tamen apud Michæam opi-
nor, respondet Dominus, & expectare iubet diem iudicij, vbi se fidelibus patrem indulgen-
tissimum futurum promittit, & alia multa quæ alibi (Deo benè iuuante) dicemus. Ergo ex die-
bus antiquis plasmaui illud, Hebraicè est יצרתיהוה. i. formauit, plasmaui, vt vertit D. Hierony-
mus. vel cogitavi, consului, vt reddidit Lxx seniores, à diebus antiquis decreui, vel, ordina-
ui. Et nunc adduxi quod Lxx viri edidit, re præstiti, feci, quod si ante ordinau-
eram & prædixeram: & factum est [in eradicationem] in subuersionem collium principum
compugnantium, semper inter se bellantium. Hebraicè est, pro compugnantium וצרי, à ver-
bo וצרי, in nifal, significat rixari, & sic vertit D. Hieronymus [collium rixantium & pugnan-
tium]. i. principum. Iuxta Canonem enim Augustini, propheta tropicis locutionibus mis-
cent veritatem, vt ex vero intellectu admisso, figuratus sermo explicetur, vt hoc loco, cum
audis colles rixantes inter se, planum est, colles poni pro principibus, qui super cæteros emi-
nent. Pro, collibus, Hebraicè est גלים. D. Hieronymus hoc nomen deduxisse videtur à verbo
גלל, quod verbum inter alia significat, aperire, & reuelare, vnde nomen est גלל, volumen,
quod in eo, aiunt Iudæi, reuelentur quæ ignoramus, & גלליוני specula, quod longè appareant,
& longè sumnota reuelent, & ita ab eodem verbo deflexisse videtur D. Hieronymus, galim;
colles, quod aperti sunt, & longè videantur. i. principes, qui eadem ratione apud nos nobiles
appellantur, nam si guilaion, & guilionim à gala dicitur, cur gal & galim non ab eodem verbo
dicatur? an continuo Hebræa lectio obelis confodienda est tanquam male reddita à D. Hier-
onymo quod à Iudæis dissentiat? Fateor R. D. aceruos interpretatur, quod aliquando gal signi-
ficat aceruos à verbo galal quasi verò & Græcè & Latinè Hebraicè secundum varias origina-
tiones idem verbum nõ habeat plures sensus atque ad eodẽ secundum eandem originationem,
& quasi Hebraicè quod Hebræos libros nullos alios habemus quam sacros, dictiones in ali-
quo intellectu semel tantum nõ reperiantur frequentissimæ, cum presertim galim æque bene
posset deflekti à gala quam à galal. interpretatur tamen R. D. galà aceruos & גלים, desolatos
vt sit totū: Et erit ad desolandū in aceruos desolatos, ciuitates munitas, hoc sensu erit ad deso-
landum ciuitates munitas vt sunt acerui desolati, & sic Lxx viri hunc locum interpretati videt-
ur, qui reddidit vt desolare m genteis in munitionibus & habitanteis in ciuitatibus muni-
tis. reddunt enim Lxx viri sensa, nõ numerant verba. Itaque verti hic locus potest vt vertit D.
Hierony. & vt reddidit Lxx viri. Tralatio librorum regū discrepat semper à tralatione hæc
Lxx viroꝝ, quanuis eadem Hebræa verba sint, vnde illam Symmachi esse puto quam sequi-
tur D. Hieronymus, non Lxx viroꝝ.

D. HIE.

A D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Habitatores earū breuiata manu contremuerunt, et confusi sunt, facti sunt sicut fœnum agri, et gramen pascuæ et herba tectorum qua exaruit antequam maturefceret.

Remisi manus & exaruerunt, & fuerunt quasi herba arida in tectis, & vt gramen.

Superiore commentario hæc verba sunt explanata. Tantum illud dicendum est, aliter hæc
dispunxisset D. Hieronymum quam Lxx viros, eodem tamen sensu: siquidẽ D. Hieron. sic di-
spunxit, et factum est in eradicatione collium compugnantium, & ciuitatum munitarum, & hic appo-
suit distinctionem, fecitque initium sententiæ, Habitatores earum. Contra Lxx hæc verba fecere
finem superioris sententiæ: videtur enim sic dispunxisset hæc, Ad vastandum in aceruos desola-
tos, ciuitates munitas, & habitatores earum, vel ad vastandum in munitionibus rixantes, & ha-
bitatores earum, ea ratione & eo sensu, quo dictum est superiore commentario. Vnde nunc hu-
ius sententiæ faciunt initium [Remisi manus]. i. si tantum ego manus remitto, velut herba om-
nes principes arefcunt, quod philosophi hinc sunt mutuati. Leges enim apud Aristotele lib. 1.
de cælo, Deum dici *ἀδύνατος*, quasi *ἀνύστης*. i. semper entẽ. quod sit pelagus effendi, quod ait B. Tho-
mas, vnde omnibus animantibus vita suppeditatur & esse omnibus entibus, qui Deus, si manus
retrahit, omnia arefcunt, ita ipse solus, vita author & fons bonorum est & conseruator, si ma-
nus retrahit, arefcunt omnia velut herba tectorum. Itaque quod Hebraicè est *וְרָמַסְתְּ*, breuiata
ti manu, vel breuiata manu: Lxx legere addita vna litera *וְרָמַסְתְּ*, breuiata manu, quod dixit
re Lxx, remisi manus. Deinde, pro [confusi sunt, & facti sunt sicut fœnum agri] vt vertit D.
Hieron. conuenienter lectioni Hebrææ, sat habuere dicere [Remisi manus, & exaruerunt, & c.]
Sic ergo interpretationem D. Hieronymi enucleabimus [Habitatores earum] vrbium m. l. [bre-
uiata manu] i. quia ego breuiata manu [contremuerunt & confusi sunt, & c.] Hoc interest,
quod D. Hieron. retulit ad vrbes Iudææ, quæ periire volente Domino, & subtrahente auxilij
sui manum. Lxx viri ad Sennacheribum, quem ait Dominus vicisse omnes illos populos, quia
Cipse Dominus voluit ita fieri: exaruisse verò Sennacheribum, quia Dominus subtraxit manum,
quæ illi suppeditabat auxilium, & victorias illas. Vtinam saperemus & hæc taciti cum animis
nostris reputaremus, quando ad nostram doctrinam hæc sunt scripta, infideles tot victorias
retulisse aduersus nos, tot vrbes subuertisse, tot nationes in suum imperium redegitte, quod
Dominus velit ita, quod noua subinde apud illas nationes pullulascerent hæreses, mille scele-
ra, mille vitia increbrescerent, vt intelliget qui veterum legerit monumenta. Faciat Deus vt no-
stra tempora impune ferant, quæ admittunt flagitia hæreseon, & bellorum aduersus Catholi-
cos: legionibus multis opus non erat, vt vincerentur infideles, tantum respisceremus, & redire-
mus in viam virtutis & religionis, subtraheret manum Deus, quæ infidelibus vires dat, vt pu-
niat nostra scelera, & arefcere Turci. En, vt remisit Dominus manum, exaruerunt Assyrij, &
fuerunt quasi herba arida in tectis, quæ subtracto humore aret.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Habitatione tua, & egressum tuum, et introitum tuum ego cognoui, & insania tua contra me. Nunc autem finem tuum, et exitum tuum, & introitum tuum ego scio.

Sensus est: Ego scio tua principia, & omnes tuos progressus, & quem sine meis habiturus, nã
Ego omnium sum author, & effector, nec tu quicquam sine me faceres. Quod D. Hiero-
nymus vertit, habitationem: Lxx viri edidit *אֲרָמְתִּי*, cessationem, finem, nam verbum He-
braum *אֲרָמְ*, significat habitare, morari, durare, vt vertere possis, durationem tuam & finem
tuum. Egressum tuum, & introitum tuum, hoc est, principium & finem. Addidit D. Hierony.
& insania tuam. quod Lxx viri fecere sequentis sententiæ initium.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit ad aures meas.

At furor tuus, quo times, & amaritudo tua ascendit ad me.

Pp 4

Noueram

Noueram omnia quæ facturus eras, & furor tuus, & superbia tua peruenit ad aures meas, A nequaquam ultra te feram, vt intelligas, quod potuisti, non tuis te potuisse viribus, sed meo arbitrio: merebantur enim impiæ gentes & infructuosæ arbores, vt per te quasi per securim meam, & ferram succiderentur, & caderent. Quod D. Hieron. reddidit superiori sententiæ, Lxx viri fecere sequentis huius initiu[m] [infantia tua contra me cum fureres aduersum me, & superbia tua, siue vt reddidit Lxx. amaritudo tua ascendit ad aures meas] quod verbum Hebræum vtrunque significat: significat enim opulentiam, quæ homines facit superbos & amaros in alios.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ponam ergo circulum in naribus tuis, Et frenum in labris tuis, Et reducam te in viam per quam venisti. Ponam circulum in nasum tuum, & frenos in labra tua, & reuerti faciam te via, qua venisti in ea.

Hunc locum explanat diuinitus B. GREG. Moral. lib. 33. cap. 10. CYRIL. Quod belluino animo est Sennacheribus, vt belluam ait Dominus se illum tractaturum, & circulum iniecturum ei in nasum, & frenum in labra. THEOD. Vt brutum tractat Dominus eum, qui anima rationali præditus, rationem corrumpit. In camo, & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. hæc Theodoretus. Camus autem genus fræni est, habens circulum illum ferreum quo premat nares, nec solum ora premat lupatis. Theodoretus tamen ait: Quem admodum bestiis iniiciuntur fræna, quæ non solum ora lupatis duris premant, sed nasum quoque circulo ferreo, sic vilissimis mancipijs pro camo. i. pro circulo ferreo quo premuntur nares, iniici solere camos ex corijs. Quod genus fræni, atque adeo multo asperius iniecturum se Dominus minatur Sennacheribo, vt pessimo mancipio: non enim camum ex corio, sed camum de ferro duro se ei iniecturum Dominus minatur. Sic quoque hæc ille alter: Blasphemantium, ait, ora Dominus constringit, ne talia audeant alij.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Tibi autem hoc erit signum, Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, et in anno secundo pomis vescere, in anno autem tertio seminate et metite, Et plantate vineas, et comedite fructus earum. Hoc autem tibi signum, Comede hoc anno quæ non seminasti, at anno secundo reliquias, tertio vero seminantes metite, & plantate vineas & comedite fructum eorum.

THEOD. quod pressi bello sementim facere non potuerunt Hierosolymitani, dat illis Deus segetes sponte nascentes, idem facit Dominus anno secundo, quod nec boues suppetebant, nec aratra, & rebus omnibus erant defecti. Tertio itaque anno eos iubet Dominus colere terram, & agriculturæ operam dare, & futuram pollicetur magnam frugum vbertatē: Ex quibus verbis Theodoretus & ex Hebræa lectione, castiganda est editio Lxx virorum, legendumque [Tibi autem hoc erit signum] .i. dabitur tibi hoc signum. Vide quàm ingens miraculum faciat Dominus per Esaiam, quo singularis quædam & admirabilis autoritas eius vaticinijs accedat [comede hoc anno quæ non seminasti] .i. comedetis fructus qui vobis nascuntur sponte, quos non seminasti. nam verbum Hebræum מִן־עֵץ, sponte nata significat, secundo autem anno reliquias. i. fruges, quæ de radicibus calamorum repullulascent: id enim significat מִן־עֵץ. Addenda igitur translationi Lxx virorum negatio est [Comede fructus, quos non seminasti] neque enim placet interpretatio Eucherij, quasi biennio antequam fierent, hæc sint præsignificata, cum hæc prophetia facta fuerit imminente Hierosolymorum ruina, cum Rhaphaces Hierosolymitanis excidium minaretur. Nec placet quæ subiecit, quod cum Sennacherib Aegyptum peteret cum ingenti exercitu, venit angelus Dñi, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia. Nec enim hæc fecit petens Aegyptum, sed rediens Aegypto, vt supra ostendimus. Neque ergo omnia hæc ppheta per nuncios, magis credendus est dixisse Ezechiel qui per se, neque intra biennium rex Assyriorum cum exercitu videtur dici interiturus, sed statim. Itaque in superioribus non placet Eucherius. Illud placet, quod a nobis sæpe est repetitum, quo mox net multa statim futura à pphetis prædici, quo in cæteris sibi conciliant fidem, quæ multa post secula futura erant, cætera diuinitus explanatur à Theodoro, nam hic tres anni prædicuntur, quos post ex-

Apost excidium Sennacheribi intelligas necesse est, nam statim Sennacheribus post hanc prophetiam exercitum Hierosolymis admouere parabat, quæ in via extinxit vna nocte angelus. Editum est ergo hoc ingens miraculum, deinde quod bellis impediti fuerant Iudæi, quo minus sementem facerent, fruges sponte sunt natæ, quod significant illa verba Lxx virorum, Comede, quæ non seminasti, vel, vt vertit D. Hieronymus. Comede quæ sponte nascuntur. i. fruges quæ nascuntur sponte, hoc est secundum miraculum, Tertium adhuc illud est, anno secundo reliquias comede. i. quæ repullulascent de radicibus calamorum anni superioris hoc est quæ nascuntur etiã sponte, sic enim interpretatur D. Hieron. 4. Reg. quæquam hoc loco verterit in secundo anno pomis vescere, quod hoc quoque significat verbum Hebræum, & secundum miraculum intelligi possit, quod secundo anno pomis aluerit Dominus, & frugibus arborum Iudæos, tantavis pomorum, & tanta bonitas fructuum arborum illo anno à Domino sit edita. Ergo hæc res admirandæ quod spectant, nisi vaticinijs, quæ de Christo subiunguntur innumera, autoritatē, & pondus addant, vt nos docet D. Hierony. & ab eo mutuatus Eucherius?

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et mittat id quod saluatum fuerit de domo Iudæ, Et quod reliquum est, radicem deorsum, Et faciet fructum sursum, quia de Hierusalem exhibunt reliquias, Et saluatio de monte Sion: Zelus Domini exercituum faciet istud. Erunt derelicti in Iudæa mittent radicem deorsum, & facient sementem sursum, quia de Hierusalem exhibunt & saluati de monte Sion, Zelus Domini Sabaoth fecit hoc.

THEOD. Zelus Domini Sabaoth, inquit, propter Rhaphacem qui conuiciatus est Hierosolymis, & Domino, seruat Hierosolyma. Idem putant D. Hieron. & Cyrillus, & hæc referunt ad relictos in Hierusalē, quorum tantam futuram sobolem in rerum omnium vbertate prædici putant vt de Hierusalē prodeant, & compleant reliquas vrbes Iudææ, & cõparari putant Iudæorum sobolem arbori, quæ & ima parte agit radices, & summa vberimos edit fructus, quod pullulascent Iudæi & constabunt in suis vrbibus. Mihi, quod bona venia dictum sit tantorum Diuorum, magis placet EVSEB. sententiã qui lib. 2. euang. demonstr. cap. 48. interpretatur de reliquijs, quæ saluæ factæ sunt, hoc est de apostolis Domini, qua ratione hæc potius sententiã placeat dicam. Solet Dominus in prophetis dare signum aliquod, & id postea interpretari, quod fecit cap. 2. cum iussit Esaiam soluere saccum de lumbis suis, & calciamenta tollere de pedibus suis, & ire nudum, & nudis pedibus in publicum, & postea interpretatus est quid sibi hoc signum velle. Et Ezechiel præcipit Dominus cubare in latus dextrum certos quosdam dies, & alios in latus sinistrum vinctum, præcipit vesci pane simo bubulo tosto, præcipit alia multa, & postea quid hæc omnia significet explanat, & quarum rerum sint signa. Qui minus ergo hoc loco cum dixerit Dominus hoc vobis erit signum intelligas eo modo, quo reliqua scripturæ loca nam si accipias hoc loco signum liberationis Iudæorum, factum signum erit, Datur mihi signum rei, quæ futura est cras, aut perediẽ, id quod tertio anno post rem gestã futurum est, non conuenit. Cuius ergo rei signum erit, quod datur, quod illo anno, quo liberata vrbs Hierosolyma est fruges vberimas dat Dñs, vbi fatum non est, & secundo post anno de radicibus prioris mensis sese tollit tanta vbertas frugum, sine villo alio agrorum cultu, vt affatim omnibus victus suppetat, suppetant fruges ad sementim faciendam, tertio post anno futuram dicit admirabilem quandam vbertatem. Nec enim tantum eduntur hæc miracula ea ratione & causa qua dictum est superiore commentario, sed appellantur quoque signum, nec signum vnquam in sacris literis dicitur quin supra naturã aliquid sit & aliquid significet, non significat liberationem hanc ab Assyrijs quæ statim fit vt hoc capite dicitur & cap. 19. 4. reg. & signa hæc sunt per totum sequens triennium, nec posteriora, sunt signa priorum. Signa ergo erunt eius rei, quam diximus ex EVSEB. cuius verba sunt, Erunt derelicti in Iudæa mittent radicem deorsum. Manifestissimè inquit, hæc apostolorum Domini & discipulorum electionem significant, hi enim relictis ex populo Iudæorum radicem deorsum agunt, hoc est doctrinam toto orbe disseminant, vt toto orbe euangelium radices agat deorium fortissimas, & faciat sementem sursum ad cœlestia promissa, & ad mansiones cœlestes vberem fructum præmittant, Hi enim cæteris Iu-

dæis deletis aut fugatis & captiuis ductis relictis sunt & ideo etiã reliquiae dicuntur. hæc omnia Zelus Domini fecit, quod Iudæi iritauerunt Dominum in his qui dii non erant, & ipse Dominus iritauit eos in gente stulta vt inquit Moses & hunc vocauit Zelum quod etiam pluribus dictum est alibi ex Procopio. Et hæc verissimè ab Eusebio esse dicta ipsa verba prophetae dicant [Quia de Hierusalem exhibuit reliquiae, & saluatio de mote Sion] Quid enim hæc verba differunt ab illis, Ex Sid exhibit lex, & verbu Domini de Hierusalè, & innuit Dominus hac causa se seruare Hierusalè. quia hoc vaticinium quod alibi non semel est prædictu complèdum est. vt semper præ se ferat Dominus seruada Hierosolyma quoad peragatur oeconomia redemptionis, post quam est delenda. vt omittã illud quod quãuis Senacherib caperit vrbes Iudæe nõ dicitur eas deesse, nec vastasse Iudæã, aut Iudæos deesse. vt necesse fuerit ex Hierosolymis eò deducere colonias, aut ex Hierosolymis habitatores in alias vrbes ijisse, vt hæc verba alio re ferri non posse videantur, quam quo putat Eusebius.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et protegam ciuitatem istam. vt saluẽ eam propter me, & propter Dauid seruum meum.

Et protegam super ciuitatem istã B propter me, & propter Dauid seruum meum.

DIUUS HIER. lib. 2. aduersus Pelagianos, & in comment. sic explanat huc locum. Non propter te seruabo vrbem hanc quod quauis vir iustus & commendatus in scriptura magno opere, misisti dona ad regẽ Assyriorum trecenta talẽta argenti & trecẽta talenta auri, quod hæc fecisti & alia, cum concidisti valuas templi, & exhausti templi thesaurum, non propter te, sed propter Dauid patrem tuum seruabo hanc vrbem, vt scias filios seruari propter merita parentum. D. CHRYS. ferm. de penitentia & confessione. Vide magnum iudiciu Diuinae misericordiae, cum non inuenit homines viuos, quorum precibus indulgeat, quæ petuntur, confugit Dominus ad defunctos, & per illos ait se remissurũ peccata vt Ezechiẽ hoc loco. Et ad pulum Anthiochenum homil. 79. hoc testimonio ostendit valere multum preces, sed cũ nos quoq; cooperamur. Malorum cum perfiant in peccato nõ valere multum preces, valere inquit tempore iusti Ezechiã, tempore Nabucodonosoris regis non valere Hierosolymis, quoniam inualerat peccatum Iudæorum, & ideo traditi sunt Babylonijs & captiui ducti. Valere preces Samuelis pro Israelitis, sed cũ ipsi grati erant. Sed ait ille, quid mihi opus alienis orationibus, cum ego gratus sim? non hoc diceret Paulus nec Petrus, pro quo oratio fiebat in ecclesia sine intermissione. THEODOR. propter Dauid, dictum putat ne insoleceret rex Ezechias, aut Esaias, si eorum causa audirent seruatum vrbem: nam intumuit Ezechias propter edita miracula, ostendit simul Dominus valere apud se iustorum memoria memoria femper. Hoc idem ait CYRIL. CHRYS. in Psalm. 50. in fine interpretans hunc locu ait Dauid mortuus est & merita eius vigent: tomo 4. idẽ CHRYS. in cap. 1. epistolę Pauli ad Philipenses sermone 3. in morali vbi interpretans hunc locum ait, si memoria duntaxat iusti tantum valuit, quando & opera pro tali fiunt, quid non poterunt? Non frustra ergo ab apostolis sancitum est vt in celebratione venerandorũ mysteriorum, memoria mortuorum fiat, nouerunt illis multum emolumentu hinc fieri, multum vtilitatis. Hæc omnia attente lege contra nostri temporis hæreticos.

D. HIERONYMVS

Egressus est angelus Domini, &c.

INTERFICITUR exercitus Senacheribi ab angelo & relinquitur incolomis Senacheribus, vt intelligeret potetiam Dei, & blasphemantia ora cõprimeret, fieretque testis illius maiestatis quẽ paulo ante cõtempserat, & postea non ab angelo interficitur, sed parricidio filiorũ, quo doleret grauius, & quo maiores lueret poenas opinor. Arist. 2. de rethorica ad Theodẽstẽ libro quum de ira & vindicta disputat, nõ fat habere ait qui vlcisci aliquẽ vult, vt det poenas eis, quẽ vlciscitur, sed vt intelligat cui & cuius rei causa poenas det, & ideo quauis illũ interficere possit, & latere, interrogat tamẽ an se nouerit, & an meminẽrit quid fecerit, postea ad monitũ iniuriã quã intulerit, necat. Plato 10. de legibus libro, fortasse hinc mutuatus de impijs qui negẽt, Deũ esse ait, neminẽ negasse Deum esse quin prius quam è vita exiret, faceret Deus & intelligeret Deũ esse & hic poenas lueret apud nos & postea apud inferos.

Libuit

IBUI TALICUANDO præteritẽ silentio hæc duo capita 36. & 37. quod tantũ reru historiam persequuntur, & miracula edita a Dño. vt commẽdaretur autoritas prophetae Esaiã in principiũ cap. 36. dictum est. Postea visum est quibusdam locis horu capitũ addere cõmentariã, neq; persequi omnia, vt in ceteris. Neq; consilium fuit in omnibus locis cõferre inter prætationẽ Lxx & D. Hieron. & quã rationẽ utriq; sequuntur, hæc explicare, ne in re nota immorarer diutius. Tamen ex his duob; capitibus, magna diuina eõ mo ditas, si conferas ea cum cap. 18. & 19. lib. 14. Reg. vbi eadẽ verba sunt, non solum eadẽ sententia, si Hebraice hæc, & illa conferas: quod scripturae sunt inquam hæc cap. 18. & 14. Reg. ex Esaiã ad verbu aut eadem ijsdem verbis utriq; scripturã ab spiritu sancto sunt dictata, & tamen si conferas in ter se contentio emigrandã, que inter sanctos patres est, facile dissoluas. quã huc capiti sub texere libuit, quod qui mihi aduersantur obstreperunt, quod quibusdam locis ex inter prætatione Lxx verbum addendum esse, lectione Hebraicã contendam, alijs duplicẽ esse lectionem. Nõ ita, aiant, D. Hieron. qui quoties aliquid Hebraicẽ non est, obiecto expungendũ censet ex tractatione Lxx, tanquã illegitimum. Scio ego veteres patres de hac re variẽ sentisse. D. Hieron. orationes Procopiũ, Euseb. Basilium, quã Hebraicẽ non essent ex tralatione Lxx virorum expungenda, cõsueuit Origẽnem Irenæum, Epiphaniũ, & ceteros omnia antiquos veritatẽ in nostris Codicibus esse contendisse, quã de re multa in disceptatione de tralatione. Hanc controuersia, vel duo hæc loca dirimunt, & psal. 16. si conferas cũ 22. cap. 2. lib. reg. vbi idẽ psal. m. est, & histõria narrat cõpositum a Dauide & quo tempore sit cõpositus. Que loca si Hebraicẽ conferas, respicias non solum varietatẽ lectionis Hebraicẽ, seruata semper tamẽ eadẽ sententia, sed sæpẽ differẽtias, quã sæpẽ reperias duplicẽ lectionẽ, aliam hic, illic aliam, sæpẽ hic deesse verbu, quod illic est, apud Lxx sæpẽ vnã orationẽ illic esse, quã hic desideratur, vt merito D. Hieronymus maiore ætate, sententiam mutat (vt D. August. ad idẽ libros retractationum) & in epist. ad Damasum super 4. euangelia præscripsit nobis canonẽ illum, cuius sæpẽ fecimus mentionẽ, ex tralatione Lxx posse deprehẽdi, quã verba addita; aut detracta essent ex lectione Hebraica. Nunquã enim præscripsisset canonẽ illum si pristinũ foret in priorẽ sententia vt expungenda cõseret ex tralatione Lxx omnia ea; quã Hebraicẽ nõ essent. Sãst enim posse deprehẽdi ex Lxx; quã ex Hebraica detracta essent lectione. Vidit enim hic Diuus multa esse repetita in sacris litteris Hebraicẽ, nõ solum hæc loca, quã cito vbi varia lectione deprehẽderetur quã accidisset aut fraude Iudæoru aut ruinis innumeris, quib; natio Iudæoru ob peccata admissa, fuerit pmissa Dñi cõcisa. Huius rei ex ijs locis exemplã ponamus cap. 36. vbi legitur: Hæc dicit rex magnus rex Assyrioru, quã est fiducia, quã interis? sequitur Hebraicẽ: וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל, dixi profecto verbu. Nã D. Hieron. reddidit sententia. 4. Reg. c. 18. vbi historia ijsdẽ verbis scripta est, Hebraicẽ legitur in. 2. persona nõ in. 1. אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל, dixisti profecto verbu. Et paulo infra: וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל. ecce confusus sup baculũ, vbi duo verba defunt. Hebraicẽ ex. 4. Reg. vbi legitur: וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל. Id est: nunc ecce tu confusus es tibi super baculum. Duo ergo verba illa. atã. i. nunc, & lecha. tibi, defunt in Esaiã Hebraicẽ, quã sunt in 4. lib. Reg. ne quis expungendum putet ex tralatione Lxx, quicquid Hebraicẽ non est, cum in codicibus Hebraicis, quẽ repetita sunt in duobus locis, alia præferant plura, alia pauciora. Eodem capite vbi legitur: Quã est vt terra vestra, terrã frumenti & vini, terrã panũ & vinearũ: defunt in Esaiã, post hæc verba, duæ orationes integræ: וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל, וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל. i. terram oliuarum, & olei, ac mellis, & viuetis, & non morietur, nolite audire Ezechiam. Hæc verba omnia si in tralatione Lxx reperirentur, viderentur expungenda, quod Hebraicẽ nõ sunt apud Esaiã. Apparet autem fuisse Hebraicẽ ex 4. lib. reg. citato, & temporis iniuria intercuisse, vt non continuo si Hebraicẽ non reperitur, sit expungendũ, cum aut fraude Iudæorum, aut temporis iniuria potuerit in tercidere. Et rursum paulo infra, vbi legitur: Nunquid liberauerunt dii geũtum terram suam? Hebraicẽ est apud Esaiã, וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל: 4. Reg. legitur: וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל: vbi verbum illud וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל liberando legitur, quod apud Esaiã non est: Nunquid liberando liberauerunt? Et cap. se quẽti, vbi est Deus Sepharuaim, defunt duo verba in lectione Hebraicã וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל, legitur em illic: Vbi est Deus Sepharuaim Ana & Aua. Rursum eodem cap. vbi legitur: Ego fodi, & bibi aquam, apud Esaiã est וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל, i. ego fodi, & bibi aquam. 4. Reg. cap. 19. & bibi aquam, apud Esaiã est וְכִי אֶפְרַיִם יִשְׂרָאֵל, i. ego fodi, & bibi aquas alienas, vbi verbum zarim est, quod non est in Esaiã. Sed multa alia sunt, si lector vt tranque lectionẽ contulerit diligenter, vbi aut varia lectio, aut scriptio varia deprehenditur, diuersa pũcta, diuersa verba aliquando, alibi orationes, si.

Ex his duo bus capitibus, & ex Esaiã 16. que abbi sunt, esse dicitur variã lectionem in codicibus Hebraicis a libi deesse verba, aut orationes, alibi non deesse. Controuersia inter veteres patres, a que b. apud Lxx Hebraicẽ non fuit, sit expungenda. varia lectiones esse dicitur in codicibus Hebraicis in his que repetita sunt eisdem verbis ne quis exa- pungendum censet, si quid Hebraicẽ non est, sit, et apud Lxx viros si.

Refutatur
Iudei &
Iudaissan-
tes & de-
fenduntur
Lxx.

nem deesse, quæ sit alibi, ne quis tā seuerus cōsor sit, vt expungedū putet ex translatione Lxx quid quid Hebraicè non est: aut quod aliter Hebraicè dispuatum est, aut si quod diuersum verbū est Hebraicè, aut apud Lxx, cum hæc varietates reperiantur in codicibus Hebræis, vbi eadē ita repetitur iisdem verbis: & neutram lectionem negabis esse veram, & sacrosanctam. Nam etiā si verbum exciderit, mutatumue sit, aut desideretur oratio aliqua, eadem tamen est sententia. Vel loca citata abundè exemplorum tibi suppeditabunt, ad hæc omnia, & psalmus. 17. qui est etiam. 2. lib. reg. cap. 22. confer hunc psalmum duobus locis scriptum Hebraicè, multas reperies varietates, quas nemo mirabitur qui fraudes nouerit Iudeorum. Primum omnium principium illud: Diligite domine fortitudo mea. 4. lib. reg. non est. Deinde vbi legitur: Deus meus, adiutor meus, in psalm. legitur. 78. i. Deus meus, 2. reg. legitur. 7. i. mihi postea adiutor me, Hebraicè in psalm. est. 78. i. petra mea. 2. Reg. 78. i. De petra mea, vbi ex vtraque lectione Hebraea apparet lectū esse olij, ita vt vnitas essentia & tres personæ declararetur, hoc modo: Diligite Deus fortitudo mea, vbi vnus Deus appellatur, postea tres personæ sequebatur, Deus petra mea & arx mea, seruator mei Deus meus, Deus petra mea. ex hac enim tema repetitione, post primam illam orationē, quæ vnitatem essentia repræsentauit, ostendimus supra summos pontifices, & veteres patres ostēdisse vnitatem essentia, & trinitatē personarum. Postea, protector meus, & cornu salutis meæ, susceptor meus. 2. Regum sequitur, refugium salutis meæ ab ini quo saluabis me, quæ verba desiderantur in Psalm. Deinde, Dolores mortis circumdederunt me: Heb. est. מְרִיבֵי מוֹתִי, pro מְרִיבֵי מוֹתִי. 2. Reg. legitur מְרִיבֵי מוֹתִי. cōtritiones. Et statim: Ad Deum meū clamaui, pro מְרִיבֵי מוֹתִי. 4. Reg. est מְרִיבֵי מוֹתִי. i. clamaui & mox. Et clamor meus in conspectu eius introiit in aures eius. 4. Regum diminutē legitur: clamor meus in auribus eius. Sed sine non inueniet oratio, si perfecte coner singula, quæ variè leguntur in codicibus Hebræis in his locis, quæ citauimus, vbi idem psalm. repetitur, & eadē historia verbis iisdem, diligens in quæ lector si Hebraicè sciat & conferat ad hoc exemplū singula, reperiat, seruata sententiā, orationes integras alibi esse, quæ defunt alibi: alia verba esse hic, alia illic Hebraicè, variam scripturam esse, puncta varia, ne persuadeat nostris Iudæi, & Iudaizantes numerata verba esse, numeratas syllabas, mētiuntur impudētissime: ostendimus supra in disputatione de translationibus autoritate sanctorum patrum vitiatos esse codices Hebræos quibusdam locis, & quod vociferabantur Iudæi, & Iudaizantes aduersus. s. patres, eosdē reuicimus testimonijs rabinorum, qui plurimis locis scripturæ confitetur duplicē esse lectionem. Alia fatentur ipsi se mutare, quod ea nō intelligant, de alijs disceptant quomodo sit legēdū, & postea iuxta canonē, quæ præscribit D. Hierony. ex interpretatione Lxx, euangelistarum, & apostolorum id ita ostendimus vt inficiari nemo possit, nisi impius esse velit, hoc loco supremam coronidē addidimus, vt ex his locis Esaiæ, & ex illo psalmo collatis cū libris Regum, vbi eadē verba sunt Hebræa, quæ Iudæus sua manu exarat, qui paululum promouerit in litteris Hebraicis deprehendat mēdaciā Iudeorum: neque expungenda putet ex translatione Lxx verba quæ Hebraicè non sunt, aut varia sunt sed admiretur potius cum August. Irenæo, Epiph. Hilario Athanas. & alijs sanctis patribus.

Refutatur
Iudei &
Iudaissan-
tes & de-
fenduntur
Lxx.

IN ESAIAE C. XXXVIII.



Iuus AVGVVS. de mirabilibus sacrae scripturæ lib. 2. cap. 28. penè totum hoc caput interpretatur mirabiliter, vbi ait Ezechiam incidisse in hunc morbum, ne de tanta victoria contra Senacheribum & eius exercitum, efferretur insolentia. Itaque nō solum quod dixit Cyrillus, & Theodoretus, cauit Dominus ne vir iustus Ezechias insoleceret cum propter Dauid, eiusque merita se urbem seruare diceret & non propter Ezechiam, vel Esaiā, sed addidit præterea, post tantam victoriā, & tantum beneficium grauisimum morbum incidisse, vt si quis eius factus esse coepisset, deprimeretur aut ne inciperet esse potius, addit tamen August. quod forsitan gratiarū actione exiguus, grauisimum morbum incidit. Vnde discemus ob beneficia Deo gratias agere, quia in re negligens inultum non aufert. Adnotat Esaiam duas prophetias sibi contrarias eadem hora protulisse, cum prius dixit, Morte morieris: & postea quindecim annos vitæ promiserit, vt necesse habuerit alteram signi ostensione firmasse, vnde, solem retrocessurum decem horas

A horas prædixit, & inde veluti manè iterum festinare inciperet, qui diei totius, exceptis duabus horis, cursum iam consummasset. Per quas duas horas redijisse in ortum multi arbitrantur, vt dies denuo inciperet, & conuenienter tale signum regi datum est, ait, in mortis expectatione posito, quoniam sicut fol penè positus in occasu reuocatur ad ortum, sic rex in morte constitutus quasi ad incipientis vitæ gaudia reuocatur. Vbi quærit etiam August. vtrum suæ vitæ finem hunc, si non fleret, fuisset habiturus, & differt quæstionē in illum locum vbi disputat de Lazaro quatruiduo mortuo. illinc petet qui volet. Nam certè secundum causas secundas morturus erat. Addidit Dominus hoc tempus vitæ (& sciebat Dominus hoc tempus se additurū qui omnia ab æterno nouit) & hæc penè huius totius ægritudinis Ezechia sententia est. Eadē inquirunt D. Hieronymus & Cyrillus. Adde quæ dicta sunt in principium cap. 36. lege etiā Hilariū in præfatione in psalm. 119.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Scriptura Ezechia regis Iudæ, cum agrotasset, & conualuisset ab infirmitate sua.

Oratio Ezechia regis Iudææ, quædo elanguit, & surrexit ex infirmitate sua.

LXX viri pro scriptura, quod est Hebraicè, orationem seu preceationem reddidere Græcè, quod non reddant scripturam ad verbum, sed sensa exprimunt, sed sensa exprimunt, & nos docēt sua interpretatione, hanc gratulationem esse ob accepta beneficia, Est enim quoddam genus preceationis, ut nos docent theologi ex D. Paulo, quod gratulatio dicitur, qua gratias Deo agimus ob beneficia accepta. Nec enim semper precatio de re præsentī est, aut futura.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Ego dixi, in excelfo dierum meorum vadam ad portas inferi.

Similitudo duarum litterarum ג, & ד, facit hanc interpretationum varietatem, nam si legeris ג, in dimidio erit, si vero legeris ד, in excelfo, & est tanta vicinia harum duarū litterarum, vt altera in alteram crebro mutetur. Eodem tamen vtraque lectio spectat. Nā Ezechias cum hæc scripsit trigessimū nonū ætatis annum agebat, vt colliges ex 4. lib. Regum, vbi proditum est regnare coepisse, cum vigessimū quintū ætatis annum compleisset, & Senacheribum coepisse vrbeis Iudæ, decimo quarto anno regni Ezechia, vt recte dixerit D. Hier. in dimidio dierum meorum. quod idem dicitur אָמַרְתִּי, vigor ætatis, qui est anno trigesimo septimo plus minusve, vt docet Aristoteles libro de republ. septimo sub finem, & recte Lxx viri, In excelfo dierum hoc est, in vigore & robore summo ætatis meæ, vel vt CYRILL. explanat in maxima foelicitate mea cum maximo Dei beneficio essem auctus. Vadam ad portas inferi, quod sinus Abrahæ erat apud inferos, vt docent Theolo. THEOD. in Excelfo dierum meorum אָמַרְתִּי בְּיָמַי, כִּי אֶבְרָחָה אָבִי, quando in excelsū locū me Dominus euexerat, quando conspicuus omnibus eram, tantis acceptis à Domino beneficijs. Vadam ad portas inferi THEO. אָמַרְתִּי בְּיָמַי כִּי אֶבְרָחָה אָבִי, tunc morte intercipior, tūc mihi finitur vita: quæ interpretatio cōgruit huic loco mirifice, quod infernus pro sepulchro accipitur in sacris litteris quod arguit etiam D. Hebræa vox לִישָׁן quæ pro inferno accipitur & pro sepulchro.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Quasi residuum annorum meorum.

Relinquam annos residuos.

Lectio Hebræa ad verbum reddita est. Visitatus sum residuo annorum meorum. quod Vatablus interpretatur, priuatus sum residuo annorum meorum: quod visitatus sum Hebraicè significet, castigatus sum, multatus sum. & sic Pagninus explanat, Carebo residuo annorum meorum, Lxx viri, Relinquam annos residuos, priuor vita in flore ætatis, D. Hiero. Quasi i. i. requisiui residuos annos meos. & sic dictum videtur vt illud vulgatum, requiro in te consiliū, requiro in te prudentiam. i. deest tibi consiliū, deest tibi prudentia: requisiui residuos annos meos, defunt mihi residui anni vitæ meæ, & illis priuor, vel dicebam vbi sunt anni mei residui? cur illis priuor?

D. HIER.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dixi non videbo Dominum Deum in terra viuentium.

de Deo viuentium terra in Dei Deum videbo non Dixi

Sunt qui credant Ezechiam regem gratias agere Deo, quod grauisimo leuatus sit morbo, & vim morbi amplificare: & in ea

Quod sit huius pre-cationis ar-gumētum, hinc enim pendet to-tius huius psalmi sen-tentia.

sententia sunt oēs Iudæi. Iudæos refellemus autoritate Iosephi antiq. lib. 10. c. 3. vbi Ezechia lugere prodidit orbitatem, quod hæredem regni non relinqueret, nō quod acerba morte præuentus, moreretur. Nos (si qui in hac sententia sunt) refutabimus autoritate D. Hieronymi qui in commētarijs ait: Fleuit autem fletu magno propter promissionē Domini ad Dauid quam videbat in sua morte perituram. Eo enim tempore Ezechias filios non habebat. & AVGVVS. autoritate de mirabilibus sacræ scripturæ lib. 2. cap. 28. vbi lacrymasse ait Ezechiam nō quod de suo, vt pote perfectus, merito in conspectu conditoris sui incertus fuit, sed quia in Christi venturi generationem sui generis profapiam in throno Dauid lucernam non reliquit. & infra: Tantum quoque temporis. i. quindecim annos, eius vitæ Dominus addidit, quantum fat esset, vt filius procrearetur, & adolefceret vt regnū defuncti patris valeret gubernare. AMBROS. quoque in cap. 3. Lucæ lib. 3. de genealogia Domini loquens, de Thamâr: Non (inquit) temporalis vsum libidinis requisivit, sed successiōis gratiam concupiuit: erat em̄ de formeliberos non habere. Dolens ergo se sine liberis remansisse, dolum studio generationis commenta est, & Iudam consilio præuertit. Mitto Eucherium huius quoque sententiæ scriptorem, quod amplissimo, & grauisimo hæreticæ prauitatis inquisitorū senatui Regio placuit illius vsum interdicere legentibus. Ergo Ezechias hoc dolebat. Nam quæ tanta commendatio sanctitatis regis Ezechiaæ esset si in summis bonis duceret recuperatam valetudinem? morbum graue in malis poneret summis, & penè laments, & eiulatu propè fœmineo impendentem mortem prosequeretur? Nam quod Christus dolet, mœret, & præ se fert propassiones, quas Theologi nominant, id factum est, quod Christi humanitas relicta sibi est, vt dolet, & sentiret, & præferret signa propassionum, quas verè habebat: & monstraret se verum esse Deum, & verum hominem, tamen pati volebat, & dicebat: Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor vique dum perficiatur? & Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. hæc pluribus sum exsequutus quod si huius orationis argumentum constiterit, quod non luget mortem Ezechias, sed orbitatem & quod promissionis factæ Dauidi particeps non esset, facilius erit aditus ad interpretationē huius psalmi Ezechia regis. & de Christi tristitia AVGVVS. in psalm. 93. in illa verba, Quousque iustitia conuertatur in iudicium.

Dixi Non videbo Dominum Deum in terra viuentium. i. promissionis factæ Dauidi, de cuius semine oriturum Christum, ipse particeps non ero, non nascetur Christus de meo semine nō videbo Dominum Deum, Christum scilicet de meo semine natum in terra viuētium, quæ maxima mihi est causa dolendi. Hunc huius loci sensum esse commonstrant Lxx viri sua interpretationem: non enim reddidere verbum verbo sed metaphrasi quadam expressere sensum, dixere enim. Non iam, non, non videbo salutare Dei. i. Christum ortum de meo sanguine. Nam salutare Dei Christum appellari in sacris litteris, docent omnes sancti. D. BASIL. enim in Psalm. 71. interpretans illa verba: Nonne subiecta Deo erit anima mea. Mos (inquit) est scripturæ, Christum appellare salutare Dei. IREN. lib. 3. cap. 11. Christus (inquit) in scriptura dicitur salus, salutare, saluator: & subiicit rationem, cur his nominibus appellatur. E. V. SEB. Cæsar. demonst. euangelicæ lib. 2. cap. 35. adnotat hoc nomen sanctiss. Iesus, quæ Hebræa vox est, Græcè verti salutare, vt nihil aliud sit salutare Dei, quam nostri seruatoris Iesu Christi nomenclatura quod declarat Simeon; cum dicit. Quia viderunt oculi mei salutare tuum &c. quæ adiecit. Idem scribit lib. 4. cap. 10. verbum incarnatum appellatum esse solem iustitiæ Deum sabaoth, pastorē hominum, Iesum, & salutare Dei. Et eodem lib. 4. cap. 17. appellatum ait Christum salutare Dei quod contineat nostrā salutem. i. nostrā resurrectionem, quam nouissimo

Dixi non iam, nō, non videbo salutare Dei in terra viuentium.

Non iā nō videbo salutare Dei in terra viuentium. Oia vti ad mō idē dō eutheōm tōū dōd iōi tūe γῆς ζῶντων. Dixi nō iā nō videbo salutare Dei in terra viuentium. Vel) ἵνα οὐκ ἴδω τὸ σωτήριον τοῦ ἰσραὴλ τῆς γῆς ζῶντων. non iā nō videbo salutare Israël in terra. οὐκ ἴδω τὸ σωτήριον τοῦ ἰσραὴλ τῆς γῆς.

A uissimo die nos omnes est fuscitaturus è mortuis. Et AMBROS. in Psalm. 118. serm. 6. in principio: Rogatur (inquit) vt veniat salutare Dei, hoc est Dominus Iesus. vbi nominis huius ratio nem reddit, cur eo appelletur Christus. AVGVVS. sic semper hoc nomen interpretatur in omnibus locis, & de ciuitate Dei lib. 22. cap. 29. vbi salutare Dei Christum ait, & illo probat testimonio Simeonis, Quia viderunt oculi mei salutare tuum. & tomo 10. serm. 3. de verbis apostoli, Quid est (inquit) salutare Dei, nisi Christus? Pro isto salutari orabamus in psalmo: Salutare tuum da nobis. Antiqui iusti hoc salutare desiderabāt, de quibus Dominus dicebat discipulis: Multi voluerunt videre, quæ vos videris. Dixerunt ergo iusti, salutare tuum da nobis, Christum tuum, cum in hac carne viuimus, hoc dicebat Simeon, Salutare tuum da nobis, & accepit responsum, non visurum mortem nisi videret Christum Dñi, vidit, & dixit: Nunc dimittis seruū tuū in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Ergo non videbo salutare Dei. i. non videbo Christum meo sanguine natū, quem petebāt veteres patres: salutare tuum da nobis, vt ait August. Et expende singula verba Lxx, quantam animi consternationem Ezechia præ se ferunt, quod priuatur tanto, tanq; omni prædicatione maiori bono: præsertim si expenderis iuxta lectionē castigatoriē: Dixi non iā, non, nō videbo salutare Dei in terra viuentium: Nō iā, nō, nō videbo salutare Israël in terra. Certè nō potest maior animi cōsternatio ob oculos poni, q̄ à Lxx his verbis est expressa. Sed negabis quidquā tale Hebraicè esse, Fateor, & ideo admirandos, & gloriā dos dico, & prædicandos Lxx qui tribus seculis ante tēpora euangelica metaphrasi facta scripturæ, sensus euāgelicos nobis representant, vt ostensum est. Sed dices, Quid hoc iuuat, si a lectione Hebræa discrepant, nō discrepāt, sed mirabiliter scripturā Hebræam enodant, quæ est: אֲרָאֵה לֹא, non videbo, אֲנִי מֵי, Deum Deum, & sic reddidit D. Hieronymus Dominum Deum, vel, Deum Dei, vel Deum de Deo. i. Christum filiū Dei, & ita interpretantur Lxx. i. salutare Dei, nam pro Deum Dei, reddunt, salutare Dei, & putarunt אֲנִי מֵי, non vertendum esse, Deum, Deū, sed, Deum Dei, qui Deum Dei interpretantur. i. salutare Dei, pene eodē modo, quo AVGVVS. quæ st. super Exodum lib. 2. quæ st. 98. interpretans quid sit salutare, & illud, Bene nunciate diē die salutare eius: Diem ex die (inquit) lumen ex lumine, Deum ex Deo, quod est vnigenitus filius. Putat ergo salutare Dei appellatū in psalm. diem ex die. i. Deum ex Deo. quid si Hebraice legisset Deum Dei? vel Deum de Deo? nam præpositiones apud Hebræos subintelliguntur, & voces Hebrææ sunt indeclinabiles, vt possis vertere quo velis casu pro re, pro loco. Cætera omnia adiecere Lxx seniores loco commentarioli, quod Hebraicè tantū est: Nō videbo Deū Deū in terra viuentium, vel vt Lxx interpretantur: Non videbo Deum Dei in terra viuentium. i. Deum, Dei filium, vel Deum de Deo. Notandum tamē si conferas Hebræā, Græcā, Latinamq; tralationem (quod faciendum docet Canon D. AVGVVS. lib. 20. de ciuitate Dei cap. 30. cum in terpretatur illud: Videbunt in quem transfixerunt) aperte monstrari, sic hunc locum explanandum. Quis enim audiat Hebraicè dici nō videbo ia, ia. i. Deum de Deo, & Lxx viros interpretatos ia, ia. i. salutare Dei quod est Christi nomen, & inficiari possit, eum esse huius loci sensum quem diximus? intelligat præterea Christum, Deū dici. & Deum de Deo, vel, Deum Dei filiū. i. & Lxx illos Iudæos sanctissimos viros spiritu sancto plenos hoc loco, & alijs multis quos hoc libro reperies, Christū, prædicare Deū. Nam qui potuere planius & apertius, quam hoc loco, cum pro ia, ia. i. Deū Dei, reddunt salutare Dei: quasi nos doceant salutare Dei, quo nomine sacræ literæ Christum appellant semper, Deū esse. Notandum tamen Lxx, quod obscurum erat, quam appellaret propheta terram viuentium, subiecit rursus, Non iam non videbo salutare Israël in terra. i. non videbo in terra Deū factum hominem de meo sanguine.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis.

Non iam non videbo hominem cū habitantibus.

IUSTIN. Philosphus martyr in dial. aduersus Tryphonem (vt repetitum hoc opere est) sapè sæpiusq; repetēdum) nos docet, quoties aliquid à Lxx viris planissimè de Christo verbum esset, solitos Iudæos id expungere. Id hoc loco factum apparet, quis enim legat interpretationem Lxx virorum qui id non intelligat si à Iustino sit admonitus? Quis non sentiat truncam orationem esse, Nō iam, non, non videbo hominem cum habitantibus? quin ex Hebræa lectione expuncta apparet dictio aliqua iuxta interpretationem Lxx virorum, nam lectionē Hebræam sic ad verbum vertes: Nō videbo hominem amplius cum habitantibus: deest enim genitiuus

Si conferas tralationē Lxx cū Hebraicē lectio ne, Christi à Lxx Deo dicitur est.

genitiuus,quod iofbe est in regimine (quod Hebræi aiunt) Chadel nãque verbum fecere Lxx & fequenti orationi tribuere, vt planè defit hic, & Hebraicè nomen aliquod, quod in fine capituli proximi sæpè factum ostēdimus, cōtra Iudæos & Iudaiffantes, aut Iudeorum fraude, aut temporis iniuria & alibi autoritate veterum patrum & ipsorum Iudæorum testimonijs mōstraueramus. de Chadel fequenti commentario dicendum est. Iunge ergo hæc superioribus, & intelliges, quis ille homo est, quem Ezechias tantopere dolet se non visurum inter habitatores terræ, subaudiamus enim pro verbo expuncto à Iudæis terram, & fortasse aliquod nomē erat significantius, quod expunxere Iudæi. Vera ergo sentētia D. Hieronymi & Augustini est & Iosephi Iudæi, qui docent non lamentari Ezechiam mortem suam, & quod non visurus sit ipse hominem inter habitatores terræ. i. quod ipse sit moriturus, vt Iudæi interpretantur, sed lamentari quod promissis datis Dauidi priuetur, quod sine liberis decedat. Nō dolet enim se non visurum habitatores terræ, sed se non visurum hominem inter habitatores terræ. Si se priuari vita dolet, dolet se non visurum habitatores terræ, non id dolet, sed dolet se non visurum hominem inter habitatores terræ, quem hominem ergo se dolet non visurū? num illum qui in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est? hunc hominem qui Deus & homo esset de suo sanguine natum dolet se non visurum cum hominibus conuersantem. Lege qua suprà dicta sunt, & cum his coniunge, & intelliges hunc legitimum huius loci sensum esse. In terpretationem ergo D. Hieronymi interpretabimur sic. Dixi non video Dominum Deum in terra viuentium. i. verbum Dei inter homines: non aspiciam vltra. i. non aspiciam iam hominem. i. Deum factum hominem, habitatorem quietis. i. gloriosum qui simul esset beatus, & viator, vel habitatorem orbis. i. qui versaretur inter homines, quanquam Hebraicè magis videtur esse cum habitatoribus, quam habitatorē: sed D. Hierony. sententiam reddit, interpretatur enim cum habitatoribus. i. habitatorem. Et certè si attentè legas quæ in fine commentariorū in cap. proximū scripsimus de codicibus Hebræis, in quibus multa defunt, planè iudicabis, nō solum hic deesse verbum Hebraicè, sed illa quoq; quæ Lxx dixere: Non iā nō video salutare Dei in terra. expuncta esse à Iudæis. quæ verba planè de Christo dicta esse apparet.

Monstratū est in codicibus Hebræis multa deesse aliquando multa vitia esse,

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me quasi tabernaculum pastorum, præcisæ est velut à texente vita mea, dum adhuc ordire succidit me.

Defeci à cognatione mea, derelicti qui reliquum vitæ meæ, exiuit, & recessit à me sicut dissoluens tabernaculum, qui fixerat, spiritus meus apud me factus est sicut tela textentis appropinquantis ad succidendum.

Dixi D. HIER. aliter dispunxisse hunc locum quam Lxx viros, nam dictionem Hebræam לָקַח, tribuit superiori orationi & fecit nomen לָקַח, i. quietis, & vertit habitatorem quietis, & fecit initium sententiæ [generatio mea] & coniunxit cum verbo sequenti [ablata est] דִּירֵי יָסַע. i. generatio mea discessit (hoc est) substitit in me familia mea, & eandem sententiam plurimis modis enunciat, sic enim facimus cum dolemus vehementer, exemplificamus, & exaggeramus, dicēdo quæ nobis dolēt per cōgeriem verborum, ac sententiarum idem significantium [Conuoluta est à me vita mea]. i. per zeugma ab inferiori, quasi tabernaculum pastorum, quod, vt ait ISYCH. in Leuiticum li. 6. in fine citans hunc locum, præsentī sæculo veluti tabernaculo vtimur, quod tempus breue sit (vt inquit Paulus) & ideo vitam quam conuolutam, & ablatam conqueritur, tabernaculum pastorum appellat, quod nunquam fixum est diutiùs, subindè mutatur [præcisæ est velut à texente vita mea] i. instar telæ quam textor præcidit & refecat. Et rursus [dum adhuc ordire succidit me] i. veluti si textor telam, quam exorsus est texere, refecaret, sic in dimidio dierum præcisæ est vita mea. Lxx viri verbum illud Hebræum, quod D. Hieronymus finem sententiæ superioris fecerat, initium fecere sententiæ sequentis, & verbum fecere non nomen: לָקַח, cessauit: דִּירֵי, generatio mea. nam chadal frequentius verbum est, & significat cessare: chadel, pro quiete rarum est, sed sat est sic vertisse D. Hieronymum, pro mundo, vt interpretantur Hebræi tam rarum est, vt huius significationis exemplum nullum possint monstrare. Rectè ergo Lxx viri: cessat generatio mea: in me finita est mea generatio: morior sine liberis, orbor tāto bono, quātum mihi pollicebar, quod visurus essem Deū de meo sanguine factum hominē: nam, dor,

A nam, dor, pro generatione, Numerorum cap. 32. accipitur, donec consummatur generatio, quæ fecerat malum. pro generatione est Hebraicè, dor: pro [cessauit generatio mea] dixere Lxx seniores [ego defeci ex cognatione mea] i. de domo Dauidis, eiusque familia, cui promissus est Christus, ego defeci. i. ego solus sine liberis morior. Nam si tantum interpretere, ego morior, quid tam mirum erat Ezechiam mori integra ætate? quasi verò eius pater Achaz vixisset diuinus, etiam si hoc morbo decepsisset. Ex capite 15. & 16. 4. libri Regum intelliges alios reges Iuda & Achaz patrē Ezechia morte præuentos, cum non haberent tot annos quot Ezechias, cum in hunc morbum incidit, vt non possit queri Ezechias se morte finiri ea ætate è cognatione sua, & se defecisse è cognatione sua, si ad tēpus vitæ referas. [Dereliqui reliquum vitæ meæ] quo tempore. i. eram procreaturus filios: & hæc verba addita sunt à Lxx senioribus [exiuit & recessit à me tanquam dissoluens tabernaculū qui fixerat spiritus meus], i. anima mea recessit à me & exiit à me, tanquam si is pastor qui fixerat tabernaculum illud dissolueret. Nam animam texere hoc corpus, te docet Plato in Phedone. & Aristoteles 2. de anima, vbi animam non solum causam formalem huius corporis esse ait, sed etiā conficientem. Lectio Hebræa congruit benè quæ est: Id est, Recessit, & migravit à me quasi tabernaculum sicut à me migravit Et decepsit beruaculum pastoris. Addidere de suo Lxx רָעַי אֶת אֹהֶל קִנְיִי וְנִגְלָה מִי וְעָשָׂה בְּיָמַי לְעַמִּי דְּלִמְעַלְמֵי עוֹלָם. i. seniores, dissoluens, & qui fixerat. & pro, discessit & recessit à me quasi tabernaculum pastoris, edidère, recessit, & migravit à me quasi dissoluens tabernaculum pastoris qui fixerat. i. discessit à me spiritus meus tanquam pastor dissoluens tabernaculum qui fixerat. Faciunt enim Lxx seniores, animam, non solum causam formalem corporis, sed etiā conficientem (vt dictum est) D. Hieronymus lectionem Hebræam ad verbum vertit [ablata est, & conuoluta est à me quasi tabernaculum pastoris generatio mea.] Deinde [Præcisæ est velut à texente vita mea, dum adhuc ordire succidit me.] hoc Hebraicè est: Præcidit sicut textor vitam meam, sicut me à summo. Lxx seniores huius loci fecere paraphrasim, edidère enim: Spiritus meus factus est sicut tela textricis appropinquantis ad succidendum, quæ paraphrasis interpretatione non eget.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

De mane vsque ad vesperam finies me, sperabam vsque mane.

In die illa, traditus sum vsque mane.

Hebraea nomina, vt Græca etiam & Latina, sæpè multa significant, inde fit vt translationes fiat variæ. Lectio ergo Hebræa est: Id est, A die vsque ad noctem confumes me, vt vertunt Hebræi, quod D. Hieronymus interpretatur. i. A manè vsque ad noctem finies me, hoc sensu, tam graui morbo eram implicatus, vt à manè vsque ad noctem penè sim finitus, vnde [finies me] i. penè finijsti me, forma dicendi Hebræa, qui futura pro præteritis vsurpant. Lxx seniores vertere [a manè vsque ad noctem tradidisti me] nam verbum שָׁלַח, significat etiam tradere, & שָׁלַחְתִּי, tradidisti me, vt sit: A manè vsque ad noctem tradidisti me, morbo, scilicet, sæuissimo. pro quo Lxx seniores edidère paraphrasim, sic: In die illa traditus sum vsque manè, hoc sensu, in die illa tota traditus sum morbo vsque ad manè. Quod vertit D. Hieron. Sperabam vsque manè Hebraicè est: Id est, Exæquavi vsque manè. i. non fui consumptus vi morbi vsque ad manè, perueni vsque ad manè. & ideo Lxx seniores dixere: In die illa traditus sum, vsque manè traditus sum morbo grauissimo tota illa die vsque ad manè: qua paraphrasi expressere totam Hebræam lectionem, quæ erat: A die vsque ad noctem tradidisti me, exæquavi vsque ad manè. Significat etiam שָׁוִי, posui, & sic interpretantur Hebræi hoc loco, posui, subaudi, tempus meum vsque ad manè. i. sperabam vsque ad manè, expectabam vt dilucesceret, si fortasse aliquantulum leuaret grauitate morbi, vel exæquavi vsque ad manè, perueni vsque ad me.

Q9 D. HIE.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea, de mane vsq; ad vesperam finies me. Quasi leo sic cotriuit oia ossa mea a die vsq; ad noctem traditus sum.

Im morbi, leoni comparat, nam vt leo, sic contriuit breuissimo tempore omnia ossa Ezechias, & a mane vsque ad noctem penè finitus est morbo Ezechias. Sed verbum illud Hebraum עני לוי, significat finijsti me (vt vertit D. Hieronymus) & tradidisti me, vt reddidère Lxx seniores: A die vsque ad noctem traditus sum morbo grauissimo, qui quasi leo immanis comminuit ossa mea.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor vt columba. Quasi hirundo sic clamabo, & quasi columba sic meditabor.

CYRIL. & THEOD. Leuatus (inquiunt) morbo, & restitutus vitæ, ait, imitaturum se auiculas, & se semper Dei laudes decantaturum. Videtur autem hoc spectare ad illud Hieremias cap. 8. quod grus & hirundo nouere sua tempora, Israël non nouit tempus aduentus Christi. Rex iustus ergo recuperata valetudine, & spe, qua exciderat, quod ex sanguine suo Christus esset oriturus, ait se obseruaturum in sinu Abraham tempora aduentus Christi, vt obseruat turtur, & hirundo tempora veris, & ait se meditaturum vt columbã. Qua de re vide quid dicat Augustinus de ecclesia quæ dicitur vna columba: nam verbum Hebraum, hagg, quod meditari Latinè redditum est (vt docet rabi Selemoh, rabi Abraham, rabi David) significat loqui animo, & in corde loqui: ducta metaphora ab auibus quæ intra se loquuntur, vt columba quæ intra pectus loquitur. Meditabor ergo tempora aduentus Christi, tacitus intra pectus meum, & sic intra me loquar, vt loquitur columba. ISYCH. in Leuitic. lib. 4. in illa verba: Quod si pauper, & non potest manus eius inuenire, loquens de meditatione legis Domini: Huic comparamus (inquit) columbam, quasi meditati vim habeat, sic Esaias [meditabor vt columba.] Idem dixerat Isych. lib. 1. in illa verba: Si autem de auibus holocausti columba (inquiens) munda & simplex, annunciatrix quæ Spiritus sancti, quales oporteat esse eos, qui contemplandis scripturis vacant, propter quod apostolos simplices vult esse Dominus vt columbas, & Esaias, Meditabor vt columba. Adde his, quod verba Domini non ore tantum sunt enuncianda, sed pectore & animo dicenda, & referenda ad actus, vt pectore loquitur columba, & natura simplicissima auis est. Adducor vt credam magis huius loci hunc esse sensum, quod verborum est obseruantissimus Spiritus sanctus. & eadem verba hic reperies, & apud Hieremiam, vnde ex tralatione D. Hieronymi & Lxx seniorum vnum verbum deesse videtur: nam lectionem Hebræam sic ad verbum reddes: Sicut grus & hirundo, sic garriam, vel, sicut hirundo & ciconia sic garriam. Nam עני, auiculam esse veris nunciam, omnes fatentur: alij hirundinem esse dicunt: alij gruem: עני, ciconiam vertunt alij, alij hirundinem. De his duabus auiculis, & miluo, & turturæ, Dominus apud Hieremiam ait nosse tempora veris, & garrire ineunte vere, populû Iuda non nosse tempora Domini. sic Ezechias nûc garriturû se ait, & modulaturum carmina appetente tempore Christi, vt hæ duæ auiculæ garriunt appetente vere. Harum duarum vocum vna deest, tam in tralatione D. Hieronymi, quam in interpretatione Lxx seniorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum, Domine vim patior sponde pro me. Defecerant em oculi mei vt aspiceré ego in excelsum cæli ad Dñm, qui eruit me, & abstulit à me doloré animæ

sponde pro me incunda me me adde erue Alenuati fecit ipse & mihi dixit & loquar quid dulcis esto mihi mihi vim fecit dominâtes mei in excelsum oculi mei Attenuati sunt פני עיני לפרום אדני עשקה לי ערבני מה אדר ואמר לי והוא עשה Attenuati

Attenuati sunt oculi mei suspicientes] .i. defecerant iam præ ténuitate & macie oculi mei, confecti morbo illo, suspicientes in excelsum, ne suspicere iam, possem in excelsum. Domine vim fecit mihi (subaudi) agritudo quæ tollit à me vitam, & spem meam Christi de meo sanguine orituri, sponde pro me, si quid erraui conuertar ad melius, tu verbum patris pro me sponde, quando pro me homo futurus es & passurus. Hunc esse sensum huius loci ex interpretatione Lxx virorum, & præcipuè ex lectione Hebræa faciliè intelliges: Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum, interpretantur Lxx .i. defecerant oculi mei suspicientes in excelsum cæli ad Dominum. Hebraicè est ולי, attenuati erant, vel alleuati erant aut sunt: עני, enai, oculi mei: לפרום, lemaro, in excelsum: אדני, adonai, dominâtes .i. attenuati sunt oculi mei in excelsum, hoc est, ne possem aspiceré in excelsum, vel, aspicientes in excelsum. nam potes subaudire aspicientes, vt sit: Attenuati sunt oculi mei in excelsum (subaudi) aspicientes, defatigati iam erant oculi mei aspicientes in excelsum. & potes subaudire, attenuati sunt oculi mei in excelsum, id est, ne possem aspiceré in excelsum: Dominantes, o dominantes Pater, & Fili, & Spiritus sancte. Dixi enim moris esse scripturæ, semper dicere, dominantes mei, pluraliter. & postea Deus singulariter, vt Trinitas personarum, & essentia vnitas declaratur. Iudæi multas rationes dicunt, cur ferè in scripturis sit receptissima forma dicendi, dominantes mei Deus, vt dominantes mei pluraliter, Deus dicatur singulariter: quæ quibusdam ex nostris maximi nominis probantur: mihi (quod illorum venia sit dictum) cassæ & futiles videntur, & Iudæorum deliria. Cùm audio dominantes meos ad Deum referri, occurrunt tres personæ diuinæ, cùm ferè subiungatur singulariter Deus, dominantes mei Deus, vt personarum Trinitas, & essentia, & Deitatis vnitas declaratur: nam Iudeorum rationes alibi pluribus refellimus. Sequitur postea ושמתי, Asquali, quod vertere potes: vim fecit mihi, vel, vis facta est mihi, vt vertit D. Hieron. eo sensu quo diximus. Potes etiam vertere, adde mihi, aut, erue me, vt sit: Adde mihi dies meos. & sic interpretari Hebræos quosdam, author est rabi David, qui verbum Hebræum, modo imperantis esse aiunt, idque rectum putat rabi David, & verbum hoc putat significare etiam reddere, vt sit: Adde mihi, vel redde mihi dies meos, vt procreem filios (scilicet) ne ego priuer promisso tanto bono, vt de meis posteris nascatur Christus. ערבני, arbeni, sponde pro me, vt reddidit D. Hieronymus (vt dictum est, & explanatum) vel iucunda me, esto dulcis mihi, da mihi hoc tantum gaudium, quiescere fac me. Sic enim potes interpretari verbum hoc Hebræum, vt magna animi contentione petat Ezechias Christum de suo sanguine oriturum, vt sit: Redde mihi dies meos, scilicet, da mihi hoc tantum gaudium promissum stirpi meæ מה אדר, quid loquar, interpretantur Lxx viri, quid multa loquar: ושמתי לי והוא עשה .i. dixit mihi, & ipse fecit, hoc sensu: Quid multa dicam? dixit mihi Dominus se facturum, & ipse Dominus fecit: dixit se liberaturum me morbo illo, vt procrearem sobolem de qua nasceretur Christus & fecit. Hoc ergo totum quod Hebraicè est iuxta sententiam Lxx virorum, Dominantes mei, Pater, & Fili, & Spiritus sancte, redde mihi dies meos. s. da mihi hoc tantum gaudium, ne defrauder promissis. s. Quid loquar? & dixit mihi (subaudi) se facturum, & ipse fecit. Hoc, inquam, totum dixere Lxx viri defecerant oculi mei, vt aspicerem ego ad Dominum, qui eruit me, & abstulit à me dolorem animæ: nisi truncus est hic locus, & verba desint quod ego magis puto, Iudæi enim quæ planè Christum loquebantur expungebant, vt ait Iustinus. Quod PAGNIN. addit textui sacro dictionem illam, infirmitas, vt sententiam rabi Abraham, textum sacrum faceret, ne recipere scriptura sensum vllum alium posset, quam quæ voluit rabi Abraham, reiectis aliorum rabinorum sententijs, nec de nostris, nec de Iudæis benè meritis est, qui omnes alias exclusit sententijs.

D. HIERONYMVS.

Quid dicam, aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit?

fecit ipse & mihi dixit & loquar Quid מה אדר ואמר לי והוא עשה

Dixi, hæc verba, ad verbum è lectione Hebræa potuisse reddi: Quid loquar? & dixit mihi, & ipse fecit, id est, quid multa dicam? dixit Dominus se facturum quod petebam, & fecit: & sic intellexisse hunc locum Lxx seniores, & tribuisse superiori sententiæ, & ita plerofque interpretari. D. Hieronymus nouam sententiam facit, diuersam (inquam) a supe-

à superiore sententia. & nouum initium [quid dicam? dicit mihi Dominus, & ipse fecit: & in-
terpretatur, quid dicam? & dicit mihi. i. quid respondebit mihi? ipse fecit. i. cum ipse fecerit,
hoc sensu: Quid dicam? hoc est, non possum dicere me vacare culpa [aut quid respondebit mi-
hi?] neque ipse Dominus respondebit me culpæ expertem esse, cum ipse fecerit, cum mihi ob
delicta mea hunc morbum immiserit, tamen liberauit me. PAGN. semper importunus ad-
dit multa verba scripturæ: reddidit enim, Dixit mihi per prophetam. vbi duas illas voces, per
prophetam, addidit de suo: & quanquam hoc loco sensum non mutat, tamen de more facit
vt verba scripturæ addat.

D. HIERONYMVS.

in pace
amarissima mihi amaritudo pacis ad Ecce

Recogitabo annos meos in amaritudine anime meæ. מר לי מר לי

De massâ
ficis, leges
apud Basil.
in regulis
fusi? dispu-
tatis postre-
ma interro-
gatione, de
posteris E-
zechia qui
tres illi pue-
ri misit in
fornacem
fuere Baby-
lonæ. Gre-
gorius Na-
zian. in ex-
planatiuum
cula in Eze-
chielem.

Recogitabo, &c. Lectio Hebræa verti potest: Incedam, vel commouebo caput omnes an-
nos meos in amaritudine anime meæ. i. quanuis me Dominus liberauerit hoc malo, ta-
men angar animo, & dolebo quandiu vixero me commouisse à Deo hanc pœnam, vt priua-
rer hoc tanto bono, ne de meo sanguine nasceretur Christus: semper cum in mentem venerit, B
dolebit hoc mihi me tam graui affectum pœna, nisi subuenisset Dominus indulgentissimus,
Nam pœnitentia toto tempore vitæ est duratura (vt docent Theologi.) In tralatione Lxx vi-
rorum hæc verba defunt, sed D. Hieronymus hæc vertit optime, [Recogitabo semper omnes
annos meos] i. per omnes annos meos me commouisse hanc talem pœnam [in amaritudine a-
nimæ meæ] i. cum magno dolore animi mei, quoties in mentem venerit. Et hæc dicta sunt iux-
ta illud CHRYS. tomo. 3. homel. in dictum apostoli: Vinam tolerastis paululum: Quem-
admodum (inquit) delictorum memoria iustificat, ita memoria bonorum operum destruit,
talis erat apostolis consuetudo, talis prophetis, atque iustis omnibus, vt peccatorum suorum
perpetuò meminissent, bonorum operum suorum nunquam, nisi compulsi necessitate. Lege
GREG. in cap. 10. lib. 1. Reg. lib. 4. cap. 4. paulò ante illa: Cum te salutauerint, dabunt tibi tres
tortas panis.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Domine si sic viuatur, et in talibus vi-
ta spiritus mei, corripies me et viuifica-
bis me. Ecce in pace amaritudo meæ a-
marissima.

castigasti me
viuificasti me impinguaſti me spiritui meo vita his pro omnibus & viuificauerunt his super Dominantes mei
אדני עליהם יחי ואלכל בתן חיי רחי ותמליפני ותחיני

Domine, de ipsa enim annuciati
est tibi, & suscitasti spiritum meum,
& consolatus vixi. Ecce in pace a-
maritudo mea.

Domine si sic viuatur] i. si hac lege mihi vitam das, vt de meo sanguine Christus nascatur,
[& in talibus vita spiritus mei] tali lege tuo beneficio viuatur spiritus meus [corripies me &
viuificabis me] i. vt me corripias, & postea viuifices, reddita mihi spe Christi de sanguine meo
oriturus. [Ecce in pace amaritudo mea] ecce versa est in summam foelicitatē amaritudo illa ama-
rissima qua me castigabas cum reddita mihi est spes Christi mei qua priuabar. PAGN. pergit
verba scripturæ addere de suo. Hunc esse verum sensum huius loci ex lectione Hebræa liquet D

Trinitas
personarum et
essentie v-
nitatis erui-
tur ex le-
ctione He-
brææ ex
collatione
translationis
Lxx vi-
rorum.

quæ est אדני עליהם יחי. i. dominantes mei, pro his, viuificauerunt, hoc est, dominantes mei, Pa-
ter, & Filius, & Spiritus sanctus, pro hac precatione, vel vt Lxx interpretati sunt: quia de ipso
dolore meo annuciatum est Domino, viuificauerunt me, vitam dederunt mihi. Quod dix-
re Lxx [suscitasti spiritum meum] i. vitam mihi dedisti Domine. mutauere enim tertiam per-
sonam in secundam, & pluralem numerum, qui ad tres personas referabatur, in singularem,
quod Trinitas eo tempore non innotuerat omnibus Iudæis. Ex collatione ergo Hebrææ le-
ctionis & Lxx virorum, iuxta canonem Augustini, eruitur ex hoc loco Trinitas personarum
& vnitas essentie. Quod enim Hebræicè est [dominantes viuificauerunt me] Lxx seniores reddi-
dè re, tu Domine suscitasti me. Erit ergo sensus: Domine pro his. i. quia nunciata sunt tibi hæc,
quia dolebam quod orbaber promisso Christo stirpi meæ, suscitasti me & viuificasti me. D.
Hieron. quod dixi Hebræicè esse [dominantes mei pro his, vel super his, viuificauerunt me] in-
terpretatur, Dominantes mei, si in his viuificasti me. i. si hac lege vitam mihi dedisti vt nasce-
retur

A retur de meo sanguine Christus: reddidit enim [Domine si sic viuatur] à me. f. hoc est, si sic vi-
uo. Deinde וחיני עליהם יחי & pro omnibus his vita spiritui meo (subaudi) reddita est,
hoc sensu, reddita est mihi vita pro his, quæ petij à Deo de Christo meo, quæ eadem est sen-
tentia cum superiore, & ideo omnia Lxx viri: nam vt diximus ex Epiphaniò, quæ geminata
sunt Lxx. seniores fecerunt dixisse sunt contenti. D. Hieronymus quod dixi Hebræicè esse, & in
omnibus his vita spiritui meo, interpretatur [in talibus vita spiritus mei, hoc est, si in tali be-
neficio de Christo meo reddito] stirpi meæ spiritui meo vita est restituta, וחיני עליהם יחי. i. &
impinguaſti me, & viuificasti me. Quod Lxx interpretantur, impinguaſti me. i. consolatus es
me, viuificasti me, vixi. D. Hieronymus pro, Impinguaſti me, reddidit; corripuisti me, quod
verbum Hebræum vtroque significat: & iuxta interpretationem D. Hieronymi erit sensus: Si
hac lege reddidisti mihi vita est, vt restitueretur mihi spes de Christo promisso stirpi meæ, intel-
ligam me castigatum à Domino, & postea viuificatum, & amaritudo mea, qua affectus eram,
cum castigabar, vertetur in summam pacem.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Tu autem eruiſti animam meam vt non
periret, proieciſti post tergum tuum om-
nia peccata mea.

Liberasti animam meam vt non
pereat, & proieciſti post me omnia
peccata mea.

vt non
peccata mea omnia tergum tuum post misisti quia: ne fouea à anſtam meam amasti tu Et
אמת השקה נפשי משחת בליכי השלכת אתך את כל חטאיך

Lectio Hebræa ad verbum reddi potest: Et tu amasti siue complacuiſti animam meam à fo-
uea, vt non, quoniam misisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quod Hebræi inter-
pretantur: Tu amasti animam meam à fouea, supple, liberare. & sic interpretantur Lxx viri, &
D. Hieronymus: Liberasti me Dñe à morte. בליכי, beli reddunt Iudæi, vetustatis. i. corruptionis, à
בלא, bala veterasco. Sed nullū aliud exemplū est in sacris literis, vbi, beli, corruptionem signi-
ficet, aut vetustatem. & beli, à bal, significat non, ne, absque, sine. vnde Belial, sine iugo, non o-
bediens iugo Dei. Nam יג, iugum est. vnde Satan dicitur Belial, non subditus iugo Dei, qui a-
postatavit à Deo. Ergo, beli, vertes, ne, vel, vt non. vbi subaudiuere D. Hieron. & Lxx viri, ver-
bum periret: edidè re enim, vt non periret. Sed quando ostensum est auctoritate D. Hierony-
mi & Augustini, & Iosephi Iudæi, Ezechiam regem iustum non flere quod moreretur, sed
quod moreretur sine liberis, & fraudaretur spe Christi orituri à sua stirpe. Et quando liberum
est subaudire quæ volens conuenienter rei de qua agitur: & necesse est in lectione Hebræa ver-
bū subaudire. quid vetat cum dicatur: Tu autem eruiſti animam meam à fouea, vt non, subaudire, mo-
rerer sine liberis, vel, vt non priuaret spe promissa stirpi meæ? Et quid vetat sic interpretari trā-
slationem D. Hieronymi & Lxx virorum, vt non periret, subaudi, spes promissa stirpi meæ,
nam Hebræicè nihil amplius est, quàm, cruiſti animam meam, vt non. Tu conuenienter supe-
rioribus, vide quid sit subaudiendum. Quod verò D. Hieronymus vertit: Proieciſti post ter-
gum tuum. Lxx viri translulere, post tergum meum, fortasse aliam agnoscunt lectionem, eadē
est tamen sententia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia non infernus confitebitur tibi,
nec mors laudabit te, non expectabunt
qui descendunt in lacum veritatis tuæ.

Nō em̄ qui in inferno laudabūt te,
nec morientes benedicent tibi, ne-
que sperabunt qui in inferno mise-
ricordiam tuam.

Certum est veteres patres in sinu Abrahæ
Cexpectasse Dominum, & laudasse Dominum: & quod in psalmis est, Quæ utilitas in san-
guine meo, cum descendo in corruptionem? de Christo ab spiritu sancto, & de eius sacra re-
surrectione est explanatum. Nam quæ utilitas fuisse passionis Christi, nisi resurrexisset? non
credidissent ei, sic enim eius diuinitas commōstrata est, cū mortuus resurrexit. Ergo [quia nō
infernus confitebitur tibi] intelligendum arbitror, cum veneris, & homo factus fueris, mortui
nanq; non recipient Christū & eius euangelium: eruet enim mortuos Christus resurgēs, & celū
conscen-

conscendens, eos in cælum subuehet, viuentibus verò ferenda erat lex euangelica, non mortuis, neque mortui gratias agent Deo, non recipient Christum cum gratiarum actione, ad viuos enim venturus Christus est, postea passurus, & descensurus ad inferos, & [qui descendent in lacum nõ expectabunt veritatem tuam] vt inter ipsos nascatur, & ad ipsos veniat, viuamus inquit, oportet, vel in nobis ipsis, vel in nostra sobole, vt Christu recipiamus, qui est veritas tua, quod ipse ait, ego sum veritas. Et saepe adnotatũ est à nobis Lxx viros semper neminare aduentum Christi misericordiam. Vnde reddidere, Nõ expectabunt qui in inferno misericordiam tuam, i. non expectabunt Christum, qui sunt in inferno, aut in sepulchro ipsi, & in seipsis, & in sobole tota, pater enim in filijs viuunt. Neq; hoc potest intelligi de inferno damnatorum, quia Ezechias vir iustus erat, neque desperat Dei misericordiam intelligi necesse est, aut de sepulchro, aut de loco vbi erant veteres patres ante Christi aduentum, nisi velis facere Ezechiam postquam condonata ei erant peccata, desperata Dei misericordia, dicere, se detrudendũ fuisse ad infernum damnatorum. Igitur necesse est de sinu Abraham intelligas, vbi veteres patres ante Christi aduentum erant, quos expectasse Christum certa res est. Intelligamus ergo oportet, non expectasse illos viuos aduentum Christi qui steriles mortui sunt, non expectasse, inquam, viuos aduentum Christi in seipsis, neque in filijs qui parentes repræsentant, quod non procreassent sobolem quæ reciperet Christum, & quæ laudaret dominum ob tantum beneficium humano generi datum. Nam nisi hoc sic intelligas, posses dicere contrarium, imo sinus Abraham confiteretur Dominum, & mortui veteres patres corpore, viuunt animo, & laudant Dominum, quod ipse Dominus ait cum dicitur Deus Abraham, Isaac, & Iacob Deus esse viuentium, & illic expectabant veritatem Domini, i. Christu qui est veritas, & expectabant hanc Domini misericordiam.

D. HIERONYMVS.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut, & ego hodie, pater filijs notam faciet veritatem tuam, Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostræ in domo Domini.

Viuens, viuens confitebitur tibi] Eadem sententia est horum verborum quæ superioris orationis, quam proximo commentario interpretabamur. [Viuens, viuens, ipse confitebitur tibi] i. viuentes recipient Christum tuum, & tibi gratias agent in se, vel in sua sobole sicut ego hodie, recepto hoc beneficio posteritatis, nam in mea posteritate expectabo te, & te recipiam, & legem euangelicam, quam parentes filijs per manus tradent, pater filijs notam faciet veritatem tuam, notum faciet tuum Christum, & sic inter viuos propagabitur euangelium toto terrarum orbe: nam de his filijs intelliges etiam de quibus D. Paulus: Filioli mei quos iterum parturio, &c. Domine saluum me fac, misso Christo tuo. & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostræ in domo Domini, i. semper laudabimus Deum in cælesti Hierusalem. Lectio Hebræa ad verbum sic redditur: Viuens, viuens confitebitur tibi, vel, laudabit te, aut gratias aget tibi. Hæc enim omnia verbum Hebræum significat. Quod Lxx dixere [viuentes benedicent tibi, pro Christo misso. i. Deinde [vt ego hodie] sic enim dispunxit D. Hieronymus. vel vt Lxx dispunxere [quæ admodum & ego] nam in mea posteritate ob Christum de meo sanguine natum te laudabo: fuerunt enim apostoli fratres Domini, & foeminae multæ. Deinde [pater filios scire faciet veritatem tuam] sic enim dispunxit D. Hieron. i. pater filios instruet lege euangelica [vt dictum est] vel vt Lxx dispungunt [hodie pater filiorum ad scire facere veritatem tuam] quod interpretantur Lxx, ab hodierno die filios faciã, qui euangelizent iustitiã tuam. Sic enim Græcè est ἀναγγελοῦσι τῆν δικαιοσύνην σου, vsurpant enim ferè Lxx ἀναγγελοῦσι, pro ἀναγγελοῦσι, quod idè sonent. Erit ergo sensus: Sicut ego hodie sum vaticinatus Christu tuu, & me patrem filioru, qui euangelizaturi sunt Christum Dñm. Lxx, pro [notam faciet veritatem tuam] quod d Hebraicè est, dixere euan-

LXX VIRI.

Viuentes benedicent tibi quem admodum & ego, nam ab hodierno die filios faciam qui annũciabunt, (vel euangelizabunt) iustitiam tuã Domine salutis meæ, & nõ requiescam benedicens tibi cum psalterio omnibus diebus vite meæ in conspectu domus Domini.

Are euangelizabunt iustitiam tuam] hoc est, Christum, qui dictus est ab apostolo i. ad Corinth. cap. i. sapientia, à Deo, iustitia, & sanctificatio. Hunc esse sensum verum huius loci illud etiam arguit, quod Hebraicè est וְאֵלֶיךָ יָשָׁרְנוּ. i. Deus ad saluandum me, iuxta dispositionem Lxx virorum: quod si coniungas cum superioribus: qui euangelizabunt iustitiam tuam Deus ad saluandum me: cuius facile est intelligere verbum, venturam esse (est enim sermo Hebraus concisus & breuis admodum) vt sit: Qui annũciabunt iustitiam tuam Deus ad saluandũ me, venturam esse. D. Hierony. initium fecit nouæ sententiæ, & verbum fecit modi imperantis, quod cum articulo, &, rarum est. Pagninus addit scripturæ verba, vt solet.

D. HIERONYMVS.

Et inquit Esaias vt tollerent massam de sicis.

THEODOR. hoc loco moneri nos putat à Domino, ne medicinam contemnamus. **O**RIG. in cap. 24. Matth. tractat. 30. in illa verba: A ficu discite parabolam, aliter hunc locum interpretatur: putat enim Domino cataplasmate non opus fuisse ad sanandum, sed aliquid significatum esse, cum cataplasma ficuum iubetur apponi vulnere. Quid autem significatum sit illic leges. Quod autem sequitur: Quod erit signum, quia ascendam in domum Domini, docet Hieronymus prius dictum esse quàm hæc fierent, cum postulauit signum ab Esaiâ nunciante, mutasse Dominum sententiam, & addidisse eius vitæ quindecim annos, quod ait Augustinus loco supra citato, vt procreare sobolem posset, & prouehere in ætatem pubertatis, vt recipere posset regni habenas, quod petebat Ezechias: non enim concessit Dominus Ezechia longam ætatem, cum vixit tantum quadraginta quatuor plus minus annos, sed ex Domini dono intelligimus quid dolerit Ezechias, & quid petierit. Non dat longos annos regi iusto & bono, non ergo petijt Ezechias longos annos. Dat, vt inquit Augustinus quindecim annos, quantum sat est vt sobolem procreet, & educet. hoc igitur petebat Ezechias. Præscribitur enim à sanctis patribus hic Canon, vt ex Dei facto intelligas iustorum animos. Intelligimus Mosem dubitasse ad aquam contradictionis, & Zachariam, quod poena sunt affecti à Domino, non dubitasse sacram virginem, cum dixit: Quomodo fiet istud? sed quassisse modum, quod affecta maximo Dei munere est, vt Dei mater esset. Si ex hoc Canone scire vis, quid petierit Ezechias: vide quid dederit Dominus, dedit Dominus tempus ad procreandam & educandam sobolem. id igitur petijt Ezechias. Videbor hoc capite non seruasse ordinem institutum, qui aggressus sum interpretari Esaiam de sententia veterum patrum, neque id hoc capite præstitisse videar: tamen si rem excutias, ab instituto meo non discessi, cum enim à principio ostenderim D. Hieronymum & Augustinum esse authores, Ezechiam lamentatum esse, nõ quod vita priuaretur, sed quod orbaretur posteritate, vnde esset oriturus Christus, idque probarit Iustinus philosophus martyr, vt iam apparebit, & Eucherius (alio qui non bonus author visus) & Iosephus Iudæus. Si totum caput ad hanc veterum lucem explico, totũ caput explico ad veterum patrum lucem, quod huius operis est institutum.

IN ESAIAE CXXXIX.

D. HIERONYMVS.

In tempore illo, misit Merodach Baladã rex Babylonis, libros et munera ad Ezechiam. et reliqua vsque ad finem capituli.

Sensus huius capituli satis planus est & perspicuus: est enim historia. Tantum dicam quæ annotant veteres patres, & ex his tantum quæ magis selecta mihi esse videntur. Primum omnium dictum est in verba illa cap. 37. Protegam hæc vrbem propter Dauid seruum meum: ex sententia veterum patrum nõ dixisse Dominum, Propter te, & propter Esaiam: ne efferretur insolentia Hezechias, &c. At AVG. lib. 2. cap. 27. de mirabilibus sacrae scripturæ, addidisse quodq; Dominum ait, vt incideret in grauem morbũ Hezechias, ne de tanta victoria, & tantis miraculis editis sua causa superbiret. Forsitan etiam quod parcus fuerit in gratiarum actione,

Q9 4 sed nunc

sed nunc leuatus tam graui morbo, & honoratus tanto miraculo, vt sol ex occasu pendere remearet ad ortum, & nobilitatus à Domino: tot rebus tam admirandis, adeo vt percussis admiratione rerum tantarum finitimis nationibus & gentibus longè summotis, rex Babylonius imbutus admiratione rei tantæ, cum rescuisset solem ex occalu ad ortum rediisse Ezechie regis Iuda causa, & leuatum esse à Domino morbo grauisimo, ei legatos miserit gratulatum, quod ex morbo reualuisset, & quod affectus à Domino tantis beneficijs esset. Leuatus, inquam, rex Hezechias morbo, & tot miraculis conspicuus factus apud omnes, cecidit ab altitudine cordis, vt ait AMBROS. in psal. 118. in illa verba, Humiliatus sum nimis: Cecidit, inquam, ab altitudine cordis, & cecidit per superbiam, & gratiam meriti superioris imminuit. TERT. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 21. magis putat traxisse iram Dei Hezechiam, quod thesauris inflatus de his potius esset gloriatus apud Babylonios quàm de Deo, & beneficijs quibus actus esset à Deo. Nam Dñs per Hieremiam inquit: Ne gloriatur diues in diuitijs suis, sed qui gloriatur, in Deo gloriatur. Idem repetit idem Tertullianus eodem lib. 4. cap. 44. his verbis: Sic denique rex Hezechias de gazis, & apothecis deliciarum suarum apud Persas gloriatus, per Esaiam malè audiuit. Notat etiam ORIG. in Matth. tractat. 7. in illa verba: Sunt eunuchi qui ex vtero matris nati sunt, dicere filios Hebræorum, Danielelem, & pueros tres in Babylonia fuisse eunuchizatos, vt impleretur verbum Dei dicentis ad Ezechiam: Quoniam de femine tuo accipient, & facient spadones, &c. quæ ibi leges. Lege Ambrosium in psal. 118. serm. 2. in verba illa: In corde meo abscondi eloquia tua. vbi interpretatur hunc locum: reprehenditur Hezechias à Iudæis, vt docet D. Hieron. quod non fuerit imitatus Mosen, & rogauerit pro populo & pro filijs, sed Iudæi serpunt humi. D. AMBROS. de Iacob & vita beata lib. 1. cap. 7. Non utique iustus Hezechias ærumnam captiuitatis in filios incidisse gaudebat, sed voluntati Domini obuiare non poterat, & ideo mandata eius æquanimiter accipiebat vt seruulus. Accedit illud quod æstimare poterat, posse etiam in captiuitate meritum eminere virtutis nec, enim minus beatus Hieremias in captiuitate, neque minus Daniel, Esdras, Ananias, Azarias, Misael, quam si in captiuitatem non incidissent. & cætera quæ adiecit. Sed plus vidisse arbitror IVST. philosophum Martyrem, qui non putat contentum fuisse Hezechiam Dñi beneficio quod accepisset quindecim vitæ annos, & quod promississet Dominus illos annos tranfacturum pacatum, sine vllis bellis, sine vllis hostium incurfibus, de cætero fuisse securum calamitatis, quæ imminabat suis filijs, & non magnoperè sollicitum captiuitatis quæ impendebat populo suo: non ita Iustinus, inquam, philosophus Martyr, vt impij Iudæi, qui semper humi repunt, nihil sublime sapiunt, sed putat Ezechiam triumphare gaudio, & lætitia exultare, quod promissa sibi solus esset, & promissum tempus quo posset in pubertate prouehere sobolem, vnde Christus oriretur promissus stirpi suæ, cætera omnia contemnere, contentum spiritualibus: id enim legebat quod orbaretur tanto bono. Hoc sensisse Iustinum in dialog. aduersum Tryphonem Iudæum, argumento est, quod cap. 40. esse putat ab illis verbis: Et dixit Hezechias ad Esaiam, Bonus sermo Domini quem locutus est, fiat pax & iustitia in diebus meis, & consolamini populum meum, sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, &c. Itaque putat esse vaticinium Ezechie apud Esaiam, omnia illa quæ prædicta sunt de Ioanne Baptista: Vox clamantis in deserto. & illa omnia quæ prædicta sunt de aduentu Christi eodem cap. Nam cum dixisset: Recitabo quæ prædicta sunt de Ioanne Baptista præcurfore Domini, incipit ab illo loco: Et dixit Ezechias ad Esaiam, vt putarit vaticinium sequens esse Ezechie apud Esaiam de Christo & eius præcurfore, & plenum lætitia, quod prospiceret animo verbi æterni incarnationem ex virgine sacrata de suo sanguine orituri, contempsisse cætera ea ratione quam dixit D. Ambrosius, & omnes illas lacrymas superiores, & fletus omnes, & querelas esse, quod orbaretur tanto bono, si sine liberis moreretur. Et nunc recuperata spe, etiam si ob superbiam qua erat elatus, aliquantulum mulctaretur à Domino, æquo animo tulisse, & pro nihilo putasse cum tam magnum illud beneficium prospiceret animo, & cum lustraret mentis oculis ingentia illa mysteria, quæ vt Iustinus putat, ipse prædicat de Ioanne Baptista & de aduentu Christi, & omnia quæ capite XL. continentur.

saltem fen
ticia, supe
riora om
nia de Chri
sto sunt di
cta.

IN ESA.

A 323 IN ESAIAE CAP. XL.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Consolamini, consolamini popule meus
dicit Deus vester, loquimini ad cor Hierusalem
advocate eam.

Consolamini consolamini populū
meum dicit Deus, sacerdotes loqui
mini ad cor Hierusalem: consolami
ni eam (vel vocate eam)

PRO COP. putat vocem illam, sacerdotes esse expungendam, quod Hebraicè non sic idè putat D. Hieron. sed de verbis additis à Lxx viris, & de eorū metaphrasi potius quam tralatione, dictū est in disputatione de tralationibus de sententia veterū patrū, postremò in fine comment. in cap. 37. Quod verba Hebræa sint indeclinabilia D. Hieronymus vertit: Consolamini, consolamini popule meus, vt consolamini passuè accipiat. i. accipite consolationem, quia Christus consolator, & solatium humani generis adest. Lxx verò: Consolamini, consolamini populum meum, sic enim legendum est, nam in quibusdam exemplaribus vitio se legitur. Et hanc lectionem agnoscit AMBROS. in psal. 118. serm. 10. in principio. & BASIL. de ieiunio lib. 2. in principio & sic vertunt Pagnin. & Vatablus, quæ lectio eundè sensum habet cum tralatione D. Hieronymi, O sacerdotes, o apostoli consolamini consolamini populum meum, quia consolator generis humani Christus expectatio gentium adest. Disces ex VATAB. in comment. Chaldeum paraphrasten subaudisse, O prophete, Lxx sen. melius: O sacerdotes: PROCOP. O sacerdotes, o apostoli, Consolamini, consolamini Hierusalem. i. Christi (qui paracletus dicitur, hoc est consolator, & spiritus sancti qui paracletus quoque appellatur frequentius) consolatione solamini Hierusalem: nam AVGVST. in cap. Ioan. 14. tractatu 74. & EPIPH. lib. 3. contra pneumatomachos in fine orationis ex Anycroto, docet non solum spiritum sanctū appellari paracletū. i. consolatorē sed Christum quoque paracletum nominari. Ergo Procop. sic rursus hæc explanat: Vos o apostoli, qui paracletū accepistis, spiritū consolationis, Consolamini, consolamini Hierusalem, hoc est, eundem spiritum consolationis, quem accepistis impertite per manus impositionem. Deindè subiungit, hoc quod iubet propheta fecit Paulus ad Corinth. epistola 2. cap. 1. pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni consolatione nostra vt possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt. & cap. 7. toto eiusdem epistolæ, & illis verbis potissimum, Qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus. Ergo cum Iudæi tot malis sint exerciti, bellorū captiuitatis, miseriarū quibus poenas luerint scelerum, iubentur tandem bene sperare, quod adest Christus promissus spes, & solatium generis humani. Sed putat Procop. paranomasiā esse in tralatione Lxx virorum Græcè factam à paracletō, paracalite, paracalite, qualis esset si Latinè diceremus, o apostoli paracletizati, paracletizate paracletizate Hierusalem, hoc est, quæ paracletū accepistis, eundem paracletum, eundè paracletū impertite Hierusalem, qui consolationē Christi & paracleti accepistis eandem consolationem alijs impertite. Dicent tamen hanc paranomasiā à paracletō Græcè esse, Hebraicè non esse, tamè meminisse oportet ORIG. docuisse nos in epistola ad Africānum, Lxx viros more bonorum interpretum paranomasiā Hebræas, quæ Græcè non poterant responderent vt Hebraicè dicitur, alia simili paranomasia Græca expressisse, vt latius leges disputationis fol. 93. & 94. & meminisse oportebat quæ diximus Esaiam prophetam interim citare testimonia scripturæ, vt explanet typos, interim alludere ad alia scripturæ loca, vt ea quoque enucleet, & omnes veteres patres docent Noe typum fuisse Christi, quia Nacham, siue, Naham, consolari est & indè Nohe, siue, Noche, consolator, nam, n. ostendimus supra, interim verti in, ch, vt Achaz: interim in, aspiratione, vt dicere possis, Noche, & Nohe. i. consolator, & Naham, & nacham. i. consolari, vnde dictus est Nohe, consolator, qui typus erat Christi illo oraculo Moysi quod ipse consolaturus nos esset ab operibus, & laboribus nostris, à tristitijs manuum nostrarum, & à terra cui maledixit Dominus. Sic enim Lxx illum locum Moysi vertere, & sic intellexere: vt referendus esset ad Christum necessario, cuius typus erat Noe: neque enim Nohe consolatus est hominum genus ab operibus, & laboribus suis, neque requiescere fecit nostras tristitias, neque liberauit terram à maledictione, cui maledixit Dominus, sed Christus cuius

Q 9 5 typus No-

typus Noe erat. Quod enim dictum est in typo, completum est in veritate, qui canon scripturae est praescriptus ab AMBROSIO in cap. 2. epistola ad Romanos in illa verba: Si autem tu Iudaeus, & a CHRYSOSTOMO in cap. 2. Matth. homilia 8. in illa verba: Ex Aegypto vocavi filium meum: ait enim hanc legem esse prophetiae ut multa saepe de alijs dicantur, sed in alijs impleantur, et subiungit CHRYSOSTOMUS huius rei exempla multa. Docet hoc quoque EVSEBIUS in demonstratione euangelice lib. 8. cap. 1. in his quae dicta videntur de Iuda & Solomone & in Christo completa. Et a libi hoc idem ex Augustino & alijs patribus est dictum latius. Cum ergo haec consolatio, & hic consolator promittatur apud Moysen, Esaias docet hoc loco adesse hanc consolationem, & hunc consolatorem & a Noche facit paronomasiam nachamu nachamu, quam ut ait Procopius fecere LXX viri, o sacerdotes paracletizati paracletizate populum meum: nos vero dicemus eandem paronomasiam a consolatore consolamini, consolamini. est enim ut docet Dionysius spiritus sanctus verborum obseruantissimus, & in promissione Christi non solum hoc loco, sed alijs multis apud prophetas, hoc verbo utitur, quod significat promissam consolationem, & promissum consolatorem adesse. CYRILLUS eodem modo haec explanat quae Procopius. Loqui ad cor putat Procopius esse implere cor cognitione rerum diuinarum & euangelicae praedicatione, & spiritu sancto, inscribere legem euangelicam cordibus hominum, & inflammare corda Christi amore, & ad incumbere & referre omnia ut corda Iudaeorum incendatur Dei charitate iuxta illud, Dabo legem meam in corda eorum. Sic haec quoque CYRILLUS CHRYSOSTOMUS. tom. 2. c. 3. de Lazaro ex Luca cap. 16. inquit, Puniri non est malum, discas ex propheta qui docet poenam Deo nos conciliare, iramque Domini dissolvere, his verbis: Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes. Latius idem CHRYSOSTOMUS in cap. 11. epistola 2. ad Corinthios homilia 23. Deus inquit poenas quas pro peccatis patimur, in mercedem imputat, non quod iuste nobis debeat, sed quod misericors est & pius. Nam bellis, captiuitatibus, erumnis multis vexati erant Iudaei ob peccata sua, tandem mittitur illis consolatio, vnde dicitur, Consolamini, consolamini populum meum, quando enim non vltiscimur nos, qui laesi sumus, tunc potissimum vilitatem accipimus, nam si cum actione gratiarum tulerimus, pro peccatorum satisfactioe imputatur. AMBROSIO in psal. 118. sermone 19. in illa verba, Anticipaui in maturitate, multa in hunc locum dicit diuinitus & subiicit, ideo iustus semper sperat & cum grauiora mala tulit, sperat magis, maiora bona sibi promittit a Domino, iuxta illud, Consolamini consolamini populum meum sacerdotes. Loquimini iustitiam in cor Hierusalem. Quibus verbis Ambrosius verba illa loquimini ad cor Hierusalem, eodem modo videtur explicare quo Procopius & Cyrillus. Loquimini ad cor Hierusalem, supple euangelium, quae est Dei iustitia, hoc est in cordibus fidelium inscribite euangelium iuxta illud Pauli 2. epistola ad Corinthios cap. 3. manifestati quod estis epistola Christi nam cor accipit literas & cognitionem, ut charta, ut docet PLATONEM in sophista & in Thaeeteto. Explanat etiam PROCOPIUS. Loquimini ad cor Hierusalem, & remissionem peccatorum qui receperunt legem euangelicam in Christi aduentu, quia cor pro sapientia accipitur. GREGORIUS Nazianzenus in apologetico, Loqui ad cor videtur interpretari ex magno animi affectu ita ut verba audientium animis scribantur, & paucos verbi praedicatorum, ait, qui non sua commoda spectent & qui ad populum loquantur ad cor, i. ita ut verba cordibus audientium infigant. Aduocate eam, i. vocate eam ad fidem Hierusalem. s. LXX viri, quod Cyrillus & Procopius explanant, consolamini eam, sed si cum lectione Hebraea contulissent interpretati potius essent, vocate eam, Hierusalem, s. ad fidem, quod hoc praeferat lectio Hebraea

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Quoniam completa est militia eius dimissa est iniquitas illius

Quia repleta est humilitas eius, solutum est eius peccatum.

IUSTINUS Philosophus martyr in dialogo aduersus Tryphonem Iudaeum, cum citasset totum hunc locum, & de Ioanne, & Christo esset interpretatus, Iudaeusque negasset euinci possessionibus, aut argumentis, hoc caput esse de Christo, subiicit inde necessario colligi esse de Christo hoc vaticinium, & de Ioanne, quod completam esse diceret militiam Hierusalem: Et vere post illam vocem Ioannis: Vox clamantis in deserto, re ipsa completam militiam Hierusalem videmus, quod neque propheta est apud illos, neque rex, neque sacerdos quod post Christum futurum fuisse multis vaticinijs prophetarum praedictum erat. Si ergo post Ioannem qui

VOX ERAT

A vox erat clamantis in deserto, completam videmus militiam Hierusalem, ut neque propheta fuerit post illum, neque sacerdos, neque rex: signum ergo certissimum est, de nostro Christo, hoc esse vaticinium. Vnde etiam illud in euangelio: Lex, & Propheta usque ad Ioannem. Haec Iustinus, quibus verbis praefert usque ad tempora Christi significari synagogam fuisse ecclesiam militantem, post passionem Christi non esse, quod de completa sit eius militia, dimisso peccato per passionem Christi, & incipiente lege noua. TERTULLIANUS lib. 4. aduersus Marcionem idem sentire videtur paulo post principium de epistola ad Galatas, his verbis: Destruatur autem lex habuit, ex quo vox Ioannis clamantis in deserto: parate vias Domini, ut completa est militia eius: quod interpretatur Iustinus, completam esse legem Moysi, legendum autem esse: militiam, & non malitiam, constat ex Hebraea lectione, ubi, leba, i. militia eius, legitur: pro completa est militia eius, i. completa est lex Moysi, & Iudaeorum synagoga iam non est ecclesia militans, LXX seniores qui sena reddunt, non numerant verba, ediderunt: Quod completa est humilitas eius, i. quod completam est tempus eius vastitatis, postquam enim desijt esse ecclesia militans, quod umbra erat veritatis, & veniente veritate umbra erat cessatura, vastanda erat, ne veritati esset impedimento. Completa est ergo humilitas eius, i. completum est tempus, quo est humilianda & delenda Hierusalem. AMBROSIO in psal. 37. in principium: si vis scire quomodo deleantur peccata, audi solutum esse peccatum eius, quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua, sic postulat David deleri peccata sua solutione moderata. Et in psal. 118. sermone idem AMBROSIO in princip. docens tempore tentationis humilitate mitigari Domini offensam, vnde David 2. Reg. inquit, cap. 16. Ideo maledixit mihi, quia Dominus ipse dixit illi, ut maledicat mihi, ut videat humilitatem meam, & retribuatur mihi Dominus bonapro maledicto hoc, quod Esaias dixit: Cum repleta fuerit humilitas peccatorum soluitur. Aduertis igitur, quia ubi desolatio, ibi humilitas, desolatio enim sequitur humilitas iusto ordine, humilitate patientia, patientia probatio, probatione consolatio, quod docet Paulus ad Romanos cap. 5. Quibus verbis Ambrosius videtur praefere, seba, verbum Hebraicum quod supra diximus, i. militiam intelligendum esse de vastitate vltima inuenta à Romanis, quam qui patienter tulere probati sunt, & consolationem accepere à Domino: Nam, & si reliquiae quae salua factae sunt liberatae sunt illa clade, non tamen ideo non exercitatae sunt illis malis, & afflictis, & alijs multis, quae Christi causa pertulere, ob quam patientiam, inquit, Ambrosius consolationem accipiunt. Ergo Iustinus, & Tertullianus: completa est militia, videtur interpretari: desijt populus Iudaeorum post Christi passionem esse ecclesia militans, finitus est labor Hierosolymorum, venit iam Christus, quem expectabat, cessat lex vetus, quae huius veritatis typus erat. Ambrosius completa est militia, i. completa sunt bella, Hierusalem vastata est. Addiditque in psal. 118. sermone postquam hunc locum mirifice interpretatus erat, & sequentia, Platonem ex hoc capite mutuatum illa, quae disputat lib. 3. de republica de viris excellenti virtute praeditis, eos esse vere foelices, vere fortunatos, qui virtutis ergo, & causa religionis, & sanctitatis bonis omnibus exteris exuti, diuitijs, opibus, orbatifama, nominis gloria, praeterea malis circumuallati, calamitatibus cincti, cum pro pijs, habeatur impij, pro bonis pessimij, cum omnibus sint odiosissimi, cum ab omnibus vocentur in omne genus cruciamentorum, ut auocentur à virtute, & à religione, perstant tamen firmo animo in Dei cultu, vrantur ignibus, mens manet immota: laceratur membra, non flectuntur, hos docet vere bonos esse, foelicissimos, fortunatissimos cum apud Deum amplissima habeant praemia, & duplicem coronam. Ait AMBROSIO. Discite vnde Plato haec sumferit, eruditionis gratia in Aegyptum profectus, ut Moysi gesta, legis oracula, prophetarum dicta cognosceret, audiuit consolationem populi, qui supra peccati modum videbatur fuisse punitus, & hunc locum quadam adoperitum dote verborum in dialogo transtulit, quem scripsit de virtute. Adde tu hunc dialogum, quae AMBROSIO de virtute citat, esse decem, quos Plato conscripsit de republica libros, quorum hoc est argumentum, eum hominem in foelicissimum esse quem vulgus hominum foelicissimum & fortunatissimum appellat, qui alienus à virtute, & à Deo, habeatur piensissimus, optimus, abundet bonis omnibus, sit honoratissimus, imperet cunctis, viuat diuitissime, fruatur voluptatibus, valeat semper: Contra vero foelicissimum, & fortunatissimum esse, quem vulgus in foelicem nominaret, virum Dei amatorem, sectatorem virtutis, foelicorem multo magis, quo magis habeatur impius, orbetur bonis omnibus, male audiat apud omnes, omnibus sit odio, omnes omnia mala in illum conferant, quae ille imperterrito ferat animo, nec à Deo nec à virtute diuelli queat. Hoc totius illius operis de rep. est argumentum. Certe huic mens sententiae astipulatur

Plato ex hoc capite mutuatum quadam in libro de repub.

Plato ex scriptis literis mutuatum multa.

astipulatur EVSEB. Caesariensis praeparationis euangelicae lib. 13. eo capite quo pulchre dicta
 à Philosophis, docet ex Clemente Alexandrino philosophos ex sacris litteris esse mutatos, sic
 sunt enim multa in codicibus Latinis Eusebii, quae nescio quo consilio Latinus interpres grae-
 terijt. Ait ergo Euseb. eo loco Platonem, locum illum, de quo in caput 3. Esaiæ multa diximus,
 Ligemus iustum quia inutilis est nobis, paraphrasi quadam 2. de repub. lib. expressisse his ver-
 bis: sic ergo affectus iustus flagellis cedet, afficietur tormentis, orbabitur oculis, postremo
 omnia passus in cruce tolletur. Quae omnia ad verbum describit EVSEB. ex CLEMEN- Alexandrini
 drini libro 5. Stromaton. & verisimè ab his. authoribus. hae esse dicta intelligat qui in libris
 Platonis sit aliquantum versatus. Nam praeterquam quod multa huius rei signa deprehendit,
 cum Plato interim moneat vt qui de Deo scire volet, adeat gentes barbaras, vnde futurum ait
 vt admiranda quaedam discat, interim à Platone audiatur opus esse vt Deus veniat, & ferat nobis
 legem, & alia huius notae plurima, non solum hunc locum, ex lib. Sapientiae mutatur. Platonem
 monent Clemens Alexandrinus, & Eusebius Caesariensis. nec enim ex Esaiæ mutatuū puto, quod
 tempestate Platonis Lxx viri non reddidissent. Graecè litteras sacras, vt ex hoc loco sapientiae pa-
 raphrasim Esaiæ loci fecissent vt ostedi, in cap. 3. Esaiæ in illa verba dicite iusto, &c. quod post
 Platonem Lxx viri longo tempore fuissent. Non solum ergo Plato hunc locum ex Solo-
 monis Sapientia mutuatur, sed penè totius operis argumentum inde desumit. Quod miror vi-
 ros sapientiss. Clementem Alexandrinum, & Eusebium Caesariensem non advertisse. Nam tota illa
 la Trasymachi disputatio cum Socrate lib. 1. de repub. habet illud argumentum capitis 2. sapien-
 tia: venite fruamur bonis, quae sunt, vino pretioso, & vinguetis nos impleamus, coronemus nos
 rosos, opprimamus pauperem, non parcamus viduae, nec reueremur canos, sit autè fortitudo
 nostra lex iniustitiae. An non hanc partem turet Trasymachus lib. 1. de republica & deinceps?
 an non hoc est argumentum illius disputationis? contra verò Socratis non est rursus illa
 patientiam illius, Morte turpissima condemnemus eum. Hæc inquam pars à Socrate defende-
 da suscepta est, cum iustum quendam fingit, cui aufert hominum opinionem, vt nemo (inquæ)
 illum opinetur iustum, qui alijs omnibus sit destitutus, opibus, hominum favore, qui habeat
 omnia aduersa, qui omnibus sit odio, tantum virtutibus excellat, habeatur impius vt crucia-
 mentis afficiatur, & statim post hæc subiungit Plato verba, quae citant Clemens Alexandrinus,
 & Eusebius, quae supra sunt adscripta. Hanc partem turet Glaucon, & Socrates, illam priorè
 Trasymachus, & Adimantus. Quem enim nos habemus exemplum virtutum, & bonorum om-
 nium ipsum iustum, Christum .i. Dominum, talem vnum aliquem fingit Plato, & tales secta-
 tores, & penè illa dicit quae D. Paulus II. ad Hebræos: lapidati sunt, sciti sunt, occisione gladij
 occisi sunt, quod à prophetis similia docebatur, reperies etiam apud Platonem 3. de repub. lib.
 sub finem, illud capitis 3. eiusdem sapientiae: Tanquam aurum in fornace probauit electos Do-
 minus, & quasi holocaustum accepit eos. Quae omnia tam multis verbis sum executus vt ap-
 pareat Sapientiae librum, vnde ostendo Lxx viros fecisse paraphrasim, & Platonem multa mu-
 tuatum, Solomonis esse: & non scriptum à nescio quo vt quidam arbitrantur, quanquam iam
 probatione res non eget, cum post D. Hieronymum receptus sit ab ecclesia, nec liceat cuiquam
 eam rem in dubium reuocare.

Sapientia
 librum, Sa-
 lomonis ef-
 se.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Suscepit de manu Domini duplicia pro Quod suscepit de manu Domini
 omnibus peccatis suis. duplicia peccata sua.

Primum ex lectione Hebraea castiganda est interpretatio Lxx seniorum, legendumque:
 Vocate eam, quod repleta est humilitas eius, quod solum est peccatum eius, quod rece-
 pit de manu Domini duplicia peccata sua. Graecè sic. *παρὰ κληθέντι αὐτῷ ὅτι ἐπληρώθη ταπεινότης αὐτοῦ ὅτι
 ἔλατται αὐτῷ ἡ ἀμαρτία ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς κυρίου διπλῶς ἁμαρτήματα αὐτοῦ*, ter repetita illa vocula ὅτι, sic enim
 ter repetita Hebraicè est illa vocula וְ, & Latinè repeti debet illa vocula, quod, vocate,
 eam, quod repleta est humilitas eius: quod solum est peccatum eius, quod recepit de manu
 Dñi duplicia peccata sua: D. Ambrosij. Duplicia peccata. i. multas poenas p peccatis interpreta-
 tur in Psal 118. ferm. 19. in illa verba: Anticipavi in maturitate: his verbis, & repetiuit causam
 consolationis, cum dixit duplicia peccata, vt eo maius esset reconciliationis insigne, quo nu-
 merosior fuit poena quam culpa. Iob tot grauatus incommodorum infirmitatibus pio spem
 cumulabat

A cumulabat affectu, & multa alia quae ibi leges dicta diuinitus. PROC. duplicem poenā putat,
 prauas cupiditates animorum, hæc enim maxima poena viris prudentibus: & poenas quae irro-
 gantur pro peccatis admissis, & verè grauius punit nos Deus quando derelinquit nos, & pecca-
 mus, quam cum alijs poenis castigat. vnde: ne derelinquas me, & spiritum sanctum tuum ne au-
 feras à me, quæ omnium longè grauisima poena est: quod ait etiam Cicero: Cum baccharis, cū
 furis, cum sacras edeis inflammas, cum sororem, vxoremque non discernis, tum das eas poenas
 quae sunt hominum sceleri à Dijs immortalibus constitutæ. ORIG. in Hieremiam homelia.
 12. cur (inquit) recipiet duplicia peccata? Respondet, quia seruus qui scit voluntatem Domini,
 & non facit eam, plagis vapulabit multis: Dignū siquidem est, eos, qui gentes sunt, simplicita-
 recipere peccata, & nos duplicia, docete Apostolo, Voluntarie peccatibus nobis post cognitio-
 nē veritatis, iam vltra non remanet pro peccato hostia, sed horribilis quaedam expectatio iudi-
 cij. ISYCH. in Leuiti. li. 7. in illa verba, Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis
 contra me, ego corripiam vos septem plagis. Putat illas septem plagas esse duplicem poenam
 Iudæorum vt duplicem intelligat multiplicē, quam fame, peste, gladio, igni pertulere vastati à
 Romanis, residui veromulctati sempiterno exilio, vbi secūdū peccata eorū multiplicat eorū
 poenas, non vno modo vindicans, quia neque ipsi vno peccauerunt modo. THEOD. veluti
 proposito dubio quādo Deus est maueitissimus, & indulgentissimus pater, quicitra condignū
 semper punit, cur nunc duplices poenas irroget peccatis, vtrum nunc maiores exigat poenas:
 Dñs quā pro grauitate peccatorū, velut hoc proposito dubio respondet Theod. dignū esse
 admiratione, quāta sit Dei humanitas, & mansuetudo. Nā cum bonus sit, & bonitatis pelagus,
 cū valde minorem poenā quam pro grauitate scelerum infligat, propter summam humanita-
 tem duplo maiorem peccato appellat, quod autem peccato valde minor erat vindicta, testis
 ipse propheta qui ait: in angustia perexigua doctrina tua nobis. Itaq; cum maxima misericor-
 diamiscens iustitiam quā vindicantes appellarent exiguam poenam, ipse duplicem nomi-
 nat. Idem hoc CYRIL. quemadmodum charissimū filium pater castigans, pro magno pecca-
 to, poena leuissima, præ amore videtur sibi duplo grauiores poenas intulisse, q̄ pro sceleris gra-
 uitate filius comuerat sic Dñs, &c. GREG. Nazianz. aduersum Iulianū duplicia peccata vi-
 detur interpretari quod Iudæi non intrarunt ad Christum, nec alios intrare permiserunt, sed om-
 ni conatu prohibere potius in oratione verò ad patrem suum ait, alios duplici poena luere
 peccata vt Iudæos hoc loco, alios septupla. CHRYS. tomo 5. ad populum Antiochenum ho-
 melia 66. ille beatus qui hic poenas luit, vt peccatis omnibus depositis probatus migret, & mū-
 dus, ac infons, hoc propheta dicit quod suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus pec-
 catis suis, dixerat supra malos prosperis vt rebus ad capitis sui perniciem.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite in solitudine se- mitas Dei nostri. Vox clamantis in deserto parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

EPIPH. lib. 2. cum epistola Arij refutatur, explanans hunc locum, ait, Ioannem fuisse vo-
 cem talem qualis ea esse solet præconis quae audientiam facit, & indicit silentium in me-
 dia concione omnibus, quando rex, aut imperator est verba facturus, & attentos facit auditō-
 res tantum, vt postea regis verba audiant: talis enim (inquit) vox fuit Ioannis quae mundo silē-
 tium indixit, vt verbum æterni patris audiret, fuit inquit vox præconis quæ audientiā fecerit
 apud omnes, verbo Dei verba facturo. Lege CLEMENT. Alexandrinum in Protreptico
 non longè à principio. Quid sit vox te docet D. BASIL. in psalm. 28. in illa verba vox Domini
 super aquas, & homilia sequenti in eundem psalmum vbi bonam huius capitis partem enu-
 cleat, inde petes: AVGVST. tomo 10. in festo Ioannis Baptistæ de sanctis sermone vigesimo in-
 terpretatur hunc locum mirabiliter: Videamus (inquit) in quo deserto paranda est via Domi-
 no, & in qua solitudine, nempe in gentiliū populo, vacua enim timore Dei, pectora & spiri-
 tu sancto carētia, deserto comparantur, desertus enim erat hic mundus ab omni cultura fidei
 & timoris Dei, peccatorum spiritibus obsitus, squallebat tanquam ager incultus, nullam bonorū
 operum fecunditatem afferbat, nullum imbrem gratiæ spiritalis acceperat, Premittitur bea-
 tus Ioannēs lucerna ante solem, seruus ante dominū. Sed quid est quod Ioannes vox dicitur?
 Dominus

Dominus verbum? vox sonus est, index cogitationis, cogitatio verbum est: quando ergo verbum corde concipimus necessaria est vox, quasi quoddam verbi vehiculum: vt verbum, quod mente concepimus transferatur aliò voce est opus. B. Ioannes quasi vox fuit per quam ad nos Dominus protulit verbum suum iam incarnatum, præco verbi fuit Ioannes, & vox per quam declaratum est: Verbum caro factum: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Addit alia diuinitus sermone citato, & sequenti. IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum interpretans hunc locum ait, Multa signa data esse veteribus vt Christum venientem agnoscerent, vt illud de Magis qui venere Hierosolyma, vt puerum Iesum adorarent, & quod sedens a sella ingressurus Hierosolyma esset mansuetus, & quod puerorum vocibus erat ei acclamandum osana filio David, quod ipse Dominus declarauit significatum esse illo, Ex ore infantium & lactentium, & alia plurima signa data erant Iudæis, quibus Christus agnosceretur quod primo aduentu veniret quasi nouissimus virorum, & quasi abscondito vultu, & despectus: tale est hoc signum quod hoc loco describitur quod Ioannes præcurator esset ei, & præcursor eius esset futurus vt ad eius baptismum ob admirabilem sanctitatem Ioannes conflueret vniuersa Iudæa, & omnis Hierosolymitana ciuitas, & in illo vniuersa Iudæa teatro hæc verba diceret: Ego vox clamantis in deserto, & se præcurforem Domini ostenderet, & cum Christus accessisset humilis faber putatus, & filius fabri: cum descendisset in Iordanem totus Iordanis in illa turba hominum, & multitudine conflagrare igne spiritus sancti sit visus, & ardere, & cum egredieretur ex aqua Dominus, spiritus sanctus specie columbæ super eum descenderit, & manserit, & cæli sint referati, voxque cælo delapsa fuerit, dicens: Filius meus dilectus es tu, Quæ omnia signa aduentus Christi hic prænunciantur. Notandum præterea quod D. CYRIL. docet in euangelium Ioannis lib. 1. cap. 24. in hæc verba prophetæ, Ego vox clamantis in deserto, cum inquit quæsiissent Pharisei à Ioanne an Christus esset? idque negasset Ioannes, quid ergo inquit Helias es tu? negante id quoque, reliquum erat, vt de præcurfore quærerent, tres enim erant qui expectabantur, Helias, Christus, præcurfor, cum se negasset esse Christum & Heliam, quærendum erat an esset præcurfor, sed imperite ad ipsum Christum sunt deuoluti, Mosen male intelligentes, interrogauerunt, propheta es tu? nec interrogauerunt an esset propheta, sed an esset ille propheta de quo Moses deuteronomij cap. 18. prophetam de gente tua ac de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus, ipsum audies. quarunt igitur Pharisei an sit ille propheta de quo Moses dixerat, quod declarat inquit articulus ille de prophetis. i. propheta ille de quo actorum cap. 7. non enim Ioannes negat se esse prophetam cum Dominus appellaret eum prophetam & plusquam prophetam, sed negat se esse illum prophetam de quo Moses, non negauit se esse prophetam, declarat igitur hoc loco officium suum. Venio inquit diciturus adesse Christum, qui expectabatur, vt parati sitis insistere euangelij viâ, qui ante hoc tempus Moses viam ambulastis. EVSEB. Cef. Demonstrationis euangelicæ lib. 9. cap. 5. hunc locum & bonam huius capituli partem explanat mirabiliter, & plurimis verbis [Parate viam Domino] ipsi Christo, vt explanat AVGVS. in cap. 1. Ioannis tractatu 5. in illa verba: & ego nesciebam eum, & infra penè in fine tractatus 5. Ecce Ioannes plenus erat spiritu sancto & baptismum de cælo habebat non ex hominibus, sed quatenus habebat ipse dixit, parate viam Domino, vbi autem cognitus est Dominus, ipse Dominus factus est via, & Ioannis baptisate non egemus. CYPRIA. sermone 5. de oratione dominica, Multa per prophetas suos Deus docuit, sed quæ to maiora sunt quæ filius loquitur, qui per prophetas loquebatur non iam mandas vt paratur D venienti via sed ipse veniens, & viam nobis aperiens? CYRILL. hoc prophetasse Zachariam patrem Ioannis ait, verbis illis: Præibis enim ante faciem eius parare viam eius [In solitudine] EVSEB. lib. 9. demonstrationis euangelicæ cap. 5. in solitudine siue in deserto significare ait vastitatem Iudææ & exclusionem Iudæorum, quod deletis Iudæis à Romanis paratur via euangelio in solitudine in gentium populo. CHRYS. tomo 2. in cap. 3. Matthæi homelia 10. multa explanat ex hoc capite. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. & 5. hunc locum interpretatur: & parare viam Domini putat esse rectam insistere viam Dei facti hominis, & relinquere legem Moysis, & arbitratur his verbis significari in hoc venturum Christum, vt legis, & prophetarum ordo cessaret per adimplerionem, non per destructionem, & regnum Dei à Christo nunciandum esse EVSEB. loco citato, completa sic hæc omnia esse ait primum illud, vox clamantis in deserto, Matthæi 3. Lucæ 3. Marci, & Ioannis 1. in solitudine completum esse ait cum in deserto Ioannes baptizabat, & cum infidelibus tanquam serpentibus deserti dicebat: Genimina viperarum quis vos

Locus euangelij.

A quis vos docuit fugere à ventura ira? nam gentes infideles semper in sacris litteris nominantur fera, bestia, serpentes. Potest intelligi etiam quod dicitur: rectas facite semitas eius, quod cum Dominus eduxit Israel ex Aegypto, per ambages duxit, non recta via, per legem quæ veluti pedagogus erat, per umbras, per cæremônias, per vaticinia prophetarum vt sic addisceret Christum, alioqui si recta via ducerentur defecisset Israel. Et rectè hæc Eusebius, nam sunt tanta Christi & legis nouæ mysteria, vt nisi tot essent typi, tot figuræ, tot prophetarum prædictiones, tam expectatus Christus à sanctis patribus, nisi toties prædictum esset adesse iam illum expectatum, nisi prophetæ prophético clangore toties personuissent: Adest iam, ecce venit, & non tardabit, defecisset israel (quod ait Eusebius) Christus veniens iam nos ducit recta via, nõ per ambages umbrarum, & cæremôniarum legis. Relicta ergo lege Moysis, clamat præcurfor vt se parent iam, relictis typis, ad veritatem euangelicam, quæ recta via est. Sic 3. lib. de spiritu, & littera CYRIL. intelligere videtur, quanquam lib. 10. de sacerdotio putat prophetam his verbis exprobrare Iudæis, quod non insistant rectam Christi viam, quod claudicent in via Domini, iuxta illud: filij alieni mentiti sunt mihi, & iuxta illud quod in euangelio Iudæis Dominus respondebat, ad cogitationes cordis. Lege AVGVS. in caput 1. Ioannis tractatu 5. ORIG. in caput 3. Lucæ homelia 21. & 22. THEOPH. in caput 3. Matthæi, qui multa in hunc locum doctissimi, & ingeniosissime dicunt. HILAR. in psalm. 67. nouo modo interpretatur, vt sit sensus parato itinere in nobis. i. vitijs compressis, reiecta infidelitate, & exutis peccatis, ad nostra corda descensurum esse Dominum. Quod Hebraicè est: dirigite viam Domini (vt vertit D. Ioannes) edidit Lxx viri, parate viam Domini. i. parate vos ad excipiendam viam Domini, & pro Dño Hebraicè est Deus, parate viam Deo, nouissimè enim loquitur est nobis Deus in filio. & quod Hebraicè est: Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri, vel Deo nostro, edidit Lxx rectas facite semitas eius, D. Lucas tamen, Matthæus, & Marcus hæc verba citant iuxta translationem Lxx virorum, quanquam non reddita sit ad verbum, sed paraphrasis sit potius quàm interpretatio. D. Ioannes capite 1. lectionem Hebræam citat, nam pro: Parate viam Domini, reddidit: Dirigite viam Domini vel rectam insistite viam Domini, sic enim est Hebraicè.

Euangelium hæc citant translationem Lxx etiam si nõ sit reddita ad verbum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Omnis vallis exaltabitur, & omnis collis, & mons humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in campos planos.

AVGVS. tom. 10. de sanctis sermone 26. omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: est quod alijs verbis euangelium dicit, Qui se exaltat humiliabitur, veniet tempus vt humiles alleuentur in cælum, superbi in inferni profunditatem mergantur: veniet tempus vt auari à quibus Christi pauperes irridentur, se diuites fuisse doleant. & in psalm. 106. nõ longè à principio, Commendatur (inquit) Dei gratia, qui superbis resistit, humilibus dat gratiam, quia idè ille venit, vt qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant, quia omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. THEOD. hæc verba (inquit) facilitatem cursus euangelicæ prædicationis significant, cum monteis humiliandos propheta dicat, & valles implendas, vt recta, & plana sit via prædicationi euangelicæ. & idem significat: praua futura directa. i. facilem viam, & facilem cursum euangelij futurum, quod breui tempore totum orbem impleuerit. tamen valles intelligendas esse addidit infidelium animas in profundum demersas vitiorum, quæ nihil altum, nihil cæleste sapiebant, accepto spiritu sancto futuras ecclesie monteis, quæ in terris cum essent conuersatione habebant in cælis: monteis, & colles demones interpretatur, quorum imperium suo aduentu subuertit Dominus. Interpretatur, & aliter motes hos de Iudæis, qui montes erant, sapiebant cælestia, populus Dei appellabantur, & erant, nunc humiliati sunt effecti, non populus Dei. TERTVL. aduersus Marcionem: Prava in directa, & aspera in vias planas explanat difficultates legis in facilitatem euangelij mutadas. ORIGEN. in cap. Lucæ 1. homil. 4. de eo quod scriptum est: Ne timeas Zacharia: Quicumque crediturus est (inquit) præcurrit spiritus, & virtus Ioannis ad animam illius, & in cordis asperitatibus planas facit vias, & rectas facit semitas, parare Domino plebem perfectam. & reliqua quæ dicit hac homelia, & proxima. Alibi verò explanat vitia commutanda in virtutes, valles. i. homines in

mines in vitia precipitatos, & ad ima inferorum demersos, misso spiritu sancto explendos esse operibus bonis, & fructibus spiritus sancti: caritas enim non sinit permanere te valem. in finem, & abiectum, neque desines esse vallis tantum, sed etiam mons Dei esse incipies. [Mons autem, & collis humiliabitur]. i. populus Dei qui in excelso loco situs erat, humiliatus est, & eiectus, & exclusus ab ecclesia [& prava directa sunt]. i. vitia per adventum Christi in virtutes sunt mutata. Hæc ORIG. in cap. primum Lucæ homelia 21. & 22. Eodem modo explanat P R O C. aspera. i. mores tui asperi, iracundi, immanes, in vias planas. i. in mansiones patris, & filij, & spiritus sancti. T H E O P H Y. cum Tertulliano legem Moïsi carnaliter intellectam, viam asperam & pravam putat appellari: rectam, & planam, spiritalem intellectum, & euangelicum. Vere inquit P R O C. via iniquitatis, via perdifficilis, & plena difficultatibus sub principibus tenebrarum quæ homines astringit carnalibus desiderijs, mutata in iugum leue, & suave, quæ via plana dicitur ab Esaia. Et hoc quoque Plato docet in Philebo, vita honesta nihil esse suavius, vita voluptaria nihil esse acerbius. Hæc præterea notanda contra eos, qui omnia ad litteram exigunt, & nullum locum esse putant figuris, & tropis. Quærendum ab his num putent montes, & colles, in vias planas mutandos, aut valles attollendas in montes? aspera commutanda in vias planas, & similiter cætera. C Y R I L L. lib. 10. de spiritu & litera interpretans cur Moïses in montem ascendit, ut operata, & occulta cognosceret, atque in nubem intravit adhærente sibi socio Iesu, quia nemo sine vero Iesu potest incerta sapientia, & occulta comprehendere, & idem in figura Iesu Naue, veri saluatoris significabatur affutura præsentia, per quem fierent omnes docibiles Dei, qui legem aperiret, euangelium revelaret. Quæ omnia D. AMBROS. scribit in psalm. 47. sub finem. C Y R I L L. ergo loco citato, hoc his verbis significari putat, quod non patet aditus ad patrem, neque ascensus ad montem contemplationis, nisi per filium, & cum Emanuele que erant inaccessa adiri possunt, & superari montes, & colles rerum diuinarum: Christus enim Dominus altissima quæque facit peruia, & hoc esse putat quod dicitur: Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt prava in directum, & aspera in vias planas: in Christo enim omnia accliuia, & aspera nobis peruia sunt, & plana, ut hic ipse propheta: via periorum recta facta est. Lege CHRYS. in caput 3. Matthæi homilia 10. vbi hoc, & bonam huius capituli partem explanat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

Et apparebit gloria Domini, & videbit omnis caro salutare Dei quia Dominus locutus est.

Euangelista citant translationem Lxx, quæ cum euangelista citant, spiritus sanctus qui euangelistarum ore loquitur citatur, ut apparet quæra sit authoritas Lxx.

Diuus Lucas hunc locum citat iuxta translationem Lxx virorum, neque scio cur quisquam dicat apostolos, & euangelistas citare translationem Lxx virorum quod erat in gentibus diuulgata iam cum edita sunt euangelia, aut Lucam euangelistam idem citasse Lxx viros quod Græcè nouerit, non Hebraicè: vbi communis est causa euangelistis, & apostolis, qui omnes vno consensu iuxta translationem Lxx virorum scripturæ citant testimonia, ut auctoritate sanctorum patrum ostendimus, & re ipsa toto hoc opere centies commostratum est. Quorsum cau fabimur. D. Lucas Hebraicè nescisse? & negabimus doni linguarum fuisse participem: & alia dicemus quæ piæ aures non libenter audiunt fortasse? An obicium est, spiritum sanctum euangelistarum, & apostolorum ore loquutum esse? noui testamenti spiritum sanctum esse auctoritatem? piget de his disceptare, tacita hæc relinquere non possum. Tantum dico apostolos, & euangelistas non de suo scripsisse euangelia, & epistolas canonicas, sed verba suggerente spiritu sancto: cum Apostolos audio, aut euangelistas, spiritum sanctum audio. ERAS. ait Lxx viros hoc loco expressisse sententiam, non reddidisse verba: rectè quidem si explicasset quonam modo verba hæc translationis Lxx virorum, quæ citat D. Lucas, cum lectione Hebræa congruât: lectione Hebræa est.

Quæ ad verbum reddidere loquetur Deos cum simul caro omnis videbit & Dei gloria reuelabitur Et Lxx seniores sic: Et reuelabitur gloria Dei, & videbit omnis caro, simul, cum os Dei loquetur, hoc sensu, Apparebit hominibus gloria Dei, & videbit omnis caro. i. videbit vulgus hominum, promiscue videbunt omnes simul cum os Dei loquetur. i. Deum hominem factum loquentem inter homines, neque sicut vt

A sicut vt olim, cum Moïses cum Deo loquebatur, reliquum vulgus erat longè summotum. Nam postquam verbum caro factum est, omnes promiscue cum Deo homine facto loquebantur. Hoc igitur intellectum, & hoc sensu vertere Lxx: Videbit omnis caro simul cum os Dei loquetur. i. videbit Deum hominem factum, loquentem inter homines. Hoc Lxx viri more suo paraphrasi quadam explicant [Videbit omnis caro cum os Dei loquetur]. i. videbit omnis caro salutare Dei, hoc est, Christum. Sic enim semper Lxx viri, vt supra ostendimus, appellant Christum. Et sic D. Lucas hunc locum de Christo citat, & salutare Dei Christum appellari docet: cum D. Lucas cito, Spiritum sanctum ego cito, qui ore diuini Lucæ hæc loquebatur. Ergo huius loci Lxx viri fecere paraphrasim, non reddidere verba, & tamen citatur ab euangelista eorum translationem, quam contentionem esse dixi inter D. Hieronymum & D. Augustinum. Ad verbum reddi posset hic locus iuxta sententiam Lxx virorum [Videbit omnis caro simul cum os Dei loquetur] hoc est, Deum loquentem factum hominem. Lxx viri sua metaphrasi dixerunt. i. videbit omnis caro simul salutare Dei. Vnde verba illa translationis Lxx quæ sequuntur: Quia Dominus locutus est. ex aliorum translationibus irrepsere in hunc locum, quod vt docet D. Hieron. aliorum translationes adscribentur marginibus Lxx seniorum, & cita monet plurima ex alienis translationibus irrepsisse in Lxx virorum interpretationem, quæ D. Hieron. expungenda censet, & hæc addita, olim obelo signata fuisse docet, tanquam expungenda, vt suppositicia & aliena. Et verba quidem Hebræa reddi possunt, Quia Dominus locutus est, & cum Dñs loqueretur. Sed quia dicit propheta: Videbit omnis caro simul: Lxx viri putarunt subijciendum esse: quid nam visura esset omnis caro simul. Et ideo putarunt lectionem Hebræam reddendam potius: Cum os Dei loqueretur. vt declararetur quid esset illud quod propheta diceret, omnis caro esse visuram, Deum. f. loquentem hominem factum, salutare ipsum Dei, Christum ipsum, & si redderetur lectio Hebræa: Videbit omnis caro simul, quia Deus locutus est. Visa esset illis oratio imperfecta, non explicans quid esset visura omnis caro simul. Et hanc Lxx virorum sententiam probat Spiritus sanctus. Ergo explananda erit vulgata sic [videbit omnis caro pariter quod os Domini loquutum est] i. os Domini loquens, Deum loquentem factum hominem. Notandum, Christum hoc loco dici Deum, & hominem planè & apertè: quod liquet si adhibeas Canonem illi Augustini, quo iubet adhibere translationes multas, & conferre translationes Lxx cum Hebræa lectione, & ex vtraque elicere verum sensum scripturæ. Quod præceptum Augustini est admirabile. sunt enim commentarij in plerisque Lxx viri: & si commentarij cum ipso scripturæ textu conferas, erues admirabiles sensus, thesauros magnos: declarant enim multis in locis Lxx magna mysteria, & Christi diuinitatè: vt hoc loco Hebraicè est ichoua, illic vbi dicitur: Cum os Dei loqueretur. quod nomè est Dei tetragrammaton: illud Lxx viri interpretantur. i. salutare Dei cum loquetur inter homines, hoc est, Christum, idque probat D. Lucas, aut potius Spiritus sanctus. Dicitur ergo planè & apertè hoc loco Christus Deus. A V G. de Ciuitate Dei lib. 22. cap. 29. interpretatur hunc locum [Videbit omnis caro salutare Dei]. i. videbit omnis homo Christum Dei, qui vtiq; in corpore visus est. & cætera quæ adiecit. AMBR. in cap. 3. epist. ad Roman. Omnis caro (inquit) omnis homo, videbit salutare Dei, Christum. f. in quo omnium salus continetur. Quibus verbis interpretatur Christum ideo dictum esse salutare Dei, quod in eo omnium salus continetur, & homo dictus est caro (inquit) quia peccatis est obnoxius: sicut enim propter iustitiã spiritales dicuntur homines, ita propter delicta dicuntur carnales. Notandum hoc loco quod supra dictum est, euangelistas, cum citant scripturæ loca, omittere media, vel docendi causa, vel causa perspicuitatis, nam D. Lucas cum hunc locum totum citasset, omittit sola verba illa: Apparebit gloria Domini, vt doceret nos integram orationem, & integram sententiam esse illam [Videbit omnis caro simul cum os Domini loqueretur] hoc est, Deum loquentem, quod ipse euangelista interpretatur. i. salutare Dei, Christum. f. omisit priora verba, vt alterius sententiæ esse doceret, ne quisquam hanc orationem referret ad superiorem, & sic interpretaretur: Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, cum. f. reuelabitur gloria Domini, quia os Dñi loquutum est quia Dñs hoc dixit, quanquã sic quoque eundem sensum faceret [Reuelabitur gloria Dñi] reuelabitur Christus, qui dicitur gloria patris, vt alibi pluribus dicimus, & videbit omnis caro pariter gloriam patris. f. filium hominem factum, non tamen tam apertè filius homo factus sic significaretur, & ideo D. Lucas superiorem orationem omittit, docendi causa, vt interpretetur nobis hunc locum, quod supra dixi in caput. 9. ex præcepto Origenis, cum ostendi cur euangelista cum

Euangelista citat translationem Lxx virorum, cum Lxx commentarium er paraphrasim facit potius quam translationem.

Si conferas hoc loco translationem Lxx cum Hebræa lectio ne, & cum diuo Luca. Christi hic planè dicitur Deus.

Canon.

R r lista cum

lista cum citat: Terra Zabul6, & Nephtalim & cætera, omittit plurima. Ergo verba illa: Appa-
rebit gloria Domini, vel, reuelabitur gloria Domini, significare arbitror, quod cum primo ad-
uentu Christus apparuerit despectus, quasi nouissimus virorum, putatus faber, & filius fabri,
signum erat datum Iudæis, inter alia multa, quo eum agnoscerent, quod ad eius præcurso-
rem Ioannem, ob admirabilem sanctitatem, conflueret vniuersa Iudæa, & tota vrbs Hierosolymi-
tana ad deserta Iordanis, vbi baptizabat, vt testatum est Matth. 3. Lucæ. 3. Marc. & Ioann. cap. 1.
& in illa turba, & in illa vniuersa multitudine declarandus à Ioanne esset, Christus esse, & reue-
landa esset eius gloria, cum in Iordanè baptizandus descendit. Vbi vt IVST. ait in dialogo ad-
uersus Tryphonem Iudæu, totus Iordanis igne Spiritus sancti exarsit, Spiritus sanctus super
illum specie columbæ descendit, cæli sunt aperti, vox patris cælo delapsa, illum filium suum
vnigenitum esse testata est, & sic qui despectus accesserat ad baptismum Ioannis, tot signis de-
signatus est esse filius Dei vnigenitus, in vniuersa Iudæa theatro, & sic reuelata est gloria Dei,
Christi, scilicet, qui Deus verus, & homo verus est. Sic etiam EVSEB. lib. 9. demonstrationis e-
uangelicæ cap. 6. sub finem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vox dicentis clama, et dixi, Quid
clamabo?Vox dicentis clama, & dixi, Quid
clamabo?

Diuus Hieron. adnotat quæ sequitur omnia in Hebraica veritate genere foeminino enun-
ciari: Super montem excelsum ascende qui euangelizas, exalta, & noli timere: & reli-
qua quæ sequuntur omnia, & miratur cur Lxx non genere foeminino etiam enuncient, vt præ-
fert Hebræa lectio: sed cum eadem sit sententia, culpa vacant, cum præfertim ipse D. Hieron.
masculino genere reddiderit cum Lxx viris, dixeritque: Qui euangelizas Sion, qui euangeli-
zas Hierusalem. cum Hebraicè sit: Quæ euangelizas Sion, quæ euangelizas Hierusalem. Neq;
hoc tam apparet in Græca aut Latina editione, quàm in Hebræa, vbi verba suum genus habet
& à principio ad finem vsque, tam verba Hebræa quàm nomina & participia foeminino ge-
nere enunciantur. Quod autem D. Hieronymus quærit, cum genere foeminino enunciantur
omnia, referendane sint ad Sion, an ad Hierusalem? placet sententia Procopij, qui quanquam
Hebraicè nesciebat, neque aduerterat omnia enunciari genere foeminino, ad vocem omnia
referenda censet, ad vocem (inquam) clamantem in deserto, hoc est, ad Ioannem præcurso-
rem, qui vox est clamans in deserto, cui respondet Dominus quid clamet. Cum ergo vox He-
braicè foeminina sit, & Ioannes se vocem appellarit, & omnia sint enuntiata genere foemini-
no, rectissimè Procop. ad hanc vocem sermonem fieri nos docet.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Omnis caro fœnũ, et omnis gloria eius
quasi flos agri, exsiccatur est fœnũ, et ce-
cidit flos, quia spiritus Dñi sufflauit in
eo, verè fœnũ est populus, exsiccatur est
fœnum, et cecidit flos, verbum autem
Dei nostri manet in æternum.

Omnis caro fœnũ, & ois gl'a homi-
nis quasi flos fœni, aruit fœnum, &
flos cecidit, quia spiritus Dei insuffla-
uit in eo, verè fœnũ est populus, exsic-
catũ est fœnũ, flos cecidit, at verbũ
Dei nostri manet in æternum.

D. Petrus hunc locũ
citatur iuxta
translationẽ
nẽ Lxx vi-
rorũ quã
quã para-
phrasit sit
potius quã
translationẽ.
Canon.

Diuus PETRVS epist. 1. cap. 1. hũc locum citat iuxta translationẽ Lxx ad verbum, illud so-
lum mutat, quod pro, verbum Dei nostri, dicit, verbũ Domini: cætera si Græca Græcis
comparat, eadem reperies, quanquã Lxx non reddant omnia ad verbũ. Quod enim Hebraicè
est vt vertit D. Hieron. [omnis gloria eius quasi flos agri] vertere Lxx [omnis gloria hominis
quasi flos fœni] vt paraphrasim potius faciant quàm translationẽ: nihilominus D. Petrus hũc
locum citat iuxta translationẽ Lxx. Notandum quod suprà sæpe repetitũ est, Canonẽ esse
Origenis, & aliorum patrum, euangelistas & apostolos cum scripturã citant omittente media,
aut breuitatis causa, aut docendi gratia, citant necessaria tantum, omittunt media, quod facit
hoc loco D. Petrus, qui omittit hæc omnia media. [Quia spiritus Dei insufflauit in eo, verè fœ-
nũ est populus, exsiccatur est fœnũ, flos cecidit] & clausulã sententiæ cõiunxit cũ superiorib.
Huius lo-

A Huius loci sensum, vnde potius petemus quàm ex Iacobi epistola catholica cap. 1. qui de opu-
lencia & diuitijs humanis hæc interpretatur, quæ momento temporis euanescent, vt flos a-
gri, & fœnum: & verbum Domini, de Dei promissi. Et vnde potius quàm ex D. Petro epist. 1.
cap. 1. vbi eodem quo D. Iacobus refert? Lege AVGVST. in hunc locum tom. 6. contra aduerfa-
rium legis & prophetarum, lib. 2. cap. 6. vbi hunc locum disceptat & interpretatur. Et in psal-
103. in illa verba: Sicut flos agri ita efflorescit: Totus (inquit) splendor generis humani, hono-
res, potestates, diuitiæ, triumphus, minæ, tumores, flos fœni est, multi anni tibi videtur florētis
domus, aut familiæ, in comparatione æternitatis, quasi flos est agri, per exiguo tempore tran-
seunt flores. Cognouit ergo pater figmentum nostrum, quia fœnum sumus, & ad tempus flo-
rere possumus, & misit nobis verbum suum, & fecit illum fratrem fœno nostro, verbum caro
factum est, noli mirari, quia fœnum tuum. i. caro tua facta est particeps æternitatis illius, factus
est ille prius particeps fœni tui. Legit eundem August. de verbis Domini in euangelium secun-
dum Matth. de eo quod scriptum est: Si peccauerit in te frater tuus, & in euangelium secundũ
B Ioannem sermone 42. de infirmo iacente ad piscinam. D. AMBR. Hexameron lib. 3. cap. 7. CY-
PRIAN. tractat. 2. de habitu virginum in principio, hoc loco significari putat, neminem Chri-
stianum gloriantum in carne, sed solum appetendum verbum Dei, quod manet in æternum.
PROC. hoc loco significari putat, & clamari à præcurfore, eos qui crediderint, in filios Dei
adoptandos, Spiritum sanctum accepturos, & eius consolationem, in æternum mansuros cũ
verbo Dei quod manet in æternum: & ad incredulitatem Iudæorũ dici: Omnis caro fœnũ. i.
perituros intra breuissimũ tẽpus Iudæos perfidos. & hoc: Vox clamantis in deserto, clamare iu-
betur, quod fecisse videtur Matth. 3. cũ securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo ar-
bor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et infra: Cuius ventilabrũ
in manu sua, & permundabit aream suam. Nam quid aliud est spiritus Dei insufflauit in eo,
nisi Dominum permundaturum aream suam? ORIG. in cap. 2. epist. ad Roman. in fine: Caro
(inquit) quæ seruetur, & incolumis manet in æternum, cum verbo quod manet in æternũ, est
illa de qua dicitur, Quia omnis caro videbit salutare Dei. Illa caro de qua dicitur: Aruit vt fœ-
num. est Iudæus secundum carnem, qui credere noluit. THEOD. Postquàm vaticinatus est
aduentum saluatoris, prædicit calurum florem gentis Iudææ, delendos esse Iudæos, & eorum
C sterilitas fœno est declarata, & verè genus hominum fœno simile est, & flori fœni hominum
potentatus. Lege BASIL. homil. 5. cũ interpretatur hunc locum Esaia. & homil. de humilita-
te, & sequenti, de eo quod non affigi debeamus rebus terrenis, vbi multa dicit diuinitus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Super montem excelsum ascende tu
qui euangelizas Sion: exalta in fortitu-
dine vocem tuam qui euangelizas He-
rusalem, exalta noli timere: dic ciuitati
bus Iudææ, Ecce Deus vester.

Super montem excelsum ascende
qui euangelizas Sion: exalta in forti-
tudine vocem tuã qui euangelizas
Hierusalẽ: exalta, noli timere: dic ci-
uitatibus Iuda, Ecce Deus est.

AMBR OS. lib. 5. in Lucam cap. 6. de oratione Iesu in monte. Ascendere in montẽ inter-
pretatur. i. crescere in montis altitudinem, virtutibus, sanctitate, & religione, vt ipse esse
D mons possis ea ratione qua suprà dictũ est, sanctos montes esse appellatos. Et idem Ambros.
in Lucam li. 8. cap. 17. de eo quod in hora aduentus Domini ad iudiciũ, Qui in tecto est, non de-
scendat. Ascende in montem, vt excelsorum vertice possis eminere meritorum, Deus enim
montium, & non Deus vallium est: ascende eò vbi Christus sedet ad dexteram Dei, cuius fun-
damenta in montibus sanctis, & montes in circuitu eius: Mons tuus Paulus, mons tuus Petrus est
supra illorum fidem mentis tuæ locato vestigium. Hæc Ambrosius. Contra eos qui literaliter
omnia accipienda putant, nisi quisquam est, qui credat iuberi Ioannem montem aliquem con-
scendere & inde clamare. Montes scriptura sacra nominat sanctos, qui instar montium in ter-
ra sunt, & se ad cælum attollunt, nam vt ait Paulus: Nostra conuersatio in cælis est, quod fecit
feliqet D. Ioannem, nam vt suprà diximus ex Iustino, ad eò conspicuus sanctitate, & religio-
ne erat Ioannes, vt ad illum conflueret omnis vrbs Hierosolyma, & vniuersa Iudæa, & om-
nis regio finitima quando baptizabat in deserto Iordanis. Vides in quantum virtutum mon-
tẽ ascenderit Ioannes, vt audiretur ab vniuersa Iudæa, vt te docent euangelia, atq; ad eò à toto
Rr 2 orbe

orbe terrarum non potuit ex magis alto loco clarissima voce personare, siquidem Dominus A dixit: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Nam placet tantum hæc referre omnia ad Ioannem, neque aliud possunt referri, quamuis doctores sacri alij ad Christum referant, alij ad choram apostolorum. Hoc cogit lectio Hebræa, ubi tam verba habent suū genus, quam nomina, & participia, & vniuersa sunt fœminino genere, vt necessitas ipsa cogat referre ad vocem clamantem in deserto, quæ Hebræicè fœminini generis est. Hæc conscendere montem iubetur, montem (inquam) virtutum, vt inter natos mulierum non sit eo maior, vt ex editissimo virtutum culmine vndique conspicuus clamet, vt ab omnibus nationibus, omnibus locis, omnibus temporibus possit audiri. Illud summopere notandum, si lectionem Hebræam expendas (in qua omnia sunt genere fœminino enunciata, vt necesse habeas referre ad vocem clamantem in deserto, & fateri hæc iuberi conscendere montem, & euangelizare) primū euangelistam Ioannem Baptistam nominari, his verbis: A scende montem quæ euangelizas Sion, vel euangelizatrix Sion, vt sit: O vox clamans in deserto, quæ euangelizas, vel euangelizatrix vrbs Hierusalem, conscende montem, &c. Ergo quamuis optimè explanatum sit illud euangelij à Cyrillo, quo negauit se esse prophetam Ioannes, vt diximus in illa verba: Vox clamantis B in deserto, tamen mea quidem sententia non minus aptè à sanctis doctoribus explicatur, cum dicitur, negasse se esse prophetam, quod esset plusquam propheta: statim enim rogatus quid esset, respondit se esse vocem hanc primam euangelizatricem, vocem hanc præcursoris quæ prima faustissimum, & foelicissimum illum nuncium mundo attulit, quæ prima montem iussa conscendere est, & euangelizare aduentum magni Dei. Quid mirum ergo, si se prophetam neget, qualem vulgus accipiebat, cum longè, longèq; maius munus obeat, qui angelus ante faciem Domini sit, & præcursor, & primus euangelista, qui primus euangelizare sit iussus? Iubetur montem conscendere virtutum, & sanctitatis, vt in excelso positus sanctimonia, & meritorum omnibus conspicuus, omnibus spectabilis, clara voce personet Christum. Iubetur exaltare sicut tuba vocem suam, vt illum omnis ecclesia in æternū audiat. Et interpretatur idem AMBR. in epist. 1. ad Corinth. in cap. 15. in illa verba: Quid & nos periclitamur, semper enim auditur Ioannes Baptista cum dicit: Ecce agnus Dei, sic interpretatur idem Ambrosius. in psalm. 18. in illa verba: Exclamaui in toto corde meo [exalta, & noli timere] quod fecit quando martyrij corona est laureatus. Intrepidè ergo & imperterritus euangelizabat [dic civitatibus Iudææ: Ecce Deus vester.] Hoc fecit Ioannes primū, cum digito ostendit Christum, & dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Deum enim esse significauit, cum dixit esse eum qui peccatum mundi tolleret. Et paulò infra: Ego vidi (inquit) & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Vt ergo Ioannes est iussus testari intrepidè, & clara voce Christum esse Deum, ita intrepidè testatus est. Ecce agnus Dei, ecce filius Dei. Quid enim est aliud quod testari iubetur: Ecce Deus vester, quam quod testatus est: Ecce agnus Dei qui peccata tollit, ecce filius Dei. Et in reuelatione tanti mysterij in lege noua duas personas declarat, patris & filij: Testimonium (inquens) perhibui, quia hic est filius Dei, vt patrem, & filium agnosceres.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ecce dñs Deus in fortitudine veniet, et brachiū eius dominabitur, ecce merces eius cum eo, et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, in sinu suo leuabit fœt as ipse portabit.

Ecce Dñs cū virtute veniet, & brachiū cū dñatione, ecce merces eius cum eo, & opus in conspectu illius, sicut pastor pascet gregem suū, & brachio suo congregabit agnos, & prægnantes consolabitur.

CYRIL. contra Iulianū lib. 10. contra illa verba Iuliani, sed quod de Christo dicit Ioannes propheta inquit Esaias, quasi manu extensa demonstrat verbū [Ecce Deus noster, ecce Dñs in virtute veniet] Et idē Cyril. de fide recta ad reginas, li. 1. verbis illis: Cū fortitudine veniet, & brachiū cū autoritate, significari putat operationes maximas perfecturū, & maxima miracula, cū dominatione venturum Christū, nō vt ppheta, sed Dei autoritate & potentia, vt pote qui Deus est. Nā ppheta precib⁹ efficiebāt miracula, Dñs vero vt filius Dei, verusq; Deus cū potestate & imperio operabatur. Surge, & ambula, volo sanare, fiat sicut vis. Lege CHRYS. in Ioan. cap. 3. non longè à principio. Lectio Hebræa verti ad verbū potest: Ecce dñantes Deus in fortitudine

A to ditte veniet. Est enim Hebræicè *אֲנִי יְהוָה אֲנִי*, ecce dominantes mei Deus, vt possit significare duas personas, Patris & Filij in vnitatis deitatis, & essentia, vt quoddam futurū hoc loco prædicat Esaias, factum testetur Ioannis cap. 1. cum spiritus sanctus specie columbæ descendit super Christū: & cum vox patris de lapsa caelo est, quæ diceret: Hic est filius meus dilectus. Itaq; lectio Hebræa potest explanari: Ecce dominantes mei Deus cum virtute veniet. i. ecce pater & spiritus sanctus, duo dominantes & vnus Deus, cum virtute veniet super Christū cum baptizabitur à Ioanne. Hoc monuit PROC. in principio commentariorum huius capituli. & EVSEB. Cæsariensis lib. 5. demonstr. euangel. cap. 5. & 6. Ergo [ecce dominantes] pater, scilicet, & spiritus sanctus [Deus] i. qui sunt vnus Deus, veniet super Christum in fortitudine vel cum virtute, vt det nobis velle & posse: hoc enim fuit proprium legis nouæ. [Brachium eius dominabitur] ei vel sibi, quod Lxx interpretantur [brachium eius veniet cum dominatione] Christus dominus veniet cum imperio, nam brachium Domini poni pro filio, res est confessæ, & alibi pluribus dicitur. Trinitas ergo hoc loco declaratur, & æqualitas personarū, cum dicitur brachium eius dominabitur ei, vel sibi. i. erit Dominus, erit omnipotēs dominator, æqualis patri. Quid enim aliud significat: Dominabitur ei brachium Domini. i. sibi? (sic enim loquitur Hebræi) quam erit ipse Dominus omnipotēs vt pater est? [Merces eius coram eo] PROC. & CYRIL. Quia si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum afferet, nā intra breuissimum tempus conuersus est totus orbis. Vel, quia (vt inquit Ioannes) Hic est qui congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. & sic explanare videtur THEOD. ORIG. in cap. 13. Iesu Naue: Non potuit (inquit) Moses dicere: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: ipse enim fortem cælestis mansionis dat, qui ait: Pater volo, vt vbi ego sum, isti sint mecum. verè enim ipse est hæreditas, & ipse merces laborum. [Agnos] PROC. & CYRIL. agnos appellat recens renatos ex aqua spiritus sancti [fœtas] doctores, qui filios ecclesiæ pariunt: hos omnes gratia spiritus sancti fouebat Christus, velut vnus suis circumferens. EVSEB. Cæsariensis lib. 3. demonstr. euang. cap. 1. [brachium eius cum dominatione] alio quodam modo explanat. Lege CLEM. Alexandrinum in pædagogico, vbi in hunc locum multa dicit diuinitus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quis mensus est pugillo aquas? et calos palmo ponderauit? Quis appedit tribus digitis molem terra, et librauit in pondere montes, et colles in statera?

Quis mensus est manu aquam? & cælum palmo? & omnem terram pugillo? quis statuit montes pondere & rupes statera?

Post vaticinia de Christi mysterijs docet nos propheta, quid sit Deus, & quæ eius magnitudo & immensitas, ne quis labatur ad cultum dæmonum, & ad vanas superstitiones. Sic IREN. multis verbis diuinitus hunc locum explanat lib. 4. cap. 36. vnde huius loci sensum petes. Alij verò putant, quod propheta post prædicta Christi tanta mysteria, prospiciens animo mysteriorum tantam magnitudinem, erumpat in admirationem illi similem D. Pauli: O altitudo diuitiarum sapientiæ & cognitionis Dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius! & hinc multa dixerit de Deo & eius magnitudine & immensitate. Et sic intellexisse videtur AVGVST. tom. 10. ferm. 11. de verbis apostoli, vbi interpretatur locum illum sequentem: Quis cognouit sensum Domini? quæ si attentè leges, intelliges diuinitus explanari hunc locum, & significari abyssum esse multam quærere, cur Deus quosdam redemerit, alios excluderit, & cur Deus omnipotens factus homo sit. AMBR. in primum psalm. putat hunc locum explanari ab apostolo, & esse sensum cum Deus sit tam immensus quam hic à propheta describitur, & omnes gentes in conspectu Dei velut guttā stulæ, vel vt sputum, tantam esse Dei misericordiam, & tam immensam, vt dignatus sit homo fieri, hic, qui mundum pugillo continet, hic qui verbo omnia fecit, vt guttam illam stulæ seruet. i. gentes omnes, quæ in conspectu Dei veluti guttæ stulæ erant, vnde erumpit propheta in illa admiratione, Quis cognouit sensum Dñi? TERT. in scorpiano aduersus Gnosticos, existimat prophetā hoc loco respondere tacitæ obiectioni infidelium, qui dicebāt: cum Deus sit tā immensus, vt cælū palmo sit mensus, quid necesse habuit fieri hominē humilē & abiectum, subire crucē vt nos redimeret? & quid necesse fuit suos martyrio coronare? Talia cogitāt ait Tertul. posita sententiā est, quæ cohibeat hoc quærere, Quis

Rr 3 cognouit

cognouit sensum Domini? &c. D. Hieronymus: Ne quis putaret (inquit) imp' osibilia esse A
 quæ de Christo dicuntur, & de vocatione Gentium, describitur à propheta Dei magnitudo,
 & immensitas, & omnipotentia, & in conspectu illius omnia esse veluti guttam situlæ. Eadem
 sententia est Theodoret. Lege GREG. Nazianzenum in apologetico, vbi de his multa dicit
 diuinitus. Videtur etiam huius loci sententia esse, authore Gregorio Nysseno tomo primo
 Conciliorum in libro apologetico Cyrilli, in sententijs additis post duodecimam responsio-
 nem, & Basilio de Spiritu sancto cap. 5. non esse miracula quæ dicta sunt de Christo, quod
 Christus sit Deus ille immensus, &c. Cum enim huius capitis argumentum sit præcursoris
 prædicatio, & baptismus, quo Iudæos baptizabat in eremo, & viam præstruebat baptismi
 Christi, cumque mandatum sit ei ab Spiritu sancto, vt montem virtutum, & sanctitatis con-
 scenderet, quo conflueret ad illum vniuersa Iudæa, vt intrepidè ostenderet digito Chri-
 stum, & diceret: Ecce agnus Dei, & illum apud omnes Deum Israel esse testaretur, & cum præ-
 dictum sit venisse Christum ad Ioannem eo habitu, vt videretur nouissimus virorum, despe-
 ctus, faber putatus, & filius fabri, vnde neq; reputabant eum, datū tamen signum est inter alia
 multa signa & hoc quoq;, quo in illa humilitate erat agnoscendus Christus (vt diximus supra B
 ex Iustino philosopho martyre) quod cum baptizaretur Christus à Ioanne Iordanis fluuius
 igne spiritus sancti esset veluti exarsurus totus, Spiritus sanctus in Christum descensus spe-
 cie columbæ, cæli essent aperiendi, vox patris de cælo lapsura in illa omni multitudine quæ
 ex vrbibus Iudææ confluebat ad Ioannem, & testatura Christum filium suum esse dilectissi-
 mum, quod hæc videbantur in admirationem rapuisse auditorem, si de fabro, & filio fabri pu-
 tato tanta dicerentur, subijcit propheta [Quis ergo alius hæc omnia fabricabit nisi hic qui ita
 humilis apparet] quanuis enim ita se exinanivit, hic est immensus ille Deus cuius ad compa-
 rationem vniuersa hæc rerum machina veluti gutta situlæ esse videatur. TERTVL. lib. 5. de
 Trinitate: Vt illum agnoscamus Deum, de quo Esaias: Qui mensus est cælum palmo, qui su-
 spendit montes in pondere, & nemora in statera, ne facile in ruinam procumberet magnitu-
 do inæqualiter iacens, si non paribus fuisset librata ponderibus. Quod D. Hieronymus vertit
 [quis appendit tribus digitis molem terræ] Hebraicè est, & mensus est, vel, sustinuit tribus
 puluerem terræ, quod interpretatur D. Hieronymus. i. apprehendit tribus digitis molem ter-
 ræ. Potest tamen verti eadem lectio Hebræa, & omnem in tribus puluerem terræ, pro quo
 Lxx reddidere. Et omnem terram palma. vt sit perzeugma à superiori: quis mensus est om-
 nem terram palma manus? nam לך, potest esse à חך. i. metior, & sustineo, & sic D. Hierony-
 mus vertit: Quis appendit, vel, sustinuit tribus digitis molem terræ? Potest etiam significare
 omnem, vt reddidere Lxx seniores. Pro tribus digitis, vertunt Lxx viri, palma manus, quod
 reddunt sententiam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Quis adiunxit spiritum Domini, aut
 quis consiliarius eius fuit? et ostendit
 illi: cum quo inijt consilium, et instruxit
 eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum
 scientia, & viam prudentiæ ostēdit illi?

Quis cognouit mentem Dñi, aut
 quis cōsiliari⁹ eius fuit, qui instruet
 eū, aut quem consuluit, & instruxit
 eū, aut quis ostendit ei iudiciū, aut
 viā intelligentiæ quis ostendit ei? D

Diuus Paulus ad Romanos II. capite, hunc locum citat iuxta tralationem Lxx virorum,
 si Græca Græcis compares, citauit tantum illa [Quis cognouit mentem Domini?] aut
 quis consiliarius eius fuit? nam quæ sequuntur [quis prior dedit illi, & retribuentur ei] citata
 sunt ex 12. cap. Iob. Est enim mos apostolorum & euangelistarum citare testimonia scriptu-
 ræ ex duobus scripturæ locis coagmentata, quod supra dictum est, dicendumque latius alibi
 ex Origene & alijs veteribus contra impium Porphyrium. Citat etiam hunc locum idem D.
 Paulus iuxta translationem Lxx virorum prima epistola ad Corinthios cap. 2. Sic tamen citat
 vt dicat prima, & vltima, omittat media. Quod ex eodem Origene diximus facere solitos
 euangelistas & apostolos, nam cum dicat Esaias iuxta translationem Lxx virorum:

quis cognouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit? qui instruet eum? Priora illa τίς ἔγνω τὸν νοῦν κυρίου, ἢ τίς συμβούλος αὐτοῦ ἔγένετο, ὃς συμβουλίαν αὐτῷ δώσει, id est, quis cognouit mentem Do-
 mini? aut quis consiliarius eius fuit? qui instruet eum? τίς ἔγνω τὸν νοῦν κυρίου, ἢ τίς συμβούλος αὐτοῦ ἔγένετο, ὃς συμβουλίαν αὐτῷ δώσει

A τίς ἔγνω τὸν νοῦν κυρίου, ἢ τίς συμβούλος αὐτοῦ ἔγένετο, ὃς συμβουλίαν αὐτῷ δώσει. quis cognouit mentem Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Ad verbum citauit
 Paulus ad Roman. II. epist. vero prima ad Corinth. cap. 2. omisit media illa quæ supra citat.
 τίς ἔγνω τὸν νοῦν κυρίου, ἢ τίς συμβούλος αὐτοῦ ἔγένετο, ὃς συμβουλίαν αὐτῷ δώσει. i. quis cognouit mentem Domini, qui instruet eum? Hæc fortasse quod nostri Latine
 comparabant inter se, neque hos veterum patrum Canones adhibebant, negabant citari ab a-
 postolis iuxta tralationem Lxx virorum. porro Lxx viri, & euangelistæ, atque apostoli hæc
 scripsere Græcè, & Græcè erant comparanda inter se, & perpendenda: & veterum Theologo-
 rum canones erant adhibendi, vt intelligeretur quanta Lxx virorum esset authoritas, quam
 que commendata ab Spiritu sancto, cum ferè ab euangelistis & apostolis citentur, nec solum
 cum verbum verbo reddunt, sed etiā cum pro tralatione faciunt metaphrasim: quo argumen-
 to diximus vti D. Augustinum, Epiphanium, Origenem, & alios veteres. Sed obstrepunt Iudai-
 zantes, sic esse Hebraicè negant, quod Hebraicè sit לך חך. i. quis parauit, vel adiuuit, vt reddi-
 dit D. Hieronymus, non quis cognouit? vt vertere Lxx viri, & probat D. Paulus. Videntur le-
 gisse Lxx viri חך פה. i. quis vidit, vel quis cognouit? vna addita litera, & altera mutata in a-
 liam. Hic doctissimi quidam viri vociferantur, & cælum implent clamoribus, nihil nos habe-
 re aiunt stabile & fixum in sacris literis, si literas & puncta liceat mutare, si eodem iure Iudæi
 vtantur omnia inueros, stas oportere literas sacras, & inuolatas, quas attentare sit nefas.
 & multa alia in hanc dicunt sententiam. Mitto dicere de Iudæorum fraudibus, de quibus alibi
 dictum est latius: quod hi viri doctissimi neque hæc probant, neque illa. Paucis respondebo, &
 sui erroris viros doctissimos admonebo. Illud prætereo, fixū satis & stabile esse quod Lxxii
 testes trecentis annis ante aduentum Christi agnoscunt scriptum in sacris literis Hebraicè. Si
 hoc fixum & stabile non est, quod Lxxii testes suæ tempestatis doctissimi, ijdemque Iudæi
 trecentis annis ante aduentum Christi scriptum in sacris literis testentur sua tralatione, nescio
 quid sit fixum & stabile, aut quo modo Iudæi eodem iure nobiscum vti possint. Vtinam habe-
 rent tam antiquos rabinos, nobiscum enim potius facerent, quam cum Iudæis, nam post ad-
 uentum Christi, rabini nihil aliud quam inuertunt literas sacras, & scripturæ sacra senla (vt o-
 stendimus ex autoritate veterum patrum) hæc, inquam, prætereo, vt or præscripto Canone
 à D. Hieronymo in epist. ad Damasum, vbi ait, post Lxx viros, nihil additum aut detractum ef-
 se, aut mutatum in veteri testamento, siue Iudæorum fraude, siue temporis iniuria, quod ex
 tralatione Lxx non deprehendas additum esse, aut mutatum, aut detractum: quale exemplū
 posuimus in disputatione de translationibus codicis Hispani, qui trecentis ante annis Latine
 versus esset, si vbi in codice Hispano legitur (lumbre) redditum Latine videres culmen, ex trans-
 latione Latina intelligeres doctos illos viros, qui codicem Hispanum illum vertere Latine,
 in codice Hispano non legisset (lumbre) sed (cumbre) En hoc præceptum D. Hieronymi, authorita-
 te D. Pauli constabilitum. Nam cum D. Paulus probat & citat translationē Lxx virorū, agno-
 scit etiam lectionem Hebræam, quam agnouere Lxx viri, mutat easdem literas, & eadem pun-
 cta. Quod facimus ergo autoritate D. Hieronymi facimus, aut autoritate potius Apostoli-
 ca. Nam elige vtrum velis, errasse D. Paulum, cum malè hæc verterit (quod dicere est impium)
 aut aliam lectionem Hebræam agnouisse D. Paulum, vna litera addita, & alia mutata, & agno-
 uisse alia puncta, quod largiare velis, nolis, necesse est. Subijciet his aduersator: Vtra ergo le-
 ctio sequenda est hoc loco? vulgata, quam concilia sanctissimam esse volunt & inuolatam,
 an lectio Lxx virorum quam probat D. Paulus? Respondeo, vtranque: quod in plærisque lo-
 cis scripturæ, etiam concessu Iudæorum, duplex sit lectio, vtraque sancta, vtraque admiranda
 præferens mysteria: & vt dictum est in disputatione de translationibus, fortasse vtraque de
 industria à prophetis relicta, quod vtraque referret mysteria Christi magna, quod voluisse
 dicere D. Augustinum multis locis ostendimus, & dictum est ex eodem Augustino, literas sa-
 cras in multis locis duos & plures habere sensus literales, & duobus & pluribus modis verti
 posse loca scripturæ quædam, apostolorū, qui id fecerunt, autoritate ostendemus, cum alius
 hoc modo, alius illo modo vnum & eundem locum scripturæ sint interpretati, vbi vterque
 sensus sanctus & sacer est. Quæ eò dicta sunt, ne quis miretur quod dicimus aliquando
 Lxx seniores, aut vna littera mutata, aut addita, aut alijs interpunctionibus aliquantulum
 diuersam agnouisse lectionem Hebræam, cum videat præceptum hoc esse D. Hieronymi,
 quo monemur vt intelligamus ex interpretatione Lxx virorum aliam fuisse eorum tem-
 pore Hebræam lectionem, & documentum D. Pauli. Nam quod princeps ecclesiæ facit, fa-
 ciendum

Transla-
tio Lxx vi-
rorū citat-
ur ab apo-
stolis &
euangeli-
stis.

Quod au-
thoritate
Lxx viro-
rū consta-
tū est
fixū &
stabile est
quæ quod
maxime.
Resellun-
tur obie-
ctā aduer-
sariorum.

Ex præce-
pto D. Hier-
onymi
D. Pauli
authorita-
te conueni-
tur hoc
loco aliā
fuisse le-
ctionē He-
bræā quā
nunc est.

ciendum id docet, & cum interpretationem Lxx virorum probat, lectionem Hebraeam, qua illi agnoscunt probat, & mutatas literas, & puncta mutata. In fine capitis 37. ostendimus in co-
 dicibus Hebraeis plurimis locis duplices esse lectiones, quod quilibet, qui leuiter nouerit He-
 braicè, intelliget ex locis illis, quæ illic cito.

T H E O D. his verbis significari putat Deum ipsum sapientiæ esse abyssum, & intelligen-
 tiæ pelagus. Tertullianus in Scorpiaco, & **C Y R I L.** in commentarijs putant his verbis occurri
 audaciæ humanæ, quæ querit cur hoc fecerit Deus, cur factus sit homo, cur natus, cur passus
 pro hominibus? cum potuerit saluos facere quos vellet, cum sit omnipotens. Idem sensisse vi-
 detur **A V G.** de verbis apostoli sermone. II. existimat enim quærenti, cur Christus Dominus
 nos fecerit, nos redemerit, is qui mundum pugillo continet, cur ex eadem massa, alia vasa fece-
 rit in honorem, alia in ignominiam? responderi, quis cognouit sensum Domini? quod idem
 est cum illo Pauli: O altitudo diuitiarum. **I R E N.** lib. 5. in principio causam incarnationis hoc
 loco poni putat, quod non aliter nos poteramus discere, quæ sunt Dei, nisi magister noster ver-
 bum Deus homo factus fuisset, nec alius poterat enarrare nobis quæ sunt patris, nisi ipsum ver-
 bum, nec rursus nos aliter discere poteramus, nisi magistrum videntes, & per auditum eius vo-
 cem percipientes. Ergo Ireneus hunc locum sic intelligi etiam posse putat. Quis enim alius nisi
 filius cognouit sensum Domini, qui nobis posset eum reuelare? & quis Domini consiliarius,
 fuit nisi Filius, & Spiritus sanctus, vt eius consilia ad nos posset deferre? Lege **B A S I L.** lib. de spi-
 ritu sancto cap. 5. **A M B R.** verò in primum psalmum mirabiliter hunc locum enodat cum se-
 quentibus. & docet hunc locum explanari à D. Paulo ad Roma. II. & sensum hunc esse putat
 explicatum ab apostolo verbis illis: O altitudo diuitiarum. & Esaiam dicere id verbis his:
 Quis cognouit sensum Domini? quæ eadem sunt cum illis: O altitudo diuitiarum. quod cum
 terra in comparatione cæli punctum sit, idque sit confessum, omnes gentes esse veluti guttam
 situlæ in comparatione creaturarum cælestium, Angelorum, Archangelorum, Thronorum,
 Potestatum, cæterorumque, quæ tam innumera multitudine sunt, & tanta naturæ excellentia,
 vt præ illis gentes omnes sint veluti cadi stilla: viderit tamen propter hanc guttam cadi, pro-
 pter hoc sputum, voluisse illum immensum Deum qui mensus est pugillo aquas, & cælos
 palmo ponderat, fieri hominem, pati, cruci suffigi, mori, sepeliri.

D. HIERONYMVS.

*Ecce gentes quasi stilla situla, et quasi
 momentum statera reputatæ sunt: ecce
 insula quasi puluis exiguus, et Libanus
 non sufficit ad succendum, et ani-
 malia eius non sufficient ad holocau-
 stum: omnes gentes quasi non sint, sic
 sunt coram eo, et quasi nihilum et ma-
 nere reputatæ sunt ei.*

LXX VIRI.

Si omnes gētes quasi stilla à situla,
 & sicut momentum stateræ repu-
 tatæ sunt, & quasi salua reputabū-
 tur, at Libanus non sufficit ad com-
 burendum, & omnia quadrupedia
 non sufficiunt ad holocaustum, &
 omnes gentes quasi nihil sunt, & in
 nihilum reputatæ sunt ei.

Dictum est Christi diuinitatem hic describi, cum supra aduentus eius in carne sit prædi-
 ctus, & aduentus humilitas, cum venerit ad Ioannem in Iordanem vt baptizaretur, vt
 faber, & filius fabri, declarata sit tamen supra Iordanem eius immensitas, & magnitudo, & ad-
 mirantibus hominibus quod aperti sunt cæli, descenderit Spiritus sanctus super eum, Iordanis
 igni spiritus sancti veluti flagrauerit, vox patris de cælo delapsa sit, respondiisse Esaiam, quan-
 uis ita humilis apparuerit non esse miranda illa: Quis enim alius hæc omnia fabrefecerit nisi
 ille qui ita humilis apparet nunc? is enim est qui mensus est pugillo aquas, &c. **A M B R O S.**
 in I. psal. sub finem, querit cur Deus cuius voluntate omnia stant, & apud quem capilli capitis
 numerati sunt, dixerit apud Esaiam, Omnes gētes vt stillicidium de vrceo, &c. Ergo peribunt
 omnes gentes vt stillicidium de vrceo, & vt sputum? & respondet, quod Deus non habet gen-
 tes pro nihilo, qui dixit Abrahæ: benedicentur in te omnes gētes, & per Dauidem: Dabunt
 gentes hereditatem tuam, & obtulit Deus filium suum pro omni gente. Sed vt terra ad cæli cõ-
 parationem instar puncti habet, ita omnes gētes ad comparationem multitudinis creatura-
 rum cæ-

Arum cælestium velut stillicidium cadi sunt. Ex plenitudine igitur cælesti angelorum, Archan-
 gelorum, cæterorumque omnes gentes æstimatæ sunt vt gutta situla. Magis ergo hic Dei mi-
 sericordia prædicatur, quia qui venit querere quod perierat, nec stillicidium illud tanquam
 vile contempsit, & quod per stateram significatum erat, Deum hominem in iustitia condidit
 se, alleuauit momentum stateræ, & sputo substantiam boni corporis dedit. Lege ipsum **A M-
 B R O S.** loco citato, & vt intelligas Ambrosium scias phlegma quod sputo reijcitur, si conco-
 quatur verti posse in sanguinem, vt docent philosophi. Ergo his verbis Christi diuinitatis im-
 mensitas describitur ad cuius comparationem tota hæc rerum machina sit perexiguum quid-
 dam. Reliquum ergo est, vt ligna omnia libani, omnia animalia ad holocaustum ei faciendum
 non sufficiant, imo tale quiddam sint, qualis stipula vna ad ignem faciendum, & vnus pulex
 ad victimam. Sic **D. HIER.** & **C Y R I L.** hæc intellexisse videntur. Quod **D. Hieronymus** reddi-
 dit: Ecce insula quasi puluis exiguus, Hebraicè est. Ecce insulas sicut puluerem proijciat, vel.
 Ecce insulas sicut sputum proijciat. Quod **P 7**, vox Hebræa rem contusam, & comminutam
 significet, & inde rem tenuem quacumque, & hinc etiã significat membranam oculi quod sit te-
 nuissima, vt docent Rabini. Lxx viri docet significare etiam sputum tenue & hinc **D. Hieron.**
 qui huius loci vertit sententiam, reddidit: Ecce insule sicut puluis exiguus. Lxx viri quod sciunt
 insulas appellari gentes omnes, retulere ad gentes de quibus sermo erat, & vertere: Et quasi sa-
 lina reputabuntur. **P 7** dictione Hebræam Hebræi putant significare puluerem, & ita vertit
 sicut puluerem stateræ. **D. Hiero.** & 70. viri putant significare momentum, & ita vertere sicut
 momentum stateræ. Significat etiam cælum. **A T H A N.** de vnita substantia sanctissimæ trini-
 tatis lib. I. in fine putat his verbis significari à diuinitate trinitatis neminem posse se occultare,
 & fugere, cui omnis orbis terrarum est vt stillicidium, aut sicut spuma gracilis. Vnde sumptum il-
 lud vulgatum **P L A T.** aduersum illos, qui assequi non poterant quomodo Deus videre pote-
 rat omnia, quæ omnibus in locis fierent, Putate (dicebat) Deum infinitæ magnitudinis, & potentie
 infinitæ esse, & hanc rerum machinam, eius ad comparationem velut punctum, & intelli-
 getis quomodo Deus omnia habeat in cõspectu. **T E R T V L.** in libro de resurrectione car-
 nis. Esaias, inquit, interim dicit: Omnis caro foenum, interim. Videbit omnis caro salutare Dei,
 vbi duplicè statuit sententiam salutis & poenæ, Omnis caro foenum, quæ igni destinatur: om-
 nis caro videbit salutare Dei, quæ salutis ordinatur. Sic nationes ostendit credituras in nomi-
 ne Domini saluandas, rursus nationes reputatas velut puluerem & sputum, eas. s. quæ sunt cõ-
 demnandæ. & idem **T E R T V L.** li. 4. aduersum Marcionem, sic nationes deputatas putat, vt guttã
 situlæ, vt dicta est Sion deputata vt specula in cucumerario, & in vinea derelicta, de parte. s.
 quæ damnanda est. Itaque quod de Sion dixit relinquendam vt casulam in cucumerario, quæ
 non crederet. s. sic hoc loco ait gentes æstimandas vt guttam situlæ, quæ prædicationem euã-
 gelicam non receperit. **C L E M E N S.** Alexandrinus lib. 6. Stromaton: Qui Christo non credi-
 derint vt sputum reputabuntur, & vt stilla cadi superuacui ad salutem, & reiecti vt sputum ex
 corpore ecclesiæ. **I R E N.** lib. 5. cap. vltimo, In tantum (dicit) vtilis nationes has quæ deputatæ
 sunt vt stilla de cado, quantum vtilitatis præstat stipula ad tritici augmentum, & quantum vti-
 litatis præstant palcæ exustæ ad operationem auri. **O R I G.** in cap. 12. Numerorum, homelia 7.
 putat ostēdi hoc loco quod populus Iudæorum post Christi passionem sit abiectus, & vt spu-
 tum reputatus, sicut gentes cæteræ, quæ ut sputum reputatæ sunt, nam pontificalis apud eos
Dordo florebat, sacerdotum insignia, leuitica ministeria, maiestas templi, prophetalis splendor
 cum angelis, & cum Deo colloquia: quis honos? quæ gloria iam apud illos? Reputatos eos pu-
 tat **O R I G E N.** vt proiectum sputum, quemadmodum idolatræ, nam propter peccatum
 idolatræ, & auaritiæ docent prophete obcætos Iudæos non agnouisse Christum, reputatos
 esse vt sputum, orbatos omnibus bonis spiritualibus. Idem **O R I G.** homelia. 2. in Cantica can-
 ticorum sub principium: Omnes gentes (inquit) apud Dominum sunt vt stilla situlæ, ipse Do-
 minus pro omnium salute factus est stilla situlæ: quid enim non factus est vt nos liberaret? nos
 inanes, ille se exinanivit: nos stilla situlæ, ille stilla factus est, vt per eum à vestimentis nostris
 odor stillæ procederet, iuxta illud: Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. **C L E M.** rur-
 sum Alexand. Stromaton lib. 7. sub finem tale hoc esse putat quale illud Theognidis: Vos Me-
 gares neq; tertij, nec quarti, nec duodecimi, nec villo in numero, sed vt puluis quem proij-
 cit ventus à facie terræ, & vt gutta cadi. quod elogiũ miserabile est aduersus eos, qui spes suas
 in rebus terrenis sitas habent, etiam si dominantur orbi.

Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? nunquid sculptile conflabit faber? aut aurifex auro figurabit illud? et laminis argenteis argentearius? forte lignum, et imputribile elegit aurifex sapiens, querit quomodo statuatur simulacrum quod non moueatur? nunquid non scietis? nunquid non audietis? nunquid non annunciatum sit vobis ab initio?

CLEMENS Alexandrinus Stromaton lib. 5. prodit Antisthenem Socraticum hanc prophetiam metaphrasi quadam expressisse, dixisseque Deum nulli rei similem esse, vnde neminem ipsum ex imagine cognoscere posse: & Xenophontem ad verbum hanc hinc mutuatum dixisse: qui omnia concutit, & tranquillat, apparet quidem magnus, & potens, sed qua forma, & figura sit, nemo nouit. Nec mirum cum nec ipse sol oculis se videri sinat hominibus, sed si quis impudenter illum audeat contueri, orbatu oculis. Quæ caro ergo potest cælestem, & verum Deum oculis cernere (ait) inquit Sibylla, &c. & subiungit multos philosophos, & poetas ex hoc loco mutuatos, Deum dixisse immensum, omnipotentem, infinitum, & hoc de illo posse cognosci, qua figura sit, non posse cognosci. Quæ ad verbum mutuatur ex Clemente Alexandrino EVSEB. Cæf. lib. 13. de præparatione euangelica eo capite vbi docet quæ dicta pulchre à philosophis sunt, ex prophetarum libris philosophos esse mutuatos: Multa enim interpres Latinus omisit, quæ non Latinè vertit. Ergo cum dictum sit, totam hanc machinam habere in star puncti, si cum Deo conferas, quod dixit Plato mutuatus ex II sapientiæ capite (dixi enim esse multa argumeta insolubilia quibus apparet sapientiam ab Solomone editam, & non ab alio quopiam, nam iam concilij ecclesiæ explosa sententia illorum est, qui negabant canonicis libris esse annumerandam) dixit ergo Plato hanc rerum machinam instar habere puncti si cum Deo compares, quod cap. II. sapientiæ scriptum sit: Quoniam sicut momentum statera, sic est apud te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani qui descendit in terram, & miseris omnium quia omnia potes. cum hoc dictum sit, & quod Deus sit immensus, infinitus, & eius comparatione omnia sint vt gutta roris, consequitur, nec posse cuiusquam intellectum capere quali forma sit, quali ve figura. Vnde locis citatis Clemens Alexandrinus & Eusebius declarant verba sequentia: Nunquid sculptile conflabit faber? i. nunquid hanc tam immensam Dei magnitudinè faber exprimere sua arte posset? aut imaginem faciet deitatis infinitæ cuius figuram neque cuiusquam mens aut intellectus capere queat? faber ne aut ligno exprimat, aut ære, id cuius imaginem nullus intellectus concipiet? tam immensam magnitudinem simulacro exprimet, quod catenis reuinciat, aut clauis figat? saxo, aut trunco immobili infinitam hanc Dei maiestatem similem quisquam putet? THEOD. putat his verbis significari Deum tam immensum esse, tam nullis terminis circumscriptum, vt nulla arte eius imago possit exprimi. CYRIL. putat hoc loco dici nihil Deo simile, vlla arte fabri, aut vlla ratione fingi posse, Deum esse supra omne quod factum est. supra omne quod mente concipitur. Deinde putat CYRILL. transitum fieri ad vituperandam illorum impietatem, qui idola colebant, cum natura Deus sit notus, sed post corruptam naturam Deus reuelauerit Deum cuncta creasse. Nec sic Deo obtemperare voluere Iudæi sed ad idolatriam sunt delapsi. Deo tamen facimus imagines, eo modo quo ipse se nobis reuelauit in sacris litteris, & quomodo apparuit nobis: & de ratione imaginum quas ipse Deus iussit fieri, lege apud Damascenum dicta contra hæreticos multa diuinitus, libro. 4. cap. 93. & tomo 2. conciliorum Synodo Nicena 2. per totum synodum.

Nūquid non intellexistis fundamenta terra?

Cui assimilastis Dominum? & cui imagini assimilastis eum? nunquid imaginem fecit faber, vel aurifex conflans aurum circumdeaurauit eum, imaginem fabricauit eum? lignum enim imputribile eligit faber & sapienter querit quomodo statuatur eius simulacrum vt non moueatur: non scietis? non ne audietis? non annunciatum est à principio vobis?

Non cognouistis fundamenta terræ?

At terra? qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ. ræ? qui tenet gyrum terræ & inhabitantes in ea quasi locustæ.

TERTVLL. in lib. de Trinitate, sensum huius loci esse putat, qui continet sphaeram terræ in medio aere pendentem, ac sublimem, & qui continet omnes habitatores eius qui sunt tantæ multitudinis, quantæ olim locustæ, cum ingruit maxima illarum tempestas & pestis. CHRYS. tomo 5. de incomprehensibili Dei natura, qui continet gyrum terræ: attende quid dicat & repete animo omnes gentes, insulas omnes, omnes nationes, quas numero comprehendere non est, omnia genera animantium, domus, stirpes, omnes montium moles tam facile cum terra continet, Deus quasi nihil contineat, omnes gentes instar guttæ quæ de stula cadit, ait esse propheta, dic quæso quantula huius guttæ particula tu sis? qui Deum, cui vniuersæ gætes pro stilla stulæ habentur, scrutaris, & examinas. ATHAN. de vniuersa substantia. s. Trinitatis in fine putat etiam his verbis significari, neminem, aut in cælo, aut in inferno posse fugere deitatis immensam magnitudinem, aut ab ea se occultare, cui vniuersus orbis terrarum (vt hoc loco ait Esaia) vt stillicidium deputatus sit, aut sicut spuma gracilis, qui continet circulum terræ, & eos qui habitant in eo sicut locustæ, qui omnia continet interius, exterius, & vbique presens est. Sic hæc ATHAN. Vnde hæc omnia Plato, Platonicique sunt mutuati, si quidem PLOTIN. Enneadis 6. lib. 4. cap. 2. dubitamus (ait) quomodo Deus per omnia extendi, & attingere omnia queat, quod hoc vniuersum putamus magnum, ipsum Deum paruum. Contra autem est, hoc vniuersum paruum est, & ipse Deus magnus: Quamquam Plotinus illa disputat non eo ingenio, quo cætera solet. Sensus ergo est: An non intellexistis quod reuelatum est nobis Deum fundasse terram in medio aere pendentem solo verbo? & fecisse, & continere omnia tanta facilitate quasi nihil fecerit, aut contineat? & ipsum immensum esse, hanc molem huius machinæ vt rotam antelucanum esse, si eam cum Deo conferas.

Qui extendit veluti nihili calos, & expandit eos velut tabernaculum ad habitandum. Qui statuit quasi cameram cælum, & extendit quasi tabernaculum ad habitandum.

Qui extendit veluti nihili calos. Pro nihilo Hebraicè est פתך cadoq, sicut doq, quod D. Hieron. reddidit, veluti nihili, quia פתך, sit tenuissimus puluis, qui vt inquit D. Hieron. vento raptante sæpè in oculos mittitur, & tam tenuis est, vt sentiat quidem, non videatur tamen. & idè à D. Hieronymo redditur veluti nihil, eo sensu quo dictum est ex D. CHRYS. qui fecit terram tantæ magnitudinis, facilitate tanta, quasi faceret pulueris atomum tenuissimam. Quod D. Hieron. reddidit: Quasi nihili faceret. Lxx viri verbum Hebraicum פתך, reddidere vt nauis quæ. i. tanquam opus summa arte excusum & elaboratum & summa arte rotundatum quod פתך, contundere est, & extenuare: vnde פתך, rem significat excusam & extenuatam & ita reddidere Lxx viri vt nauis quæ, quod verbum Latinus interpres reddidit, quasi cameram, relicto opinor verbo Græco, quod Latinè vno verbo exprimi non posset. Porro פתך, significat quædam summa arte laboro: & studiose, & summo conatu, vt docet Isychius, vt Deo dicatur cælum fecisse solo verbo, tanta, tamque admirabili fabrica, quasi summa arte, & summo studio elaborasset. Itaque quod Hebraicè est [qui extendit cælum] פתך, i. sicut rem excusam, & extenuatam, interpretati sunt Lxx viri. i. sicut rem extenuatam summa arte, & studiose excusam, & elaboratam. id enim camara significare potest à verbo camareuo. i. summa arte elaboro, & doq. idem significare potest à verbo Hebræo, daqua. i. contundo, & extenuo. Significat etiã camara vox Græca (vt docet Isychius) zonas, vt huc quoque alluisse videantur Lxx viri, vt fecisse Deus dicatur solo verbo cælum, quasi summa arte extenuatum in zonas, & elaboratum summo studio, in signa, & mensuram diei, horarum, mensis, & anni, reliquarumque rerum quas Astronomi tractant: nam camara authore eodem Isychio significat etiam columnas quibus descriptio Asiæ totius, vrbium, & viarum mensuræ continerentur. ergo quod Hebraicè est, extendit cælum tanquam excusam rem, vel extenuatam interpretantur Lxx viri. i. tanquam rotundatam, tanquam excusam, & extenuatam, in zonas. s. & in varios motus syderum mensuras varias, idque solo verbo, hæc sic esse intelligas si Græcam lectionem cum Hebræa contuleris.

tuleris, vsus Augustini canone, qui hoc facere iubet. Ex vtraque enim lectione quo sensu accipienda sit Græca dictio, & Hebræa intelliges: is enim sensus est accipiendus, qui vtrique congruit. B A S I L. homelia. i. in hexameron: Esaias (inquit) nunc scribit: Qui firmavit cælum vtrumque, hoc est tenuem quandam naturam, & non solidam. & de figura rursus, Qui statuit cælum quasi cameram. & D. Basilium quod lectionem Græcam non contulit cum Hebræa, cameram ad figuram tantum retulit. si Hebræam vocem excussisset, & contulisset cum Græca, ad ea quoque, quæ diximus, erat relaturus. quod verò negat cælum solidum, etiam si tenuissimum vtrumque, nescio quomodo possit coherere. Plato secus putat, & Platonici, qui quinto corpori de disse Deum aiunt terram soliditatem, & ignis splendorem, vt discas ex Plotino Eneadis 2. lib. 1. cap. 7. quãquam locus ille minus bene sit versus Latinè. alioqui nec possent rotari tā celerimotu, neque numero esse distincti, & stellas habere fixas. Lege eundem Basilium homelia 4. in principio. Lege AMBROS. Hexameron lib. 1. cap. 6. vbi pluribus hæc omnia enodat.

D. HIERONYMVS

Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, Iudices terræ velut inane fecit, & quidem nec plantato, nec sato, nec radicato in terra trunco, repente flauit in eos, & aruerunt, et turbo quasi stipulam auferet eos.

THEOD. sic Senacherib, sic Nabucodonosor, sic innumeros alios sustulit Dominus, significatque Propheta non dimensam esse potentiam Dei operibus, multo maiora potuit. voluntate sola fecit, quæ fecit omnia. Nam (inquit propheta) omnia quæcunque voluit Deus fecit, non quæ potuit omnia, sed quæ voluit, potuit enim multo plura facere, fecit autem quæ rectè se habere iudicauit. Itaque Theodoretus putat significari à propheta his verbis immensam Dei potentiam, & magnitudinem, quod voluntate sola fabricauerit hanc rerum machinam tam admirabilem & solo verbo, voluntate sola regna, & auferat & reges potentissimos faciat, & tollat de medio, nullo negotio, sed tanta facilitate reges faciat potentes, & auferat, quasi nihil faciat, & regna det, quasi nihil det, & quanta facilitate illos fecit reges, tanta facilitate illorum tollat imperia. [nec plantato, nec sato, neque radicato in terra trunco eorum]. i. non nascuntur principes, & iudices, aut terra, aut elementa veluti ex semine aliquo in terrâ iacto, sed ipse Dominus ex nihilo omnia fecit, & ex stercore eleuat pauperem, & principem facit. Quod idem verba Lxx significant [non plantabuntur, neque serentur, neque radicabitur in terra radice eorum]. i. fecit Dominus hæc omnia de nihilo, non de materia aliqua hæc produxit, aut de semine aliquo plantato, aut sato, vt sic hæc orta putemus, vt oriuntur messes, & segetes, vt putabāt veteres philosophi, qui de principijs rerum naturalium disputabāt, qui orta omnia putabāt materia, cōcretionem, discretiōem, & alijs nugis, quas cōminiscebātur. [Repente flauit in eos, & aruerunt]. i. quanta facilitate fecit reges, & principes, tāta illos tollit facilitate. Sic videtur THEOD. hunc locum interpretat, vt facilitate faciēdi ppheta hoc loco pponat, quæ Deo omnia fecit & faciat, vt inde magis quæ ex magnitudine operum, eius excellētia appareat, & maiestas. fecit enim (inquit Theodor.) quæ voluit, potuit autē multo plura facere. fecit verò quæ rectè se habere iudicauit. [Qui dat secretorum scrutatores] Hebraicè est יְהוָה, quam vocem Hebræam Lxx viri, & omnes Hebræi reddunt principes, & reges, eo sensu quo dictum est. D. Hieronymus reddidit secretorum scrutatores, quod vox Hebræa id quoque significet, vt monstrauimus in caput 24. in illa verba: Secretum meum mihi, neque est quod putemus. D. Hieronymus sic interpretatum, quod יְהוָה, Chaldaicè significet secretum, sed Hebraicè id quoque significare ostendimus. Fortasse D. Hierony. vna litera minus legit, vt est in plerisque locis in codicibus Hebræis duplex lectio, & fortasse legit sine, ה, & secretorum scrutatores appellat augures, prophetas, sapientes, philosophos, reges ipsos, quos Dominus dat, & tollit. Illud maioris momenti, quod varie dispuncta Hebræa lectio est à D. Hieron. & à Lxx viris. D. Hier. sic dispunxit: Qui dat secretorum scrutatores, vel qui dat principes quasi non sint. & hinc apponit distinctionem, Rursum nouo principio: Iudices terræ velut inane fecit: hoc sensu, qui tollit reges, & principes

LXX VIRI.

Qui dat principes in nihilum regere, at terram quasi nihil fecit, nec enim plantabuntur nec serentur, nec radicabitur in terra radix eorum: flauit super eos & arefacti sunt & tēpeestas quasi stipulas assumet eos.

A potentissimos, nullo negotio quasi nihil faciat, & facit vt nihil sint, & in nihilum recidant, vt Nabucodonosorem, & Senacheribum, & alios innumeros (vt ait Theodoretus) Lxx viri sic distinguunt: Qui dat secretorum scrutatores vel principes quasi non sint iudices: & hic apponit distinctionem, id enim significarunt cum veteres, qui dat principes in nihilum regere. i. qui auferit imperia principum, & eos qui moderabantur regnis, & imperijs, facit vt non regant regna, & imperia, vt nihil regant, id enim est in nihilum regere, quod Lxx viri dixerunt Græcè ἄνωγον. i. in nihil imperare, vel in nullos habere imperium, Hebraicè יְהוָה יִשְׁרָאֵל. i. in nihil iudices vel vt non non sint iudices, vt sit sensus: qui dat principes vt non sint iudices (hoc est) qui facit principes vt non sint principes, nam Hebraicè non est vox illa quasi. Vnde in translatione D. Hieronymi non est accipienda pro aduerbio similitudinis, sed pro aduerbio significante veritatem ipsam (vt in illo) gloriã quasi vnigeniti à patre. Sic distinguunt ergo Lxx viri, & rursus nouo initio: Terram velut inane fecit, quod nomina Hebræa sunt indeclinabilia, & quod Hieron. patrio casu vertit terram, Lxx viri casu accusandi reddidit, terram, vt esset: terram velut inane fecit, pro quo dixerunt, at terram quasi nihil fecit. Sed obijciunt Iudæi, יְהוָה esse in regimine (quod aiunt) & necessario sequentem casum patrium esse debere, vt legatur, iudices terræ: sed res nota est (quod supra diximus) à nominibus pluralis numeri auferri per apocopen, ה, finalem, & tunc tale nomen accipere terminationem pronominis primæ personæ, nam puncta docti pro re, & pro loco addunt, detrahunt, vt nos cum dicimus: Venimus adorare eum, correptè enunciamus præterito tempore, neque nos mouet accentus flexus ab indoctis super scriptus, vt non correptè præterito tempore proferamus. Quæ de re pluribus dictum est in disputatione de translationibus. Ergo Lxx reddunt: Terram vt nihil fecit. CHRYS. tomo 5. de incomprehensibili Dei natura (vt supra dictum est) sic explanat hunc locum: Qui fecit terram quasi nihil, tam ingens corpus, tam arduum, animaduerte quot montium moles, quot gentes, quot stirpium, quot quadrupedum, reptilium, quot denique animantium genera dorso sustineat tellus, hanc talem, tantamque Deus molem facile adeo condidit, vt propheta, quod ne exemplum quidē tantæ facilitatis haberet, perinde ac nihil factum tradiderit. Ergo CHRYS. non solum putat exprimi hoc loco magnitudinem huius machinæ, sed modum creationis, vt ex admirabili rerum fabrica, & facilitate cōdendi dignius quid pro virili nostra de Deo intelligere possimus. AMBROS. hexameron lib. 1. cap. 6. mirabiliter hunc locum interpretatur. Lege totum caput attentè.

D. HIERONYMVS.

Et cui a similitudinis me, & adæquastis, dicit sanctus? leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc.

LXX VIRI.

Nunc ergo, cui me a similitudinis? & exæquabor eis dixit sanctus: Eleuate sursum oculos vestros, & videte quis fecit hæc omnia.

CLEMENS. Alexandrinus Stromatō lib. 6. hunc locum interpretatur, & obiectiones hæreticorum citat, qui magos, & cantatores nobis obijciunt, quorum excitationibus multa fiunt à demonibus, inter quæ, & illa sunt, quæ in Aegypto aduersum Moysen maleficorum carminibus facta sunt. Quomodo ergo Deus hoc loco se solum authorem, & opificem rerum omnium dicat, neque cuiquā similem, aut adæquandum? Soluit dubium Clemens Alex. quod Christus Deus Sabaoth dicitur, & Deus virtutum, & quod etiam si sint potestates aëriæ, & Angelorum hierarchia, potestates, virtutes, dominationes, ipse Dominus est Deus Sabaoth. i. Deo potestatum, virtutum, & dominationum, sub cuius ductu omnia fiunt, & admirando, & occulto consilio quædam permittuntur potestatibus tenebrarum. Lege E V S E B. de præparatione euangelica lib. 3. eo capite vbi refellit allegorias Aegyptiorum, & Græcorum. Dixi Chrysostomum de incomprehensibili Dei natura hunc locum interpretari sic: Si omnes gentes, & omnia quæ sunt in conspectu meo sunt veluti gutta cadi & ros antelucanus: Si hanc fabricam tam admirabilem tanta facilitate feci, quasi nihil facerem, cui me a similitudinis? (hoc est) cur alios Deos colitis, & alios Deos mihi exæquatis? & cur tantam magnitudinem simulacris comparatis, & idolis? Pudet dicere (quod supra dictum est ex Chrysost.) quod vitijs post putamus magnitudinem tantam, more gentium infidelium: nam cum Venerem, & Priapum, & Plutum, & alia sceleratissima numina colebāt, quid aliud quam vitia colebant? nisi putas aliud esse Venerem & Priapum, quæ libidinē, & scortationē, quæ si non verbis, re ipsa

bis, re ipsa pro numinib' apud plerofq; sunt: Quid aliud Bacchus quam ebrietas est & crapula A
tio? quid aliud Deus Plutus quam opulentia, & avaritia? an non hec plerifque sunt numina? no
verbis quidem, sed quod magis abominandum est, re ipsa. Ex hoc loco philosophi mutuati
sunt illa quibus Cicero vitur de aruspicum respōsis Quis, enim est, qui cum oculos in cælum
sustulerit Deum esse non sentiat?

D. HIERONYMVS

Qui educit in numero militiam eorū
Es omnes ex nomine vocat, præ multi-
tudine fortitudinis Es roboris, virtutis
que eius ne vnum quide reliquū fuit.

LXX VIRI.

Qui adducit iuxta numerum or-
natum suum, omnes in nomine
vocabit à multa gloria & in robo-
re fortitudinis nihil à te abscondi-
tum est.

AVGVVS. epistola 28. ad Hieron. hunc lo-
cum Esaiæ ad motum stellarum refert, & ad cursum ornatissimū, & ordinatissimū, quē
si sentiremus, delectatione incredibili mulceremur. [Qui educit ergo in numero militiam eo-
rum] quod Lxx interpretantur. i. ornatum ipsorum astrorum .s. & syderum, de quibus præ-
cessit mentio, qui mouet sydera, & astra, tanto ordine, & tam admirabili, & eo numero, &
harmonia vt eum concentum reddant, qui sit maximè admirabilis: vt hoc quoque addat pro-
pheta superioribus ad declarandam Dei magnitudinem immensam, & omnipotentiam admi-
rabilem qui hanc fabricam tantam, tanque admirabilem solo verbo fecerit, tot astris distin-
ctam, tanta varietate motuum, tanto sonorum concentu insignem, vt admirari nulla creatura
fatis possit. Nam Augustinus non morari videtur rationes Arist. qui putat nullum sonum red-
di cælorum motu, quali necesse sit si aër sonum reddat, nullū aliud corpus sonum reddere, aut
euincere vlla ratio possit nullum aliud corpus perspicuum esse, quod aer sit perspicuus, quasi
vero quantum corpus non sit tenuius aere, vt reddere sonum possit, aut quasi deprehenderit
Arist. inter orbis cælestes vacuum esse, quod ipse refellit, aut tam fixum, & stabile sit sonū na-
ci ex aeris percussione vt nullius alterius corporis motu sonus reddi possit, cum præsertim Plo-
tinus, & alij Platonici definitionem sonitus quam reddit Arist. subuertant [In nomine voca-
uit, à multa gloria] Deus tantæ gloriæ, & tantæ maiestatis est, vt infinitum stellarum nume-
rum & creatur, & nomine cognoscat, & moueat miro ordine [& in robore fortitudinis neque
vnū reliquū fuit.] PLATO 10. de legibus vbi de Deo disputat, & quod vnus sit Deus, & quod
omnia fecerit, omnia gerat, omnia gubernet (nā hinc videtur totum illum compilasse librū)
probat multis rationibus, nullam rem tam tenuem esse, ne vermiculum quidem tenuissimū,
aut herbulam minimam cuius Deus curā non habeat, & quam non cognoscat, non gubernet,
non administrat. Itaque Lxx seniores quod D. Hieron. vertit [neque vnum reliquum fuit] vt
referretur ad astra tantum, vt nota esse omnia dicerentur Deo, quippe ab eo facta, & governa-
ta, vertere Lxx nihil à te absconditū est, vt nō solum ad astra referretur, sed ad omnia, essetq;
sensus, esse (videlicet) tantum robur fortitudinis Domini vt nihil prorsus illum lateat. & qui
posset latere? nihil est quin à Deo habeat ortum: si est à Deo est: si non cognosceretur à Deo,
nec esset Quod Irenæus Ipsychius & alij patres adnotant Lxx viros non sententijs solum, sed
verbis etiam frequentissimè cum litteris euangelicis & apostolicis concordare, quod signum
putant instinctu spiritus sancti translationem Lxx esse factum, illud adnotari potest tran-
slationē Lxx virorū esse ἀπὸ πολλῶν δόξων ἐν κέρτατοις λόγοις .i. à multa gloria in robore fortitudinis, & D.
Matthæum cap. 24. de Christi aduentu partē eius expressisse *μὲν δὲ ἀνεμάσας καὶ δόξων πολλῶν*, partē ve-
ro D. Paulū ad Ephesios. 6. *ἐν κέρτατοις τοῦ λόγου ἀνταύ*, in robore fortitudinis eius.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quare dicis Jacob, et loqueris Israel
abscondita est via mea à Dño, Es à
Deo meo iudicium meū transiit: Nū
quid nescis, aut non audisti Deus sem-
piternus, Dominus qui creauit termi-
nos terræ? non deficiet, neque laborabit,
neque est inuestigatio sapientia eius.

Ne dicas Jacob, quare loqueris Is-
rael abscondita est via mea à Deo et
Deo meo iudiciū abstulit, et recessit
et nūc nō nosti, si non audisti, Deus
sepiterno, Deo est qui fecit extrema
terrę nō esuriet neq; laborabit. nō
est inuestigatio sapientia eius.

CYRIL.

CYRILL. in Genesim lib. II. in illa verba: Dixit Laban ad Iacob: quoniam frater meus es,
quoniam proprium (inquit) diuinæ naturæ est vt quęcunque voluerit, sine vilo labore af-
fequi possit (vt ait Esaias) non esuriet, nec laborabit. &c. Nulla enim re, diuina natura eget, sed
perfectissima in se ipsa est cum vires extrinsecus ab aliquo non acquirat, nec, vt corpora so-
lent, ita, & ipsa cibo, potuque roboretur, sed ex se ipsa perfectissima, potentissimaque sit. Qua
propter, & cælos firmat, & vim alijs quibus volet tribuere potest. Itaque ex his Cyrilli verbis
erit sensus huius loci, quod populus Israel putabat se posse latere, & non videri à Deo, & Deū
oblitum esse iam sui. Nescis o Israel Dei sapientiam esse immensam, nihil eius fugere conspe-
ctum, omnia ante oculos habere. Vnde apparet non male vertisse Lxx in textu superiori: nihil
à Deo absconditum esse. Vnde Platonem diximus mutuatum quę scripsit 10. de legibus libro,
vbi disputat an quicquam Deum possit latere, & concludit etiam minutissimarū rerum Deū
habere gubernationem, neque esse posse quicquam quod nō faciat Deus, & gubernet. Mutua-
tusque etiam est ex hoc loco, quæ ait propheta: neq; cum omnia gerat, & administrat labora-
re Deum, aut defatigari, neque rerum omnium creationem, & gubernationem laborem Deo
addere, sed sine vilo labore omnia facere, & regere, quod ipse sit essentialiter (vt ita dicā) ipse
intellectus, ipsa sapientia, ipsa omnipotentia. Vnde quęcunque sapientia, quicunque intelle-
ctus, quęcunque potentia habent vt sint sapientia, intellectus, potentia, neque est intellectus,
aut potentia, aut sapientia circumscripta vllis terminis, sed immēsa, infinita [o Iacob ergo, o
Israel quare loqueris, & dicis: abscondita est via mea à Domino] .i. iam Dominus, nec videt,
nec curat vias meas [& à Deo meo iudicium meum transiit] .i. iam recessit à me Deus, non
iudicat me, non curat me [nunquid nescis, & nō audisti?] hoc est, an hoc ignoras? [Deus sem-
piternus] .i. Deus principium rerum omnium est, omnium opifex, & effector, solus enim Deus
est sempiternus, & principium rerum solum æternum est, actus purissimus, ipse intellectus,
ipsa sapientia, & sicut homini essentielle est esse animal rationale, neque defatigatur cum est id
quod essentia est: sic Deo essentialis est ipse intellectus, ipsa omnipotentia, neque defatigatur
omnia potens, omnia intelligens [neque est inuestigatio sapientia eius] id enim significat ver-
ba illa [non deficiet, neque laborabit] vel, vt Lxx vertere, non esuriet, neque laborabit, quod
C verbum Hebræum vt runque significat deficiet, & esuriet: Non deficiet ergo vel non esuriet
.i. vt nos non laboramus vt sumus id quod sumus essentia, ita Deus non laborat, vt sit quod est
essentia, & actu intelligens omnia, & infinitus intellectus, actu potens omnia, & immensa o-
nipotentia, neque esuriet (hoc est) nos reficimur alimētis, alioqui nostra natura deficeret: Deus
non laborat in intelligendo, gubernando, creando, nec vlla re eget vt dixit C Y R I L. sed per-
fectissimus in se ipse est, cum vires extrinsecus ab aliquo non acquirat, neque vt corpora so-
lent, ita, & ipse cibo, potuque roboretur, sed ex se ipso perfectissimus, potentissimusque sit.
D. ATHAN. de assumptione hominis lib. vno, cum de fame Christi, & laboribus, & pas-
sione disputasset: vtum (inquit) Christus in quantum Deus hæc passus, an in quantum homo?
si in quantum Deum, dicas hæc vniuersa perpessum, occurret tibi Esaias reclamans, Deus æter-
nus qui fecit extrema terrę, non esuriet, neque laborabit: Vides quia Deus non esuriet vnquā,
qui vniuersa ex nihilo cōstituit. Lege EPIPH. lib. 2. de epistola Arii, vbi refelluntur qui hoc
loco vt ebantur perperam, & aiebant, non esuriet, inquit Esaias, nec sitiet, & non est inuestiga-
tio sapientia eius: in Euangelio dicitur quod esuriuit, & sitiuit Dñs, & defatigatus est. Diluit
D Epiphanius hoc dubium, quod Esaias de Christo loquitur secundum diuinitatem, in illis locis
euangelicis secundum humanitatē de eodē Christo sermo est. Idem ait Epiph. in Ancyroto.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Qui dat lassō virtutem. Quidat esurientibus fortitudinem, & non
dolentibus mærorem.

Hic locus variè intellectus
est à D. Hierony. & à Lxx
merorem
robur eis quibus non est & fortitudinem esurienti Dans
lasso
viris. D. Hierony. tantum putat
significari his verbis omnipotē
tem Deum dedisse gentibus fortitudinem cælestem, quæ gentes erant lassæ, & famelicę rerū
diuinarum, cum eis nullus esset cibus spiritalis, vt descripta sit vsque adhuc Dei immensitas,
& omnipotentia: addaturque pro clausula, hæc omnipotentia immensum illum Deum gen-
tes, quæ expertes erant cognitionis Dei, vocasse ad fidem: ludæos, qui charismatis spiritalib' abunda

bundabāt exclusisse: hoc enim significant illa verba [Qui dat lasso fortitudinem] qui dat fortitudinem gentibus, & nationibus lassis defectis viribus spiritualibus vsque ad illa tempora, & debilibus in vita spiritali. Deinde orationem sequentē eiusdem sententiæ esse putauit, neq; eā vertit, nā interpretatus videtur sic verba sequentia: 1, & supple dat: 1, eis quibus non est, forma receptissima dicendi apud Hebræos: 1, robur, vt sit totum, & dat eis quibus nō est robur aut fortitudinem (hoc est) qui dat fortitudinem, quibus non erat fortitudo: & cum hęc oratio idem significaret quod præcedens, qui dat lasso fortitudinem, sat habuit semel dixisse. Lxx viri, pro lasso, reddidere, esurienti, & vertere: Qui dat esurientibus fortitudinem, nam dictio Hebræa lasso significat, & esurientem: Secundam orationem alterius sententiæ esse putarūt, sic enim sunt interpretati: 1, & supple dat: 1, quibus nō erat: 1, mœrorem quod hęc vox Hebræa, & robur significet, & mœrorem, vt sit totum: & dat quibus non erat mœrorem, Deus omnipotens dat mœrorem eis quibus non erat mœror, & sic vertere hęc omnia: qui dat esurientibus fortitudinem, & non dolentibus mœrorem qui dat gentibus, quæ erant famelicæ rerum diuinarum fortitudinem spiritalem [& dat eis quibus non erat mœror] iudeis qui gaudio spiritali fruebantur ante quam repudiarent Christum & carebāt tristitia spiritali, dat (inquam) eis tristitiam spiritalem, vt sit idem cum illo: Esurientes impleuit bonis, diuites dimisit inanes, famelicis dedit diuitias: quibus non erat fames, summam famem.

D. HIERONYMVS.

Et robur multiplicat.

Hoc non vertere Lxx viri quod putarunt eiusdem esse sententiæ cum superioribus: nam dictum est ex Epiphano, & alijs patribus, solere Lxx quæ geminata sunt, omittere [Robur ergo multiplicat Dominus]. i. maio rem gratiam dat leginouæ: multiplicat robur cælesti legi euangelicæ.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Esurient enim iuniores, & laborabūt adolescētes, & electi infirmi erunt.

CYRILL. exclusionem iudæorum his verbis significari putat: deficient pueri, vel deficient iuniores. i. iudæi quib⁹ viuuda virtus spiritalis erat, & iuuenes, quod interpretatur Lxx. i. adolescentēs, & electi, qui olim erant robusti robore spiritus sancti, & electi in populo Dei laborabunt. i. esurient: & cadent in infirmitate. i. amittent omne robur spiritale, nam Græcè vertere Lxx 1, 1, electi, sine vilo robore erunt, spiritali. f. Quod vt ait Cyrillus orbauere se omni robore, & omni bono, quod non receperunt Christum qui est panis viuus qui de cælo descendit, qui est omne robur, & omne bonum manere sine vilo robore, sine vilo bono spiritali, & cælesti. THEOD. tantum putat hęc omnia cum superioribus significare illud Annæ, Dominus mortificat, & viuificat, Domin⁹ pauperē facit, & ditat, humiliat, & subleuat, quod est idem cum illo: Esurientes impleuit bonis: diuites dimisit inanes.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assumēt pennas sicut aquila, current, & non laborabūt, ambulabunt, & non deficient. At expectantes Deū mutabūt fortitudinem, assumēt alas quasi aquilæ, current, & non laborabunt, gradientur, & non esurient.

PROCOP. Qui in martyrio continentur Deum, hanc imbecillitatē humanam qua patiuntur, & cruciantur, in vitam commutabunt angelicam, & producent alas, quibus celerrimo volatu cælum petant [mutabūt ergo fortitudinē] cum imbecillitate. s. i. ex imbecillibus mutabūt in fortes, & ex vitiōsis fient robusti, & sanctissimi (nam vitiū dicitur imbecillitas apud Platonem, & fortitudo omnis virtus) de hac forma dicendi scripturæ, pauld pōst dicendum erit. THEODOR. sanctis martyribus, & fidelibus ingenerabit Deus alas, & similes efficiet cælestibus potestatibus, angelis, & archangelis, quibus alas dat scriptura sacra. Quod sequitur [current, & non laborabunt] Cyrillus, prompte viam diuinæ pietatis conficiet, quod Christus pectora illorum fortitudine compleat. ORIGEN. in Matthæi cap. 24. tractatu 30. explanat aquila

Anat aquilas esse Christi discipulos: Pennigerabunt (inquit) sicut aquilæ, tale est quale illud Solomonis in prouerbijis, paratæ ei pennæ sunt sicut aquilæ. Et HILAR. in psalm. 138. in illa verba: Quo ibo à spiritu tuo? Pennigerabunt (inquit) sicut aquilæ. i. volaturi in cælum pennas aquilæ sument in resurrectione sanctorum. Eodem modo interpretatur AVGVST. epistola 79. ad Ilychium. Current ita vt cursum nullus subsequatur labori, nulla defatigatio, & sic cælum petent, & alarum generatio, ad corpus spiritale pertinet resurrectionis bonorum. AMBROS. officiorum lib. 3. sub finem, quærit, cur qui Dominum sequantur, non laborent? Quia (inquit) anima, quanuis fatigata, quanuis ægra quæsierit Christum, dicit, non laboraui sequens post te, neque enim laborat anima quæ Christum sequitur, cum laborantes ad se vt requiescant, euocet: Venite ad me omnes qui laboratis, & inuenietis requiem. Ita in Esaia: Qui expectant Dominum current, & non laborabunt, nempe quod ipse Christus sit requies. Hinc PLATO. mutuatus est in suum Phœdram, quod de alis scribit, quæ animis virtutum ornamentis præditis, Dei amore flagrantibus protuberant, & nascuntur, quibus cælum petunt, vt appareant omnia diuina, quæ in Platone sunt, ex literis sacris esse delibata.

IN ESAIAE CAP. XLI.

Hieronymus in commentarijs docet, iudæos totum hoc caput ad Abrahamum referre: quosdam verò ad Cyrum, dum ne quis dicat hanc chartam sonare Christum, facile feret iudæus, vt quæ velit, quisque turbet. Nostri ad Christum referunt, cum nostros dico, veteres patres intelligo. Nam nescio quo appellem nomine eos qui admoniti à D. Hieronymo, errorem iudæorum esse, vt referant ad Abrahamum aut Cyrum, libenter tamen in iudæorum turbam concedunt, quos sibi proposuere duces ad interpretandas scripturas, nec semel aut bis, sed ferè semper. Nec morantur D. Paulum, qui velamen positum super oculos iudæorum ait, neque memoria repetunt Dominum appellasse illos cæcos, & cæcorum duces. Nos viam illam, quæ veterum patrum vestigijs trita est, sequamur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Taceant ad me insulæ, et gentes mutant fortitudinem. Innouamini ad me insulæ, nam principes mutant fortitudinem.

Hieronymus insulas interpretatur, Gentes infideles, quas Dominus iubet tacere. i. tacite audire siue cogitare, nam id quoque verbum Hebræum significat, id est, attendere attentè quæ Israëli dicantur de Christi aduentu. THEOD. insulas, ecclesias vocat, quod vt insulæ tumidos fluctus maris excipiunt & frangunt, sic ecclesiæ persequentium tempestates, & procellas perferunt, Et supra petram. i. Christum, sunt collocatæ. CYRIL. Insulas, ecclesias nominat, quæ mundi huius turbulentibus circumfidentur, & insurgentibus contra eam fluctibus feriuntur, stabiles & immobiles, quod fundatæ sunt supra petram. i. Christum. PROCOP. Insulas, ecclesias dicit, quod supra saluos huius maris. i. huius mundi fluctus eminent, eosque despiciunt, sitæ & collocatæ super petram. i. Christum, & percussæ fluctibus immotæ manent, quæ iubentur (inquit) audire & tacere, vt obtemperent euangelio. Nam THEOD. & AQVILA. verterunt vt D. Hieronymus. [Taceant ad me insulæ] i. ad prædicationem euangelij sint tacitæ & attentæ, inquit Procopius. iudæi ad Abrahamum & nationes infideles hęc referunt, & quod Hebraicè sciunt, faciunt quibusdam ex nostris fidem: Quando ergo hęc controuersia orta est, accedant velut honorarij arbitri Lxx seniores, qui sic vertère: Innouamini, vel, renouamini ad me insulæ, id est, ad nouitatem vitæ transite, vt interpretantur CYRIL. & PROCOP. veterem errorem relinquentes. Addit PROCOP. alios interpretari, Innouamini insulæ prauas cupiditates & vitia, quæ vestris animis sunt inueterata, euellite: Exuite veterem hominem, induite nouū, sicut tinctæ

tin&æ meo sacro baptisate. Hebraicè est ושריפין, quod verbum, tacete, vertit Theodotio, & Aquila, quos sequutus est D. Hieronymus. Symmachus, referente Procopio, reddidit arate, & pro, Arate vos ad me insulæ, edidit, seruite mihi insulæ. Putauit enim Symmachus cum Dñs dicit: Arate ad me insulæ, significare, seruite mihi insulæ. Melius Lxx viri, etiam si accepisset hoc intellectu verbū Hebræum pro, Arate ad me insulæ, reddidissent: Innouate vos ad me insulæ, facta de more metaphrasi ex illo Oseæ. 10. Innouate vobis nouale, tempus requirendi Dñm. i. quia est tempus vt veniat Christus, qui docebit vos iustitiã, vt interpretatur D. Hieron. in comment. Et ex Hierem. 4. vbi iubet propheta ludæos arare se & euellere spinas, & nouare noualia. i. parare se ad Christi aduentū, vt ego de sententia sanctorū interpretor, ducta metaphora ab agris ad recipiendos fatus spiritus sancti. Si sic ergo Lxx essent interpretati ex Oseæ & Hieremia doctius multò Symmacho reddidissent. Verū Lxx hoc verbum Hebræū ושריפין, accepere pro ædificare, & reddidere: Aedificate vos ad me insulæ: quod conuenit cū illo D. Pauli ad Ephes. 2. Ergo iã non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorū, superædificati super fundamentū apostolorum & prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templū sanctum in Dño, in quo & vos cogædificamini in tabernaculū Dei in spiritu. Cōuenit etiã cum illo D. Petri. 1. epist. cap. 2. ad quæ accedentes lapidem viuū ab hominibus quidem reprobātū, à Deo autem electū & honorificatū, & ipsi tanquā lapides viuī superædificamini domus spiritualis in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Ad hanc ædificationem ergo, iuxta translationem Lxx vocantur insulæ. i. ecclesiæ ex Gētibus. Sic enim reddidit Lxx: [Aedificamini ad me insulæ] i. coædificamini mihi in domū spiritalem, & in habitaculū Domini in spiritu. Et de quatuor ושריפין. i. artificibus, & fabris, hoc est, de quatuor euangelistis, leges apud Zachariam satis fute cap. 1. qui ædificant Hierusalem. i. ecclesiam sine muris, à mari vsque ad mare. vbi hoc idem verbum reperies, nam charisim, ædificatores, ab hoc verbo ושריפין, dicitur. De hac ædificatione, quæ ædificatur in templum Dei è lapidibus viuīs constructum, leges apud AVGV. in psal. 111. Quod autem tempestate Lxx virorum obscuram erat: Aedificamini ad me insulæ, quod de hoc ædificio spirituali non confiterat inter ludæos vulgò; planioribus verbis expressere id Lxx iuxta Canonem præscriptum ab Origene. & Procop. quomone mur Lxx viros solere, quæ obscura sunt, dilucidioribus verbis explicare: cui rei accedit illud, quod hoc libro sæpè annotamus, solere Lxx viros explicare typos scripturæ, & ita, pro, Aedificate vos ad me insulæ. i. ædificate vos domum spiritalem ad me insulæ, dixerunt: Inponamini ad me, vt nouum testamentum innuerent, & nomine ipso canticum nouum noui testamenti nobis in memoriam reuocarent: simul etiam vt encæniarum, quæ in lege veteri erant multa, typum aperirent. Erant autem encænia, dedicationes, aut noui templi, aut rerum aliquarum nouarum, quæ Deo dedicabantur, vt docet AVGV. in cap. 10. Ioann. interpretas illud Euangelij: Et erant encænia. quando enim aliquid consecrabatur Deo nouum, siue templum, siue aliud, agebantur festi dies, qui dicebantur encænia etiam apud infideles nationes, quæ hunc morem à ludæis erant mutuata. Qui festi dies adeo erant sancti, vt condonarentur crimina facinorosis hominibus, vnde illud Quintiliani: Neque per encænia ducendum scelus primum. i. ridiculum est, si prima scelera condonanda dicamus, quæ aliquis admittit, vt condonantur in festis diebus, quæ encænia vocantur. Erant igitur encænia, festa consecrationis templi, quæ quotannis repetebantur eodem die, quo templum erat consecratum nouum, & erant festa consecrationis rei nouæ cuiuscunque, quæ Deo fiebat, quæ multa erant apud ludæos. Et omnia GREG. Nazianzenus in nouum dominicum, hunc locum interpretans, typos & vmbra huius ædificij spiritualis esse ait, sic exorsus opus illud: Encænia celebrare veteris lex erat, aut potius per typum encæniarum commendare legem nouam. Et infra idem Gregorius: Encænantur insulæ apud Esaiam, vel innouantur insulæ apud Esaiam, insulæ enim ecclesiæ appellat, quæ è falsugine maris infidelitatis non ita pridem emerferant. Et rursum idem Gregorius Nazianzenus inter multa alia encænia veteris legis, quæ encænia, nos docet fuisse typos nostrorum encæniarum. i. innouationum regenerationis sacri baptismatis, & innouationis veteris hominis per legem nouam, citat titulum psalmi 29. cui, idem Lxx seniores, encænisimum domus Dauid, præfixere titulum, cum Hebraicè sit præfixus titulus: De dedicatione domus Dauid. & nominat (inquit Gregorius) innouationem domus Dauid, innouationem

Ationē domus, quæ nos sumus qui Dei templū & vocamur & sumus: nã Dauid dilectus est, & Christus dicitur dilectus, & nos sumus domus Christi dilecti filij Dei, quod idē verbū Hebræū significat, dedicatio domus Dauid, hoc est, dedicatio nostrorū animorū, quanos dedicamus in nouū & spiritale Dei templū. Cuius sententię est etiã BASIL. in psal. 29. in principio. Ergo Lxx (vt discas ex Philone, Iosepho, Aristæa, alienissimis à religione hominibus, nõ solum ex nostris) idē delecti sunt peritissimi legis Mosaicæ, vt eruerent sensus sacros scripturæ, & typos scripturę explicarent. Nos, quoties id faciunt, & de Republ. Christiana, quàm optimè merentur, & apostolica & euangelica verba nobis representant, ludæorū impietate damnant, discrepare eos à lectione Hebræa cōquerimur, & eis vitio damus, quod scripturam interpretentur. Quis vnquã magnis viris hoc vitio dedit, quod obscuritati disciplinarū lucē adferant? referēt abdita & obscura sapiētię dogmata? Nos damus crimini Lxx viris, quod literis sacris ænigmatibus & parabolis implicatis, & tectis, facē præluceant splendidissimã: facem (inquã) euangelicã & apostolicã. Volumus (inquit) textum sacrū ad verbum redditum: habemus textum sacrū ad verbum redditū à D. Hieron. cur quisquã auerferetur interpretationē redditam metaphrasi quadam euangelica, contextã trecentis annis ante prædicationē euangelij, quæ pro commentario scripturæ sit, & refellat ludæorū impia cōmenta? Hi ergo hoc loco, quod obscurū erat, si dicerent: Aedificate vos ad me insulæ, vt scilicet sitis mihi domus spiritualis (vt dixit D. Petrus & D. Paulus) pro verbo illo obscuro, ædificamini, vsi sunt verbo perspicuo & plano illis temporibus, encæniarum. i. dedicate vos in noua templa spiritalia Deo, quorum typi erant encænia, quæ multa erant in lege veteri, vt interpretatur Gregorius Nazianz. loco citato. Pro, ædificate vos, edidit, encæniarum. i. dedicate vos in noua Dei templa, & huius dedicationis agite encænia, hoc est, festa illa celeberrima. Hęc enim sunt vera encænia, verę consecrationes templi, quod vos estis spiritus sancti. Sed nescio quid ludæi, sint subodorati (quorum hic scopus est, vt docent sancti patres, vt ostendimus, vt scripturæ sacros sensus inuertant, & Lxx viris, qui scripturã Græco sermone euangelicè reddidit, aduerferentur) qui largiuntur quidē nobis charisim significare artifices ligni, & artifices lapidis, quod id inficiari nõ possunt, quod 2. Reg. cap. 5. vbi legitur: Artifices lignorū & lapidū: est, Charse, Græcè χερσες, fabros. & Exod. 31. vbi D. Hieron. reddidit ex auro, argento, ære, marmore, & gemmis. pro marmore & gemmis Hebraicè est וחרש, becharset, quod Lxx bis repetitū, reddunt τίς τις διδοὺς τὴν ἐργασίαν τῶν κτισμάτων, ad lapidaria opera, & ad fabrilia: Hebræi interpretantur ad omnē fabrefactionē lapidis, & ad fabrefactionē ligni, & participiū וחרש, fatentur significare idem quod fabricans, & inde deductū nomen instrumenti ad omnē fabrefactionem, & tamen negāt verbū significare, fabricari. Quin vbi Lxx verterunt: Super dorsum meū fabricauerunt, negāt vertendū fuisse, fabricauerunt, arauerūt, aiunt. & Ezechielis cap. 21. vbi D. Hieron. reddidit fabricantū interitū. & Lxx κτισμάτων διαδογάν. i. fabricantū interitū. dispungunt lectionē Hebræã ita, vt nomen sit, & interpretantur artifices corruptionis: & quod mirere magis, fingunt se dubitare vnde dicatur וחרש, artifex, & à cogitando, & à tacendo deducunt, nunquã à וחרש, id est, à fabricando. Sed cum huius significationis habeamus auctores Lxx viros, qui reddunt: Supra dorsum meū fabricauerunt. & ipsos ludæos qui participiū huius verbi non possunt ire inficias, significare fabricatē, & nomina inde deducta, fabros & fabrefactionem, vertant quæ velint ludæi verbū ipsum fabricare significat, cum præsertim Hebræa nomina & verba, vnde nascuntur, semper mirabiliter consentiant, & seruetur ratio analogiæ, nisi vbi Iudæi turbare aliquid conātur. Vnde rectè hæc vertere Lxx: Fabricate ad me insulæ. Idem enim est fabricate & ædificate. Nã Paulus vtroq; verbo vtitur in eadem significatione, & in eodem sensu, quem supra diximus, vt ad Heb. 3. Quanto ampliorē honorem habet domus qui fabricauit illã: Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo, & quod eodem sensu quo diximus hoc loco accipiatur hoc verbū à Paulo declarant verba sequentia, & Moyse quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Quod autem sequitur [Et gentes mutent fortitudinem.] PROC. explanat de sententia quorundam Theologorum. i. Gentes recuperent vires virtutum, exuant veterem hominem, induāt nouū. Sed verbū Hebræum ושמם, quod verbū Hieron. vertit gentes, seu populos, sequutus Symmachum, & alios quos interpretatur Procopius. Lxx aliquando vertunt populos, & gentes, aliquando principes, vt hoc loco, reclamantibus omnibus ludæis. Sed ego omnium facio arbitrium vox hæc Hebræa ושמם, vulgatissimæ significationis est, vt apud nos, populus & natio. & ita vertunt Lxx

De Lxx viris.

Prodiere in lucē iã Hebræa onomastica quæ hoc iã docent וחרש, fabricare est & ædificare.

tunt Lxx multis in locis. Credibile est Lxx suæ tempestatis doctissimos viros, rem vulgatissimam ignorasse & in ea lingua in quantum sunt, cum presertim ita reddant frequenter. Reddunt etiam, principes, Lxx doctissimi homines. Igitur intelligebant significare quoque principes, cum Iudæi nati patrium sermonem optimè nosset. Ergo [principes] i. præcones euangelij, ut interpretatur Cyrillus, quibus illud quadrat capitis superioris, ut inquit Cyril. alas assumunt ut aquilæ, current & non laborabunt: edidère enim admiranda miracula, ut testantur Acta apostolorum, fuere maiores antiquis prophetis, quippe discipuli nostri seruatoris, maiorique spirituali potentia præditi, quam propheta. THEOD. principes appellat præcones veritatis, alios ex alijs factos post vocationem. i. qui mutauère fortitudinem, & recepère vires spirituales, nã mutauère fortitudinẽ cū imbecillitate vitiõrum, & cū prauarũ cupiditatũ incendio. Cõmutare robur spiritus sancti cū imbecillitate est, relicta imbecillitate vitiõrum, & relicto incendio prauarum cupiditatum, accipere robur & fortitudinẽ spiritus sancti: quod dixit Theodoretus, alios factos ex alijs, & spiritales sic effecti pennigerant, ut dictum est in fine capitis superioris. i. alas producunt, quibus in cælum euehuntur, & dicunt: Nostra conuersatio in cælis est. Hæc est interpretatio aliorum sanctorum, quam verissimum esse euetus ipse comprobat. Mitto Hebraismos & ineptias Iudæorum, quasi non hoc & Hebraicè, & Græcè, & Latinè dicatur, ut illud apud Ciceronẽ: Cũ patriæ charitate constantiæ nomen commutaret. i. relicta patriæ charitate voluit haberi constantis: ita apostoli postquã ad Christum accesserunt, cū imbecillitate commutarunt fortitudinẽ. i. relicta imbecillitate veteris hominis, sumpserunt robur spirituale, nam peccatores delegit Deus, quos compleuit spiritu sancto. Confugiunt statim ad Hebraismos, & multa mentiuntur de Hebraïsmis: hic Hebraïsmus est, neque hac parte nos vincunt, etiam si in mille se vertant facies, nunquã hoc ostendent falsum, sed præter Hebraïsmos confugiamus nos ad doctores sacros. De his qui mutantur, & de hac mutatione. i. qui transferuntur in regnum Christi à regno diaboli AVG. in psal. 59. in principio multa disputat mirabiliter. Et tom. 6. in oratione aduersus Iudæos in principio, ubi explanat titulum, qui est in psalmis, proijs qui mutantur, scilicet à lege veteri in nouum testamentum, ab imbecillitate legis in robur spirituale: mutat enim legẽ veterẽ, & accipiunt fortitudinẽ. i. Christũ qui est nostra fortitudo.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Accedant, et tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Appropinquant, & loquuntur simul, tunc iudicium euangelizant.

LECTIONEM Græcam Lxx reddidi modo imperantis, quanquam benè reddita Latinè est ab interprete, tamen volui omnibus notescere Græcè reddita esse imperantis modo, ut appareat verba fieri ad apostolos, postquã acceperint fortitudinẽ & robur spiritus sancti, imperetur ut eant ad gentes, & euangelizentur, quod gentibus, aut Abrahamo, aut Cyro cõuenire nullo modo potest: [Appropinquant] inquit, & loquuntur simul. i. cogant conciliũ Hierosolymis apostoli, & loquuntur simul, decernant quæ faciendæ sunt [tunc euangelizant] iudicium euangelium. PROC. Dicit autè propheta [appropinquemus] quod nemo venit ad Christũ nisi pater traxerit eum. Addit Procop. quod idem reperies apud Cyrillum, cum literis sacris appellaretur lex vetus iudicium, & prædicet prophetia legẽ nouã sufficiendã in locum legis veteris, multò magis propriè legẽ nouã à propheta iudicium appellari. nã iudicium idè est quod iustitia. Si ergo lex vetus iudicium dicebatur, quod vmbra iustitiæ contineret, quantò magis propriè euangelium dicitur iudicium, quod continet veram Dei iustitiã? Alij (inquit PROC.) interpretantur [Accedant, & tunc loquantur] veniant ad fidẽ Gentès, & prædicent alijs euangelium, [et simul ad iudicium propinquemus] vna vnoque ore euangelium prædicemus omnes, & idè sententiam omnes in Christo Iesu. CYRIL. [principes] apostoli [appropinquant] veniant citò, ut declaretur propè esse tempus Christi [simul loquantur] omnes idem narrabunt, & idem docebunt, ut qui ex vno spiritu sancto loquantur [tunc iudicium euangelizabunt] prædicabunt euangelium. Nam hoc verbũ *ἀγγελλω*, frequentissimum est apud Lxx. THEOD. His verbis (inquit) præcipit apostolis, & ecclesiæ principibus, consentire omnes summo consensu in doctrina euangelica, & euangelium omnibus Gentibus prænunciare. Itaque idem est sensus translationis D. Hieron. & Lxx. Sed hoc interest, quod Lxx mutarunt formã dicendi in modum imperantis, & reuoluerunt ad apostolos, ad principes, ne villo modo possis ad Abrahamũ, aut Cyrum referre. Nam quasi diuinarent errorẽ Iudæorũ, ita verterunt ut illorũ sententiã resellerent.

D. HIER.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum ut sequeretur se, dabit in conspectu eius gentes, et reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius.

Qui suscitauit ab oriente iustitiam, vocauit eã ad pedes suos & vadet: dabit in conspectu gentium, & reges in stuporem mittet, dabit in terram gladio eorum, & sicut stipulas proiectas arcus eorum.

Hæc Hieronymus ab quibusdam Iudæis ad Abrahamum referri prodidit, ab alijs Iudæis ad Cyrum: quæ sententiã, si Deo placet, quibusdam nostrorum aridet, quasi hoc miraculo Abrahami doceat Dñs gentes infideles se verum Deum esse, cum Abrahamus reges illos vicerit magno quodam miraculo. Certè si fortia facta, & victorias reliquas spectent gentes infideles, hoc miraculo Abrahami non mouebuntur tanto perè, quod posteri Abrahami seruiert Aegyptijs, & mille nationibus, & gloria bellica, & imperio terreno, non Iudæi sed aliæ nationes excelluerint. Imò inde creuere Dei miracula, quod cum seruiret seruitutem durissimam Israël, & viribus humanis liberari illa seruitute non posset, maximis editis signis à Deo, liberatus Aegyptiaca seruitute sit per mediũ mare transmissus, per desertum traductus, de cælo alitus. Si hæc miracula commemorari dicerent Iudæi, & alia huius notæ innumera, viderentur ratione suam sententiã tueri, at vna sola victoria Abrahami, quæ miraculo esset parua, gentes vocari ad fidem, quæ tot victorias sibi pepereant, & ut sibi persuaferant plurimas, cum miraculo dæmonum, non coheret. Præterea, iustus, cum absolute dicitur, semper Christus intelligitur, nõ Abrahamus, multò minùs Cyrus. Quis enim ferat cum dicitur? Qui vocauit iustum: ut interpretemur. i. Cyrum hominem infidelem immanem, & multis vitijs præditum, sed neque Abrahamũ. Quando enim in scriptura eum absolute dicitur iustus, intelligitur alius quam Christus? Quid? quod Hebraicè non legitur, iustus, sed iustitia. P. 1. i. iustitia. Nemo iam tam erit stolidus, qui Cyrum, aut Abrahamum, dicat appellari ipsam iustitiam. Quare Iudæorum ineptijs relictis, veterum atexamus sententias. ORIG. in Esaïam sic explanat hunc locum, tom. 1. hom. 6. in Esaïa: Putabamus (inquit) Christum ab apostolo tantum dictum iustitiã, sanctificationẽ, & redemptionem, & sapientiã, & fortasse ille ab prophetis accipit, nouit etiã ille animatã esse iustitiã, & viuẽtẽ. i. vniuersitã Dei filium, qui est viuens iustitia & sanctificatiõ: id enim est illud Esaïæ: Quis surgere fecit ab oriente iustitiam, & vocauit eã ad pedes suos? si vocauit iustitiam, manifestũ est eã esse animatam, si vocata ambulat. Vocauit autè Christum pater ad nostram salutem, ut ad nos iter faceret, & descenderet de cælo ad nos. [Vocauit eã ab oriente] non ab isto oriente sensibili, sed ab oriente lucis æternæ [et vocauit iustitiam ad pedes suos] ad incarnationem, ideo enim adoramus scabellum pedum ipsius: scriptum est enim: Adorate scabellũ pedũ eius, quia sanctum est: Caro siquidẽ Dñi honorem deitatis assumit. nam Hebraicè est: Vocauit eum ad pedẽ suũ, ut cum de iustitia animata loqueretur, declararet propheta se loqui de Deo, Dei patris filio, cum subiecit: Vocauit eum, ad pedem suum. i. ad pedes suos. i. ad incarnationẽ sacrã, quod Hieron. vertit [Ut sequeretur se] sententiã reddens non verba. Intellexit enim D. Hieron. Vocauit eum ad pedes suos, significare, vocauit eum ut sequeretur se. Lxx interpretati sunt: Vocauit eã iustitiam (quanuis Hebraicè esset, eum, ut intelligeretur propheta loqui de iustitia ab oriente vocata à Dño.) [Ad pedes suos] ut ambularet vocauit eã ad incarnationẽ, ut haberet pedes & ambularet, ut explanat Origenes. & Lxx addidère de suo illã orationẽ totam *ἡ ἰουδαία*. i. & ambulabit, qua oratione velut commentario significant iustitiã incarnatam. Nam, ut inquit Origenes, si ambulat, pedes habet & incarnata est. CYRIL. Quis velut solẽ ab oriente fecit orienti iustitiã? i. Christũ, quis illũ vocauit? illũ venire fecit? ut ad pedes eat vocãtis patris, ut vestigia patris sequatur. Quãuis enim patri par esset & æqualis, voluntatẽ eius faciebat, qui illũ miserat, ut dicitur Ioan. 8. PROC. iustitiã, euangelium interpretatur, & Christi mysterium, & ipsum Christũ: Vocauit igitur pater, inquit, iustitiã, Christũ, qui sol iustitiæ est, ab oriente lucis æternæ ut mortalibus dilucesceret, & ut palam esset omnibus gẽtibus, & nationibus: & vocauit eã ut sequeretur sese, ut sequeretur vocantem patrem. Ait enim ipse Dñs: Non facio voluntatem meã, sed patris, hoc est eum ire secundũ vestigia patris. THEOD. De hac iustitia, inquit B. Paulus Data est nobis sapientiã à Deo, iustitiã, & sanctificatiõ, & redemptiõ. hæc iustitia terris illuxit

Sf 5 vt sol

vt fol splendidissimus, & illustravit orbē. [Dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit.] A hoc Lxx viri apertē ad Christū referunt, nam: Dabit in cōspectu eius Gentes, quod Hebraicē est, vt vertit D. Hieronymus. reddidēre: Dabit in cōspectu Gentium subaudi iustitiam illā incarnatā, quasi paraphrasim facientes ex illo: Dedi te in lucē Gentium. & pro: Et reges obtinebit, vertēre Lxx: Reges amouebit. sic enim vertes *לxx*, potius quā in stuporē dabit, quod Hebraicē est, iardē. i. descendere faciet, amouebit folio regio. Quid ergo planius quā quod dicitur [dabit in conspectu Gentium] supple, iustitiam eamē. ante faciem omnium populorū, Luc. 2. [Reges folio amouebit] Iudæorū principes, & Gentium principes, qui fremebant aduersum Dñm & aduersum Christum eius. THEOD. Reges [inquit] amouebit folio, qui edebant omne cruciamentorum genus in Christianos, & persequentes ecclesiam, ecclesia demū vicit, & persequutores suos superauit, & persequuta est, vt dictū est ex August. in finē cap. 2. CYRIL. [Dabit in conspectu Gentiu] dedit hanc iustitiā gentibus in lucē gentium, & expulit folio reges qui aduersum Dñm fremebāt, & aërias potestates, & principes tenebrarū. PROC. Hæc omnia facta videmus [inquit] cū regibus & principibus orbis terrarū victis, & Iudæis deletis qui aduersabantur Christo, totū orbem conuersum ad fidem videmus, & datū Dñm B in lucem Gentium, iuxta illud psal. Notum fecit Dñs salutare suum in conspectu Gentium, & reuelavit iustitia ipsius. vbi iustitiam appellat Christū quem admodū Esaias. [Dabit quasi puluerem gladio eius, & sicut stipulam vento raptā arcui eius] gladio eius iustitiæ animatæ & incarnatæ, ac sagittis Christi gentes quæ aduersantur Christo, & aduersariæ potestates, quasi stipulæ subijciuntur, & quasi puluis. Lxx seniores pro hoc vertēre [Dabit in terram gladios eorum, & sicut stipulas proiectas arcus eorum] eadem sententia. i. arma aduersantium regum & principum, & vires proteret velut paleas, & potestatum tenebrarum vireis conteret. Vtraq; translatio conuenit cum lectione Hebræa, nam cū nomina Hebræa sint indeclinabilia, pro ratione sententiæ, Hieronymus hoc, Lxx illo vertēre modo. PROC. Quāquam reges terræ [inquit] qui Christo aduersabantur deletos audis, & more pulueris & palearum, quæ vento rapantur, disiectos, intellige tam en præcipuē aërias potestates, & principes tenebrarum, qui reges terræ erant, pulsos tyrannide, & stipularum more, disiectos, vt spolia & vasa eorū Christi raperet. EVSEB. Cæsariens. præparat. euangel. lib. 11. cap. de Platonis Ideis, hunc locum explanat de Idea iustitiæ, sed vt Eusebiū intelligas, scias oportet, Ideam boni, & Ideam iustitiæ Deū esse, discēs; id ex Platone, cū alijs locis tū 6. de republ. lib. vbi de maxima disciplina loquitur, quā disciplinam ait habere pro subiecto Ideam boni. Et subijcit postea, Ideam boni Deū esse. Et folio sequenti, de Idea boni rursus disputat, & Deum esse ait qui omnia creauit, quæ sunt, quæ fuerunt, quæq; futura sunt. Quod notandum est contra Aristotelē, qui negat Platonem nouisse causam efficientem, cū planē dicat millies, Deum fecisse mundum, & Solem, & animalia, & causas naturales, vt concausas congenerare omnia animalia. Aduerte etiā, Ideam hanc non posse esse nisi Deū verbū. Et PLAT. in Timæo Locrensi duo facit principia, Deum, & naturam, & materiā à Deo productam ait, & Deum interim Ideam, interim Deum appellat, vt Aristoteli, qui tantopere quærit quid sit Idea, & postea subijcit, Deus dum faceret mundum, non ad exempla facta spectasse, respondeamus ita esse, sed spectasse ad Ideam, ad intelligibilem substantiam, ad propriam sapientiam, quod illud exemplū haberet omnia in se, continens omnia intelligibilia, quemadmodum hic mundus omnia sensibilia.

D. HIERONYMVS

Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.

V Erba Hebræa ad verbū sic reddi possūt: Persequetur eos, pertransibit in pace viam, vel, via pedum eius non iuerat. Quæ verba D. Hieronymus sic intellexit, Persequetur eos. [Transibit in pace semita eius non apparebit] persequetur reges & principes gentium qui aduersabantur Christo, transibit per omnes in pace. i. in prædicatione euangelij [semita non apparebit pedibus eius] celerrimo cursu occurrat orbem euangelij lux, vt vix semita appareat, vix videatur possibile non conuerti tam breui tempore, sed peragrari vniuersum orbem potuisse. Lxx viri aliter hunc locum interpretantur, sic enim legunt [Persequetur eos, pertransibit in pace viam pedum eius] & apponūt hic distin-

LXX VIRI

Persequetur eos, pertransibit in pace viam pedum eius.

pedum eius iuerat non pedib? eius viā in pace pertransibit persequet eos יְעֹבֹר יְעֹבֹר שְׁלֹם אֶרֶץ בְּרַגְלֵי לֹא יִבְרָא

A hic distinctionem. i. vincet aduersarios & potestates tenebrarū, & in pace percurrēt viam pedum eius. i. prædicationis euangelicæ, quis Domino resisteret? hoc em significat, pertransibit in pace. Postremum verò *יְעֹבֹר* *שְׁלֹם*. i. nō iuerat, vt vertit etiam Vatablus, significare potest, confecit iustitia animata pedibus suis, viā quam non ierat pedibus suis. PROC. pulsus principibus tenebrarum [in pace fuit via pedum eius] apóstolorū, qui pedes Dñi dicuntur [quam nō ierat] per quā viam non ierat pax, iustitia. i. per gentes quæ dæmonibus seruiebāt, quia forti alligato diripiebantur eius vasa. THEOD. Tanquam, inquit summa pax esset, & nō insurgeret aduersus apóstolos orbis, peragrare totū orbem apóstoli. CYRIL. sic percurrere orbem, inquit, Tanquam si per planam viam esset iter, quod nostro seruatori nemo possit resistere. Sentētia PROC. est admirabilior quā dixi, iuxta quā interpretari translationē Hieronymi possumus [semita in pedibus eius non apparebit] i. pulsus dæmonibus, & alligato forti ibit in pace euangelij prædicationē [& in pedibus] quacunque ierit prædicationē Dñi non apparebit [semita] vestigium dæmonum & aduersariarum potestatum, delebitur idolatria. Et verba Hebræa sonare possunt hanc Procopij interpretationem, si veritas ad verbum [viam pedum eius non ibit vel pedum eorum] vt sit. nō ibit aduersarius. s. viam, per viam pedum eius, apóstolorum eius Christi: nam pedes Dñi dici apóstolos, docet AVGVVS. in psal. 92. in illa verba: Nequando offendas ad lapidem pedem tuum. Igitur omnia quæ dicit August. vbi reperies hæc verba, si caput in cælo, pedes in terra: qui ergo sunt nisi sancti Dñi, nisi apóstoli nisi per totum orbem nisi omnes euangelistæ in quibus peragrat Dominus vniuersas gentes? capite nostro Christo Iesu posito in cælo, qui poterant ergo pedes offendere, aut habere impedimentum? Et in Psal. 140. in illa verba: Cum hominibus operantibus iniquitatem: Pedes Christi qui sunt, inquit, nisi per quos peragravit totum orbem? &c. Et in cap. 7. Ioann. in illa verba: Nunquid in dispersionem gentium iturus est? Iturus [inquit] erat Dñs ad Gentes, non præsentia corporis sui, sed pedibus suis: sed qui erant pedes eius? ij apóstoli quos conculcare volebat Saulus, quando ei dixit Dñs: Saule, Saule, quid me persequeris? Quibus verbis Augustinus hunc Esaiæ locū explanat optimē, etiam si loci Esaiæ mentionem non facit. Sed *ελεθη πάντα σου εδαι.*

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Quis operatus est, et fecit vocans generationes ab exordio. Quis operatus est & fecit hæc? vocauit eā vocans eā à generationum principio.

CYRIL. cū interrogasset Dñs quis operatus fuerit incarnationem Christi, & quis legem nouā tulerit, respondit ipse Dñs, idē ego qui prædixi multis sæculis ante Christi incarnationē, nunc operatus sum Christi incarnationē & qui legem veterē tuli, idē ego legem nouam tuli his temporibus. PROC. [quis operatus est hæc & fecit] quis vocauit iustitiam ad incarnationē? quis velut solē ab oriente fecit oriri iustitiā & orbi illucescere, qui in erroris tenebris erat? & cū hæc interrogasset, sibi respondet [vocauit eum] iustitiam. s. ad incarnationē [vocans eam] qui prædixit venturū Christū, qui prænunciat eam iustitiā incarnandā à generationū principio iam inde à seculi initijs. Sic quoq; D. Hieron. hunc locū explanat, cuius interpretatio sic enodabitur [quis hæc operat? est] incarnationē Christi & eius mysteria [& fecit] quis fecit? & respondet ipse Dñs [vocans] prænuncians & qui prænunciare solet generationes, omnia futura ab initio, qui prædixit hæc futura ab initijs nascentis orbis, & prædixit quæ futura erant, & ipse solus fecit quod alius facere non potest. Lxx viri addidere de suo [vocauit eam] vt esset responsio interrogationis superioris, vocans eam. i. qui prædixit illā incarnandam ab initio mundi. Hebraica lectio potuit etiam intelligi [vocans generationes ab initio] vt vertit D. Hieron. i. author generationum omnium rerum. Potuit etiam verti *דורו דורו* *דורו דורו*. i. vocans à generationibus, hoc est, prænuncians illā à generationibus. *שְׁמַרְא*, à principio. PROC. ergo rursus sic explanat. i. nouissimis temporibus fecit iustitiam ipsam incarnari. i. Christum, qui vocauit ipsam: præsignificauit Christum venturum ab antiquis generationibus. Nam mysterium Christi prædictum est ab ipsa mundi constitutione.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ego Dominus primus et nouissimus Ego Deus primus, & in ventura ego sum.

THEOD. Non alius, inquit, tulit legem veterem, & alius legem nouam est laturus: vna est diuina natura, semper eodē modo, & secundū idē se habens. Idem ait CYRIL. D. AVG. Sf 4 de vni-

de vnitate ecclesie lib. vno cap. 7. hunc locum sic legit [Ego Deus primus, & in his que aduenient ego sum] & de temporibus euangelicis citat, vt ego Deus primus qui tuli legem veterem, intelligamus, & in ijs que aduenient. in lege euangelica que ferenda a me est, ego idem sum author, inquit Dñs, nam in hanc sententiam citatur ab Augustino. די'י'א'נ'א'נ'א', ad postrema, ad ventura verti potest proprie, vt tempora Christi ventura designentur. Quamquam D. August. idem esse putet, vt re ipsa est cum illo [Ego Dñs, primus, & nouissimus, ego sum] Et cum hec citasset August. inquit: Huic manifestationi contradicunt qui nolunt credere. i. his tam manifestis vaticinijs contradicunt Iudæi, qui Christo credere nolunt, vt pudeat, & vehementer pudeat nostros, qui sequuntur Iudæos. Citat in hanc sententiam hunc locum CHRYS. tom. 3. in 1. cap. Ioannis homil. 3. & contra Arrianos.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Viderunt insula, et timuerunt extrema terra, obstupuerunt, appropinquauerunt, et accesserunt.

Viderunt gentes & timuerunt, termini terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & venerunt.

AVGVST. loco citato de vnitate ecclesie lib. 7. miratur cur tam manifestis vaticinijs sit qui contradicat, eosque contradicere ait solos, qui nolunt credere. & subiicit: Imò qui nolunt iam videre compleri quod sequitur [Viderunt gentes & timuerunt fines terræ.] Itaque hoc vaticinium D. Augustinus completum ait cum credidit vniuersus orbis. CYRIL. Postquam viderunt (inquit) gentes Christum oculis mentis, & gloriam ipsius [timuerunt ab extremis terræ vsque ad extrema] per vniuersum orbem, & aggregatæ sunt, & appropinquauerunt Christo per fidem, & purgationem peccatorum. THEOD. Testatur veritatem rerum experientia, inquit propheta, relinquentes enim homines demonum errorem accessere ad veritatem fidei: Lxx pro [viderunt insula] reddidit [viderunt gentes & nationes] vt ecclesias ex nationibus intelligas. Hic quæro à Iudæis, quæ extrema terræ viderint factum Abrahamæ & timuerint? Quantum melius quod ait AVGVST. & veteres patres, extrema orbis terrarum, vidisse apostolorum miracula interpretabimur, & perculsa admiratione ad Christum esse conuersa.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, et fratri suo dicet, confortare. Confortauit faber anarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis dicens glutino, bonum est, et confortauit eum clavis, vt non moueat ur.

Simul iudicans vnusquisque proximo, & fratri auxiliaturus, & dicet: Præualuit vir faber grarius et lignarius percutiens malleo, simul producatio bona est: confortauerunt eam, in clavis ponent eam, & non mouebit.

THEOD. Qui olim errabant, & idola colebant, illustrati lumine diuinæ cognitionis, non possunt de tanto bono & splendore celare cæteros, dant operam vt cum omnibus tantum bonum comunicent: Hæc dicunt, inquit, qui accesserint ad veritatem euangelicam: alij, quos viderint idolatriæ errore implicatos, neque ambulare possunt neque stare, clavis affixi sunt, alio qui ruerent, ars illis hanc formam dedit & figuram: quid vos iuuat colere lapides & ligna? CYRIL. Christi mysterijs initiatus dicitur alij, qui colent idola, faber fabrefecit hoc idolum, & vos decipit, qui hanc tã bellã figurã lapide & ligno expressit: quid vos iuuat lapides colere & ligna? Sic explanat etiã Hier. & Procop.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et tu Israel serue meus Iacob, quæ elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te? Ab extremis terræ et à longinquis eius vocauit te, et dixi tibi: seruus meus es tu, elegi te, et non abiecti te. Ne timeas, quia ego tecum sum, ne declines quia ego Deus tuus.

Tu autem Israël, puer meus Iacob quæ elegi, semine Abraham quæ dilexi, quæ assumpsi ab extremis terræ, & à summitatibus terræ vocauit te, & dixi tibi: puer meus es, elegi te, & non dereliqui te. Ne timeas, tecum enim sum: ne erres, ego enim sum Deus tuus.

THEOD.

THEODOR. Interim propheta accusat Israel, interim commendat, & laude prosequitur, neque pugnantia dicit inter se, nam ex Israel fuerunt fideles qui credere Christo, & ex Israel fuerunt qui Christum cruci suffixere. Merito igitur hos accusat, illos laudat fideles prædicatores euangelij timere vetat, vt in omnibus gentibus prædicent euangelium intrepidi, quod ipse Dominus significauit in euangelij: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi: id hoc loco ait [Ne timeas tecum enim sum] quæ verba proprie, & verè conueniunt sanctis apostolis, & victoribus martyribus. Idem sentit Ambrosius de vocatione gentium li. 1. cap. 3. vbi hoc monet scripturã loqui de parte tanquam de toto & citat multa loca Esaie & inter alia citat verba hæc: Noli metuere quia tecum sum. CYRIL. [Israël, puer meus] Non sunt alij, qui hic significantur, quam Israëlitarum credentes in Christum, quorum primitiæ fuerunt discipuli Domini, qui ex stirpe nobili, & honorata à Deo fuerunt. Quæ eadem sententia D. Hieronymi est, & Augustini loco citato, de vnitate ecclesie cap. 7. qui Israël pro populo Christiano interpretatur. Nam quod Christus dicitur Iacob, & Israel quod sanguine Israelitico natus fuerit, nos quoque (qui illius membra sumus, & in illius baptismo regenerati, nati ex eius latere hasta perfosso) Iacob dicimur, & Israel, vt docet IUSTIN. aduersus Tryphonem [Quæ elegi] quod, vt Paulus inquit, nos elegit à constitutione mundi, & rursus nos appellat semen Abraham amici mei, vel, vt Lxx dixerunt: semen Abraham, quem dilexi, quia sumus filij promissionis Abraham, & Christus dicitur semen Abraham interprete Paulo, & populus Christianus, corpus Christi est, cuius Christus est caput [In quo apprehendi te in extremis terræ] vocauit enim ad fidem Dominus omnes fines terræ [& à longinquis eius vocauit te] gentes longè summotas vocauit ad fidem, vel, vt Lxx dixerunt [à summitatibus eius] à lectissimis orbis terrarum, excerpti te, id enim significat verbum Hebræum, אֲרָצוֹת, quod populus Christi genus electum est, regale sacerdotium, quod significant etiam Lxx cum dixerunt [אֲרָצוֹת] ab speculis, à locis editissimis, vt per loca editissima genus electum, & regale sacerdotium significant. Nam qui conuenit, vt intelligas Abrahamum vocatum ab extremo terræ, aut populum Israeliticum? vocati sunt à Chanani de terra, & ab Aegypto, quæ ibi in proximo sunt, loca à Iudæa non longè summa, Iudæa vicina, si rationem Geographiæ tenes: quomodo igitur vocati dicuntur ab extremis finibus terræ? Sed iam dixi, nescio quem suis nugis inferuisse commentaria Cyrilli, quantum ego suspicor, & quod nactus ego sum olim Græcum exemplar, & peruetus Cyrilli longè dissimile ijs libris, qui nunc circumferuntur. [Et dixi seruus meus es tu, elegi te, & non abiecti te] quod aperte de Christianis dictum est. Nam plus millies dicit Dominus abiecti Iacob, & si negent Iudæi, abiectum videmus, & exclusum Israel quod ait D. Paulus: Quod ergo referes: Et non abiecti te? vel, vt Lxx ediderunt: Non reliqui te, ad Israel me? quem abiectum, contempnumque vides? Ad populum Christianum referas necesse est: qui Israel dicitur secundum spiritum, quem seruum elegit Dominus repulso Israele secundum carnem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei.

Qui confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & roborauit te dextera iusta mea.

Urbent quæ velint Iudæi, & Iudaizantes: dextera iusti mei, dextera Christi est: qui iustus dicitur in scripturis, meliusque vertit D. Hieronymus quam Lxx viri, & conuenientius lectioni Hebrææ, vbi legitur. יְמִינִי יוֹשֵׁב, i. dextera iusti mei, non iustitiæ meæ, vt vertit Pagninus: Quod si contendas verti posse dextera iustitiæ meæ: non magnopere repugnabo, nempè, iustitiæ viuæ: quam vocauit Dominus ab oriente. Si vero legas: Dextera iusta mea, vt reddiderit Lxx, intelliges dexteram, filium esse appellatum: dicitur enim Christus dextera, manus, brachium patris, & sic explanat Cyrillus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce confundentur, & erubescunt omnes qui pugnant aduersum te, erunt quasi non sint: peribunt viri qui contradicunt tibi, quæres eos, & non inuenies, vos

Ecce confundentur, & erubescunt omnes aduersantes tibi, erunt enim quasi non existentes, peribunt omnes aduersarij tui, quæres eos, & non inuenies.

St 5 inue-

ros rebelles tuos, & erunt quasi non sint, & velut consumptio homines bellantes aduersum te, quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam dicensque tibi, ne timeas ego audiui te.

Si omnia faueret iudæis, & eorum sententia, quæ cum eorum sententia frontibus aduersis pugnare ostendimus: vel hic solus locus illos redargueret, & refelleret, Perierene, o impudentissimi iudæi, & iudaizantes, qui contra iudæos pugnabant & aduersabantur iudæis? An peristis vos potius, & acerbissimis flammis confлагastis, bis penè ad interuencionem, relictis pauculis, vnde instauraretur vestrum genus, quod in fine seculorum intraturum est ecclesiæ? THEODOR. Hæc proprie, & vere conueniunt sanctis apostolis, & martyrum victoribus palamis, nam qui illis aduersabantur in ignominia sunt sempiterna; euauere, & è medio sublatis sunt eorum persecutores: gloria martyrum toto orbe conspicua, & clara. Eadem sententia est CYRILL. delectos esse omnes, qui sanctis martyribus aduersabantur, & fidelibus, & in ignominia esse sempiterna. D. Hierony. de populo iudæorum interpretatur, & de omnibus qui aduersabantur fidelibus. Mihi hæc sententia D. Hieronymi placet magis, vt potissimum iudæos hæc vaticinia petant, nã si bene excutias manibus singula verba, hæc omnia spectare ad vastitatem vrbium iudææ post crucem Domini iudicabis. Ait enim propheta [Ecce confundentur, & erubescunt omnes qui pugnant aduersum te] confusionem, & ignominiam iudæorum toto terrarum orbe post crucem Domini quis non videt? Quæ natio tam plena probri & dedecoris post homines natos fuit vnquam? Deinde, pro, Qui pugnant aduersum te, Lxx dicitur, i. oppositi tibi, quanquam hæc vox possit tribui omnibus qui aduersantur nobis, tamen qui sunt, qui nobis dicantur oppositi nisi iudæi? Illi negant venisse Christum: nos illos cæcos appellamus, quod non nouerint Christum cum venit & impios qui regem gloriæ cruce affecerint. Non reperias tu alios qui vere oppositi esse videantur, quam iudæos. neque Hebræa vox huic sententia repugnat: וְיִרְאוּךָ יְהוָה. i. irati tibi à verbo וְיִרְאוּךָ, i. irator. Quos dicas alios fuisse iratos, & ardentes odio Christiani nominis quam iudæos? præfertim vbi, וְיִרְאוּךָ, vocula Hebræa addita est, quam appellant Hebræi notatiuam, vel designatiuam alicuius rei, designat enim eos qui potissimum nobis sunt irati, & scin quam nobis sint irati? quotidie in suis synagogis, Christi & Christianorum nomen detestantur. Iam quod sequitur [Erunt quasi non sint] peribunt viri qui contra dicunt tibi, velut digito ostendit iudæos, videmus enim perisse vrbes iudææ, & deletas esse quæ maxime pugnabant aduersum fideles. Nã quadragesimo secundo post crucem Dñi anno subuertit vrbes iudææ T. Vespasianus, quas postea vniuersas ferro, & igni consumpsit Adrianus. Hic rursum, pro eo, quod Hieronymus reddidit: Qui contra dicunt tibi: Lxx dicit, וְיִרְאוּךָ, qui litigabant tecum: quod idem sonat verbum Hebræum וְיִרְאוּךָ, i. qui litigabant tecum. Ergo cū Hieronymus dicit contra dicentes tibi: Lxx, & Hebræa lectio: Qui litigabant aduersum te. non incurrit in oculos quod in actis apostolorum est, quod ille alter dixit contentiones esse de lege inter apostolos & iudæos: illos igitur perituros dicit, qui cum apostolis contendunt, & litigant de lege quod sequentia verba commonstrant [Quæ res eos, & non inuenies viros rebelles tuos] Nam si quæras vbi sint Hierosolyma, vbi templum Domini, vbi Bethleem, vbi vrbes iudææ? Non comparent millesimo quingentesimo ante deletæ sunt anno. vbi pro: Viros rebelles, Græcè est: οἱ μαγαυήτορες οἱ εἰς εὐ. i. qui de bacchabantur in te, & est verbum detritum consuetudine dicendi, de ijs qui debacchati sunt in Christum: verbum Hebræum וְיִרְאוּךָ, i. viri aduolationum ad te, i. eorum qui aduolabant, & velociter ibant aduersum te, à verbo וְיִרְאוּךָ, ad uolare, & velociter ire. lege in Actis apostolorum iudæorum tumultus qui concitabantur aduersum Paulum, & alios apostolos, & discipulos Domini. quod si interpreteris hanc vocem, vt iudæi interpretantur [viri contentionum tuarum peribunt], i. qui contēdebant tecum, hoc planius significat iudæos, cum iudæis contendimus de intellectu legis. & hæc contentio aduersus iudæos est. Vnde subiicitur: Erunt quasi nō sint, sic enim sunt iudæi quasi nō sint, quod nullas habent vrbes, quod vagi toto orbe, quod seruiant alijs nationibus. Et quanquam ALEXAN. papa in prima decretali epistola, tomo i. conciliorum, non ad iudæos solum hæc refert, sed ad omnes contemptores apostolorum, sanctorumque patrum nec ad contemptores illorum tem

rum temporum sed ad omnes qui quocunque tempore aduersantur apostolicæ sedi & patribus sanctis ecclesiæ. De his enim inquit ait propheta: Erunt quasi non sint & peribunt viri, qui contradicunt vobis. Eodem refert EVSEB. Papa decretali epistola & certe hæc vaticinia ita de temporibus Christi dicuntur vt ad similia accommodentur, & nostra quoque erudiant tempora, quod docet CLEMENS papa primus epistola i. ad iacobum fratrem Domini tomo i. conciliorum, vbi translationem D. Hieron. reperies, cum circiter trecentesimo post anno natus sit D. Hierony. sed interpretes, vt dixi, ingeniosi sunt in alieno opere & pro translatione Lxx virorum reddunt tralat. D. Hierony. [& veluti consumptio, homines bellantes aduersum te] i. Hi iudæi qui bellant aduersum te, erunt consumpti veluti reliquæ quædam, quod verbum Hebræum וְיִרְאוּךָ, significat. Nam hæc vocula Hebræa significat terminum, defectum, vnde verit D. Hieronymus erit defectio, erit consumptio, erunt veluti reliquæ illorum tantum. Lxx quod vox illa וְיִרְאוּךָ, significet, non, nequaquam. vertere: Non erunt pugnares contra te: ideo delecti sunt iudæi, ne impedirent prædicationem euangelij. Aduersabantur enim apostolis vehementissimè, & legatos in totum orbem mittebant ad iudæos, qui toto orbe erant dispersi, vt vbiunque essent, illis aduersarentur, & foedissimos rumores de Christo, & eius discipulis dissepabant, vnde illos deleuit Dominus, vt libere possent apostoli prædicare euangelium, quod et sæpè repetit IVSTIN. philosophus martyr, aduersus Tryphonem iudæum. Igitur propheta ait: Nō erunt pugnares contra te. i. delecti sunt iudæi ne tibi obstrepant, ne impediant prædicationem euangelij, quia ego Dominus Deus tuus: Ait postremo [apprehendens manum tuam] i. quia ego Dominus tuus adiutor, qui te superiorem reddam, & victorem, dicensque tibi, ne timeas ego adiuui te. i. intrepide prædica euangelium, ego tuus adiutor sum, & vinces omnia. Sic Theodoretus supra, & Cyrillus & Procop. supra, inquam, vbi hæc eadem verba sunt. Nam hoc loco intercidere hæc verba ex translatione Lxx seniorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nolite timere vermis Iacob & qui mortui estis ex Israel.

Ne timeas Iacob perexigue, Israel.

HIERON. chorum Apostolorum propter humilitatem atque contemptum vocatum vermem putat ad imitationem seruatoris, qui de se dicit, ego sum vermis & non homo. & mortui ex Israel: quod cum Christo crucifixi erant & viuebat non ipsi, sed viuebat in ipsis Christo. Eadè est PROCOP. sententia. Quod Hieron. reddidit conuenienter lectioni Hebrææ [Vermis Iacob] vertere Lxx: Perexigue Iacob, idè significates quod D. Hieron. PROCOP. significari ait chorum apostolorum & fidelium esse perexiguum numero ad vincendum totum orbem terrarum, & ideo in comparatione omnium nationum chorum apostolorum appellatum esse vermem, vt David ad comparationem Saulis se nominat pulicem vnum, quod genus dicendi etiam in poetis est frequentissimum, vt cum Martialis illum alterum nominat papilionem aduersus Leonem & Virgilius imparè hostem, columbam aduersus accipitrem & mille alia. ideo Lxx viri pro vermis Iacob vertere Perexigue Iacob. i. o apostoli numero perexiguo & qui comparatione totius orbis, quem superaturi estis, veluti vermis & pulex quidam estis THEODOR. his verbis significat, numerum credentium, si ceteris qui non credidit, conferatur, fuisse perexiguum quod significasse docet Paulum, cum dixit reliquias fuisse saluas, reliquos fuisse occæcatos. CYRILL. eodem modo, quantum ad numerum perfidorum iudæorum paucos fuisse credentes ait. Ex collatione ergo vtriusque lectionis apparet significari ingens illud miraculum, maius quam pro hominum captu à duodecim apostolis, qui in comparatione orbis velut vnus erat vermiculus & à pauculis apostolis, qui passim vt pecudes occidebantur superatum orbem & ad fidem conuersum. quo miraculo quid maius fingi animo possit aut dici? vnde quod Apostoli Domini pauperes & abiecti ibant per totum orbem expositi prædæ & infestis iniurijs dicti sunt fortasse vermis, quod vilissimi & contemptibiles erat vt apparuit Dominus, vidimus eum & non habebat speciem, & mortui dicuntur quod missi sunt tanquam agni inter lupos. Et apostoli quidem splendidorum nominum Domini participes fuere dicti Apostoli, idem enim est Apostolus. i. missus quod Siloach. i. missus quod erat nomen Domini, vnde Sicut misit me pater, ita ego mitto vos, & dicti sunt lux mundi, vt Dominus dictus est lux: ille erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. & Petrus dictus est hoc

est hoc nomine à Christi nomine, qui petra dicitur, & mille alia: sic etiã quòd fideles sustulere crucé Dñi, vt illú sequerentur, abiecti & humiles dicti sunt vermes, vt Dñs dictus est vermis, & dicti sunt mortui quod passim occidebantur vt Dñs pro nobis est occisus, vnde Dauid. Propter te, mortificamur tota die, paucos ergo & sic existimatos sicut oues occisionis, totú orbé ad fidem conuertisse, tantum miraculum est, quantum nullius mens capere possit, quod significatum est trecentis illis quos deligere iussit Dñs Gedeoni ad superãdas innumerabiles Madianitarum copias sine gladijs & armis ire iussi à Dño, & eo numero qui signabatur ea Græca litera, quæ crucis imaginem exhibet apud Græcos, quòd in Christi aduentu in Græcam linguam versa erat omnis scriptura, quòd abducenda erat à populo Iudæorum, & danda gentibus quibus eo tempore Græca lingua communis erat, vt dictú est ex August. & Ambr. vt pauculi sine armis & sublata cruce Dñi totum orbé subigerét, qui per Madianitas significabatur, mortuos significat & viros, & ideo D. Hierony. mortuos reddidit, Lxx reddidere, viros.

D. HIERONYMVS.

Ego auxiliatus sum tibi dicit Dominus & redemptor tuus sanctus Israel, ego posui te quasi plaustrum triturae nouum, habens rostra ferrantia triturabis montes & comminues: & colles quasi puluerem pones, & vetilabis eos & veteret, & turbo disperget eos, et tu exultabis in dño in sancto Israel letaberis.

THEODOR. quemadmodum tribulum mesles comminuit, vos o apostoli omnes demonum errores, omnes aerias potestates & principes tenebrarum, qui per montes & colles significabantur, conteretis & comminuetis: & veluti turbine quodam & iniecta procella vehementi dispergetis & facietis vt omnibus nationibus veniant in obliuionem & vos eritis læti & hilares propter multitudinem credentium. Cyrillus etiam & D. Hieron. eodem modo explanat: montes enim & colles significare putant principes tenebrarum & reges terræ, qui Christo aduersabantur. Ergo in lectione Lxx vbi legitur redimens te Israel, deest ex lectione Hebræa, sanctus, vt legatur, sanctus Israel, quod pro Christo accipiliquet. Nam præterquam quod dicitur redimens te, vel redemptor tuus, quod ad Christum spectat, dicitur Christus sanctus Israel peculiari nomine in scriptura vt sæpè repetitum est à nobis [Ecce feci te quasi plaustrum triturae nouum] hoc dixere Lxx viri [ecce feci te quasi rotas plaustrum nouas in ferrarum modum] quod sunt duo genera tribulorum quibus teruntur mesles vt docet M. Varro lib. de re rustica l. cap. 52. alterum descriptum est à Hierony. alterum à Lxx viris, nec lectio Hebræa repugnat, nam Morag dictionem Hebræam tribulum interpretatur doctores Hebræi & charrus tribulum etiam explanat quod Hieronymus vertit triturans, Lxx viri morag orbiculos illos interpretantur qui iunguntur tribulis dentatis, de quibus legendus Varro, charrus ploustellus est quod genus tribuli est apud Phoenices. Confer hæc cū Varrone & intelliges vtranque editionem eodem spectare. reliqua sic explanabis, postquam apostoli quasi tribulis totum orbem triuerint, instar mesium. i. fideles cõgregauerint infideles redactos in puluerem & minutissimas partes vallis & ventilabris velut paleas secreuerint & veteret eos abstulerit vt vestigium infidelium nõ compareat, apostoli triumphabunt gaudio ob numerum fidelium quod supra dixit: sicut qui lætantur in messe cap. 9. & sic quod Hierony. dixit [tu exultabis in Domino] Lxx interpretatur. i. tu exultabis in præda Domini, quam abstulit alligato forti: nam reddidere [tu lætaberis in sanctis Israel] i. in sanctis populi Christiani horum omnium que diximus.

D. HIERONYMVS

Egeni, & pauperes querunt aquas & non sunt siti lingua eorum aruit.

LXX VIRI.

Ego auxiliatus sum tibi, dicit Deus tuus redimens te Israel, Ecce feci te quasi rotas plaustrum nouas, in ferrarum modum & triturabis montes & comminues colles & quasi puluerem pones & vetilabis & veteret auferet eos & tepestas disperget illos, tu autem lætaberis in sanctis Israel.

LXX VIRI.

Exultabunt pauperes, & inopes, querent enim aquam, & non erit, & lingua eorum præ siti exaruit.

non erant & aquas qui querebant pauperes & egeni lætabuntur laudabis lætaberis Israel sancto in in Deo exultabis tu & non sunt siti lingua eorum aruit. (vel) non erant & aquas qui querebant pauperes & egeni lætabuntur laudabis lætaberis Israel sancto in in Deo exultabis tu & non sunt siti lingua eorum aruit.

DIUS HIERON. vertit lectionem Hebræam, cum ea interpunctione, quæ nunc est: & sic reddidit: Tu exultabis in Domino, & in sancto Israel lætaberis, eo sensu quo superiore commentario dictum est. deinde [Egeni, & pauperes querunt aquas, & non sunt] gentium populus pauper, & tenuis quærit cognitionem Dei per diuersos philosophos magistros [Lingua eorum siti aruit] non habent legem Dei, nec prophetas. & hi recipient legem Christi, quam non recipient Iudæi. Lxx diuersam interpunctionem sequuntur, & vni verbo Hebræo vnam litteram suis temporibus additam fuisse in fine significant, & in principio vnam litteram in aliam mutatam. Nam pro תתקן, legunt יתקן, & sic interpungunt, vt vertant: Et tu exultabis in Deo, & in sancto Israel lætabuntur egeni, & pauperes, qui querebant aquas, & non erant, lingua eorum præ siti exaruit. Itaque ex lectione Hebræa addenda dictio est translationi Lxx, legendumque: Tu autem lætaberis in sanctis Israel, & in sancto Israel exultabunt pauperes, & inopes, qui querebant aquam & non erit, lingua eorum siti exaruit. nam pro תתקן, alij codices castigatores preferunt תתקן, i. pro quæret, quarent, & eam lectionem agnoscunt veteres patres. THEODOR. Fideles qui venerunt ex populo gentium significatur his verbis, hi enim pauperes & egeni erant, qui querebant aquas ante aduentum Christi. i. rerum cælestium cognitionem per philosophos, & arebant siti, non enim acceperant opulentiam legis Diuinæ, neque prophetas: Exultabunt hi in Deo Israel. i. in Christo recepta luce euangelij. idem sensit CYRIL. PROC. sic quoque hunc locum explanat, quanquam postea expungendum putat illud verbum, exultabunt, persuasus à Iudæis, qui negabant verbum illud reperiri in Hebræa lectione: & verum dicebant si sic distinguas, vt distinguunt Iudæi.

D. HIERONYMVS.

Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos: aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum, dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ, ponam in deserto abietem ulmum, & buxum simul. ut videat & sciant, & recogitent, & intelligant pariter quia manus Domini fecit hæc, & sanctus Israel creauit illud.

LXX VIRI.

Ego Dominus exaudiam, Deus Israel (vel qui Deus sum Israel) & non derelinquam eos, sed aperiam in montibus flumina, & in medio camporum fonteis, & faciam desertum in paludes, & sitientem terram in aquæ ductibus, & ponam in inaquosam terram cedrum, buxum, & myrtum, & cupressum & populum, vt videat, & cognoscant & cogitent, & nouerint simul quia manus Domini fecit hæc, & sanctus Israel præstitit hæc (vel exhibuit hæc)

POSTquam dictum est de infidelibus nationibus, quæ de rebus cælestibus disputabant, & per exigua erant quæ assequabantur, qui idem exultabunt læticia in Christo postea recepta luce euangelij: nunc ait, exultaturos qui erant siti enecti in summa vbertate fontium, fluminum, & aquarum cælestium, aquis spiritus sancti exuberante ecclesia. Sic enim hoc explanat etiã BASIL. in psal. 28. in illa verba: Vox Domini concutientis desertum, fluunt enim ex fontibus seruaroris, quod supra dixit Esaias inquit PROC. & ex fontibus Israel quod est in psalmis, & hi fontes, quos hic describit Esaias inquit PROC. spiritus sanctus est, qui manat in ecclesias aquas viuificantes ex veteri & nouo testamento, vnde maxima voluuntur flumina, viri scilicet sancti, qui inundant desertum. i. populum gentium, qui que fluunt à magno illo flumine, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei de quo dicitur fluius Dei aquis exuberat. licet enim videre ecclesiam, quæ olim erat in aquosa, & deserta, expers omnium bonorum cælestium, cultui olim demonum obnoxia, nunc ecclesiam Dei factam tanta vi aquarum exuberantem, vt vndique amoenissimis arboribus vernet, quæ nunc quam sint

quam sint amiffurę viriditatem, hoc est animis sanctissimis omni virtutum ornamento florentissimis, quę instar procerarum arborum aerę cęlo capita alta ferant, id enim significat oliua, palma, cedrus: significat enim propheta his arboribus fructus, vberimos, quos feret ecclesia florentes, excelsos, odoratos, æternos martyres, cõfessores, & doctores, virgines, quos arborum nomine propheta intelligit. His adde tu quod diximus ex August. perquirendam harum arborum naturam, & vim, ex Theophrasto, & alijs scriptoribus, nam pro varia arborum natura, varia virtutum genera intelligas necesse est, quibus sancti viri excelluere. ORIG. vero in Leuit. cap. 26. homil. 26. arbores nos habere intra nos docet, & quod arbor vna vocetur iustitia, alia prudentia, alia fortitudo, alia temperantia. & si vis adhuc maiorem arborum multitudinem, discere: Est enim arbor pietatis, sapientię, disciplinę: harum arborum pater cęlestis agricola est: huius modi arbores in tua anima excolit, huiusmodi plantaria in tua mente constituit. Hęc arbores his aquis spiritus sancti irriguę se tollunt in auras, vernant, florent. Sic etiã hunc locum explanant D. Hieronymus, Cyrillus, & Theodoretus. Iudæi hęc ad litteram exiungunt, & quarunt cur tempore Christi desertum non fronduit his arboribus, non exuberavit his aquis? ridiculi, si expectant vt montes vertantur in planitiem, aut plana in montes exurgant, vt amœna, & aquosa in arida: contra verò arida in aquosa loca mutantur. Luderet Deus si hęc faceret. Hęc & omnia sic sunt explananda, vt interpretantur doctores sacri. Quod verò sequitur [Vt videant quia manus Domini fecit hęc] PROCOPI. Intelligent Dei opus esse qui viderint Iudæos, olim viros sanctissimos cęlestibus donis exuberantes, exaruisse: contra verò gentes, quę more pecudum vitam exigebant, & cęlestium omnium bonorum inanes, omnibus ornamentis spiritalium virtutum excellere, in Dei filios cooptatos regni cęlestis heredes effectos. Nam hanc duorum populorum tantam mutationem quis facere potuisset nisi Deus? Hęc Procopius. Hunc totum locum explanat GREGOR. tomò 2. homilia 30. mirabiliter, & plurimis verbis, illinc pete. Cæterum hęc nomina arborum ne mirere aliter nominata à B. Hieronymo, aliter à Lxx senioribus. nam ipsi Rabini inter se diuersa sentiunt & Gręcis & Latinis & Hebręis inter se de nominibus herbarum, lapidum, arborum, piscium non conuenit, quę res quando Latine aut Gręce aut Hebraicè omnes loquebatur, erant notissima, postquam desiere his linguis loqui homines quę notissima erant ignorantur maximè.

D. HIERONYMVS.

Prope facite iudicium vestrum, dicit Dominus. afferte si quid forte habetis, dicit rex Iacob.

accedere fecistis
lites vestras accedere facite
Iacob rex dixit fortia vestra appropinquate

LXX VIRI.

Apropinquat iudiciũ vestrum, dicit Dñs Deus, appropinquauerunt con filia vestra dicit rex Iacob.

iudiciũ vestrũ Appropinquauerunt
Deus dixit iudicia vestra Appropinquate

קרבו ריבכם יאמר יהוה
הגישו עצמותיכם יאמר מלך יעקב

Hunc locum longè secus intellexere Lxx quam D. Hieronymus. Nam D. Hieron. putat cum descripta fuerit ecclesia ex gentibus, & cum descripta fuerint flumina, & fontes. i. dona spiritus sancti, quę in ecclesia, quę quondã desertũ erat, erupere, nũc Iudæos & eos qui è gētibus noluerunt credere, prouocari ad iudiciũ, vt respõdeant, cur intelligere noluerint: Accedant, inquit idola vestra vel afferte validum, & forte argumentum, si quod habetis, & vestra aperite consilia, qua ratione, & quo sensu nolueritis apertam suscipere veritatem: & quanquã Cyrillus, & Procop. & Theodoretus sententiam D. Hieronymi sequi videantur, quod sententiam Lxx seniorum interdum ex aliorum interpretationibus enodare conabantur, tamẽ si interpretationem Lxx virorum cum lectione Hebręa conferas, & ex vtraque verũ sensum scripturę elicias, secundum canonem interpretandę scripturę, quem præscribit AVGVVS. vt sæpè diximus, apparebit potius apostrophę factã ad Iudæos, & redditam rationem cur admissę sint gentes infideles ad fidẽ exclusis Iudæis: si quęritis ò Iudæi cur mutatio futura sit, vt vobis exclusis, desertum exuberet aquis cęlestibus, floreat virtutibus diuinis, & vos excludamini? scitote causam esse, quia appropinquat iudicium vestrum. i. quoniam iudicaturi estis Christũ cruci suffigendum, & dimittendum Barrabam. Nam Hebręa lectio potest verti: Appropinquauerunt iudicia vestra, nam קרבו, imperantis esse potest: Appropinquate, vt vertit D. Hier. & appropinquauerunt, vt verterũt, Lxx. Appropinquauerunt ergo iudicia vestra, quę iudica-

itis ad-

Atis aduersum Christum & apostolos. Lege quę scripta sunt in illa verba cap. tertij: Dominus ad iudicium veniet cũ senibus populi sui [Afferte si quid forte habetis] vertere Lxx, Appropinquauerũt cõsilia vestra, quę scilicet inijs aduersum Dominum. Nam lectio Hebręa præteriti esse potest, vt vertere Lxx & modi imperantis, vt reddidit D. Hieronymus & verbum Hebręum עצמותיכם, fortia vestra, significat. i. fortissima argumenta vestra vt interpretatur D. Hieronymus, vel vt explanant Iudæi, litigationes vestras, lites vestras: falsos illos testes aduersum Christum cum accusastis Dominum tradidistis illum Romanis: eodem modo explanari vulgata potest. Nam ex Anacleto papa diximus, quę imperantis aut optantis modo dicuntur non imperantur, sed futura prædicuntur sæpè.

D. HIERONYMVS.

Accedant & nuncient vobis quacumq; ventura sint, priora quę fuerunt nunciate & ponem cor nostrũ, & sciemus nouissima eorũ, & quę ventura sunt indicat nobis, Annunciate quę ventura sunt in futurũ & sciemus qui adij estis vos, bene quog; aut male si potestis facite et loquantur & videamus simul.

LXX VIRI.

Appropinquent & annunciet nobis quę futura sunt, aut priora quę fuere dicite, & adhibebimus mentẽ & sciemus quę nouissima, & sciemus quoniam dij estis, bene facite, aut malefacite, et admirabimur & videbimus simul.

Prænunciata vocatione gentium, & iuxta translationem Lxx seniorum, facta apostrophe ad Iudæos & reddita causa cur excludatur admisis nationibus infidelibus ad fidem, ist etiam apostrophe ad Idola, quę prædixit conterenda & iubet Dominus vt cum hęc ipsis impendẽant mala vt prænuncient ea suis cultoribus vtea vitent. CHRYS. in cap. Ioannis I. interpretans huiusmodi loca, Hoc enim inquit vel maximè Dei opus est, quod nec dæmones imitari possunt, quauis maiorem in modũ admittatur. In miraculis enim sæpè sub veritatis vmbra decipi possumus, prædictio futurorũ immortalis Dei duntaxat opus est. quod si quando dæmones aliquid prædixerint, stultum & incautum vulgus deceiverunt. Eorum nãque vaticinia passim falsa deprehenduntur. CYRILL. Deus inquit Opt. Max. principia rerum prædixit per Mosẽ, in principio creauit Deus cælum & terram, &c. & in euangelijs prænunciat futura, cælum nouum & terram nouã, & quę præmia maneant bonos, & quę mala excipiant malos, & innumera alia tam in nouo quam in veteri testamẽto, vos, inquit Dñs, idola, quę nihil aliud estisq; saxa, stipites, quid horũ facere potestis? cui nocere, cui pdesse potestis? THEOD. vos inquit idola & falsa numina prædicite futura, & narrate præterita quę à principio facta sunt, vt pbetis vos esse Deos? Ego em̃ vtrũq; feci. ORIG. περί εἰδωλῶν lib. 4. c. 2. sic explanat hũc locũ Esaia sciẽs rerũ initia à natura mortali inueniri non posse, sed ne ab ijs quidem naturis, quę quauis diuiniore sunt factę, tamen ipse vel creatę sint, sciens ergo quod à nulla illarum nec initium nec finis inueniri possit, ait priora quę fuerint dicite & sciemus quia dij estis, vbi cuiusdam Hebręi doctõris refert dogma, cuius hęc summa est, ideo Seraphim duabus alis faciem velare, duabus texisse pedes quod nec supremus angelorum chorus scire possit initium cum ipse postea sit creatus, nec vniuersitatis fines nisi quę Deus reuelat: sed de his multa dicta sunt in cap. 6. & notandum ORIG. idola & saxa & lapides dæmonum imagines interpretari & dæmones ipsos.

D. HIERONYMVS.

Ecce vos estis ex nihilo & opus vestrũ ex eo quod non est, abominatio est quę legit vos.

LXX VIRI.

Quia vnde estis vos? & vnde opus vestrum? de terra abominationũ elegerunt vos.

Lxx hoc loco sententiam reddidere non uerba, nam quod Hieronymus dixit, Ecce vos estis ex nihilo: conueniẽtẽr Hebręę lectioni: & opus vestrum ex eo quod non est. ligna estis, & lapides, aut saxa dura, ò idola gentium, vel si dæmones intelligas vt Hierony. & Origenes interpretantur, aut ex nihilo creatos à Deo intellige, neque esse Deos, sed creaturas, aut ex nihilo. i. ex peccato deuenisse in illam miseriam, & opera quę faciunt contra Deũ ex peccato orta,

to orta. Hoc dixere Lxx, Quia vnde estis vos & vnde opus vestrum? Pro: Ecce vos estis ex nihilo: Vnde vos estis? Pro: opus vestrum ex eo quod non est. Vnde opus vestrum? Hebraicè est *וְעָמַלְכֶם* .i. opus vestrum ex nihilo, R. Moses interpretatur: opus vestrum, opus serpentis quod verbum Hebraicum vtrunque significat: sed si ad verbum reddas *וְעָמַלְכֶם*, à serpente significat. i. à dracone illo, qui traxit maximam partem stellarum, qui dixit: Ero similis altissimo & AMBROS. etiam in libro de paradiso cap. 13. docet serpentem primum aut horem idolatriæ fuisse, cum dixit: Eritis similes Dijs. Indè dimanat vt homines Imperatores principes se retulerint in numerum Diuorum, & coli pro numinibus fecerint: & indè Dij imperatores mortui erant, Ergo à serpente fluxisse à idolatriam quod primus draco hoc appetierit coli pro Deo, & inde angeli eius hanc pestem traxerint, & draco hoc venenum afflarit primo homini vt Deo similis esse voluerit: eritis similes Dijs, quemadmodum ipse dixerat: Ero similis altissimo. Hinc viuunt in animis hominum superbia & arrogantia, qua se à ceteris coli volunt & adorari pro numinibus Neque intelligimus hoc malum traxisse à serpente quod exuere oportebat, & abdicare, sed si quis auctus honoribus, & dignitatibus sit, Deum immortalem, quam magnam partem huius trahit veneni, quam insolescit, quam tumet, quam si ipse vir bonus sit, componitur ab alijs ad insolentiam, ad arrogantiam: qui vultum, habitum, incessum hominis fingit, & ad similitudinem primi serpentis componunt miserum. Ergo ex hoc loco colligi rectè intelligimus, & argumentatione necessaria, qui futura nouerit omnia, & præterita Deum esse, Dominus omnia quæ facta sunt prædixit futura multo ante, quæ vera esse omnia euentu deprehendit populus fidelis, solus ergo ipse est Deus. Nam cur, inquit, hunc casum idolatriæ hanc rerum mutationem nullus falsorum demonum dixit, nisi quod futura nemo scit nisi Deus. Objicit D. Hierony. Dæmonum vaticinia, & diluit, prædixisse quidè multa dæmones, quæ ratione naturali per astronomiam sciri potuerunt, vt multa, quæ nouit homo futura ratione Philosophiæ, Astrologiæ quibus disciplinis longè & multum dæmon excellit homini: multa etià ab Angelis denunciata nouere, vt docet A V G V S. sunt em̄ administri Dñi, & sequuntur Domini imperata, coniectura cognoscunt etiam multa, vnde Apollo dicitur *νεβητας*, à Græcis. i. obliquarius, quod quæ coniectura dicebat, ambigua & obliqua oratiōe dicebat, quæ trahi in vtrūq; sensum posset: ut: Aio te Aeacida Romanos vincere posse *νεβητας δλων διαβασις μενοειδης ερχομι κωνιαδουρι*. Croesus Halyn transgressus maximum imperium perdet, Ergo acris, & admirabili quadam natura longo interuallo excellit hominibus dæmon: & ita prospicere futura videtur hominibus, quod naturali cognitione acrius, & acutius infinitis partibus prospicit, aut coniectura, aut arte, & scientia id, quod futurum est, & præterita, & præsentia, quæ sunt, etiam in locis longè sum motis nouit quod celeri motu ea percurrat tam veloci, inquit Apollonius Rhodius in Argo nauticis, quam nos cogitatione, & motu animi nostri lustramus terras, cælum, & maria. Quid mirum ergo si homines Dæmones adeant vt ab illis transacta, præsentia, futura sciscitentur? vt homines prudentes adimus, & consulimus, qui melius quam nos, prospiciunt futura, & prouident in posterum, regunt præsentia, nouere præterita. Dæmones multis partibus hac re excellent hominibus, ita vt homines cum illis, vix vlla parte sint conferendi celeritate intelligenti, artium, & disciplinarum cognitione, tamen non nouerunt futura contingentia, singularia, & siquid de his prænunciant coniectura nituntur, qua falluntur sæpè & mentiuntur sæpè. Hoc tamen hominibus excellent quod sæpius multo coniectura deprehendunt quod verum est, quam homines. Quæ sequitur [aut abominatio est, qui elegit vos] Lxx dixerunt: De terra abominatum elegere vos .i. ab inferis estis electi. Nam Dij gentium dæmones erant & damnatorum anime, electi ex terra damnatorum, quod detruduntur, quibus dicitur. Ite maledicti in ignem æternum. Si legas abominatio, peccatum intelliges, vt sit: peccatum elegit vos: id enim fuit primum peccatum angeli, quod voluerit esse similis altissimo suis uiribus, & primum peccatum hominis, quod morsu illius pomi voluerit esse similis altissimo.

D. HIERONYMVS.

Suscitauit ab Aquilone, & veniet ab ortu solis. Vocabit nomen meum: & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. Quis annū

LXX VIRI.

Ego autè suscitauit eum qui ab Aquilone, & qui ab ortu solis vocabitur nomine meo. Veniant principes, & sicut lutum figuli, & sicut figulus con-

A annunciauit ab exordio ut sciamus, et à principio ut dicamus, iustus es? non est annuncians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros.

Vdaizantes totum hunc locum ad Cyrum referunt, etiam admoniti à D. Hieronymo errorem hunc esse Iudæorum. Nihil enim pensi habent, congruantne media primis, & prima infimis, neque rationem habent Geographiæ, nam respectu Iudææ (inquit Vatablas) Persis ad Aquilonem sita est: Vnde malum? quæ ratio Geographiæ hoc docere potest? ad Orientem dices potius non ad Septentrionem: sed si illud Aristotelis à nobis sæpè repetitum adhibeas, illud verum esse, cui omnia consentiunt, cui nihil repugnat, sententiam D. Hieronymi verissimam intelliges, omnia enim mutuo cohærent inter se, si de Christi temporibus hoc caput interpretaris. Si verò sententiam Iudæorum sequaris, quædam dices ad Abrahamum pertinere, alia non posse pertinere, sed ad Cyrum, sequentia Cyro non conuenire cognoscas, sed ad apostolos spectare dices. Prima refellunt sequentia, interpretationem sequentiū redarguunt priora: sed Iudæos nihil horum videret, eos sinamus. Soli Lxx seniores, Iudæos & Iudaizantibus resellere possent sine vlla opera veterum patrum, qui ita hunc locum vertunt, vt nullo modo referre possis ad Cyrum cum Iudæis, sed cogaris sequi sententiam D. Hieronymi, quæ eadè veterum patrum est. THEOD. Ego suscitauit eum qui ab Aquilone, & qui ab ortu Solis: Vocat (inquit) ab ortu solis iustitiā incarnatā, quæ ab ortu solis iustitiæ illuxit mundo. Vocat à Septentrione, gentium ecclesiā. CYRIL. Ego (inquit) seruauit orbem terrarum, & vocauit eum, qui ab Aquilone, & qui ab ortu solis. i. populū gentiū. Et infra: videtur autè eum qui ab ortu solis est, Christū dicere, de quo: Ecce vir Oriens, nomen eius. Et rursus: Veluti de Deo patre, & de filio, qui suscitauit ab oriente iustitiā. i. qui scilicet Deus pater misit filiū cū spiritu sancto: factus est enim nobis filius iustitiæ, sanctificatio, & redemptio. PROC. Vocaturū se Dñs ait ab omnibus orbis partibus ecclesiā, & idola contriturū, idq; nefcire idola, neq; idolatras. Itaq; sic explanabimus de sententia veterum patrum hunc locū: Suscitauit ab Aquilone. i. eum qui ab Aquilone ego suscitauit, vt interpretantur Lxx. i. vocauit ad fidē gentes infideles peccato glaciatas. Et veniet ab ortu solis, Christus scilicet, & iustitia incarnata, qui sol iustitiæ illuxit mundo, iuxta illud quod dixit à principio: Quis suscitauit ab Oriente iustitiā? vel: veniet ab ortu solis. i. vocabo etiā eum, qui veniet ab ortu solis, vt interpretantur Lxx, hoc est, ab omnibus orbis partibus, ecclesiā vocabo, vt explanat Procop. Vocabit nomen meum. i. inuocabit nomen meū omnis, qui ab ortu solis venerit, & qui ab Aquilone. aut vt Lxx vertere: Vocabuntur nomine meo. i. vocabuntur Christiani. Hebraicè est *וְיָבִיא בְּשֵׁם יְהוָה* i. vocabit in nomine meo, quod Lxx sunt interpretati: Vocabit se in nomine meo. edidere enim: Vocabuntur in nomine meo, vocabuntur Christiani. Cur Iudæis displicet hæc veterum patrum interpretatio? nempè quòd Christum sonat. At nostris hac eadem causa erat placitura, finis enim scripturæ Christus est, & si ad Christum referas, omnia sibi mutuo respondent, sin minus, reluctantur, reclamāt. Sequitur: Et adducet magistratus, Hebraicè *וְיָבִיא בְּשֵׁם יְהוָה*, & venire faciet magistratus. Vocabit nationes in nomine meo, & veniet faciet magistratus, & principes ad fidem, vt interpretari videtur in commentarijs D. Hieronymus, qui illa verba: Vocabit nomen meū. in commentarijs interpretatur: Vocabit in nomine meo, & subaudit gentes & nationes. vt sit: Vocabit Christus in nomine meo, & iustitia illa incarnata, gentes, & nationes, & magistratus, & principes, & reges. vel venire faciet magistratus. i. venire faciet principes ecclesiæ & doctores, vnde Lxx: veniant principes. & sic explanat Cyrillus & Procop. Quasi lutum, supple, conculcent idola. sic enim interpretantur hunc locū Lxx. qui, quod Hieronymus conuenienter Hebræe lectioni vertit: Quasi lutum, & velut plastes conculcans humum, facta paraphrasi, sunt interpretati: Sicut lutum figuli, & sicut figulus conculcans lutum, sic conculcabitini, idola, supple. Ergo, quasi lutum conculcatur scilicet. Et velut plastes. i. figulus conculcans lutum, sic subaudi, conculcabitini idola. Ita hunc locum explanant mirabiliter Lxx. Postremò: Quis ergo hæc de falsis numinibus prædixit, de contritione, & confractione idolorum absque me solo? sic Cyrillus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Primus ad Sion dicet: Ecce adsum et Hierusalem euangelistam dabo. Principiū seu principatū Sion dabo, & Hierusalem vocabo in viam.

Primus] Dñs. s. [dicet ad Sion: ecce adsum] filij vestri. s. qui prædicet vobis. [et dabo Hierusalem euangelistam] iubebo vt incipiant prædicare euangeliū ab Hierosolymis. THEOD. principiū & proœmiū doctrinæ euangelicæ dabo Sion, iuxta illud euangelij: Nō sum missus nisi ad eos qui perierunt domo Israël [et Hierusalem euangelistā dabo] quia primi ex Iudæis credidēre, & fuēre verbi ministri, & euangelij præcones, & ideo Dñs ait se Hierusalē daturū euangelistā. i. vt præcones euāgelij sint ex Iudæis & Hierusalē, in viā vocēt veritatis. CYRIL. [Dabo Sioni] i. ecclesiā, principatū. Nā Cyrillus [dicit] non vertit principiū, sed principatū: dabo ergo principatū ecclesiæ: & consolabor Hierusalē in via, consolatione nanq; fumus perfusi, corroborati per Christū. Sic enim Cyrillus interpretatur [i. Hierusalē in viā cōsolabor. Mihi magis placet vt vertatur: Hierusalē vocabo in viā. nā hoc loco illud prædici videtur, quod dixit Theodorētus, & quod Dñs ait etiā: Ite, prædicate euangeliū omni creaturæ, incipientes ab Hierosolymis, Lucē vltimo. Principiū ergo datū est Sioni, & prima Hierusalē in viā veritatis vocata est. Ergo Hebraicē est [principiū Sion, vel, principio Sion, ecce hic, ecce illi] i. principio ecce hic, subaudi, veniet ad fidē: ecce illi, subaudi, venient: principio ad fidē confluet magna multitudo. Quæ quāuis si cū cæteris, qui infideles fuere cōferas, paucissimi fuēre (vt ait Auguf.) per se fuere plurimi, cū vel vna die quinque hominū milia crediderint, quod verba Hebræa significat [principio Sioni ecce hic, ecce illi] supple, confluet ad fidem: Lxx edidēre: Principium dabo Sioni. i. primitiæ ecclesiæ: ex Sion erūt. [Hierusalē euangelistā dabo] principio. s. id est, principio iubebo, vt incipiāt apostoli prædicationē euangelij à Hierosolymis: vnde Lxx edidēre: Et Hierusalē vocabo in viā [i. Hierusalē] i. principiū, hoc est, secundū principiū. formā dicē di Græca. Ergo sic meliūs interpretabimur iuxta lectionē Hebræā, quando verbum Græcum vtrunq; significat. Hunc locū in hanc sententiā citat D. CYRIL. in euangelium Ioannis lib. i. cap. 24. vbi cū de via Domini disputaret, & de lege noua quæ proditura erat ex Sion & Hierusalē, citat hunc locum, quasi hoc prænunciet hic locus. PAGN. verba addit lectioni Hebrææ, & VATAB. vt ad sensus Iudaicos eam trahant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et vidi, & nō erat ex istis quisquā qui iniret cōsiliū, et interrogatus respondet verbū: ecce oēs iniusti, et vana opa eorū, vētus et inane simulacra eorum.

Hæc longē secūs Lxx viri dispunxere quā D. Hieron. sic enim dispungunt: [i. & vidi, & nō erat vlla. Et illic apponūt distinctionē, vel post dictionē sequentem ex istis, vt sit: Et vidi, & nō erat vlla ex istis, hoc est, vidi, & nō erat vlla ex nationibus idolatris. i. intra breuissimū tēpus cōuersus erat orbis totus, postquā prædicatione euangelij cepit ab Hierosolymis, ex istis. s. nationibus idolatris, de quibus sermo erat, nō erat vlla, subaudi natio. vide Lxx quā cōuenienter rebus gestis literas sacras vertant: sequentia eodē modo vertēre D. Hieron. & Lxx penē, nā D. Hieron. ait, non erat ex istis idolis, aut idolatris, qui caperet cōsiliū, quomodo ruinæ suæ impendētī occurreret, quod Lxx dixēre: Nō erat è simulacris aliquod idoli, quod prædiceret impendentē ruinā, nec qui responderet verbū, nā saxa sunt & ligna idola Gentiu, & dæmones ipsos appellat saxa & ligna, si cū Deo cōferantur, vt homines qui nihil sciūt: saxa & stipites vocamus, & vanitatē & ventū, ait esse idola & dæmonas. Quod autē D. Hier. dixit [opera eorū] Lxx vertēre [operātes vos] quod dictio Hebræa vtrunq; significat: operantes vos. i. qui faciūt vos ò idola ventus: addenda est enim dictio illa, ventus, ex Hebræa lectione: frustra faciūt vos, & decipiunt homines. Quod postremū est [simulacra eorū] nō vertere Lxx, quod idē est & verti potest, qui conflant vos ventus. i. frustra vos cōflant, & homines decipiunt. Et nota significari post aduētum Christi cessasse omnia dæmonū oracula: vnde Plutarchus scripsit opus de deficiētibus oraculis.

De gentibus ecce nulla, & à simularis eorū non erat qui annunciaret & si interrogauero eos, vnde estis? non respondebūt mihi: sunt em̄ qui faciūt vos, & frustra seducētes vos.

IN E.

IN ESAIAE CAP. XLII.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce seruus meus suscipiā eū, electus meus, cōplacuit sibi in eo anima mea. Iacob puer me⁹, assumā eū, Israël electus meus, suscepit eū anima mea.

Ius Hieron. translationē suā hoc nomine cōmendat, quod fideliter lectionē Hebræam reddat ad verbū, neq; addat quicq; detrahatur, præstringitq; Lxx viros, quod addiderint voces duas, Iacob, & Israël. & ad Algasiā idē D. Hieron. perturbari intellectu illis duabus vocibus additis putat, quas Hebræa lectio nō agnoscit. Hoc EVSEB. prius adnotarat demonst. euangel. li. 9. cap. 13. penē isdē verbis, vt ab Eusebio D. Hieron. mutuatus fuisse videtur, vterq; pro se citat D. Matthæū cap. 12. qui hunc locū affert non iuxta translationē Lxx, neq; illas duas dictiones citat, sed lectionē Hebræā. Et de verbis additis à Lxx, dictū est in disputatione de translationibus, & alijs locis millies, & ostensum est citari translationē Lxx ferē ab apostolis, & euangelistis. Eusebio & D. Hieronymo respondet AVG. de ciuitate Dei li. 20. cap. vltimō. Lxx seniores addidisse has voces duas, Iacob, & Israël, vt significarent hoc vaticinium esse de Christo secundū formā serui, secundū quā datus est ei spiritus sanctus. IVSTIN. philosophus Martyr in dialogo aduersus Tryphonē Iudæū, tantum abest, vt his duobus verbis additis perturbari intellectu putet, vt illis etiā premat vehementer & vrgeat Iudæos. Cū enim citasset illa verba: In ipsum gentes sperabūt. subiecit: An putatis miseri gentes speraturas in patriarchā Iacob? & nō intelligitis planē significatū esse hac prophetia gētes speraturas in Christū? quod colligit argumēto ex disinctionibus, aut putatis gentes speraturas in patriarchā Iacob, aut in Christū. non in patriarchā Iacob, in Christū igitur, in Deū enim speramus, & gentes certū est non sperasse in Iacob patriarchā: consequitur ergo necessario, Lxx viros intellexisse speraturas Gentes in Christū, & per Israël Christū significasse, natum de femine Israël. Vnde quod centies dictū est suprā, Lxx ex alijs scripturę locis facere solitos paraphrasim, vt ex alijs locis, alijs lucē addant, hoc loco factū esse liquet, fecēre enim paraphrasim ex illo loco cap. 43. Ego Dñs sanctus vester, creans Israël rex vester. quod Lxx viri de Christo intellexēre secundū humanā naturā, vt suo loco ostendemus, & ideo reddidēre: Ego dñs Deus sanctus vester, qui ostendi Israël regē vestrū. & hac paraphrasi significauēre nobis Lxx, idē hoc loco & illo significatū esse. Etiā post euangeliū promulgatū, cū euangelij lux Gentibus illuxisset, quod non intelligeretur quomodo dictū esset, quoniā pater maior me est, quomodo filius appellaretur seruus, quomodo alia huius notæ in literis sacris essent dicta, pestis Ariana in vniuersam ecclesiā sæuijt immanissimē, & ecclesiā catholicā luminā & fuēre, & sunt appellati, qui illā restinxēre pestē, & docuēre secundū humanā naturam, illa cæteraq; eius generis in sacris literis esse dicta. Et nō putabimur laudandos & prædicandos Lxx viros, qui in tenebris veteris legis antiquam Christi aduentu suo mortalibus dilucesceret, hunc soluerunt nodū? & aperuēre cur Christus planē & apertē præsertim in literis Hebraicis interim Deus appelletur, idq; nomine tetragrammato iehoua, interim seruus nominetur? Nā reperies hos Lxx viros, quod hoc opere apparebit sæpē diuinā Christi naturā, sæpē humanā significasse, si translationē illorū cū Græca editione cōferas. Eo igitur tēpore Lxx necessariū putauēre facere paraphrasim ex capite sequētī, & aperire cur Christus hic diceretur seruus. Matthæus iā luce euāgelij relectā, id addere necesse nō putauit, præsertim cū in exorsu sui sacri euāgelij seriē generationis prætexuisset, inquit: Liber generationis Iesu Christi, &c. & euangelistæ & apostoli quanquā ferē citant translationē Lxx, citant etiā lectionē Hebræā. Et hinc D. AVG. colligit summam autoritatē esse translationis Lxx, quæ ex æquo citatur cum editione Hebræa. Negat D. Hierony. Christū in literis sacris dictum esse Iacob, aut Israël, quid dicam Augustinum loco citato, & millies alijs locis, & Iustinum in eodem dialogo, Procopium in hunc locum, & omnes veteres patres contra sensisse? quid scripturæ loca citem? cū nos docet idē D. Hieronymus in cap. 49. interpretās illud: Dominus ab vterō vocauit me, seruus meus es tu Israël, quia in te gloriabor: serū appellari Christū, quia cū in forma Dei esset, dignatus est sumere formā serui, & Israël esse nominatū, quia natus est de femine Iudæorū, quo manifestior lapsus est Erasmi, qui hoc loco melius putauit reddi posse: Ecce filius meus, quā, ecce seruus meus, cōtra quam sentiūt omnes veteres patres: nā etiā si Græca, Latinaq; vox seruis, & puer. vtrunq; sensum habere possunt, sint, vox

sint: vox Hebræa 727, ambigua non est, tantum seruū significat. Quod verò Lxx viros vertit. A se ait hoc loco 727. i. seruū: ecce seruus meus, si id fecissent, recte fecissent, sed non fecerunt. Raptim hæc scribebat Erasmus, & in scribendis rebus huius notæ, proferato opus nō erat. Dixere Lxx: Iacob puer meus, vbi puerum pro seruo posuere, nam quod Christum secundum humanitatem, patris sit seruus, & suus ipsius respectu diuinitatis, vel pueri norunt, qui primis labris hæc studia attigerunt. D. AMBR. in Lucam, puerum hoc loco accepit pro eo qui est in aetate puerili, Latinæ, Græcæq; vocis ambiguitate deceptus, putauit vtrunq; sensum habere posse, & significare Christum secundum carnem seruum patris, & Christum puerum. Sacri scriptores, quauis verbo labantur, collineant tamen, nā in litteris sacris frequentissimū est, vt Christus appelletur puer propter innocentiam eius, quod non est inuentus dolus in ore eius. Vnde IVST. in dialogo aduersus Trypho. cum recenseret Christi nomina, puerū quoq; appellatū ait.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce seruus meus suscipiā, eū electus Iacob puer meus, assumā eū, Israēle meus, cōplacuit sibi in illo anima mea. lectus meus, suscepit eū anima mea.

Hunc locum totum explanat diuinitus D. HIER. ad Algasiā quæst. 2. HILAR. in commentario in Matth. Hic dicitur Christus (inquit) dilectus à Deo, & paternæ beneplacitus voluntati, & plenus Spiritu sancto secundum humanitatem, nempe quod habebat spiritum sanctum qui in eo habitabat corporaliter. Sed nescio quid arcani delitescere hic innuit cum dicit, hoc tantum admoneamus, & puto illud esse quod completū est hoc vaticiniū, cum in litteris euangelicis pater omnipotēs voce cælo delapsa, declarauit Christū filiū suū esse: Hic est (inquit) filius meus dilectus. q̄ Procop. atq; adeo Cyrill. videtur innuisse. Igitur propheta hoc loco præ significasse videtur, inter alia signa data in litteris prophetis, quibus Christus erat agnoscendus & hoc signū dandū quoq; manifestissimū, quod pater æternus voce de cælo delapsa testatur esset de filio suo vnigenito, quod is esset filius suus vnigenitus, qui carnē sumpserat humanā, & quod homo quidē esset, Deus tamen & filius vnigenitus Dei esset quoq;, & Deo dilectissimus, nā primis verbis [Ecce seruus meus] declaratur eius humanitas, sequentibus, eius monstratur diuinitas: hoc completū testatur oēs euangelistæ, & Petrus epist. 2. Itaq; æternus pater simul Dñm filiū suū vnigenitū esse declarat, simul etiā videtur monstrare hanc prophetiā Esaiæ de illo esse dictā, quasi diceret: Hic est ille filius meus dilectus, quē olim per Esaiā prædixerā vobis, me voce de cælo lapsa cōmonstraturū esse, vt pater omnipotēs, veluti doctor optimus, hoc vno oraculo, quo prædicitur Christū esse Deū & hominē, relato ad Christū, declarari omnia pphetarū vaticinia ad eundē Dñm spectare, nā cum oēs pphetiæ de vno eodemq; Christo dicantur, & res cōfessa sit quod vna referatur pphetia, eodē oēs referri syllogismo necessario ex hypothesi, quē in Topicis docet Arist. quo in reb⁹ eiusdē rationis colligimus, quod in vno pbatū est, pbatū futurū in reliquis. Si pphetiæ oēs Christū prædicebāt & præsignificabant, & oēs ad eundē Christū referebātur, quod relata vna fuerit, eodē reliquæ oēs erūt referendæ. Si pater oipotens docet hoc ad Christū referri, & reliqua oracula pphetarū ad eundē referri docet, nā quod vnū refertur, necesse est eodē omnia referri, vnde & Dñs in euangelio, quanq; ob alia multa etiā hac ratione cōmemorat se habere testimoniū patris. Quod autē verba hui⁹ pphetiæ, pater oipotens retulerit ad Christū, indē cōiicies q̄ eadē verba hic reperies iuxta interpretationē euangelistæ Matthæi, & in voce patris æterni, nā D. Matth. pphetiā Esaiæ sic refert: Dilect⁹ me⁹ in quo cōplacuit anima mea, vox æterni patris in omnib⁹ euāgelij, & apud Petrū epist. 2. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benē cōplacui. Si demas verba applicatis pphetiā ad vnū aliquē, quæ necesse erat addere, aliter enī dicere nō posses de quo diceretur pphetia. Eadē verba reperies, & easdē orationes, nisi dicere velles interessē quod in prophetia dicitur: In quo benē cōplacuit animæ meæ: in voce æterni patris: In quo mihi benē cōplacui. Si hæc diuersitate nominas, dicas euāgelistas inter se dissidere, quod alius hac vōcula, alius vtatur illa. Si Græca verba expendas, multò magis congruunt, nec temerè est, cum æternus pater Hebraicè sit loquutus, euangelistas omnes, & Petrum epist. 2. in baptismo, & in transfiguratione vocem æterni patris, eisdem verbis Græcis expressisse, quibus D. Matthæus hanc prophetiam verterat EPIPH. lib. 2. contra hæreses cap. contra Sabellianos, patris vocem hanc esse ait, & docet dictam esse de Christo, p̄iora illa verba: Ecce seruus meus, secundum humanam naturam: posteriora: Dilectus meus in quo mihi benē cōplacui, secundum naturam diuinam: vnde Trinitatem hic declarari ait à propheta, cum pater hic loquatur, & filium suum vnigenitum monstrat, &

Astret, & postea eidem filio secundum humanam naturam spiritum sanctū det: ait enim pater, Ecce puer meus, dilectus meus, de filio: postea, Dedi spiritum meum super eum. Idem ait idē EPIPH. contra Noetianos lib. 2. & lib. 3. contra Pneumatomachos in orationē ex Ancyroto sub finem. Quod D. Hieron. vertit: ecce seruus meus suscipiam eum] i. ecce seruus in eus, Christus secundum humanitatem, ego sustentabo eum. quod infra dicit: Apprehendam manum tuam, & serua te. Lxx vertere ἀντιλήψομαι αὐτοῦ. i. suscipiam eum, aut adiuuabo eum. Hebraicè est 727, à verbo 727. i. suscipio, apprehendo, sustentato, adiuto, vt rectè D. Hieronymus vertit: Suscipiam eū. & Lxx: Assumam eum, suscipiam eius preces, pro genere humano, vt sit idē cum illo D. Pauli cap. 5. ad Heb. Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesq; ad eū, qui possit illū saluū facere à morte, cū clamore valido, & lacrymis offerēs exaudit⁹ est pro sua reuerentia. Vt suscipiam eum, siue assumam eum, ad sacratam resurrectionem referas, hoc est, suscipiabo eum, apprehensa manu erigam à morte, si cum Ambrosio interpretari velis de benedictionibus patriarcharum cap. 11. cum enim de Christo loqueretur, subiunxit: Dicit ad eum pater, ad me reuertere vocans eum ad cælum de terris, & resuscitans, qui dixit: Iacob puer meus suscipiam eum, quo loco sic videtur intellexisse hæc Esaiæ verba Ambr. Adducor vt existimem hanc horum verborum esse sententiā: quod Lxx reddidē ἀντιλήψομαι αὐτοῦ, quod quamquam interpretari possis, adiuuabo eum, quod vt inquit AMBR. Quis adiuuit filium, nisi solus Deus pater? qui dixit: Iacob puer meus suscipiā eū. vt suscipiam & assumam, interpretatus sit Ambrosius, adiuuabo, tū in cæteris, tū in suscitatione à mortuis. Et assumā eū ad me, ad cælū de terris assumens, quod ait idem Ambros. tamen verbū ἀντιλήψομαι, cōgruit multum cum titulo psal. 21. quē præfixere Lxx. Vbi enī D. Hieron. pro cerua matutina vertit, eo verbo sunt vsi quo eius sacra resurrectio significaretur, Assumā eū ex sepulchro, reddidē enī: ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψους τῆς σαβῆς. i. pro assumptione matutina, Assumptione matutina, quando pater illius dextram apprehendit, & suscitauit illum à mortuis, id enim est ἀντιλαμβάνομαι; auxiliator, assumo, dextram apprehensa alleuo. & toto illo psalmo vaticinium est passionis Christi, & eius sacratæ resurrectionis. Et cum eodem verbo hoc loco Esaiæ vtantur, quo vsi sunt illo loco ad declarandam Christi resurrectionem, poterunt videri eodem spectasse. Sed siue hoc modo, quo dico, interpretare, siue ἀντιλήψομαι accipias pro adiuuabo, siue pro assumam illum, in cælum. i. eodem spectant omnia. Verbum Hebræum, & suscipiā significat. i. suscipiam eius preces pro genere humano, & assumam, aut sustentabo, aut adiuuabo. D. Matthæus hoc verbum interpretatur: Apprehendam eum. i. elegi eum, est electus Dei, cui condonaturus sum peccata mundi: aut suscipiam eum, quia dilectus meus est filius, interpretatur. i. est electus, est dilectus meus. Euangelistæ enim sententiam reddunt, verborum non magnoperè solliciti. Potes etiam intelligere, suscipiam eum, vel adiuuabo eum, quo modo interpretatur August. illud principium cap. 45. Esaiæ tom. 6. in oratione de quinque hæresibus cap. 7. sed lege attentè, & confer cum his. vertit tamen Matthæus. 3. ἡγήνησα. i. quem elegi, vt interpretatur Chrysostomus, & Theodoretus & Procop. vel, quem amauit, aut quem amo: hoc enim significat etiā verbū Græcū ἡγήνησα, vt explat Hefychius, q̄nquā siue veritas, quē elegi, siue quē dilexi, idē erit sensus, cum Hebraicè idē sit electus, siue dilectus, quod intelliges ex litteris euangelicis, vbi Christus dicitur citra discrimē Dei electus & Dei dilectus. Ex hac D. Matthæi interpretatione: Ecce puer meus quē dilexi, siue elegi, dilectus meus, in quo cōplacuit anima mea. videtur exprimi ardetissimus amor patris in filiū, declaratus pulcherrimo tricolo illo, quasi dicat: Ecce puer meus quē adamo, dilectus meus, in quo cōplacuit anima mea (dixi enim idē esse, quē elegi, & quē dilexi) Declarat ergo hoc tricolon infinitā illā patris dilectionē qua filiū diligit, & infinitū amorē, qui ex patre & filio procedit. Nā est genus amplificationis, congeries verborū & sententiarū idē significantiū, pro hoc tricolo, Cyprianus fortasse dixit, filius meus dilectissimus, quod cur fecerit dubitat Erasmus. Hic ego Lxx virorū aduersarios interrogare vellē, vtra interpretatio sequēda sit, D. Matthæi an D. Hieronymi? nā vt authoritatē Lxx extenuēt, solēt interrogare vtra sit sequēda, Lxx virorum translatio, an D. Hieronymi, cum sint diuersi, nec possunt pati. Si dicas vtranque esse sequendam, quod vtraque sit vera & sacrosancta, quod litteræ sacræ, vt docent veteres patres, duos & plures sensus litterales habent, vrgent, & instant, vnum aliquid certum & stabile esse sequendum, quarunt, vtrum horum? aut quod sequitur D. Hieronymus, aut quod Lxx viros secutos esse videamus. Eadē interrogatione illos premamus: en D. Matthæus & D. Hieron. diuersa sequuntur: alter vertit, suscipiam eum: alter, quem elegi, vel dilexi, vtrū sequemur?

sequemur? fateantur necesse est, vtrunque esse sequendum, & quod in editione vulgata est, & quod in literis euangelicis, quod factum est in hoc loco, & in sequenti. Nam quod D. Hieronymus, & Lxx dixere, Electus meus: D. Matth. vertit, dilectus meus. vbi necessitas ipsa cogit vt vtrunque sequamur, & fateamur vnum, & eundem locum scripturæ, duos & plures sensus habere literales, veros & sacros, nec reiiciendum esse quod consensus ecclesiæ, & veterum sanctorum patrum omnium probat. Lege THEOD. sententiam de sacra Triade hic manifestata, tomo 2. Conciliorum in additionibus ad Liberati breuiarium.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet.

Dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus educet.

AVGVST. de ciuitate Dei lib. 20. cap. postremo, hoc dictum est, quia post vocem patris descendit spiritus sanctus super eum in specie columbæ. CYRIL. & PROC. eodem modo, nam D. Hieron. omnibus ad manum est. THEOD. licet spiritus sanctus sit datus sanctis patribus, plenitudo tamen tota Spiritus sancti data est Christo, quia in eo habitauit corporali ter: est enim Deus & homo, & in filio pater est, & spiritus sanctus. Ex hac sanctorum patrum sententia, qua volunt significari his verbis descensum spiritus sancti in filium Dei in specie columbæ, apparet verum esse, quod supra dictum est, hac prophetia prædictum esse, quod testantur euangelia factum, cum super Iordanem vox æterni patris celo delapsa Dñm mostrat, & filium suum dilectum esse declarat, & cum spiritus sanctus specie columbæ super Dñm descendit, & quod diximus ex Epiphano, tota Trinitas declaratur, Pater monstrans Filium, & Spiritus sanctus super Filium missus. Verba illa [iudicium gētibus proferet] THEOD. de iudicio vltimo explanat: Præmonstrabit (inquit) Christus Gentibus iudicium vltimum futurum, & se futurum iudicem, quod erat vsq; ad illa tēpora occultum. EVSEB. de demonst. euang. lib. 9. cap. 15. interpretatur [iudicium Gentibus proferet] i. prænunciabit Gentibus generale iudicium futurum, quod oēs expectat, vt sibi oēs prospiciat. THEOP. in Matth. & PROC. in hūc locum explanat [iudicium gentib' pferet] i. docebit gētes præcepta euāgelica, quod euāgelium iudicium dicitur in pphetis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur vox eius foris.

Non clamabit, neque dimittet, neque audietur vox eius foris.

Hic quoque locus obturat os peruicacibus, qui cum audiant, & legant Iudaizantes, & eorum interpretationes, neq; reiiciant rabinos: vt aduersentur tamen Lxx viris, vnā aiunt translationē esse sequendam, cum inter se disident D. Hieron. & Lxx, & quærun, vtrā legēdam dicamus, aut hanc, aut illā. Si vtrāq; dicas sacros sonare sensus, & euangelicos, & vtrāque esse verissimam, vtrāq; à sanctis patribus esse explanatam, instant, vnum aliquid stabile, & filiorum vnum esse debere. En hic locus variè redditus est ab euangelista Matthæo, & à D. Hieronymo, & à Lxx senioribus, vbi necessitas ipsa cogit, vt fateare hos & illos sacros esse sensus, & literales, & veros. Quod D. Hieron. reddidit [non clamabit, neque accipiet personam] Matthæus euangelista reddidit: Non contendet, neque clamabit. Et sic IVST. Martyr aduersus Tryphonem Iudæum citat translationem Lxx virorum, & si Iustinum audias, qui proximus fuit temporibus Christi. D. MATTH. hæc verba citat iuxta translationem Lxx virorum: & certè D. Hieron. inter alia quibus adductus est, vt ex Hebræo verteret literas sacras: illud etiam recenset, quod translationis Lxx in quibusdam locis erat aliqua varietas, quod in eius locum aliæ translationes Iudæorum irrepserant, cum aliæ prouinciæ alijs se iactarent eam habere castigationem. Hebræa verba sunt, נשׁוּ וְנִלְוּ, quæ verba sunt polysēma: possunt enim reddi Latine, non accipiet, vt subaudiatur persona, & sic vertit D. Hieron. neque accipiet personam, quia apud Christum non fuit acceptio personarum: possunt verti, non tollet, vt subaudiatur vox, & sic vertit D. Matthæus: Non tollet vocem. & pro, non clamabit, nec tollet vocem, reddidit: Non contendet, neque clamabit. Possunt quoque verti verba illa Hebræa, non dimittet, vel, non parcat, quam versionem præfert translatio Lxx virorum, & eam agnoscit AVGVST. de ciuitate Dei libro. 20. capite. vltimo, & interpretatur, in mansuetudine non clamabit, tamen non dimittet. i. in prædicanda veritate non cessabit nec parcat. Dicebat enim apud Lucam cap. 11. Væ vobis pharisæi. & multa ad hoc exemplum. Sensus igitur huius loci est: Christus seruus qui-

rescitur qui aduersatur Lxx viris, quod illorum interpretatione aliquando diuersa est à versione D. Hieron.

Auus quidem patris, secundum naturam humanam, sed filius dilectissimus patri secundum diuinam, in quo spiritus sanctus, & plenitudo diuinitatis habitabit corporaliter, agnosceretur quidem homo factus, quod non contendet, neque clamabit. i. quod erit mansuetissimus, & humilis corde tanquam agnus coram tonante, vt explicat Hierony. ad Algasiam. Et TERT. lib. 3. aduersus Marcionem. HILAR. in psal. 131. in illa verba: Memento Dñe Dauid. Idem HILAR. in Matth. canone. 12. reddens rationem cur imperaret Dominus secretum, cum sanaret claudos, mundaret leprosos: Gloriandi (inquit) de se declinabat iactantiam, & nihilominus cognitionem sui præstabat, quia ab Esaia hoc signum positum erat, quo erat agnoscendus Christus: taciturnitas (inquam) & mansuetudo, & silentij obseruantia, & quod erat reprobandum à senioribus. THEOPH. & EVSEB. locis citatis: Cum sanaret (inquit) cæcos, & claudos, cum mundaret lepram, omnibus imperabat silentium. Hoc significant illa verba: Non contendet, nec clamabit. CHRYS. in hunc locum aliquanto secus: Clementiam ineffabilem (inquit) ipse quidem optabat mederi Iudæis, reuentibus nolebat reluctari. Quod Hebraicè est: Neque audietur vox eius foris, vt vertere D. Hieron. & Lxx viri. D. Matthæus facta paraphrasi, edidit: Neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Quod summopere notandum est, contra eos qui damnant Lxx viros, qui faciunt scripturæ paraphrasim, & in plerisque sensa reddunt, & non verba. En euangelista Matthæus (quem alijs locis ostendimus, paraphrases factas à Lxx viris citare) huius loci, quem Lxx viri ad verbum reddunt, fecit paraphrasim, vt explicaret quid significarent hæc verba prophetæ: Neque audietur vox eius foris, quasi diceret, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Fortasse D. Augustinus si Hebraicè scisset, & intellexisset huius loci factam paraphrasim, nunquam aliter hunc locum explicasset: nam loco citato ait, Non est audita vox eius foris, quia non auditur ab illis, qui foris ab eius corpore præcisi sunt, neque obditur illi ab ijs qui foris extra ecclesiam sunt. Sed hæc anagogica sententia est, non literalis. Est ergo hic præmonstratum signum, quo erat agnoscendus Christus, quod futurus erat mansuetissimus, quam sententiam verissimam declarat D. Matth. cum dixit: Neque audiet aliquis vocem eius in plateis, quæ est illa taciturnitas, quam supra diximus ex Hilario.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet, in veritate educet iudicium.

Calamum fractum non conteret, & linum fumigans non extinguet, sed in veritate educet iudicium.

TERTVL. in lib. de patientia. & lib. 4. aduersus Marcionem. & lib. 1. de Trinitate ad eandem illam lenitatem, & mansuetudinem Domini, de qua supra dictum est, hæc refert, quod [calamum quassatum, & linum fumigans] i. Iudæos imbelles, vt est calamus quassatus, & linum fumigans, noluerit delere. Et CHRYS. in hunc locum, cum ipse, inquit, Dominus tam potens esset, vt tanquam arundinem, & eam quidem contritam, posset conterere omnes Iudæos, & sicut linum fumigans iam, & penè consumptum igni posset consumere, nam illorum iram accensam & furorem, linum fumigans appellauit, quod apud Dñm omnis illorum furor tam debilis erat, quam est linum fumigans non extinguet illos tamen præ immensa humilitate, & mansuetudine. In eadem sententia est THEOPH. in hunc locum, excepto quod addit illud: Illa lenitate & mansuetudine pertulit illos Dominus, cum tam facile posset conterere, quam quassatam arundinem, sed signum datum erat aduentus Christi, mansuetudo illa, qua illos pertulit, pertulit illos tamen, ait Theophylact. quoad perageretur œconomia redemptionis, & promulgaretur euangelium, nam postremo deleuit illos prorsus per Romanos. HIER. quam Hieronymum non libenter cito, ne actum agam, quod eius commētaria omnibus sunt in manibus, tamen quod factio sanctorum est, qui aliter hunc locum enodant, quorum est caput Hieronymus, dico eum, calamum quassatum, interpretari peccatores ipsos, Non confregit calamum quassatum. i. placabilis fuit peccatoribus, & linum quod vicinum erat extinctioni fumigans iam non extinxit. HILAR. in Matth. canone 12. [arundinem quassatam] i. caduca & quassata Gentium corpora non fuisse contrita, sed in salutem potius reseruata, neque exigitatem ignis in lino fumiganti extinxit, sed accensam potius. EVSEB. Cæsariensis. lib. 9. demonstrationis euangelicæ capite. 15. calamum quassatum colligauit, & non fregit. i. infirmos & debiles corroborauit, morbo affectos non perdidit, sed valentis effecit morbo pul-

T t 4 so, per-

Matthæus scripturæ facit paraphrasim. Defendit. in Lxx, quod faciunt paraphrasim.

so perturbationibus animi inquinatos, & fumigantes prauis cupiditatibus, & affectibus animi, non pessundedit, neque poena affecit merita, sed extinctis prauis cupiditatibus sanauit. Eadē penē versibus iisdem PROCOP. CYRIL. & BASIL. Magnus in regulis breuioribus, interrogatione 291. vbi declarat quid sit quassatus calamus, & quid linum fumigans, aliquanto secus quam patres, quos retuli. [In veritate iudiciū proferet] AVGVST. loco citato prædixit quādo puniendi essent Iudæi, si pergerent esse peridi. De arundine quassata, & lino fumigante, lege AVG. quæstionum euangelicarum lib. I. quæstione. 3.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Non erit tristis, neq; turbulentus. Resplendet, & non conteretur.

Lectio Hebræa ad verbum sic reddi potest: Non fumigabit, & non curret. Nam supra vbi est, Linum fumigans, Hebrai ^{קָהָה וְלִיָּן וְלִיָּן} קָהָה וְלִיָּן, caha, quod si illic Latine redditum est à D. Hieronymo, fumigans, & hoc quoque loco idem poterit significare. Pro, non fumigabit, vertit D. Hieronymus, non erit tristis: Lxx, splendet, ea figura qua dicere solemus, nō indoctus. i. doctus: non postremus. i. primus: non fumigabit. i. splendet, velut fax fulgentissima, quam figuram antiphrasim vocat Plutarchus in Homerum, cum negatio non negat, sed contrarium infert, quod docet Hermogenes de acrimonia sermonis, & docent omnes rhetores. ^{קָהָה וְלִיָּן} קָהָה וְלִיָּן, significat, non curret, pro quo D. Hieronymus, non erit turbulentus. significat etiam, nō conteretur, vt reddidit Lxx, & D. Hieronymus, ad Algasiam vbi hunc locum explanat, translationem Lxx sequi videtur. Sensus huius loci videtur esse, iuxta translationem D. Hieronymi. i. erit m̄a suetissimus, vt sit hoc eiusdem sententiæ cum superioribus iuxta Lxx viros. Splendet Christus miraculis, non conteretur. i. non occidetur donec ponat in terra iudiciū. i. donec promulget euangelium. Sic CHRYS. hunc locum videtur intellexisse in Matth. & CYRIL. hunc locum explanās. AVG. loco citato, resplendet, quia resulsit in monte facies eius, & in orbe fama eius. [Non contritus est] quia nunquā fuit quod inimici dixerunt: Quando morietur, & peribit nomen eius [donec ponat in terra iudiciū] donec veniat vltimū iudiciū, quo iudicet viuos & mortuos. PROC. Splendere non desinit quoad posuit in terra iudiciū. i. euangelium: Nam Christi mysterium & euangelium, inquit Procop. dicitur iudiciū, quia Iudæi veterem legem, iudiciū appellabant, & cum lex vetus typus, & vmbra esset legis nouæ, lex noua quæ in locum legis veteris sufficitur, dicitur à prophetis iudiciū, maiore quadam ratione, siquidem veritas magis dicitur iudiciū. i. iustitia & iudiciū recti quam vmbra: & iudiciū idem est quod iustitia, & iustitia in scripturis Christus dicitur, qui factus est nobis sapientia, & iustitia: & euangelium quoque iustitia nominatur apud D. Paulum, non erubescit euangelium, iustitia enim Domini in eo reuelatur: CYRIL. quoque iudiciū, oracula euangelica nominat. Quod autem dicitur [nō conteretur] Procop. explanat vt August. Non eradicabitur, quod sperabant eius inimici cum dicebant: Eradamus eum de terra viuentium, sed totū orbem ad se traducet, & ad legem suam. Sed summopere annotandum est quod subijcit idem PROC. quod propheta ait, resplendet, intelligendum esse, post resurrectionē, ad instar fulgentissimi luminis, quoad omnes genteis abducatur à cultu idolorum, & ad veri Dei cultum traducatur, cuius rei argumentum putat quod Lxx non dixerint ^{אֵלֶיךָ} אֵלֶיךָ, i. splendet, sed ^{אֵלֶיךָ} אֵלֶיךָ, i. resplendet, vt significant postquam mortuus reuixerit, futurum esse, vt tunc demum clarissimo lumine claresceret, & fulgentius resplenderet quam antea, & certē Græcē resplendet legitur. & D. AVG. lib. 20. de ciuit. Dei cap. vltimo. & lib. vno de vnitae ecclesiæ cap. 7. quanquam explanat, vt supra dictum est, non legit splendet, sed, resplendet, & profecto quod veteres patres omnes docent dictū mirabile est quam altos, & reconditos scripturæ sensus eruāt Lxx viri, quam velut ex editissima specula longo post tempore futura prospexerint, & posteris, velut digito cōmonstrarint. Nam hoc verbū, resplendet emphasim habet & congruit explanationi Procop. quæ eadem D. Cyrilli est, nec repugnant verba Hebræa quæ ad verbū sic reddes: Nō fumabit, non conteretur, quæ verba sciētia spiritali, vt inquit HILAR. in prologo in psalmos, sic explanauere Lxx. Nō fumabit Christus passus. i. nō diu manebit extinctus, ducta metaphora à luminibus extinctis quæ extincta fumāt. Ita ergo Christus clarissimū lumē, q̄ lampas accēsa ab Esaia dictus est cap. 62. Extinctus nō fumabit, inquit, sed ad exēplū luminis extincti, quod priusquam et, accēditur, Christus statim vt extinctus est reuixit triduo post, priusquam

iudiciū in prophetis pro euangelio accipitur.

A priusquam fumaret. i. priusquam videret corruptionem, & accensē lampades si extinguatur, ne fumēt, statim acceduntur rursus, ea similitudine celeritas sacratissimæ resurrectionis significata est, quod facilius apparebit si Græcā Hebræamque lectionem iuxta canonem interpretandæ scripturæ, quem præscribit AVGVST. inter se contuleris, vt altera alteri lucem afferat. Lxx ergo viri dixerunt, Resulgebit: Hebræa lectio, splēdidissima illa lampas extincta nō fumabit: quid hinc colligas ex his duabus lectionibus? nisi quod non sinetur fumare, sed statim reuiuifcet. triduo post, multo maiore lumine clarescet, donec disseminet ecclesiā per totū orbem, quod sic positum est, vt: donec ponam inimicos tuos, & c. i. vltique ad illud tempus & deinde in sempiternum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non erit tristis nec turbulentus. Resplendet & non conteretur.

De sensu huius loci dictum est superiore commentario. Hoc loco cum Erasmo paulisper uelutandum est. Erasmus in annotationibus in Matthæi cap. 12. Matthæus, inquit, aliquāto diuersus citat hūc Esaia locum, quam, vel à Lxx legatur, vel apud Hebræos. Quod quam mihi displiceat exprimere, dicendo non possum, euangelista ne testimonia scripturæ citat quæ velילו dissentiant ab Hebraicis litteris? apage: Si scisset Hebræicē Erasmi cogitare debuisse, se non intelligere euangelistam, summa fide prophetarum scripta reddere, nihil indē mutare, scire oportebat Erasmi veritatem sitam esse non in verbis, sed in rebus. Neque qui sententiam exprimit à lectione Hebræa dicendum esse discrepare. Sententiā prophetæ quis melius expresserit quam spiritus sanctus, qui scripturā dictauit, qui per euangelistas, & Apostolos est loquutus. Nec necesse habet spiritus sanctus verborū magnopere esse sollicitus, quantum vbi oportet, verborū est obseruantissimus, quod adnotat Dionysius & de superioribus dictum est supra. Alibrario partem prophetiæ in medio prætermittam ait, omnē illam sententiam quæ interiacet inter verbū iudicij superius, & vltimum verbū iudiciū: quod sæpē numero fieri putat, vt ea verba, quæ intercesserant inter iudiciū, & iudiciū, scriptor omiserit. Hæc attentiore cura scripsisse oportebat Erasmi, neque siquid Diuo Hierony. exciderit qui mille curis districtus erat, quæ ad eum ex toto orbe aduolabant, ad eum vt necesse haberet rapim dictare commentaria, vt ipse centies ait in suis commentarijs, quantum librarius cita manu posset excipere, id statim etiam aduersus omnes ecclesiæ proceres pronuntiare. Cōtulisset translationem D. Matthæi cum interpretatione D. Hieronymi & Lxx virorum, & singula verba singulis comparasset, & inter iudiciū primū, & iudiciū vltimū deprehendisset multa verba citata à D. Matthæo, Nam omnia illa: Non clamabit, nec dimittet, neque audietur foris vox eius, vel, non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur vox eius foris supra ostendimus, aliter quidem versa à D. Matthæo, citata tamen, cum verbis illis medijs, etiam arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet: quæ omnia verba media sunt inter primam dictionem, iudiciū, & vltimam dictionem, iudiciū. Nō igitur omisit omnia media, quin pauca media omisit. si de illa dictione iudiciū quæ est in hac oratione: in veritate educet iudiciū, Erasmus dixerat, & de altera dictione, iudiciū, quæ postrema est, donec ponat in terra iudiciū, nec hoc cohæret: neque enim citauit euangelista verba illa, in veritate educet iudiciū, vt omisisset media sit dicendus inter verbum primum, iudiciū, & verbum vltimum, iudiciū: neque omisit omnia media, vertit enim illud, donec ponat in terra iudiciū: Quod si omisisset omnia media, quæ non omisit, illud habere rationis oportebat, non tantum media esse omisita, sed alia vt illa: Dedi spiritum meum super eum, iudiciū gentibus proferet: quærenda erat causa cur hæc omisisset euangelista? librarius ne qui descripsit euangelium Matthæi tam negligens fuit, tam properato, tam festinato descripsit, vt non contulerit scriptum librum, cum ipso archetypo, euangelium præsertim sacro sanctum? tā negligentes fuere Apostoli, & discipuli Domini, antistites, qui per manus ad nos sacras transmissere litteras, qui singulas vculas, singulas syllabas tam diligenter expendere, & seruauere sacro sanctas, vt locum hunc curtum, & diminutum ad nos transmiserint? Hæc omnia Erasmi curis solutum expendere, & examinare oportebat, & non quicquid legerit illinere chartis, iudicio est opus, præsertim in re tanta. Sed Erasmi mittamus. Dictum est supra ex ORIG. solitos apostolos, & prophetas, cum citant scripturæ loca, citare necessaria tantum ad rem de qua agitur, omittere media (quod supra centies factum ostendimus ab Apostolis, & Euan-

Resplendet Erasmus & dicit in Mattheo.

Resplendet Erasmus.

Canon.

& euangelistis) hoc loco idem factum est à D. Matthæo, necessaria ad id de quo agitur citat, A omittit media. nam cum auctore Hilario, & Eusebio Cæsariense (vt dictū est) signū quo agnos-

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Donec ponat in terra iudicium. Donec ponat super terram iudicium

D. MATTHÆVS.

HEBRAICĒ

iudicium terra in ponat Donec

Donec eijciat ad victoriam iudicium.

טשקמ פרוק דע דע

Defenduntur Lxx, exēplo euangelista Matthæi quod faciunt paraphras.

Diuus Matthæus euangelista hunc locum non reddidit ad verbum, sed sententiā expref- sit, quædam verba omisit, alia addidit de suo, quod summopere notandum est, aduer-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Legem eius insula expectabunt. In nomine eius gentes sperabunt.

Hoc quoque signum erat, quo agnoscendus erat Christus, quod repudiandus à suis esset, D recipiendus à gentibus. Qua de re leges tomo i. conciliorum epistolam tertiam CLEM.

A fere, quod facere sæpè solent, paraphrasi ex alijs scripturæ locis facta, vbi Christus dicitur ab hoc propheta, & alijs, futurus expectatio gentium, & vbi dicuntur gentes ad Christum ventu-

Lxx viri

commenta

rium huius

loci edidit

pro inter-

pretatione

et tamē cō-

stantur à D.

Matthæo.

Contentio

D. Hieron.

et Augu-

stini.

Vtrum tra-

latio Lxx

afflatus spi-

ritus sancti

fit edita.

D credis de eodem cætera esse dicta? & quis crederet gentes speraturas in Christo, cum teneba-

ni in disputatione sequenti paulo post mediū, & in Ancyroto vbi docet multis verbis nos in Christū sperare, & sperare iuberi, quod Deus sit verus, dictūq; sit, Maledictus homo qui sperat in homine: vbi Deus verbū inquit homo, est factus vt diuinitate saluos nos faceret & secūdū humanā naturā pro nobis pateretur, & passione, mortis solueret imperiū & mortis mors esset. Hęc Lxx viri priores videntur sua interpretatione nobis significasse, vt dictū est. THEOPHYLAC. in Matthæum sic hunc locum explanat. Quid fecit Dominus, aut quid non fecit, vt Iudæos ad se traheret? gentes tamen in eo sperabunt, quando Iudæi noluerunt. CHRYS. in nomine eius gentes sperabunt] vniuersum orbē ad se trahet. HILAR. in nomine eius per fidē gentes credent. Lege EVSEB. Cæf. lib. 9. cap. 15. vbi hunc locum explanat.

D. HIERONYMVS.

Hęc dicit Dominus Deus creans cælos, & extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea, dās flatum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam.

Quod D. HIER. vertit, Dominus Hebraicè est יהוה יי. Deus, Deus, vel Deus Deo, & multa Iudæi deblatterant, vt causam reddant cur hęc geminatio fiat, quorū quædam nostri probant, quæ nullo modo coherent. Nā vt suprā diximus 78, el, singulari numero, pro iudice accipi posse dicebant, aut pro forti, quos supra pluribus refutauimus. Quare cū euangelium lux scripturarum sit, etiā si Iudæi suæ impietati colorem darent, causam aliquam huius geminationis probabilem dicerent, vndē absunt longissimē, lectionem Hebræam verti posse sic fatendum erat. Hęc dicit Deus Deo, creans cælos, vel creanti cælos, vt Deum patrem ad Deum filium verba facere intelligamus, quod hoc loco fieri docet LACTAN. lib. 4. cap. 20. patrem enim ad filium loqui ait, his verbis, apud Esaiam pater summus ad filiū loquitur, dicit Dominus Deus, ego Dominus vocaui te. Quid dicturum credis Lactantium si intelligeret Hebraicè esse, hęc dicit Deus Deo? Accedit his quod testimonijs veterum patrum ostendimus sacrosanctam triadem ab Esaiā hoc capite descriptam, vbi pater omnipotēs ad filium loquitur, Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus in quo complacuit anima mea: & eidem filio pater omnipotēs spiritum sanctum dat, vt pater, & filius, & spiritus sanctus hoc capite sint descripti, & pater ad filium verba faciat toto hoc capite. Quis ergo nō videat posse hęc ita verti? sic dicit Deus Deo, cum pater ad filium verba faciat? Sed cur (dices) Lxx viri non sic reddere? ne Ptolemeus plures Deos esse putaret, & D. Hieronymus secutus est in plerisque; Lxx seniores. Sed obijciunt quidam, me adnotare quæ sancti patres indigna putant, quæ adnotentur: ita ne indigna, quæ sacrosanctæ Triadis declarant mysteria? Quæ dicas digniora? hęc continent sancti patres? quin vbi tenue vestigium huius rei sentiunt audissimē arripiunt. Longum est si persequar singula. Lege caput 4. & 5. & 6. AVGVST. orationis de quinque hereticibus tomo 6. & multa loca intelliges citari ab Augustino vbi non tam plane persona patris, & persona filij explicatur quam hoc loco: & cap. 7. Deus (inquit) dicit Deo apud Esaiam eo loco vbi non tam planè dicitur quam hoc loco. & AMBROS. lib. de Noe, & arca. cap. 13. patrem, & filiū declarari putat illis verbis capitis 7. Geneseos: Fecit omnia Noe quæ mandauit Dominus Deo: nempe quod Hebraicè esset Deus, Deus, & significari putat Deum patrem, & Deum filium: nā pro tetragrammato nomine Dei iehoua, Lxx viri semper reddunt Dominum. Hebraicè tamē esset Deus, Deus, vt Deus pater, & Deus Filius illa præcepisse significarentur. Sed negabis hoc loco, Geneseos Hebraicè esse Deum, Deum, & AMBROS. esse deceptum dices. facilius est responso, si maxime D. AMBROS. esset deceptus, rudis Hebræę linguę, quod non potuerit consulere Hebræos codices, tamen iam nos docet, huiusmodi geminationes, Deus, Deus, pro re, & pro tempore, & pro loco, interpretandas pro patre, & filio: & huius nostrę sententię doctor, & magister est. Peritus Hebræę linguę admonet Diuum AMBROS. alibi in plerisque locis hanc geminationem esse, vbi verti cōmode possit, Deus, & Deus, (hoc est) Pater, & Filius vt Ambrosius interpretatur, aut Deus Deo, vt est hoc loco (hoc est) Deus dixit sic Deo, aut Deus de Deo, vt filius declaratur, hoc (inquam) peritus linguę Hebræę, doctus Theologiam ab Ambrosio, admoneret ipsum Ambrosium, si deceptus esset Ambrosius. Sed quid? quod non est

LXX VIRI

Sic dicit Dominus Deo qui fecit cælum & defixit illud, firmans terram & quæ in ea, qui dedit flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.

A non est deceptus fortasse, nam vt diximus ex D. Hieronymo in epistola ad Damasum super 4. euangelia post translationē Lxx virorum nihil addi, aut detrahi potest ex veteri testamento, quod facile non possit deprehendi ex ipsa translatione. Cum ergo Lxx viri verterint, Dominus Deus, & pro iehoua, semper reddant Dominum, satis indicant aliquam vocē quæ significaret Deū, ex lectione Hebræa intercidisse: & quantum ad id, de quo sermo est, parui refert legendum ne sit, mandarat Deus Deus, an, mandarat Deus, dum illud maneat fixum, & stabile præceptum esse Ambrosij quoties hęc geminatio est, sic esse explicandum, vt diximus. Ergo sic hęc interpretabimur: sic dixit Deus Pater Deo Filio, Deus Pater (inquam) creas cælos, & extendens eos (hoc est) sic dixit creator cæli, & terrę, Deo, Filio, s. vnigenito. Posses etiam sic vertere: sic dixit Deus Deo creanti cælos, extendenti eos, firmanti terram, danti flatum, vt sit sensus: sic dicit Deus Pater Deo filio, creanti cælos, i. per quem creauit cælum; & fecit omnia. nam Hebræa nomina sunt indeclinabilia, vt verba sequentia ad vtrūque referri possint, ad patrem alloquētem filium, & ad filium ad quem verba facit Pater. ATHAN. de fide vnitatis, & Trinitatis lib. vno prope finem, verba illa interpretans, Qui dat flatum populo, & spiritum calcantibus eam, putat his verbis promitti spiritum sanctum. Negat enim flatum, seu, vt ipse vocat aspirationē pro anima poni, quod populus qui suprā terram est, animam habet. Aliud ergo promittit, cū promittit populo ambulanti super terram, spiritum: Promittit ergo spiritum sanctum, denique completam promissionem super fideles ait Lucas & factus est subito sonus de cælo. Difputat etiam AVGVST. de loci huius intellectu, tomo 1. lib. 1. de anima cap. 14. ubi ostēdit quod vbi dicitur: Dans flatum populo, & spiritum calcantibus terram, vtrunque de spiritu sancto posse dici, & vtrunque de anima hominis. Legēdus BASIL. de spiritu sancto, cap. 21. & IREN. lib. 5. vbi flatum pro anima hominis interpretatur, spiritum, pro spiritu sancto, qui datur calcantibus terrena, & cōtempnentibus hęc caduca. Lege AVGVST. in psal. 118. concione 18. cū explanat locum illum: omnem flatum ego feci.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ego Dñs vocaui te in iustitia, et apprehendi manum tuam, & seruaui te. Ego Dñs vocaui te in iustitia, & apprehēdā manū tuā & cōfortabo te.

Dixi ex LACTAN. lib. 4. cap. 20: quod pater summus ad filiū loquitur, & dicit verba hęc: Ego Dominus vocaui te in iustitia, tenebo manum tuā, & confirmabo te. Sic enim vertit Lactantius. Ergo priora verba: Pater dixit filio secundum naturam diuinam, vndē diximus verti potuisse, hęc dixit Deus Deo, creanti cælos, extendenti eos, & c. vt pater loquatur ad filiū, per quæ omnia facta sunt, vel, Deus pater creans cælos, hęc dixit filio Deo, rursum secundū naturā humanam subiicitur: Ego Dominus vocaui te, in iustitia. i. vt iustificares homines, & apprehendi manum tuam, & seruaui te, vel vt vertere Lxx: confortabo te, confirmabo te. Nam nāsar verbum Hebræum seruo significat, & corroboro, confirmo, vt ab vtrisque optime sit redditum. Lege EVSEB. lib. 9. cap. 15.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et dedi te in foedus populi in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educes de conclusione iunctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Et dedite in testamentum generis mei, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorū et educeres de vinculis ligatos de domo carceris sedentes in tenebris.

Dictum est alibi, repetendumque sapē, foedus, vt reddita à D. Hieronymo est. & testamentum, vt vertere Lxx viri, & apostoli & euangelistæ. Nūquam enim aliter apostolicis euangelicisque litteris hęc vox est reddita, quoties enim in veteri testamēto hęc vox ברית est, Græcè est διαθήκη, Latine testamentum; quod διαθήκη, Latine sonat testamentum, & nec aliter ab apostolis aut euangelistis hęc vox est reddita, iuuat enim hęc centies repetere. Pro interpretatione Lxx seniores edidere hoc loco commentarium, cum enim Hebraicè sit: dedi te in testamentum populi, interpretatur. i. dedi te in testamentum generis mei. i. dedi te in testamentum regeneratorum aqua baptismatis in filios meos: vbi pro populo posuere, generis mei, quod intellexere populum illum, qui nascetur, quem facturus erat Dominus, regenerans illum ex aqua & spiri-

& spiritu sancto: semper enim Lxx viri faciunt paraphrasim ex alijs scripturæ locis. IVSTIN. A philosophus Martyr in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, interpretans hunc locum: dedi te in testamentum generis mei, nos significari ait, qui ex Christi latere, ex petra illa, qui Christus est, excisus sumus, & ideo genussilius dicimur & sumus, & certe ecclesia ex latere Christi lancea perforato prodijt, quam Deus genus suum nominat. Et rursus Iustinus genus Dei appellat regeneratos ex fide & spiritu sancto à Christo regenerante nos in Deos, hoc est in filios Dei. LACTAN. li. 5. cap. 20. Domus Iuda & Israel, inquit, vbi de testamento nouo agitur & de his quibus datur nouum testamentum, non vti que Iudæos significat, quos abdicauit Dominus, sed nos qui à Deo conuocati ex gentibus, in illorum locum adoptione successimus, & vocamur filij Dei, quod autem futurum esset id genus, Esaias docet, Ecce dedi te in testamentum generis mei. Sed dices legendum esse in translatione Lxx virorum, dedi te in testamentum Israel quod hanc lectionem quidam codices præferant. Ego eam lectionem agnosco Lxx seniorum quam agnoscunt patres veteres, quos citauit & AMBROS. de virginibus lib. 3. qui interpretas illud: Vnguentum effusum nomen tuum, hoc vnguentum inquit erat apud patrem: olebat tantum angelis & archangelis, tanquam intra vas cæli, aperuit os pater dicens: Ecce posui te in testamentum generis mei, descendit filius repleta sunt omnia nouo odore verbi. sic legit CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 2. cap. 6. sic TERTVLL. aduersus Iudæos cap. de claritate gentium in Christo Iesu. sic AVGVST. & EVSEB. demonstrationis euangelicæ lib. 9. cap. 15. denique omnes veteres hanc lectionem agnoscunt. Sed clamoribus obtundebant Iudæi nostros, vociferabantur nihil tale esse Hebraicè. quod nos docet ORIG. in epistola ad Africicum & extude re clamoribus, vt pro: dedi te in testamentum generis mei, scriberent: dedi te in testamentum generis Israel, cuius lectionis idè esset sensus: nos enim dicimur Israel secundum spiritum. ORIGEN. in Leuitici cap. 23. homelia 12. sub finem, melius mihi videtur respondere Iudæis qui hoc loco & similibus, quibus Lxx viri hanc paraphrasim scripturæ faciunt, vt nos genus Dei appellent, negant quicquam tale esse Hebraicè: Ait enim illud, tamen nolo vos lateat quod Hebræi negant se scriptum habere. quod nos apud Lxx interpretes inuenimus de genere Dei, & recte illi non habent scriptum, ablata est enim ab illis propinquitas Dei, ablata est adoptio filiorum & translata est ad ecclesiam Christi, illi ergo non habent scriptum quod de genere Christi sint, sicut nec esse meruerunt, nos qui hoc scriptum habemus & legimus, gaudemus de dignatione Dei, sed caute & sollicitè curemus ne nos vita nostra faciat degeneres, ne hoc ipsum nobis ad condemnationem dicatur, quod cum genis sumus Iudæi, diabolicis actibus feruimus. Hæc Origines. Ergo cur dānantur Lxx viri quod trecentis annis ante aduentum Domini scripturam enucleant euangelicè: & Iudæi quod velamen habent positum ante oculos eorum, quod non intelligunt, Hebraicè esse negant, quod hoc loco nos docet Origines, & 70. viri, qui loca scripturæ enodant conuenienter apostolicis, euangelicisque literis, quoties id faciunt dicuntur ab Hebræa lectione discrepare & appellantur imperiti. Nam ostendi Catholicos ab hæreticis appellari imperitos & repetendum memoria est, quod in fine commentariorum in cap. 37. dictum est Hebraicè esse variam lectionem sæpè deesse non solum verba, vt hoc loco: sed orationes integras, idque posse deprehēdi ex translatione. 70. virorum, quod ostendimus ex ipsis codicibus Hebræis manibus teneri & oculis cerni, Idque significat ORIG. hæc duo verba deesse in codicibus Hebræis, quæ olim erāt. regeneratione igitur sacri baptismatis hoc loco ante oculos ponunt, & docent idem quod tomo 1. conciliorum CYRILL. ait in epistola de incarnatione vnigeniti cap. 2. positum esse Christum primordium generis secundum, & quod D. Paulus ait, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. id enim est, dedi te in testamentum generis mei. i. hominum regeneratum de spiritu sancto in filios meos. In lucem gentium. TERTVLL. aduersus Iudæos cap. de claritate gentium in Christo Iesu, hæc verba refert ad conuersionem orbis terrarum ad Christum vnde sic explanat sequentia, Vt aperires oculos cæcorum. i. errantium, vt exsoluas de vinculis vinctos. i. liberes delictis, de domo carceris. i. mortis, nempe sedentes in tenebris ignorantie, eisdem verbis eadem hæc explanat lib. 3. aduersus Marcionem & EVSEB. demonstr. euangelicæ lib. 9. cap. 15. excepto quod, cæcorum, explanat animo & corpore.

D. HIERONYMVS.

Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam

LXX VIRI

Ego Dñs deus, hoc est nomen meum gloria

Ariam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. gloriam meam alteri non dabo, nec virtutes meas simulacris.

Quod D. Hieron. Hebraicæ linguæ conuenienter reddidit [Laudem meam] Lxx viri verte re virtutes meas, quia laus propter opera est & virtutis actus, vt docet Aristoteles, ideo Lxx viri pro laude posuere virtutes. i. non patiar beneficia mea à me profecta in omne genus hominum & omnia bona quæ à me habent, accepta referri idolis, & idola & sculptilia laudari, me omnium bonorum autorem ignorari. Iudæi hoc oraculum nobis obijciunt, vt trium personarum numerum refellat. Refellit hos IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem quod suo more peruertant scripturas & cauillentur, trunca scripturæ loca citent, nec expendant frequentia aut præcedentia. facta mentio (inquit) est patris & filij & spiritus sancti, aut fateatur Iudæus esse pugnantia in scriptura sacra (quod ne impietissimus quidem fatebitur) aut dicendum est gloriam alteri vel alij non dabo, quæ filio, & spiritui sancto, quarum duarum personarum facta mentio est, vt pater alias duas personas declaret, filium & spiritum sanctum. & vox Hebræa ארם, significat alium, vel alterum. Eiusdem sententiæ est D. Hieron. in hanc sententiã, plurima disputat HILAR. lib. 4. de Trinitate & ATHAN. lib. vno de fide vnitatis & Trinitatis, explanatur hic locus etiam in expositione symboli Niceni tomo 1. conciliorum: & certe generalius est quod docent Augustinus & Hilarius & alij omnes patres, has voces exclusiuas excludere in diuinis relationes & proprietates personarum, non excludere essentialia.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Quæ prima fuerunt, ecce venerunt, noua quoque ego annuncio, ante quam orientur, audita vobis faciam.

Quæ à principio ecce venerunt, & noua quæ ego annuntiabo (vel euangelizabo) & ante quæ euangelizem annunciata sunt vobis.

Hæc Iudæi referunt ad Assyrios & ad Sennacheribum & ad captiuitatem decem tribuum. Sensus propheta est, aiunt, prædixi vobis, quæ iam euenerunt de captiuitate decem tribuum, æquum est post hac si quæ prædixerim, mihi haberi fidem. vbi quæram à Iudæis quid hic loci esse possit Assyrijs? aut Sennacheribo? Quæram à nostris si, vt inquit Hieron. Iudæi santes nostri sunt appellandi, quibus iudaica deliria mel atticum & ne sciam sapiunt, Christus ne sit finis scripturarum, an Assyrius, Babilon, Nabuchodonosor & Sennacheribus? quos semper iudaica charta sonat. Nihil aliud videre propheta? ad cætera omnia fuere cæci? O miseri, respondit mihi olim concionator theologus non obscuro nominis, qui suorum studiorum satis amplam mercedem retulerat, locuples in summo dignitatis gradu locatus, quid tu putas fuisse prophetas? concionatores erant prophetæ, nostri similes, scelera & vitia suorum temporum auditorum auribus inculcabat. Vide quid faciant commercia? quam pestem bibant studiosi ex Iudæis scriptis? parum abest quin prophetis prophetarum nomen detrahant & prophetias negent esse prophetias, sed conciones siue homelias, aut sermones appellari maus. Neque hoc dico, quod hoc aliquando non faciant, quis enim id neget? sed quod eo referunt omnia. Ergo omnis Dei beneficentia intra hæc clausa est, vt ingruentia bella prædiceret, accisos bello, & protritos cladibus illos liberauerit aliquando, vt postea omnia ruere pateretur, bello & incendio absumi & iacere deserta penè iam bis mille annos, fieretque, quod dicebat Moses Domino, dicturos Aegyptios, Dominum ideo eduxisse ex Aegypto Iudæos, vt in deserto illos funditus deleret: & gentes blasphematuras nomen Domini, qui minus faciunt Iudæi cum finem scripturarum faciunt vaticinia calamitatum, quæ Iudæis acciderunt? quæ clauduntur vastitate Iudæorum & urbium Iudææ, quæ per mille quingentos durat annos, tot illa molitus est Deus, quæ vetus narrat testamentum tot illa rerum miracula ingentia vt postremo ingruentia mala prædiceret, nec auertere ea posset quin omnis terræ Iudææ vastitas consequeretur & reliquarum captiuitas, quæ per mille quingentos durat annos? hæc Dei est magna potentia? vt quæ inceperit, perficere non potuerit? si quid vastari populum suum non prohibuerit, nec per mille quingentos annos captiuitate potuerit liberare. Hæc admirantur Iudæi santes & hæc sensa spirare Arabicos odores putant, vera prædixi vobis de calamitatibus quæ vos oppresserunt, æquum est post hac vt mihi habeatis fidem. bellissimè, euge, digna Deo sententia, quibus malorum vatem se iactet tantum Sed lu-

Sed Iudæos & Iudaiffantes mittamus, quorum aliquando mentionem facio ut ad moneam nos, si qui forte legerint, erroris huius & pestis, ut malo discant & admoniti paucorum, cetera ipsi advertant, nunc ad nostrum institutum redeamus. D. Hierony. sensum huius loci esse ait, quæ per Moysen & prophetas sum pollicitus completa sunt omnia, nunc annuncio euangelium Christi, passionem, vocationem gentium, quæ ita complebuntur ut priora. TER TVL. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 6. & 48. Lex & prophetæ, inquit, usque ad Ioannem, ex quo regnum Dei annunciat, nam limitem quendam agnoscimus Ioannem constitutum inter vetera & noua, ad quem desineret Iudaismus & à quo inciperet Christianismus, nam probauimus vetera transitura, & successura noua, & rursus deserant vetera, coeperunt noua à Ioanne, nam de his multa disputat TER TVL. eodem modo explanat AMBROS. de vocatione gentium lib. 1. cap. 3. de gratia sua Dominus, qua nouam creaturam facit, eadem pronunciat: ecce faciam noua, quæ nunc orientur & cognoscetis ea, vbi multa disputat de euangelio. Procopius ut completa sunt priora quæ promissa in veteri testamento de semine Abraham, de 12. tribubus quas eduxi ex Aegypto, de terra promissionis & alijs quæ præsignificauit per prophetas, sic noua annuncio de lege noua quæ eodem modo complebuntur. THEODOR. eadem sententia est, & AVGVST. tomo 10. de verbis apostoli sermone 13. sub finem, quanquam repetenda sententia altius est. & beatus PROSPER. de prædicationibus Dei parte 3. cap. de nouo testamento promissione 33. eodem refert. Denique si verba prophetæ Esaiæ contuleris cum verbis Ioannis Apocalypseos cap. 21. Ioannem dicas huius loci esse interpretem. Dicit enim eadē hæc verba de euangelio. Tantum interest, quod hoc loco futura præsignificantur, illo gesta narrantur. Ait ergo Ioannes. Prima abierunt, noua ecce nunc facio omnia. Esaias vero ait, quæ prima fuerunt, ecce venerunt noua quoque ego annuncio: An inter hæc quicquam interest? an alium quæremus interpretem? de veritate huius interpretationis dubitabimus, cum filius Dei, qui vtrouque loquitur, sic dicat: Scribe quia hæc verba fidelissima sunt, & vera? Paulus quoque ad Corinth. epistola 2. cap. 5. vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Quid inter hæc interest? nisi quod hic futura prænunciantur cap. proximo, vbi eadem hæc verba repetuntur, & apud Paulum facta narrantur. vtuntur enim prophetæ præteritis pro futuro. per energiam figuram, vt ea firma, & stabilia ostendant. Audi nunc Lxx seniores qui hæc ita verunt: Quæ à principio ecce venerunt, & noua quæ ego annuncio, & priusquam annuncientur manifesta sunt vobis, quæ Græcè sic scripta sunt *ταύτα ἔτι ἀρχῆς ἰδοὺ ἠκαρῆσθη καὶ τὰ ἰσχυρὰ ἀναγγεῖλαι πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐθαλάσθη ἔτι. i. quæ à principio ecce venerunt, & noua quæ ego euangelizabo, & antequam euangelizem præsignificata sunt vobis. Vbi quæ à principio ecce venerunt, quid aliud est quam quod D. Ioannes dixit? Prima abierunt, & noua prædicta sunt vobis, per prophetas. s. quæ ego euangelizabo, quia vt explanat PROCO. filius Dei qui loquitur in prophetis, legem nouam per se promulgauit, & euangelizauit, quia nouissimis diebus loquutus est nobis Deus in filio, inquit Paulus ad Hebræos cap. 1. & notandum est, verbum quod vsurpat Lxx anagello, pro euangelizo, ab hoc enim verbo anagello dicitur Dominus magni consilij angelus, quod magnum consilium patris anagelli. i. nūciat, vt docet HILARIVS lib. 4. de Trinitate his verbis: Ita qui sub mysterio magni consilij nunciandi angelus est Dei, ipse, & natura, & nomine Deus est, & infra appellatus est Angelus Christus, quia dispensationem sacramentorum cælestium manifestauit. Ergo id nunc significant hæc verba, Noua quæ ego manifestabo, uel euangelizabo, antequam euangelizem homo factus præsignificata sunt vobis: Nam antequam Christus promulgaret legem euangelij, omnium prophetarum vocibus erat prædictum venturum Christum, & facturum quæ fecit omnia, & promulgaturam legem nouam. Hæc ex translatione Lxx seniorum minus bene versa sunt à Latino interprete. Sed dices Hieronymum non vertisse, antequam euangelizem, uel manifestem, quod plane refertur ad Christum, & ad promulgationem euangelij: sed antequam orientur: ita est, sed pro orientur Hebraicè est *תקומה*, à verbo *קמץ*, samach germinare, quæ verba à prophetis de Christo incarnato dicuntur frequentissimè, & inde Christus ipse dicitur *קמץ*, samach. i. germen, uel, oriens, quod intra breuissimum tempus toto orbe terrarum germinauerit. Igitur verbum Hebræum facit, vt verba Hieronymi sic explanat. Antequam orientur. i. antequam oriens splendor lucis æternæ toto orbe sese fundat, & antequam fideles germinet toto orbe ex germine illo nobilissimo, id est, Christo, vt enim à Christo, Christiani dicimur, ita à germine, illo germinare dicuntur fideles, & oriri. i. credere, & germini illi incorporari, vt idem sit. Antequam euangelizem vobis homo factus, & antequam germinet fideles.*

D. HIE-

A. D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cantate Domino canticum nouum. Cantate Domino canticum nouum.

Legit IREN. lib. 4. cap. 21. GREG. Nazian. in nouum dominicum, canticum nouum, & nouum testamentum, & inuouationem veteris hominis per legem nouam idem putat. CLEM. Alexandrinus in pro treptico, siue adhortatorio ad Græcos, in principio te docet quid sit canticum nouum, & quod sit Christus, & nouum testamentum, & quæ sit cithara, qua cantantur hæc cantica. Mirabiliter hæc omnia CHRYS. in psal. 135. tom. 1. docet, & addit canticum vetus intra Palaestinam substituisse. Eadē sententia est vtriusque versionis. PROC. iubet (inquit) hymnos fieri Deo, non in Iudæa, vt olim, sed ab extremo terra. i. in omni terra, simile enim illi esse ait: Pleni sunt cæli, & terra gloria Domini, & implebitur omnis terra gloria Dñi. Aduerte quàm hoc congruat superioribus, iubet enim omnem terram cantare hymnum nouum quod noua facta sunt omnia: Quod liberatus sit (inquit Procop.) populus fidelis spiritali seruitute, non corporali, vt olim Israël Aegyptiaca seruitute liberatus est, & liberati sumus, non à palearum seruitute, & luti, & laterum, sed à fœdis libidinibus, à teteris vitijs quibus inquinati eramus, non ab Aegyptijs, & à tyranno Pharaone, sed à demonibus & satana, qui nõ ad lutum, & lateres nos compellebant, sed ad turpissima vitia. Non fugimus mare, sed tumultus humanæ vitæ, & fluctus, & negocia. Non comedimus manna, sed panem de cælo: non bibimus aquam de petra, sed perfundimur delitijs aquarum, quæ de petra, qui Christus est, flunt. Non transmittimus Iordanem, vt in terram promissionis euadamus, sed per sacrum baptismum nobis patefacimus viam in regnum cælorum. De canticum nouo multa doctores sacri.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Qui descendit in mare, et plenitudo eius in insula, et habitatores earum. Qui descendit in mare & qui nauigant in eo, insulæ & habitatores eas.

Quod vertit Hieron. conuenienter Hebræe lectioni [plenitudo eius] interpretatur Lxx. i. qui nauigant ipsum mare, vt sit sensus, non Iudæa solum vt olim, sed omnis terra laudet Dñm, nec omnis terra tantum sed omne mare, & oēs nauigantes in mari, & omnes insulæ, quod hæc omnia lux euangelica illustrabat, & per oēs terras, & per omne mare sese fundebat. PROC. mare mundum hic significare putat, propter varios negotiorum fluctus, vnde luce euangelica relecta multi à negotijs humanæ vitæ se auocant ad res cælestes, multi iuxta legem euangelicam viuunt, nã mundum, mare dici liquet iuxta illud: Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia quorum non est numerus. Ergo qui sese extricant humanis negocijs, & sese afferunt in secessum virtutis, quod super hoc mare eminent, insulas dicuntur habitare, qui verò falsis huius vitæ fluctibus, & prauis cupiditatibus obruti vitæ agunt, mudani nominantur. Idē PROC. [descēdētes in mare] apóstolos putat esse, qui orbem peragrarunt, vt prædicarent euangelium.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Lætetur desertum et ciuitates eius, in domibus habitabit Cedar. Lætare desertum & vici eius, villæ & qui habitant Cedar.

Screddidit D. Hieron. Tollite desertum, & vrbes eius in domibus habitabit Cedar, vt sit: Tollite, supple vocē præ lætitia: sic enim interpretantur omnes Hebræi, neq; erat cur dictionem Hebræam obelo confoderent Iudaizantes, tanquã parum fideliter versam à D. Hieron. [Lætetur ergo desertum] & tollat vocē præ lætitia [& vrbes eius] quia nunc mædebit pluuia cælesti, & omni amœnitate arborum cælestium sanctis martyribus, confessoribus, sanctis virginibus. [Habitabit domus Cedar] i. populus gentium, ex vno enim omnes significat. Populus ergo gentium, qui expers cognitionis Dei, nõ dicebatur habitare domos aut vrbes, quod homines idolatræ bestię dicuntur, feræ, & illorum vrbes deserta syluæ, saltus ferarum, caulæ pastorum, post hac recepta luce euangelij, lætentur, quod dicuntur homines, dicuntur habitare vrbes, & domos. potest verti etiã lectio Hebræa vt reddidit Lxx [Tollite desertum, & nuda eius, caula, & qui habitabit Cedar] Tollite, supple vocē præ lætitia, quod Lxx dixere, lætare, PROC. Prædicat propheta Dñm vocaturum ad se nationes quas desertum nominat, & inculta loca, quod vsq; ad illa tempora nullas ferrent fruges Deo, nec pluuia

Vv

nec pluvia caelesti maderent. [Et desertum Cedar] pro omni deserto gentium vsurpat, cui laeta A nunciatur. Quod autem nuda eius, & caulas pecudum gaudere iubet, eodem spectat, iubet enim letari ea loca quae haecenus vicierant. i. agrorum hominum habitationes, & caulas pecudum, erunt vrbes frequentissimae sanctis & fidelibus. צדק: significat domos & atria, vt reddidit D. Hieronymus, significat etiam caulas pastorum, vt vertere Lxx.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Laudate habitatores petrae, de vertice montium clamabunt, ponent Domino gloriam, et laudem eius in insulis nunciabunt.

Laetabuntur habitantes petram de summitate montium clamabunt, dabunt Deo gloriam, virtutes eius in insulis nunciabunt.

Illud primum nota ex lectione Graeca, totum hoc, vnam esse periodum, vna sententia, & vno spiritu esse legendum. Sensus est: Qui habitant montes. i. qui agrestes erant & immanes, laetabuntur recepta luce euangelij, agent Deo gratias pro tanto beneficio, & ex agrestibus & immanibus fiet concionatores verbi, euangelij praedicatores, quod portabunt in insulas. Ergo [habitatores petrae] i. qui habitabatis ante petras, & rupeis, & agrestes eratis, laudate Dnm pro tanto beneficio, quod vocati estis ad fidem. [De vertice montium clamabunt] de suis locis tollent voces ad sidera praelatitia. [Ponent Dno gloriam. i. dabunt Deo gloriam, & laudem eius, beneficia eius, nunciabunt in insulis] praedicabunt in ecclesijs. PROC. tamen: In montibus stantes (inquit) i. in sublimitate doctrinae euangelicae, de vertice montium, de tanto caelestis doctrinae fastigio, agent Deo gratias [& virtutes eius] i. beneficia eius immensa quae in homines contulit redemptionis doctrinae euangelicae, missionis spiritus sancti, remissionis peccatorum, promissionis vitae aeternae [nunciabunt in insulis] in ecclesijs, quod fecere apostoli.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Dominus sicut vir fortis egredietur, sicut vir praeliator suscitabit zelum, vociferabitur, et clamabit, super inimicos suos confortabitur.

Dns Deus virtutum egredietur, & confliget bello (vel committet bellum) suscitabit zelum, & clamabit super inimicos suos cum fortitudine.

Significant Lxx his verbis vastitatem importatam Iudaeis a Romanis post crucem Domini. Ergo [Dns sicut fortis egredietur] Hebraice est, Deus sicut fortis, aduersus Iudaeos. Post crucem Christi, nam צדק, fortis est, vt vertit D. Hieronymus, & Dei nomen est: nam puer ille qui natus est nobis, & filius qui datus est nobis, inter alia nomina quae habet, appellatus est, el gibor. i. Deus fortis. Ex translatione Lxx apparet, de Christo hanc esse prophetiam: docent enim omnes patres Christum dici Deum sabaoth. i. Deum virtutum, vel Deum militiarum. Est ergo sensus: Deus sicut fortis, quippe est puer ille, cui nomen est Deus fortis, egredietur aduersum Iudaeos, & sicut vir praeliator, Hebraice est, vir militiarum, sicut vir ille qui Iosue cap. 5, se appellat principem militiarum Domini: Lxx viri, quae geminata sunt, semel dicere solent, & ita verterunt: Dominus Deus militiarum. i. Christus, qui sic appellatur: fortasse innuit propheta eius humanitatem sumptam, cum ait, vir praeliator, aut vir militiarum: Christus enim passus perdidit Iudaeos, iuxta illud: Per me haec facta sunt vobis. [Suscitabit zelum] dixere Lxx viri: conteret bellum, siue confliget, committet, hoc est, inuehet acies Romanas aduersus Iudaeos, & suscitabit zelum, & clamabit super inimicos suos. Lege apud IOSEP. lib. 6. de bello Iud. & 5. prodigia, voces, tonitrua, quibus exterruit Iudaeos Deus, & reliqua quae illo bello acciderunt. PROC. describitur hoc loco bellum quod Dns suscitauit aduersus inimicos Iudaeos, & ait se zelum excitaturum illum de quo Moses: Illi me prouocauerunt in illo qui non erat Deus, ego illos prouocabo in illo qui non est populus, vnde getes appellat desertum, & nuda syluarum, quod vrbs & populus expertus cognitionis Dei, nec est vrbs neque populus, sed desertum, neque habet homines, sed bestias, & immania monstra. Ergo vt putat Procop. quod Iudaei relicto vero Deo colere illos, qui non erant dii, Deus ipse relicto suo populo, vocat illum qui non erat populus, populum gentium, videlicet, vt se vindicet de Iudaeis, & hunc appellat zelum. Lege CYPR.

Age CYPR. ferm. 3. de bono patientiae prope finem, vbi haec referre videtur ad hoc, de quo diximus, & ad vltimum iudicium.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Tacui, semper silui, patiens fui sicut parturiens loquar.

Tacui a seculo, nunquid & semper tacebo & sustinebo? sicut pariens patienter egi.

Verba Hebraea ad verbum sic vertere potes, [tacui a seculo] silebo, continebo me? vt vertit etiam Pagninus, quae verba interroganter legerunt Lxx [nunquid & semper tacebo, & sustinebo?] PROC. Tacui, tui illos peccantes, tempore passionis silui, sustinui vt pariens, vt redimerem eos, expectaui quadraginta duos annos dum resipisceret, nunquid semper tacebo? in modo rebus retributionis est, reddit enim causam cur delectat Iudaeos. Sic hic locum explanat CYPR. IA. ferm. 3. de bono patientiae in fine, quando hoc referre videtur ad vltimum iudicium. Lege AVG. in euangelij Ioannis in cap. 8. tractat. 33. in illa verba: Vade, deinceps noli peccare. Et in psal. 82. in principio in illa verba: Ne taceas, neque; compefcaris Deus, vbi eodem modo explanat, quo & Cyprianus. Lege TERTVL. in lib. de pudicitia non longe a principio, qui eodem modo explanare videtur. Quod Hieron. dixit [Sicut parturiens clamabo] dixere Lxx [Sicut pariens ingenij] quod verbum Hebraicum נשׂוּן, ephē, significat clamare parientem, vel ingemiscere parientem, quod veram esse arguit interpretationem Cypriani, & Augustini, & Procopij, tulisse Dnm passionem & cruciam enta, & tacuisse, & ingemuisse vt ingemiscit parturiens, non semper taciturus, nam postea male perdidit Iudaeos. Eadem sententia est translationis D. Hieron. na [sicut parturiens loquar] ad passionem referre potes, vbi ingemiscens loquebatur, vel loquar ne semper sicut parturiens? vt in passione, quasi dicat, non, na me vindicabo de Iudaeis. AVG. tom. 10. ser. 47.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Dissepabo et absorbebo simul, desertos faciam montes et colles, et omne germen eorum exsiccabo, ponam flumina in insulas et stagna arefaciam, et ducam caecos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam, ponam tenebras coram eis in luce, et prauam in rectam.

Excludam & arefaciam simul, vastabo montes & colles, & omne foenum eorum arefaciam, & ponam flumina in insulas, et paludes siccabo, et ducam caecos in viam quam nescierunt, et semitas quas ignorauerunt calcare faciam eos, faciam eis tenebras in luce, et prauam in directam

Quod D. Hieron. vertit: Dissepabo & absorbebo simul, Lxx reddidere diuinitus *excludam & arefaciam simul*, quod interpret Latinus minus bene verterat. Significat ergo Dns his verbis se exclusurum Iudaeos, & mandaturum nubibus ne pluant super eas pluias caelestes, nam post crucem Dni nulli prophetae apud Iudaeos, nullus ros spiritus sancti, nulla angelorum praesidia fuere: idem significat verba Hieron. [dissepabo] disperdam eos, & abijciam a me, [& absorbebo] omnem aquam, omnem humorem, vt maneant siccis. i. reprimam spiritus sancti flumina quae ad illos fluebant. Lectio Hebraea verti potest ad verbum: Desolabo, & absorbebo simul, nam *desolabo* significat, a verbo *desolare*, pro quo D. Hieron. vertit, dissepabo: nec scio cur Hebraea dictio puncto pro obelo sit confossa, quasi non sit idem, dissepabo quod desolabo, hoc Lxx interpretantur *excludam* eos, vt exclusionem Iudaeorum ab ecclesia significare videantur, & pellam illos a suis sedibus, & desolabo eos armis Romanorum. Pro, absorbebo, Hebraice est *absorbere*, & ita vertit D. Hieron. absorbebo: Vatablus, deglutiam hostes meos. i. vastabo, & male perdam Iudaeos: Lxx viri, excludam eos, vel pellam eos patrijs sedibus, vt dixi [& absorbebo simul] i. exsiccabo omnem humorem pluuiae caelestis, reprimam simul omnia flumina spiritus sancti, quae ad illos fluebant. Itaque; intellexere Lxx, Dnm pulsurum Iudaeos patrijs sedibus, quod verbum Hebraeum etiam significat, & simul ablationem ab eis spiritalia charismata, nec improprie. D. Hier. & Lxx sunt interpretati, nam cum pater cum filio spiret spiritum sanctum, belle absorbebo retulisse videntur ad hanc spirationem. i. non mittam ad eos spiritus sancti flumina, quae spiro, vnde dixere, exsiccabo simul. Quod autem sequitur [desertos faciam montes & colles] eodem spectare videtur, desertos faciam principes eorum sacerdotes & pontifices deseram, quorum mentes rore spiritus sancti irrigabam [& germen eorum exsiccabo, vel foenum] fructus, & omnem viriditatem, quae in Iudaea erat e rore spiritus sancti

sancti semper virēs exsicabo, ponā flumina [ponā flumina in insulas] mittam spiritus sancti flumina in ecclesias. PROC. hęc sic explanat: Diuinos sermones scriptura vocat flumina, trāfferuntur ergo libri sacri in ecclesiam, qui flumina dicuntur, quōd sicut flouijs irrigantur arua, & ferunt fructus, sic animi cęlesti doctrina irrigui ferunt fructus cęlestes, & sitim vtorū sedant. Hęc omnia explanat AMBR. de vocatione Gentiu li. i. cap. 3. lege attentē totū illud caput. [stagna arefaciā] ludęos, qui aquis cęlestibus abundabant, aridos relinqū, quando [loca arida & siticulosa] gętes & nationes infideles, vbi nullā cęlestis erat pluuia fluminibus multis & stagnis madere faciā. i. multa doctrina cęlesti [ducā cęcos in viā quā nesciunt] ducā nationes infideles, quę vsq; ad illa cęca erant in viā euangelicā, de qua nullos habuere prophetas, nulla promissa [in semitis quos ignorauerunt ambulare eos faciā] in scripturis prophetarū, quę non erant, apud illos sed apud Iudęos, nā Dñs ipse ait: Ego sum via, & semitas appellat, lucē scripturarum [in semitis] & ponam tenebras coram eis in lucē [mutabo ignorantiam Dei, quę erāt occęcati in lucē & Dei cognitionē] & praua [in recta] in virtutes [hęc verba feci eis vel vt Lxx, faciā eis, & non derelinquā eos] re cōplebo quod promitto verbis. hęc PROCOP. AMBR. de vocatione Gentium lib. i. cap. 3. aliter explanat illud: Educā cęcos in viā. sed mihi B magis placet sententia Procopij, pręterquam in his postremis, quę magis placet referre ad ludęos, vt dicat hęc omnia quę pręsto gentibus, pręstiti eis ludęis, inquam, & non derelinquā eos, vel non dereliqui eos, ipsi recesserunt retro, vt sit apologia Dñi qua excusat exclusos ludęos, & dicat Dñs se omnia illis pręstitisse quę gentibus pręstat, & omnia illis pollicitū esse & pręstaturum adhuc, & non relicturū eos, quōd si nunc sunt exclusi ipsoꝝ culpa esse exclusos, quia ipsi recesserunt retrorsum, iuxta illud: Quia vos renuistis, ecce conuertimur ad gentes. Lege CYPR. lib. 2. epistolarū, epist. 3. paulō post principium de tota huius loci sentētia. vbi ad aquam baptismi refert. Et AVGVST. tom. 3. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 33. in fine, de postrema parte huius capituli, vbi vtrunque de ludęis videtur intelligere.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt constabili, vos dii nostri, surdi audite, cęci intuemini ad videndum.

Confundimini cōfusione, qui confiditis in sculptilibus, dicentes, constabilib⁹ vos estis dii nostri, surdi audite, & cęci respicite vt videatis.

PROCOP. Gentes gratias agunt Deo, quōd dona Dei ad illos translata sint, & dicunt [Confundatur idola quę adorauimus, & confundantur qui confidunt in idolis, & quidolus dicunt, vos estis dii nostri.] Et postea propheta vtitur apostrophe ad ludęos: O cęci ludęi, pudeat vos non videre quę nationes infideles vident, non videtis quas voces pręlatitia ad cęlum iactent nationes recepta luce euangelij, vt abominentur idola, quę antea colebantur, iam verum Deum Christum agnoscunt, ecquid vos pudet, o cęci?

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Quis cęcus nisi seruus meus? et surdus nisi ad quem nuncios meos misi.

Quis cęcus nisi pueri mei? & surdi nisi dominantes eorum?

TERTVL. lib. 3. aduersus Marcionem cap. 3. his verbis significari putat populum Iudęorum non agniturum Christum, principes, & pharisęos, & scribas obcęcandos, & populum Iudęorum auribus auditurum Christum docentem, & non auditurum, hoc est, non crediturum, oculis visurum Christum signa facientem, & non visurum tamen esse Christum, secundum enim hoc dictum ait [quis cęcus nisi pueri mei? quis surdus nisi qui dominantur eorum?] IVTIN. aduersus Tryphonem Iudęum, hoc oraculo ludęos vrgat, quōd apertē cęci, & surdi appellentur à Domino, ridetque illos quōd non intelligant, tam dilucida & perspicua prophetia se surdos & cęcos à Domino appellari, monetque vt respiscant tam acerba oratione à Domino reprehensi. Hęc etiam sententia D. HIERON. THEOD. & PROCOP. est. CHRYSOS. referente Euthymio, panoplię parte. i. titulo. 8. eod. cap. cui pręscribitur Daniel disputans aduersus ludęos: Esaias, inquit, vos alloquitur cū ait: Cęci inspicite, surdi audite, vltro ne cęci estis, an omnino sensibus caretis? quando nominum ambiguitates, aut verborum significationes, aut dictionum proprietates distinguētis, quibus veritas compre-

comprehenditur? ludęi reuicti à nostris, cū se videant hoc oraculo tam manifesto teneri, vna refutata sententia à nostris maioribus, reperere aliam non minus fatuam, qua hunc locum peruertant, & sic hunc locum explanandum aiunt [quis cęcus, nisi seruus meus?] Esaias, scilicet, quasi hęc dicta sint de ludęis tempestatis Esaię, quōd Esaiam non audierint, sed potius appellarint cęcum. Deindē [quis surdus nisi quem sicut Angelum meum mittam?] sic enim vertunt hunc locum Iudęi, & interpretantur de Christo: quis cęcus, nisi Christus? quasi hoc dicturi essent Iudęi tempestatis Christi, & illum non essent recepturi, omnia enim faciunt Iudęi, ne videantur hoc oraculo manifesto teneri. Refellenda hęc Iudęorum sententia est, quōd eam VATAB. & PAGN. & ISIDOR. Clarius sequuntur, relicta sanctorum patrum interpretatione: primum, quōd interpretantur de Esaiā [quis cęcus, nisi seruus meus?] Lxx viri qui trecentis annis ante Christi tempora hęc vertere, vacui omni odio, & gratia edidere: Quis cęcus, nisi pueri mei? vel, serui mei? vt iam de Esaiā intelligere non possis, sed de ludęis qui olim serui Dei erant. Quōd singulariter ergo in propheta erat, ipsi dixere pluraliter, vt non possis iam ad Esaiam referre. Deindē quomodo cohęreat superioribus, si ad Esaiam referas? antecedentia & consequentia repugnant, neque Iudęos iuuerit dixisse prophetas non dicere consequentia, id enim suprā refutatum est, vbi commonstrauimus hoc Iudęorum esse commentum. Deindē, quōd interpretantur [quis surdus?] de Christo, id quoque falsum ostenditur translatione Lxx virorum, qui edidēre: qui surdi nisi dominantes eorum? vt sit sensus, interprete. THEODOR. Qui sunt surdi, nisi principes sacerdotum, scribę, & pharisęi? hos surdos appellat, quōd non audiant prophetas, neque intelligant, aut quōd auribus audiant, & non audiant, oculis videant & non videant. Quo etiam modo TERTVL. hęc enodat 3. libro aduersus Marcionem. Sed attende sodes, qua fraude Iudęi scripturę sensa peruertant, quam apertē puncta mutant, contra quam nostri arbitrantur, qui ludęos religiosissimē aiunt apices, litteras, & puncta seruasse. Lectio Hebręa est *וְשִׁירְיָא מִיָּדְיָא*. i. quis surdus sicut angelum mittam? & interpretantur: Quis surdus nisi quem sicut angelum mittam? vt referant ad Christum, quis surdus nisi is Christus, quem mittam ego sicut angelum, & nuncium meum? quasi hoc dicturi essent Iudęi tempestatis Christi, qui Christum non essent recepturi. Hanc huius loci sententiam fecere Iudęi vnus vnus puncti mutatione post tempora D. Hieronymi, quod intelliges si adhibeas illum Canonem cuius sepē fecimus mentionem, quę pręscribit D. Hieronymus ad Damasum papam in pręfatione super quatuor euangelia, post translationem Lxx virorum, nihil in veteri testamento mutari posse, quin statim possit deprehendi, quōd non solum in Lxx viris valet, sed etiam in quocunque interprete, siquidem ex interpretatione D. Hieronymi intelliges Iudęos post tempora D. Hieronymi puncta mutasse, Nam D. Hieron. qui vertit. Et surdus, nisi ad quem nuncios meos misi, lectionem Hebręam agnouit *וְשִׁירְיָא מִיָּדְיָא*, malacai, nuncios meos, angelos meos: Iudęi nunc scribunt *וְשִׁירְיָא מִיָּדְיָא*, malachi, diuerso puncto, angelum meum, vt possint ad sua sensa referre, mutatione vnus puncti, & diuersa interpretatione. Nam totam lectionem Hebręam Iudęi sic interpretantur *וְשִׁירְיָא*, & surdus, i. quis surdus, hic subaudiunt duas voces, nisi quem, vt sit, quis surdus nisi quę, deindē *וְשִׁירְיָא מִיָּדְיָא*, sicut angelum meum *וְשִׁירְיָא*, nisi, vt sit totum: Quis surdus nisi quem sicut angelum meum misi? vt referre possent ad Christum, & deriuare possent à se culpam, & hanc ignominiam, ne videantur à Domino cęci & surdi nominari. D. Hieron. longē secūs distinguit & dispungit, sic enim interpretatur *וְשִׁירְיָא*, & surdus, i. quis surdus? & hoc loco nihil subaudit D. Hier. vt Iudęi, qui hoc loco subaudiunt duas illas voces, nisi quem, sed post voculam sequentem, *וְשִׁירְיָא*, sicut, hic enim D. Hieron. subaudit, ad quem, quod sermo Hebręus est breuis & concisus, vbi multa subaudire sit necesse. Erit ergo totum iuxta interpretationem D. Hieronymi: Quis surdus sicut ad quem: deinde legit D. Hieron. *וְשִׁירְיָא מִיָּדְיָא*, malachai, angelos meos, vel nuncios meos: *וְשִׁירְיָא מִיָּדְיָא*, nisi, vt sit: Quis surdus sicut ad quem angelos meos misi? quis surdus (inquiens) nisi populus ille ad quem in veteri testamento tot angelos meos misi, tot prophetas, tot patriarchas? quod ait Dominus Matth. cap. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes. & quando iam liquet post tempora D. Hieron. Iudęos puncta mutasse, & aduerbiū illud similitudinis, sicut, aliō retulisse, & alia, atque alibi, subaudisse verba, quam vbi D. Hieron. subaudierit, non videbitur iam alienum à ratione, si dixerimus quod dictum est ex THEODOR. in pręfatione in psalmos, Iudęos malitię assuetos solere mille versare dolos, vt sue infidelitatis excusationē cōtaxant, vt hoc loco, mutatione vnus puncti fecere, ne à Dño surdi & cęci appellati viderētur.

Vv 3 D. HIE.

Puncta mutata à Iudęis certis simis argumentis deprehenduntur.

Offeditur post tempora D. Hieronymi puncta mutata.

Quis cæcus, nisi qui venundatus est? Quis cæcus, sicut qui recessit?

Divus Hieronymus $\delta\eta\psi\omega$, mesulam, vertit venundatum, ut sit sensus: Quis cæcus nisi populus Iudæorum, qui quod cæcus fuit, & Christum non recepit, sed vedit, & emit triginta denarijs, & tradidit Romanis, ipse populus Iudæorum venditus est à Romanis per exiguo pretio, ut pœnas lueret tã immans flagitij? Lege IOSEP. in fine lib. 6. de bello Iudai. vbi captus Hierosolymis, reperies diuenditũ populu Iudæoru per exigua mercede. Quis quid em fecerit Christo, falsi sunt & ipsi, ut supra pluribus dictũ est. Sed hoc loco Hebræi & Iudaizantes, pro [venundatus est] vertunt: qui perfectus est, ut tueantur suũ errorẽ, & dicat surdũ appellari hic Christum. Lxx opinor vertisse hanc vocẽ: dominantes eorũ, & putauisse illas duas orationes: Quis surdus, nisi ad quẽ nuncios misit, quis cæcus nisi dominantes eorum? idẽ significare, & pro vtraq; vnam reddidisse, quod ut supra ostendimus ex Epiphano, & alijs multis in locis, quæ geminatur apud prophetas, Lxx semel dicere solent. Ergo $\lambda\psi\omega$, & masal, dominor est, vnde $\delta\eta\psi\omega$, mesulam, si non ita dispungas ut dispungunt Iudæi, sed legas, moslam, efficies: Dominantes eorum, ut Lxx verterunt, & efficies lectionẽ euangelicam Matth. cap. 21. & Luc. cap. 20. in illa agricolarum parabola, ad quos paterfamilias Dominus vineam misit nuncios: quam parabolã principes sacerdotum & pharisæi, referentibus euangelistis, cognouerunt de se dictam esse: & efficies etiam lectionem euangelicam Matth. cap. 23. vbi Dominus ad scribas & pharisæos ait: Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes, &c. Ergo rectẽ Lxx putarunt eosdem esse illos, ad quos nuncios misit Dominus, & illos quos propheta appellat: Dominantes Iudæoru, scribas, videlicet, & pharisæos, & principes sacerdotũ, ad quos Dominus Matth. 23. verba faciens dixerat: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, &c. Et verbum Hebræum $\delta\lambda\psi\omega$, si sine punctis scribas, magis videbitur, si primoribus labris Hebræas literas attigeris, à masal esse deductum. i. à dominor: moslam, dominantes eorum, quàm à verbo, salam, quanquam & à verbo salam si alia adpingas puncta, ea videlicet quæ nunc præferunt codice Hebræi, deflectitur, & fit mesulam, & significat illum, cui aliquod debitum solutum est, ut reperies in lexico Complutensi, vbi mesulam dicitur significare perfectum, aut pacificum, & posse significare illum cui aliquod debitum solutum est, à verbo, salam, reddo & retribuio, & tacitẽ reprehenditur D. Hieronymus, qui pro eo verterit, venundatus est, & D. Hieronymus vertit optimẽ, nã cum mesulam significet eum, cui aliquid retributum est, quod Latine exprimi non potest, vno verbo reddidit pro eo, qui venundatus est, eo sensu quo diximus, nam quæcunque populus Iudæorum in Christum Dominum fecit, retaliata sunt in ipsum populum Iudæorum, & retributa, tradidit Christum Romanis, ipsi traditi sunt à Domino Romanis, cæcidere plagis Christum, ipsi principes, & scribæ, & pharisæi plagis cæsi sunt à Romanis publicè per vias milies: arundine caput Christi percussere, fustibus vulgo percutiebantur à Romanis: sustulere Christum in crucem, innumerabiles ex primoribus vrbis à Romanis in crucem sunt acti: vendidit Christum, venditi sunt à Romanis, id quæ mercede per exigua (ut supra pluribus adnotauimus ex Iosepho) id significat, mesulam, in hoc loco Esaiæ [Quis cæcus sicut mesulam?] nisi cut populus ille (ut ita dicam) retaliatus, & affectus omnibus iniurijs quibus Christum affecit, cui sunt retributa mala omnia quæ in Christum congesserat, ut simul Iudæorum populus cæcus appellatur, simulque præsignificetur futurum, ut mala quæ in Christum intulerat populus Iudæorum in illorum caput recidant. Hæc cum vno verbo D. Hieron. non potuerit significare, dixit [Quis cæcus, nisi qui venundatus est?] ut ex vno reliquaintelligeret [nisi qui venundatus est?] ut vendidit Dominum qui traditus est Romanis ut tradidit Dominum. & reliqua. An ignorabat D. Hieron. salam, significare idem quod restituere, & reddere, & retribuere? & mesulam significare populum Iudæorum, cui soluta sunt quæ ei debebantur, cui sunt irrogatæ merita pœnæ? Quod autem sequitur apud Lxx viros [Quis cæcus, nisi qui recessit?] additum est à Lxx senioribus tanquam pro scholio: solent enim, ut docet Epiphanius, quæ reperta sunt omittere, & addere de suo illorum loco quæ pro scholio vaticinij sacri sint, ut hoc loco addidit [quis cæcus nisi qui recessit?] à Domino. i. qui recessit, de quo populo dictum est: Abierunt retrorsum. Græcè $\epsilon\pi\sigma\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\alpha\iota$. i. qui recessit, qui abstinuit intrare, filius ille maior qui in litteris euangelicis audita symphonia, & lætitia patris de salute filij minoris abstinuit intrare, id enim significat vox illa Græca: semper enim Lxx seniores cũ literis euangelicis

Agelics concordant, quod argumentum insolubile putat Irenæus, quo teneatur manibus interpretationem Lxx virorum in latu spiritus sancti esse textam.

Et quis cæcus nisi seruus Domini? Excæcati sunt serui Dei.

LXX viri paraphrastæ sunt, & commentarij, qui euangelicè scripturam enucleant, & idẽ Iudæis & Iudaizantibus odiosissimi [Excæcati sunt serui Dei] Iudæi, apud quos lex & prophetæ erant, & spiritus sancti dona, & videntes non viderunt, & audientes non audierunt. Sic explanat TERTVL. lib. 5. aduersus Marcionẽ in epist. ad Laodicenos: ergo [quis cæcus nisi seruus Domini?] nisi populus Iudæorum qui olim erat seruus Domini.

Qui vides multa, nonne custodies? qui Vidistis sæpẽ, & nõ custodistis, aper-
B apertas habes aures, nonne audies? tæ aures fuere, & non audistis.

IUSTIN. philosophus Martyr aduersus Tryphonẽ, idem his verbis significari putat quod illis: Aure audietis, & non audietis, oculis videbitis & non videbitis. THEOD. significat propheta Iudæos visuros miracula Domini, & audituros cælestem illam doctrinam, neque aures eius diuinis sermonibus adhibituros, neque oculos miraculis. TERTVL. lib. 3. aduersus Marcionem, præsignificat his verbis, Esaias populum Iudæorum auribus auditurum, & non auditurum, oculis visurum Christum docentem, & signa facientem, & non visurum. Ergo [qui vides multa] qui vides Christum docentem, & edentem multa miracula, non intelliges esse Deum? & non obseruabis esse Christum promissum? & custodies in animo tuo illius doctrinam? & qui audis auribus corporis, non audies auribus animi?

Et Dominus voluit ut sanctificaret Deum voluit ut iustificaretur, & ma-
eum, magnificaret legem, et extolleret, gnificaret laudẽ, viderũt & fuit po-
C ipse autẽ populus direptus et vastatus. pulus vastatus & direptus.

fortificabit & legem magnificabit iustitiam eius propter voluit Deus
יהוה הוזה לנפשו ידקו יגדיל הורה ויאדיר

etiam dicitur vastatus & direptus
καὶ ὁ θεὸς ἐβαύλιτο τὴν δικαιοσύνην καὶ μεγαλήνην
κτίσιν, ὅτι ἴδοντες ἔγινον ὁ λαὸς παραποιεμένοι
καὶ καὶ διεπραξμένοι.

Iudæi, ut intelliges ex Vatablo & Pagnino, sententiam huius loci esse putant, egregiam qui idem voluntatem erga nos habuit Deus propter iustitiam suam, legem suam inter nos magnificam & augustam reddidit, ut enim ostenderet se esse iustum, & quæ in lege sua essent esse verissima impleuit comminationes quæ in lege continentur, ita Hebræi hunc locum explanant, aut potius ex prophetia redigunt in battologiam, aut ut nihil dicat propheta, aut indigna Deo dicat, ut se iactet Deus quod implevit comminationes. Nescio quid hic videat Iudaizantes dignum quod anteponant sententiæ veterum patrum, ut omittam quod neque ante cedentibus, neque consequentibus hæc cohæreant. Lectio Hebræa ad verbum reddita est, voluit Deus propter iustitiam eius, quod D. Hieron. significare putat, voluit Dominus propter iustitiam eius prædicari euangelium, Iudæis. s. quanuis cæci essent, ut impleret promissa quæ patribus antiquis dederat, pro quo reddidit D. Hieron. [Deus voluit ut sanctificaret eum] voluit Dominus sanctificare populu Iudæorum. Lxx eodem modo: Dñs voluit ut iustificaretur, populu Iudæorum. s. recepto Christo: Deinde, & [magnificaret legem] quod Lxx vertere [ut magnificaret laudem] voluit Dñs ut populus Iudæorum obtemperaret legi, & diuinam legem veneraretur, & laudaret Dñm pro completa lege & misso Christo. Hoc loco addidit Lxx verbum vñm $\epsilon\delta\omega$, quod verbum minus bene reddidit interpres Latinus, significat enim viderunt, aut cognouerunt, hoc est, cognouerunt Christum esse [ipse autem populus direptus & vastatus] iob id terra illorum vastata est, nempe quod videntes agricolæ euangelici, illum esse hæredẽ, cruci eum suffixere, Matth. cap. 21. vbi Græcè idem verbum est in euangelio quod interpretatione Lxx, siquidem Lxx dixere $\epsilon\delta\omega$, viderunt aut cognouerunt: D. Matthæus $\epsilon\delta\omega$ $\epsilon\delta\omega$. videtres, ergo addidit de suo Lxx, verbum illud, viderunt, quod conuenit cum illo euangelij citato, vbi quæstio oriri solet inter Theologos, si cognouere Iudæi Dñm, quo modo idẽ Dominus ait: Pater ignosce illis quod nesciunt quid faciant. & illud D. Pauli & D. Petri: Si cognouissent V v 4 nunquam

nunquam regem gloriæ crucifixissent. Quæ quæstio à Iustino, & à cæteris Theologis exactè & disceptata est. Lectio ergo Hebræa ad verbum reddita est: Deus voluit propter iustitiam eius, subaudi iustificare Iudæos, & magnificare legem, illis solis prædicans euangelium, vt significet idem quod illud euangelij: Quoties volui congregare filios tuos, &c.

D. HIERONYMVS.

Laqueus iuuenum omnes in domibus carcerum absconditi sunt, facti sunt in rapinam, nec est qui eruat in direptionem, nec est qui dicat, redde.

Sententia veterum patrum de huius loci intellectu fortasse erit allegorica, literalis huius loci sensus, quem toto hoc opere confector, qui litteræ congruat Hebrææ, & Græcæ, & Latinæ videtur mihi percipi posse ex Iosepho de bello Iudaico lib. 6. in fine, vbi describitur Hierosolyma incensa & cruta, cæsi omnes Hierosolymitæ gladio, fame, & peste, & incendio, iuuenes, & senes promiscuè per vias strati ferro, procerata itatura iuuenes, & valentissimi quique adolescentes capti & reuincti, seruati per domos, vt ducerentur in triumphum Romam, & vt venderentur in festos dies obijciendi in theatris laniandi leonibus, & bestijs. Vt enim nostra tempestate festos dies exhilarare tauro-rum ludis solebamus, ita veteres, leonum, aliarumque bestiarum agitatione, & venatione suos celebrabant festos dies, quibus malefici laniandi obijciebantur, quod hoc spectaculo delectarentur spectatores. Postquam ergo propheta dixerat Iudæos, quod non recepissent Christi traditos Romanis, vt illis essent prædæ, subiungit hoc loco, domos omnes factas fuisse carceres, plenas iuuenibus reuinctis, Hierosolymorum domos direptas fuisse à Romanis, omnia vastata, omnia incensa, quod Christum non receperint. Ergo [Laqueus iuuenum omnes] omnes domus erant laqueus iuuenum. i. carceres iuuenum laqueis reuinctarum, quod lectio Lxx satis indicat, qui sic vertere *ἡ γὰρ πύλις ἐστὶν τῶν κατὰ τὸν πύλον κλεισμένων*. i. laqueus enim in custodijs vel carceribus vbique. reponere tu ex lectione Hebræa dictionem vnam, quæ desideratur in translatione Lxx virorum, & lege: Laqueus enim iuuenum in custodijs, vel carceribus vbique: nam *ἡ γὰρ πύλις*, quod D. Hieron. vertit, omnes, Lxx reddidit carceres, à *קצר*. i. carcer, vt vtraque modo verti poterit, aut omnes hæ, aut carceres eorum. Nam de varietate punctorum non necesse habeo crambe repetita toties tædium parere, pro re, pro loco, pro tēpore docti ea addunt, & detrahunt, id quiuis intelliget semel admonitus, neque hærebit ob punctorum varietatē, aut hic aut alibi, aut vnus literulæ mutatione, ideo enim disputationem de translationibus huius operi præfiximus, vbi hæc pluribus verbis sunt disceptata, ne sit necesse toties eadem inculcari legentibus, si qui fortè hæc legerint. Ergo [laqueus iuuenum in carceribus vbique] satis declarat apertè iuuenes coniectos in carceres, & in custodias, vt ducerentur in triumphum, vt obijcerentur in theatris laniandi belluis immanibus, vt venirent quàm minimo pretio, quod declarant etiam verba sequentia [in domibus carcerum absconditi sunt] hoc est, clausi in domibus carcerum tenebuntur, quod Lxx dixere [in domibus simul carceris vbi absconderunt eos] nam reponenda quoque ex lectione Hebræa dictio illa, carceris, est, vt sic legatur: In domibus carceris simul vbi absconderunt eos, hoc est, concluderunt. Lege lib. 6. Iosephi in fine, & cetera cum his, historiam hanc esse dices, non tantum prophetiam, tam planè hic significantur futura, quàm planè illic facta narrantur.

D. HIERONYMVS.

Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat, & auscultet futura?

Exprimit hoc loco propheta prophetiæ vsus: ideo enim hæc prædicebantur, vt qui scirent, futura hæc mala vitarent, & obtemperarent Deo, quod planè indicat translatio Lxx virorum. [Quis in vobis est qui hæc exaudiet?] i. pauci erunt ex vobis qui hæc audient, & his obtemperent [& in futura cognoscat?] i. quis hæc cognoscat & intelligat, vt in futurum præcaueat. Ergo, quis in vobis qui audiat hoc? i. rarus erit qui audiat hoc, vt attendat, & auscultet futura, & præcaueat.

D. HIE-

A *Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus, nonne Dominus ipse cui peccauimus? & noluerunt in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius, & effudit super eum indignatione furoris sui, & combussit eum in circuitu, & non cognouit, & succedit eum, et non intellexit.*

Si conferas hæc cum rerum gestarum historia, non magis hanc prophetiam dices quam historiam? Cum enim prædicta sit vastitas Iudææ post passionem Domini importata Romanis, interrogat propheta, quis tradiderit Iudæos Romanis diripiendos, & sibi ipsi propheta respondet, quod Dominus, quia noluerunt ambulare in vijs eius, hoc est in lege euangelica, neque audire voluerunt legem eius, noluerunt enim audire prædicationem Euangelij, vnde Apostoli dixerunt, Vobis primum oportebat prædicare regnum Dei, sed quando non recipitis, ecce conuertimur ad gentes. Notatamen prius Iudæam vastatam à Vespasiano, & Iudæos non resipuisse, affectos tam graui pæna, quod significat verba illa [& noluerunt in vijs eius ambulare, & noluerunt audire legem Domini] . i. etiam tot malis accisi noluerunt audire prophetas, qui prædixerant illa mala futura si Christum non recepissent, neque voluere resipiscere, neque ambulare in lege Domini [vnde exarsit rursus (inquit propheta) furor Domini in Iudæos, & combussit eos] Lege Dionem in vita Adriani, & leges incendio consumptas rursus omnes Iudææ vicos, & vrbes, adeo vt in Iudæa non manerent vllæ Iudæorum reliquæ, nam residiui qui non periere incendio, aut bello, ducti captiui sunt in vltimas orbis terrarum oras: & totam hanc sententiam claudit propheta illa querela, quod toties ambusti ignibus, & flammis iuxta prophetias, quas quotidie legunt, non cognoscunt ad huc suam impietatem, nec resipiscunt, hanc prophetiam compleri omnes videmus. Quid enim pernicacius Iudæis toties combustis, toties vastatis per mille quingentos annos, & eo amplius, exulibus miseris? Sed Iudæos non tantum miror quorum morbum hunc prædixerant propheta, Iudæizantes illorum amatores mirari satis non possum. Scio quosdam veteres patres hæc ad Babylonica tempora referre, sed ego tantum illorum sententiam sequor, qui conuenienter litteræ, & antecedentibus, ac consequentibus hæc interpretantur: iudicio enim hæc excerpti oportuit, & non misceri allegotias interpretationi literali.

IN ESAIAE CAP. XLIII.

D. HIERONYMVS.

Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel.

Et nunc sic dicit Dñs Deus, qui fecit te Iacob, & qui formauit te Israel. Vbi que, bāra, est, verbum Hebraicum D. Hieronymus reddit creauit, Lxx reddunt facere. Creare apud Theologos est, facere aliquid ex nihilo, quod solius omnipotentia est. Quod Theologi creare dicunt, hoc Philosophi dicunt facere Græcè *ποιῆν*, nam Plato in Timæo Locrensi Deum authorem rerum omnium inducit, additque Deum creasse materiam & formam: mutatas ex libris sacris videlicet, ibi fecisse materiam ait, & fecisse rerum formas quas alioquin ipse, & Aristoteles ingenerabiles dixerant, & incorruptibiles, quod non essent factæ ex aliquo, id enim appellabant generare, factas tamen à Deo fateatur in Timæo Locrensi, & in Philebo cum Deum ait primum fecisse materiam, & formam, vt Proclus interpretatur, lib. in Timæum Platonis: & in Sophista, id esse dicit Plato fieri quod prius non erat, &

Vv 5 post cā

postea est, & quoties mundum à Deo creatum dicit, & omnia, quæ sunt, vt in Philebo, & sophista in 10. de republica. 10. delegibus in Epinomide factum mundum, & facta omnia à Deo dicit, & nos in symbolo, Deum, factorem cæli, & terræ confitemur, idem ergo est facere, & creare, neque dissident inter se D. Hieronymus & Lxx seniores. Sed hoc loco non solum Dominus ait, se formasse Israel, & esse authorem animæ, & corporis, sed etiam creasse carneum, cor nouum fidelibus, & innouasse interiorem hominem, qui renouatur in nobis de die in diem, in agnitionem Dei, vt Palus ad Ephesios 4. inquit. & ad Colossenses cap. 3. PROC. genus aliud creationis & formationis hoc vaticinio significatur diuersum ab illo quod fidelibus, & infidelibus est commune: erat enim Israel deformis moribus inquit, & reformatus est ad imaginem eius qui creauit eum: nam AMBROS. de vocatione gentium lib. 1. cap. 3. præscribit hunc interpretandæ scripturæ canonem vt intelligamus scripturam de parte loqui tanquã de toto, & ita cum de infidelibus Iudæis superiore capite loqueretur. tanquam de vniuerso Israele loquebatur, quem datum diximus in direptionem, hoc capite cum de reliquijs loquatur de his enim penè totum hoc caput explanat AMBROS. de parte loquitur tanquã de toto. Idem sentit D. Hieronymus. Cyrillus uero contra sentire videtur: putat enim Dominum indulgentissimum postquam iratus est Iudæis ob immane facinus in Christum admissum, & post sumpta merita supplicia vocare illos ad viam veritatis, ostendere se illos vicaria morte redemisse liberaffe à Dæmonis seruitute, modo ipsi velint tanto vti beneficio.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Noli timere quia redemite vocauite
nomine tuo, meus es tu, &c. vsque ad
dedi propitiationem.* Netimeas quoniam redemite vocauite nomine tuo meus es tu, &c. vsque ad dedi propitiationem

CYPRIAN. de exhortatione martyrij capite 10. putat hoc loco doceri nos ab spiritu sancto castra Zabuli non esse timenda, in ipso magis bello spem nostram consistere, & præmium vitæ æternæ, vnde Dauid: Si directa in me fuerint castra non timebit cor meum: & si insurgat super me bellum in illud sperabo: hoc putat significari his verbis Esaiæ: Noli timere quia ego te redemi, si pertransieris per aquam tecum sum: flumina te non inundabunt, si pertransieris per ignem ignis non comburet te, idemque putat esse cum illo euangelij: Cum vos tradiderint nolite cogitare quid loquamini, &c. Ergo: Vocauit te nomine tuo vt optime vertit D. Hieronymus & Lxx seniores, neque enim erat cur Pagninus mutaret lectionem hanc, cum Hebræa lectio hoc plane præferat, significat appellandos esse fideles proprio, & peculiari nomine videlicet vt à Christo Christiani dicantur, quod est nomen nouum, quod daturum Dñs se dixerat suis à participatione Christi quod sumus illius membra vnde subiicit meus es tu quoniam populus fidelis Christi corpus est, cuius caput sit Christus. Christus vnctum significat. Deum hominem factum cuius humanitas, quia vnita diuinitati est quomodo ferrum est ignitum vt nulla ferri pars sit quæ non igni sit vnita, neque pars vlla ignis quæ non ferro sit coniuncta, cum vtraque natura per se sit distincta, & carbo ignitus, sic ea similitudine tamen qua diuina humanis possint aliqua ex parte referari. Neque enim sic, neque vlla similitudine humana diuina expriment vnquam: tamen quantum ex humanis diuina coniungere possumus, vt ferrum candens, vt carbo ignitus, ita humanitas Deitati vnita est, vt nihilofcius tam è Deitas Christi & verbum patris completeret omnia, & in sinu esset patris, est tamen verbum patris Dei filius incarnatus, & vnitus carni, vt ignis ferro & multo magis, est enim vnitus hypostaticè & ideo dicitur vnctus Deitate, vnde nos cum membra Christi efficitur, filij Dei efficitur, Deitatis Christi particeps nomine nouo insignes vt legi apud THEODOR. in Genesim in cod. manu scripto in bibliotheca cardinalis Burgenfis D. Francisci Mendocæ. CHRYSOS. in cap. 1. Ioannis homil. 18. in illa verba. Tu vocaberis Cephas, declarans cur Simoni mutauerit nomen Christus & Petrum appellat, vt declararet, inquit, se eundem esse qui vetus testamentum dederit, & qui nomina mutarit Abraham, & Saræ, & alijs. Et infra: Sed tunc varia ac differentia singuli acceperunt nomina, nunc vno omnes appellamur nomine Christiani scilicet nomine vno omnium maximo ac præstantissimo, quo monstramur filij Dei esse, & amici, & Christi optimi maximi membra, qua appellatione excitari vehementer ad virtutem deberemus, cum eodem nomine, quo Christus, vocamur. Quod si is, qui principes, alicui nomine insignis est, quod testatur

testatur se illi consanguinitate propinquum tumet, & se pro tante nobilitatis dignitate conatur gerere: quid facietis, qui nomen gerit, non principis terreni, non angeli, non archangeli, sed ipsius omnium regis Christi? &c. Sed quod dixerat supra idem CHRYS. appellationes à Deo inpositas, diuini beneficij esse monumentum fortasse intelligi poterit, vt interpretatur simile quiddam Plato in Cratyllo, interpretans versus illum Homericum, *ἔνθα δὲ καὶ λέγουσιν οἱ θεοὶ τὸν ἀνδρῶν ὄνομα*. i. Xanthum appellant, Diu, homines Scamandrum, quem locum explanat Platon, ita, vt Dei appellationem significet esse, cum, quod significat nomen, re ipsa sit, cum Deus facit, videt ipsa sit tibi, quod nomen ipsum significat. Congruet ergo optime vt dicas: Vocauit te nomine tuo. i. feci vt sicut vocabare Christianus, i. Dei filius, particeps diuinitatis Christi vnctus. Diuinitate Christi reuera es: feci vt sicut vocabare Israel, i. Deum videns, & fortis in Deo, reuera es, & vt vocabare Christianus, nomine illo tantæ dignitatis, reuera id es, non nomine tantum insignis. fuere fideles etiam post aduentum Domini vere Israelitæ. i. videntes Deum & cognitione Dei totum orbem illustrantes, & fortes in Deo, vicere enim orbem terrarum in Domino. Dicebat enim Paulus, Omnia possum in eo qui me confortat, quod significant verba sequentia [cum transieris per aquas tecum ero] aqua enim, vt inquit CYRILLVS, & vt supra interpretati sumus ex CYPRIAN. tribulationes omnes significant, & tentationes, aduersus quas promittit auxilium. lege etiam AMBROS. in psal. 36. & in psal. 47. non longè à principio [Flumina non operient te, igne non combueris] iud eadem tribulationes pertinent, quæ fideles non obruunt sed splendidiore multo, & magis fulgentes virtutibus faciunt, adest enim Deus adiutor, nec illos deserit. ita D. Hieron. Meus es tu, Procopius, omnes dicimur esse Christi, ab alienatos enim à Deo, peccato, rursus proprio sanguine nos fecit suos, roburque dedit. si velimus dicere, omnia possum in eo qui me confortat Christo Iesu, vt nulla tentatio in nos vires habeat vllas, vt simus insuperabiles tentationibus, nam fluij, flammæ, ignes, omne genus tentationum significat, scriptum est enim, quod quicumque in Christo pie volent viuere patienter persecutionem, quod ipse Dominus dixit & parabola illa domus edificatæ super petram idem significat, & rursus idem PROCOP. ego feci te ad imaginem meam, vnde meus es tu, & ab alienatum à me propter peccatum, te redemi rursus, & sanguinem meum pro te sudisti, & redemi te, vt sis possessio quædam mea, feci ergo te meum proprio sanguine meo, quod est idem cum illo actorum 20. episcopi attendite ecclesiæ Dei, quam proprio sanguine sibi acquirit Dominus, & Dominus quidem vniuersorum est Deus, tamen alio quodam modo malin dicuntur esse Dei & cum dicitur [meus es tu] spiritalis coniunctionis & cognationis emphasis quædam significatur, eadem apud CYRILL. leges.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Cum transieris per aquas, tecum ero, et
flumina non operient te: cum ambulaueris
in igne, non combueris: Flamma non
ardebit in te. Quia ego Dominus Deus
tuus sanctus Israel saluator tuus.* Si transieris per aquam, tecum sum, & flumina non concludent te, & si transieris per ignem, non combueris, flamma non exuret te. Quia ego Dñs Deus tuus sanctus Israel saluans te.

Quod D. Hieronymus vertit [Flumina non operient te] conuenienter Hebræe lectioni: Lxx reddidere: Flumina non concludent te, quod minus bene vertit interpret Latinus [Non operient te] non retardabunt iter tuum, & est admirabile dictum, quam semper spectent Lxx ad historiam euangelicam & quam ex vno loco scripturæ alterius loci faciant paraphrasim, cum enim supra dictum sit, fore vt Dominus aperiat viam prædicationi apostolorum, vt neque flumina remorari possint illorum viam, neque res vlla alia, vt pateat orbis terrarum illorum prædicationi, idè nunc significat: Non vos concludent flumina. i. non vos remorabuntur flumina, aut res vlla: per medios ignes, per medias aquas aperiam vobis viam. i. per omnia aduersantia, etiam si aduersus vos totus insurgat orbis. EPIPH. lib. 2. contra hæreses tomo 1. vbi præfixus est titulus: Reliqua Methodij: his verbis significare putat idem quod illis, Tanquã autem in fornace probauit electos: in paucis vexati, in multis bene disponentur, quod spes illorum immortalitate est plena, & cantionem hanc martyrum esse dicit. Transiuimus per ignem, & aquam, & duxisti nos in refrigerium. Est enim hoc promissum diligentibus Dominum, quod si per aquas transierint & fluios & ignes, Dominus semper illis aderit. CLEMEN. Alexandri- nus Pæ.

nus Pædagogilib. r. cap. 9. Ero, inquit Deus, ipsorum pastor, ero prope ipsos vt tunica corporis ipsorum. Vult enim Dominus seruire carnem meam, induere mihi vellem immortalitatis, & corpus meum, Christi vnctione yngens: Si transferis (inquit) per ignem, nõ combureris: Nõ enim cademus in corruptionem, transeuntes ad immortalitatem, quod ipse Dominus liberabit nos. Talem quandam interpretationem memini legere me apud ATHAN. vbi similitudine opinor lini cuiusdã, quod solet fieri ex Amianto lapide, quo res cõtectæ, & vestitæ nihil igni deperdunt in medijs flammis, ita, inquit, sacrata virgo agnum peperit, ex cuius glorioso uellere factum nobis indumentum immortalitatis est, quo tecti neque igni cõburi possumus, neque flamma exuri, neque aquis concludi, aut re vlla, quin per omnia cruciamenta illæsi ad immortalitatem transeamus.

D. HIERONYMVS.

Dedi propiciationem tuam Aegypti & Aethiopiæ, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus, ego dilexite. Et dabo homines pro te, & populos pro anima tua, Noli timere quia ego tecum sum.

LXX VIRI.

Feci commutationem tuam Aegyptum, & Aethiopiæ & Syenem pro te, ex quo honorabilis factus es, in conspectu meo, glorificatus es et ego dilexite, et dabo homines pro te, et principes pro capite tuo, ne timeas quia tecum sum.

LXX pro, sabà, legut, Syenem, vnus litteræ mutatione, siquidẽ, 3, & 3, apud Hebræos sunt aliquantum similes, præsertim in libris manuscriptis in quibus has litteras vix internoscere possis. Nunc igitur legitur, 329. i. Sabà, Lxx agnoscunt 329. i. Syene, sensum huius loci esse putat ORIGEN. in 16. caput Leuitici homilia 9. cũ disputat de duobus hircis, tua peccata luent Aegyptus, Aethiopia, Syene: nam peccata eorum, qui poenitentiam egerunt, & qui seruiunt Domino, super capita sua suscipiunt hi, qui perstant in malitia, quod significabant duo hirci qui admouebantur altari, & vnus offerabatur Domino, qui significaret populum Dei sanctum, & beatum, alter qui dicebatur apopompæus, mittebatur in eremum, vt auferret super se peccata filiorum Israel, & iniustitias eorum, & iniquitates eorum, & significaret peccata eorum qui poenitentiam egerunt, casura super capita illorum qui non egerunt poenitentiam, quod significari putat ORIGEN. illis verbis Esaiæ: dedi pro te commutationem Aegyptum. i. luert tua peccata nationes infideles, & tu populus fidelis preciosus eris apud me. CYRILL. lib. 9. in Leuiticum idem ait in principio. At in commentarijs in Esaiam aliter explanat. Mihi PROCOP. sententia præter ceteras placet, qui sic hunc locum enodat. Ego te sanguine meo redemi, quod precium pro te solui, sanguinem proprium: tu itidem fac o popule fidelis euangeliza gentibus euangelium, dato precium sanguinem tuum, tu quoque pro Aegypto pro Aethiopia, pro Syene. i. pro gentibus vsque ad vltimam partem orbis, quod Syene olim pro vltimo termino terre ponebatur. Perfolue ergo sanguinem tuum, precium pro omnibus gentibus infidelibus vsque ad finem orbis terrarum. Est enim ita preciosus apud me sanguis tuus, vt pro sanguine tuo infidelium oculos illuminem, quod valet plurimum ad id quod dicitur sanctos mereri gratiam de congruo alijs, & quod merita sanctorum in thesauro Ecclesiæ reponuntur. PROCOP. ergo sic interpretatur editionem Lxx: Feci commutationem tuam Aegyptum. i. pro commutatione tui sanguinis, addidi ecclesiæ Aegyptum, Aethiopiæ, & Syenem, & etiam vltimas partes orbis: [Ex quo honorabilis factus es in conspectu meo]. i. tam pretiosus est apud me sanguis tuus, vt loco illius addiderim ecclesiæ Aegyptum, Aethiopiæ, & c. Sic enucleabitur quoque editio D. Hieronymi. Dedi Aegyptum propiciationem tuam. i. Dedi ecclesiæ Aegyptum quam tu propiciasti mihi tuo sanguine, & dedi Aethiopiæ & Saba pro te. i. dedi ecclesiæ Aethiopiæ, & Saba loco tui sanguinis effusi, & per hæc loca intelligit omnes nationes. Nam est canon interpretandæ scripturæ, quem docet AVGVSTINUS. 3. lib. de Doctrina Christiana, vt omnes tropos, & omnia schemata oratoria ad hibeas ad scripturæ sacræ interpretationem. Neque necesse est ire per singula. Nã si omnes tropos, & omnia schemata percurras, & singulos tropos, singula schemata, singulos putes esse canones, ex vno canone iustum volumen effeceris. Deinde: Ex quo honorabilis factus es in conspectu meo, & gloriosus. i. quæ res tefecit gloriosum in conspectu meo, quod crucem meam substuleris, & me fueris sequutus, & vt ego fudi sanguinem meum pro te.

Apro te, tu quoque pro me fuderis. Pro te ergo dabo homines innumerabiles Ecclesiæ & populos orbis terrarum dabo pro anima tua ecclesiæ. Noli timere, noli cogitare quid dicas, quia ego tecum sum. i. statim dabitur tibi in illa hora, quod Dominus dixit in euangelio. [Dabo homines pro te, & populos pro anima tua.] Lxx, leumin, aliquando vertunt, populos, aliquando principes, docent nos significare etiam principes, & sic hoc loco verterunt: Dabo principes pro capite tuo. i. dabo reges, & regna multa ecclesiæ pro capite tuo. Nam quod sanguine martyrum conuersus est orbis, dicitur datus orbis ecclesiæ pro sanguine martyrum, redemptus sanguine Christi.

D. HIERONYMVS.

Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, Da, & Austro: Noli prohibere: Affer filios meos de longinquo & filias meas ab extremis terra, & omnem, qui inuocat nomen meum in gloriam meam, creauit eum, formauit eum, & feci eum.

LXX VIRI

Ab Oriente adducam semem tuum, & ab occidente congregabo te: Dicam Aquiloni, Adduc, et Aphrico, ne phibeas, Adduc filios meos a terra de longè, & filias meas a termino terræ, omnes qui inuocant nomen meum, nam in gloria mea creauit eum, & plasmaui eum, & feci eum.

PROCOP. Verba Dei hæc esse putat ad populum fidelẽ, qui suum sanguinem fundit pro salute hominum: Bono animo es, inquit Dominus, o popule fidelis filios enim quos secundum Deum genuisti toto terrarum orbe, in urbem meam congregabo in caelestem Hierusalem, tollam eos sublime euectos volucris venis. i. angelicis potestatibus, quos mihi genuisti in filios. IRENÆVS. lib. 4. cap. 28. Ambrosius. seu B. PROSPER. de vocatione gentium lib. 1. cap. bonam huius capitis partem explanant. Vbi Irenæus sententiam huius loci putat esse, illam, quam Dominus significauit in euangelio. Volo vt vbi ego sum, & hi sint, vt videam claritatem meam, vult enim Dominus gloriam suam participare discipulis suis de quibus Esaias [Ab oriente atraham semen tuum, & ab occafu colligam te] & c. Et recitans verba illa: Omnes quot quot vocati estis in nomine meo in gloria mea præparauit eum, hoc ideo, inquit, ait, quoniam vbicumque est cadauer, illic congregabuntur & aquilæ, participes gloriæ Domini, qui formauit, & ad hoc præparauit nos, vt dum sumus cum eo participemus gloriæ eius. D. Cyrillus hæc ad aduentum Christi refert, & ad conuersionem orbis terræ ad fidem, non ad fruitionem gloriæ.

D. HIERONYMVS

Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt: Omnes gentes congregata sunt simul, & collectæ sunt tribus. Quis in vobis annunciet istud, & qua prima sunt audire vos faciet? Dedit testes eorum, iustificetur: & audiant & dicant.

LXX VIRI.

Eduxi populum cæcũ, & oculi sunt similiter cæci, & surdas aures habentes: omnes gentes congregatæ sunt simul, & conuenerunt principes ex eis, Quis nunciabit hæc? & a principio quis annunciat? Adducat testes suos, et iustificentur et dicant vera.

D. Iulius HIERON. & PROCOP. hæc referunt ad populum Iudæorum, vel gentium, cæcũ & orbatum oculis, vocatum ad fidem, & spiritus sancti lumine illustratum. Mihi magis placet vt referatur ad populum Iudæorum qui obcæcatus est tempore Christi, & admissis ad fidem omnibus nationibus exclusus est ipse. Nam educ foras: vel, eduxi foras (sic enim est Hebraicè) exclusionem significat: præsertim cum subiungatur: populum cæcum, & oculos habentem: quod est simile illi: Oculos habent, & non videbunt: siue vt Lxx legunt. Eduxi populum cæcum, & oculi sunt similiter cæci, quod populo Iudæorum præcipue conuenit, qui ad tot Dei miracula, ad vocem patris delapsam de cælo, ad res tam admirandas, vt inquit THEOD. capti oculis fuere, cæci, & habentes oculos cæcos. Lectio Hebræa est ad verbum reddita, Educ: vel: eduxi, populum cæcum, & oculi sunt. Hoc aliter intellexere Lxx viri, aliter D. Hieronymus. Lxx

Videtur hoc loco describi filius, Nā יצא, iasar, cogitare est, vnde יצא, noser. cogitatus, aut A formatus vt vertit D. Hier. cogitat^r porro & cogitatione natus dicitur filius æterni patris Dñs noster Iesus Christus, qui loquitur in prophetis, quod docet AVGVST. lib. 15. de Trinitate cap. 10. in fine, vbi cogitare docet esse, dicere verbum in corde, & formatam cogitationem cordis, esse verbum, quod neque Græcum est, neque Latinum, neque alterius lingue, quæ cogitationem formatam, ait AVGVST. quod verbum dicimus: qui intellexerit, intelliget, & illud: in principio erat verbum, Cum יצא, noser, ergo verbum Hebræum, cogitationem illam formatam significet, quam AVGVST. verbum patris esse dicit, & filium æterni patris Deum de Deo, rectissimè D. Hieronymus [Non est alius Deus formatus ante me; neque post me erit] formatum cogitatione æterni patris, dictus à patre, quod Theologi dicunt, non creatus aut factus, sed formatus. i. generatus à patre, dictus à patre, & sic natus. vnde Lxx יצא, natus est. Nā quauis יצא, significet factum esse: significat etiam natum esse, vnde liber Genesis & liber generationis Iesu Christi, pro quo dicitur Græcè, Genesios, vnde ait AVGVST. lib. quæstionum super Genesim, quæstione 117. יצא, verbum Græcum, alij interpretantur, nati sunt: alij facti sunt, quod vtrūque significat. Cum verti ergo possit tribus modis, Nō fuit ante me Deus, vel, Ante me non factus est Deus, vel, Ante me non natus est Deus. Omnes veteres patres reddidere ante me nō fuit Deus. Sed si conferas cū lectione Hebræa & adhibeas canonē interpretandę scripturę, vt conferas Hebræa lectionem cū Græca, & Latina, & cū sensum legitimū putas qui cum omnibus editionibus consentiret, diuinitus vertere: Ante me non est natus Deus, & post me non erit. Nam, vt dictum est יצא, formatum significat, vt vertit D. Hieronymus, & cogitatum. Formatum cogitatione, & dictum cogitatione formata. AVGVST. interpretatur natum, Lxx; eodem modo interpretati videntur, cum dixerit יצא, i. natus est, nam lectione Græca verti nō potest factus est, quod Deus secundum Diuinam naturam, vt leges in epistola decretali, Soteris papæ, nūquam dicitur factus, sed genitus, quod Alexander Alexandrinus in epistola precedenti Nicenum concilium ad Alexandrum significat his verbis. D. Ioannes genituram eius dicere voluit, non facturam. quod diuinitus interpretatur tomo 1. conciliorum CYRILL. in apologetico, cū defendit illud: Verbum caro factum est. Cū ergo hoc loco verti nō possit, Non est factus Deus, q̄ factū ad naturā Diuinā referri nō possit, vt docent omnia cōcilia contra Arianos, reliquum est, vt יצא interpretemur genitus est quod conuenit cum lectione Hebræa יצא, à verbo יצא, cogitare, vt sit cogitatio formata verbum patris, vt interpretatur AVGVST. quod dictum est, quod Lxx interpretantur genitum. & fortasse hic locus erat quem Ariani dicebāt se inuenisse, vbi pater genitus Deus diceretur, vt ait Pelagius papa tomo 2. Cōcilio in epistola ad Vigilium episcopum, quem locum nunquam commonstrare sunt aucti, quod plane hoc loco declararetur filij æterna generatio, quæ res ipsorum Arianorum hæresim negabat. יצא, i. fuit, non conuenit cum Hebræo verbo יצא, quod Hebræum verbū nihil tale significet. Si interpretari vis, vt conueniat cum verbo Hebræo, quod reddidere Græcè Lxx per hoc verbum יצא, interpreteris necesse est: Ante me non est natus Deus, neq; post me erit, & sic congruit editio Hebræa cum tralatione D. Hieronymi, & cum interpretatione Lxx teniorum & significatur hoc loco filium esse, qui loquitur in prophetis quod Esaias alibi: Ego ipse qui loquebar adsum, quod docēt omnes veteres patres. Lege AMBROS. de fide lib. 2. cap. 5. quæ dicat in hūc locum, nec minus refellit AMBROS. hoc loco Arianos si sic interpretetur vt diximus immo multo magis cum se natum Deum dicat filius & se Deum nominet [ante me nō est natus Deus & post me non erit] & subiungat [ego Deus ego Deus & nō est absq; me saluās] vbi se solū saluare quod Christi nomē est saluator & via vnica ad salutē, nec est aliud nomē in quo oporteat nos saluos fieri. Tamen non prætereundū silentio est D. AVGVST. in oratione de quinque hæresibus aliam agnouisse lectionem Lxx virorum: citat enim hunc locum sub finem sic, vt legat: Ante me non est formator Deus, siue Lxx hoc modo verterint, seu Aquila, aut Theodocion, aut qui vis alius, non discrepat ab Hebræa lectione. Quicumque enim sic vertit, non à verbo יצא, deflexit. i. à formare vel cogitare, vt esset formatus Deus. i. factus, sic enim Arianorum causam iuisset, quos eo loco refellit: deflexisse videtur à verbo יצא, i. seruo & custodio, יצא, seruator, creator, custos. THEOD. hunc locum etiam interpretatur de filio, his verbis: Hæc vnam Deitatem significant. Nam cum Dñs noster Iesus in scriptura dicatur saluans, quod planum est, nec inficiaturos credo id Arianos, dicitur tamē hic Deus

hic Deus, & quod absque ipso non sit Deus saluās, quo suā & patris deitate vnā esse significat, alioqui pater nō saluaret: seruator autē Christus nominatur. Eiusdē igitur cū patre naturā est, nā si nō esset eiusdē naturæ, nō esset Deus saluās, quod saluare Dei propriū est. Itaq; THEOD. verba illa: [Ego sū, ego sum Dñs] vel vt Hebraicè legitur [Deus] de Christo interpretatur, & ex illis verbis colligit [Non est absq; me saluans] quod saluator de Christo in scriptura dicatur, quod rectè colligit, iuuatque ea quæ dicta sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ego annunciaui, & saluaui, auditum feci, & non fui in vobis alienus, vos testes mei dicit Dñs, & ego Deus, & ab initio ego ipse, et non est qui de manu mea eruat. Operabor, & quis auertet illud? Hac dicit Dominus redemptor vester sanctus Israël.

Ego annūciaui, & saluaui, et non erā in vobis alienus (vel: Ego euāgelizauī, & saluaui vos, & nō erā in vobis alienus) vos mihi testes, & ego dñs Deus ab initio, & nō est qui de manibus meis eruat, faciā, & quis auertet illud? Sic dicit dñs Deus, redimens vos sanctus Israël.

Græca lectio est: *εγὼ εὐαγγελίζω καὶ σώσω καὶ οὐκ ἔσομαι ἐν ὑμῖν ἰσχυρὸς ὡς θεὸς ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου*. i. Ego euāgelizauī, & saluaui, & nō eram in vobis alienus. Lectio Græca sic quoq; verti potest [Ego annūciare feci, & saluaui, & nō erā in vobis alienus]. Hebræa verò sic יצא יצא, i. & nō erā in vobis alienus. Si cū THEOD. superiora explices de Christo, quod verba Græca, Hebræa, & Latina cogere necessario ostēdimus, singula hæc Christū sonāt. Quid enim est aliud? [Ego euāgelizauī] quā: Ego angelus magni cōsiliij patris, & angelus testamenti legē euāgelij tūli terris? ego annunciaui, idē significat, ego nuncius magni patris legē nouā annunciaui. [Ego saluaui] i. ego redemi genus humanū [& non erā in vobis alienus] i. erā propheta, is de quo Moses dixerat: Propheta dabit vobis Deus, & fratribus vestris, sicut me. Vnde Dñs: Nō sum missus nisi ad oues, quæ perierūt domus Israël: Ego audire feci, quod deest ex tralatione Lxx, reponendumq; ex lectione Hebræa, quod miserit apostolos, dicēs: Ite docete omnes gētes, incipientes ab Hierusalē. Idē significat: Ego auditū feci, quod vertit D. Hieron. Feci auditū euāgelij inter omnes gētes [vos mihi testes, & ego Deus.] Repetit verba superiora: Estote mihi testes vos in Samariā, Hierusalē, & oēs gētes, quod Dñs dixit ad discipulos suos: [& ego Deus] sup. sum testis] nā vox æterni patris de lapsa de celo, testata de Christo est: Hic est filius meus dilectus. Vides quo pacto etiā si erasum de superiore loco sit, & ego testis, hoc loco sit repetitū, vt suprà significēt testes apostoli & Christus, cū dictū est: Verē vos testes mei dicit Dñs, & seruus meus, quē elegi. Christus, hoc loco significēt testes apostoli, & pater omnipotēs, vt Lxx etiā duobus illis verbis erasis fraude Iudæorū nō possint argui mēdaciij, nec doctores sacri, qui ita interpretantur hunc locū, quos suprà citauimus, temerē interpretati esse videātur. Deindē [& ab initio ego ipse] qui loquor, scilicet, in prophetis [& non est qui de manu mea eruat] quod vt inquit PROCOPIUS, qui sic explanat quæ diximus, seruator ait, ego do illis vitā æternā, & non peribunt in æternū, & nemo rapit eas ex manu mea, & nemo potest rapere ex manu patris mei. Nam tota (inquit PROCOPIUS) hæc oratio prophetica, euāgelica verba præfert, quæ ego dixi, videlicet: & alia quæ PROCOPIUS citat. Itaq; quod Hieron. vertit [& non erā in vobis alienus] Christus scilicet, quod verti posse ostēdimus [non erā, non fui] quæ lectio dilucidior esset, consentit em cū lectione Hebræa & Græca, & significat Deū verum incarnatum. Loquitur enim Deus: Non eram vobis alienus, factus homo scilicet. Nam si aliter intelligas, centies apud Hieremiam & Ezechielem legas, populum Iuda, plusquam populum Israël coluisse idola, quomodo non erat alienus Deus idolatriæ? Postremo ait [Hæc dicit Dominus redemptor vester sanctus Israël] videtur vt Dominus diasaphes figura, quæ sit cū orator laborat, non vt intelligere possimus, sed ne omnino possimus non intelligere. Nam si tot signis non intellexistis filium esse, qui hæc loquatur, vide quid dicat [Hæc dicit Dominus redemptor] tu tecum cogita quem appellemus redemptorem. Deindē [sanctus Israël] atqui sanctus Israël in scriptura Christus dicitur. Quanquam ad Deum Patrem hæc refert diuus CHRYSOSTOMUS in cap. Ioann. putat significari hoc vaticinio, firmissimum & insolubile argumentum esse veritatis, quodque conuelli nullo modo possit, prophetiā ipsam, interpretans enim

verba illa: Tu es Simon filius Iona: Miracula, ait, apud stultam plebem aliquando calumnia notari, vt apud Iudæos, cum in Beelzebub, aiunt, eijcit dæmonia: Prophetia verò, inquit, nulli erimini est obnoxia. i. aduersum prophetiam nihil dici potest, cum res nostræ prædictionibus prophetarum millesimo ante anno sint testatissimæ, & sic ait Christum multa prædixisse, vt cum Simonem primo visum filium Iona appellat, vt veri prædictione se indicaret. & Samaritanæ dicit: Quinque viros habuisti. & sic hoc loco pater multa prædicit, arguens idolatriam: [Annunciaui & saluos feci, &c.] hoc enim vel maximum Dei opus est, quod neque dæmones imitari possunt, quanuis maiorem in modum admittantur. In miraculis sæpè sub veritatis vmbra decipi possumus, prædictio futurorum immortalis Dei duntaxat opus est. Dæmones, quando aliquid prædixerunt, incautum vulgus deceperunt, eorum nanque vaticinia passim falsa deprehenduntur. ex his CHR. YS. verbis colliges, Iudaiffantes eum inuertunt prophetias de Christo, firmissima ecclesiæ catholice subruere fundamenta, & tamen sunt qui eos in oculis ferat. CLEM. Alexand. in protreptico aduersum idolatras hæc omnia dicta ait, quibus irascitur Dominus, quod lapides & ligna colant, docetque se solum esse Deum.

De propheta.
 Contra Iudaiffantes.

Propter vos emisi Babylonem, et detraxi vester vnuerfos, et Chaldaeos in nauibus suis gloriantes.

Propter vos mittam in Babylonem, & suscitabo fugientes vnuerfos, & Chaldaei in nauibus vincientur.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.
 Iugentes latentes nauibus Chaldaeos & omnes eos profugos descenderet feci & Babylonem misi. Propter vos

lectio Hebræa verti potest duobus modis, vt author est rabbi David, quod leges in dictio ne ברוך, aut enim sic vertes: Propter vos misi Babylonem, & descendere feci vester omnes, & Chaldaeos in nauibus gloriantes, vt vertit D. Hieron. i. propter vos o apostoli, & o fideles Christi, misi Babylonem, exercitum supple Medorum, vt significetur: propter apostolos & propter credituros Christo, reduxisse Dñm captiuitatem à Babylone, & immisisse Medos & Perias in Babylonios, & subuertisse Babylonem, quod ex captiuitate illa Christus esset oriturus, & apostoli essent orituri, & fideles: [Propter vos] ergo o apostoli & fideles [emisi Babylonem] i. immisi exercitum Medorum in Babylonem, quod dixere Lxx: Propter vos mittam in Babylonem, [et detraxi vester vnuerfos] refregi portas Babylonicas, & vester ipsos, Medorum manibus & Persarum [et deleui Chaldaeos in nauibus suis gloriantes] deleui Chaldaeos, qui magna & potentissima classe, & magno imperio gloriabantur. Potest verti lectio Hebræa etiã alio modo sic, eodẽ sensu: Propter vos misi in Babylonem, & extendere feci ברוך, profugos vnuerfos, vel ligatos vesteribus ferreis: quod ברוך, profugos significat & vester, vnde Lxx dixerunt: [suscitabo fugientes vnuerfos] i. pellam profugos patrijs sedibus vnuerfos, vincitos vesteribus ferreis, & sic explanat rabbi David. Postremò [et Chaldaeos in nauibus suis iugentes] quod ranan, vociferari significat, aut præ latitia, aut præ luctu, vnde Lxx vertere [et Chaldaei in nauibus vincientur.] Sic interpretatur CYRIL. & PROC. & HIER. & prædicit liberationem ex captiuitate Babylonica, & regni Babylonicæ excidium, vt prædictio hæc intra ducentos, plus minus annos, veros sortita euentus, rata & fixa haberi faciat, quæ hoc cap. & sequentibus, sunt prædicta de Christi temporibus, qua de re dictum est pluribus in cap. 36. & alijs locis.

Ego Dominus sanctus vester, creans Israel rex vester.

Ego dñs Deus sanctus vester, qui feci (vel, qui ostendi, aut dedi Israel) regem vestrum.

Hoc loco nostri maiores pressere vehementer Iudæos: nam IVST. aduersus Tryphonem Iudæum: Christus Dñs, inquit, qui vocatur Iesus, vocatus est Israel, quando dicitur apud Esaiã [Ego dñs Deus sanctus Israel, qui constitui Israel regem vestrum] & subiicit: Nò intelligetis o Iudæi hoc loco declarari sempiternum illum regem omnium seculorum Christum, siquidẽ nostris Iacob filium Isaac regem nunquam fuisse, quæ igitur regem Israel constitutum à Dño esse cõmonstrabitis? PROC. sic etiam hunc locum explanat. sic CYRIL. & INNOM. in cap. Math. II. homil. 28. interpretans illa verba: Nemo nouit filium nisi pater: quia Luc. 10. inquit: Dixerat Dominus: Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Et ad Petrum ait Dominus: Quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus. Et Esaias: Ego Dominus sanctus

D. HIERONYMVS.

A sanctus vester, qui ostendi Israel regem vestrum, id est, qui Christum ostendi, & reuelauit vobis, cognitus enim Christus ab ijs, quibus eum reuelauit pater, iuxta illud: Confiteor tibi pater, quia reuelasti hæc paruulis. Et quod dictum est Petro: Non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus, quasi dicat, nemo nouit filium, nisi cui pater voluerit reuelare. Hebraicè est, bore, creans, vel, qui creauit, qui feci Israel regem vestrum. i. Christum, iuxta humanam naturam, factus est enim secundum naturam humanam Christus à patre & à seipso, & ab spiritu sancto, tamen potest hoc congruere sententiæ supradictæ, iuxta illud Pauli: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Et sic dici potest à patre, qui formauit in vobis Christum regem vestrum. Adicit IVST. loco citato: Hunc regem Israel, quem Dominus hic dicat constituisse se, esse illum, de quo cap. 42. dictum est: Ecce puer meus Iacob, &c. vt appareat quod sæpè à me repetitum est, Lxx seniores ex vno scripturæ loco alterius facere paraphrasim, vt duobus illis locis eandem, & vnam rem significari ostendant, & ita duas illas voces Lxx seniores addidere in principio capituli præcedentis, vt declararent, quem hic dicit regem Israel constitutum à Domino, esse eundem illum, quem pater ostendit dicens: Ecce filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Hunc regem constitutum à Domino ait propheta, regem omnium seculorum super ecclesiam. Sed alibi dictum est, doceri nos à D. Hieronymo, Symmachum Christiani nominis hostem acerrimum, omnia quæ potuit de Christo oracula inuertisse & obscurasse, sic hunc locum vertit: Ego Dominus sanctus vester, sic creans Israel rex vester. vt rex vester referri possit ad Deum patrem, & [creans Israel] explanari possit, qui creauit populum Iudæorum. Ita hic locus, quod vehementer premebantur Iudæi, adeo vt quod dici solet *is apud iudæos* adducerentur, facile possit aliò referri. Quæres ergo cur D. Hieronymus, si hoc ita esset, & hoc ipse nos docet, ita est interpretatus vt Symmachus, & alij Iudæi? huius rei reddita causa est ex epistola Origenis ad Africarium, quod Iudæi nostros clamoribus obtundebant, testabanturque nostros falsis vt scripturarum testimonijs, & necesse habuimus ita vertere scripturas, vt ipsi reddebant, vt concessis & confessis aduersum illos vteremur testimonijs in disputationibus, ita necesse habuit D. Hieronymus, ita reddere plurima loca huius notæ, quæ planè & aperte testantur Christum, vt Iudæi vertere. tamen docet Origenes huiusmodi locis vtendum esse in disputationibus aduersum Iudæos, vt concessis & confessis testimonijs scripturæ aduersum illos vtamur, in nostris studijs & in ecclesijs legendum interpretationem Lxx, & interpretandam scripturam vt vertere Lxx, quod tot seculis ante aduentum Christi scripturam sunt interpretati, & tot numero vt in suspicionem venire non possint, & respondent literis apostolicis & euangelicis. Translationem ergo D. Hieronymi sic interpretabimur iuxta versionem Lxx [Ego Dominus sanctus vester creans Israel] i. qui feci Christum secundum humanam naturam, rex vester, qui est rex vester sempiternus. Verba Hebræa cum sint indeclinabilia, quæ à Lxx senioribus reddita sunt casu accusandi faciliè potuere immutari, & verti casu nominandi.

D. HIERONYMVS.
 Hac dicit Dominus qui dedit in mari viam, et in aquis torrentibus semitam, qui eduxit quadrigam et equum, agmen robustum, simul obdormierunt, nec resurgent, et contriti sunt quasi linum et extincti sunt.

LXX VIRI.
 Quia hæc dicit Dominus: qui dedit in mari viam, & in aqua vehementi semitam, qui eduxit currum & equum & multitudinem robustam. Sed dormierunt & non resurgent, extincti sunt quasi linum extinctum.

Hoc est quod Augustinus nos docet quarto de doctrina Christiana libro, omnia artis rhetoricæ præcepta canones esse interpretanda scripturæ. Hic adhibeas oportet illud Quintiliani, vsum exemplorum nulli materiæ magis consentire quàm suasiuæ, meritò fere omnes consentiunt, cum plerunq; videantur respondere futura præteritis, & habeatur experimentum velut quoddam veritatis testimonium: nunc enim tantisper dū aliquis euentus horum vaticiniorum veritatem comprobet, exemplis rerum à se gestarum fidem sibi conciliat, Ego, inquit, hæc facia, qui per mare rubrum vobis aperui viam, & in aquis torrentibus Iordanis semitam. aut si vis ad eandem aquas maris potes referre. Lectio Hebræa & Græca vtrūq; recipit [qui eduxit quadrigam & equum] i. fecit vt Aegyptij vos psequeretur quadrigis, equis, & magno exercitu simul

Xx 2 obdor-

runt. i. obruti fluctibus sunt; quasi linum extincti sunt, vbi notandum est, omnem iram hominum, & excandescentiã apud Deum lino fumiganti comparari, tã facile enim hominum ardor extinguitur, quam linum fumigans resperã aqua exigua. Hãc ita videtur intellexisse Theodoretus. P. R. O. C. postquam superioribus vaticinijs de Christo multa prãdixit inter quã prãdixerat se constiturũ regẽ sempiternũ ecclesiã Christũ, quẽ appellauit Israel, qui conftui Israel regem. vestrum, nouit enim scriptura appellare Christum Israel, vt David, quod de sanguine Israelis, & David, est natus, subiecit nec noua hãc mea cura vt vos seruem & vt exerã potẽtiam ad seruandos meos iam indẽ à principio vestri generis eam exerui, vt vos ex Aegypti seruitute liberarem, vbi feci vt vos persequeretur Pharaõ vt omnibus gentibus ostenderẽ potẽtiam meam. additque Procopius sic qui fugiunt terrena, & sequuntur celestia facit Deũ vt à diabolo persecutionem patiantur, & seruat eos mirabiliter, peruios eis prãbens huius saculi fluctus concitatisimos, vndẽ hic mundus mare dicitur, vt euadat in eremum & alatur pane de cælo, & ex petra bibat aquam. i. sacratis mysterijs participet, hoc est, Christi sanguine, & corpore, & transmittat Iordanẽ, & tandẽ optata terra promissionis potiatur. hãc PROCOP. eadem omnes veteres patres aiunt ne quis miretur si ecclesia & potissimum religiones ab hæreticis iam indẽ vsque ab initijs ecclesiã persecutionem patiantur, & ab eorum capite Zabulo, qui per temporum interualla sæuit immaniter per sua membra in Dei seruos, quos excipit Dominus vita beata in æterna tabernacula.

D. HIERONYMVS.

Ne memineritis priorum, et antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, & nũc orientur, utique cognoscetis ea.

Ne memineritis priorum & necogitetis, ecce ego facio noua, quã nũc orientur, & cognoscetis ea.

Hic locus explanatur nouo quodam modo in rescripto episcoporum Synodi Tellensis ad Syricium papam, tom. 1. concil. ante concilium Chartaginense his verbis: Inuisita to itinere Deus venit in terras, vt quẽadmodũ ipse dixerat, Ecce facio omnia noua partu virginis, vt nasceretur & versaretur nobiscũ Deus; & inuisitatu illũ modũ videtur explicare Ezechiel de porta Elam Ezechielis cap. 44. de qua dictũ est à cap. 7. TERTVL. aduersus Marcionẽ lib. 4. cap. 48. à Ioannis inquit temporibus regnum Dei esse annũciatum, iuxta illud lex & propheta vsque ad Ioannem, Ex quo regnum Dei annũciatur, & Ioannem esse constitutum limitem quendam, inter vetera & noua de quibus nunc Esaias. Baptismi tempora his prãsignificari docet CYPRIAN. epistolarũ lib. 2. epist. 3. ad Cæcilium, & aduersus Iudæos libro 1. cap. 12. quod Baptisma vetus cessaret, inquit, & nouum baptisma inciperet, prãdictum est ab Esaiã nolite priora meminisse & antiqua nolite reputare, Ecce facio noua, quã nũc oriẽtur & cognoscetis, faciam in deserto viã & flumina in loco inaquoso. itaque his verbis per aquas CYPRIAN. vtroque loco sacrum baptisma putat declarari. A MBR. seu beatus P. R. O. S. P. de vocatione gentium lib. 1. cap. 3. de nouo testamento hunc locum explanat, & tomo 10. sermone 13. de verbis apostoli. Si enim data esset lex, vbi hunc locũ mirabiliter explanat, tu tantum lege attẽte & repete altius & AVGVVS. tomo 6. de altercatione ecclesiã & synagoga. Sed cum hunc locum citet Paulus ad Corinthios epistola 2. cap. 5. & Ioannes apocalypseos cap. 21. qui plura cupiet, legat horum Diuorum interpretes, illud tantum addam pro [vtique cognoscetis ea] Hebraicẽ legi. הַלְלוּ אֱלֹהֵי הַיְהוּדָה, quod verti potest [an non cognoscetis ea] quo verbo compellere possumus Iudæos, vt compellat AVGVVS. auditis prãdicta, videtis completa, videtis omnia completa vaticinia, quibus erat prãsignificatum vastandas omnes vrbes Iudæã, res duos fore vagos toto orbe terrarũ exules, sine rege, sine sacerdotio, &c. videtis omnia completa non respiscitis? potest etiam verti nunquid cognoscetis ea? quasi dicat non & significatur cæcitas Iudæorum, & vtique cognoscetis ea, vt reddidit D. Hieron. quod reliquã cognouere Christũ & dictum est quando eadem oratio plures sensus habet, omnes illos spiritum sanctum significare voluisse, si rei de qua agitur conueniant.

D. HIERONYMVS

Ponam in deserto viam & in inuio flumina.

LXX VIRI.

Faciam in deserto viam & in inaquoso flumina.

CYPRIAN.

ACYPRIAN. lib. 2. epistolarum epist. 3. ad Cæcilianum, præscribit Canonem hunc interpretandæ scripturæ, quotiescunque aqua sola in scripturis sanctis nominatur, baptisma prædicatur, vt apud Esaiam, cum prænunciat Dominus quod apud Gentes, quæ loca in aquosa prius erant, flumina postmodũ redundarent, & electũ genus Dei. i. qui per regenerationẽ baptismi, filij Dei fierent aqua baptismatis exuberaturi essent aqua spiritus sancti alia quæ eodẽ loco leges dicta diuinitus. GREG. moralium lib. 29. cap. 14. [ponam in deserto viam] i. prædicationem euangelij in populo gentium, nam populus gentium desertum dicitur, quod nullum cultum diuinæ cognitionis tenuit, nullam in se speciem boni operis ostendit, desertum fuit, quod nemo ibi Deum quærebat, quasi nullus homo ibi fuit, & velut à bestijs occupatum, vacuum ab hominibus extitit. hãq; GREG. viam interpretatur viam euangelicam. i. doctrinã quã quid aliud est quã viã quã in cælum itur? desertum, loca, quæ tenent homines à virtute & à religione abhorrentes? belluã potius quã homines, quã de re suprã dictum est. P. R. O. C. in eremo faciam viam. i. in ecclesia quã prius destituta Dei lege erat, & rerum diuinarũ cognitionem fecit viam. i. fecit esse Christum, qui dixit: Ego sum viã. & prædicationem euangelij, quæ viã religionis est quã in cælum itur, in deserto illo. s. de quo David: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. [Fluunt flumina] non quæ fluxere tempore Moysi, quia illic aquarũ fluxere flumina, hic doctrinã spiritus sancti, & qui hãc fundunt flumina, apostoli sunt, & euangelistæ, & doctores ecclesiã, de quibus David: Eleuauerunt flumina vocem suam. Quod verò Hieron. dixit conuenienter lectioni Hebræã [ponam in inuio flumina] Lxx reddidit: *in inuio ponam flumina*. i. in locis inaquosis ponam flumina, hoc est, vbi nulla gutta pluuiã cælestis, ponam flumina spiritus sancti exuberantissima, vbi verbis congruunt cum apostolis & euangelistis. Nam Petrus epist. 2. cap. 2. οὗτοι ὡς πνεύματα ζῶντα, ἡσπύλας ἐπὶ λαλοῦντας ἰλαρομένους, hi sunt fontes, inaquosã nubes à vento agitata. Iudas *νεφελὰς ἀνδρῶν*, nubes inaquosã. & Matth. 12. & Luc. 11. ex commentarijs veterum patrum, quibus hãc loca explanantur, poteris in hunc locum multa haurire. Animas hominum ergo expertes cognitionis Dei, & destitutas celesti gratia, euangelistã & apostoli nominant inaquosa loca cum Lxx senioribus. Vndẽ refellemus Iudæos & Iudaizantes, qui veterum patrum marginibus adscribunt Origenicum, si quid ad hoc exemplũ interpretantur spiritualiter, quasi rerum natura esset mutanda, Christi aduentu & flumina in deserto essent ponenda literaliter, & aquosa essent exsiccãda, & montes mutandi essent in planiciem, & loca plana assurgerent in montes.

D. HIERONYMVS.

Et glorificabit me bestia agri, dracones et struthiones, quia declinabo in deserto aquas et flumina in inuio, vt darem potum populo meo electo meo: Populum istum formaui mihi, laudem meã narrabit.

TERTVL. aduersus Marcionem lib. 3. cap. 2. & 3. hoc loco, similibusq; allegorias & parabolas multas esse in scriptura probat, quæ si quis sectas Iudæorũ sequutus, sine figura dicta putat, cachinnos legenti mouebit: Num, inquit, de nationũ conuersione loquens, Dñs se laudandum dicit à bestijs agri, sirenibus, & filijs passerũ? num tu putas hirundines prouocat Dominus, & vulpeculas, & monstrosa, fabulosaq; animantia in laudes suas? nõ sequemur potius Paulum, qui dixit: Num Domino cura est de bobus? vnde lector discet Iudaismũ sapere gloriã semata illa posita marginibus sanctorũ patrũ, cum quid huius notæ explicatũ est spiritualiter, Origenicũ, destruit literã, non est Origenicum, sed Paulinũ, & apostolicũ, hoc quod in præsentia dixit TERTVL. neq; destruitur litera, si dicas hoc, quod Tertullianus dixit, enucleatur potius litera, explanaturq; Reliquum est ergo vt adhibeamus Canonem illũ interpretandæ scripturæ sacræ, quẽ præscribit AVGV. de doctrina Christiana lib. 2. cap. 40. & alijs locis, vt ex philosophis naturã herbarũ, & animantiũ exquiramus, & indẽ conemur interpretari scripturas, prãcipuẽ ex Platonice philosophis. Hunc penẽ eundẽ canonem præscribit tibi PLATO, in lib. de Repub. vbi docet, in homine, velut in equo Troiano, esse omniũ animantium genera, monetq; si cognoscere homines velis, & hominũ varias naturas, quis vulpino sit ingenio, quis lupus sit potius q̃ homo, quis canis immũdus, aut amica luto sus, quis immanis leo, quis serpens ve-

LXX VIRI

Benedicent mihi bestia agri, firenes, & filia struthionum, quia dedi in deserto aquam, & flumina in inaquoso, vt bibere facia genus meũ electum, populum meum, quẽ acquisiui, virtutes meas vt narret.

X x 3 pens ve-

pens venenata, quis colubrino ingenio, quis cætera ad hoc exemplū, vt animalū naturas no- A ueris, si id vis nolle necesse est, quod em̄ nosti corpora animantū, rudes si quis humano capiti ceruicē iungat equinam, rostra canis, asini aureis, equinos pedes, nempe quod horum animan- tium noueris figuras. Id quidem tu faceres si animantū naturas nolles, intelligeres nempe, quando vir non hominis vocem ederet, sed foeminæ, aut leonīs, aut vulpis, aut canis. Quæmad- modum qui auicularum nouerit cantiones, cum plurimæ auiculæ in vna quadā cauea conclu- sæ cantillant, garrunt, illa luscinola est, inquit, galerita illa, & singulas auium voces notat, sic tu cum loqueretur homo, aut cum opus aliquod ederet, si naturas animantū m nolles, dice- res, illud hominis est, illud verò foeminæ, nunc leo fremit, modò vulpem præfert, canis nunc latrat, afflat modò venenum serpens, & alia quæ diuinitus exsequitur PLATO, cum alijs locis plurimis, tum. 2. de legibus, quæ ex huiusmodi locis scripturę videretur mutuatus. Vnde putant illud Pythagorę dimanasse cum dixit, hominem se induere in leones, lupos, canes, quòd in im- manitatem leonū, in immunditiam canum, luporum sæuitiam degenerarent hominū animæ, cum volutantur in foedisimīs libidinibus, & vitijs, & stercore pascuntur, in sues abijsse dice- bantur, & fimo hominum pasci. Sic enim appellat vitia Dominus apud Ezechielē. Et PLOT. B Enneade. i. sic appellat i. cap. de pulchro. Sic AMBR. lib. de arca Noë cap. 15. leones & pardos gentiles appellatos ait, quòd gentiles populi, qui velut bestialium pansionum graues patiebantur incurfus, nunc altitudine fidei, & sublimitate deuotionis micat. Et in psal. 118. in illa verba: Manus tuæ fecerunt me. scriptura enim hominem dicit, qui est ad imaginem & similitudi- nem Dei, peccantem autem, non hominem, sed aut serpentem, aut equum hinnientem foemi- nis, aut vulpeculam, aut iumentum, vocare confuevit, & citat ibi multa scripturæ loca. AVG. in cap. 8. Ioannis tractat. 43. interpretans verba illa: Ergo ille homicida erat ab initio: Videte (inquit) homicidij genus fratres, homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro ac- cinctus ad hominem venit, verbum malum seminavit, & occidit, & tu frater, si fratri tuo mala persuades, occidis fratrem, vnde in psalmo dicitur: Lingua eorum gladius acutus. Et infra, quo mendacio tanquam veneno serpens hominem occidit, & c. Ergo venenata animalia hinc di- cuntur, quòd membra serpentis alijs hominibus afflent venenum, & eorum miseræ animas necent. AMBR. in præfatione lib. 4. in euangel. secundum Lucam, de his multa. & ATHAN. C de passione & cruce Domini, in fine. Quòd Hieronymus vertit [dracones] Lxx reddidit [si- renes] quòd, tanim, multa significat, draconem, cetum, balænam, addunt etiam Lxx significare sirenas: siue quòd tana significet fabulari, inter alia multa quæ significat, vnde, tanin, & tanot, interpretantur doctores Hebraei, dracones, vel fabulas & narrationes, de sententia Rabi Selo- moh, & R. Dauid, & ideo fortasse pro, fabulis, Lxx seniores dixere, sirenas, quod fabulæ pot- tarū, vt sirenes olim cantu demulcent hominum animos, & corrumpunt, vnde illos sua Rep. exigit Plato lib. 3. de Repub. & in epinomide. Et sic THEOD. Sirenes, inquit. i. poetas, & rhe- tores, & philosophi, authores errorum olim, relictis erroribus ad me transibunt. Et sic expla- nat etiam CYRIL. Struthiones, salacissimos homines significant, & venereos, insidiosos, va- fros, & loquaces, tales enim sunt passerēs. Hebraicè legitur, iahanè, quod verbum alij interpre- tantur vlulas, vt eos significant, qui vitam lugendam degunt, cooperti omni flagitio, quan- quam GREG. non accepit struthiones pro passeribus, sed pro struthiocamelis, qui hunc lo- cum explanat mirificè, Moral. 31. cap. 5. Et de deserto lege AVGVST. tom. 10. de sanctis, serm. 20. de festo natiuitatis Ioannis Bapt. serm. 1. Adde ijs appellari bestias, concorporatos leuiathā D & beemòth, de quibus leges quæ annotauimus in cap. 27. in dictionem leuiathan. Et in cap. 30. in illa verba: Onus iumentorum aultri. Quod autem sequitur [Vt darem potum populo e- lecto meo] dixi CYPRIANVM interpretari [potum] aquam baptismi, & [electum genus] quos Dominus elegit per regenerationē baptismi, filios Dei factos, & esse idē cum illo quod dicitur: Iudæos si suerint, & Dominum Christum quæsierint, apud nos esse potaturos. i. bap- tismi gratiam consequuturos: de baptismo enim loqui ait, quod scriptura dicat: Hoc dixit de spiritu quem accepturi erant, & per baptismum accipitur spiritus sanctus. Neque mirum videat- tur dici de baptismo, bibi, & sitiri. Dicitur enim: Beati esurientes & sitientes iustitiam, quia quod auida & sitienti cupiditate suscipitur pleniùs & vberius hauritur, vnde Dominus Samaritanæ mulieri: Qui biberit ex aqua, quam ego dederò, non sitiet in æternum, quo ipso salutaris baptismi significatur aqua, quòd semel scilicet sumitur, neque rursus ite- ratur. CYRILL. in Ioannem, Dominus daturum se dicit aquam viam. i. viuificantem spiritus

A spiritus gratiam, per quam humana natura depulsa ab ariditate, & infœcunditate, qua diabo- li artibus infecta fuerat, ad pristinam pulchritudinem, & viriditatem irrigata, recurrit, magno virtutum numero florens, & charitate erga Deum suauissimos fructus producens. Quibus verbis explanat hunc locum CYRIL. mirificè: Dedi in deserto aquas, & flumina in terrina- quosa, & c. Cæterum notandum, quod Hieronymus dixit [vt potum darem populo meo, ele- cto meo] conuenienter lectioni Hebrææ, edidisse Lxx [vt bibere faciam genus meū electum, populum meum, quem acquisiui] quæ verba si conferas cum Hebræis, sententiam eandem agnosces, verba non eadem agnosces, si cum litteris apostolicis conferas, eadem esse reperies, quod supra diximus de locis inaquosis, quòd cum frequentissimè deprehendatur; credidère veteres (vt Irenæus ait) afflatu spiritus sancti esse factum, edidère Lxx; *ποτισαυτο υδρας μου πο δ' εδωκεν ον* i. vt potum darem generi meo electo. Eadem verba agnosces i. Petri, cap. 20. *υμεις δε υδρας εδωκεν ον* quin verba Petri explanabis verbis Lxx, haud dubium enim quia hoc loco & cap. 2. epist. i. Petri, vt leges in annotationibus in caput superius in illa verba: Dedi te in foedus gentium, ge- nus suum non minet regeneratos in filios suos ex aqua & spiritu sancto, vt populum meum, ex- plantent Lxx & D. Petrus. i. eos, quos in filios meos regeneraui ex aqua & spiritu sancto, quos ego delegero, iuxta illud: Non vos me elegistis, sed ego delegi vos. vt optimè CYPR. sic interpretatus, quanquam videbatur duriuscula eius interpretatio. Deindè, pro: Populum istum firmaui mihi: edidère Lxx *δωκεν ον* vt sit, vt potum darem, subaudi populo meo, quem acquisiui. Eadem penè verba agnoscas actōrum cap. 20: *εδωκεν ον* i. attendite pastores regere ecclesiam, quam acquisiui proprio sanguine: nisi quòd pro populo, Lucas dixit, ecclesiam, & adiecit, proprio sanguine, vt diceret *εδωκεν ον*, eadem Græca verba agnosces, adquisisse ergo Dominus ait ecclesiam, quæ extracta è peccatorum tenebris in lucem euangelicam, & aquis spiritus sancti virtutibus omnibus vernans persona- ret semper diuinis laudibus & cantionibus. Lege IREN. lib. 4. cap. 66.

D. HIERONYMI S.

LXX VIRI.

Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel?

Non modò vocauit te Iacob, nec laborare te feci Israël.

D Ius Hieronymus lectionem Hebræam *Israel in me laborasti quia Iacob inuocasti me non* Et sic ad verbum reddidisse videtur [Non *למה קראתי יעקב כי עמך כי ישראל* me inuocasti Iacob, verè laborasti in me Israel] subaudit tamen negationem quæ præcesserat, quod frequentissimè sit, vt sit; non me inuocasti Iacob verè laborasti. i. verè non laborasti in me Israel, quam eandem negationem Lxx viri subaudisse videtur. vt sit sensus: Cum nationes, quas bestias agri vocauit Dominus, decantarent laudes meas, & euangelium recepissent, tu Iacob non inuocasti me [nec laborasti in me] i. non subiisti martyriū mei nominis causa, quod faciebant nationes, quæ martyrio se offerrebant meæ causa. hæc PROC. & ita hæc verba expla- nat Hieron. Lxx viri sæpè commentarij sunt potius quàm interpretes: pro his enim dixere [non modo vocauit te Iacob] i. quādō nationes vocauit nō vocauit te, nec feci vt te offerres mar- tyrio, quia initium conuersionis à Deo est, & nemo venit ad filium nisi pater traxerit eū, quod ait Ioann. cap. 6. & trahit Dominus omnes ad se, quod Dominus ait Ioann. 12. Omnia trahā ad me. ita semper Lxx viri cum euangelio congruunt. Quod ergo Hebraicè est, quodq; vertit ad D verbum D. Hierony. [& non me inuocasti Iacob] sic velut commentarij explanant Lxx viri i. ego non feci vt me inuocares, non vocauit ego te, hoc est, non te conuerti, quia initium con- uersionis à Deo est, quod ipse Dominus Iudæis dixit Ioann. 6. Nolite murmurare inuicem, ne- mo potest venire ad me, nisi pater qui me misit traxerit eum. Explanant igitur [non inuocasti me] i. non modo te vocauit, hoc est, non modo te traxi. Vbi notandum est, Lxx viros addidisse de suo aduerbium illud, modò, quod Hebraicè non est, quasi significarent exclusos Iudæos modò, quod ad plenitudinē gentium intraret, recipiendos postea, & trahendos postea. Notandū etiam lectionem Hebræam sic verti potuisse [& non me inuocasti Iacob, quia laborasti in me Israel] & sic vertit Pagninūs, & dictum est supra, quoties scriptura plures sensus habet, omnes eos sensus spiritum sanctum significare voluisse, quem Canonem scripturę interpretandē ef- fē diximus: dicendum quæ infra latius multò est. Potest igitur huius loci sensus esse: Non vo- caui te Iacob, nunc quia laborasti contra me, vt sit, causa exclusionis Iudæorū, quoniā conspi- rauerunt aduersum Christū dñm, nō solū cogebāt cōcilia aduersum Dñm, quoad illū cruci suffi- Xx 4 xere, sed

xere, sed etiam post sacratam eius resurrectionem multa atq; innumera sunt moliti aduersus A Christum & Christianos, vt supra dictu est. Potest etiam significare [quia laborasti in me I. raël] vt Hebraice est, si nihil subaudias, quia mea causa potius tibi multa obuenerunt mala, vt significetur quod cap. quinquagesimo: Propter me hæc facta sunt vobis, i. ppter me inquit Christus, quod mihi credere noluitis, nec me audire, o Iudæi, inuicta hæc vobis vastitas, quod in euangelio dixit Dominus: Non relinquetur lapis super lapidem. Ergo sensus esse potest, nō solum propter vestra peccata non traxi vos ad fidem quando traxi omnes nationes, sed etiam vobis inuexi vastitatē propter peccata vestra, nā id significare possunt illa verba, Quia laborasti in me. i. mea causa: quin potius addidi vobis multos labores ppter vestra scelera. PROCO: Cūm hæc res tot, & tam mirabiles faciendæ sint, & nationes omnes sint vocandæ ad fidem; tū dō Iacob non dignus eris, quem ego vocem ad fidem, sed dignus eris quem excludam, & ita excluderis. Vel secundum Symmachum, & alios: Non me inuocasti Iacob, i. cūm mihi benedicerent bestia agri, tu mihi non benedixisti, neq; me inuocare dignatus es; quia laborasti in me: sic enim Symmachus reddidit, & reddidit alij omnes. i. quia res meæ tibi graues fuere, & prebuere tibi laborem, displicere tibi, atqui non ita meritis eram de te; iuxta illud: Odio habuerunt me gratis, vbi exclusio Iudæorum significatur, inquit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, et victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, neque laborem tibi præbui in thure. Non emisti mihi argento calamum, et adipe victimarum tuarum non inebriasti me.

Nō obtulisti mihi oues holocausti tui, neque in tuis victimis glorificasti me: non seruiuisti in hostijs, neq; laboratē feci te in thure, neq; emisti mihi thymiamam argēto, neq; adipe hostiarū tuarum concupiui.

EVSEB. de demonst. euangel. lib. 2. cap. 33. hæc verba citat, & exclusionem Iudæorum his verbis significari putat, vt Procop. & peccatorum exprobrationem: vnde his verbis intel ligemus exprobari Iudæis, quod exprobratur apud Hieremiam & Ezechielem, quod non ma etabant victimas Domino, sed idolis: erant enim deditissimi Iudæi idolatriæ; vnde abstrahi non potuerunt, quantumuis Dominus per prophetas ipsos admonuerit, quæ causa fuit exclusio nis Iudæorum, vt in cap. 2. pluribus dictum est, vnde in omnibus prophetis, quoties de exclusio ne Iudæorum sermo est, subiungitur acerrima reprehensio idolatriæ, & auaritiæ, vt intel ligatur ea fuisse causa exclusionis Iudæorum, quod admoniti à Domino, hæc vitia relin quere noluerint, & grauisimis poeniscastigati non resipuerint. Ergo [nō seruire te feci in ob latione, nec laborem tibi præbui in thure] quia non mihi sacrificabas, sed dæmonibus. [Non emisti mihi argento calamum aut thymiamam] sed dijs alienis, non seruire feci te in oblatione, neque laborantem te feci in thure: sic enim legendum est ex Eusebio, vitiatā enim est scriptū ra in biblijs Complutenſibus & alijs. i. oblatio quæ mihi facta est, non præbuit tibi multum la boris, quoniam non mihi sacrificabas sed dijs alienis, quanquam hæc postrema verba [neque laborantem te feci in thure; neque emisti mihi thymiamam argento, neque adipem hostiarum tuarum concupiui] aut vt vertit D. Hieron. [Non te seruire feci in oblatione, &c. vsque ad finem: ad legem nouam refert PROCO. putat enim regressum Dominum ad legem nouam iam ex illo loco, vbi non iubentur mactari hostia; neque iniungitur labor quærendi thuris, aut magnos faciendi sumptus, vt eam quisque auerſetur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Veruntamē seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.

Sed in peccatis tuis defēditē, & in iniquitatibus tuis.

Hinc locū explanat GREG. moral. li. 18. & IREN. lib. 4. c. 32. sed editio Lxx collata cū Hebræa le ctione aliū sensum præferre videtur: Docet em AVG. de ciuitate Dei li. 20. cap. 30. canone illi interpretandæ scripturæ admirabilem, vt tranque lectionem conferre, & verum sensum ex vtraque lectione eruere, quid igitur sit [Seruire me fecisti in peccatis tuis] quod conuenienter Hebræ

Hebræe lectioni reddidit D. Hieronymus: docet Lxx seniores, qui dixerunt, vt in Hebræo est, quod parum significanter vertit Latinus interpres: In peccatis tuis defendi te: Signi ficantius diciturus, in peccatis tuis scutum opposui pro te, vt passionem intelligas, qua corpus suum sanctissimum poenis peccatorum nostrorum sufferendis opposuit, id em significat vt in Hebræo est. i. scutum meū opposui pro te, quod verbum si legas, statim succurret corpus Christi sanctissimum, quo tela inimicū excepta sunt & quod pro omnibus passum, nostrū Chirographū affixit cruci, & illud capit 33. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attrit⁹ est propter scelera nostra, & propter scelus populi mei percussus eum, & videntur fecisse paraphrasim Lxx ex illo psalmi vt in quibusdam id est, quem explanat EVSEB. demonstrationis euangelicæ lib. 4. cap. 19. vbi Christus appellatur Deus; & describitur passus opponens scutum suū pro nobis. i. cor pus suum & resurgens, & hoc conuenit cum sententia lectionis Hebrææ [Seruire me fecisti in peccatis tuis] vel quia affectus est à populo Iudæorum cruce, quæ poena erat seruorum, & vilif simorum mancipiorum, factus est ergo seruus à Iudæis affectus poena seruorum, vel, vt inquit LAOTAN. lib. 4. cap. 19. immolatus est sicut pecus à Iudæis, & traditus Romanis par uit imperio Romano, vnde ipse Dominus dicens: Nescis quia habeo potestatem dimittere te? Ioann. 19. respondit. Nō haberes hanc potestatem, nisi datum tibi esset desuper, veruntamē hæc est hōra vestra, & potestas tenebrarum: & Lucæ 22. Quibus locis Romanos, & Iudæos habuisse imperium, & potestatem in regem cælorum & omnium Dominū Iesum Christum vides, & vides subditum Christum, cui omnia parent hominum imperia: Vt conueniat optime [Seruire me fecisti] his dictis euangelicis & tralationi Lxx, quanquam tralatio Lxx virorum variatē sita in locum eius aliæ tralationes irrepunt. Nam apud EVSEBIVM, Cæsariensem legitur, vt in Hebræo est, id est, In peccatis tuis, & in iniquitatibus tuis pro te steti, vel oblati sum, hoc enim significat verbum seruire, cum aliquis pro alieno stat, aut cum se quis pro aliquo hostiū telis obijcit, & pro loco pro re pro tempore sunt interpretanda vocabulata que hoc idem significat hoc verbum, & superius. Est tertia lectio dicitur, vt in Hebræo est, id est, in peccatis tuis obstitisti mihi, vel te opposuisti mihi, & in iniquitatibus tuis, vt sit causa exclusionis Iudæorum, & sit idem cum illo: Peccata vestra diuidunt inter me, & vos; sed hæc lectio disidere mihi multum videtur ab lectione Hebræa; tamē magnō se authore defendit IRENEO qui illā citat, & hæc est causa cur D. Hieronymus appulerit animum ad vertendas literas sacras, quod multis locis truca est Lxx tralatio, alijs adulterata aliorum versionibus, in quibusdam dubia, quæ sit potissima. CYRILL. 5. lib. de spiritu & littera verbum illud vt in Hebræo est, de quo superiore commentario dictū est, sic explanare videtur, fideles Christum ipsum habemus ducem hyperaspisten aut proaspisten, qui scuto suo nos defendat, sub forma serui vt conueniat cum illo [seruire me fecisti] qui scutum suum ante nos opponat, qui noster propugnator sit, Christus enim se pro nobis oppo suit Satanæ tentatus, ieiunans, passus, cæsus plagis, lputatus vt nos quiesceremus, victum ante pedes nostros prospicientes Satan, vnde: confidite ego vici mundum, & ego dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & moriens pro nobis soluit mortis imperium in nos & nobis quietem peperit renouans nos in immortalitatem, primus paradysum ingressus nobis patefecit aditum, romphæam abstulit deleas peccatum quod nos paradiso arcebat, hæc Cyrillus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum non recordabor.

Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum non recordabor.

Vt hunc locum intelligas, illud aduerte, quoties peccamus, nos animo exarare, & inscribere peccata, quæ cogitamus, quæ admittimus. Nā si animo inscribuntur, quæ sensib⁹ percipimus, vnde ea meminimus, quæ vidimus, quæ que audiuimus, quod animis nostris omnia hæc exarata, multo magis inscribuntur animo fraudes, quas animo concipimus & crimina, quibus nos inquinamus: quoties enim peccamus, foedissimas criminum imagines animo imprimimus, vnde etiam meminimus quæ in nos suscepimus scelera & flagitia, nec ex nostris animis delentur, si deleatur sunt etia scelera nostris animis impressa, si quis enim admo neat, redimus in memoria, vnde Plato in Gongia: Quemadmodum, inquit, qui toto corpore vlcibus

ulceribus scateret. & carcinomatis, foris vero speciosus obambulat, nitidis vestibus, & fallit, ce-
 latq; morbum obuios. Cum ponit tunicas, cum nudus esse cogitur, incurrunt in omnium o-
 culos carcinomata & foedissima vlcera, quæ celabat. sic qui animo est (inquit) vitij & flagitij
 inquinatio, qui vitij madet. quauis bonis corporis exteris niteat, cū ponet corpus, vel veste,
 cum nudo animo se silet iudici, quæ aperiet animi vlcera? Deum immortalem. quam illa carci-
 nomata mentis nuda omnium oculis turpis obijciat? quam apparebit foedus? quam teter? quæ
 spurcus? quam inquinatus? ORIG. in cap. 26. Geneseos homelia 25. hoc dicit esse chirographū
 q̄ Christus affixit cruci, Nā chirographū, scriptio manū propria est & tabulæ propria manu-
 scriptæ, *כתיב*, manus est, & *שטר*, scribo. i. propria manus scriptio. Quid ergo dignius di-
 ces hoc nomine quā peccata & crimina, quæ quasi propria manu animo meo exarauit? hoc chi-
 rographum dicitur. i. scriptio manus propria, qua nos testamur in expiabilis animo fraudes
 concepisse & re designasse. ait ergo ORIG. peccatorum nostrorum litteras nos scribimus in
 animo, quod nos docet Apostolus cum dicit: Delens chirographū, quod aduersus nos erat. i.
 scripturā nostris manib⁹ exaratā est em̄ chirographū cautio quedā qua ob nostra peccata nos
 demonū seruos esse fatemur. vnusquisq; em̄ nostrū in his quæ delinquit efficitur debitor &
 peccati sui litteras scribit, facit tabulas & instrumēta, quibus se vedit dēmoni. Hæc Origenes,
 quod docet Plato 9. de repub. Quoties peccas in quies toties te veluti catena reuinctū, nequis-
 simo & spurcissimo Domino pro mancipio tradis. ait ergo ORIG. hos libros esse qui aperiun-
 tur apud Danielem, & Esaiam huc spectasse, quū dixit [qui deleo iniquitates tuas] Christus e-
 nim sua passione chirographum hoc affixit cruci, vt has tabulas hæc instrumenta, quibus nos
 dēmoni vendideramus faceret irrita & literas deleteret, abstergeret imagines illas vitiorum fo-
 dissimas, pueros relinqueret & virtutum cælestium splendore nitentes, quod cum sit clara lu-
 ce in nobis resplendet Dei imago illa, quæ in nobis creata est, vndē idem ORIG. in Psalm. 38,
 homilia 2. ergo conuertamus nos ab omnibus iniquitatibus nostris ne deprehendēs in nobis
 diabolus maculas peccatorum, dicat, ecce hic Christianus signo crucis signabatur, meas autem
 voluntates & mea chirohrapha gerebat in corde, mihi & operibus meis renūciauit in baptis-
 mo, meis rursus operibus se inseruit, meisque legibus paruit: accedamus ergo ad eum qui de-
 let iniquitates nostras & vltra non erit memor. & vide quam magnificus Dominus quod vt
 idem ORIG. inquit in cap. 3. epistolæ ad Rom. lib. paulo post principium: Non delet Deus tan-
 tum iniquitates nostras, vt pueros reddat, quod omnium maximum erat beneficiū, sed diuinā na-
 turā nos facit participes & explanat hoc modo multa scripturæ loca, quæ inde petes.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Reduc me in memoriam, & iudice-
 mur simul, narra si quid habes vt iu-
 stificeris.*

Tu autem memento vt iudicemur
 simul, dic tu iniquitates tuas prim⁹
 vt iustificeris.

Hic locus pēdet à superioribus, quem *הוֹדוּ עִוְוֹתֵיכֶם וְיִדְּעוּ עִמָּךְ*
 sic explanat AMBROS. de poeniten-
 tia lib. 2. cap. 6. Dic iniquitates tuas & memor non ero, tu autem memor esto & iudicemur, hoc
 est, non reuoco illa quæcunque delicta tibi donauit, veluti quadā obliuione tecta sint, tu autē
 memor esto, ego memor nō ero propter gratiam, tu memor esto propter correctionem, me-
 mor esto vt scias peccatum donatum esse, nē glorieris quasi innocens, ne te iustificando plus
 ingraveris: sed si vis iustificari fatere delictam tuam, soluit enim criminum nexus verecun-
 da confessio peccatorum. Exigit à te Deus, vt memor sis gratiæ, quam accepisti, ne glorieris
 quasi non acceperis, & te prouocat ad confitendum. & in psal. 117. ferm. 7. in illa verba: Memē-
 to Domine verbi tui seruo tuo: Memor non ero, inquit, quia vult obliuisci quæcunque ming-
 tus est peccatoribus, vt se in viam aliquando cōuertat, vult etiā conuenire vti, quis propōsit
 sequutus virtutibus præmia benè certauerit, fructum remunerationis expectet, sicut ait, Bonū
 certamen certavi, &c. In psalm. vero 36. Graue inquit est hoc iudicium cum Dominus de se pe-
 stulat contra hominem iudicari, quid enim respondeas ei, qui tibi vniuersa cōsulit, qui te crea-
 uit, te condidit, te suo sanguine redemit? & tu tradis te vt seruias eius inimico? ille tibi omnia
 peccata dimisit, & tu grauiora committis, vocauit te in iudicium, veniens quid responsurus es
 ei? qui nisi iterum, atque iterum tibi donet, perijisti. Hoc timēs Dauid ait: Ne intres in iudiciū
 cum seruo

Acum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Lege ORIG. in cap. 3.
 epistolæ ad Romanos, in illa verba: Omnis homo mendax GREGOR. in 7. psalm. poeniten-
 tiales in illa verba 4. psalmi: Auerte faciem tuā à peccatis meis, interpretans hunc locum: Au-
 di, inquit, qua cōdiuione iniquitatum tuarum se immemorē dicat, si tu memor fueris, Caue er-
 go ne vnquam quod deliquisti, memoria tibi excidat, ne tibi dicatur. In tempore necessitatis
 proiecisti sermones meos retrorsum, Lege CHRYS. tomo 1. in Psalm. 50. in illa verba, Quoniā
 inquit iniquitatem meā ego cognosco, & tomo 3. in dictum Apostoli, Vtinam tolerassetis pau-
 lulum, quem admodū delictorum memoria iustificat, ita operum bonorum destruit: hæc iu-
 stis consuetudo vt suorum peccatorum semper sint memores, virtutis suæ raro, aut nunquam.
 [Narra si quid habes, vt iustificeris] Lxx edidere [Dic iniquitates tuas primus vt iustificeris]
 qui loc⁹ est maxime nobilitatus de poenitentia, omnium veterum patrum scriptis, & de con-
 fessione, ad quā nos Dñs vocat, quauis terribis vitij sumus inquinati, nam si peccata nostra
 fuerimus confessi, promittit hoc loco Dñs remissionem peccatorum. Sed quid iuuat? Negāt
 Hebraicē sic esse, & nescio quo referunt VATAB. & alij, & præferunt non agi hic de poeni-
 tentia aut confessione, delulosq; omnes veteres patres, qui hunc locum interpretantur de con-
 fessione, delusam penē dixerim totam ecclesiam quod nihil tale Hebraicē sit. In nostram gra-
 tiam scilicet Lxx seniores ita verterunt CCC annis ante, Christi crucem, vt sacramento poeni-
 tentiæ fauerent. Atqui ob id Dominus tanto ante tempore cauit vt verterentur scripturæ à
 Iudeis, & tot numero vt diximus ex IREN. ne in suspicionem possent venire cuiquam. Ta-
 men quia hoc non iuuat, Lectio Hebræa ad verbū reddita hæc est: Reduc me in memoriam,
 si peccatorū tuorū, quod verbū confessionē innuit peccatorum, pro hoc Lxx dixere *מִיָּדְעוּ*. i.
 memor esto, fortasse scripsere *הוֹדוּ עִוְוֹתֵיכֶם*. i. reuoca mihi in memoriā, fatere, & iudicemur simul,
 narra tu vt iustificeris, vel vt iustifices te. VATAB. addit verba lectiōni Hebrææ & pro: Nar-
 ra tu id cuius causa absolutionem speres, & interpretatur, Ostende causam tuam bonā, & iu-
 stam esse, si vincere vis in hac disceptatione: Lxx seniores sic interpretantur verba Hebræa:
 Narra tu vt iustifices te, vel narra tu vt iustificeris subaudi peccata tua & sic dixere: Narra tu
 peccata tua, vt iustificeris. D. Hieronymus. Narra tu vt iustificeris, subaudi si quid habes, Om-
 nes itaque aliquid subaudiunt hoc loco, quod oratio cōcisa est, Iudei: Narra tu vt iustificeris,
 subaudi quæ faciēt causam tuam bonam in disceptatione tua cū Deo. D. Hieronymus: Narra
 tu vt iustificeris, subaudi, si quid habes. Lxx seniores quod supra dictum est: Ego sum qui de-
 leo iniquitates, & memor nō ero, tu memor esto, cum subiicitur: narra tu, subaudiunt iniquita-
 tes tuas, & CCC. annis ante Christi crucem de sacramento poenitentiae interpretantur. Si Iu-
 deis licet subaudire blasphemiam, est enim blasphemia dicere: Narra tu quæ iustū te faciant
 in hac disceptatione, qua djudicaris, cū Deo vt sis superior causa: Si D. Hieronymo licet sub-
 audire [si quid habes. quæ oratio Hebraicē nō est. Lxx viris non licebit repetere verbū quod
 est in oratione? nihil enim subaudiunt, si rem expendas: sed verbum quod erat in oratione præ-
 cedenti: Ego sum qui deleo iniquitates, & memor non ero iniquitatu, Tu memor esto iniquita-
 tu: Narra tu (repetunt etiā hic) iniquitates. Addidere præterea de suo vocē illam, prior, vt in-
 nuerēt sacramentū confessionis. qua causa Augustinus & alij veteres plenos eos spiritu sancto
 conuertisse litteras sacras, aiunt, vt inā integros eos haberemus, & non laceros, & mutilos. Er-
 go tralationem D. Hieronymi, & Lxx seniorum eodem modo interpretabimur de sacramen-
 to confessionis, vt D. AMBROS. 2. li. de poenitentia cap. 7. Dic, inquit, iniquitates tuas, vt iusti-
 fieris, adhuc reo culpæ iustificationis præmia proponuntur. ille enim iustificatur qui suū cri-
 men sponte agnouerit, nam prouerbiorum 18. dicitur, iustus in exordio sermonis sui accusa-
 tor est, nouit omnia Dominus, sed expectat vocē tuam, non vt puniat sed vt ignoscat, nō vult
 vt insultet tibi Diabolus, & peccata tua arguat, præueni accusatorem tuum, si te accusaueris,
 accusatorem nullum timebis, si mortuus fueris reuiuifces, si viderit te flere Dominus te mor-
 tuum suscitabit: & in psalm. 37. in præfatione: Dic iniquitates tuas vt iustificeris, hoc apostolus
 ait: Ore confessio fit ad salutem, dixerat supra. Plena est definitio poenitentiae, commemora-
 tio delictorum vt vnusquisq; peccata sua, velut quodam quotidiani sermonis castiget flagel-
 lo, & commissa à se condemnet flagitia, & hoc centies repetit Ambrosius. HILAR. in psalm.
 125. in fine interpretans hunc locum, idem esse ait, quod illud, iustus in principio sermonis sui,
 ipse sui accusator est. Nam quid aliud est: Confitere primus peccata tua vt iustificeris? per pro-
 priam scilicet confessionis disciplinam iustificatur homo, quia vbi peccati cōfessio est, ibi etiā
 iustificatio

iustificatio à Deo est, CHRYS. tomo 4. in cap. 2. posterioris epistolę ad Corinth. in morali ho-
 milia 4. est & alia via remedium afferens nobis, videlicet detestatio peccatorum, vnde Esaias
 [Dicitur prior peccata tua vt iustificeris] & in eadem epistolam, & in idem caput 2. homilia 6.
 in fine, immola inquit confesionem [Dic peccata tua prior vt iustificeris] offer contritione.
 Sic PROC. hunc locum explanat. Sic CYRILL. Et AVGVVS. contra Fulgentium Donatistam
 lib. 1. non lógè à principio, his verbis: Nisi te vt hominè reū esse cognoueris, nisi te peccatorè
 veraci corde clamaueris, iustificari omnino nò poteris, dicete propheta [Dic prior iniquitates
 tuas vt iustificeris] & tomo 10. idè AVGVVS. serm. 130. de feria sexta in parasceue serm. 1. vidisti
 latronem quomodo in cruce se exiuit peccatis, dic ergo & tu iniquitates tuas prior vt iusti-
 ficeris. Vides quāta res sit cōfessio, cōfessus est, ipse se vulgavit & paradisū aperuit. LEO papa
 epist. 91. ad Theod. episcopum, sic hūc locū legit & explanat. Ergo interpretabimur tralatio-
 nē D. Hieronymi [Narra tu si quid habes, peccatorū, & scelerū, & iniquitatum vt iustificeris,
 quod non dictum est quia quisquam sit sine peccato, si enim dixerimus quia peccatum non
 habemus, ipsi nos seducimus, inquit Ioannes, Sed quia lethalia crimina aperienda sunt sacer-
 dōti, venialia condonantur, non solum cōfessione sed alijs multis modis, vt docet Theologi.

D. HIERONYMVS

*Pater tuus primus peccauit, & inter-
 pretes tui prauaricati sunt in me &
 contaminauit principes sanctos, & de-
 di ad internecionem Iacob: & Israelin
 blasphemiam.*

Hunc locum explanant eodem ferè modo D. Hieronymus, Cyrillus, & Procop. neque
 possum non probare illorum interpretationem, tamen mihi magis placet vt quādo Do-
 minus diiudicari voluit cum populo suo, vt supra dictum est, & quantum spectat ad populū,
 se peccatorum imemorem futurum dixerat, si ipsi meminissent, & confiterentur peccata, sic
 enim futurum erat vt iustificarentur: pro se nunc causam dicit Dominus. Plerique Deum, vt
 inquit CHRYSOS. in cap. 8. epistolę ad Romanos, accusabant, quasi iniquè egisset cum Iu-
 dęis, quos eiecisset, & exclusisset ecclesia, cum tamen essent vocati filij Dei: cum promissio-
 nes accepissent. Alijs promisit, dicebant, alijs dedit, ex alijs natus, alios saluauit, alij legem
 seruauere, alij postquam idolis seruissent, potiores habiti sunt. Hanc dubitationem disce-
 ptat Paulus cap. 9. iam ab illis verbis: Veritatem dico in Christo non mentior. & CHRYS.
 in cap. 9. epistolę Pauli ad Romanos, sed legenda bona pars commentariorum, vt quæstionē
 hanc benè disceptatam intelligas, hanc eandem quæstionem disceptat Esaias latius, vbi pluri-
 bus fortasse de hac re dicendum erit. Hanc eandem tractat hoc loco propheta, cum Dominus
 in iudicium venisse se dixerit cum populo suo, & reddit causam exclusionis Iudęorum, & cur
 nationes admiserit & ita tamen indulgentiss. Dominus Iudęos exclusos iure ostēdit, vt ei qui
 velit veniam promittat, si velit confiteri peccata sua, & se peccatorem agnoscat, & culpam esse
 penes Iudęos ostēdit, q̄ alijs promiserit, alijs dederit, repulerit filios, receperit alienos, inquit,
 Ergo ait Dñs [pater tuus primus peccauit] vbi de pluribus loquitur singulariter, quod decla-
 rant Lxx qui ediderē [Patres vestri primi peccauerūt] .i. culpa fuit parentum vestrorū, qui nò
 receperē Christum, quin illum affecere cruce, non mea, qui paratus sum venia prosequi etiam
 eos, qui confessi peccata sua resipuerint, & hæc sic esse explananda liquet ex canone illo inter-
 pretandę scripturę sacrę, quę præscribunt oēs veteres patres, cum docent conueniēter ante-
 cedentibus, & sequētibus loca scripturę esse enucleanda: Deindè [interpretes tui prauaricati
 sunt in me] .i. scribæ, & principes sacerdotum, sic enim reddidere Lxx, nominantur hoc loco
 scribę interpretes, quod rogati vbi Christus nasceretur ab impio rege Herode, locū pdidere,
 & cōspirauere in necē Christi cōpere cōsilia aduersum Christū. Deindè cū intellexissent Chri-
 stū reuixisse gloriosum, custodes corrupere ne palā facerēt. postea omnia moliti sunt aduersū
 Christū quod significāt verba illa [interpretes tui] .i. legisperiti & scribæ prauaricati sunt in
 me .i. pdiderūt me, quod Lxx ediderē [principes vestri] .i. principes sacerdotū, inique egerūt
 vel vt Græce est *ἀδικήσαντες* .i. legem transgressi sunt, contempserunt enim legem, dum moliebantur cum

A tur cum Herode necem Domino, & cortupere custodes, & dum dixere: Hic est hæres venite,
 occidamus eum. Ergo Iudęis fidelibus promissa exoluit Dominus, rebelles subuertit, qui pru-
 dentes, & scientes incurrere pœnas, quas lex ipsa minabatur ijs, qui legi non obtemperassent
 qui Christum non recepissent, Ipsorum igitur, inquit, Dominus culpa est quod exclusi sunt,
 & excisi, nam hæc causa contaminauit principes sanctos .i. deleui principes sacerdotum, & sa-
 cerdotes, qui olim erant sancti, quanquam aliam lectionem agnoscunt Lxx magis consentiē-
 tem superiori sententię, additione vnius literę, nā pro *וְהָלַלְתָּ אֱלֹהִים וְיִשְׂרָאֵל*, legere *וְהָלַלְתָּ אֱלֹהִים וְיִשְׂרָאֵל*,
 detracta vna litera & addita altera in fine .i. pro contaminauit principes sanctitatis, vel sanctua-
 rij .i. sacerdotes, principes templi, quod D. Hierony. interpretatus est [principes sanctos] le-
 gere, contaminauere principes sanctū .i. sustulere in cruce Christum qui sanctus Israel dicitur,
 quod & Angelus apud Lucam docet, & ideo quod nascetur, sanctum, vocabitur filius Dei.
 & fortasse Lxx veterē singulariter & iniuriat temporū in plurale mutatu est [nisi sancta mea]
 dixere .i. Christum & apostolos meos & sanctos martyres, aut dixere, contaminauerunt san-
 cta mea: quod Iudęi aduersabantur prædicationi euangelicę, & miraculis Christi & apostolo-
 rum, & reuelationi legis nouę: & quod huc referenda hæc omnia sunt, non ad Mosen & Aarō
 & veteres patres, vt Iudęi volunt, & quibusdam ex nostris persuasere, postrema verba decla-
 rant [dedi ad internecionē Iacob & Israel in opprobrium] non enim deletus est Israel eo tem-
 pore, nec datus in opprobrium. Nec enim quod non est intromissus populus in terram pro-
 missionis, quo ad exceptis duobus, omnes qui exierant de Aegypto, morerentur, dicitur po-
 pulus datus ad internecionem, quod de his dicitur, qui gladio ad internecionē sunt interfecti
 quod verbum Hebræum significat *חָרַם* .i. perdere, occidere, excindere & ita reddidere Lxx
חָרַם, perdere. Vidit hoc Vatablus & alij qui dixere, maiore partē Iacob trucidauit in deserte,
 quod falsum est nec conuenit quod addit idem VATAB. permisi vt Israel probris afficeretur,
 quem Dñs pane de celo aluit & gloriosum præstitit qualem describit Balam propheta,
 Superiori sententię quam dixi cōgruunt hæc [dedi Iacob ad internecionē] .i. deleui Iudęos
 armis Romanorum & dedi Israel in blasphemiam, vel vt Lxx reddidere in opprobriū, affecti
 enim sunt à Romanis omni ignominia cæsi, verberibus nobilissimi quique in vijs publicis
 crucibus suffixi, delusi, venditi vilissimo precio, vinciti abducti, vt in theatris feris objiceren-
 tur laniandi, quę vltima malorum micipiorum pœna erat, quę omnia & his plura leges apud
 Iosephū & ita D. Hieron. iuxta tralationem Lxx interpretandum hunc locum censet, nec scio
 cur neget suam interpretationem sic explanandam.

IN ESAIAE CAP. XLIII.

D. HIERONYMVS.

*Et nunc audi Iacob serue meus & Is-
 rael quem elegi. Hæc dicit Dominus
 faciens & formans te, ab utero auxi-
 liator tuus.*

LXX VIRI.

Nunc autē audi Iacob puer meus, et
 Israel quē elegi, sic dicit Dñs Deus
 qui creauit te, & qui formauit te de
 ventre, adhuc habebis auxilium.

Semper præ manibus habendus est canon ille interpretandę scripturę, scripturam de par-
 te loqui tāquam de toto. In fine capitis superioris præsignificauit propheta Israelē in cen-
 dio, ferro, delendum, vsque ad internecionem, quod regem glorię in cruce sustulit, quod fa-
 ctum est Vespasiano & Adriano Imp̄p. Hoc capite ardētissimum amorem præ se fert in Israe-
 lem, in reliquias videlicet quę saluę factę sunt .i. in chorum apostolorum, & fideis, quibus
 pollicetur opem, vt vincant omnes genteis. Vndè quod Hieronymus vertit [Auxiliator tuus]
 Hebraicè est, Auxiliabitur tibi, vt sit sensus, Dominus qui fecit te, & formauit te ab utero
 auxiliabitur tibi: addidere Lxx de suo illam voculā, adhuc, cum edidere. Adhuc adiuuaberis,
 vt significarent ruinam vrbium Iudęę, de qua in fine cap. superioris quasi dicat, etiā post rui-
 nam vrbium Iudęę ero vobis adiutor, imo nunc multo magis, & hic videtur esse scopus huius
 capitis, ne quis putet quod vrbes iudeę deletas videat, Dominum dei cecisse animum ex Israele,
 imò inquit nunc multo magis prosequar auxilio Israelē fidelem secundum spiritum .i. po-
 pulum Chri-

pulum Christianum cuius primitiæ fuere reliquiæ Israelis, nam Dominus infideleis Israelitas tantum perdidit, expurgauit populum suū infidelibus, & incredulis, reliquit veros Israelitas, & sanctos, quod faciendum etiam docet PLATO lib. 5. de leg. in omni conuentu, in omni familia, in omni repub. cum segregandos malos putat, si gubernator velit inter suos virtutem coalescere & radices agere, quod naturale sit vt non solum reip. princeps habeat remp. expurgandam malefico hominum genere, & sordibus ciuitatum, sed omnis bubulcus, subulcus, pastor, qui gregem, armentum, pecus sibi concreditum curare volet, augere, & amplificare, vt separet, necesse sit prius pecudes morbosas, & quidquid est mali, nisi omnem operam suam in cassum velit abire. Hoc fecit Dominus, & trepidos fideleis bono animo esse iubet. expurgasse se suum gregem, nunc futurum, vt expurgatum gregem foueat, iuuet multo magis, quod factum videmus. Nam pro Iudæa reddidit Israeli orbem terrarum, cui Israelitæ secundum spiritum. i. apostoli, & fideles dedere leges, & iura. Ergo interpretatio D. Hieronymi explanabitur sic: Hæc dicit Dominus faciens, & formans te ab vtero auxiliator tuus] subaudi ero. i. nunc tibi omnes gentes obtemperare faciam. Nam apostolorum doctrinæ omnis respublica Christiana obtemperat. Et sic Hebraicè est.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi, effundam enim aquas super sitientes, & fluentia super aridam, effundam spiritum meum super semē tuum, & benedictionem meā super stirpem tuam.

Ne timeas puer meus Iacob, & dilectus Israel, quem elegi, quia ego dabo aquam in siti ambulantibus in terra in aquosa, ponam spiritum meū super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos.

Hoc loco D. Hieronymus prudens, & sciens dissensit ab editione Lxx, quod illum sapientissimè facere puto, vt nos doceat varie verti posse lectionem Hebræam hoc & illo modo, nam, ישרים, isurun, Hebraicè est, quod vertere Lxx seniores, dilectum, D. Hieronymus cum Hebræis [rectissime] vt ostenderet posse verti sic, vt reddiderit Lxx [Ne timeas puer meus Iacob, & dilectus Israel quem elegi], quod de choro apostolorum est dictum, & fidelibus, & [Noli timere serue meus Iacob, rectissime quem elegi] de iisdem apostolis vt vertunt Iudæi. Nā Deuteronomij cap. 23. verterat idem D. Hieronymus, cum Lxx senioribus eandem vocem ישרים, dilectum: nam pro isuriam isurum, reddidit D. Hieronymus impinguatus est dilectus, vt pro Ismā, reddiderit impinguatū, pro, Iesurum, reddiderit dilectū, ergo Hieronymus docet hanc vocem vtroque modo reddi potuisse, magis congruere Lxx translationē docet Paulus cum ad Ephesios 2. inquit. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo & cōfedere fecit in cælestibus. propter dilectionem ergo qua nos dilexit, nos redemit. Nā apostoli, & fideles omnes mortui erant peccato, vnde Dominus: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, quod in præsentia ait propheta [quē elegi] ergo hoc significant verba translationis Lxx dilectus Israel quem elegi quod verba Pauli, Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos conuiuificauit nos, nam vt conuiuificaret nos ipse nos elegit, vt ipse Dominus ait & sic explananda est tralatio D. Hieronymi propter dilectionem, qua nos dilexit rectissimum fuit vt nos redimeret, & ad redemptionem nos eligeret: non vt interpretatur VATAB. cum Hebræis elegisse Dominum Israellem quod recte coleret Israel Deum, vel quod fuerit rectus Israel, hoc enim negat Dominus apud Hieremiam, & Ezechielem sepissimè & propter se, & propter nomen sanctum suum redemisse nos ait, & semper accusat Israellem, tanquam rebellem, & semper præ se fert delegisse pauculos fideles, & fecisse propter nimiam charitatem vt inquit Paulus & Ioannes, & testantur omnes prophete, & Israellem appellat populum Christianum, quod membra Christi sumus, qui Israel dicitur quod sanguine Israel fuerit natus, & quod ab Israele acceperimus doctrinam à populo Israelitico, videlicet ab apostolis illorum filij spiritales, filij mei quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus. sed lege quæ scripta sunt in illa verba cap. 42. Dedi te in testamentum generis. itaque, Iesurum, verbum Hebræum à Iasar, dirigo, significat rectū, vt vertit D. Hieronymus hoc loco, & potuit vertere vt esset no-

A esset nomen [& rectissimum quē elegi] elegit Dominus apostolos maiores prophetis, vt diximus ex auctoritate veterum patrum. Eligendo ergo, illos fecit rectissimos, & elegit eos rectissime in admirabile quēdam gradum rectitudinis, quos alibi scriptura nominat rectos corde, apostolos tamen videtur appellare rectissimos corde, qui sint autē recti corde, discas ex AVGVST. tomo 10. sermone 12. his verbis: Ego sum distortus pōdere iniquitatis, sed verbum tuū est regula veritatis, me ergo distortum dirige tanquam ad regulam, hoc est ad verbum tuum, &c. ergo Apostoli qui cum verbo, hoc est cum regula veritatis viuebāt & ab illo regebantur, vide an merito nominētur rectissimi, quos PROCOP. infra interpretans cur fundamēta terræ appellētur, montes etiam appellatos ait, quod inter omnes longo interuallo eminebant, & quod gratia spiritus sancti veteribus patribus longo interuallo anteibant, inde montes appellantur, inquit, colles autem eos qui minores erant apostolis, sed qui cæteris præstēt. Arbores vero fideles ab his edoctos, qui fructibus exuberent spiritualibus, alios pascant, & adquirant. Hæc Procopius. ergo montes sunt appellati apostoli, vt hoc loco rectissime electi. i. in summum gradum rectitudinis electi, quod veteribus patribus longe maiores fuerint, & supra diximus ex Isychio & alijs veteribus patribus, fuisse apostolos maiores prophetis, & magis plenos spiritu sancto: AVGVST. in psalm. 96. interpretans verba illa: Rectus corde iustitias: rectos corde dicit eos qui recto sunt corde ad Deum, qui non sunt torto corde qui non resistunt voluntati Domini, his vera sunt animo gaudia; qua de re multa dicit quæ leges & apud PLATO. lib. 9. de repub. vbi probat vera gaudia esse seruis Dei. A Iasar vero. i. placebo, significat Iesurum, dilectum, vt vertit HIER. cap. 32. Deuteronomij, & Lxx seniores hoc loco, significat etiam, Iesurum, vt nonnulli Hebræi adnotant referēte Pagnino vidētem, à Suraspicio, & vidēto, quasi dicas Israel vidētem. Non enim cæcitas fuit in toto Israele, quia vt inquit Paulus ad Rom. cæcitas fuit in parte in Israel, Pars igitur erat vidēs chorus apostolorum videlicet, significat canentem. Nā, sur, significat canere, & canticum illud Moysi, & Mariæ post transitum maris rubri typus fuit & figura cantici noui, quod canunt fideles à Christo redempti. Si adhibeas ergo canonem illum interpretandæ scripturæ, quo docemur quot significationes nos videmus lectionis Hebrææ, tot & multo plures spiritum sanctum significasse, intelliges apostolorum chorum dictum rectissimum. i. plenissimū spiritu sancto, dictum dilectum à Deo, quod in tantam dignitatem sit electus, dictum videntem, quod viderit illud, Tu es Christus filius Dei viui: & in principio erat verbum, & omnem doctrinam euangelicam, dictum canentem, quod vere cecinerit: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. Effundam aquam super sitientem, & fluentia super aridam] lege quæ scripta sunt in verba illa capitis superioris. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina: præcipue quæ dicta sunt ex Cypriano. CYRILL. Ne timeas inquit. i. viriliter age, insurget enim impia multitudo aduersum te, vince omnes, quando dilectus, & electus meus es, lux mundi, & tam splendoris nominibus à me decoratus. & aquam interpretatur spiritum sanctum, quod vt viuificares est aqua, & plantas & gramina facit augeri, sic spiritus sancti gratia, vernet animam religione, & flore omnium virtutum, & missurum se ait Dominus spiritum sanctum super semen apostolorum. i. super eos, qui per ipsos vocati sunt ad agnitionem veritatis. Benedictiones appellat spiritualium bonorum varietatem. hunc locum explanat AMBROS. de spiritu sancto lib. 1. cap. 7.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Et oriētur vt in medio aquæ fœnū, & sicut salix iuxta omnem fluentē aquā.

Estio Hebræa reddi potest duobus modis, vel [Germinabunt sicut in medio herbarū quasi salices iuxta præterfluentes aquas] aut [Germinabunt in medio herbæ sicut salices iuxta scaturigines aquarum aut riuos aquarum.] Alterum sequitur est D. Hieronymus cum vertit: [Germinabunt inter herbas quasi salices]. Alterum vero Lxx cum vertere [& oriētur vt in medio aquæ fœnū vel herba, aut germen, & sicut salix iuxta omnē fluentē aquā. Hunc locū explanat GREG. Moral. lib. 33. cap. 5. vt viriditate herbarū & salicum, quæ inter scaturigines aquarū scaturiunt, quæ nunquam amittunt viriditatem, significare

significare putet sanctorum ornamenta virtutum, quæ semper virent. Quæ forma dicendi a-
 pud Latinos etiam est recepta. Idem sensit CYRILL. Exoriatur, ergo, vel germinabunt in me-
 dio: sic enim est Hebraicè יָבֵט, in medio: alijs codicibus, יָבֵט, sicut in medio fluentorum sci-
 licet, aut aquarum, de quibus dixerat, Effundam aquas super sitientem, & fluenta super ari-
 dam. Ergo germinabunt, in medio harum aquarum horum fluentorum scilicet herbæ. i. sicut
 herbæ, & vt salix iuxta fluentem aquam. Hunc locum explanat etiam HILAR. in psalm. 136,
 quod salicum natura est hæc, vt licet arefactæ sint, si modo aquis alluatur, reuiviscant, reuiuif-
 cant. Deindè, scissè in humido fixæ radicibus se se ipse demergant: Vnde mortui peccatores il-
 lis comparantur, qui aqua baptismatis, & aqua spiritus sancti sacramento poenitentiae reuiuif-
 cunt mortui, inquit enim Esaias [Exoriatur tanquam foenum in medio aquæ & tanquam salix
 super defluentem aquam] Oritur enim ex mortuo quisq; antea peccatis aridus, eloquio Dei,
 & sacramento baptismi aquis vitalibus reuiuifcit, & est hic verbum illud, Samach, vnde Se-
 mach. i. germen, siue oriens Christus dicitur, quod intra breuissimum tēpus toto orbe germi-
 nauit, & hoc loco videtur reddi causa cur Dominus Semach dictus sit. i. germē, siue oriens B
 in prophetis, quod sicut herba scaturiginoso loco, & palustri, & sicut salices ad ripas torrenti-
 um, & fluminum, sic fecerit fideles germinare toto orbe intra tempus breuissimum. Legen-
 dus etiam ORIG. in Ezechielē homelia 1. de salicibus, non longe à fine, & quoniam AVGVST.
 lib. 2. de doctrina Christiana cap. 16. naturas rerum, si cognoscantur, multum profuturas ait ad
 scripturæ explanationem, vide num videatur huc pertinere illud, quod semen salicis facit ste-
 rilefcere eos, qui illo vescuntur, vt non longè ab eo videatur, quod dicitur Matt. 19. Beati qui
 se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum: & ita explanare hunc locum videtur ISYCH.
 in Leuiticum lib. 7. in fine, qui interpretans hunc locum ait, Orationes enim & poenitentiae la-
 chrymæ, sicut hoc loco dicit Esaias, continētiam commixtionis necessariam habent in tempo-
 re, quo offeruntur, vt Paulus docet: nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt va-
 2. cap. 82. cetis orationi, intelligetur necessariam. i. vilem, vt te docent Theologi. P. R. O. C. salicem distā
 ubi expla- putat hic, & herbam, quod mortuæ reuiuifcant & quod salix semper vernet, ac vireat, neque
 nat illud amittat viriditate aqua spiritus sancti, quod habeat vim viuificadi, & aqua baptismus ipse, vn-
 de regeneratos filios apostolorum ait appellari, benedictiones, spiritus sancti dona.

Aqua quid
 in sacris li-
 teris signi-
 ficet Cyril-
 in Ioan. lib-
 2. cap. 82.
 ubi expla-
 nat illud
 cap. prece-
 dentis: Glo-
 rificabunt
 me bestie
 agri.

*Iste dicit, Domini ego sum, et ille voca-
 bit in nomine Jacob, & hic scribet ma-
 nu sua Domino, & in nomine Israel
 assimilabitur.*

CYRILL. multitudinem currentium per fidem ad Christum ex omnibus gentibus, ex om-
 nibus nationibus, ex toto orbe terrarum hic denotari ait, qui confitebuntur quod na-
 ti sint ex Deo, & nuncupabunt ipsum seruatorem, & redemptorem suum. THEOD. rerū eue-
 tus explanat hanc prophetiam, audacter enim omnes fideles Christianos se profitetur, & glo-
 riantur hoc nomine, sed adhibeamus canonem illum interpretandæ scripturæ, quem præscri-
 bit AVGVST. de ciuit. Dei lib. 20. cap. 30. vt editiones inter se conferamus & ex collatione e-
 ditionum, eruamus veros scripturæ sensus, apparebit hunc locum præ se ferre confessionem D
 Dei patris, & Christi. Nā quod Hieronymus vertit [Iste dicit Domini ego sum] vel vt Lxx di-
 xere [Dei ego sum] vt interpretatur TERTVLL. lib. 4. aduersus Marcionē, & in lib. aduersus
 Gnosticos, martyru verba sunt in confessione Dei cum auerfarentur idola, & infidelium su-
 perstitionem. Deindè quod sequitur [et ille vocabit in nomine Iacob] vel, vt verba Hebræa
 vertere potes, Ille inuocabit nomē Iacob, quod Lxx reddidere [clamabit in nomine Iacob] ci-
 tra controuersiam esse videtur, inuocabit nomen Christi qui Iacob dicitur, & Israel, vt dictū
 est, quod indè necessario colligas, quod in veteri testamento nemo inuocat nomen hominis,
 & cum ad Iacob verba fiant, quomodo Iacob inuocat nomen Iacob, aut Israel? nisi quod su-
 periore hoc loco pro choro apostolorum accipitur, hoc loco pro Christo, qui dicitur Iacob,
 & Israel. Idē est ergo [clamabit in nomine Iacob] i. inuocabit Christum quod sensisse videtur.
 locis citatis TERTVLL. quod que facit Stephanus cap. 7. Actorum cū dicit: Domine Iesu sus-
 cipe spiritum meum, quem locum præterquam quod sic intellexit TERTVLL. qui verba
 martyrum

A martyrum hæc esse dicit in confessione fidei, & martyres in confessione fidei Christi nomē
 continentur, & præterquā quod in scriptura Dei & Christi nomen inuocatur, rogo quid in-
 terit vtrū dixeris: Clamabit in nomine Iacob, vel, Vocabit in nomine Iacob, quod Hieron.
 vertit in inuocabit nomen Iacob, vt vertere potes lectionē Hebræā? An hoc est aliud quod
 Actorū. 2. & ad Rom. 10. est: Qui inuocauerit nomen Dñi saluus erit? vel in nomine Iesu Chri-
 sti Nazaræi Actor. 3. & 9. Et quod Ananias Christo respondet de Paulo, habet potestatem al-
 ligandi omnes qui inuocant nomen tuum? Denique inuocare nomen Christi, & iustificari in
 nomine Christi, frequentissimum est: & hoc solum nomen est in quo iustificemur, & salui ef-
 ficiamur. Deindè sequitur [Hic scribet manu sua Domino] Lxx [et alius scribet manu sua, Dei
 sum] quæ vox est etiam martyrum, vt eodem loco interpretatur TERTVLL. & PAVL. ad Ga-
 lat. 6. Israel Dei scripsit de populo fidei. Distinguitur enim Israel Dei ab Israël secundum car-
 nem: populus enim fidelis se scribit manu sua Israël Dei, vt scripsit Paulus: alterum Israëlē se-
 cundum carnem nominat, non Israëlē Dei. [In nomine Israël assimilabitur] Lxx [In nomi-
 ne Israël clamabit] i. inuocabit nomē Christi. Hebraicè [Iste dicit Dei ego sum, & iste inuo-
 cabit nomē Iacob, & iste scribet manu sua Dei sum] Dei viui [Assimilabitur in nomine Israel]
 Hebraicè est יָבֵט, quod Iudæi ipsi docent significare, vocare aliquem, non vulgato nomine
 sed occulto, quod יָבֵט, significet, occultare, vt vertere possis lectionem Hebræam, Et nomen
 Israëlē occultè appellabit, quod fecit Petrus, cū interrogatus à Dño quem se esse diceret, re-
 spondit: Tu es Christus filius Dei viui, cui Dominus: Beatus es Simō Bariona, quia caro & san-
 guis non reuelauit tibi. Si ergo caro & sanguis non reuelauit hoc nomen, Christus filius Dei
 viui, sed pater omnipotens: occulto ergo nomine illum Petrus appellauit, & ita Dominus ve-
 titid dicere, quoad pateretur & reuiuifceret gloriosus, vt interpretari possis hunc locum,
 vt D. Hieronymus. [In nomine Israël assimilabitur] i. tollet crucem suam fidelis, vt assimi-
 letur Christo, iuxta illud vulgatum: Omnis Christi actio, nostra est instructio. quod etiā Pla-
 to 7. de legibus dixit, & sic interpretatur prouerbium illud vulgatum, Homo Dei pagnion. i.
 ludicrum, quod in hoc sita foelicitas hominis est, vt Deum imitetur, ad eius similitudinem se
 componat, & id serium solum putet quod spectet ad Deum, neque seria solum sed iocos, & lu-
 sus, cantiones, choreas eò dirigat. Posses etiam interpretari [Et in nomine Israëlē clamabit] i.
 inuocabit Christum, vt reddidēre Lxx, vel nominabit Christum Deum, cum patre & spiritu
 sancto, personastres & Deum vnum: vel nomen Israëlē occultè appellabit. i. referabit occultum
 nomen Christi, quod sit Deus filius Dei viui, & loquetur abscondita in mysterio Christi,
 quod dixit Paulus 1. ad Corinth. 2. & ad Ephes. cap. 3. & ad Coloss. cap. 1. Nam semper adhiben-
 dus est Canon ille, vt quoties vna oratio plures habeat sensus, omnes illos Spiritum sanctum
 significasse intelligatur.

D. HIERONYMVS

*Hac dicit Dominus rex Israel, & re-
 demptor eius dominus exercituum, E-
 go primus, & ego nouissimus, & absq;
 me non est Deus.*

LXX VIRI.

*Sic dicit dominus Deus Israël, &
 qui redemit eum Deus sabaoth, E-
 go primus, & ego posthæc, præter
 me non est Deus.*

D HIs verbis significari Christum apparet, quod Deus sabaoth dicitur Christus, vt notat EV-
 SEB. Casariens. & notat veteres patres omnes, & quod dicitur rex Israël, quod in psal-
 mus dicit ipse: Ego constitutus sum rex ab eo super Sion. & D. Ioann. cap. 1. Apocaly. vbi probat
 translationē D. Hieron. Et cap. 22. explanat hoc vaticiniū de Christo. Et quanquā D. Ioann. tra-
 lationem D. Hieronymi probat, non damnanda est Lxx interpretatio: nā quod pauculis ver-
 bis erant sensum explanaturi, reddidēre [ego primus & ego posthæci]. ego legem veterem tu-
 li primam, & ego post hanc fero legem nouam, & verbum Hebraum, acharon, nomen esse po-
 test, & sic accepit D. Ioannes, & D. Hieronymus eū secutus [ego postremus]. Potest esse aduer-
 bium, postea, quod Lxx dixere [posthæc] vt sit sensus, authore PROCOP. Ego primus tuli le-
 gem per Mosen & per prophetas [et ego posthæc] i. post legem Moſis promulgato Christi e-
 uangelio: vel secundū translationē D. Hieronymi & D. Ioann. [Ego primus] i. priorem legem
 tuli Moſis [et ego postremus] i. qui postea tuli legem euangelicam. De hoc loco & sequenti-
 bus TERTVLL. in lib. de Trinitate prope finē, lege quæ annotata sunt in cap. 42. in illa verba:
 Y y Gloriam

Gloriam meam alteri non dabo, vbi reliqua explanantur. Lege AVG. tom. 10. de tēpore ferm. A 6. de natali Dñi ferm. 2. & AMBR. lib. 2. in Luc. cap. de Mariæ turbatæ cōsolat. LACT. Firm. lib. 4. cap. 29. hoc loco putat duas personas reuelari, patris, & filij, ita vt rex Israel Christus sit, Redēptor eius Deus sabaoth pater, qui Christū ab inferis suscitauit secundū naturā humanā, iuxta illud Osee. 13. De manu inferorū erua eū: verba Lactantij sunt: Vnū Deum, patrē & filiū esse declarat Esaias dicēs [Sic dicit Deus rex Israel, &c. Deindē subijcit, cū duas personas proposuisset Dei regis. i. Christi, & Dei patris, qui eum post passionem ab inferis excitauit, vt est apud Oseam: Et de manu inferorum erua eum. tamen ad vtranque personam intulit dicens: Et præter me non est Deus, &c. Ergo Lactantius [redemptor eius] interpretatur. i. qui suscitauit eum à mortuis. EPIPH. lib. 2. de hæresibus cōtra Sabellianos, videtur interpretari sic: Ego primus qui loquebar in prophetis, & qui post hæc. i. homo factus, & ego primus qui veni homo factus, & qui post hæc. i. qui venturus sum iudicare viuos & mortuos.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quis similis mei vocet, et enunciet, et ordinem exponat mihi, ex quo constitui mihi populum antiquum vettura, et qua futura sunt annuncient eis. Nolite timere, neq; conturbemini, ex tūc au dire te feci & annunciaui.

Quis sicut ego, stet, vocet, & enunciet, & paret mihi? ex quo feci hominem in seculū, & ventura anteq̄ veniant, annunciet vobis, ne formidetis, ne cōturbemini, nō ab initio aurib⁹ pcepistis, et annūciaui vobis?

LEge quæ scripta sunt in illa verba cap. 42. Accedant & nuncient vobis quæcunque ventura sunt: priora quæ fuerunt nunciate, & vbi hoc idem argumentum tractatur à propheta, & penè quæ dicta in illum locum sunt, in hunc congruunt. Instituit ergo nos Deus doctrina cælesti, quod patrem nemo nouit nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Is ergo filius, quem docuit D. Ioannes, & docent omnes veteres patres, vt dictū est supra, esse eū qui hæc loquitur, nos docet vnū esse Deū, quē alibi docet tres esse personas, Deum vnū, quod etiā docuit capite superiore, cū dixit: Ego testis, & puer meus quē elegi. Et infra dicit: Ego Deus, & misit me Deus & Spiritus eius. & multis modis Trinitatē personarū, & Deitatis vnitatem reuelat filius. Quod igitur multis verbis disputant philosophi, vtrū sit vnus Deus tantū, an plures Dij: vno verbo docet propheta, nā ARIST. docet 8. physica auscultationis vnū esse Deum tantū, idq; tradit præcipuē i. de cælo. 12. tamen lib. Meta ta physica parū sibi constans, nescio quæ aliam minā inducit. Et in eadem salebra hæere videtur PLATO, qui cū mirabiliter 10. de legib. de Deo disputet, doceat vnum esse, fecisse omnia, regere, & gubernare omnia, nullam rem vel tenuissimam esse, quam non curet, non administret, omnipotentem, esse sapientissimum, bonos prosequi præmio, malos poena afficere, doceat hoc in Timæo, in Philebo, in Sophista, & alijs multis locis, nescio quo modo rursus delabi videtur eō, vt appareat alia inducere numina, vt etiam si ex literis sacris mutuatus sit illa, quæ dixerat diuina, aliquando dubius & anceps esse uideatur, præcipuē quibusdam locis librorum de legibus: reuelata ergo doctrina opus erat, quæ stāta esset & certa, quod fatetur idē Plato in lib. de legibus non semel. Ait ergo Dominus se vnum esse, nullum esse alium Deum: quod si quis dicat se esse Deum, vt dixit Lucifer: Ero similis altissimo, prodeat, stet, videat an sit similis Deo, ex quo ipse fecit hominē in æternum, vbi Dominus se fecisse hominem docet, & fecisse omnia quæ sunt, condidisse cælos, condidisse omnia, fecisse angelos, & scrutari iubet an sit aliquis qui possit appellari Deus. Nam etiam si Lucifer cum angelis eius se coli pro numinibus postulāt, facilē cognosci possunt an sint dij. [Dicant ventura, narrent prima quæ fuerūt] qua de re supra dictum est ex Origene & alijs sanctis patrib⁹. Ea indē repetes. Et Dñs ait se prænucciasse omnia, quæ facta sunt per pphetas, videre oēs vaticinia pphetarū, videre eorū veros euētus, vnde appareat, qui omnia prædixit futura, & omnia fecit, vt ita euenirēt, vt prædicta erāt, verū Deū esse, & solū, quādo solus ille hæc fecit, & prædixit: Alius nō sit qui aut prædixerit, aut fecerit, quod si quis est, pdeat, sese ostēdat, prædicat, & prænucciet futura. Ita ferē CYR. & PROC. Quod Hier. vertit [Ex quo cōstitui mihi populū antiquū] quod intelligi potest de creatione angelorū, quos GREG. Nazianz. & D. BAS. ante creationē huius mūdi credidit esse creatos. Lxx reddidit [Ex quo feci hominē in seculo] quod de beatis angelis, & vasis misericordiæ intelligere potes, quos delegit à cōstitutione

Actione mūdi in sedes beatas. Quod dixit Hieron. [Nolite timere neq; cōturbemini] dixit Lxx *ne cōturbemini neq; erretis*, quod minus benè vertit interpres Latinus, quodq; sic reddes: Ne celemini neq; erretis. Itaq; quod Hier. dixit [Nolite timere] cōueniēter Hebræe lectioni, explanat Lxx [Ne timeatis] demonas, audacter exquirite an sint dij: edidit em, ne celemini. ne patiamini vos celari de re tarta, sed exquirite verū, & res fiat palam, ne erretis: vult em Dñs nos verū exquirere, & nō decipi, nā de se quoq; dixit: Scrutamini scripturas. Quod verō Hier. vertit [Ne formidetis] Lxx reddidit [Ne erretis] quod verbū Hebræū quā hoc loco est, nusq̄ alibi reperitur, vt docēt Hebræi, putāt tamē significare idē quod formidare: Lxx lōge fecūs putauere, qui reddidit, errare. [Ex tunc audire te feci] Hebraicē interrogāter est, vt reddunt Lxx. Quod Hieron. [Vos testes estis mei, nūquid est Deus absq; me? & formator quē ego nō nouerim?] Hebraicē videtur esse, Vos testes estis mei, nū sit Deus absq; me? & nō est petra, nō noui] quod Hieron. interpretatur [quā nō nouerim] tamē potuit sic intelligi lectio Hebræa, vt nihil subaudiretur, vos testes mei, si est Deus absq; me, & nō est petra [nō noui]. i. ego non noui, vos estis testes quod ego sum solus Deus [nō est petra vlla] absq; me scilicet, ego nō noui. Nā *נא* petra est, quod nomen est Christi, & repetitur à principio: absq; me non est petra, non noui. Nam quod *נא*, sit formator Latine, rarū est, & nisi ita vertisset D. Hieron. negarē dictionē Hebræā tale aliquid significare. Sed idē significat trāslatio D. Hieron. [Nō est creator quē ego nouerim absq; me] sed quod Christus dicitur petra in nouo & in veteri testamēto *נא*. i. petra, supra quam ædificium ecclesiæ ædificatum est, posses ita vertere, vt respōderet euāgelio [nō est petra vlla alia] quæ sit ecclesiæ fundamentū, nisi ego, ego nō noui aliā petrā, aliud fundamentum ecclesiæ. Testes autē eos appellat, quod prædictionibus rerū futurarū, & euentis, quæ certissima euenere omnia, & miraculis rerū editis, etiā si faxei essent, intellexissent Deū esse, qui tot plagis protriuit Aegyptios, qui eos per mare rubrū traiecit, qui eos quadraginta annis aluit in deserto, qui fecit scaturire fontes aquarum è petra, qui innumerabilia fecerit rerum miracula, qui deleuit Chanaanæos, Amorrhæos, &c. qui introduxit eos in terram promissionis, neque hæc solum præstiterit, sed etiam eorum deos contriuerit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Plasta idoli omnes nihil sunt, et amantissima eorum non proderunt eis, ipsi sunt testes eorum, quia non vident, nec intelligunt, vt confundantur. Quis formauit Deum, aut sculpsit cōflauit ad nihil vtile?

Et non erant tunc plasmantes, aut formantes, & sculpsentes, omnes vani, facientes desideria eorum, quæ non proderunt eis, & testes eorum non videbunt, & non cognoscent, quis formauit fortem, & sculpsit cōflauit ad nihil vtile.

Quod Hieron. vertit [Plasta idoli omnes nihil sunt] Lxx reddidit interroganter [non erāt tunc formantes & sculpsentes] vt respōdeat hoc superiori sententiæ. i. eum ego edidi illa miracula, cū protriui Aegyptios, cū deleui Chanaanæos, Amorrhæos, & eorū idola, nō erant fabri, qui excuderēt idola? quasi dicant, erant, & indē vos potestis colligere, cū ego illa fecerim, me solum esse Deū, cū disturbauerim idola Gentium: idola, lapides & ligna esse. TERTVL. de idolatria lib. vno, pauld post principitū, sic hunc locum legit interroganter, & hoc sensu. Trāslatio Hieronymi [plasta idoli] i. formatores idoli [omnia sunt nihil]. i. omnes sunt homines nihili. Quid futurū putas tu saxa, quæ sculpunt ipsi, & ligna quæ expoliunt? Lxx verba illa [plasta idoli] fecerunt vnam orationem, & subaudiere: [Non erant?] vt sit, Plasta idoli nō erant. i. formatores idoli non erāt, cū contriui ego illas gentes? vt si idola aliquid possent illos defenderent, & sic loquitur de demōnibus tanquā de saxis & lignis, nihil possunt plusquā saxa & ligna aduersum Deū. Deindē rursum Lxx nouo principio, vt legit TERTVL. Omnes vani qui faciunt libita sibi, quia illis non proderunt: sententia quadam admirabili, vitia enim & flagitia foedissima pro numinibus colebant, vt Priapum, Venerem, & membra genitalia venerabantur pro numinibus, & libidinē, & coitum pro dea colebant, & appellabant Venerem, vt discēs ex Platone, cū alijs locis plurimis, tum in Philebo. Sic spurcissimas voluptates pro dijs venerabantur, & hoc idem significat, belphégor, priapum, hoc significat Lxx viri, qui reddidit [omnes vani qui faciunt] supple, Deos, de ijs enim loquitur [libita sibi]. i. suas libidines, quæ illis non proderunt, imo vehementer oberunt. Idē significat trāslatio Hieronymi. [Et amanti sima eorum non proderunt eis.

rūt eis] i. charissima eorū, quæ pro numinibus colūt, non proderunt eis. Lectiōne Hebræam sic vertes ad verbū [Formatores idoli omnes vani, etiā charissima, vel etiā charissimorū eis, nō proderunt eis] D. Hieron. sic intellexit: Formatores idoli omnes vani, etiā charissima, nō proderunt eis. Lxx sic [formatores idoli] & hic apponunt distinctionē, & subaudiunt non erunt. Deindē legunt [omnes vani, etiā charissimorum eis] & subaudiunt, formatores, per zeugmā principio, vt sit: Formatores charissimorū vani sunt. i. qui formant ipsi pro numinibus, quæ sunt eis charissima, suas nimirū libidines: Priapū, Venerē, Plutum, & Cottyto, & alia libidinū monstra, & ipsi sunt testes, quia non vident neq; intelligunt. EVSEB. Cæsariens. præpar. euangelicæ lib. 7. cap. 1. cū dixisset, quosdā foelicitatē vitæ hominum voluptate terminasse, & omne hominum genus voluptati, quam Venerē nominabant, feruisse deæ acerbissimæ & immanissimæ, aut potius dæmoni foedissimo & spurcissimo addictum, multis miserijs fuisse implicatū. Nā iuxta apostolū, foemina eorū mutauerūt naturā vsū in eū qui est cōtra naturā, &c. subijcit, Sic Græci, & Barbari sapientes, & priuati homines, prostrati solo in ventre proni, voluptatē vt deā adorauerūt, dixereq; Venerē, prostrauerēq; se pronos ante ipsam, inuictā &

De hac re hoc loco, lege Origenem tomo. 1. in Iudicum cap. 2. de eo quod scriptū est: Et defunctus est Ieremias homo.

inexpugnabile deam putauerunt, & amauerunt. Canticis, hymnis, spectaculis, & festis deorum huius spurcissimæ & intemperantis Veneris, siue voluptatis Orgia & obscœna festa, celebrabant, talibus sacris initiati, quæ penē ad verbū reddere libuit, quod Latinus interpres dicit: non enim reddit Latinē Eusebius euangelicā præparationē, vtinā reddat cætera, quæ non contuli inter se. Notāda tamē hæc sunt quod Græcè eo loco Eusebius docet, initiū idolatriæ fuisse vina & libidinem, quod hoc loco Esaias ait, docetq; præterea ideo homines appellatos serpentes & bestias, quod serpentum more vitij se prosternerent, quæ ab hac impura & scelerata voluptate originē trahūt ad imaginē illius lernæ & hydræ, quæ multiceps malū est in varia & diuersa diducta belluarum capita, & ideo suos sectatores bestias efficit, & serpētes, vt supra mōstrauimus, nec nostri quidā ab hoc malo abhorret. Quāuis enim idolatriæ nō sunt, possunt videri colere Venerē, & Priapū, & Plutū, & Cererē, & Bacchū, & alia vitia, cū se ita comparāt, vt in omni vitæ cursu hæc sectentur & amēt, & velut pro numinib⁹ colant. Vbi D. Hieron. vertit [Quis formauit Deū?] Lxx vertisse videtur [Quis formauit fortē?] quæ lectio mihi vehementer est suspecta tanquā supposititia ex alicuius Iudæi translatione, pro interpretatione Lxx seniorū. Semper enim Lxx ἰσχυρὸν, vertunt, Deū, non, fortē: & confessares est multis locis, vt nos docet D. Hieron. translationē Lxx esse adulteratā alienis translationibus. Nam Iudæi, quod dolent puerū Iesum appellatum Deum, vbi pro Deo est ἰσχυρὸν, contēdunt ἰσχυρὸν illo loco non significare Deum, sed fortē, quod d' el, fortē significet, & Deum, & el, dicatur Deus, ab eial, fortitudo, & ita el significare fortē virum, & Deum ipsum, quod falsissimū est, nusquā, el, reperietur significare fortē, sed Deū. At dicūt, dicitur ab eial. i. fortitudo, & indē el, Deus, quod sit fortis, significare ergo potest fortē hominē: quā inepit: ἰσχυρὸν, dicitur Deus, à ἰσχυρὸν, videre & gubernare: igitur quicumq; gubernator dicitur Deus? ridiculū est: dicitur quidē à ἰσχυρὸν, i. à gubernando Deus, aut à ἰσχυρὸν, currere, vt putat Plato, quod olim planetæ dij appellarentur ab ipso cursu. indē tracta vox hæc ad significandū Deū: iā pro Deo vero vsurpata tantū hæc vox est, & nemo tā stupidus est qui ἰσχυρὸν, Græcè, aut Deū Latinē pro cursore interpretetur, aut pro gubernatore, sed pro Deo, quod iā hoc solum significat hæc vox, si absolutē dicatur. Ita, el, Deus ab eial. i. fortitudine dicitur, nunquā tamen fortē significat, neq; scripturæ locū ostendēt vbi fortē significet sed Deū: & puer ille qui natus est nobis, el gibor est appellatus. i. Deus fortis. D. Neque alio intellectu hanc vocem in scriptura esse ostendunt Iudæi & Iudaizantes. At qui mouēt omnē lapidē vt id ostendāt, quod ferendū aliquo pacto erat, nisi dolos versarēt. Nam arte agere ad inuertendā scripturā, id cōtra Deū pugnare est, nec si hac parte vincerēt Iudæi, re factā haberēt, millies in scriptura Christus dicitur Deus: sed quādo scriptura nobis data est, vt singula sint data pro summo beneficio, nihil est contēnendum, ne contemnerē spiritum sanctum videamur, qui singula testimonia nobis est largitus: Vt qui quærun aurum, inquit:

Resellitur Iudæi & Iudaizantes, qui, el, dicunt significare fortē.

CHRYS. aut gemmas, micam auri nunquā contēpserit, aut vnionē aliquē, præsertim si summo splendore niteat. Aperiamus ergo dolos Iudæorum & Iudaizantium in hac parte. Probāt el, significare fortē, aut fortitudinem, quod Prouerbiorum. 3. vbi scribitur, cū fuerit fortitudo in manu tua: pro fortitudine est inquit, el, sic Pagninus in dictione, aial, in Thesauro: lingua sanctæ. O ingentem confidentiam aduersum Deum, fraudes tam apertē versant Iudæi: Idem ne est, el, & leel? Prouerbiorum. 3. est leel fortitudo, non, el, quasi vero idem sit Iudæorum &

Aurum, & aurum, aut res, & es, ita leel persuadere conantur nobis idē esse quod el. Fatemur leel esse fortitudinē, ostendāt Iudæi, vbi, el, sit fortitudo, aut fortis, Genes. 21. & Deuter. 28. & Prouerb. 3. pro fortitudine, leel est, non, el. Multū interest leel, an, el, dicas, sicut Latinē multum refert, dicas, lego, an, ego: Iudæi, an, inum: Iudæi, an, aurum: & el, cū iud, fortis est & aries: sine iud el, Deus. Aiunt rursus Genes. 33. in fine, significare fortissimum, vbi D. Hieron. vertit: Et inuocauit super illud fortissimum Deum Israel. vbi D. Hieronymus addidit vocem illam, fortissimum, de suo, vt solet facere, perspicuitatis causa. Lxx viri tantū dixere: Inuocauit Deū Israel. Hebræa lectio præfert, el eloē, Israel. i. Deum Deos Israel, quod, eloē, Hebræi appellant, quod nos personas dicimus, cū tres personas fatemur, & vnū Deū: & ita frequentissimē in scriptura sacra legitur, el eloē, quod vertere solemus, Deus Dei, vt tres personæ & vnus Deus significetur, pro quibus tantū Latinē Deus reddi solet: tamē in sacris literis frequentissimē Hebræicē est hæc forma dicendi, el eloē, Israel. i. Deus Dij Israel, vt vnitas essentia, & personarū Trinitas declaretur. Hebræicē em̄ personæ diuinæ nomine elohim significatur, q̄ vocē Latinē vertimus Deos, quāquā nō sunt tres Dij, sed vnus Deus, significatur tamē hoc nomine tres personæ. Ad dunt rursus illud Iosue. 22. fortissimus dñs Deus, vbi Hebræicē legitur Deus, Deus, Deus, ter repetita dictione. el, el oim, ieoua, atq; aded bis repetitur hoc ad hūc modum, el eloim, ieoua: el eloim, ieoua. i. Deus, Deus, Deus: & rursus: Deus, Deus, Deus, ipse nouit: cuius notā locis Trinitas personarū nobis declaratur, vt alibi ex sententiā veterū patrū significauimus. Aiunt rursus significare angelos & homines sanctos, quod est ridiculū: quis enim nō rideret si quis diceret Deū apud nos significare angelos, aut sanctos homines, quod in scriptura reperiet aliquando? Ego dixi, Dij estis, aut aliquid huiusmodi, aut quod dicatur in scriptura: Constitui te Deū Pharaonis. vbi ex præcedētibus, aut sequētibus intelliges, quo intellectu accipere debeas Deū, vt in illo: Dij estis vos, participatione, hoc alio quodā modo. Absolutē ne diētā hanc vocē, Deus, pro alio quisquā interpretabitur, quā pro Deo? apagē. Itaque el, & eloā, præsertim singulari numero semper Deū significat, nunquā fortē, neq; proferet quisquā locū in scriptura, vbi, el, fortē significet, nisi iuxta Iudaicā expositionē, aut nisi aliquis lateat error, vt in illo Prouerb. 3. & cæteris. nā quod author lexicæ Cōplutensis, Lxx, el, fortē vertisse ait in illo: Puer natus est nobis, id nō est, qua de re corruptus erat liber D. Hieron. de quo plura diximus in locū illum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Ecce oēs participes eius confundentur. Ecce oēs participes eius confundentur, tur fabri enim sunt ex hominibus. plasmates Deū et sculpetes oēs inutilia.

Am ex hoc loco vt inquit TERTVL. lib. de idolatria, idolatras detestatur, & idolorū artifices, neq; necesse erat persequi reliqua, quæ minutula sunt nec magni pōderis: itaq; explanato hoc loco, reliqua de idolatria & eius reprehensione trāsiliemus. Pro eo quod D. Hieron. dixit [fabri sunt ex hominib⁹] Hebræicē est, vecharasim hema. i. & fabri ipsi, & illic appōsuere distinctionē Lxx, & non vertere [& fabri ipsi] sed [& fabri ipsa] hoc sensu, qui fingūt ipsa idola, & sculpūt, erūt vt ipsa: hoc em̄ putāt significare, & fabri ipsa. i. erūt ipsa, vel sicut ipsa. Exsicca bñtur, inquit Lxx, vt ipsa & mittētur in ignē, nā pro & fabri ipsa, reddidēre: Faciētes Deū & sculpetes inutilia, oēs & omnia aruerūt, vt vnde facta sunt: deest enim Græcè ἰσχυρὸν, legendumq; ἰσχυρὸν i. vnde facta sunt. Itaq; hoc loco pro interpretatione fecēre commentariū, & indē fecēre initiū sententiæ, ex hominibus congregentur omnes, & addidēre de suo: surdi ex hominibus congregentur omnes. i. surdi & insensati prorsus qui faciunt idola, congregentur, &c. De idolis, & vnde idolatria traxerit initiū, dictum est supra ex Eusebio! Et lege tomo. 2. conciliorum synodo Nicen. 2. actione. 4. epistolam Germani episcopi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Pars eius cinis est, cor insipies adombit illud, neq; liberabit animā suam. Scito quia cinis cor eorū, & errāt, & nemo potest liberare animā suam.

animam suam liberabit non & fecit illum insipiens cor puluis Scias Pars eius

declinare cinis Pars eius

animam suam liberabit non & fecit illum insipiens cor puluis Scias Pars eius

animam suam liberabit non & fecit illum insipiens cor puluis Scias Pars eius

Lectio Hebræa est duplex, si Lxx fidē habemus: aut em̄ legitur רֵעָוָה. i. pars eius; vt vertit D. Hieron. qui reddidit [pars eius cinis est] pars eius idoli, quod adorant nationes, cinis est, nam ex eodem ligno fit idolum, fiunt carbones; aut prunæ, vt dictū est. Alij vertunt verbum

Hebræum **אשר**, pascit: vt sit: pascit cinerem [cor insipiens adorabit illud] i. pascitur cinere; & A operam ludit qui adorat idolum. Nam qui pascitur cinere, non alitur, pestem trahit potius. Lxx mutata **א**, in **ב**, pro **אשר**, legunt **אשר**. i. pro, pascite scito, vt sit modus imperantis, à verbo iada, & vertunt cognosce, & ita vertere Lxx. [Scito quia cinis cor eorum] i. nō plus habet sapiētia q̄ cinis cor eorū: quod Latine dicitur, nō plus habet sapiētia q̄ lapis. Sic explanat CYRIL. TER TVL. lib. de idolatria, clausulā detestationis idolatriæ, & idolatrarū esse putat, & sic legit: Cognoscite quod cinis sit cor eorū, & terra, cor (inquā) eorū. [Inspies] i. quod adorabit idolum. Quod Hebraicè est [Inclinare fecit se] i. quod inclinavit se vt adoret illud. Lxx vertere [errant] quod erret qui adorat idolum: vt sit totū, Scito quod cinis est cor eorū, insipiens declinare fecit se, vel ipsum, quod cor insipies fecit se errare de via [nemo potest liberare animā suā] i. sol⁹ De⁹ liberare potest animas idolatrarū. GERMAN. episcopus Cōstantinop. in epist. ad Thomā episcopū, tom. 2. Concil. act. 4. synodi Nicen. 2. illis cor cinis est, interpretari videtur, illis cor mortuū est, & in cineres redactū, qui Deū sibi sua manu fabricāt, idolatrarū miseri.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Neque dicet fortè, mendaciū est in dextera mea.

Lectio Hebræa longe secus intellexisse videntur Lxx, q̄ D. Hieron. Nā lectio Hebræa ad verbū sic reddi potest: Et non dicet, nūquid mendaciū in dextera mea? quod D. Hieron. reddidit: Neq; dicet fortè, mendaciū est in dextera mea? i. tā stupidus est idolatra, vt nō dicat: nūquid mendaciū est in dextera mea? i. nūquid falsum numē est hoc idolū, quod fabrico dextera mea? Lxx, Quod videtur propheta finē imposuisse execrationi idolatriæ, verba illa Hebræa, quæ sic ad verbū reddes [Et non dicet, nūquid mendaciū est in dextera mea?] sic intellexere, vt putarint verba esse Dei, dicētis: Non dicet quisquā, nec in dubiū vocabit quisquā, an sit mendaciū in dextera mea? i. an ego fallā, & an dextera mea fallat, quādoquidē tot edidi miracula, tot signa, cum protriui Aegyptios cum vos mare rubrū transmisi, cum vos alui de cælo quadraginta annos, cum petrā manare feci aquas, cum de cælo sum locutus, cum cætera feci quæ narrare longissimū esset, nō dicet quisquā qui hæc cogitarit quod mendaciū sit in dextera mea. i. in Christo meo, qui loquitur in prophetis, & qui illa omnia fecit, qui dicitur manus, dextera, & brachiū patris. Ergo pro his vertere [Videte, & nō dicetis quod mendaciū sit in dextera mea] i. videte quæ ego feci, & quæ prædixi, & nō dicetis quod sit mendaciū in dextera mea, hoc est, in Christo meo qui loquitur in prophetis. Sic CYRIL. & PROC. Sic hæc & superiora explanat GERM. episcopus Constanti nopolitanus in epist. ad Thomam episcopum actione. 4. synodi Nicenæ. 2.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Memento horū Iacob, et Israel, quoniā seruus meus es tu. Formauit te, seruus meus es tu Israel, non obliuiscaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniam redemi te.

Hic locus eiusdē sentētiæ est cum illo capitis superioris: Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorū non recordabor. & cū verbis quæ sequuntur: Reduc me in memoriam & iudicemur. Lege ergo quæ dicta sunt in illum locum ex sanctis patribus, & in hunc dicta putato. Nam vt inquit CYRIL. hoc loco tantum ait creasse Dominum Israel, & formasse: fecit enim hominem Deus ex limo terræ, deinde format animas hominum in vtero matrum, non enim deducuntur de potentia materiæ, sed creantur à Deo: quod etiā sentit ARIST. 2. de generatione animalū. Et in Timæo PLATO. & alijs locis Reformatur etiā animus hominū per gratiā, reformatur etiā in Christo per sancti spiritus participationē, & reformatur in filiū Dei, & iubetur meminisse hæc homo, & meminisse eodē nātā sibi

Videte, ne dicatis quod mendaciū est in dextera mea. (vel, videte, & non dicetis, mendaciū est in dextera mea.

dextera mea in mendacium nunquid dicet non Et

לֹא יִאמַר דְּלוֹא שֶׁקֶר בְּיַמִּינִי

A ta sibi peccata, & data tot & tanta beneficia, quod supra facere iussit, & iubet meminisse quoq; Deū de lele peccata, tāquā nebulā, & nubē. Dñs em̄ omnia hæc quæ in nobis pudoris & confu sionis sunt, scit amouere, si nos dicere & fateri cū libertate volumus: hoc enim significat de le re nubē peccatorū. i. peccata, quæ nobis pudorē & confusionē pariebant. Sic explanat HILA. in psal. 18. in illa verba: A dhæsi testimonijs tuis Domine. in litera **ו**, daleth. Lege GREG. in ex planatione. 6. psalmi poenitentialis in illa verba: Si iniquitates obseruaueris Domine.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI

Laudate cali, quoniam fecit Dominus, iubilate extrema terra. Resonate montes laudationem, saltus, et omne lignum eius, &c. Lætamini cæli, quoniā miser tus est Deus Israelis, &c.

Diuus Hieron. vertit cōuenienter lectioni Hebrææ [Laudate cæli, quoniā fecit Dñs, iubi late extrema terræ] Lxx verò, quia obscurū erat quid fecerit Dñs, explanat & vertunt; B pro, Laudate cæli qm̄ fecit Dñs: Laudate cæli qm̄ miser tus est De⁹ Israelis. iuxta illud Luc. cap. 2. in Christi aduētū, quod canūt angeli: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus: & si gaudiū est in cælis de vno peccatore poenitentiā agente, quanta lætitia angelis fuisse creditur humano genere redēpto? hæc CYRIL. ad verbū. Quod autem Hieron. dixit [Iubilare extrema terræ] Lxx edidit [Iubilare fundamēta terræ] quod cōgruit cū lectione Hebræa: nā, tachtioth profunda significat, qualia sunt fundamēta, vt posses vertere: Iubilare profunda, aut profunditates terræ, de sanctis patribus, qui Christi aduētū expectabāt, quibus gaudiū & triumphū prænunciat propheta, quod Christi aduētus propē sit. Lxx, profunda terræ, fundamēta sunt in terpretati, q̄ fundamēta sunt profunda, & fundamētū Christus est, sustinens totū ædificiū, in quo ipso omnes ædificamur dom⁹ spiritales. Habitat enim idē Christus, qui fundamētū est, in cordibus nostris per fidē. Proxima fundamēta apostoli & euāgelistæ sunt, qui per suas tradi tiones sunt nobis fidei stabilitimētū, iuxta illud: Tu es Petrus, & supra hanc petrā, &c. Immo bilis enim & incōcussa fides Petri, petra est firmissima, & fundamēta appellātur apostoli à Da uide: Fundamēta eius in montibus sanctis. hæc PROC. & CYRIL. & D. HIER. Rectissimè etiā vertit D. Hiero. Moses em̄ fuit voce exili ischnophonos appellatus. i. exili voce & gracili **אֶזְרָאֵל** i. impeditioris, & tardioris linguæ, quod vt inquit CYRIL. lib. 2. de spiritu & lite ra: Moses typus Christi, exili voce erat, quæ tantū intra Iudæā audiretur, & tardiori, & impedi tiori lingua, per ambagēs, per ænigmata, per vmbras, per typos, per parabolas, & similitudines cælestia mysteria significabat. Christus mutaui in vocem tubæ, quæ toto perfonaret orbe, & in lucē euāgelicā, quæ discussa caligine vmbrarū cælestia mysteria referaret, vnde nūc opti mē D. Hieron. vertit [in extrema terræ] quod tuba euāgelica intonuit vsque ad vltimos fines terræ, & intonat adhuc nostris tēporib⁹. Quod autē D. Hieron. vertit [Qm̄ redemit Dñs Iacob & Israel gloriabitur] eodē modo Lxx, sciendum tamē Hebraicè legi sic: Qm̄ redemit Dñs Iacob, & in Israel gloriabitur. vnde discimus Israel esse casu auferendi, & explanandā esse lectio nem D. Hieronymi, sic gloriabitur Dominus in Israel, vt Hebraicè est: In reliquijs Israel. i. in apostolis & fidelibus, & sic explanatur à Procop. Gloriabitur Dominus in reliquijs Israel, in apostolis, quādo totus orbis cōfluxerit ad prædicationē apostolorū, & ad propheticos ser mones relictis idolis. [Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælum solus: & stabilies terram, & nullus mecum.] Postrema illa verba: Nullus mecum. omifere Lxx. Hebraicè est, à me. dicitur enim **אֵימָא** i. à me, quod vt THEOD. inquit, hic sermo omnipotentiæ Dei signifi cat, cum dicat se fecisse omnia, & extēdisse cælō solū, firmasse terrā à se. i. verbo suo. verbo enim omnia creauit. Hæc Theodor. quod cōgruit cū Hebræa lectione, qua significatur nō ex materia aliqua creasse omnia Deū, sed à se. i. verbo suo. Addit PROC. significare Dñm hoc cap. identidē se creatorē esse & gubernatorē, & redemptorē, & significare suā omnipotentiā, & se posse facere quæ velit omnia, & quæ dicit, cum dicat à se fecisse. i. verbo: dico em̄ inquit tantum, & fit quod volo: verbo enim produxit omnia ex nihilo sancta Trinitas [Irrita faci ens signa diuinorum, & ariolos] Hæc D. Hieronymus omnia ad verbum reddidit fidelissi mē. Lxx seniores ductum orationis mutarunt, vt significarent hæc dicta de temporibus Chri sti, vt etiam TER TVL. interpretatur lib. 4. aduersus Marcionem, nam inter signa temporum Christi, quæ multa ponuntur ab Esaia, non postremum erat, cum Christus aduenisset idola triæ finem futurū esse, cessaturos augures, cessatura vaticinia dæmonum, cessaturos idolatras,

& id genus monstra hominum, & dissipatum Dominum concilia eorum, qui aduersarentur Christo, vt supra pluribus dictu est. Lege quæ adnotata sunt in illa verba cap. 8. Quarite à pythoibus, & diuinis: illinc intelliges, qui sint ventriloqui, &c. quæ ibi dicuntur. At ergo Dñs, se qui calos fecerit, & omnia fecisse, etiã illa quæ facta videmus teporibus Christi, cum nationes omnes relinqueret idola, magos, ariolos, & omnẽ illã superstitionẽ, & ad Christum se conuerterent, & vt dissiparentur consilia eorum qui aduersarentur apostolis [suscitans verbum ferui tui] eadem est sententia vtriusque translationis [statuens verbum pueri eius] Christi, quem pueru suu frequentissimẽ appellat pater omnipotẽs, secundum humanitatẽ: statuit ergo verbu Christi pater omnipotens. i. statuit euangeliu, & stare fecit euangelium, hoc enim significat verbum Hebræu מִן, suscitare, stare, statuere, firmare, & מִן, firmum facere, facere vt stet, statuere aliquid firmu, vt Genes. 9. Pactum meum statui, vbi est hoc idẽ verbu Hebræu: & quoties de pacto, aut testamento sermo est, repetitur hoc verbu Hebræum ferẽ: statuit ergo euangelium pueri eius, & consilium angelorum eius. i. discipulorum eius verificauit, quod enim veras deprehenderent prophetarum prædictiones omnes, ad fidem Christi conuersus est vniuersus orbis. sic CYRIL. & PROCOP.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui dico profundo desolare, et flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, pastor meus es tu, et omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Hierusalẽ, ædificaberis, & templo fundaberis.

Dicens abyssu, desolaberis, & flumina tua arefacia: dicẽs Cyro vt sapiat & volũtates meas oẽs faciat, dicens Hierusalem, ædificaberis. & domũ sanctam meam fundabo.

Repetendũ crebrò illud est quod docet PROCOP. in illa verba: Missus est Esaias filius Amos ad Ezechiam, & dixit ipsi: ait enim Procop. non nouerant veteres prophetas ex vaticinijs rerum longo post tempore futuraru, vnde enim nosset cum huiusmodi res prædicerent propheta, quæ quingentesimo post anno, aut millesimo, aut bis millesimo, aut in fine seculorũ esset futura, illos res veras præsignificare? sed Deus Opt. Max. faciebat, vt res multas nõ longo post tempore futuras prædicerent, quas prædictiones, cum veras fuisse rerum cõmonstraret euentus, fidem reliquis vaticinijs conciliarent, rerum multo post futuraru: quale quod Samuel prædixit Sauli de asinis, & reliquis rebus: & quod hic propheta, vt diximus præsignificauit de Senacherib & Assyrijs, & alijs multis, vt fidem pareret vaticinijs de Christo, ita hoc loco prædicit captiuitatem Babylonicam, & postea vastitatem, & excidium regni Babylonicæ, & liberationem populi Iuda ex captiuitate Babylonicæ, & futuram per regem Cyrum, quæ cum ducentesimo ante plus minus anno prædicat Esaias admirabiliora euentus ipse fecit eius vaticinia. Potentiam ergo suam Dñs ob oculos ponit, cum dicit se arefecisse flumina, Iordanẽ videlicet, & mare rubrum, vt transmitteret populu Irael: vnde, quis non intelliget Deu posse omnia quæ volet? & prædicit per Cyrum se liberaturum populum Iuda, quanquã THEOD. explanat hæc sic [Qui dico Hierusalẽ habitaberis] i. qui postquã subuerti per Babylonios Hierusalẽ vrbe, & Iudeos, Iudæq; vrbes, præsignifico septuagesimo post anno instauranda Hierosolyma, & instaurandas vrbes Iudæ, & frequentibus habitatoribus vrbeis futuras, & qui prædico profundu desolandu. i. Babylonẽ desolandã, vastandãq; quæ ob ingentẽ magnitudinem dicebatur mare, seu profundu. [Et flumina tua arefaciam] i. vrbes tuas, populos tuos de lebo, quæ sententia mihi magis placet. [Qui dico Cyro, pastor meus es tu] Lxx vertere [qui dico Cyro vt sapiat, & omnes volũtates meas faciat] vbi significant Lxx duplicẽ lectionem esse: mutatione vnus literulæ. Lectio enim Hebræa est מִן לְכֹרֶשׁ אֶת־יִשְׂרָאֵל. i. Qui dico Cyro pastor meus (vcl מִן) scientiam meã. Itaq; hic locus verti potest iuxta translationẽ D. Hieron. & lectionẽ Hebræam, quæ nunc circumfertur: Qui dico Cyro pastor meus es tu, ego te constituẽ pastorẽ & regẽ, & feci vt subuerteres Babyloniẽ eo consilio, vt faceres mandata mea, & liberares populu meũ, & ita facies. Reges appellabantur pastores, & ita Homerus appellat reges pastores populi. & Plato in politico, quanquam postea propriẽ pastorem appellari Deum ait, reges non item. Historia hæc satis nota est in sacris literis. Aliter potest verti lectio Hebræa iuxta lectionem, quã agnoscunt Lxx, qui dico Cyro scientiam meam, quod vertere Lxx, vt sapiat, vel vt cognoscat. i. qui feci vt Cyrus cognosceret me, & vt remitteret plebem meam.

Lege Cyril
lib. 5. nõ lo
ge à prin
cipio.

IN ESA-

IN ESAIAE CAP. XLV.



Magna inter veteres patres de huius capitis intellectu dissensio est. D. Hieron. de Cyro Rege hoc vaticiniũ esse docet, quod lectio Hebræa palam præferat. Id est sic dixit Dominus Christo suo Cyro: Græca quoq; lectio præferat *אֲנִי יְהוָה וְאֵין אֲחֵרִים* non est, deceptosque putat D. Hieronymus veteres patres, quod *אֲנִי יְהוָה וְאֵין אֲחֵרִים* non est, deceptos esse scriptores sacros omnis doctrinã, & ecclesiã sanctã fulgentissimã lumina Augustinum Cyprianum Chrysostomum, & alios credibile est CYRILL. in Genesim lib. 3. Paulo post principium componit hanc litem, vbi penẽ totum hoc caput explanat mirifice & docet de Cyro Persarum rege. hic agit, ita tamen vt de Cyro, tanquam de Christi typo hic agatur, quod fatetur etiam D. Hieronymus in commentarijs, idque docet Cyrillus ex canone illo interpretandæ scripturæ, cuius sæpẽ fecimus mentionem, cum allegoriã miscetur veritas, & tropicis locutionibus, quod ait AVGVST. miscetur lux, & perspicuitas, vnde CYRILL. subiicit hoc planum fieri vaticiniũ esse de Cyro, sed Cyrum esse Christi typum, quod statim aperte, & planẽ de Christo subijciẽt propheta admiranda oracula. Augustinus, Cyprianus, Chrysostomus, Tertullianus, Athanasius, Lactantius, nihil hic agi putant de Cyro: de Christo totum hoc oraculum interpretantur. Hæc lumina ecclesiæ catholicæ decepta quisquã dicet? & ita decepta, vt in ea re laberetur vbi ne puer quidẽ septuaginta laberetur si Græcẽ sciret, vt *אֲנִי יְהוָה וְאֵין אֲחֵרִים*. Dñm: quidlibet potius, q̃ hoc suspicarer. Nec indicta causata veteru patru autoritas videtur esse damnada. Quid ergo? Hebræa lectio præfert, *אֲנִי יְהוָה וְאֵין אֲחֵרִים*, Græca *אֲנִי יְהוָה וְאֵין אֲחֵרִים*, quæ igitur reliqua dubitatio est? Aut quomodo Chrysost. August. defendas, aut Cyprianu, si Græca, Hebræaq; lectione dantur? Ita hos summos Diuos defendemus si ab his doceamur, & discamus, ab his, & non eos docere, & corrigere velimus, quod ad modestiam nostram multum facit: intelligamus Athanasium, Chrysostomum, Augustinum, Tertullianum, Lxx seniorum aliam lectionem agnoscere, quam reliquos patres, legissetq; apud Lxx seniores: Hæc dicit Dominus Christo meo Domino: iuxta illud: Dixit Dominus Domino meo. Nam tralatio Lxx vitata est à Iudæis, penes quos erat & indẽ sit vt lectionem, quam recipit Athanasius, Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Chrysostomus, Augustinus, non minus emendatam putare debeamus quam alteram, & dicere nos oporteat, & illustrari à tantis antiquitatis luminibus, potius quam sus Mineruam, quod aiunt. i. nos tantu illos corrigere velimus. Hæc igitur tanta lumina ecclesiæ catholicæ inter se dissentiant, ceu montes concurrant montibus altis, mihi non liberum est ferre sententiam de re tanta aut hos, aut illos damnare. Ductus capitis totius, & series, & cordo magis fauet AVGVSTINI sententiã. Dum hæc controuersia disceptatur, redigamus in memoriam Hoc caput oportet hoc caput esse ab initio vsque ad finem mysteriorum plenissimum, & Iudæos omnia molitos, vt hoc totu caput peruertent, & ab eis dolos mutatos Noetianos (vt docet EPIPH. lib. 2. contra Noetianos) omnia turbare, alio deflectere, incidere omnia, inuertere ordinem, non seruare seriem aut consecutionẽ prophetiẽ: omnes versare dolos, quod sanctissima hoc capite referantur mysteria, quæ Iudæi & hæretici obscurare conentur, oportet quoque meminisse nos aduersum dolos Iudæorum & Iudaizantium, qui Hebræam lectionem religiosissime seruata aiunt, vt ne apex quidem sit mutatus, multa in disputatione de tralationibus disceptasse postremo in fine commentriorum in cap. 37. vel ex vno psalmo Davidis 17. quod Hebraicẽ duobus locis est, intra psalmos Davidis & 2. Regum cap. 22. varietatem Hebræe lectionis ostendisse, esse quibusdam locis alia verba, alibi esse alias orationes, alibi deesse, vt non sit mirandum si hoc loco aliam lectionem agnoscant Lxx viri, quam eam, quæ est nũc Hebraicẽ cum illo psalm. alia verba reperias Hebraicẽ. 2. Regum aliquando, alia in psalm. David. nec eo loco solum sed alibi multis, quæ repetuntur, in duobus locis, variam Hebraicẽ agnoscet lectionem. Et Rabini fateantur, vt commõstrauimus, multis locis duplicem esse lectionẽ, & vtranque ostendimus esse sacrosanctã quod cauerit Deus vt nihil in scriptura mutaretur, quin esset sacrum & fortasse à propheta quibusdam locis duplex est lectio, vt duplex referaretur mysterium, vt dictum est.

1. Christo
meo Cyro,
nõ Christo
meo Dño.

Hoc caput
plenissimũ
mysterio-
rum, Iudæi
& hæretici
conũ
tur omni-
antepuer
tere & te-
nebris in-
uoluerẽ.
Duplex le-
ctio in codi-
cibus He-
braicis.

Y y 3

D. HIE-

Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram ut subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam. & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo & gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, & veteres ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum.

Divus HIER. hæc de Cyro explanat, & de Cyri rebus gestis, quibus completæ esse hæc prophetiam ait, & penè cõvitijs prosequitur eos, qui de Christo hæc dicta putant, cū initio vehementer eos dicat errare, qui de Christo interpretantur, postea se nõ posse satis mirari, quæ stultitia sit legentium, quæ infrâ dicuntur, & referentium ad Christum. THEOD. in eadem sententia est, & Cyrum ait appellatum esse Christum Domini. i. vñctum à Domino quod creatus à Domino rex esset, vt Babylonem subuerteret, & liberaret ludæos & templum Domini instauraret. Idẽ ait Procopius, & CYRILL. in commentarijs, si modo verba Cyrilli sunt & non supposititia, quod suprâ diximus, quæ sit Cyrilli sententia. EVSEB. quoque Cæsariensis præparationis euangelicæ lib. 6. cap. 9. in eadem sententia est. Veteres omnes penè ad vnum, hoc caput ad Christum referunt, quod apud Lxx viros legunt, hæc dicit Dominus, Christo meo Domino, dictumque putant sicut illud. Dixit Dominus Domino meo, quæ lectio Lxx seniorum si antiqua est & legitima, vt lectum sit in quâ apud Lxx *נשיב*, non *נשיב*. i. Domino, non Cyro huius loci paraphrasim fecisse Lxx certum est ex illo loco scripturæ: Dixit Dominus Domino meo: quod sepè vt suprâ ostendim⁹ paraphrasim solèet facere Lxx vnius loci scripturæ, ex alio loco scripturæ, vt altero alterum interpretentur, vt vnam, & eandem rem vtroque loco significari ostendant. Sic explanat LACTAN. lib. 4. cap. 12. Christum, in quies, post passionem ascensurum esse ad patrem David contestatus est his verbis: Dixit Dominus Domino meo, &c. qui propheta cum rex esset, quem appellare Dominum suum posset, qui sederet ad dexteram Dei, nisi Christum filium Dei qui est rex regū & Dñorum dñs quod Esaias apertius ostendit dicens [Sic dicit Dominus Deus Christo Domino meo, cuius tenui dexteram] hæc LACTAN. Lctionem ergo Hebræam aliter intellexisse videbuntur Lxx seniores, aliter D. Hieron. Nam vt D. Hieronymus vertit *למשחתי*, Christo suo Cyro quod coniuncte legerit postremâ dictionẽ, ita Lxx seniores, diuisim legisse, videtur *למשחתי לך*, & vertisse, Christo suo, ei qui sicut pauper, nam *ש*, pauper est, vt i. Regum cap. 18. vbi legitur ego vir pauper, pro, pauper, est, *ש*, & prouerbiorum 10. & multis alijs locis, & *כ*, cum *לך*, & *לך*, cum *לך*, significat sicut. Ergo hac ratione Lxx seniores diuisim legisse videntur, *למשחתי לך*. i. ei qui sicut pauper, quibus verbis significatur Christus, quod vt infrâ dicendum est, signum erat datum vt agnosceretur Christus, quod sicut pauper erat ingressurus Hierosolyma, sedens asina, iuxta illud Zachariæ: Ecce rex tuus tibi venit iustus, sedens super asinam subiugalem, quæ locum interpretans EVSEB. Cæsariensis lib. 9. cap. 4. demonstrationis euangelicæ, quem regẽ inquit sedentem asino, sicut pauperem ingressum vrbẽ vnquam legimus? Et lib. 10. cap. 7. Propter nos inquit pauper carnẽ sumens, pauper & mendicus fuit, pauperi homini, & mendico similis, formam serui pauperisque accipiens, leges enim apud Ioannẽ accinxisse se lintheo Dominum, & accidisse ad apostolorum pedes, & eos lauisse vt pauperem hominem, & res vulgarissima est, Dominum appellatum pauperem in sacris litteris. nec verisimile est Lxxii ludæos suæ tempestatis doctissimos & sapiētissimos [Mesicho licores]. i. Christo suo Cyro: verba notissimæ significationis apud Hebræos, tam notè inquam quam apud nos est Christus & Cyrus, ignorasse. profecto aliquid ibi latere significarunt, nec de Cyro rege intelligendũ esse hunc locum

Sic dicit Dominus Deus Christo meo Cyro: vel Christo meo Dño: cui⁹ apprehedi dexterã, vt subijciã ante eum gentes, & fortitudinem regum dirumpam, aperiam antè eum ianuas, et portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & mōtescōplababo, portas æneas cōterã & vctes ferreos cōfringã, et dabo tibi thesauros absconditos, iuisibiles, aperiã tibi.

נאמר ד' יהוה למשחתי לך כורש (vel) *למשחתי לך כורש*

A locum putarunt, sed vt docet nos D. AVGVS. de doctrina Christiana lib. 4. cap. 7. spiritalem aliquẽ sensum, & aliquid maius scrutandum esse hic nos admonuerunt, siue quod, lecores, diuisim legere. i. ei qui sicut pauper, ingressus est Hierosolyma. s. sedens asino, siue quod, cores, Christi cognomen esse putarunt, vt Emmanuel, Semach, accelera spolia: quod quemadmodũ dictus est Semach. i. germẽ, quod toto orbe esset germinaturus, ita cores sit nominatus. i. sicut pauper, quod sicut pauper esset ingressus Hierosolyma. Nec si Perfarũ rex dictus est cores, huic sententiæ aduerfabitur, alij enim sunt nominati Iesu nomine, tamen in veteri testamento Christi cognomen est Iesus, vt alibi ostendimus: Certe magnum est argumentũ Lxxii duos viros vertisse [Christo suo Domino] grauisima est etiam veterũ patrum autoritas, neque si D. Hieronymo, licet illorũ eleuare autoritatẽ & extenuare, equum est vt cuiquã alteri liceat, imò iniquissimum, & penè dixerim impium, sinamus lumina Christianæ republicæ inter se concertent, nos omnes eos audiamus reuerenter. Hoc licebit dicere, magnum esse quod omnis sanctorum patrum chorus totum hoc caput referat ad Christum, & quædam loca huius capituli vel ab inuitis ludæis extorqueant confessionem veritatis. Ergo hic locus vtroque modo reddi potest, vel sicut Hieronymus trãstulit [Hæc dicit Dominus Christo suo Cyro] & vt Lxx reddiderunt: Hæc dicit Dominus Christo meo Domino, vt sit paraphrasim lectionis Hebrææ, Hæc dicit Dominus Christo suo, ei qui sicut pauper, quod erat signum, quo agnoscendus esset Christus, ne quisquam putet dicta sanctorum omnium, qui hoc caput totum de Christo interpretantur, nullo niti fundamento: Dominus suis reuelat intellectum scripturæ & quod Paulus inquit. Spiritus sanctus quosdam dedit apostolos, quosdam doctores. Destitutã ne dicemus ecclesiam fuisse vllõ tempore doctõribus sanctis, qui literas sacras interpretarentur? aut non referasse spiritum sanctum scripturæ sacræ sensum doctõribus sacris, quos dedit ecclesiæ? semper mihi cõtingat cū sacris doctõribus cõsentire. TERTVL. in libro aduersus ludæos de natiuitate Christi, & aduentu primo, ita hunc locum legit & explicat [Sic dicit Dominus, Christo meo Domino, cuius tenui dexteram, vt exaudiant illum gentes] & sic interpretatur totum superiorẽ prophetæ contextum: Cui dexteram tenet pater Deus nisi Christo filio suo? quem exaudierunt omnes gẽtes, Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, omnes demum nationes in quibus Christi nomẽ regnat, vt pote ante quem omnium ciuitatũ portæ sunt apertæ, & cui nullæ sunt clausæ, quod volet ipse intrare, ante quem seræ ferreæ sunt comminutæ, & valuz eræ sunt apertæ. Quãquam & ista sunt etiam spiritualiter intelligenda, quod præcordia singulorũ varijs modis à diabolo obfessa, fide Christi sunt referata. LACT. quoque sic hunc locum totum explanat lib. 4. cap. 13. vsque ad verba illa, Qui voco nomẽ tuũ. Deus Israel. CYPRIAN. lib. 1. aduersus ludæos cap. 21. vt probet gentes in Christum credituras esse inter alia loca quæ citat, quibus putat præsignificatũ hoc nationes, omnes Christo credituras, hunc quoque citat locum, tanquam hoc loco dicatur ad Christum venturas omnes gentes, & sic hunc locum legit [sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cuius tenui dexteram, vt exaudiant eum gentes, &c. AVGVS. in oratione de quinque Hæresibus ita etiã huc locum legit, Hæc dicit Dominus Christo Domino meo, cuius apprehendi dexterã, vt subijciã ante faciem eius gentes: & sic enodat, Ecce iam filio maiore comes est pater, & verba sequentia, [Dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuam, & portæ nõ claudentur] sic explanat idẽ Augustinus: Ecce ille qui miserat, præcurfor factus est, quis enim maior, aut superior? ante minorem ianuas aperit. Deindẽ [ego quoque ante te ibo]. & subijcit Augustinus, Audis quia qui miserat, & comitatur, & præcedit, mittit, & nõ discedit, insuper & præcedit. Parum est quia nõ discedit insuper & præcedit, iam tu discerne quis sit maior, qui potior, ego nullam discretionẽ inuenio, sed æqualitatem conspicio: filius dicit de patre, Misit me. pater filio dicit: Ego ante te ibo: æqualitas hoc exhibet, nõ disparilitas. Codex in quo hæc scripta leguntur, in armario ludæi habetur [Dorsa, inquit, Regum vertam, & gloriosos terræ humiliabo] Nonne reges terẽ vides, qui ante persequebantur Christianos, nunc Christianos esse? Nonne vides eos qui humiliabant ecclesiam, humiles intrare ecclesiam? nonne ipsos defensores vides, quos ante habuit persecutores? Hæc Augustinus. Ergo vt largiamur ludæis, quod eis cõcedit D. Hier. & multi doctores sacri verti posse hunc locum sic: Hæc dicit Dominus Christo suo Cyro, eo sensu quo suprâ dictum est, ita vel ab inuitis extorqueremus si sine punctis hæc sint, equè proprie verti posse [hæc dicit Dominus Christo suo, ei qui sicut pauper] nec aliud quidquã in tereffe, quã si coniunctim hæc legas, lechores. i. Cyro, an diuisim, lecho ras. i. ei qui sicut pauper. quan-

per, quanquã cores, vt Cyrũ significat, ita cum verba omnia huius capitis ad Christũ referuntur à sanctis, nihil vetet quoq; Christi esse cognomẽ. i. ei qui sicut pauper vt dictũ est. ATHAN. lib. vno de vnitate sanctissimæ Trinitatis in principio, in libro psalmorum, inueniẽmus, inquit: Dixit Dñs Domino meo, sede ad dextram meam, donec ponam, &c. & apud Esaiam: Hæc dicit Dominus Christo meo, cui tenui dextram, vt obaudiant eum omnes gentes: quo loco ATHAN. videtur docere nos, vnam & eandem rem significari illo loco psalmi, & hoc Esaiæ loco. Idem sensit TER TVLL. in lib. aduersum Praxeam, cap. 9. qui putat hoc loco spiritum sanctum loqui de patre, & filio, vbi Dominum interpretatur de patre, Domino meo de filio, quod supra diximus sensisse Lactantium. Sic etiam Chrysostomum, & Hilarium, & Origenem, aliosque hæc intellexisse apparet, quod sequentia de Christo interpretantur, vt iam dicemus. Quod Hieronymus dixit, Gloriosos terrẽ humiliabo, Lxx vertere montes complanabo, varietas lectiois indẽ est quod vna littera in duas dissoluta est, quam Lxx in vnam coniunctam legisse videntur. ה, in ו, & ו, sic ה, & sic pro הרים, Harim. i. montes, legisse הרים, durim. Durim Hiero. vertit gloriosos, Hebræi, tortuosa, sed raro hoc verbum durim significat, gloriosos, nunquam tortuosa, neque Hebræi vllum poterunt asferre locum, quo tortuosa significet, vt appareat non minus castigatam lectioem esse הרים, mōtes. Augustinus quanquã hoc loco sequatur interpretationem D. Hieronymi, in superioribus sequitur interpretationẽ Lxx seniorũ. Quod vero sequitur [Portas æreas cõteram] aliter Hilarius interpretatur quam Augustinus, & Tertullianus, & alij patres: refert enim ad Christi passionem, dum & penetrat ad inferos, ait enim in psalm. 138. Domino itaque passo delitiæ sunt dum portas æreas cõfringit, dum vectes ferreos conterit, dum omnem potestatem despoliat, dum de his in fetriũ phat. Ego dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum, vel vt Lxx edidit, Dabo tibi thesauros tenebrosos, absconditos, inuisibiles aperiam tibi: conuenienter vt inquit Hebræe lectio, excepto quod Lxx addidit de suo illa duo verba: Aperiam tibi: perspicuitatis causa. ORIG. in 1. de 2. lib. 4. cap. 2. prope finem hæc interpretatur de thesauris sapientiæ & scientiæ absconditis in scriptura, quos spiritus sanctus, obscuros, inuisibiles, absconditos thesauros vocat, qui vt inueniri possint, Dei adiutorio opus est, qui solus potest portas æreas, quib; clausi sunt & absconditi, confringere, & seras ferreas, vectesque comminuerẽ, quibus ad ea prohibetur ingressus, &c. D. CHRYS. tomo 5. in demonstratione quod Christus sit Deus his verbis infernum intelligi putat. Nã quanuis infernus esset, animas tenebat sanctas, & vasa pretiosa, Abraham, Isaac, Iacob, propter quod thesauros vocat inquit, obtenebratos autem quia solius iustitiæ nondum illic fulserat. TER TVLL. lib. 4. aduersum Marcionem eodem modo hunc locum explanat, vt dictum est. quid ergo tot patres in scitiæ damnabimus? tot ecclesię lumina fulgentissima? qui hæc vno ore de Christo interpretantur, non de Cyro: nec enim reperio quenquã ex antiquissimis hæc de Cyro esse interpretatum, at qui antiquissimos ego admiror, qui ab apostolis celestium rerũ imbibe sapientiã. hi ergo testantur legitimam lectioem Lxx seniorum esse [Hæc dicit Dñs Christo meo Domino] Mitto dicere in ostendisse in fine commentariorum in caput 37. vel in vno psalm. 17. qui in duobus locis scriptus est Hebraicẽ, inter psalmos reliquos. & in 2. Reg. cap. 22. in vno eodemque psalmo duobus locis scripto Hebraicẽ, multas esse varietates, esse vnum verbum pro altero non semel puncta diuersa, orationes integras hic esse illic deesse, eodem tamen sensu, explicatiore quidem alibi, alibi obscuriore, vt duplex hic fortasse fuerit lectio. Lxx viri ad Christum retulerunt, quod totum hoc caput de Christo. Vndẽ ab omnibus veteribus ab initio ad finem ad Christum refertur. Et quod vt te docet AVGVST. contra Faustum Manichæum libro. 12. cap. 4. acius & planius in psalmum. 44. in illa verba: Propterea vnxit te Deus, &c. Soli Christi in gente Iudæa erant, nec aliarum nationum reges vngebantur, vt Christi dicerentur & quod quæ hic dicuntur Cyro non congruunt, qui fuit immanissimus: Christo congruit, & ideo Lxx ad Christum referre maluerunt. Vnde Cyrillus qui lectioem D. Hieron. defendit tomo 1. conciliorum in scholijs, de incarnatione vnigeniti in principio cum interpretatur quid sit Christus docet tantũ in gente Iudæa reges fuisse Christos. i. vnctos & multis verbis reddidit rationem cur Cyrus Persarum rex Christus dicatur. i. vnctus, cum illius nationis reges non vnuntur. & quanuis initium huius cap. de Cyro interpretatur, negat tamen pleraque de Cyro posse dici.

D. HIE.

A D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israel, propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocauit te nomine tuo, assimilauit te.

Vt scias quia ego Dominus Deus tuus, vocas nomen tuũ Deus Israel, propter seruũ meũ Iacob, & Israel electum meum, ego vocabo te nomine tuo, & suscipiam te.

Hunc locũ explanat de Christo mirabiliter LACTAN. Firmianus li. 4. cap. 13. inde petet qui volet. ATHAN. lib. 2. de vnitate sanctissimæ Trinitatis conuenienter superioribus hunc locum sic explanat, vt scias, vel, vt scire, facias, quia ego Dominus Deus tuus, ô Christe, secundum humanitatem hoc dictum intellige, vt ipse Dominus ait: Ascendo ad Deum meum, Deum vestrum [vt scias ergo quia ego Dominus Deus tuus] ô Christe qui voco nomen tuũ Deus Israel. i. qui dico nomen tuũ esse, Deus Israel, vt Deus Israel, positũ sit materialiter quod Grammatici appellant, vt apud Oratium: Frater pater adde: vt pater filium appellet Deum Israel, quod loco citato declarat Athanasius, nam cum Hæreticus interrogasset an nomen patris esset in filio. i. an filius appellaretur nomine patris? vt si pater dicatur Deus Israel, filius quoque Deus Israel nominetur, iam inquit de autoritate scripturarum ostensum est, Deum per Mosem testatum esse, quod ipse Dominus Deus est. Ego enim Dominus Deus ait, hoc est nomen meum: deinde de filio: Nomen meum est in illo: quasi dicat se Dominum Deum appellatum esse, & filium suum eodem nomine appellari. Et rursus alio loco inquit Athanasius: Ego Dominus Deus, qui voco nomen tuum Deus Israel, citat enim hoc Athanasius, vt probet patrem appellasse filium, Deum Israel, vt quemadmodum pater Deus dicitur Israel, ita filius quoque Deus Israel vocetur. Idem repetit D. ATHANAS, postea libro vno de vnitate substantia sanctissimæ Trinitatis, paulõ post principium, citans hunc eundem locum Esaiæ, quibus ex locis explanat illa scripturæ loca, Veni in nomine patris mei: &, Benedictus qui venit in nomine Domini, ita vt significetur, veni ego qui nominor nomine patris mei, Deus Israel scilicet. Et: Benedictus qui venit in nomine Domini. i. nominatus nomine Domini Deus Israel videlicet æqualis patri. & certè dictum mirum est quam plane, quam crebro in veteri testamento Christus dicatur Deus, & Deus Israel. Quod sequitur, aliter dispunxit D. Hieronymus, quam Lxx seniores. D. Hieronymus sic [Vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israel propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum] & hic apponit distinctionem, & sensus est, si ad Cyrum referas, vt scias quia ego Dominus te tota uonum victorem feci, & feci vt Babylonij regni portas æreas urbium munitissimarum, refringeres, & te tuo nomine appellauit Cyrum tot ante annis, vt liberares populũ meum Israel de captiuitate Babylonica. Nam si ad Cyrum referas sensus est perspicuus. Si Athanasij interpretationem sequaris & Lactantij & reliquorum veterum patrum, quos supra diximus, sensus erit [Vt scias quia ego Dominus] vt scire facias, quia ego Dominus [Qui voco nomen tuũ] qui vocari ostendo nomen tuũ [Deus Israel] quod sit Deus Israel, hoc est clarifico nomẽ tuũ quod euagelica littera auunt, ea claritate, qua erat à principio mudi, quod sis Deus Israel [Propter seruum meum Iacob & Israel electum meum] propter apostolos, & electos, vt sit idẽ cũ illo: Propter nos homines & propter nostrã salutẽ. Nã propter idẽ filium misit pater, propter quod venit filius, qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descendit de cælis. Nam AVGV. in Orat. aduersus Iudæos, cap. 9. domũ Iacob, quẽ elegi apostolos & fideles interpretatur, quã elegi, inquit, non quam dimisi, dimisit enim plebẽ suam domum Israel Dñs, quod ait Esaias cap. 2. hoc est infideles Iudæos, & perfidos quos exclusit ecclesia, elegit autem domum Iacob. i. aliam partem, quã credidit apostolos & fideles [Vocauit te nomine tuo] feci te vocare nomine proprio tuo, vt vocareris Deus Israel [Assimilauit te] similitudinibus multis prophetarũ, quod Dominus ait, apud Oseã declarauit te. Lxx vero sic dispungunt [Vt scias quia ego Dominus Deus tuus vocans nomen tuum Deus Israel, vel, Deum Israel] Nam lectio nem Hebræam vtroque modo reddere posses, si sequi vis sententiam Athanasij, & hic Lxx apponunt distinctionẽ [vt scire facias quia ego Dominus Deus tuus, vocans nomen tuum Deus Israel. i. quod sis Deus Israel, vel, vocans nomen tuum Deum Israel.] Deinde nouo initio [Propter seruum meum Iacob & electum meum Israel, vocabo te nomine tuo] clarificabo te & ostendam

ostendam nomē tuum esse Deum Israel. pro illo autē, quod Hieronymus dixit [afsimplaui te] A
 Hebraicē est יְיָ אֱלֹהֵינוּ. i. afsimplaui te, vt explanat D. Hierony. vel. nomine occulto vocabo te,
 vt explanat R. D. hoc verbum in lib. radicum. Appellatus est enim Dominus multis nomini-
 bus occultis, & multis similitudinibus: Semach. i. germen, quod germinaturus esset toto orbe:
 & cito predare, quod intra breuissimum tempus erat expoliaturus potestates tenebrarum: &
 Emmanuel, quod inter homines erat Deus: & Iesus, quod erat salus hominum, & medicus.
 His ergo nominibus occultis appellatus est Dominus, & his similitudinibus est afsimplatus,
 quod dixit Hieronymus & Dominus apud Oseam. Lxx videntur mihi fecisse paraphrasim vt
 solent, qui pro hoc verbo dixere suscipiam te. i. declarabo te esse illum, de quo cap. 42. Eleus
 meus Israel, suscepit eum anima mea: faciunt enim Lxx paraphrasim ex alijs scripturę locis fre-
 quenter, vt eundem sensum vtroque loco declarari significēt, quod mihi videntur hoc loco
 fecisse, Tu es in quo mihi accepta erunt omnia.

D. HIERONYMVS

*Et nō cognouisti me, Ego Dominus nō
 est amplius, extra me non est Deus: ac-
 cinxite, & non cognouisti me, vt sciāt
 ij, qui ab ortu solis, & qui ab occidente
 quoniam absque me non est Deus. Ego
 Dominus, & non est alter formans lu-
 cem, & creans tenebras: faciens pacem,
 & creans malum. Ego Dominus fa-
 ciens omnia hæc.*

I Am ex hoc loco D. Hieronymus tam perspicuum esse putat vaticinium huius capituli esse
 de Cyro, vt dicat: Quæ stultitia est hæc ad Christum referre? qui profecto si esset admonit? C
 Augustinum, Cyprianum, Athanasium, Tertullianum, Hilarium, Chrysostomum, Origenē,
 & alios omnes veteres ad vnum, quod quidem sciam, proximis temporibus apostolicis, in ca-
 fuisse sententia, quæ sanctissimi viri modestia est, dissensisset fortasse ab illis, pepercisset verbo
 ignominioso. Et nemo diffitebitur posse referri hæc ad Cyrum, ut refert D. Hieronymus & re-
 ferunt alij patres, quod Cyro conueniat summa ei esse præstita beneficia, & congruat, Cyrum
 non cognouisse Dominum, quanquam Cyrus rex Persarum apud Esdram & postremis verbis
 Paralipomenon Deum cognouerit, & ei accepta referat omnia regna, quæ habet, & hac ratio-
 ne hæc verba videantur parum conuenire Cyro. Congruunt etiam hæc verba sententię sancto-
 rum multo magis, qui non referunt hæc ad Cyrum, sed ad Christum Dominum, iuxta senten-
 tiã Lxx. Fecere enim Lxx initium sententię [Tu autem non cognouisti me quod ego Dominus
 Deus, & non est amplius, Extra me nō est Deus, &c] vt sit sensus, cum vsque adhuc à principio
 capitis, vt interpretatus est D. Augustinus, & alij patres, omnipotens ille pater cælestis de filio
 sit locutus, & prædixerit se subiecturum esse ante faciem eius gēteis, reges, & principes, & glo-
 riosos terræ humiliaturum, & se nomen filij clarificaturum, & declaraturum gentibus filium D
 sum esse Deum Israel, & esse illum, quem tot nominibus occultis declarauit per prophetas,
 & tot similitudinibus expresse, nunc, postquam pater hæc est locutus, filius iã hinc loquitur
 ad populum Israel [Tu autem nō cognouisti me] i. cum pater testatus sit de me per prophetas,
 me verum esse Deum, & voce de cælo delapsa filium suum dilectum esse, tu non cognouisti
 me, quod Deus sum, & quod non est alius Deus præter me. Et eodem modo explanari possunt
 verba Hieron. [Et nō cognouisti me] vt sint verba filij, quū testatus toties sit pater de me, non
 cognouisti me ò Israel [Ego Dñs non est amplius] i. atqui ego sum Dñs De⁹ & nō est alius Deus
 præter me: nam exclusiua diuisiones in Diuinis, excludunt relationes, & proprietates persona-
 les, nō essentialia, vt docet AVGVS. & HILAR. quod supra dictum est. Deinde [accinxite],
 vel, vt Lxx reddidere, cōfortaui te. i. misit tibi spiritum sanctum, vidiisti filios tuos loquentes
 varijs linguis, edentes tot rerum miracula, & cum res tam admirandas fieri videres à tuis filijs
 in nomine meo, & tanta charismatum dona data sibi, non cognouisti me nam de parte loqui-
 tur tan-

LXX VIRI.

Tu vero nō cognouisti me, quia e. B
 go Dñs Deus, & nō est amplius, ex-
 tra me nō est Deus. cōfortaui te, &
 nō cognouisti me, vt sciāt qui ab or-
 tu solis, & qui ab occasu, qm nō est
 præter me, ego Dñs De⁹ & non est
 amplius: ego qui fabricaui lucē, qui
 feci tenebras, faciēs pacē, creās ma-
 la, ego Dñs Deus faciens omnia.

A tur tanquam de toto, quod leges apud AMBROS. lib. 1. de vocatione gentium cap. 3. & hunc
 sensum esse posse huius loci declarant verba sequentia [Vt sciāt hi, qui ab ortu solis, & qui
 ab occidente quoniam absque me non est Deus] ideo permisi vt non crederetis, vt vocarentur
 omnes gentes & intrarent in ecclesiam, ab occasu vsque ad ortum solis, quod Paulus ad
 Romanos cap. 11. dixit: Vt eorum delictū salus esset gentibus: & rursus, Delictum illorum
 diuitiæ essent mundo, & infra, Amisio eorum reconciliatio esset mundo: & certe hæc ver-
 ba Cyro non conueniunt plenē. quomodo enim ab ortu, & ab occasu solis innotuit vnum
 esse Deum, quod Deus Cyro Persarum regi tot dederit regna? innotuit quidem vnum es-
 se Deum toto orbe terrarum, ab ortu vsque ad occasum, propter cæcitatem Iudæorum, &
 propter Christum, non innotuit propter Cyrum. Itaque tantum abest vt hæc loca subuertāt
 funditus sententiam sanctorum, qui hæc referunt ad Christum, vt eam mirifice constabiltāt,
 & confirment, quod magis Christo, quam Cyro conueniant [Ego Dominus, & non est alter,
 formans lucem, & creans tenebras] EVSEB. Cæf. demonstrationis euāgelicæ lib. 4. cap. 22. hæc
 omnia ad tempora euangelica refert, AVGVVS. lib. 2. de moribus Manichæorum cap. 7. ita
 enucleat, vt parum mihi videntur congruere lectioni Græcæ, vel Hebrææ, melius tamē con-
 tra Adimantum Manichæi discipulum lib. 1. cap. 27. vt [faciens pacē] ad bonitatem Dei referat
 tur, & beneficia quæ in omnes confert [creans malū], ad seueritatem, & pœnas quas irrogat.
 Sic IREN. lib. 4. cap. 77. CHRYS. in cap. 6. Matt. hom. 23. Mala, inquit, non intelligit propheta
 auaritiã, aut rapinas, aut quidquã huius notæ, sed plagas, quæ diuinitus inferuntur. Hæc sunt
 quæ Dñs creat mala apud Esaiã cap. 45. Neq; enim malitiã voluit intelligi, sed pestilentiã & fa-
 mes, cæteraque huiusmodi. Vbi CHRYS. id probat ex plagis quibus affecti sunt Philistæi, &
 bob⁹ quas subiunxerūt arcæ, & permiserūt ire absq; vitulis, & intellixerūt ea mala, quæ patra-
 bantur, à Deo esse. Eodē modo explanat ISYCH. in Leuiticum lib. 4. in illa verba: Locutus est
 Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, cum ingressi fueritis in terrã Chanaam, vbi hunc locū
 multis verbis explanat. & GREG. Moral. lib. 3. cap. 7. in hunc locum multa dicit. Lege homi-
 liam Basilij in illud, quod non est causa malorum Deus, vbi diuinitus hunc totum locum eno-
 dat, Lege eundem BASIL. in regulis breuioribus interrogatione 276. apud GREG. Naz. in san-
 ctum Pascha, non multum longe à principio, notatu digna leges in hanc sententiam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Rorate cæli desuper, & nubes pluuant
 iustum, aperiatur terra, & germinet
 saluatorem, et iustitia oriatur simul,
 ego Dominus creauit eum.*

Exultent cæli desuper, & nubes in-
 duant iustitiam, aperiatur terra &
 pullulet saluatorem, ego enim Do-
 minus Deus creauit eum.

simul oriatur iustitia & saluatorem germinet & terra aperiatur se iustitiam pluuant nubes cæli & desuper cæli Rorate
 דְרֹשׁוּ שָׁמַיִם מִמַּעַל וְשִׁחֲקוּ יְיָ וְיִרְדּוּ מַיִם מִן הַשָּׁמַיִם וְיִפְרֹי הָאָרֶץ וְיִגְדֹל שָׁלְמוֹן יְיָ יְהוָה יִבְרָא אֹתוֹ
 eum creauit Dominus ego
 Translatio Lxx virorum vitata est in omnibus codicibus Græ-
 cis, quos mihi contigit adire, eam restitui ex Lactatio Firm. אני יהוה ברתאני
 D. Hieronymo, antiquiore, nequis putet Lactantium Firmianum. interpretationem D. Hieronymi
 citasse. Ostendimus enim in disputatione de translationibus, ante D. Hieronymum tran-
 slationem Lxx virorum tantum lectam esse in ecclesia catholica. Ergo LACTAN. lib. 4. de
 vera religione, cap. 12. hunc locum sic citat, & interpretatur. Quis autem fuerit ille pastor, quē
 prædixit Esaias illo loco: Quis suscitauit de terra pastorem omnium, declarauit alio loco Esaias
 dicens: Exultent cæli de super & nubes induant iustitiam, aperiatur terra, & pullulet saluato-
 re. Ego enim Dominus Deus creauit eum. Et interpretans hunc locum subiecit, Saluator vero
 est, vt supra diximus Iesus. Qui si Hebraicē scisset, & intellexisset Hebraicē pro [pullulet salua-
 torē] esse [pullulet Iesum] multo libentius sic esset interpretatus. Hanc eandem lectionem
 Lxx virorum agnoscit CHRYS. tom. 1. homelia de eo quod scriptū est in psalmo descendet
 sicut pluuia in vellus, & sic interpretatur. vbi pulchre explanatur illud [nubes pluāt iustitiã]
 In Concilio Hispalensi 2. conciliorū tomo 2. capite 13. sic explanatur hic locus, vt illis verbis,
 Rorate cæli de super & nubes pluuant iustum, Christi diuinitas declaretur, humanitas vero se-
 quentibus illis: Aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. GREG. Na-
 zianz. ora-

zianz. oratione r. contra Iulianum apostatā, verba primahuius prophetiā citat tanq̄ verba pre-
 nuncia ingentis cuiusdam lætitiæ, vnde apparet eodem retulisse. D. HIERON. qui superio-
 ra ad Cyrum retulerat, hinc Christi aduentus vaticinium incipere nos docet. AVGVVS. in ora-
 tione de quinque hæresibus cap: 4. tam plana putat hæc de Christi incarnatione esse dicta, vt
 interpretatione non putet egere, idemque docet esse cum illo: Parvulus natus est nobis, filius
 datus est nobis. & de tempore serm. 12. de festo natiuitatis saluatoris sermone 9. in die natalis
 Christi completam hanc prophetiam ait, quæ dicit: Rorate cæli de super & nubes pluant ius-
 tum. Hoc vniuersa concinit ecclesia, ne te pluribus morer, & tamen sunt Iudaizantes, qui Iu-
 daeos sequuntur, & hæc peruertant & nescio quod referant: alij, qui vt fallant, sic explanent, ver-
 tant tamen longè secus quam Lxx & D. Hieronymus vt sensum sacrum infirmant & eam scri-
 bant translationem, quæ Iudaicos sensus præferre possit, quos sequitur ISIDORVS Clarius,
 Percurramus ergo singula [Rorate cæli de super, & nubes pluant iustum vel iustitiam] vt He-
 braicè est, vbi Christi diuinitas significatur, vt diximus ex concilio Spalensi. Christus enim
 verbum patris incarnatum patris iustitia, & sapientia est: apparet tamen D. Hieron. aliam le-
 ctionem Hebræam agnouisse, & non legisse, sed ec, sed, fadici. i. non iusti, sed iustū, addito ioh,
 & alijs punctis, nequis miretur Hebraicè duplicem esse lectionem. Neq; enim dicit quisquā
 in re vulgatissima D. Hieron. esse lapsus. Et planum est Lxx viros pro, aripu. i. stillate, Rora-
 te, legisse vna mutata litera, arinu, virete, florete, exultate. & q̄ Hebraicè est [Nubes pluāt ius-
 titiam] vel iustum, paraphrasim fecisse, & vt solemus dicere, cælum nubibus se induit, dixisse,
 induat se cælum iustitia, vt appareat quanta futura sit pluuia gratiæ cælestis, vt cum cælum
 obducitur nubibus apparet quanta futura sit tempestas. Deinde [aperiatur terra, & germinet sal-
 uatorem] pro quo Hebraicè est: Aperiatur terra, & germinet Iesum, vt illud, germinet, mul-
 titudinis numero, referas ad terram. i. ad sacram virginem, & ad cælos. i. ad virtutem spiritus
 sancti, de quo virgo concepit quod præferūt verba propheta, Nam rorate cæli de super & nu-
 bes pluant, descensum verbi æterni de patris sinu significant, & virtutem spiritus sancti: Aperi-
 riatur terra, vel, Aperiatur terra, virginem solam significat, quæ obumbrata virtute spiritus san-
 cti se aperuit incorrupta, & incorrupta peperit. Nam aperiatur terra propheta dixit vt intacta
 virgo significaretur & sola germinās. Vnde sequitur: Germinet Iesum, de Maria virgine &
 de virtute spiritus sancti, de verbo æterno, qui vna cum patre fecere humanitatem Christi in
 Maria virgine. Germinet ergo Iesum, nam Hebraicè est Iesā, i. Iesum, quod supra docuimus
 admonuisse Eusebium Cæsariensem, & Procopium, & alios patres esse Hebraicè quoties apud
 nos esset saluator, aut salutare. deinde nouo quodā principio [iustitia oriatur simul] Nam il-
 lud nomē, iustitia, cum verbo oriatur coniunctum est, vt sit, iustitia oriatur, non cum verbo
 germinet, vt voluere VATAB. & PAGN. qui verterunt: fructificent, vel germinet salus, &
 iustitia vel fructum edant salutem, & iustitiam. Vide quos versant dolos aduersum nos, quod
 enim D. Hieronymus vetit saluatorem, & quod Hebraice est Iesus, ipsi, salutē, reddidere, vt
 quauis interpretentur de Christo congruat etiam eorum tralatio Iudæorum interpretationi.
 Deinde, suppositum verbi sequentis reddunt verbo præcedenti. Nam pro, Germinet Ie-
 sum & iustitia oriatur: Dicunt, Germinet salus & iustitia: pro, Iesu, salutem reddunt sed il-
 los redarguit verbum sequens: Nam si germinet, multitudinis numero est, quod coniungūt
 illas duas voces Iesus, & iustitia: vel, vt ipsi aiunt: salus & iustitia: & ideo dictum est: Germinet
 Iesus, & iustitia, sequens verbum, oriatur, singulare est, si Iesus, & iustitia germinant, o-
 riantur simul erat dicendum: Vides quo pacto fraudis redarguit illos scriptura? Subaudiunt
 verbum, quas, & aliud verbum terra & dicunt: Quas germinare faciet terra simul. si licet subau-
 dire quas dictiones voles, & addere quælibet, facile est omnia scripturæ sensa peruertere. Er-
 go legendum ad verbum ex Hebræa lectione, vt dictum est: Germinet Iesum vel, Germinet
 saluatorem, vt vertunt D. Hieronymus & Lxx. Idem enim est. Deinde [iustitia oriatur si-
 mul] Vbi notandum verbum illud, Semach, hic esse. i. oriatur, vnde Christus dicitur, Semach,
 .i. germen, & oriens, quod intra breuissimum tempus toto orbe esset germinaturus. Et quod
 granum illud frumenti cadens in terram totum orbem fructu esset impleturus, quod signifi-
 cant verba illa, iustitia oriatur & germinet vt sit: Descendat de cælo Iesus, granum illud fru-
 menti, & cadens in terram germinet toto orbe, id enim est oriatur iustitia simul. Postremo,
 Ego Dominus creauit eum: Iesum videlicet secundum humanitatem. Iam vel ab ipsa scriptura
 reselluntur Iudæi, qui, Iesā, salutem vertunt, quā vocem D. Hieronymus Lxx viri vertunt sal-
 uatorem

Aliam le-
 ctionē, ex
 alia p̄t̄ta
 agnouisse
 D. Hieron.

Auatorem, & dicimus verti posse Iesum. Ecce scriptura ipsa ait [Creauit eum] non habet impius
 Iudæus quod referat, eum, vocem relatiuam, nisi ad Iesum, aut ad saluatorem, quod idē est. Non
 est Hebraicè: Ipse Dominus creauit eam, sed eum. Nō ha hic relinquitur Iudæis sergiuersatio.
 Ego nostros quosdam homines miror, qui tantum opere linguis perdiscendis impendunt, vt
 ecclesiam catholicam oppugnent, & nostra infirmant & labefactent: Si sanctorum sententiā
 sequuntur hoc loco, eum verba addunt scripturæ, vt infirmant nostra, & Iudæorum sensa con-
 firmant: cur verborum ordinem peruertit, vt vaticinium de Christo peruertant? Salām agāt,
 si Iudæorum sententiā placet, minus nocebunt detecis dolis. Mhi quidē certē I S T D: Clarius
 minus displicet, qui apertè Iudæos sequitur. Et postea gloriatur se ad veritatem Hebraicam
 vertere scripturam, eum alia verba addant, alia inuertant; vt ad Iudaicam perfidiam interpre-
 tentur, & habent tamen defensores acerrimos. Ergo si sequaris veteres patres, qui totū hoc cap-
 ita à principio referunt ad Christum, seruata est consecutio prophetiæ: si referas superiora ad
 Cyrum, sequeris Cyrilli Canonem, de quo in principio diximus, vt eum de Cyro vsq; adhuc
 propheta sit locutus; tanquā de Christi typo, more prophetico, de typo, ad veritatem transiliat.

Contra Iu-
 daizantes.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Va qui contradicit fictori suo.

fictori suo qui contendit Va

וְיָרֵךְ אֶת אֲרָצוֹתָי

Εγώ εἰμι ὁ κτίστης ὁ κτίστης ὁ ποιητὴς βελτίου κατεσκευασαὶ ἀπὸ τοῦ κλάμου. Id est, Ego sum Dominus creator tuus, faciens meliorem formam vel lutum figuli.

Iulius Hieron; duplicem sententiam horum locorum esse ait: Iudæorum, qui ad Cyrum
 referunt: & ipsius Diui & sanctorum patrum, qui hæc de Christi temporibus interpre-
 tantur. Ne par causa, nostra & Iudæorum esse videatur, neue superior causa Iudæorum appareat,
 quod Hebrææ linguæ sint doctiores, en Lxx viri recentis annis ante crucem Christi, vt nulla
 suspicio sit, corruptos muneribus ad nostris esse, quod inquit IREN. litteram secundum nos dant,
 dampnant Iudæos, quod factum diuino, quodam munere putat Irenæus. Hebræa lectio est, vt
 vertit, D. Hieron. [Va qui contradicit fictori suo] aut [qui litigat eum fictore suo] hæc verba
 sic explanant Lxx, qui hoc loco sunt scholiasta [Ego sum Dominus creans] i. ego sum Domi-
 nus, qui creauit te [faciens meliorem formam] i. vt facerem te meliorem, reformauit, vt lutū figu-
 li, non secus ac figulus ex luto refingit vasa quæ non placent. Vnde apparet querelā Iudæo-
 rum, & responsonem esse & Dñi, querebantur enim Iudæi, cur Dñs diffingeret vasa, quæ ve-
 lut figulus finxisset ipse è luto, quando ipse ea vasa finxisset. i. quando fecisset synagogam Iu-
 dæorum, cur excluderet synagogam Iudæorū, & velit nunc refingere noua vasa nato Christo,
 i. ecclesiā catholicā. Ait ergo propheta: Va ijs, qui Dñm accusant, quod hæc facere velit, velu-
 t i. luteū vas quod parū placeret figulo, figulū accusaret, quod se finxisset, & nūc diffingeret.
 Hūc sensum esse huius loci, liquet ex tralatione Lxx, quam vt intelligas, adhibendus Canon
 ille est, pro interrogatione, semper ferè reddi responsonē à Lxx, non interrogationē ipsam.
 Ita hoc loco non dubitationē reddunt, sed responsonē ad querelā: Ego sum Dñs creator tuus.
 quasi dicant: Ego Dñs possum facere quæ volo, qui creauit te. Deinde [Faciens meliorem for-
 mauit] vbi legendum puto pro, κατεσκευασα, ἠνεσκευσεν. i. reformauit, reformauit te in melius, vt lu-
 tum figuli. Si tu intrare non vis in ecclesiam, tuā culpa excluderis. Nam tralatio Lxx semper
 est trunca, & lacera, quod hæc omnia corrumpebant Iudæi: nam & aliter hæc lectio Lxx scri-
 pta est in alijs codicibus, siquidem Biblia Complutensia talem quandam præferunt editionē:
 Εγώ εἰμι ὁ κτίστης ὁ κτίστης ὁ ποιητὴς βελτίου κατεσκευασαὶ ἀπὸ τοῦ κλάμου: vbi legendū puto, βελτίου, βελτίου: vt sic veritas:
 Ego sum Dominus qui creauit te, quæ feci melius lutū figuli? vt sit sensus idem, qui superio-
 ris versionis, & sit responso ad querelā Iudæorum, qui querebantur quod eos excluderet,
 & responderet: Ego sum Dominus qui creauit te, quasi dicat, possum facere quæ volo, sum enim
 Dominus vester, qui creauit vos. Deinde [Quid feci melius lutū figuli?] i. quæ est ista hæc vestra
 querela, quod lutū vas in melius reformo, quod facere solet figulus? Nā quod illi dixerāt:
 quid nos diffingis, & refingis alios? respondet Dñs: Hæc vestra interrogatio est qualis illa esset:
 Cur fecerim melius lutū figuli. i. quasi querebimini cur vos reformauerim in melius. Et hoc
 idem videtur explanasse D. PAVLVS ad Rom. 9. an non habet potestatem figulus ex eadē massa fa-
 cere aliud vas in honore, aliud in contumeliā? nam certè similitudo eadē, hic & illic: & hic
 Dominus refingere se dicit in melius vasa, quod est idem cum illo Pauli, facere vasa in hono-
 rem, addidit D. Paulus fieri vasa in contumeliā, vt scripturæ interpret optimus. i. permit-
 tere fieri, nata sua culpa fiunt vasa in contumeliā.

Zz D. HIE-

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Testa de Samijs terra.

Nunquid arans tota die arabit terram?

Dignus Hieron. hac sic reddidit [Testa de Samijs terra] ubi **וְיָרֵךְ**, articulu Hebraeu, D. Hieron. vertit, ex. & putauit esse vnus sententia cum superiorib⁹. Vt qui contradicit fictioni suo, testa de samijs terra, vt sit idem cum illo: Tu homo quis es qui contradicis Deo? homo inquam luteus, fragilis homo, vt vasa Samia. Vasa Samia porro dicebatur ficta vasa e luto infula Sami, delicata, qualia ex insulis Lusitaniae asportari ad nos solent. Lxx alterius sententia esse iudicauerunt hac verba, qui vertisse videntur lectionem Hebraeam sic [nunquid aratum, ad aratores terra] vel [nunquid vomer ad aratores terra] & subaudiunt verbum praecedens **וְיָרֵךְ**, contradicet vel litigabit, vt sit sensus: Nunquid aratrum litigabit aduersum aratores terra? & conuerteretur quod arator no totum annum terram aret? & quod facta sementi se reiciat? & repudiet cum opus iam no est eo? Intelligunt enim Lxx, Dominum vsum fuisse lege veteri pro typo legis nouae, & cum iam venerit veritas, typo nihil esse opus, quod AMBR. ait in psal. 45. non longe a principio. & in apologia David, non longe etiam a principio, vt aratro non est opus, postquam facta sementis est, vt subigeretur solum, & subactum, & molle fieret, vomere, & aratro erat opus ad arandum, cum id factum est reponitur aratrum, reponitur caetera, quae ad cultum agri pertinebat, quod his non sit opus. Quia similitudine vsus est Dns cap. 28. vt diximus. Pro interrogatione Lxx responsionem reddunt, aut sententiam interrogationis [Nunquid arans totum diem arabit terram?] totum tempus, totum annum. Na totum diem, dicunt Hebraei pro toto tempore, vel toto anno. Posses vertere aliter lectione Graecam: Non totum diem arabit arans terra, non toto anno est aranda terra, sed quoad fiet semetis. THEODOC. referente Procopio, fictionem vertit hunc locu [Nunquid aratrum, vel, arans, arantes terram reprehendit?] & causa huius varietatis est, quod **וְיָרֵךְ**, cum puncto in sinistro latere **וְיָרֵךְ**, resta est, vt vertit D. Hieron. unde apparet D. Hieronymu legisse cum puncto in sinistro latere: cum alio puncto **וְיָרֵךְ**, arans, vt vertit Theodocion, & aratru a **וְיָרֵךְ**, i. ab arando, unde impudenter Iudaei negant **וְיָרֵךְ**, esse aratru; & ita vertit D. Hieron. supra cap. 17. vbi legitur. Sicut aratra & segetes. & R. Dauid explanat pro omni officio aris, & ferri, pro vomere, pro stimulo, & sarculo.

Pistorum varietas.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Nunquid dicet lutum figulo suo: quid facis? et opus tuum absque manibus est?

Nunquid dicet lutum figulo, quid facis quod non operaris, neque habes manus? Nunquid respondebit figmentum ad eum qui fingit ipsum.

Nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis? quid agis? [opus tuum absque manibus] vides me priuatum donis spiritalibus, quod est opus tuum absque manibus esse, quod sine Christo nil facere possum, cur me non trahis ad te? Sic Lxx [Nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis? & opus tuum non sunt manus ei] i. nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis? [& opus tuum] i. quod est opus tuum? quod Lxx interpretantur, i. cur non operaris? [& non manus ei] i. non sunt manus tibi vt me trahas. Est enim forma dicendi Hebraea. Lxx, sententiam reddunt, non D. verba, reddidere [nunquid dicet lutum figulo, quid facis? quia non operaris] i. cur nos non trahis ad te? vt sit idem cum illo cap. 63. Quare nos errare fecisti Dne de vijs tuis? [Non habes manus?] est idem cum illo. Breuiata est manus tua ad saluandu nos. Et postremo pro clausula addit de suo Lxx, illud quod mutatus est Paulus ad Rom. 9. Nunquid respondebit figmentu ad eum qui se finxit? quid me fecisti sic? quae em obicure dicta erant, Paulus planius expressit, vt optimus scripturarum interpretes, quod nos docet Origenes.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Va qui dicit patri, quid generabis? & mulieri, quid parturis? Hac dicit Dominus sanctus Israel plastes eius: Ventura interroga me super filios

Vae dicens patri, quid generabis? et matri, quid parturis? quia sic dicit dñs Deus sanctus Israel qui fecit ventura. Interrogate me de filiis meis,

A lios meos, et super opus manuum mearum mandate mihi.

meis, & de operibus manuū mearum mandate mihi

LXX aliter distinguunt lectionem Hebraeam, & pro **וְיָרֵךְ**, iofro, formator eius, legunt **וְיָרֵךְ**, iofser, detracto postremo **וְיָרֵךְ**, vt sit: [Hac dicit Dominus sanctus Israel qui fecit ventura] vel vt melius reddere posses: qui fecit hac venientia. i. hac quae veniunt, quae supra dicta sunt, vt nascatur Iesus, vt iustitia oriatur, vt pluant nubes iustum, vt veniat lex euangelica. & idem significat verbum Hebraeum **וְיָרֵךְ** haotioth. i. hac quae veniunt, & est lectio admirabilis. Deinde nouo principio [interrogate me de filiis meis, & de operibus manuum mearum mandate mihi.] EPIPH. lib. 2. cap. contra Noetianos, hac verba sequentis prophetiae de Christo, de sacra Triade, de mysterijs admirandis principium putat, & conuerteretur Noetianos haereticos, seriem prophetiae peruertere, non interpretari prophetias consequenter, omnia incidere, omnia turbare. Quae Epiphanijs verba si attentè legas, & hos legas diligenter, qui nostris temporibus in quorundam manibus sunt, & in oculis feruntur multorum, iudices reuixisse Noetianos, qui omnia inuertat, nihil interpretentur in scripturis consequenter, non solum totu hoc caput, quod conuerteretur Epiphanius, peruertant mille dolis, sed sacram omne scripturam, & tamen in precio sunt, & sacris doctoribus anteponuntur. Sensus ergo est: Qm me interrogatis, quod interrogauit Nicodemus: cur no praescribitis mihi quomodo sim regeneraturus credentes in filios meos? Nam vt inquit CYRIL. videtur referri ad illud: Num potest homo senex in ventre matris suae intrare? Obiurgat igitur Dns has nostras dubitationes hac similitudine, num filius procreandus antequam procreetur a parentibus patri aut matri, praescribit leges quibus procreandus est? aut dubitat an fieri possit? cur vos qui procreandi estis a me filij spirituales, dubitatis, & dicitis: quid necesse fuit Dominu incarnari, pati, mori, sepeliri? quid necesse fuit Iudaeos excludere? quomodo potest homo nasci denuo? quomodo possunt hac fieri? has dubitationes nostras reprehendit Dominus, cum inquit [Interrogate me de filiis meis] i. quorsum me interrogatis quomodo regeneraturus sim filios meos? [Opera manuum mandate mihi] i. vos qui dicitis: Quid necesse fuit incarnari, pati, quomodo possunt hac fieri? cur non potius praescribitis mihi leges quid sim facturus? quae malum, vestra impudentia est, vt vos velitis iudices esse operum vestri creatoris.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ego feci terram, & hominē super eam creauit, ego & manus mea tetenderunt celos, & omni militia eorum mandaui, ego suscitavi eum ad iustitiam, & oēs vias eius dirigam, ipse aedificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet non in precio, neque in muneribus, dicit Dominus exercituum.

Ego feci terram, & hominē super eam, ego manu mea firmaui caelum, ego omnibus stellis mandaui, ego suscitabo eum cum iustitia regem, & omnes vias eius rectas, ipse aedificabit ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei conuertet, non cum pretio, neque cum muneribus, dicit Dns sabaoth.

Reprehendit Dns eos qui dubitabant de operibus suis, & nuc ostedit impietate & stultissimè dubitare homines de operibus suis, cum ipse sit Deus omnipotēs, qui fecerit caelum & terram, & cuius dicere fecisse sit. HILAR. lib. 4. de Trinitate ta perspicua esse hoc capite quae dicitur de Christo putat, vt nulla sit relicta ignorationis occasio, nisi id tantu reliquu sit, vt impietas professi se prodant, quod mea quidē sententia verissimè est dictu. Na pro eo quod Hieron. vertit [Ego suscitavi eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam] edidit Lxx seniores, vt citat Hilarius [ego suscitavi regem cum iustitia, & omnes vias eius rectas.] Quis verba hac conuenire dicat Cyro? iustusne rex Cyrus? omnes vias Cyri rectas fuere? Et quantu melius Hilarius regem iustum excitatum ait Christum? cuius vias rectas omnes sunt, cum non sit inuentus dolus in ore eius, & de quo, vt inquit P. R. O. C. O. P. dictum est illud: Ego constitutus sum rex ab eo super Sion? cuius folius rectissimae sunt omnes vias? aut vt EPIPHAN. explanat libr. 2. aduersus Nouatianos: Ego suscitavi regem. i. ego Deus pater generans verbum, regem omnium, suscitavi eum a mortuis, quod Paulus inquit: Si spiritus excitans Christum a mortuis habitat in vobis, qui Christum a mortuis suscitauit, viuificabit, & mortalia

lia corpora vestra. Et adiungit Epiphanius: Vides prophetica euangelicis & apostolicis ver-
bis congruere? vides euangelica, & apostolica congruere prophetica? Idē fenit EVSEB. Cæ-
sariensis lib. 5. demonstrationis euangelicæ cap. 4. qui hunc locum de seruatore nostro inter-
pretans, inquit: De quo rege, aut seruatore hæc dicit propheta? nisi de eo qui ædificaturus est
veræ religionis rempublicam, redempturus nos de dæmonum captiuitate. PROCOP. Aedifi-
caturus hic rex urbem est, inquit, quod ipse Dominus de se prædicat: Super hanc petram ædi-
ficabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hæc vrbs constitui-
tur de lapidibus viuus, ab ortu solis ad occasum vsque pertinet, liberauit nos de dæmonum serui-
tute, & hanc captiuitatem appellari ait à propheta, idque gratis, iuxta illud: Gratis enim re-
dempti estis. Idem loco citato ait HILAR. Testatur (inquiens) regem per se excitatum, iustū,
& ædificantem Domino ciuitatem, & plebis captiuitatem auertentem, non cum præmio, nec
cum muneribus, gratia enim omnes saluamur. Hæc si quis de Cyro interpretari velit, prodet
impietatem suam, quod ait HILAR. & nihil plus agit. Neque enim Cyrus rex iustus, neque o-
mnes viæ eius rectæ, neque ædificauit ciuitatem, quod etiam notat PROC. & res est nota. Sed
objiciunt Iudæi, vt refert ORIG. in cap. II. epist. ad Romanos lib. 8. in illa verba: Fiat mensa il-
lorum coram eis in laqueum. interpretans hunc locum: Neque ædificauit ciuitatem Dei Chri-
stus, neque captiuitatem reuocauit, sed ædificauit verè ciuitatem Dei ex viuus lapidibus, in
quibus suscitauit filios Abrahæ, ex ipsis ædificauit ciuitatem Dei, vt conuertat captiuitatem
populi eorum, quos in peccatis captos diabolus detinebat. Sic etiam AMBR. in cap. 3. Lucæ,
de Iesu baptizato, & Dei patris testimonio. EPIPH. loco citato hanc ciuitatem interpretatur
corpus eius sanctissimum, vbi velut in templo, & in vrbe sanctissima eius diuinitas habitat,
vnita hypostatice.

D. HIERONYMVS

*Hæc dicit Dominus: Labor Aegypti,
et negotiatio Aethiopiae, et Sabain, vi-
ri sublimes ad te transibunt, et tui erunt.
Post te ambulabunt, vincetima: nicis per-
gent, et adorabunt, teque deprecabuntur.*

AMBR. de fide libro vno cap. 2. hunc lo-
cum explanat de Christo multis ver-
bis. Et in psal. 118. sermone. 21. in illa verba: Exulto in verbis tuis. Et D. HIERON. in commen-
tar. qui omnibus est ad manum. TERTVL. libro aduersum Praxeam cap. 9. hoc loco duas per-
fonas diuinas præmonstrari ait cum dicitur [Hæc dicit Dominus] vbi Hebraicè est, iehouah,
Deus, & loqui ad Deum docet [& te adorabunt, te deprecabuntur] quia in te est Deus, tu enim
es Deus noster: quam sententiam Tertulliani adiuuat, quod Lxx seniores dixere [in te orabunt
& te deprecabuntur] vertè enim [adorabunt te, & in te precabuntur] quæ versio Lxx virorū,
ecclesiæ catholicæ preces præfert & representat. Adoramus Christum verum Deum,
omnia petimus, & precamur per Christum Dominum nostrum, vt dictum est in cap. 29. cum
interpretabamur ex autoritate veterum patrū, cur altare diceretur, Ariel, & typus esset Chri-
sti in templo Domini. Qui hæc ad Cyrum referunt, refutati à D. Hieronymo, & à veteribus pa-
tribus, perstant in incepto pernicaces, cum vident non posse se ostendere Aegyptios &
Aethiops vltimos superatos à Cyro, & captiuos ductos, transferunt ad Sennacheribum, de
quibus supra diximus. EPIPH. li. 2. contra Noetianos, conqueritur quod omnia peruertat, hy-
perbatis diuidant, prophetiæ ordinem perturbent, omnes dolos aduersum Christum molian-
tur, Iudæos & Iudaizantes imitati, qui totum hoc caput peruertunt eisdem dolis, & tamen in
precio apud Christianos sunt, qui pro illis magis pugnant, quam pro aris & focis, quod aiunt.
Sennacheribi exercitus, ò impij Iudaizantes, redierat quidem ex Aegypto, re infecta, nõ po-
tuit enim expugnare Pelusium quod audierat adesse cum magnis copijs Aethiopiæ regem,
& finxit causas cur incepto desisteret, & re infecta conuerteret impetum belli aduersum Iu-
dææ vrbes, vt prodidit IOSEPH. antiquitatum Iudaicarum lib. 10. cap. 1. Quæ parta ergo
spolia ex Aegypto erant ei, & eius exercitui? intra quam ne pedem quidem penetrarant:
quæ par-

*Hæreticos
totum hoc
caput mil-
le dolis per-
uerrere.*

LXX VIRI.

Sic dicit Dominus sabaoth: Labo-
rauit Aegyptij negotiatio Aethio-
pū, & Sabain, viri excelsi ad tetran-
sibunt, & tibi erunt serui, & post te
sequentur vincetima: nicis, & tran-
sibunt ad te, & adorabunt te, & in
te orabunt.

A quæ parta spolia ex Aethiopia Assyrijs, cum Aethiopum metu terga vertisset Assyrius? non
satis erat impios esse, nisi vestram proderetis imperitiam? sed fingite Assyrios peperisse multa
spolia ex Aegypto, & multos duxisse captiuos. Quid? cum extinctus exercitus Sennache-
ribi est, omnes Aegyptij, & Aethiopes vincetima: nicis compedibus transferunt Hierosolyma? erant va-
sa Samia, quæ Assyrijs extinctis, vincula contere, & comminueri non possent, si tantus eo-
rum erat numerus? Cœpit vrbs Hierosolyma tantam vim, & numerum Aegyptiorum, &
Aethiopum? non mentio vlla facta esset tantæ rei? sed hos mittamus, & horum imperitiam.
CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 2. cap. 5. hunc locum etiam citat, & eo ait diuinitatem Chri-
sti significari, cum apertè Deus ad illum dicat: Tu es Deus, & alia. HILAR. lib. 4. de Trinitate
hunc locum sic explanat: Quis tandem exiltimandus est labor Aegypti, & mercatus Aethio-
pum, & Sabain? Recordemur Orientis Magos adorantes Dominum, & munerantes, & labo-
rem veniendi vsque in Bethleem Iudææ tanti itineris metiamur, labor Aegypti, labor sæculi
est: Aegyptus enim pro seculo ponitur, & pro mundo. Magi nanque religiosissimi habeban-
tur, & dæmones pro dijs colebant. Cum Magi ergo ex mercatu Aethiopum, & Sabain, auri,
thuris, & myrrhæ, munera deferrent, quod alius propheta præmonuit dicens: In conspectu e-
ius procident Aethiopes, & inimici eius limum lingent, reges Tharsis munera offerent, reges
Arabum, & Sabain munera adducent, & dabitur ei de auro Arabia. Itaque cum Magi, Aegy-
ptij, Sabain, idolatræ abdicato errore, Dominum adorant, pro omni mundo ponuntur, qui
idolatriæ errore repudiato, Dominum adorant, & labores suos, & negociationes suas Domi-
no dicat, & preciosissima quæque munera offert Domino. Excelsi viri qui ad Christum tran-
sibunt, atque eum vincetima: nicis sequuntur, qui tandem sunt isti? non in obscuro est: Respice euan-
gelia: Petrus Dominum suum sequuturus præcingitur: Intuere apostolos, seruus Christi Pau-
lus in vinculis gloriatur. Et infra [Hi viri excelsi] i. apostoli, in duodecim thronis iudicaturi
duodecim tribus Israël vincetima: nicis prædicabunt, nam vincetima: nicis se appellant, & vincetima: nicis se esse glo-
riantur apostoli. Ait ergo HILAR. Vincetima: nicis prædicabunt in te esse Deum, & te Dominum iu-
pationis, suæ martyrio, secuturi sunt, & c. EVSEBIUS libro 5. demonstrationis euangel.
cap. 4. eodem modo explanat in fine [Labor Aegypti, Aethiopes, Sabain] i. omnes nationes
idolatræ (partes enim pro toto ponuntur) te sequuntur, te adorabunt, ò Christe, quod comple-
tum, inquit Eusebius, videmus in conuersione omnium Gentium ad Christum. AMBR. quo-
que præter loca supra citata, in psal. 37. interpretans locum hunc, paulò post principium: La-
borauit Aegyptus (inquit) antequam agnosceret veritatem, sed iam non laborat postquam
transiit ad Christum. Sequuntur volentes Sabain viri, qui antè fugiebant, quia tenent eos vin-
cula charitatis, quæ adamante fortiora sunt. Eodem modo explanant hunc locum PROCOP.
CYRIL. THEOD. EPIPH. lib. 2. cap. contra Noetianos. & rursum cap. contra Sabellianos,
hæc loca mirabiliter explicat. Lege LACTAN. lib. 4. cap. 13.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Tantum in te est Deus, et nõ est Deus
absque te. Verè tu es Deus absconditus,
Deus Israel saluator.*

Quia in te Deus est, & non est De⁹
præter te. Tu enim es Deus, & ne-
sciimus, Deus Israël saluator.

Dixi ISIDOR. Clarium, & Iudaizantes omnes, manifestissima hæc de Christo testimonia
peruerrere, & aliò deflectere, & ea de re conqueri Epiphanius contra Noetianos
hæreticos, quos hi imitantur, idque facere, quauis historia reclamant illorum interpretatio-
ni, & verba Hebræa reluctentur, omnia denique repugnant, sed non vacat his immorari, satis est
insidiarum admonuisse lectorem. Primum illorum itrophas refellunt Lxx seniores, qui sic
hunc locum reddidit, vt tergiverfationi Iudæorum non relinquunt locum. sic enim dispun-
gunt [Et adorabunt te, & in te precabuntur, quoniam in te est Deus, & non est Deus præter
te] vbi Lxx seniores non putarunt esse apostrophem, sed consequenter superioribus dici. Te a-
dorabunt, in te deprecabuntur, quoniam in te est Deus: vbi quæd TERTVL. notat in lib. ad-
uersus Praxeam cap. 9. Deus loquitur: præcessit enim: Hæc dicit Dominus, & ad Deum loqui-
tur, quando quidem sequitur, te adorabunt, adoratur enim Christus, & in te deprecabuntur iu-
xta translatione Lxx. i. per te precabuntur: petimus enim omnia per Christum, quoniam in te est Deus, &
præter

præter te non est Deus] Hic nulla relinquitur tergiversatio. LXXII Iudæi hoc planè de Christo interpretantur. Non possunt hic Iudæi apostrophæ facere, nec Noëtiani hæretici de quorum fraudibus conqueritur Epiphanius, neque translationem Lxx virorum delectere aliò. TERTULL. loco citato sic hæc explanat: Dicendo Deus in te, & tu es Deus. duos proponit, Christum, & Spiritum sanctum. Itaque quantum opinor, putat Tertullianus, Deum patrem hoc loco loqui, & dicere in filio esse Deum, Spiritum sanctum, videlicet. Et cum sequitur [Tu es Deus] significari ipsum quoque filium esse Deum. Alios video Spiritum sanctum fecisse loquentem hoc loco, cum dicitur: Hæc dicit Dominus, siue, Deus. nam AMBR. lib. i. de fide cap. 2. vbi plurimis verbis hunc locum explanat: In te (inquit) est Deus, quoniam in filio pater: Scriptum est enim: Pater qui in me manet ipse loquitur. Et Ioannis. 14. Ego in patre, & pater in me est. [Et non est Deus præter te] propter unitatem substantiæ. Sic D. HIERON. expl. nat. HILAR. lib. 4. de Trinitate, interpretans hunc locum, inquit: Videamus an vincit Christus Iesu Paulus, ea quæ Deus de filio suo fuerat loquutus, impleuerit: Precabuntur te, inquit Efaías, quoniam in te est Deus. dictum Pauli recognosce, & cognitum intellige: Ait enim vincit Christus Iesu Paulus, Deus in Christo erat, mundum reconcilians sibi. Itaque Hilarius quod Efaías propheta hoc loco vincit appellat apostolos, qui se appellabant, & gloriabantur esse vincit Christi, vincit Christi Paulum, ut ipse se nominat, citat, & dixisse ostendit hæc eadem verba, quæ propheta prædixerat, dicturos apostolos, Christum esse Deum, & in Christo esse Deum. ATHAN. de assumptione hominis lib. vno, verba illa Ioannis: Ego in patre, & pater in me. eadem esse putat cum his Efaías verbis [quoniam in te est Deus.] Subiicitque: Vel apostolum (inquit) audi testantem quoniam, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: Vides quoniam omnis plenitudo diuinitatis patris in Christo est filio, & totus filius in patre est? & ideo est in his personis sempiterna æqualitas, quia est immensa Deitas, sicut euangelista dixit: Propter hoc quærebant magis Iudæi eum interficere, quod patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo, tu homo cum sis, æqualem te facis Deo? CYRIL. in Ioannem lib. i. cap. 15. in illa verba: Et verbum caro factum est, Deum appellari hoc loco Christum docet, & non separari à Deo, carne. i. humanitate. Et quantum videtur, explanat aliter hunc locum quam cæteri. [In te est Deus] i. in humanitate de virgine sumpta, tanquam in templo sacratissimo est Deus, ut vnus in vtraque natura, diuina, & humana, subsistat Christus. Quæ eadem sententia est EPIPH. qui lib. 2. contra Hæreses cap. contra Noëtianos, interpretans hunc locum (inquit) [in te est Deus] quam mysteriorum plena? quam admirabilia scriptura narrat omnia? nunciatur Diuinitas in carne futura, tanquam in templo sacratissimo, quod filius Dei verbum patris, tanquam in vrbe sacrata, & templo sancto, hoc est, in sacra incarnatione verus Deus, & verus homo, habitans in corpore tanquam in templo sacro, ait: Soluite templum hoc, & triduo reedificabo illud. Erat enim verus Deus, & verus homo, exinanierat semetipsum, formam serui accipiens, de spiritu sancto, natus ex sacra virgine. EVSEB. Cæsariensis de præparatione euangelica lib. 5. cap. 4. hunc locum explanat eodem modo. Sed lector caueat, videtur enim ibi delitescere vestigium erroris Arriani. Sic hæc explanat CYRIL. THEODOR. PROC. [Verè tu es Deus absconditus] Iudæi & Iudaizantes, & ex his nati hæretici, ostendimus enim omnem hæresim ex Iudaizantibus ortum sic interpretantur, ut per apostrophæ dictum putent, & dicant, Deum absconditum esse appellatum, quod non se reuelauerit omnibus gentibus, sed tantum Israëlitis. Sed ut supra refutati sunt Iudæi à Lxx senioribus, sic hoc loco ab eisdem refelluntur. Non enim tantum est, quod eos redarguit erroris diuus Hieronymus, & quod eos redarguunt omnes veteres patres, quam quod à Lxx duobus Iudæis trecentis annis ante crucem Christi refelluntur, qui huius loci fecere paraphrasim, & pro [Tu enim es Deus absconditus] edidit, Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator, quæ verba de Christo dici, planum est, ut docet AMBR. OS. in cap. secundum epistolæ ad Romanos, quod de patre dici nullo modo possit, ~~quæ autoritas lex autoritatem Dei patris prædicet ex quo sunt omnia, sed quia filius Dei cum apparuit, latebat quis esset, & post resurrectionem recognoscitur, diciturque ei in confessione, Tu es Deus & nesciebamus, per hoc enim significat, quia ipse esset qui apparuit patriarchis, & postea incarnatus est, sed non fuerat intellectus ab hominibus.~~ HILAR. loco citato eodem modo intelligit. Et lib. 5. de Trinitate in fine: humana intelligentia, inquit, piam & fidelem testatur propheta hoc loco confel-

A loco confessionem, quæ cognitæ mysterijs, confitetur tandem Christum verum Deum esse. Hoc enim Hilarij obicura verba significant. EVSEB. Cæsariensis lib. 5. demonstr. euangel. cap. 4. Hæc (inquit) quantumvis perfrictæ frontis, & tardus agnosceret de Christo esse dicta, cum præferant, Deum Israel seruatore, in Deo esse, ut sit, Deus in Deo: cum autem dicit [quem nesciebamus] ex persona dictum est eorum, qui prius eum non cognoscebant. Subiungit autem Euseb. apud solos Lxx seniores esse [& nesciebamus] vel, & nesciebamus. & vera dicit, nam Lxx, quod Hebraicè est: Deus absconditus, explanant. i. Deum, quem nos nesciebamus, cum ageret in terris. Multa alia leges apud Eusebium de hoc loco, qui declarat quid sit Deus absconditus, & Christum esse docet, & multis modis nominatum hoc loco ait. Primum, cum dictum est: In te est Deus. i. quoniam placuit in te omnem plenitudinem diuinitatis habitare, & tu es Deus absconditus, propter assumpti corporis sacramentum. Nam eius diuinitas ante eius resurrectionem, & ad cælos ascensionem non est cognita, cum etiam apostolis dicat ipse: Tanto tempore vobiscum sum, & adhuc non cognouistis me: & Hebraicè est, mistather. i. absconditus, aut nescitus, pro quo dixere Lxx, quem nesciebamus. Nominatus est etiam Christus hoc loco Deus Israel, nominatus saluator à Lxx senioribus, & Hebræa quoque lectione, quo nomine literis euangelicis nominatur, ut Luca. 2. Hodie natus est vobis saluator. Et Ioannis. 4. Quoniam hic est verè saluator mundi. Sed ~~Christus~~, Christus dicitur à Lxx senioribus semper, quo nomine literis euangelicis & apostolicis nominatur. His tot nominibus putat Eusebium Cæsariensis hoc loco declaratum Christum. Adde duo illa priora: Te adorabunt, & in te orabunt. Adoramus enim Christum, & per Christum dominum nostrum oramus. Illud mihi exciderat, CYRIL. in Ioann. lib. 5. cap. 2. in illa verba: Et hunc nescimus vnde sit, dicere, Iudæos nactos esse occasionem, ut diceret quod Christus cum venerit nemo scit, vnde sit, ex hoc loco Esaïæ [Tu es Deus absconditus] verum nihil refert hoc inquit Cyrill. cum illud verbum Iudæorum, non tam verè quam eorum opinione sit dictum, siquidem multis locis prædictum à prophetis, vbi Christus nasceretur. Quod autem THEODOC. pro [In te est Deus] vertit: In te est fortis. inuidia, & odio acerrimo Iudæorum factum est, ut, ei, contendant non solum significare Deum, sed fortem, quod videant planè & apertè puerum Iesum appellatum Deum fortem, sicut hoc loco appellatur Deus, in quo sit Deus, & vellent obscurare tam planum vaticinium, & ideo affirmant, ei, non solum significare Deum, sed fortem quoque, quod in finem capitis. 44. falsissimè esse ostendimus plurimis verbis, & Iudæorum ac Iudaizantium impudens commentum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Confusi sunt et erubuerunt, omnes simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.

Confundentur & erubescet omnes aduersantes ei, & ambulabunt in confusione.

LXX viri addidèrè de suo illa verba tria [omnes aduersantes ei] quod obscurum erat, quos diceret propheta confundendos: Confundentur (inquit) omnes aduersantes Christo. PROCOP. significatur hoc loco futurum, quod completum videmus, ut ipse Christus adoretur, agnoscat verus Dei filius, & quod in eo sit Deus pater, quod adorantes nesciebant prius, dum in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est: hoc enim significant, inquit, verba illa: Et nesciebamus. significatur etiam quod ipse redempturus esset Israel, quod Angelus ad Mariam dixit: Et quod saluator esset futurus, vnde ab angelo vocatus est Iesus. Significatur postremis his verbis, quod hi Iudæi qui aduersabantur Christo, & Christi adoratoribus afficiendi essent pudore & ignominia. Eadem est sententia D. Hieronymi. HILAR. lib. 4. de Trinitate sic hunc locum explanat: Negantem Deum in Deo. i. Christum, qui est Deus in Deo patre, sermo sequens confutat: Ait enim, erubescet & pudebit omnes. Sic etiam CYRIL. Eadem est sententia translationis D. Hieronymi, quam sic interpretaberis ex editione Lxx virorum [Fabricatores errorum] i. Iudæi qui mille dolos aduersus Christum fabricabant, & scripturas perperam interpretantur, ut obscurent Christum, cæci, & cæcorum duces, confundentur & erubescet, quod factum docent omnes historiae. Deleti enim sunt à Romanis, affectique omni ignominia, & afficiuntur ignominia per omnes nationes iam per mille quingentos annos.

Zz 4

D. HIE-

Fabricatores errorum, Israel saluatus est in Domino salute aeterna. Innouamini ad me in insula, saluamini a Domino salute aeterna.

seculorum salute Deo saluamini Israel insula innouamini legationum errorum Fabricatores

Septuaginta seniores transire ad nos distinctionem lectionis Hebraeae, & lectionem ipsam Hebraeam, quae sua tempestate circunferbatur. Ergo haec verba [Fabricatores errorum] quae D. Hieron. superiori sententiae tribuit. Lxx seniores initiu sententiae faciunt, & nouam sententiam. Nam pro שרן, legerunt שרן, id est, innouamini, vel a edificamini, aut, innouate & aedificate, supp. vos, mutata vna litera in alteram, in Pro שרן, legere שרן, detracta e medio vna litera ט, & prima litera א, mutata in נ, de qua lectionis varietate multa discipulamus in fine commentariorum in cap. 37. & in disputatione de translationibus. Vel hoc enim solo loco poterat refelli Iudaeorum sententia, qui totum hoc caput referunt ad Cyrum, & quod non potuit inuerti hic locus, quin referretur ad Christum, proderetque fraudes Iudaeorum, qui superiora ad Cyrum retulerant, quod referunt etiam Iudaeizantes, quauis refutati a D. Hieronymo & veteribus patribus, fortasse hic locus est commutatus, nunquam tamen ita mutatur Dei Opt. Max. prouidentia, quod supra dictum est, quin verisimos & sacros habeat sensus. Ergo Lxx pro eo quod D. Hieron. vertit [fabricatores errorum] edidit [Innouamini ad me in insula] qua de re lege quae scripta sunt in cap. 41. vbi pro [taceant ad me in insula] edidit Lxx: [innouamini ad me in insula] vbi pluribus est reddita ratio huius translationis, & explanata translatio. Ergo [innouamini ad me in insula: Israel] i. saluamini, & sacro baptismate initiamini [insula] i. populi Israelitici, nam innouari diximus, & renouari verbum esse usurpatum ab apostolis in mysterio sacri baptismatis, & in gratia spiritus sancti & legis nouae, vt explanat D. Hieron. & CYRIL. [Insulas] ecclesias aiunt appellatas, quod quemadmodum insula iuxta mare iactantur fluctibus, & ipsae manent inconcussa, seruant saepe naufragos, & recipiunt periclitantes, sic ecclesiae Christi iacent in medijs fluctibus huius maris magni. i. mundi, & inter medios tumultus manent inconcussa. Innouantur ergo ecclesiae, quo tempore nobis illuxit Christus: vnde Paulus, Exiite veterem hominem, & renouamini spiritu mentis vestrae. Eodem modo PROC. Quod hic locus non poterat conuerti ad sententiam Iudaeorum, & post tantum laborem, quem exhauserant in inuertendis & obscurandis manifestissimis Christi oraculis, hoc loco damnabantur impietatis & sceleris, cum plane de innouatione legis nouae mentionem inferret, videretur mihi mutatus a Iudaeis, ita tamen immutatus, vt inuitis Iudaeis, veritatem testetur. Nam pro [innouamini ad me in insula] legere Iudaei, Charfe sirim: pro eo quod Lxx legere, Charsum, quod vertit D. Hieron. [fabricatores errorum.] PAGN. fabricatores sculptilium, vt haec ad idolatras vertat, & Pagninum sequitur VATAB. quod Iudaei sic interpretentur. Si Iudaeos omnes roges, vbi, sirim, idola significet, aut sculptilia, haerebunt, neque proferre locum vllum poterunt, nihil illos iuuerit mutasse lectione. Sirim, legatos significat aut dolores, hoc loco, quocumque modo interpretare, Iudaei manifesto tenentur. Nam si dicas significare: Fabricatores dolorum, & angustiarum: & coniungas superioribus, vt coniunxit D. Hieron. legasq; Confusi sunt, & erubuerunt fabricatores errorum, & angustiarum: occurret Christi passio, & saeuissima tormenta, quibus saeuere in Christum Dominum, quorum duros poenas Iudaeos praenunciat hoc vaticinium. Occurrent etiam martyrum saeuissima tormenta, nam praeter ceteras gentes immanis fuisse Iudaeos, & saeuos, docet DION. Si vero interpretere legatos, vt pro eo quod Hieron. vertit [confundentur fabricatores errorum] legas: Confundentur fabricatores legatorum, & legationum, occurrent legati, & legationes, quas post Christum passum in omnes oras misere, parteiq; terrarum aduersum Christum & Christianos. Nam omnia sunt moliti aduersum Christum Dominum, quod ad ipsos proripus deleuit Dominus, vt euangelium toto orbe posset in crebescere, cuius rei hoc est vaticinium, duros poenas eos, qui legationes illas in omnes partes terrarum comminiscerentur ad Iudaeos, qui toto orbe dispersi erant, vt impedirent praedicationem legis euangelicae, & infamarent toto orbe Christum & Christianos. Itaque adhibendus est ille Canon interpretandae scripturae, vt quando verbum vnum plura significet, quae ad rem pertineant, de qua agitur, intelligamus spiritum sanctum omnia illa voluisse significare

A significare, & sic interpretabimur lectionem Hebraeam, quam agnouit D. Hieron. [Fabricatores errorum] & fabricatores dolorum, & passionis Christi, & fabricatores legationum, & fabricatores errorum intelliges, quod distulere Iudaei rumores, apostolos suffratos corpus Christi, & dantoni habere Christum & similia. Nunquam haec vox Sirim significat idola, neque sculptilia, neque proferre poterunt Iudaei locum, vbi tale quid significet, nisi hunc, de quo est controuersia. Quod si aliquando significares idola, cum hoc verbum significet ferre dolores, & angustias, aut legatos, percontari libet cur tantopere pertimescat vertere? Confundentur fabricatores angustiarum, aut confundentur fabricatores legationum, quia timent ne illorum prodatur impietas. Nam quod sequitur [saluamini a Domino salute seculorum] si coniungas superioribus, quae diximus, quis non videat dicta esse de vita beata, quae est in secula seculorum. Nam lectio Hebraea verti potest: Israel saluatus est in Domino salute seculorum. i. redemptus est Israel. i. populus fidelis, vt fruatur vita sempiterna: vel distinctione Lxx seniorum [Innouamini ad me in insula: Israel] & postea [saluamini salute seculorum] i. Lauamini baptismate meo, insula, populi fideles: & quarite salutem omnium seculorum, quae erit vobis in vitam sempiternam.

Non confundemini, & non erubescetis vsque in seculum seculi. Non confundetur, neque erubescet vsque in aeternum vltra.

Videant Iudaei, & Iudaeizantes, quomodo haec congruant Iudaeis, quos non semel dixit Dominus afficiendos sempiterna ignominia. Quod si id negant, ambusti cetis flammis Iudaei, sempiterno exilio, miseri, & calamitosi, & vagi toto terrarum orbe, aliam nationum serui, euetus ipse rerum comprobatur, qui est optimus scripturarum interpres, vt docet THEOD. in Esaia hoc de Iudaeis dici non posse: dicitur autem de beatis in caelesti Hierusalem, vbi nulla lacryma, nullus dolor, ignominia nulla.

Quia haec dicit Dominus creans celos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius, non in vanum creauit eam, vt habitetur, creauit eam. Quia sic dicit Dominus qui fecit celum, iste Deus qui ostendit terram, & qui fecit eam, ipse diuisit eam, non in vanum fecit eam, sed vt habitaretur plasmavit eam.

PIPH. lib. 2. in epitome rerum Origenis, sub finem, hunc locum explanat de vltima mundi consummatione, & putat significari non perituram hanc rerum machinam, sed innouandam, & quod sunt loca scripturae, quae significant perituram hanc rerum machinam. Docet hunc esse scripturae more, vt perire dicat, quae in melius reformantur, nepe quod generatio vnus, est corruptio alterius: etiam si ex tepido fiat calidum, & ex minus bono, magis bonum. CYRILL. lib. in Genes. in illa verba. Et sint in signa & tempora: Oportuit terram, inquit, plenam reddi eorum, quae Deum possent glorificare, & ex creaturarum ornatu, creatoris gloriam conspiceret, vt Esaias ait [non in vanum creauit, eam] terram: Videtur etiam mihi hic locus Esaiae expressus a PLAT. in dialogo qui inscribitur Phedon seu de anima, quanquam ipse Anaxagoram huius sententiae authorem citat, & vere Anaxagoras hoc dixerat. Tamen quod Plato ipse colligit ex testimonio Anaxagore, non ab Anaxagora profectum est, sed potius ex hoc Esaiae loco. Ait enim Plato: Gaudeo quod intellectus, siue mens, omnium causa est, omnia gubernat, & ornatur, hoc enim modo recte se habent omnia, si intellectus & sapientia haec omnia facit & regit, singulos enim pro meritis post hanc vitam locabit eo loco, quo dignum est, & quo aequum est, vnumquemque locari. Ex hoc principio atque totum finem dialogi Phedonis vbi sedes beatorum describit, & damnat omnium poenas, quod necessario consequatur si Deus, qui est summus intellectus, & sapientia in exhausta caelum & terram fecerit, & regat, virtutem non abitura sine praemio, neque malos impune lauros sua flagitia, singulos pro meritis suo loco locandos supremo fine. Deinde sequitur [Et faciens eam, ipse plastes eius] vt vertere Lxx: Ipse diuisit eam, quod TERTVL. interpretatur in lib. aduersus Hermogenem. Ipse diuisit eam, vt videretur arida, vel diuisit fontibus, fluijs montibus, vt apta esset ad habitandum. [non in vanum creauit eam] Na colligunt

Aristoteles primo de republ. lib. & alij Philosophi, vt Xenophon in libris *ἀποκρίσεων* hominum causa esse hæc omnia facta, & creatos cælos, creatam terram, & animalia omnia facta vt feruiant homini, & non in vanum. Vnde colligit Plato cum alijs locis tū in Epinomide in principio, vitam beatam & sempiternam expectare bonos viros. Nam si hominis causa fecit Deus lumen solis, & astra, cælum ipsum, terram, & animalia omnia, & reliqua quæ in terra sunt, & vitam luctuosam degit homo, in lacrymis in ærumnis, mille cinctus laboribus, excepto si iam exacta ætate penè, & perexigua quies laboribus datur, vt antequam de vita proficiscatur con quiescat à laboribus aliquantulum: fieri nõ potest, inquit, quin bonos viros expectet vita beata. An homo, cuius causa omnia sunt facta à Deo, si hic finè vitæ haberet, tam miser esset tam miseram vitam degeret? tamque exiguo tempore viueret? præsertim cum omnibus sit innatū sapientiæ desiderium, quæ in hac vita non contingit, non frustra natura ipsa est. aliquid quando cõ pletur hoc naturæ desiderium. vnde colligit ire bonos ad meliorem vitã, cum ex hac vita mi grant, alioqui si homo in cassum est generatus, & hominis causa facta sunt omnia, omnia igitur in cassum facta essent & sine causa, quod longissimè abest à summa Dei sapientia, quod di cere uidetur hoc loco propheta. Ergo sic explanabis [non in vanum creauit eam, sed vt habitaretur] factam esse terram sic dictum esse quod habitatores terræ in litteris sacris, viri qui seruiunt Deo sunt, reliqui reputantur vt gutta situlæ, aut vt pulvis stateræ quod supra dictū est.

D. HIERONYMVS.

Ego Dominus es non est alius, non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso.

CYRILL. in Ioannem lib. II. cap. 44. in illa verba: Ego palam locutus sum mundo: reuocat inquit, in memoriam Christus quid de se & de sua persona prædixerit per Esaiam [nõ in occulto locutus sum in loco tenebroso] quid enim aliud est: Ego palam locutus sum mundo? Ego semper docui in synagoga, & in tēplo & in occulto locutus sum nihil. Commodè in memoriam prophetiam reuocat, vt discant impie se facere, quod quem vêturum sperabāt, postquam venerit, aduersentur & cruce afficiant, & sic D. Hieron. videtur intellexisse. Ergo cum Dominus in litteris euangelicis palam loquebatur in templo, & alijs locis & non in occulto, hæc prophetia completa est

D. HIERONYMVS

Non dixi semini Iacob frustra querite me, ego Dominus loquens iustitiam & annuncians recta.

CYRILL. loco citato de Christo superiora explanauit, vndè horum sensus est perspicuus. Nam Christus Dominus mercedem proponebat regnum cælorum, & vitam æternã & flumina aquarum salientium in vitam æternam. Non ergo dicebat Iudæis frustra. i. sine mercede vt se quererent, & Christus se Deum esse ait [ego Deus loquens iustitiam] i. euangelium, quod iustitiam diximus appellari [annuncians recta] quod Lxx dixere euangelizans veritatem, nam anangelin, quo verbo Lxx viri frequentissime vtuntur, & euangelizare, idem sunt: & pro[recta] edidit veritatem quod ipse Dominus ait: Ego in hūc mundum veni vt testimonium perhiberem veritatis, omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Nam nemo tam stupidus est qui credat Lxxii doctissimos, viros vocem Hebræã mefarim, notissimè significationis, ignorasse apud Hebræos significare, recta, vertisse tamen euangelizans veritatem, non temere.

D. HIERONYMVS.

Congregamini & venite, & accedite simul, qui saluati estis ex gentibus; nesciunt qui leuant lignum sculptura sua, et rogant Deum non saluantem, annunciate

LXX VIRI.

Ego sum Dominus, & nõ est ultra, non in abscondito locutus sum, nec in loco terræ. tenebroso.

LXX VIRI.

Nõ dixi semini Iacob in vanū querite, ego sum Dñs loquens iustitiã annūcians, vel euāgelizās veritatē.

LXX VIRI.

Congregamini & venite, consulite simul, qui saluamini de gētibus, nõ cognouerunt portantes lignū, sculpturam suam & orantes ad Deos qui

Annunciate & venite & consiliamini simul, quis auditum fecit hoc ab initio ex tunc prædixit illud? Nunquid non ego Dominus, et nõ est ultra Deus absque me? Deus iustus & saluans non est præter me, Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines terræ, quia ego Deus & nõ est alius.

qui non saluant, si annunciant appropinquent, vt sciant simul, quis audita fecit hæc ab initio? ex tūc annunciat vobis: Nõne ego Dominus Deus? non est alius præter me, iustus & saluator nõ est præter me. Conuertimini ad me & salui eritis qui in extremo terræ, ego sum Deus & non est alius.

D E his in cap. 41. & in caput 44. dictū est [Congregamini &c.] est vaticinium vocationis gentium, vt docet Cyrillus, & reprehēduntur qui Idolis seruiunt. & interrogantur Idolatræ, an Idola prædixerint aduentum Christi, & Idolorum ruinam. Verbum Hebræū potest esse imperantis [annunciate] & sic vertit D. Hieron. & præteriti temporis, annunciauerunt, & ita verterunt Lxx, quasi dicerent [num annūciauerunt] & expressere sententiam, & edidit, veniant, vt sciant simul, an præscij rerum futurarum sint [quis auditum fecit hoc ab initio, & tunc prædixit illud]. i. quis prædixit futuram legem Euangelij? sic Cyrillus, His verbis ostendit Idolatris falsa numina esse, ea, quæ colunt, lapides esse & saxa dura. Alioqui saltem aduentum Christi prædixissent, & ruinam Idolorū, vt nationes cauerēt, ne earū Idola contereretur, quod futurum erat Christi aduētū. Si sui dam non fuere præscij dæmones quos pro dijs colebatis quomodo vos eos præscios rerum futurarum putatis? & Deos esse? & ideo nunc ait quis illorū prædixit legē euangelicā futurā? cuius aduentu, ruitura idola erant? [non enim est ultra Deus absque me, Deus iustus & saluans nõ est præter me] in scripturis Christus dicitur iustus & saluator, nolite ergo credere Dijs quia iustus & saluator non est præter me, quod confirmant verba sequentia [Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines terræ] nam vocatio gentium temporibus Christi futura erat, vnde postquã ad Iudæos habita oratio est, conuersus est his locis sermo ad gentes. CLEMEN. Alexandrinus in protreptico, inter alia prophetarū loca, quæ citat, quibus Dominus se creatorem rerū omnium docet & Deos gentium falsos esse Deos, hunc quoque locum citat & tam planum cõset vt interprete non putet egerē. & idem CLEMENS. lib. 4. Stromatō sub finem, scribit dicere prophetam à Deo abesse omnem iniustitiam, contra hæreticos, verbis illis [non est Deus absque me iustus & saluans].

D. HIERONYMVS.

In me metipso iuravi: Egredietur de ore meo iustitia verbum, et non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, et iurabit omnis lingua. Ergo in Domino dicit: Mea sunt iustitia, & imperiū. Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

LXX VIRI.

Per memetipsum iuro nisi egredietur de ore meo iustitia: sermones mei non auertentur. quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua Deum, dicens, iustitia et gloria ad eum veniet: & confundetur omnes, separātes se ipsos, à Dño iustificabūtur, et in Deo gloriabitur omne semen filiorum Israel.

Q Uod supra dixit Dominus per Esaiam. Ego Dominus & non alius (quod quo modo intelligendum sit supra ceteris est dictum, & ostensa sunt loca sanctorum, vbi similes orationes explicantur diuinitus.) Respondens AVGVSTINVS. in oratione de quinque hæresibus Arianis: Et quid de filio Domine, inquit, si tu solus es Deus? subiicitque: Audi adhuc, quid festinas? [In memetipso iuravi] vbi est iuratio, nulla est dubitatio [In memetipso iuravi, Egredietur de ore meo iustitia verbum] Ecce habes filium: Hæc Augustinus. vbi verbum interpretatur. i. Christus, qui vt inquit Paulus ad Romanos cap. 14. Factus est nobis sapientia à Deo,

Deo, iustitia & sanctificatio, Deinde pergit AVGVSTIN. Egredietur de ore meo iustitiae A verbum, & non reuertetur. Quid est, non reuertetur? Ne Sabellianus dicat, ipse est pater, qui filius. Egredietur verbum non reuertetur, quia pater, pater est: & filius, filius est. Itaque non reuertitur, interpretatur Augustinus distinctionem personarum, emanationem filij aeternam a patre, quae est per generationem. Pergit Augustinus: Egredietur verbum a patre impleat Domini sententiam, & filio Dei aut nullus aduersabitur, aut qui aduersabitur confundetur, Egredietur, inquit, de ore meo iustitiae verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu & confitebitur omnis lingua: Haec omnia Deus pater dixit: & filius quid? audi ergo: in Domino dixi mea sunt iustitiae, & imperium, Hebraice est

Id est verè in Deo mihi, dixit, iustitiae, & fortitudo, imperium vt citat AVGVSTIN. hoc sensu, quo dictum est, illud Matt: fortitudo & iustitiae dixit mihi Deo in Verè cap. 28. Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Hoc enim significant verba Hebraea: dixit supple, verbum, quod egredietur est de ore meo, verè mihi iustitiae sunt. i. iustitiae datae sunt mihi, & fortitudo sine imperium, datum est mihi in Deo, siue à Deo patre scilicet. Nam verbum dixit, singulare est, & praeterito tempore, non plurale, nec futuro tempore. pergit Augustinus: Age ergo, quid postea? Ad eum veniet, & confundentur omnes qui repugnant ei: Ita nunc omnes pagani, haeretici Iudaei aduersamini, & repugnant filio Dei, ad eum venietis, & confundentur omnes qui repugnant ei. est enim prophetia de ultimo iudicio venturos ad Christum & iudicandos à Christo qui ei repugnant, vt verba vltima [in Dño iustificabitur, & laudabitur semen Israel] de electis dicatur, in vltima enim resurrectione, perfecta erit redemptio iustificatio, perfecta sanatio. AMBR. de vocatione gentium lib. 1. cap. 3. dilcepat hunc locum pluribus, & quaerit cur cum promiserit Dominus omnes, sine cuiusquam exceptione, flexuros genu Christo, non crediderint omnes: inde pete dubij solutionem. Melius mihi videtur ANACL. papa haec interpretari tomo 1. Concil. epistol. 1. qui retulit ad vltimum iudicium. Omnes enim inquit stabimus ante tribunal Dei, scriptum est enim, viuo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo, vbi vnusquisque nostrum pro se rationem reddet, & D. Paulus citat Anacletus, qui ad Rom. cap. 14. sic interpretatur locum illum & notandum D. Paulus ad Rom. 14. & apertius ad Philipp. 2. haec verba omnia de Christo interpretari & paraphrasim facere translationis Lxx. Nam vt docet ORIGEN. in Ioan. tomo 7. disputans de illo loco Esaiæ: Vox clamatis in deserto, Apostoli, & euangelistae, cum citant prophetica loca, solent breuitatis causa omittere media & obscura planius dicere, & dilucidius. quae omnia hoc loco fecisse videtur Paulus vt apparebit. Lxx vero lectionem Hebraicam dispungunt quam D. Hier. & aliter interpretantur. Nam post illa [In me meipso iuravi] Hieronymus vertit: Egredietur de ore meo iustitiae verbum: Lxx, Egredietur de ore meo iustitia, & illic apponunt distinctionem, vt sint verba filij, vt interpretantur Lxx. i. egredietur de ore meo euangelium iustificans Et postea nouo initio, faciunt orationem vnus sententiae verba sequentia: Verbum, & non reuertetur. Nam apud Hebraeos haec coniunctio [&] copulatiua praeponi, & postponi solet, vt multae coniunctiones apud nos, dicimus enim, nanque Deus est: &, Deus nanque est. solet etiam esse ornamentum quae nihil significat. ergo [Et verbum meum non reuertetur] significabit iuxta interpretationem Lxx, verbum euangelicum recipiendum à gentibus, quod Lxx dixerunt: [sermone mei non auertentur] in nationes non auertentur meos sermones euangelicos. Haec omnia media omisit Paulus iuxta canonem Origen. citat sequentia de Christo. Quia mihi curuabitur omne genu ad Rom. 14. & ad Philipp. 2. paraphrasim horum verborum facit: In nomine Iesu omne genu flectetur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Seruat tamen illa verba prophetae: Omne genu flectetur, pro [mihi] ponit [In nomine Iesu] vt explanet loquentem illum Iesum esse, addit [caelestium, terrestrium, & infernorum.] Deinde [Iuravit omnis lingua Deo] pro hoc in epistola ad Rom. paraphrasim facit mutato vno verbo: Confitebitur omnis lingua Deo. i. me Deum confitebitur omnis lingua, planiorem paraphrasim ad Philipp. omnis lingua confitebitur quod Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ergo haec aliter distinguunt Lxx, quam D. Hieronymus. D. Hier. sic distinxit [Iuravit omnis lingua] illic apposita distinctione: & postea [Ergo in Domino dicit] eo sensu, quo supra dictum est. Lxx totum hoc vnus sententiae fecere & sic vertere: Iuravit omnis lingua profecto Deum, dicens. i. omnis lingua me confitebitur Deum, & dicit. Et lectio Hebraea sic verti potest, nam post verba illa [Iuravit omnis lin-

nis lingua, sequitur בְּיָמַי בְּיָמַי certe in Deum: nam, ac, vox Hebraea, certe, significat, baioua, in Deum, id est, Deum, est enim phrasis Hebraea, & certè sic distinxit D. Paulus, qui vertit: Confitebitur omnis lingua Deo. Sequentia quoque longè secus distinxere Lxx quam D. Hieronymus, & translationem D. Hieron. supra sumus interpretati ex Augustino, Lxx, sic distinguunt lectionem Hebraeam [Mihi dicit iustitiae, & imperium ad eum veniet] (sic enim ad verbum Hebraea lectio vertetur) Iam, mihi dicit: sed acioth, iustitiae: vaoz, & imperium: adaf, ad eum: iabo, veniet. i. dicit omnis lingua quod meae sunt iustificationes, quod ego iustifico, & quod imperium ad eum veniet. i. ad me. est enim forma dicendi Hebraea. hoc Lxx vertere. Dicēs iustitia & gloria ad eum veniet, ad Christum. s. cuius paraphrasim fecisse videtur Paulus [omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, vt sit illud euang. Data est mihi omnis potestas. Lege epistolam PELAGI papae 1. tomo conciliorum vbi hunc loc citat iuxta translationem Lxx virorum, vbi à Paulo significat esse eius factam paraphrasim 2. cap. ad Philippenses, & de filio esse explanatum.

IN ESAIAE CAP. XLVI.

Radicatur futura regni Babylonicis vastitas, & liberatio populi Israelitici, vt tam admirabile vaticinium veros fortitudo euentus, ducentesimo post anno, plus minusue, faciat vt vaticinia de Christo summa religione obseruatur, vt à nostris obseruatur, & ab ipsis Iudeis, & Diuina responsa credatur, & Dei oracula. Lege quae scripta sunt in cap. 13. & 14.

D. HIERONYMVS LXX VIRI. Confractus est Bel, contritus est Nabob, fracta sunt simulacra eorum bestiarum & iumentis. Cecidit Bel, contritus est Dagon facta sunt sculptilia eorum in bestias & iumenta.

Odem modo hic locus tralatus est à D. Hieronymo & à Lxx senioribus, excepto quod duplex est lectio. D. Hieronymus legit בְּיָמַי, Lxx vero בְּיָמַי. Praedicatur ergo vastitas Babylonicorum, quorum daemon erat Bel: & vastitas Palestinorum, quorum daemon erat Dagon, iuxta Lxx. Horum idola conterenda ait bestijs & iumentis, hoc est vt frustra elephantis, & camelis & alijs iumentis deportentur à victoribus. Erant enim idola aurea mirae magnitudinis in his regnis opulentissimis. vel, feris, & iumentis facta erant simulachra, hoc est, quid tam mirum est si corruerint idola Babylonica, & Palestinorum? feras, & iumenta pro numinibus colebant vt Draco ille apud Danielé, qui pro numine colebatur, & Iuppiter Ammon, caper erat, qui colebatur nomine Iouis, & Ammon, punica lingua, caper dicitur, & inde dicitur Iuppiter Ammon, quod docet HEROD. in Euterpe. & cui ignoratus est Iarrator Anubis? & alia plura monstra. & Dagon piscis est, id enim significat Dagon, balenam enim aliquam, aut marinum monstrum aliquod, quale est illud nobilitatum Persei & Andromedae fabula, quod colebant pro numine.

D. HIERONYMVS LXX VIRI. Onera vestra graui pondere, usque ad lassitudinem contabuerunt, & contrita sunt simul. Portate ea, colligata quasi onus laboranti deficienti, & esurienti, non praeualenti simul.

Sensus est, idola maximi ponderis, quae aurea, & argentea faciebatis, quae magnam multitudinem hominum portantium delassabant, corruerunt, & contrita sunt. Id est, animalia portatitia pariter curuauerunt se curuauerunt se sitienti pondere onerata portatitia Animalia onerata, podus sitienti, vel בְּיָמַי בְּיָמַי בְּיָמַי בְּיָמַי lassio vel deficienti, subaudi erunt, vt sit sensus: Erunt animalia portatitia onerata simulacris & idolis, quae simulachra podus erunt sitienti] i. ratum, vt sitire faciant, & deficere animal, quod ipsa idola portet, quae vos adoratis. Lxx reddunt sententiam: Verbum Hebraicum בְּיָמַי, tribus vocibus sunt interpretati, fessio, de sitienti, esurienti, quod haec omnia significet curuauerunt se animalia

malia portantia. s. grauitate oneris pariter; id est, omnia simul, vel contrita sunt simulacra si- mul omnia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non potuerunt saluare portantem, et anima eorum in captiuitatem ibit.

Non potuerunt saluari de bello, ip si autem captiui ducti sunt.

Verba Hebraea reddi possunt duobus modis [non potuerunt effugere incendium] vel [onus] & ita Lxx de idolis reddidere [non poterunt saluari de bello] vt explanarent quod incendium diceret vel onus, propheta, incendium aiunt hostile, hoc est, bellum; possunt etiam reddi [non possunt liberare portantem] vt vertit D. Hieronymus.

portantē liberare incendium effugere poterunt Noa
אש מלש מלך יכלי אש

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Audite me domus Iacob, et omne residuum domus Israel. Qui portamini a me vtero, et qui gestamini a mea vulua.

Audite me domus Iacob, et omnes reliquiae Israel, et eruditi ab infantia vsque ad senectute.

Inuit excidiu[m] Hierosolymorum, & Babylonicam captiuitatem, acti enim sunt residui Iudaei ex illa vastitate captiui in regnum Babylonicum [Qui portamini a meo vtero] .i. qui descenditis ab vtero, quem ego mea vi, & potentia parere feci iam confectū senectute. .i. qui nati estis ex Sara, quae praesentate parere non poterat, vt meo beneficio vterus ille conceperit, & vulua illa pepererit. Hebraice enim est.

Id est, Qui gestamini a me vtero. Quod D. Hieronymus interpretatur [qui gestamini a meo vtero] ab illo .i. effato & senectute sterili, vt dixi, & rursum [Qui gestamini a me vulua] interpretatur hic Diuus .i. a mea vulua .i. a vulua Sarae sterili, quae meo beneficio peperit, cum ei non fierent muliebria. Lxx reddidere [qui portamini a me vtero] .i. qui portamini a me ab vtero .i. ab ipso die natali vestro, hoc est, quos ego tueor ab vtero .i. ab origine gentis vestrae, ab Abraham vsque. & [Qui gestamini a vulua] .i. [Qui gestamini a me vulua] .i. ab ipso ortu vestro, hoc est, quos ab ipso ortu ego foueo. Quod hoc posterius idem significat, quod prius enodat hoc posterius Lxx vt intelligamus quid sit Israellem portari a Domino ab vtero, hoc est ab ortu: nam pro [Qui gestamini a vulua] dixere [Eruditi ab infantia vsque ad senectam] .i. quos ego erudio ab infantia vsq; ad senectam, nam sic dispungunt Lxx [Qui gestamini ab vulua vsque ad senectam] .i. quos ego gesto a vulua vsque ad senectam .i. ab ortu vsque ad canos, a rudimentis doctrinae caelestis vsque ad perfectionem euangelicam, vt videtur interpretari AVGVST: in psalm. 112. Aetas, inquit, nostra albescit quidem canis sapientiae, idque probat hoc loco. Ego ab origine vestra vos erudio per angelos, & prophetas meos, quos Dominus ait Matt. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas sapientes, scribas, Et quod D. Stephanus refert legem datam per angelos.

à me à me
vulua ab qui gestamini vtero ab Qui portamini
אש מלש מלך יכלי אש

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vsque ad senectam ego ipse, et vsque ad canos ego portabo, ego feci, et ego feram, ego portabo, et saluabo cui assimilastis me et adhaerastis? etc.

Ego sum, & vsq; senescatis ego sum ego sustineo vos. ego feci, & ego dimittam, ego suscipiam, & saluabo vos, cui me assimilastis? videte, excogitate qui erratis.

Dictum est Lxx aliter haec dispungere quam D. Hieronymus. siquidem Lxx seniores legunt [qui gestamini a me a vulua vsque ad senectam] & explanat, qui erudimini a me ab infantia vsque ad senectam. Quibus verbis THEODOR. accusare ait Dominum Iudaeorum stuporem, qui eruditi a Domino ab infantia per angelos, & prophetas tam longe absint a cognitione rerum caelestium & postea dixere Lxx nouo initio [Ego sum & donec senescatis ego sum] quem locum interpretatur AVGVST. in psalm. 112. & significare ait, Dominum esse sempiternum, laudandum quae a pueris, & a seni-

& a senibus vsque in seculum, quia senectus nostra albescet canis sapientiae, quo tempore magis laudatus Dominus. Idem est sensus translationis D. Hieronymi [vsque ad senectam ego ipse] .i. ego qui vos erudij ab adolescentia, doctrina caelesti vos erudiam vsque ad sapientiae canos vsque ad perfectionem euangelicam, & quanuis vos vastari fecerim & vrbeis Iudaeae propter idolatriam, & foedissima crimina, vt expurgarem malos, tamen purgatos vos portabo vsque ad canos .i. vsque ad perfectionem. Ego feci vos, & ego feram vos [ego feram] vel vt dixere Lxx [ego dimittam] tolerabo vestra peccata & dimittam ea quod verbum Hebraeum נשח, id significat & parcere, atque ferre, & dimittere. Quod D. Hieronymus dixit [Cui me assimilastis, & adhaerastis & comparastis me, & fecistis similem?] conuenienter lectioni Hebraeae, quod propheta quatuor modis vnam, & eandem rem dixerat, sat habere Lxx dixisse semel cui me assimilastis; reliqua edidit de suo velut scholium [videte & cogitate qui erratis] obijcit Iudaeis crimen idolatriae.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Memento te istud, et confundamini redite prauaricatores ad cor.

Memetote horu[m] & in gemiscite, poenitentiam agite prauaricatores, reuertimini corde.

Quod Hieronymus dixit [confundamini] vbi pro eodem, accipiunt, ingemiscite, & poenitentiam agite, quod notandum summo opere est aduersum Lutheranos, semper enim a poenitente exigunt gemitus vt cap. 30. Cum gemueris tunc saluaberis, vt poenitentia lacrymae sint antiquissima & vtuntur semper Lxx verbo euangelij *πιστευσете*. Notandum tamen verbum Hebraeum נשח, Hebraeos interpretari estote fortes sicut fundamentu[m], quod נשח alas, significat ponere fundamenta, vnde, iherosolu[m], reponite vos super fundamentu[m] id est proprie significat hoc verbum, quanuis Iudaei interpretentur, estote fortes sicut fundamentu[m] parietis. Pro, reponite vos super fundamentum, quod poenitentia id fiat & lacrymis, D. Hieronymus vertit confundamini, erubescite .i. agite poenitentiam: dixere Lxx, ingemiscite, poenitentiam agite, quod lacrymis nos reponamus super fundamentum, quod est Christus. & sic AVGVST. in psalm. 76. in illa verba: Deus in sancto via tua: Redite inquit prauaricatores ad cor, quo itis? quo curritis? redite a vijs vestris, & redite ad me quia ego sum via, & veritas. quo curritis? non solum a Deo sed a vobis fugitis. redite ad cor, scrutamini spiritum uestrum, recolite annos aeter nos, inuenite misericordiam Dei circa vos, attendite opera misericordiae eius. Sed hunc locu[m] explanat in psalm. 101. in illa verba: Quia cinerem sicut panem manducabam: & explanat mirifice de poenitentia, & cur prauaricatores omnes homines dicantur, leges cum alijs locis, tum in psalm. 118. concione 25. reliqua plana sunt. nam hoc argumentum a Domino saepe est repetitu[m] quo euincit se Deum esse, & verum Deum, cum omnia quae sunt, multo antea praedixerit se facturum, & fecerit. & vtitur hoc syllogismo, quo est vsus supra quater, aut quinquies: Qui solus praedixit omnia futura, & se ea facturum esse, & facit, is solus est Deus: Ego solus praedixi omnia futura, & in lege veteri, & noua, me ea facturum esse, & feci, ego igitur sum Deus solus. Nam daemones, si qua praediceunt eum iam instant, coniecturis vtuntur, & mentiuntur sapius, vnde Apollo loxias dicebatur, quod ambiguo vteretur sermone, ne teneri possint mendacij manifesti.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Vocans ab oriente auem, de terra longinqua virum voluntatis meae.

Qui voco ab oriente auem, & de terra a longe de quibus cogitau.

Hoc ex Hieremia liquet, vbi vtitur imagine aquilae magistrae sapientis praedam & Babyloniem portantis, & postea Dominus ipse explanat esse Nabuedonosorem, qui erat vastator Hierosolyma, & completuris Dei voluntate. Quod D. Hieronymus dixit [Virum voluntatis meae] conuenienter Hebraeae lectioni, dixere Lxx de quibus consului vel decreui .i. viros quos ego volo, vt decreto Dei declaret Dominus venisse Nabuedonosore[m] & vastasse Hierosolyma vt perirentur mali. Quod autem D. Hieronymus dixit [Audite me duri corde] dixere Lxx [qui perdidistis cor] *אזניו*, agnouere. & est sententia admirabilis, quod peccatores perdidisse cor dicuntur; nam de stultis vulgo dicimus, non habet cor.

D. HIE-

Prope feci iustitiam meam, et non elongabitur, etc.

PROC. in cap. 41. interpretans illa verba [Primus ad Sion dicit] vbi Lxx legere: Principatū dabo Sion: nempe illum inquit, quem infra explanabit cum dicit [Dabo in Sion salutē] in sacro Christi aduentu, Et verba satis indicant esse de Christi aduentu. Nam [Prope feci iustitiam meam, & non elongabitur] quid distat ab illo quod infra dicit de Christo? appropinquat cito iustitia mea, egredietur vt lux salutare meum: quā verba citat EYSEB. Cæsariensis lib. 2. demonstration. euang. cap. 33. vt Christi aduentum probet. & lib. 9. cap. 2. cum verba Petri explanat. quod non sit apud Deum acceptio personarum, non longē à principio Dei iustitiam de temporibus Christi dici ostendit: & gloriam Dei filium appellari in sacris litteris, alibi dictum est pluribus. Sic etiam D. C. Y. R. I. L. L.

IN ESAIAE CAP. XLVII.



dictum est in cap. 7. & 13. 14. & in cap. 15. & 20. & 36. qua ratione Esaias intertextat hæc vaticinia de Moabitibus & Assyrijs, de excidio Regni Babylonici: de vilitate Tyri, similibusque: Quæ omnia inde pete, si his vti voles. Quod D. Hieronymus dixit [Denuda turpitudinem tuam] vt Symmachus, qui vertit: Denuda tacenda tua: Lxx reddidere: Reuela operimentum tuum verbum Hebræum מַצָּה, Symmachus est interpretatus, pudenda, vt vertere Lxx & D. Hieronymus sic quoque reddidit. Rabb. negant verbum Hebræum significare, pudenda: putant significare cincinnos aut comam, vt vertunt Vatablus, & Pagninus. Sed D. Hieronymus, & Lxx viri & Symmachus Rabinis erant doctiores.

Quod vertit D. Hieronymus [disco operi humerum] vertere Lxx ἀνασχεύω, i. uelle canos tuos, quod verbum Hebræum, אֲשַׁר, significat etiam euellere, & nudare, & verbum Hebræum לְבַר, pedem & coxam significat: significat etiam humerum, & pilos barbæ, authore R. Mosch. C.

Quod vertit D. Hieronymus [ultionem capiam] dixere Lxx: Quod iustum est, ex te capiam, i. sumam ex te meritas pœnas.

Quod reddidit D. Hieron [Nō resister mihi homo] Heb. est אֲנִי וְאַתָּה אֲנִי, i. non occurret homo: quod D. Hieronymus explanat. i. non occurret mihi homo, vt resistat vastanti Babylonios. Lxx explanant, Non occurret homo Babylonius vobis. i. non amplius vobis bella inferent Babylonij

Quod D. Hieronymus vertit [Vniuersa venerunt super te] Hebraicè est אֲנִי, que tam, sicut perfectum, videtur esse, quod Latine dicitur: dictum ac factum, Græcè ἀναίμακτος, & sic intellexere Lxx, Nā אֲנִי tā vulgatissimæ significationis est apud Hebræos, magis notæ, quā apud nos, perfectus: id enim significat apud Hebræos hæc vox אֲנִי, quæ coniuncta cum אֲנִי, sicut facit אֲנִי אֲנִי, i. sicut perfecta, quod Hieronymus interpretatus est. i. vniuersa, Lxx sicut perfecta. i. statim, de repente, Iudæi, cum completa fuerint:

Quod Hieronymus vertit: Propter multitudinem maleficorum tuorum & propter duriciam incantatorum tuorum, male autem reddidit Pagninus: Maleficiorum tuorum, nam verbum Hebræum, maleficos & veneficos significat. nam אֲשַׁר, præstigiari significat, undè præstigiatores hoc verbo significatur. Dediti enim erant Chaldaicæ disciplina, & diuinationibus per astra, & huiusmodi præstigijs & ea causa deletos ait Dominus, vnde subiicitur: Et fiducia habuisti in malitia tua, quod dixere Lxx, i. אֲנִי אֲנִי אֲנִי, & pro spe nequitie tuæ, aut sceleris tui, i. quod fidebas multum illis incantationibus, & diuinationibus.

Quod vertit D. Hieronymus, Non est qui videat me: aliter dispunxere Lxx, qui legere. Dixisti non est; & interpretantur; sup. alter sicut ego. forma dicendi Hebræis receptissima id est non est qui nouerit motus astrorum sicut ego, non est qui diuinet futura sicut ego, postea, pro: qui videat me: vertere [Scias nempe] quod pro אֲנִי, ad est, qui videat me que nunc est vulgata lectio Hebræa, legisse videntur אֲנִי, vt pro אֲנִי, legisse videntur אֲנִי, que facilis mutatio fuit, אֲנִי, ergo vide significat. Deinde: Sapientia tua, & scientia tua hæc decipit te, Hebraicè est אֲנִי אֲנִי אֲנִי, quod Iudæi vertunt, rebellare fecit te, Sed nescio aduersum quem intelligant

Atelligent rebellasse, falsum est enim quod putant Iudæi paruisse regi Persarū Babylonios, melius Lxx, qui captiuitatem interpretari videntur, aut conuersionē, vt sit: Sapientia tua & scientia tua, fuit conuersio tua, ex illo fastigio, scilicet, dignitatis ad has miseras, vel fuit causa tuæ captiuitatis, & ita reddidere, sapientia horū & fornicatio tua tibi erit ignominia: vnde discere potes, Lxx explanare scripturas magis quā trāsferre. Quid em̄ magis vulgatæ significationis est apud Hebræos quā אֲנִי אֲנִי אֲנִי, reddunt Lxx, fornicationem, quod falsorū dæmonū cultus, & diuination per astra, qua Chaldæi excellebant, fornicatio dicatur in scriptura, & pro captiuitate & conuersione ex summo rerum fastigio ad miseriam summā, dixere ignominiam: hoc enim ferè facit Lxx, ut cum bis dictum sit aliquid, alterum reddat ad verbū, pro altero paraphrasim reddant potius quā interpretationē. Quod igitur D. Hieron. dixerat: Sapientia tua & scientia tua, dixere, sapientia horū astrorū, scilicet, & fornicatio tua. i. idolātria tua erit tibi ignominia. i. detrudet te in tantam ignominiam.

Vbi Hieron. vertit: Ortum eius, edidit Lxx: nescies foueā eius, Hebraicè est אֲנִי אֲנִי, quod B significat aurorā eius, vnde Hieron. Nescies ortū eius: sed quod אֲנִי אֲנִי, nigrescere significat, inde אֲנִי אֲנִי, nigredinē eius, Lxx sunt interpretati, & obscurā foueā eius, & inde legerunt: Et cades, sup. in eā, nā aliter dispungunt Lxx lectionē Hebræā quā D. Hieron. & nouū principū fecere: Super te calamitas, sub audito verbo, veniet: Veniet super te calamitas, vel miseria. Reliqua omnia eodē penē modo, nā si qua varietas est, vtriq; suā rationē sequuntur. Nā quod Hieron. vertit cōuenienter Hebrææ lectioni: Nō sunt prunæ, quibus calefiat, neq; focus vt sedeāt ad eum. i. tanta miseria est Babyloniorum, vt qui principes erant orbis terræ, non habeant carbones ad quos asidant, cum frigus afflat: dixerunt Lxx, Qui habes carbones ignis, sedebis super eos, quasi dixerint, non habebis carbones ignis ad quos asideas.

IN ESAIAE CAP. XLVIII.



Ius Hieronymus principium huius capituli duobus modis explicat, iuxta Hebræos, de Cyro & Babylonijs, & iuxta Lxx editionē, & iuxta sententiā sanctorū patrum de Christi aduentu. Ego intelligo sensum scripturarū nostris esse referatū, non Iudæis: id eoq; semper magis placet nostrorū interpretatio, quā Hebræorū, quibus vnus hic scopus est, vt docent veteres patres, vt Christi aduentum obfurent. Neq; possum cōiungere, cur nostri veluti damnata veterum patrum causa, nostra tēpestate in Iudæorū sententiam pedibus eant. Si Iudæorū sententiā sequenda est, Lxx in Iudæi tribus seculis ante aduentum Christi, de Christo sunt interpretati hoc caput, vt docet D. Hieron. in commentarijs, tot numero, vt stabile & fixum esset, quod illi edidissent, quorum scripta semper Christum sonant.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, et de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Dñi, et Dei Israel recordamini nō in veritate, neq; in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, et super Deū Israel constabiti sunt, Dñs exercituum nomen eius.

Audite hæc domus Iacob, vocati in nomine Israēl, & de aqua Iuda exeuntes, iurantes in nomine dñi, Dei Israēl recordantes non cū veritate, neq; cū iustitia, & adhærentes nomini ciuitatis sanctæ, & in Deo Israēl innitentes, Dñs fabaoth nomen ei.

Hæc verba, quis non videat esse eadē cū verbis Pauli 1. ad Corinth. cap. 10. Videte Israēl secundum carnē, &c. Quid enim distat ab illo? [de aquis Iuda existis] i. de semine, quod Paulus dixit: Israēl secū dum carnē. Nam cætera penē dixerim planius Esaias, quā D. Paulus. [Qui vocamini Israēl non in iustitia neq; in veritate.] Audi quid dicat A. V. G. V. S. in præfat. in psal. 75. interpretans illud: Non deficiet princeps ex Iuda, &c. Ante Herodem reges fuere Iudæis, veniente Domino euersum est regnū Iudæorum, quia noluerunt cognoscere verū regē, videte iā si Iudæi sint appellandi, iam videtis quia Iudæi non sint appellandi. Ipsi voce sua abdicauerunt se ab isto nomine, vt Iudæi non sint digni appellari nisi tantum carne. Vbi ergo se

separauerunt ab isto nomine dicebant, sciebant in Christum .i. in genus Iuda, in semē Dauid & ait illis Pilatus: Regē vestrum crucifigam? & illi. Nos non habemus regē nisi Cæsarem. O Iudæi, qui vocamini Iudæi & nō estis Iudæi. Hęc Augustinus. & infra: Illi verius Iudæi, qui Christiani facti sunt ex Iudæis, ceteri Iudæi, qui in Christū nō crediderūt, etiam nomē ipsum perdere digni fuerūt. Iudæa ergo vera Christi Ecclesia est, credēs in illū regē, qui venit ex tribu Iudā per virginē Mariā: de Iudā em̄ Dauid, ex Dauid Christus, credētes Christo ad Iudā pertinet: & cætera quę adicit multa A V G. Quāq; em̄ non citat Esaiā, interpretatur illū tamen, vt Christus rex sit Iudæorū. i. credētium, nā Iudæus significat credēs, & cōfiteus, & Christus rex est Iudæorū. i. cōfiteūm Deū. Et qui dixerūt: Nō habemus regē nisi Cæsare. i. qui p̄fessi sunt nō cōfiteri Christū neq; agnoscere, perdiderunt nomē Iudæorū. i. cōfiteūm Christū & ideo vocabātur Iudæi, nō in iustitia neq; in veritate, & iurabāt in nomine Dei Israel, nō iniustitia neq; in veritate, quādo illū affecere cruce, & negauerūt. [Qui vocabātur de ciuitate sancta, & nitebātur Deo Israel] quę verba qui legerit libros Iosephi de bello Iud. intelliget pertinere ad tēpora Christi. Nā cū Vespasianus ferret Iudæis cōditiones pacis, nō solū in principio bellī sed etiā iā imminēte ruina, nullas accipere voluere, q̄ sperabāt Deū Israelis, & spes sitas habebāt in tēplo Dñi & ciuitate sancta, quo ad vrbs, & tēplū, & ipsi ad interneconē vsque, ferro & incendio cōsumpti sunt, ita etiā imminēte summo discrimine, iā iā ad futurū diuinū auxiliū sperabāt, freti vrbe sancta, Dei templo, Deo Israelis, nec illud rationis habebāt, quod ipsi Iudæis dixit IOSEPH. de bello Iudaico lib. 5. in oratione, quā ad ipsos Iudæos habuit ante muros, quā ipsi persuadere conabatur vt se dederent Vespasiano, qui se & reliquos Iudæos, qui se deditissent, tractaret liberalissimē, vbi cū respōderēt Iudæi se expectare Dei Israelis auxiliū, qui in vltimo discrimine nunquā defuisset: respōdet Iosephus Iudæis, quasi vero nesciatis vos quā inexplabile flagitiū admiseritis, vnde nō sit expectādū auxiliū Dei Israelis. Sēper em̄ Ioseph⁹ cognouit post Christū à Iudæis cruce affectū, vt supra ostēdim⁹ prēdictū esse per p̄phetas vrbe Hierosolyma, et reliquas vrbeis Iudę cōflagraturas, quod regē glorię in crucē iustulissent.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Priora ex tunc annunciaui & ex ore meo exierunt, & audita feci ea, & repente operatus sum, et uenerūt. Sciu enim quia durus es tu, & neruus ferre⁹ ceruix tua, et frōs tua area. Prædixi tibi ex tūc antequam uentrent, indicau tibi, ne forte diceres, Idola mea fecerūt hac, & sculptilia mea, et cōflabilia mea, mandauerunt ista.

Priora adhuc annūciaui, & ex ore meo egressa sūt, et auditū factū est, subito effeci, et uenerūt. Scio quā dur⁹ es, et neru⁹ ferre⁹ collū tuū, et frōs tua çnea, & annūciaui tibi olim ante q̄ uenirēt sup̄ te, auditū feci tibi ne forte diceres, quia idola mea fecerūt hęc, et diceres quia sculptilia & conflabilia mandauerunt mihi.

S ID. Hieronymus fatetur hęc iuxta translationem Lxx virorum de Christi temporibus esse dicta, cum ad uerbum consentiat cum Hebræa lectione editio Lxx virorum, quam etiā ipse D. vertit ad uerbum, fateatur necesse est, & suam editionem, & lectionem Hebræam ad Christi tempora referri oportere. Neque ipse D. diffitetur, qui nos docet veterum patrum plerofque iuxta editionem Lxx ad Christi aduentum hęc retulisse. Neque alio posse hęc referri, sciet qui illud rationis habuerit in sacris litteris, noua ad nouum testamentum referri semper, neque villo loco scripturæ noua referri posse ad recentia, & ad ea quę instāt, & futura sunt, vt nunc, referente D. Hieronymo, interpretantur Hebręi qui dicūt priora. i. quę ante gesta sunt tēpore Moysi, & antiquorum patrum: noua. i. Babylonica, quę instāt. Nego מן ארץ (quod uerbum Hebræum D. Hieronymus & alij interpretes aliquando vertunt uetera, aliquando priora) nego, inquam, hoc uerbum in hac forma dicendi quando opponitur, nouis, accipinisi pro ueteri testamento iuxta interpretationē apostolorum, & ueterum patrum. & si canon interpretandę scripturę est certissimus, quo monemur ad lucem euangelicam interpretari oportere scripturam, cum Paulus 2. ad Corinthios. cap. 5. ubi legitur: Vetera transierunt, eccē facta sunt omnia noua, quod citat Paulus ex Esaia cap. 43. arifonoh, explanet uetera, & interpretetur

A preteretur pro omnibus, quę sunt in ueteri testamento, & noua pro nouo testamento, & Ioann⁹ Apocalypseo cap. 21. ubi hūc eundē locum Esaia citat, Quia prima abierunt, ecce noua facio omnia, Qui minus hoc loco eadē uerba Hebræa eodē modo interpretetur? Quid est aliud ad lucē euangelicam interpretari scripturam, quam duces & magistros interpretandę scripturę habere, non Hebræos, sed euangelistas, & apostolos? Ergo [priora ex tunc annunciaui] iā principio dixi futura omnia in ueteri testamento [antequam fierent] quod Lxx edidere, priora uis que adhuc *ἐπεσοῦντο*, vt finem ueteris testamenti significent, & noui initiū, id enim uox illa, [uisque adhuc] significare uidetur, hoc est, toto tempore ueteris testamenti. [Audita feci, & repente tibi operatus sum] i. promisi me facturū, & statim feci, vt prædixi me liberaturū uos de seruitute Aegyptiaca, & facturū cætera, quę facta sunt in ueteri testamento, & feci, vt agnosceretis me uerū Deum esse, neq; referretis beneficia quę præstābā uobis, ad uestra idola, quę admodū cū dixistis: Hi sunt dii qui te eduxere de terra Aegypti, & Iudęos ferreos, & duros, & adamātinus appellat, qui nō flecterentur tot beneficijs acceptis: & utitur hoc syllogismo, B quo se vnū Deum, & uerum Deū probat, & solum: Quisquis futura contingentia omnia prædicat & facit, is uerus Deus est. Ego solus omnia futura, contingentia prædico & facio: ego igitur solus uerus Deus sum. Propositionem, & assumptionem sup̄rā probauit Dñs. Syllogismus necessarius est, nā dæmones futura cōtingētia nesciunt, nisi quę cōiecturis, causisue naturalib⁹ assequuntur, aut angelorū prænuntiatione, quę docet August. quod ministerio dæmonū utatur Dñs, & de futuris contingentibus plurima mentiantur, vnde obliqua oratione in cōtingētibus singularibus uide solebant, ne tenerētur mēdacijs manifesti, vt: Aio te A Eacida Romanos vincere posse. [Mandauerūt mihi] i. ne dicas o popule Iudæorū, idola mea hęc fecerunt mihi.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quę audisti, uide omnia, uos autem non annunciauistis. Audistis omnia, & uos non cognouistis, omnem uisionem annunciauistis non autem uos & omnia uide Audisti

Interpretatur D. Hieron. hunc locū *שמעתי וראיתי כל האותות אשר עשה לי* [Quę audisti uide omnia] i. uide cōpleta oīa quę audisti, & quę prænūciata sunt tibi in ueteri testamēto, de rebus quas illi populo præsignificauit euenturas, quod Sara senio cōfecta esset paritura, q̄ orbus liberis Abrahā, ipse senex ætate prouecta, ex uxore sterili, & cui iā defissent fieri muliebria, sobole esset procreaturus tantā, & tot posteros habiturus, quot essent astra, & sydera, quanta maris esset arena, quod quadringentis annis futurus esset captiuus apud Aegyptios, post quos à Domino in libertatē esset asserendus, quod Chananæorū terrā esset possessurus, & reliqua huius notę omnia, quę cōpleta uidebant. Quod autē sequitur [Uos autem non annunciauistis] interpretatur. i. celsitis silentio ueritatē. Hęc D. Hieron. iuxta sententiā Hebræorū. Nā iuxta editionem Lxx, de Christi aduentu hęc omnia explanat. Interrogarem Iudæos libenter, quomodo cohereret quod dicitur, Iudæos celsa silentio hęc [Uos autem non annunciauistis] cum singulis sabbatis in suis synagogis hęc legerentur? quod ueteres Iudæi, qui sic interpretabantur, facile resellerēt à nostris, aliā rimā inuenere, & hūc locū sic explanant, vt explanat VATA. [Uos nonne annunciauistis?] ac si dicat, fateri cogemini sic euenisse. Nā Iudæi aut faciunt ad nihilum recidere prophetias, aut uanos sensus, & fatuos eruūt ex literis sacris, aut mentientē facere nō dubitant scripturā, vt aiunt ATHAN. HILAR. & reliqui patres dū Christo aduersentur. Fatebantur hęc Iudæi, nec necesse erat eos cogi, o miser Iudæi. Hęc omnia Christo congruunt & iuxta Hebræā lectionē, & iuxta translationē D. Hieron. non solū iuxta translationem Lxx: [Quę audisti uide omnia] i. ecce cōpleta sunt, quę audisti de Christo. Quod D. Augustino semper in ore est: Audi prædicta, uide completa, semper em̄ hoc D. Augustino natat in labris aduersus Iudæos [uos autem non annunciauistis] illa. s. esse uaticinia de Christo quę complebantur, sed peruertebatis prophetias de Christo. Lectio Hebræa uerbi potest duobus modis, vt vertit D. Hieronymus, quod sumus interpretati, & ad hunc modum: Audisti uisionem omnem, & uos nunquid narrauistis? i. audisti prophetiam omnem de Christo, nunquid uos eam explanastis, o sacerdotes, & scribæ, ut populus eam intelligens Christum reciperet? quasi dicat, Non. Vnde adhibendus est ille Canon, de quo sup̄rā sæpē diximus, ut intelligas translationem Lxx seniorum, Lxx uiros ferē nunquam reddere interrogationem, ubi obscura est, sed sententiā, aut responsionem interrogationis. Cū ergo Hebræicē legatur: Audisti uisionem omnem, nam *ראיתי*, sic dispunctum, uerbum est, & significat, uide, ut reddidit D. Hieron. *ראיתי*, uerò sic dispunctū

nomen est, quod magis congruere, arguit adiectiuū fœmininū sequens, אָדָּמָה, nam adiectiuū illud fœmininū, absolute positū, nusquā ferè reperietur, vt significet omnia, ppriè igitur vertes [Audisti prophetiā omnē] vt sit illud Augustini: Audi prædicta, vide cōpleta. Deindè [et vos nūquid narrabatis?] quasi dicat, Non, hoc est, cū videretis cōpleri prophetias, nō declarabatis id populo, pro quo Lxx dixere [audistis omnia, & vos nō cognouistis] affectata ignorātia, s. pro interrogatione reddūt responsonē, iuxta illud: Vt vidētes nō videant, & audientes non audiāt. Videbāt, vt diximus suprà ex Tertull. Christū ea facientē miracula, quæ facturū præsignificarant prophetæ, & nō videbāt Christū esse, audiebant Christū, docentem se esse verum Deū, & verū hominē, & innumeris editis miraculis, quod dixerat, probantē, audierāt patrem omnipotentē voce cælo delapsa id testantē, & nō audiebāt auribus mētis. Nā vidisse Iudæos prophetias cū cōplerentur, & cōpletas eas esse, docet IOSEP. de bello Iud. li. 4. cap. 22. & cur aliò referat, nec planè de Christo explicet, suprà dictū est plurib⁹. Fatetur ergo, dū prophetias vanas esse credit, & contēnunt, Iudæos cōpleſse oēs prophetias. Lectio Hebræa potest etiā veriti: Audisti prophetiā omnē, & vos an non narrabatis? vt cōueniat cū illo euangelij: Vbi Magis aduētantib⁹ Hierosolyma, dixere Iudæi, vbi Christ⁹ nāsceretur: Et, Tu Bethleē terra Iuda, &c. B Nā quod Lxx reddidēre [nō cognouistis] vbi vidētur præ se ferre Iudæos nō cognouisse Dñm fuit affectata ignorātia, & vtrunq; verū est, & est quæstio inter Theologos disceptata, cū ali bi dicat scriptura eos dixisse: Hic est heres, venite, & occidamus eum. Alibi: Nam si regem gloriæ cognouissent, nunquam eum crucifixissent.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Audita tibi feci noua ex tunc, et conseruata sunt quæ nescis.

Sed audita tibi feci noua ex nūc quæ debent fieri.

Am hoc loco libenter quærerē ab ijs qui referunt hæc verba inuita & reluctātia ad pœnas, quas irrogauit Dñs populo Iuda, quæ tandē mala nunciat Dñs noua, quæ nō antea prædixisset Moſes, Eſdras, nō seruātibus legē Dñi omnia mala sunt minati, neq; quicquā noui accidit illis, quod nō prædictū sit, si desciuissent à lege Dñi, & seruissent dijs alienis. Quæ sunt igitur illa quæ cōseruata erāt? & quæ nesciebat populus futura mala? Sed VATAB. ISID. Clarius & alij, de captiuitate Babylonica intelligūt. Quid? Dñs tantum mala nūciat, mala tribuit suis? Hoc se Deū ostēdit quod præsignificet impendētia mala? & nō potiùs quod author sit bonorū, & nouis subindē beneficijs nos augeat, & amplifiet? & quomodo Iudæi nō nouerāt captiuitatē Babylonicā? quasi verò per Eſaiā primū prædixerit captiuitatē Babylonicā Dñs: non prædixerat prius per prophetā David? Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, & centies aliās. At dicit Vatablus, nouē esse prædicta: eadē opera nouē prædicta dices, quæ præsignificauit Moſes. Nō possunt ergo his cōuenire [quæ conseruata sunt apud me, quæ nescitis] neq; Dñs ea conseruauerat apud se quādo illa præsignificarat per David prophetā, neq; verū erat Iudæos nescire tēpore Eſaiæ. Ergo [noua fecit Deus nobis audita ex tunc] i. ex veteri testamēto: nā vetus testamētū noui typus, & figura est, & prophetiæ oēs sunt de Christo [cōseruata sunt apud me quæ nescis] cōgruāt ad verbū cū Pauli verbis illis ad Coloss. cap. 1. Vt impleā verbū Dei, mysteriū quod absconditū fuerat à seculo & à generationibus, nunc autē manifestatū est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius. Vides quod Eſaias dixerat conseruatū, & abstrusum in ipso Deo, & nescitū, dixisse Paulū, In alijs generationibus nō agnitū filijs hominū, vt nunc reuelatū est sanctis apostolis eius. Et vides interpretatū fuisse Paulū, quo modo quæ præsignificata fuerunt, omnia de œconomia redemptionis cōseruata fuisse dicātur, & abstrusa apud Dñm, & nescita, & ignorata hominib⁹: ad Ephes. em cap. 3. ait, quod in alijs generationib⁹ nō est agnitū filijs hominū, vt nunc est reuelatū sanctis apostolis eius, vt agnita quidē fuerint, quia prædicta per prophetas, nō agnita verò sicut nūc reuelata sunt sanctis apostolis eius, gētes videlicet futuras esse coheredes, excludēdos esse Iudæos, quoad intraret plenitudo gentium, delictū Iudæorū delicias futurū mundi totius, diminutionē Iudæorū futurā diuitias gentiū, Iudæorū amissionē, reconciliationē mūdi futurā. Lege interpretes D. Pauli, & intelliges quo modo vaticinia noui testamēti scita, & prædicta, abscondita, & nō agnita dicātur à Paulo, cōseruata apud Dñm, & nescita dicātur ab Eſaiā. Lxx sententiā huius loci reddidēre, non tā benè D. Hieron. [Audita feci noua ex nunc, quæ futura sunt. i.

Asunt] si prædixi nouā legem futuram. Lectio Hebræa ad verbum sic legi potest [Audita tibi feci noua ex tunc, & conseruata vel abscondita, & non nouisti ea] vt sint eadem verba cum verbis Pauli quæ dixi, & cum illo quod ad Romanos scripsit cap. vltimo, secundum reuelationē mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est, quod sæpè à D. Paulo repetitur, & à D. Petro scribitur epistola prima, cap. 1.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nunc creata sunt, et nō ex tunc, et ante diem, et nō audisti ea, ne forte dicas, ecce cognoui ea, nec audisti, nec cognouisti, nec ex tūc aperta est auris tua. Scio enim quia prauaricans prauaricaberis & transgressor ex vtero vocauit te.

Et non dixi, nunc fiunt, et nō olim, & non prioribus diebus, & non audisti ea, ne dicas certè noui ea, nec nosti, neque sciuiſti, nec à principio aperui tuas aures. Noui em quod prauaricās prauaricaberis, & transgressor legis adhuc ex vtero vocaberis.

N Vper sunt creata à me] ait VATAB. i. decreta à me, & non antea: viderint hoc patres, ad quos hoc spectat. Mihi sanè non videtur huiusmodi doctrina recipienda, quod ab æternō omnia sunt à Deo præuisa, & præcognita, & quod subiicit [Neq; ante hunc diē illa audiueras] falsum hoc est, cum, vt diximus, ea prædixerit David, & multo antè sint prænunciata. Rectè ergo patres veteres aiunt Iudæos mendaces facere prophetias, vt Christo aduersentur. Ergo interpretābimur hæc de Christo quæ conuenientiùs lectioni Hebrææ, & significantiùs multò reddidit D. Hieron. [Nunc creata sunt, & non ex tunc] idē significare videtur quod verba illa Pauli de quibus dixi: Nūc autē manifestatum est mysteriū Christi sanctis eius. Sensus ergo est, illud mysterium Christi, quod Paulus dixit, absconditū fuisse à seculo, & à generationibus, Eſaias ait cōseruatū in Dño, & nescitū, nūc manifestatū esse sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramēti huius. Ergo [nunc creata sunt] i. nunc horū scientia delibata est animis apostolorū, nunc manifestata sunt sanctis eius [non ex tunc & ante diem] i. non ante hunc diē, quia vt inquit Paulus, alijs generationibus non est agnitū, olim & ante hunc diē hæc non erāt cognita. Idem significat translatio Lxx [Audita feci noua ex tunc, quæ futura sunt] i. res noui testamenti feci auditas tibi multo tēpore ante quā res fieret [et nō dixi] non reuelauit vt nunc manifestata sunt sanctis apostolis, non olim nec prioribus diebus. [Nunc fiūt] i. cū homo sum factus, nūc manifestantur: [Et non audisti eane forte dicas] quauis reuelatū sit mysteriū Christi tempore apostolorum, quod fuerat absconditū à seculo, vt Paulus inquit, tu nō audisti, neq; credere voluisti [ne forte dicas] vel vt vertēre Lxx: *non videras, nec dixeris, & [et] significat, ne forte, & nō, vt verti possit, nec dices [ecce cognoui ea] cū tu ea reuelasti scilicet. i. cū credidēre gentes, ego quoq; credidi, [neq; audiuisti, neq; cognouisti, neq; ex tūc] i. postquā ego reuelauit aperta est auris tua] i. neq; audire voluisti sermones meos [scio em quia prauaricans prauaricaberis] quia incrassatum erit cor tuū, & prauaricator eris aduersum Christū, trades illū Romanis, dices: Non habemus regē nisi Cæsare [ex vtero] à tua origine [transgressorem vocauit te] semper fuisti prauaricator quod discis ex oratione D. Stephani Act. cap. 7. Hæc Christi tēporibus cōueniūt omnia, & cōgruunt literis euangelicis repugnāt Iudaicis fabulis: quid ergo audimus Iudæos?*

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Propter nomen meum longè faciam furorē meum, & laude mea infranabote, ne intereas.

Propter meū nomē ostendā tibi furorē meum, & gloriosa mea inducam super te, vt non destruam te.

P Ropter nomen meū longè faciā furorē meum] Lxx [Propter nomen meū ostendā tibi furorē meum] in causa est verbum אָרַר, à verbo אָרַר, quod significat elongare, quod dicunt Hebræi, quod vertit Hieronymus [longè faciam] vt sit: Propter nomen meum longè faciā furorē meum. i. non irascar quantum irasci debebam. Significat etiam extēdere, quod elongare dicunt etiā Hebræi, quo intellectu frequentissimū est hoc verbū, & vertūt Hebræi prolongare, vt Deuteron. 5. Prolongabitis dies super terram. i. habitabitis super terrā dies multos, & ita Lxx intellexisse videntur hūc locū: videntur em vertisse [propter nomē meū prolongabo furorē meū] i. per multos diēte caltigabo, & te puniā, & per longū tempus, quod dixere

ipsi Lxx [ostendā tibi furorē meū] i. experiere quantus sit furor meus. Agitur enim millēsimus quingentesimus annus, cum incensis omnibus vrbibus ludæ, pulsi proprijs sedibus, & extrahēti per omnes pœnas ludæi viuunt, neq; instaurabūt vllō vnquā tēpore proprias vrbes, neque recuperabūt proprias sedes, neq; habebūt proprias vrbes alias, neq; propriū regē, neq; sacerdotē, neq; templū. Vide quam prolongetur furor Dñi, q̄ longo tēpore irascatur ludæis, cum in omne tēpus vsq; ad fines seculorū in iudeos hanc exerat irā, quoad intrēnt in ecclesiā, in fine seculorū. Hoc verbū **LXX** i. extrahā in longū tēpus furorē meū; Vt cōuenit irā Dñi ad uersus ludæos post crucē Christi, ita nullo modo cōuenit captiuitati Babylonicæ. Nunquā a Dño dicitur illa ira protrahā in longū tēpus, septuaginta anni post quos reuocati sunt ludæi ex captiuitate Babylonica in conspectu Dñi nō sunt longū tēpus, & illic non ad modū irascebatur illis, cum præstabat illis beneficia multa, dabat prophetas, eos fouebat. Ergo interpretatio Lxx, vt ait D. Hieron. [ostendā tibi quantus sit furor meus] spectat ad tēpora Christi, & multo magis lectio Hebræa, quæ uerū potest: per longū tēpus ostendā tibi furorē meū vsq; ad finē seculorū, uidelicet, eodē modo explananda est translatio D. Hieron. [propter nomen meū longē faciā furorē meū] i. faciā esse longō tēpore, & durare longō tēpore furorē meū, B quod uerbum Hebræū hoc significat, & ita uertit Pagninus [elōgabo furorem meū] Malē Vatablus. Differa, rarō enim hoc intellectu accipitur apud Hebræos, sed longū faciā potius: sic enim accipitur ferē apud Hebræos. ORIG. contra Celsura lib. 5. Ignē (inquit) Deus mundo illaturus est, nō ut coquas aliquis, sed ut beneficis erga eos qui dolore affiendi sunt, & igne indigent, vnde sacræ literæ truciora quædā edicūt, vt eos pēterrefaciant, qui aliter nequeunt a peccatis auerti, quod docet Esaias. [Propter nomen meū ostendā tibi furorē meū, & gloria mea inducā super te, ne te perdam.] Hæc Origenes, Ergo, ne perirēt ludæi, exeruit Deus aduersum illos tantā iram: sic em̄ innumerabiles respuerūt, & intrarūt in ecclesiā, & intrant quotidie, cum uideant ea quæ supra diximus. Nam si florerent res ludæorū, si haberent regnū suū, & suas vrbes, & Hierosolyma, & templū antiquū, nemo illorū conuersus esset ad fidē, & nostris rebus obstitiissent, & cōdemnarentur omnes. Ergo, iratus est Dñs in illos, ne perirent, & ita hæc prolōgatio furoris Dñi, & protrahō iræ in longū tēpus, misericordia & benignitas est, vt inquit ORIG. [Laude mea infrānabo te] cum ludæi Dñm Samaritanū uocarent, dāmoniū habere dicerent, & in Belzebub principe dāmoniorū eicere dāmonia, & alias blasphemias impiētissimē effutirent: edidit Dñs tot rerū miracula, moriens, resurgens gloriosus, inducens terris in ipso meridie tenebras, cōcutiens omnia terrēmota, suscitans mortuos, spiritū sanctū mittens, edens innumerabilia signa, & portenta, vt frānū iniecerit, & iniiciat quotidie sanctū mittens, edens innumerabilia signa, & portenta, vt frānū iniecerit, & iniiciat quotidie ludæis, vt Hieron. cum dixerit: Laude mea infrānabo te, idē significat quod Lxx, cum ediderint [Gloriosa mea inducam super te, nam Lxx uertūt sententiā hoc loco, nō uerba: i. faciā tot signa gloriosa per me & apostolos meos, vt frānū iniiciā tuis blasphemijs, & obturem ora uestra, o ludæi: [ne intereat] quod Lxx dixere [ne funditus pereatis, ne destruam vos funditus] i. ne detrudam vos omnes ad pœnas sempiternas, sed vt malo coacti innumerabiles ex uobis credant, & salui fiant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce excoxi te, sed nō quasi argentū, elegi te in camino paupertatis, ppter me, propter me faciā ut non blasphemet, et gloriā meā alteri nō dabo.

Ecce uēdidi te nō propter argentū, elegi te de fornace paupertatis, propter me faciā, quia meū nomē poluit, & gloriā meā alteri nō dabo.

Ecce excoxi te] i. expurgauit te [nō quasi argē. paupertatis fornacē in te elegi argento in non & te uēdidi] vt delerē. i. scorias, nā **עֲיִן בְּכֶסֶף בְּחַרְתִּיךָ וְלֹא בְּכֶסֶף בְּחַרְתִּיךָ** (vel) **הִנֵּה צִרְפָּתִיךָ** omne argentū abijisse in scorias, testatur ppheta: i. oēs iudeos fuisse deprauatos, & si delerēt scoriæ, delerentur oēs ludæi. Ex malis ergo uos bonos feci [Elegi te in camino paupertatis, uel in fornacē afflictionis] in iustis nascētis ecclesię cōgruit maximē. Quando em̄ magis tanq̄ aurū in fornacē pbatū sunt electi: q̄ cū initio nascētis ecclesię missi sunt apostoli & discipuli Dñi, tanquā agni inter lupos, & tracti per omni cruciametorū genera, vt in camino & fornacē paupertatis, & expoliationis rerū omniū fuerint probati, & electi fideles in principio ecclesię sicut aurū in fornacē probati, lapidati, secti, occisi: Videtur em̄ PLATO lib. 2. de Rep. in princē & 3. in

A & 3. in fine, mutuatus hæc de sacris literis, ex hoc loco & ex alijs, vt dictū est suprā, ubi describit iustissimos & sanctissimos viros, & eos esse dicit, qui spoliati reb⁹ omnib⁹, affecti infamia, tracti per omnia mala, per omnia cruciamenta, & tormēta, auerti à Deo nō possunt. Et obijci à Deo hos ait his periculis, vt quos neq; uoluptatū blandimēta, neq; hōnos & gloria, nec opulētia titillet, neq; dolor exterreat, aut mors: qui in uirtute perstēt, qui uerē boni, uerē sancti sint, appareant, gemina laurea digni vt coronētur, quōd blandimēta rerū humanarū contēpserint Dei causa, quōd dolores, & tormēta, & mortē neglexerint, & propter se Dñs hæc fecisse ait, vt nomē eius glorificaretur ab hominib⁹, & non idola. Quōd D. Hieron. & oēs Hebræi uertunt, [quasi argentū] Hebraicē legitur **אֲרֶבֶב**. i. pro argēto, nō **אֲרֶבֶב**. i. quasi argentū. Deindē, nisi sic interpretaremur, vt fumus interpretati, uideatur aliquantulū hæc pugnare cū illo Zach. cap. 14. Vram eos quasi argentū. & Malachiæ cap. 3. Emundās argentū. & alijs scripturæ locis. Nā spiritus sanctus obseruantissimus uerborū est: quomodo hic emūdaturū se ait non quasi argentū, & alibi emūdaturū quasi argentū? Lxx pro **וְיִתְּנֵם**, seraptica. purgavi, excoxi, legisse uidentur **וְיִתְּנֵם**. i. uēdidi, vt sit: Non uēdidi uos pro argēto. sitq; illi simile: Ecce in peccatis uestris uēditi estis, & sine argēto uēditi estis, sine argento redimemini. Hæc lectio uerā esse arguit quod Hebraicē non legitur, quasi argentum, sed pro argento: quanquam reddi possit pro argento, vt reddidit D. Hieronymus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Audi me Iacob, et Israel quem ego uoco, ego ipse, et ego primus, et ego nouissimus: manus quoque mea fundauit terram, et dextera mea mensa est calos, ego uocabo eos & stabunt simul.

Audi me Iacob & Israēl, quem ego uoco, ego sum prim⁹, & ego in seipiternum, & manus mea fundauit terrā, & dextera mea firmauit cælū, uocabo ego eos & stabūt simul.

Hactenus superiora de tēporibus Christi fumus interpretati, secuti autoritatē D. Hier. qui uersionē Lxx docet spectare ad Christi tēpora: & sanctorū patrum plerōsq; illa de Christo interpretari, quorū utinā extarēt libri, nec cū rāta Christianæ Reip. iactura interciderent. Hoc igitur D. Hier. rāto testimonio ueluti Ariadnes filo ducti, superiora explicuim⁹. Et q̄ iā ab hoc loco oēs ueteres patres sequētia omnia de Christo interpretantur. Quōd cū ita sit canō interpretandæ scripturæ est, vt superiora, si cohærere uideantur, eodē referamus, nēpē quod ueteres patres, & apostoli & euangelistæ nō omnia enodēt & explicēt, sed quædā quod satis esse putent, ueluti digito fontes ostēdere. AVG. de ciuitate Dei lib. 20. c. 30. hæc omnia & sequētia ad Christū referit, docetq; hoc loco Christū palām appellari Deū, & dicere se à patre missum, & ab spiritu sancto, vt latius postea est dicēdū, vnde sacrosanctā Triadē hoc uaticinio reuelari ostēdit August. cum Deus loquatur, & se à patre missū dicat, & ab spiritu sancto. Idē ait AMBR. de fide lib. 2. c. 4. & D. CHRYS. tom. 3. homel. de spiritu sancto. ATHAN. de spiritu sancto li. 3. in princ. & in medio. EVSEB. Cæsar. li. 6. c. 22. CYRIL. in expositione fidei, vnde certū habeo cōmentarijs Cyrilli nescio quē suos cētones inferfisse: nā agnoscas in cōmentarijs Cyrilli, ingenij Cyrilli lumē, qui ecclesiæ catholicæ splēdor fuit appellatus, quædā, si Aristarchū agas, dicas & iures supposititia, sapere Iudaismum. Et certē ego nactus sum uetus uolumen cōmentariorū Cyrilli manuscriptū, quo lectissima quæq; ex singulis capitib⁹ explanantur nō singula. Hi ergo authores locis citatis sequētia de Christo explanant, & alij oēs ueteres. Sic em̄ loco citato AVG. nēpē ipse qui loquitur, Deus à propheta dicitur, nec tamen inteligeretur Christus esse, nisi postremō addidisset [Nunc Dñs misit me & spiritus eius, quod idē dixit contra Maximinū Ariandū lib. 3. cap. 20. tom. 6. ubi cū hæc uerba citasset, subiecit: Quid his apertius? & sic cæteri, nam omnes sancti sic citant hæc uerba, vt apertiora putent, quā vt explananda sint. Tamen quoniam in controuersiam uocata sunt postea, non solum à ludæis, sed etiam à quibusdam nostris: agē, Hebræa & Græca expendamus, quod hætenus etiam fecimus, & uideamus, Christo ne conueniant singula an Cyro, & Babylonijs, vt ludæi arbitrantur. Ergo [Audi me Iacob & Israēl quem ego uoco] i. ad quem ego missus sum. Nam hoc uerbum, uoco, de Christo frequentissimum est in nouo testamēto, vt prima epistola Petri cap. 5. Vocans nos in aternam gloriā. Et. 2. Petri cap. 1. Qui uocauit nos propria gloria, & uirtute. Et Pauli epist. prima ad Thessalonicenses cap. 5. Fidelis Deus qui uocauit nos. Et Matth. cap. 9.

tericis medijs de Babylone & Chaldeis, per parenthesim, vnde liberasse Dominus se dicit. A rat Iudæos, & reduxisse in patriam, redijt ad priora iā ab illis verbis [non à principio in occulto locutus sum] quod interpretatur CHRYS. à principio, cum legem tuli vobis in mōte Sina, non in occulto locutus sum vobis, non in occulto dixi vobis me condidisse cælos & fundas se terram, sed in conspectu omnium Iudæorum legem tuli, cum videret vniuersus populus legem ferri sibi à Deo [ex tempore antequam fierent] ex tempore antequam cuncta fierent vel priusquā esset tempus vt fierent [ego ibi eram] cum patre & spiritu sancto vel vt vertere Lxx [quando fiebant illic eram] cuncta componens. i. quia quando præparabat cælos aderā & quando certa lege vallabat abyssum, vel quando fiebat ipsa lex. i. i. ferebatur ipsa lex in mōte Sina ibi eram. i. ego tuli legem, ego eram qui loquebar [& nūc] i. postremo dominantes. i. duę personę De⁹ pater. i. i. mīlit me [& spiri⁹ eius] & spiri⁹ sanctus. CHRYS. interpretari sic videtur loco citato: sic AVGVVS. locis citatis & tomo 10. de tem. sermone 6. de natali Domini sermonez. & de ciuitate Dei lib. 20. cap. 30. & AMBROS. de fide lib. 2. cap. 4. ATHANAS. cum alijs locis tum lib. de assumptione carnis qui cum recitasset verba hæc Esaiæ sic interpretatus, vt dixi, subiicit. Disce tandem aliquando ò heretice vnitam esse hanc naturę diuinitatē mittentis & missi dum qui in euangelio missurum se spiritum sanctum dicit, ab eo se missum testatur per Esaiam quod idem repetit idem ATHAN. de spiritu sancto lib. 3. & ORIG. contra Celsum lib. 1. & vrget Iudæos hac interrogatione, vt dicant quis hic sit qui se fecisse cælos dicat & missum se à patre & spiritu sancto. EVSEB. Cæsariensis. cap. 22. habes inquit hoc loco mittement patrem & spiritum sanctum & missum Christum quod Latius dixerat idem EVSEB. demonstrationis euangelicę lib. 5. cap. 6. Sic hunc locum explanat D. CYRILL. in expositione fidei & GREG. Nyssenus de Cognitione Dei & D. BASIL. aduersus eos qui negant glorificandum esse spiritum sanctum. Denique nullus veterum est quin sic explanet.

Igitur Iudæorum phalanx à nostris prouocata, quod supra ostendimus, vt diceret iam tandem quis hic esset Deus conditor cæli ac terrę qui Israelē dilexit & ex captiuitate reuocauit? & vbi cunque vult facit voluntatem suam, qui in nationibus infidelibus, quod placitum est facit, qui non in occulto legem tulit sed de cælo locutus est in monte Sina? qui se nunc à Deo missum dicat & ab spiritu eius millesimo quingentesimo post anno? commenti sunt responsionē, quam docet R. Abraham R. Dauid. fortasse pro lectione Hebręa *אני ה' ואתי*, ex tempore essendi ipsa, hoc est cum hæc fierent ibi aderam, cuncta componens. i. scribere *אני ה' ואתי*, ex tempore essendi ipsa & dicunt ex tempore quo fuit hæc propheta: subaudiunt enim hoc verbum propheta. Quanquam PAGNINVS non dubitarit sententiam Iudaicam textum sacrum facere more suo, quod Iudæorum impietas facere nunquam est ausa, vt scripturę sacrę verba adderet, at qui plerisque Rabinorum liquet esse interpretatos verba Hebręa à tempore essendi ipsa, supple, lex. i. cum lata lex est in monte Sina, quę interpretatio nobiscū facit. sic enim percontabuntur veteres patres Iudæos ipsos, quis hic sit Deus conditor cæli, & terrę, qui regit astra, & cui omnia parent, & qui in Babylone, & inter infideles nationes facit voluntatem suam, & reducit populum suum ex captiuitate, qui que in mōte Sina legem tulit qui aderat ibi cum lata lex esset, qui nūc se missum dicat à Deo, & spiritu sancto. nolūt Iudæi hæc coniuncte legere sed diuisim, excerpunt enim particulas ne refellantur sequentibus, aut præcedentibus: non coherent hæc superioribus aiunt. Hic incipit loqui propheta. Hęc sunt Iudæorum commenta, hæc fraudes. loquitur à principio Deus audi me Iacob: ego ipse primus, manus mea fundauit terram, ego loquutus sum, non in abscondito loquutus sum, & cum Dominus loquatur & loqui se dicat, mentiri Dominum dicent Iudæi, & verba esse propheta: ex tempore antequam fierent? &c. En cur placeat quibusdam ex nostris Iudæorum causa, En cur damnent causam veterum patrum, Pergūt porro dicere Iudæi [cum à tempore essendi hæc propheta, aderam] vt sint verba propheta, & propheta dicat se adfuisse cum hæc facta est propheta, quę sententia tam placuit Pagnino, vt illam faceret textum sacrum. Primum quę tãdem stultitia est, vt propheta dicat: Cum hæc prophetabam, ibi ego eram? mirum ni esset alibi cum loquebatur, & prædicebat futura, talem quandam sententiam non dico propheta sed ne stipes quidem aut caudex diceret: cum vobis hæc dicebam ibi ego eram, an non excitaret cachinos, qui hæc diceret inter prudentes viros? sed Iudæi stolidos prophetas facere, dum Christi oracula obscurēt, nō dubitant. quod aiunt veteres patres. loquitur Dominus à principio, loquitur superiora omnia, nulla facta distinctione & verba dices esse propheta, & vt propheta verba facias: fa-

acias: facies ea stulta, & ridicula? quod si dicas [quãdo fiebant hæc ibi ego eram] ergo in vastitate regni Babylonis erat Esaias, aut in monte Sina, cum lata lex est? Nam certe stultū est si dicas prophetam dixisse, cum ego prophetabam, illic eram, vbi prophetabam. Diluit hoc dubium ISIDOR. Clarus: Quando, inquit, fiebant, ibi eram, quia prædixi Senacheribum delendum: & quando Senacheribus est deletus ibi eram ego. Pulchrè, de captiuitate Babylonica agitur & de Cyro, & dubium inde natum dissoluitur historia Assyriorum, quæ ducentesimo ante anno fuit. Non possunt vobis diuersa prodesse, si de Chaldeis, & Babylonijs sermo est, Chaldeo tum vastitate interfuisse se diceret propheta, quæ CC. post prophetam anno fuit. Si de Senacheribo interpretamini, de Senacheribo igitur superiora dicta sunt, quod falsissimum est, vt ipsi Iudæi fatentur, vt redeat oratio ad stultitiam, quã diximus, vt dicat propheta, se ibi fuisse, vbi hæc vaticinaretur, quod est vnum ex elēchis apud Aristotelem, si aduersarium ad absurdū adduxeris, aut vt cogatur dicere stulta & fatua, aut vt dicat contraria, aut non coherentia inter se. Ergo sententia veterum patrum qui omnes ad vnum, hæc de Christo interpretantur, & de sacra triade, verissima est, vt Deus, qui vsque ad hæc verba loquebatur, & se condidisse cælum, & terram dixerat, & habere sibi omnia dicto audientia, & se inter genteis infideles facere quod vellent, & se reuocasse suos ex captiuitate in patriam, & se in monte Sina in omnium conspectu legem tulisse suis, nunc missum se à Deo, & ab eius spiritu dicat, vt sancta hic Trinitas declaretur, neque hoc vlla Iudæorum fraude conuelli potest.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Hęc dicit Dominus redemptor tuus sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docēs te vtilia, gubernās te in via qua ambulās. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumē pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena semen tuū, & stirps vteri tui, vt lapilli eius. Non interisset, & nō fuisset attritum nomen eius à facie mea.

Sic dicit Dominus, Dñs, qui liberauit te sanctus Israel: Ego Dñs Deus tuus docui te vt inuenires tu viā, in qua ambulabis in ea, & si audisses mādāta mea, facta fuisset vtique sicut flumen pax tua, & iustitia tua quasi vnda maris, & fuisset vtique quasi arena semē tuum, & stirps vteri tui vt pula isterræ. Neque nūc exterminaberis, neque peribit nomen tuum in conspectu meo.

Præmulgatio Euangelij describitur his verbis [Hęc dicit Dominus redemptor tuus sanctus Israel] Christus enim redemptor dicitur, & sanctus Israel, & dicitur etiam Dominus, qui liberauit nos vt reddideret Lxx [Ego Dominus Deus tuus docēs te vtilia] i. docens te legem nouam & vsum eius. Lxx, docui te vt inuenires viā, docui te legē nouā, & adiuui vt ad eā venires, quod D. Hieron. dixit, vtilia. i. docui vsum eius. Verba Hebræa ad verbū sic verti possunt, Ego Deus, De⁹ tuus, qui docui te, vt te iuuare, quæ conditio legis nouę est, nā lex vetustantum præscribat, quæ essent faciēda, lex noua, præscribit quidē quę sint faciēda & dat gratiā adiuuante [Vt ponerē in via quā ambulares] qui sic docui te, legē euangelicā scilicet, vt te iuuare & vt darē gratiā præuenientem [In via, quā ambulares] & vt darē gratiā cooperantem [Vtinam attendisses mandata mea] vtinam accepisses legem euangelicam [Facta fuisset sicut flumen pax tua] copia bonorum omnium te inūdasset, alludit enim ad id de quo dicendum est, Ego declino ad eos vt flumen pacis [Et iustitia tuā sicut gurgites maris] iustificatio tua, & gratia donorum spiritus sancti, sicut fluctus maris apud te fuissent [Et fuisset quasi arena, semen tuum] conuerteretur ad te orbis terrarum [Et stirps vteri tui sicut lapilli maris] quod Lxx interpretati sunt. i. vt puluis terrę, hoc est haberes innumerā sobolem [Non interisset nomē eius à facie mea] O Iuda si Christum recepisses, non subuertisses Hierosolyma, neque delesses vrbeis Iudææ. Lxx per futurum hæc vertere quod Hebraicè per futurū dicta sunt, quæ valēt pro præteritis, & pro futuris. Sed Lxx significare putant his verbis non profus delendos Iudæos, quod factum est, sunt enim duraturi vsque ad fines seculorum & tunc intrabunt in ecclesiam.

D. HIE-

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annunciate, auditum facite hoc & afferte illud vsque ad extrematerræ. Dicite. Redemit Dominus seruū suum Iacob. Nō sitierunt in deserto cum educeret eos, aquam de petra produxit eis, & scidit petram, et fluxerūt aqua. Nō est pax impijs, dicit Dominus.

ANō scripturæ est præscriptus à D. Augustino, & Hilario, vt dictum est, vt singula expendamus diligenter, quod quædã verba poni solent à spiritu sancto in scriptura, quæ nos ab eo sensu, qui prima facie sese offert, resiliere cogant, & alio intendere animum: vt hoc loco ne ad liberationem captiuitatis Babylonicæ hæc verba referas, impedimento sunt illa, quod neque aqua de petra scissa est redeuntibus de captiuitate Babylonica, neque cætera quæ hic dicuntur, vt ad Christum intendere animū oporteat. Et [Egredimini de Babylone] dictum sit vti illud: Venite ab oriente, & ab occidente ad aquas, & bibite, vt venite à Babylone, dictum sit per Synecdochen, vt ex parte totum significetur, venite ex omnibus orbis partibus, venite à Babylone, fugite ex illa vrbe magna, cuius meminit Ioannes Apocalypseos 14. & 16. & 17. 18. i. fugite ab errore gentium [& in voce exultationis annunciate] Euangelizate, sic enim Lxx [Euangelizate vsque ad extremum terræ] nam lex uetus substituit intra terminos Iudææ, euangelium vsque ad extrematerræ peruenit [Dicite populum Israel redemisse Dominum] i. genus humanum. hunc locum [Exiens à Babylone, fugiens à Chaldæis] explanat AMBROS. in primum psalm. Dauidicum, non longe à principio mirifice [Non sitierunt in deserto, &c.] Omnia quæ sequuntur, sunt ea quæ dixi non posse conuenire liberationi ex captiuitate Babylonica, aduertendum est tamen quod supra sæpè diximus, prophetam Esaiam, cum vaticinatur de lege noua, historias legis veteris citare tanquam typos, & figuras eius rei de qua sermo sit, quod nunc facit [Non sitierunt in deserto, cum educeret eos] meminit historiæ illius, cum liberati Aegyptiacâ seruitute sitijt populus, & eduxit Dominus aquam de petra, & præ se fert typum esse apostolorum & fidelium, quos ducturus erat Dominus per desertum gētium, neque sitierunt quod è petra exculpsit aquas. i. de Christi latere sacramēta legis nouæ, vnde fluminibus, & fontibus exuberare cœpit desertum, hoc est ecclesia ex gentibus cœpit exuberare doctrina cœlesti & spiritali: CYPRIAN. lib. 2. epistolarum epistola 3. interpretans hunc locum: Findetur, inquit, petra & fluat aqua & bibet plebs mea, in euangelio impletur quando Christus, qui est petra finditur ictu lanceæ in passione, qui admonēs quid antea per prophetam sit dictum, clamat & dicit, si quis sitit veniat & bibat. sic etiam explanat idem CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 1. cap. 12. Sic AVGVST. de tempore serm. 93. & sermone 2. feria 3. post tertiam Dominicam in Quadragesima de raphidin, & de petra percussa. Ecce petra habet aquam, sed percussa, Christus in cruce noui testamēti fontes eduxit, necesse enim erat vt ille percuteretur: nisi enim ille percussus fuisset, & de sacro eius latere sanguis, & aqua manasset, vniuersus mūdus sitim verbi Dei patiens, interijisset. Quod ergo Hieronymus dixit. Non sitierunt in deserto, cum educeret eos, dixerit Lxx sententiā magis reddentes, quam verba [si sitierint per desertum ducet eos, aquam de petra educet eis] i. scaturigines, & fontes aquarum de Christi latere, quod supra dixerat Dominus positurum flumina in deserto, & bestias, & dracones laudaturos Dominum, de quibus supra diximus [Non est pax impijs] dixerit Lxx: non est gaudere impijs, eadem sententiā: Quibus verbis post significatam foelicitatem credētū, prædici puto vastitatē, quæ excepit Iudæos, qui non crediderunt [Non est pax impijs] impios & infideles, bella multa, mala innumera excipient. Lege AVGVST. in confessionū lib. 10. cap. 22. & de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 8. & in psal. 86. prope finem, & tom. 10. serm. 37. de gaudio sæculi: & ISYCH. in Leuiticum lib. 7. prope finem.

INESAIAE

Exi de Babylone, fugiens à Chaldæis, uocem exultationis annunciate, & auditum fiat hoc, annunciate vsque ad extremum terræ. Dicite: redemit Dominus seruū suum Iacob. & si sitierit per desertū ducet eos, aquam de petra educet eis. scindetur petra, & fluat aqua, & bibet populus meus. Nō est gaudere impijs dicit Dominus

A INESAIAE CAP. XLIX.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Audite infula, attendite populi de longè, Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

Audite infula, attendite gētes post tempus multum stabit, dicit Dominus de ventre matris meæ vocabit nomen meum.

nomē meū recordari fecit matris meæ vterū de me vocauit vtero ab Deo de longè populi. attendite & me infula Audite

שמעו אלים אלי וקשבו לאמים מרחוק יהיה ממשן קרנני ממשן אמי הובר שמי

Hoc caput omnes de Christo interpretantur. Sed hunc locum aliter intelligunt, & legit Lxx seniores, quam D. Hieronymus. Nam uocem illam, מרחוק. i. à longinquo, vel à longè, D. Hieronymus interpretatur. i. longe summoti, Audite euangelium in ultimis finibus terræ gentes, & infula, Lxx seniores [Audite infula me, & attendite populi de longè] i. longo tempore ante quam res fiat, quod prius dixerat propheta, Ecce nomen Domini de longinquo uenit. i. longo post tempore, vt uidentur intellexisse Lxx, qui uerterunt: Ecce nomen Domini post multum tempus, ubi est eadem uox Hebræa, quæ hic מרחוק, i. de longè: hoc est multo tempore, antequam fiat. Ergo uocē, מרחוק, uerterunt illic, post multum tempus erit, hic reddidere, post multum tempus stabit. EPIPH. contra hæreseis lib. 3. cap. de Colliridianis hæreticis, cū hunc locum citasset, omnia hæc quæ prædicit inquit Esaias nondum erant perfecta, futura tamen erant, & in filio Dei complenda post M. DCCC. plus minus annos: tamen uitiatus est numerus apud Ephiphanium, non enim tantum annorum intercessit inter Christum & Esaiam. PROC. & CYRIL. longo post tempore erit inquit Christi aduentus. Illud magis expendendum quod lectio Lxx uitiata à Iudæis arguit lectionem Hebræam, iuxta Canonem præscriptum à D. Hieronymo, quo nos monet ex lectione Lxx posse nos deprehendere, quæ addita quæ uel detracta in testamento ueteri sunt. sic legebatur vt docent Lxx [Audite infula, attendite populi de longè] uel à longinquo, ait Dominus, vt appareret uerba esse Christi, uerbis illis, [ait Dominus] ybi pro Dominus fere Hebraicè est, leoua. i. Deus, & Dominus absolute de Deo dicitur, cum ergo Christus loqueretur, & diceretur Deus illis uerbis [ait Dominus] & rursus, sequeretur: Deus ab vtero uocauit me, plane Christus diceretur Deus & homo, cum Deus dicat se uocatum à Deo ab vtero matris suæ: ubi Deus Deum uocat, Dominus Dominum: hoc est pater filium, quod notat PROC. in Commentarijs: aduerte, inquit, in præsentia, quid dicat Dominus de Domino, ait enim Dominus Dominum uocare se ab vtero, ubi Procop. uidetur hanc lectionem agnoscere Lxx [Audite infula, attendite gentes post tempus multum stabit, dicit Dominus, Dominus de ventre matris meæ uocauit nomen meum] vt bis legatur Dominus & Dominus uocari Dominum, vt duos dominantes agnoscas cum Procopio. Et certe Hebraicè est: Et Dominus uocauit me, aut Deus ab vtero uocauit me, vt non solum ex Procopio, sed etiam ex Hebræa lectione in editione Lxx seniorum reponenda sit illa dictio Deus, aut Dominus, legendumque, Deus, uel, Dominus de ventre matris meæ uocauit nomen meum. Nam confessum est, sic legendum [Dominus ab vtero uocauit me] sed inter nos & Iudæos controuersia est, non utrum legendum sit Deus uel Dominus ab vtero uocauit me, quod dolent Christum hic appellari Deum si priora uerba referantur ad Christum ut Christus dicat: [Audite infula attendite populi, & cetera] idque significet propheta cū subijcit, dicit Deus & sequatur postea: Deus ab vtero uocauit me, si Deus dicit, se uocatum à Deo ab vtero matris suæ, Deus igitur hic dicitur incarnatus, cum Deus loquatur, & nominatum se à Deo dicat ab vtero matris, in vtero matris ergo fuit, & natus est homo, hoc dolet Iudæis uehementer, Christum dici tam planè Deum, & hominem, & ob eam rem expunxere illa duo uerba: ait Dominus, vt superiora uerba referrent ad Esaiam prophetam, aiunt enim superiora uerba esse Esaiæ prophetæ, & non Christi: sed habemus Lxx duos testis multis seculis ante aduentum Christi, qui testantur sua tempestate lectum fuisse Hebraicè [Audite infula, attendite gentes post tempus multum stabit, dicit Dominus, Dominus de ventre matris meæ uoca-

In fine cō-
mentario
rum in
87.

tris meæ vocavit me, &c. Sic enim hæc legit Procopius, vt lectio Hebræa castigetur ex trala-
A tione Lxx additis duobus verbis [Audite infulæ, attendite populi de longe Dixit Dominus]
& rufus lectio Lxx, castigetur ex Hebræa, addito vno verbo, Dñs de, ventre matris meæ voca-
uit nomē meū. Iudæi em̄ omnia turbāt, vt ostendim⁹ ex psal. 17. q. duob⁹ locis Hebraicè est scri-
ptus, collatiōe vni⁹ loci corrupti à Iudæis, maximū mysteriū esse cēlatū. De⁹ autē dicitur vita,
lux sapiētia, alijq; nominibus Diuinitatis ante sacrosanctam incarnationem, quando incarna-
tus est, nominatus est ab angelo iussu Domini, Iesus, dictus est & Christus, Emmanuel, alijq;
nominibus. Quod significant verba illa, dixit Dñs, & postea [Dominus ab vtero vocavit me] v-
bi Dominus à Domino nouo nomine est appellatus. Quod autem D. Hieronymus vertit, Do-
minus ab vtero vocavit me, &c. Lxx non vertere ad verbum, sententiam expressisse contenti,
edidere enim [de ventre matris meæ vocavit nomen meum] vbi plane prædixisse videntur il-
lud, si attendas benè, quod completum est Lucæ 1. cum per angelum Gabrielem sic ad Mariā
loquitur, Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, sic interpretā-
tur D. Hieronymus & Cyrillus, vbi dubium illud proponitur, cur cum prædictum esset vocan-
dum esse Christum Emmanuelem, ab angelo sit vocatus Iesus, qua de re multa in cap. 7. dixi-
mus & quod Hieronymus vertit [recordatus es nominis mei] Hebraicè legitur: [Meminisse
fecit nominis mei] quod mire congruit cum loco citato, cum Gabriel sacratissimæ virgini
verbis Dei nunciat, vt meminerit vocare nomen eius Iesum; hoc enim significat quod He-
braice legitur fecit meminisse id est, monuit Dominus sacram Mariam vt memor esset vo-
care nomen eius Iesum, his verbis, & vocabis nomen eius Iesum, versio igitur Hieronymi
explananda est, vt sit metonymia scripturæ qualis est illa, nunc scio id est, nunc sciret feci,
ita recordatus est, id est, fecit sacram virginem recordari nominis mei id est, vt me appel-
laret Iesum. AMBR OSI VS. in psalmum 35. Ex vtero Dominus vocavit nomen meum, illud
nempe: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel
.i. nobiscum Deus, quod quid est aliud, nisi quod filius Dei, nomen est Christi? quibus verbis
AMBR OS. hunc locum longè secus interpretatur, quam alij patres: putat enim huius loci sen-
sum esse: Patrem, qui fecit vt sumeret formam serui, & ideo seruū appellat illū, declarasse quo-
que illum ab vtero matris Deum esse, cum ab vtero matris per Esaiā appellauerit Emmanuel
.i. nobiscum Deus. i. Deus inter homines, & per Gabrielem Lucæ 1. Ideo quod nascetur ex te
sanctum vocabitur filius Dei: quibus verbis bis Christum appellat Deum cū sanctū vocat, sic
enim in scriptura Deus appellatur, quados vel quodes. i. sanctum Israelis, vel sanctus absolutè,
& cum dicitur filius Dei, quod filius Dei, Deus sit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et posuit os meum quasi gladium acu-
tum & in umbra manus sue prote-
xit me.

Et posuit os meum quasi machæ-
ram acutam & sub protectione ma-
nus suæ abscondit me.

CHRYS. tomo 5. in sermone aduersus Hæreticos, occultauit in pharetra corporis Deus di-
gnitatem deitatis filij à Dracone, vt occideret Draconem, vnde [posuit Deus os meū qua-
si gladium acutum. PROC. positum est inquit os ipsius vt machæra acuta, quæ refecet & ampu-
tet vitia & putrida quæ sunt, & peccata, & quæ refecet & amputet morte dignos, & separet à re
liquis, ait enim Dominus in euangelio, non veni pacem mittere, sed gladium, ergo prædicatio
euangelij machæra dicitur contra diaboli tyrannidem. dedit etiam nobis spiritus macheram
hoc est verbum Dei, quo insidiantes demones repellimus, & hæc machæra est de qua alibi: In-
ducet Dominus macheram sanctam, magnam aduersus draconem, & hac machæra oris ipsius
Petrus occidit Ananiam & Sapphiram, & oratio Ezechie Rhapsacen hac machæra terga uer-
tere coëgit, Paulus Elymam occæcavit. Idem ait CYRILL. Prædicatio euangelica ore Christi
annunciata gladius erat acutus, & penetrans, tollens tyrannidem diaboli, mundi rectores & te-
nebrarum spiritalia nequitæ, radium cognitionis inferens hominum cordibus, & refecit pec-
cata, & vitia, armans suos gladio spiritus sancti, & verbo Dei, vt currant ad brauium, & obstā-
tes demones terga vertere cogant, quos armavit Dominus illo gladio, de quo supra: Inducet
Deus gladium sanctum, magnum super draconem, hoc enim gladio dedit suis potestatem cal-
candi super dracones victos [In umbra manus suæ protexit me] Hebraicè est יָצַף, sub umbra
quod

A Lxx dixere אָבְרוּחִי אֶבְרוּחִי id est sub vmbaculo, vel sub integumento. Deinde אָבְרוּחִי idem est
quod אָבְרוּחִי. i. abscondit me. vel, textit, vt vertit D. Hieronymus. Non enim posuit D. Hierony-
m⁹ textit me. i. defendit, sed, occultauit me, sic enim est Hebraicè. PROC. Innuit his verbis pro-
pheta verbi vni geniti incarnationem quæ multos latuit [& in vmbra manus suæ protexit me]
PROC. Fecit vt laterē in carne, quam assumpsit, fecit me hominem manu sua, vt sub humani-
tate laterē quod humanitas Christi facta est à patre, & filio, & spiritu sancto: vt leuiathā, inquit
Procopius, serpentem magnum, & tortuosum iugularet, Dominus factus est homo.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Posuit me sicut sagittam ele-
ctam, in pharetra sua abscon-
dit me.

Posuit me sicut sagittam electam, in phare-
tra tua abscondit me, vel in pharetra sua
abscondit me.

B I N codicibus Complutensibus legitur [In pharetra tua abscondit me]. i. In carne tua, & in hu-
manitate tua abscondit me, quod venit Dominus in similitudine carnis peccati, venit qui-
dē in carne nostra, sed purissima, sine vlla labe, nam verbum caro factum est, & habitauit in
nobis, vt in natura humana nostra, tecta diuinitas, serpentem magnum leuiathā iugularet, quod
CYRILL. & PROCOP. inquit, & caro nostra quam Dominus ex Maria virgine sumpsit, re-
ctē pharetra est appellata, vt corpus nostrum à Daniele vagina est dictum. Repugnare videtur
lectio Hebræa, sed facilis fuit mutatio 1. in 7, vt pro אָבְרוּחִי, legas אָבְרוּחִי, & certè mihi vider-
tur lectio admirabilis, quanquam omnes veteres patres: In pharetra sua, legunt, nisi tundendo,
& odio, quod inquit ORIG. exuderint Iudæi à nostris, vt lectio emutarent, quod negarēt
Hebraicè sic legi. mutabant vnam litteram, & postea clamoribus obtundebant nostros, & te-
stabantur falsis eos scripturæ testimonijs vti, quo ad illis multa largirentur nostri & conceder-
ent de suo iure bonæ causæ fiducia. HILAR. ergo in psalm. 119. interpretans hunc locum, in il-
la verba: Sagittæ potentes acutæ: Sagitta inquit Deus hoc loco nuncupatur, & intelligimus
hanc vtilem sagittam esse ad configenda nostra vitia, salubri nos vulnere penetrantem, de qua
C sagitta sponsa in Canticis: Vulnerata vulnere dilectionis ego sum, in poena conscientie malos
cōngit hæc sagitta: in dilectis vitia & peccata vulnerat & sanat, estque deuastrans carbo, & pur-
gans, deuastrat malos, & purgat bonos. Et idem HILAR. in psalm. 126. in illa verba: Tanquam sa-
gitta in manu potentis: sagittarum hic vsus est inquit, vt emissæ celeri volatu ferantur ad desi-
natum locum, & sic in Esaia ait, dictum esse hic: Posuit me tanquam sagittam electam, & in pha-
retra sua abscondit me: Putat ergo HILAR. filium esse veluti sagittam patris, quem mittat quo
vult, & quem habeat, vt sagittam in pharetra vt quod velit mittat, & sagittas appellari quoque
doctrinas ait propheticas, atque apostolicas, compungentes, arguentes, & volantes, quæ nascū-
tur ex hac sagitta hoc est ex verbo Dei. ORIG. in Canticum Canticorum homelia 2. in illa ver-
ba: Ordinate in me charitatem, interpretans quoque hunc locum, Quam beatum est, inquit,
hoc iaculo vulnerari. Hac sagitta vulnerati fuerunt illi, qui inter se inuicem conferebant: Non-
ne cor nostrum ardens erat in via, cum aperiret nobis scripturas? CHRYS. in caput 1. Matt. ho-
mil. 1. cum enodaret hunc locum: Non solum Christum, sed fidelem virum iaculum Christi
esse docet, & missum à Christo, & iaculum esse non irrationabile, sed rationale, & videns ipse
D quem debeat configere, & quæ debeat pertransire. Idem CHRYSOS. homelia de virtute, vel
de turture tomo 5. sic legit hunc locum [Posuit me sicut sagittam electam Deus & in pharetra
corporis abscondit me] vt agnoscere videatur lectioem, quæ in codicibus Complutensibus
circunfertur. Verbum, inquit, Deus ait de patre, quod in pharetra corporis absconderit eum,
& subiicit: Ista sagitta vulneratus mente Dauid, dicebat: Adhæsit anima mea post te: eadem
saucius Petrus clamabat: Domine tu nosti quoniam diligo te. Et Paulus: Quis nos separabit à
Charitate Christi? & ecclesia omnis casta, vulnerata caritate ego sum. & eodem tomo 5. in ser-
mone aduersus Hæreticos: Sagitta, inquit, loquitur in Esaia, Posuit me vt sagittam electā, & in
pharetra sua occultauit me: sagitta electa verbum Dei est, ante secula ex patre natum, occultauit
pater in pharetra corporis, dignitatem Deitatis, à dracone. Intellige in his verbis CHRYS.
quod diximus occultatam esse Deitatem, quam macheram patris appellat propheta, vt occide-
ret Leuiathā & vitia refecaret & peccata. Ex quib⁹ locis liquet, siue legas [In pharetra sua absco-
dit me, siue, in pharetra tua] eūdem sensum esse: Et, pharetra sua, explanari à Chrysofostomo. i. in
corpore,

corpore, pharetram enim appellat corpus cuius ipse formator fuit sine humana opera. In pharetra ergo sua .i. in corpore non concepto humano semine, sed concepto de spiritu sancto. Sic PROCO. In pharetra .i. in carne, qua assumpsit, & quam formauit Deus pater, ubi teeta Diuinitas filij est a patre, que vulneret bonos suis vulneribus.

D. HIERONYMVS

Et dixit mihi, seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor, & ego dixi uanum laboraui, sine causa & uane fortitudinem meam consumpsi, ergo iudicium meum cum Domino & opus meum cum Deo meo.

LXX VIRI.

Et dixit mihi seruus meus es tu Israel, & in te glorificabor & ego dixi uanum laboraui, in uanum in nihil dedi fortitudinem meam propter hoc iudicium meum apud Dominum (vel a Domino) et labor meus coram Deo meo.

Supra notatum est ex Procopio Dominum uocatum a Domino ex utero matris suae: sed quem Dominum supra dixerat, & appellatum declaratum a Domino, hoc est a patre, Deum inter homines iuxta interpretationem AMBROSII. Ecce nunc eundem appellatum seruum uerbis illis: Et dixit mihi seruus meus es tu Israel, nam Israel Christus dicitur hoc loco quod de semine Israel, hoc est de Maria uirgine sit natus, ut docet Hieronymus uel quod magis placet hoc loco, quod solus uere Deum patrem non solum uidit, sed etiam enarrauit, ut inquit AMBROSII. lib. 7. epistolarum epistola 47. ad Irenaeum epistola doctissima quadam, & que diuinum ingenium AMBROSII. redoleat. Ibi ergo Israel Christum appellatum esse ait, quod Israel typus Christi fuerit, & sonet Latine idem quod uir uidens Deum, ut aliquando ostendimus ex Philone & alijs Iudaicis, ne quis doctores sacros omnes damnandos putet sola D. Hieronymi auctoritate. Israel ergo hoc loco non pro umbrapositione & typo, sed pro ipsa ueritate, hoc est pro Christo cuius erat typus, uere enim erat Israel. .i. uir uidens Deum, uidebat enim patrem, & enarrabat ut inquit Ambrosius, ideo angelus Domini omnipotentis dicitur sicut seruus propter formam serui in qua uenit ad homines, sic & angelus propter euangelium quod nunciavit hominibus, quod docet AVGVS. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 35. [Et ego dixi] loquitur Christus iam ait [In uanum laboraui] quia missus sum ad oues Israel, & Israel non credidit. Quauis enim multi ex Iudaicis crediderint, praeter multitudinem non credentium paucissimi fuerunt credentes, unde Israel exclusus dicitur, cuius causa ait: In uanum laboraui, sine causa & uane fortitudinem meam consumpsi, quia populus Iudaeorum uerbum Dei non recepit, unde introducta est in ecclesia multitudo gentium, quia inuitati ad nuptias (ut ait Dominus) non fuerunt digni. [Ergo iudicium meum cum Domino] iudicium meum est apud Dominum, ut uertere Lxx uel a Domino, qui iudicet rebelles, & infideles Iudaeos, & malos male perdet, & uineam tradat alijs agricolis, qui fructum faciant, & hoc iudicium a Domino prodijt, sic enim uertisse uidentur Lxx, & sic quoque uerti potest nam *אש*, uocula Hebraea significat ex, & ad, & cum, sed idem est intellectus [Et opus meum cum Deo meo] quod uertere Lxx paraphrasi quadam [labor meus coram Deo meo] .i. in conspectu Dei est passio mea, & redemptio generis humani, & redempti semper erunt in conspectu Dei.

D. HIERONYMVS

Et nunc haec dicit Dominus, formans me ex utero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum & Israel non congregabitur & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

LXX VIRI.

Et nunc sic dicit Dominus, qui finxit me, ex utero seruum sibi ut congregem Iacob ad eum, & Israel congregabor, glorificabor coram Domino, & Deus meus erit fortitudo mea.

AVGVS. translationem Lxx sic explanare uidetur de ueritate ecclesiae lib. vno cap. 7. ut omnia de Christo dicantur [sic dixit Dominus qui finxit me ex utero seruum sibi] .i. qui pater omnipotens fecit humanitatem meam una mecum & cum spiritu sancto in utero uirginis, ut secundum humanitatem esset ei seruus [ut congregem Iacob, & Israel ad eum] sic enim legit AVGVS. quod dictum uidetur intelligere quod sit Christus missus ad oues Israel, & tam plane hoc dictum iudicat, ut interpretatione non putet egere. deinde [appropinquabo illum sic enim legit

Anim legit & distinguit. .i. congregabo & adducam ad Dominum Israel, secundum spiritum sanctum. Congregauit enim Dominus ecclesiam & edificauit illam, primum ex Iudaicis, postea ex Gentibus [& honorabor coram Domino] respondet testimonio euangelico, ubi cum Christus diceret: Pater clarifica me ipsum, &c. de lapsa de caelo uox est patris omnipotentis, & clarificauit & clarificabo [& Deus meus erit mihi uirtus] quia Christus est uirtus & fortitudo patris, & pater generando ei dat omnia. Sic hunc locum explanat AMBR. epistola illa pulcherrima, de qua supra dixi ad Irenaeum. Cum enim sic distinxisset hunc locum [sic dicit Dominus, qui finxit me ex utero seruum sibi ad congregandum Iacob & Israel] sic enim distinguit & subiungit, quis alius congregauit Dei populum, nisi Christus? quis alius glorificatus est ante Dominum? quis est Dei uirtus nisi Christus? Et idem AMBR. in praefatione in psalmum 35. eodem modo legit [sic dicit Dominus qui finxit me seruum ex utero sibi ad congregandum Iacob & Israel ad eum] & sic explanat propter congregationem populi Israelitici suscepit formam serui, & subiungit: Audis o Iudae, & pro gratia contumeliam refers, & ad perfidiam hoc deriuas, propter quod magis credere debuisti, ad te uocandum uenit & conuicias? Sed AVGVS. & AMBR. legunt, congregabo ad eum, uel appropinquabo illum. CYRILL. & alij legunt, congregabor, uoce passiuam, & interpretantur de Israele secundum spiritum, ut sint uerba populi fidelis congregati per Christum: Congregabor, inquit, ad Dominum, & glorificabor coram Domino: quid enim gloriosius choro apostolorum, quid fortius illis qui paucissimi numero, & pauperissimi, nempe duodecim pauperes conuertere totum orbem ad fidem? Lectio Hebraea est.

ad eum Israel & eum ad Iacob conuertendum ad ei seruum in ventre a formans me Deus dixit nunc Et *אשר יהוה יצרי ממני לעבד לו לשוכב עקב אלו וישאל לו*
fortitudo mea erit Deus meus & Dei oculis in glorificabor & congregabitur congregabo & non *אשר יהוה יצרי ממני לעבד לו לשוכב עקב אלו וישאל לו* (uel) *אשר יהוה יצרי ממני לעבד לו לשוכב עקב אלו וישאל לו* (uel)

Quae lectio Hebraea duplex est, & uariè dispuncta a D. Hieronymo & a Lxx senioribus, Nam D. Hieronymo necesse fuit sequi eam lectionem Hebraeam, & eam dispersionem que sua tempestate circumferebatur. Vertit igitur sic [Et nunc dixit Deus formans me ab utero seruum sibi ad conuertendum Iacob, ad eum, & Israel non congregabitur, & glorificabo in oculis Domini & Deus meus factus est fortitudo mea] ubi notandum est, ubi legitur Israel non congregabitur, pro *ל* .i. non, Lxx legisse, *לו* .i. sibi, uel, ad eum, & ibi fecisse finem sententiae, ut esset lectio quam agnoscut Ambrosius, & Augustinus, & Cyrillus, & omnes ueteres patres, & nunc sic dicit Dominus [qui finxit me ex utero seruum sibi, ut congregarem Iacob ad eum, & Israel sibi] quod supra explanatum est. Sed durum est in quibus quauis Augustinus, & Ambrosius & Cyrillus, & patres ueteres agnoscant hanc lectionem repugnare Hebraeae lectioni, quae negationem praefert: non est durum, imò leue. Lxxii testes huius lectionis habes, multi enim sunt loci controuersi inter Iudaeos de quibus ipsi inter se disceptant legedi ne sint cum negatione an sine negatione, ut pluribus scriptum in disputatione de translationibus: quod, lo, uox Hebraea uaria orthographia significat, non, &, ipsi: & ita Rabini saepe inter se contendunt legendum ne sit, lo, cum aleph. .i. non, an, lo, cum uau. .i. ipsi, & quoties haec controuersia est ut sancti patres uertranque sequantur, ostendimus utranque esse sacram, idque ratione & auctoritate comprobauimus. Ergo D. Hieron. legit, lo, cum aleph. .i. non: Lxx uiri legere, lo, cum uau. .i. ipsi, uel ad ipsum, edidit enim ut congregem Iacob ad eum? Praeterea pro, *אשר יהוה יצרי ממני לעבד לו לשוכב עקב אלו וישאל לו*, in 1, mutato, paululum producta ualiterula, quae uarietas tam frequens est in codicibus Hebraeis, ut nihil possit esse frequentius, quam lectionem agnoscut Ambrosius, & Augustinus [& congregabo, uel appropinquabo] eum, supp. ut sit sensus Dominum dixisse, missum se esse a Domino ad congregandas oues Israel, & congregaturum se esse, quod de parte loquatur tanquam de toto: Congregauit enim ecclesiam ut dictum est supra, nam quod D. Hieronymus legit: Non congregabitur Israel, id quoque uerum est exclusos esse Iudaeos infideles, & incredulos, neque de exclusione hoc solo loco dictum est, centies Esaias supra dixit excludendos esse Iudaeos, ut annotauimus. Ergo iuxta lectionem Hebraeam corrigendi sunt Graeci codices, ubi legitur: congregabor, uoce passiuam, legendumque; non *συνηχθόμενος*, congregabor

Bbb

gregabor, sed... Hebraicè enim, congregabo, legitur, vel appropinquabo, si recipias lectio A nem Hebræam quam agnoscunt Lxx, vt verior sit lectio Lxx quam agnoscant Ambrosius & Augustinus, ea, quam agnoscit Cyrillus, & præferunt codices Græci.

Et dixit, parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Jacob, et facies Iffrael conuertendas. Dedit te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque in extremum terræ.

Et dixit: Magnū est tibi vt voceris puer meus, (vel magnum est tibi, quā vt voceris puer me⁹) vt suscites tribus Iacob (vel, quā vt suscites tribus Iacob) & dispersionem Iffrael cōuertas: Ecce posui te in testamentū generis, in lucem Gentium, vt sis tu in salutem vsque ad extremum terræ.

AVGVST. lib.v. de solata... ano de vnitae ec... xit mihi] vt rursus pater loquatur ad filium secundum humanitatem [Maximum tibi erit hoc, vocari te puerum meum, vt constituas tribus Iacob] quod intellexisse Augustinum pu- to, iuxta illud Pauli ad Philippenf. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mor- tem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, &c. Vt sit: Maximum tibi erit, iuxta humanitatem. s. vocari seruum meum, & pati pro genere humano, quia dabitur tibi no- men quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terre- strium, & infernorum, & omnis lingua cōfitebitur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Notandum tamen... quod Latinus interpres vertit, dispersionem, & D. CY- RIL. interpretatur, quos sathan disperferat, vertisse Augustinum, prolem Iffrael. Sed lectio He- braica facit, vt pateat non fuisse vertendum, prolem, sed dispersionem, nam legitur, nethurè, quod vertit Hieron. fæces, Hebræi, desolata, & obfessos à dæmone: Lxx dispersos, quos disperferat sathan, quod est idem: semper enim Lxx viri congruunt cum ver- bis euangelicis, appellant enim... quod Ioannes cap. 11. dixerat... ORIG. in Ioannè. 1. to- mo legit: Magnum tibi est, vt voceris seruus meus. ac subiicit: Audendum est dicere, maiorem, diuinioremque Christi bonitatem apparere, quando humilem præbuit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, quam si rapinā arbitratus esset, se esse æqualem Deo, neq; voluif- set pro mundi salute fieri seruus, ob eā causam volēs nos docere magnum donum accepisse se à patre, quod sic seruiert, inquit. Et dixit mihi: Magnum tibi est vt voceris seruus meus, nam si seruus non esset factus, non excitasset Iacob, neque dispersionem Iffrael conuertisset, sed ne- que futurus erat in lucem gentium, vt vsque ad extremū terræ salus esset: sic igitur factus, ab- stulit mundi peccatum, triumphauit potestates tenebrarum. Sed hæc omnia dicta esse de Chri- sto secundū humanam naturā, pluribus docet idem ORIG. in illa verba Ioann. Cū ergo ex- issset Iesus, dixit, Nunc glorificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est per eum. Ergo, pa- rum est [vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob] i. num parum esse videtur? quasi dicat, non. sed magnū. Est enim legendum interroganter: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas D tribus Iacob? Est enim Canon scripturæ præscriptus tom. 2. Concil. in concilio Aquisgra- nensi cap. 3. multa in scripturis esse, quæ nisi proprio modo pronuncientur, in contrariā rece- dunt sententiam, vt si affirmanter legas, quæ interroganter sunt legenda, magna erit peruersi- tas. Si interroganter ergo legas: Parum est? eandem sententiam efficies cum Lxx viris, & cū ve- teribus patribus. Parum est hoc? quasi dicat, non. sed magnū. & sic rabbi David in commenta- rijs, explanat verbū Hebræum, naquel, leue est. pro: Num leue est? & diximus Lxx pro inter- rogatione ferè solere reddere responsionem, perspicuitatis causa: & ita cū hæc interroga- tio, Parum ne est? responsionem haberet, non, sed magnum, ipsi reddidere, Magnum est. GREG. Nazianz. de filio, orat. 2. interpretans hunc locum: Quid maius hominū humilitati q̄ Deo vniri? & esse Deum ex vnione hypostatica ad filium Dei? & tantum considerari ab ipso ortu ex altitudine, vt natum sanctum, & filiū altissimi vocari, & dari ei nomē quod est super omne no-

omne nomē hoc quid aliud est q̄ Deus? & omne genua flecti ei, qui se exinaniuit propter nos, & ei qui diuinitatē formę serui vniri? & nosse omnē domū Iffrael, q̄ dā in ipsum, & Christū De us fecit? Sed miror D. Hierony. & oēs interpretes Hebrææ linguæ, omittere voculā cōparatiuā, quæ Hebraicè est, cuius rei nulla alia cāusa est, quā ea quā supradiximus, Hebricè olim duplicē fuisse lectionē, alterā quā agnoscit Hieronymus & quā reddūt Lxx. & alij interpretes, alterā quā nō e- stra tēpestate præferant codices Hebræi: legitur em Hebraicè: Parū est: quā esse mihi seruū ad sus- citādas tribus Iacob. i. quā esse. i. minus est tibi q̄ esse seruū meū? quasi dicat nō. sed est tibi multo maius, q̄ tibi secundū diuinitatē est, quā id q̄ datū est tibi, vt in nomine tuo omne genu flectatur, cælestiū, terrestriū, & infernōrū, & oīs lingua cōfiteatur, quia dñs Iesus in gloria est Dei patris: maius em est esse Deū, quā q̄ ei datū est secundū humanitatē. Et A M B R. sic hunc locū ex- planat in præratione in psal. 35. Magnū tibi est vocari puerū meū: Seruat (inquit) vbiq; Deū suā magnitudinis vocabula, magnus Deus, & magnus hic puer, nec in carnē formatus seruus. i. in for- ma serui, magnitudinis nōmē amittit, cuius magnitudinis nullus est finis. videt ergo Ambros. sic hūc locū intellexisse [Magnū est tibi] i. illa magnitudo est tibi, quæ maior est quā vt voceris puer meus, & quā vt detur tibi nomē super omne nomē, quia est tibi diuinitas mihi æqualis, quod Græ- caverba significāt planissimè... magnū est em vocari. i. maius. Est em hæc forma dicēdi Hebræa: Amāritudo est mihi quā vobis, Ruth. 1. 11. plus quā vobis: & Bonū est cōsiderē in Deo, quā in homine. i. magis bonū est, &c. Et hæc vocula Hebræa, dicitur cōparatiua apud He- bræos, vt vertere possis: Parū ne est q̄ vocari seruū meū? i. minus ne tibi est quā vocari seruū meū? quasi dicat, nō. sed multo maius est tibi quā gloria humanitatis: & Christus est Deus, est æqua- lis patri quod maius est quā secundū humanitatē, habere nomē super omne nomē, & infinitō maius est. & Hebræi sic loquuntur, doctus quam tu. i. doctior te: paruus quam tu. i. minor te.

D. HIERONYMVS LXX VIRI. Dedit te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Ecce posui te in testamentum gene- ris: in lucem gentium, vt sis in salu- tem vsque ad extremum terræ.

THEOPH. in cap. 8. Ioann. in illa verba: Ego sum lux mundi, Lux (inquit) nō specia- lis quæ dā, vt propheta alicuius, aut apostoli, aut Euāgelistæ, sed lux vera quæ illuminat omnē ho- minē, vnde apostoli & euāgelistę lucē accipiūt, & sūt lumina, neq; lux Galilææ aut Palestiņę pro- uinciæ: aut quæ Iudeę finibus circumscripta sit, sed totius orbis terrarū lux, omnīū hominū Dñs, de quo illud Esaia [Ecce posui te in lucē gentiū] &c. quæ cōgruūt cū superioribus, quibus dictū erat, maius quiddā esse in Christo quā quod secundū hominē exaltatus à Deo esset; & donatus eo nomine, quod esset super omne nomē, vt ei omne genu flectatur, cælestiū, terrestriū, & infer- nōrū. Subiicitur ergo quid in Christo sit maius hæc tāta gloria, & id esse dicitur, quod est lux mū- di intelligibilis, est lux vera, quæ illuminat omnē hominē veniētē in hūc mundū. & ita ORIG. in Ioannē idē esse putat [Ecce ego dedi te in lucē gentiū] &: Erat lux vera que illuminat omnē ve- nientem in hunc mundū. EVSEB. de demonst. euang. lib. 2. cap. 25. hoc loco premit Iudæos, cum videāt prædictū esse, Christū futurū lumen Gentiū, & cōpletū videāt, quod sint peruicaces tamē D & impii, sed dictū est supra millies, Lxx viros esse paraphrastas, & addere veluti glossulas quasdā interlineares. Cū em Græcè legatur: Dedit te in lucem Gentiū, addidit duo verba: In testamen- tū generis, edidit enim sic [Ecce posui te in testamentū generis, in lucem Gentium] sed de ver- bis illis duobus [In testamētum generis] dictū est pluribus in ca. 42 in illa verba. Dedit te in scodus populi. Hic locus citatur a Luca Act. ca. 13. iuxta translationem Lxx. Omittit tñ illa verba duo, q̄ apostoli & euāgelistæ solent ponere necessaria, & omittit media, vt supradictum est.

D. HIERONYMVS LXX VIRI. Hac dicit Dominus redemptor Iffrael sanctus eius, ad contemptibilem ani- mam ad abominatam gentem, ad ser- uum dominorum. Sic dicit Dñs, qui redemit te Deus Iffrael, sanctificate eum qui despicit animam suam, qui abominatur à gentibus seruus principum.

Translatio D. Hieron. planè ad Iudæos refertur, quibus nihil abiecius, & quod hī qui à Deo discedunt, habēt cōtemptui, vt spūtū & gutta situlæ, quod supradixit Esaia, & sanè popu- lus Iudæorū post crucē Christi seruus est dominorū, quod semper seruiat, vt iuxta hanc versionē sermo ad Iudæos habeat. Tamē D. Hier. in cōmentarijs fatetur se præpropere edidisse vulgatā trā- lationē, & ideo nōnulla in cōmentarijs emēdat aliquādo, vt in illud capitis. 19. Esaia, Dñs miscuit, deceptū se affirmat ambiguitate verbi Hebræi, dū celeriter quæ scripta sunt vertit, & ibidē paulō infra errasse se in sua translatione cōfiterur, & sub finē capitis 42. Ezechielis castigat suā translatio

ne & interpretatione Lxx & subijcit causam quod celeritate dicta di parū attenderit, & alijs pau-
 culis locis, in quos diligēs lector incurret, qua de re dictū est supra pluribus, in disputatiōe de trāslatiōe
 cū de vulgata ageremus vtrū a D. Hier. esset edita, & in illa verba cap. 19. Efaia, In die
 illa, vbi ostendimus præsentiū D. Hieronymo spiritus sancti numē affuisse, quā in ceteris scrip-
 tis, dū suā trāslatiōe texeret, q̄ ecclesie sanctæ maximē esset necessaria, nec errasse hunc. Diuū
 in trāslatiōe sua, sed multo melius vertisse illos scripturæ locos, q̄ verterit in cōmentarijs, quæ
 illinc quivolsit petet. Illud tñ verissimū est, q̄ idē Diu. nos docet frequentissimē, esse aliquādo eius
 de loci plures sensus literales: adijcitq; idē Diuus aliū alio esse meliorē quā sit manifestior, aut ma-
 gis Christi mysteria præferat vt in illud cap. 44. Ezechielis, Hęc dicit Dñs deus omnis. sub fi-
 nē cōmentarij huius loci cū suā præscripsisset trāslatiōe, Symmachus inquit. rectius interpreta-
 tus est, cū vtraq; sit verissima, quod etiā hoc loco facit, nam magis videtur probare trāslatiō-
 nem Theodotionis, quæ planē Christū ob oculos ponit, qui sic vertit [qui, despicit animam,
 qui abominationi est genti, qui seruus est principum] Verē enim ipse Dominus animam suam
 pro ouibus posuit, & contempsit eam, & abominationi est genti Iudeorum, & seruus fuit prin-
 cipum, qui humilis stetit ante Annam & Caiphā, & crucifigēdus Herodi & Pilato fuit traditus,
 q̄ suppliciu seruator erat. Et idē Hiero. adijcit huic trāslatiōi Theodotionis cōfentire Aquilę
 trāslatiōe, ne quis miretur, si qd multis modis verti possit, & multos habeat sensus literales. Lau-
 dat D. Hier. has trāslatiōes, Theodotionis & Aquilę. laudāda etiā trāslatiō Lxx, qui sic edidit
 Hęc dicit Dñs qui redemit te deus Israel. q̄ Hiero. reddidit [sanctus eius] dixere, sanctificate eū,
 vel adorate illū. Hebraicē est יְהוָה לְךָ אֱלֹהִים pro quo Lxx legere mutatis punctis יְהוָה לְךָ אֱלֹהִים
 te, q̄ de Deo dici solet. Ergo Lxx reddidit [Sanctificate illū, qui despicit animā suā qui abomina-
 tioni est gētibus, seruis, & principibus] Nā varia lectio est editionis Lxx seniorū. TERT. lib. 4. ad
 uersus Martionē sic legit, sanctificate eū. i. sanctificate eū, qui circūferibit animā suā. i. qui cōtemnit,
 qui moritur pro genere humano. Sic em̄ est explanādū ex Græca & Hebræa lectione יְהוָה לְךָ אֱלֹהִים
 sanctificate. Ergo Tertullianus, sanctificate, sanctissimū habetote eius nomē [qui cōtēnit
 animā suā] qui animā suā ponit pro ouibus suis, qui aspernamēto habetur a nationibus famulis,
 cū pro nobis animā posuit, & aspernamēto habitus est a nationibus, nō solū a gēte Iudæa, totus
 em̄ orbis odijs assurrexit in Christū, & habitus aspernamēto est a seruis, cū colapho percussus do-
 minus a seruo pōtificis, a magistratibus, cū Herodes cōtempserit illū cum suo exercitu. EVSE. Ce-
 sariens. lib. 2. cap. 2. sic legit: Sanctificate eū qui contēpserit animā suā, abominatū a seruis principū
 vt videatur innuere illū qui colapho percussit Dñm, i. sanctificate illū, quē etiā serui principū cō-
 temnebant. CYRIL. Sanctificate. i. sanctum adorate, quod Deo cōuenit. Deū sanctificamus: dici-
 mus enim, patri, & filio, & spiritui sancto, sanctificetur nomen tuum: Dicite ergo (inquit Cyril-
 lus) vt eius nomen sanctificetur, qui pro nobis posuit animam suam, quem serui spūtis conspurca-
 bant, corona spinea affecerunt, deriserunt, & cui per derisum dixere, Ave rex Iudeorum, in quē
 totus orbis assurrexit odijs. Lectio Hebræa est.

principium seruis
 principibus seruum nationibus abominatum animam contemnentem sanctificate sanctus eius
 קדשו (vel) קדשו לך יהוה אלהים

Itaque lectio Hebræa ad verbū reddita, potest, vt docet D. Hieron. in cōmentarijs, ponere an-
 te oculos Christū. aut vertetur em̄ sic: Hęc dicit dñs (vel) Deus redēptor Israel, sanctus eius qui
 despicit animā qui abominatus est gentibus, & seruis, & principibus, vt vertit Theodotiō & A-
 quila, referente D. Hier. & probate versionē, iuxta quos Christus dicitur Deus & homo, & posuit
 se animā suā pro ouibus suis, dicitur em̄ Deus verbis illis. Hęc dicit Deus, est em̄ Hebraicē, iehoua,
 quod est nomē tetragramatō. Deindē [Redēptor Israel, & sanctus eius] quæ nomina Christo ma-
 gis cōueniūt. Postea [qui cōtempserit animā] vbi dicitur homo, & passus, & posuisse animam pro
 ouibus suis, abominatus gentibus, & seruis, & principibus, quæ perspicuē dicūt de passione Do-
 mini, vt explanatū est supra ex lectione veterū patrū, iuxta Lxx trāslatiōem [sic dicit Deus re-
 demptor Israel sanctificate eum qui contemnit animam, qui abominatus est nationibus, seruis, &
 principib'. vel seruū principū] quæ verba supra explanata sunt, sed iure D. Hier. antepōnit trāslatiōem
 Theodotionis & Aquilæ hoc loco omnibus trāslatiōibus. Nam Iudæi veteres, olim
 nobis offensissimi, qui sacras literas vertebant, vt nobis aduerfarentur & Lxx obtrepērent, mul-
 to æquiores erant in nos, quam qui nostro tempore trāserunt literas sacras.

D. HIERONYMVS LXX VIRI

Reges videbūt, & cōsurgēt principes
 & adorabūt propter Dñm, quia fidelis
 est, & sanctū Israel qui elegit te.
 Reges videbūt eū, & assurgēt princi-
 pes, et adorabūt eū ppter dñm, quia
 fidelis est sanctus Israel, & elegit te.

Post descriptam Christi passionem, subijcit nunc propheta, reges visuros, eius diuinitatē
 & Christū adoraturos, cum conuerteretur ad eū totus orbis, & cum cognoscent eū verū ef-
 se Deū, & verum hominē. Reges (inquit CYRIL.) videbūt oculis mentis hunc, qui ita spūta-
 tus fuit & scriptus, & ei assurgent, i. eum adorabunt, ei supplicabunt, & genua flectent propter
 Dñm, vt in glorificatione filij glorificetur pater [quia fidelis, & sanctus Israel] quia sanctus
 Israel cōplet sua promissa misso filio suo. [Reges videbunt] Hebraicē est יָרְאוּ וְיִשְׁתַּחֲוּוּ, reges ti-
 mebunt, & certē scriptio vtriusq; significat, potius tamē, reges timebūt, quā videbūt, nā pun-
 cta pro ratione sententiæ docti apponūt. illū ergo quē contempserant serui, & spūtis fœdaue-
 rāt, timebunt reges & principes, & ei honoris causa confluent. i. assurgēt & genua ei flectēt.
 Sic enim interpretaberis ex lectione Hebræa, & Græca. Ergo is qui a seruis fœdatus est spūtis
 a principibus despectus, regibus erit horribilis, gloriosus, adoratus propter Dominum, quia
 gloria filij, gloria patris est.

D. HIERONYMVS LXX VIRI

Hęc dicit Dominus: In tempore placi-
 to exaudiu te, et in die salutis auxilia-
 tus sum tui.
 Sic dicit Dominus: Tempore op-
 portuno exaudiu te, & in die salu-
 tis adiuu te.

Hinc locum citat Paulus epist. 2. ad Corinth. iuxta trāslatiōe Lxx ad verbū. D. AVG.
 de vnitatē ecclesie lib. vno. cap. 7. citat hūc locū, & vtitur illo Canone interpretandē scri-
 pturæ inter veteres patres receptissimo, vt si quis locus explanat' ab apostolo, aut ab antiquis
 sit, præcedentia & sequentia eodē referantur, quod em̄ hic locus a D. Paulo refertur ad Christū
 colligit August. reliqua eodē referri, longē a Iudæorū infania disunctus, qui negant scripta
 prophetarū inter se cohærere, quod afflatu spūitu sancto prophetae furiant, & nunc hæc nūc
 illa dicant, quod falsissimū esse supra ostēdimus: quauis quibusdā ex nostris, & sanctissimis
 & doctissimis persuaserūt. Ergo August. hunc locū a D. Paulo relatum ad tempora Christi sic
 probat, quod cum illū citasset, connexuit statim: Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies
 salutis. quasi dicat, si propheta dixerat [Tempore acceptabili audiui te, & in die salutis auxilia-
 tus sum tui] & quæras quod nā tempus sit illud, inquit Paulus: Nunc tempus est illud accepta-
 bile, quod futurum prædixerat Efaias. i. tempus Christi, & hæc est dies salutis prænunciata a
 propheta, quæ Christi dies est, & quod Paulus hoc de Christi temporibus explanat, colligit
 August. superiora omnia de Christo esse dicta, sed legenda diligenter Augustini verba. Non
 placet mihi sententia CHRYS. de sensu huius loci tom. 2. homel. 2. in cap. 24. Matth. Magis pla-
 cēt sententia HILAR. in psal. 67. cūm Deo cūnta sint placita, bene placitū tēpus hoc est, quo
 vnigenitus Deus in sanguine corporis sui Deo nos recōciliauit cohæredes & cōcorporeales, &
 cōparticipes gentes Christus fecit, potestates æriæ triumphauit, quod esset tempus acceptum
 declarasse Paulum ait, esse tempus euangelicæ prædicationis, cūm dicit: Ecce nunc tempus ac-
 ceptum, ecce nunc dies salutis. Hoc postremum idē HILAR. prodidit in psal. 118. in literā, ain.
 Et AMBR. idē sensū in cap. 6. epist. 2. Pauli ad Corinth. vbi explanans hunc locū inquit: Docet
 propheta prædestinatam gratiam Dei in tempore Christi esse, sic enim decreuit Deus tempo-
 re Christi, affluere misericordiā suā, vt poſcentibus nomen Christi, auxilium largiretur. Et in
 cap. 4. epist. ad Hebræos eodē modo explanat de gratia quæ affluet temporibus Christi, vbi ba-
 ptismus peccata delet omnia, gratia illius qui sedet in throno, ad quē iubet nos adire Paulus
 cum fiducia, ad thronū gratiæ, vt misericordiā consequamur, modo tempus, inquit, est dono-
 rum, modo tempus gratiæ, nemo desperet, baptismus peccata delet, poenitentia expungit pec-
 cata admissa post baptismū, gratia illius qui sedet in throno gratiæ, vt donet, vt misereatur. Le-
 ge Pauli interpretes si plura voles. Lege AVGVST. in cap. 17. Ioann. tract. 104. & in fine tractat'
 195. eiusdem capituli. Et lege eundē AVGVST. in psal. 14. in principio. Et in psalm. 117. in fine, in illa
 verba: Hęc fecit Dñs. Et in psal. 118. in illa verba: Tempus faciendi Domino. Quibus locis sem-
 per August. hunc locū, vt dixi, explanat. Et AMBR. in cap. 6. epist. 2. ad Corinth.

D. HIERONYMVS LXX VIRI
 Et seruauit te, et dedi te in foedus po-
 puli, ut suscitares terram, et possideres
 heredi-
 Et plasmaui te (vel formaui te) &
 dedi te in testamentum gētium, vt
 Bbb 3 consti

hereditates dissipatas, ut diceret his qui vinclis sunt, exite: & ijs qui in tenebris reuelamini.

HAEC & sequentia, AVGVS. de vnitatē ecclesiā, interpretatur de catholica ecclesia, & sic legit translationem Lxx [Dedi te in testamentū gentium, ut incolās terram, & possideas hereditatē deserti.] Græcè significantius est, ut conueniat cū illo psal. Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatē tuā. ergo legitur Græcè, ut hereditares hereditatē deserti, nā desertū appellari ecclesiā ex nationibus, nullies est dictū, quod edificata est ecclesiā ex nationibus, quæ olim erant desertæ omni agricultura cælesti. Hebraicè est [נצח], quod esse potest futurū, & verti potest, seruauit te, ut vertit D. Hieron. & inde dictus est Dñs Iesus, quod nos docuit angelus: Quia saluū fecit populū suū. Potest quoq; esse cum daghes, futurum, à verbo נצח, ut docet Hebræi in dictione, iazar, quod significat formaui, feci, plasmaui, ut vertere Lxx, quod idē significat, nā Dñs ecclesiā suā cor nouū creauit, cor carneū ex lapideo, reformauit & renouauit populū suū, & saluū fecit, quod idē est. Neq; scire possum, cur tā auidē dānemus hæc testimonia im merito, atq; adeo immeritisimè, quibus veteres patres premebāt ludæos: nescio cur veterū patrū eleuemus fidē, & extenuemus, vel ludæis testibus, ipsos ludæos reuincimus, quod falso crimine arguāt interpretationē Lxx. Hoc loco D. AVG. premit ludæos, ut dictū est. & IVST. etiā aduersus Tryphonē, hoc loco ludæos vrget: Dedi te (inquit) ait Esaias, in testamentū gentiū ut constituas terrā, & hereditatē, & hereditas eremos. Sic em legit hunc locū, & subiicit: Quæ ergo hereditas est Christi? an nō omnes nationes? & quod Dei testamētū? an non testamentū Christi? sic enim legendū est, nā suprā ostenderit nō posse intelligi hūc locū de veteri testamento, sed de nouo. Sic etiā EVSEB. Cæsar. lib. 2. explanat, & hoc etiā loco ludæos premit & vrget: est em iuxta translationē Lxx planissimū testimoniū aduersum eos. CLEM. Alexand. Stromaton li. 6. interpretās hæc omnia eodē modo quo diximus, verba illa: [Dicens ijs qui in vinclis exite] de ludæis interpretatur, qui sibi ex mādatis hominū vinclā imponūt importabilia. & verba illa: [His qui in tenebris] de gentibus dicta putat, qui in idolorū tenebras, lumē intellectus defossum habebāt, vbi totū hunc locū enodat mirabiliter. Quidam berith, hoc loco & alijs, vertendū putāt pactū, damnantq; Lxx, quod hoc loco & alibi vertāt testamentū, quod inde factū puto, quod Iudaizantibus viri doctissimi & optimi, plus satis crediderūt. An non vidēt euangelistas oēs, & apostolos in suis scriptis vertisse hanc vocē, testamentū? & Act. 7. Dedit illi testamentū circūcisionis. vbi quod Hebraicè, berith, dicitur, ab spiritu sancto testamentū est appellatū, & à D. Paulo cap. 11. ad Rom. Hoc illis à me testamentū inquit, at qui eo loco Paulus vertit hoc verbū, berith, testamentū, quod est apud Esaiā cap. 59. ut infrā dicendū est, & ad Hebræos centies testamentū nominat, & Dñs Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamētī. & eadē sunt verba Marci cap. 14. Deniq; nunquā appellatū in nouo testamēto pactū reperies, semper Dñs, euangelista, apostoli, cū meminere locorum, vbi est hæc vox, berith Hebræa, reddunt testamentū, nunquā pactū, doctior Hebraicæ lingua, si eo indignitatis veniendū est, erat Paulus quā oēs Iudæi impij. Ecquis vnquā in nouo testamēto seu euangelistarū, seu apostolorū, hanc vocē, berith, vertit pactū? quis audeat vetare, ne nouū dicamus testamentū, & vetus testamentū? apagē. Sed Hieron. (aiūt) hoc sensit. Inter fulgentis summa lumina virtutū quibus D. Hieron. vndiq; fulget, conuincamus ad quosdā nēuos, & vbi omnia euangelia, oēs apostolicæ literæ, vbi spiritus sanctus hanc vocē, berith, vertit testamentum, nec vnquā aliter, eo contēti esse deberemus, nec audire ludæos aut Iudaizantes, quos planū est literis euangelicis omni conatu aduersari. Verū eā vocē D. Hieron. vertit quidē benè pactū, vertere quoque benè Lxx. seniores, testamentum: sic em vertit Christus, sic euangeliste, sic apostoli, sic vniuersa ecclesiā catholica nominat, & nunq; pactū, quoties mentio est locorū scripture vbi est, berith, Hebraicè. ORIG. cōtra Celsum lib. 1. hūc locū sic citat & explanat [Dedi te in testamentū gentiū ut hereditas hereditatē deserti, dice sq; ijs qui in vinclis sunt, exite] ijs qui in cōpedibus tenerentur, ut quisq; suorū facinorū cathenis constringebatur, ut liber abiret [& qui in tenebris, in lucē prodiret] i. qui essent tenebris ignorantia obcocti, prodirent in lucē, quæ oborta est fulgētissima, sedentibus in tenebris & vmbra mortis. Sic hūc locū cum sensisse & explanasse videtur EVSEB. Cæsar. lib. 2. demonstrat. euang. cap. 22.

Hoc rece-
ptissimum
est apud
quosdā ex
iustis, ut
loca scri-
pturæ, qui
bus sancti
hereticos
et Iudæos
premit,
aliò desce-
runt, &
Iudæos in-
uent, et eo
se putent
ingenio-
sos.
Refellun-
tur qui pu-
tāt, berith,
vocem He-
bræam ma-
lè Latine
redditam
testamen-
tum.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Super vias pascetur, et in omnibus planis pascua eorum non esurient, neq; sitiēt, neque percutiet eos æstus, nec sol, quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum portabit eos. Et ponā omnes montes meos in viam, & semita mea exaltabuntur.

In omnibus vijs pascuntur, & in omnibus semitis pascua eorum, non esurient, neque sitiēt, nec percutiet eos æstus, nec sol, sed qui miseratus fuerit eos consolabitur ipsos, & per fontes aquarum ducet illos. Et ponam omnem montem in viam, & omnem semitam in pascua eis.

ORIGEN. cōtra Celsum lib. 1. in Christi aduentu completa hæc ait, cū in omnibus vijs pascantur, & cū in omnibus semitis pascua sint, cū scilicet vbi que terrarum sit Dei ecclesiā, & sint sacramenta legis nouæ, non tantum intra Iudæam, aut in templo Hierosolymorum. Quod Hieron. vertit [Super vias pascuntur] Lxx interpretantur: Super omnes vias. per zeugma ab inferiori. Sequitur enim [Et in omnibus planis, vel, in omnibus semitis.] Sic etiam intellexisse hunc locū videtur EVSEB. Cæsariens. lib. 2. demonstrat. euangel. cap. 21. Nam ut probet aduentum Christi, & vocationē gentium, hunc locum citat: putat igitur de aduentu Christi, & vocatione gentium hic agi, sed tam plana putant Origenes, & Euseb. ut interpretatione non putent indigere. Lib. 1. tamen demonstrat. euangel. cap. 1. & 2. Veteri lege (inquit) cautum erat, ne quis extra Hierosolymitanum templum sacrificia offerret Dño, aut vinceretur ante Dñm: ecce quomodo iam in lege noua, in omnibus vijs pascuntur, & in omnibus vijs pascua fidelium sunt, non solum in templo Hierosolymitano, quod dixerat Dñs per prophetam Sophoniam cap. 2. Et adorabunt Dñm singuli de loco suo, qui locus malè habet Iudæos, apertè enim præfert abrogationem legis Mosaicæ, ut penè toto lib. 1. demonstrat. euang. pluribus verbis ostendit Euseb. Idē hoc loco Esaiæ significari aiunt AVG. ORIG. EVSEB. locis citatis, saltē ita præ se ferūt, & CYRIL. Hic locus citatur à D. Ioanne Apocal. 7. neq; citatur iuxta translationē Lxx, sed potius paraphrasi quadā à D. Ioanne explanatur, ut alia interpretatione opus nō sit. Nā cū Esaias dixerit nō esurituros, neq; sitiuros qui Christo credent, neq; æstu, aut sole vrendos, sed qui miseratus fuerit eos, consolatur eos, & per fontes aquarū ducturū illos, declarat Ioannes qui sit hic, qui hæc sit facturū: Agnus (inquit) qui in throno sedet, pascet eos, habitabit super illos, non esurient, neque sitiēt amplius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus, reget illos, deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Penè verba omnia Esaiæ reddit & interpretatur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ponam omnes montes meos in viā, & semita mea exaltabuntur, ecce isti de longè venient, ecce isti ab Aquilone, & mari, & isti de terra Australi, laudate cali, & exultate terra, in bilate montes laude, quia consolatus est Dñs populum suū, & pauperum suorum miserebitur.

Et ponā oēm montē in viā, & oēm semitā in pascua eis: ecce isti de longè veniēt, isti ab Aquilone & mari, alij aut de terra Persarū, lætami cæli, & exultet terra, erūpāt mōtes letitiā quia misertus est Deus populi sui, & humiles populi sui est consolatus.

Postquā dixit Dñs non sitiuros neq; esurituros suos, sed ducēdos per fontes aquarū per sanctos prophetas, & apostolos, & euangelistas, & exuberaturos spiritus sancti donis, & charismatis: nūc [mōtes] ait, hoc est, sublimitates virtutū, ut inquit CYRIL. quæ olim erāt inaccessible, & arduæ videbantur, neq; fieri posse credebatur, ut coleretur continentia, tēperantia, iustitia, & omnis virtus, tā planè & æquabiles sunt redditæ à seruatore nostro, ut quæ olim mōtes videbātur ardui, in planā viā & æquabilē redactæ videātur, tamen erunt semitæ exaltatæ, quia cōuersatio nostra in cælis est, quod latius infrā dicendū est. Dicitur em ab Esaiā via euangelica, alta, & excelsa, de qua via suprā dictū est, & infrā dicendū. Lxx [ויעלו], legerunt pro [ויעלו], mutata vna litera. i. pro exaltabuntur, pascet eos. [Ecce isti de longè veniēt, &c.] de vocatione gentium, & conuersione orbis dicta esse docet AVGVS. de vnitatē ecclesiā cap. 7. vbi hæc omnia, vt

Bbb 4 omnia, vt

omnia, vt dixi, explanat. Et EVSEB. Caesariens. loco citato. Et CYRILL. in commentarijs. Et D. A. HIERON. qui omnibus est ad manū. Sinin, verò vox Hebraea à D. Hieronymo redditur, de terra australi: à Lxx viris, à terra Persarum: quibus verbis, Magos, posse significari putat Cyril. Huius varietatis causa est, quòd sinin, variè explanatur à rabbinis, vnde Pagninus & Vatablus hanc vocem non verterunt. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. hoc loco Esaiæ significari ait Deum hominem factum voluntate patris, ecclesiam edificaturum ex nationibus & alienigenis. Hoc idem Dominus dixit Matth. 18. Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. [Laudate cæli & exultet terra.] Hæc & similia satis præferunt tempora euangelica, & tempora illius foelicissimi nunciij: id enim sonat euangelium, lætissimum & faustissimum nunciū aduentus Dei, quo iubemur triumphare gaudio præletitia iactare voces ad sidera, exilire, gestire tam læto nuncio. Quibus verbis satis apparet verà esse sententiam Augustini, Tertulliani, Eusebij, & Cyrilli, qui hæc de Christo & de vocatione gentium interpretantur. Sed vt intelligas quodnam sit hoc canticum, lege AVG. in psal. 95. in illa verba: Cantate Dño canticū nouum. Et in Psal. 149. in principio. Pro [laudate cæli] dixere Lxx, lætamini cæli & exultet terra. Pro [iubilate montes laude] erumpant montes lætitiā: B [Quia consolatus est Dominus populum suum] dixere, quia misertus est Dominus populi sui. Pro [Et pauperum suorum miserebitur] edidit: humiles populi sui consolatus est. semper apostolos & fideles appellat pauperes, quod dicant: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Montes, prædicatores euangelij intelligit: & angelos, præfides ecclesiæ: calos, verò, principatus, potestates, dominationes, sic CYRILL.

D. HIERONYMVS.

Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus et Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? et si illa oblita fuerit, ego tamē nō obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsite, muri tui coram oculis meis semper.

D istum est, Augustinum & Eusebium locis citatis hæc de ecclesia interpretari, & D. Hieronymum, & Cyrillum. Quòd igitur cap. 54. dixerit Dñs: Ad tempus & in modico derelinquit te, idq; dixerit ecclesia catholica, cum initio nascentis ecclesiæ permisit Dñs, vt apostoli traderentur in concilijs, vt in synagogis flagellarentur, eo tempore dereliquit, ait ecclesia, me Dominus, &c. cui respondit Dominus appositisima similitudine. [Nūquid obliuisci potest mulier? &c.] vt enim docet AVG. cum alijs locis plurimis, tum de ciuitate Dei lib. 22. cap. 17. vt in exordio generis humani, de latere viri dormientis costa detracta foemina facta est, qui typus erat Christi, & ecclesiæ, de eius latere orta, sic ex Christo exanimi in cruce pendenti, cum latus lancea perforatum est, sanguis & aqua profluxit, quæ sacramenta esse nouimus, quibus ædificata est ecclesia, quòd vt innueret scriptura, dixit: De costa Adam non formauit aut finxit, sed ædificauit eam in mulierem, vt significaret ædificationem ecclesiæ, vnde vtitur Dominus similitudine matris, quæ non obliuiscitur pueri de suis visceribus nati, vt significet se non obliturum esse ecclesiæ, quæ ex suis visceribus orta est, & quæ nata est ex suo sanguine, & aqua, quæ ex suo latere profluxit hasta transfosso. CHRYS. de prouidentia lib. 1. Quæ humana clementia, inquit, diuinæ bonitati conferri possit? sed quia exemplum summæ affectionis nullum nos maius nouimus, quam patris ad filios, dixit: Quemadmodum misertus est pater filiorum, misertus est Dñs timentibus se, nisi fortasse maius aliquid docuit Esaias, qui matris potius exemplo est vsus, ostendens Dei misericordiam affectus omnes naturales excedere. [Ecce in manibus meis descripsi te] variè disputata est hæc lectio à D. Hieron. & à Lxx. D. Hieron. dixit [ecce in manibus meis descripsi te] & illic apposuit distinctionē. [Et postea [Muri tui coram oculis meis semper] Lxx sic distinxere [Ecce super manus meas depinxi tibi muros tuos] & apposuere illic distinctionem, quòd Hebraea nomina sunt indeclinabilia, & quòd D. Hieron. casu nominandi dixerat, Lxx transulere casu accusandi. i. ecce in manibus meis

sunt ci-

A sunt cicatrices clauorum, depictæ, quibus suffixus sum cruci, vnde fluxere dona gratiæ, sacramenta ecclesiæ, bona omnia spiritualia, quæ sunt tibi muri. Deinde nouo principio dixerit Lxx: [Coram me semper] subaudi sunt hæc, quæ, vt redimerem, pertuli, pro quo Lxx edidit, coram me tu es semper. lege AMBR. OS. in explanatione ad virgines non longè à fine, quid de intellectu huius loci sentiat: & in lib. de bono mortis cap. 5. & Hexameron lib. 6. cap. 8. & de interpellatione lib. 3. cap. 9. lege CHRYS. tomo 3. in Ioannis cap. 10. homelia 6. EPIPH. 2. tomo Conciliorum Synodo Nicena 2. actione 6. hoc loco, & illo ex canticis: Tota pulchra es amica mea, vel cognata mea: reuincit hæreticos qui dicebant in quibusdam errasse ecclesiam, An illa ecclesia inquit quæ tales habet promissiones à Christo, quam Christus appellat totam pulchram & cognatam sibi, quam Christus scripsit in manibus suis ab hostili dæmonum potestate in prædam rapitur? & vbi Deus est ipsum caput? &c.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Venerunt structores tui, destruetes te, & dissipantes à te exhibunt. Leua in circuitu oculos tuos vide, omnes isti cōgregati sunt venerunt tibi. Vno ego dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis eos tibi quasi sponsa. Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruina tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, et longe fugabuntur qui absorbebant te.

C Venerunt structores tui vel Festinauerunt structores tui] vt præfert lectio, Hebræa destruetes te] dixerit Lxx. Cito ædificata es à quibus destructa fuisti] reddunt enim sententiā non verba. Hoc IVSTIN. contra Tryphonem negat intelligi posse de terrena Hierusalē, quæ neque instaurata est; neque instaurabitur vnquam: sed de ecclesia catholica quam Iudæi ipsi, & principes, qui eam persequebantur, instaurauere. Vnde AVGVS. loco citato lib. 1. de vnitae ecclesiæ cap. 7. Breui ædificaberis, inquit, ab his, à quibus euerfa es. i. à regibus terræ, qui primo persequebantur Ecclesiā, post adiuuere eā vehementer [Dissipantes à te exhibunt] i. qui perstituerunt in malitia Iudæi excludentur. Vnde AVGVS. Cum illa dixisset subiecit, Sed quia multorum in suis iniquitatibus mortui erant, adiunxit, & qui desolauerunt te, discedent à te. i. excludentur à te. [Leua in circuitu oculos tuos] Idem AVGVS. & TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionem. & D. HIER. & CYRILL. hæc omnia interpretantur de ecclesia, ad quam vocabuntur omnes nationes [Vno ego dicit Dominus] TERTVL. eodem lib. & CYRILL. adnotant ecclesiam significari his verbis rursum, quæ ex choro apostolorum & fidelibus constabat augendam gentibus, & nationibus: Omnes hos inquit induet tibi Christus o ecclesia vt sponsæ tuæ p ornamento, vel, indues tibi hos omnes, vt ornamentū spōsæ Christi. Ad dicit TERTVL. Solomonem hoc idem significasse, cum dixit: Veni sponsa ex Libano. i. ex nationibus infidelibus, quòd infidelium mons erat Libanus: uel quòd Libanus arborem significet thuriferam & verè Libanus Græca vox, idē significat quòd thus Latine, quasi dicat Solomon: Veni sponsa è gentibus, quæ thura adolent Idolis, de idolatria enim sibi desponsabat ecclesiā. Hieronymus simile illi ait, Adstitit Regina à dextris tuis, circumdata à varietate. lege GREG. in 7. psal. pœnitētiales 4. psal. in illa verba & sicut opertoriū mutabis eos & Moraliū 29. c. 4. [Quia deserta tua, et solitudines tuæ] Cum eadē sit ecclesia quæ nūc est, & quæ olim fuit Iudæorū, cū post crucē Dñi fame, incendio vsque ad interuentionem, & ferro consumpserit Dominus omnes vrbes Iudææ, residuos toto orbe disijcerit, cumque pauca reliquæ saluæ factæ essent, & in illas totus orbis assurrexerit odijs, ad tantam paucitatem redacta ecclesia, & tot vndique pressa rebus aduersis, clamauerunt ad Dominum: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei,

Bbb 5

Cui Do-

Cui Dominus respondit quæ supra dicta sunt. Nunc adijcit, quanquam videat ecclesia vr-
beis, quas olim incolebat, dirutas & videat innumera hominum milia occisos. i. omnes Iu-
dæos, quod ab ecclesia decesserint, & se ad tantam paucitatem redactam, & prædæ esse omni-
bus nationibus, tanquam agnoscere paucos lupis innumerabilibus: tamen futurum esse ait vt mul-
titudine tanta credentium affluat, vt si vasta Iudææ instarentur, tantam multitudinē capere non
possit, vt maior quædam regio quæranda sit. Prædicat itaque Dominus ecclesiam recuperatu-
ram pristinas vires, atque adeo multo maiores, non enim intra Iudæam tantum continebitur
ecclesia, sed finibus orbis terrarum terminabitur [Longe fugabuntur qui absorbebāt te] de Iu-
dæis dictum est hoc, quos subuertit Dominus, quod persequebantur ecclesiam, residuos disi-
ecit per totum orbem, sic interpretantur Lxx viri, qui sententiam reddunt. Quia deserta tua
dissipata, quæ corrueunt. i. vrbes Iudææ subuersæ omnes, nunc angustæ erunt, sic enim ve-
tere debuisset interpretari *angusta erunt*, quia suppositum est neutrum plurale. i. oppi-
da Iudææ omnia, quæ Iudæa sunt à T. Vespasiano & Adriano Imp. angusta erunt ad capien-
dam te ô ecclesia. i. non capiet te Iudæa sed toto orbe terrarum fundaberis, & sic legit AVG.
quonia quæ deserta fuerunt in te, & corrupta, & delapsa, nunc in maxima arctura erūt per eos
qui commorantur [Isti à te longe efficiuntur, qui te tranfluorabant] Iudæi qui te deuorabant,
& persequebantur perdentur omnes, residui summoueuntur in vltimas terras [Angustus est
mihi locus] hæc omnia tam plana sunt de dilatatione ecclesiæ catholice toto orbe terrarum,
vt AVG. cum ea citet locò supra dicto, & TERTVL. lib. 4. aduersum Marcionem, & ORIG.
homel. 3. in cap. 2. Iesu Naue in fine, non putent interpretatione egere.

D. HIERONYMVS

*Adhuc dicent in auribus tuis filia ste-
rilitatis tuæ, angustus est mihi locus, fac
spatium mihi vt habitem, & dices in
corde tuo, quis genuit mihi istos? ego ste-
rilis, & non pariens transmigrata, &
captiua? et istos quis enutrit? ego de-
stitutata, et sola. et isti vbi hic erant?
hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo
ad gentem manum meam, & ad popu-
los exaltabo signum meum, & afferet
filios tuos in vlnis, & filias tuas super
humeros portabunt, et erunt reges nu-
tricij tui, et regina nutrices tuæ.*

AVGVS. cum superiora verba, & hæc re-
citasset, manifestiora & magis perspi-
cua putauit quæ quæ essent explananda, adie-
citque postremò: Quis tam surdus? quis tam demens? quis tam mente cæcus, vt his tam euiden-
tib⁹ testimonijs obloquatur: nisi qui nescit quid loquatur? tã plane his verbis describitur eccle-
sia [Filij tui quos perdidisti] significat ecclesiam recuperaturam filios, quos perdidit, cum Iu-
dæi discessere ab ecclesia, cum Christum recipere noluerunt & ideo à Romanis excisi sunt &
vastati. Hoc D. Hieron. significantius [filij sterilitatis tuæ] i. filia ecclesiæ ex populo gentium,
quæ sterilis dicta est infra: Lauda sterilis, quæ non parit & multi filij deserta, quam eius quæ ha-
bet virum, quæ duo loca sic explanat AVGVS. in psalm. 112. in fine: Multi filij deserta. i. multi
filij eius, quæ per gratiam in senectute concepit, quam eius quæ ab ineunte ætate legis vinculo
marita est, & dico inquit AVGVST. in senectute concepit, intuens Saram matrem nostram
in vno Isaac quæ per omnes gentes mater fidelium vocatur. hæc AVGVST. quibus verbis
typum ecclesiæ significat esse Saram, nam vt Sara in senectute per gratiam sterilis concepit,
ita nouissimis temporibus per gratiam ecclesia in vno Christo parit fideles, & plurimos fi-
lios ha-

LXX VIRI.

Dicet enim in auribus tuis filij tui,
quos perdidisti, angustus mihi loc⁹,
fac mihi locum vt habitē, & dices
in corde tuo: Quis genuit mihi
istos? ego autem sine filijs, & vidua,
aduena & inclusa, hos autem quis
enutrit mihi? ego autē derelicta
sum sola: isti autē mihi vbi erāt? Sic
dicit Dominus, Ecce leuo super gē-
tes manum meam, & super insulas
leuabo signum meum, & adducet
filios tuos in sinu, & filias tuas in hu-
meris portabunt, & erunt reges nu-
tricij tui, at principes foeminae eo-
rum, nutrices tuæ.

Alios habet toto orbe diffusa, recte Sara appellata, vt nominauit Dominus. i. princeps & regina
quod reges esset paritura. i. populum Christianum quod genus electum, regale sacerdotium
est dictum à D. Petro & cui reges seruiant & humi strati obtemperabūt: pergitq; idem AVG.
Nam videt quæ nam persona illa apud Esaïam est, quasi omnino non matris persona nec eius
quæ peperit aliquem, & tamen ei dicitur [dicet in aures tuas filij tui quos amiferas, angustia no-
bis est in loco isto, &c.] tu vero dices in corde tuo, quis genuit mihi istos, &c. ex ea ergo per-
te inquit AVGVS. ista dicit ecclesia, quæ videtur nihil parere in istis turbis quæ nondum di-
miserunt omnia sua, vt sequerentur Dominum, & sederent super duodecim thronos. Sed quæ
multi in eadem turba facientes sibi amicos de mammona iniquitatis per opera misericordiæ
ad dextram stabunt? Signum quod leuat Dominus ad gētes supra diximus esse sanctissimæ cru-
cis signū, & sic explanat D. Hier. qui omnia, vt diximus, interpretatur. sed is ad manum est om-
nibus. sic omnes veteres explanant & post euersas vrbes Iudææ Dominus protulit signum cru-
cis in totum terrarum orbem & temporis momento lex euangelica toto orbe recepta est. EV-
SEB. Caesariensis demonstrationis euangelice cap. 41. de hoc signo multa disputat. de san-
ctissima cruce, quam sublatum se dicit Dominus ad omnes gentes, & congregaturum natio-
nes omnes ad se, eadem pendet hic dicit, quæ cap. 11. Adducet filios tuos, apostoli scilicet vt in-
terpretatur CYRILL. adducet filios ecclesiæ: pendet in sinu, veluti in humeris repositos, nihil
grauè illis imponet sed velut infantes nutrit lacte [Et erunt reges nutricij tui] B. PROS. de pro-
missionibus, & prædictionibus Dei parte 3. promissione 33. dum probat quod reges Christum
in ecclesia persequentes, ad ecclesiam humiles adducendi essent, citat hunc locum: Et erunt re-
ges nutritores tui & principes foeminae eorum nutrices tuæ super faciem terræ adorabunt, &
puluerem pedum tuorum linguent. itaq; B. PROS. [super faciem terræ adorabunt te] interpre-
tatur, prosternerent se ad pedes tuos reges ô ecclesia & pedum tuorum puluerem linguent. i. ba-
siabunt pedes principum ecclesiæ humiles, cum petent baptisma his verbis putat significari re-
ges humiles adducendos in ecclesiam, id quæ completum esse docet. CYRILL. significari ait re-
ges, & principes, & reginas futuros nutrices, & nutrices filiorum ecclesiæ quod regibus, & re-
gibus, quod principibus, & generosis foeminis semper fuit cura pietatis Christianæ, semper ec-
clesiæ iere consultum, pios & religiosos viros summo fauore sunt prosequuti, Christiani nomi-
nis signa longè lateque protulere, quod nostro tempore præstitere reges Hispani, supra cete-
ros omnes, quos vlla tulere secula, eum gentis ignotas vexilla Christi protulere, & primi om-
nium Oceanū nauibus transmiserunt, innumerabiles insulas inuenere primi omnium, & Chri-
stianæ religioni obtemperare docuerunt. Rex Lusitanus bonam Orientis partē docuit Christiani-
smum, quæ res tantam laudem habet, vt maiore buccina opus esset ad eam celebrandam. Vtinā
coronidem tantis laudibus adderent, vt coniunctis opibus infestos Christianis barbaros sum-
mouerent quam longissimè [Super faciem terræ adorabunt te] Puto his verbis significari quod
supra diximus ex B. PROS. & quod memini me legere in codice peruetusto ordinis D. Benedi-
cti, nomen authoris erat erasum & exesum vetustate, memini inquam me legere de moribus
ecclesiæ Christianæ, reges olim cum adirent episcoporum synodum procumbere solitos toto
corpore terra ante episcopos, & terram ex osculari. neque prius se at tollere humo quā, illi suis
sedibus surgerent, & illos brachijs attollerent, & sella quadā regia pro dignitate collocarent;
dum tali pietate præfulgebant reges, victicia aduersus hostes suos videbant signa, hoc puto
D. hic significari ab Esaïa.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Et scies quia ego Dominus, super quo
non confundentur qui expectant eum.
Nunquid tolletur à forti præda? aut
quod captum fuerit à robusto saluum
esse poterit? Quia hæc dicit Dominus
Equidem, & captiuitas à forti tolletur
& quod ablatum fuerit à robusto sal-
uabitur.*

Et scies quia ego Dominus, & nō
confundetur expectates eū. Nun-
quid accipiet, quis à gigante spolia?
& si captiuauerit quis iustus iniuste
saluabuntur? quia sic dicit Domi-
nus: si quis captiuauerit gigantem;
accipiet spolia, accipiens autem à
forti saluabitur.

præda, & tolletur fortis captiuitas etiam Deus dicit sic qm̄ seruabitur iusti captiuitas si & præda fortis à collectur. An
 יקח מנבו מלקוחים שבי צדק ימלט כי כה אמר יהוה גם שבי גבור יקח ומלקוח
 Confessum est apud omnes veteres patres, hunc locum Esaiæ idem si-
 gnificare cū illo Marci 3. Quomodo potest aliquis intrare in domū
 fortis, & vasa eius diripere, nisi primum ligauerit fortem, & tunc domum eius diripiet? sic D.
 Hieron. sic Cyrill. sic Origen. homil. 7. in cap. 12. Numerorum ubi interpretans hunc
 locum inquit: Tibi præstat ut de uictis gigantibus, intres in regnum, quod illi perdidere.
 in euangelio: Nemo potest introire in domum fortis, &c. Qui licet propter superbiam suam
 à domo cælesti sit deiectus, tu tamen nisi uiceris illum, non introibis in domum fortis. Neque
 uinci solum, verum & alligari illum oportet, nisi enim alligetur haudquaquam tutum esse po-
 terit iter nostrum. Nunc ergo quantum ad comparationem humanam, & demoniacam naturam,
 nos locustæ sumus, & illi gigantes, si uerò sequamur Iesum, tanquam nihil erunt in conspe-
 ctu nostro: Hæc Origen. Tamen sensus huius uaticinij est de dæmone alligato, & in cruce
 Domini triumphato, cum perrexit postea Dominus in infernum, & inde uasa eius diripuit,
 id est, animas quas tenebat abstraxit. Alligauit ergo eum in cruce, & sic ingressus est do-
 mum. i. infernum, & inde ascendit in altum captiuam duxit captiuitatem, eos scilicet, qui
 cum ipso surrexerunt, & ingressi sunt sanctam ciuitatem. Hæc etiam Origen. in cap. 6.
 epistolæ ad Romanos in illa uerba: Quod autem uiuit, uiuit Deo, mors ei ultra non domina-
 bitur, hoc uerba Hebræa significant, quæ sic uerbi possunt ad uerbum: Nunquid tolletur
 forti præda? ut reddidit D. Hieronymus, aut: Nunquid tolletur à gigante præda, quod Lxx
 dixerunt: Nunquid accipiet quis à gigante spolia? quod Dominus dixit, Quomodo potest
 quis intrare in domum fortis, & uasa eius diripere? .i. quomodo genus humanum captum
 à Sathana eripietur? Nunquid captiuitas extorqueri potest à dæmone? [si captiuitas iusti ser-
 uabitur] uel [Et uere captiuitas iusti saluabitur], .i. uere captiuitas, quam Christus iustus ab in-
 feris eduxit, salua erit: aut, Si captiuitas quam Christus iustus abduxit ab inferis salua erit. Cer-
 tè iustus in scriptura Christus dicitur, & cum Hebræa lectio præferat, licet Iudæi turbent, quæ
 uolūt & Iudæizantes [Nū captiuitas iusti salua erit] intelligere nemo potest, nisi ut intelligit
 oēs sancti de captiuitate illa, quam ascendens in altum captiuam duxit Dominus. Hoc Lxx se-
 niores dixerunt: Si captiuauerit, quis iustus, iniuste saluabitur? sic enim uertenda est tralatio Lxx
 uirorum, nā addenda dictio [iustus] est, ex lectione Hebræa, quæ deest in tralatione Lxx, &
 uolunt, quāquam sit uerbum singulare, cum habet suppositum plurale, pluraliter erat
 reddendum. Ergo Lxx interpretantur: Et si quis iustus captiuarit, iniuste saluabitur? .i. spo-
 lia illa gigantis, si quis iustus .i. si Christus ea captiuauerit .i. ascendens in altum captiuam duxe-
 rit, iniuste ne saluabitur? ubi illud iniuste addidit Lxx de suo, per spicuitatis causa. hoc D.
 Hieronymus dixit, Quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? à robusto .i. à Christo
 ex Hebræa lectione sic est interpretandum, nam pro robusto Hebraicè est, פריץ .i. à iusto. Iu-
 dæi alio defletere conantur, ut solent: Postea sequitur Hebraicè: [Quia sic dicit Dominus, e-
 quidem, & captiuitas à forti tolletur, & præda fortis saluabitur] Sic dicit Dominus: Certè ca-
 ptiuitas eripietur à manu dæmonis & ita Lxx reddere huius loci sententiam, Sic [Quia hæc
 dicit Dominus si quis captiuauerit gigantem accipiet spolia] dixere enim, pendè eadè uerba quæ
 Dominus Marci 3. Nisi primum ligauerit fortem, & tunc domum eius diripiet. Edidit ergo
 Lxx si quis captiuauerit gigantem accipiet spolia .i. si quis alligauerit dæmonem, captiuam du-
 cet captiuitatem, & accipiet spolia dæmonis, animas sanctorum patrum, & accipiens à forti,
 hoc est à gigante spolia saluabitur .i. resurget salua, & erepta præda: Hoc dixit Hieronymus pe-
 nè ad uerbum ex Hebræa lectione expressum: Equidem captiuitas à forti tolletur. eripietur à
 potestate dæmonis, & quod ablatum fuerit à robusto .i. omnis præda quæ erepta fuerit è ma-
 nibus dæmonis à Domino salua erit, robustum enim appellat dæmonem & fortem, & gigan-
 tem, præterquam in principio [quod captū fuerit à robusto] tibi em̄ explanandū est pro Chri-
 sto, si lectione Hebræa sequi uolumus, in qua, ut dixi, pro robusto, eo loco est פריץ .i. à iusto.

D. HIERONYMVS.

Eos uero qui iudicauerunt te, ego iudica

LXX VIRI.

Ego iudicium tuū iudicabo & ego filios

A dicabo & filios tuos ego saluabo, et ci-
 babo hosteis tuos carnibus suis. & qua
 si musto sanguine suo inebriabimur,
 & sciet omnis caro quia ego dominus
 saluans te, & redemptor tuus fortis Ja-
 cob.

filios meos erua, & comedent qui
 tribulauerunt te carnes suas, & bi-
 bent quasi uinum nouum sangui-
 nem suum, & sentiet omnis caro
 quia ego dominus, qui erui te & ad-
 iutor fortitudinis Iacob.

Redit ad querelas ecclesiæ Dominus, & respondet eius querimoniæ se vindicaturum. fide-
 les de Iudæis, qui eos persequerantur post crucem Domini [Eos inquit qui iudicauerunt
 te] qui trahebant te ad iudices, & propter nomen meum quod tu profitebaris, & propter fidem
 meam te scilicet morte afficiebant [Ego iudicabo] ego pœna merita afficiam, delebo eos per
 Romanos Imperatores Vespasianum, & Adrianum. Hoc Lxx uiri qui uertunt sententiam, dixe-
 re, Ego iudicium tuum iudicabo, uel, Ego causam tuam iudicabo. .i. ego ero cognitor causæ
 tuæ aduersus Iudæos, & illos merita pœna afficiam [Filios tuos ego saluabo] ex illa ruina urbium
 Iudææ quam inueham per Romanos, ut vindicem te. de Iudæis [Ego saluabo filios tuos] dicit eccle-
 sia. i. fideles. triennio enim antea ut diximus ex Athanasio, & Chrylostomo, & Epiphano, mo-
 nuit Dominus fideles ut excederent Hierosolymis, & sic seruauit fideles è uastitate illa, quod
 Lxx dixerunt: Ego saluabo filios meos, quia dedit eis potestatem filios Dei fieri, nunquam enim
 dissentiant à uerbis Hebræis Lxx uiri quin exprimant sententiam & aliquid mysteriorū innuāt
 [Cibabo hosteis tuos carnibus suis] Leges apud Iosephum de bello Iudaico à principio usq; ad
 finem illius belli, Iudæos mutuis bellis & seditionibus, corruisse potiusquam armis Romanis, sic
 ergo cibauit Dominus hosteis ecclesiæ. i. Iudæos carnibus suis, & inebriauit eos sanguine suo qua
 si musto [Sciet omnis caro quia ego Dominus saluans te] si uolues scripta sanctorum, nulla re
 magis intelliges cognouisse omnis gentis ueritatem fidei catholicæ & redemisse Israelem &
 genus humanum, quam cum uidere ut predictum erat per prophetas, momento temporis ruisse
 urbes Iudææ, & deletos Iudæos omnes.

IN ESAIAE CAP. L.

Christi aduentus & diuinitas & passio describitur hoc capite, & uastitas Iudææ, quod Chri-
 stum non receperit. Explanat totum fere hoc caput ORIG. in illa uerba Matthei. Tunc ex-
 puerunt in faciem eius tractatu 3. in Mattheum, illinc pete.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Hac dicit Dominus. Quis est hic liber
 repudij matris uestræ quo dimisi eam?
 aut quis est creditor meus, cui uendidi
 uos? ecce in iniquitatibus uestris uendi-
 distis & in sceleribus uestris dimisi
 matrem uestram.

Sic dicit Dominus, qualis hic liber
 repudij matris uestræ, quo dimisi
 eam? aut cui creditori exactorū meo-
 rū uendidi uos? ecce peccatis ue-
 stris uendati estis, & in iniquitati-
 bus uestris dimisi matrem uestram

AVGVSTVS. de tempore ferm. 97. docet significari his uerbis, populum Iudæorum & eorum sy-
 nagogam, dotales tabulas lege mariti accepisse a Domino & cogitasse de adulterio & deo
 repudiatam esse à Domino Iudæorum synagogam. Dicitur enim erat ei: Non seruias dijs alie-
 nis & coluit idola. Idem dixerat de tempore fermone 47. De hoc matrimonio cum Domino a-
 nimarum fidelium & repudio quod accipiunt animæ quæ peccant, & de sensu huius loci Esaiæ
 AMBROS. lib. 8. in euangelium secundum Lucam cap. 1. ISYCH. in Leuiticum lib. 6. in illa uer-
 ba. Quia sanctus ego sum Dominus, sanctificans eos. Synagoga repudiata est à Deo suo tanquam
 à uero suo, qui ei per electionem uir factus fuerat, sed quia postea culpabilem reperit, propterea
 eam repudiavit Osee 2. iudicate matrem uestram, iudicate quia ipsa non uxor mea & ego non
 uir eius, & Esaias [quis est hic liber repudij] ubi autem est repudium & dimissio, manifestum est
 quia

quia vxor erat [Quis est creditor meus cui vendidi vos?] Hoc LXX seniores, cui creditori ex actō-
rū meorū, vel cui fœneratori fœneratorū meorū vēdidi vos ei? vbi dixere, Cui, & ei p̄ eodē, for-
ma dicendi Hebræa. EVSEB. Casarien. lib. 2. cap. 3. 4. legit: Cui creditori, vel fœneratori vendidi
vos? & AMBR. de Thob. cap. 8. legit: Cui creditori vēdendi vos? vnde reliqua adiectitia esse
videtur ex alicuius scioli glossulis. Hebræicē em̄ est, *מי אשר*, cui ex fœneratoribus meis, *מי אשר* cre-
dere est & fœnerari, vt reddi possit, cui creditori, & cui fœneratori? vt legit. Amb. qui hūc locū ex-
planās vēditur inquit. qui obligatus fœneratori fuerit, & vēditur nō vno pretio, sed quotidiano,
Hoc intelligendū est ex illo loco s̄p̄e à m̄e citato 9. de rep. Platonis in fine, vbi docet Plato quo-
ties peccat quis se tradere obligatū cathēna dño pessimo, vt vilissimum mancipium quod imme-
nissimū est facinus, inquit, multo immanius quāsi filium, aut filiam in mancipium daret hosti, se-
uissimos, & pessimo corruptus auro aut argento, aut fœda aliqua voluptate, quod faceret nemo,
& tradidit miseram animam, qui peccat velut cathenis reuinctam, pessimo & fœuissimo Domino
& qui tali Domino animam vēdit, inquit AMBR. OS. non vēdit se are, sed culpa & peccato, & su-
bīdē fœneratur, hoc enim significauit Ambrosius cum inquit, non vēditur vno pretio sed quo-
tidiano, nouis se implicans v furis, nouo se fœnore illaqueans, non curat dissoluere q̄s alienum Do-
mino fœdissimo, cum possit se exoluere vinculis Domini liberalitate de thesauris ecclēsiæ, quos
paratos habemus indulgentia Domini, nō vult tamē: & hoc est cur Dominus irascatur magis, q̄
fugiant salutis authorem, liberari nolint de thesauro Domini, sed nouam subīdē accipiant pe-
cuniam à Sathana, nempe adulteria, furta, homicida. Hæ enim sunt dæmonis pecunię quibus se ei
vēdunt peccatores. sed vt ait ISICH. lib. 7. in Leuiticum interpretans illa verba: Qui vendiderit
domum intra vrbis muros, ecce vēditi, inquit, estis, in peccatis vestris, sed licet hęc vēditionē redi-
mere in anno quo Christus redemptionem prædicauit, quē significauit Esaias his verbis, Spiritus
Dñi super me, vt predicarē captiuis indulgentiā. Hęc Isych. Quod hęc igitur indulgentiā repudiāt
Iudæi, irascitur. ORIG. in Exod. c. 15. hom. 16. diaboli serui sūt peccatores, & vide quā pecunia
eos emat homicidio, adulterio, furto, similibusq̄, hęc em̄ diaboli est pecunia, fecisti adulteriū, dia-
bli pecuniā suscepisti, in eo em̄ est diaboli imago, & superscriptio, & sic de similibus, redempti vērō
sumus Christi sanguine. Ergo cui fœneratori vēdidi vos? quasi dicat: Non vēdidi vos fœneratori,
sed vos nouo fœnore ei vos ipsos subīdē obligatis. Vnde idem AMBR. OS. in lib. de Helia & ie-
iunio cap. 20. peccatis tuis venditus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tuā, vilis pecu-
nia, sed pretiosa est misericordia, eleemosina à peccato liberat. & in Psal. 43. Vendidit, inquit, po-
pulum Iudæorum, non in clementia Dei sed sua culpa, quibus recte dicitur. In peccatis vestris ven-
diti estis, & propter iniquitates vestras dimisi matrem vestram, vēditus est, inquit, populus Iudæo-
rum emptus, est populus Christianus: ille peccatis venditus, hic emptus sanguine agni, vt
1. Petri. 1. Non corruptibilibus argento vel auro empti estis, sed pretioso sanguine, vnde sine
pretio populus Iudæorum, pretiosus populus Christianus. Et in epistolam ad Romanos in
capite. 7. in illa verba: Scimus quod lex est, interpretans hunc locum, inquit: Adam vēdi-
dit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum est peccato. & AVGV. S. serm. 206. de tem-
pore, de Heliseo serm. 2. vidua ergo ista. i. ecclēsia debitum graue contraxerat, nō solidorū, sed
peccatorū, & crudelissimum creditorem sustinebat, quia se Diabolo multis peccatis obligauit,
vnde Esaias: In peccatis vestris venditi estis: captiua erat, verus redemptor Christus visitauit
eam. superiora omnia vsque adhuc locum explanat diuinitus ORIG. in exodi cap. 20. de initio
decalogi homilia. 8.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

*Quia veni & non erat vir, vocavi &
non erat qui audiret.*

*Quia veni & non erat homo, voca-
ui & non erat audiens.*

EVSEB. lib. 2. cap. 34. & lib. 6. cap. 23. significare docet his verbis Christi aduentū & explica-
ri causam cur Iudæos exeluserit Deus ab ecclēsia, & à se abalienarit, quod venientem non ac-
ceperunt, & vocanti non responderunt. Idem EVSEB. demonstr. Euang. lib. 9. cap. 11. sic hunc lo-
cum explanat, vt exclusos dicat Iudæos, quod non receperint Christum: idemque significare
commonstret, quod illud Domini: *Auferetur à vobis regnum*, nempe quod non receperint
gratiam ad illos missam. CHRYS. in cap. 3. Genesios homilia 2. 3. tomo. 1. morem esse scripturę
ait homines appellare eos, qui imaginem hominis saluam & puram retinent, vt non solum
rationales

A rationales sint, sed & virtute præfulgeant, & religione, reliquos non deputare dignos homi-
nis vocabulo, sed beluas nominare, & serpentes, vnde, Veni, & non erat homo, vbi tot ciui-
um millia erant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Nunquid abbreviata, & paruula facta est
manus mea, vt non possim redimere, aut nō
est in me virtus ad liberandum?*

*Nunquid non poterit manus
mea liberare? aut non possum
eruerē?*

AVGV. de tēpore serm. 47. Vis euidēter agnoscere, inquit, cur te iugo seruitutis addictū,
A potētē suā virtute redimere noluerit? audi quid dicat, postquā exprobrat Iudæis cau-
sam voluntarię venditionis, quod se scilicet fœneratori dæmoni nouo fœnore subīdē obli-
garent, adijcit causam esse, quod à peccatis nō desisterēt, fœuiebant enim in martyres postquā
affecerant cruce regem glorię, corrupiebant scripturas, & moliebantur omnes dolos, & frau-
des aduersus Dñm. ergo: Audi, inquit Augustinus, quid adijciat Dominus [nunquid abbreviata
& paruula facta est manus mea vt non possim redimere] quid huic potentissimæ miseri-
cordiæ eius semper obstiterit, idem propheta demonstrat: Ecce inquit non est abbreviata ma-
nus Domini, sed iniquitates vestrę diuiserunt inter vos & Deum vestrum. & CYPRIAN. lib.
2. aduersus Iudæos cap. 47. hoc loco significari ait delictō, & merito vestro fieri, vt laboreis
nequę Dei opera in omnibus sentiat. ANACLET. papa tomo 1. Conciliorum epistola 2. ver-
bum breuiatum cap. 10. Esaiæ interpretatur verbum æterni patris minoratum paulo minus ab
angelis, propter humanitatem, non diminutionem deitatis: & hoc loco manum breuiatam ex-
planat. i. verbum Dei patris non esse breuiatum in filio propter humanitatis assumptionem,
vt sit omnipotens ad ea quę velit, & docet Deum verbum, manum dici & brachium patris: le-
getotam epistolam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Ecce increpatione mea desertum faciā
mare, ponam flumina in siccum, com-
putrescent pisces sine aqua & morien-
tur in siti, induam celos tenebris, & sac-
cum ponam operimentum eorum.*

*Ecce increpatione mea desertum
faciam mare, & ponam flumina de-
serta, & arefient pisces coram eo
quod non sit aqua, & morientur in
siti, induā celum tenebris & quasi
saccū ponam integumentum eius.*

Diuus HIERON. & CYRILL. hunc lo-
cum explanat de miraculis editis in
Aegypto, quando exsiccauit mare rubrum, quando computruere pisces, quando erant densis-
sima tenebrę in Aegypto, quando siccauit fluiuos Ethan, & fluuium Iordanem: qui tanta po-
tentia hæc edidit rerum miracula, poterat saluare Iudæos, si ipsorum pernicacia in malo nō ob-
ceperantur. TER TVLL. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 61. postrema verba: Cælum vestiam
tenebris: idem significare putat, quod verba illa Amos: Et erit illa die, occidet sol meridie, vbi
significata est oborta caligo sexta hora in passione Dñi, cum contenebratum est super terram,
& scissum est velum templi, angeli clamauerunt, linquamus has sedes, quia relinquenda erat
filia Sion tanquam in vinea specula, & in cucumerario casula: hæc ferē TER TVLL. Ergo pu-
tauit Tertullianus esse sensum [nō est abbreviata manus mea ad saluandum populum Iudæo-
rū] nā sum omnipotens, qui omnia ex nihilo feci, & possum omnia in nihilum redigere, qui cō-
didi mare, possum illud exsiccare, & qui flumina creauit exsiccare possum flumina, & in nihi-
lum redigere, q̄ sum infinite potētē, sed saluare nolo, vt supra dixit AVGV. quod peccatis pec-
cata cumulant, & vt sequatur postea vaticinium de passione Christi iam indē ab illis verbis:
[Induam cælum tenebris] iuxta sententiam TER TVLL. ORIG. in Matth. cap. 26. in illa verba:
Prophetiza nobis Christe: hæc omnia verba de consummatione mundi interpretatur, quo tē-
pore increpatione desertū faciet mare, ponet flumina deserta, cælū obuoluet tenebris, quē-
admodum Dominus alibi suam omnipotentiam declararit, dicens se conditorem cæli, & ter-
rę & rerum omnium, sic nunc eandem declarat, quod quando ipse volet, omnia sūt cōsumptu-
rus, quod ait Aristoteles lib. 1. de celo, cum docet Deum esse *αίωνα*. i. semperentem, pelagus esse
di (quod

Origenes
in illa ver-
ba Math.
Tūc expue-
runt in fa-
ciē ei: hæc
explanat
omnia.

di (quod ait Diuus Thomas) qui omnibus largiatur esse, quod habent, & quando ipse re-
hat id esse, quod dedit rebus, re esse desinent: qui talē habet omnipotētiam, saluare posset quos
vellet, declarat Dominus hoc loco cur nolit saluare populum ludæorum. Quod Hieronymus
dixit: Computrescent: Lxx seniores, Arefient, Hebraicè est, שׁוֹבְרִים, quod legisse videtur Lxx si
ne, N, à verbo, iabas, arefco.

D. HIERONYMVS.

*Dominus dedit mihi linguam erudi-
tam, ut sciam sustentare eum, qui las-
sus est, verbo.*

Diuus Hieronymus in commentarijs docet ludæos hæc refer-
re ad Esaiam, nec potuere aliud: nam plane describitur Christi passio vsque ad finem capitis, &
obturabant hæc omnia os ludæis, anguilla sunt, & elabuntur manibus, sed hoc oraculum tam
manifestum est, et planum, vt folio ficulno eos teneat, & quanquam sint anguillis lubrici ma-
gis, astrictos in vinculis impietatis arguat. Nam vt priora verba in dubiū vocari possent, Chri-
sto ne conuenirent magis, an Esaiæ? quæ Esaiæ conuenire nullo modo possunt. nam Dominus
loquitur à principio, & postea Dominus Dominum dedisse sibi dicit linguam eruditam. i. pa-
tre filio, Deum Deo, quod ludæos cruciat, quæ res facit vt ludæi principiū capitis hoc faciant,
vt alio hæc verba referant, ad Esaiam. s. non ad Deum loquentem à principio, ne Deus Deo di-
catur dedisse linguam eruditam. Sed postrema verba tollunt omnem controuersiam, illa vide-
licet [Ecce vos omnes accenditis ignē] quæ verba aperte prædicunt incendia, quibus vniuersa
ludæa ob passionem Christi conflagrauit. Deinde [manu mea factū est hoc vobis] dirimit vel
iniquissimis æstimatoribus litem. Manu ne Esaiæ absumpti sunt incendio ludæi, an manu Do-
mini loquentis, & dicentis Dominum sibi Domino dedisse linguam eruditionis? Hic igitur de
quo sermo erat, manu sua hæc incendia fecisse dicitur. Etiam impiētissimi morum ludæorum fa-
cio iudicium, illis arbitris hanc causam disceptari volo: diiudicent ludæi an manu Esaiæ facta
sint incendia ludæis, an manu Christi: Si manu Christi, Christus igitur est qui loquebatur, nam
à principio vsque ad hunc locum eadem persona loquitur. Nō possunt ludæis diuersa profes-
se. Si Esaias loquebatur à principio, Esaias incendit vniuersam ludæam, si Christus incendia illis
inuexit, Christus loquebatur à principio. Itaque ludæi quanquam initiū capitis hoc faciunt, au-
thore D. Hieronymo, ne superioribus redarguantur, & cogantur fateri Dominum dedisse Do-
mino linguam eruditionis, hoc est, patrem filio, redarguuntur codicibus excusis & manuscri-
ptis, & redarguuntur postrema parte capitis, quæ plane refertur ad Christum & cum vna per-
sona hæc omnia loquatur Christi loqui conuincitur, & non Esaiam. Vatablus testē videtur in
ludæorum sententiam propendere, & à principio negat repudiatam esse synagogam, cōtra om-
nes veteres patres, non audent se prodere, tamen præ se fert quid sentiat, quantum coniecto,
sed nequem fallant ludæi ORIG. tomo 2. cap. 26. in illa verba Matt. Prophetiza nobis Christus,
quis est qui te percussit? docet nos cōsensu toti^o ecclesie hæc de Christo interpretari, & Matt.
cap. 26. hæc eo referre videtur, vnde non necesse habemus dicere Hieron. Cyrill. Procopium,
Ambrosio aliosque patres hæc referre ad Christum, cum Origenes nos admonuerit totius ec-
clesie hanc esse sententiam.

Dominus dedit mihi linguam eruditam]. Hieronymus in commentarijs. Sciētia est, inquit
dare in tempore conseruis cibaria, & audietium considerare personas, sicut Paulus ijs, qui pro-
phetarum fidem non recipiebant authorum suorum loquitur testimonijs. Sicut quidam de ve-
stris poetis dixerunt, Huius & genus sumus: Aratum significans. Rursumque de comico: Cor-
rumpunt bonos mores colloquia praua. Lxx hoc dixere [Dominus dat mihi linguam discipli-
næ quando oporteat me loqui verbum] vt sit idem cum illo loannis cap. 12. Qui misit me pater
ipse mihi mandat dedit quid dicam, & quid loquar: & infra: Quæ ergo ego loquor, sicut di-
xit mihi pater: sic loquor, idem enim significat tralatio Lxx [Dominus dat mihi linguam disci-
plinæ, vt sciam quando oporteat loqui verbum] & tralatio Lxx virorum conuenit cum lectio-
ne Hebræa ad verbum. Nam vt leges in thesauro linguæ sanctæ, in dictione, פּוֹלֵךְ. R. David in li-
bro radicum interpretatur hunc locum eodem modo [vt sciam dicere in tēpore suo lasso ver-
bum, vel,

LXX VIRI.

Dominus, Dominus dat mihi lin-
guam disciplinæ vt sciam quando
oportet loqui verbum.

Abum, vel, sitibundo; quod idem est cum tralatione Lxx [vt sciam quando oporteat loqui ver-
bum] nam omnes consentiunt in tralatione primorū verborum [Dominus dedit mihi linguā
eruditam, vel eruditionis, nā Hebraicè est: Dñs dedit mihi linguā eruditorū, quam D. Hieron.
interpretatur, eruditam, Lxx, eruditionis. fortasse significantius est verbum Hebræum, erudi-
torum: quod, vt docent Theologi, Christo non est datus spiritus sanctus ad mensurā, sed habi-
tabat in eo omnis plenitudo gratiæ corporaliter, vt Paulus ait, tanquā in capite, vnde influeret
in omnia membra, in apostolos, doctores. Omnium ergo prophetarū, omnium sanctorū spiritus,
omnium doctorum in Dei regno datus est Christo, vt ab illo tanquā à capite influat in omnes
doctos in regno Dei, iuxta illud: De plenitudine eius omnes accepimus. quo mihi significan-
tior videtur Hebræa lectio: Dedit mihi Deus linguā doctorū, quanquā idem significet lingua
eruditionis, & erudita. Deinde sequitur: וְלִמְדָה, ad sciendū, vel vt sciam, וְלִמְדָה, Hebræi interpre-
tantur, tempore conuenienti dicere aliquid, vt explanat R. David in lib. Radicū, & videtur de-
ducere ab לָמַד, tempus, vt leges in dictione לָמַד, & ita interpretatur Hebræi, dicere tēpore suo,
& dicere oportune, & conuenienti tēpore, quod Lxx dixere, loqui quando oportet. Puto ego
D. Hieronymū idē significare voluisse, cum reddidit sustentare: idē enim est, loqui quando o-
portet verbū lasso, hoc est, ægroto, quod sustentare ægrotum, iuxta illud: Non in solo pane vi-
uit homo, sed in omni verbo. Et dixi ex Platone etiam animam pasci verbo Dei, & Dei scienti-
am verum alimentū esse animorū. ORIG. loco suprā citato: Christus accipit à patre linguā
doctrinæ, vt sciat quo modo oporteat dicere verbū, quod cōmiserat ei Deus. TER TVL. li. 4.
aduersus Marcionē: Dñs dat linguā disciplinæ, quando debeā proferre sermonē. Nec mirū si
is præcogitationē cohibeat, qui & ipse à patre excepit, pronuntiandi tempestiuè subministra-
tione. GREG. in psal. i. pœnitentiāliū in illa verba: Domine labia mea aperies, & os meū an-
nuntiabit laudē tuam. explanat translationem D. Hieronymi per translationem Lxx: ait enim
Dñs dedit mihi linguā eruditam, quando. f. oporteat sermonē dicere. Lege AMBR. in psal. 37.
non longē à fine. Et in psal. 40. in principio. Et officiorum lib. 1. cap. 2. Huc referri potest illud
euangelij: Nunquam sic locutus est homo. &: Verba vitæ habes. & similia: non enim ab illis
multum abludit: Dedit mihi linguam eruditionis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Erigit manē, manē erigit mihi au-
rē, vt audiā quasi magistrū, dñs
Deus aperuit mihi aurē, ego autē
nō cōtradico, retrorsum non abij.*

Posuit mihi manē, manē (vel posuit me
manē, manē) addidit mihi aurē ad au-
diendū, & disciplina Dñi aperit meas au-
res, ego autē nō renuo, non contradico.

aurē mihi aperuit Deus dominantes. magistros sicut ad audiendum aurē mihi manē in manē in Excitauit ¶

יְעִיר בְּבָקָר בְּבָקָר לִי אֲזָן לְשִׁמְעוּ בְּלִמְדוֹתַי אֲדָרְיָ יְהוָה פְּתַח לִי אָזְנוֹ

Lectio Hebræa ad verbū reddi Latine potest duobus modis. vel sic: Excitauit in manē, in ma-
nē mihi aurē ad audiendū sicut magistrū, & sic reddidit D. Hieron. vel: Excitauit in manē,
in manē mihi aurē ad audiendū. Et postea nouo principio: Sicut magistri dñantes Deus ape-
ruit mihi aurē, vt reddidisse videatur Lxx, eadē tamē est sentētia. Iā ceteris admonui, Hebraicè
esse vestigia Trinitatis his formis dicēdi, nā superiore cōmentario dictū est Hebraicè esse: Do-
minātes Deus dedit mihi linguā, vbi dominantes, numero multitudinis, vt pluralitas persona-
rū significaretur, Deus singulariter, vsi significaretur vnitas essentiæ & deitatis. Et significatū est
initiū capitis esse: Sic dicit De^o pro quo versum Latine est: Sic dicit Dñs, hoc verò loco apparet
repeti: Dominātes Deus dedit mihi linguā, vt Deus pater, & Deus spiritus sanctus dederint Deo
filio homini factō linguā. Quod si quis neget, dicatq; hoc aliud caput esse, & distinguat hæc à
superioribus cū ludæis, ostendimus suprā, hunc, qui datā sibi linguā à dñantibus Deo. i. à domi-
nantibus patre & spiritu sancto, vno Deo dicit, Deū in fine capitis se ostendisse, cum dicat se in-
uexisse omnia mala ludæis, quæ passi sunt, hoc quoq; loco eadē pluralitas personarū signifi-
ca-
ri videtur, & vnitas essentiæ eadē præcipuè, iuxta Lxx interpretationē, qui lectio Hebr. sic
distinguit: Excitauit in manē, in manē excitauit mihi aurē ad audiendū. Et postea: Sicut docētes
vel sicut doctores dñantes De^o aperuit mihi aurē, vt sit: Sicut docētes dñantes pater & spiritus
sanctus Deus. i. vn^o Deus aperuit mihi aurē, vt docētes & dñantes adiectiuè dicta de patre &
filio dicatur, & duas personas declarēt, & cum postea redeatur ad singularē numerū, significa-
tur deitatis vnitas. Sed dices cur Lxx viri non sic verterunt? fat est vt nos sic distinguere osten-
dant ferē hæc loca, quæ Trinitatē reuelant, etiam si ipsi singulariter vertant causa Ptolemæi, &

Trinitas
personarū
significata

Canon

vulgi, quibus ea tempestate non erat tantum hoc mysterium reuelatū, nam si nos adhibeamus A
Canonem Augustini interpretandæ scripturæ, vt conferamus vtranque lectionē Hebræā, &
Græcam, inde exsculpemus verum scripturæ sensum, sicut hoc loco, cum videamus sic distin-
gui, Sicut doctores dominantes Deus aperuit mihi aurē, & videamus Lxx viros hæc ad Deū re-
tulisse, qui edidēre: Disciplina Domini aperit mihi aures, nisi obfurduimus ad diuinā respōsa,
clarē auribus nostris sacratissima Trinitas resonat. D. Hieron. sic interpretatur hæc: Semper
Deus pater mihi aperit aurem vt magister, vt scientiam patris transmittam ad fideles: hoc est
enim [erigit manē manē aurem mihi] i. singulis diebus me excitat Deus pater, vt audiam eum
quasi magistrum. Hæc enim secundum humanitatē dicit Christus. Lxx pro, excitat manē, ma-
nē, edidēre, posuit mihi, vel posuit me. Sic enim alij Græci codices præferunt: Posuit me manē
manē, & addidit mihi aurem ad audiendū, hoc loco apposita distinctio: quæ verba ORIG.
loco suprā citato, sic explanat: Pater appoluit filio secundum humanitatem aurem manē, ma-
nē, i. singulis diebus, vt ampliùs audiat cæteris omnibus: plura enim reuelata sunt filio secun-
dum humanitatem, quàm vlli creaturæ. TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionem hunc locū ali-
ter explanat: Erant (inquit) loca alia apud Hierusalem ad docendum, erant & extra Hierusalē B
ad secedendum, nam per diem in templo docebat, vt qui per Osee prædixerat: In templo meo
me inueniunt, & illic disputatum est ad eos: ad noctem verò in montem Oliueti secedebat.
Sic per Zachariam demonstrauerat: Et stabunt pedes eius in monte Oliueti, erant quoq; horæ
auditorio competentes, diluculo conueniendum erat ad audiendum, quia per Esaiam cum di-
xisset: Dominus dat mihi linguam disciplinæ, adiecit [posuit me manē manē appoluit mihi au-
rem ad audiendum] i. singulis diebus, primo diluculo appoluit me vt docerē, & appoluit mi-
hi auditores. hæc Tertul. [Disciplina Domini aperit aures meas, ego autem non renuo.] Ori-
genes loco citato interpretatur. i. disciplina patris aperuit ei aures, & ipse non fuit inobediēs
patri mittenti. Idem ORIG. in cap. 22. Genes. homel. 3. Aperit (inquit) Dominus os & aures, &
oculos, vt vel loquamur, vel cernamus, vel audiamus quæ Dei sunt, ita Esaias [eruditio Domi-
ni aperuit mihi aurem] neque semper auris aperta esse debet: nam si quando vana dicuntur, qui
nouit Domini eruditionem, claudit aures, vndē illud: Ego sicut surdus non audiebam. Si verò
ad vtilitatem animæ pertinet, si de Deo sermo est, si mores docet, ad virtutes inuitat, vitia refe-
cat, patere debent aures huiuscemodi orationi, & non solum aures, sed cor, mens, totaque ani-
mæ ianua est pandenda [ego autem non contradico] GREG. Nazianzenus in fine apologetici
verba Domini hæc esse ait, quando vt ouis ad pansionem duceretur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Corpus meum dedi percutientibus, et
genas meas vellentibus, faciem meā nō
auerti ab increpantibus, et conspuenti-
bus in me, Dominus Deus auxiliator
meus, et ideo non sum confusus.*

Huius loci interpretatio petenda est ex IREN. lib. 4. cap. 66. & ex ORIG. loco citato in
Matth. cap. 26. in illa verba: Prophetiza nobis Christe, & sequentia. Quanquam nescio
cur alius citandus sit interpres huius loci, quam ipse idem Matth. cap. 26. quæ enim hic narrat
futura, ipse illic facta prædicat, vt illud vulgatum Augustini dicere possis: Audi prædicta, vide
completa. AVGV. de tempore serm. 114. Perpende (inquit) inter hæc, qui pro nobis talem
pecuniam dedit, hoc est, qui flagella pertulit, alapas, qui fel bibit, qui sanguinem pro nobis ef-
fudit, & vitam, qualem à nobis sit vsuram exacturus, in pansionem enim Domini illa propheta
impleta est: Corpus meum dedi percutientibus, &c. CYPR. lib. 2. aduersus Iudæos cap. 12. hūc
locum sic legit, vt sit initium sententiæ [Non sum contumax, neque contradico, dorsum meū
posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, &c.] & humilitatem Christi in primo aduentu
his verbis significari putat. Sed & lib. 1. epistoliarum ad Rogatianum presbyterum epist. 5. eo-
dem modo legit hunc locum, & humilitatem pansionis his verbis significari docet, reprehē-
ditque Christi antistites & sacerdotes, qui cum Christi personam gerant, ipsumque ita humi-
lem imitari debeant, se audent extollere & superbere, immemores factorum, quæ ille gessit,
& mandatorum, quæ nobis dedit, quod si non est maior domino suo seruus, qui Dominum
sequitur, vestigia Dñi imitetur humilis, & taciturnus: Qui minim⁹ fuerit in vobis (inquit Dñs)
hic erit

A hic erit magnus. AMBR. de incarnatione Dñi cap. 5. sic hunc locū explanat, addit tamē, plagas
diuina natura non sensit: dixit enim, Dorsum meū dedi in flagella, & maxillas, & vultum. sed
dorsum, maxillæ, & vultus, humani corporis portiones sunt: itaq; concludit Ambros. verbū
passum esse carne, idq; hic significari, sed quod caro verbi patiebatur, manēs in carne Dei ver-
bū patiebatur carne, vndē PAVL. EMISEN. in rescripto quod recitauit coram Cyrillo: Hoc lo-
co, inquit, proprias facit suas sui corporis pansiones Dei verbū, attamen ipse permanfit impaf-
sibilis in natura diuina. eadē dicit Cyrill. in oratione de pace. ATHAN. in epist. ad Epictetum
episcopū Corinthiorum: Verbū Deus (inquit) cæso corpore à ministro, sicut ipse patiens dice-
bat: Quid me cædis? ita impafsibilis naturaliter dicebat: Dorsum meū dedi ad verbera. quæ e-
nim humanitas verbi patiebatur, hæc in habitās verbū ad se referebat, vt nos deitatis verbi par-
ticipes esse possemus, & erat admirabile, quia ipse erat patiens, & non patiens: patiens, quia pro-
priū eius corpus patiebatur, nō patiens, quia erat Deus impafsibilis. Interpretationē huius loci
pete etiā ex B. P. OSP. de prædictionib. Dei parte. 2. cap. 22. in fine. & par. 3. promiss. 19. de con-
B tumelijs in Iesum. LACT. li. 4. cap. 18. de his multa diuinitus. Et AMBR. in psal. 118. serm. 5. in il-
la verba: Aufer opprobriū meū. interpretans hunc locū: Multa dicit de his opprobrijs Christi
quæ Dei sunt gloria, crux em Christi Iudæis est scādalu, Græcis stultitia, nobis virtus Dei, hoc
opprobriū thesauri Aegypti Moyses prætulit, ad Hebr. 11. Gloriæ Christi participes erimus,
cuius sumus opprobrio gloriosi. & multa alia quæ leges apud Ambr. in psal. 118. serm. 14. in il-
la verba: Humiliatus sum nimis. citans hunc locū, inquit: De humilitate propria gloriatur Do-
minus, rectē ergo David humiliare se voluit, vt Christi esset imitator. ISYCH. etiā in fine li. 4.
in Leuitic. dispunxit hunc locū vt CYPR. Ego nō contradico, retrorsum nō abij, corpus meū
dedi percutiētibus, genas meas vellētibus. quæ distinctio placet mihi præter ceteras. Pro eo
quod Hieron. dixit [corpus meū] Hebraicè est *גוף*, quod significat corpus meū, aut tergū meū,
seu dorsum, vt docet author lexici Complut. & D. Hieron. suprā reddidit, dorsum: hæc eandē
C vocē, in illo. Proiecisti post tergū peccata mea. Hic Hier. vertit: Corpus meū. & Lxx: Dorsum
meū. Et quod Hieron. vertit: Percutiētibus, Hebraicè est *מכה*, & *מכה*, percussio, & plaga est,
vndē optimē etiā Lxx: Tergū meū dedi in plagas, siue in flagella, quod reperies apud Matth.
cap. 20. & apud Marc. 10. & Ioann. 19. Quod Hieron. vertit: Genas meas vellentibus: Hebraicè
est *למך* i. maxillas, vel malas, aut genas vellentibus, quando sic vertit D. Hier. & *מך*,
vellere significat, sed nisi auctoritas D. Hieronymi accessisset, dicerē parū propriè dici vellere
malas, nā vellere barbā, dicimus, ferire malas, vndē in euangelio: Si percusserit tibi quis malā
dexterā, vndē Græcè *παράσπονδα*, quib⁹ verbis Græcè vtuntur Lxx: concidunt em verbis cum
verbis apostolicis & euangelicis: ergo cum, marath, significet tundēdo polire aliquid, vt gla-
dius ille politus & acutus apud Hieremiā ab hoc verbo est distus. Hinc factū est, vt cum *מך*,
malas significet aut genas, marath, verbū Hebræū, quod significat tundere, & polire, pro feri-
re acceperint Lxx, quod euangelistæ narrat factū, vbi leges, percussas malas Dñi alapis, quan-
& rectē verterit D. Hieron. [Faciē meā non auerti ab increpantibus. EPIPH. li. 3. cap. contra Di-
moeritas: Verbū Deus incorporeus & intangibilis, percusso corpore dicebat: Cur me cædis?
& dorsum meū dedi in flagella, nā quæ patiebatur secundū humanitatem, hæc ad se referebat
verbū Deus, vt nos eius diuinitatis esse participes: erat em admirabile, quod ipse erat pa-
tens, & nō patiens: patiens, quod eius propriū corpus patiebatur: nō patiens, quod Deus natura
D impatiibilis est. Corpus Dñi habebat in se verbū Deū impatiibile, qui delet corporis infirmita-
tes, fecit hoc Deus, vt ipse nostrā humanitatē assumens & offerens in holocaustū pro nostris
peccatis, quæ assumpsit etiam ipse, ea deleteret in cruce, & postremò nos indueret sua diuinitate
efficeretq; immortales, & ideo homo verus factus est, & mansit Deus verus, & homo verus.
Hæc ORIG. loco citato: Humiliauit se, inquit, factus obediens vsq; ad palmas, & alapas, vsque
ad sputa, flagella, & mortem, propter quæ omnia exaltauit illum Deus, neque propter mor-
tem solam, sed propter alapas, & propter sputamenta. Quoniam autem ad extremam iniu-
riā accipitur sputamentū, manifestū est ex lege in qua scriptū est: Si frater defuncti noluerit ac-
cipere vxorē, coniugem fratris, vt qui accipere volet, expuat in faciem eius coram senioribus.
Non ergo auertit faciem suam à sputamentis, vt magis glorificetur vultus eius, quàm vultus
Mosis, quantum lumen solis lucernæ lumine splendet magis, sicut sciētia quæ ex parte est, de-
struitur cum venerit quod perfectū est, colaphis cecidere sanctū ecclesiæ caput, propter quod
ipsi colaphizantur à sathana, vt traditi inimico & vindici, recipiant, quod fecerunt peccatū co-
laphizantes

laphizantes Iesum? Totus, inquam, hic locus penè iisdè verbis est iuxta translationè Lxx apud A Math. cap. 26. & apud Lucam cap. 22. & apud Marc. cap. 14. vt iisdè verbis prænunciatū sit futurum, quibus ab euangelistis narretur factum. Lege L E O N. papam serm. 4. de passione Dñi, & serm. 15. & GREG. Nazianz. de philoptochia. i. de humilitate siue amore pauperum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Id eo posui faciē meā vt petrā durissimā, et scio quia non confundar, iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul, quis est aduersari meus? accedat ad me, ecce dñs Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

Sed posui faciē meā sicut firmā petrā, & cognoui quia nō cōfundar, quia iuxta est q iustificat me. Quis est qui litigat mecum? resistet mihi simul? & quis qui litigat mecum? appropinquet mihi, ecce Dñs auxiliabit mihi, & affliget me? Ecce omnes vos quasi vestimentū vetera scetis, & quasi tinea comedet vos,

TRanslatio Lxx hoc loco trunca est in Biblijs Complutenribus, & apud D. Hieronymū: ex codicibus tamen antiquis, & ex Græcis quibusdā exemplaribus resarciatur. Ait ergo Christus qui hoc loco loquitur [Dñs Deus auxiliator meus. vel vt Hebraicè est: Et dominantes Deus auxiliator meus, & ideo non sum cōfusus] .i. quāuis sputatus, flagellis cæsus, alapis percussus, ignominiosissima morte mulctatus, non sum pudore affectus [quia dominantes Deus auxiliator erat mihi] .i. quia dñs Deus pater, & dñs Deus spiritus sanctus, vnus Deus, & vn⁹ dñs fuit mihi auxiliator, & ita illa probra ignominiosissima, cessare mihi in summā gloriā. Quid enim gloriosius cruce Dñi dici potest? Itatim tot edidit miracula Dñs, cum saxa concussa sunt inter se, velū templi scissum est, cum celū tenebris obductū, cum cōfessio extorta ab inimicis: Verè filius Dei erat hic, & morte illa ignominiosissima, gloria eius apparuit. Id sæpè repetit [scio quia non cōfundar] sciebat em̄ omnia vt pote Deus [iuxta est qui iustificat me] Lxx *id est dicitur*, quod duo significat, merito premio afficere aliquem, & id factum est cum Christo secundum humanitatem datum est nomen super omne nomen. Et vindicare aliquem de aliquo, vt Dñs vindicauit Christū de Iudæis, cum propter passionem Christi euerti iussit omnes vrbes Iudææ, & deleri omnes Iudæos, & residuos exulare sempiterno exilio. Ergo Deus pater, & spiritus sanctus, & ipse filius vlciscitur Iudæos ob passionem Christi. Hæc sic intellexisse videtur CYRILL. [Quis est qui litigat mecum, resistat mihi simul?] quod Hieron. dixit [quis est qui contradicit mihi? stemus simul] Cyrillus putat esse idē cū illo Ioann. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatē loquor, quare non creditis mihi? Quod autē sequitur in translatione Lxx [Quis est qui litigat mecum? appropinquet mihi, ecce Dñs auxiliabitur mihi, & affliget me.]* Apud Cyril. sic legitur [Quis mecum litigat, appropinquet mihi, ecce Dñs succurrit mihi, quia malo afficiet me: Ecce omnes vos sicut vestimentum inueterabimini, & quasi tinea comedet vos] quæ lectio integra est, significatq; vt inquit Cyril. irritum fore consilium Iudæorū aduersum Dñm cum dixere: Hic est hæres, venite occidamus eum. & acerrimas poenas luituros Iudæos huius facinoris, id enim significat [ecce Dñs succurrit mihi] .i. Deus pater me excitabit à mortuis, neq; vos poteritis me, etiam si occidatis, opprimere: quod dictū erat: Nihil proficiet inimicus in eo. & Cogitauerunt consilium quod non potuerunt constabilire. nam affectus cruce reuixit, excitatus est à mortuis à patre, à seipso, & ab spiritu sancto, id lucri reportarūt, inquit [quod omnes sicut vestimentū veterascent]. quod delebūt oēs Iudæi ob passionē Christi, multis malis cōfecti] & vos cōsumēt quasi tinea] .i. intestinis bellis peribitis, non solū armis Romanis. Ait em̄ Cyril. significare hoc idem quod illud: Terra vestra deserta, ciuitates vestre igni consumptæ sunt. IRÉN. li. 4. c. 66. sic hunc locū legit: Quisquis iudicatur, ex aduerso astat, & quisquis iustificat, appropinquet puero Dei. Et sic enodat, significatur his post passionē & assumptionē Dñi, oēs qui cōtra eum fuerāt, sub pedibus subiiciendos: Translatio D. Hieron. tantū videtur significare superiore sententiā: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Lxx cum illā sententiā euangelicā significarint superiore oratione, hac posteriore oratione passionē Christi & resurrectionē & poenas illatas Iudæis putarūt significari, vt explanat Cyril. Lectio Heb. nō repugnat, nā יְשׁוּעָה, significat cōdemnare*

Adamnare, vt vertit D. Hieron. aut terrere: Quis terrebit me? aut commouebit me? aut cessare faciet me? significat enim Hebræū verbū, facere quiescere aliquem, aut perdere, aut facere timere, & Iudæi dicebant: Eradamus eum de terra viuentium, & non memoretur nomē eius vltra. Et ita lectio Hebræa multò magis congruit cum sententiā Cyrilli: Quis poterit terrere me, cum mihi pater adsit? quis poterit eradere nomen meum de terra viuentium? & facere ne memoretur nomen meum vltra? cum pater meus me sit excitaturus à mortuis?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quis ex vobis timens Dñm, audiens vocē serui sui? qui ambulauit in tenebris, et non est lumē ei, speret in nomine Dñi, et innitatur super Deum suum.

Quis est inter vos qui timeat dñm? audiat vocē pueri ipsi⁹, vos qui abulatis in tēbris, quib⁹ nō est lux, cōfite nomini dñi, et innitimini Dño.

B in nomine confidat ei splendor non est & tenebris in ambulat qui serui eius vocem audiat Deum timens in vobis Quis ¶ *מי בכם ירא יהוה שמע בקולי עבדו אשר הלך תשבים ואין נגה לו יבטח בשם* Deo suo in innitatur & Dei

Lectio Hebræa sic ad verbū verti potest: Qui in vobis timet Deū, ¶ *יהוה וישען באלהיו* audiat vocem pueri eius, qui ambulat in tenebris, & non est lux, ¶ *יהוה וישען באלהיו* et, confidat in nomine Dñi, & innitatur in Deo suo. Sensus huius loci est, vt docet Hier. in commentarijs: Qui timet Dñm, doleat cruce affecisse Christum eius, & agat poenitentia[m] [& audiat vocē serui eius] .i. filij eius, & [qui ambulat in tenebris] erroris, ita vt ei non sit lux, persequens Christum, & apostolos [cōfidat in nomine Dñi] & agat poenitentia[m], & innitatur super Christū dñm Deum suū, neq; desperet veniā, etiā si regem gloriæ affecerit cruce: prouocat em̄ Dñs ad poenitentia[m] persequutores, inquit Hieron. sed nactus est codicem Lxx vitiatū, & ideo negat hoc significare translationē Lxx, cum multò planius translatio Lxx id significet. CYRILL. interpretans translationem Lxx ait (integrā, inquam, non truncā, & vitiatā, vt præferebat codex D. Hieronymi) [quis inter vos timet Dñm: audiat vocē pueri ipsius] Verba sunt Christi, inquit, qui cum se puerū Dei dicat, significat se hominē factum, & iubet vt se audiāt Iudæi, quod finis legis Christus est. Et infra: Vobis propono admonitionē qui versamini in tenebris, & lucē euāgelicā nō admittitis [confidite nomini Dñi] .i. credite mihi & euangelio meo: vbi Christus se Dñm appellat & Deū. Hæc Cyrill. & alia multa. TER TVL. aduersus Marcionē lib. 4. c. 36. sic explanat: Quis Deum metuens? audiat vocem filij eius. Iam repræsentans (inquit) eum, de quo ipse de celo dixit: Hic est filius meus, hunc igitur audite, quem ab initio edixerat audiendum: est em̄ ille propheta de quo Moses: Prophetā suscitabit vobis Deus ex filijs vestris, & c. omnis qui illū non audierit, exterminabitur anima eius de populo suo: hunc pater cōmendaturus erat dicēs: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Quod autē pro seruo, quod Hebræa lectio præfert, Tertull. vertit filium, indè factū est quod Lxx reddunt *seruus*, & hæc vox *seruus*, vt runq; significat, & seruū, & filiū, & consultō factū esse puto à Lxx, vt hac voce vterētur ferē, quoties de Christo agitur, vt vtrunq; significaretur, & seruū fuisse secundum humanā naturam, & Dei filiū, nā dictū est, cum præcij propheta essent rerū futurarū, & ecclesiā futurā è gentibus prænoscent, quib⁹ Græca lingua erat cōmunis iā tū ab illis tēporib⁹, ecclesiæ multa significasse, magis Græca lingua q̄ Hebræa, vt dictū est supra pluribus, cum disputabam⁹ de tau, & eius figura.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flāmis. Ambulate in lumine ignis vestri, et in flāmmis, quas succendistis, de manu mea factum est hoc vobis. In doloribus dormietis.

Ecce vos omnes ignem accenditis, & cōfortatis flāmmā, ambulate in lumine ignis vestri, & in flāma quā succendistis, per me facta sunt hæc vobis, in mœrore dormietis.

Hic locus refellit impios Iudæos & Iudaizantes, non enim manu Esaie, neque propter Esaia[m] conflagrauit vniuersa Iudæa, nam persona quæ loquitur se sua manu inflammasse Iudæam ait, si Esaia loquebatur vsque adhuc ò impij Iudæi, Esaia inflammavit Iudæam, si Christus inflammavit Iudæam post eius crucem per Romanos, Christus igitur vsque adhuc loquebatur. TER TVL. aduersus Iudæos de claritate gentium in Christo Iesu, le ¶ *ges, &*

ges, & prophetas docet vsque ad Ioannem fuisse, cessasse ab ipso Christi aduentu, aut post Christi passionem, nam tempus medium à Tiberio vsque ad Vespasianum, datu est Iudæis, inquit, vt respicerent, & Christum agnoscerent, quem cum non recepissent derelicta fuit filia Sion tanquam specula in vinea, & omnia absumpta sunt incendio, quod prædixit Esaias verbis illis: Propter me hæc facta sunt vobis, in anxietate dormietis. Cum hæc prædictu sit passuros Iudæos, & passos esse illa Iudæi se videant, quæ tanta cæcitas & amentia, vt Christu non agnoscant? Hæc pluribus Tertull. loco citato. & lib. 3. aduersus Marcionem cap. 16. D. HIER. & CYRIL. dupliciter hunc locum explanant de igne, quo conflagrauit vniuersa Iudæa post crucem Domini, vt Tertull. declarauit, quem ignem succendisse ipsos Iudæos ait propheta, & auxisse vehementer, cum tantoperè fauere in Christu, in apostolos, in martyres, vnde omnes Iudæi consumpti sunt incendio, & igni sempiterno, [In anxietate, vel, in ore dormietis] i. in more suppliciorum æternorum. ORIG. Periarchon lib. 2. cap. 11. vniuersi i. q; proprium esse ignem, ait, quo punitur, cuius ignis materia, atq; esca nostra sunt peccata: sicut in corpore abundantia esca, & qualitas, & quantitas cibi febres generant, & febres diuersi modi vel temporis, secundum eam mensuram, qua in temperies collectam materiam suggererit ad fomitem febris, B ita anima cum multitudinem malorum operum, & abundantiam in se congregauerit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio effluet, atque ad suppliciu infamatur, & cætera quæ ibidè leges. Eadè sunt apud D. Hier. qui indè est mutuat. Sed cautè lege locum Origenis, quod eius interpres multas interperfit hæreses illius translationi, quibus ille fuit, præter illas quas Origenes habebat: vt dixi me deprehendisse ex codice Græco Origenis, quem ad tempus sum nactus. Sic hunc locu semper explanat ORIG. in cap. 2. epist. ad Rom. lib. 2. in illa verba: Non enim acceptio personarum est apud Deum, in Leuitici cap. 17. homil. 9. in Numer. cap. 21. homil. 12. & in cap. 28. homil. 24. Sic explanat AMBR. de penitentia lib. 1. cap. 14. & in lib. de Ioseph patriarcha cap. 4. & in Lucam li. 7. cap. 15. de parata cœna magna. Et CYRIL. dialog. de Trinitate lib. 4. vt D. Hieron. & Cyrillus vtrunque sensum agnoscant, Iudæos accendisse ignem, quo conflagrauit vniuersa Iudæa, & ignem cruciamentorum sempiternoru apud inferos, & in illo more & verme dormient apud inferos: & vtrunque ignem incurrisse Iudæos, non per Esaiam, sed per Christum, qui malis irrogat pœnas. C

IN ESAIAE CAP. LI.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Audite me, qui persequimini quod iustum est, et queritis Dominum

Audite me sequentes quod iustum est, & querentes Dominum.

DIUUS HIERON. in comment. docet nos Lxx viros hunc locum retulisse ad persequutores Christi, & res ipsa satis indicat, vt infra ostendemus. Et nescio quod maius postulemus testimonium. IREN. certè lib. 3. cap. 24. tot annis ante aduentu Christi, veram esse scripturam à tot numero Iudæis, ait, ne vlla relinqueretur suspicio, ne fortè morem nobis gerentes Iudæi, hæc ita sint interpretati: & proximo postea à capite impudentiæ esse, si quis de illoru fide dubitet, cum plus tribui nobis non potuerit, quam quod tot seculis ante crucem Christi, tot numero Iudæi, tot testes, ita reddiderint Græcè scripturam, vt semper cum literis euangelicis congruat. Habemus ergo (vt inquit Irenæus) Lxxii Iudæos testes, qui nos docent hoc caput referri ad Christum, vnde legendum puto in translatione Lxx ἀκούετε μου εἰ δίκαιος τὸς δίκαιος, addita vna literula, v. [Audite me qui persequimini iustum] i. qui persequimini Christum, qui dicitur in scripturis iustus. δίκαιος, persequi significat, & aduersari, vnde Lxx qui edidè, qui persequimini, & aduersamini. certe scripsisse videntur τὸς δίκαιος, genere masculino, iustum illu sic appellatu in scriptura, hoc est Christu Dnm. & quanq̃ Hebraicè scriptu sit קַדִּיִם. i. iustitiam, vel alijs punctis, iustificantè. i. Christu, vt sit: Qui persequimini iustitia, i. Christu, qui factus est nobis sapietia à Deo, iustitia & sanctificatio, vel iustificantem. i. Christum, [qui persequimini quod iustum est] idè significat. i. qui aduersamini euangelio, quod est ipsum iustum, & ipsum ius diuinum, vt interpretatur D. Hieron. qui sic explanat hunc locum iuxta translationem Lxx: Audite

Audite me, o Iudæi, qui persequimini Christum, & fideles, & prædicationem Euangelij [& queritis Dominum] i. putatis vos obsequium præstare Deo, dum martyres Christi per omnia cruciamenta necatis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Attendite ad petram vnde excisistis, et ad cauernam laci de qua præcisistis.

Inspicite in solidam petram, quã excidistis, & in foueam laci quã fodistis.

LECTIO Hebræa dispuncta ita vt præferunt Hebræi codices, sic verti potest, vt reddita est Latine à D. Hieron. [Attendite ad petram excisistis, & ad cauernam laci præcisistis] i. attendite ad petram vnde excisistis, & ad cauernam laci de qua præcisistis. Nam sermo Hebræus est concisus, vbi subaudienda sunt huiusmodi vocula [vnde] & [de qua] vt fecit D. Hieron. qui sensum huius loci esse ait, Respiciat o apostoli petram. i. Abraham patrem vestrum, senem iam, qui procreare liberos non posset, magis quam si esset dura silex: & respiciat ad cauernam laci. i. ad Saram sterilem, & senio confectam, quæ peperit vos. Id enim significat de qua præcisistis. i. attendite quod centenarius Abraham cum esset, & sterilem haberet uxorem, multiplicauerim vos vt stellæ cæli, quod idem facturus sum de ecclesia, vos enim paucos apostolos & fideles, ita multiplicabo vt ecclesia toto orbe terrarum sese fundat: illud enim fuit typus & figura multiplicationis ecclesiæ ex paucissimis. Hæc fessè Hieronym. & optimè Agè, interpretetur hunc locum de sententia Iudæorum, vt videas quàm spurci sint, & quàm spurcè interpretentur scripturam. Iudæi sic interpretantur: Aspiciat ad petram, vnde excisistis: idispungunt enim verbu ita, vt passiuu vox sit, & פקקתם, ad perforatione cisternæ, vnde perforati estis, quod R. David in comment. interpretatur [Ad perforatione cisternæ. i. vuluæ Saræ, quã comparauit cisternæ, ac si dicas, ad cisternam perforatã ex qua perforati estis. i. vnde excisistis, vt per metaphoram cisternam appellet membrum muliebre, non admodum appositam metaphora, & perforatos filios aliquantulum etiam durè. Interpretantur etiam פקקתם, malleum, & pro mēbro genitali R. Abraham explanat & R. Mosè: vt sit, Aspiciat ad petram. i. ad Sarã, vnde excisistis, & ad malleum. i. ad membrum genitale Abraham. Hæc rabbi David, & R. Mosè. Agè nunc contra conferamus cum lectione Hebræa translationem Lxx senioru, qui verba hæc non dispungunt ita vt essent vocis passiuæ, sed vocis actiuæ. Cum ergo dixissent: Audite me persequentes iustum. i. Christum ipsum, vt ostendimus ex D. Hieron. subiungunt: Aspiciat in solidam & firmam petram, in illam nempe de qua capite proximo *ἐν τῷ ἑσθραῖν μου εἰς τὸ πρόσωπον μου* i. posui faciem meam sicut solidam petram, eisdem enim dictionibus Græcis vtuntur Lxx seniores hic & illic. & Hebraicè est צור. i. petram. i. aspiciat in Christum, qui posuit faciem suã percutientibus vt solidam petram, חצבתם, quod verbu potest dispungi ita vt sit actiuu præteritū, vt dispungunt Lxx, excidistis, dolauistis. [Aspiciat in petram dolauistis] i. quã dolauistis, pugnis, alapis: vel quam excidistis, arundinum scissibus, spinea corona. Nam petram hanc robustissimam, iuxta sententiam Lxx virorum, Dominum saluatorem esse nos docet D. Hieron. sed fac D. Hieronymum hoc non docuisse, tu ipse, quid dico tu ipse? aut Christianus aliquid? Iudæus, qui legat hæc verba: Aspiciat in petram quam excidistis, non poterit diffiteri nõ dicta esse de Christo. Et postea [i. & ad malleum laci, quem perforastis] potest enim & hoc verbu aliter dispunctum esse vocis actiuæ. Vide si ita dispungas quod referre possis [Inspiciat ad malleum laci, vel, cisternæ quem perforastis] antibi ob oculos ponat malleo adactos clauos per sacros Christi pedes, per sacras manus: & vide an magis propriè dicatur de illa cisterna, aut piscina sanguinis Christi, qui ex sacris manibus, & sacris pedibus effluxit, vbi eluuntur generis humani peccata, quam quomodo Iudæi spurcissimi simul & impientissimi interpretantur. Quod si, machebeth, interpretaris perforationem (nam id quoq; significat) vide an tibi ob oculos ponat latus Christi lancea perfossum, cum præsertim pro, lacus, sit Hebraicè בור, & sit idem quod בור. i. puteus, vt docent Hebræi, & perforatus est in passione Domini, puteus ille iugis aquæ vnde dimanant ecclesiæ sacramenta: perforatus, inquam, puteus ille aquarum viuentium, de quo 4. Cantico Canticorum. ORIGEN. in Numerorum cap. 21. homelia 12. apparebit petra illa, quam Christum interpretatur Paulus, cuius celata scul-

ptura cap. 3. Zachariæ dicitur, Vt auferatur iniquitas terræ in die vna, quem locum Zachariæ si cum hoc cõferas, videbis lapidem illum sculptũ & calatum describi hoc loco ad auferendã terræ iniquitatem, super quem septem oculi sunt. i. septem spiritus sancti dona, videbis lapidem illum esse petram illam perforatã, vnde fluxit sanguis & aqua, quæ laboranti orbi terrarum fecere medicinam. Hæc etiam Procop. qui addidit significari quoque hoc loco ecclesiã quæ de foramine petræ. i. de Christi latere perforato, toto orbe terrarum erat emanaturã. CHRYS. in 3. cap. Matt. homil. 11. sequitur tralationem Symmachi, quod credidit tralationẽ Lxx virorum discrepare à lectione Hebræa, non discrepat, reddit ad verbum lectionem Hebræam, tantũ hoc interest, quod verba dispungi possunt, vt dispunxerit Lxx. ita vt sint actiue vocis, vt mysteria passionis Christi repræsentet, & ecclesiæ sacramenta. Ergo iuxta dispersionem Lxx, locus hic verti potest [aspicite in petram quam dolauistis & in foueam aut cisternam laci quam perforastis, vel, Aspiciate in petram quam dolauistis & in malleum puteũ perforastis] i. quo puteum perforastis, puteũ, inquam, illum aquarum viuentium, vel, Aspiciate in petram quam dolauistis, & in perforationem cisterne aut sepulchri quod perforastis. Semper enim adhibendus est ille canon interpretandæ scripturæ, vt si verba scripturæ plura significent, omnia illa spiritum sanctum significasse intelligamus si ad rem, de qua agitur, omnia pertineant. Eundem sensum habere potest tralatio D. Hieronymi [attendite ad petrã] i. ad Christum [vnde excisi estis] i. vnde nati estis õ apostoli, & fideles, vt verba fiãt ad apostolos [ad cauernã laci] i. ad vulnus lateris [de qua præcisi estis] i. vnde fluxistis inde enim fluxit ecclesiã, vt iam latius dicendum est.

D. HIERONYMVS

Attendite ad Abraham patrem vestrum & ad Sarã, quæ peperit vos, quia vnum vocauit eum, & benedixit ei & multiplicauit eum. cõsolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius quasi delicias, et solitudinem eius quasi hortum Domini, gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

Dictum est supra ex autoritate veterũ patrum, quoties propheta Esaias veteris testamenti citat historias, declarare typos, & figuras esse, eius vaticinijs de quo agitur, quod factum est hoc loco. Nam cum petræ dolata meminuit, præ se fert petram illam quam percussit Moyses vnde fluxere fontes aquarum; typum fuisse Christi qui petra dicitur, vnde fluxere sacramenta, & vnde nati sumus omnes nos, quod præ se fert tralatio D. Hieronymi & dispersio vulgata Hebræorum codicum. Nam prouidentia Dei opt. max. fit vt nunquam Hebræicæ sit varietas lectionis, quin vtraque sit vera & vtraque magnum plerunq; aliquod præferat mysterium. Inde enim docet Iustinus in dialogo aduert quod ex latere Israelis. i. Christi qui dicitur Israel læntea per fosso natus sit: inde enim fluxere sacramenta, vnde renati sumus in filios Dei [Aspicite in petrã illam] õ apostoli, & fideles vnde excisi estis nati estis [ad cauernã laci] ad vulnus lateris vnde prodijstis. Meminit quoq; Esaias Abraham, & Sarã, vt huius quoque rei typum esse significet. nam vt idem IVS. T. IN. eodẽ dialogo ait, pollicitus est Deus Abraham fore vt illum patrem multarum gentium cõstitueret, non Arabum, Aegyptiorum, aut Idumæorum quoniam ab Israele multæ se sustulerent nationes, & ab Esau innumerabilium gentium sese fudit soboles, & Noë pater generis humani fuit, multi que fuerunt seminarium multarum quisque nationũ. Ait ergo, Iustinus quid plus præstitit ergo Deus Abrahamo, quã ceteris? & respondet quod fecerit eius filios omnes, quos simili vocatione ad se euocasset Deus, & iussisset exire de terra, vbi habitabat, & electorum eum fecerit

ostensum est in cap. 6. euangelij vnu et eundem locum actiue & passiuè dispungete, et vtroque modo interpretari.

A fecerit patrẽ. Figura igitur fuit Abraham & Sara apostolorũ & fidelium qui exierunt de terra sua & cognatione sua, & sacris Christi initiati sunt, cũ Abraham patre nostro sancte terre hereditate sempiternam adituri, Abraham filij simili fide vocati, vt enim ille credidit voci Dei, & reputatum est ei ad iustitiam, sic apostoli, & sancti martyres promissorũ Abraham participes in semine Abraham benedicti, sunt hoc est in Christo, & filij Abraham alij dicuntur vt arena maris, inquit, quæ sterilis est, & in foecunda, multa & innumerabilis, quæ nulos prorsus proferat fructus, tantũ salis aquam maris bibat. i. huius mundi, & rerum terrenarum. Nam mundus hic mare magnũ dicitur, & spatiosum, despiciant Dei uerbum, & flumina suauissima aquarum caelestium. Huius ergo rei typus fuit Abraham, & Sara, qui iam corpore effecit, & viribus defecti genuerunt Isaac. i. risum & gaudium. i. filium vnde erat orturus Christus, qui euangelium, lætissimum nuncium erat mundo allaturus. Sed & hoc signum erat quod ex corpore Christi mortuo, vt inquit Procop. ecclesia erat oritura, & euangelium, & lætissimus ille nuncius redemptionis generis humani toto orbe peruulgatus. Prædicturus ergo Esaias hoc capite euangelij promulgationem post Christi passionem, iubet Iudeos intueri figuras veteris legis, petram illam percussam, & manantem aquas. i. Regem gloriæ percussum, & manantem flumina aquarum viuentium: iubet intueri Abrahamum, cuius progenies secundum carnem non adijt eius hereditatem, innumerabilis sicut arena maris, & in foecunda bonorũ caelestium; sed Isaac secundũ promissionem procreatus iam corpore mortuo, & effecit hereditatẽ adijt. i. populus filius Abraham secundũ gratiã, resplendens virtutibus caelestibus, vt stellæ celi. vnde alia soboles Abraham sicut stellæ celi futura dicitur, quod futurũ erat vt qui exiit de terra sua, & cognatione sua sive Iudæi, sive gentiles, Christo credidissent, splendidiore stellis celi in regno caelorum fulgerent, si viã euangelicam institissent. Et vt vnus in tantam multitudinem est multiplicatus, ita ex duodecim apostolis ecclesia sese fudit in totum orbem terrarum. Hęc nos intueri iubet propheta & mentis oculis intrõspicere, tunc enim intelligent Apostoli, & fideles, vt quemadmodum multiplicauerit Abraham, multiplicet filios veri Abraham. i. Christi, qui vere pater est multarum nationũ, quas vere regenerat in filios Dei, & facit vt vere Israelitæ dicantur secundum spiritum, quod ex sanguine, & aqua, quæ fluxit ex latere veri Israelis renati sint, regenerati ab eo in filios Dei, nomine regeneratis nominati, Israelis scilicet. i. Christi qui nominatõ est Israel, & Iudæa, siquidẽ filij parentũ sibi nomina vendicant, vt filij Iudæorum Iudæi, filij Græcorũ Græci, filij verõ Israelis. i. Christi Israelitæ, & Christiani, quod ab eo regenerentur in filios Dei, vt hoc dialogo docet Iustinus, & Eusebius, Lactantius Firmianus, & veteres omnes patres. Hęc eadẽ PROCOP. Sarã autem Ecclesiã esse vel ipsa nomenclatura indicat, nam Genesios cap. 27. dicta est Sara. i. regina, quod reges esset paritura; sed verius ecclesiã significat cuius typus erat quod peperit genus electum regale sacerdotium. Hoc explanat Esaias præcipue iuxta tralationem Lxx seniorum, cum enim exemplum proposuisset Abraham, quomodo ei benedixisset Dominus, eumq; multiplicasse, subiicit [et te nunc consolabor Sion] sic nunc te multiplicabo õ ecclesia. Receptissimum enim est, vt ecclesia appelletur in scripturis Sion [Et consolabor deserta eius] quantum subuerterim omnes urbes Iudæe per Romanos, instaurabo omnia quæ erant euerfa, & florentem toto orbe terrarum faciam ecclesiã, sic CYRIL. & D. HIERON. & PROC. & negant intelligi hoc posse de terrena Hierusalem, quam dirutam, & solo equatam per mille quingentos annos videmus, sed de ecclesia quæ Sion dicitur, & de spiritali lætitia, & fragrantia bonorum caelestium & exultatione in spe promissorum Christi. Quæ AVGVST. li. 20. de ciuitate Dei cap. 21. scribit, in hunc quoque locum conferri possunt, & quæ lib. 22. cap. 3. Sed hæc omnia videtur D. Ioannes Apocalypses 7. interpretari cum dixit omnes angeli, & seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes, benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo nostro in secula seculorum amen. Verbum autem Hebræum מְרִיָּוָה, quod D. Hieronymus vertit solitudinem, reddidere Lxx occidua ei, vel qui ad occidentem spectant, vt sit sensus instaurandas ruinas Iudæe, vt floreat sicut hortus Domini, appellat enim de more scriptura arbores speciosissimas, sanctos viros, martyres, virgines, confessores, diruta ergo Iudæa à Romanis est, quæ erat ecclesia Domini, instaurabitur autem non in ruinis Iudæe solum, sed toto orbe, ita vt deserta. i. nationes omni lumine caelesti destituta, & occidua. i. populi qui erant in tenebris, quibus occiderat sol iustitiæ, floreat, vt paradus Domini omni virtutum genere.

Ccc. 5. D. HIERON.

Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite, quia lex a me exiet & iudicium meum in lucem populorū requiescet.

Audite me, audite me populū meū, & reges ad me attendite, quia lex a me egredietur, & iudicium meum in lucem gentium.

requiescet populorū lucem in meū iudicium & exibat me a lex quia auscultate me ad principes & popule mi ad me Audite & tribus mea

Hoc manifestissimum de Christo testimonium est, quo nostri maiores premebant vehementer Iudæos, iuxta translationem Lxx seniorum, vt TER TVLL. lib. 4. aduersus Marcionem, cum citasset hoc testimonium [Audite me, audite me, & populus meus, & Reges auribus in me intendite quoniam lex a me prodibit, & iudicium meum in lucem nationū] colligit aduersus Iudæos legē nouam his verbis significari, ad quā audiendam reges excitentur, quæq; in lucem nationum futura sit, non vnius gētis Iudæorum: sed nationū quæ per nouam legē euangelij erant illuminandæ: & AVG. lib. vno de vnitāte ecclesię de eadē re tanquā manifestiss. hoc citat testimoniū, & subiicit: Quis tam surdus? quis tam demens? quis tam mente cæcus? vt istis tā euidentibus testimonijs obloquatur nisi qui nescit quid loquatur. EVSEB. quoque Demonst. Euang. lib. 2. cap. 34. tanquam euidentissimū hoc citat testimoniū de Christi aduētū, de exclusionē Iudæorū, de vocatione gentiū ad fidem, & EVTH. ex CHRYSOS. in lib. qui inscribitur de cognitione Dei: cuius author esse fertur Gregorius Nyssenus, vt probet ecclesiā esse ex gentibus hunc locum citat: Lex, inquit Dominus, egredietur a me, & iudicium meum in lucem gentium, & in brachio meo gentes sperabūt. Vbi subiicit Chrysostomus, seu Gregorius Nyssenus: Quanam est ista lex alia præter euangelicam, quæ gentes in ignorantia tenebris illustrauit? Nā lex quidem Moisaica multis iam annis antecesserat. Igitur de nouo testamento sermo est, de quo dixerat idē Esaias, Ex Sion exiuit lex: & sermo Domini ex Hierusalē, si quidē Dominus nos ter Iesus Christus interim in mōte Sion sedens, & docēs, interim in ciuitate Hierusalem, uersatus legem & doctrinā euāgelicam tradidit. Nam lex Moisaica in mōte Sinai fuit lata multo antequam natus esset Esaias, quemadmodum euangelica multo post Esaiam tempore fuit promulgata. Qua propter appositē dixit: Exibat, quoniam antiqua lex iam exierat. Hæc EVTH. Iudæi commenti sunt aliquid, quo refellerēt hæc & quod Hebraicē est [Attendite ad me popule meus] ad se haberi sermonē, dicunt, non ad gentes. Et postea sequitur Hebraicē וְלִאֲנֹכִי, quæ vox potest esse casus nominandi pluralis, qui casus, vt diximus, sæpē finitur terminatione pronominis compositi primę personæ, & sic reddita est pluraliter a Lxx senioribus, qui hanc uocem leumi, vt pluribus dictum est supra, interim reddunt nationes, interim vertunt, reges, & principes pro varietate sententiæ vt hoc loco reddidere: potest etiam vox illa Hebræa singularis numeri esse composita cū pronomine primę personę, & sic contendūt Hebræi vertendā hoc loco, non pro regibus, & principibus, sed pro vna tribu quadam, pro tribu Iudā, & vertere, b̄ plebs mea, ō tribus mea, ō gens mea: postremō וְלִאֲנֹכִי, populos significat, & nationes, interpretatur ergo Iudæi, Ad populos Iudæorum, & sic eludunt hoc oraculum. D. Hieronymus necesse habuit, ita interpretari scripturam vt confessis, & cōcessis in disputationibus aduersus Iudæos vtamur testimonijs. Sed primum omnium habemus damnatos Iudæos testimonio Lxx duorū Iudæorum, qui hæc sunt interpretati CCC annis ante Christi crucem, deindē, vt ait Gregorius Nyssenus, siue is Chrysostomus est, lex vetus in monte Sinai lata erat, hæc lex ferēda dicitur in Sion, & Hierusalem: deindē lex Moisi exierat iam ante Esaiam olim, hæc lex ferēda dicitur & exitura, itaque quoquod se vertant impij Iudæi in vinculis tenentur. וְלִאֲנֹכִי, verō quod uerbu D. Hieronymus reddidit, requiescet, proprie vertere Lxx egredietur, vel occurret, hoc enim significat uerbum hoc Hebræum vt itionem ad prædicandū euangelium significet & illud uerbum quod in euangelio est: ite & prædicatē euangelium omni nationi.

Prope est iustus meū, egressus est saluator meū, brachia mea populos indicabūt

Appropinquat cito iustitia mea, et egrediet quasi lumē, salutare meū.

Tralatio

TRalatio D. Hieronymi ad uerbum consentit cum lectione Hebræa: & est euidens oraculum de Christo, nam iustus dicitur in scriptura Christus, vnde [propē est iustus meus] significat propē est Christus meus, nam uerbum Hebræum יָשָׁר, potest ueri iustus meus, vt reddidit D. Hieronymus uel iustitia mea, melius tamen D. Hieron. mihi uidetur reddidisse: utroque autem modo significatur Christus, qui datus est nobis a patre sapientia, iustitia, & sanctificatione. Sed si dubium hoc erat, uerba sequētia dubitationem tollunt [Egressus est saluator meū] .i. iam iam egredietur saluator, quem ego mittam, siue ut Hebraicē est: egressus est, uel egredietur Iesus meus] nec scio cum Gabriel Angelus, nos docuerit esse nomē proprium Christi, quid uetet sic uertere & interpretari ut nos docuit Angelus: Iudæi & Iudaizantes sese offirant ut uertant salutem. Sed operam ludunt, damnantur a Lxx Iudæis, qui multis sæculis ante aduentum Christi hanc uocem pro Christo acceperunt, ut iam ostendimus. Et sunt multa loca ubi huic uerbo redduntur uerba masculina, quæ ipsos cogunt uerum fateri, & Iesum interpretari aut saluatore quod idē significat. Sed de his alijs pluribus Lxx uiri huius loci, ut solēt, fecere paraphrasim ex alio scripturæ loco. Nam ex illo Esaia cap. 62. Donec egredietur ut splendor iustus eius, & saluator, siue, ut Hebraicē est, Iesus, ut lampas accendatur, fecere sic huius loci paraphrasim, & egredietur quasi lumen salutare meū, additis uerbis duobus [quasi splendor] & pro Iesu (ut solent dicere) salutare Dei. Hunc locum explanat HIERON. & CYRILL. & AVGVST. de uinitate ecclesię cap. 7. ubi non agnoscit duo illa uerba, quasi lumē, quæ addidere de suo Lxx EVSEB. Cæsariensis. Demonstrat. euangelicæ lib. 2. cap. 34. lectionem Lxx citat, quam omnes codices Græci preferunt, non quam agnoscit Augustinus [brachia mea populo iudicabunt] .i. filius & spiritus sanctus, qui brachia sunt Dei, ut explanat AVGVST. lib. vno de essentia Diuinitatis. Hæc uerba desunt in translatione Lxx seniorum, quod uetustate multa ex ea translatione intercederint, multa, ut testantur Iustinus, & Origenes, expuncta a Iudæis sunt.

Me insula expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Me insulæ expectabūt, & in brachiū meum sperabunt.

LECTio Lxx trunca est & lacera in Eusebio Cæsariensi loco citato, & in Biblijs Complutensibus, de reliquo conuenit cum lectione Hebræa: Raptim hæc carpebat D. Hieronymus, ut ipse ait, quod multis negocijs districtus erat, & putat D. Hieronymus his uerbis Lxx seniores uertisse superiora illa: Brachia mea populos iudicabunt: quæ desiderari diximus in editione Lxx seniorū, & nisi multis auocaretur negocijs D. Hieronymus, multo melius uidisset hunc locum ad uerbu esse redditū, nam lectio Hebræa est sperabunt brachiū meū in & spectabunt insula Me. Id est: Me insulæ spectabūt, & in brachium meū וְלִאֲנֹכִי יְהוָה יְרֵאֵם יְקָרֵם וְאֵלֵם יְסָרֵם יְסָרֵם יְסָרֵם sperabunt: Insulæ .i. ecclesię gentium spectabunt me, & sperabunt in brachium meum .i. in Christum meum, qui dicitur brachium patris, ut pluribus dicendum est in cap. 53. in illa uerba: Brachium Domini cui reuelatum est, sic hæc Cyrillus, & hoc est unum ex testimonijs manifestissimis scripturarum de Christo, ut TER TVLL. lib. de resurrectione carnis dixit: & AVGVST. lib. vno de uinitate ecclesię, ubi hunc locum explanat de Christo, qui brachium patris dicitur in quo erāt gentes crediturę, quod erat signum decantatissimum aduentus Christi, omnes gentes in eum fuisse credituras, & ita hoc oraculo premebant Iudæos uolenter, Engentes dicūt speraturā in brachiū Dei, hoc est in Christum: uidetis iam omnes nationes sperare in Christum, in illum credere, quid expectatis amplius miseri? in has angustias redacti Iudæi, obscurare hunc locum conantur, sed uerba Hebræa sunt manifestissima. D. Hieronymus hunc locum obscurē uertit, eius tralatio idē significat [me insulæ expectabunt, gentes in me credent & sperabunt, brachium meum sustinebunt] .i. obtemperabunt Christo qui brachiū Dei dicitur. Hebræa lectio est dilucida, ubi gentes omnes & nationes speraturæ in Christum dicuntur.

Leuate in cælum oculos uestros, & uide sub terra deorsum, quia califcicut fumus liquefcent, et terra sicut uestimentum atteretur, & habitatores eius

Leuate in cælum oculos uestros, & inspicite in terram deorsum, quoniam cælum sicut fumus firmatū est: at terra sicut uestimentum uetescet

eius sicut hac interibunt, salus autem mea in sempiternum erunt, & iustitia mea non deficiet.

CHRYS. in cap. 7. epistolę ad Romanos in illa verba: Vanitati quippę creatura subiecta est, His verbis cęlum ipsum cum terra simul inueterascere debere ostędi putat, & ad meliorem tandem sortem debere transmutari: quod psalm. 101. dictum est a principio tu Domine terram fundasti, & opera manũ tuarum sunt cęli, ipsi peribunt, tu verõ permanes, & omnes velut vestimentum veterascent, tanquam amictum inuolues eos & mutabuntur. Idem enim est inquit hoc Esaię [Aspicite in cęlum sursum, atque in terram deorsum, quoniam cęlum sicut fumus euanescent, & terra velut vestimentum consumetur: habitatores verõ illius, quem admodum vtraque illa, peribunt] vbi inquit quod in psalm. dictum est, tanquam amictum inuolues eos & mutabuntur, Esaias dixit [habitatores illius, quem admodum vtraque illa peribunt] non quod omnimodam perditionem significet, cum ista dicit, non enim eundem cum cęlo ac terra patientur interitum, qui terram inhabitant homines, sed temporalem, per quem ad in corruptionem mutabuntur: Hęc CHRYS. Idem significat EPIPH. 2. contra hęreses in compędio ex Methodio aduersus Origenicas hęreses & docet morę esse scripturę, vt reformationem in melius, corruptionem nominet: vt cũ puer fit vir, corrumpi puer dicitur, quod in virum adest & cum ex tepido fit calidũ: & corrumpi mortale, cum resurget corpus spiritale, & in corruptibile: ita hic significari ab Esaię quod Dominus dixit: Transitorium cęlum, & terram, non vt pereant, sed vt in meliorem statum reformentur. IREN. lib. 4. cap. 6. huius loci sensum esse putat pręteritura omnia, Deum cum seruis suis in sempiternum perseueraturũ. Ergo sensus huius loci idem est, qui illius loci Euangelici: Cęlum & terra transibunt, verba autem mea, &c. eodem modo explanat D. Hieronymus. explanatio D. Ambrosij Hexameron li. 1. cap. 6. mihi non placet. Quod Hieronymus dixit [Cęlum sicut fumus liquefcet] Lxx dixere: cęlum firmatum est sicut fumus, i. cęli firmitas erit vt fumus, i. euanescent, qui locus vitiatus mihi esse videtur in tralatione Lxx virorum. Tralatio D. Hieronymi consentit cum lectione Hebręa: Salus mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum: hoc est quod Dominus dixit. Verba autem mea non transibunt: nam salus, & iustitia, Christus dicitur quod declarant Lxx, qui pro his reddidere: Salutare meum in sempiternum erit, quod de Christo dici suprà ostendimus.

D. HIERONYMVS.

Audite me qui scitis iustum, populus meus, lex mea in corde eorum, nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.

AVGVST. in sex quęstionibus aduersum paganos tomo 2. quęst. 6. hunc locum sic legit iuxta tralationem Lxx [Audite me qui scitis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est, opprobria eorum nolite metuere, detractio eorum ne superemini] CHRYSOS. tom. 5. epistola 3. interpretatur hunc locum de opprobrijs, quibus afficiebantur fideles ob Christi nomen, videbimus, inquit, eos, qui in exilium nos miserunt, sicut Lazarus diuitem, & sicut martyres videbunt tyrannos: ne igitur animo conficiaris probris affectus, memor prophetę dicentis [subsannationem hominum ne timueritis, & ab improbitate eorum ne vincamini] nam sicut lana a tineā, deuorabuntur. & TERTVLL. lib. 4. aduersus Marcionem idem putat dictũ ab Esaię hoc loco quod a Domino in euangelio dicitur, verbis illis: Beati eritis cum vos odio habebunt homines & exprobrabunt, & eijcient nomen vestrum velut malum, propter filium hominis, quod id est cum hoc: Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificationem eorũ ne minuamini: quibus verbis ad toleratiam exhortatur martyres, & fideles. Hęc TERTVLL. & CHRYS. etiam in cap. 6. epistolę 2. ad Corinth. in illa verba: Per gloriam, & ignominiam, id est esse ait cum illo Domini Matt. 5. Quando dixerint omne malum aduersum vos, mentietes, gaudeat & exultate, quia merces vestra multa est in cęlis. multi enim propter hęc opprobria animas perdiderunt, & Beato Iob amicorum opprobria vermibus & vlceribus molestiora erant, & pleriq;

rascet, at habitatores sicut hęc morietur, at salutare meum in sempiternum erit & iustitia mea nõ deficiet.

Audite me, qui scitis iudiciũ, populus cuius lex mea in corde eorũ, nõ timeatis opprobrium hominũ, & contemptu eorum ne vincamini.

LXX VIRI.

A & plerique Iudęorum propter gloriam populi noluerunt credere, ne a Synagoga eijcerentur, ideo Ioann. 5. dicitur. Quomodo potestis credere gloriam inuicem accipientes? & multos nomus, qui omnia grauiā contempserunt, & a gloria victi sunt. Hęc Chryostomus quę summpere notanda sunt pro nostris hominibus, qui prudentes, & scientes, ruunt in pręceps, & vident se perire, & cum roges cur non faciant suum officium, respondent: quid dicent si hęc fecero? qui rumores erunt? quę fama populi. Ergo [qui scitis iustũ] vel vt Lxx edidit iudiciũ i. legę euangelicã, vt suprà sumus interpretati [in quorũ corde lex mea est] nã lex Christi nõ in tabulis lapideis, sed in cordibus scripta fuit, hos ergo vetat metuere probra hominum, adijce his quę D. Ioannes ait cap. 12. Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisęos non confitebantur, dilexerunt enim magis gloriam hominum, quã gloriam Dei. De sensu huius loci, inferiore commentario dicendum est latius.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam sic deuorabit eos tinea, salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.

Nã sicut vestimentum consumentur a tempore, & sicut lana comedetur a tineā, at iustitia mea in æternum erit, & salutare meum in generationes generationum.

Dixi IREN. putasse his significari peritura omnia, Deum cum seruis suis in sempiternum perseueraturum. Quamquam vtraque tralatio hoc loco eundę sensum habet, significantior tamen multo tralatio D. Hieronymi, & lectioni Hebręe conuenientior. Hunc locum explanat AVGVST. tomo 2. epistola 49. ad presbyterum Deogratias, in sex quęstionibus aduersus Paganos quęst. 6. vbi consumendos eos dicit, qui Christo & fidelibus aduersantur, Iudęos scilicet. subiicit deinde Augustinus, vermem consumpturum esse eos, qui legem euangelicam oppugnant, Iudęos intellige ex litteris euangelicis, nam cum venerit filius hominis putas ne inueniet fidem? vermem illum AVGVST. ait esse vermę matutinum psalm. 21. cuius titulus est, pro susceptione matutina, hoc enim se nomine appellare inquit dignatus est Christus. Ego sum vermis & non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis. Hoc opprobriũ de illis opprobrijs est, quę vetamur metuere per Esaiam dicentem: Opprobria hominum nolite metuere: ab isto verme tanquam a tineā comeduntur, qui sub eius dente euangelico per singulos dies paucitate sua deficiendo minoratur. nos hunc agnoscamus, & pro salute diuina humana opprobria sufferamus, vermis est propter humilitatem carnis, fortassis etiam propter virginis partum, nam hoc animal sine vllo concubitu nascitur: matutinus est quia diluculo resurrexit: hęc Augustinus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Consurge, consurge, induere fortitudinẽ brachium Domini.

Exurge, exurge Hierusalẽ, induere fortitudinem brachij tui.

TERTVLL. in libro de resurrectione carnis arguit Iudęos quod omnia promissa patribus antiquis, terrena putant, sicut terram sanctam promissam, Iudęam arbitrantur, cum potius terra sancta sit caro Domini, cuius illa erat vmbra. Caro em̄ Domini, omnibus, inquit, qui Christum induere, terra sancta est, vere sancta per incolatum spiritus sancti, vere lacte & melle manans propter suauitatem spei ipsius, vere Iudęa propter Dei familiaritatem, vt templum eadem sit & Hierusalem. i. visio pacis, quod causa est visionis huius audietis ab Esaię [Exurge exurge Hierusalẽ exurge] sicut in primordio dicit, hoc est, in illa integritate qua fuerat ante delictũ. quę sententia Tertulliani mihi placeret, si alibi Hierusalẽ accipi viderẽ pro Christi carne: nec displicet tamen si ei adiunxeris adnotationem D. Hiero. qui expungendam hanc vocem putat ex lectione Lxx, quod Hebraicę non sit, addita fortasse ab aliquo sciolo. Ergo si sic legas [Exurge exurge induere fortitudinem brachij tui] erit penẽ sententia Tertulliani, cum enim lectio Hebręa sit genere foeminino tota, necesse est quęrere substantium foemininum quod pręcessit proximũ, quod referantur hęc verba foeminina, pręcessit autem iustitia mea in generationes, pro quo Hebraicę est יְהוָה יְהוָה. i. & salus mea, pro quo Lxx reddidere, salutare meum. i. Iesus meus in generationem generationum. Nam Iesus genere masculino, dicitur & foeminino vt sapientia,

sapiētia, iustitia, & redemptio, & sapiens, & iustus, & redēptor. fœmininū ergo proximiū, quo hæc fœminina verba referri possunt, est salus mea, quam vocem Lxx pro Iesu accipiūt, ad hūc ergo Iesum, ad hanc nostram salutem referamus necesse est uerba sequentia cum Tertulliano O mi Iesu [Exurge, exurge, indue fortitudinem brachij tui] nam quanquā à mortuis excitat⁹ à patre est, excitatus est etiam propria virtute: vnde dicitur [Indue fortitudinē brachij tui] quod Psalm. 63, dicitur. Saluabit mihi brachium meum [Exurge ergo, & indue fortitudinē brachij tui] quæ saluatura est tibi genus humanum, & qua conculcaturus populos es, & completū est hoc oraculum Lucæ. i. in beatę virginis cantico. Fecit potētiam in brachio suo. hic enim iubet pater vt induat potentiam filius brachij sui: in cantico virginis induisse dicitur potentiam brachij sui, quod indē magis apparet uerū esse, quod sacrata virgo etiam præcedētia verba E. saia videtur expressisse: Iustitia mea in æternum erit, & salutare meum in generatione generationum, dixit enim virgo sacra: Quia fecit mihi magna qui potēs est, & misericordia eius à progenie & in progenies timētibus eum: Quid enim est aliud, iustitia mea, quā misericordia mea? & ita fere vertunt Lxx pro iustitia, misericordiam, quod nostrā iustificatio infinita misericordia est. Nam quod à progenie in progenies dicitur in Marię Cantico, hoc loco, à generatione in generationē Latinē dicitur, Græcē eisdem verbis dicta reperies à beata virgine, & à Lxx senioribus. breuius quidem B. virgo, tamen eundem spiritum E. saia & virginis sacræ ore loquentem agnoscas. D. Hieron. lectionem Hebræam ad verbum expressit etiam, potest enim dici: O brachium Domini exurge & induere fortitudinem tuam, vt vertisse videtur Hieron. & potest etiā transferri: O salus mea [Exurge, exurge, indue fortitudinem brachij tui] vt reddisse videntur Lxx. vtraque tralatio tamen eundem sensum habet: nam brachiū Domini Christus est, & fœminino genere dicitur apud Hebræos. Illud est adnotandū summopere, hos Lxx viros Christum semper agnoscere Deum, si conferas eorum versionem cum lectione Hebræa, vt alibi sæpè adnotauimus, & vt hoc loco faciunt, Nam cū Hebræa lectio reddēda esset ad verbum, vt reddidit D. Hierony. [Indue fortitudinem brachij Dei] pro brachio Dei, dixere Lxx viri, brachij tui, quasi res nota esset Christū Deum esse: & idem esse [Indue fortitudinē brachij Dei] quod, indue fortitudinem brachij tui.

D. HIERONYMVS

Consurge sicut in diebus antiquis, sicut in generationibus sæculorum.

CYRILL. sic interpretatur tralationē Lxx virorum, ut eundem sensum habeat cū interpretatione D. Hieron. [Exurge brachium Domini]. i. Christe, vt renouetur hominum genus, sicut in diebus antiquis erat, quando creatus homo est. Et certe quanquā in omnibus Græcis codicibus legatur *ἐν τῷ ἀρχαίῳ*, casu nominandi. accētuum & punctōrū ratio facile mutari & vitari solet. Ergo tralatio Lxx potest sic verti Latinē [Vt in principio diei]. i. in principio tēporis, quod dies pro tempore apud Hebræos frequentissime accipitur vt postea sequatur [In generatione sæculorum]. i. vt reformetur homo sicut erat in generatione sæculorum. Tamen non possum mihi dissimulanti conscius esse, sic mihi videri Lxx viros dixisse [Exurge sicut in principio diei, sicut generatio sæculi vt dictum est illud, Pater futuri sæculi, vt Christus appellatur generatio futuri sæculi, vt quemadmodum omnia per ipsum facta sunt, sic per ipsum regeretur futurum sæculum, & reformetur. Et hic sensus cohæret superioribus, vbi de Christo multa sunt dicta & de eius sacrata resurrectione. Petit igitur propheta à Christo, aut Deus pater dicit filio vt exurgat vt sit in principio diei. i. sit in principium legis nouæ, Lex enim noua dicitur dies, quod docet Paulus ad Rom. 13. nox præcessit, dies autem appropinquauit, &c. & 2. ad Corinth. cap. 6: Ecce nunc dies salutis: ergo [Exurge in principio diei. i. illucesce Christe hominibus, vt sis principiu diei hominibus, qui sedebant in tenebris, & vmbra mortis. & Exurge Domine, vt sis generatio sæculi, sic enim præferunt oēs codices Græci. i. vt pater sit futuri sæculi regenerans futurum sæculum per lauacrum baptismi. Lege quæ scripta sunt in cap. 11. in hæc verba: Pater futuri sæculi. Hebræa verba non repugnāt nam קדם, inter alia multa principium significat vnde קדם ימים, sicut in diebus principij, vel sicut in dierum principio, vt vertere Lxx qui edidere *ἐν ἀρχῇ ἡμετέρας*, in principio diei, putant enim pluralem numerum positū pro singulari, quod Hebræis facere moris est. Deindē דורות עולמים, generationes seculorum. i. exurge in re-

LXX VIRI.

Exurge sicut in principio diei, sicut in generatione sæculi (vel sicut generatio sæculi.)

Age in regenerationem sæculorū, vnde reddidere Lxx [Exurge generatio sæculorum. i. regeneratio & reformatio sæculorum. Iam dictum est superiore commentario quomodo hæc explanet Tertullianus, eodem modo explanat Cyrillus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nūquid tu non percussisti superbum & vulnerasti Draconem? Nonne tu es qui excidisti latitudinem? qui diripuisti Draconem.

LXX pro כחך, superbum legisse videntur, כחך, latitudinem, itaque duplex est lectio & dubia & quidem magna harum duarum litterarum, ח, & נ, vicinia est. Hieron. de Pharaone hæc interpretatur, qui Draco magnus apud Ezechielem dicitur, vt in tralatione Lxx, latitudinē interpretari debeamus. Latum mare rubrum. i. & Draconem Pharaonem. Tamen quum iam indē ab illis verbis superioribus [consurge, consurge, induere fortitudinē, brachium Domini] omnia verba, vt suprā pluribus diximus, fœminino genere dicantur, & necessitas ipsa cogat expuncta dictione Hierusalem, quam D. Hieron. iubet expungere, quod Hebraicē nō sit, illa verba omnia quæ sunt, fœminina terminatione referre ad proximum substantiuum fœmininum, quod est, salus mea quod verbum Lxx viri pro Christo accipiūt qui reddidere pro, salus mea, salutare meum ut sit, Exurge exurge o salus mea. i. o Iesu mi & indue fortitudinem brachij tui exurge o Christe sicut in principio diei, sicut generatio sæculi. i. sicut pater futuri sæculi, nonne tu es qui excidisti latitudinem. i. qui spoliasti inferos & qui diripuisti Draconem. i. Sathanam, vel si ad verbum vertere velles, quod hæc postrema præsentī tempore dicuntur, Exurge o Christe indue fortitudinem brachij tui, exurge sicut in principio diei. i. sicut Sol illucescens & faciēs diem, sicut generatio sæculi. i. sicut pater futuri sæculi, an non tu es inferorum spoliator Draconis extinctor? nam de victoria aduersus Draconem cap. 27. dictū est & postea sæpè repetitū, & litteris euangelicis est testatissimum, vel non tu es percussor superbi & vulnerator Draconis. i. percussor Sathanæ & vulnerator principis huius mundi? PAGNIN. de more addit verba scripturæ multa, hic & alijs locis multis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nūquid nō tu siccasti mare, aquam abyssi uehementis? qui posuisti profundum maris viam vt transirent liberati, & nunc qui redempti sunt à Domino reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & lætiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

Cum suprā dixerit, Exurge, exurge salus mea. i. o Christe indue fortitudinem brachij tui. i. Exere fortitudinem brachij tui inferorū expoliator, Draconis extinctor: sequitur nunc, an non tu es qui miracula edidisti in Aegypto cum Iudæi liberati sunt seruitute Aegyptia, significat enim propheta secundam personā in Diuinis edidisse illa miracula apud Aegyptios, eandē personā quæ homo facta est, & genus humanum redemerit [Non tu es inquit quæ desolas mare?] tu idem ipse es qui olim mare rubrū exsiccasti & cætera illa in Aegypto rerum miracula edidisti, citat etiam historias veteris testamenti, vt typum esse ostendat eius vaticini, quod prædicit. quemadmodum enim in liberatione ex illa seruitute multa edidit miracula, redemptos & liberatos per medium mare traduxit ad terram promissionis, sic in aduentu Christi multo maiora miracula sunt edita traduxit redemptos per medios mundi huius fluctus Iesus, verus Moses. i. ver⁹ saluator per aquas, Moses enim significat eum qui seruatus est ex aquis, aut seruātem per aquam baptismi, scilicet & traduxit sub nube, sub gratia spiritus sancti per baptismum ad terram promissionis, hoc est ad cælestem Hierusalem, sic explanat hæc posteriora TER. TVLL. lib. de resurrectione carnis [in capite eorum laus, & lætitia æterna, au fugiet dolor, & mœror, & gemitus ab illis] Ait enim Tertullianus vt probet hæc de re-
rectio-

rectione esse dicta, nihil æternum nisi post resurrectionem, cum igitur læticia æterna super ca-

D. HIERONYMVS.

Ego, Ego ipse cōsolabor vōs, quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio ho-

LXX VIRI.

Ego sum, ego sūiple cōsolāste, scito quæ fueris vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui qua-

Postquam tam multa de Christo & de eius aduentu, & liberatione generis humani, alloquitur Deus pater Hierusalem quod constat ex sequentibus, & obiurgat eam quod metu Romanorum non receperit Christum & dixerit: Venient Romani, & tollent gentem vestrā.

D. HIERONYMVS.

Cito veniet gradiens ad aperiendum et nō interficiet vsque ad internecionem, & non deficiet panis eius.

LXX VIRI.

In saluando te non morabitur, neque tardabit, & nō occides in corruptionem, & non deficiet panis ei.

caro eius panis eius deficiet non & corruptionem ad morietur non & aperiunt captiuū Festinauit

Cito veniet] supple, Christus meus [gradiens ad aperiendum] veniens ad referandā ianuā cælorū [& non interficiet vsq; ad internecionē] i. non delebit profus iudeos, post crucē eius intellige [neq; panis eius deficiet] non deficiet eius doctrina.

B Ionicam: præcedentia verò, aut sequentia, nihil morantur: omnis scriptura sacra iudeis sonat Assyrios, Babylonicos, Dauid, Solomonē, & nihil præterea. Constat tamen Ἰσραήλ, vocem Hebræam ambigua, quæ multos habet intellectus, varieq; explanatur à Rabinis, significare infernum, vt vertit Symmachus, aut ligatum, vt interpretatur R. Abraham, aut captiuum, vt vertit R. Dauid, & verti posse hunc locum tribus modis.

C Symmachus planius [non morietur in corruptionē] Christus videlicet. non incinerabitur Christi corpus, vbi Deus ille qui tetendit cælos, significatur homo factus & mortuus. Verba Hebræa notissima & vulgatissima significationis sunt תמוט, non morietur: תפול, ad corruptionem. Non sunt tā vulgatæ significationis verba hæc quæ dixi Latina, apud Latinos, quàm verba Hebræa apud Hebræos, quibus significatur, nō morietur ad corruptionē, vt vertit Symmachus, & vt vertit Hebræi, quo significatur illud psal. Neq; dabis sanctū tuū videre corruptionē: Lxx dixerunt, καὶ οὐ θανατώσει σὺ διαφθοράν. i. non occides ad corruptionē, ὁ iudeorū popule, cū illū afficies cruce, nā vox illa θανατώσει, aut vitata est, legendumq; θανατώσει. i. occides, interfacies, aut est secūda persona Attica futuri medij, quod intelligitur ex lectione Hebræa [neque deficiet panis eius] nō deficiet sacrosancta eucharistia eius. nā Hebraicè dicitur לחם. i. panis eius, vel caro eius, vt sit idē cū illo: Ecce vobiscū sum vsq; ad cōsummationē seculi.

D bi suppositū? quare diligēter, & nullū aliud inuenies q̄ illud quod præcesit: Oblitus es Dñi factoris tui, qui tetēdit cælos, & c. interiectis em alijs ad eundē illū Dñm redit oratio: Cito veniet, Dñs ille. s. qui tetēdit cælos. Et Hebraicè: Festinauit, subaudi Dñs, qui tetendit cælos, gradies, vt vertit D. Hier. vel captiuū, aut infernū, aut ligatū aperi, eo sensu quo dictū est: Et non morietur ad corruptionē, ille Deus. s. tendens cælos, homo factus. Et nō deficiet caro eius, & c. Videre hoc Iudæi, & ideo suppositū illius verbi: Cito veniet. faciūt verbū sequēs תפול, soc. i. captiuus, vertit enim casu nominandi: Cito veniet captiuus ad aperi. Sed quàm improprie dicitur, captiuus cito venturum, vt aperiatur, aut infernum cito venturū, quis non videt? neque cohæret quod sequitur: Non morietur ad corruptionem, quid est: Captiuus non morietur ad corruptionem? Mortui sunt prophætæ, & corrupti. non conuenit hoc de captiuis dici. Atqui lectio Hebræa hoc planè sonat, quod nulli conuenit nisi Christo, vt doli nihil iuent Iudæos. Deus ergo dicitur hoc loco Christus planè & apertè. Quod verba sequentia declarant, quæ ad verbū sic reddes: Et ego Deus Dij tui conturbans mare, & fremunt fluctus eius, Deus D. d. d. sabaoth

Christi Deus dicitur homo factus, et pcepisse inferos, et liberasse inferos, et resurrexisset.

Sancta Trinitas declaratur.

Duo sunt quæ occurrerunt tibi, quis contristabitur super te? vastitas, et contritio, et fames, et gladius. Quis consolabitur te?

Duo hæc contraria tibi, quis contristabitur? ruina, & contritio, fames, et gladius, quis consolabit te?

Diuus HIER. & CYRIL. hæc dicta docet de eodē de quo Dñs mulierib⁹, quæ se sequebatur, dixit: Nolite flere super me, sed flete super vos, & super filios vestros. & vtrunq; dictu monstrat de vastitate importata Iudæis à Romanis post crucē Dñi. Apud D. Hieron. leges & apud Cyril. cur cū ferro, fame, peste, incedio, dissensionibus ciuilib⁹, & innumeris alijs malis luerint pœnas Iudæi ob immane facinus, quod in se admiserē, quod Christo Dño attulerē manus, dicat Esaias [Duo sunt quæ occurrunt tibi] Cur (inquā) duo appellet tot mala quæ ingruerunt Iudæis? nā qua ratione D. Hieron. & Cyril. illa tot mala ad duo redigūt, eadē possent redigere ad vnū, hoc est, ad interitū præsentissimū, & ad exitiū, vt omittā quod multa præterit. Ego magis puto ex historia rerum gestarū dictū esse. Iosephus enim docet duo occurrisse, vel duo contraria fuisse Hierosolymis, intestina mala, & mala externa: externa quidem Romana arma, intestina mala orta intra urbem ipsam, vt foris, & intus pressa malis vrbs aboleretur funditus, intus seditionibus ciuili, & tyrannorum, fame, & peste: extrā obfisione hostili. Quod autē sequitur [Quis consolabitur te?] ad id quod suprā diximus spectat, quod duces ipsos, & principes Iudæorum nulla subibat miseratio vrbs tot malis oppressa, quin quoties nanciscerentur occasionem, sēuisimas in ciueis ipsos edebant cædes. De hoc lege IOSEPH. lib. 5. cap. 24. & cap. 32. & lib. 6. cap. 1. & cap. 4. & cap. 28. & 38.

Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarū sicut oryx illaqueatus, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui.

Filij tui indigentes, dormientes in capite omnium viarum, sicut beta semicocta, pleni furoris Domini, deficientes à domino Deo.

Leges apud IOSEPH. de bello Iudaico lib. 5. cap. 32. Iudæos pressos vndique malis, & obfisione cinctos à Romano exercitu, ita vt omnes viæ essent interseptæ, & interclusæ, ne vlla pateret mali fuga, præcipuē dira fame vastatos, omnib⁹ vijs iacere mulieres, senes, viribus solutis, siccis oculis, mutuo se spectantes, morientes: quod et prodidit idem Iosephus lib. 6. cap. 28. sed fames præcipuē describitur lib. 6. cap. 20. & 21. hanc igitur famem tam diram, hæc ora pallida fame, corpora viribus defecta, si spectes editionem Lxx appositisima similitudine exprimit propheta [Filij tui indigentes (vel indigentes rerum omnium) dormientes in capite omnium viarum, sicut beta semicocta (vel flaccescens) pleni furoris Domini, deficientes à domino Deo] non potuit historia planius rem describere. Agē, eamus per singula, describitur obfessio Iudæorum, & describuntur omnes viæ obfessæ à Romanis, ne quicquam elabi possit, sed omnes penderent pœnas impietatis in Christū editæ: conuenerat enim omnis Iudæa Hierosolyma ad celebrandum pascha, vt idem Iosephus ait lib. 6. cap. penultimo. igitur interclusæ describuntur viæ omnes, describuntur miseri Iudæi in omnibus principijs viarum, indigere rerum omnium. Id enim significauere Lxx cū dixere ἀπορούμενοι. i. ad summam inopiā redacti. Hebraicè est אֲנִי אֶחָד, i. animam exhalantes, אֶחָד enim, deficere est, & non posse pedibus consistere, & quasi animam exhalare. Filij ergo tui quasi animam exhalantes, confecti fame dormiebant in capite omnium viarum, effusi domo per omnes vias ad querendas herbas, coria, sterco, quibus miseram famem soleretur. Cū eas videbant interclusas, neque posse se remeare domum, quod viribus deficiebantur, neque domi vllum erat solatium, in principijs viarū cubabant sicut beta flaccescens, id enim semicoctā appellauit, hoc est, semitorridā æstu, quæ appositisima est imago hominis iā morientis, & expirantis hominis similitudo, qualis apud Virgiliū lib. 9. -- Purpureus veluti cū flos succisus aratro Languescit moriens: lassouē papauera collo Demisere caput, pluuia cū fortē grauātur. Hoc vnū interest inter translationē D. Hieron. & Lxx, quod אֶחָד, vocē Hebræā, Rabbini dubitant quid sit, aiunt esse bouē syluestre alij, alij verò ceruū, nonnulli orygē, idq; ex Deuteron. probāt cap. 14. sed orthographia diuersa est hoc loco, & illo. R. Dauid, & R. Selomoh, quanq̄ diuersis literis scribatur, idē esse aiūt, diuināt sanē, neq;

A sanē, neq; vllū locū possunt afferre pro se, nisi illū ex Deuteron. & locus ille eis nō fauet, quod scriptio diuersa est huius vocis, & illius, credendum ergo est magis Lxx doctissimis viris, qui vertere, betas, quam duobus Rabinis qui cū ignorare se fateantur, diuinant: vertere ergo: Sicut beta semicocta, vel semitorrida, æstu, supple, quod Vergilius dixit: Aret ager vitio. & arebant herba. Addidere de suo Lxx, ἀπορούμενοι, quod Latinus interpres vertit, deficientes, melius redditurus, soluti, defecti que viribus. Hoc idem verbum reperies apud IOSEPH. de eisdem lib. 5. cap. 32. ἀπορούμενοι πεινροῦσι τοὺς ἰουδαίους. i. solutos viribus, siccos fame hiantes, exhalantes animam. D. Hieron. vocem illam Hebræam vertit, orygem: edidit enim [sicut oryx illaqueatus] i. sicut animal illud, quod cecidit in insidias, & in laqueos paratos: expectabant enim Iudæi in capitibus viarum, vt si quando dormirent excubia, excurrerent ad carpendas herbas, & sicut feræ quæ incidunt in laqueos paratos, ita ipsi in hostes incurrebant; & vincti illic dormiebāt. quod leges apud Iosephum lib. 5. cap. 28. Quod autem ait [plenos furoris Domini] toto opere de bello Iudaico Iosephus hoc testatur, sed ex lib. 6. cap. 4. hoc intelliges, plena manu Deum inuexisse mala Iudæis, seditione, peste, fame, & quod sine vlla opera aduersariorum moriebant. Rabini ergo coniectant, quid sit אֶחָד, alij aliter interpretantur, hos dubitantes Iudæizantes sequūtur potius quā D. Hieron. aut Lxx viros. Nec id rationis habent, credibilius esse Lxx viros nouisse veram huius verbi significationē, natos eo tempore, quo hæc lingua florebat, & omnibus erat patria, & natia, & cū Iudæa literis florebat, & religione, & suæ gentis doctissimos, qui אֶחָד, vertere betam, & אֶחָד, semitorridam sole, אֶחָד, incallescere, & exurre. nam voces Hebrææ multa interim significant. De beta semicocta: & quod peccatores similes sunt betæ semitorridæ, & flaccescenti, languenti que, ita cedunt voluptatibus & tentationibus, molliores flaccescit beta, ad pugnam cedant spontē hostibus. CYRIL. li. 4. de spiritu & litera, molles ad pugnam Zacharias appellat foeminas sedentes in amphora impietatis, Babylonem aduolantes, Esaias semitorridam betam. quæ indē petes. Ita etiam D. BASIL. in asceticis, ad eos qui in coenobio soli exercentur, cap. 4. Vetat enim ita extenuare corp⁹, vt sint religiosi similes æstu torridis oleribus, vt nō possint suppeditare laboribus, sed potius esse vegetos ad laborem bonorum operum, similes arboribus, fructibus grauidis, quæ sibi abundant, & alios delectant, & fructibus iuuant.

Jdcirco audi hac paupercula, et ebria non à vino. Hac dicit dominator tuus dñs, et Deus tuus qui pugnavit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicē soporis, fundum calicis indignationis meæ. Non adijcies vt bibas illum vltra. Et ponam illum in manu eorū, qui te humiliauerunt.

Propter hoc audi humiliata, & ebria non à vino: sic dicit dñs Deus, Deus iudicans populum suum: Ecce tuli de manu tua calicem ruine, calicem furoris mei, & non adijcies bibere illum vltra, & dabo eum in manuseorum, qui iniquè oppresse runt te, & humiliauerunt te.

D Hæc omnia D. HIER. & CYRIL. de vastitate inuecta Iudæis à T. Vespasiano interpretatur, & nescio quæ quibusdam viris doctissimis, & religiosissimis iniecta mens sit, vt Iudæizantes sequantur, & hoc loco Babylonicam captiuitatem significari putent. Ergo [idcirco audi hac paupercula] rectè interpretantur Lxx [propter hoc audi hac humiliata] audi hæc ô Hierusalem, redacta ad extremam mendicitatem, vastata à Vespasiano [et ebria non à vino] i. malisebria, & mentis impos præ multitudinem malorum. [Hæc dicit dominator tuus, & Deus tuus qui pugnavit pro populo suo] i. qui subuertit te, & diruit te, & subuertit vrbes Iudææ, vt pugnaret pro populo suo fidei Christiano, quem vos Iudæi persequebamini, & cui impedimento eratis, ne pro vulgare euangelium posset. Lxx apertius hoc [hæc dicit dominus Deus iudicans populum suum] i. qui iudicauit causam populi sui, vel vindicans populum fidelē de Iudæis, vel vlciscens Iudæos, & puniens quod regē gloriæ in crucem sustulerit. Lege quæ scripta sunt in verba illa cap. 3. Dominus ad iudicium veniet cū senibus populi sui, quod sæpè est repetitum ab hoc propheta: & verbū Hebræū אֶחָד, vtrunque significat, est que hoc idem verbum cap. 3. vbi legitur: Stat ad iudicandū Dñs. [Ecce tuli de manu tua calicē soporis] quod Lxx

vertère: Calicem ruinae, ratione supra dicta, quod stupor ille occaecans corda, & delens robur corporis, obortus est omnium Iudaeorum animis, cum obsiderentur à Vespasiano, ut ruerent omnes, & perirent, ut ostendimus ex Iosepho. [Non adjicies bibere illi ultra] Verba momentis sunt, quantum ego puto, quamquam Cyrillus hoc dictum existimat, quod vocanda sit Hierusalem ad Christum, & supernis bonis fruitura, ubi fugiet dolor, & moeror, & gemitus: vbi enim Christum coluerit populus Iudaeorum, tunc auferetur poculum hoc afflictionis ab eis. Sed esse puto ego verba momentis Domini residuos ex illa clade & vastitate Hierosolymorum, ut redeant ad bonam mentem, & ne pergant oppugnare ecclesiam, si nolunt bibere calicem illi iterum. Nam cum viri Iudaei occisi sint, & penè occisione deleti tã Hierosolymis quàm in vrbibus Iudae, residui quàm paucissimi fuere, relictæ sunt foeminae penè oēs: intra paucissimos annos tanta vis Iudaeorum suppullulauit, quod foeminae Iudae pro summa ignominia habebant, nõ esse foecundas, & quærebant Iudæos vnde conciperet, & vnus multas foeminas Iudæas faciebat foetas. Pullulauit igitur tanta vis Iudaeorum, ut redintegrarint bellum aduersum Romanos, & tunc ab Adriano prorsus omnes vrbes Iudae sunt diruta: Monet igitur propheta, ut id caueat, [ne rursum bibant illum calicem] i. ne rursum diruantur, & moniti nõ cauerunt, tamẽ Dñs illos B monet, ut si quis ex illis respiscat, non bibat calicem iræ Dei, & multi respicere. Pollicetur tamen Dñs, si respiscat, calicem illum quem propinaturus erat eis, propinaturum se hostibus, quod sic fecit. Fecit enim victricem ecclesiam toto orbe terrarum, vel pollicetur victricem quã largitus est Adriano, & Romanis, largiturum se fuisse Iudæis, si respicissent.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et dixerunt animæ tuæ, incuruare ut transeamus, et posuisti ut terram corpus tuum, et quasi viã transeuntibus.

Qui dixerunt animæ tuæ, inclinare, ut transeamus, & posuisti æqualia terræ, mediã tuã foris transeuntibus.

Difces ex lib. 5. IOSEPH. de bello Iud. Hierosolyma sita fuisse in quatuor editissimis collibus, quorum vertice summo longè lateq; se fundebat planities, à tergo verò erant prærupti, & inaccessi, & quod magis inexpugnabiles faciebat Hierosolymitanos post tempora Christi, nam antea non tam erant munita Hierosolyma, neque occupabant colleis illos quatuor: quod ergo magis illos inexpugnabiles faciebat, id erat, quod inter colles illos quatuor, in quibus sita erat vrbs, erant valles profundissimæ, quas ut exæquarent, vt vno capto colle ad alterum collem pateret accessus, necesse fuit complere eas valles lignis, arboribus, & nudare totam fruticam regionem arboribus, quibus innumeris erat confita & peramœna, & murorum ruina, & strage cadaverum complebatur illa mediã, vt progredi exercitus possit, & vno capto colle, alterum expugnare liceret. Et quanquam Iosephus, vt pium describat T. Vespasianum, magis tribuat tyrannis, quod cõculcauerint cadavera, & quod transitum fecerint per cadavera, intelliges tamen Romanos quoque ruina murorum, arboribus cæsis, effossa terra, cõplessisse medias illas valles, & cadaverum strage, & Iudæos semiuiuos stratos, & mediã illa loca completa Iudaeorum corporibus, vt per cadavera, & corpora semiuiua Iudaeorum ad alios colles gradum facerent. Hoc enim significat, qui te humiliauerunt. i. qui te strauerunt [& dixerunt animæ tuæ tibi incuruare] i. cade, & comple hæc mediã loca, & hanc profundam vallem, vt transeamus, vt pateat nobis aditus ad aliam partem vrbis [& posuisti corpus tuum vt terram] loco terræ ad complendas & exæquandas illas valles. Nam vt terra, & arboribus cæsis cõplebantur illa loca mediã, ita cadaverum tuorum strage sunt completa, vt cadaveribus tuis plana esset viã transeuntibus, quod significauere Lxx viri cum dixeret [& posuisti æqualia terræ mediã tuã] i. medias illas valles profundas exæquasti strage cadaverum tuorum foris transeuntibus, aut vt meliùs Latinè veritas, extrinsecus venientibus. i. Romanis foris venientibus. Si respicissent ergo, qui tantam edidissent impietatem, & immanitatem, luissent meritas poenas, & luere quoque, nam concidit domus, & familia Vespasianorum intra breue tempus, præcipuè Flavius Vespasianus, & postea Titus Vespasianus intra biennium sæuisima morte interemptus, luere poenas, vnde cõiectes reliquos ex illo exercitu non impunè tulisse tantam impietatem. Hæc historia est prodita à Iosepho. Pete à D. HIER. & CYRIL.

spiritalis sensus.

IN ESA-

IN ESAIAE CAP. LII.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Consurge, consurge, induere fortitudinem tuã Sion, induere vestimentis gloriae tuæ Hierusalem ciuitas sancti, quia nõ adijciet ultra, vt pertranseat per te in circuncisus, et immundus.

Exurge, exurge Sion, induere fortitudine tuã Sion, & tu induere gloriam tuã Hierusalem ciuitas sancta, nõ ultra adijciet vt transeat per te in circuncisus, & immundus.

Consurge, consurge, induere fortitudine tuã Sion] Imperat propheta vt Sion rumpat vesteis lugubris, quibus induta erat, peccata lugens, & induat sibi indumentum lætitiæ, & B vestimentum saluatoris, qua veste nuptiali indutus, non eijcietur in tenebras exteriores. [Induere fortitudine tuã] Christo, qui est nostra fortitudo, iuxta illud Pauli ad Philippenses cap. 4. Omnia possum in eo qui me confortat, Christo Iesu. Iubet ergo propheta, vt Sion Christo credat, & Christum induat. Nã vt LEO papa epist. 22. ad clerum, & plebẽ Constantinopolis ait: Nisi Christum quis agnoscat, & induat, nuptiali non potest interesse conuiuio: caro enim Christi velamen est verbi, quo omnis, qui Christum confitetur, integrè induitur. Hæc Leo papa. CHRYSOS. in cap. 13. epist. ad Rom. Induamini Dominum nostrum Iesum: Dominum (inquit) nobis ipsum regem gloriæ vestimentis loco tradidit Paulus, hoc vestimento indutus, vniuersam simul virtutem habet, & cum dicit, induamini, vndique nos illo iubet circundari. Vult ergo animã nostram illi domum esse, illoque nos velut vestimento circundari, vt is nobis omnia sit, siue interna, siue externa respicias. Est enim plenitudo, est viã, est potus, cibus, vita, est omnia: iubet ergo ecclesiam catholicam induere hunc Christum, qui gloria patris dicitur, & gloria plebis suæ Israël: & cum iubet induere Christum, iubet baptizari, nã vt Paulus inquit ad Galat. 3. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Hieron. conueniẽter Hebræe lectioni dixit [induere vestimentis gloriæ tuæ] pro quo dixere Lxx [tu induere gloriam tuã] Christum, scilicet, gloriã plebis suæ. Quod dixit Hieron. [ciuitas sancti] Lxx dixere [ciuitas sancta] quod Hierusalẽ ciuitas sancta est dicta, siue ciuitas sancti, ubi erat templum Dñi. AVG. lib. vno de essentia diuinitatis, indui vestimentis Christi interpretatur, indui corpore & sanguine Christi, quod vestimentum Christi dicatur caro quæ à diuinitate assumpta est, vt in illo Esaiæ: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus: nam Christum induimus iuxta humanã naturam, vt caro Christi carni nostræ, anima animæ sit salus, propter coniunctionem hypostaticam diuinitatis. EPIPH. li. 3. de hæresibus contra Antidicomarianitas: Mariæ datum est à Deo, vt pareret nobis agnum, et ex gloria ipsius agni, tanquã ex vellere agni, & ouis illius cuius sanguine redempti sumus, fieret nobis indumentum immortalitatis. Hæc Epiph. Hoc igitur indumento cõtexto, velut ex vellere illius agni, qui sustulit peccatum mundi, iubet Esaias, vt se induat Sion. Et D. CYRIL. lib. 11. de sacerdotio: Vestimentum nostrum, inquit, de Pauli sententia, Christus est, omni ornamento splendidum, diuinum, quo sanctorum animæ indutæ admirabili quodã, & maiore, quàm pro hominum captu, splendore nitet. Et infra interpretas quid sit, quod Christus vestis habet talarẽ apud prophetã Zachariã: Deus, inquit, cum sit natura immortalis proprium corpus efficit, & vita ipsum induit: ait enim, Ego sum resurrectio, vita, vt enim pater habet vitam in se, sic dedit filio habere vitam in se. Hunc igitur Christum Dñm nostrum induimus, qui nos facit immortales corpore & animo, qui est vestis lætitiæ & iucunditatis. Lege AVG. in psal. 147. in illa verba: Qui dat niuem sicut lanã. Et in cap. 3. Ioann. tract. 23. in illa verba: Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæa. vbi multa de hoc vestimento leges. Lege de eodẽ AMB. de benedict. patriarcharum cap. 4. de Eliã ieiunio cap. 4. de Thobia cap. 20. [Quia nõ adijciet ultra vt transeat per te in circuncisus & immundus.] AVG. cõtra Donatistas li. vno cap. 8. de futuro seculo post iudiciũ, hunc locum explanat, quando nulla in ecclesia futura sunt zizania, quando purgata fuerit area, illinc petet, qui vult: fortasse significat quoque illud, quod Dominus ait: Et portæ inferi nõ præualebunt aduersus ecclesiam, vel ad rectores tenebrarum, super quos dedit potestatem calcandi fidelibus. Sic explanare videtur hunc locum D. Hieron. quanquã nescio, quo modo ad historiã referre videtur, Ddd 4 atqui

atqui iam diruta erat vrbs Hierosolyma, iam eia innumcrabilia Iudæorū millia, residui ven- A diti pōtē, quā pecunia, aut obiecti lamandi feris in theatris: quomodo igitur coheret, vt hi- storicē dicatur, vt furgat, & deponat lugubres vestes, & se induat, quibus solebat vestibus splē didis, cum præsertim paulō post ab Adriano imperatore vrbs Hierosolyma, & vniuersa lu- dæa, sit ferro & igni consumenda? literalis sensus est Christus, neque vlla alia hic subest histo- ria: & hæc omnia discēs ita esse ex IOSEP. de bello Iudaico, & ex DIONE in vita Adriani.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Excute de puluere, cōsurge, sede Hie- rusalem, solue vincula colli tui, capti- ua filia Sion, quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati estis, et sine argento redimemini.

Excute puluerē, & surge, sede Hie- rusalem, solue vinculum colli tui, captiua filia Siō, quia hæc dicit Do- minus: Gratis venundati estis, & nō cum argento redimemini.

EXcute de puluere] est excute terra, vt docet CYRIL. quia nemo potest mammonē B seruire, & Deo: & surge, à peccatis, quod Paulus inquit, Si consurrexistis cum Christo, quē sursum sunt quærite, non quæ super terram [iubet sedere] i. stabilem esse, & firmam in virtute [Solue vincula colli tui] vincula sathanæ. Hæc verba satis indicant, non posse hic accipi de ter- rena Hierusalem, neque aliam historiam hic subesse, quā historiam euangelicā. Nec enim vrbs Hierosolyma liberata est illa captiuitate, in quam abiit post crucem Domini, neque villo ynquam tempore liberabitur, neque instaurabitur vrbs Iudææ ynquam: sed iubet se exol- uat vinculis sathanæ, & ad Christū accedat: & ita explanat D. HIER. & CYRIL. Adiuuat hoc quoque, quod sequentia omnia de temporibus Christi, & prædicatione euangelij sunt vatici- nia: ergo monet Iudæos Dominus, vt se recipiant ad Christum, & soluant vincula peccatorū, quod si fecerint, futurum ait vt malorum finem inueniāt, vt EVSEB. Cæsariens. optimē dispu- tat lib. 6. de monstr. euangel. cap. 24. [Gratis venundati estis, & sine argento redimemini] Lege AVG. quæst. super Iudic. lib. 7. cap. 17. tom. 4. vbi interrogat: Quare venditi gratis, & sine pre- tio, non potius donati dicantur? Nam fortè scripturarum locutio est (inquit) vt venditus etiā C qui donatur, dici possit. qui sensus est optimus. In eo quod dictum est: Gratis venundati estis, & vendidisti populum tuum sine pretio, quia illi, quibus tradidisti populum, impij fuerunt. Hæc Augustinus, & alia multa. Tamen si leges PLAT. in fine lib. 9. de Repub. fortasse iudices propriè dictum, vēditum populum. Vt enim Eryphile, inquit, ob torquem aureum, maritum Amphiarum prodidit: sic tu ob tetras voluptates, quoties peccas Domino, spurcissimo & ne- quissimo, miseram animam captiuam tradis, magis stultus multò, quā si filiam carissimam reuinctis collo vinculis, ob pretium vilissimum, immanissimis hostibus traderes captiuam ducendam: ita gratis, peccator se tradit immanissimo hosti, & tamen se diuendere videtur ob voluptates spurcas, & tamen gratis, quia à sathana nihil accipit, & peccatum nihil est. Subiun- git autem AVG. [Neque argento redimemini] iuxta illud: Non enim argento & auro redemp- ti estis, sed pretio sanguinis agni immaculati. Idē penè repetit AVG. in cap. 8. Ioan. tract. 4. in principio, vbi multa in hunc locum disputat. Lege AMBR. de institutione virginis cap. 13.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia hæc dicit dñs Deus: In Egyptū descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: et Assur absque vlla causa calūniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic? dicit Dñs, Quoniam abla- tus est populus me⁹ gratis. Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus.

Quia sic dicit Dñs, dñs Deus: In Aegyptum descēdit populus meus prius, vt peregrinaretur ibi: & in Assyrios violenter abducti sunt, & nūc quid erit hic? Hæc dicit Do- minus: quia captus est populus meus, gratis admiramini & vlulate.

DIuus HIER. & CYRIL. hūc hui⁹ loci sensum esse docēt, vt metio fiat hoc locō triū capti- uitatū Aegyptiacæ & Bābilonicæ, & postremæ hui⁹ post crucē Dñi, quæ erit sempiterna, quoad intrēt ecclesiā: duarū causas (inquit) notas esse liquet peregrinationis Aegyptiacæ, q̄ premēte

A premēte fame in Aegyptū descēdit Israel: captiuitatis Bābilonicæ quod idolatræ essent & sapi- moniā à Dño tantū sceleris, nō respicerēt. Fentia seruitutis causam querit [Sed nūc quid hic estis] quid estis in regionibus gōtiū, & in omnes orbis parteis dispēcātū subiūgit huius postremæ feruoris causam esse, quod cum aduēnerit Christus Dñs, manus ei attulerint, & cruce affec- rint, significatur quæ Christum esse Deum, & hominē [Ergo quia hæc dicit Dominus Deus in Aegyptum descēdit populus meus in principio vt peregrinaretur ibi, vel vt colonus esset ibi] famis causa scilicet & quod prædixeram peregrinaturum populum meum quadringentos an- nos post quos erat meo candus, Genes. cap. 15. & [Assur absque vlla causa calūniatus est eū]. i. Bābilonij sine vlla causa, non enim erant lesi à Iudæis, quæ suere ansam vt eorum vrbes vasta- rent, & captiuos ducerent permissu Domini, quod idolis seruiant, neque etiā admoniti à Domino respiciēt: Hoc dixere Lxx: Ad Assyrios violenter abducti sunt, Hæc lectio est. Id est, Assyrius ad nihilū calūniatus est eum, quod D. Hier. oppressit eū (& calūniatus est eum occupauit enim nihilū ad Assyrios Et ronymus interpretatur, ad nihilū, hoc est, sine causa calūnia- tus est eū, finxit causam, & quæ fuit ansam, & c. Lxx quod p̄שׁוּ, & אֲשׁוּרָא יִשְׂרָאֵל signifi- cant etiam vim facere & occupare bona aliena vi, interpretati sunt p̄שׁוּ, rapuit eū sup- populū meū, אֲשׁוּרָא ad nihilū, i. vt nihil relinquēret, vt captiuos duceret omnes ad vnum & Iudæi sic interpretantur, [Et nūc quid mihi est? sic dicit Dominus] Duarum seruitutū quas dixi, nota causa est, sed nūc quid mihi hic? quæ causa huius tertie captiuitatis [Quoniam abla- tus est populus meus gratis] quia ductus est captiuus populus meus gratis, sua sponte, quia gra- tis oderunt me, & gratis præoptauit Cæsarem, potius quam me, cum clamauerunt, Crucifige, crucifige: non habemus regem nisi Cæsarem. Venditi ergo sunt peccatis suis, sic Hieronymus, [Ab- latus est gratis] sua sponte, quasi oryx retri comprehesus à Romanis, & à Sathana, vt postea sequatur [Dominatores eius iniquè agunt] pontifices, & scribæ, & pharisæi impietatem fecere, quod auertere plebem à Christo, & post eius crucē ecclesiam persequuti sunt, vel, Dominato- res eius vlulabunt, vt vertit Symmachus & Theodocion. i. flebunt, cum tormentis traditi fue- rint inquit Hieronymus: ipsi enim sunt, qui aduersum Dominum populum concitarunt, vt consona voce clamarent, Crucifige, crucifige: hæc & plura alia D. Hieronymus. Sed intelli- ge quoque flebunt dominatores eorum, quod illa vastitas inuenta Iudæis à Romanis præcipuè recidit in principes sacerdotum, vt leges apud Iosephum, & in primores populi. Lxx aliam le- ctionem agnouisse videtur. Nam pro מְשִׁלְטֵי יִשְׂרָאֵל, i. dominatores eius populi *vlulabūt, Ex- cussa vna litera, & permutatis duab⁹, legisse videntur Lxx מְשִׁלְטֵי, i. obstupescite vel admiramini, & sic distinxere hic locū [Quia captus est populus meus gratis admiramini & vlulabūt] sic e- nim leges apud Iosephum, Iudæos nullas accepisse conditiones pacis, quas eis ferebat Roma- nus Imperator optimas, quod expectabant per singula momenta Deum laturum illis opē, etiā in vltimo discrimine, & postea lugebant, & admirabantur quod illos tradidisset Deus hosti- bus, lugebitis, inquit, & admiramini quod Dominus tradiderit vos Romanis cum regem glo- riæ in crucem sustuleritis, & ita IOSEPH. Iudæus cum Iudæi non acciperent conditiones pa- cis, quas eis ferebat T. Vespasianus & causarentur Deum semper tulisse opem suis maioribus, & sibi quoque laturum, dicebat non eadem causa vestra est, & maiorum vestrorum, non intel- ligitis quam propitium habeatis Deū? & hoc sæpē iterat, semper enim præ se tulit Iosephus va- stas vrbes Iudææ, quod non receperint Christum. & innuit omnes Iudæos intellexisse se va- D stari quod Christum cruce affecerint. hæc omnia etiā explanat AVG. quæst. super Iudicum lib. 7. quæst. 17. in principio, si legas attentè.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dicit Dominus, & iugiter tota die no- men meum blasphematur.

Hæc dicit Dominus: Propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus.

IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonē post Dominum actum, inquit, in crucē vt intellexere eū, reuixisse & cōscendisse calū vt à prophetis erat præsignificatū, nō solū non do- luere ob admissum tam immane nefas, sed legere viros, quos ex Hierosolymis in omnes partes terrarum mitterent, qui aduersum Christum & Christianos scdissimos dissiparent rumores, & suos, qui toto orbe terrarum erant dispersi, concitarent aduersum Dominum, & docerent Christo cōficiari. Ergo à Iudæis edocta: etiam nationes Christo & Christianis conuiciaban- tur, red-

*vel. vlu- lare faciet, vt inter- pretatur R. David. Sic enim D. Hiero. videtur ac- cepisse, & pro: vlu- lare faciet, reddidisse, iniquè a- gunt, cum eis, s. red- dit enim sententiā.

tur. Reditur ergo causa huius tertie seruitutis, quod regem glorie affecerint cruce, quod po-
 stea blasphemauerint nome Domini, & docuerint omnes nationes nomen Domini blasphemare.
 TER TVLL. aduersus Iudaeos in lib. de claritate gentium in Christo Iesu datum docet
 tempus Iudaeis post crucem Domini vt respicerent, a Tiberio vsque ad Vespasianum, vt per
 42. annos suum crimen agnoscerent, & lachrymis eluerent, & ad Christum redirent. Cum
 vero perseuerarent in infania & furore suo, nec rediret ad Christum, sed potius eius nome bla-
 sphemarent, & docerent gentes, & nationes blasphemare nomen Domini, vastata Iudaea est.
 Idem TER TVLL. aduersus Marcionem lib. 3. propter vos blasphematur nomen meum in na-
 tionibus, quia a uobis cepit infamia inquit, & quia tempus mediu a Tiberio imperatore, sub
 quo passus est Dominus vsque ad Vespasianum, non traduxere ad poenitentiam sed ad perse-
 uerantiam furoris, & ad blasphemias in Dominum, ideo vastata est Iudaea. CHRYS. in cap.
 2. epistolae ad Romanos, No solum inquit per se nomen Dei blasphematur, sed & alios ad hoc
 inducunt: sed & Ambrosius, & Theophylactus, & reliqui Pauli interpretes in cap. 2. epistolae ad
 Romanos sic hunc locum interpretantur. Nam & D. PAUL. cap. 2. epistolae ad Romanos citat
 hunc locum iuxta tralationem Lxx seniorum, quamquam Lxx seniores hoc loco addiderunt
 duas illas voces [propter vos] & rursum illas duas [in getibus] detraxere illas duas [tota die] Pau-
 lus pro [nomen meum] dixit [nomen Dei] quod hic Deus loquitur, illic Paulus de Deo, Latinus
 interpres Pauli vertit, per vos, potuit vertere, propter vos & sic legunt veteres, Graeca verba
 eadem sunt Lxx virorum, & D. Pauli. Haec eodem modo explanat D. Hieronymus, & Cyrillus.
 CHRYS. in cap. 1. Genes. homelia 7. Ve inquit terribile verbum est, quasi lamentatis suppliciu
 illud aeternum non eualuros eos, qui per suam negligentiam causam blasphemiae praebet, quos
 tanta poena manet ac condemnatio, quemadmodum virtutum studiosis fit multarum coro-
 narum materia, quod docet Dominus inquit: sic luceat lux vestra, &c.

Paulus ci-
 tat verba
 addita a
 Lxx, quo
 argumen-
 to Augu-
 stinus pro
 bat trala-
 tionem Lxx
 afflatu spi-
 ritus san-
 cti esse te-
 num.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propter hoc sciet populus meus nomen meum in illa die.

Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa.

S ciet populus meus] i. cognoscent fideles, nomen meum, me Christum esse verum Deum
 [in die illa] illo tempore, & certe nulla res penè dixerim, maius pondus habuit ex his, quae
 gentibus dicebantur a nostris maioribus, ad conuersionem gentium & ad recipendam Chri-
 sti fidem, vt discas ex lectione veterum patrum, quam crucem Domini Hierosolymorum, &
 vrbium omnium Iudaeae consequuta vastitas praedicta a prophetis: videbant enim nationes,
 quae no potuerant videre, Christi miracula, praesignificationes prophetarum, & eas legebant,
 quibus praedictum erat: Relinquetur domus vestra deserta, velut casula in cucumerario. et mil-
 le alia huius notae, et id oculis factum intuebantur momento temporis vastatas vrbes Iudaeae, Iu-
 daeos deletos omnes, residuos suis vrbibus pulsos, dispersos in omnes partesterraru, hoc tam
 ingens miraculum legebant praedictum mille, & bis mille ante annis, oculis videbant factum,
 reliqua omnia miracula Domini audiebant, videbant etiam miracula edita ab apostolis multa,
 inter quae hoc habebat magnum pondus: vnde hoc miraculo premebant ipsos Iudaeos vehemè-
 ter. Lege TER TVLL. aduersus Iudaeos de claritate gentium in Christo Iesu, vbi toto illo cap. in
 principio praesertim, & in fine hoc miraculo ingenti vrget Iudaeos, & premit uehemèter & lib.
 4. aduersus Marcionem interpretans huc locum inquit: Cognosceret populus meus nome meum,
 quod nomen inquit nisi Christi? & EVSEB. Caesarien. lib. 6. Demonstr. euangelicæ cap. 24. adno-
 tat Dominum, cum de captiuitate Iudaeae agat, & de captiuitate populi sui postrema, subiicere.
 Propter hoc cognosceret populus meus nomen meum quasi alterum habeat populum iam, & non
 populum veterem qui ductus est captiuus gratis, quia blasphemauit nomen Domini, sed popu-
 lum nouae legis. SOTER. papa tomo I. conciliorum epistola decretali I. docet nos filiu in pro-
 phetis fuisse locutum, & sic interpretatur hunc Esaiæ locum [in illa die sciet populus meus quo-
 niam ego sum ipse qui loquebar in seruis meis prophetis, euangelizans auditum pacis & ecce
 adsum] Quo loco & alijs, probat papa Soter, Christu non praeepto patris, sed sua autoritate
 propria, locutum haec esse, & fecisse quae fecerit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia ego ipse qui loquebar ecce adsum.

Quia ego sum ipse qui loquebar.

CYRILL.

CYRILL. de incarnatione vnigeniti tomo I. Conciliorum cap. 2. [ipse qui locutus sum pra-
 sto sum] locutus enim est Christus per prophetas vt incorporale adhuc verbu aduenit etia
 corporaliter. Et eodem opere cap. 16. hunc locum explanat mirabiliter, inde pete, vbi videtur
 docere nouissimis temporibus patrem locutum esse ad nos in filio, quod filius magnu nunciu
 patris ad nos detulit & acceperit a patre mandata, quae ad nos detulit, olim dederat per se legè.
 Et ideo ipse Dns verba Moysis, suos dixerit esse sermones [verba autè mea, non transibunt] ad-
 de tu locutum esse filium ad patres nostros in angelis, vt docet AVGVST. quod Stephanus legè
 veterem data esse dicit per angelos. SOTER. papa in eadem sententia est, vt dictum est in fi-
 ne superioris commentarij. EVSEB. de demonstrationis euangelicæ lib. 6. cap. 24. Docet, inquit, pro-
 pheta, quod non alius Christus est, sed id ipse Dominus qui loquebatur in prophetis: inquit
 enim [Ego ipse qui loquebar, adsum] idem ait CHRYS. in Marcum homelia 8. ORIGEN. in
 Hieremiam homilia 6. in cap. 10. ad Roman. lib. 8. in illa verba quam speciosi pedes euangelizan-
 tium, & in praefatione in Ioannem, & TER TVLL. etiam aduersus Marcionem lib. 4. ATHA-
 de fide unitatis & Trinitatis lib. vno, hoc loco probat, & superioribus verbis Christum in pro-
 phetis loqui, quod aperte loquatur in his, & superioribus Christus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quam pulchri super montes pedes annun-
 ciantis, & praedictantis pacem.

Sicut hora super montes, sic pe-
 des annunciantes auditum.

T otus hic locus rubeus est, & mutilus in tralatione Lxx virorum, quod vbi praedictio e-
 rat aliqua planè de Christo enodata a Lxx senioribus, vt docet IVST. Philosophus mar-
 tyrii dialogo aduersus Tryphonem, si copia erat corrumperidit expungendi illum locum
 ex bibliotheca Regis Ptolemaei, & in codicibus qui apud se adseruabantur, non parcebant ope-
 ra: sed de tralatione Lxx virorum postea dicemus, nunc de tralatione D. Hieronymi dicamus,
 quae ad verbum reddita est, quamquam planius & significatius vertisset D. Hieronymus, vt ver-
 nit D. Paulus ad Romanos cap. 10. Quam pulchri super montes pedes annunciantis pacem, eu-
 gelizantis bonum. Na quamuis id est, annunciantis, & praedictantis quod euangelizatis, tamè nescio
 quomodo hoc nomen euangelizantis dulcesonata auribus Christianorum, & Hebraicè est, *אמרי*.
 euangelizantis, hoc loco & apud Naum prophetam cap. 1. ubi est hoc idem vaticinium, & sem-
 per Lxx viri hoc verbum *אמרי*, quod apud Hispanos iam est receptissimum, & apud Italos,
 cum dicimus, *ambaxador*, *embaxada*, semper Lxx seniores vertunt, euangelizare, vt sit idem gau-
 diu euangelizo vobis, & a caelo vobis apporto latissimam embaxiatam, vt vim huius verbi ex-
 primam: CHRYS. in cap. 12. epistolae ad Romanos interpretans haec verba, Vides, inquit, quo-
 modo a praedicationis modo ipsos praedictantes declarat? Circuibant em nihil docentes aliud
 quam ineffabilia illa bona, pacemque, quae inter Deum, & homines facta erat, itaque, dum in-
 creduli persistitis, inquit Paulus, non abrogatis nobis fidem, sed Esaiæ, qui multos ante annos
 praedixit quod mittendi essemus, quod euangelizaturi, quasi propheta vna cum illis circumeat
 & praedictet, Hi sunt illi, quos ante multa tempora manifestavi, quorum pedes laudavi: manife-
 stum relinquitur etiam propter ipsum praedicationis modum, Iudaeos sua culpa non credidif-
 se. Sed lege CHRYS. & alios Pauli interpretes, qui multa in hunc locum dicunt diuinitus. Ta-
 men ORIGEN. in cap. 10. epistolae ad Romanos docet hic pedes speciosos esse no corporales, sed
 D spiritales, qui decori, & speciosi sunt, quod ambulat per viam vitae, secundum illum qui
 dixit, Ego sum via, & speciosi pedes sunt euangelizantium, qui per talem viam me-
 rentur incedere, & his pedibus Paulus dicit cucurrisse vt comprehenderet, & cursum cofum-
 maffe, & pedes quidem laui Iesus discipulis suis corporaliter, fecit tamen spiritaliter, & Petro
 non intelligenti dixit, Nisi lauerote non habebis partem mecum, quod significat ipse Domi-
 nus statim, Quod ego feci vos nescitis modo, scietis postea, & addidit: Quia si ego Dominus
 & magister laui vestros pedes, &c. quod sic intellige, Si quis inueniet aquam viuam, si quis in-
 cipiet bibere a Iesu, & aqua illa fiat in eo fons aquae salientis in vitam aeternam, iste de hac aqua
 doctrina spiritalis potest lauare pedes discipulorum. i. actiones omnes vitae, & omnes ex ani-
 mo immunditias, fordesque diluere. De istis pedibus in canticis sponsa dicit: Laui pedes meos
 quomodo inquinabo eos, & quia haec pulchritudo est in pedibus euangelistarum, propterea
 non vult eos Dominus Iesus calciamentis operire, & occultare speciem pulchram sed praece-
 pit eis neque calciamentis uti in via. EVSEB. Caesar. lib. 3. Demonstr. euangelicæ cap. 1. vt proba-
 ret pro-

Euangeli-
zarum.

Embaxa-
da.

Aqua sa-
liens in vi-
tam aeter-
nam.

ret prophetas de Christo tantum usurpasse euangelij nomen, hunc locum citat: Ecce inquit A
 Christus describitur principium prædicationis euangelicæ, idemque Deus cū dixerit: Qui lo-
 quebar adsum, discipulos suos describit administratos euangelicæ prædicationis [quam pulchri
 pedes inquit euangelizantiū pacem] vbi maximè appositè speciosos pedes euangelizantiū Chri-
 sti bona dixit. Quanta enim pulchritudine nituisse putas, qui per exiguo tempore percurrere
 orbem? & terras doctrina euangelica compleueret? quibus verbis significat EVSEB. splendorē
 virtutis, & pietatis incredibilem fuisse in apostolis, indè esse argumentum, quod intra tam bre-
 ue tempus totum orbem conuerterint ad fidem Christi, ad quod, ut putat EVSEB. magnum pō-
 dus habuit cælestium virtutum, quibus coruscabant apostoli, splendor, & lux, quanquam cæ-
 lesti virtute factum putat, vt orbis conuerteretur. Tamen ille virtutum cælestiū splendor, qui
 bus splendebant apostoli duodecim pauperes totum orbem conuertit Deo id faciente, & mo-
 uente animos omnium, id enim est [quam pulchri pedes] pedes enim pro actibus virtutū vñ
 pantur. Contentio hic est inter Euseb. & Origenem, quod EVSEB. hoc vaticinium interpreta-
 tur de Christo, qui primus author euangelij dicitur à propheta, & de apostolis ministris euan-
 gelij, quorum pulcherrimi pedes dicuntur, quod breuissimo tempore suū confecere curriculum,
 ORIGEN. vero in cap. 10. epistolæ ad Rom. putat prophetam hoc loco officium euangelizan-
 di ad Christum retulisse, quod ait [Ipse qui loquebar adsum tanquam hora in montibus] i. Ipse
 qui loquebar adsum tanquam vernū tempus, & [quam pulchri pedes euangelizantis] vbi Lxx
 sen. hæc ad Christū retulisse videntur, & eius pedes pulcherrimos appellasse, & euangelistam
 Christū appellasse pacis, & boni, quod ipse reconciliauit omnia Deo, hunc intellectum Lxx, &
 hæc translationem probat eo loco Origenes, & Paulum hinc similitudinem ad apostolos tra-
 xisse quod apostoli ministri fuerint euangelij. TERTVL. lib. 3. aduersus Marcionē, & AMBR.
 in lib. de Isaac & anima cap. 4. EVSEB. sententiam sequuntur, & ipse ORIGEN. cum interpreta-
 tur illa verba Ioan. Quod ego facio, tu modo nescis, scies autem postea: Quādo inquit, Lauit
 pedes discipulorum Iesus, tunc opinor illud prophetæ completum fuisse de apostolis [Quam
 speciosus] & c. quod si pedes discipulorum loti à Christo, qui est vera pulchritudo, & ipsum pul-
 chrum, sunt speciosissimi, qui ipsi iam erant speciosi, quippe tandiu contubernales Dei, & dile-
 cti à Deo quid dicturi sumus de ijs qui teterrimis vitijs cooperti baptizantur à Iesu & spiritu
 sancto? ex foedissimis quam pulchri fiunt à vera pulchritudine loti vt incedere possint per san-
 ctam viam atque iter facere per illū, qui dixit: Ego sum via, Solus enim & omnis cuius pedes la-
 uerit Iesus, viam perambulat hanc viuentem & ad patriam ducentem: alia petes ex ipso Orige-
 ne, & Eusebio.

Euangelia
 ex euange-
 lizare.

Sed quando inter veteres patres, hoc loco de euangelio agi, conuenit: Et sunt qui putent vt
 dixi hoc verbum *εὐαγγελίζω*, in sacris litteris de lege noua dici tantum, quos refellunt, qui hoc
 argumentum ex voce Græca sumi debere negant, sed ex voce Hebræa, quam Lxx reddunt
 euangelizare, quæ communis est ad omnia, *רשע*, enim nunciare dicitur in vniuersum, tam de
 reb⁹ magnis quam de paruis, quanuis ad magna referatur frequentius. De hoc quoque pauca di-
 camus. *רשע* quidem Hebraicè, & Græcè *εὐαγγελίζω*, communia verba esse apud Græcos & He-
 bræos, nemo est qui nesciat, nec id ignorabant nostri, Græcè, Latineq; doctissimi. Tamen EV-
 SEB. ideo hoc adnotasse videtur loco citato, quod hæc duo verba *רשע*, & *εὐαγγελίζω*, quoties
 non ad rem aliquam priuatam & peculiarem, aut ad certam personam referuntur in sacris litte-
 ris, sed absolute, ad legem nouam semper referri videatur. Et Lxx viri hoc verbo *εὐαγγελίζω*, nun-
 quam vtuntur nisi quoties de lege noua, aut de re, quæ ad legem nouam spectet, sermo sit. & ita
 hoc loco. & Naum. 1. hoc vtuntur: nec Lxx modo seniores & D. Paulus, sed & ipsi Iudæi Sym-
 machus, Theodocion & Aquila, referente EVSEB. demōstr. euangelicæ lib. 6. cap. 24. reddide-
 re euangelizantium, vt nesciam cur D. Hieron. hoc verbum mutarit, quo Lxx viri vt docet EV-
 SEB. nobis significant quoties eo vtitur, de prædicatione legis nouæ agi. Certe prædicatione euā-
 gelij hoc verbo *εὐαγγελίζω*, Græco, & hoc verbo Hebræo *רשע*, significatur semper in sacris litte-
 ris, nec fere aliud verbum ad hanc rem significandam videas adhiberi.

Redeo ad lectionem Lxx virorum, quam hoc loco truncam, & laceram dixi, restituendam
 que puto ex D. Paulo & ex Hebræa lectione sic [qui loquebar adsum sicut ver super montes,
 vel sicut hora super mōtes, quam speciosi super montes pedes euangelizantium auditū pacis,
 euangelizantium bona] qua ratione sic legendum putem paucis dicam. Primū ORIG. in cap.
 10. epistolæ ad Romanos hunc locum totum ad Christum refert, quem primum Euangelistam
 putat qui

A putat, qui angelus magni consilij magnum & laetissimum nuncium patris nobis apportauit de
 pace reconcilianda cū genere humano. Ergo ait Dominus [ipse qui loquebar adsum] i. ipse De⁹
 qui loquebar in prophetis; adsum homo factus, tanquam hora in montibus: i. tanquam vernū
 tempus (id enim *εὐα* Græcè significat) tanquam vernum tempus, tanquam pulchritudo in mon-
 tibus, adfuit enim Christus Dominus, tanquam ver super montes, quod pura & serena luce su-
 per montes fulgēt, & homines ex hilarat & omnes agros & montes versicoloribus complet flo-
 ribus, & omnia facit vernantia mira amoenitate. Sic enim Dominus totum orbē fecit cælestibus
 virtutibus florentem: huc enim spectat ORIG. interpretatio, ergo Lxx ex 2. canticorum cap. fe-
 cisse paraphrasim videtur ex verbis illis. Surge, inquit, & veni propinqua mea, quia ecce hyems
 præterijt: finita hyeme ver pulchrum apparet, quod omnia facit fecunda floribus nitentia: sic
 Christus hyemem, quam infudit orbi Draco, velut ver summouet & arcet & sit pulchritudo
 nobis, facitque omnes virtutibus flores. CYRILL. in commentarijs [qui loquebar inquit ad-
 sum, vt hora super monte] i. vt uer pura luce nitens super montes, vt enim ver flore recen-
 ti ornat omnia & ex summa sterilitate facit omnia fecunda, sic Christi aduentus, omnia flo-
 rere fecit cælestibus ornamentis. & de spiritu & littera lib. 9. [Qui loquebar adsum inquit vt
 ver & pulchritudo in montibus] quod enim ver facit vt corona rosea cingat agros, cingat arbo-
 res, hoc fecit Domini aduentus, fecit omnia vernare, virere, florere. & eadem hæc esse ait cum
 verbis illis; quæ ex canticis citauimus [Sicut pedes euangelizantis auditum pacis] hæc verba tri-
 ca & lacera esse dōstat, restituenda ergo duo verba, quæ defunt, ex D. Paulo & Hebræa lectio-
 ne legendumque [quam speciosi super montes pedes euangelizantis auditum pacis euangeli-
 zantis bona] & sic legere videtur. AVGVST. tomo 6, contra Faustum lib. 32. cap. 10. & HILAR.
 lib. 5. de Trinitate, & omnes sancti patres. ISYCH. in Leuiticum lib. 4. in illa uerba: Reuersus-
 que die 7. considerauit eam: pedes euangelizantium, libros euangelicos nominat, quod in ipsis
 iter doctores agant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Prædicantis pacem annunciantis Euangelizantis auditum pacis, euangeli-
 zantis bona.

D lectum est D. Hieronymū *מבשר*, bonū euangelizantis pacē audire facientis Euangelizantis
 quod verbum D. Paulus & Lxx *מבשר* bonū euangelizantis pacis auditum
 seniores vertūt euangelizantis, & Sym *מבשר* bonū euangelizantis pacis auditum
 machus etiā, atque Theodocion, & Aquila, referēt Eusebio, quodque nostri summoperè no-
 tandum putant, quod hoc loco, veluti digito commōstrēt ab Esaia prædicatores euangelij
 vertisse eodem intellectu, annunciantis, tequentē dictionem *מבשר*, verbum fecit D. Hieron.
 i. audire facientis & ideo vertit prædicantis: Lxx seniores detractō, fecere nomē, vertere em
 auditum, & ita legisse videtur D. Paulus, qui pro euangelizantium auditum pacis, reddidit, euā-
 gelizantium pacem, quod idem sit, euangelizare auditum pacis & euāgelizare pacem, & sa-
 pē redundat in eodē libris Hebræis, nihil est frequentius. Quod Hieronymus vertit: Annunciā-
 tis bonum, Lxx seniores & D. Paulus, Euangelizantis bonum, aut bona, legunt. ORIG. in præfa-
 tione in Ioannem Apostoli inquit euangelizant bona (sequitur enim ORIG. translationem Lxx
 qui numero multitudinis vertere, bona, cum Hebraicè sit, bonum) euangelizat ergo apostoli
 D inquit bona, scilicet Iesum, & subijcit: Nec miretur quisquam si nomine bonorū numero mul-
 titudinis, exposuerimus annunciantes Iesum ab euangelizantibus, facile enim intelliges quomo-
 do multa bona sit Iesus, quæ euangelizant ij, quorum speciosi sunt pedes, vita bonum est, Ie-
 sus est vita; resurrectio bonum est, Iesus est resurrectio: lux mundi bonum est, Iesus lux est vera
 veritas, via, ostiū, sapiētia, potentia, thesaurus denique omnium bonorum Iesus est. Sic Pau-
 lus Iesum Christum annunciat hominem factum; quod principium bonorum nobis est, mor-
 tuum, vt nos viueremus Deo, resurrexisset vt nos cōformes fieremus eius resurrectioni, iustitiā
 nostrā esse, & sanctificationē perfectam, redemptionem nostram: hoc euangelizabat ad Corin-
 thios: factum fuisse nobis Christū iustitiā à Deo, sanctificationem & redemptionē, denique in
 finita multitudo bonorū Iesus est, in quo beneplacitū fuit omnē plenitudinē diuinitatis habita-
 re corporaliter: hæc omnia bona euāgelizat, qui Iesū euāgelizat, & Iesus euāgelizās hæc omnia
 bona euāgelizat, euāgelizat enim omnia hæc. Hæc Orig. ut intelligas hæc optimè interpretatū
 Orig. scias Hebraicè esse euāgelizātis bonū; dicitur em Christ⁹ ipū bonū & bonorū plenitudō.
 D. HIE-

D. Paulus
 vertit sen-
 tentiā non
 numerat
 verba.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Prædicantis salutem, dicentis Sion regnabit Deus tuus.

Quia auditam facio salutem tuam dicens Sion, regnabit Deus tuus.

Iesus, Hebraicè est, quoties Latine salutator, ut docet Eusebius et Procopius.

LECTIO Hebræa sic dispuncta, ut nunc est, ad verbum reddi potest: prædicantis salutem & apertius, prædicantis Iesum, sic enim est Hebraicè, quod notat etiam PROCOPIVS. EVSEB. Cæsariensis. Demonstrat. lib. 6. cap. 24. Hebræi dolent audito hoc nomine sanctissimò Iesu, & quod hoc loco similibusque scribitur cum I, in fine foemininum esse aiunt, vertendumque contendunt salutem, & non saluatorem, aut salutare nostrum. D. Hieronymus non grauat hoc illis largitur aliquando quod Iesus salus nostra sit, tamen multo frequentius, ipse, & Lxx seniores vertunt saluatorem, aut salutare Dei quod parui referat finiri I, litera si nomen proprium sit maris præsertim, cum, I, adiectitia sit qua de re supra pluribus est dictum. Ergo sic vertes hunc locum, quod monent Procop. & Euseb. [prædicantis Iesum, dicentis Sion regnabit Deus tuus] vel si dispungas aliter, aut sine punctis hæc accipias, ut reliquit Esaias, dicentis Sion rex tuus, ut sit sensus: Quam speciosi pedes euangelizantis pacem, euangelizantis omne bonum pacis datum hominibus, prædicantis Iesum, dicentis Sion, rex Deus tuus. i. ecce rex tuus, ecce Deus tuus, ecce Christus rex tuus, & Deus tuus, ut cap. 40. Exalta vocem noli timere, dic ciuitatibus Iudææ, ecce Deus vester. i. ecce Christus Deus vester, & iuxta hanc sententiã interpretabimur translationem D. Hieronymi [prædicantis salutem] id est, prædicantis Iesum, qui est salus nostra. Nam pro salute, Hebraicè, est Iesus. Regnabit Deus tuus, Christus. f.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerteris Dominus Sion.

Vox custodientium te exaltata est, & voces simul lætabuntur, quia oculi ad oculos videbunt quando misertus fuerit Dominus Sion.

EVSEB. Cæsariensis. lib. 6. Demonstrat. euang. cap. 24. [Vox speculatorum tuorum] uox apostolorum tuorum qui te obseruabant [Leuauerunt vocem] toto orbe prædicauerunt te [Qui te oculo ad oculum viderunt] Deus maxime, cum tu Deus redemisti Israel, transit enim à secunda persona ad tertiam, quod obscurum intellectu facit. Iuxta translationem Lxx sic dices [Vox custodientium te] obseruantium te discipulorum, præcipue in sepulchro post sacram passionem [Exaltata est] sublata est per totum orbem, & magno tonitruo toto orbe intonuit, & simul cum voce incredibili lætitia lætabuntur, quod Petrus epistola 1. dixit cap. 1. Credentes lætamini gaudio inenarrabili, & glorioso [Quod oculi ad oculum viderunt te] o Iesu omne bonum patris, o rex Deus noster [Quando misertus est Dominus Sion] quãdo tu Dominus redemisti Sion, passus pro illa, & à mortuis resurgens. Hebræa lectio dicit: Sion Deus conuerteris cum videbit ad oculum oculo Quoniam Id est, Quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerteris Deus Sion, quia videbunt te o Deus hominem factum, & videbunt oculos tuos oculis suis, cum conuerteris Deus captiuitatem Sion, id est, cum homo factus redemeris genus humanum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem, quia consolatus est Dominus populum suum redemit Hierusalem.

Erumpant lætitiã simul deserta Hierusalem, quia misertus est Dominus eius, & liberauit Hierusalem.

Siquis tibi domum lateritiã, & ruinofam diruat, ut instauret marmoreã, non solum vetet te mœrere & lugere ruinã domus, sed iubeat ut gaudeas, & lætitiã exultes: ita iubet Dominus reliquias Israelis, ut lætitiã exultent, quod post crucem Domini vrbs Hierosolyma, & omnis Iudæa vastata est, quæ erat olim Dei ecclesia, quod instauranda sit vrbs Hierosolyma sine muris à terminis orbis terrarum vsque ad terminos orbis terrarum, ut totum cõpleat orbem & non

A & non angusti Iudææ terminis sit circumscripta, sic loco citato EVSEB. Cæsariensis. hunc locum intellexisse videtur [o Hierusalem deserta] vastata post crucem Christi ut multo maior instaureris sine muris, hoc est sine finibus & terminis, gaude, & vos o deserta loca. i. vastata ut magnificentius reedificemini gratias agite Deo. AVG. lib. 1. de vnitate ecclesiæ hæc tam plana putat, ut sine sensu esse dicat, qui hæc non intelligit.

In superbo ra omnia, lege Orig. in cap. 10. Pauli ad Rom. in illa verba: Quam speciosi pedes

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & vi debunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

Reuelauit Dominus brachium sanctum suum in conspectu cunctarum gentium, & videbunt omnes fines terræ salutem quæ est à Deo nostro.

Qvod Hierony. vertit, parauit, Lxx vertere, reuelauit, vel nudauit quod verbo Hebræum, reuelare, & nudare significat, & brachium Domini Christum dici, quem reuelabit Dominus nationibus notum est. optimè etiam D. Hieronymus hunc locum vertit, siquidem vsus est verbo euangelistæ Lucæ cap. 1. Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: sic hunc locum explanat EVSEB. loco citato. TER TVLL. lib. 3. aduersus Marcionem legit sic hunc locum, Reuelat Dominus brachio suo sanctum. i. virtute sua Christum. Coram nationibus] ut videtur vniuersæ nationes salutem, quæ erat à Deo. i. Iesum. IVSTIN. aduersus Tryphonem hunc locum citat ut probet Christum reuelatum nationibus. [Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri] nam Lxx virorum translationem iam ab illo: Quam speciosi pedes euangelizantium: adulteratam puto, apparet D. Hieronymi tempestate non lectum esse, sed detraeta postrema littera ex D. Hieronymi interpretatione, qui vertit salutare Dei, non salutem Dei. & EVSEB. Cæsariensis. lib. 6. cap. 24. Demonstrat. euangelicæ monet pro, salute, quam editio Lxx (si modo Lxx uirorum est, nam hoc loco suppositiã puto) Hebraicè esse Iesum, sic [Viderunt omnes fines terræ Iesum Deum nostrum] pro quo D. Hieronymus vertit, salutare quod idem est: si vero Iesum vertas, ut vult Eusebius, necesse est, ut Deum nostrum reddas quoque, nã dictiones Hebraicæ sunt indeclinabiles, ut vertendæ sint pro ratione sententiæ. Tu ipse videris grauaturni nescierint Iudæi addere vnam litteram, vbi Iesus, quem ipsi cruce affecerat, viderint planè, & apertè suo nomine appellari, & non solùm dici Christum, sed appellari etiã Deum nostrum.

Deum nostrum salutare (&) Iesum Dei nostri salutem terræ fines omnes videbunt Et Hunc locum ciat Anacletus papa epist. 2. ad 1. concilium sine, cum illo quod supra positi est: Quis loquebar ad sum. ex vtrunque de Deo verbo explanat.

Hunc locum ciat Anacletus papa epist. 2. ad 1. concilium sine, cum illo quod supra positi est: Quis loquebar ad sum. ex vtrunque de Deo verbo explanat. Pro salute vi, Iesus Hebraicè est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Recedite, recedite: exite inde, pollutum nolite tangere. Exite de medio eius, munda mini, qui fertis vasa Domini, quoniam non in tumultu exhibitis, neque in fuga properabitis, præcedet enim vos Dominus & congregabit vos Deus Israel.

Recedite, recedite, egredimini inde, & immundum ne tangite. Exite de medio eius, separamini portantes vasa Domini, quia non cum tumultu exhibitis, neque cum fuga ibitis, præcedet enim prior vos Dominus, et congregans vos Deus Israel.

PRIMUM omnium D. Paulus. 2. ad Corinth. cap. 6. citat huius loci partem, iuxta translationem Lxx seniorum, tantum permutat orationes. Cum enim Lxx dixissent, vel ut alijs codicibus legitur, recedite inquit, & a facie eius, & a facie eius, i. immundum ne tangite, exite de medio eius & separamini. Paulus permutatis orationibus, dixit, recedite inquit, & a facie eius, & a facie eius, i. exite de medio ipsorum, & separamini ait Dominus, & immundum ne tangite. AMBROS. in cap. 6. epistolæ 2. ad Corinth. quia populus inquit Dei sumus, ecclesia enim Christi est, ideo separari nos vult ab omni iniquatione, ut suscipiat nos in filios. CHRYS. etiam hunc locum interpretans ait. non dixit Dominus ne facite immunda, sed maiorem diligentiam requirens, dixit, Ne tetigeritis, ne appropinquaueritis, nã adulteriũ, fornicatio, omnis nequitia, iniquatio est carnis, immunda verò cogitationes & videre intemperatis oculis, vindictam velle, dolose agere, animæ iniquatio est, igitur

tio est, igitur & corpore & animo vult nos esse mundos. vide premium: Ero vobis in patrem A & vos eritis mihi in filios & filias. ORIG. in Leuitici cap. 20. homelia II. si quis se ipsum deuouerit Deo, si quis nullis se negocijs secularib⁹ implicauerit, vt ei placeat cui se probauit si quis separatus est & segregatus à reliquis hominibus carnaliter viuentibus & mundanis negotijs obligatus, nō quærens ea quæ super terram, sed quæ in cælis, iste merito sanctus appellatur [separamini, inquit, Esaias qui portatis vasa Domini, à terrenis actibus, à concupiscentia mundi, cū te ab omnibus separaueris deuote Deo, tanquam primogenitum vitulum, non imponat tibi iugum peccatum, nec malitia. Segrega te tanquam phialam sanctam & vasa sancta folijs templi vltibus, & Dei ministerio, tāquam viuum templū Dei, ille est, segregatus & separatus in templū Dei, qui meditatur die ac nocte in lege Dñi, segregatus dico non locis, sed actibus. Deniq; sanctus in Græca lingua dicitur, quasi extra terrā esse significet, nam sacer Deo merito extra terrā & extra mundum esse videtur, super terrā enim ambulat, conuersationē in cælis habet. Eadē ait CYRILL. in Leuitic. lib. II. in principio. AVGVST. tom. 7. lib. 3. contra epistolam Parmeniani, cap. 4. Parmenianum arguit quod hunc locum corporaliter intelligebat, cum iubeat Dominus nos separari à malis conuersatione & actibus, non vt corporaliter ab his discedamus, cū vsque ad fines sæculorum boni malis permixti viuant. & lib. 3. contra Gaudentium & lib. vno contra Donatistas capit. 5. & tomo 10. idem AVGVSTIN. sermone 18. multa de hoc loco disputat. & CYPRIAN. sermone 5. de lapsis. Hoc est quod supra repetitum à me est pluribus, vnum aliquem locum scripturæ, vt docent omnes vetères patres, plures habere sensus litterales. Paulus enim de moribus interpretatur, quod vt inquit CHRYS. de incomprehensibili Dei natura homelia 2. qui ægrotum visit, contagione morbi trahit pestem, qui lippietem spectat, lippitudinem oculorum inde trahit: sic malorum conuictu & conuersatione inquinamur & sic tātum interpretatur Paulus, quod in illa epistola tantum opus erat bona cōsilia dari Corinthijs. Sciebat etiam hoc loco significari, quod docet TERTVLL. lib. 3. aduersus Marcionem, sermonem hic fieri ad Apostolos vt è medio Iudæorum exeant & euangelium toto orbe diuulgent. Est ergo duplex sensus. vt populus fidelis redemptus à Christo se separet & viuat sancte. Alter vt apostoli de medio Iudæorum exeant & diuulgent euangelium toti orbi. Verba Tertulliani sunt, vt circumferrent apostoli legem è Sion, prophetam & sermonem Domini ex Hierusalē ad nationes cum huic negotio accingerentur apostoli renunciauerunt principibus Iudæorū, Vobis prius oportuerat prædicare verbum Dei, ecce conuertimur ad gentes implebant enim illud Esaiæ: excedite illinc & immundum ne attigeritis id est, blasphemiam in Christum, excedite de medio eius, vtique synagogæ, separamini qui Domini vasa portatis id est, qui portatis Domini causam. erant enim apostoli vasa electionis qui portabant nomē Domini per omnes terras. Ab ipso ergo Iudaismo discedētes cōplebant illud psalmi: Dirumpamus vincula eorum. i. onera legis ueteris, & abijciamus à nobis iugū ipsorum, & prædicemus euangelicam libertatem [Non in tumultu exibitis nec in fuga properabitis] nec enim vt victi Hierusalē sed vt victores recesserunt, qui quotidie in templo prædicantes conuereere multa hominum milia, sic Hieron. sic Cyrillus. [Præcedet vos Dominus & congregabit vos] EVSEB. Casarien. lib. 3. demonstrationis euangelicæ cap. 1. non humanis verbis persuadere fidem Christi nationibus apostoli sed diuina vi, quæ illis cooperabatur in prædicatione euangelij. D. CHRYS. de eo quod. f. Dauid dixit: quis ego sum. separamini, separamini qui fertis vasa Domini, quæ sunt vasa Domini, nisi corpora sancta plena Dei gratia?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce intelliget seruus meus exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominū.

CYRILL. Ecce intelliget. i. cum intelligētia, & sapientia, Diuina faciet, & loquetur omnia. Quod autem dubitat CYRILL. [puer meus] an sit: Filius meus, an seruus meus, ex lectione Hebræa constat esse seruum meum, loquitur enim pater de filio secundū formam serui. CHRYS.

Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur & gloriabitur, & sublimis erit valde, quemadmodum stupebunt super te multi, sic gloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua à filijs hominum.

CHRYS. in demonst. quod Christus sit Deus, putat his verbis prophetæ declarari sapientiam Christi in cōcionando, & verba illa [exaltabitur, glorificabitur sublimis erit valde] videntur significare admiranda signa Christi, & quod Ioannes cap. 7. inquit, Iesus cū cognouisset quod uenturi essent vt raperēt eū, & facerēt eū regē. & quod idē Ioann. cap. 12. describit de Hierusalē quæ prodijt obuiā Iesu cū ramis, & de Phariseis qui dixerūt: Ecce mundus totus post eū abit, & similia. Sed quemadmodū super Christū, & Christi miraculis obstupere multi, sic inquit Esaias [Inglorius erit inter viros aspectus eius] morte scilicet ignominiosa crucis. CHRYS. in cap. Matth. 26. homil. 86. hunc locū explanans: Expressit, inquit, propheta paucissimis verbis cōtumelias Iudæorū quib⁹ affecere Christum. Quid em̄ illi cōtumeliæ potest exequari? quod despuēbant in faciē illā, quā fluctus maris reuerēbantur, quā sol in cruce videndo radios oculiuit: percutiebāt caput illud, quod angeli adorant, regē gloriæ afficiebant conuicijs. Notandū tamen, quod omnis antiquitas fecit hoc principū capitis sequentis, vt dicēdū est in illa verba: Quis credidit auditui nostro? Sic AVG. de cōsensu Euangelist. lib. 1. cap. 31. & de ciuitate Dei lib. 18. c. 29. hoc initū capitis facit, & hanc prophetiā esse putat de morte, & ignominiosa passione Christi, & gloria quæ post sacrā eius resurrectionē toto terrarū orbe respēdit his verbis, Quod futurū dixerat Esaias: Iā exaltatus est, iam honorificatus est vehementer, iā mirātur gentes multæ super eū, iā continuerunt reges os suū, qui aduersus Christianos leges sauisimas promulgabant. Et lib. 18. de ciuitate Dei cap. 29. reliqua huius capitis ab hoc loco, & caput sequens, euangeliū putat potius quā prophetiā, nescio cur superiora nō eiusdē conditionis esse dixerit. Idē sentit IVST. Martyr in apolog. 2. pro Christianis. & TERTVLL. lib. 3. aduersus Marcionē cap. 10. EPIPH. in Ancyroto hoc loco probat cōtra hereticos, Deū cū carnē assumpsit, animā intellectuā assumpsisse, quod Christus Deus est intellectus purissimus, qui ab æterno omnia nouit, patris sapientia. f. & cū de eo propheta dicit [intelliget] de eius anima rationali assumpti intelligas oportet, qua proficiebat ætate & sapientia apud Deum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Iste asperget gentes multas, et super ipsum continebunt reges os suum. Sic mirabuntur gentes multæ super eum, & continebunt reges os suum.

D est, sic asperget gentes multas, vt vertit D. Hieronymus. R. multas gentes asperget Sic Dauid: Asperget gētes multas. i. alloquetur. R. Abraham: Spar- *בן יורה גוים רבים* get sanguine gentes multas, & nescio quo refert: admirabilis est enim peruicacia, & impudentia Iudæorum, ita sacra sentia peruertunt, ita omnia turbant, & manifestissima de Christo oracula aliō deslectunt, nō aliqua, sed omnia: neq; desunt tamen qui eos sibi asciscant magistros, sacros scriptores pro nihilo pendant. [Asperget ergo sanguine gentes multas] i. mundabit sanguine suo gentes multas, quod ipse Dñs dixit: Hic sanguis noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur [& asperget gentes multas] aqua munda scilicet, qua aspersurū se Dñs dicit populū suū apud Ezechielē, aqua videlicet baptismatis. [& reges os suū continebunt super ipsum] i. hunc tanta ignominia affectū reges adorabunt. Lxx sententiam vertere non verba [Mirabuntur gētes multæ super eum] i. venerabuntur eū nationes multæ sacro baptisate tinctæ. Sed iā supra diximus, quo modo August. & alij patres hunc locum explanant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia, quibus nō est narratū de eo, viderūt, et qua nō audierūt, cōtēplati sunt. Quia quib⁹ nō est nūciatū de eis viderūt, et qui nō audierūt intelligēt.

Corrigendus est codex Complutensis, vbi legitur *magi uerū*, legendū potius, *magi uerū*, ex a- *magi uerū* cilijs Græcis codicibus, & ex veteribus patribus, qui hunc locū citant. Hic locus citatur à D. Paulo ad Rom. 15. iuxta translationem Lxx. CYPRIAN. in exposit. symboli apostolorū, hoc oraculo prædictū ait, quod Iudæi quibus prophetæ Christi aduentū, & Christi mysteria, multo antē præsignificauissent, nō essent credituri Christo, sed illi qui à prophetis nō audierant. Sic HIER. & CYRILL. CHRYS. in. 1. cap. Ioann. Quæadmodū (inquit) supra multitudinis amentia admiratus, & de communi natura erubescēs, dixit, quod mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum nō cognouit, sic de Iudæis: In propria venit, & sui eū non receperūt, quod per Esaiā dixerat [Quibus nō est narratū de eo, viderunt] AVG. de consensu Euangelistarū lib. 1. cap. 31. hæc omnia explanat de claritate, & gloria Christi, quæ post eius crucē toto orbe emicuit, cū *Ecce enim di-*

Augustin. hac est sequens cap. 53. euangeliū putat.

Paul⁹ hac citat iuxta translationē Lxx.

enim dixisset quæ supra diximus, cõpleta esse hæc vaticinia, quod iã exaltatus esset Christus A per crucẽ, iã honorificatus, subiecit: Quibus non erat nunciatũ, de illo iam vident, & qui nõ au dierant iã intelligunt, quoniã gentes, quibus hæc non præsignificauerãt prophetæ, clarissimẽ vident, quã vera sint quæ nunciata per prophetas sunt, & qui nõ audierunt ipsum Esaiam lo quentẽ, iã de literis eius intelligunt, de quo ista sit loquutus, nã in ipsa gente Iudæorũ, quis cre didit auditui prophetarum? aut brachium Domini, quod est Christus ipse, qui per eos annun ciabatur, cui reuelatum est? quando manibus suis ea scelera in Christum admittebat, quæ pro phetæ prædixerant eos facturos.

IN ESAIAE CAP. LIII.

Pasio do mino stri Iesu Chri sti secundũ Esaiam.

Voquod te vertas, Esaiam, euangelistã agnoscas, non solum prophetam, vel hoc capite maximẽ, vbi Christi passio describitur tã planẽ, tam apertẽ quã apud D. Mattheũ, Marcum, Lucã, & Ioannem, vt possis dicere: Passio Dñi nostri Iesu Christi secundum B Esaiam. Nota tamen Esaiam prophetã, atq; adẽ Euangelistã ita texere Christi passio, vt prius capite superiore descriperit eius diuinitatem, neq; fatid habuerit nisi hoc capite, Desẽ esse ostenderit prius verbis illis: Dñe quis credidit auditui nostro? & brachium Dñi cui reue latum est? Sic enim hæc verba interpretantur D. Ioannes, & D. Paulus, & postea eius incarna tionem ex sacra virgine, & natiuitatem descriperit, vt descripta diuinitate, & incarnatione Christi, tũ demum passionem describat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Quis credidit auditui nostro? et bra chium Domini cui reuelatum est?

Dñe, quis credidit auditui nostro? & brachium Dñi cui reuelatum est?

D Ictum est, principium huius capitis apud veteres patres esse: Ecce intelligit puer meus, & ita hoc caput citare A V G. de consensu Euangelist. lib. i. cap. 31. & de ciuit. lib. 18. c. 29. & ORIG. contra Celsum lib. i. & IVST. in dialogo aduersus Tryph. vnde hæc verba à veteri bus patribus coniuncte leguntur cũ superioribus, & vnus sensus esse perhibentur: putant em hoc vaticiniũ significasse credituras nationes Christo, quibus nihil significauere prophetæ, Iu dæos verò admonitos tot prophetarũ vaticinijs, aut nõ credituros, aut quã paucissimos cre dituros. ORIG. in cap. 10. epist. ad Rom. Hæc interrogatio (inquit) [quis credidit auditui no stro?] in sacris literis paucos, aut raros significat, qui crediderint. Notat Orig. eodẽ loco Lxx addidisse de suo illã vocẽ, Dñe, quæ Hebraicẽ nõ est: docet enim Orig. citari ab apostolis quæ adduntur à Lxx, quod hoc loco & alijs probat. A V G. interpretans quid sit brachiũ Dñi: De hoc brachio Dñi, inquit, scripturas apostolicas cõsulamus, Paulus declarat, brachium Dñi esse Christũ. Quando em Paulus de Iudæorũ incredulitate testimoniũ prophetæ ponit, quod eis Christus fuisset reuelatus, & quod ei nõ crediderũt, hæc posuit [Quis credidit auditui nostro, & brachiũ Dñi cui reuelatũ est?] vbi brachiũ Dñi pro Christo ponit. Hæc August. Et in cap. 12. Ioannis, hunc locũ interpretatur diuinitus, citat em D. Ioannes hæc iuxta translationẽ Lxx, & citat verba addita à Lxx D. Ioãnes, nõ solũ D. Paulus. ORIG. hæc ex persona apostolorũ dicta putat de raritate credentiũ euãgelio, de populo Israëlitico. TER TVL. li. i. aduersus Praxea, vt probet duos dominanteis (sic enim accipiũt Dños veteres patres: i. dominanteis, adiectiuẽ & nõ substantiuẽ) vtitur hoc testimonio: Dixit Dñs Dño meo. &: Dñe brachiũ Dñi cui reuelatũ est? nõ em hoc dixisset, si nõ Dñm patrẽ, & Dñm filiũ intelligi voluisset: diceret em, Brachiũ tuũ cui reuelatũ est. & nõ diceret, Dñe, brachiũ Dñi, aut brachiũ Dei, vt Hebraicẽ est. Quod si ne gas Hebraicẽ esse, Domine à principio, habemus Lxxii Iudæos, qui duos dominantes agno scunt patrem, & filium, habemus D. Paulum, & D. Ioannem, qui id probant. Leges quæstionẽ de hoc loco, similibusque disceptatam apud AVGVST. in cap. 12. Ioannis, cum hæc verba in terpretatur, contendebant enim quidam, Iudæos non peccasse, si necesse fuit, vt inquit Ioan nes, vt sermo Esaiæ completeretur. Et apud ATHAN. de cruce & passione Domini lib. vno. & apud CHRYS. in cap. 12. Ioannis, homil. 67. cum explanat hæc verba Esaiæ, docet AVGVST. in principio tractatus brachium Dñi, ipsum filium Dei nuncupatũ, nõ quod Deus mēbra habeat, sed quia omnia per ipsum facta sunt, ideo brachiũ Dñi dictum esse: tu enim brachio tuo ope raris, Deus

D. Paulus citat verba addita à Lxx.

D. Ioannes citat verba addita à Lxx.

Due per sone diu inã declarã tur in prin cipio huius capitis.

A raris, Deus verbo suo, vnde verbũ brachium Dei dicitur. CHRYS. tom. 5. in demonstrat. quod Christus sit Deus, non dixit, Dñe quis credidit doctrinæ nostræ, sed auditui nostro. vbi osten dit, quod proprium nihil loquantur, sed ea ipsa administrarunt, quæ audierunt à Deo. Et in cap. 10. ad Rom. hæc verba interpretans inquit: Induxerant obiectionẽ Iudæi, quod si Christus missus est à Deo, & Christus Deus est, oportebat vt oēs illi obedirent, quomodo Christo non crediderũt, respondet Paulus hoc ipsum quod nõ obediũt, poterat tibi õ Iudæe illorũ quæ di cuntur fidẽ facere, nã & hoc futurũ propheta prædixerat, & multo plũs quã hoc. Vos enim obijcitis quod nõ oēs crediderũt, Esaias plũs dicit, ait enim: Dñs quis credidit auditui nostro?

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et ascendet sicut virgultũ coram eo, et sicut radix de terra sitiẽti.

Annuntiauius de illo sicut puerũ corã ipso, sicut radix in terra sitiẽti.

L Ectio Hebræa reddi potest ad verbũ: Ascendit sicut puer lactẽs: facies eius, nam קָיָוִי, significat sugere vbera, & lactere: vnde, קָיָוִי וְכֶשֶׁף מֵאֵרֶץ לְבָנִים, facies eius, vel facie eius, quod, ל, articulus, recti casus est, & casus patrij qui valet pro casu auferendi. Audiatur vniuersa catholica ecclesia, planis & apertis verbis dictum, sine vl la circuitione, Deũ venisse in facie pueri sugẽtis vbera, in similitudine carnis peccati, Paulus ne apertius an Esaias? Esaias certẽ multo dilucidius, longẽ longeq; planius, cum tam perspicuẽ di xerit Paulus, magis planẽ Esaias: cum enim dixisset, Brachium Dei, cui reuelatum est, & Christũ Deum toto cap. superiore ostendisset, & pro brachio Dñi, Hebraicẽ legatur, brachiũ Dei. Su bjicit statim: Ascendit sicut puer sugens vbera facies eius, vel in facie eius. An non planius di ctum: Ascendit brachium Dei, & Deus, vt puer lactens in facie eius, quã: Venit in similitudi ne carnis peccati? quis ergo neget Esaiam euangelistã esse? Synodo 6. Constantinopol. in fine Actiõnis. 8. tam admirabile dicitur esse quod futurũ erat, vt Deus puer fieret, vt postquã factũ esset, à pluribus non crederetur, & ideo præmissos esse prophetas multos qui id prædicerent: inter alia vaticinia subiicitur: Hoc prædicat Esaias, vidim⁹ eũ, vt infantẽ, tanq̃ radicẽ in terra si tiẽti, terrã sitiẽtẽ, vuluã dicens virginalẽ, eod quod non susceperit semẽ hominis, neq; coitu frueretur, sed absq; mistione, eũ ex spiritu sancto congenerarit. & iterũ: Puer natus est nobis, &c. quibus verbis, Conciliũ, hæc duo vaticinia idẽ significare docet. TER T. in lib. aduersus Iudæos de claritate Gentiu in Christo Iesu, propẽ finẽ: Cum duo sint aduentus Christi, aduen tũ in humilitate significat Esaias, cum (inquit) annuntiabimus nos apostoli de illo: Sicut pue rulus subaudi, apparuit, nam verbũ caro factũ est. Et aduersus Marcionẽ lib. 3. Annuntiabitur Christus, ignobilis, inhonorabilis ab Esaiã, annuntiabimus corã ipso velut paruulus, subaudi, apparuit, quia verbũ caro factũ est. Et ORIG. in cap. 10. epist. ad Rom. Annuntiauius sicut puer ante ipsum. sic enim legit Orig. vt sit sensus, venisse regẽ gloriæ in habitu pueri, puer ante ipsum regẽ gloriæ: i. habitu & forma pueri tectus erat rex gloriæ, quia rex gloriæ nat⁹ est puer, puer (inquã) ille, de quo dictũ est: Puer natus est nobis. EVSEB. lib. 3. demonstr. euangel. cap. 2. Per ænigmata vaticinatur puerũ Iesum, Annuntiabimus corã ipso sicut puerulus. i. annuncia bimus apparuisse regẽ gloriæ puerũ factũ. Et subiicit Aquilã interpretatũ esse, prædicabitur vt lactens puer in facie eius, vel in figura ipsius. i. prædicabitur Christus habitu pueri lactentis, nã verbũ Deus factus est homo. Theodociõnẽ quoq; vertisse docet: Ascendet vt puer lactens co rã ipso. i. ascendet sub aspectu pueri lactẽtis. Rursus idẽ EVSEB. Puer lactens Christi natalẽ si gnificat, terra autẽ inaccessa, & sitiens, vnde radix orta est, sacra virgo est, virgo inaccessa, quẽ de spiritu sancto concepit Christũ, sed per ænigmata hic dictũ est, quod alibi planẽ dixit: Ec ce virgo concipiet, & pariet filiũ. A V G. etiã huc locũ sic legit de ciuitate Dei lib. 18. c. 29. & de cõsensu euãgelist. li. i. c. 31. Et CYPR. li. 2. aduersus Iud. c. 12. IVST. aduersus Tryph. & in apol. 2. pro Christianis. Et CHRYS. in demonstrat. q̃ Christus sit Deus, planissimẽ his verbis Christi aduentũ demonstrari docet. Quod Euseb. dixit per ænigmata, de sequẽtib⁹ intellige [sicut radix in terra sitiẽti] per hoc em ænigma, declaratur sacra virgo inaccessa, & intacta viro, cõcipiẽs fi liũ de spiritu sancto, & paries Emanuelẽ. i. Deũ inter homines. Sic ergo Concil. sic veterũ patrũ cõsensus hæc interpretatur, quãuis Latina læt. cõcisa mihi esse videatur iuxta Lxx, qui illud: Annuntiaui⁹, siue euãgelizauim⁹, addidere à suo, vt sit verbũ apostolorũ, qui dixerũt: Dñs q̃s

Ecc 2 credit

credidit auditui nostro, & brachium Dñi cui reuelatum est? & euangelizasse se brachiū Dñi di-
cant. Et deest ex Hebræa lectione verbū אָרְיָן . i. & ascendit. i. venit. quod reponendum est in
lectione Lxx: hoc enim exigebant ecclesiæ à D. Hieron. vt castigatam translationem Latinam,
ex Græca Hebræaq; lectione ecclesijs redderet. Legenda est ergo translatio Lxx sic: Euangeli-
zauimus quod ascendit, vel quod venit quasi puer lactens [coram eo] siue in conspectu eius,
Græcè est ἐναρτίον αὐτοῦ , quod verti poterat, aspectus eius, vel id quod erat ante eū, forma dicen-
di Græca. Nam quauis multa significet illa dicendi forma, sic explanari debere ex Hebræa le-
ctione apparet, אָרְיָן , facies eius, vel in facie eius, vt esset sensus: Euangelizauimus quod ascen-
derit sicut puer lactens in aspectu eius, vel in eo quod erat ante ipsum. Nā vt LEO papa epist.
22. ad Clerum, & plebem Constantinopolis: Caro (inquit) Christi, velamen est verbi, quod E-
saia dicit אָרְיָן , in facie eius, Paulus, Habitu inuentus vt homo. Ergo, coram eo, interpretabi-
mur habitu, & figura. Sic vertere Aquila, & Theodocion, quāuis essent Christiani nominis ho-
stes. Legenda ergo translatio Lxx sic ex lectione Hebræa: Annunciauimus quod ascendit sicut
puer sugēs vbera, id quod ante ipsum. i. venit Deus teēt⁹ forma pueri sugētis vbera. Solus Sym-
machus hunc locū vertit inter antiquos: Ascendit sicut virgultū, seu planta tenera, nā & hoc B
significat verbū Hebræū, quē voluit sequi D. Hieron. non quin sciret verā & legitimā esse su-
periorē interpretationē, cum sic reddiderint Lxx, & Aquila, & Theodociō, vt referunt EVSE,
& PROC. & verbū Hebræū, ianaq; lactere significet, & ioneq; puer lactēs, vt solus Symmach⁹
pro puerulo, virgultū reddiderit, quod verbū Hebræū id quoq; significat, sed voluit quoque
Hieron. hāc etiā interpretationē nobis notescere. Nostri tēporis Iudaizātes, multō nobis sunt
iniquiores veteribus Iudæis. Translationem D. Hieron. explanat ipse diuus. & AVG. tom. 10.
homel. 36. & ORIG. contra Celsum lib. 6. Nā veteres patres vtranq; lectionem explanant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sicut radix de terra sitiēti.

Sicut radix de terra sitiēti.

EVSEB. Cæsariens. & PROC. & CYRIL. & D. HIER. dixerunt: inuia radices agens
Terrā inaccessam, & sitiēte, esse sacratam virginē. vndē radix sitiēti terra ē radix sicut Et
cit orta, virga, in quā, illa de radice lesse, quod sacra virgo intacta, de $\text{אָרְיָן מֵאֵרֶץ צִדְוֹן}$
spiritu sancto conceperit, & puerū pepererit, de quo ipsa: Accepit Israel puerū suū. Verba ipsa C
Hebræa hoc idē significāt, nā אָרְיָן , dicitur à אָרַן , quod est, radicem mittere, vt apud Hierem.
12. cap. plantaſti eos. אָרְיָן , i. etiā radices miserunt. i. etiā nati sunt, & orti sunt, vndē vertere
posses hunc locū, אָרְיָן , sicut radicans, & sicut natus, ex terra sitiēti, vt sit: Ascendit vt puer la-
ctens vbera in facie eius, & sicut radicans, & terra inuia, & sitiēti. Vtrunq; enim significat ver-
bū Hebraum אָרְיָן . i. ex sacra virgine, integra, & sine femine virili. Christus autē dictus est ra-
dix Dauid, hoc loco, & plantula illa nobilitatissima apud Ezechielē, & germen illud quod to-
to orbe germinabit, quod D. Hieron. reddidit, virgultum. ascendit Deus ille vt virgultū illud
nobilitatissimū prophetarū. Adhibendus est enim Canon ille interpretandæ scripturæ, cum
vnū verbū plura significet quæ ad eandē rem de qua agitur, spectent, omnia illa spiritū sanctū
significasse. EVSEB. demonstr. euang. lib. 3. cap. 2. ordinem huius capituli mirificè explanat. Pri-
mum, quomodo brachiū Dñi. i. verbum quod erat in principio apud Deum, ascēderit vt puer la-
ctens. i. factus fuerit homo radicans de terra sitiēti, & inuia, & radix Dauid, quod est apud
Ioann. Apocalyp. 5. flos & virgultū, & plantula illa, & virga ascenderit ex radice Dauid, ex ter-
ra inuia, & inaccessa. i. ex sacra virgine intacta, & sine femine virili, vndē Deus homo fact⁹ pro D
dijit. Et Spiritus sanctus semper est verborū obseruantissimus: sic enim vt docet AMBR. de be-
nedict. Patriarcharū cap. 4. Ex germine mihi ascendisti, dixerat, quod tanquā frutex terræ in
aluo virginis germinauit, & vt flos boni odoris ad redēptionem mundi ascendit, vt ait Esaias.
Quæres, ait propheta, an Deus homo factus, futurus sit rex aliquis potentissimus, siue impera-
torus orbi: nihil minus, ait humilē venturū, & non habiturum speciē neq; decorē, ignominio-
sissima morte moriturū: & postea subiicitur descriptio eius sacratissimæ passionis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non est species ei, neque decor.

Non est species ei neque gloria.

AVGV. tom. 10. homil. 35. de eo quod in Esaiā scriptū est: A- gloria non & ipsi species Non
scēdet sicut virgultū: Quæ species illi⁹ erat, inquit, quæ nō vi $\text{אָרְיָן מֵאֵרֶץ צִדְוֹן}$
debatur, quæque gloria? & cū hāc interrogasset respōdet, illa nēpē nō videbatur, de qua Ioann.
In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū. & de qua Paulus: Qui cū in forma Dei esset,
non ra-

A non rapinā arbitratus est se esse æquale Deo. Hæc species & hæc gloria nō videbatur, quia di-
cebant: Nonne hic est faber, & filius fabri? nonne benè dicimus nos; quia dæmonium habes?
CHRYS. in cap. 8. Matth. in illa verba. Videns autem Iesus circa seipsum turbas: Vt in facien-
dis (inquit) signis erat mirabilis, & gloriosus Dñs, sic visu gratiosissimus fuisse traditur: Specio-
sus forma præ filijs hominū. Vndē igitur, inquit, dicitur: Non habebat speciē neque decorē?
Dñs speciosus, & gloriosus, quantum ad deitātē, inquit, nō videbatur species diuina, neq; glo-
ria filij Dei, vel quā tum ad passiōē. Sed cū adhuc de passiōē nihil sit dictū, sed de brachio
Dei nato habitu pueri sugētis vbera, vt dixit Paulus, Habitu inuentus vt homo: congruit be-
nē vt subiungatur: Non habebat speciē illam diuinā, qua æqualis est patri, sed occultabat il-
lā homo factus, neq; venit in gloria illa filij Dei. ORIG. in cap. 6. Matth. tract. 2. Vidimus (in-
quit) eū, & non habebat speciē, oportebat talē venire, vt peccata nostra portaret, & pro nobis
doleret, postea veniet in gloria coronaturus suos, nunc venit similis nobis, vt nos faciat cōfor-
mes imaginī glorię suę, factus est prius cōformis corpori humilitatis nostrę. Et infra in cap. 17.
Hæc dicent (inquit) qui videbunt gloriā eius de præteritis temporibus suis, quando non vide-
batur verbū habere speciē gloriosam, quod hoc loco dicit Esaias: Nam præter istum huma-
num aspectū, in Christo est visio diuinitatis, & est aspectus ille quē vidit Petrus & alij aposto-
licū eum viderunt in transfiguratione. Et in cap. 24. Matth. tract. 27. Species inhonesta ver-
bi est, quando eū prædicamus natū, crucifixum, gloria, & aspectus verbi in viris perfectis, hi a-
matore facti sunt pulchritudinis eius, & rogant verbū, vt accingat sibi rationabilē gladium
suū, & circumponat eū super mysteriū natiuitatis carnalis, quæ appellata est: myſterialiter
femur. Scias autē gladium appellari ab Origine, diuinitatē verbi: Rogant ergo sancti, vt osten-
dat aspectū diuinū, & gloria Deitatis, quam hoc loco teētā humanitate ait Esaias. Idē ORIG.
in cap. 10. epist. ad Rom. hæc verba putat esse apostolorū, qui videntes eū in habitu humano di-
cunt: Vidimus eū & non habebat speciē. i. non erat in eā speciē qua æqualis est patri: Et in illa
verba: Dic vt vnus sedeat à dextris, Origenes ait: Tironibus in fide talis prædicatur homo fa-
ctus, sputatus, cæsus alapis: Petro verō, & filijs tonitruū, id est, regeneratis in filios Dei à magni-
fica illa voce, Dei tonantis, & magni tonitru de cælo clamantis, & dicentis habētibus aurem:
C Hic est filius meus dilectus, apparet regio decore, Christus filius Dei viui, Deus verus. Hæc ex
Origene Græco, quæ minus benè reddidit interpret Latinus: Lege TERT. de claritatē gentiū
aduersus Iudæan finē. & AMBR. in cap. 13. Luc. li. 7. de cōparatiōe regni cælōrū ad granū sinapis.
D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Et vidimus eum, et non erat aspectus, et desiderauimus eum.

*Et uidimus eum, et non habebat spe-
ciem neque decorē.*

LECTIO Hebræa sic ad verbū reddi potest: Vi-
dimus eū, & non habebat aspectū (vel, spe-
ciem) & desiderauimus eū (vel, & non desidera-
uimus eum. Nam 1. post negationē, vt Grammatici Hebræi docent, negat: repetit enim supe-
riorem negationē. Et cū lectio Hebræa sic ad verbū reddatur: Vidimus eum, & non aspe-
ctus, & desiderauimus eum. Lxx sic sunt sunt interpretati: Vidimus eum, & non erat ei aspe-
ctus, & non desiderauimus eum, dicitur, Et non habebat decorē, & sic interpretari potes di-
D. Hieronymi translationem: Et desiderauimus eum, i. & non desiderauimus eum. i. contem-
plauimus, & despeximus, quod habitu humili venit in primo aduentu. AVG. in psal. 103. in præ-
tatione & cōncione prima, de prima parte psal. comparat hæc duo loca: Vidimus eū, & nō ha-
bebat speciē, & Speciosus forma præ filijs hominum, est, quod cū in forma Dei esset, non
rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: merito ergo præ filijs hominum, quia Deo æqua-
lis, & speciosus forma, quia Deus. Vidimus autem, & non habebat speciē, nec decorē, cū
exinanuit semetipsum, serui formam accipiens, cū ascendit, sicut puer sugens vbera. Hoc
cum sentit AVG. qui vtranq; locum, inquit, coniunxit Paulus. Cū in forma Dei esset, non
rapinā arbitratus est esse se æquale Deo, quia exinanuit semetipsum formam serui accipiens,
sed in psal. 144. in principio: Non habebat speciē, inquit, Iudæis impijs, quibus fœdus apparuit
pandens in cruce, intelligebat aut, & fidelibus pulcher vbiq; apparet, & cū verbū caro factū
est, & cū passus est, iuxta illud: Mihi absit gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi. nō so-
lū nō erubescit sed gloriari, quia quod stultū est Dei, sapientius est quam homines, nobis spō-
sus sem-

fus semper pulcher occurrit, pulcher Deus, verbum apud Deū, pulcher in vtero virginis, pulcher natus, ducens Magos, laudatus ab angelis, adoratus in præsepi, pulcher passus, vbi sol obsecratur, terra tremuit, &c. sedus ludæis apparuit, quia ludæis scandalum, gentibus stultitia. Et in psal. 127, paulò post principium: Quo modo, inquit, non habebat decorem, quem crucifixū tot virgines amant, vt maritos in terris nolint: tot martyres, vt omnia cruciamenta illius causa subeant spontè? Ergo, persequentibus scædus apparuit, nisi eum scædum putarent, nõ flagellis cædereht, non spinis, non spatis afficeret, non cruce. Illis oculis pulchere est, quibus dixit Dñs Tanto tempore vobiscum sum, & non me cognouistis? Philippe, qui videt me, videt patrem. AMBR. de interpellatione Dapid, non longè à principio; eodem modo hunc locum intellexit de incarnatione Dñi. Interpretans enim quomodo: Christus magnus, & minor esset: Magnus mons (inquit) quia Deus, exiguus, propter incarnationem, quia scriptum est: Minorasti eum paulò minus ab angelis. & Vidimus eum, & non habebat speciem nec decorem: quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æquale Deo, sed exinanivit semetipsum. Et in cap. 3, epist. 1. ad Timoth. Tandiu (inquit) aspectu humilis visus est, quandiu inter homines est passus, & quoad resurrexit, tunc cum apparuit gloriosus. Ergo omnes patres legunt. Nõ habebat speciem nec decore, vel: Non erat ei aspectus, nec desiderauimus eum, & sic explananda est interpretatio D. Hieron. Et desiderauimus eum. i. & non desiderauimus eum. repetita negatione à principio, iuxta formã dicendi Hebræã. EVSEB. Casar. lib. 3. demonst. euang. cap. 2. Postquam generationem (inquit) Christi descripsit propheta secundum humanam naturam, & modum generationis, quod venturus esset vt puer lactens, radicatus in terra sitienti, & inuia. i. ex sacra virgine habitu pueri, non in forma Dei, paratū ingredi huiusmodi passionis. Tamè quia superiore oratione hoc prædictū ab Esaia erat, non minus placet sententia eiusdẽ AVG. de consensu euangelist. lib. 1. cap. 31. vbi hæc verba: Non habebat speciem, nec decorem, ad passionem Dñi refert, non ad humanitatem. Ait enim: Non habebat speciem, quando colaphis cedebatur, quando spinis coronabatur, quando pendens irridebatur; quæ interpretatio non minus placet, quod superiore oratione significat erat, colata fuisse primo aduētū diuinitatis gloriæ, & venisse Dñm, vt puerū sugentē vberū nec venisse in forma, & gloria diuinitatis, & cum hoc præcellerit, hæc quæ sequuntur, accõmodius ad passionem Dñi referri possent; quæ AVG. & AMBR. in hunc locū supra dixerat ad verba præcedentia accõmodarētur eõmodi simè. Lege ORIG. in Matth. tract. 2. sub finè. & tract. 3. in principio. & CLEM. Alexand. lib. 3. paedag. cap. 1.

D. HIERONYMVS

Despectum, et nouissimum virorum

Verba Hebræa variè verti possunt ad verbum, vel sic: Despectus, & deficiens à viris, siue casu accusandi, despectū, & deficientem à viris: pro quo D. Hieron. Despectū & nouissimum virorum: quod etiam tralatio Lxx potest significare: Species eius inhonorata, præter filios hominum deficiens. Nihil est enim aliud, Deficiens præter filios hominum, & Græcè, & Latine, quam supra cunctos despectus, & nouissimus. Et ita fuit, Nam vt inquit ille. Maiorū seruatorū vltima conditio est, vt cruce afficiatur, & vilissimi serui, & abiectissimi cruce fuissebantur, hoc tamen esse plagis, contusi colaphis, spicati, spinea corona trāsfixo capite, & mille alijs probris affecti: tot signis minis affectu in cruce esse sublatū maior poena est, q̄ pro conditione vilissimorū mancipiorū, vt nihil potuerit dici significantius, q̄ Species eius inhonorata, deficiens citra filios hominum, vt legit PERR. in lib. aduersus Iudæos. AVG. de ciuitate Dei li. 18. c. 29. Species eius sine honore, deficiens præ omnibus hominibus. Et hæc verba etia Hebræa significat, quæ verti possunt: Deficiens ab hominibus. EVTHIM. in panoplia par. 1. tit. 8. hunc locū aliter explanat, & significari putat, quod in cruce turpis apparuit, quodq; in cruce bitū quæ latrones, qui simul in cruce fuerant, etia uorū dolore mortuus fuerit, quod verba Græca & Hebræa significare possunt. Na quod apparuit turpis in cruce, verba illa significant: Species eius sine honore. Et verbi Hebræi, i. i. de despectus fuit, & quod prius mortuus fuit q̄ latrones, qui simul in cruce sunt acti, verba illa significant: Deficiens citra filios hominum, vel præ alijs hominibus: Defectū huiusmodi alij, & verba illa deficiens virorum, inter viros cruce affectos, ipse reperit est mortuus, & ideo latronū fracta sunt crura, Dñi nõ sunt fracta AVG. de consensu euangel. lib. 1. c. 31. sic legit hunc locum Deformis

A Deformis positio eius ab hominibus. Aliam enim agnoscit lectionem Lxx, aut sequitur aliam translationem. Explanat ergo sic: Deformis positio eius. i. finis eius deformis in cruce, scilicet. [ab omnibus filiis hominū] i. præter oēs filios hominū, plusquã finis omnium filiorū hominū. Et lectio Hebræa sic verti potest, vt hoc significet: וְיָדָה, despecta: 7, & וְיָדָה, cessauit: וְיָדָה, viris, vt sit: Despectus cessauit viris. i. inter viros, hoc sensu quem putat AVG. huius brachij Dei, qui veniet sicut puer fugens vbera, radicatus, & natus è terra sicca, & inuia. i. è sacra virgine, qui non veniet in specie diuinitatis & gloria, cessatio, & mors erit despectissima inter viros, mors crucis videlicet. Habendus ante oculos Canon ille interpretandæ scripturæ, quãdo oratio plures sensus habet, qui ad eam rem de qua agitur spectent, omnes illos spiritum sanctum significasse & certè postremus hic sensus, quem huius loci vult esse AVG. maximè lectioni Hebrææ congruit, idem hoc significat tralatio D. Hieronymi, qui scripsit despectus, & nouissimus virorum in passione, scilicet, in fine vitæ, occurruntque sic illi obiectioni CHRYS. in cap. Matt. 8. de qua supra diximus, quod Christum in faciendis signis erat mirabilis, & quod visu gratiosissimus fuisse traditur, quomodo ergo dicitur despectus & nouissimus virorum? nisi sic intelligas vt dictum est, cum præsertim euangelia testentur, quod totus mundus eum sequebatur, & quod regem eum facere vellent.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Virum dolorum, et scientem infirmitatem

Homo in plaga existens, & sciens ferre infirmitatem.

Diuus Hieron. ad verbum hoc reddidit, Lxx expressere sententiam. AMBR. in psal. 61. in principio, Homo, inquit, in plaga, & sciens ferre infirmitatē. i. secundum humanam naturam infirmatus est, vt homo doluit, & nos estimauimus eum, vt hominē in doloribus, sed ipse victor infirmitatū, non infirmitatibus victus pro nobis, nõ pro se dolebat, & infirmatus est nõ propter sua, sed propter nostra peccata. Quid est homo in plaga? nisi quia plagæ habebat sensum & passionem? quia poterat sentire plagas, & pati plagas, aut: Quomodo sciebat ferre infirmitatē? si sensum infirmitatis excluderat? Itaq; Ambr. putat, Christum hoc loco describi hominē. ATHAN. de assumptione hominis, docet, quædã dici de Christo secundū humanā naturā, quædã secundum diuinā, & hæc omnia dici secundum humanā, cum hic homo verè pro nobis sit passus, quorū nihil tribuendū sit diuinitati: passus est tamen Deus propter vnionē hypostaticā secundū diuinā naturā posuit animā suā, & iterum accepit eā, edidit signa & prodigia, fecit vt terra cõtre misceret, rupes & saxa se fe alliderent, ventis imperabat, sedabat maris fluctus. Idem ATHAN. de incarnatione verbi lib. vno, describit ait his verbis & sequentibus, iniurias Christo illatas, ne ludæi errore autignorantiā excusaret, admoniti tot antè annis impietatis tantæ, atq; etiam poenarū, quæ illos ob impietatē tantā expectarent. Hæc faciunt tamen, sed admirare (inquit) clementiã verbi, quia nostri gratia inhonoratur, vt nos simus honorati, & nostra causa eius mors abiectissima, vt speciosa sit in conspectu Dñi mors sanctorū eius. Idè hoc significat [virū dolorū] i. virū qui p̄ferbat sensum doloris [& scientē ferre infirmitatē] i. qui p̄ferbat sensum infirmitatū, sciebat dolore, sentiebat infirmitatē, verbū incarnatū, iuxta humanā naturā. Lege TERTV. aduersus Iudæos in fine cap. probationis natiuitatis Christi.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et quasi absconditus vultus eius, et despectus, unde nec reputauimus eum

Quia auersa est facies eius, despecta est, & non reputata.

AVGVST. tom. 10. homil. 36. reputauimus eum non & despectus à nobis faciem abscondendo in Et de eo quod Esaia dixit: Abscõdit faciem suam, & non nos respexit, qui illum crucifixerunt. Ergo, auertit se. i. abscondit faciem à Iudæis, ne cognosceretur esse rex gloriæ, & sic est inhonoratus. Auersa est ergo facies eius, inhonoratus est. neq; magni estimatus est. Sic enim rursus AVG. de ciuitate Dei, lib. 18. c. 29. & de consensu euangelist. lib. 1. c. 31. vbi emendandus est codex, legendumq; ex Græca, Hebræaq; lectione: Propterea quod auersa est facies eius à nobis, iniuriata est, neq; magni estimata est. Decet tamè in translatione Lxx, & in versione D. Hier. ablatius ille, à nobis. Texit Dñs Christū, ne agnosceretur, vt pateretur, & redimeret gen⁹ humanū, & postea reuelauit illū, quib⁹ placitū est in cõspectu Dñi, & hoc verba Hebræa significant. Et in abscondendo, Ecce 4

Cur Christus mori voluerit, et in cruce, Athanasius de incarnatione verbi lib. 1. pluribus.

Omnes nos quasi oves errauimus unusquisque in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eum iniquitatem omnium nostrum.

Omnes quasi oves errauimus, homo in via sua errauit, & Dominus tradidit eum iniquitatibus nostris.

Lege Cyril in Ioan. lib. 1. c. 25. et II. c. 15

Omnes vt oves errauimus] explanatum est hoc à D. Petro, vt supra dictum est [Homo via sua errauit] Hebraismus est pro [Unusquisque via sua errauit] quod Hebræorum mos est dicere, Homo sua amat, pro quisque sua amat. & ita D. Hierony. vertit sententiã [Posuit Dominus in eum iniquitatem omnium nostrum] Hebraicè est.

Id est, Dominus peruenire fecit ad eum peccatum omnium nostrum: Sic PAGNIN. est in terpretatus. VATAB. Dominus coniecit in eum peccatum omnium nostrum. Cur ergo puncto quasi obelo confossa dictio Hebræa est? quasi malè versa sit à D. Hieronymo. Itaque Deus posuit super Christum peccata omnium nostrum, vel poenam peccatorum omnium nostrum, nam יָצַד, peccatum significat, & poenam peccati. Lxx pro his sententiã edidere, nō verba, quasi enim interpretarentur quid esset, Deus posuit super Christum peccatum omnium nostrum, dixere. i. Deus pro nobis omnib⁹ tradidit ipsum Christū: & ita vertere, Dñs tradidit eū iniquitatibus nostris, i. p peccatis nostris, edidere em hoc loco cōmentariū pro interpretatione, & hāc interpretationē huius loci citat D. Paulus ad Rom. 8. hoc solū interest, quod Lxx edidere: Dominus tradidit ipsum peccatis nostris. D. Paulus, Deus pro nobis omnibus tradidit illū, & huc alludere videtur, D. Paulus frequentissimè (si Græca Græcis compares) ad Galat. 2. qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, & 5. Qui tradidit semetipsum pro nobis. & ibidē, sicut Christus dilexit ecclesiam, & seipsum pro ea tradidit. Et vt neget quis D. Paulū ad tralationem Lxx alludere his locis, saltem illud largietur inuitus easdem formas dicendi esse in Lxx senioribus, & in apostolis, & in D. Paulo cum explanant scripturas: AVGVSTVS. de peccatorum meritis, & remissione, contra Pelagianos lib. 1. cap. 27. Totius ecclesię inquit vox est: Erraui sicut ovis perdita: omnium membrorum Christi vox est [Omnes sicut oves errauimus] hoc Esaiã loco exposito per Philippum spado ille Candacis Reginę credidit, Actorum cap. 8. EPIPH. Pedagogi lib. 1. cap. 8. Dominus tradidit eum peccatis nostris, correctorem inquit & emendatorem. lege ibi plura.

Oblatus est, quia ipse voluit & non aperuit os suum.

Et ipse propter afflictionem nō aperuit os suum.

D. Hieronymi tralatio admirabilis, vituperatur à lucis Apparit ex D. Hierony. ex Symmacho duplicē esse lectionē et diuersa puncta. Lege Cyril in Ioan. lib. 7. cap. 6. & 7.

Omnes Hebræi D. Hieronymi tralationem damnant, quod hunc locum vertit diuinitus, neq; ipse solus sic vertit, sed Symmachus quoque Christiani nominis hostis acerrimus, ne D. Hieronymus in suspicionem veniat, & inquam Christianus Christianorum rebus fauerit. Apparet ergo ex Symmacho & ex D. Hieron. hoc loco duplicem esse lectionem in codicibus Hebræis. Nam D. Hieron. & Symmachus non legere Hebraicè יָצַד וְהוּא, ve hu nahauc. i. & ipse humiliatus: sed יָצַד וְהוּא יָצַד, ve hu ia hanc. i. & ipse exaudiuit, mutata vna literula, י, in, י: vertit enim Symmachus, referente Procopio: ὁ υἱὸς ἀκούσθη τῶν οὐρανῶν. i. & ipse exaudiuit. vt esset sensus: Oblatus est quia ipse exaudiuit, pro quo Hieronymus vertit [quia ipse voluit] quæ lectio male habebat Iudęos, declarat em Christi diuinitatē, si admoueas aurem. Cum enim vt interpretatur PROCO. præcessisset, patrem tradidisset Christum pro omnibus nobis, & posuisse super Christum omnium nostrum peccata, vt intelligeres filium esse æqualē patri, subiecit propheta, Oblatus est quia ipse exaudiuit, subaudiuit voces veterum patrum dicentium cap. 51. Confurge, confurge brachium Domini, de quo supra dictum est, & vtinam dirumperes cælos, & venires, & varios clamores petentium eius aduentū, quod ipse Dominus dixit: Multi optauerunt videre, quæ vos videtis: ergo inde colliges Symmachum, & D. Hieronymum legisse יָצַד, quod Symmachus vertit, exaudiuit, quod יָצַד, significat, vt si, quod supra dictum est in Hispano codice legeretur, el todo, & trecentesimo ante anno, aut

exaudiuit Oblatus os suum aperuit non & humiliatus est ipse & Afflictus

יָצַד וְהוּא יָצַד וְהוּא יָצַד

Aut millesimo versum esse Latine, aurum; intelligeres tralator em legisse in codice Hispano, vel oro, sic enim viri eruditissimi ex Græcis scriptoribus & alijs codicibus aliorum autorum; castigare solent vitiatos locos, nec res vlla visitatione est; aut recepta magis inter doctos viros; qui in lectione veterum scriptorum versantur, quā hæc est, & codices Hebræos quibusdam locis esse vitiatos, supra pluribus ostendimus. Cum ergo diuus Hieronymus reddiderit. Quia ipse voluit, Symmachus: Quia ipse exaudiuit, qui ad verbum vertit lectionem Hebræam: qui Hebraicè nouerit, intelliget legisse eos, יָצַד וְהוּא יָצַד, ipse exaudiuit, nam hoc verbum יָצַד, significat exaudire, vt docet R. Dauid in lib. Radicum. Et mihi videtur lectio admirabilis, Oblatus est quia ipse voluit, vel oblat⁹ est, ipse quia exaudiuit, quæ orationi dē significat cū superiore, sed est multo significatior: significat em Diuinitatē Christi, & exaudisse Dñm voces veterū patrū petētū eius aduentū. A VG. in cap. 8. Ioannis: Si pati nollet, non pateretur, inquit, si non pateretur sanguis ille nō funderetur, si nō funderetur, mūdus nō redimeretur, agamus itaque gratias, & potestati Diuinitatis, & miserationi infirmitatis eius. Notandum est ex thesauro linguę sanctę in dictione יָצַד, hoc verbum יָצַד, scribitur a quibusdam Rabb. cum puncto in sinistro cornu, vt significet afflictū, & oppressum, & ab alijs cū puncto in dextro cornu, vt significet, ad mortus est, oblat⁹ est. Vnde Lxx. Ipse afflictus, humiliatus, non aperuit os suū. ATHAN. lib. v. nō de incarnatione verbi & AVGVSTVS locis citatis [cum malè tractaretur non aperuit os suū] vt sit idē cū illo D. Petri, Qui cum malediceretur, nō maledicebat, cum pateretur, nō conuabatur, tradidit autem se iudicanti se iniuste. D. Hieron. reddidit oblat⁹ est: legit enim vt dixi, cū puncto in dextro cornu, vnde apparet in codicibus Hebræis esse punctōrum varietatem, & c.

Sicut ovis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram tōdente muctus, sic non aperiet os suum.

GREGORIUS Nazian. in sanctum pascha hunc locum explanat & præter alia docet Christū agnū dicitur, etiam propter innocētiam, ex cuius vellere vestimentum nobis sit factū antiqua nuditas, quā nudati primi parentes sunt peccato, hic enim agnus occisus inquit pro nobis, indumentum nobis immortalitatis est perfectum, non propter diuinitatē solam sed etiā propter humanitatis dēitatem. Hoc indumentum nos immortales esse docet ATHAN. post resurrectionem, exemplo amianthi quo in datus non viturigni, nec incendiū formidat vt dicitur est. Natus Deus aliquando inquit nominatur verbum Deus, Dei sapientia magni confititur angelus: aliquando agnus qui tollit peccatum mundi, aliquando ovis ad occisionē ductus, quem agnū Christū velut pontifex, & sacerdos in terrenum, ad em enim est sacerdos & victima, capiens ex hominum grege vellera primitias humani generis patri offerens, & sacrificans patri, obtulit hunc igitur agnū Dei: quem Ioannes dixit tollere peccatum mundi, appellat Esaiã agnū ad occisionem ductum: Oportebat enim hunc agnū Dei à magnis sacerdote captum pro reliquo grege humani generis hostiam Deo offerri: Vt enim per hominem mors, ita per hominem futura erat resurrectio à mortuis; Nam & ipse discipulos suos docuit, se vitā esse & lucem, & veritatem. & EPIPH. lib. 3. contra Hæreses cap. contra Antidicomarianitas: Maria inquit dicitur esse, vt pareret nobis agnū, & orem vt ex gloria agni & ex vellere ovis fieret nobis indumentum immortalitatis, vt quemadmodū Eva occasio mortis fuit, sic Maria occasio vitæ, ab ipsa enim nata nobis est vita. Christus qui vita fuit mundo, vnde Maria mater vitæ dicitur fuisse, cuius corpus Eva erat appellata Eva. Mater vitentium, id enim Latine sonat verbum Hebræum Eva, quod agnū significabat, Maria: quæ peperit nobis agnū cuius vellere immortalitatis indumentum sunt, vnde ipsa mater vitentium. THEOPHILVS in cap. 1. Ioannis interpretans hanc Ecce agnus Dei, hoc videtur sermone, inquit, tanquam ad auidos videndi ad prædicandum ab Esaiã. IHS VBI: Tanquam agnus coram tōdente, quasi dicat, Ecce agnus qui tollit peccatum mundi, agnus ille dicitur. Tenebant enim memoria Iudæi Esaiã libros, & desiderio tenebantur sciendi, quis esset ille agnus. AVGVSTVS in 1. ad Iohannem cap. 16. Duo testamēta in hoc agnū dicitur coram tōdente, & in consensu veritate, & dicitur ovis, celebratur pascha, inter pontifex dicitur quia in datus datur lex ad finem, feripendit dicitur, dicitur Christus qui tanquam ovis ad immolandum ductus est, vt ait Esaiã, & celebratur verum pascha, & in

est cū Christo in Deo, cum apparuerit Christo vita nostra, tūc apparebitis & vos cū illo in gloria, pro [vita eius] Hebraicè Lxx ויחי, legisse videtur. i. vita eius. IVST. in dial. aduersus Tryphonem: Generationem eius, inquit, habet inenarrabilem is qui moriturus est. vnde videtur interpretari, Tollitur de terra vita eius. i. moriturus est, vt vt sit, generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita eius. i. & tamen moriturus est pro nobis. CYRIL. lib. 2. de Trinitate, Esaias, vitam Christi, inquit, ab omni terra sublatam esse, hoc est, alleuatam esse, & excedere omnem terrenum sensum, inaccessam inuestigabilemque humanitatis mensuris. verbum Hebræum, gazar, excindere significat & separare, vt Hebræa lectio vterque sensus congruat [separata est vita eius & diuisa à terra]. i. alleuata super omnes homines & excisa est vita eius. i. mortuus est, & sic acceptum videtur tomo 1. Concilio in expositione symboli Niceni vbi hoc sic explanatur [aufertur de terra vita eius] hoc est existētia, posuit enim vitam pro existentia. PROC. Quoniam tollitur de terra vita eius, i. quia subsistentia vnigeniti filij Dei altior est omni creatura. CYRILL. in commentarijs in D. Ioan. lib. 5. cap. 2. verè, inquit, de terra tollitur ratio generationis, quia superat omnē sensum. ATHAN. de incarnatione verbi lib. vno, Nequis inquit hominem esse cōmunem ex passione suspicetur dissimilitudinem prenunciat: Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita eius: vbi interpretari videtur quia vides & mori: & infra etiā sic explanat. TERTVL. lib. aduersus Iudæos de claritate genitum in Christo Iesu, quia tollitur de terra vita eius inquit cum post resurrectionem eius à mortuis, quæ die tertia effecta est, celi eum receperūt. & AVGVST. homilia 36. tomo 10. de illo Esaiæ Ascendit sicut virgultum [tollitur inquit de terra vita eius] quod his verbis resurrectionem eius prædicat. Ergo lectio Hebræa verti potest ad verbum vt reddidit D. Hieronymus. [Quia abscissus est de terra viuentium]. i. quia mortuus est, vt sit sensus què putat Athanasius, Iustin. & alij. Quis enarrabit eius generationem, quem vides pro nobis mortuum esse? vt supra dictū est. Potest verti mutatione vnus littere vt translulere Lxx, & vt citat D. Lucas ad verbū. Quoniam tollitur de terra vita eius

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propter scelus populi mei percussus est eum. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.

AVGVST. tom. 10. hom. 36. de eo quod in Esaiā scri-
ptum est: Ascendit sicut virgultus, postquā, inquit, illa dixit propheta, propter quæ dixerat Dñs, Luca 24. oportere impleri quæ scripta sunt in lege, & prophetis & psalmis de se, quia oportebat Christū pati & resurgere. addit nūc causam passionis Dñi, Audistis ergo passionē, audistis resurrectionē illis verbis: Quia tollitur de terra vita eius. i. resurget de terra vita eius, & prædicabitur in nomine ei⁹ poenitentia, & remissio peccatorū per oēs gentes, subiicit nunc: Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortē, quod est idē cum illo, quod ipse dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? & illi tamen dicebant, Crucifige crucifige, vt putabant hominem innocentem. Igitur putat AVGVST. significasse hæc verba illud euangelicum, Non inuenio in eo causam & sine vlla causa, malitia cōdemnatus fuisse dicitur propter inuidiā. Verba Hebræa hoc significare possunt וישא, præ præuacatione, præ inuidia, præ iniquitate, & malicia: וישא, potest esse nomen & significare idem quod passio & sic Hebræi interpretantur, vt sit præ inuidia crucifixus est. EVSEB. lib. 3. Demonstr. euangelicæ, cap. 2. sic etiam hunc locum explanat quod per inuidiā Christus à Iudæis sit traditus. CHRYSOS. tomo 3. de cruce & latrone homelia 2. coniungit verba hæc Esaiæ ob iniquitatem populi mei ductus est ad mortem: cum verbis illis & cum iniquis deputatus est. i. cum latronibus & hunc huius loci docet esse sensum. sine causa crucifixus est cū latronib⁹ vt infamaretur quasi qui facinorosus esset inuētus & verba Hebræa vt dixi id sonant [præ iniquitate & malitia populi mei passio, ei] vt malitia factum dicatur vt Dominus affectus cum latronibus cruce sit, quod ait D. Chrysostomus, vt Dñs infamaretur. Idē tamē CHRYS. in cap. 15. epist. prioris ad Corinth. homel. 38. in illa verba quod Christus mortuus est pro peccatis nostris explanat etiā hunc locū vt D. Hier. à peccatis populi mei venit in mortem. i. se ipsum tradidit pro nobis. Lectio Hebræa verti potest etiā vt trāstulit D. Hier. ppter scelus populi mei percussus eum, נא נא, verbū esse potest percussit vt sit percussit eū Dñs propter peccatum. Lege TERT. aduersus Iudæos cap. quod patriarchæ ostendunt figuram crucis.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius.

Et dabo impios pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, quod iniquitatem non fecerit, nec dolus in ore eius.

EVTHYM. titulo 8. de Christi cruciatibus significari putat his verbis ob Christi passionē genus Iudæorum ad exitum datum. CHRYS. in cap. 8. Ioannis homelia. 52. interpretatur [dabit impios pro sepultura] i. tradet eos Romanis vastandos ob impietate admissam in Christū: vt sit idem eūm illo, Relinquetur domus vestra deserta & cum illo: Malos malè perdet & cum parabola illa, Auferte, inquit, qui me regnare nolunt. Quod autem quæritur cur hoc opus dicat esse patris & non suum, Hebraicè suum opus esse dicit, vt conueniat cum illo: propter hæc facta sunt vobis, nam tertia persona dicitur vt reddidit D. Hieron. Lxx viri translulere ad patrem loquentem. Vtraque enim personæ edidit vastitatem illam. Idem CHRYS. tomo 5. oratione 3. aduersus Iudæos in eadem sententia est: adnotat non simpliciter dixisse Iudæos, sed improbos, quid enim improbus esse potest, quam post accepta beneficia, ipsum datorem occidere, & regem gloriæ in crucem tollere? his addere potes dixisse prophetā, diuites, quod ob avaritiam Christus cruce affectus est, dicebant enim, venient Romani & similia & avaritiā illis exprobrant omnes propheta & causam occæationis Iudæorum esse putant. adjicit CHRYS. nisi hæc euenerint vobis o Iudæi, nisi omnia vastata videtis, nisi templum & synagogam, nisi omnia vestra in ruina versa cernitis, ne credatis, sed si res ipsæ clamant, quod prædictum erat à prophetis, perfectum esse, quid fouetis impietatem? AVGVST. loco toties citato homelia. 36. malos datos esse pro sepultura ait ad custodiendam sepulturam quia intrauerunt Iudæi ad Pilatum & dixerūt, ei audiuius quia ille impostor dixerat discipulis suis quia resurrecturus erat, iubete custodire sepulchrū, dati ergo sunt pro sepultura eius ad custodiendum mali custodes, qui corrupti pecunia à sacerdotibus veritatem absconderunt, dati diuites propter mortem eius, qui eum sepelirent. & in Psal. 37. dabo malos pro sepultura eius, rectè malos, inquit, nostris quanta confinxere falsa testimonia in Dominum, antequam pateretur, quanta postquam resurrexisset quærebant mala, in eo qui peccatum non habebat, nec inuentus est dolus in ore eius. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 3. ait datos pessimos pro sepultura, qui asseuerarent cadaver Christi surreptum à discipulis. Locupletes verò pro morte eius vt incendio consumerentur à Romanis, qui. i. à Iudæa proditore traditionem pecunia emerant. i. qui Iudæa proditori triginta nūmos dederant, vt Christum eis traderet & à militibus falsum testimonium cadaveris surrepti à Iudæis emerant. qui corruerant milites pecunia vt diceret corpus Iesu à militibus furto esse sublatum. Lege etiā TERTVL. in lib. aduersus Iudæos titulo quod patriarchæ ostendunt figuram crucis. EVSEB. Cæf. Demonstrationis euangelicæ lib. 3. cap. 2. hæc ad vastitatem Iudææ post Christi crucem inuectam à Romanis refert. PROC. traditos significat propheta inquit Romanis Iudæos locupletes, qui argēto corruerant custodum animos, ne palam facerent Christum resurrexisse. & ideo vocari ait diuites tanquā auaros, & sustulisse in crucē Christum vt possent locupletari, dixerunt enim, nostra erit vinea, vnde appellat illos propheta socios furū, amantes dona. & putabant si cæremoniæ veteris legis abolerentur fore vt priuarētur veteri galibus, decimis, primitijs & ideo inquit eosdē appellat impios, & subiūgit cur traditi sint vastandi Romanis, vt quando nullo iure Christum morte affecerāt, qui iniquitatem nō fecit nec dolus inuentus est in ore eius, meritas ipsi pœnas penderent.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et Dñs voluit conterere eū in infirmitate. Et Dñs vult mundare eū à plaga.

Hic locus duobus modis verti potest, Dominus voluit conterere eum. i. voluit Dominus eum pati pro genere humano in infirmitate, vt vertit D. Hieronymus vel: Dominus voluit mundare eum ab infirmitate. Nam præpositiones apud Hebræos ferè subintelliguntur pro ratione sententiæ, Nā Hieremiæ cap. 44. vbi dicitur, Non sunt mundati vsque ad diem hanc: Hebraicè est hoc verbum, ונקו, & ita D. Hier.

August. de peccatorū meritis, & remissione cōtra Pelagianos li. 1. cap. 27. eādam rē hoc capite centies inculcari à propheta ait, tāquā superbis, nescio quibus, vel cōtēctis. Ibi quoque Chrysostomus huius capituli partem enumerat.

D. Hieronymus, qui hoc loco vertit [conterere eum] illo vertit: mundare, & ita vertunt Hebræo A rum plerique illum locum. PROC. Dominus, inquit, voluit mundare eum à plaga. i. Dominus voluit ostendere Dominum mundum. i. innoxium, & innocentissimum passum esse illam plagam. Ut enim ostenderet Dominus Christum immerito affectum supplicij, adeo in Iudæos se uijut vrbeis Iudææ vniuersas subuerterit, Iudæos funditus deleuerit, reliquias ipsorum sempiterno multauerit exilio. EVSEB. Cæsariensis. Demonstrationis euangelicæ lib. 3. cap. 2. ad resurrectione hæc verba refert [voluit illum mundare à plaga]. i. voluit fuscitare illum à mortuis quod magis significat verba Hebræa si vertas ut dixim. Voluit facere cessare illum à plaga: Cessauit enim à plaga. i. à morte, & passione, cum resurrexit. THEOP. in cap. 3. Ioann. in illa verba, quod signum ostendis? Voluit illum mundare à plaga ait. i. voluit illum à mortuis excitare, & liberare eum à passione, & ignominia passionis, & à morte, & mortis ignominia, quod factum est eius sacra resurrectione: Sic etiam explanat IVST. in apologia 2. pro Christianis

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.

Si dederitis pro peccato animam uestram videbitis semē longæuum

Hic locus mirabiliter est red- gnificatum est enim hoc loco idem, quod illo euangelij, si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit multum fructum affert [si posuerit ergo pro peccato animam suam] si mortuum fuerit ut tollat peccatum mundi [Videbit semen longæuum] videbit ecclesiam ædificatam toto orbe, quæ: ut inquit Dauid sicut sol in cōspectu eius est futura [Voluntas Domini in manu eius prosperabitur] saluabitur vniuersus orbis [Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur scientia sua] videbit ecclesias toto orbe fundatas, quod inquit D. Hieron. passione sua, & saturabitur iuxta illud euangelij: Ego alium cibum habeo, quæ vos nescitis, saturabitur quia plenè faciet voluntatem Dei patris, quem cibum suum dicebat Christus, scientia sua, doctrina euangelica, & fide. Notadū D. Hier. videri vertisse huc locum aliter quæ præferre Hebrææ lectioni, Est enim lectio Hebræa [iustificabit ipse iustus seruus meus multos] inō sic D. Hier. sed potius [iustificabit ipse iustus seruos meos multos] ut præferūt oēs codices Latini, ut sit idē cū illo Pauli ad Hebræos c. 11. Decebat enim eum propter quæ omnia, & per quæ omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat authorē salutis eorū, per passionē cōsumari. Quid enim est aliud: Iustificabit ipse iustus seruos meos multos? quam: qui multos filios in gloriā adduxerat. nisi quod illud futurum, hoc factum prædicatur? Quidue aliud iniquitates eorum portabit? quam, authorem salutis eorum præferim cum portabit, tollit significet: & Paulum hoc significasse illo loco argumento est quod superiora omnia videntur exprimere sententiam superiorum verborū Esaiæ si cū ijs quæ diximus cōferas superiora verba Pauli, & sequentia eo etiā spectant. Nā Paulus optimus scripturarum interpret est, ut diximus ex HILAR. Hebrææ lectio si vnum punctum addas vulgatam lectionē Hier. tibi representat, si pro [abdi] cum vno pūcto in secūda syllaba legas abde cum duobus punctis. Hanc enim agnouit D. Hier. lectionem Hebræam eisdem quidem literis, mutatis tamē punctis, vnde apparet post D. Hier. mutata esse pūcta à Iudæis. tralatio quoque Lxx virorū magna præfert mysteria, qui sic vertere. Si posuerit animam suam, vel qui posuerit animā suā ut enim significarēt referēda esse hæc verba ad singulos qui Christo credituri essent, mutarunt ductum orationis à tertia persona in secundā. Si dederitis pro peccato animā uestram, videbitis semen longæuum, quod sic PROC. explanat, quauis hæc impendeat mala Iudææ vniuersæ, quod Christus cruce sit affectus, si vos subeat poenitentia, & expurgaueritis peccatū uestrum lachrymis videbit anima uestra semen longæuum, de quo in euangelio, Exit qui seminat seminare. & alibi: Simile est regnū cælorum homini seminanti bonum semen in proprio agro. i. vitam æternam. EVSEB. Cæsariensis. eodē modo explanat lib. 3. euangelicæ demōst. cap. 2. Verba Hebræa sic ad verbū verti possunt: Si posuerit pro peccato animam eius videbit semen longinquum dierum. i. quicumque posuerit pro peccato animam eius videbit messem longinquam dierum. i. messem vitæ sempiternæ quæ se se tollit ex illo semine, ut sit idē cū illo, Qui perdidit animam suam, in vitā æternam custodit illam. Sic enim hunc locum explanat Procop. & Euseb. Lege AVGVST. de consensu euangelistarū lib. 1. cap. 31. D. AMBR. in cap. 6. epist. 2.

A epist. 2. ad Corinth. in illa verba: Etsi cognouimus secundum carnē Christum. in fine, Qui peccatum (inquit) non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, quasi peccator occisus est, ut mundus iustificaretur apud Deum in Christo, &c. quæ leges apud eundem Ambros. Videretur enim facere initium sententiæ illud quod diximus, Qui peccatum non fecit, &c. admirabiliter.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et voluntas Dñi in manu eius dirigetur pro eo quod laborauit anima eius, videbit et saturabitur scientia sua, iustificabit ipse iustus seruus meus multos.

Et vult Dñs in manu eius auferre dolorē animæ eius, ostēdere ei lucē & formare intelligentia, iustificare iustum benè seruientem multis.

iustificabit intelligentia sua in saturabitur videbit eius animam malo de prosperabitur eius manu in Dei voluntas Et ¶

multorum seruum iustum ¶

B IVST. philosophus martyr in apolog. 2. pro Christianis, hoc cap. præ significatum docet Christi sacratam passionem, vsque ad illa verba: Generationem eius quis enarrabit? resurrectionem verò sacrosanctam, & vastitatē Iudæorū, & prædicationem euangelij, ab illis verbis prædici monstrat: Quoniam tollitur de terra vita eius. vsque ad finem cap. Et AVGVST. tom. 4. de consensu euangelist. lib. 1. cap. 31. hæc tam plana putat vaticinia de Christi passione, & resurrectione, ut interpretatione non putet indigere, & cōpleta doceat, illi scq. Iudæos vrgeat & premat. Denique omnes patres hæc referunt ad sacratam Christi resurrectionem, & ad tēpora euangelica, quod planissimè significatur tralatione & sententiarum distinctione Lxx. Sic enim distinguunt lectionē Hebræam, & sic reddunt [Voluntas Dei in manu sua (vel manu eius) liberabit à morte animā eius] nā יציל, prosperabit significat, & liberabit: מעמל, à labore, ut sit: Voluntas Dñi liberabit à labore, vel prosperabit à labore. i. suscitauit à mortuis [animā eius] animam Christi [manu eius] .i. manu ipsius Christi, ut pater C Christū suscitauerit à mortuis, & Christus quoq. se à mortuis suscitauerit. Ergo, suprà apostrophe facta ad Iudæos ut respiciant si velint Christi bonis potiri, si dederitis pro peccatis animā uestram videbit, anima uestra, scilicet, semen longæuum. i. messem vitæ æternæ, quæ de metet ex illo semine, quod exijt seminare ille paterfamilias euangelic⁹. Facta hac apostrophe, redijt ad propositū, iuxta sententiam Lxx, quanquam passus est (inquiens) voluntas Dñi liberabit, aut prosperabit à labore animam eius, suscitabit à mortuis animam eius manu sua, potestate sua. D. Hieron. aliter distinxit, cuius tralatio suprà est explanata. Deindè sequentia lectionis Hebrææ sic distinguunt & interpretantur: Videbit, textet in intelligentia sua, nam ישבט, legunt, ישב, textet gloriose, hoc enim significat ישב, textilia auro, & picturata imaginibus, & admirandis picturis texere: mutatione ergo vnius literæ simillimæ, quæ in fine dictionis penè nullo discrimine distat, vides sacram resurrectionem prædictam: videbit, textet opere picturato, ostro & auro, & imaginibus, corpus suum sacrū, quod sic interpretatur Lxx: Videbit, subaudi, lucem Christum. Nam cū dictum sit suprà: Voluntas Dei liberabit animam eius à labore. subiungit propheta: Videbit, supple, lucem, anima Christi, liberata à labore, à morte. Et textet textura admirabili, & imaginibus, supple, corpus Christi mortuum, retexet gloriosum gloriosius multò quàm vlla textura picturata auro, argento, & ostro, & imaginibus esse possit. Hoc enim verbo significata est gloria corporis Christi resurgentis: textet ergo gloriose cadaver Christi. i. reuocabit illud ad vitam יציל, in summa sapientia sua, quod Lxx dixere. Ostendere ei lucem, & formare intelligentia: pendet enim ex superiore sententiā: Voluit Dominus ostendere ei lucem. i. suscitare à mortuis, & formare intelligentia. i. voluit Dominus reformare illum summa sua sapientia. Reformauit enim corpus mortuum, cū illum fecit reuiuum, vnde apud D. Augustinum malè legitur, intelligentiam, casu accusandi, legendum enim auferendi casu, intelligentia, & est locus admirabilis iuxta interpretationem Septuaginta virorum: iuxta lectionem verò Hebræam, quam agnoscunt Septuaginta seniores, mutatione י, in, י, nihil admirabilius, nihil diuinius, nihil insignitè magis, gloriam corporis Christi resurgentis describere potuit, quàm illa textura, & similitudo texture ostro, & auro, & opere Phrygionico radiantis. Id enim verbum Hebræum significat, FF quod

quod imagine quadā admirabili, gloriā corporis Christi resurgentis oculis mentis ostendat. **A** Quæ sequuntur verò, sic distingūt, & interpretantur Lxx: Iustificabit iustū seruū multorū, reddere enim: iustificare iustum benè seruientem multis. vt sic: Voluit iustificare. i. præmijs iustis afficere iustum. i. Christum, qui iustus dicitur in scripturis [benè seruientē pluribus] i. qui se humiliauerat vsque ad mortem, & mortem crucis, quæ seruorū erat, vbi seruus esse voluit, & contemptissimam mortem subire seruorum vilissimorum pro multis, iuxta illud: Hic sanguis qui pro vobis & pro multis effundetur. Sic hunc locū intellexisse videtur AVG. in psal. 103. in illa verba: Producing scenum iumentis. interpretans enim locum epist. Pauli ad Galat. 5. Cū enim liber essem ex omnibus, omnium seruum me feci. Et infra: Sed per charitatem seruite inuicem. Quos liberos fecerat (ait August.) seruos facit, non conditione seruili, sed tamen Christi redemptione, non necessitate, sed charitate, sed Christo seruimus inuicem ait, non populis carnalibus, nō infirmis, benè Christo seruus, si seruus quibus Christus seruiuit, de quo scriptum est, Benè seruientem plurimis, quod de nullo alio nisi de Christo accipi solet. Ergo Augustinus his verbis [seruientē plurimis] explanat, qui multorum causa serui formam sumpsit, factus homo, & Deus omnipotens, cū sit æqualis patri homo factus, seruus est factus: non enim venit, vt ait ipse, vt ei ministraretur sed vt ministraret. Et sic à D. Paulo est appellatus ad Rom. cap. 15. his verbis: Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrū: vt enim Paulus diceret, quod Dñs dixerat: Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israël, dixit eum ministrum fuisse circumcisionis. i. missum esse ad redimendum Israël, vbi Dñm appellauit ministrum redemptionis Israël, & minister idem est quod seruus. Et suprā cap. 43. hic idem propheta: Seruire me fecisti peccato tuo, dixit, vide quæ in hunc locum sunt scripta. Eodē modo hæc explanat Cyril. GREG. Nazianz. de filio, orat. 2. dictum Dñm docet benè seruientem pluribus, cui magnum fuerit vocari seruum Dei, quod verè seruerit carni, & natiuitati, natus homo, & passionibus nostris, vt nos liberi essemus. Quid maius excogitari potest humane humilitati quàm vniri vnione hypostatica Deo? CHRYS. in demonstrat. quod Christus sit Deus, multis benè seruientē, interpretatur, quod eius occisio multorū peccatorū fuerit solutio. Quod verò ait Gregor. Nazian. seruisse Dñm passionib⁹ corporis, alluisse ait ad id quod docent philosophi, corporis curas esse fordidissimas, sed consuetudine fieri, vt non tam fordida esse videantur. Seruijt etiam Dominus intelligens & sentiens, non vt nos non intelligentes in vtero virginis, vt etiā in vulua baiularetur, vt vtar verbis 6. synodi Constantinopolitanæ act. 10. vt partum etiam sustineret, & lactis nutrimentum, prolixitatemque temporis per diuersitatem ætatū, & reliqua quæ interiectis alijs, postea subiunxit eadem synodus [& Dñs iustè iudicauit iustum] i. Christum, cum extinctores impios Christi, & eos qui ei aduersabantur, tradidit delendos Romanis, ipsum Christū exaltauit, vt ante eū omne genu flecteretur, cælestiū, terrestriū, inferorū. Quis hoc non videat iustè iudicatū, quod iudicari ipsi Pharisei cū dixerūt, Malos malè perdet. & Vineā tradet alijs agricolis, quodq; iudiciū petijt suprā cū dixit: Iudicate inter me & vineā meā. Et quanuis verbum Latinum hoc non significet propriè, verbum Græcum *δικαίωναι* vt docet ARIST. 5. ad Nicomachum lib. significat facere quod æquum est & iustum, vnde, *δικαίωναι δικαιοσ*. i. iustificare iustū significat, meritò præmio afficere iustū, quanquā magis propriè, vt docet Aristot. significet τὸ ἀδικημα ἐπινοουμένων, i. iniuriam, & crimē corrigere, & ad æqualitatem reuocare, quod fit, vt docet Aristot. si detrahas ei qui iniuriam intulit, & addas ei cui iniuria est illata. quod fecit Dominus, deletis iudæis, incensis eorum vrribus, cū Dominò (quia humiliavit semetipsum, formam serui accipiens vsque ad mortem crucis) datum est nomen super omne nomen. Verbum Hebræū *קָנָה*, non repugnat, significat enim inter alia, iustè iudicare aliquid. quod est idem quod suprā diximus. Quod verò postremū est [Et iniquitates eorū ipse portauit] perspicuū sensum habet, nā cū dixisset propheta [iustificandū iustum] i. Christū benè seruientē multis. i. qui minister fuit redemptionis multorū: sequitur [& iniquitates eorū portauit] i. deleuit peccata, quorū chirographum cruce affixit.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Ideo dispersit ei plurimos, et for-
tū diuidet spolia, pro eo quod tra-
didit in mortem animam suam.* Propter qđ ipse possidebit multos (vel hereditabit multos) & fortiū diuidet spolia: pro eo qđ tradita est in mortē anima eius. AVGVST.

A VGVST. tom. 7. de vnitatē ecclesiæ catholicę li. 1. cap. 7. postquam recitauit superiora quæ de Christi passione sunt prædicta, subiicit, Hæc de Dño nostro Iesu Christo, tanto ante prædicta fatemur, vt quid ergo traditus est ad mortem? vt quid inter iniquos deputatus est tanta humilitate celsitudinis suæ? quid egit? quid acquisiuit? quis ita surdus est, vt hæc non audiat? quis ita obtusus vt non intelligat? quis ita cæcus vt non videat? facta hæc sunt, vt hereditate possideat multos. i. propterea Dñs traditus est ad mortem, vt hereditate multos possideat, & quàm multi, quanq; late fusi toto orbe venerint ad Christum, docet August. proximo capite declarari. AVG. etiam de consensu euangelist. lib. 1. cap. 31. vrget iudæos his verbis, Nèpè iam hæreditate possidet Christus multos & fortiū partitur spolia, cū ea quæ diabolus & dæmones possidebant. i. nationes infideles deditas idolatriæ, per ecclesias suis distribuit. & cap. proximo acrius multo his locis iudæos premit. quæ ibi leges. TERTVL. aduersus Marcionem, ex planat etiam eodem modo, quod passione sua Christus meruerit conversionem orbis, & quod ob iniuriā passionis hoc sit Christo tributum, vt multas gentes hereditate acceperit. Sic etiam EVSEB. demonst. euangel. li. 3. cap. 2. his fermè verbis, pro morte quā sustinuit & quod humiliauerit se vsque ad mortem, accepit hereditate multos, & fortiū diuisit spolia. Puto citra vllam controuersiam his quoq; verbis resurrectionem Christi significari, nam quem dixerat, vt ouem ad occisionem ductum esse, & inuidia iudæorum traditum Romanis ad mortem, & cum iniquis deputatum, & sepulturæ datum postea purgatum à Dño, & mundatum à dolore redijisse ad lucem, hereditate multos, & diuisisse suis spolia, planè his omnib⁹ à mortuis resurrexisse indicat, & nisi quis cæcus sit, si hæc omnia expendat, vel manibus hæc se tenere iudicet. Igitur EVSEB. & planiùs AVG. verba illa: Fortiū diuidet spolia explanat: igentes infideles diuidet discipulis suis. diuidet (inquiunt) gentes infideles, quæ dæmonibus seruebant, & erant dæmonum spolia, per ecclesias, per episcopatus: diuisæ enim sunt prouincie, orbis terrarum apostolis & apostolorum vicarijs. CYRIL. aliquantò secūs lib. 10. Thefaur. cap. 5. vbi inquit: Fortiū diuidet spolia. i. diuidet præmia sanctis, vnde disceptat quæstionem ex hoc loco quæ nascitur ex illo Euangelij: Sedere autè à dextris & à sinistris, nō est meū dare vobis, quod apertè hoc loco dicatur [ipse dominabitur multis, & fortiū diuidet spolia] si ergo ipse honores sanctis viris partitur, quomodo dicitis eum non posse dare si velit potentibus? certè omnia pater per ipsum operatur, quorum vnū est distributio munerum singulis sanctorum. Ipse igitur distributor munerum est. Diluit hoc dubium Cyrill. quod iam Dominus duodecim erat pollicitus, quod in regeneratione sessuri essent in duodecim sedibus, iudicaturi duodecim Israëlitas tribus. & putat filios Zebedæi, quod omnibus erat promissum, voluisse solis sibi intercipere, & ne inanis gloria cupiditate victi viderentur, ipsi præ pudore silent, matrem vt id peteret allegant: nam quod petit mater, datum erat omnibus, respondet Dominus, Quoniam iniustam petitis gratiam, quam nō decet vobis largiri, non est meū dare vobis, quoniam iustus sum, sed quibus promisi, omnibus vobis, non vobis solum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et cum sceleratis reputatus est. Et inter iniquos reputatus est.

Hic locus citatur à Marco cap. 15. & à Luca cap. 22. iuxta editionem Lxx, si Græca Græcis compares, nisi si quid putas interesse, quod Lxx edidère *ἐν τοῖς ἀνόμοις*: Euangelista, *μετὰ τοῖς ἀνόμοις*. Lege AVG. in cap. 7. Ioann. tract. 31. in fine, cū hæc verba interpretatur. Et CHRYS. tomo. 3. in cap. Ioann. 19. homil. 84. vbi diuinitus hunc locum explanat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et ipse peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorū traditus est.

Quæ lectio Hebræa verti potest vel sic, vt occurret peccatis rogabit transgressoribus pro & tollet multorū peccatū hic Et reddidit D. Hieron. Hic peccatum multorum tollet, & pro transgressoribus rogabit.

vel sic: Hic peccatum multorum tollet, & pro peccatis occurret. i. soluet, quod Lxx interpretantur. i. propter iniquitates hominū tradetur. Nam occurrere pro peccatis, significat soluere peccata. Notādus Canō ille sapè repetitus, præscriptus ab Origene, apostolos & euangelistas prima & vltima citare, quæ necessaria sunt, omitttere media, obscura dilucidè dicere & planè. Vtrunque facit hoc loco Ioannes: commonstrat enim, quod summo perè notandum est, hoc loco Esaia, Christum, & hunc locum ad illum refert, cū dixit: Ecce agnus Dei, quasi dicat: Ecce-

FF 2 Ecce-

Ecce agnus ille quem dixit Esaias tam expectatus, tam desideratus, & omisit media omnia & A citat hunc locum: Qui tollit peccatum mundi. Sic enim legitur Hebraicè. Et cum Hebraicè dicatur: Qui tollit peccatum multorum, interpretatur D. Ioannes, multorum. i. mundi, vt ostenderet Christum moriturum, non pro populo Iudæorum solum, sed pro omnibus gentibus. Et multos pro omnibus poni docet AVG. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 23. cuius causa est, quod Hebraicè, rabim, legitur, & rabim, multos & infinitos significat, quod non solum significat omneis, sed plusquam omneis. Et sic CHRYS. in demonst. quod Christus sit Deus, hunc locum interpretans: Peccata multorum tulit (inquit) quia liberauit homines à peccatis. Et in 3. cap. Matth. homil. 11. in illa verba: Ego vos baptizo aqua: Agnus Dei (inquit) non solum remittit peccata, non veniã dat simpliciter, sed, quod maioris benignitatis est, tollit. i. luit ipse per mortem, moritur pro nobis, Ergo, vt THEOPH. inquit, Ioannes Baptista Dominum digito demonstrans, illum esse declarat, de quo hæc diceret Esaias.

IN ESAIAE CAP. LIII. B

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Lauda sterilis, qua non paris, decanta laudem, et hinni qua non pariebas, quonia multi filij desertæ, magis quam eius, qua habebat virum, dicit dominus.

Lætare sterilis quæ nõ paris, erumpe, & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis, quam habentis virum.

AVGVST. de consensu euangelistarum li. 1. cap. 31. Et de vnitæ ecclesiæ lib. vno cap. 7. hæc explanat diuinitus, vt cohæreant superioribus. Superiore capite passionem Christi descriptam ait, hoc verò, fructum passionis Christi qui fuit, quod toto orbe propagata est ecclesia, vnde cum suprà dixisset, Ideo ipse hæreditate possidebit multos. i. quia Christus passus pro nobis est, meruit vt conuerteretur orbis. Describit hoc capite conuersionem orbis, & his insultat Iudæis, prædicta, & completa hæc omnia docet, & ostendens fideles toto orbe suos, isti sunt, inquit, de quibus dictum est, multi filij desertæ, isti sunt illi multi, ista est hæreditas Domini, nam quæ alia hæreditas eius nisi ecclesia? Synagoga verò dicta, inquit, est habere virum, quod habuit legem: populus gentium non habuit legem. quo loco AVG. desertam ecclesiam ex nationibus interpretatur, quod ante Domini aduentum nõ habuit legem, synagogam dicit habuisse virum, quod legem habuit. Lege AVG. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 29. & tomo. 6. de altercatione ecclesiæ & synagogæ in fine. Hic locum citat PAVL. 4. cap. ad Galatas, iuxta translationem Lxx virorum, quauis hoc loco ad verbum reddita non est, in plerisque enim Lxx sententiam expressisse contenti sunt, verborum non magnoperè solliciti.

Deus dixit maritate filij quam desertæ filij multi quia pariens non hinni laudem canta pariens non sterilis Lætare ¶ קני עקרה לא ילדה פצחוי קנה וצחלי לא חלה כי רבים בני שוממה מכני בעולה אמי יהיה

Primum verbum קני, significat, lauda, lætare, vt explanant Hebræi. D. Hieron. vertit, lauda: Lxx viri, lætare. Verbum illud קנה וצחוי, significat canta laudem, vnde D. Hieron. decanta laudem. וצחלי, significat hinni, exultare, & exaltare, vt rabbi Abraham docet. D. Hieron. vertit hinni. Lxx pro, decanta laudem, & exalta, reddidere erumpe, & clama, vel rumpe, & clama, vt sit, rumpe. i. vocem, & clama, quod reddunt sententiam. שוממה, quam vocem D. Hieron. & Lxx viri, & D. Paulus reddidere desertum: Vatabl. & Pagninus vertunt, desolata. & certè verbum ipsum Hebræum significat, vastare, perdere, & admirari, conuenit cum interpretatione AMBR. de Abraham patriarcha lib. 2. cap. 10. ecclesia sterilis videtur in hoc seculo, quia non secularia parturit, neque præsentia, sed futura, hoc est, non ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Lege eundem AMBR. lib. 2. in cap. 3. Lucæ de exordio prædicationis Ioannis. & in cap. 4. epistolæ Pauli ad Galatas, in fine. Lege ISYCH. lib. 7. in Leuiticum, in illa verba: Si autem redempta non fuerit in iubileo. PROSP. quoque de prædicationibus Dei parte. 3. promissione 32. vbi diuinitus hic locus explanatur. שוממה, multos habet intellectus, qui omnes conueniunt ecclesiæ catholicæ, vt possis dicere, plures esse filios desolata. i. ecclesiæ quæ coaluit ex

aluit ex gentibus, quæ ruina dicebantur, vt infra dicendum est latius, vel desolata. i. quæ non habebat virum, vt interpretantur Iudæi. i. quæ non habebat legem, vt explanauit Augustinus, vel, desolata. i. deserta, sic appellata rationibus suprædictis, & si ad cælestem Hierusalem referas, quod deserta erat: per Adam enim fuit interseptus aditus hominibus ad cælestem Hierusalem, & manebant sedes illæ, vnde deciderant mali angeli, vacuæ & desolatæ. Neque tertius intellectus huius vocis Hebrææ malè congruit ecclesiæ catholicæ, si vertere velles: Plures filij admirabilis, &c. Nā ecclesia admirabilis fuit. Quid enim admirabilius, quam quod hic propheta postremo capite testatur, semel gentem vnā natam esse, antequam parturiret, natam esse; quis audiuit tale? quis vidit simile? si hoc admirabile dicit spiritus sanctus verbis Esaiæ certè cohæret optimè, vt veritas: Quoniam multi filij desertæ, desolata, viduæ illius admirabilis, quàm eius quæ habet virum: tria enim illa vox Hebræa significat. THEOPH. in cap. 11. Ioannis in illa verba: Iesus autem non palam ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum: Olim (inquit) Iesus inter Iudæos ambulabat, præsignificatus per prophetas, iam nõ ambulat, sed secessit in desertum gentium, de quo dictum est: Plures filij desertæ, quàm eius quæ habet virum: iuxta Ephraim est desertum, Ephraim Hebraicè, fructificationem, vbertatemque significat Latinè, quod ex gentibus innumerabilis vbertas sanctorum sese iustulit, & de gentibus nata est ferè ecclesia catholica. Frater eius maior natu Manasses erat, ab obliuione dictus, nam, Nafah, obliuisci est, vnde, Manasse, obliuiosus, quod oblitus Dei fuerit, maior natu filius Dei Iudæorum populus erat. Ephraim. i. vbertatem, & fructificationem gentium, secundum filium fecit Deus, cui permutatis manibus benedixit Iacob. In hoc ergo deserto Ephraim. i. in ecclesiam fructificantem è gentibus per euangelium Iesus exijt, & reliquit populum Iudæorum. [Lætare sterilis] ecclesia ex gentibus, nam synagoga habuit virum. i. habuit legem & Deum, non enim est omnium Deus, eo modo quo dicitur Deus sanctorum & fidelium, sed eorum tantum quibus se largitur, vt dixit Patriarchæ illi: Ego sum Deus tuus. & rursum alij: Ero Deus tuus, & nobis pollicetur: Eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. ita, plures filij desertæ. i. ecclesiæ gentium, quæ olim erat deserta à Deo, & deserta à lege diuina, quod gentes vnde est ecclesia, nec accipere à Deo legem, nec prophetas, neque spiritualia charismata, vocata: verò ad ecclesiam, fecere vt ecclesia è gentibus plures haberet filios, quàm ea quæ habebat virum. i. synagoga. Nos enim inquit ORIG. in populum Dei facti sumus, & annunciat iustitia populo, qui nascetur. Annunciatum est enim euangelium populo gentium qui renatus est ex spiritu sancto, qui populus antea erat sterilis: nihil enim generabat Deo, & iste populus subito nascitur, quando enim saluator ascendit ad cælos, & crediderunt vna die quinque milia, & alia sunt addita tria milia, verum tunc fuit cernere populum semel natum sermone Dei, & repente sterilem parturientem. Hæc Orig. CHRYS. in demost. quod Christus sit Deus. de virtute crucis agens, cum esset orbis sterilis, & infœcundus in ratione virtutis, & nõ melius se haberet ad hoc, vt aliquid boni pareret, quàm terra deserta, & infœcunda mulier. Fecit crux Domini, vt paradus esset frugifera, amœnissimis arboribus, & floribus vernans. i. virtutibus cælestibus, & vt mater multorum esset, vt ait Esaias: Lætare sterilis quæ non paris. Et idem CHRYS. in cap. 4. epist. Pauli ad Galat. Quæ igitur sterilis, inquit, & quæ deserta, an non perspicuum est hanc esse ecclesiam è gentibus quæ antehac Dei cognitione fuit priuata? & synagoga habuit virum, plures tamen filij desertæ, quæ eius quæ habuit virum, quod synagoga habuit vnā tantum gentem, ecclesia è gentibus, quæ olim erat sterilis, habuit Perfas, Græcos, Medos, habuit vniuersum orbem: habuit ergo plures liberos, cuius typus erat Sara sterilis quæ numerosa sobolis mater est facta, neque sterilis tantum est ecclesia, quemadmodum Sara, sed vt Sara non natura, sed Dei promissione facta mater est, sic & nostra, renascentium natura quidem nulla est, cæterum verba Dei quæ norunt fideles in aqua lauacro, per sacerdotem pronuntiata, tanquam in vtero quodam formant, & regenerant eum qui baptizatur, ex quibus verbis Chrysostomi videtur ecclesia appellata sterilis, non solum quod orbis vnde facta ferè est ecclesia, erat sterilis, sed etiam quod filij promissionis sint Christiani, regenerati per aqua baptismatis sacri, non per generationem carnalè. AMBR. de virginibus lib. 1. Sancta ecclesia (inquit) immaculata coitu, fœcunda partu, virgo est castitate, mater est prole, nutrit vos virgo, non corporis lacte, sed lacte apostolorum. Virgo est, sacramentis & virtutibus, mater est populis, cuius fœcunditate scriptura testatur, quoniam plures filij desertæ, &c. Nostra virum non habet, habet spòsum factæ doctrinæ verbis sine villo flexu pudoris, quasi spòso innubit æterna.

Idem in cap. 4. epist. Pauli ad Galatas, explanans hunc locum Esaia: Hanc terrenam Hieru. A falem, inquit, virum habere dicit, quia secundum carnem generat, illam autem caelestem Hierusalem, quam dicit matrem nostram, sterilem appellat: quia non parit secundum carnem, nec dolores patitur, hoc est, non parturit, generat spiritualiter, quia deserta aliquando, à quo nisi ab Adam, qui deserta vita, sequutus est mortem, nunc plures filios habet, quam quae carnaliter generat, multo enim plures sunt Christiani Iudaeis, sicut dicitur in apocalypsi: Et vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. AVG. lib. 3. contra Cresconium Grammaticum cap. 64. hoc loco probat ecclesiam eam dici quae à Christi temporibus totum orbem compleffet, & non esse ecclesiam haeresim, quae orta ex angusto quodam loco, nationes infuscasset, & cum Cresconius Grammaticus obiecisset, paucos esse electos, & similia scripturae loca, vnde nata erat quaestio, quomodo scriptura interim dicat multos esse qui salui fiunt, vt hoc loco & loco supra citato Apocalypseos, interim paucos dicat, vt pauci vero electi diluit hoc dubium, quod infinita illa multitudo per exigua quaedam sit pars eorum, qui damnantur, vt pauci sint qui salui fiant, si conferas cum multitudine damnatorum, per se tamen si spectes eos qui salui fiunt, Apocalypseos. 7. dicitur, eorum tanta multitudo, quam dinumerare nemo poterat, quemadmodum de femine Abraham, quod est Christus, multae sunt stellae quas numerare non possumus, quibus caelum vndique circumfulget, & paucas dicimus in comparatione arenae maris, nam in illo loco stellae signauerunt spirituales Christianos, maris vero arena carnales, per quos, & ex quibus, haereses & schismata fiunt, vtroque genere plenus est mundus, qui ager dicitur, vt per totum mundum frumenta sint, per totum etiam zizania. EVSEB. Caesariensis. demost. euang. lib. 3. cap. 2. Cum esset interpretatus superius caput de passione Domini, & resurrectione: Conclusio (inquit) huius tanti vaticinij, & oeconomia redemptionis est animam sterilem, & Dei expertem, aut potius ecclesiam ex gentibus laetissimo complere nuncio, & Euangelica voce ad gaudium vocare, quod haec omnia illius causa Christus pertulit. I V S T. philosophus martyr in apologia 2. pro Christianis: Deserta appellat, inquit, hoc loco nationes experteis cognitionis Dei veri, operibus manuum suarum seruientes, gentes vero quae habebant virum: Iudaeos nominat quae habebant verbum Dei per prophetarum oracula eis traditum, & quae semper expectabant Christum, & cum venit, illum non receperunt, praeter paucos quosdam.

D. HIERONYMVS.

Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, logos fac funiculos tuos, clauos tuos consolida, ad dexteram enim et ad laeuam penetrabis, et sementuum gentes hereditabit, et ciuitates desertas inhabitabit.

EVSEB. demost. euang. lib. 3. cap. 2. Hoc (inquit) manifestissime describitur ecclesia ex gentibus toto orbe fusa ab ortu solis vsque ad occasum, maxime verbis illis: Semen tuum hereditabit gentes. Et AVG. tom. 4. de consensu euangelist. li. 1. cap. 32. hunc locum intelligit etiam de ecclesia, quae dilatanda erat, & diffundenda per gentes quondam sterileis, nunc in pluribus filiis quam illa synagoga quae legem, siue regem, tanquam virum acceperat, quae locum tabernaculi sui dilatauerat, omnes nationes, & linguas occupans longius; quae Romani imperij iura tendantur vsque; in Persas & Indos, aliasque barbaras gentes funiculos porrigens, vt in dextram per veros Christianos, & in sinistram per fictos Christianos, in tam multis populis nomen eius extendatur, vt semen eius hereditet gentes, vt ciuitates quae à vero Dei cultu, & à vera religione desertae fuerant, iam nunc inhabitent. Idem AVG. in psal. 58. in illa verba: Intende ad visitandam gentes, iterat illud quod diximus: In dextra tene bonos, in sinistra tene malos, donec veniat ventilabrum, posside tamen omnes gentes, inuitentur ad nuptias boni, & mali, impleantur nuptiae recumbentium, seruorum est inuitare, Domini separare [Semen tuum hereditabit gentes, & ciuitates quae desertae erant, inhabitabis] desertae à Deo, & à prophetis, & desertae ab apostolis, & ab euangelio, plenae demonibus. De ciuitate Dei lib. 18. cap. 29. haec tam

aperta

A aperta esse dixerat, vt inimici etiam intelligere cogantur, inuiti. Et de consensu euangelistarum lib. 1. cum haec recitasset, subiicit: Quid contra hanc euidenciam, expressionemque rerum praedictarum, & impletarum dici potest? tam plana haec omnia putat, tanque nullo indigere interprete. Et tom. 7. de vnitae ecclesiae catholicae libro vno hunc citans locum, & intelligens de ecclesia catholica, subiungit in fine cap. 7. quam multa, quam clara, & tamen resistitur & contradicitur, non cuiquam homini, sed spiritui Dei, & euidentissimae veritati. Lege AMBR. hexameron lib. 3. cap. 1. & lege ISYCH. in Leuiticum lib. 7. in illa verba: Sin autem in villa fuerit domus quae muros non habeat.

D. HIERONYMVS

Noli timere quia non confunderis, neque erubescas: Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiae tuae obliuisceris, et opprobrij viduitatis tuae non recordaberis amplius.

LXX VIRI.

Ne timeas quoniam confusa es, neque reueraris, quia exprobrata es, quoniam confusionem aeternam obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuae non eris memor.

I D est: Non timeas, quoniam afficeris pudore non quonia verearis non & erubescas non quoniam timeas Non no erubescas, & non verearis, quoniam non afficeris pudore. i. ne timeas, o ecclesia, etiam si à principio patiaris persecutionem, & sis affecta ignominia, quod Christum sequaris, quia non eris in hac confusione, neque in hac ignominia, pro hac ignominia & confusione erit tibi summa gloria. Hoc ita interpretatur è translatione LXX, qui tribus seculis ante aduentum Christi, veluti edito commentario haec illustrauere, & tam dilucide & plane expressere de Christi ecclesia, vt dicat AVG. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 29. sunt haec ita aperta vt inimici etiam inuiti cogantur intelligere. AVG. de consensu euangelist. li. 1. cap. 32. sic hunc locum explanat: ne timeas, o ecclesia, hominum minas, & furias quando in sanguine martyrum, tanquam honore purpureo vestieris; Ne timeas (inquam) praeualituras persecutiones aduersum te, ne erubescas, quod detestabilis sis futura, quando magnus erit crimen fieri, vel esse Christianum: confusionem enim in perpetuum obliuisceris, quia ubi abudauerit peccatum, superabundabit & gratia, & ignominiae viduitatis tuae, memor non eris, quia paulum derelicta, & opprobrij hominum obiecta eminenti gloria refloresces. Haec August. Et idem in psal. 58. Ne erubescas, inquit, quando contra nomen Christianum leges ferentur, quando ignominia, & blasphemia erit esse Christianum. Huic sententiae Augustini vide quam congruat lectio LXX, quam agnoscit CYPR. aduersus Iudaeos li. 1. cap. 20. quia reuincas aduersarios tuos, scilicet. Et idem AVG. in psal. 59. in illa verba: Meus est Manasses, hunc locum interpretans inquit: Erat confusio inter homines, esse Christianum, iam nemo meminit illius confusionis, quod significant verba illa [confusionem in perpetuum obliuisceris, & ignominiae viduitatis tuae non eris memor.] Lege EVSEB. Caesariensis. demost. euang. lib. 3. cap. 2. & IVST. philosophum Martyrem in dialogo aduersus Tryph. & in apolog. 2. pro Christianis. & AVG. de vnitae ecclesiae lib. vno cap. 7. Sed quaeritur apud Hieronymum, cur vidua dicatur ecclesia catholica ex Gentibus, quae sterilis antea dicta est, & non habere virum, neque satis D. Hieronymus hunc dissoluit nodum aduersus Iudaeos disputans illo loco, & certe quod vidua non habeat virum non repugnat, neque res vlla est, cur Iudaei dicant hunc locum seculum facere, & de Hierusalem terrena esse intelligendum. Primum enim, genus humanum Deum coluit, postea delapsum ad idolatriam, viduum fuit viro. i. Deo, solus populus Iudaeorum coluit Deum, & habuit virum, ecclesia ex gentibus idola coluit, & vidua fuit, quod desierit à Deo omnis natio, absque sola natione Iudaeorum vidua fuit ex eo tempore, quo à Deo desierit. Hunc locum totum explanat mirabiliter AVG. in dialogo de altercatione ecclesiae & synagoga, in fine, alio quodam modo. lege diligenter & attentè tom. 6. AMBR. in lib. de viduis in principio ferè: Ideo fortasse (inquit) vidua dicitur, quae amisit quidem virum secundum corporis passionem, sed in die iudicij filium hominis, quem amisisse visa est, est receptura, vnde sequitur: Tempus breue dereliqui te, vt gloriosius, scilicet, fidem relicta seruares, quae interpretatio diuini Ambrosij mihi vehementer placet. Quamquam & vidua dici potest illo triduo, quo mortuus Dominus in sepulchro iacuit, quo tempore affecta est ecclesia ignominia maxima, & confusa erubuit, sed postea gauisum est cor eius in sacra resurrectione, quod est

FF 4 in euange-

in euangelio, vel quod vidua dicitur ecclesia ex gentibus, quod omnis natio diceserat à Deo, A quod videtur sentire EVSEB. Cæsar. ecclesiasticæ historiæ lib. 10. ait enim: Ipse Dei filius crea uit animam hominis ad suam imaginem, immortalem, incorpoream, rationalem, sponsam sanctam sibi, & sacratum templum sacrosanctæ Triadis (vt ipse ait) Inhabitabo in ipsis, & inambulabo, & ipsi erunt mihi populus. Talis perfecta & pura anima, à principio Dei sponsa facta, dæmonis inuidia delapsa in peccatum est, recedente ab ipsa Deo, destituta est Dei præsidio, & deserta, &c. quæ ibi leges. Vidua dicitur à propheta, quod destituta sponso & præside sit, &c.

D. HIERONYMVS.

Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius, et redemptor tuus sanctus Israël, Deus omnis terræ vocabitur.

vocabitur terræ omnis Deus Israël sanctus tuus redemptor eius nomen sabaoth Deus qui te fecit maritabitur tibi Quia פ

Primùm omnia verba illa Hebræa קרית ישראל, verti possunt vt reddidit D. Hieron. [Quia dominabitur tui] possunt quoq; reddi: Quia maritabitur tibi. quod בעל, verbū Hebræū, significat, dominari, & maritum esse. Et hoc verbum deest in translatione Lxx, reponendumq; est ex lectione Hebræa, & legendum [Quia Dñs faciens te, maritabitur tibi] nam cum præcesserit, sterilem non habere virum, & futuros plures filios desertæ, quam eius quæ virum habet, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius. sequaturq; verbum בעל, explanandum est, dominabitur, & maritabitur tibi. & D. Hieron. cum reddidit, dominabitur, pro maritabitur posuisse videtur. Nam CHRYS. tomo. 1. homilia in psalm. Cantate Domino canticum nouum. cum de matrimonio spiritali disputasset, subiicit, ne quis dicat incongruam esse similitudinem, Deus hoc modo copulatur populo, quo vir vxori, nõ iuxta corporis vnionem, sed iuxta mentis affectum & benevolentiam, nam de synagoga per prophetam dixerat: Desponsaui te mihi in iudicio, & in misericordia, & in iustitia, sed in matrimonio, corpora corporibus applicantur, verum in commitione Dei, anima Deo conglutinatur, & vt illic dictum est: Adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. sic anima, cum Deo verbo vnitur, clamat: Adhæsit anima mea post te. vnde apud Esaiam, vetus synagoga habuisse virum dicitur. i. legem, desertum non habuisse virum. i. ecclesiam ex gentibus, quam Dominus hoc loco prædicat se sibi desponsaturum, quod fecit, quanquam, quod cum bona venia Chrysolomus sit dictum, apud Osee prophetam, Christus maritus & sponsus non synagoga, sed ecclesiæ promittitur. Desponsabo te mihi, &c. Et apud Hieremiam capite. 3. Ego, inquit Dominus, maritus vester, ego vos de Gentibus singillatim congreco. Dominus ergo qui fecit te, maritabitur tibi, & ita obliuisceris ignominiam viduitatis tuæ, tali maritata sponso & marito, de ecclesia. [Ipse Deus Israël, Deus vniuersæ terræ vocabitur] AVGVST. de vnitæ ecclesiæ lib. vno cap. 7. Ecce quousque ecclesia iussa est extendere funiculos suos, donec Deus Israël, Deus vniuersæ terræ vocetur. i. donec ecclesia toto orbe diffundatur. Et lib. 1. de consensu euangelistarum cap. 14. Deus, inquit, Hebræorum offensus, quod non receptus est à suis, voluit prædicari, & coli ab omnibus gentibus, de illo enim Esaias: Qui eruit te Deus Israël, vniuersæ terræ vocabitur, &c. Lege illud caput, & sequentia, quibus docet prædici hoc loco, Christum confracturum idola, & colendum toto orbe terrarum, & cap. 32. ita explanat, vt completum hoc esse demonstrat cum ait: An non Dominus qui fecit eam? i. qui dominatu diaboli & dæmonum eruit suam ecclesiam, ipse, inquam, Deus Israël, vniuersæ terræ Deus iam vocatur. Num quiquam dubitare potest, quin ipse Deus Israël toto orbe colatur? & Deus vniuersæ terræ sit, sicut antè promisit, & Christi ecclesia vocetur totus orbis? Notat PROCR. Christum à Lxx Deum appellari, cum dicunt: Qui eruit te, vel vt est Græcè, qui redemit te, ipse Deus Israël Deus omnis terræ vocabitur. i. ipse idem Christus redemptor tuus, qui Deus est Israël, vocabitur Deus omnis terræ. Neque Hebræa verba repugnant, nam קרית ישראל. i. redemptor tuus, קרית ישראל. i. sanctus Israël, Christi nomina esse, nemo ambigit, & dicitur יהוה, Deus. Notandum tamen in lectione Lxx seniorum locis supra citatis ab Augustino, vbi hunc locum explanat, & in oratione aduersus Iudæos cap. 9. tomo. 6. vbi pluribus verbis hunc locum interpretatur, & apud alios pa-

alios patres, qui eius loci meminere, deesse dictionem vnam ex lectione Hebræa, & ex quibusdam codicibus Græcis, legendum que esse, vt legitur in Biblijs Complutensibus [qui redemit te ipse Deus Israël, Deus omnis terræ vocabitur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia vt mulierem derelictam, & moerentem spiritu vocauit te Dominus, et vxorem ab adolescentia abiectam, Dixit Deus tuus.

Non ut mulierem derelictam, & pusillanimum vocauit te Dominus, non vt mulierem ab adolescentia odio habitam, dixit Dominus.

Hic locus variè intellectus est à Lxx senioribus, & à D. Hieronymo. D. Hieronymus intellexit populum gentium fuisse vsque ad aduentum Christi, tanquam mulierem derelictam & abiectam, quam Christus adueniens reuocat ad se, & maritat sibi vt abiectam mulierem. Lxx seniores hunc locum legunt interroganter, & ea fuit causa varietatis. Vbi adhibendus est ille Canon de quo supra sæpè facta mentio est, ad intelligendam translationem Lxx virorum, solere Lxx non reddere interrogationes, vt Hebræicè sunt, sed pro interrogatione responsionem ad interrogationem ponere perspicuitatis causa, quia iussi sunt sacrosensus pandere. Cum ergo legissent interroganter [Num vt mulierem derelictam & moerentem spiritu vocauit te Dominus? Et vxorem ab adolescentia abiectam?] quasi dicat, non quod hæc habet interrogatio affirmatiua, vt neget, sensum ergo interrogationis, reddunt, non interrogationem. vt hoc loco: pro hac interrogatione. Num vt mulierem derelictam, vocauit te? & vt abiectam? reddidere: Non vt mulierem derelictam, &c. Nam, וי, voculam Hebræam pro, Num, interrogatiua vocula accepere, vt Genesios 29. Num quia frater meus es, gratis seruius mihi? & 2. Regum. Putasne est aliquis qui remanserit ex domo Saul? vbi, וי, redditur Num, nunquid? & videntur comparare ecclesiam Synagogam, nam Synagoga Ezechielis 16. & 23. ut mulierem abiectam accepisse se dicit Dominus, & læpius quæstum fecisse corpore Synagogam & idolis seruisse, & meretricè fuisse, & præ multitudine peccatorum despondisse animum, & derelictam à Domino fuisse: Ecclesia vero catholica virgo dicitur, & columba vna, & in Canticis mille laudibus decoratur: Nihil tale fuit Synagoga. vt exprobrat igitur Synagoga sua vitia, de catholica ecclesia de qua loquebatur, ait, Vt mulierem derelictam, & pusillanimum, vel, desperatam aut despondentem animum (sic enim Græcè est) qualis describitur ab Ezechiele Hierusalem, locis citatis, vocauit te Dominus? quasi dicat, non, sed vt amicam, & columbam vnam, & vt talem, qualis in canticis describitur, & rursum: Vt vxorem ab adolescentia, abiectam vocauit te? interroganter, vt olim Hierusalem, & Synagoga? quasi dicat, non, quod Synagoga ab adolescentia fuit fornicata, & seruitiit idolis, & rebellis fuit, vt Dominus docet apud Ezechielem. ecclesia catholica ab initio fuit castitate candida, martyrio rubicunda, cælestium virtutum ornamento florens. sic lectionem Hebræam explanarunt Lxx & hæc de catholica ecclesia tot annis ante dixerunt, & tam planè, vt quem admodum dixit AVGVST. etiam inimici intelligere cogantur inuiti. sic hunc locum intellexit CYRIL.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondam faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna miseri sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.

Tempore modico reliqui te, & cum misericordia magna miserebor tui in furore paruo auerti faciem meam à te, & in misericordia sempiterna miserebor tui, dixit qui eruit te Dominus.

D. Iulius AMBROS. de viduis lib. vno, intellexit hæc verba de tempore vitæ huius, quo derelicta est, vt gloriosus scilicet fidem relicta serualet, vt sit [breui tempore dereliqui te in hac vita, vt sempiterna corona te afficiam, vel si veterum patrum de quibus diximus sententiam sequamur, vt de tempore persequutionis ecclesiæ hæc interpretemur: Breui tempore calamitatibus est ecclesia relicta, vt maxima haberet præmia. Quod D. Hieronymus vertit ad punctum in

ctum in modico : Lxx edidere [in tēpore paruo vel tēpore modico] & pro [congregabo te] A [misererbor tui] pro [In momento indignationis,in furore paruo]& sic Thargū interpretatur Hebræam lectionem,& R.Selemdh.

D. HIERONYMVS

Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuravi ne inducerem aquas ultra super terrā sic iuravi ne irascer tibi, & non increpem te: montes enim commouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit miserator tuus Dominus.

Canon. Arca Noe typus ecclesie.

Hoc illud est quod supra sēpè sumus te stati, Esaia quoties citat historias ueteris testamenti, aut cærimonias veteris legis, significare nobis typos esse & figuras eius vaticinij de quo agitur, Sic IVST. in dialogo aduersus Tryphonem hunc locū explanat vt significari dicat ab Esaia typum esse ecclesie catholice, arcam Noe, & ipsum Noe Christi typum esse, quod etiam docet AVGV. de vnitare ecclesie lib. vno cap. 5. his verbis: Nulli nostrū dubium est per arcam Noe, salua rerum gestarum fide, vt deletis peccatoribus domus iusti à diluuiio liberaretur, ecclesiam fuisse figuratam, quod fortè humani ingenij coniectura videretur, nisi hoc Petrus apostolus in epistola sua diceret. Igitur cum supra dixerit Dominus [ad punctum in modico reliquisse se populum suum] synagogam & sanctos apostolos tēpore passionis et quando à T. Vespasiano vniuersa Iudæa in morem diluuii inuecta vastitas est, & reliquæ saluæ factæ sunt, hoc est apostoli, & pauci fideles, sequitur [Sicut in diebus Noe iuravi] vel sicut in diebus Noe istud mihi est. i. hoc erit sicut id, quod factum est in diebus Noe, cuius typus erat illa historia quod vertere etiā posses, & magis proprie, Sicut aqua Noe, hoc mihi est, i. sicut aqua, vel, dies Noe hoc mihi, quod Lxx dixere, Ab aqua, quæ in tempore Noe hoc mihi erit, vel hoc mihi futurum erat. Explanant enim scripturam Lxx non enim primus D. Petrus mihi videtur hunc locum interpretatus i. epistola. cap. 3. sed Lxx hoc loco declarant Noe typū fuisse Christi vt dictum est in principio cap. 40. & diluuium fuisse typum vastitatis inuectæ Iudæa à Romanis post crucem Domini, & arcam & octo animas ecclesie & redemptorum fuisse figuras. quid enim aliud est [ab aqua quæ in tempore Noe hoc mihi erit] quam significatū est à me hoc sic fuisse futurum in Christi aduētū, vt in diluuiō? id enim aperte illa verba demōstrant: ab aqua, quæ in tempore Noe hoc mihi erit. i. hoc à me significatum erat futurum fuisse ab aqua Noe, vt quemadmodum in arca Noe seruati sunt octo, sic in ligno crucis sit salus per aquā baptismatis, vt declarat D. Petrus epistola 1. cap. 3. Deinde [Cui iuravi ne inducerē aquas, Noe, ultra supra terram, Sic iuravi vt ne irascer tibi & non increpem te] Quibus verbis aperte Esaia typum declarat. i. quemadmodum iuravi fore vt nunquam irascerer vltra terrē, sic eodē illo tempore iuravi fore vt non irascerer tibi ò ecclesia, quæ salua facta est per aquam baptismatis, id em̄ authore D. Petro aqua diluuii significabat, in arca, in ligno crucis, quia typus tuus erat arca illa Noe, & Noe typus Christi erat, & quod iuravi typo multo magis iuravi veritati, quod significantius dixere Lxx, quādo illa iuravi, tibi etiā iurauis enim reddidere, sicut iuravi ei in tempore illo, terræ non iratum iri tibi quoque neque in cōminatione: neque in minis aduersum te. Interpres Latinus hoc parum exprelsit, verba Græca sunt: καὶ ἐπεὶ ἐλάλησάν σοι τὰ ῥήματα τὰς ἀποκαταστάσεων, ἐπὶ τοῖς ἡμέτεροις ἡμεῖς ἀπελάλησομεν. i. secundū quod iuravi illi in tempore illo terræ non iratum iri, contra te quoque, neque in cōminatione tui: & oratio Lxx virorū trūca quidem videtur tamen mirabiliter typum scripturæ declarat. Nam aduerbium illud καὶ ἐπεὶ, secundum quod iam imaginem, & similitudinem significat, & ῥήματα, vox Hebræa id quoque significat. Secundum quod ergo iuravi ipsi supple, Noe in tempore illo terræ, supple non immisurū me diluuium, ita iuravi nec contra te immisurū vastitate ex lectione Hebræa tamē castiganda est versio Lxx defunt enim verba quatuor, legendumque, secundum quod iuravi ipsi in tempore illo

LXX VIRI.

Dixit qui eruit te Dominus, ab aqua quæ in tempore Noe, hoc mihi erit sicut iuravi ei in tēpore illo, terræ non iratum iri, aduersum te etiam neque in cōminatione aduersum te. mōtes transferentur? sic neque quæ à me tibi misericordia deficiet, neque testamētum pacis meæ auferetur, vel mutabitur.

A pore illo non transiuras aquas Noe terrē vltra, sic iuravi non futurum vt excandescerem aduersum te amplius, neque in cōminatione tui] & veteres libros truncos esse & mutilos, non culpa ipsorum authorum est, sed vetustatis quæ omnia exedit & id petebant sua tempora à D. Hieronymo, vt ex Hebræa & Græca lectione daret ecclesie castigatam interpretationem Lxx seniorum, quod iniuriatemporum & Iudæorum fraude multa ex ea interciderant. Ergo si ex lectione Hebræa restitutas tralationi Lxx verba illa [nō transiuras aquas Noe vltra] penè dixim tam aperte quam D. Petrus, Lxx hunc locum ad Ecclesiam retulisse videbuntur & hunc explanasse typum, præsertim cum Lxx addiderint de suo duo illa verba [In tempore illo] vt mōstrarent typum esse, vt sensus esset. Sicut in tempore illo iuravi non venturas aquas super terram, sic iuravi futurum esse vt nunquam excandescerē, nec aduersum te nec minarer tibi, & [Montes commouebuntur & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te] quod D. Hieronymus ad verbum vertit, simile videtur illi quod Dominus Matthæi 24. inquit: cælū & terra transibunt, verba autem mea non præteribūt. Lxx viri sententiam expressere, non reddere verba sic enim edidere τὰ ῥήματα ἡσθησάν σοι, ἐπὶ βροταῖ σου κατὰ καταστάσεις σου, οὐδὲ παρὰ ἐμοῦ σοι ἕλιος ἐλάλησει, οὐδὲ ἐν διαθήκῃ τῆς νέτης μου οὐκ ἔστιν ἄλλο. quæ verba sic reddes Latinè, minus bene reddita, & difpuncta ab interprete Latino: Montes transferentur, colles autem tui non mutabuntur, adeo neque mea misericordia deficiet tibi, neq; testamētum pacis meæ mutabitur: Quorū verborū hic sensus est, mutabūtur mōtes & nō mutabūtur colles tui ò ecclesia quia portē inferi nō præualebūt aduersus ecclesiam & pcceres ecclesie. pri⁹ ergo mutabūtur mōtes, quā portē inferi possint mutare te, ò ecclesia & colles tuos. i. proceres tuos, adeo mea misericordia tibi nūquā deficiet neque testamētum, pacis hoc est euangelium mutabitur vnquam, nam testamētum pacis ad euangelium referri ambigat nemo: pax enim signū erat discipulorum Christi, neque scio cur D. Augustinus dicat semel tantum testamenti noui in veteri testamento factam esse mentionē, quæ centies facta esse videtur. An hoc alio referre quisquam potest? De Synagoga hoc intelligi certe non potest. Quomodo enim montes mutabuntur, & colles Iudææ non mutabuntur? quo modo superiora ad Synagogam, referri possunt? quomodo misericordia Domini Iudæis nunquam deerit? qui tot ruinis attriti & delati sunt, toto orbe fusi, residui pulsi sedibus, per mille quingentos annos & eo amplius alienis nationibus seruiunt. Cyrillus hæc sic videtur interpretatus. IVSTIN. in dial. aduersus Tryphonem Iudæum cuius verba hæc fere sunt: Docet nos propheta hoc Esaia loco diluuium Noe typum esse mysterij redemptionis generis humani, Nam Noe iustus, Christi typus est, octonarius numerus animarum quæ seruatae sunt in arca Noe octauī diei, quo Christus à mortuis resurrexit figura est. Noe principium instaurationis est generis humani: Christus alterius generis fuit principum, eorū, qui regeneratur in filios Dei, & quo modo Noe cum suis ligno in aquis fluitabat seruatus est, sic ecclesia per aquā baptismi, & crucis lignum credens Christo seruatur. Quando igitur dicitur: In Noe seruavi te, vel, In diluuiio Noe seruavi te, hoc est quod dicit, Diluuium Noe typum fuisse tanti mysterij & verba sunt ad populum qui ita fidelis sit erga Deum, vt fuit Noe, non enim ad vniuersam terram dicitur, quod Noe dicitur post diluuium à Domino sed ad populum fidelem cui requiem & redemptionem peperit Dominus cum in crucem est actus Hierosolymis, quem diluuii signa declarant. Nam vide quem populum fides Noe aqua, & lignum significant, & ad illum verba fieri putato, significatur enim populus Christianus, qui per sacramentum fidei per aquæ lauacrū per crucis triumphum remissionem accipit peccatorum, & extremi iudicij iram fugit, hæc fere re lult. qui agnoscere videtur aliquantulum diuersam lectionem Lxx virorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dixit miserator tuus Dominus, Pau percula tempestate cōuulsa absque vltra consolatione: ecce ego sternam per ordinē lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. Et ponam iaspidē propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos et oēs terminos tuos i lapides desiderabiles

Dixit em̄ propitius tibi Dñs, humilis & instabilis, nō cōsolata es, ecce ego præparo tibi carbūculū lapidē tuū, & fundamēta tua sapphirū, & ponā propugnacula tua iaspidem & portas tuas lapides crystalli, & muros tuos lapides electos.

Ex supe-

EX superioribus pendet hæc sententia, dictum est enim ad ecclesiam haberi sermonem, & A ei dictum esse: Ad punctum in modico dereliqui te: quæ verba AMBROS. interpretatus est de tempore huius vitæ, quo derelicta est, vt gloriosius scilicet fidem relicta seruaret, vt esset [breui tempore dereliqui te in hac vita] vt sempiterna corona te afficiam, idem, nunc repetit, & multo copiosius, Dixit miserator tuus Dominus: o pauperula ecclesia. Nam fideles & apostoli pauperes dicuntur, quod iubentur omnia relinquere, & sequi Dominum [tēpestate conuulsa] nominatur quod iubetur tollere crucem Domini, & sequi Dominum [absq; vlla consolatione] quod hac vita calicē Domini bibit. Hęc omnia dixere Lxx [dixit propitius tibi Dominus] Hebraicè est [miseror tui] sed idē est propitius tibi. Pro [pauperula] dixere [humilis] pro [tēpestate conuulsa] [instabilis] quod verbum Hebræum מַעֲרִיב, tempestatibus agitata, & instabilis significat, vel perturbationibus agitata, de perturbatione bonorum postea dicendum est la tius מַעֲרִיב לְךָ, quæ consolationē non accipit in hac vita, vt Lazarus, de quo Dominus in euāgelio. Vide quæ præmia ei promittantur, quod Dominus ecclesiam suam vocauit ad labores, ad perturbationes, ad angustias, vt inquit August. non ad gaudia, non ad voluptatem, specta præmia [Ecce ego sternam per ordinē lapides tuos] ORIG. contra Celsum lib. 7. hunc locum explanat de cælesti Hierusalem, cuius vmbra erat terrena Hierusalem de qua Paulus: Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuētis Hierusalem cælestem, &c. de qua, Paulus hæc dicit perinde ac cum Christo simul hæc resurrexerit, & superna illa conquirit, montem sit naçta, à Iudaica fabula minime dependentem. & putat idem Origen. eodem loco & verissimè putat quæ de terra beata scripsit PLAT. in Phedone, vbi omnia nitent, vbi lapides ita splendent vt sapphiri, lapides, & gemmæ, ex hoc loco Esaiæ esse mutuatim. Explanat hunc locum EVSEB. Cæsariensis. eccles. histor. lib. 10. in panegyrico dicto de ædificatione ecclesiarum in hanc ferè sententiam: Postquam, vt capite superiore dictum est, verbum illud quod in principio erat apud Deum homo factus ad occisionem ductus est sicut agnus, traditur propter peccata nostra, cruci suffixus, humatus post triduum reuixit, hanc voluit esse suę passionis summam vt à gigante acciperet spolia inquinata teterrimis, & foedissimis vitijs, suo sanguine, & aqua, quæ ex eius latere fluxit, elueret, ad splendorem reuocaret, abstergeret omnem labem terrenę foecis, purissimum, & probatissimum aurum, & candidissimum argentum relinqueret, lapillos preciosos, purissimos, & nitidissimos, carbunculos, Sapphiros, lapides, Crystallos, vt cōpleretur illud Esaiæ [Ponam iaspidem propugnacula tua]. Cum enim quidam edificentur in iustitia, vt inquit propheta [et in iustitia fundaberis, vel in iustitia ædificaberis] vt dixerunt Lxx, quod sola fide plebs munita huius ædificij pars sit. Qui vero veluti ianua, aut valua huius cælestis Hierusalem sunt doctores sacri qui ad Hierusalem cælestem intromittunt ciueis, rectè portæ Hierusalem nominati, & carbunculi lapilli, quod generi hominum suo splendore prælaçant ad cælestem Hierusalem, alios pro varietate virtutum & donorum cælestium huius vrbis columnina rectè appelles euangelistas sacros, & apostolos Sapphiros splendidissimos, & iaspides, & ad hoc exemplum reliqua ad hoc ædificium adcommodes. Nam sacrum lauacrum animas purissimas nitentis, auri instar reddit, & gemmis nitidissimis multo splendiores, vt carbunculus, non sit carbunculus, & sapphirus, non sit sapphirus, si cum illis conferas ut inquit Plato. Hic huius loci est sensus, qui Origenicam allegoriam esse putarit doceat aliquem ex veteribus patribus aliter hunc locum esse interpretatum, aut fateatur fabulas Iudaicas sibi piacere magis, quam interpretationem per manus traditam ab apostolis & ecclesiæ proceribus. Cæterum Lxx pro eo quod Hieronymus dixit: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos: vbi מַעֲרִיב, verbum Hebræum videtur reddidisse, per ordinem, & in commentarijs scripsit omnes interpretes, præter Lxx viros, reddidisse, stibium, & sic vertisse [sternam in stibio lapides tuos] in similitudinem comptæ mulieris quæ oculos pingit stibio, vt pulchritudinem significet ciuitatis. Lxx viros, ait, non stibium, sed carbunculum vertisse, vt intelligas Lxx viros vertisse fideliter, vel ipsi Iudæi ita interpretantur, sic enim R. David in commentarijs hunc locum reddidit, erunt lapides fundamenti, lapides carbunculi, &c. R. Abraham dicit מַעֲרִיב, esse lapidem preciosum: igitur vel Iudæi hostes authores sunt מַעֲרִיב, carbunculum esse. i. lapidem preciosum, qui velut ignitus carbo est, & splendet maximè. Cōfer cum postremis capitibus Apocalypseos D. Ioannis & hæc omnia lapidum nomina inuenies posita iuxta translationem Lxx virorum, si Græca Græcis conferas. Ergo sermo fit ad ecclesiam, sensusque est ille, quem expressit D. Petrus epistolæ 1. cap. 1. qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in sp̄e viuâ in heredi-

Dominus ecclesiam ad labores vocat sed præmia spectat

A in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, immarcescibilem, paratam reuelari in tempore nouissimo: vbi cum hæc dixisset, D. Petrus penè subiecit verba propheta, vel superiora, [ad punctum in modico dereliqui te, aut modico tempore dereliqui te] vel hæc, quæ interpretantur [pauperula tempestate conuulsa absq; vlla consolatione] siue vt dixerit Lxx [humilis instabilis, quæ consolationem non accepisti] idē enim significant verba D. Petri sequentia: Nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro quod per ignem probatur inueniatur: quo loco D. Petrus describere videtur & interpretari hunc locum de tribulationibus per quas ad uitam beatā fideles tendunt & de vita beata, & declarat cur tribulationes sanctis obijcerentur, & pro sapphiris gemmisque alijs, aurum posuisse contentus est; subiecitque hoc significasse huiusmodi allegorij prophetas nequis possit inficiari D. Petri illo loco explanare prophetas. Quæ omnia pluribus verbis sunt executus, quod nescio quis genio malo natus, adscripsit marginibus Origen. in Ioannem vbi hunc locum explanat ORIG. in illa verba Ioannis: At ille dicebat de templo corporis sui, Origenē sequitur Hieron. Origenem ponens pro ecclesia, & quod timebat fortasse Iudaizans ille posse illam adnotatiunculam in bonam partem accipi, rursum adscripsit eodem loco interpretationi alterius loci Esaiæ, hunc locum contendit Hieronymus spiritualiter tantum intelligi posse haud dubium quin Origenem secutus, ita quicquid non Iudaizat, Origenicum putant & damnant, Iudaicis fortasse fabulis assentiuntur, de aurea Hierusalem.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Vniuersos filios tuos doctos à Domino. Et omnes filios tuos discipulos Dei

CYRILL. contra hæreticos lib. 4. cap. 5. qui crediderunt in Christum, & sancto spiritu percuncti sunt, per spiritum sanctum omnia docentur, nec eis hominum doctrina est opus sed solum dei docibiles secundum prophetam sunt, AVG. de gratia cōtra Pelagium & celestium lib. 1. cap. 13. illud est certissimum iudiciū, quod à Deo didiceritis, si id quod didiceritis feceritis, isto modo sunt omnes secundum propositum vocati, sicut scriptum est in prophetis, docibiles Dei, qui autem nouit quidem quid fieri debeat & non facit, non dum à Deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem, non secundum spiritum, sed secundum litteram lege attende quid hoc loco in hac sententiā dicat AVG. & de prædestinatione sanctorum. lib. 1. cap. 8. & in Ioannis cap. 6. cum hunc locum explanat, nam D. Ioannes hunc locum citat cap. 6. CHRYSOST. in cap. Ioan. 6. Vides inquit fidei dignitatem, quod non ab hominibus, nec per homines, sed per ipsum Deum ea imbuendi sunt homines, vnde non est quod quæras cur alij credunt, alij non credunt? ^{ædificaberis} ^{docibiles} Diuus Hieronymus to fundaberis iustitia in filijs tuis pacis multitudo & Dei discipuli filij tui omnes Et tam hanc orationem fecit ^{בְּנֵי בְּרָקָה הַכֹּהֲנִים וְרַב שְׁלֹמֹן וְרַב לְמוּדֵי יְהוָה וְכָל בְּנֵי בְּרָקָה לְמוּדֵי יְהוָה} ^{et in} ^{ædificaberis} ^{docibiles} dependente à superioribus: Ponam iaspidem propugnacula tua, ponam vniuersos filios tuos doctos à Domino, ponam multitudinem pacis filijs tuis. Ioannis vero cap. 6. initium sententiæ fecit illud: Omnes filij tui docibiles Dei: quod lectio Hebræa significat, quam sic ad verbū vertes [Et omnes filij tui discipuli Dei & multitudo pacis filijs tuis, & in iustitia fundaberis, vel ædificaberis] vt sit noua sententia. Posses etiam vertere in calu accusandi, vt pendeat à superioribus quod fecit D. Hieronymus, eadem est sententia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et multitudinem pacis filijs tuis, et in iustitia fundaberis. Et multa pax tuis filijs, & iniustitia ædificaberis.

Multitudo pacis] quid significet planum est ex Paulo ad Romanos 14. vbi inquit: Non est regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto, & euangelium etiam præsignificatur his verbis, quemadmodum, & superioribus, & regnum Dei futurum in iustitia, & pace, & gaudio in spiritu sancto [In iustitia ædificaberis] cū apostolicis verbis congruit, quæ res fecit admirabiles veteribus patribus Lxx viros, quod cum euangelicis, et apostolicis litteris congruerent semper. quod ergo Lxx vertere [Multa pax filijs tuis, & in iustitia ædificaberis] Paulus dixit, Regnum Dei, non est esca, & potus, sed iustitia, & pax. & de hac pace loquens quam Dominus ecclesiæ suæ dedit, & quæ pax ipse Dominus est, Confolamini inuicem, inquit, ædificate alterutrum. & D. Petrus epistolæ 1. cap. 2. ad quem accedentes lapidē viuum ab

viuum ab hominibus quidem reprobatur, à Deo autè electum, & honorificatum, & ipsi tanquã lapides viui super ædificamini, domus spiritualis, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Quis vel hæc D. Petri verba legat, vel Apocalypseos D. Ioannis postrema capita, non intelligat gemmeam illam Hierusalem sapphiris, carbùculis, smaragdus, struam non spectare ad Iudaicas fabulas, sed ecclesiam esse vnde quaque micantem, sanctiss. euangelistis, apostolis sanctis virginibus, sanctis martyribus, doctoribus sanctis, qui purius & splendidius nitent omnibus gemmis, omni carbunculo, sapphiro, iaspide, omni preciofo lapide? cum præsertim subiungat D. Petrus huius Hierusalem fundamentu Christum, qui est gemma vna illa preciofa inuenta, propter quã abijt homo, & vendit vniuersa quæ habet vt emat illam. Si Christus ergo fundamentum huius Hierusalem est lapis preciosus appellatus, & gemma nitidissima, & cum suis suo nomine participet, & communicet, nam ipse lux vera de suis dicit: Vos estis lux mundi; ipse Siloah. i. missus suos appellat apostolos. i. missos, sicut misit me pater, sic ego mitto vos: ad hoc exemplum ipse gemma, & preciosus lapis suos appellat gemmas, & lapides preciosos quibus ædificatur Hierusalem illa cælestis, quam Deus inhabitat, quod intelliges etiã indè quod pro lapides desiderabiles] quos dixit Hieronymus reperies apud Lxx viros [lapides electos] ex quibus ædificatur Hierusalem. & Christus dicitur lapis electus à D. Petro, & fideles, lapides viui, & postea genus electum, vt si quis vel hæc verba aucupetur ex euangelio aut Lxx senioribus incredibilem capiet voluptatem. Quod autem vsuprà dixi EVSEB. historię ecclesię lib. 10. hunc locum dictum putat de ecclesię plebe, quã tantum fide stat, & pars huius fundamenti est quod fide viua sit stabilis & firma & hoc significare verba illa [In iustitia fundaberis] .i. tantum fide & meritis, & operibus stabis, mihi non sit veri simile, nam Paulus, vt dixi, de regno Dei hæc dicta putat, quod continet non plebem tantum, sed etiam ecclesię lumina & carbunculos illos, & iaspides, & sapphros.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi.

Recede ab iniquo, & non timebis, & tremor non appropinquabit tibi.

ID est, Recede longe ab ad te appropinquabit non quia pauore ab & timebis non quia rapina ab Recede opprefione, rapina, iniu *וְתִקְוִי מֵעֵשֶׂק בִּי לֹא תִקְרַב אֵלַי וְתִקְרַב אֵלַי וְתִקְרַב אֵלַי וְתִקְרַב אֵלַי* ria, violentia, & non timebis, & à pauore, & nõ appropinquabit tibi. i. si recesseris ab omni peccato, recedes à timore, quia nunquam appropinquabit tibi, quia Deus ab oculis fuorum absterget omnem lacrymam. D. Paulus ad Thessalonicenses epistola 1. cap. 5. hoc dixit verbis illis ab omni specie mala abstinete, vbi fortasse legendum est, ab omni specie mali, vel peccati, Græcè est *ἀπὸ πάντων τῶν κακῶν*, i. ab omni specie peccati *פָּשָׁע*, verbum Hebræu significat (ut verbis vtar Hebræorum) opprefionem rei alienę & detentionem omnem, rapinam omnem, omnem violentiam, vt contineat omnem speciem peccati, quæ res fecit vt Lxx verterint iniquitatem, D. Paulus omnè speciem peccati. D. Petrus epist. 1. cap. 2. multis verbis hæc Hebræa vocem reddidit quod polysema est, vertit enim omnem malitiam, & omnem dolu, simulationes & inuidias, & omnes detractiones. hæc enim omnia significat verbum *פָּשָׁע*, & subiungit D. Petrus descriptionem aureæ Hierusalem, permutato ordine, qui apud Esaiam est, quod enim apud Esaiam prius id posterius est apud Petrum. D. Hieronymus appellat quidem calumniam, hæc omnia & in commetarijs pro omni peccato est interpretatus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce accola veniet, qui non erat mecum aduena quondam tuus adiungetur tibi.

Ecce profelyti accedent tibi per me & coloni erunt tui, & ad te confugient.

Hic locus est ex il. *וְהָיָה כִּי יִגְדַל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְנִשְׁמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו* cadet super te tecum habitabit quicunq; per me *וְהָיָה כִּי יִגְדַל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְנִשְׁמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו* horum numero *וְהָיָה כִּי יִגְדַל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְנִשְׁמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו* quibus nostri maiores urgere solebant Iudæos, vt discas ex TERTVLL. aduersus Marcionè lib. 3. vbi cum multa disputasset de illo signo aduentus Christi certissimo, & manifestissimo, quod erat

A quod erat, nationes omnes credituras esse Christo, genteis infideleis illum esse sequuturas, luxuria, idolatriaque omni relicta: adhibet hunc quoque locum de profelytis, qui nunquam diuersa & proprię cuiusdam conditionis in lege veteri putantur, aut nominantur, nisi tantum in lege noua, cum præsignificatum est profelytos per Christum accessuros ad ecclesiam .i. nationes infideleis venienteis ad fidem, id enim sonat hæc vox profelyti, Græcè, & maiores vrgebãt Iudæos hac interrogatione, quando in lege veteri de profelytis mentio fiat seorsum à Iudæis, quid sibi velit propheta cum hoc loco dicat [Ecce profelyti per me accedent ad te] planè hoc loco per Christu profelytos. i. nationes infideleis ad Deu accessuras ait. Aut, agite, dicite quos profelytos dicat accessuros, cum præsertim in nomine Christi dicat eos speraturos? Profelyti, quos vos dicitis o Iudæi non in Christi nomine sperare solent, sed in ordine Mosis. his, similibusque in angustias redacti Iudæi, hunc locum negant fideliter versum à Lxx senioribus, qui eum ad verbum vertere fidelissimè. sic enim vertere potes ad verbum hæc omnia [Ecce profelytus habitabit, vel, accedet terminos per me. i. habitabit terminos ecclesię per me; vel, Ecce profelytus adueniet, vel habitabit veruntamen per me] quod Lxx dixere, Ecce profelyti accedent tibi per me, & hoc edidere CCC. annis ante aduentum Christi. credè dum ergo illis potius, quam impientissimis Iudæis post Christi tempora, quorum fraudes intelliges ex VATAB. & PAGN. D. Hieronymus non veretur vertere vt Iudæi, quod eundem sensum habet hæc propheta etiam si eis largiatur quod volunt: Ecce accola veniet. i. ecce profelytus, & natio omnis veniet quæ non erat mecum. i. quæ à me erat aliena. i. venient ad me nationes infideles. Versio igitur D. Hieronymi significat idem quod tralatio Lxx. significantior tamè est editio Lxx hoc loco, & quod ante Christi tempora edita sit, plus habet ponderis aduersus impios Iudæos & Iudaizantes, qui hoc loco, similibusque offensi, omnia interturbant, & deflectunt aliud sacra oracula, Lege P A G N. & V A T A B. & nihil horum agnosces. Atqui verba Hebræa, crepent licet medijs Iudæi, & Iudaizantes omnes, hoc sonant. Quod D. Hieronymus vertit, & multo magis quod transulere Lxx, tormento ferreo torqueri non possunt, vt sonent quod vult Pagninus, & Vatablus. Sequentia verba Hebræa sic vertes: *וְהָיָה כִּי יִגְדַל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְנִשְׁמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו וְנִשְׂמַח בְּעַמּוֹתָיו* Quicunque habitabit te cum super te cadet. i. ad te veniet, & ad te confugiet. i. gentes quæ apud te habitabunt, & à te exierunt adiungentur tibi. i. Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi & omnes nationes venient ad te per Christu: An non prædictu erat per Hieremiam cap. 16. recepturam Hierusalem. i. ecclesiã forores suas maiores, & minores? & habituram eas in filias? Hoc Lxx vertere [& coloni tui erunt vel apud te habitabunt, & ad te confugient] profelyti, subaudi, de quibus sermo erat. Appellat eñ Lxx viri profelytos. i. nationes aduenientes, quas propheta nominarat forores maiores, & minores, & omnes nationes quæ à te exierant, vbi non solum decem tribus intelliguntur, sed Idumæi, Agareni, Ismaelitę & has nationes pro omnibus idolatris gētibus vsurpat. Expressere ergo Lxx sententiam, non reddidere verba, multo significantius hoc reddidit D. Hieronymus eodem tamen sensu: Aduena quondam tuus adiungetur tibi. i. qui quondam erat tuus, & à te exierat, vt dixit propheta, erit aduena. i. veniet ad te, & adiungetur tibi, vel aduena adiungetur tibi, id est, populus alienigena adiungetur tibi quondam tuus id est, qui quondam erat tuus, qui à te exierat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ecce ego creauit fabrum, & sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum & ego creauit interfectorem ad disperdendum. omne vas quod fictum est contra te non dirigitur & omnè linguam resistentem tibi, in iudicio condemnabis.

Ecce ego creauit te non ut faber ferrarius sufflans in igne prunas, & proferes vas in opus: ego autem creauit te non in perditionem interficere: omne vas factum contra te non prosperabitur, & omnis vox quæ surget contra te in iudicio, omnis eos vinces, illi autem obnoxij tibi erunt in eo.

ad perdendum ad perdendum creauit ego & in opus suum vas procudens & carbonem igne in sufflans faber creauit ego Ecce ¶ A
 הנה אנכי בראתי חרש נפח באש פחם ומציתא כלי למעשהו ואנכי בראתי משחתי לך כל
 D. Hieronymus alium sensum esse ait iuxta lectio- prosperabitur non contra te factum vas omne
 nem Hebraeam, alium iuxta editionem Lxx viro- כל כלי יוצר עליו לא יעלה
 Lectio quidem Hebraea aliter intellecta est à Lxx viris, quam à D. Hieronymo. Lxx viri le-
 gunt interroganter totam hanc sententiam sic: Ecce ego creauit faber sufflans in igne carbonē,
 & procudens vas ad opus suum? i. Nū ego creauit te o ecclesia vt faber ferrarius sufflans in igne
 carbonem follibus suis, vt procudat aliquod in strumentum ad aliquod opus suum, & postea
 facto opere abijciat instrumentum? ita ego creauit te vt vt in strumento & postea facto ope
 re abijciam te? quasi dicat, non, Non enim opus est mihi opera alicuius rei, sed creauit te ad glo-
 riam meam, vt te impertirem gloria mea, & ita pro tota interrogatione suo more Lxx viri red-
 dunt sententiam interrogationis. Itaque pro, Ecce ego, creauit faber. i. vt faber, est enim Hebrais
 mus cum subaudiuntur huiusmodi voculae. i. non ego te creauit vt faber: dixere, Nō ego te crea-
 ui vt faber ferrarius o ecclesia qui facit opus suum, vt sit instrumentum alicuius rei, & postquā
 est vñus eius opera illud corrumpit. Non ita ego te creauit o ecclesia. Deindē interroganter etiā: B
 Et ego creauit ad perdendum, & corrupendum? i. Nunquid o ecclesia creauit te ego, ad perdē-
 dum te, & corrupendum te? quasi dicat, non, sed vt impertiam te gloria mea sempiterna, &
 ita reddidere: Ego creauit te non ad perditionem. i. nō creauit te vt perdam, sed vt te gloria, & vi-
 ta afficiam immortalī. Postea [Omne vas factum contra te] non prosperabitur: congruit etiam
 cum translatione D. Hieronymi ad verbum lectio Hebraea, excepto quod D. Hieron. legit affir-
 manter, non interroganter. D. CHRYS. parenasi priore ad Theodorum lapsus epistolaris. Si
 in hoc Deus nos creasset vt perderet, iure dubitasses de propria salute. Ceterum quia non ob-
 aliud quam propter bonitatem suam, quo bonis fruamur sempiternis atque in hoc omnia facit,
 & omnia molitur vt salui, simus quis dubitationi relinquatur locus? CYRILLVS. alio
 quodam modo, vt sit sensus, non ego te reformo vt faber ferrarius reformat vasa sua in melius
 vt postea tamen perdantur, sed reformatione quadam spiritali, de qua Dominus Nicodemo
 Ni si quis renatus fuerit, &c. quæ etiam sunt optime dicta. Omnis vox quæ confurgit contra te
 iudicio, eos condemnabis. i. condemnabis o ecclesia in die iudicij omnes eos, quorum lingua C
 & vox surrexerit aduersum te. Ad didere de suo Lxx hæc verba: Obnoxij tui erūt in ipso: quæ
 non sunt expungenda, addūt enim multa vt docent veteres patres, quæ pertinent ad explana-
 tionem scripturæ, quæ citant etiā ipsi apostoli, & euangelistæ vt ostendimus. Ergo Obnoxij tui
 & in ipso. i. in ipso iudicio erunt, qui tibi aduersati sunt, & condemnabuntur in ipso iudicio po-
 stremo: Sed Latinè legitur in ipsa quod iudicium Græcè foemininum est, & Latinus interpres
 parum hunc locum intellexisse videtur & est hic admirabilis locus de die iudicij, neque quis-
 quam aliter hunc locum intelligere potest, si Græca Hebræis, & Hebræa Græcis contuleris: &
 sic hunc locum explanat CYRILLVS. quanquam hæc postrema verba nescio quomodo non est
 assecutus. Nam dici non potest quanta lux sit ad intellectum scripturarum, si Hebræa cum La-
 tinis, & Græcis translationibus conferas. Quo præsidio defecti nostri maiores si quando hal-
 lucinentur, mirandum non est. Tralatio D. Hieronymi sic explanabitur [ego qui creauit fabrū
 sufflantem in igne prunas] hoc est diabolus omnium malorum artificem nō necessitate nat-
 uræ sed mentis arbitrio, qui suscitabit incendia & proferet contra te vasa quales fuere. hæreti-
 ci & hominum pestes, ego creauit interfectorem eorū vt ex hac pugna oppugnatoribus eccle-
 siæ perditio sua culpa, tribulationem patientibus ipsa patientia sit causā præmiorū, omnes qui D
 contra te à fabro sufflante sunt fabricati o ecclesia non prosperabuntur.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Hæc est hæreditas seruorum Domini Est hæreditas seruientibus Dño &
 Es iustitia eorum apud me dicit Dñs. vos eritis mihi iusti dicit Dominus.

A. THAN. de fide Trinitatis & vnitatis Deus ait à me iustitia eorū & Dei seruorū hæreditas Hæc
 lib. i. hunc locum explanans, Dominū זאת נחלה עבדי יהוה וצדקתם מאתי נאם יהוה
 sanctorum hæreditatem esse dixit, vt ait, inquit, Esaias instruens nos post huius sæculi exitū
 esse hæreditatem & vitam sempiternam, his verbis, Est hæreditas colētibus. Deum sic Hieron-
 quæ non sapius cito quod legentibus ad manum est. verba Hebræa hoc idem planius sonant
 quæ ad verbum sic reddes hæc hæreditas seruorū Dei hæc. s. quæ descripta est superius in his
 quæ di-

A quæ dicta sunt supra de aurea & gēmea Hierusalē, nā reliqua veluti per parēthesim sunt inter-
 posita, postquē dixerat sanctos futuros velut iaspides, & sapphiros. crystallos, nosque cohör-
 tatus est, vt abstinere ab omni specie peccati, vt tãto bono potiri possimus, & vêturas ad
 tãta præmia nationes oēs prædixerat, interiecto veluti per parēthesim epiphonemate quodā
 nō enim (inquiēs) creauit te ad perditionē, sed vt te afficeret gloria sempiterna, vnde in iudicio
 tu vinces, & qui tibi aduersantur dānabūtur. Claudat totā sententiā hoc sine. Hæc ergo sint præ-
 mia seruorū Dei, & hæc illorū est hæreditas, hæc in quā quæ hoc capite descripta est. Quod au-
 tē sequitur [& iustitia eorū apud me], Hebraicè dicitur: Et iustitia eorū à me. i. ego illos iustifi-
 cabo, quia omnis iustificatio à Deo est. Lege quæ supra sunt adnotata ex AVG. & CHRYS. in
 illa verba: Vniuersos filios tuos doctos à Dño. ergo [iustitia eorū apud me]. i. ego iustifico, ego
 traho ad fidē, & int^o & foris fideles. hoc Lxx dixere [vos eritis mihi iusti]. ego iustificabo vōs.

IN ESAIAE CAP. LV.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.
 Omnes sitientes venite ad aquas, et Heu qui sititis, venite ad aquam, &
 qui non habetis argentum, properate, quotquot non habetis argentum,
 emite, et comedite. euntes, emite & comedite.

REGOR. Nazianz. in sanctum baptisma, hunc locū de eo explanat. Si sine labore, sine
 negotio vllō tanto bono tibi licet potiri, cuius dementia est tantum bonum differre.
 Qui sititis (inquit) venite ad aquas, sine argēto, sine pretio] o benignitate, & liberalitate admi-
 rabile! o commercij singularē facilitatē! ipsa voluntas accipiēda est tibi pro maximo precio,
 sitit Dñs sitiri, potū caelestē propinat, his qui tantum volunt bibere, beneficiū accipit, qui tan-
 tum petit. Beatus, qui seminat super omnem aquā, & super omnē animā, recens aratro proficif-
 sam, & irrigatā, quam bos & asinus calcat. cum ante terra inculca esset, & sine aqua, implicata
 C irrigationabilitate, & beatus qui potatur hac aqua, & ex torrente, & agro, qui funes peccatorum
 ferebat, ager Dñi fit, & fert fruges Dño. CLEM. Alexand. in protreptico, siue exhortatorio, hu-
 ius loci sensum putat, vocari omnes ad sacrū baptisma, & polliceri Dñm omnia bona his, qui
 hoc tantum bonū sitierint sine vllō precio, & ea bona quæ nec oculus vidit, nec auris audivit.
 Lege eundē CLEM. Stromaton lib. i. in princip. ויך, vox Hebræa, aduerbiū vocantis, vt vertit
 D. Hieron. aut dolentis, & miserātis est interiectio, vt apud nos, heu, eheu, veh, & sic Lxx: Veh,
 siue eheu, tanquā Dñs miseris generis humani videns, miseratus nostros labores, dicat vt pa-
 ter indulgētissimus [Heu sitietes, venite ad aquas. & sic Lxx totā hanc oconomia redēptionis
 vt supra adnotatū est, semper vocant eleemosynā. i. misericordiā. & vbicunq; Hebraicè est, iu-
 stitia, qua credentes, Dñs iustificabit, aut similis aliqua vox ferē pro iustitia reddūt misericor-
 diā. Dñs ergo ad aquas spiritus sancti, flebili voce omnes inuitat, vt in euāgelio: Venite ad me
 omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos, Matth. 11. Lege AVG. de tempore ser-
 monē. 48. dominica. 5. post octauas epiphanię. vbi disceptat hęc quæstionē, de intellectu huius
 loci: Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Et in cap. 8. Ioann. tract. 34. præcipuē tamen, his eis
 D dem verbis Dñs nos inuitat Ioan. 7. cum in nouissimo die magno festiuitatis, clamabat dicēs:
 Si quis sitiat, veniat ad me, & bibat. D. Ioann. Apocal. 22. Ego sum radix & genus Dauid, stella
 splēdida, & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt: Veni, & qui audit, dicat veni, & qui sitit ve-
 niat, & qui vult accipiat aquā vitæ, gratis. Quod autē emere iubentur absq; argento, & pretio,
 & tamen emere ex alio loco intelligat, vbi dicitur: Vadit, & vedit vniuersa quæ habet, & emit
 agrū illū. i. sacras literas, vbi gemma preciosissima est Christus Dñs. reliquit omnia, & sequit^o
 est Dñm, abdicauit vitia, prauas cupiditates exiuit, relictis prauis cupiditatibus, & libidinitibus,
 altius sese gerens terrenis bonis Dñm sequutus est, hoc argēto, & hoc auro emitur, quod PLA-
 TO etiā ex locis scripturæ mutuatus, vt diximus, aurum & argentum caeleste nominat, non
 emitur ergo auro & argento terreno, hoc tantum bonum, neque emitur virtute quæ aurum,
 & argentum caeleste dicitur: datur enim gratis hoc tantum bonum, datur gratis omnis virtus,
 & aurum & argentum caeleste, vt vendamus omnia, quæ habemus, & sequamur Christum.
 Cura autē dicat [properate, & comedite] infra dicendū est. Lege CHRYS. tom. 5. homel. 5. de
 Ggg poenitentia

pœnitentia propè finē. & quomodo ematur, pete ex AMBR. in lib. de Ioseph patriarcha, cap. A 7. in fine, sed huius loci interpretationē pete ex Ambros. libro de Helia & ieiunio cap. 10. illud summo operè notandum est, D. Hieronymū in apolog. aduersus Ruffinum lib. 2. sub finē, bis repetere quatuor illos locos scripturæ: Ex Aegypto vocaui filium meū. & Quoniam Nazareus vocabitur. & Videbunt in quem compunxerunt. & Flumina de ventre eius fluent. Et in præfat. in Pétateuchū Mosis, eosdē locos inculcare, & negare reperiri in trāslatione Lxx, pro quibus possemus locos mille opponere, vbi Christus clara luce rutilat apud Lxx, quod paraphrasin euangelicā faciant Lxx, qui toto hoc libro apparent. Et de Nazareo alibi diximus. De alijs locis veteres patres scripsere, de quibus alibi dicemus. Nunc de hoc loco: Flumina de ventre eius fluent. quē pollicetur quidē D. Hieron. se demonstraturū, vbi legatur & demonstrat quidē: locus tamen hic non comparet vsq̄, nempe quod Christi sententiā sit, vt intelliges ex CHRYS. in cap. Ioan. 7. homel. 50. Notandū tamen, verba illa: Secundum scripturas, quod cū bonavenia D. Chrysofomi dictū sit, parum in intellectu mihi videri. D. Chryf. Consequēs eū erat, vt si diceret, sententiā Christi esse verba illa: Flumina de ventre eius fluent. & verba illa ita esse distinguēda, vt hæc oratio tota: Flumina de ventre eius fluent. apparet Christi sententiā esse: cōsequens (inquā) erat, vt superiora sic distingueret: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, vt illud: Sicut dicit scriptura, referatur ad hunc locū Esaiæ: Omnes sitientes venite ad aquas. & illū citet Dñs per se, & de se interpretetur, & dicat: Si quis sitit veniat ad me & bibat, sicut dicit scriptura Esaiæ: Omnes sitientes venite ad aquas: & addidit Dñs: Qui credit in me, quasi dicat, quod dictū est de ijs, qui credūt in me. Et hæc distinctio est in codicibus Græcis, mirorq̄, D. Chrysofomū hæc nō vidisse. Neq̄, hūc intellectu quicquā impedit, nisi verba illa adiecta à Dño: Qui credit in me, quæ adiecit Dñs, vt ostenderet verba hæc Esaiæ, de credētibus in se esse dicta. Nam si tantū dixisset: Si quis sitit, veniat ad me, sicut dicit scriptura, nemo dubitasset verba hæc Esaiæ citata esse à Domino. adiecta illa sunt: Qui credit in me, vt de se dicta verba hæc ostenderet Dominus.

De regene
ratis i chri
sto, quo
lacte fidei
les lactet ec
clesia sun
sta, & de
hoc vino et
lacte, Clea
mēs Alex.
padag. pri
mo cap. 6.
diuinit plu
rimis ver
bis.

Venite, emite absq̄ argento, et absque
ulla commutatione vinum, et lac.

Ambulate, & emite sine argento, & pretio vinum, & adipem.

lac est, & butyrū, & ita reddidit D. Hieron. cū dixit [vinū & lac] cū alijs verò punctis, significat adipē, & pinguedinē, & leētissimū, ac optimū cuiusq̄ rei, vt docent Hebræi, & sic Lxx [Emite sine argento, & pretio, vinū, & adipē] vt vocet Dñs ad vinum, & adipē. i. ad sanguinē suum, & vitulum saginatū, hoc est, ad sacratissimū Eucharistię sacramentū. Multis enim modis hoc sacrosanctū sacramentum in scriptura nominatur, si hæretici haberent aures. Lege AMBR. de institut. virginis cap. 13. & de fide lib. 1. cap. 7. & de spiritu sancto li. 3. c. 18. in fine.

Quare appetitis argenti nō in panibus, et laborē vestrū nō in saturitate?

Quod Lxx dixerē [Quare æstimatis argēto nō in panibus?] ex lectione Hebræa explanādū est. Pro: Quare æstimatis argēto nō panē? vel: Quare emitis argēto non panē? est enim Hebraismus. PLATO cū alijs locis pluribus, tū. 6. de Repub. hunc locū videtur esse mutuatus, vbi: Is (inquit) qui benè natus est, & qui verè amator est disciplinarū, nō hærebit in his bonis, quæ vulgus admiratur, quæ nō verè satiāt, sed perget porro ire, nō de lassabitur, sed mistus verò enti. i. cōplexo animo verū ens. i. Deū, verè viuēt, verè nutrietur, verè satiabitur, &c. Quod Dñs hoc loco dixisse videtur [Quare emitis argēto, nō panes] i. bona quæ nō satiant, quærite Deū, & Christi sacramēta, quæ verè satiāt. Et lib. de Repub. 11. vbi probare vult, voluptatē esse expletionē, quod refutaret in Philebo, & alijs locis, vndè sua omnia in. 6. Moraliū ARIST. est mutuatus, illo tamē loco docet, veteres benè sensisse, voluptatē esse expletionē, nō tamen cibi aut potus, aut libidini: de quibus rebus pleriq̄, mortaliū, pecudū ritu proni in terrā, & in mensas decertāt, calcib⁹ se mutud impetētes, & cornib⁹ ferreis cōcurrentes, q̄ his bonis satiari nō possint, quib⁹ quātō magis se cōplēt, tātō esuriūt magis, vt qui fame enecti, cum in somnijs epulātur lautē & opiparē, suscitati somno, nihilominus esuriūt acriter, nā hoc quoq̄, mutuat⁹ est Plato ex Esaiā ppheta, quāq̄ ipse Stesichorū citat. Ait ergo Plato reētē sensisse veteres quos alibi reprehēderat, cum prodidēre voluptatē esse expletionē, q̄ voluptas verè sit expletio, nō harum

A harū rerum sed cælestiū. Quando igitur anima cōpletur Deo, quod verū ens est, & verū bonū essentia, tunc verè satiata est, tunc vera voluptatē delibuta, cū plena donis cælestibus, cū omni virtute, & Deo est referta. De hoc loco GLEM. Alexand. Stromaton lib. 1. Egege questionem notatū dignam apud AVG. tom. 10. serm. primo dominicæ 5. post octauam epiphaniæ in illa verba. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.

Audite audietes me, et comedit e bonū, et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurē vestrā, et venite ad me, audite et viuet anima vestra.

Audite me, et comedite bona, et delectabitur in bonis anima vestra. Attendite aurib⁹ vestris, & sequimini vias meas, audite me, & viuet in bonis anima vestra.

Vocat Dñs homines ad esum verorū bonorum [Audite me, & comedite bona illa] de quibus diximus superiori commentario, sacramenta. f. [Delectabitur in crassitudine anima vestra] interpretatur Lxx [Delectabitur in his bonis cælestibus anima vestra] vt crassitudo illa sit bonorum cælestiū vbertas, quæ distentus animus vera affluit vbertate. [Inclinate aurē vestram] interpretatur Lxx [Audite auribus vestris.] [Venite ad me] explanat. i. sequimini vias meas, quod id sit venire ad Dñm, & comedere vera bona, quod sequi vias Dñi. Pro [Viuet anima vestra] reddidere Lxx [Viuet in bonis anima vestra] Hoc est enim illud quod supra diximus scripsisse PLATON. lib. 6. de Republ. quod coniuncta Deo, & bonis cælestibus anima, tunc verè viuēt, vera diffluit voluptate, quæ iccirco cito, vt appareat quæ admiratur in philosophis eos è sacris literis esse mutuatos.

Et feriā vobiscum pactū sempiternum. Et ponā vobis testamentū æternū.

Ilus HIER. in quæst. Hebraicis in illud cap. 17. Genes. Ecce testamentū meū tecū, & eris pater multitudinis gentiū. Notandum dicit, quod vbiq̄, in Græco, testamentū legitur, vbi in Hebræo sermone sit fœdus, siue pactū, id est פְּרִית, eademq̄, hæc verba repetit lib. 2. in cap. 3. ad Galat. interpretans illa verba: Hoc autē dico testamentū: Si quis diligēt(er) inquis, Hebræa volumina, & ceteras editiones cum Lxx tralatione contulerit, inueniet, vbi testamentum scriptū est, non testamentū sonare, sed pactū, quod Hebræo sermone dicitur פְּרִית, excusatq̄, Paulū, quod eo loco reddiderit testamentū. Visum est mihi hoc non prætereundū silentio, quod nemo ex veteribus patribus excusandū D. Paulum esse putarit vnquā, sed laudandū & gloriandū, de quo sic omnes loquuntur, Paulus ille in quo Christus loquitur, Paulus ille raptus in tertium cælū, qui vidit arcana Dei, optimus scripturæ interpres. Nec eo loco tantū D. Paulus פְּרִית, reddidit testamentū, sed semper sic nominat, quod Hebraicè פְּרִית, dicitur, vt ad Galat. 4. Hæc duo sunt testamentū, & tanto melioris testamenti mediator effectus, ad Hebr. 7. & 8. & 9. Et apud hūc Esaiā cap. 59. berith, quod reddidit D. Hieron. Hoc fœdus meū cum eis, reddidit D. Paulus ad Hebr. 11. Hoc eis à me testamentū, dixit Dñs. Et quod est apud Hierem. cap. 31. Consummabo super domū Israhel pactū nouū, reddidit idē Paulus ad Hebr. 8. testamentum nouū, vbi Hebraicè est פְּרִית. Nec vsquā aliter, aut D. Paulus, aut apostoli, aut euangelistæ hanc vocē, berith, vertunt, quoties loca scripturæ citant, vbi ea vox est: non ergo Lxx causa agi videtur, sed euangelistarū aut apostolorū, & totius ecclesiæ, quæ testamentū, vetus, & nouū nominat: & sic appellat quod Hebræi vocant פְּרִית, quod negat D. Hieron. vertendū testamentum, sed pactū, & fœdus. Ego vtroq̄, modo reddi posse contendo, & vt reddidit D. Hieron. fœdus, & pactū, & multò meliūs, vt vertēre Lxx, & apostoli, & euangelistæ, testamentū. Et Genes. cap. 17. vbi D. Hieron. vertit: Et statuam pactū meū. & vbi vetus testamentū datur Abraham & eius posteris. Et Exodi cap. 24. vbi, volumen fœderis legitur, & datur vetus testamentum Iudæis, semper hæc est vox, berith, quam reddunt Lxx, testamentum: D. Hieron. fœdus & pactum, eodem quidem sensu, nisi negaret locis citatis posse verti testamentum, quod præter Lxx seniores, nullus sit qui hanc vocem vertat, testamentum, quod libenter largiar D. Hieronymo, quod Iudæi interpretes, nomini Christiano offensissimi, & nomenclaturis & rebus ipsis nobis obstrepunt, & aduersantur, & quod nos testamentum appellamus nouum & vetus ipsi negant nouum & vetus appellandum testamentum, vt in vocibus & nomenclaturis, non solum in rebus nos errare ostendant, quod vel indè liquet, quod PHILON Iudæus in lib. quē

inscripsit, De his qui obtulere Cain & Abel, Berith, vertit *ברית*, i. testamentum, cum inquit A ut statueret testamentum, quod iuravit patribus nostris. & subiicit: Testamentum autem Dei est, & c. neque aliter vquam Philon hanc vocem Græcè reddit quàm vt Lxx, quod eo tēpore initio nascentis ecclesie, non præfixerant sibi iudæi hunc scopum, vt aduersarentur Lxx senioribus, quod nondum intellexerant Lxx euangelica & apostolica verba sonare, & Iudæorum damnare causam, & vt in lexicis Complutenf. in dictione *ברית*, leges, iudæi rabini varia sentiunt de significatione, & etymologia huius dictionis, berith, & quidam putant vocem esse deductam à verbo *ברר*, quod significat fecare, & scindere, eligere, & multa alia. Vt hi Rabini iudæi addiunt, non audietur Philon iudæus, qui testamentum vertit, si testimonio iudæorum agendum est? Quanquam quid moramur iudæos, vbi Paulus doctissimus Hebræi sermonis est, qui sic semper vertit, vbi apostoli sunt & euangelistæ, vbi vniuersa catholica ecclesia. Nam D. Lucas illud idem pactum circumcisionis, quod Dominus statuit, Genes. 17. appellat: A et. cap. 7. testamentum circumcisionis: vbi quod D. Hieron. nominat pactum, appellat Lucas, testamentum: vt circuncidatur caro præputij in signum foederis, aut vt Lxx vertunt: In signum testamenti, quod idē Lucas dixerat: Memorari testamenti sui sancti: cum de eodē pacto mentio ibi fiat. B

Testamentum esse idē quod iudæi vocant, berith, quæ vox Hebræa vertitur pactum, & rectius testamentum.

Neq; causabitur quisquā D. Lucam Hebræe lingue fuisse rudē, cum ore D. Lucæ spiritus sanctus sit loquutus: neq; Matth. cap. 20. & Marc. cap. 14. sanguinē noui testamēti dixissent, nisi vetus testamētū appellaretur, cuius relatiuū, nouū testamētū est, neq; vetus testamētū appellari posset, nisi *ברית*, testamētū verteretur optime: & vetus, & nouū testamētū, apud Esaiam cap. 59. planius apud Hieremiam cap. 31. *ברית*, nominatur, nec aliud apud Hebræos nomen est, quo vetus aut nouum testamētū Hebræicè nominetur, quàm *ברית*, & arca foederis, quā appellat D. Hieronymus, Hebræicè dicitur *ארון ברית*, Numeror. cap. 10. in fine. & cap. 14. prope finē, & Iosue cap. 6. quoties reperitur, arca foederis, Hebræicè est: *ארון ברית*, & non solum Lxx vertunt semper, arca testamēti, sed & Ioannes Apocal. 11. *ארון ברית*, arcam testamēti, cum Lxx viris nominat. Nego, nego, inquam, apostolos aut euangelistas, vnquam hanc vocem vertisse foedus, aut pactū, sed testamētū, & ecclesiā catholicā vniuersam sic nominare, vnde *ברית*, reddemus quidē cum D. Hieron. foedus aut pactū: multo melius autem cum euangelistis & apostolis, testamentum, & cum vniuersa catholica ecclesia, quæ vetus & nouum appellat testamētum. Cur testamētū vetus, & testamētum nouū dicatur, LACT. lib. 4. cap. 20. ex Paulo mutuatus, siue Berit, à Bara. i. eligere dicatur, quod sit uolūtas, & electio testatoris, siue à Bara. i. feco, scindo, occido, quod testamētū Dei sanguis testis est, quod docet AMBR. in cap. 11. Pauli ad Corinth. in illa verba: Mortem Dñi annunciantes. Et de Cain & Abel idem AMBR. cap. 7. testamētū dicitur, quoniā sanguine dedicatū est, vetus in typo, nouū in veritate. Nec D. Ambrosius hoc dicit quod Latina vox id significat: sed quod Hebræa vox, berith. i. testamentum, id sonat, vt enim leges in dictione, Berith, in thesauro, berit Hebræi auctores sunt, ait R. Dauid, qui dicunt dici à bara, succido, deductū esse. Et auctor lexicis Complutenf. ab occidēdo deductum, indē probat, quod berith, siue pro pacto, siue pro testamento, semper cum verbo, per

Idem significat testamētū Latine, à testando, & dicitur Græcè, à disponēdo.

cutio, aut ferio, reperitur, vt Hierem. 31. Ecce dies venient, & feriam testamētū nouū, significat etiam eligere, quo voluntas, & electio Dei donandi nobis omnia cum Christo nouo testamento appareat: nam qui filio suo pro nobis non pepercit, quomodo cum illo non nobis omnia donabit? & significat, comedere, quod sit pabulū animæ, sanguis hic percussus Christi: TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. Vetus testamētum (inquit) temporale significatur, dum mutabile ostenditur, & dum æternitatem de secundo pollicetur, nam qui dixerat per Hieremiam: Perficiam domui Iacob testamētum nouū, non secundum testamētum quod disposui patribus eorum. Per Esaiam dixit: Audite me, & viuetis, disponam vobis testamētū æternū, adijciens: Sancta & fidelia Dauid, vt id testamētū in Christo decursurū significaretur, qui ex genere Dauid secundū Mariam in virga de radice Iesse processurus, figuratē prædicabatur. Et idē TERT. aduersus Marcionem lib. 3. c. 14. dixerit, hūc locū interpretans, Christū ex hoc loco intelligere debes, qui ex Dauid carnali fuisse processurus, figuratē prædicabatur, de hoc em̄ promisso iuratur in psalmis Dauid: Ex fructu ventris tui collocabo super thronū tuū; quis iste venter est? ipsius Dauid? non utique, nec em̄ pariturus esset Dauid, sed nec vxor eius, nec enim dixisset: Ex fructu ventris tui, sed ex fructu ventris vxoris tuæ, ipsius autem dicendo ventrem, superest vt aliquem de genere eius ostenderit, cuius v̄tris futurus esset fructus caro Christi, quæ ex vtero Mariæ floruit, ideoque fructum ventris nominauit tantum, vt proprie ventris,

A ventris, quasi folius ventris, & non etiam viri, & ipsum ventrem ad Dauid redegit, tanquam ad principem generis. Itaque in Christo noua dispositio inuenitur hodie. i. nouum testamētum; nam TERTVL. testamētum, nominat dispositionem, & pergit dicere Tertul. [hæc dispositio] i. hoc testamētum erat, quod tum creator pollicebatur, cum dixit: Religiosa & fidelia Dauid, appellas religiosa & fidelia Dauid, quæ erant Christi, quia Christus est * Dauid, imò ipsa erit caro ei, religiosa & fidelia Dauid, caro sancta religione, & fidelis ex resurrectione. Lege de hoc loco, & sequentibus, eundē TERT. eodem loco attende, li. namq; 3. cap. 14. hæc pluribus explicat. Et IVST. in dial. aduersus Tryph. de testamēto nouo, locū illū citat Hierem. cap. 31. Disponā domui Iacob, testamētū nouū, non secundum testamētū quod disposui patribus eorum. & subiicit: Si Deus testamētū nouū pollicitus est, idq; in lucē Gentium, videmusq; illud promulgatum, nonne Christi Iesu crucifixi, hoc testamētū esse apparet? & nationes, & gentes, relictis idolis ad id accurrisse? quis non intelligat hanc esse nouam legē, quæ est à prophetis prædicta? & hoc esse nouum illud testamētum toties præsignificatum? & hanc esse apud prophetas tam nobilitatam gentium expectationem? hoc esse quod Esaias dixit: Audite me, & viuet anima vestra, & disponam vobis testamētum æternū. EVSEB. quoq; Cæsariensis lib. 2. euang. demonst. cap. 23. hoc vtitur testimonio, ad probandum aduentum Christi, & vocationem Gentium. Ita hunc locum explanat D. HIER. idem enim significat pactū, & foedus, quod testamētum. Queror tamē, conuelli veterum patrum auctoritatem litteris euangelicis & apostolicis constabilitam. Ergo Berith, semper ab apostolis & euangelistis redditur testamētum, & quid sit à D. Paulo explanatur cap. 9. ad Hebræos. Dicitur à bara, occido, vt dixi, quoniā sanguine dedicatum est vetus in typo, nouum in veritate, vt pluribus eo capite docet Paulus, & dicitur à bara, eligo, quod sanguis Christi est pignus electionis Domini. Si em̄ proprio filio nō pepercit, quomodo cū illo non omnia nobis donabit quos elegit à constitutione mūdi? Significat etiam comedere: agnus enim immaculatus occisus est, suauissimus animorum pabulus, dicitur à quibusdam Berith, à barar. i. à purificare, & mundare, quod sanguis Christi mundat mundi peccata, & sanguine Christi mundamur à peccatis.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Miseriordias fideles Dauid. Sancta fidelia Dauid.

Q uod D. Hieron. conuenienter Hebræe lectioni reddidit [Miseriordias Dauid fideles] vertere Lxx [Sancta Dauid fidelia] de cuius intellectu dictum est superius. Hunc locū citat D. PAVL. in actis Apost. cap. 13. iuxta translationem Lxx, & explanat de sacro sancta resurrectione: idemq; cum illo significare docet: Christus resurgens à mortuis, iam nō moritur. vt sit: Dabo sancta Dauid fidelia. i. dabo sanctum Dauid, hoc est, sanctum corpus Domini ex genere Dauid [fidele] i. incorruptibile, quod non debeat reuerti in corruptionē, vt ait Paulus. Innuitque Paulus, pluralem numerum pro singulari poni, more receptissimo apud Hebræos, sancta fidelia, pro sanctum fidele, & [Dauid] pro Christo, quod ex eius semine natus est ex sacra virgine de spiritu sancto. Subiungitq; idem esse cum illo: Non dabis sanctū tuum videre corruptionem, & cū de Dauide non possit intelligi, concludit necessariō de Christo esse intelligendum, argumento ex disunctionibus, aut hoc, aut illud: non hoc, illud igitur. Fidelia, Hebræicè dicitur, neeman, fixa, firma, stabilia, sempiterna. Videndum tamen, cur pro [Miseriordias Dauid fideles] quod vertit D. Hieron. ad verbum ex Hebræa lectione, Lxx reddiderint [Sancta fidelia Dauid] Millies repetitum illud est, moris Lxx viris vt sacra sententia pandant, paraphrasin ex alijs scripturæ locis facere, vt alijs locis scripturæ lucem afferant alijs. Cū igitur psal. 88. dicatur: Miseriordias Domini in æternum cantabo. vbi Dauid ait decantaturum se miseriordias Dñi in se editas. Subiungit statim, quæ sint illæ miseriordias illis verbis: Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo. Quemadmodū enim ergo ipse spiritus sanctus hoc psal. Miseriordias Dauid. explicat. i. promissione factā Dauid, quod semen eius in æternū manebit, & quod thronus eius sicut sol in conspectu Dñi: sic Lxx hoc loco, Miseriordias Dauid fideles, interpretantur [sancta Dauid fidelia, & sempiterna] i. fideliter cōplebo sancta Dauidis promissa, quod semē eius sempiternū, sit resurrecturū & mansurū, dabo sanctificationē Christi sempiternā & gloriosam resurrectionē, quæ nunquā reditura sit in corruptionē, vt interpretatur D. Paulus. Sic hæc paraphrases factas ex alijs scripturæ locis à Lxx viris probant apostoli & euangelistæ, vt eas citent pro diuinis responsis, quo argumento Augustinum diximus velle ostendere in sanctu

* dilectus, id enim sonat Latine Dauid, dilectus pater.

D. Paulus citat translationē Lxx, vbi nō translatio est sed commentarium, et metaphrasin.

Spiritus sancti translationem Lxx esse factam; cum ex æquo euangelizæ & apostoli citent eum A Hebræa lectione hæc commentaria & has paraphrases Lxx viro- rum, ubi non redditur ad verbu Hebræa lectio, sed pro interpretatione fit scholium. Sensus est ergo: Feriã vobiscum pactum, vel, disponam vobis testamentum, & disponam misericordias Dauid fideleis. i. sancta scilicet promissa Dauid, de resurrectione, & de folio, quod vt sol futurũ est in conspectu Dñi, fidelia, i. rata & completa. Hæc & sequentia TERT. explicat lib. 3. aduersus Marcionem cap. 14.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce testem populi dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce testimonium gētibus dedi eum, principem, & præcipientē gentibus.

CYPRIAN. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 21. hoc loco præsignificatũ putat, quod gentes in Christũ credituræ essent, quod supra ostendimus sensisse EVSEB. Cæsariensem, TERT. & IVST. Cyprianus sic hunc locũ legit cum D. Hieronymo: Ecce posui illũ testē nationibus, manifestavi principem. & imperatorem gentibus. Sed lectio Hebræa 79, testem significat, vt tumulus iste testis erit, Genes. cap. 31. & testimonium, vt Exodi. 20. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Vnde D. Hieron. hoc loco reddidit [ecce testē populi dedi eum] Lxx viri diuinitus, mea quidē sententia, vertēre [ecce testimonium gentibus dedi eum] quem locũ intelliges ex AVG. in psal. 118. concione. 6. in illa verba: In via testimoniorũ tuorũ, &c. vbi viã testimoniorũ Christũ esse ait, quia testimonia Dei sunt (inquit) quibus quantũ nos diligit, nobis probare dignatur: commendat enim suã charitatē Deus in nobis, quoniam cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Euidens testimoniũ ergo diuinæ erga nos dilectionis, & viã testimoniorũ Dei Christus est: ergo posuit Dñs Christũ testimoniũ gentibus, quia cū videmus proprio filio non pepercisse Deum, sed pro nobis omnibus tradidisse illum, illũ habeamus testimoniũ, quo certum habeamus cum illo nobis omnia esse donanda. Eodem spectat D. AMBR. ferē in eundem psal. ferm. 5, in illa verba: Da mihi intellectum. vbi testimoniũ magnũ Dñm Iesum nominat, quod ille sit finis testimoniorũ, & legis, vt sit: Posui illũ testimoniũ. i. significatũ testimonijs omnium prophetarũ. Posui illũ testimonium gentibus. i. significatũ gentibus illũ esse, quē testaretur omnes prophetiæ. vt testimonium accipiatur passiuè, cū pro Christo accipitur, vt sit: Testimonium. i. Christus, significat? testimonijs veterum patrũ. ISYCH. in Leuitic. lib. 1. in principio, eodem spectare videtur quò Ambros. Et CYRIL. de spiritu & litera. EVSEB. Cæsariens. demonstr. euang. lib. 6. cap. 13. interpretans locum Michæ, qui eodem spectet, idem sensisse videtur cum August. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 3. hoc loco probat venisse Christum, quod signa omnia aduentus Christi completa vident omnes, videmus nationes de errore generis humani emeruisse, reliquisse idola, ad creatorē suum esse reuocatas per Christum, videmus prophetias illas esse cõpletas: Dabo tibi gentes hæreditatem tuã. ecce testimoniũ eum posui nationibus. Et de Trinitate lib. vno: In hunc Christũ (inquit) credituras gentes, prophetatum erat per Esaiam. [Ecce posui eũ in principem, & præcipientem nationibus] Idē hoc significat translatio D. Hieron. [Dedi eũ testem populis] i. dedi Christum populis testem paternæ charitatis, qui proprio filio non pepercit, vt interpretatur AVG. & testem complendorum promissorũ Dei, vt diximus. Et [dedi eum testem] i. testatum à prophetis, vt explanat AMBR. & alij. THEOD. Testimonium vocat (inquit) Christum. Aut secundum Aquilam, & Theodotionē: testem, quod testatus apud omnes gentes, est de futuro iudicio, & de flamma gehennæ, vt valeat hic Canon sæpē repetitus, vt unque hoc loco significari.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Ecce gētes, quã nesciebas, vocabis: et gētes quã nō cognouerūt te, ad te currēt propter dñm Deũ tuum, & sanctũ Israel, quia glorificauit te. Ecce gētes quę nō sciūt te, inuocabũt te: et populi qui nō cognouerūt te, ad te confugiēt, ppter dñm Deũ tuũ, & sanctũ Israel, quia glorificauit te.

LXX. hæc ad Christum referunt [Ecce gentes quæ te non sciunt, inuocabunt te] & his verbis, simul cū illis cap. 32. quibus nō est nunciatũ de eo, &c. vsũ sunt veteres patres ad probãdu Christũ venisse, quē prædictũ erat, oēs gētes ad se tracturũ, vt scimus Christũ ad se traxisse omnes gentes, & his diētis vrgebant Iudæos nostri maiores, cū res esset confessã, & viderent Iudæi

A Iudæi intra breuissimum tempus, ad Christum totum orbem fuisse conuersum, & lectio Hebræa non repugnat, quæ hæc est:

Hoc interest inter translationem D. Hieron. & interpretationem vocabit sciuit non gens Ecce Lxx, quod D. Hieron. 71, masculinum facit, & ideo verbum, voca- בְּרַחֲמֵי הַיְהוָה לֵאמֹר לְךָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ בְּרַחֲמֵינוּ, non putauit referendum ad gentem: Lxx viri retulere ad verbum fœmininum, vocabit te: indicant enim, quanuis hoc nomen masculinum sit, fœminino genere reperiri aliquando. De genere vnus vocalæ, maior ne habenda fides vni rabino impio, qui docuit literas Hebræas D. Hieronymũ, quàm Lxx viris, qui non docti Hebræas literas, sed nati sunt Hebræi? Ergo lectio Hebræa verti potest ad verbum: Ecce gens quæ te non nouit, vocabit te. Vides quo pacto Lxx testes trecentis annis ante Christum passum, hoc explanauere de nationibus ad Christum com meaturis, quod præcipuum signũ erat eius aduentus, quod maiores nostri testabantur. Vides maiores nostros non falsis vlos testimonijs, quod Iudæi nobis obijciunt ad conuersionem gentium? THEOD. Ad quem hæc possunt referre Iudæi? quem inuocauerẽ gentes & nationes? ad quem accurrere populi? illi quidem non possunt hæc ostendere. Nos videmus hoc re esse completum, & videmus illum quem nationes ignorabant, toto orbe adoratum, quem Iudæi, cū versaretur inter eos, repudiarunt, sed IVST. EVSEB. AVGVST. & alij, hæc & similia millies citant, nec interpretatione putant egere.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Quærite Dñm dum inueniri potest, inuocate eũ dum propè est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et reuertatur ad Dñm.

Quærite Dñm, & cū inneneritis eum, inuocate quando autē appropinquauerit vobis, relinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, et conuertat ad Dñm.

CYRIL. in Ioann. lib. 4. cap. 25. Nunquã in fordido vasculo pretiosissima immittuntur vnguenta, iccirco Esaias mundari primò iubet eos, qui Christo per fidem volunt adhærere, à peccato, & à præuia iniquitatis via remouet eos, qui peccatorum remissionem consequi volunt. Et idem CYRIL. in Ioann. lib. 5. cap. 8. Cū Christus (inquit) ad patrem sit rediturus post passionē, monet per Esaiam, ne sint negligentes ad eum quærendum, cū præsentem se exhibet: prænunciat quidem, quod cū abierit, magno quidem desyderio quærent eum, petentes videre vnum diem filij hominis, &c. CYPR. ad Quirinũ lib. 3. cap. 11. Quærite Dominũ, & cū inueneritis inuocate eum (inquit) i. qui fidem assequutus est Christi, cælestia tantũ, & spiritalia cogitare debet, neque attendere ad seculum, cui iam renunciauit. AVG. in psal. 104. in illa verba: Quærite faciem eius semper, si fide inuentus Dñs, non adhuc quærendus esset, non diceretur: Quærite Dñm, & quũ inueneritis eum, &c. Et in psal. 118. conc. 1. propè finem interpretans hunc locum: Quærent Deũ (inquit) & impij, & iniqui, vt eo inuento, non sint impij, nec iniqui: quomodo ergo iam beati dicuntur à propheta? Beati qui scrutantur testimonia eius, si ab Esaiã dicuntur, & cū inueneritis eum, derelinquat impius viam suam? beatos autem esse impios & iniquos, quis dixerit? ergo spe beati, vt beati qui persecutionem patiuntur. &: Beati qui esuriunt, propter sequentia, Quia ipsorum est regnum Dei, quia saturabuntur. Nec in hac vita etiam fideleis posse esse beatos ostendit AVG. quoniam si dixerimus, quod peccatum non habemus, &c. Leges quæstionem in hunc locum apud AVG. lib. 15. de Trinitate cap. 2. IVST. in dialogo aduersus Tryphonem, hæc omnia: Audite me & viuet anima vestra, & disponam vobis testamentum æternũ. & reliqua vsq; ad finem cap. de primo aduentu Christi interpretatur, & hunc locũ sic dispungit [Quærite Deũ, & cū inueneritis ipsum, inuocate quãdo appropinquauerit vobis] & hic apponit distinctionē, vt sit, Quando inueneritis Christũ cū venerit ad vos, & dixeritis, Inuenimus Messiã, credite ei. CYRIL. Quẽ vsq; adhuc (inquit Dauid) appellarat, & gētibus testimoniũ datũ esse dixerat, & eũ dē nũc quærere iubet, & inuentũ inuocare, qñ venerit ad nos in eius aduentu primo. Adnotat etiã Cyril. Christũ hoc loco appellari Deũ, & verè hoc loco Christus appellatur Deo, nã Hebræicè est אֱלֹהִים, & oēs patres hoc cap. de Christo interpretantur.

i. Quærite Deũ, in inueniẽdo eũ, inuocate propè in effendo eũ inuocate eũ in inueniẽdo eũ Deũ Quærite eũ in effendo eũ propè. Quæ verba reddidere קְרַחְוּ בְּרַחֲמֵי הַיְהוָה אֱלֹהֵינוּ בְּרַחֲמֵינוּ. i. quærite Deũ, & in inueniẽdo eũ

non reuertetur sed inebriat terram, sic erit verbum meum, nam similitudo non in omnibus solet conuenire, quod docet etiam Plato tunc enim inquit identitas esset potius, quam similitudo ut illud omittam quod Hebraicè illa vox vltra non est, sed tantum legitur [& illuc non reuertitur nisi inebriat terram] quod Lxx reddidere [donec inebriat terram] Illud nescio cur D. Hier. hunc sensum vocet anagogi cum cum totum opus Esaiæ sit conscriptum de œconomia redemptionis, & hoc caput nihil aliud praferat quam Christi mysteria litteraliter vt explanant veteres patres, nec aliud hæc litera sonare possit, cur ergo non sit hic litteralis sensus vt vult Cyrilus? & hoc nobis significarunt Lxx sua trãllatione, quam magis proprie sic reddas. Vt em̄ si descendat pluuia aut nix nõ reuertetur, donec inebriat terrã, & parere faciat & germinare. & eodẽ spectat lectio Hebræa, q̄ ad verbũ sic reddas. [Quia sicut descendit pluuia & nix de celo & illuc non reuertetur nisi inebriari fecerit terram & parere fecerit eam & germinare fecerit eam] & vtraque editio siue Hebræa siue Græca interprete non eget. & certè pluuia & niues terra madefacta repetunt supra per exhalationes, vnde illud vulgatum Arist. e vaporibus sunt pluuie, & ex pluujs vapores, qui à sole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur, postquam terra fructus conceperit. Et poetę hanc vicissitudinem nominant *δυσπνοια* i. f. fluuium, qui per aerẽ volitat & fluit, quod in terram descendant vapores per pluuia & niues, & repetat supra pluuia & niues per vapores, & cõtinuo quodã fluxu descendat & ascendat hic fluuius vaporũ & aquarũ. Et ppositissima similitudine vsus est spiritus sanctus. Sed Christus Dñs qui descendit sicut pluuia in vellus, inebriata terra ascendit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. pluuia & vapor itq; reditq; continuo fluxu hæc eadẽ vias, vt te docet Arist. i. Meteor. cum de pluuia & vapore similibusq; incipit disputare, vbi docet à veterib⁹ hoc appellatũ esse *νεφέλη* i. oceanũ qui per aerẽ fluit & *νεφέλη* dicitur, quod in circuitu terrę fluit & descendit hic vapor [Prosperabitur in his ad quę misit illud] vel si magis ad verbũ velis veterẽ lectionẽ Hebræa. sc̄dabit vel prosperabit omnia ad quę misit illud, vt ad verbũ patris necessario referatur quod prospere facturũ omnia dicitur ad quã misit à patre est, quod ipse Dñs apud Ioannẽ se fecisse ait, hoc ergo quod Hebraicè dicitur de verbo patris prosperabit omnia ad quã misit illud, Lxx vt te cogant intelligere de verbo incarnato, per primã personam vertere facta apostrophe ad ipsum verbum incarnatum, vt sint verba patris ad filium [prosperabo inquit, vias tuas & præcepta mea uel mandata mea] illa. f. quę ipse Dominus ait Ioannis 12. qui misit me pater ipse mihi mandatũ dedit quid dicam, & quid loquar. & cap. 14. sicut mandatũ dedit mihi pater sic facio & penè idem verbum reperies in versione Lxx & in euangelio Ioannis. Lxx nanque uiri dixerunt *ἐν τῷ πνεύματι*, Ioannes *ἐν τῷ πνεύματι*, accedit illud quod præcipuum est cum ad lucẽ euangelij sint explanãdã scripturę quod hæc omnia euãgelicis litteris mirifice congruunt. sensus itaque literalis hic est non anagogicus quando Lxx viri hoc voluerunt & præcedẽtia, & sequentia, hoc flagitant cogunt loca euangelica quę in postrema verba huius capituli adscribentur.

D. HIERONYMVS.

Quia in lætitia egredimini & in pace ducemini, montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

Hæc verba omnia ad apostolos & ad verbi euangelici prædicatores referuntur. Significant idem cum illo capituli noni de apostolis [lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe] videlicet cum videant totum orbem ad Christũ conuerti] ergo in lætitia egredimini. i. õ apostoli exhibitis à Iudæis dicentes, vobis primum oportebat verbum Dei prædicari, sed quia indignos vos fecistis, ecce conuertimur ad gētes, & exhibitis in lætitia, quia lætabimini cum videbitis totũ orbem conuerti, sicut qui lætantur qui vidēt magnas messes & in pace ducemini, vel vt Lxx dixerunt in gaudio deducemini vbi Lxx quod Hebraicè est in pace, interpretantur in gaudio, cum magna nanque lætitia accerfebatur apostoli & prædicatores euãgelij à nationibus deducebantur, à legatis quos ad illos mittebant vt Petrus deductus est à nuncijs Cornælij, vt docerent euãgelij prædicationem illos, qui apud Cornælium erant. Montes & colles cantabunt coram vobis] sic enim est Hebraicè vt vertit D. Hieronymus quod interpretatur Lxx viri. id est, montes & colles exilient expectantes vos vel

LXX VIRI.

In lætitia enim egredimini, & in gaudio deducemini, montes enim & colles exilient excipientes vel expectantes vos in gaudio, & omnia ligna agri applaudent ramis.

A vos vel recipientes vos cum gaudio] i. principes & reges terræ cum gaudio vos expectabunt, et recipient quod ait. D. Paulus ad Galatas 4. si possibile esset, oculos vobis eruissetis & mihi dedissetis, ergo Lxx viri explanant quid sit quod Hebraicè est [montes & colles cantabunt corã vobis laudem] & priora verba non mutat, montes & colles, quod planum est in scriptura accipi pro regibus & principibus quod in commentarijs ait D. Hier. ridetque Iudæos & Iudaissantes, qui litteraliter accipiunt montes & colles cantaturos. Reliqua interpretatur, cantabunt corã vobis laudem. i. exilient vel exultabunt in gaudio recipientes vos & expectantes vos. vtrunque enim significat verbũ *קָמוּ* quibus simile est quod sequitur [omnia ligna regionis plaudent manu] quod Lxx dixerunt [omnia ligna agri applaudent ramis] i. omnes homines, omnes nationes vos cum plausu excipient, hoc enim non mutauere Lxx viri, quod expositis prioribus, horũ verborum sensus perspicuus erat. nam Hebraicè est, omnia ligna agri pro quo D. Hier. dixit, omnia ligna regionis, & *קָמוּ*, manum significat & ramum, vnde D. Hieron. plaudent manu, Lxx vero, plaudent ramis.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Pro saliuuca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus. Pro stœba crescet cyparissus, & pro conyza crescet myrtus.

TAm apud Græcos, & Latinos, quam apud Hebræos arborum, & herbarum nomina ignota sunt: & scriptores inter se disidēt de herbarũ nominibus, & nomenclatura, ideo quod Hieronymus dixit [Pro saliuuca ascendet abies] Lxx vertere [Pro stœba succrescet cyparissus] & quæ vertit Hieron. [Pro vrtica] dixerunt Lxx [Pro conyza] quod Rabini inter se de vocũ Hebræarum significatione decertant, & variè eas interpretantur, neque minor fides habenda est Lxx viris quippe natis eo tempore cum Hebræa lingua Iudæis erat natua. Sed parũ refert, quãtum ad sensum spectat, si hoc aut illo modo vertas. CYRILL. docet, stœbam, & conyzam amaras spinas esse & reiectitias. sensus est [Pro saliuuca, & vrtica] vel [Pro stœba, & conyza] herbis spinosis vilissimis & foetidissimis & quæ humi repunt surget cyparissus & myrtus. i. pro peccatorib⁹, & hominibus vitij coopertis, foetidis, qui non se attollebant humo, proni in terras, surgent apostoli, & euãgelista, pro publicano, Matthæus, pro ecclesiæ persecutore, Paulus, pro idololatriæ, ecclesiæ doctores, & ecclesiæ fulgentissima lumina, Sic CYRILL. THEOD. eodem modo, qui similes erant, inquit, herbis inutilibus, & humillimis, ij post agnitionẽ seruatoris imitaturunt cyparissus celsitudinem, & myrti suauolentiã, quod hæc potentia seruatoris fuit vt tantam faceret rerum mutationem. Ostendit itaque (inquit THEOD) his verbis infidelium mutationẽ in populum Dei: nam hoc sic interpretari nos docet scriptura, quæ dicit: Iustus vt palma florebit & vt Cedrus Libani. & ego sicut oliua fructuosa in domo Dei mei, quibus verbis ostenditur, sanctos nominibus arborum vocari.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et erit Dominus nominatus in signum æternum quod non auferetur. Et erit Dominus in nomẽ & in signum sempiternũ & non deficiet.

Lectio Hebræa ad verbũ reddi potest [& auferetur non sempiternum signum in nomen in Deo erit Et erit Deo in nomen vel in glorificationẽ *וְהָיָה לַיהוָה לְשֵׁם לְעוֹלָם לֹא יִסָּרָף*] vt sit sensus, Christus hic, de quo sermo est, erit Deo patri in gloriam, clarificabit patrem, vt apud Ioannem dicitur cap. 17. pater clarifica filium vt filius tuus clarificet te, & statim Christus ait ad patrẽ, ego te clarificaui super terram, opus cõsummaui quod dedisti mihi vt faciam. & postea, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo, nam ideo filius dictus est angelus magni consilij quia nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. D. Hier. & Lxx viri si modo hoc loco, tralatio Lxx virorum legitima est, recto casu hæc reddunt [& erit Deus in nomen in gloria, vel, erit Dominus nominatus] i. erit Christus clarificatus à patre & cognitus verus esse Deus & verus homo, & erit in signum, quod non deficiet, quæ verba frequentissimè de Christo dicuntur, quod erit in signum cui contradicetur & signum ad quod accurrent gentes vsque ad fines sæculorũ, quod non deficiet, quia sicut sol in conspectu Domini est.

IN ESAIAE

IN ESAIAE CAP. LVI. A

D. HIERONYMVS.

*Hæc dicit Dominus, custodite iudicium
& facite iustitiam, quia iuxta est sa-
lus mea ut veniat, & iustitia mea ut
reueletur.*

LXX VIRI.

Hæc dicit Dominus, custodite iudi-
cium, & facite iustitiam, appropin-
quauit salutare meum ut veniat, &
misericordia mea ut reueletur.

CAusa occæcationis Iudæorum, ut dictum est in cap. 2. & alijs locis, fuit quod Iudæi idolis seruire & avaritiæ, quod vitijs erant inquinati, quod legis mandata non seruarent. Nunc cum aduentet Christus, monet Dominus Iudæos, ut abstineant à vitijs & peccatis, virtutes colant in Christi aduentu occæcentur: quod idem monet Osee 10. [Custodite ergo iudiciū & facite iustitiam, quia appropinquat salus mea] .i. colite iustitiā, ut vos spiritus sanctus illustret ut agnoscat Christum, cum aduenerit, quia prope est, quod D. Hiero. conuenienter Hebræe editioni dixit [quia iuxta est salus mea] interpretantur Lxx .i. iuxta est salutare meum, uel appropinquauit salutare meum, id est, Christus. Nam Christus Dei salutare dicitur in litteris sacris, ut supra pluribus dictum est.

D. HIERONYMVS.

*Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis
qui apprehendit istud.*

LXX VIRI.

Beatus vir faciens hæc, & homo
retinens ista.

HEbraicè non legitur, Qui apprehendit istud, genere neutro, ut vertit D. Hieron. neque: Qui apprehendit ista, genere neutro plurali, ut vertunt Lxx, sed fœminino genere qui apprehendit istam, salutem meā scilicet, de qua supra, Prope adest salus mea ut veniat .i. hunc lesum meum, beatus qui ei crediderit, qui eum receperit, nam ut inquit ORIG. si propè adest salus mea, ut veniat, animata est, incarnata est, quādo pedibus ambulat, & venit, Beatus qui receperit Christum, quia quotquot receperunt dedit eis potestatem filios Dei fieri. hoc idem significat tralatio D. Hieronymi & Lxx virorum, Beatus qui apprehendit istud, vel ista ut abstineat à peccatis scilicet & illustretur ab spiritu sancto ut recipiat Christum.

D. HIERONYMVS.

*Custodiens sabbatū, ne polluat illud,
custodiens manum suā ne faciat om-
ne malum.*

LXX VIRI.

Et custodiens sabbata non prophe-
nare ea, & seruans manus suas ne fa-
ciat iniqua.

THEOD. cum beatitudinem pro præmio, & mercede posuerit suprādictorum, tunc quia sub lege erāt iubet custodire sabbatum, & sanctificare, & docet sanctificationem sabbati esse, puras manus seruare sceleris, abstinere manum ab omni iniustitia, quod sabbatum consecratum à Deo est ad Dei cultū, ad virtutis actus, ad celebrationem celestium mysteriorum. hæc Theodoretus.

D. HIERONYMVS.

*Et non dicat filius aduena, qui adhaeret
Domino dicens, separatione diuidet
me Dominus à populo suo.*

LXX VIRI.

Non dicat alienigena quia positus
est ad Dominū dicens separatione se-
parauit me utiq; Dñs à populo suo.

THEODOR. Reprimit his verbis Iudæorum fastus Dominus, qui se iactabant quod ab Abraham traherēt originem, & hoc nomine reliquos contemnebant & quod dicerent, Patrem habemus Abraham, virtutis, & religionis obliti se cæteris putabant anteposendos. Ostendit ergo his Dominus quippe vniuersorum Deus, se rationem habiturum religionis, & sanctitatis & virtutum, non generis & sanguinis, sic hæc Cyrillus, & Hieronymus. Ne dicat ergo alienigena quod Dominus anteponet illis Iudæos.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Et nō dicat eunuchus, ecce ego lignum
aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis
qui custodierint sabbata mea, &
elegerint quæ ego volui, & tenuerint fe-
dus meum dabo eis in domo mea, & in
muro meis locum, & nomen melius fi-
lijs, & filiabus, nomē sempiternum da-
bo eis quod non peribit.*

Et nō dicat eunuchus, quia ego sum
lignum aridum, quia hæc dicit Dñs
eunuchis qui custodierint sabbata
mea, & elegerint quæ ego volo &
tenuerint testamentum meum, da-
bo eis in domo mea, & in muro
meo locum nominatum meliorē
filijs & filiabus, nomen sempiter-
num dabo eis & non deficiet.

AVGUST. de virginitate lib. 1. cap. 23. & 24. hunc locum docet explanandū de

Bijs qui se castrauerunt propter regnum cælorum, non autem de alijs spadonibus. nam eunuchis reliquis, cum Christiani fiunt, & Dei præcepta custodiunt, sufficit si eo sint proposito ut coniuges si possent, haberent, cæteris coniugatis in domo Dei adæquari, qui prolem licite, pudiceq; edūcant, docentes filios suos ut ponant in Deo spes suas, non autem debent accipere meliorē locum, quam est filiorum ac filiarum, non enim vxores virtute sed carnis debilitate nō ducūt. Istos vero spadones, de quibus nunc sermo est, non ijs qui in domo Dei nullum locum habent prætulit Deus, sed eis vtique qui in filijs generandis coniugalis vitæ meritum seruant, nam cū dicit [dabo eis locum meliorē] ostendit coniugatis dari, sed multo inferiorem. Et quis tāta clementia est ut in carne factos eunuchos meliorem quam coniugatos locum in domo Dei habere credat? aut quis credat seipsum non corpore, sed in ipsa radice concupiscentiæ castrantes, cælestem & angelicam vitam meditantes, coniugatorum meritis esse exæquandos? & infra idem Augustinus. Ne quis existimaret aliquid temporale esse sperandum, cū dicitur spadonibus, Dabo in domo meā locum nominatum] &c. subiecit, Nomen æternum dabo eis] & si fortè æternum pro diuturno accipiat aliquis, addit, Neque vnquam deerit] ne quisquā possit tergiueri. Lege AVG. tomo 6. contra Faustum Manichæum in fine lib. 14. AMBROS. in exhortatione ad virgines non longe à princ. & in institutione virginis cap. 6. Lege etiam GREGOR. 3. parte pastoralis curæ, cap. 29. D. BASIL. de vera virginitate, eodem modo explanat: interpretans enim hunc locum inquit: Nō is qui casu aliquo Eunuchi huiusmodi promissio fit, sed his qui custodiunt, inquit Dominus, sabbata mea, eligunt quæ ego volo. Sabbatum verò cessationē & quietem Latine sonat: vult ergo sabbatizare virginem. .i. non solum ab opere cessare sed ab omni animi, & corporis motu vnde quaque sit integer animus: mystice ergo sabbatizet, non pedem, non manum, non oculum, non aliud membrum, non animum moueat, ne animi pulchritudinem corrumpat, quæ ad Dei imaginem est facta, sed persistet vt præclara Diuinæ maiestatis effigies, solida atque immobilis ad omnem imaginem, ad omnem tactum, semper in petra stans.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Et filios aduena qui adhaerent Domi-
no ut colant eum, & diligant nomen
eius, ut sint ei in seruos omnem custo-
dientes sabbatum, ne polluant illud &
tenentes fœdus meum adducam eos
in montem sanctum meū, & lætificabo
eos in domo orationis meæ, holocausta
et victima eorū placebunt mihi super
altari meo, quia domus mea domus ora-
tionis vocabitur cunctis populis, ait Do-
minus Deus.*

Et alienigenis additis Dño seruire
ei, et diligere nomē ei⁹ vt sint ei in
seruos, & ancillas, & oēs custodiētes
sabbata mea vt non violēt ea, & te-
nētes testamētū meū inducā illos
in mōtē sanctū meū, & lætificabo
eos in domo orationis meæ, holo-
causta eorum, & victimę eorū erūt
acceptabiles sup altare meū: nā do-
mus meā domus orationis vocabi-
tur cūctis gētibus, dixit Dominus.

THEOD.

THEOD. monstrat his verbis inquit, Dominus quod non solum Iudæorum est Deus sed A
 Tomnium nationum, & vniuersorum Deus, omnium enim creator est; & similiter omni-
 bus prouidet, omnium curam habet. CYRIL. quod Iudæi altum supercilium erigebat, inquit
 & populum sanctum se nominabant, contemnebant alienigenas ait Dominus se vniuersorum
 Deum esse, qui eum colant, & ita pollicetur se alienigenas inducturum in motem sanctum Iusti
 hoc est in ecclesiam. Adnotat præterea Cyrill. vetuisse legem alienigenas domum Dei ingredi,
 Non intrabit, inquit Ammonita, & Moabita in ecclesiam Domini, nunc alienigenas in domū
 suā inducturū ait, quo intelligitur, in Christo noua facta esse omnia, de sabbatismo Christiano
 rū superiore commentario dictū est ex D. BASIL. & ISYCH. in Leuit. lib. 7. cap. 26. vbi inter-
 pretans hunc locum sabbatū, inquit, quies & cessatio est. Iamē & custodire sabbatum est ab
 omni malo cessare & vacare, vt operibus presentis mundi careamus atque ab eis quiescamus
 hoc enim intelligibile & verum sabbatum est. Lege attente cætera apud Isychium. Quod Hieronimus dixit conuenienter Hebræe lectioni: Vt sint ei in seruos] Lxx edidit [vt sint ei in ser-
 uos & ancillas] addunt enim velut glossulas interlineares, nequis sexum foemineum exclusum
 à regno Dei existimaret. quod Hieronimus [Foedus meū nominauit] Lxx [testamentū meū]
 dicunt, quā de re supra dictum est pluribus. Quod vero Hieron. verū. Nam domus mea, do-
 mus orationis vocabitur cunctis populis] conuenienter Hebræe lectioni, ne villa tergiuerfatio
 relinqueretur Iudæis, & dicerent, domum Dei vocandam domum orationis cunctis popu-
 lis duodecim tribuum scilicet: Lxx seniores quod ad alienigenas sermo erat, explanauere cun-
 ctis populis, nationum, & omnium gentium, non tantum duodecim tribuum & ita vertere
 [Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus] exprimunt enim sensa scriptu-
 ræ, non numerant verba, & vt intelligas quam benè exprimant scripturæ sensa Marcus euangeli-
 sta cap. 11. hunc locum citat iuxta tralationem Lxx virorum, & Matt. cap. 21. & Lucas cap.
 19. sed Marcus integrum citat, reliqui euangeliste non item. Significatur ergo hoc loco quod
 Malachiæ cap. 1. vbi clauditur templum Iudæis, & dicitur eis: Non est mihi voluntas in vobis,
 & munus non suscipiam de manu vestra, ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est no-
 men meum in gentibus. THEOP. in hunc locum apud Matt. significasse Dominum ait, cū hūc
 locum citat sacrificiorum mutationem futuram, exclusit enim boues, & colūbas, his uictimis
 non opus esse significans sed vero sacrificio, sed fortasse cum extrusit Iudæos templo, exclu-
 sionem Iudæorum significauit etiam, & vocationem gentium, & ideo Dominus hunc locum
 citauit Esaiæ quo id significatur. Nec ego mihi persuaserim vnquam Dominum ab usum testi-
 monio Esaiæ, sed id vsurpasse verissima, & maximè propria significatione, & significasse do-
 mum Domini cunctis gentibus futuram domum orationis, & siquid aliud significauit vt putat
 THEOP. significasse exclusionem sacrificiorum legis veteris, & Iudæorum etiam exclusionē
 quos cecidit flagellis Dominus, & foras extrusit, idque ORIGEN. significare videtur in cap.
 21. Matthæi tractatu 25. in illa verba: In illo tempore cum intrasset Iesus Hierosolyma CYRIL.
 LVS. domum & murum putat appellari ecclesiam vel illam caelestem vel hanc terrenam & te-
 stamentum nouum intelligi ait.

D. Marcus euangelista, tralationē Lxx citat, vbi commē- tariū penè est, plus quam tran- satio.

D. HIERONYMVS.

*Ait Dominus Deus qui cōgregat dis-
 persos Israel, adhuc congregabo ad eū
 congregatos eius.*

His verbis significari puto illud Ioannis cap. 11. quia Iesus moriturus erat pro gente & nō
 tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, cōgregaret in vnum & quod idem
 Ioannes cap. 9. dixerat: neminem uenire ad Christum nisi pater illum traheret [domus mea do-
 mus orationis vocabitur cunctis gentibus ait Dominus Deus congregans vel qui congregat
 dispersos Israel] i. filius Dei ex nationibus vt supra sumus pluribus interpretati ex PROC. con-
 gregati enim ex nationibus dicuntur Israel; quod regeneratione spiritali membra sunt Christi,
 qui Christus dicitur Israel quod ab Israel secundum carnem ortum trahat. Deus pater igitur
 congregat ex nationibus, hos filios Dei qui Israel dicuntur vndè sequitur adhuc congregabo
 ad eum congregatos eius, quod Lxx viri dixere quia congregabo ad eum cōgregationē, quod
 de ecclesia catholica intelligas necesse est, nā pater congregat ad Christū ecclesiā, q̄ ergo con-
 grega-

LXX VIRI.

*Ait Dominus Dominus cōgregans
 dispersos Israel, quia cōgregabo ad
 eum congregationem.*

Agregationem aliam intelligas congregaturum Dominum, quando synagoga Iudæorum erat
 iam congregata, nisi ecclesiam? Non est tamen dissimulandum esse quosdam Græcos codices
 in quibus legatur [domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus dixit Dominus] nō
 congregans dispersos Israel, quia congregabo ad eum; congregationem] legitur enim Græcè in
 tralatione Lxx virorum sic *ἐπιπροσέτις ἐστὶν τοῦ θεοῦ τὰς ἀλλοθρογενεῖς τῶν Ἰσραηλινῶν ἵνα ἀναβῆναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*. i. dixit
 Dominus non congregans dispersos Israel quoniam congregabo ad eum congregationē. Quæ
 lectio mihi non omnino displicet vt sit sensus, non congregaturum patrem ad Christum po-
 pulū Israeliticū, quia excluso Iudæorum populo, congregaturus erat gētium ecclesiam ad Chri-
 stum: Dixit ergo Dominus non congregans, vel, qui non congregat ad Christum, dispersos Is-
 rael] quia vt ipse Dominus ait apud Ioānem: Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eū: No-
 dite murmurare, sed ergo pater qui non trahit Iudæos dixit, quia congregabo ad Christum con-
 gregationem, i. ecclesiam ex gentibus. Sed dicēs Hebraicè nullam esse negationem. Ostēdimus
 in huius operis præfatio in plurimis locis scripturæ dubiam esse lectionem, quod in alijs codi-
 cibus desit negatio s̄b; in alijs vero sit, idque Rabinos esse authores. Quid mirere si testentur
 B Lxx viri hoc loco fuisse olim negationē, quæ nunc non est, siue quod varia sit lectio, siue de tra-
 ctā Iudæis est, quod manifestissime in hoc scripturæ testimonio cōfigerentur vbi Deus pa-
 ter diceretur non congregare populū Israeliticum ad Christum, quia congregaret aliam cōgre-
 gationem, ecclesiam videlicet ex gentibus ad Christum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Omnes bestia agri venite ad deuorandū
 Omnes bestiae agrestes venite co-
 mmedite, omnes bestia syluæ.*

THEOD. post descriptam vocationem gentium & ecclesiæ cōgregationem, describit pro-
 pheta Romanorū exercitū, qui ex omnibus nationibus erat delectus, vndè dicitur [om-
 nes bestia agri] nam scriptura nationes infideles bestias appellat: quanquam propheta, inquit
 dum bestias agri nominat crudelitatem Romanorum innuit. Eodem modo explanat D. Hier.
 quem minus sapē cito quod omnibus ad manum est, & tralatio D. Hieron. hoc significat. At
 C interpretatio Lxx virorum duplicem sententiam præferre videtur & illam quam diximus D.
 Hieron. esse & Theodoretū, & hanc quam nunc subiungam, potest hoc loco propheta (quod
 alibi facit) infideles nationes nominare feras, aut bestias, & congruit optimè quando de voca-
 tione gētium sermo erat vt dicatur, Venite bestia agri. i. nationes infideles, venite comedite]
 sic enim præfert lectio Hebræa magis proprie quā deuorate [venite ergo bestia quæ sititis ve-
 nite ad aquas, emite absque argento vinū & adipem, sanguinem Christi & sacrosanctum eius
 corpus. CYRILL. vtraque sententiā huius loci putat esse posse, vt verba hæc de exercitu Ro-
 manorum intelligantur, qui Iudæos qui in Christū non credidit toto ore deuorauit; & de na-
 tionibus infidelibus, quæ inuitantur ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, magis placet
 posterior sententia, quod eam veram indicant, quæ sequuntur.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Speculatores eius cæci omnes, nescierunt
 Videte quod excæcati sunt omnes
 nō cognouerunt vniuersi.*

Quod hic locus Iudæos ut *ἀπακτίς*, pertraherat quod omnes scierunt non omnes cæci. Videte
 verbum erat & significabat, videte, mutato pun *כלם עקרים לא ידעו כלם צפו*
 eto fecere nomē, vt tergiuerfari aliquo modo possent. vtraque tamē tralatio idē significat, hoc
 solū interest quod tralatio Lxx virorum Iudæos constrictos in vinculis tenet, dum eos rogas
 quæ sunt hæc bestia agri quæ videre iubentur cæcitate Iudæorum? aut quos cæcos spectari iu-
 beat? cū necesse habeant fateri bestias appellari nationes idolatras, quæ ad fidem conuersa iam
 videant & iudicent & videant Iudæorum cæcitate? nec alios hic posse appellari cæcos, & si
 rursum eos roges quem hic omnes ignorasse dicat propheta? quem significet nescisse Iudæos
 & ignorasse? quem alium nisi Christū dicere possent? Ergo lectio Hebræa ad verbum veri po-
 test. Videte cæci omnes, non cognouerunt omnes. i. Videte nationes infideles receptā iam lu-
 ce veritatis, quod omnes Iudæi sunt excæcati, videte quod non cognouerūt Christum omnes]
 v. p. nē nulli, reliquæ enim solæ salutæ factæ sunt, est enim Hebræa phrasis.

D. HIE-

Canes muti non valentes latrare. Canes muti non poterunt latrare.

THEOD. Pharifæi canes dicuntur, qui hostibus non oblatrabant sed blandiebatur, & hostibus, vt beneficis, se dedebat, contra nostrum feruatorem Dominum, qui tot beneficia in illos contulerat, latrabant. AVG. in psalmum 67. in illa verba: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, canes in scriptura in bonam partem accipiuntur, quidam canes reprehensi sunt à propheta, non ideo quia canes essent, sed quia latrare nescirent & dormire amarent, vbi vtique demonstrauit, quia si vigilarèt & pro Dño suo latrarent laudabiles canes essent. Sententia CHRYS. de huius loci sensu mihi non placet, magis placet sententia D. HIERON. dici hæc de principibus ludæorum, vt dixi, qui cum essent pastores gregis Domini cū cognouissent Dominum & viderent impios illum velle cruce afficere, reticere & non latrauerunt, nec admo- nuere suos impietatis quam in se admittebant. EVSEB. Cæsariensis. demonstrationis euange- licæ lib. 10. cap. 8. non multum longè à fine. Esaias inquit ipsos canes mutos appellat: oportebat enim ipsos, si non pastores bonos se præbere, saltem bonos imitari canes, & seruare gregem rationalem Domini & prudenter latrare agnoscentes Dominum & pecoris magistrum, ei cauda blandientes, insidiantibus & exteris ad latrare, ipsi rabidorum canum more, non solum ad la- trarunt aduersum ipsum Dominum & domesticos eius, sed in ipsos irruerunt, & disperferunt, vnde Dominus, Canes multi circumdederunt me. hoc idem EPIPH. lib. 3. contra Antidicomar- ianitas interpretans hunc locum, Canes mutos pro canibus rabidis accipit, quod canes cū adi- guntur in rabiem non latrant & in furore illo illis mutatur sensus, nec Dñm agnoscunt, nec do- mesticos & rabie perciti in illos aguntur, & sic ait, vocatos ludæos canes mutos quod rabie per- citi in suum Dominum præsentem & in Dñi domesticos irruerunt, & vt canes rabidi formas Do- mini & domesticorum ignorant, & in ipsos vt in alienos irruunt, sic illi typos & figuras & vm- bras Christi in scriptura ignorarunt & omnibus tormentis in Christum & in suos sauerunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Videntes vana, dormientes & aman- tes somnia, et canes impudētissimi nescierunt saturitatem.

Somniantes, lectū amantes ad dor- mitandum, & canes impudētes a- nima, non scientes & saturitatem.

Lectio Hebræa uerti potest, dormitantes, dormientes, diligentes dormire, ut reddidit PA- GNIN. Potest tamen ueri vt reddidit D. Hieronymus. Videntes vana, neque erat vt obe- lo confoderetur dictio tanquam malè uersa à D. Hieronymo. Nam חָלַם, dormire significat, sed vt inquit rabi David, significat loqui vana in somno aut delirare in phrenitide, & morbis vnde optimè D. Hieronymus. [Videntes vana in somnijs scilicet] & Lxx, somniantes, & vt dis- ces ex IOSEPH. lib. 5. & 6. de bello Iudaico præcipue lib. 6. cap. 30. decepti ludæi à pseudopro- phetis qui somnia venditabant pro vaticinijs, periere. Credebant enim pseudoprophetis, & somnatoribus, qui illis pollicebantur opem à Deo, cum obsidebantur à Romanis, & ita con- ditiones quas illis ferebant Romani nō accepere, & sic periere funditus. Potes etiam appellare somnia, & deliria somniantium, & ærotantium & vaniloquia, quod putabant se posse præuale- re aduersus Deum, & dicebant. Venite occidamus eum, nostra erit vinea, nam resurrexit glorio- sus & malos malè perdidit, & vineam tradidit alijs agricolis. Dormiētes verò, & amantes som- nia, eodem spectare potest. An non dormit, & somnium amat, qui bellat aduersum Dominum & aduersus Christum eius, & putat se posse præualere? sed Lxx qui uertere: Lectum amantes ad dormitandum] spectasse videtur ad illud, quod occiderunt Christum, ne venirent Romani, & tollerent gentem ludæorum. amabant voluptates potiusquam Deum, volebant dormire, & opibus frui. Quod Hieronymus dixit: Canes impudentissimi, חָלַם, quod Hebræi interpretā- tur, Robusti, & fortes animo, hoc Lxx intellexere, duri animo. quod Hebræi dicuntur ab Eze- chiele ferrea ceruice, os durum etiam Latine appellamus, os impudens, cum completa signa vi- derent & cognoscerent aperte Christum Deum esse, per fricere frontem & animo durissimo & impudentissimo eum negauere & reiecere, & cum resurrexisset gloriosum viderent, corrupere custodes vt id negarent factam cum edita signa per apostolos viderent, non mouerentur rebus tantis, præcipue animo fuere impudentissimi cum agnoscentes Deum esse & Christum eum eiegere

extra

A extra vineam, & occidere, obdurati anima more rabidorum canum, quod dictum est. Neque scio cur eos accuset D. Hieronymus, si ipse vitiatum codicem est nactus. Hebraicè est, Canes duri anima: Lxx reddidere, Canes impudentes anima, quid in ea re tandè est mali? THEOD. Hæc sibi pugnantia videntur, si non latrant, sed semper dormiunt, vt superiora verba signifi- care videntur, quomodo sunt impudentes? Quando oportebat, inquit, non latrabant, contra creatorem incredibilem impudentiam ostendere, neque posuere modum impietati suæ, ne- que fatiati sunt etiam omnem immunitatem, & impietatem edentes in Christum. Refert er- go Theodoretus ad illud, quod non sat habuere, more rabidorum canum, persequi Christum, cruce suffigere, corrumpere custodes, ne palam facerent eum resurrexisse, fideles afficere mille cruciamentis, legatos in torum orbem mittebant, vt prædicationi euangelicæ aduer- sarentur, quo ad ipsos perdidit Deus, & deleuit vniuersas vrbes Iudææ, quod nesciebant ex- fatiari persequendo Christum, & fideles.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

B Ipsi pastores ignorauerunt intelligen- tiam. Omnes in viam suam declinaue- runt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. Veni- te sumamus vinum, et impleamur ebrietate, et erit sicut hodie, sic et cras, et multo amplius.

Et sunt mali nō scientes intelligen- tiā. Omnes vias suas sequuti sunt, vnusquisque secundum suam aua- ritiam, simul à summitate eius. Veni- te sumamus vinum, & inebrie- mur ebrietate: & erit talis dies cra- fina, magna amplius nimis.

Vocum varia significatio, facit variam interpretationem D. Hieronymi & Lxx viro- rum. Nam חָלַם, varijs punctis, pastores significat, vt vertit D. Hieronymus, & malos. Raim enim malos significat, quæ vox Hispana facta est, malos etenim (ruines) appellamus. C Vtriusque translationis idem est sensus, & puto verbis illis [Ipsi pastores ignorauerunt in- telligentiam] esse formam dicendi, qualis illa vulgata: Tu quod scis, nescis. quum mone- mus aliquem vt taceat, neque proferat quæ scit, ne incurrat aliquod malum, dicimus illi: Tu si sapias, quod scis nescis. i. tace, quasi nescias. Sic hoc loco propheta [ipsi pastores] ipsi sacer- dotes & pharisei [ignorauerunt intelligentiam] ignorauerunt quod non ignorabant, & quod intelligebant, cum cognoscerent Christum Dominum, & scirent esse Christum Do- minum [ignorauerunt eum] ignorare se simulauerunt, quod supra dictum est ex Origene. Idem significantius dicitur à Lxx senioribus [mali non scientes intelligentiam] pessimi Iu- dæi, qui quod intelligunt, simulant se non intelligere. Id enim est, nescire intelligentiam, ne- scire quod intelligunt, dissimulare se intelligere quod intelligunt. De cætero, cum Do- minus vocarit ad hoc prandium in principio superioris capitis: Omnes sitientes (inquiens) venite ad aquas, venite, emite, comedite vinum, & adipem, & vocauerit omnes gentes ad il- lud conuiuium. Et hoc etiam capite, eunuchos, alienigenas, & bestias agri, causam reddit, cur excluderit Iudæos, quia omnes Iudæi (inquit) sequuti sunt vias suas, vnusquisque secundum auaritiam suam, quod Dominus declarat apud Matthæum cap. 22. & apud Lucam cap. 24. v- bi finem huius capitis enucleat Dominus illa parabola hominis parantis conuiuium, & vo- cantis conuiuas, vbi conuiuæ, alij excusant iuga boſum empta, alij alia, qua re iratus Dominus, iubet egredi in vias, & vocare claudos, & mancos: cuius conuiuij mentio fit etiam Apo- calypſeos cap. 19. qua parabola explicatur hoc vaticinium. Iudæi enim sunt qui deserunt Dei omnipotentis conuiuium, vocati ad vinum & adipem. i. ad vitulum saginatum, quod terre- nas amarunt epulas, & lauta conui- uia, & credere semper hæc duratura.

(::)

Hhh IN ESA-

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Iustus perijt, et non est qui recogit et in corde suo. Et viri misericordia colliguntur, quia non est qui intelligat: a facie enim malitia collectus est iustus.

Videte quomodo iust⁹ perijt, et nullus vir suscipit corde. Et viri iusti tolluntur, & nemo considerat: a facie enim iniquitatis ablati sunt iusti.

Editio Lxx varia est: legitur enim, *id est, & a se op⁹da id est. Id est, imperatis esse potest, ut reddere veteres patres: Videte, & indicantis, vidistis, quod mihi multo magis placet, quod alij codices Graeci praefertunt: Quam vehementer vidistis, quod iustus perijt, a se op⁹da id est. Lxx de suo addiderunt illud verbum, Videte, siue, vidistis, potius vertere placet, aut ut alij codices B praefertunt, quam vehementer vidistis, quod iustus perijt, quod iustus erat ille & filius Dei, qui in crucem est actus, hoc vehementer visum praedicant Lxxii illi senes, nempe tot editis signis & miraculis in ipsa passione, aded ut idolatra dicerent: Verè filius Dei erat. vehementer igitur est visum, quod ab idolatris, & ab impijs ludæis & nationibus, has voces extorfit: Verè hic filius Dei erat. Et voces similes: Terra concussa tremore est, lapides inter se collisi, oborta toto orbe tenebrae, velu tépli discissum. Postea: Reuixit gloriosus, apparuit suis, in linguis igneis missus spiritus sanctus, varijs linguis loquebantur apostoli, edebant signa & miracula. Rectè ergo Lxx addidere de suo: Quam vehementer vidistis. i. quam planè, quam apertè, quod iustus perijt. i. quod iustus, & filius Dei erat, qui crucifixus. THEOD. Dñi crux hoc loco significatur: iustum enim nominat Christum Dñm, qui peccatum non fecit, nec dolus est inuentus in ore eius. Quod autè subiicit: Nullus vir suscipit corde] significat crucifigentiu cecitatem, quod nemo ipsorum videt, quam immane facinus audeat. AVG. in psal. 81. in illa verba: Auferte ergo inopem & pauperè: Increpantur iustè, meritoq; arguuntur, qui tantum scelus fieri dissimulando siluerunt. Qua ergo seueritate, damnandi sunt qui hoc consilio, malitiacq; fecerunt: Perijt iustus, inquit, quantum in ipsis est qui eum perdere voluerunt: Nam quo modo ille posset perire moriendo? qui eo modo potius quod erat perditum, requirebat. CYPR. aduersus ludæos lib. 2. cap. 13. hunc iustum esse ait, de quo in sapientia Solomonis scriptum est: Circunueniamus iustum. & Matth. 27. Peccaui, tradens sanguinem iustum. TERTVL. ita explanat aduersum Marcionem 3. lib. vbi interpretans hunc locum: Quis est (inquit) hic iustus nisi Christus? Venite (inquiunt) auferamus iustum, quia inutilis est nobis, Praedicat itaque, inquit Tertul. passurum Christum, atque iustos tam apostolos quam deinceps fideles. IVST. aduersus Tryphonem. Et in apologia pro Christianis, hunc locum etiam explanat de Christo & martyribus. Idem ait 4. lib. aduersus Marcionè. & in scorpiano aduersus Gnosticos. CYRIL. in hunc locum, citat orationem D. Stephani in actibus apostolorum. PROC. in eadem sententia est. D. Hieronymum non cito, quod omnibus est ad manum. [Iustus perijt] i. Christus cruce afficitur [& non est qui recogitet in corde suo] i. non est qui tam immane facinus prohibere cogitet [viri misericordiae colliguntur] i. apostoli, & sancti viri, quos summa misericordia Dei indulsit hominibus, ut illuminarent genus humanum caelesti lumine [colliguntur] i. tolluntur de medio, necantur per omnia cruciamenta [quia non est qui intelligat] i. non reperitur prudens, qui id fieri vetet. THEOD. significari his verbis ait rabiem ludæorum etiam in apostolos, cum occiderunt Stephanum, & Iacobum prehenderunt, apostolos, & Paulum, & Petrum. IVST. sic: [non est qui cogitet in corde suo] i. neminem subit poenitentia factorum, sed à Hierusalè mittitis legatos in omnes regiones ad ludæos, vbiunque terrarum agant, ut aduersentur Christo & Christianis, & ut doceant exteras nationes conuincari Christo & Christianis. Verba autem illa [A facie malitiae collectus est iustus] idem significat quod, Malitia eorum occaecavit eos. Nam, collectus, est forma dicendi Hebraea, idem significat quod sublatus est de medio. D. Hieron. notat ludæos hæc generaliter interpretari de omnibus iustis. VATAB. & Iudai-zantes ludæorum sententiam sequuntur. PAGN. hoc etiam habet, quod verba addit scripturæ, quæ*

Apturæ, quæ Hebraicè nusquam sunt, quo textum sacrum ad ludæorum sententiam pertrahat inuitum. Sed Lxxii testes ludæi à nobis faciunt, qui multis seculis ante rem gestam ita interpretati sunt, ut sententiam catholicam constabiliat, & veritas in ecclesia est, cæcitas in ludæis. Nescio cur cuiquam placeat cæcos ludæos habere duces.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Veniat pax, & requiescat in cubili suo, Erit in pace sepultura eius, ablata est qui ambulauit in directione sua. de medio.

Sensus translationis D. Hierony- in directione sua abibit requiescere facient
mi est: Veniat pax iusti, quam rectum abiens eorum cubilia super requiescent in pace Abibit
ascendens ad patrem apostolice *על משכבותם הלך נכחו יבוא שלום*
liquit dicens: Pacem meam do vobis, &c. & cum venerit pax, requiescent apostoli in cubilibus suis, & mors eorum requiescet, gloria videlicet sempiterna. Hæc Hieron. Docet idem translationem Lxx horum verborum loco significare Christum, consensu omnium ludæorum in cruce actum, & sepultum surrexisset. Id enim significant verba illa [erit in pace sepultura eius] i. consensu omnium afficietur cruce, & morti dabitur, & sepelietur. [Et ablata est de medio] subaudi eadem sepultura Dñi, quæ consensu omnium fuit facta, quia consensu omnium fuit occisus Iesus. [Ablata est de medio] i. surrexit. Idem ait PROC. [In pace sepultura eius] i. summo consensu omnium ludæorum cruci suffixus est Dñs, & sepultura madatus. [Ablata est de medio] subaudi sepultura eius, quia surrexit, vnde angelus mulieribus: Quid quaritis? vnum inter mortuos? Surrexit, non est hic, videte sepulchrum eius. Nam cap. 27. Act. vbi illa verba explanatur. Neq; dabis sanctum tuum videre corruptionem. dicitur Dauid mortuus esse, & sepultus, & manere eius sepulchrum, quod de Christo negatur. At qui liquet mortuum fuisse, & sepultum, non manet tamen eius sepulchrum. Verisimè igitur dictum est, sepulturam eius esse sublata de medio. CYRIL. sepulturam pro morte accepit. & cum dicitur [erit in pace sepultura eius] neminem ludæorum extra culpam esse, insinuari credit, quod nemo impijs conatibus ludæorum restitit, nemo se opposuit ludæis pro Christo. IVST. philosophus Martyr aduersus Tryphonem Iudæum inquit: Quod autem resurrecturus esset Dominus, illa verba Esaia significant [sepultura eius sublata est de medio.] Et iterum eodem dialogo, quod sepeliendus Christus esset, & resurrecturus praedixit Esaia [erit in pace sepultura eius, & sublata est de medio.] TERTVL. quoque libro aduersus Marcionem 3. Mortem (inquit) & sepulturam, & resurrectionem Christi mei, vna Esaia voce volo ostendere dicentis [sepultura eius sublata est de medio] neque sepultus enim esset nisi mortuus, neque sepultura eius sublata de medio, nisi per resurrectionem. Idem ait TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionem. D. A. M. B. R. de Cain, & Abel libro vno, cap. 2. De Moysè legitur: Quia sepulturam eius nemo scit: de Christo autem: sepultura eius de terra sublata est: quia ille secundum mysterium legis expectabat redemptionem ut resurgeret, hic secundum euangelij donum, redemptionem non expectabat, sed donabat, & ideo sepultura eius ignorata non est, sed eleuata quam diuinius creatura tenere non potuit, quia per ipsum omnis creatura properauit à corruptionis seruitijs eleuari. Christi sepulturam vidimus, nunc iam non nouimus, qui resurrectionem eius agnouimus. Debit enim cognosci tumulus eius, ut resurrectio manifestaretur, & ideo in euangelio tumulus summa expressione describitur. THEOD. interpretans hæc verba (inquit) de Christo Domino hæc dicit, & significat flagitium ludæorum, qui Dominum cruci suffixere, & significat etiam Christi victoriam post mortem: & quod mors eius, conciliationem cum Deo donauit nobis, & quod ipse sepulturam relinquens, in caelum ascendit. Quæ omnia eò in hunc locum congesti, ut te rogem, credibile ne putes cum catholica ecclesia, pluuia Spiritus sancti sit irrigua semper, & fulgentissimo eiusdem spiritus lumine illustris, tot patres simul, & plures adeo multo, neque ego omnes cito, fuisse delusos? frustra fuisse? catholicam ecclesiam per tot annos hoc testimonio ex hoc Esaia loco petito sefellisse, quos ad fidem vocabat? quod obijciebant nobis Iudæi, ut docet ORIGEN. in epistola ad Aphricanum. Mihi certè non solium non credibile, sed neque fatis tutum videtur tale quid cogitare, ne quid grauius dicam, quod ad proceres ecclesiae hoc spectat. Mitto dicere, quod si nihil tale Hebraea lectio praeferebat, fat fuisset Lxxii viros ludæos, trecentis ante Christi crucem annis, praedixisse mortem Christi.
H h h 2 tem Chri-

tem Christi, & sepulturam, & resurrectionem. Nam lectio Hebraea multo planius hac praefert A omnia q̄ Lxx interpretatio. Primum, verba illa: **אבית בלילה**, abibit in pace. i. occidetur in pace, & consensu omnium Christus, vt interpretatur sancti patres, quos dixi, hoc, morte Christi significat. Vbi nihil violentum quisquam dicere potest, aut coactum, nisi displicet hac forma loquendi: Abibit in pace Christus, pro patietur, & occidetur Christus omnium consensu, qua forma dicitur ipse Dns vtitur iam iam passurus, Ego ad patrem eo. & phasa vox Hebraea, quod pascha nos dicim⁹ Latine, sonat transitum hunc, & hac itione. Abibit ergo in pace, idē significat quod pascha, siue phasa Christi, vel transitum Christi, & itione ad patrem, in pace omnium & consensu omnium qui clamabant: Crucifige, crucifige. Pro hoc dixere Lxx, qui sensu vertebat non verba, [sepultura eius erit in pace] vt sepeliendi etiam significarent. Sed ne crederet sepultura Dni nullam factam mentionem esse in Hebraea lectione, audi verba sequentia: **וינוח**, requiescere facient (Sic enim accipitur Neemia 9. cap. quod citat Pagninus in thesauro lingua sanctae.) **על משכביו**, super cubilia eorum, i. requiescere faciet super cubilia eorum, cum haec verba audis, non venit tibi in mentem Ioseph ab Arimathia? & sepulchrum illud nouum, vbi sepultura datum corpus Dni est? Expende quem alium sensum comminisci horum verborum possis, cum dictum sit, iustum crucifixum esse, B sublatum de medio iustum ob malitiam Iudaeorum abijisse in pace. Et sequatur: [requiescere facient in cubiliis eorum] & videbis hunc solū sensum germanum, & verū huius loci esse [ponent iustum in sepultura eorum] i. Christum, positus est in sepulchro nouo Ioseph ab Arimathia. Quid planius? quid procliuus? Quod si quis contenderet vertendum esse: Requiescent in cubilibus suis. Non veniunt tibi in mentem custodes qui custodiebant sepulchrum, qui propter sepulchrum cubabant, & dormiebant per vices? de quibus recte dicitur: Requiescent in cubilibus suis custodientes sepulchrum Dni. & cohæreat superioribus, quibus dictum erat, Patietur Christus omnium consensu, & requiescent custodes in cubilibus suis custodientes sepulchrum Dni. vtrumq; hoc loco sit significatum. Quod spiritus sanctus verba dictabat plures sensus significantia, vt ex autoritate veterum patrum supra pluribus est dictum, & sic hoc loco haec verba vtrumq; significat, positum in sepulchro Dni nouo Iosephi ab Arimathia, & positos custodes qui custodirent sepulchrum. Lxx viri, qui sensus sacros eruunt tantum, significarunt rem, non expresserunt, & duces fuere nobis, vt si Hebraea lectione pio animo ad lucē euangelicā ex cussimus, magna C inueniamus mysteria. Iam illud expectabis, quando expressa passio Christi est & sepultura in Hebraea lectione, vbi sit resurrectio, quam Lxx illis verbis hgnificarunt, de medio ablata est. Audi verba sequentia, **ויחי**, abibit, **בבוקר**, in directione sua. i. resurget de sepulchro propter innocentiam suā, quia impossibile erat, retineri apud mortuos, qui neq; peccatum fecerat, neque dolus inuentus est in ore eius. Vide tu an aliud significare possit, eum, qui sepultura datus erat, abijisse, quam resurrexisse in resurrectione sua. i. in virtute sua, in innocentia sua. Quæro an quid quam planius possit dici? si velis dicere Christum resurrexisse qui peccatum non habuit, neq; dolus inuentus est in ore eius, quam vt dictum est à propheta [abijt iustus in rectitudine sua.] de sepulchro. s. de quo mentio præcesserat. Quid si Lxx legere pro **בבוקר**, in rectitudine sua, **בבוקר**, in fortitudine sua: ב, mutata in, ב, quæ literæ sunt simillimæ in codicibus manuscriptis, aded vt aliquando vix interuolui queant, vel hoc ipsum verbū admonuisset nos de sacra resurrectione agi. Reperies enim hoc verbū apud ipsum Esaiam, vbi describitur Christi resurrectio cap. 63. nam vbi legitur: Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. pro hoc postremo est **בבוקר**, & si mutata illa literula sic legeretur, pendē eadē verba essent hic & illic: nā D quid interest si dicas: Gradiens in multitudine fortitudinis suæ, an abiēs in fortitudine sua? ego quouis pignore contenderē, si id sciri posset, Lxx viros mutata vna litera, legisse pro **בבוקר**. i. pro becocho, **בבוקר** becocho, & Iudæos vnam literam mutasse, quod si legeretur becocho, nulla dubitatio relinqueretur, nec tergiversatio, quin iustus hic, qui abijisse in fortitudine sua dice retur, de sepulchro Christus esset. nā vna haec litera non solum huic loco clarissimā faciem prætulisset, sed cubili illi, quod præcesserat, ostendissetq; sepulchrum esse Ioseph ab Arimathia, ostendissetq; itione illam in pace, itione fuisse ad patrem, & cætera tā clare monstrasset vt cæcis Iudæis, vel nolentibus, incurrerent in oculos. Sed lectio ipsa Hebraea, quæ circumferretur, satis planē indicat resurrectionē Domini, vt diximus, ostendisset haec planius, pertraheretq; **אוימות**, impios Iudæos: Quanquā si interpretationē Vatabli & Isidori Clarij cōferas cū lectione Hebraea, videas eos frustra conari, tueri sententiā Iudæorum, nam si ad iustos haec verba refe-

Quid sit Pascha.

Abareferuntur, quomodo de eisdē modo singulariter, postea pluraliter, rursus singulariter loqui turpri⁹, abijt in pace: deinde, requiescunt in cubilib⁹. postea, abijt in rectitudine sua, quæ miscella & turba verborū haec est? quæ res illos cogit ad hanc necessitatē, vt omnia perturbet? & dicat singularia verba & pluralia eodē referri, vulgō aiūt hoc fit, fateor in interpretationibus Iudæorum, qui necesse habet omnia pervertere, hac fraude sepe vtūtur: veteres patres qui verā scripturam sententiā sequuntur, viā planā insistant, vbi nihil inuitū videas, nihil coactum. Pagn. dixi verba addere scripturæ, quod qui facit, non video quomodo non vitiasse, & corrupisse scripturā sit dicendus, qui tabulis & instrumentis tabellionis verba adderet, corrupisse tabulas & instrumenta publica diceretur, & poenas grauissimas lueret, qui diuinis instrumentis verba addidit, & tabulas veteris testamenti corrupit, verbis additis de suo, impunē feret?

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Vos autem accedite huc filij augu- Vos autē accedite huc filij legis transgres-
naricis, semen adulteri et fornicato-
ris, super quem iustitias? super quem dilata-
stis os? et eiecistis linguam: nūquid nō
vos filij scelesti? semen mendax?
stram? nonne vos estis filij perditionis?

ISTIDOR. Clarius cū suis congregacionibus, haec quoq; ad sensu trahit Iudæica, sed satis erit ad monuisse etiā, vbi D. Hieron. admonet nos erroris Iudæorum, illos fere velle cū Iudæis errare. Historia euāgelica huic loco, similibusq; satis est pro cōmētario his qui ad lucē euāgelicā interpretari scripturas volūt, quæ describit sputa, excreationes, quibus ab impijs Iudæis foedatū est Christi vultus, alapas quibus est cæcus, ludibria quibus est affectus, quæ verba illa præsignificat [super quem iustitias? super quem dilatastis os? super quem eiecistis linguam?] D. Hieron. ad haec refert hunc totū prophetā locū, & CYRIL. & PROC. quin Cyril. in Ioan. lib. 12. cap. 23. in illa verba: Exinde quærebatur Pilat⁹ dimittere eū, nō in aliquē simpliciter hominē, sed in ipsum qui rerū omnium principatū cum patre tenet, illud debant, vnde perditionis filij, & mendax semen esse cōstiti sunt. IVST. Martyr aduersus Tryphonē Iudæū eodem refert, quod ceteri patres: C & ad illa, quod nō solum mouerūt capita, dicentes: Si filius Dei est, descēdat nunc de cruce, & similia. sed etiā legatos in oēs partes terrarū misere ad Iudæos, qui vbiq; terrarū agerent, vt docerēt eos conuertiari Christo, & vt docerēt Gentes nomē Dei blasphemare. THEOD. His verbis (inquit) aperte significantur blasphemiae editæ à Iudæis in Christū, cum impostorem appellabant, & demoniū habentē, & Samaritanū, & cum ei impiētissimē illudēbāt. [Filij auguraticis] dicitur Iudæi, quod Hierosolymis vigebat veneficiū, idolatria, & auguriū, quæ prohibita erant, de quibus supra cap. 2. dictū est, vnde pro [filij auguraticis] reddidit Lxx **αυραγοι**, i. filij transgressores legis [semen adulterorum] vel adulteri, sic dictū puto vt illud euāgelicum: Vos ex patre diabolo estis, nā synagoga cum fornicabatur cū dæmonibus. i. cum colebat idolatram, hos peperit foetus, & ideo semen adulterorum & meretricis dicuntur, nā synagoga folet scriptura meretricē nominare quod fornicaretur cū dæmonibus. THEOD. Excludit (inquit) his verbis, cognatione Abrahā, & accusat ipsorū adulterationē, nō solum præceptorū legis, sed nuptiarū & matrimoniorum. Pro [filij scelesti] dixerunt Lxx: **αυραγοι** i. filij perditionis, qua forma dicēdi vtitur Ioan. cap. 17. Nullus perijt nisi filij perditionis. Et Paulus 2. epist. ad Thesalonicenses cap. 2. epist. 2. Donc reuelatur homo peccati & filius perditionis, quod Lxx dixerunt **αυραγοι**, semen ignominiosum. D. Hieron. [semen mendax] vt Hebraica editio praefert, quod eodē spectat, nam cum filij Dei esse deberent, ex diabolo nati sunt, vt Dominus in euangelio dicit, & ideo semen mendax nominantur, & semen sine honore & ignominiosum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Qui consolamini in dijs subter omne li-
gnū frondosum, immolates paruulos in
torrentibus, subter eminentes petras, in
partibus torrentis, pars tua haec est, fors
tua, et ipsis effudisti libamē, obtulisti sa-
crificiū, nūquid super his nō indignabor?
Aduocates ad idola subter arbores
frondosas, iugulantes filios vestros
in torrentibus, in medio petrarum,
illa tua fors, illis effudisti libamen,
& his obtulisti hostias, super his nō
irascar dicit Dominus.

Hhh 3 Series

Series prædictionū huius capituli hæc est, primo loco, ut ostendimus, præsignificata est passio Christi, & sepultura, & resurrectio, & postea descripta est Iudeorū procacitas, qua regni gloria insultabant, ut ex veterū patrum sententia ostendimus: post hæc iam ostendit prophetia, nihil noui fecisse Iudæos, quod supra dicta fecerint, nec quod dixerint: Hic est hæres, venite occidamus eum, ausi regi gloriae afferre manus, cum iam olim ausi sint contra Deum colere dæmonas, & ausi sint Deo anteferre idola, ausi sint aduersum Deum, regum idolatrarum amicitias ambire. Quid mirū ergo, si nunc ausi sint aduersum Deum immane illud nefas? quid mirū si imperij Romani amicitia, Dei cultū post putauerint? nā putarūt Romanorū præsidio se fore tutos, & Dei vindictā se posse effugere. Nā si Canone interpretandæ scripturæ præscripto ab Origene & August. utamur, de quo supra sæpè diximus, cum de sensu alicuius loci scripturæ coeperit esse pro certo, præcedētia & sequentia eodē esse referenda, si cōgruant, hæc quæ nūc dicuntur, nō poterunt ad Babylonicos, & Assyrios referri, quanuis quidā magni nominis eō referant. Nā principiū capituli & finis, de Christi temporibus vaticinatur: media ergo ad eadem tempora referentur, cum præsertim, ut oēs veteres docent, rerū euentus sit optimus scripturarū interpres. & hoc cū historia cōgruat maximè: discis enim ex Iosepho, legatos missos Romam sub Christi aduentū, & post Christi crucē, & eō deferenda magnificentissima dona dedisse, quod si referas prophetiā, deprehendes postea verba prophetæ cū verbis euangelicis congruere maximè, & sic media primis, & vltimis media cōsentiunt, & sibi respondebūt omnia. Ergo hoc loco ait, nihil noui fecisse Iudæos, nā à principio aduersum Deū fuistis (inquit) rebelles, & ideo ait, qui consolamini in dijs. i. qui gaudetis idolis, sacrificantes vestros filios, maestabāt enim idolis loco victimarū proprios filios. Lxx viri sententiā tantū rationē habēt, qui edidēre [vocantes ad idola. i. qui vos mutuo adhortamini ad idolorū cultū, hoc ipsum significat propheta, cum dicit: Immolantes paruulos in torrentibus] vel ut Lxx edidēre [iugulantes paruulos in torrentibus] nā φάγγες, torrentes etiā significat, vbi proprios filios dæmonib⁹ immolabant [in partibus torrentis pars tua] solebat esse pars tua Deus, & Dei cultus, nūc pars tua in torrentibus. i. dæmonū cultus, qui colitur in torrentibus est fors tua, & tu pars dæmonis nō pars Dei, & fors tua dæmō, tu dæmonis fors, cum dicatur: Dñs pars hereditatis meæ. Quid ergo nō futurū erat, ut his iraceretur Dñs, & prouocatus in eo qui nō erat Deus, prouocaret suos in eo qui nō est populus, hoc est, excluderet suū populum, & vocaret ad fidem Christi populum Gentium, qui quod ex pers Dei cognitionis erat, indignus erat, qui diceretur populus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Super montē excelsum et sublimē posuisti cubile tuum, et illuc ascendisti, ut immolares hostias, et post ostium, et retro postem posuisti memoriale tuum.

Super montē excelsum, & sublimē illic tuū cubile, & illuc ascendisti, ut immolares hostias tuas, & post postes ostij tui posuisti memoriā tuā.

Hoc loco tantū dicendū est in translatione Lxx, reponendū esse verbū [positū erat] ex lectione Hebræa, legendumq; [Super montē excelsum, & sublimē, illic tuū cubile positū erat] conscendebāt enim montes, & illic ponebāt cubilia, & petebāt somnia à dæmonib⁹, & ponebāt idola domi [post ostia] i. in ingressu cubiculi, ut aperto ostio, statim idola in oculos incurrerent, & cum illa viderent idolorum & dæmonum meminissent.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quia iuxta me discooperuisti, et suscepisti adulterum.

Putabas, quoniam si recessisses à me, plus aliquid esses habiturus.

AVGVSTVS. quæstionum euangelicarum lib. 2. quæst. 6. lectio. nem Lxx agnoscit: Dicitur, inquit, animæ transgredienti præcepta Domini; cupiditate amplius aliquid habendi, per prophetam Esaïam: Sperabas si à me discessisses amplius aliquid te habituram, ex quo initio superbix omnia peccata syluescunt. Ita CYRILLUS, hunc locum legit & interpretatur. Neque delusi sunt hi patres, cum agnoscunt hanc lectionem Esaïæ, nam quanuis verti possit lectio Hebræa ut reddita est à D. Hieronymo, potest quoque verti ut translata est à Lxx senioribus, nam וְנִסְתַּחֲפֵי, reddi potest: Quia à me: וְנִסְתַּחֲפֵי, migrasti: וְנִסְתַּחֲפֵי, & ascendes, ut sit totum: Quia à me mi-

à me migrasti, & ascendes? Quod explanant Lxx seniores: Quia à me migrasti, & discessisti, ascendes? i. promouebis, & peruenies ad maiora? & ita reddidit [Putabas si à me discessisses te plus aliquid habituram?] & dicitur animæ migranti ad idola: putabas o anima, deficiens à me ad dæmones, te lucrum facere, quod accommodatur ad omnem animam peccantem, ut explanat AVG. & CYRILLUS. quod anima, quæ Dei est sponsa, cum intra se concipit diabolum, concipit autem cum peccatum cōcipit, se lucrum facturam putat, pollicetur sibi opes, dignitates, aut vitam iucundam, aut cōfertam voluptatibus, & earum spe recedit à Deo: erroris eā admonet Deus: Putabas (inquit) te promoturam, cum me deferebas, & tantum abest ut promoueris, ut in malorum barathrum decideris. Potest quoq; verti ut reddidit D. Hieronymus. nec est cur D. Hieron. malè hæc vertisse à Iudaizantibus dicatur. Nā verba Hebræa sunt: וְנִסְתַּחֲפֵי, quoniam, וְנִסְתַּחֲפֵי, à me, וְנִסְתַּחֲפֵי, nudasti, & discooperuisti וְנִסְתַּחֲפֵי, & ascendere fecisti, supp. adulterium: vitur enim metaphora mulieris adulteræ, quæ mariti thoro excipit adulterum, ita synagoga quæ Dei erat sponsa, colebat idola, & se auertebat à Deo, & suscipiebat adulterum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dilatasti cubile tuum, pepigisti cum eis fœdus, dilexisti stratum eorum manu aperta.

Dilexisti dormientes tecū, & multiplicasti fornicationem tuam cū eis, & multos fecisti eos qui procul à te.

LXX viri sententiā reddunt, & pro textu sacro, scholia reponunt & paraphras. Nam quod Hieron. vertit [Dilatasti cubile tuum] interpretatur [dilexisti dormientes tecum] quod enim diligebat adulteros, dilatabat cubile suum. Quod vertit D. Hieron. [pepigisti cum eis fœdus] explanant [multiplicasti fornicationem tuam cum eis] nam & Cicero sic loquutus est: Cum tuis amatoribus fœdera ferires. quanquam obscenè Cicero, D. Hieronymus honestè. Quod Hieron. vertit [dilexisti stratum eorum] interpretatur [multos fecisti amatores tuos] i. colebas multa idola omnium nationum deos, & falsa numina. Quod vertit D. Hieron. [Manu aperta] Hebræicè est: וְנִסְתַּחֲפֵי, & וְנִסְתַּחֲפֵי, manum, significat, locum & regionem, וְנִסְתַּחֲפֵי, vidit, ut sit: In regione vidisti. i. quæstisti amatores in regione quam vidisti. i. in omni regione eia procul à te, quam longè oculi tui prospicere potuere, longè summos Romanos. Est enim forma dicendi Hebræa. Lxx dixerunt [etiam eos qui procul à te] i. colebas omnes falsos deos, etiam illos qui procul à te erant, quos colebant nationes, à te longè summotæ. Norandū tamè PROC. non legere: Multos fecisti eos, i. non πολλοὺς ἐποίησας, sed πολλοὺς ἐποίησας. i. plurimi fecisti eos qui procul à te. quod est idem quod: Dilexisti eos qui procul à te, nam plurimifacere, & diligere idem est: & ita translatio Lxx virorum, & Hieronymi eadem est, excepto, quod pro stratum eorum, dixerunt Lxx, eos, Romanos. f.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ornasti te regi vnguento, et multiplicasti pigmēta tua, misisti legatos tuos procul, et humiliata es usq; ad inferos.

Et misisti legatos ultra terminos tuos, & humiliata es vsque ad inferos, multis itineribus tuis.

Priora verba hæc desyderantur in translatione Lxx virorum [Misiisti legatos tuos procul] Lxx hæc interpretantur. i. misiisti legatos ultra terminos tuos, id est, longissimè à te. Apud omnes prophetas hoc Iudæis obijcitur, quod peterent opem à regibus idolatris, cum Deum habere possent propitium, & nullius egere ope. Apparet significari his verbis, legationes ad Romanos missas, nam ante aduentum Christi, ut discas ex Iosepho, magnopere appetiere Iudæi Romanorum amicitiam, & magnificentissima ad eos detulere dona, quod propheta significauit per metaphoram fœminæ, quæ se ad speculum comeret, & aromatibus ac vnguentis redderet delibutam, ut placeret Regi. i. quæ amplissima & pulcherrima pararet dona, ut Romano imperatori placeret. [Ultra terminos tuos misiisti legatos] non ad reges Aegyptios, aut Babylonicos confines, & conterminos tuos, sed longè ultra terminos tuos. [Et humiliata es vsque ad inferos, multis itineribus tuis] illic enim Lxx seniores apponere distinctionem, ut ad gentes longè summotas, non ad cōfines reges legationes missas significarent. Nescio quæ mala crux agitat quosdam, qui malè vertisse hæc dicant D. Hieronymum, nam VATAB. sic vertit: Oblulisti munera regi Assyriorū cum oleo, & sic quoq; reddidit PAGN.

Hhh 4 Lectio

Leetio Hebraea est: וְהִשְׁרִי לְמַלְאָכָא בְּשַׁמְרָא, vbi וְהִשְׁרִי, significat, contemplata est, vel aspecta est, A
supp. ad speculum, contemplata es faciem tuam ad speculum, à verbo הִשְׁרִי .i. video. nam, si rec
quibuz, poni pro si rec cum, vas, vulgatissimum est. שַׁמְרָא, in vnguento. i. contemplata es te
in vnguento delibutam ad speculum. מַלְאָכָא, regii. vt placeres regi. Pro his Hieron. dixit [Or
nasti te regi vnguento] quam verisimam interpretatione esse euincunt verba sequentia: Mul
tiplicasti pigmenta tua]. i. aromata tua, & te picturasti omnibus ornamentis, tota vnguentis, &
aromatibus delibuta, & cum metaphora deducta à foemina meretrice & adultera vtatur Do
minus hoc loco, non potuit congruentius hoc verti, quam redditum à D. Hierony. est. An re
deundum nunc est ad Rabbiorum doctrinam, & fabulas Iudaicas? Quod autem dicit [humilia
ta es vsque ad inferos], significat hinc Iudæos malorum causas traxisse, quia non receperunt
Christum, ne caperent inimicos Romanos, quos tanto conatu sibi conciliarant, & hinc sunt
exclusi à Domino.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

In multitudine viarum laborasti, ne
que dixisti, quiescam.

Laborasti, & non dixisti, de
sinam.

Dixi aliter disunctam hanc lectionem à Lxx quàm à D. Hieron. quod Lxx sic legerint:
Humiliata es vsque ad inferos multis itineribus tuis. vel, in multitudine viarum tuarum. & illic
apposuerunt distinctionem, vt tam longa peregrinatione, significarent Iudæos descēdisse in ba
rathrum malorum. Quod enim Iudæi, idolatras Romanos tam longè summotos, tanto cona
tu sibi fecerint amicos, factum est, vt in Christi aduentu sint occæcati, & Christum non rece
perint, & inciderint in vltimas ærumnas, vt qui gloria cæteris nationibus excellēbant, solino
minati Dei filij humiliati sint vsque ad inferos. i. abiectissimi omnium nationum facti fuerint.
Et postea nouo initio dixere Lxx [laborasti, & non dixisti, de sinam] i. cum tantum viarum per
agrare tot gentes, tot nationes, vt illorum appeteres amicitiam: tanta animi aueritate fecisti,
vt te nunquam delassarit via, neque dixeris, de sinam. Idem est sensus translationis D. Hierony
mi [In multitudine viarum tuarum laborasti] i. laborasti in conficiendo tam longo itinere [neque di
xisti, quiescam] aut deficit me animus, non possum suppeditare labori, tam auidè faciebas, vt
nunquam delassareris.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vitam manus tua inuenisti, propte
reà non rogasti.

Confortata quia faciebas hæc, propte
reà hoc non rogasti me tu.

Leetio Hebraea sic verti potest: Vitam ma
nus tuæ inuenisti, pro quo non rogasti.]
& vt Hebræi vertunt: Desiderium affectio
num tuarum inuenisti, & ideo non infirmata
es. i. quia hic erat summus tuus amor, tuum maximum desiderium, habere amicos Romanos
non infirmata es, non defatigata es tam longo itinere, quod idem significat tralatio D. Hiero
ny. Nam vitam ponunt Hebræi pro desiderio: & manus pro affectionibus, quia affectio
nes sunt manus animi. Inuenisti ergo [vitam] i. desiderium [manus tuæ] i. tuæ affectionis. i. in
uenisti quod optabas, conciliata amicitia Romanorum [& ideo non rogasti me] i. non puta
bas me rogandum esse, cum præsidio Romanorum putares te esse tutam. Lxx seniores hoc
planius dixere [confortata es] vel robur habuisti. hoc enim significat verbum יָצַדְתָּ. i. ro
bur habens, ad peragrandum, scilicet, tam longum iter, quia faciebas hæc. i. quod conciliabas
amicitiam Romanorum [propter hoc non rogasti me tu] quod fidebas Romanis, nec me qui
sum Deus, rogabas, nec respuisti post crucem Christi, nec petisti veniam tã immanis admissi
flagitij, putabas præsidio Romanorum, tam immane facinus, te impunè laturam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Pro quo sollicita timuisti? quia men
tita es.

Quem timens timuisti, & mentita es
me. (sic em̄ Græcè legitur, non, mihi.)
Emphasim

Emphasim habent hæc verba si cum sequentibus conferantur [Pro quo sollicita timuisti?] vel vt planius dixere Lxx [Quem timens metuisti?] Nam incredibile dictu est, quam impa
uidi, & imperterriti, ausi sint omne nefas aduersum Christum Dominum, vel cum Magis in
dicant locum vbi Christus nasceretur: vel cum occidunt pueros cum Herode, & moluntur
insidias Christo: vel cum dicunt, hic est hæres: vel cum corrumpunt custodes, ne dicant Domi
num surrexisse, vel cum post tot signa, & miracula persequuntur Christum & fideles, pro nulla
harum rerum fuerunt solliciti, aut timuerunt, quod significant verba hæc [Pro quo sollicita ti
muisti?] pro qua harum rerum omnium fuisti sollicita Hierusalem, pro qua timuisti? quasi
dicat pro nulla, quanuis sentiebas tot miraculis editis te regem gloriæ crucifixisse, freta Cæsa
ris amicitia me non timebas, quia mēta es, vel, vt vertere Lxx mentita es tu me, cum dixisti:
Non habemus Regem nisi Cæsare: siquidē Pilato dicēti, Regem vestrum crucifigam? cum mē
dacio me negasti & tralatio Lxx magis conuenit cum Hebraea lectione, qui reddidere [mēta
es tu me] Hęc sic intellexit Theodoretus, cuius verba sunt, Quādo seruiebas idolis me nō timui
sti, quando veni ego non timuisti, timuisti ubi non erat timor, hæc THEOD. de vocibus illis
dixit venient Romani & tollent gentem nostram.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et mei non es recordata, nec cogitasti
in corde tuo, quia ego tacens es quasi
non videns, es mei oblita es.

Et non es recordata mei, nec acce
pisti me in mētem tuam, neque in
cor tuum & ego te videns despiciā
& me non timuisti.

THEOD. hæc de temporibus Christi ex
planat: Quādo ego inquit veni timuisti ubi non erat timor & noluisti recordari prædi
ctiones prophetarum quæ de me erant. Et mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo
i. nō venere in mentem tibi signa, quæ tibi per prophetas dederam vt me cognosceres. dixerā
enim psalm. 37. futurum me ante Iudices cum me magistratibus sisterent Iudæi, non secus ac si
homo essem non audiens, & non habens in ore suo redargutiones: quod sensit princeps sacer
dotum apud Matt. cap. 26. cum dixit, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testifican
tur? Cur non hęc reuocabas in mentem tuam, & in cor tuum quia ego tacens, & quasi non vi
dens. i. cur non repetebas animo vaticinium illud cum videbas quia ego eram tacens, & quasi
non videns? Et mei oblita es] i. oblita es me hæc prædixisse tibi. Quæ optimè verba sunt à D.
Hieronymo, singulis tamen verbis Hebræis apposita puncta videbis loco obelorum, quibus
Hebræi sibi canebant veluti signis, & significabant Hieronymum hæc parum fideliter vertisse.
audi ergo lectionem Hebræam. timuisti non me & negligens, mutus & tacens ego non Num

Id est, An ego nō sum ille tacens, וְאִנְיָ לֹא הָיִיתִי מְדַבֵּר וְאַתָּה לֹא הָיִיתָ מְשִׁיב פִּי וְאִנְיָ לֹא הָיִיתָ מְשִׁיב פִּי
& mutus, & me non timuisti? Vbi, Ego sum ille tacens, & mutus plane significat quod dixera
mus: An ego non sum ille tacens & mutus? de quo dictum erat, Tanquam agnus coram tondē
te non aperuit os suum, & illud. Ego sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redar
gutiones: pro, מְשִׁיב פִּי, mutus, vel, negligens, vel abscondens, vel absconditus, Hęc enim om
nia hæc vox significat ab, מְשִׁיב פִּי, abscondo, & negligo quæ omnia dicuntur de Christo iuxta il
lud cap. 33. Quasi absconditus vultus eius, pro his ergo omnibus vertit D. Hieronymus non au
diens, vt sit: ego ille tacens, & negligens, tacens, & non audiens, nihil curans, facta paraphrasi
ex illo psalmi: Non habens in ore suo redargutiones. Atqui aiunt Iudæi, מְשִׁיב פִּי, significare secu
lum, & meholam à seculo, quid ni? quanquam deest, vt, מְשִׁיב פִּי, seculum significare possit. Sed
largiamur hoc Iudæis, etiam sine, מְשִׁיב פִּי, significare seculum, quis vnquam diceret amamus, quan
quam mus, significet murem, significare idem quod, מְשִׁיב פִּי, mus tu amas? quasi dicamus muri vt amet
Halā significat tacere, & negligere, & abscondere, vndē, mealam, negligens, abscondens quid
malum iuuat Iudæos mutato pūcto, ex vna dictione duas facere? An verebantur ne si verteretur
An non ego tacens, & absconditus? vel mutus? appareret ille qui tanquā agnus coram tonden
te, tacebat? cuius absconditus vultus erat, & ob eam rem non apposuerunt puncta, quæ apposita e
rant tempestate D. Hieronymi. mealam, vel, meulam, absconditus, atqui littera quoque vna de
est, quæ illos etiam arguit impietatis. Nam si olam, seculū esse deberet, deberet habere, ו, opti
mè ergo D. Hieronymus: illi pessimè, qui oraculis de Christo offundunt tenebras. Deinde pro
me oblita es] Hebraicè est, Me non timuisti, quasi dicat, Cæsarem timuisti, & Romanos, ne ve
nient

Iudæi, vt
apparet ex
tralatione
D. Hieron.
diuidunt di
stiones, &
puncta mu
tant, et lite
ras demūt.

harent, & auferrent gentem vestram, & me non timuisti multo magis hoc facturum si me nega-
retis. Possunt etiã verba Hebræa verti vt reddita sunt à Lxx viris (si modo legitima illorũ tra-
latio est hoc loco) si ita interpreteris, An non ego tacens, & negligens? i. an ego non ero tacens,
& negligens cum tu rues Romanorum armis, vt tacens fuisti, & me negasti cum maluisti Cæsa-
rem quam me? & quanuis signis, & prodigijs postea me Christum esse vidisti tacuisti tamen,
& ego quoque cum videro te premi hostili manu tacebo, & negligens ero quia me non timui-
sti, & sic vertere Lxx: Ego te videns despiciam, & me non timuisti. i. quia me non timuisti, ego
videns te premi malis despiciam te quoque. Lege IOSEPH. lib. 5. & 6. de bello Iudaico & repe-
ries omnibus malis cinctos vndique Iudæos in horas expectasse Dei opem, & non accepisse cõ-
ditiones optimas, quas ei ferebant Romani, & ideo prorsus esse deletos. & si attente legeris Io-
sephum vel ex hoc loco etiam iuxta tralationem Lxx intelliges hæc ad solam vastitatem Ro-
manam spectare posse, nunquam enim in malis vt dicebãt ipsi Iudæi deseruit prorsus suos Do-
minus, etiã in captiuitate Babylonica, respondit Deus Iudæis per prophetam Hieremiam &
vocauit eos centies ad pœnitentiam, & promisit fore, vt liberaret illos impendente illa ruina, vt
leges apud Hieremiam, & imminente iam summo discrimine, edixit vt qui saluus esse vellet
se dederet regi Babylonio, se liberaturum eos captiuitate Babylonica. denique Iudæi dicebãt
obsessi à Romanis, se nunquam destitutos diuino auxilio, in medijs malis esse subleuatos cala-
mitate postrema, quod Iosephus qui in castris Romanis erat lōga oratione refellit, vt dictũ ali-
bi pluribus est, intellexit Christum à Iudæis in crucem esse sublatum.

D. HIERONYMVS

*Ego autem annūciabo iustitiam tuam,
& opera tua non proderunt tibi, cum
clamaueris, liberent te congregati tui,
omnes eos auferet ventus, tollet aura.*

Vlde quam conueniant omnia superiori-
bus, vbi cum Pilatus diceret, regem ve-
strum crucifigã acclamatu est: Non habemus regẽ nisi Cæsare. & vbi corrupti sunt custodes,
cælata est resurrectio Dñi, tacita sunt miracula, edicit Dñs se relaturũ parem gratiam. [Ego an-
nunciabo iustitiã tuam] i. faciã toto orbe tuã iustitiam annũciari, sic em̄ Hebræũ verbũ potest
explanari, quid em̄ toto orbe magis nobilitatũ quã Iudæorũ hæc immanis flagitia? quę literis
euãgelicis quotidie decãtãtur toto terrarũ orbe. Hier. docet hoc loco hoc nomẽ [iustitia] Iro-
nicos p̄ flagitio poni [& opera tua nõ proderũt tibi] Lxx [Mala tua nõ proderũt tibi] nõ p̄de-
rit tibi confugisse ad Romanorum amicitiam, & occidisse Christum, ne venirent Romani &
tuam gentem tollerent, nam à Romanis deleberis [Et cum clamaueris, liberent te congregati
tui] cum impendeant iam mala vltima, gentes cum quibus inieras fœdus liberent te, Iudæi nan-
que freti multarum gentium auxilio vt disces ex 1. libro IOSEPH. de bello Iudaico, putarunt
se posse resistere Romanis armis [Omnis eos auferet ventus, tollet aura] omnes eos Iudæos v̄-
tus tollet, & auferet aura. i. delebuntur, ne impediant euãgelij prædicationem, momento em̄
temporis sunt deleti Iudæi à Vespasiano, & postea funditus, ab Adriano vt soli fuerint residui,
qui captiui sunt acti, & qui varijs partibus orbis terrarum habitabãt, factus enim transitus à se-
cunda persona ad tertiam est, qui apud Hebræos fit frequentissimẽ.

D. HIERONYMVS

*Qui autem fiduciam habet mei, hare-
ditabit terram & possidebit montem
sanctum meum.*

THEOD. ipse rerum euentus veritatem huius oraculi comprobat, nã credentes Christo ur-
bem Hierosolyma possedere, & toto orbe, summo sunt in honore. CYRIL. Videtur nũc
de his qui ex tribubus Iudæis crediderunt verba facere, quorum primitiã fuere Domini disci-
puli, hi sunt hæredes regni cœlorum & terrã supernã possederunt. de qua Dñs beati mites quia
ipsi possederunt terram. mons sanctus Christus dicitur, & eius ecclesia, vt supra dictum est. &
deletis Iudæis per Romanos certe fideles possedere, vt inquit THEOD. terrã Iudæã atq; aded
totum orbem quo ad venit inimicus homo. & (quod ait Dominus) seminauit zizania.

D. HIE-

*Et ego annūciabo iustitiam tuam
& mala tua non proderunt tibi, cū
clamaueris, eruant te in tribulatio-
ne tua, istos enim omnes ventus tol-
let, & auferet tempestas.*

LXX VIRI.

A. D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Et dicam, quia facite, prabete iter, de-
clinate de semita, auferite offendicula
de via populi mei.*

Et dicant, mundate à facie eius vias
& auferite offendicula de via popu-
li mei.

CREG. Nazia. ad aduentum 150. episcoporũ: Auferite offendicula de via siue lapides de via
proijcite, nequid vitiorum sit impedimento populo meo. Nũc quidem à via euangelica,
postea ab ingressu superẽ Hierusalem cœlestis, & à sanctis sanctorum, quę præmia manent eos
qui legitime certauerint. CYRILL. & D. HIER. idem hoc esse aiũt cum illo: Rectas facite semi-
tas Domini, ita iam omnes patres hæc ad Christi tempora referunt, vt nulla dubitatio relinqua-
tur, media vt diximus eodem esse referenda. Idem CYRILL. in Genesin lib. 11. in fine; cum in-
quit Christus nos per planam, expeditam quẽ viã mitteret ad superna domicilia, ministris suis
sanctissimis præcipit, Aperite portas ut intret populus, qui custodit iustitiam & rursus iter faci-
te populo meo, & lapides à via proijcite, ne per media scandala offendentes à bonis studijs de-
clinent. AMBROS. in Psalmum 36. in fine: fuge terram, saxa habet, lapides habet, sicut scriptũ
est [lapides de via proijcite]. Lege AMBROS. & repete altius. Quod ergo D. Hieron. reddidit
[& dicit] sic em̄ est Hebræicẽ פרוץ, & dicit. Lxx viri pluraliter transtulerunt [& dicit] quia hæc
referunt ad fideles, edidere em̄ [sperantes in me hæreditabunt terram] & c. & dicent, fideles. i.
mundate à facie eius viam] ergo dicit fidelis qui me receperit. i. vel dicent prædicatores euã-
gelij, פרוץ eleuate, eleuate. i. per viam altã & celsam ite, quã super lutum eminet. i. fugite cœ-
num, & sordes & contagionem huius vitæ, & ite per viam quã eminet super huius vitæ: fæces,
& quã longè altior est rebus terrenis, quod faciebat Paulus cum dicebat: Si confurrexistis cum
Christo, quã sursum sunt quærite, non quã super terram, quã sursum sunt sapite, ducta meta-
phora à via, in loco lutulento, & cœnoso lapidibus structa & munita altius ipso luto & cœno,
ne qui in gradiuntur per viam se cœno inquinant significat etiam idem verbum Hebræum
פרוץ, vt docet Rabbi Dauid in libr. radicum: tollite & mouete lapides de vijs, ne quis ad eos
offendat, auferet de via offendicula, & iumenta, quod facere quoque iubet Paulus ad Roma-
nos 16. hanc lectionem agnoscit Ambros. lapides de via proijcite, Hieron. dixit viã facite vt an-
gelis dicat Dñs: sternite & munite viã populo meo, quã altior sic cœno huius vitæ, vt per hæc
viã illos ducant & hæc viã Christus, est sed angeli populũ fidelẽ iuuent vt hanc viam insistãt,
vt quã sursum sunt quærãt [mundate à facie eius vias, auferite offendicula de via populi mei. i. di-
cẽt apostoli vt auferãt offendicula de via populi Dñi vt interpretatur D. Hier. [Præbete iter]
Hebræicẽ est פרוץ, dirigite viã, insistite viã rectã, declinate à diuerticulis vitiorũ. hæc eadẽ ver-
ba sunt Hebræa in illo vox clamantis in deserto dirigite viã Dñi, Ergo D. Hier. fecit hæc verba
Dei loquentis [dicã populo fideli, Hebræicẽ sunt verba euãgelici prædicatoris. Lxx vertere plu-
raliter tholu, tholu, remouete lapides, remouete lapides, iumenta, plostra, bestias, quod dixere
etiam Lxx mundate vias & pro פרוץ, Lxx legere adito, פרוץ, à facie eius. i. à facie Domini. Nã
sepissimẽ dictum est scripturam multos simul significare sensus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*Quia hæc dicit excelsus, sublimis, ha-
bitans æternitatem, & sanctum no-
men eius,*

Hæc dicit Dominus excelsus, in ex-
celsis habitans in æternum, sanctus
in sanctis nomen illi.

AVGVS. in psal. 112. nomen eius sanctum & æternitatem habitans sublimis & excelsus dixit sic Quoniam
interpretans locum פרוץ וקדוש עד וקדוש שכן וקדוש רם וקדוש רם וקדוש רם וקדוש רם
illum. Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat & humilia respicit: in quibus, inquit,
altis habitat, vndẽ humilia respicit? An in quibus altis habitat, ipsa eadem respicit humilia, ha-
bitat in humilibus, & facit eos altos, sic exaltat humiles, vt non faciat eos superbos, facit eos
cælum hoc est sedem suam, & tamen non superbos, hi sunt excelsi in quibus per Esaiam dicit
Dominus se habitare [hæc dicit altissimus in excelsis habitans in æternum, nomen eius Domi-
nus altissimus in sanctis requie habens] Exposuit enim quod dixerat, cum dixit [in excelsis ha-
bitans] THEOD. his verbis benignitas, & Dei clementia significatur, quod ipse præcelsus, &
ipsa cel-

ipsa celsitudo sit, & eos qui se humiliauerant vsque ad inferos, cum se dimiserunt ad cultu idolorum, & se inquinauerant vicijs, & flagitijs, ipse tamen sanctus, & sanctis gaudens, & illos sanctificans, robur illis addidit, & extraxit iacentes e malorum barathro, & excitauit illorum mentes ad caelestia, quod Diuino auxilio cor contritum & humiliatum ostenderunt, & vitam aeternam eis tribuit. Verba Hebraea ad verbum sic reddi possunt: Quoniam sic dicit excelsus, & sublimis, habitans aeternitatem. Lxx pro, sublimis habitans, quod verba Hebraea sunt indeclinabilia, & quocunq; casu reddi possunt Latine, edidere, sublimia habitans, quod D. Hieronymus reddidit, aeternitate, reddidit [in aeternum] vtraque ergo lectio consentit cum Hebraea lectione. Quod vero D. Hieronymus reddidit conuenienter Hebraea lectioni [sancti nomen eius] Lxx paraphrasi quadam explicarunt, edidere enim [sanctus in sanctis nomen illi] i. sanctus sanctorum nomen illi est, hoc est sanctificans sanctos, faciunt enim paraphrasim ex alijs locis scripturae, vt dictum est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

In excelsis est in sancto habitans, et cum contrito, et humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, et viuificet cor contritorum.

Dominus excelsus in sanctis requiescens, & pusillanimis dans patientiam, & dans vitam contritis corde.

AVGVVS. in psalm. 112. sic explanat hunc locum post illa verba, quae superiore commentario scripta sunt, subiicit: Dicit inquit Esaias, Dominum in sanctis habere requiem, & his sanctis pusillanimis, i. humilibus dare magnanimitatem. Dans vtique magnanimitatem excelsos faciet, & requiem habens in eis, in excelsis habitat, sed quia pusillanimis dat magnanimitatem eadem excelsa in quibus habitat humilia respicit. Haec AVGV. quibus significat pusillanimes hoc loco appellari humileis & hoc significat verbum Hebraeum, & Graecum: & significat Augustinus, Deum facere sublimis & excelsos hos quia humiles sunt, & contriti corde, & ita facere excelsos vt quanto celsiores sint, tanto humiles sint magis, & corde contrito, & significat in his habitare Deum, & vide quanta sit sanctorum dignitas, quod throni qui sunt ex prima Hierarchia angelorum dicuntur throni, i. sedes Dei ad quam dignitatem euehuntur sancti, cum Dei throni efficiuntur. Quod Hieronymus vertit [in excelsis, & in sancto habitans] וְעַל־כְּרֹסֵי־מַלְאָכָי quod verti potest vt Hieronymus reddidit: In excelsis, & in sancto habitans: Id est, in excelsis & in sanctis habitans, vt interpretatur AVGV. Potest etiam verti excelsus in sancto habitans, vel excelsus in sancto habitabo, pro, In sanctis habitabo id est, ego excelsus sum & omnipotens, & habitabo in sanctis, sanctificans eos, quod Hieronymus vertit, Cum contrito, & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, i. habitat Dominus contritos, & humileis corde, & eos viuificat, interpretantur Lxx. i. humilibus dat longanimitatem, sic enim melius vertes quam patientiam. Interpretantur ergo humilibus dans longanimitate, i. facit eos plenos spe vitae beatae: & quod Hieronymus dixit: Et viuificet cor contritorum: interpretantur Lxx: Dans vitam contritis corde. Edidere ergo commentarium in hunc locum. THEODOR. cum D. HIERON. haec omnia ad apostolos refert, & ad eos qui post crucem Domini credidere, quod multi ex his qui cruce affecere Dominum per praedicationem apostolorum credidere & salutem sunt consequuti, Huius causa cruce suffixus Dominus dixit, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: Ergo humiles & contritos Iudaeos qui crucifixerant Dominum saluauit, & hoc verba haec significant.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non enim in sempiternum litigabo, neque vsque ad finem irasceam, quia spiritus a facie mea egredietur, et flatus ego faciam.

Non in aeternum vliscar vos, neque semper irasceam vobis, spiritus enim a me egredietur & flatus omnem egofeci.

DIUS CYRILL. No praescindit spem salutis Israelitis, nam reliqua seruata sunt, & post crucem Christi magna pars multitudinis venit ad fidem, & extremis temporibus vocabuntur omnes. TERTVLL. in lib. de anima cap. de spiritu & anima quod vnum sint, hoc loco flatum

A co flatum pro anima, spiritum, pro spiritu sancto explanat, THEOD. Redigit in memoriam, inquit, fabricae primi hominis Adam, quod inspirauit in faciem eius spiritum vitae, & quod factus sit homo in animam viuentem. Itaque spiritum. THEODORET. pro anima accipit. IRENE. lib. 5. aduersus haereseis hunc locum explanans: Spiritus inquit a me exiet, cum dicit Esaias, spiritum sanctum significat, quem in nouissimis temporibus effudit in filios adoptionis, & flatum fecisse se ait. animas hominum. Quamquam hoc loco Irenaeus flatum non pro anima, sed pro vita, quae interit, videtur interpretari, AVGVVS. pro anima epistola 146. ad Consentium, & alijs locis, epistola 157. ad Optatum, & in libris de anima hoc saepe iterat & disceptat hunc locum pluribus 8. tomo in Psal. 118. concione 18. & tomo 4. quaestionum super Leuiticum lib. 3. quaestione 93. & 7. lib. de Genesi ad litteram pro spiritu sancto, quae interpretatio sanctorum huic loco congruit optimè, nam cum dixerit Dominus: se excelsum esse, & ideo placandum etiam Iudaeis, qui se cruce affecissent, & viuificaturum eos, si conterantur adiuti a se, & humiles corde fiant, cohaeret optimè vt dicatur: Implebo eos spiritu meo, quoniam omnium animas ego feci] quae sententia placebit magis si scias, quod Hieronymus dixit [Quia spiritus a facie mea egredietur] Hebraice legi [Quia spiritus a facie mea induet vos vel, obumbrabit vos] vt explanant rabini, quamquam alio referunt, sed ab illis accipiamus verborum significationes scripturae. sensa quae illi putant esse, auersemur. Ergo si legas [Quia spiritus a facie mea induet vos vel, obumbrabit vos] conuenit cum illo Lucæ cap. 24. Donec induamini virtute ex alto, & virtus altissimi obumbrabit tibi, & certe multi ex ijs qui crucifixerunt Dñm credidere, & impleti sunt spiritu sancto, & induti sunt virtute ex alto, nam impositione manuum apostoli dabant spiritum sanctum. Explanat haec AVGV. in psal. 76. vt infra dicendum est. PAGNI. addit scripturae verbum de suo: nam pro egredietur, Hebraice est וְיָצֵא, quod significat exire aliquando, vt nõ fuerit mitanda tralatio Hieron. quod si significat hoc verbum frequentius tegere & operire & occulta re vertisset ita Pagninus spiritus a facie mea occultabit, i. occulte egredietur nec addidisset corpus & vertisset induet corpus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propter iniquitatem auaritia eius intratus sum, et percussus eum. Abscondi et indignatus sum.

Propter peccatum modicum quid tristitia affeci eum, & percussus eum & auerti faciem meam ab eo, & contristatus sum.

DIUS CYRILL. Iudaei ultra modum fuerunt impij, Christo attulere manus, occiderunt apostolos, luere quidem grauissimas poenas, sed si cum flagitijs immanibus compares, perexiguas [tristitia inquit affeci eum modica] si spectes immania flagitia quae admittit in se populus Iudaeorum. [Et auerti faciem meam ab eo] & permisi vastari vrbes Iudaeae a Romanis. Quod Hieronymus vertit: Propter iniquitatem auaritia eius] interpretantur Lxx. i. propter peccatum eius] peccatum illud inquam immane quo Christum in crucem sustulere, quod propter auaritiam admissum apparet, ne venirent Romani, & tollerent Iudaeorum gentem. Quod vertit Hieronymus iratus sum] Interpretantur Lxx paraphrasi quadam ex cap. 55. ex illo loco, Ad tempus in modico dereliqui te, nam pro, iratus sum, edidere, modicum quid tristitia affeci eum, vt intelligeremus idem hic, & illic significari, & quod Hieronymus vertit, Abscondi & indignatus sum] edidere, [Auerti faciem meam ab eo] cum, scilicet, & permisi vastari a Romanis: & pro, indignatus sum, contristatus sum. Explanat haec AVGVVS. in psalm. 76. vt infra dicendum est, & in epistola ad Consentium, epistola 146. & tomo 10. sermone 1. de vigilia pentecostes. Lege etiam GREGOR. tomo 1. Moralium lib. 20. cap. 19.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et abiit vagus in via cordis sui. Vias eius vidi et sanauit eum, et reduxi eum et reddidi consolationes ipsi, et iugen tibus eius.

Et abiit tristis in vijs suis, Vias eius vidi & sanauit eum, & consolatus sum eum, & dedi ei consolationem veram.

AVGVVS. in psalm. 76. in illa verba: Non in aeternum repellet eos, & in sequentia, explanat totum hunc locum, Non in aeternum vindex in vobis ero] & sequentia de quibus diximus, &

mus, & infra in illa verba, aut continebit in ira sua miserationes suas. Et CHRYS. in parænesi A priori ad Theodorum lapsus, epistola 5. explanat hæc de populo Iudæorum castigato à Domino propter peccatum: Quod vt abijt populus Iudæorum, abijt auertens se, & abijt tristis more filiorum, qui se auertunt tristes à patre puniente. Dominus autem vt pater indulgentiss. postquam filium extrusit domo propter peccatum, inspectat vias per quas it filius ab alienatus & sanat eum, & reducit. ita Dominus Iudæos cateruatim, & agminatim reuocat in ecclesiam. PROC. ait, Sanasse Dominum populum Iudæorum & dedisse ei consolationem, & lugentibus eius. i. agentibus pœnitentiam. THEOD. Ostendit Dominus uim pœnitentiæ, & robur, videns enim Dominus pœnitentiam eorum qui in crucem sustulere Dominum, de ijs enim agebat Theodoretus, & mutationem cogitationū, vultus mœstitiâ, consolatus est lugentibus. Ergo quod Hieronymus vertit: Et abijt vagus in via cordis sui, Lxx vertere & abijt tristis in vijs suis: verbum Hebræum est *וַיִּשְׁוַךְ*, à verbo, *שׁוּךְ*, quod vagari significat, quod vertit Hiero. abijt vagus, & cōuertit, & cōteri reddi potest, abijt cōtritus, abijt cōuersus, quod interpretationi Augustini, Procop. Theodor. & Chrysof. congruit. pro quo reddidit Lxx [Et abijt tristis] B vbi tristis pro conuerso, & contrito ponitur. vnde sequitur [Vias eius vidi, & sanauit eum] vbi notat vim pœnitentiæ THEOD. quæ etiam veniam exorauit ijs qui Dominū cruce affecerāt. Idem significant verba sequentia, Reduxi eum, quod Lxx dixerunt *וַיִּשְׁוַךְ*, quod minus bene vertit interpres: consolatus sum eum. Si Hebraicè scisset, & cum Hebræa lectione contulisset reddidisset potius vocem ambiguam Græcam, reuocauit eum, scilicet ad ecclesiam, nam per temporum interualla intrant simul multæ myriades Iudæorum [& reddidi consolationes ipsi] .i. consolatus sum pœnitentem [lugentibus eius] deest in tralatione Lxx id est, agentibus pœnitentiam.

D. HIERONYMVS.

Creauit fructum labiorum pacem.

Hæc verba desyderantur in tralatione Lxx seniorum: multa enim temporum iniuria intercidere. citat hæc verba Paulus in epistola ad Hebræos cap. 13. & ad Christū refert, Ait ergo Paulus, per Christum ergo offeramus hostiā laudis semper Deo .i. fructum labiorum cōfentium nomini eius. PROC. fructum labiorū, interpretatur dona linguarum, gratiam sermonum, &c. quæ sunt apud Paulum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Pacē ei qui longē est, et ei qui propē, dicit Dominus & sanauit eum. Pacem super pacem his qui longē, & his qui propē sunt.

Dispunctionem Lxx virorum videtur probare D. Paulus, qui non legit [creauit fructum labiorum suorum pacem, sed, creauit, fructum labiorum suorum] vt postea sequatur, pacē super pacem ei qui longē est, & ei qui propē. Hūc locum explanat Paulus de Christo ad Ephesios cap. 2. vt ei qui longē est, de gentibus intelligendum dicat, his verbis, creati in Christo Iesu in operibus bonis gratia salui facti estis per fidem, propter quod memores esto te quod aliquādo vos, qui ex gentibus eratis in carne, &c. nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longē, facti estis propē in sanguine Christi. & postea, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, & veniens euangelizabit pacem vobis, qui longē fuistis, & pacem his qui propē. vbi intelligit Iudæis, vt ex Paulo interpretādus sit hic locus Esaiæ [pacē his qui longē] gentibus & nationibus infidelibus [pacem his qui propē] Iudæis. A V G. in cap. 14. Ioannis tractatu 77. in terpretans verba illa: Pacem meam relinquo vobis. Hoc inquit est quod legimus apud propheta, pacem super pacem, pacem nobis reliquit iturus ad patrem, pacē nobis dabit in fine quando nos perducet ad patrem. hanc duplicem pacem putat AVGV. hic significari vt quemadmodum quod supra dictum est, est duplex sanitas & duplex redemptio, & qua sanati & redēpti sumus à Christo in hac vita & perfecta sanatio & perfecta redemptio, qua post corporum resurrectionem sani erimus corpore, & animo, quando nullus erit peccati fomes, nulla rebellio, vbi De⁹ erit omnia in omnibus. Sic duplex pax est & quæ nobis redēptis à Christo in hac vita datur & quæ perfecta dabitur post resurrectionem. vnde subijcit AV G. Pacem nobis reliquit in hoc sæculo, pacem nobis dabit in futuro sæculo, pacem in qua manentes hostem vincimus, pacem quando sine hoste regnabimus, pacem vt hic inuicem diligamus, pacem vbi nunquam dif-

A quam dissentire possumus, explanat etiam diuinitus hunc locum idem AVGV. in psal. 71. in principio. Lege attente omnia, vbi leges completum hoc vaticiniū illo, pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis & quæ sit hæc duplex pax de qua diximus, vt prima pax sit pax reconciliationis ad patrem & superueniat huic paci alia pax, quæ est pax immortalitatis. sic explanat etiā hunc locū GREG. tom. 2. in 7. psal. pœnitentiā illa verba: Spiritus tuus bonus deducet me. D. Hieron. omnibus ad manū est. Et GREG. Nazianz. in oratione ad Greg. Nyss.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum, non est pax impijs, dicit Deus meus. At iniqui sic fluctuabunt & quiescere non poterunt, non est gaudere impijs, dixit Dominus Deus meus.

B Legendus AV G. de ciuitate Dei lib. 14. cap. 8. attente vbi multa de hoc loco disputat, quæ quia sunt longiora illinc pete. Idem AVGV. in psalm. 86. in fine extolluntur homines & lætitiā quadā infantiunt, sed non est gaudere impijs dicit Dñs, est enim iucunditas quædam quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. quæ ibi leges. & in psal. 116. in fine vbi etiam multa disputat in hanc sententiam & tomo 10. de verbis Domini in euangelium secundum Lucam sermo 37. vbi planius explicat hæc, vbi gaudia docet non esse gaudia, quæ vulgus putat, quod idem docet Aristoteles 7. ad Nicomachum. sed præcipuè PLATO in Philebo & in libris de reipub. quæ illinc pete, ne in infinitum hoc volumen excrescat, & si legeris Platonem iudicabis illa omnia quæ in Philebo de voluptate, quam vulgus petit, disceptat hinc esse mutuatum; cum ob oculos ponit voluptates, quas admiratur vulgus plus habere aloes, quā mellis, immo mellis parum, turbarum & amarulentia plurimum, & curarum fluctibus & negotiorum esse miserabiles: quod expressit hoc loco propheta imagine maris, quod tumet fluctibus quibus iactantur miseri, qui conscendere mare: ad illud enim exemplum negotiorum & curarum fluctibus & laborum cruciantur qui vulgi petunt voluptates, at quas voluptates? quas cœnum & sordēs potius nomines quam voluptates. Sed tota hæc comparatio intercidit iniuria temporum è tralatione Lxx seniorum. quō magis fuit D. Hierony. tralatio necessaria. hunc locum explanat. ISYCH. eo dem modo quo diximus lib. 6. in Leuiticum in fine vbi gaudium impiorum nominat uoluptates prauas, lætitiā in Domino, credere in Domino, & pro eo pati: hoc gaudium apostolorum, est & sanctorū. & diximus alibi pluribus philosophos argumentis ostendere voluptatem quæ ex virtute nascitur & Dei contemplatione, omnium esse maximam & solam veram & puram voluptatem, nā alias mistas appellat Plato, quæ plus habent fellis, quam mellis. Cur autē hoc loco quod Hebraicè est: Nō est pax impijs, verterint Lxx: Non est gaudere impijs: intelleges si legeris Platonem in Philebo. vbi veram voluptatem colligit eam esse, vbi pax est & tranquillitas, quam ille *ἀσθένεια*, nominat vbi nullam perturbationum animi pugna, tranquillitas summa, quæ tantum veris voluptatibus & veris gaudijs cōtingit. & hæc vera gaudia, has veras voluptates negat posse malis contingere.

IN ESAIAE CAP. LVIII.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Clama in fortitudine, & ne parcas quasi tubā exalta uocem tuam, & annūcia populo meo peccata eorū, & domui Iacob iniquitates eorum.

Hebraicè legitur: Clama in gutture, ne prohibeas, & forma quadam dicendi Hebræa lingua subauditur: clamorem. Ne prohibeas clamorem [Pro clama in gutture] Lxx dicunt: [Clama in fortitudine] .i. contenta uoce clama, quantum vires valent clama. Hieronymus tantum vertit, Clama, vt videas, neque Hieronymum verborum magnopere esse sollicitum. Pro: Ne pro-

Origenes in Numerorū cap. 18. homel. 11. sub finē et huc refert quæ de Eucharistia mirabiliter disputat Basilus.

Ne prohibeas clamorem, Lxx dixere, Ne parcas, supple voci. Hieronymus. Ne cesses: vtrique A sensum expressisse contenti. Reperio apud scriptores sacros huius capitis duplex esse argumētum. Hieronymus, Procopius, Cyrillus, huc spectant, vt hoc capite verum ieiunium describi putent, quod non est, si corpus maceres, sed illud magis si animi fordeis eluas, & sic ieiunij des operam. Nam si virtutum actus neglexeris, vitij te foedes, & ita ieiunes, & putes ieiunium esse in ediam, & ventrem inanem tantum, operam ludos facis, teque fallis. Hæc ferè ad verbum Pro cop. & Cyrillus Græcus, eius interpretem non moror. IVSTIN. philosophus martyr aposto. lorū tēporibus proximus (scripsit eū anno à Christi natali 150. plus minusue) in apolog. 2. pro Christianis aliud maius huius capitis esse argumentum innuere videtur. Cum enim à prophetis petat testimonia de Christi aduentu, de eius sacrata passione, de sacrosancta resurrectione, de abrogatione legis Moisaicæ inter alia testimonia quæ citat ex Esaia, vt probet prophetas dam nasse literalē intellectū post Christi aduentum in obseruandis ceremonijs veteris legis, spiritua lé probasse, vt circuncisionem & sabbatismum carnalem improbasse, probasse circuncisionē, & sabbatismum spiritalem: dam nasse holocausta, & victimas veteris legis, probasse vnicum B illud sacratissimum Eucharistiæ sacrificium, quod omnes victimæ veteris legis significabant, hoc quoque citat caput in eandem sententiam, vt ieiunia veteris legis dā nasse dicas post Chri sti crucem, & dicat descripta ieiunia legis nouæ, & spiritale ieiunium, quod significabatur iei unio legis veteris, Hoc multo magis idem IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem Iudæū vbi totum hoc penè citat caput in eandem hanc sententiam. Sed fortasse Iustinus quod proximus temporibus apostolorum erat, tam planum hoc est arbitratus, vt expositione dignum non putarit. Citat enim in hanc sententiam hoc caput, & non interpretatur. ORIG. verò in Le uitici cap. 17. homil. 10. hoc argumen tum huius capitis latè explicat. Cum enim dixisset legem veterem typum, figuram quæ fuisse futurorum, ideoque abrogatam postquam venisset veritas & exempla posuisset multa, templum Domini, quod dirutum est, postquam venit illa cuius typus erat, qui erat verum templum Dei, & dicebat de templo corporis sui: Soluite templum hoc, & Hierusalem quæ subuersa est, postquæ caelestis Hierusalē, cuius ipsa erat figura sunt referata mysteria & Iudæorum pontificem, qui desijt esse, ex quo venit verus pontifex qui sangui ne suo sanctificaret credentes, & cum multa enumerasset ex lege veteri, quæ abrogata erant C quod typi, & figuræ legis nouæ essent, postquam venerat veritas. Subijcit huius capitis argu mentum, audi quomodo etiam propheta huius modi ieiunium respuit & dicit: Non hoc iei unium elegi dicit Dominus, neque diem quo humiliet homo animam suam, tu si vis ieiunare secundum Christum & humiliare animam tuam, omne tibi tempus aptum est totius anni, imo totius vitæ tuæ dies habeto ad humiliandam animam tuam, si tamen didicisti à Domino qui mitis est, & humilis corde, si vis ieiunare, ieiuna secundum præceptum euangelij, si ieiunas vnge caput tuum oleo lætitiæ, & misericordiæ, ita vt secundum mandatum sapientiæ, misericordia, & fides non deserant te. i. versa studia sapientiæ, & rerum sacrarum & sapientiæ vnge caput tuum, caput animæ mens est, & intellectus, vndè Paulus, Si resurrexisti cum Christo quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram, quasi dicat noli quærere in terris Hierusalem nec obseruantias legis. nec ieiunium Iudæorum, sed ieiunium Christi, ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ con calescas, ieiuna à malis actibus, abstinere à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis, non tamen continentia Christianæ frena laxemus, habemus Quadragesimæ dies ieiunij D consecratos, habemus quartam, & sextā septimanæ dies, quibus solenniter ieiunamus, & est libertas Christiana per omne tempus ieiunandi non obseruantia superstitione, sed virtute continentiæ, vt castitas incorrupta seruetur, vt scripturis operam demus. Quomodo enim quis se ipsum castrat propter regnum cælorum nisi ciborum affluentiam refecit: iubet autem Domi nus cum ieiunas vt faciem laues. i. vt reuelata facie secundum apostolum gloriam Domini cō templeris à gloria, in gloriam. i. à virtute in virtutem, ad eandem imaginem reformatus tan quam à Domini spiritu. Hæc ferè Origenes, & alia huius notæ loco citato, quibus explicat quæ Iustinus philosophus martyr tanquæ res notas transcurrit, & innuit magis quam explicat, du bus enim locis citat hoc caput inter reliqua, quibus probat veteris legis sacrificia, & cæremo nias respuisse Dominum, & significasse se nunquam illa amasse, sed præfixisse Iudæis tanquam typos, & umbras, quib⁹ res veras, quas amaret, his qui haberēt aureis audiēdi præsignificaret. quæ vsque ad aduentum Christi, propter fidem Christi proderant, postea non proderant. Igi tur si sen

A tur, si sententiam Iustini Martyris, & Origenis sequamur, principium huius capitis de pecca to illo magno, quod admiserit in Christum, intelligemus de illo, de quo dictum est capite pro ximo: Iustus perijt, &c. quod lectio Hebræa non respuit, quam sic ad verbum reddes: Annun cia populo meo scelus eorum, & domui Iacob peccatum eorum] vt intelligere commodè pos sis illud quod dictum est capite proximo: Iustus perijt, viri misericordiæ tolluntur, nam hoc peccatum quod admiserit in Christum, commune fuit totius populi, vno omnium consensu in crucem est actus Dominus, sic itaque interpretabimur translationem D. Hieronymi, & Lxx seniorum, vt peccata illa significentur, quæ Iudæi edidit in Christum, & prius in prophetas, deindè in apostolos & fideles. Accedit etiam quod EVSEB. demonstrationis euangel. lib. 6. cap. 2. scribit. Vocem tubæ non errauerit, qui prædicationem euangelij fuerit interpretatus, quòd totum orbem suo sono compleuerit, ex omnibus mysticis instrumentis vocalissima tu ba rectè assumitur in figuram euangelij, quòd toto orbe personuit. Certè interpretatio Iustini huc spectat, & Origenis, & propheta Iudæorum peccatum Hebraicè clara voce perso nat. Quam verò Dominus prædicatorum euangelij sollicitudinem esse velit, declarat his B verbis: Exalta sicut tuba vocem tuam. qua de re lege A M B R O S. in cap. 15. epistola. ad Co rinthios in illa verba: Quid & nos periclitamur omni hora? vbi docet Paulum memorem hu ius prophetici dicti, sollicitudinem præ se tulisse magnam erga salutem hominum, propter gloriam promissam à Domino. Exalta vocem tuam, si te audierint, lucraberis animas illorū. Ad hoc festinabat apostolus semper sollicitus, vt gloria illi cresceret acquisitæ salutis multo rum. AVGVS. de tempore sermone. 67. Si cui fortè displiceo, consideret periculum meum, & audiat Dominum comminantem. Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sangui nem eius de manu tua requiram, & iterum: Clama, ne cesses, annuncia populo huic scelera sua, satius est fratres hic sustinere paruam amaritudinem, & postea ad æternam dulcedinem per uenire, iuxta illud: Beati qui lugent, quàm hic habere falsum gaudium, & illic sine fine suppli cium. Et idem AVGVS. sermone. 106. Non oportet (inquit) vt sacerdotes in ecclesia taceant, sed audiant Dominum dicentem: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Clamare ergo iubentur, & vehementer clamare, ne parcas, in C quit, peccatoris. si iniquitati, ne tacendo pereas, ne dum peccatoris verecundiæ consulis, pa rum consulas sanitati, neque vulnera quæ refecare poteras clamando, reticendo in peius enu trias, ne quem ergo vox sacerdotis lateat, iubemur vehementer clamare: & ne fortè hoc ipsum non sufficeret, addit: Sicut tuba exalta vocem tuam. tuba porro non delectat, sed terret, &c. TERTVL. aduersus Iudæos cap. de probatione natiuitatis Christi, prædici putat hoc loco fu turum prædicatorem Christum, & clara voce adnunciaturum Iudæis sua scelera, & quomodo sit ieiunandum, vt alijs locis prædicitur, quæ sit facturus miracula.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Me et enim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit, rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt.

Me de die in diem quærunt, & sci re vias meas desiderant, quasi po pulus qui iustitiam fecerit, & iudi cium Dei sui non dereliquerit, pe tunt me nunc iudiciū iustum, & ap propinquare Deo cupiūt dicentes.

S I priore sanctorum sententiam sequamur, quæ verum ieiunium hic describi docet: ho rum verborum sensus est perspicuus, verum ieiunium, vt verbis vtar AVGVS. in cap. 5. lo annis tractatu. 17. est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi, abnegare impie tatem, & seculares cupiditates vt tēperanter, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo. Hoc non præstabant Iudæi, currebant ad synagogas, & dicebant se velle Dei iustitiam, & Deo appro pinquare, cum hoc rē non præstarent, & ideo illos Deus reijcit. Sed fortasse hæc verba magis congruunt posteriori sententiæ Origenis & Iustini, vt dicas [Me enim de die in diem quæ runt, & scire vias meas volunt] de Iudæis esse dicta, qui regem gloriæ in crucem sustulere, & postea euangelium non receperunt, quod apud prophetas dicitur iudicium. [Quasi gens quæ iustitiam fecerit] quum regem gloriæ cruci suffixit [& quæ iudicium Dei ipsius] i. e. uangelium

Attende qd argumentum huius capitis patet Tertuliano.

uangelium non reliquerit ita me sequuntur, & me colunt. Nam vt D. Paulus ad Romanos A capite. 10. inquit: Dei erant æmulatores, sed non secundum scientiam, & cum Christum affecissent cruce, & fideles persequerentur, putabant se obsequium præstitisse Deo. Mihi certe hæc sententia magis placet. Nunquam enim hoc vitio vertit Dominus cuiquam, quod quanuis flagitijs coopertus sit, reuertatur ad Dominum. Imò quod hoc non faciat, qui se flagitijs contaminauerit, vt redeat tandem ad Dominum, & quærat vias eius, reprehenditur à Domino apud Ezechielem, & alios prophetas, promittitque alibi: Si quis se conuertat ad Dominum, non recordaturum se prioris vitæ peccata. Cur nunc dicitur: Quasi populus qui fecerit iustitiam, qui iudicium Dei sui non dereliquerit? quasi verò peccatori interclusus sit reditus ad Dominum, cur addidit Lxx aduerbium illud [nunc?] petunt me nunc iudicium iustum, quid sibi vult illa vocula, nunc? ergo post peccata non est petendum iudicium iustum à Deo? non est optandum appropinquare Deo? video hæc explanari à D. Hieronymo, & à veteribus patribus, sed magis propendere hæc verba ad sententiam Iustini & Origenis mihi videntur. Et aduerbium illud, nunc, additum à Lxx senioribus, id mihi videtur significare, nunc, post Christum crucifixum, post relictum euangelium appropinquare Deo volunt, & me de die in B diem quærunt, quem repudiauerunt, & scire vias meas cupiunt, quas reiecerunt, quasi fecerint iustitiam, cum Christum, & sanctos affecere morte, & quasi Deum non dereliquerint. Vt omitam dicere, quod nunquam clamare scelera iubetur propheta, quin subiungantur peccata que Dñs reprehendat: hic nulla exprimuntur, ergo necesse videtur vt sic explanemus, vt scelus illud immane significetur. Et quanquam AVGVST. vt supra dictum est, principium huius capituli sit interpretatus iuxta priorem sententiam, tamen in psalm. 46. paulò post principium, sententiam Iustini, & Origenis sequi videtur, qui principium huius capituli de ascensione Domini interpretatur, ait enim: In ascensione Domini erat vox tubæ, vox illa angelorum, de qua dictum est: Sicut tuba exalta vocem tuam, vox enim tubæ in clara voce angelorum fuit: Viri Galilæi quid hic statis, & c. quæ adiecit. Ergo iuxta hanc sententiam Augustini, iubetur prædicator euangelij clamare, & quasi tuba angelica exaltare vocem suam, & dicere resurrexisse Dominum, ascendisse cælos, quod faciebat Petrus & Paulus in actis apostolorum, & annunciare populo scelus illorum, iuxta illud: Quem vos suspendistis occidentes in ligno, & c. Priorem sententiam sequuntur ferè veteres patres, & iuxta illam hunc locum explanat D. AMBROS. vt D. Hieronymus lib. de Nabuthe Israelita cap. 10. vbi mirabiliter totum hunc locum interpretatur.

D. HIERONYMVS.

Quare ieiunauimus, et non aspexisti, et humiliauimus animas nostras, et nescisti: ecce in die ieiunij vestri, inuenitur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis.

LXX VIRI.

Quare ieiunauimus, & nõ vidisti? humiliauim⁹ animas nostras, & nõ cognouisti? In diebus em̄ ieiuniorũ vestrorũ inuenitis volũtates vestras & oēs subiectos vestros affligitis.

HÆc descriptio est ieiunij Iudæorum, si sententiam Origenis, & Iustini sequamur, aut si alteram maius, descriptio non veri ieiunij. Cum quærant ergo Iudæi, cum ieiunet quare non audiantur à Domino, respondet Dominus [In die ieiunij inuenitur voluntas vestra] vel vt vertere Lxx seniores, magis conuenienter lectioni Hebrææ [Inuenitis voluntates vestras] vtriusque tamen translationis eadem est sententia. i. facitis quod vobis lubet, non quod imperat Deus, nam religio (vt docet PLATO in Politico) est, si te religes Deo, vnde nostri dixerunt religionem dictam esse à religando, quod religiosus is sit, qui præceptis Dei se religat, & astringit, quod mutuatus Plato est ex illo: Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Describit enim hunc locum in suis dialogos, damnatque in Critone illa præcationem vulgi: Deus det tibi quæ velis, imò nunquam det, inquit, sed faciat vt velim ipse quod ipse vult. Quod Hieronymus dixit [Omnes debitores vestros repetitis] iuxta translationem Theodocionis & Symmachi se vertisse ait, quod melius verterint hunc locum quam Lxx seniores, neque causam subiicit cur melius verterint, nisi quod placuit D. Hieronymo significari hoc loco non esse absque periculo exigere à paupere debitum, cum non sit soluendo. Verba

A Verba Hebræa sunt, וְכָל עֲבָדֶיךָ וְכָל עַבְדֶּיךָ, vbi וְכָל, omnis significat; עֲבָדֶיךָ, verti potest, debitorum vestros, vt reddidit D. Hieron. Theodocionē, & Symmachū sequutus: transferri quoque potest: Qui vos prouocant ad irā, qui vos afficiunt tristitia, & molestia. נָא עֲבָד, hæc significat: vidē Lxx reddidē: Subiectos vestros. i. seruos & famulos, clientis, & subditos nobis: hi em̄ sunt qui nos prouocant ad irā, & sic Lxx hunc locum intellexē, quasi velit mitissimus Dñs, vt mites, & faciles simus in familiā nostrā, & clientis, & in eos, in quos habemus imperiū, præcipuē die ieiunij. Nam PLATO docet, signū euidentissimū viri optimi esse, si in suos sit lenis, in quos habet imperiū, nā si in alienos, qui te referre possunt, sis lenis, mirandū non est. וְכָל עֲבָדֶיךָ, à verbo עָבַד, inter alia multa significat opprimere, & affligere, vt referre possis, siue ad familiam, vt supra dixi, siue ad fideles, quos in vincula cōiiciebant, raptabant, in occasione gladij occidebant, & sit sensus: Dñm repudiare ieiunia Iudæorū, quod voluntatē Dei non faciant, sed suam, neque velint recipere Christū, & aduerferunt Deo, & q̄ persequantur fideles. CHRYS. tom. 7. de ieiunio, & quod maximū est sacrificiū, Dei beneficia recogitare ieiunantē, inquit, maximè decet, irā reprimere, mansuetudinē docere & humanitatē, absurdarū cupiditatū eliminare. Cōgitationes, omnē ex corde nequitia expellere. Hoc enim Esaia ieiunij docet, ex Dei persona loquens, & c. quæ apud Chrysof. leges, vbi horum & sequentium verborum, hunc quem diximus sensum esse putat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ecce ad lites, et ad contentiones ieiunatis, et percussis pugno impie.

Ad iudicia, & iurgia ieiunatis, & percussis pugnis humilem.

V Erbum Hebræum וְכָל עֲבָדֶיךָ, multa significat. nā & impiū, significat, vt vertit D. Hieron. & durum, vnde PAGN. & VATAB. vertēte, pugno duro. Significat etiā condemnare, vnde וְכָל עֲבָדֶיךָ, condemnatū, & sic Vatabl. Ecce ad lites & iurgia ieiunatis, & vt percussis pugno ad iudicium. Ita ergo acceperunt Lxx, qui edidit [ad iudicia, & iurgia ieiunatis, & percussis pugno damnatos] damnatos interpretantur Lxx. i. humiles, quos damnatis iniuste. hoc factum leges in actis apostolorum, vbi turba Iudæorum D. Paulum pugnis contundebant, & raptabant: C lapidabant Stephanum: Iacobum affecere martyrio, & in innumerabiles fideles multa edidit cruciamenta. Vtraque translatio ergo idem significat. GR. EG. in euangel. homil. 16. Ecce debitorum vestros repetitis, nec enim qui à debitore suo hoc quod dedit repetit, aliquid iniustum facit, sed dignum est, vt quisquis se in penitentiā macerat, etiam hoc quod sibi iuste comperat, remittat: sic à Deo dimittetur nobis, quod iniuste egimus, si pro amore illius, quod nobis iuste competit, relaxemus. Neque ad lites, & contentiones ieiunemus. cesset ira, sopiantur iurgia, non inueniatur voluntas vestra, incassum enim caro atteritur, si à prauis suis voluptatibus animus non refrænatur. Lege AMBR. in lib. de Helia & ieiunio cap. 12.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diē, vt audiatur in excelsis clamor vester.

Quare mihi ieiunatis sicut hodie, vt audiat in clamore vox vestra?

D ORIG. loco citato, ex hoc loco putat significari à propheta abrogationem ieiuniorum veteris legis, quod planius indicat translatio D. Hieron. [Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem] quasi dicat, noua iam ratio obseruationis ieiuniorum futura est in lege noua, non ieiunandum est sicut vsque ad hanc diē. Lxx dixerunt [Quare mihi ieiunatis sicut hodie?] i. sicut hæcenus. Quod Hieron. dixit [In excelsis] Hebræicè est, בְּמִקְדָּשׁ. i. in excelsis, vel in clamore, nā בְּמִקְדָּשׁ, alleuare est, vnde maron, alleuatio, bamaron, in alleuatione vocis, & sic vertere Lxx: Vt audiatur in clamore, vel in alleuatione vocis vox vestra.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum carni suam, et sacco, et cinerem sternere?

Non hoc ieiunium elegi, & diē humiliare hominē animā suam, nec si incuruaueris quasi circulum collū tuū, & cilicium, & cinerē substraueris?

Iii 2 Lectio

Lectio Hebræa sic ad verbum verti potest: Nunquid sicut istud erat ieiunium quod elegi, & dies? sic enim dispungunt Lxx. Sed cum hoc legatur interroganter: An sicut istud erat ieiunium quod elegi & dies? Lxx pro hac interrogatione reddidere responsum, Nō hoc ieiunium elegi, & diem. ut sit, non elegi diem, hoc est, hanc obseruationem dierum ieiunij, quasi dicerent, alias res his obseruationibus dierum ieiunij significabam. D. Hieron. aliter dispungit, nam diem tribuit inferioribus, & addidit præpositionem, per, & dixit, per diem, ut sit, per diem affligere animam suam. Lxx viri ad dies obseruationis ieiuniorū retulere. AVG. ferm. 172. Spiritus sanctus (inquit) per Esaiam ieiunium probat, altissimus, cum non solum intermissa corporis refectio est, verū etiam à malis actibus facta discessio. Itaq; si neq; mens tua grauetur oppressa peccatis, neq; animus tuus vitiorū illecebris delectetur, digna Deo exoluiti ieiunia. Cæterum, si corpus tuū longa ieiunia consumant, vitia nō detrahis, in malis perseueras, non places, cur corpus fame discrucias, cui turpiter peccando blandiris? & infra. Cæterum si caput sub sternas, & cineres desuper spargas, te maceres inedia, fletus effundas, nihil proficis commouere diuinā non poteris pietatē, quæ circa proximos tuos debitā neglexisti caritatem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nunquid istud vocabis ieiunium? et die acceptabilem Domino? Nonne hoc magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis.

Neque sic vocabis ieiunium acceptabile, non tale ego elegi ieiunium, dicit Dominus, sed solue omnē colligationem iniquitatis.

IREN. lib. 4. cap. 32. hæc ut à principio dixi, ad legem nouam referendum putat, repudiata iam lege veteri. Lege attentē illud caput totum, vbi bonā huius capitis partē citat. AVG. tom. 10. ferm. 172. Ieiunia Christianorum spiritaliter potiùs quàm carnaliter obseruanda sunt, vnde à peccatis nostris præcipuè ieiunemus: quale enim est, ut à cibis quos Dominus creauit, nescio quis impostor abstineat, & peccatorum sagina pinguescat. Non hoc ieiunium elegi dicit Dñs, solue omnem nodū iniquitatis, &c. Parum est abstinere tantummodo à peccatis, nisi addamus bona. Frange esurienti panem tuum. Sic hunc locum explanat CYPRIANUS in libello de oratione Dominica nō longè à fine. D. HIERON. colligationes impietatis, chirographa esse dicit, & creditorum obligationes, & iniquas vfuras, quod verissimum est. tamen aduertendum est, verbis Hebræis, & Græcis posse significari omne peccatum ablegandum, & omne vitium refecandum, quod ORIGENES & AVGUSTINUS & veteres patres interpretantur, ut dicatur ieiunandum esse ab omni peccato, nullum cibum sumendum malitiæ, nullas libidinis epulas capiendas, nullo vino luxuriæ concalcandum. Nam aduicia, apud Græcos, ut discas ex ARISTOTELIS lib. 5. ad Nicomachum, omne crimen est, & omne delictum. & rafa, Hebraicè, omne peccatum. *וְכָל עֲוֹנוֹ* vero, id est, obligatio, omne peccatum est, ut supra diximus. & vox Hebræa etiam significat, nexum, vincula peccatorum, & sic ORIGENES in Hieremiam hunc locum explanat: In ecclesia Dei tales sunt etiam multi, in quibus reperitur laqueus iniquitatis, & vincula peccati, de quibus dicitur, Vinculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur, & inuenta est obligatio in viris Iuda. Ideo dicitur apud Esaiam: Solue omne vinculum iniquitatis. Et HILARIUS in psal. 124. Solue omne vinculum, & omnē nodum iniquitatis. nam si à præceptis Dei declinaueris, & his obligationibus peccatorum te colligaueris, abduceris in poenas æternas cum operantibus iniquitatem. Non declinandum est igitur ad obligationes, neque libertas nostra nexibus seculi & mundialium negotiorum vinculis inferenda. Sunt enim vincula quæ nostra impediunt, sibiq; connectūt homines maxime augendæ pecuniæ labor, negotiatio, & similia. Hæc enim ita obligant peccatis, iuramentis, commercijs, ut sibi nos captos seruos detineant. AMBRASIIUS tamen in libro de Nabuche Israelita, hæc omnia cum D. Hieron. ad tabulas, chirographa, & obligationes iniquas fœneratorum refert. In libro verò de bono mortis cap. 3. idem AMBRASIIUS hunc locum sic intelligit ut cæteri patres: illinc pete, quæ dicit, quæ sunt notatu digna. Lege eundem AMBRASIIUS in lib. de Helia & ieiunio cap. 10.

D. HIERON.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui cōfracti sunt, liberos, & omne onus dirripe.

Dissolue obligationes violentarū cautionū, dimitte cōfractos in remissione, & omnem scripturā iniquam cōscinde

IVS T. in apolog. 2. pro Christianis, hunc locum citat, ut ostendat eo declarari ceremonias veteris legis, & ieiuniorum veteris legis obseruationem respui, spiritale Christi ieiunium præsignificari. AMBRASIIUS de bono mortis li. 1. cap. 3. imitatur (inquit ille) mortem, qui se voluptatibus exuit, & à terrenis cogitationibus auocat, & cum Paulo dicit: Nostra conuersatio in cælis est, imitatur mortem qui se à communionē carnis huius abducit, atq; illis vinculis exoluit, de quibus Esaias [dissolue obligationes violentarum commutationū.] Ergo hoc loco docet Esaias, quod docet AMBRASIIUS de fuga sæculi lib. 3. cap. 5. Si videre vis visum magni, & ieiunare verum ieiunium, solue calcæamentum pedum tuorum, solue omne vinculum iniquitatis. i. solue vincula sæculi, relinque calcæamentum quod terrenū est. CHRYSOSTOMUS in Genes. cap. 1. homil. 8. Ieiunium propter hoc receptū est, ut rigorem carnis refrænet, & carnem velut equum moderanti faciat parere, ergo oportet si ieiunas, frænes iram, mansuetudinem & lenitatem addiscas, habeas cor contritum, habeas oculos æterni iudicis semper in conspectu, & tribunal illud indeprauabile, oportere non seruire pecunijs, nitere omni virtutē, hoc est quod Dñs apud Esaiam his verbis probat, non est ut plariq; existimant ieiunium, ut vsq; ad vesperam maneamus imprans, sed ut cum ciborum abstinentia terrena & vitia fugiamus, sequamur virtutes. Nota tamen hoc quod nos docet Chryso. sensisse philosophos ferè Platonicos, & ipsum Platonem è sacris litteris mutuatos, nā ut libris de Repub. docet PLATON, cum homo duabus partibus constet, corpore quod mancipiū coniunctum appellat etiā ARISTOTELIS. & imperio animi debet esse dicto audiens, & animo quæ præcipua hominis pars est, cui imperiū est corporis à Deo tributum, plerūq; homines ita esse deprauatos, ut corpus in eis imperet, & vis sentiendi, seruiat animus corpori, & totum se in ea cura consumat, ut suppetant corpori pecuniæ opes, suppetat quies, voluptas omnis, ut magnificentissimis aedibus habitet corpus, viuitet lautè & opiparè, imperet deniq; corpus, & tyrannidē in animū exercent: de qua corporis in animū tyrannide multa PLATON in lib. de Repub. & in Phædone, & alijs locis, quam pestē implicare plerūq; nostrum vtinā mentiremur, quosdā vera contrafacere ait, benè natos homines & Deo caros, ne hoc corpus, quæ inferior hominis pars est, & pro iumento esse debet animo, aut pro mancipio coniuncto, lasciuat & luxurietur, & velut equus indomitus equitē dorso excutiat, & liberè vagetur, & trahat animū quo velit, & sibi seruire cogat, verberibus corpus cædūt, & plagis ieiunio & inedia extenuat, & ad maciē redigunt, quod faciunt religiosissimi monachi nostri, & anachorita, & eremite. Sic ergo redactū in maciē corpus & strigofum, animo nō tā aduersatur, nō reclamatur, nō imperat, sed seruit, vnde apparet quòd ieiunium spectet, ad extenuat corpus, ne dominari animo pareat. Nō probarent ergo philosophi, has lautas & opiparas epulas in ieiunijs, quibus locupletes corpori indulgēt: ieiunium spectat eò, ut in maciē redigas corpus, ut corpus facias tenue, nos cibis corpus distendimus in ieiunijs? & epulis lautissimis farciamus? Hæc mala grauiorē orationē postulant. ait ergo rectè CHRYSOSTOMUS. Si ieiuniorū scopus hic est, ut corpus fiat macilentū, ne aduersetur animo, si non contingit finis, media quæ deligantur causa finis in cassum recidunt: ut si quis ægrotus, pharmaca & potiones bibat amarissimas, ut se liberet morbo, frustra biberet, si noxijs nō abstineret, ægresceret indies in pendio magis ac magis, & in exitiū rueret presentissimū. Ergo quod Hieron. dixit [fasciculos deprimentes] Hebraicè est *מִשְׁבָּרֵי מִשְׁבָּרֵי*: & *מִשְׁבָּרֵי*, fasciculos significat: *מִשְׁבָּרֵי*, verbū obscurū est, & ideo à D. Hier. & Lxx multis modis est redditū: repetitur eū hoc capite ter, & primo loco Hieron. reddidit hæc vocē [fasciculos deprimētes] Lxx reddidēre duobus modis: *εργαγγαλιῶν βιαιωνων*, quasi dicerēt, *εργαγγαλιῶν*, i. dolosas tabulas. id eū significat *εργαγγαλιῶν*: & *βιαιωνων*, i. violenta pacta, quib⁹ pactis violentis & dolosis obligationib⁹ fœneratores ipsi pauperes miseris bonis omnib⁹ exuūt, quoad illos redigāt in iugū seruitutis, vnde D. Hier. fasciculos deprimētes appellauit. i. fasciculos cautionū, quos habēt fœneratores. i. fyngraphas & obligationes iniquas, quas habēt redactas in fasciculos deprimētes] quib⁹ pauperes opprimāt, & in iugum seruitutis redigāt. CHRYSOSTOMUS in cap. 17. Matth. homil. 57. cum aduersus fœneratores multa dixisset, &

set, & vulgò fordidos appellari docuisset, & scœnora, sordes, & cautū lege, ne quis qui magistratū gerat, hoc vitio se contamineat. subiecit, tales foetus esse pecuniarū, vt magis scœnatorū animas corrodāt curis, & vigilijs, & laboribus (hoc enim suprā dixerat) quā viperæ parētū al vobis solēt lacerare: hæc iniustitię vincula sunt, hic fasciculus violentarū commutationū: **D**oenim, inquit Deus, tibi, non vt habeas, sed vt maiora restituas: date inquit illis, à quibus accipere non putatis, tu plusquam dederis, flagitas. Infrā verò **D.** Hieron. hoc idem verbū **לִשְׁמֵךְ**, interpretatur onus in illo, omne onus dirumpe, vbi **Lxx** seniores transtulere, eandem dictionē, scripturam iniquam, in illo: **Omnem scripturam iniquam discinde.** & verè hoc verbū **Hebræum לִשְׁמֵךְ**, onus significat, & iugum, vt vertit **D. Hieron.** & scripturam iniquam & iniustā, vt vertere **Lxx** seniores, quòd sub onus & sub iugum seruitutis redigat pauperes, & quòd pauperes miseros oneret. Et postremò **D. Hieron.** in illo quòd infrā dicitur: Si abstuleris de medio catenam, hoc idē verbū **Hebræum** catenam vertit. **tabulas dolosas**, quibus irretiantur pauperes, veluti quibusdā catenis. **Lxx** viri reddidere, colligationē. **f.** qua pauperes illaqueantur à scœnatoribus, vbi vides idē esse colligationē & catenam. Ergo sensus huius loci est: Solue chirographa multorum, multas syngraphas, multa instrumenta quæ mercatoribus sunt redacta in fasciculum, quæ sub iugum seruitutis, vsuris multis, & scœnore multo, multos redigunt, & faciunt vt addicantur creditoribus, postquam oppressi sunt multo ære alieno, vel si **Ambrosij**, & **Chrysostomi**, & **Iustini** interpretationem sequeris, dissolue chirographa, quibus te dæmoni obligasti, quod diximus etiam suprā ex **Platone**, quando omnium chirographum **Dominus** cruci affixit, da operam vt tuum chirographum cruci **Christi** sit affixum, dissolue dæmonis dolosas tabulas, & fasciculos tabularum, quæ te deprimunt in foedissimam dæmonis seruitutē, & dissolue violenta pacta quibus inimicus violentus te in seruitutem redigit. [Demitte eos qui confracti sunt] demitte decoctores, demitte eos qui perdidere rem suam, liberos, & dimittet tibi **Dominus** peccata tua. hoc **Lxx** dixere [dimitte eos qui confracti sunt] qui perdidere rem suam [in remissione] **1.** in quiete [& onus dirumpe] concerpe tabulas, & chirographa, & instrumenta publica, quibus illis vim obligaueras. **BASIL.** in asceticis cap. 4. interpretans hunc locum: Solue animæ infirmitates, & peccatorum insolubilia vincula quæ fecimus cum patre peccati diabolo. **REG.** Nazianz. in sanctum baptisma: **Omnem scripturam iniquam conscinde, & scripturā iniustam concerpe** quoque, inquit, memento decem milium talentorum, quæ tibi **Christus** condonauit, &c. **CLEM.** Alexand. Stromaton lib. 2. magis placet **Deo** iustitia quàm sacrificiū, vnde apud **Esaiam**, quo mihi multitudinem sacrificiorum? solue omne vinculum iniquitatis: **Sacrificiū enim Deo spiritus contribulatus.** **CHRYS.** in **Matth.** cap. 17. homel. 57. in illa verba: **Nemini** dixeritis visionem hanc, interpretans hunc locum: **Vide**, inquit, quanta sapientia loquitur propheta, abstulit difficiliora, & à facilibus saluari iubet, vt cognoscas non labores sed obedientiam à **Deo** exposci: ostenditq; virtutis facilitatē, & grauissimum peccati iugum, vincula & fasciculos vitium nominat, virtutem horum omnium vinculorum & onerum dissolutionē appellat [conscriptionem iniustā prorumpe] scœnoris. **f.** ac vsurarū litteras [absolue confractos] talis debitor est, qui cum videt creditorem, mente infringitur, & magis eū quàm atrocem bestiam formidat, &c. quæ ibi leges.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Frange esurienti panem tuum, egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris.

AVGVS. serm. 172. cum agatur hoc loco de spiritali Christianorum ieiunio, quod non est tantū si à cibis abstineamus, sed si à vitijs nos contineamus: addit, parum esse hoc quoq; abstinere tantū à peccatis, nisi addamus bona. quod significat propheta cum dicit: **Frange esurienti panē tuū.** **GREG.** in euang. homel. 16. qui ergo à paradisi gaudijs per cibū cecidimus, ad hæc in quantū possumus per abstinentiā resurgamus, sed nemo sibi abstinentiā fat esse putat, cum per prophetam dicatur [frange esurienti panem tuum] illud ergo ieiunium **Deus** approbat, quòd ad eius oculos manus eleemosynarum alleuat, quòd cum proximi dilectione agitur, quod pietatē conditur, hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi, caro reparetur, **Hinc** per prophetam **Dominus** dicit: **Cum ieiunatis**

Frange esurienti panem tuū, pauperes sine tecto induc in domū tuā si videris nudū, operi: domesticos feminis tui ne despexeris.

A iunatis, nunquid ieiunium ieiunatis mihi? cum comeditis, vobismetipsis comeditis: sibi enim quisque ieiunat, si ea quæ sibi ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed suo ventri referunt, hinc per **Iohelē** dicitur: **Sanctificate ieiunium**, nam sanctificare ieiunium, est dignam **Deo** adiunctis bonis alijs abstinentiam carnis ostendere. **AVG.** in cap. 5. **Ioann.** cum de charitate ageret: **Si vis Deum diligere, incipe diligere proximum, frange esurienti panem tuum, &c.** Itaq; **August.** cum charitas dilectione **Dei** & proximi cõtineatur, hoc præcepto putat nos doceri caritatem proximi, nam quauis diligendus sit **Deus** prius, postea proximus, tamen diligendo proximū purgat oculum ad videndum **Deum**, quod verbis sequentibus significari docet, tunc erumpet velut matutina lux tua. Et idem **AVG.** in psal. 49. in illa verba: **Annunciabunt cæli iustitiam eius.** hoc nos promereri regnū cælorum ait, vel **Domino** authore, qui dixit: **Venite benedicti patris mei**, quia esuriui & dedistis mihi manducare. **Quid** tam vile, inquit **August.** quid tam terrenum, quàm frangere panem esurienti? tanti valet regnum cælorum. **Frange panem tuum esurienti, &c.** **CYPR.** de eleemosyna serm. 1. **Cum Dominus** (inquit) **Iudæis** exprobrari præcepisset peccata sua, cunq; eorum facinora pleno indignationis impetu protulisset, dixissetque eos, nec si orationibus, & precibus, & ieiunijs vterentur, satisfacere pro delictis posse, nec si in cilicio & cinere voluerentur, iram **Dei** posse lenire, in nouissima tamen parte demonstrat, solis **Deum** eleemosynis posse placari, **Frange** (inquit) **esurienti panē tuum, &c.** remedia propiciando **Deo**, ipsius **Dei** verbis data sunt, quid facere debeant peccantes, magisteria diuina docuerunt. **TERTVL.** aduersus **Marcionē** li. 4. **Misericordiā**, inquit, præcipit **Deus**, **Estote misericordes sicut pater vester misericors est.** quod idē est cū illo **Esaię**: **Panem** infringe esurienti. & suprā dixerat: **Olim** & vbiq; præcepit creator meus, indigentes pauperes, & pupillos, & viduas protegi, & iuari, & refrigerari, vt apud **Esaiā**: **Infringite panē esurienti.** Et rursus eodē libro: **Admonet nos**, inquit, quales conuiuas ad prandiū & ad cœnā sumus vocaturi. **esurientes**, inquit, & mendicos, & qui sine tecto sunt, qui humanitatis istius vicē retribuere non possint; quā **Christus** ipse captari vetat, in resurrectione eā re promittens. **ORIG.** in diuersos in illa verba: **Cum ieiunatis.** homel. 4. **Tu** cum ieiunas, ait **Dñs**, tu **Deum** timens, tu fidē seruans, tu religiositatē adimplens, quod sumpturus eras, distribue pauperibus, **C** frange esurienti panē tuū. **Quod D. Hieron.** cõuenienter **Hebræę** lectio[n]i reddidit [Carnē tuā ne despexeris] **Lxx** interpretantur [Domesticos feminis tui ne despexeris] magis enim scholiastas agunt scripturā, quàm interpretes in quibusdā: exponunt enim quid sit, carnē tuam, & docēt nos accipi pro domesticis & propinquis. **CHRYS.** tom. 4. in cap. 5. epist. **Pauli** ad **Timotheum** epist. 14. interpretans illud: **Si quis suorū curam non habet, & maxime domesticorum fidē abnegauit, domesticorum** inquit. **i.** cognatorum, idē sermō **Esaias**: **Domesticos feminis tui ne despexeris**, nā si quis propinquos genere, atq; affinitate coniunctos aspernetur, quo pacto in alienos erit clemens. **Idem CHRYS.** in **Matth.** cap. 13. homel. 46. interpretans hunc locum: **Si non potes relinquere quæ habes omnia, sequendū saltem hoc præceptum, vt saltē tertiam, quartamue partem bonorū tuorū des, & frangas panem esurienti, & domesticos feminis tui ne despexeris.** **AVG.** li. 2. de doctrina **Christi.** cap. 12. docet id quod suprā diximus, translationē **Lxx** velut commētarium esse prophetæ, & declarari hoc loco præceptū de consanguineis nō despiciendis. **Caro** em̄ pro propinquis ponitur, vt apud **Apostolū**: **Si quo modo ad emulatiōnē adducere potero carnē meā.** vbi carnē suā dixit **Iudæos**, propter consanguinitatē. **Idem** ait **D. CYPR.** li. 3. ad **Quirinum** cap. 75. **Lege AMBR.** in lib. de **Nabuthę** **Iesraēlita** cap. 10.]

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Tunc erumpet quasi mane lumen tuū, et sanitas tua citius oriatur, et anteibit faciem tuam iustitia tua, et gloria Domini colliget te.

CHRYSOS. in ca. 1. epist. **Pauli** ad **Philippenses** serm. 4. **Bonitatis**, inquit, misericordia nihil est melius, causa lucis est, & ad futurum quoq; lucis causa est: **Orietur**, inquit **Esaias**, matutino tempore lux tua, si misericordiā in proximū feceris, quem admodū oleum lucē istā conseruat, ita eleemosyna magnam nobis & admirabilē in futuro lucē largietur. **AVG.** in cap. 5. **Ioann.** tract. 16. in illa verba: **Surge, tolle grabatū tuū.** hoc loco **Esaiæ** compleri docet legem, quæ duobus præceptis continetur, dilectionis **Dei**, & proximi. **Sed** quid cõsequēs, inquit, si feceris

Iii 4 quæ

quæ Deus hic præcipit, tunc erumpet velut matutina lux tua, vbi lux tua (inquit) Deus est, tibi A matutina, quia post noctem sæculi veniet tibi, nam ille nec oritur, nec occidit, quia semper manet, erit tibi matutinus redeunti, qui occasum fecerat pereviti. GREG. Nazian. de philopto chia. i. de charitate in pauperes: Quæ præmia erunt (inquit) si hæc feceris? magna, admiranda, ingens huius rei merces est, tunc erumpet matutinum lumen tuum, & curationes tuæ citò orientur: legit enim Gregorius *in parva*, non *in dicitur*, eandem lectionem agnoscit CLEM. Alexan. pædagog. cap. postremo. & plarique doctores sacri. D. HIER. quod apud Lxx legatur *in parva*, curationes, vt sit, curationes tuæ citò orientur, vel sanitates tuæ citò orientur, vt est apud AM. BROS. in libro de Helia & ieiunio cap. 4. & apud IREN. lib. 4. cap. 32. quosdam Latinos ait nominis similitudine deceptos, pro *in parva*, legisse *in dicitur*, i. vestimenta, & falsitate translationis deceptos, ad resurrectionem corporis comprobendam hoc testimonio esse vfos. Mitto dicere, omnes veteres patres sequentia omnia, atque adeo ipsum D. Hieronymum, multa præmia, & multas coronas hæc verba intra se concludunt. Singula expende. nõ dixit, Apparebit tibi lux, sed scindetur, vt velocitatem & copiam dantis exprimeret, vt Deum intelligamus valdè cupidum esse nostræ salutis, quodque muneribus plenus ex largiendi festinatione quasi prorumpat, quum nihil sit quod inestimabile dandi Dei desiderium possit prohibere, quibus infinitam bonorum copiam paratam nobis esse ostendit. Matutinum lumen, subitum, repentinum significat, antequam cogites te beans, vt quæ matutino tempore, antequam expectes te excipiunt bona. Lumen porro illud est, quod angelos & archangelos beat, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, vestimenta virginum illa fulgentia, amictus ille sanctorum nuptialis, opes omnes Domini, & gloria quæ beatas animas circumamiciet. Ergo solus D. Chrysostr. sat esse C debet, vt ostendat duas Lxx virorum lectiones circumferri, aut tres, cum præfertim ipse D. Hieronymus nos doceat variè multa legi in translatione Lxx virorum, cum multa expunxerint Iudæi, & loco illorum, aliorum translationes suffecerint, & inde natas ecclesiarum contentiones, cum aliæ alias contenderent se habere translationes Lxx magis castigatas. Quod si Tertullianus, Græci, Latiniq; sermonis doctissimus, omnium Latinorum faciliè princeps, à Vincentio Lirinensi Gallo appellatus, temporibus Christi proximus, solus hoc sensisset, non erat contemnendus, qui in libro de resurrectione carnis sic scribit: Esaias docens quale ieiuniu elegerit Dominus (inquit) tunc lumen tuum temporaneum erumpat, & vestimenta tua citius orientur, non subfericam vestem utique, nec pallium, sed carnem volens accipere, ortum carnis resurrectione, de mortis occasu prædicavit. Eandem cum Tertulliano lectionem agnovit C Y P R. in sermone de eleemosyna, in princip. & in libello de oratione Dominica in fine. Et AVG. serm. 172. Tantorumne patrû authoritas contemnenda videri debet? & tam inruditos credemus sanctissimos patres, quorû humeris catholica ecclesia nititur, & recumbit subnixâ felicissimè? vt vocem vulgarissimæ significationis *in parva*, acceperint pro *in dicitur*. curationes, siue D sanitates, pro vestibus? Sed repugnat (inquit) non solum Græca, sed etiam Hebræa lectio, vbi legitur, Harucat qua, quæ sanatio est, vel medicatio, nec locus hic est vestimētis. Cum legatur Hebraicè, Curationes tuæ citò orientur, vel germinabunt. Quod verbum tamen de resurrectione vsurpari solet, vt in illo: Ossa vestra sicut herba orientur, & cum curatio perfecta, & sanatio perfecta sit futura in resurrectione, vt te docet AVGVST. de nuptijs & concupiscentia lib. 1. cap. 31. de peccatorum meritis & remissione, contra Pelagium lib. 2. cap. 8. Et ad Bonifacium lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum. Et lib. 3. eiusdem operis cap. 3. cumq; sententia sanctorum patrum, reliqua huius capituli, de resurrectione dicantur. Lxx qui paraphrasin scripturæ facere solent, pro [curationes tuæ citò orientur] dixere fortasse [vestimenta tua citò orientur] hoc est, corpora tua, o popule fidelis, resurgent fulgentia, & splendens, vt solent Lxx aliud verbum pro alio vsurpare, perspicuitatis causa, vt in illo: Nisi Dominus reliquisset nobis residuum, Lxx vertunt: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, vbi interpretati

A pretati sunt residuum. i. semen. & cap. 42. insulas ostendimus interpretatos esse. i. gentes & nationes, & alia multa, quas paraphrases non solum recepere sacri scriptores, sed etiam apostoli & euangelistæ, qui eas citant, nam vestimenta pro corporibus accipi vel ex solo cap. 63. discernere potes: Quis est ille qui venit de Edò tinctis vestibus de Borsor? & Vestimenta tua sicut calcantium in torculari. & Asperfus est sanguis eorum super vestimenta mea. Subeat te fortasse illa cogitatio cur non aperte dixerint, corpora tua cito orientur? nempe quod non tantum dixissent si edidissent: corpora vestra cito orientur, quantum, vestimenta vestra, nam sanctorû corpora vestimento salutis induta orientur, Christo. s. qui sanctis erit vestimentum immortalitatis, de quo vestimento in principio cap. 52. & in illa verba. Sicut agnus coram tondente. & in illa verba cap. 53. vult Dominus animæ eius ostendere lucem & formare intelligentia; iuxta hos eosdem Lxx qui fortasse ex illo loco huius fecere paraphrasin, vt duarum lectionum quæ in interpretatione Lxx circumferuntur, neutra sit reiicienda. Illud etiam hoc arguit quod sequitur: Gloria Domini colliget te. Nam gloria Dei filius dicitur in scriptura, vt supra dictum est: pro [colliget te] in Hebræa lectione est *יִגְדֹּלְךָ*. i. colliget te, siue, reuocabit te, vt in Numeris cap. 12. vbi legitur. Separetur septè diebus extra castra, & postea, reuocabitur: & in eodè, donec reuocata est Maria, vbi pro reuocare, est hoc verbum Hebræum, vt possis vertere: Gloria Dei reuocabit te. i. filius Dei suscitabit te, vt sit idem cum illo quod Dominus ait, Ego suscitabo illum in nouissimo die. Nam quid aliud est suscitare, quam reuocare mortuos ad vitam? sed magis hoc exprimitur, si veritas vt reddidit Hieronymus [Gloria Dei colliget te] Nam ut leges apud ISYCH. lib. 6. in Leuiticum in illa verba. Locutus est Dominus ad Moysen, loqueris filijs Israel, & dices eis. cum ingressi fueritis terram: Terra, euangelica doctrina est, sic dicta, propter fructus virtutum, qui ex ea oriuntur, messes, & segetes sunt fideles, quorum corpora redacta in cineres colliguntur, vt resurgant, vnde Dominus est dictus primus ille manipulus, qui resurrexit à mortuis primus, verè primitiæ nostræ messis quod corpus proprium à mortuis suscitauit, & sic cineres nostri corporis redigentur in manipulos. i. redibunt in proprium corpus, & fient nostra corpora: Vnde Ioseph typus Christi in somnis vidit suum manipulum stare, & adorari à sole, & luna, & fratribus, manipulus ille Ioseph. i. Christi, cuius typus erat Ioseph in veritate adoratur à sole, & luna, Christus enim primitiæ dormientium, primus stat. i. resurgit ante quem omne genu flectitur, caelestium, terrestrium & infernorû, qui resuscitabit mortalia corpora nostra, Colliget ergo nos redactos in cineres in manipulos. i. in gloriosa corpora, Lxx seniores pro [colliget te] edidit [vestiet te] ornabit te, sic enim melius vertes verbum Græcum, vt ad vestimenta de quibus diximus alludent.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Tunc inuocabis, & Dominus exaudivit clamabaris, & Dominus exaudivit te, ad huc loquente te dicet, ecce adsum.

CYPRIAN. in libello de oratione Dominica interpretans hunc locum: A desse se promittit, inquit, & audire, & protegere eos qui iniustitiæ nodos de corde solunt, & eleemosynas circa domesticos Dei secundum eius præcepta faciunt. Nam dum audiunt quod Deus præcipit fieri, ipsi quoque à Deo meretur audiri, & infra, Qui miseretur pauperi, Deo foenerat: qui dat minimis, Deo donat. CYRILL. lib. 15. de spiritu & littera quod oporteat puros & mundos sacerdotes sacra facturos ad Deum accedere, clamant omnes prophetae, sed quomodo inquit peccatorum sordibus eluemus? quis erit modus? Peccata quis intelliget? & in multis offendimus omnes. ægrotat nostra natura in peccatû, & in carne nostra ab ortu peccatum habitat, & ad mæla propendet. Vnde dictum est illud: Omnes declinauerunt non est qui faciat bonum. Ideo inquit seruator quæ misit Deus de cælo, qui nõ iustificaret fide, & liberaret pœna, & debile & imbecillum quod in nobis erat, robustum redderet, & validum, illuminaret tenebras, contritum ligaret, conuerteret quod errauerat, ex Dæmonis armento, & grege eos qui sibi essent dicto audientes eximeret. In Christo igitur & in exequendis eius mandatis sordes peccatorum eluimus, tenebræ nostræ in lucem fulgentissimam mutabuntur, nos Deus exaudivit, tunc fiet illud propheticum: Tunc clamabis, & Dominus exaudivit, ad huc loquente te dicet ecce adsum.] Leges pulchram disputationem & quæstionem de hoc loco apud AVGVST. tomo 10. de verbis apostoli, serm. 3. in illa verba: Spiritu ambulate: quomodo dicat Dominus te loquente adero, cum permittat suos mala pati & certare certamina, leges apud D. August. quod sunt lógiora.

Si abstuleris de medio tui cathenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.

Si abstuleris a te colligationem & manus extensionem, & verbum murmuris.

De hoc loco dictum est supra in illa verba: Solue fasciculos deprimenteis: de interpretatione inquam D. Hieronymi & Lxx virorum [Si abstuleris de medio tui cathenam] vel colligationem, videtur CYRILL. in libello de oratione Dominica interpretari, si solueris iniustitiam nodos de corde tuo [si desieris extendere digitum] PROC. CYRILL. explanat multis modis, vt extendere digitum siue manum, vt vertere Lxx significet, si desieris mittere manum ad munera accipienda, vel ad reddendum malum pro malo, vel ad minas, quod velit Dominus malum esse suos nullis minetur, nulli malum pro malo reddat, cuius rei argumentum esse putat, quod pro, daber, auen, quod Hebraice est, reddunt alij, loqui vanitatem, loqui quod non prodest. CYRILL. in Ioan. lib. 7. c. 23. cum do cuisset peccatorum peccatorum funibus esse ligatum, subiicit, hanc sanam peccatorum catenam abijciendam esse monet Esaias, dicens, si abstuleris de medio tui cathenam, &c. GREG. Nazian. de caritate in pauperes, extendere digitum vel vt Lxx vertere manus extensionem, videtur interpretari supputationem & auaritiam hominum, qui dant elemosinas, & imputant quod dederint ante, vel quod alij dant, aut quod habent ipsi quod gestu & iactatione manuum facere solemus, & iudicamus de vita egenorum & pauperum. Eiusdem sententiam putat esse quod sequitur [loqui quod non prodest] vel vt Lxx vertere [verbum murmuris] i. dare elemosynam cum murmure, quod hilarem datorem diligit Deus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orientur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridies.

Et si dederis esurienti panem ex anima tua, & animam humiliatam saturaueris tunc orientur in tenebris lumen tuum, & tenebrae tuae sicut meridies.

Quod Hieronymus vertit conuenienter Hebraeae lectioni [cum effuderis esurienti animam tuam] interpretantur Lxx [Si dederis esurienti panem ex anima tua] si magno animi affectu panem dederis esurienti illuminabit te Dominus. Nam vt CYRILL. lib. 10. de spiritu & littera inquit, interpretas verba illa Cooperuit nubes tabernaculum, & gloria Domini impletum est tabernaculum, illustrat inquit, Dominus animas hominum rudium, qui in tenebris debebant caelesti lumine, quod sic intellige, Demit tenebras mentis, & pro tenebris infert lumen, quod in ecclesijs Dei non relinquuntur tenebrae humani erroris: pellit enim Dominus ex animis hominum errorum caligines, semper desuper adstans, suis radijs mentis sanctas illustrat Christus, vt veram viam inuisit qua itur ad vitam beatam, & hoc pollicetur Deus, non enim sumus noctis filij nec tenebrarum sed filij lucis sumus, & diei.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et requiem tibi dabit Dominus semper. Et erit Deus tuus tecum semper.

Verba Hebraea verti possunt, vt transtulit D. Hieronymus vt sit [Et requiem dabit tibi Dominus semper]. Possunt etiam verbi vt reddidere Lxx, Et ducet te Deus semper, nam וְיָחַד דָּעוּסָא, ducere significat, & sic hunc locum explicat R. Abraham, pro hoc vertere Lxx [Erit Deus tuus tecum semper] vtriusque translationis sensus est perspicuus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et implebit splendoribus animam tuam. Et impleberis sicut desiderat anima tua.

וְיָחַד דָּעוּסָא, est claritas claritatum, splendor splendorum, serenitas serenitatum, siccitas siccitatum, ardor, ardorum: haec omnia significat hoc nomen Hebraicum. His omnibus sanctorum animas implendas

Implendas ait Dominus, quod procul dubio fit quando pater, & filius, & spiritus sanctus ad eas veniunt, & mansionem apud eas faciunt, tunc vere replentur sanctae mentes, claritate claritatum, i. claritate illa vnde nascitur omnis claritas, & omnis splendor: est enim forma dicendi Hebraea, vt Dominus dicitur sanctus, sanctorum, i. sanctus omnis, sanctos sanctificans, sic dicitur splendor, splendorum, & serenitas serenitatum, vnde nascitur omnis splendor, & serenitas. Pro hoc dixit Hieronymus, Implebit splendoribus animam tuam. Implebit scilicet Dominus caelestibus splendoribus animam tuam, & quod anima affecta splendore splendorum, serenitate serenitatum, completum habet omne desiderium, summi boni compos videlicet, reddere Lxx: [Impleberis sicut desiderat anima tua] i. satiaberis quod apparuit tibi gloria Domini. Dicitur etiam Dominus ardor ardorum, & siccitas siccitatum, quia est ignis consumens quid quid in nobis est terrenum, & mortale: Iudaei haec referunt ad terrena suo more, & faciunt medae scripturas, vt ait Hilar. & Athanas. quot enim malos videas abundare opibus, diuites & fortunatos: quot reperias sanctos viros egere acriter, & emendicare stipem?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et ossa tua liberabit.

Et ossa tua pinguescent.

Verbum Hebraicum וְיָחַד, liberare significat & pinguescere, promittit ergo Dominus vt ait PROC. & CYRILL. pastus animis caelestes vsque ad pinguedinem olisium: appellat autem ossa animi potentias, quae spiritalibus charismatis pinguescunt, non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei, cuius typus erat manna panis Angelorum, a quo tam beatorum animorum pastum cum exclusus sit Israel, & in locum eius suffeete sunt nationes, dictum est illud ad Iudaeos: Serui mei comedent, vos esurieritis, serui mei bibent, vos sitietis, Vos, inquam; o Iudaei, esurieritis & sitietis: serui mei, id est, fideles, ex gentibus comedent. Ad haec verba Cyrilli, & Procopij, adde quod AMBR. de pinguedine animorum, ait in libro de Helia & ieiunio capit. 10. illic vbi ait, Aliud oleum quo artus animi, & quaedam membra pinguescunt, quae leges attente. & quod CYRILL. docet de spiritu & littera, vbi docet quod umbraculum illud nubis, quod imminabat tabernaculo Domini, Christus erat qui velut nubes quaedam spiritalis ecclesiae imminet semper, & roribus spiritalibus irrorat fidelium mentes & reddit pingues & opimos. Idem repetit lib. 10. eiusdem operis, quod gloria illa Domini quae complet tabernaculum & nubes illa, quae illud obumbrat Christus est, qui velut rore quodam spiritali de super sanctorum mentes, mirabiliter reddit pingues spiritalibus charismatis.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum cuius non deficiet aqua.

Et erunt sicut hortus irriguus, & sicut fons quae non deseruit aqua, & ossa tua sicut herba orientur & reflorescent, & haereditabunt generationem generationum.

Iuvs HIERON. in comm. obelo expungenda putat ex translatione Lxx virorum verba illa [Et ossa tua sicut herba orientur] &c. quod ea Hebraea lectio non agnoscat. De verbis additis a Lxx viris diximus multa in disputat. de translatione ex autoritate omnium veterum patrum. Ostendimus toto hoc opere non solum loco citato verba illa adita a Lxx viris citari in litteris euangelicis, & apostolicis, quae res fecit vt antiquitas verba haec, quae apud Lxx essent, Hebraice non essent, expungere nunquam sit ausa, vt docet ORIG. quod in flatu spiritus sancti ad dita crediderint August. Iren. Epiph. & alij patres, quando ea citant apostoli, & euangelistae, nunquam facturi si diuina responsa non essent: adde tu quod plurimis verbis ostendimus in fine cap. 37. ex psal. 17. qui duobus locis est inter ipsos psalm. & lib. 2. Reg. cap. 22. & in eodem psal. duobus locis scripto, propter crebras ruinas Iudaeorum orationes integras alibi esse, deesse alibi, alia verba pro alijs esse, &c. quae illic leges, vt non credenda sint omnia addita esse in Lxx, sed quaedam ex codicibus Hebraeis desiderari, vt in Graecis, & Latinis exemplaribus, iniuria temporum, desideratur multa, & propter varias ruinas Iudaeorum & abolitione gentis Iudaeae accidit hoc magis codicibus Hebraeis. Vnde quod antiquitas facere non est ausa, vt expungeret ex translatione Lxx quae Hebraice non essent, non debuit fieri in biblijs Complutensibus, na etiam si valeat plurimum D. Hieronymi auctoritas, plus multo valet auctoritas totius antiquitatis, quae ea censuit retinenda & apostolorum, & euangelistarum, qui ea citant & totius ecclesiae, quae ea in pluribus locis

bus locis retinet, siue quod in flatu spiritus sancti à Lxx viris addita crediderit, quod pleraque A eorum ab apostolis & euangelistis citentur. siue quod temporis iniuria interciderint ex codicibus Hebraeis, vt ipsa pleraque orationes interciderint deprehendimus, in psalm. Hebraeis duobus locis scriptis Hebraicè, inter psalm. l. & 2. Reg. aut 2. paralipomenon, alijsque quæ duobus locis scripta sunt Hebraicè. PROC. Hortus qui nunquam amittit viriditatem, est hortus cõsitus sancti spiritus plantis, vberimis fructibus onustus, ecclesia videlicet Christi hortus, descendit patruelis meus in hortos ipsius vt comedat fructum, vbi notandum CYRIL & PROC. hæc referre ad corporum resurrectione ex quorum lectione reponenda sunt hæc verba in biblijs Complutenfibus [Ossa tua vt herba orientur & reslorescent, & hæreditabunt generationem generationum] Quibus verbis Procop. inquit præsignificari corporum resurrectionem, quæ ita fieri dicitur hoc loco, vt herba quæ in hyeme moritur cum verè rursum reuiescit, quo etiam modo corpora sunt resurrectura ad exemplum herbarum viuificatiuæ gratiæ pinguefacta: quod inquit David. Mittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, quando vitam sempiternam hæreditabimus morte, & corruptione prorsus superatis. dici autem ossa inquit PROC. potèntias animi, vel ex illo: discis: Deus dissipabit ossa hominum, qui hominibus placent: vbi non ossa corporis significatur, sed animi potèntia vt in virtute insistere non possint, & ex illo: Quoniam tacui computruerunt ossa mea: computrescunt enim ossa, & inueterescunt quando veteris hominis opera facimus, quando propendemus in humana negocia, & à rebus diuinis auocamur, quæ reuiescunt si sancti spiritus afflatu recreentur, & si pluuia spiritali madeant: duobus itaque modis pinguescunt ossa & reuiescunt, cum innouamur de die in diem in hac vita, & in corporum resurrectione, si hæc verba Hebraicè nõ interciderint, vt dixi, facta metaphrasis videtur huius loci à Lxx viris ex illo loco cap. vltimi. Gaudebit cor vestrum ossa vestra sicut herba germinabunt, & fecisse eos arbitror vt docerent huc locum de resurrectione esse, sicut illi sunt faciunt enim Lxx has paraphrases vt altero loco scripturæ alterum explicant.

D. HIERONYMVS

Et edificabuntur in te deserta seculorum, fundamenta generationis, & generationis suscitabis.

LXX VIRI.

Et edificabuntur tibi deserta seculorum: & erunt fundamenta tua sempiterna in generationibus generationum.

Theodore
tus, Perhas
inquit. si
multitudi-
nes promit-
tit bona se-
piterna,
nec potes
intelligere
ædificatio-
nes sensibi-
les, sed spi-
rituales: quo-
modo enim
erunt sensi-
biles quas
nominat se-
piternas?
Nares sen-
sibus crea-
bris muta-
tionibus sub-
inde obno-
xia sunt.

PROC. hoc ad animas refert, animæ tuæ ruinæ instaurabuntur & disciplina cœlesti reficietur: ædificabuntur ipsum dogmatis cœlestibus, Christo tanquam muro te sepies: loquitur enim propheta de anima hominis tãquam de vrbe deserta & bello concussa, sine muro, sine propugnaculis, & deserta sempiterna, & solitudines appellat animi potèntias propter peccatum iã olim destitutas diuino presidio & à dæmonibus protitas. Fundameta autè explanat PROC. secundum epistolam Pauli: Aedificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum. i. su per Christum quod sapiens architectus fundamentum posuit quod fundamentum futurum est vitæ sempiternæ. Itaque PROC. hæc omnia refert ad ædificationem illam qua super fundameta tum, quod est Christus ædificamur, quæ est apud Paulum & apud D. Petrum. De hac ruina ex qua nos ædificari in templum Dei sanctum oportet in habitaculum Domini in spiritu, lege AVGVS. in psalm. iiii. vbi mirabiliter de hac ruina vetere quæ in Adam facta est multa leges mirabiliter disceptata, & de hac quæ est apud D. Paulum, & apud D. Petrum cogitatione qua ædificari oportet nos in templum Dei, de qua multa alibi idem AVGVS. vt in psalm. ior. in illa verba: pulueris eius miserebuntur. & alijs locis. Admonet D. Hieronymus ludæos ad Zorobabelis tempora hæc referre. in ludæorum sententia reperies ferè semper V A T A B. & ISIDOR. Clarium, & vt videas quam immerito, Zorobabelis temporibus verba sequentia cõuenire nullo modo possunt, non enim instaurata sunt vrbes ludææ vt in generationes generationum suscitaret esse dicantur, cum intra non longum tempus dirutæ sint omnes à Romanis, sed ludæi non dubitant facere mendaces scripturas, vt Hilarius, & Origenes aiunt, dum nobis aduersentur. si de terrena instauracione, & reædificacione ruinarum intelligi vetant verba sequentia, necessitas ipsa cogit vt intelligas de ædificacione qua lapides viuæ ædificamur in templum Domini, quod docet D. Paulus & D. Petrus, & de ruina quæ facta est in Adam, de qua latissimè D. AVGVS. disputat locis citatis, quæ quia sunt longiora illinc erunt petenda. Quod si D. Paulus, & D. Petrus non docerent nos sic hunc locum esse intelligendum, vt interpretatur D. Hier.

A D. Hieronymus. & Procop. tamen ipsa lectio Hebræa hoc euinceret, nam lectio Hebræa est. Id est, ædificabunt ex te deserta à seculo] vbi, ædificabunt, ad sempiterna deserta ex te ædificabunt Et angelos referas necesse est colligentes cineres, postea ædificatio עולם מן הרבות מן בני בניו fit ex te, ex animo & cineribus, qui rursus ædificatur in tuâ ipsam personâ deserta sæculorū. i. quæ iã olim redacta erant in cineres. vel iuxta Proc. & Aug. & Hier. & alios [deserta sæculorū] i. ruina, in Adâ, illa quæ ceciderunt & ruinosâ facta sunt & corruere lapsu primi parētis, nec aliò referre potes. Nã si dicere velles [ex te] accipi pro tui, hoc est, posteri tui ædificabunt ruinosâ & deserta: præterquod quod falsum esset, nõ enim si quis probus & sanctus vir, ædificat terrenâ ciuitatè & ruinosâ instaurat, nec ludæi vllas instaurauere vrbes, immo suas perdidere. Quod sequitur nõ coheret [fundameta generationis & generationes suscitabis] quæ malum fundamenta? cū vrbes ludææ centies sint euerse & solo equate? omnia igitur repugnant, & tralatio Lxx virorum multo magis, qui ædificare [ædificabunt tibi deserta à seculo] quæ sunt ista deserta à seculo? ni si ruina primi parentis quæ fuit à seculo, vt leges apud AVGVST. deinde & erunt fundamenta tua sempiterna, adhibe quæso animum & mentem tuam quæ alia fundamenta sempiterna in generationes & generationes] queas comminisci nisi fundamenta cœlestis Hierusalem? quasi dicatur ita reparabitur, & resarcietur lapsus primi parentis, vt nihil sit quod amplius timeas ruinam, erit enim tibi fundamentum Christus in generationem & generationes. De hac ædificacione in æternum lege AMBROS. in cap. 3. Lucæ lib. 2. cap. de Iesu baptizato, vbi de ecclesia loquitur in medio. denique si sic explanes conuenias cum apostolis & doctoribus sacris, qui de his ruinis & ruinosis & de hac ædificacione multa disputant, omnes ad vnum, sin aliter videre hos contemhere, scripturam facere mendacem, cum falsa dicenda sunt omnia hæc si interpreteris vt ludæi interpretantur.

D. HIERONYMVS.

Et vocaberis ædificator sapium, auertens semitas in quietem.

LXX VIRI.

Et vocaberis ædificator maceriarum & lapides qui sunt in medio semitarum quiescere facies (vel semitas quæ in medio erant cessare facies)

AMBROS. in Lucam li. 3. cap. de genealogia Domini aliam lectionem Lxx virorum videtur agnoscere. qui sic hunc locum explanat: Vocaberis tu ò Domine Iesu qui veteris illius munitiois materiam instauras, in anti quam simplicitatem si dei nos reformans & cessare facis semitas, quæ in medio erant. i. illi obicem qui vnitatem mentis & corporis, seriemque vitæ simplicis diuidebat, nam factus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum & medium parietem sepis soluit, quem parietem exponit apostolus inimicitias esse in carne, has ergo inimicitias tulit Dominus & pacem refudit, quã sententiam D. Ambrosij, si probas leges ex Hebræa lectione in editione Lxx virorum pro ἀνεθίση, i. vocaberis, ἀνεθίση, vocabit te, sic in quã est Hebraicè, quæ lectio magis congruet [vocabit te] suscitabit te ædificator maceriarum, instaurator iustitiæ originalis, quam peccator diruerat quod Hebraicè est, ædificator ruinae. Nam alioqui quomodo cum propheta loquatur cum populo fideli eris quasi hortus irriguus & ædificabuntur ex te deserta, sequitur tu ò Christe eris ædificator ruinae vel vocaberis cum sermo non habeatur ad Christum, sed ad populum fidelè nisi dicas quod Hebraicè est in tertia persona de Christo Domino [vocabit te instaurator huius ruinae] vocabit te, Lxx ad secundam personam vertisse videntur & fecisse exclamationem ad ipsum Dominum, ò instaurator ruinae tu vocaberis instaurator huius tantæ ruinae & redemptor generis humani. Semitas quæ sunt in medio cessare facies, hæc enim est legitima lectio Lxx seniorum, quam agnoscunt D. Hieronymus, & Ambrosius, Semitas ergo quæ sunt in medio cessare facies] i. inimicitias quæ sunt inter carnem, & spiritum extingues: quæ sunt in medio id est, quæ diuidunt carnem & spiritum. Lege AMBROS. libro. 2. in caput. 3. Lucæ cap. de Iesu baptizato, & Dei patris testimonio, vbi agit de ecclesia & de Iesu huius maceriarum instauratore. PROC. sic explanat hunc locum: Aedificat sepes, aut macerias, qui animam munit ecclesiasticis dogmatibus, ne tanquam desertum hortum qui volet, conculcet, quod patitur anima pigra quæ prauis cupiditatibus, & potestatibus tenebrarum est peruia. oportet igitur vt ad animam nostram interclusum sit iter potestatibus tenebrarum, & vitijs, doctrina cœlesti, & Dei timore. si enim velut maceria quadam, doctrina cœlesti, & Dei timore munimus animam, dice-

mur a edificatores maceria, & auerteremus semitas vitiourum, & auerfabimur prauas cupiditates A in quietem, & tranquillitatem animorum. & sic interpretabimur translationem D. Hieronymi: Eris auertens semitas] supple vitiourum [in quiete] i. in tranquillitatem animi tui. sed interpretatio D. Ambrosij magis congruit lectioni Hebraea. Et quoniam D. Hieronymus in commentarijs velut pertaxus priorem editionem, quam ediderat, translationem Symmachi, & Aquilae commédât, nihil est quod conferenda sint cum translatione Lxx virorum, atque aded cum ipsa lectione Hebraea, si ad verbum reddatur, ita vt nihil addas, nihil detrahas, Ponet enim in conspectu, corporum resurrectionem. Verba Hebraea sunt.

Id est, vocabit te a edificator rui- ad habitandum vias reuerti faciens ruinarum a edificator te vocabit Et narum reuerti faciens vias ad habi- וְקָרָא לְךָ גֵר פָּרַךְ קְשׁוּבָה נְתִיבוֹת לְשֶׁבֶת [tandum]. vocabit te Christus vt reuertaris e monumentis, & repetas vias ad habitandum. are surgas. Vide tu an hoc quidquam distet ab illo: Ego suscitabo illum in nouissimo die: vide an sic Lazarus suscitauerit a mortuis Dominus vocans illum. quod hic dicitur, Vocabit te, & a edificans quod ruerat. dixerat enim soror: Quatriduanus est iam foetus, & vt bene dicitur a edificator ruinae Dominus Lazarum suscitans, & vide an hic iubeat reuerti vias ad habitandum cum dicat: Exi foras, & perpende an sit hoc quod dictum est Ioannis cap. 5. venit hora, & nunc est, in qua omnes qui in monumentis sunt audiant vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae. Redde ad verbum verba Hebraea sic: Vocabit te a edificator, vel instaurator ruinarum, reuerti faciens vias ad habitandum, & accomoda aurem, & intelliges sonare euangelica verba. Nam, goder peres, Hebraei interpretantur, sepiens rupturam: Quis sepius rupta corpora & suscitauit nisi Christus? Reliqua interpretatione non egent. Nec te moueat quod Iudaei hanc interpretationem non recipiant, qui nihil spiritale recipiunt, sat habe quod singularum vocum interpretationem neque Iudaeorum quisquam neque Iudaizantium poterit inficiari, coniunctam totam orationem tu potius interpretare, & eos doce quando tibi, & non illis diluxit lux euangelica. Potest etiam reddi lectio Hebraea sic, vt reddita est a Lxx senioribus, si modo eorum hec legitima est editio. Sic tamen vt legas, Vocabit te a edificator maceriarum, & semitas tuas, que in medio sunt, cessare faciet. Nam, mefabeth, reuerti faciens, labeberh, ad quiescendum, potest significare, semitas tuas cessare faciet, quae in medio sunt. Nam in resurrectione est perfecta sanatio & perfecta redemptio, & sic quando lectio Hebraea ad resurrectionem corporum aperte refertur, translatio Lxx eodem est referenda, vt refert AMBROS. & translatio D. Hieronymi quae est ferè eadem iuxta canonem illum interpretanda scripturae, vt Graeca, & Latina, & Hebraea, inter se conferamus, & inde verum, & legitimum cruiamus sensum.

D. HIERONYMVS

Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, et non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super Domino.

A Pud IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem, Iudaeus nostris hunc locum obijcit, quo planè vbi de lege noua agere videtur imperat sabbatismum, neque inficiatur Iustinus, haec retque velut mus in picce. Si autem legeris quae CYRILL. de spiritu, & littera lib. 7. de sabbato scribit, & de sabbatismo intelliges hunc locum a nobis potius facere quam a Iudaeis, ait enim, Sabbatum significat Christi tempora, est enim cessatio & quies & Christi temporibus fuit vere cessatio a peccatis & peccatorum remissio & Christus fuit principium & via ad libertatem, ad immortalitatem, ad vitam sempiternam. sustulit enim peccatum mundi & deleto peccato fuit verè quies & illa omnia praestat, Nam variae sunt similitudines quibus significatur Christus. typorum multiplex forma, in Christo enim spiritualiter a prauis cupiditatibus, a libidinibus, animi perturbationibus conquiescimus, cessamus, & Hebraicè Sabbatizare, Latine conquiescere est &

LXX VIRI.

Si auerteris pedem tuum a sabbatis, vt non facias voluntates tuas in die sancta: & vocabis sabbata delicata, sancta Deo tuo: non tolles pedem tuum ad opus, neque loqueris verbum in ira de ore tuo, & eris confidens super Dominum.

A cere est & cessare. quod plene fiet in corporum resurrectione, est enim sabbatismus cum peccati iugum excutimus, & in veram libertatem per Christum asserimur & quietem, quod significasse ait Paulum ad Hebraeos cap. 3. cum iurasse ait Dominum incredulis non intraturos in requiem suam, nec intrasse videmus, & cum subiicit sabbatismum relictum populo Dei, nam si sabbatismus esset tantum ociari die sabbato, quomodo Israel non intravit in requiem Domini, qui omni sabbato ab omnibus rebus feriabatur? Erat igitur temporum Christi typus, cum diffusa gratia in fidelium cordibus fuit, & a perturbationibus animorum & vitijs quies, cum peccati iugum excussum est, cum asseri in libertatem conquiescimus tanto onere liberati, iustificati in Christo per fidem. Vnde lapidatur qui in sabbato ligna colligit, ligna propria radice auulsa, & sicca, mortis sunt manifestissima signa, & ignis pabulum. tale peccatum est animae mors, ignis aeterni apud inferos pabulum. nisi sacris Christi sacramentis tollantur. Vnde hoc typo significatur, si temporibus Christi quando remissio peccatorum est, opera mortua, & infructuosa praepotes tam alta mysteria relinquens, futurum esse vt sempiternas (quod Deus auertat) incurras flammis. Nec hinc abluide illud Hieremiae quod iubet Dominus, ne sabbato onus exportas. i. in quiete data per Christum, cum te peccatorum onere Christus leuauerit ne oneri rursum a peccato subdas collum. Quomodo enim non omni poena dignum est cum tanto rerum molimine, te peccati iugo liberauerit Deus, si rursum peccati iugo subijcias cervicem? Iubetque Dominus intra portas Hierusalem sedere, quae subuertebatur & cui impendebat ruina & quae postea prorsus erat delenda, vt te cogat necessitas intelligere quod non oporteat a ciuitate sancta, hoc est ab ecclesia abalienari, nam ecclesia dicitur ciuitas sancta, gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Adjicitque idem CYRILL. sabbati sanctificationem veram esse, cum ociosi a rebus omnibus Deum tota mente complexi, in rerum sacrarum meditatione vitam degimus, & res sacras contemplamur & totos nos in contemplatione rerum diuinarum asserimus, quod significat Dominus cum ait circuncidi hominem in sabbato, nam in illa quiete & contemplatione rerum diuinarum refecare oportet omnia terrestria, quae est circuncisio spiritualis quae fit octauo die, quando Christus a mortuis est suscitatus, soluens mortis imperium, tunc suos spiritualiter circuncidit, cum eos signauit sancto spiritu, qui ignis consumens est, & consumpsit vitia, prauas cupiditates, perturbationes animorum: hoc fecit Dominus cum dixit: Accipite spiritum sanctum, hoc Paulus appellauit circuncisionem non manu factam, nam nisi circuncisio spiritualiter sumus, nunquam vincemus tenebrarum potestates, Haec Cyrillus, & ita D. Hierony. docent ex hoc loco deprehendi sabbati obseruationem spiritualiter intelligendam, nam aliter qui fieri potest inquit vt nec pedes moueas ad opus? nec manus? nec vno loco te commoueas? non pedes, non digitum, non vllum membrum. reliquum est ergo vt intelligas vetari tibi agere, quae uoles, praecipue cessationem a peccatis: vetari prauarum cupiditatum persequi semitas, cohiberi oculos, manus, linguam, cogitationes, pedes ab omni specie peccati, hic est sabbatismus spiritualis. Si hunc seruaueris inquit sabbatismum in die sancto meo, in aduetu meo & vocaueris hunc sabbatismum tuas, delicias id enim significat verbum Hebraeum quod D. Hieron. reddidit delicatum, Lxx viri τρυφαι δειμα. i. delitiosa sancta. D. BASIL. in 33. psalm. aeternos beatitudinis dies illos, festa illa sempiterna interpretatur, & intelligendum contedit quando lex spiritualis est. per sabbata deliciofa & sancta, sanctas delicias, quod Latinus interpres vertit, delicata sancta, melius redditur tuas sanctas delicias, sic em Graecè est & Hebraicè. i. si perlectus fueris eas voluptates quae ex rerum caelestium contemplatione nascuntur ex meditatione virtutum & ex Dei contemplatione, vnde nasci omnium maximam voluptatem, non solum docet Theologi sed & Aristoteles 10. ad Nichomachum & alijs locis, praecipue PLATO in Philebo & in libris de republ. & penè omnibus dialogis. Igitur si tuam foelicitatem sitam putaueris in sabbatismo, in quiete ab omnibus vitijs & virtutum actibus, & in meditatione rerum diuinarum & legis Dei, nam in his duabus rebus etiam philosophi foelicitatem putat sitam, alteram humanam, diuinam alteram. Si vocaueris sabbatum sanctum Domino gloriosum] i. veram gloriam esse, quae nascitur ex virtute, & ex vera religione. Ex hac interpretatione Cyrilli, & D. Hieron. intelliges verissimum esse quod centies supra est adnotatum, quoties Esaias aut historias, aut caerimonias veteris testameti citat, citare eas vt typos & figuras rerum, de quibus vaticinatur, & interpretari eas, quod hoc loco facit praecipue iuxta Hebraeam lectionem, & vulgatam, quod translatio Lxx trunca est hoc loco. Interpretatur enim quid sit sabbatum, & quid sit quiescere ab omni opere vt docent D. Hierony. & Cyrillus, cum vebra illa Exodi 28. Memento vt diem sabbati sanctifices, explanant: Si vocaueris

ueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum] eo sensu, quo dictum est & verba A
 sequentia [Non facies omne opus in eo] interpretatur [si auerteris à sabbato pedem tuum face
 re voluntatem tuam] vel vt Lxx edidit [Vt non facias voluntates tuas in die sancto meo] qui
 bus verbis præfert Esaias sabbati quietem, & cessationem ab omni opere, esse cessationem ab
 omni peccato: frænare omnes prauas cupiditates, id enim appellat facere voluntatem nostram
 in die sabbati. vnde Plato est mutuatus, cum in alios dialogos, tñ in postremos libros de repub.
 miserrimos mortaliũ esse, qui frænã laxãt suis cupiditatib⁹, & se explēt voluptatib⁹, quibus do
 cumētis pleni sunt philosophorũ libri, qui foelices appellãt, & beatos eos qui cupiditates suas
 frænãt, rationi, & Deo sunt dicto audiētes: Quod declarat apertius Esaias cũ subijcit [Si glorifi
 caueris sabbatum Dñi, non facis vias tuas]. i. dũ nõ sequeris tuas cupiditates prauas [Et non in
 venit voluntas tua] non explēs tuas libidines, nõ facis quod tu vis, sed quod iubet Deus [Vt lo
 quaris verbum] Hebraicè est [Et non loqueris verbum] quod Lxx interpretantur, in ira de o
 re tuo. f. Nã Esaias has omnes cõditiones seruãdi sabbati eodẽ ductu orationis textit [& voca
 ueris sabbatũ delicias sanctas Deo gloriosas & glorificaueris illud in nõ faciẽdo vias tuas, in
 nõ inueniẽdo voluntates tuas, & loquẽdo verbũ. i. in nõ loquẽdo verbũ repetita negatione præ
 cedẽti. Adhibe omnes sanctos scripturæ interpretes, & cõfer cũ Esaiã hoc loco, cũ interpreta
 tur obseruationem sabbati, & si quis paucioribus verbis planius sabbati obseruationem ex
 plicet non causam dico, quin habeat mēdacissimus [si vocaueris sabbatũ delicias sanctas Deo]
 an non hoc philosophi hic sunt mutuati cum ocium (id enim sonat Latinè sabbatum) contem
 plationem Dei & rerum diuinarũ nominãt? & summã & omniũ maximã voluptatẽ appellãt
 & voluptatem sanctam, quẽ Deo nos facit amicos & vere beatos, vt docet Aristoteles 10. ad Ni
 chomachum, & alijs locis mille, duodecimo metaphys. postremo libro ad Epidemum in fine.
 [deinde si glorificaueris illud, in non faciẽdo vias tuas] si te viceris, quam omnium maximam
 victoriã appellat Plato 1. de legibus, id que ita esse plurimis verbis probat, si quis se vincat nec
 faciat quod ipse vult, sed quod iubet Deus & ratio præscribit [& nõ inueniẽdo voluntates tuas]
 i. in frēnandis animi appetitionibus, an non in hoc omnis philosophorum doctrina moralis
 consumitur [& in non loquẽdo verbum] ex vno plura. i. si verbis moderare, oculis, manibus,
 hoc enim interpretantur sancti patres, potuit significantius præceptum de obseruatione sabbati
 ti explanari quam ab Esaiã est hoc loco explicatum? C

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Tunc delectaberis super Domino, &
 sustollam te super altitudines terræ, &
 cibabo te hereditate Iacob patris tui, os
 enim Domini loquutum est.*

Et eris confidens super Dominum,
 & alleuabit super bona terræ, & ci
 babit hereditate Iacob patris tui.
 Nam os Domini loquutum est hæc.

Q VOD Hieronymus vertit [Tunc delectaberis super Domino] Lxx [Eris confidens super
 Dominum] vel eris credens, & sperans super Dominũ. Iudaizantes, qui hæc omnia ad
 terram referunt, Iudæam altissimam putant omnium partium terræ, & ideo dictum: Sustollam
 te super omnes altitudines terrę] quod falsissimum esse facile intelliget, qui geographiã & hi
 storia cognitionem aliquam sibi pepererit, & qui versatus in Aristotele fuerit, vbi intelliget
 non editam terræ partem esse Iudæam sed submissam, & infimam. Nam quauis terra rotunda
 sit, editior tamen describitur ab Aristotele & geographis parte septentrionali illic vbi Pontus
 Euxinus est, & palus Mæotis & summissior magis ac magis, qua catur ad meridiem, nisi vbi se
 attollunt montes. nec Iudæa alijs terris est montosior: sed plura aduersus homines omnis do
 ctrinæ experteis, quam satis est. Quod Hieronymus dixerat [sustollam te super altitudines
 terræ] conuenienter Hebræa lectioni, Lxx interpretantur: Ascendere te faciet ad bona terræ]
 quod interpretes Latinus dixit, Eleuabit te super bona terrę itaque pro [altitudines] posuere [bo
 na] vt intelligas bona cælestia, de quibus lege AMBROS. de fuga sæculi cap. 6. semper Lxx vi
 ri nos ad cælestia erigunt, quod illis datum est negocium ut sensa sacra panderēt. lectio Hebræa
 est, Equitare te faciet, vel, te quadrigis, & curribus ascendere te faciet super altitudines terræ. &
 quo pacto quadrigis, & curribus suos ascendere faciat Dñs super terrę altitudines, docet hic pro
 pheta cap. postremo in fine. vbi intelliges quid sit quod Hebraicè est etiã, Comedere faciãte hæ
 reditatẽ Iacob patris tui] Notat Cyrillus, hæc spiritualiter esse intelligẽda, quod iã in terrã promissio
 nis in-

A sionis intromissus erat, Israël iam acceperat hereditatẽ. Alia igitur terra hæc est, quo Dñs dicit
 facturũ se vt qui sabbatũ suũ colat spiritalẽ, ascẽdat, & alia bona terræ sunt hæc quæ p̄mittit,
 nã bona terræ promissa patribus iam data erant: necesse est ergo, vt intelligas alia bona terræ,
 quò te ascendere facturũ est Dñs, vel quò equis, & quadrigis angelorũ facturũ est Dñs vt ascẽ
 das, & altitudines illæ terræ in quas quadrigis euehẽdas es, altitudines terræ viuentiũ sunt. Et
 cũ acciperit israhel hereditatẽ, alia hereditas est quẽ hic p̄mittitur, qua te cibaturus est Dñs.
 ORIG. in cap. 31. Numer. ho mil. 26. duplicem terram facit, aridam alterã, in qua omnes sumus
 donec infructuosi sumus, cũ nullũ iustitiæ, pudicitia, pietatis fructum afferimus: & alterã,
 inquam subuehemur, si nos ipsos cõperimus excolere, & ad virtutũ frugem desides animos
 sulcitare. Nã est quãdam terra in regno Dei, quæ mansuetis repromittitur, quæ terra viuentiũ
 nominatur, & terra in excelsis posita, de qua propheta: Et exaltabit te vt heredites terram, &c.
 Hæc Orig. Postrema illa verba [Cibabit te hereditate patris tui Iacob.] B. PROSP. de prædi
 ctionibus par. 3. promiss. 15. putat hoc vaticinio prædictũ esse, quòd Dñs Iesus mirabiliter suos
 in eremo esset pasturus: ait enim, hoc vaticinium completum esse illo euangelij, quando Iesus
 B quinque panibus tot hominũ milia satiauit, sed si sic hæc interpretẽris, superiora erũt intelligẽ
 da in spe. iuxta illud: Spe salui facti sumus, vt post hanc vitã cõtingant. Sed mihi magis placet,
 cõuenienter superioribus intelligi de illo conuiuio, in quo multi ab oriente & occidente re
 cũbant in regno Dei cũ Abrahã, quando increduli Iudæi mittẽdi sunt in tenebras exteriores,
 vt optimè & sanctissimè hæc explanat D. Hierony. & multis argumentis reuincit eos, qui ad
 terrena hæc referre conantur, sed Iudaizantes millies reuicti, nequeunt absistere bello.

IN ESAIAE CAP. LIX.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Ecce non est abbreviata manus Domini,
 vt saluare nequeat, nec aggrauata
 est auris eius, vt non exaudiat.*

Nunquid non potest manus Dñi
 saluos facere? aut aggrauata est au
 ris eius, vt non exaudiat?

E VSEB. Cæsariens. demonstr. euang. lib. 2. cap. 35. argumentum huius capituli esse putat, de
 testationem impietatum, quibus se contaminauit, & sceleravit impia Iudæorũ natio, cũ
 Christum Dñm cruce affecit, vnde nata est Iudæorum ipsorum exclusio: postrema parte voca
 tio Gentium præsignificatur. PROSP. temporum passionis Christi prædictionem hoc cap. præ
 ferri ait, quod sentire videntur & D. HIER. & CYRIL. Lxx viri faciunt paraphrasin huius loci
 ex cap. 50. vbi omnium patrum constans sententia est, agi de passione Christi, vt ostendant hic
 quoq; de eadem passione agi, ideo enim vnus loci ex alio faciunt paraphrasin. vt vtrobique idẽ
 prædici demonstrant. Quod enim vertit D. Hieron. conuenienter Hebræe lectioni [Ecce non
 est abbreviata manus Dñi, vt saluare nequeat, nec aggrauata est auris eius, vt non exaudiat] edi
 dere Lxx ex cap. 50. facta paraphrasi [Nunquid non potest manus Domini saluos facere? &c.]
 hoc sensit D. AVG. serm. 47. qui hæc duo capita coniunxit: Vis nosse (inquiens) causam vendi
 tionis tuæ, Dñs ipse voluntariam tibi exprobat venditionẽ, etiam in iniquitatibus vestris ven
 diti estis: vis etiam nosse, cur te iugo seruitutis additũ redimere potentia suæ virtute nolue
 rit, iniquitates vestrae (inquit) diuiserunt inter vos & Deum vestrũ: sic enim Dñs interrogationi
 respondet, qua quæsierat id quod diximus illis verbis [Nunquid abbreviata est, & paruula fa
 cta est manus mea? &c.] sed hoc D. August. ad nos applicat, quod Iudæis dictum est. quod em̄
 illis dictum est, omnibus dictũ est, iuxta Canonem præscriptum à TERTVL. vt quẽ specialiter
 de aliquibus dicta sint, generaliter dicta accipiamus, nam in nostram doctrinam scripta
 sunt. Ceterum hoc Iudæis dicitur, qui excluduntur, nec intromittuntur in ecclesiã, nec reci
 piunt euangeliũ. Sic CYPR. serm. 5. de lapsis, hunc locum citat ad exemplum, vt quod dictum
 est Iudæis, nobis quoque dictum putemus. Et lib. 2. aduersus Iudæos cap. 47.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Sed iniquitates vestra diuiserunt inter
 vos, et*

Sed peccata vĩa separãt inter vos et
 Deum,

vos, et Deū vestrū, et peccata vestra ab Deū, & ppter peccata v̄ra auertit A
scorderūt facie ei? à vobis ne exaudiret. facie suā à vobis vt nō misereatur.

Editio Lxx virorum est velut scholium translationis D. Hieronymi. AVG. sermone. xii. in illud: Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum docet, cur Christus donauit remissionem peccatorum, qui est primus aditus ad accipiendam vitam æternam, quia peccatis, inquit, manentibus, manent inimicitia aduersus Deum, quod ait scriptura: Peccata vestra separant inter vos & Deum, non itaque nobis infert bona sua, nisi auferat mala nostra, & reliqua. hæc August. Ergo quod Iudæi adhuc post tot signa, & miracula, quæ facta sunt post crucem Christi, persequebantur Christum & fideles, & legatos in omnes regiones orbis terrarum mittebant, vt docerent blasphemare nomen Domini, & perseuerant adhuc in peccato, non in tromittuntur in ecclesiam, quod statim Dominus declarat, vt docent CYRIL. & PROCOP.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Manus vestrae pollutæ sunt sanguine, et digiti vestri iniquitate, labia vestra locuta sunt mendaciū, et lingua vestra iniquitatem fatetur, nō est qui inuocet iustitiā, nec est qui iudicet verè, sed confidunt in nihili, et loquuntur vanitates.

Nā manus vestre pollutæ sunt sanguine, & digiti v̄ri peccatis, labia vestra locuta sunt iniquitatē, et lingua v̄ra iniustitiā meditabat: nullus loquit iusta, nec est iudicium verū, cōfidunt in vanis, & loquunt vana.

PROC. & CYRIL. Subiicit propheta (inquiunt) peccata quæ separant inter Deum & Iudæos [Manus vestrae pollutæ sunt sanguine] Christi intellige, & prophetarū, & martyru: de quibus Dñs: Ecce ego mitto ad vos prophetas. Labia vestra locuta sunt mendaciū] cum accedere falsi testes aduersus Dñm, cum dixere: Dñm subuere gentem, cum multa mendacia aduersus Dñm effutiuerunt & effutiunt. Pro [labia vestra locuta sunt mendacia] edidit Lxx [labia vestra locuta sunt mendacia] Latinus interpres vertit iniquitatem. HILAR. & AMBR. & doctores sacri, legis transgressionem, vt dictum est: nam cum viderent vaticinia completa quibus declarabatur Christum esse Dominum, mendacia dicebant aduersus Dominum, & ce labant plebem de eius resurrectione, auertebant plebem à Christo, docebant legē transgredi, & ne crederent prophetis, inuertebant prophetarum oracula, ne quod dicunt, id dicere viderentur. Pro [lingua vestra iniquitatem fatetur] edidit Lxx [lingua vestra iniustitiam meditabatur] vel quod, vt inquit IVST. in dialogo aduersus Tryphonem, mittebant legatos in omnes partes terrarum, & digitis exarabant epistolas, quibus concitabant Iudæos, qui penè toto orbe erant dispersi, vt aduersarentur Christo & prædicationi euangelicæ, & docerent gentes blasphemare nomen Domini. vel [lingua vestra iniustitiam meditabatur] nam conuicia, inquit CYRIL. & PROC. faciebant Christo, & dicebant: Tolle, tolle, crucifige, crucifige: & inibant consilia, quomodo Iesum dolo tenerent, consultabant quid facerent, quia multa signa faciebat Dominus, quæ rebant eum interficere. Sed mihi magis placet Iustini sententia, quia hæc spectare videntur ad ea quæ Iudæi post crucem Domini commenti sunt in Christum, & in fideis, quanquam & ad illa, & ad hæc referri commode possunt, & referantur ad vtrunque necesse est. Notat Procopius, non hic obijci idolatriam Iudæis, vt alibi, sed eadem, sanguinem, & mendacium, vt Christum intelligas, & sanctos martyres, & mendacia in Christum conficta, & quod nemo repertus sit, qui iuste loqueretur. Nam vt in principium cap. 57. dictum est, summus consensus fuit Iudæorum de nece Domini [nō fuit qui inuocaret iustitiam, aut non fuit qui loqueretur iusta] sed omnes vna voce dicebant: Tolle, tolle. vndè cap. 63. Circumspexi, & non erat auxiliator, nec est qui iudicet verè] vel vt edidit Lxx seniores [nec est iudicium verum] idem est cum illo D. Petri cap. 3. Aeternum: Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitæ interfecistis. quod significant verba illa, quibus dicitur, iudicium non fuisse verum, an potuere peius, quam cum antelatus est vir nequissimus auctori vitæ? Confidunt in nihili, & loquuntur vana] illa scilicet: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne veniant Romani. Non habemus regem nisi Cæsarem. Confidebant enim in vanis, vel in nihili, cum imperio Cæsaris confidebant: Loquebantur vana, cum dicebant: Nostra erit hæreditas.

D. HIE.

A. D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Conceperunt laborem, et pepererunt iniquitatem.

Quia parturiunt dolorem, & generant iniquitatem.

Græcè est, *Ova videri quædam*, quod parturiunt eadem: *ovis videri quædam*, & pariunt legis transgressionem, parturisse eadem Iudæos testantur omnia euangelia, & quæsiisse pharisæos & scribas, & Iudæos interficere Dominum. Quod ergo Hebraicè est: Conceperunt malitiam, nam, hamal, verbum Hebræū, laborem significat, & malitiam, interpretantur Lxx. i. eadem, vt referendum sit ad Christi mortem, ex illo videlicet, quod dicebant: Eradamus eum de terra viuentium. Et pro [pepererunt iniquitatem] edidit: peperere *avoplaru*. legis transgressionem. nā cum lex & propheta multa pollicerentur bona ijs qui Christum sequerentur, & grauissima mala ijs, qui non reciperent Christū, quorū plena sunt prophetarum omnium scripta, post Christi mortē decreuere Iudæi hæc omnia transgredi, & Christo aduersari, & fidelibus, & oracula prophetarū inuere, & hæc est iniquitas quam peperere, quam significantius dixere Lxx, anomi. i. legirupium, vel vt interpretantur patres veteres, legis transgressionem. Quid enim aliud fecere, dum corrumpere custodes grandi pecunia, vt celarent omnes de Christi resurrectione? quod signum potissimum acceperant, quo agnoscerentur Christus Dñs esset. Hoc enim peculiare signū erat facturum, quo Deus agnosceretur, quod mortuus resurgeret, quod facere nemo poterat nisi Deus, vt dictū est ex Hilario & August. quod significatum erat typo illo longæ prophetæ, & virga illa Aarō, quæ sicca refloruit. THEOD. Labijs (inquit) meditabatur eadem & mortem iniustam: Consilium (inquit) ceperūt, quomodo ipsum perderent [pepererunt iniquitatem] quia manibus transgesserunt consilium: comprehendentes enim ipsum tradiderunt Pilato. Notandum etiam variam hoc loco esse lectionem, nam PROC. pro, concepere eadem, quod præferunt Græci codices, & Biblia Complutensia, legit *ovis videri*. i. inuidiam. refert ad illud quod propter inuidiam tradiderunt Dominum. CYRIL. verò *ovis videri*. i. labore legit & interpretatur inuidiam, quod sic accipitur in scriptura sæpè, & refert ad illa consilia: Ligemus iustum, quia inutiles est nobis. &: Quid facimus, quia hic homo multa edit signa?

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Oua aspidum ruperunt, et telas araneæ texuerunt.

Oua aspidum fregerunt, & telas araneæ texunt.

PROC. Aduersariorum potestatum semina in seipsis fouere Iudæi, nā diabolus, serpens appellatur, quod sub specie serpentis Euam deceperit, serpentes porro omnes oua pariunt, quæ incubant, & excludunt, vt aues, terra tecta incubant, & sic foetum excludunt, vt leges apud PLIN. lib. 12. cap. 62. & ex ARIST. de historia animalium li. 5. 26. & 34. vndè ducta metaphora diabolus, qui aspis, & serpens dicitur, in animis Iudæorū oua peperisse perhibetur, quæ oua in animis Iudæorum terrenis contacta fouit sathanas, & excludit inde aspides. i. animalia venenatissima, quæ morfu tacito sine sensu villo, & dolore necant. Nam inde filijs illorum dictū est: Genimina viperarum, crimina vero nefanda, quæ in Christum admiserunt Iudæi, dicuntur à propheta, aspides, peius aspide necarunt Iudæos, & magis tacito morfu: gaudebāt enim quod persequerentur Dñm, & non videbant miseriam, quod incurrerent presentissimum exitium: deleta est enim omnis Iudæa à Romanis iussu Dñi, & exclusi sunt ab ecclesia, incurrerunt sempiternas inferorum flammæ, quæ aspides tam venenatæ, tam præsens importare exitium poterāt? has aspides. i. hæc nefanda crimina admissa in Christum, quæ exitialius venenum infinitis partibus veneno aspidū Iudæis afflarunt, excludere Iudæi ex ouis, quæ diabolus in corde eorum peperit. Nam cum diabolus immisit in cor Iudæ venenatissima oua, immisit quoque eadem in corda Iudæorum. i. semina malarū actionū. Et mors illata Christo significata est nomine reguli, quod omnium venenatarum serpentium, maxime venenatū animal est, omnes, quos oculis lustrat, obtutu necat, tanta vis veneni illi in acie oculorum est, ita mors allata Christo & animis, & corporibus Iudæorum mortem peperit. Telas araneæ texuerunt] dum se nimirum putant tutos rege Cæsare. & dum dicunt: Eradamus eum de terra viuentium. &: Nostra erit vinea: nihil enim eos iuuat, aut Cæsar, aut Christū occidisse, qui intra triduum reuixit, & deleuit Iudæos Romanorū armis, in quibus illi suas spes collocarant. Ruperunt oua aspidū ergo. i. excluderūt.

Kkk 2 aspides

aspides ex ouis, quæ in eorum cordibus peperit serpens, quia aues vt excludant pullos, incu- Abant oua, donec pulli ea rumpant exituri.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Qui comedit de ouis morietur. Qui voluerit de ouis eorum comedere.

Legendum in tralatione Lxx virorum [Qui voluerit ex ouis eorum comedere, morietur] sic enim Hebraicè legitur: sensus ex superiorib⁹ est perspicuus: qui comederit ex ouis quæ peperit Satanas in cordibus Iudæorum, peribit .i. qui particeps vllō vnquam tempore fuerit cōsiliorū, quæ cœpere Iudæi aduersus Christū, peribit: hoc est em̄ vesci ouis, quæ peperit demō in cordibus Iudæorū, sequi sententiā Iudæorū & probare eorū consilia, quæ cepere aduersus Dñm, & nō credere Christo, & nō recipere euangeliū. Iudæi & Agareni omnes Mahometici vescuntur ouis aspidū, & pereūt morte sempiterna. hæc sententiā Proc. & Hieron. & Cyril.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et quod confotum erumpet in regulum. Frangens ventilatū reperit & in ipso regulum.

ARIST. lib. 3. de generatione animalū scribit oua pisciū, & aqua regulus frangetur spargens Et tiliū serpentium, nisi maris semine aspergantur, esse subuētanea. i. infœcunda quæ postquam sunt edita à fœmina, aspergi necesse est maris semine vt indè gignatur viuū animal. Lectio Hebræa sic reddetur ad verbū [& spargens, frangetur Regulus] .i. faciet vt frāgatur ouum & erumpat regulus. Videtur ergo D. Hieronymus sic intellexisse hunc locum: Spargens vel, aspergens, suo semine supple, oua quæ posuisse Satanam in cordibus Iudæorū diximus. i. faciens fœcunda hæc oua, & viuificans suo semine, quem admodū mas oua aquatiliū facit fœcunda sparsio semine super oua [erūpere faciet regulum] faciet hæc oua fœcūda vt indè excludatur regulus, qui aspectū necat omnibus, quos intuetur. Spargit autē suo semine oua dæmonis, qui assentitur Dæmonis monitis, & suasionibus: alioqui suasiones dæmonis sunt oua subuētanea, infœcūda, vndè nō nascitur viuū animal sed mortuū, nihil nobis nocēt Dæmonis suasionēs sine nostro cōsensu, quæ oua nominātur à propheta. sic hūc locū intellexisse Hieronymū, cōiecto, quod pro וְנִיחַ, vertit, fotū, cū significet aspersum, aut ventilatū, & puto intellexisse aspersum supple. semine nostro ouum illud, & ideo vertisse. fotū à nobis, persans in metaphora serpentium, quæ incubant oua, & fouent, vt indè excludant pullos, quod hæc animalium quæ pariunt oua, metaphora obscura erat, neque omnibus erat notum aspergi semine maris necesse esse, vt viuā parerent animalia, nisi velis dicere hoc verbum significare compressum etiam & constrictum, & D. Hieronymum compressum, & constrictum interpretatum esse. i. fotum, Lxx seniores וְנִיחַ, compressum, aut constrictū interpretantur, siue sparsum, & uentilatum, qui putauere huius loci esse sensum, si hoc ouum Sathanæ tanquam subuētaneum, & infœcundum, illiferis terræ freris, inuenies intus basiliscum sed mortuum, vt tibi non noceat [frangens] ergo. i. qui frerit ouis, quod interpretes Latinus reddidit ventilatū, melius redditurus infœcundum, aut subuētaneum ducta metaphora ab ouis non aspersis maris semine, quæ subuētanea dicuntur & infœcunda, qui frerit ouū hoc Sathanæ tanquam infœcundum & subuētaneum, reperiet habere basiliscum mortuum, vt se foelicem putet, qui oua illa non comederit. Possunt verba Hebræa etiā reddi hoc modo: Sparsum vel spargens, frāgetur regulus] vt sit sparsum ouum .i. si ouum fuerit sparsum semine. i. assensu Iudæorū frangetur regulus, excludetur regulus, qui necet vel solo aspectū, quod cōiuctu Iudæorū, & cōuersatione fiunt Iudæi. Aut spargēs frangetur regulus] .i. si spargens fuerit Iudæus vel Agarens ouū illud suo semine, suo consensu, frangetur regulus, erumpet regulus, vel quicumque excutere consilia Iudæorum volet, & versari in illorum scriptis faciet vt erumpat regulus, qui illū necet aspectū, iuxta illud Apocalyp. 18. Exi de ea populus meus ne particeps sis delictorum eius, & ne perstingarīs plagis eius, nam qui exit, & cedit, delicti particeps non fit, quod dictum est in illa verba cap. 8. sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius. ergo verti potest qui ventilat erumpet regulus id est, qui ventilat siue circuit, subaudi hæc oua. de quibus diximus erumpere faciet regulum, vel erumpetur regulus, id est, trahet indè pestem.

THEODOR. Frangens subuētaneum, reperit basiliscum] ad Christum refert, Christus inquit immane consilium illud, quod Iudæi peperere aduersus Dominū, reperit subuētaneum, nullum

A nullum enim Dominus indè traxit damnum, indicauit tamen scopum Iudæorum, & qua mente illud facerent, nam vt Dominum eraderent de terra viuentium, consilium cœperāt, basiliscū nutriebant aduersum Dominum, sed potētia Domini ouum fregit, subuētaneū ostendit, & imbecillum nullas aduersum se habere vireis & verba Hebræa hoc possunt significare si sic veritas ad verbum. Fractus erumpet regulus, vel frangens erūpere faciet regulū, frangēs Dñs ouū. i. consilium Iudæorum faciet erumpere regulum .i. ostendit venenata illorum consilia, vel franget illorum consilia, & faciet vt indè erumpat regulus, qui Iudæos omnes afflatu necet.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Tela eorum non erunt in vestimentū, neque operientur operibus suis, opera eorum opera inutilia & opus iniquitatis in manibus eorum.

Tela eorum non erit in vestimentum, neque operientur ab operibus suis, nam opera eorum opera iniquitatis.

THEOD. vt aranearum telæ venantur animalia minutula, à grandioribus discerpuntur, sic Dominus Iudæorum insidias facile dissipauit. Vt enim magna animalia telis aranearum non capiuntur, sic nec humanis cōsilijs diuina consilia retardātur. Quid illos iuere dolet? quid fallæ accusationes, quas texebant aduersum Dominum, vt illum cruci afficerent, & eradicaret de terra viuentium? vt ipsi dicebant. Nonne erat id texere, aranearum telas? vndè vestimenta sibi confarcinare nullo modo possent. Tertio die reuixit Christus, & nihil illos iuuit Romanorum amicitia, aut quod Cæsares illos in suam clientelam receperant, hæc vestimenta, quæ suis telis contexere sibi parabant Iudæi, non illos texere, nam cum excidissent Dei gratia temporis momento corruere omnes id que Romanorum armis potissimum, quorum imperatorē Christo prætulera, cum dixerunt: Non habemus regem nisi Cæsarem. Hæc sententia Procopij, D. Hieronymi, & Cyrilli est [Opera eorum opera inutilia] repetitio eiusdem sententiæ. Lxx [opera iniquitatis (vel vt melius veritas) opera transgressionis legis in manibus eorum] mirabiliter, Nam cum per prophetas prædicta essent signa aduentus Domini, vt Christum agnoscerent, & reciperent, cognouere quidem uacinia, & prædixere vbi Christus nasceretur, non vt illū reciperent, vt iubebat lex, sed vt contra legem illi molirentur insidias: nam pueri occisi sunt à bimatu, & infra, & dixere: Hic est hæres venite occidamus eū: & meditabantur inania aduersus Dominum, & aduersus Christū eius, quid aliud quam prophetias contemnebant, & violabāt legem Domini

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocentem, cogitationes eorum, cogitationes inutiles, vastitas & cōtritio in vijs eorum, viā pacis nescierunt, & non est iudiciū in gressibus eorum.

At pedes eorum ad malitiā currūt, veloces ad effundēdū sanguinē, cogitationes eorū cogitationes stultorū, cōtritio & miseria in vijs eorū, et viā pacis nō cognouerūt, & nō est iudiciū in vijs eorum.

Sensus horum verborum perspicuus est, eodemque modo explanant hæc D. Hieronymus Procop. Cyrillus: describitur enim hoc loco Iudæorum ardor, & studium in Christi Domini passione, quam citi accurrerent, quanto studio, quanto ardore animorum [Pedes eorum ad malum currunt] .i. ad scelus illud immane: [Festinant vt effundant sanguinem innocentē] illius videlicet, de quo dictum est: Non inuenio in eo causam, non enim peccatum fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. In tralatione Lxx seniorum deest verbum illud: Innocentem: reponendumque est ex lectioe Hebræa, legendumque: Currunt veloces ad effundendum sanguinem innocentem: Cogitationes eorum, cogitationes inutiles, interpretantur Lxx, Cogitationes eorum, cogitationes stultorum] quæ enim maior stultitia illa esse potuit, qua dictū est eo sensu, quo illi acceperunt: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo? & venient Romani, & tollent gentem nostram: expectabant Christum cum quo summa felicitas illis erat promissa, & omnia bona, intelligebant eum esse, reiciunt Christum, & Romanis plus fidunt quam Deo.

& auen, verbum Hebræum significat nihilum, & conuenit benè ut has cogitationes, cogitationes nihili dicas, & cogitationes vanas & stultorum. significat etiam, auen, afflictionem, & laborem, vt conueniat benè, & vt easdem cogitationes appelles cogitationes afflictionum, laborum & luctuum, hinc enim traxere Iudei luctum, laborem & afflictionem, quod verba sequentia significant. Contritio, & miseria in vijs eorum: siue, vastitas, & contritio in vijs eorum] hinc nata est illis vltima vastitas, & quod viam pacis non cognouerunt, non cognouerunt viam Christi, qui est vera pax nostra, & pacis author. Non est iudicium in gressibus eorum] obcæcati sunt, errare de via: hæc omnia, sic intellecta videntur à D. Hieronymo, Cyrillo, Theodoro. Adnotandum tamen ORIG. in cap. 3. epistolæ ad Romanos cum hunc locum explicat ad monere apostolos, cuius sunt autoritatis, frequenter cum testimonia ex sacris litteris petunt, non citare verba, sed sensa, & sic Paulum hæc citasse cap. 3. epistolæ ad Romanos vt Lxx seniorum tralationem non citarit, neque Hebræam lectionem expresserit lapsu quodam memoriæ. Nam Origenes videtur ignorare illud, Viam pacis non cognouerunt, vnde sit desumptum & illud quoque, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: diuinare esse apud Esaiam in 3. cap. epistolæ ad Romanos, si modo non sunt eius scripta adulterata, solet enim, quisquis B est ille qui Origenem Latine vertit, quæ ORIG. diuinitus disputat, reticere, & illorū loco atextere sepè suas ineptias, non raro suas hereseis. Docet Origenes ferè citare apostolos, & euangelistas diuina testimonia iuxta tralationem Lxx virorum, quod supra ostendimus, nunc id negat? sed esto, docet nos, quod verum est aliquando, sed rarissimè, nec morari Hebræam lectionem, neque Græcā, sed tantū sensa scripturæ suis uerbis exprimere. Quid? illud ingenij Origenis est negare se scire vndè hæc verba desumpta sint: [Viam pacis non cognouerunt] & [Veloces pedes eorum ad effundendum] sanguinem diuinare esse apud Esaiam, & affirmare hoc loco suis verbis apostolū sensa scripturæ expressisse? neque citare hæc conuenienter Hebræam lectionem? aut tralationem Lxx virorum? Si contulit hæc cum Hebræa lectione, & tralatione Lxx virorum, sciebat igitur vndè hæc verba erant desumpta: Si nesciebat non contulit, & temere hæc dicit. interpretis hæc verba sunt supposititia. Nam, vt dictū est, nactus olim Græcum codicem Origenis in Matth. deprehēdi multas fraudes interpretis ad hoc exemplū, demebat verba Origenis dicta diuinitus, illorū loco scribebat suas ineptias, & aliquādo suas hereseis. Ergo hæc citat Paulus ad verbum iuxta tralationem Lxx virorū, quod intelliget qui aduerterit, quod supra sapissimè est adnotatū ex codē Origene, euangelistas & apostolos citare ex scripturis necessaria, omittere media, quod fecit hoc loco D. Paulus. Tantū mutatas inuenies voces duas, ex tralatione Lxx virorū: pro ταχινός dixere εἰς, & pro οὐκ ἴδοντες, dixere οὐκ ἴδοντες. I. pro veloces, celeres, & pro nescierunt, non cognouerunt. Neque quisquam tam religiosè citat cuiusquam testimonium, vt putet vel vno verbo labi esse crimē inexplabile, dummodo eadem sit sententia vnde quod E. R. A. S. in annotationibus adnotat in scitia Hebræa linguæ adnotat, fatiusque ei fuisset, quæ ignoraret, præterisse silentio, quam suam prodere in scitiam.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Semita eorū incuruat & sunt eis, omnis qui calcant in eis ignorat pacem. Semite eorū peruerse, per quas ambulat, & nō nouere pacē, vel, nesciūt pacē.

Aliter dispunctus hic locus est à D. Hieronymo, aliter à Lxx viris. Sensus tralationis D. Hierony. est [Semite Iudæorum incuruatæ sunt eis] Iudæi insistant incuruatas vias, errauerunt de via [Omnis qui calcant in eis] qui ambulat per vias Iudæorum, ignorat pacem, Christum qui est pax nostra. Sensus tralationis Lxx virorum idem est, tamen significantior [Semite Iudæorum peruerse sunt per quas ambulat] i. Semite Iudæorum per quas ambulat, peruerse sunt, illic apposita distinctione [ignorauerunt pacē] i. quia ignorat Christū. Hebraicè est: Viæ eorum incuruatæ sunt ipsis, & postea כל ירידו, quod verti potest: Omni ambulati per eā, & fit trāsitus à numero plurali ad singularē, qui est frequentissimus apud Hebræos vt fit totū, Viæ Iudæorum peruerse sunt ipsis, omni ambulanti per eam, hoc est per viā Iudæorū, vt intelligatur sola repudiatio legis veteris [ignorant pacem] Christū. Sic Procop. Cyrill. & D. Hieron.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia, expectant Propter hoc recessit iudiciū ab eis, & non apprehendet eos iustitia, expectant

A expectauimus lucē, et ecce tenebra splendore, & in tenebris ambulauimus, palpauimus sicut cæci parietem, et quasi absque oculis attrectauimus.

pectantibus illis lucem, facta est eis caligo, expectantes lucem in tenebris ambulauerūt: palpabunt sicut cæci parietem, quasi non existentibus oculis attrectabunt.

Verba hæc sunt Iudæorum post crucem Dñi, lugentiū suas miseras, quod cum vinea ablata sit ab eis, & translata ad Genteis, lux spiritus sancti, & angeli qui præsidebant Iudæe, & gloria Dñi aliò commigrauerit, quod reperies apud Hieremiam & Ezechielē, & apud Iosephum de bello Iudaico, cum perfonuit vox illa angelorum: Abscedamus hinc, relinquamus has sedes, cum igitur abscesserit ab illis gloria Dei & splendor, lamentantur quod in tenebris sint relictī. Hebraicè prima persona hæc sunt expressa omnia. Expectauimus, ambulauimus, palpauimus, vt Iudæi ipsi conquerantur de hac calamitate, Lxx quò esset dilucidior oratio, & quò planū fieret hoc dici de Iudæis, & vnus esset ductus totius orationis, in tertia persona hæc omnia extulere. Cum enim dictum sit supra: Viæ eorum peruerse per quas ambulat] Iudæorū. i. [nesciunt pacem] hoc est, Christū. Subiungitur [Propter hoc recessit ab eis iudiciū] i. omnis doctrina spiritalis, vt interpretatur CYRILL. non enim intelligunt scripturas. D. Hieron. [discessit ab eis iudiciū] interpretatur. i. discessit ab eis gloria Dñi, vt est apud Ezechielē, & abiit ad Genteis. PROC. Recessit iudiciū] i. euangelium. iuxta illud Matth. 21. Auferetur à vobis regnum. & Act. 13. Quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vita æterna, ecce conuertimur ad Gentes. Non apprehēdet eos iustitia] de qua supra dictum est. [iustitia mea appropinquat] i. non iustificabuntur lege noua. Expectauimus lucem: expectabant enim Iudæi, quod cap. 62. dicitur, vt egrederetur Christus, vt splendor, & lampas accenderetur. Expectabant (vt inquit CYRILL.) Iudæi illustrationem à Christo, siquidem audierant: Illuminare, illuminare Hierusalē, quia venit lumen tuum, & alia multa ad hoc exemplum, omnia illis sua culpa contra acciderunt: oborta est enim illis caligo, obcæcati sunt, & velamen positū est in cordibus eorū. Palpauimus sicut cæci] i. ad hērebunt Iudæi litera scripturæ cæci, & velamen habentes ob oculos eorum, tanquam non sint oculi, palpabunt, quia cæci sunt, & cæcorum duces. THEOD. Euentus ipse hæc comprobatur verissima: legentes enim scripturam sacram, non vident veros scripturæ sensus, & cæcis sunt similes, palpant parietem, & parietem non vident. Idem ait D. HIER. Et tamen nescio quæ pestis implicat nonnullos, vt has Iudæorum tenebras legant auidissimè.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, et quasi columbae meditantantes gememus.

Cadent in meridie quasi in nocte media, quasi morientes gement: quasi vrsus, & quasi columba pariter ambulabunt.

Diximus significantiūs multo, & planiūs Lxx vertisse hæc per tertiam personam, cum Hebraicè in prima persona dicantur, vt appareat dici de Iudæis exclusis. THEOD. Impegimus meridie quasi in tenebris] hoc tristissimum omnium, & lugendū magis, quod cum sol iustitiæ vniuersum orbē illustraret, ipsi velut in media nocte offendūt, & in densissimis tenebris sunt, in meridie ergo, inquit CYRILL. i. in clarissima Christi seruatoris nostri luce, quæ orbē terræ iam illuminat, cadunt cæci Iudæi, quod nolūere credere Christo dicenti: Quandiu lucē habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ cōprehendant: comprehēsi sunt igitur à tenebris: In caliginosis quasi mortui] Mortui sunt in sempiterna nocte, vt apud Poētā: -- A Eterna clauduntur lumina nocte. Quasi mortui (inquiunt) essemus in caliginosis locis versamur, ita nobis oborta est nox æterna, vel meliūs vt interpretatur D. Hieronymus, qui omnia superiora sic explanat, vt diximus: Mortui peccato versamur in tenebris. Hoc Lxx seniores inferioribus tribuunt. Sic enim legunt: Quasi morientes gement, quasi vrsus, & quasi columba pariter ambulabunt. Hoc THEOD. & CYRILL. spectare putant ad vastitatē inuectam à Romanis, aut ad tempora post vastitatem illatam à Romanis Iudæe post crucem Domini: Per vrsos, inquit THEOD. significatur crudelitas Iudæorum, & odiū, quo nos prosequuntur, cum se vident in tantis versari malis, & mala illa inuecta sibi vident per Christū nostrum, per

Kkk 4 columbas,

columbas, loquacitatem Iudæorum in suo luctu significat propheta. Hæc Theodor. Nam A clamoribus nostros obtundebant, & scripturæ sensa invertebāt, & vt ait D. Hieron. [quasi columbæ meditantur] i. absque sensu, & intelligentia scripturarum, tantum verba meditantur, quæ decantant memoriter [& ibunt pariter] i. simul omnis turba Iudæorum te obruet, quod ait Horatius, multa Iudæorum coëat manus, quæ in suam te cogat concedere turbam. Quasi ergo morientes] i. quasi accepto lætali vulnere à nobis rugient, quasi vrsi omnes aduersum nos illa crudelitate & immanitate. Nam sic quoq; CYRIL. explanat: Vastata tota regione, inquit, mente ferina, ac belluina affecti sunt in ecclesiam Romanam, quæ illam vastauit [simul ibūt] mittent legatos per omnes partes orbis. Potest hoc quoq; intelligi ex IOSEP. lib. 5. de bello Iudaico cap. 32. vbi proditum est, imminente summo discrimine, Iudæos viuos subiisse cryptas, & sepulchra mortuorū, & gemuisse in sepulchris, & gemebundos illic mortuos esse, & [vrsos] appellet viros fortes, qui se abdebant in cryptas, & sepulchra [columbas] plebem imbellem, quæ moribunda iacebat per vias. vt sensus sit: Iudæos post crucem Christi in tantas ærumnas casuros, vt immane facinus, quod admiserunt in Christum, luant, vt in sepulchra ipsa se uiuos ab dant, & cum ipsis mortuis quos humabant, & ibi moribundi gemant, & viuos se sepeliant [pa- riter ambulabunt] quod multa turba simul intrabat cryptas, & sepulchra, vt viui sepelirentur, quod vt leges apud eundem IOSEP. lib. 6. cap. 44. asseruati sunt multi, vt in triūpho ducerentur, & vt diuideretur prouincijs, & in theatris pro vrsis, aut belluis imm anibus iaculis confice rentur. Nā vt nos agitamus tauros, sic veteres, vrsos, leones, & alias feras, quas venabulis, & iaculis conficerent, & loco horum vrsorum præbendos Iudæos dicit propheta, nam per colum bas intelligere potes foeminas, aut puellas, pueros impuberes, qui quàm minimi venibant, & captiui ducebantur. Lectio Hebræa huic sententiæ consentit quæ hæc est.

Id est, In sepul-
chris vt mortui gememus sicut vrsi omnes nos, & sicut colū

perendo
pellendum meditando
gememus gemendo columbæ vt & omnes nos vrsi sicut gememus mortui sicut sepulchris
strepitum faciemus
resonabim⁹ morietes vt
בְּשִׁמְרֵי מָוֶת כְּמָוֶתִים נִהְיֶה כְּרִבִּים בְּלִי וְכוּיָיִם הִגְוָה נִהְיֶה

bæ meditates gememus] vel vt vertere Lxx [Sicut morietes gememus, quasi vrsi, & quasi columbæ pellendo pellemur] nam, הָגוּ, significat gemere, & meditari, vt vertit D. Hieron. signi ficat etiam pellere, vt vertisse videntur Lxx: Pellendo pellemur, & abducendo abducemur. Et est forma dicendi Hebræa, vt huius posterioris sententiæ sit sensus: Sicut vrsi omnes nos, & sicut columbæ pellendo pellemur. i. abducemur vt vrsi, & leones abducuntur in vrbeis, vt in ludis, qui exhibentur in theatris, iaculis cōficiantur, sic nos abducemur, vt in theatris obijciamur laniandi leonibus, vt obijciuntur vrsi, & tauri. Pro [pellendo pellemur] dixere Lxx [pariter ibunt] vt vrsi subaudi, qui ducuntur in theatra vt cōficiantur iaculis. [Et sicut columbæ] de foeminis dictū esse diximus, quæ veniēre per exiguo pretio, certè si lectionem Græcam cum Hebræa contuleris iuxta Canonem præscriptum ab August. negabis huius loci alium sensum esse posse, præsertim si legeris IOSEP. historiam, vbi ita euenisse comperies.

D. HIERONYMVS.

Expectauimus iudicium, et non est: salutem, et elongata est à nobis: multiplicata enim sunt iniquitates nostra corā te, et peccata nostra responderūt nobis, quia scelera nostra nobiscum, et iniquitates nostras cognouimus. peccare et mentiri contra Dominum, auersi sumus ne iremus post tergū Dei nostri, vt loqueremur calumniā et transgressionē. Concepimus, et locuti sumus de corde verba mēdaci, et cōuersum est retrorsum iudicium, et iustitia longè stetit.

LXX VIRI.

Expectauimus iudiciū, et nō erit, salus longè recessit à nobis, multa em̄ nra iniquitas in cōspectu tuo, et peccata nra steterūt contra nos. Nā iniquitates nostræ in nobis, & iniustitias nra cognouimus, impiè egim⁹, et mētiti sum⁹, recessim⁹ à Deo nro, locuti sum⁹ iniusta, inobediētes fuimus (vñō credidimus) peperimus & meditati sum⁹ de corde nro sermones iniquos (vñ iniustos) recessim⁹ à iudicio, et iustitia lōgè stetit.

Iam ex

A I Am ex hoc loco Lxx non mutant personam, sed ita vt Hebraicè est, per primam personam enunciant sequentia, ut quemadmodum vsque adhuc ostendere superiora esse dicta de Iudæis, qui cruce suffixere Christum, sic nūc seruata persona loquentium Iudæorum, quæ Hebraicè est, ostendant esse verba Iudæorum agnoscentium peccatum suum, & confitentium merito se luisse poenas tam graues, tam infandi criminis, & repudiantium Iudaismum, & redeuntium ad Christum. Ergo expectauimus iudicium, & non est] sic enim legēdum est etiam in translatione Lxx virorum ex Cyrillo, & Procopio. Expectauimus ergo iudicium] i. iustitiā per Christum, sic enim hæc interpretatur, & superiora CYRIL. suprā enim dictum erat propè adesse salutem Domini. i. Iesum (sic enim Hebraicè est, cap. 57.) & propè adesse iustitiā Domini vt reuelaretur. i. Christum qui factus est nobis iustitia. Ait ergo nunc expectasse se hanc iustitiā, hoc euangelium & non contigisse sibi, sed transiisse ad gentes, & expectasse se salutem. i. Christū & elongatum fuisse ab eis. Notandum pro salute, Hebraicè esse, Iesuah, hoc est Iesum, Expectauimus iudicium, & non est, salutem. i. Iesum & procul recessit à nobis] [Multiplicata sunt ini-

B [Multae nostrae iniquitates in cōspectu tuo] abscesserunt em̄, inquit Cyrillus, à Christo qui tollit peccata, & dat gratiam, vt mundi sint fideles, & ideo scitent peccatis Iudæi, quod illis dixit Christus: Amen dico vobis, si non credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini. Non crediderunt in eum per quem tolluntur peccata mortui sunt in peccatis [Et peccata nostra responderunt nobis] Lxx [Peccata nostra stant contra nos] reciderunt in caput nostrum cum subuersa vniuersa Iudæa est à T. Vesp. & Adriano, tunc enim aiunt Iuisse poenas peccatorum, quæ in Christum & in martyres ad miserunt [Quia scelera nostra nobiscum] Lxx [Iniquitates nostrae in nobis sunt] reciderunt super nos, peccatorum nostrorum expendimus poenas [Et iniquitates nostras cognouimus] Lxx [Iniustitias nostras cognouimus] agnoscamus peccata nostra, quæ sunt [Peccare, & mentiri contra Dominum] peccare, interpretantur Lxx, impiè egimus] CYRILL. Multis modis fatentur Iudæi se impios fuisse contra Christum. Impietatem enim commiserunt cum illum suffixere cruci, & eius nomen blasphemarunt: mentiti sunt contra Dominum cum dicebant: In belzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia: Benè dicimus, quod Samaritanus es, & dæmonium habes [Aueri sumus, ne iremus post tergum Dei nostri] Lxx [Recessimus à Deo nostro] Nolimus ei credere, & obsequi. Hæc sunt, inquit Cyril. voces Iudæorum redeuntium ad fidem in finibus seculorum. [Vt loqueremur calumniā, & transgressionem] Lxx [Locuti sumus iniusta, vel iniqua, & non ei fuimus obedientes] non credidimus ei, cum diximus, inquit Cyrillus, concitat turbas, interdicat tributa dare Cæsari, vah qui destruit templum Dei, & similia, &: Nō habemus regem nisi Cæsarem [Concepimus, & locuti sumus de corde verba mēdaci] Lxx [Peperimus & meditati sumus de corde nostro sermones iniustos] eiusdem rei repetitio est [Et cōuersum est retrorsum iudicium] Lxx interpretantur. i. recessimus à iudicio, hoc est ab euangelio [Et iustitia longè stetit] proiecimus iustitiā & illa procul recessit à nobis: Sunt inquit, Cyrillus hæc verba Iudæorum confitentium peccata sua, & redeuntium ad Christum iuxta illud: Dic tu prior iniquitates tuas. VATAB. credo, hæc postrema interpretatur de sententia Iudæorum. Nam cum D. Hieronymus, Procop. Theodoretus, Cyrillus, interpretentur de Christi passione, ille, quantum intelligo putat esse verba Iudæorum causantium peccata sua, quod aduētus Christi differatur ad liberandum eos, ait enim. Propterea, non vlciscitur Deus nos & procul stat, nec venit vt liberet nos, quæ verba magnopere mihi sunt suspecta, nec enim planè dicere audent, ne indè trahant pestem. PROC. loqui calumniā, & defectionem, est loqui falsa illa testimonia, quæ aduersum Christum dixere, vociferantes, Non habemus regem nisi Cæsarem [pro mentiri contra Dominum] Aquila Iudæus vertit, negare Dominum, vt vertit Procop. vt negationem Iudæorum Iudæus homo ob oculos poneret, quando, cum dixit Pilatus, Regem vestrum crucifigam⁹ responderunt, Nō habemus regem nisi Cæsarem.

D. HIERONYMVS

*Quia corrui in plateis veritas, & a-
quitas non potuit ingredi, & facta est
veritas in obliuione, & qui recessit à
malo*

LXX VIRI.

Quia consumpta est in vijs eorum veritas, & per iter rectum non poterunt transire, & veritas sublata est, et

Kkk 5 est, et

malo prada patuit, & vidit Dominus, et malis apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.

PROCOPIUS. Quia corrui in plateis veritas .i. quia predicatio euangelij in plateis Iudaeorum impedita est: & non potuit ingredi per rectum iter inter Iudaeos. si pluraliter legas, non singulariter, vt legit Procop. Non potuerunt transire per rectum iter, praedicator euangelij intellige. [Et facta est veritas in obliuione] Lxx explanant .i. veritas sublata est, Veritas, inquit PROCOPIUS, resurrectionis & mysteriorum Christi & oeconomicae redemptionis oblitterata est inter Iudaeos, & caelata. Qui recessit a malo pradae patuit. Qui a tanta impietate aduersus Christum recessit praedae patuit, nam omnes qui sequuti sunt Christum, omnibus cruciamentis delecti sunt. Ego credo totum hoc [Et facta est veritas in obliuione & qui recessit a malo praedae patuit] significatum esse a Lxx senioribus, nisi illorum tractatio hoc loco trunca est, illis verbes pauculis [Veritas sublata est] .i. Veritas euangelica sublata est a media Iudaea, impedita scilicet praedicatione euangelica & deletis praedicatoribus euangelij, & verba Hebraea hoc significant

Id est, fuit veritas deficiens .i. defecit veritas euangelica in Iudaea, deletis deficiens veritas fuit Et scilicet praedicatoribus euangelij, quod declarat verba sequentia Hebraea. *וְהָיָה כִּי יִשְׁתַּחֲוֶה אֶת פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְהָיָה כִּי יִשְׁתַּחֲוֶה אֶת פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ* Id est, Qui recessit a malo spoliatus est .i. quicumque sequutus est spoliatus est Christum, aut praedicator fuit euangelij deletus est per omnia spoliabitur a malo recedens Et cruciamenta, & spoliatus est & ita sublata est de Iudaea omnis veritas euangelica. Sic Procop. Sic D. Hieronymus, Cyrillus & omnes. PAGNIN. suo more huc locum inuertit additis verbis scripturae, reddidit enim. Recessit a malo, ac si fuisset direpta: addidit enim verba illa duo, ac si, cum Hieronymus huc locum optime verterit, nulla facta additio. Sed non possunt pati haec scripturae loca, quae plane ob oculos ponunt Christi mysteria. Addit quidem Lxx de suo, vice commentarioli, vnam orationem, quae plane ostendit haec referenda ad Christi passionem, *καὶ μεταβολῆς τῆς διδασκίας αὐτοῦ τοῦ σπυριταίου* .i. Auertentur mentem suam ab intelligendo, quae minus bene Latine reddita erant, vbi facta videtur a Lxx senioribus paraphrasis ex illo loco scripturae, noluerunt intelligere vt bene agerent .i. affectauerunt ignorantiam quod Theologi dicunt, & affectata ignorantia noluerunt intelligere Christum esse Dominum, vt eum crucifigerent. Vnde subijcitur hac re exarcebatur Dominum, & non placuit ei .i. exarcebatur est Dominus quia non est iudicium quod occaecauerint se affectata ignorantia Iudaei.

D. HIERONYMVS.

Et vidit quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat, & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

ET vidit quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat] Lxx [Et vidit & non erat vir, considerauit & non erat auxiliator] nam *ἀποριή*, magis auxiliatorem significat quam defensore, vt vertit Latinus interpres, expende tu quid inter haec verba interfit & illa cap. 63. iuxta interpretationem Lxx virorum [Et vidit & non erat auxiliator & considerauit, & nullus qui preberet auxiliu] & intelliges haec de passione Christi dici, vt illa, id que ostendisse Lxx viros, qui ex illo loco cap. 63. huius loci paraphrasin fecisse videntur, vt admonerent nos idē vtrobiq; significari. Nec scio cur D. Hieron. Procopius, Cyrill. Theodoretus, qui superiora de passione Christi sunt interpretati, haec aliud referant. certe illa verba [vidi & non erat vir] ceteris repetita sunt ab Esaia, de passione Christi, cum eadem sit sententia & penē eadē verba Lxx virorum hic & illic, quid vetat quin sit eadem sententia, cum vsque adhuc sententia omnium sanctorum, hic de passione agatur, quemadmodum illic & EVSEB. Caesariensis. haec etiam verba eodem referat nisi quod Iudaei, quibus non oportebat a nostris tantum haberi fidei, hoc pati non poterunt, quia si hoc largiantur, Christus hic dicitur Deus plane & aperte. Dixit enim [vidit *יהוה*, iehouah. .i. Deus & non placuit ei [Et vidit & non erat vir & considerauit & non erat auxiliator] hic qui dicitur vidisse & non reperisse virum, & circumspexisse, & non fuisse auxiliatorem

LXX VIRI.

Et vidit, & non erat vir, considerauit & non erat auxiliator & vltus est eos brachio suo & misericordia ipsa sustentauit eum.

liatorem, Christus erat citra controuersiam, nemo hoc poterit diffiteri, & tamē dicitur Hicoua, nomine tetragrammato. Notat DIONYS. & notant veteres patres, Spiritum sanctū esse verborum obseruantissimū. Agē ergo, confer verba Hebraea huius loci, cum verbis Hebraeis capituli 63. penē eadem verba hic, & illic reperies, excepto quod illic Christus loquitur, & loquitur prima persona, hic loquitur propheta de Christo, & ideo de Christo tertia loquitur persona, quod facere necesse erat, de cetero duo verba, opinor, mutata reperies, cetera eadē: quod si ostendero, penē eadem verba Hebraicē & Graecē esse hoc capite, & cap. 63. cum capite 63. ad passionem Christi referantur, & hoc capite eodem erunt referenda, praesertim cum vsque adhuc de Christi passione, & de temporibus Christi fit actum, & EVSEB. haec verba etiam eodē referat, qui ad probationem eiusdem rei haec cū superioribus citet. Verba Hebraea haec sunt.

וְיָרָא כִּי אֵין אִישׁ וְיִשְׁתַּחֲוֶה אֶת פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ 59.
וְהָיָה כִּי יִשְׁתַּחֲוֶה אֶת פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ 63.
וְהָיָה כִּי יִשְׁתַּחֲוֶה אֶת פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ 59.
וְהָיָה כִּי יִשְׁתַּחֲוֶה אֶת פְּנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ 63.

qui occurreret non erat quia admiratus est vir non erat quia vidit Et sustentans non erat & admiratus sum auxiliator non erat vidit Et auxiliata est ei ipsa iustitia eius & brachium suum eum saluauit Et auxiliata est mihi ipsa indignatio mea & brachium meum me saluauit Et

Quae verba Hebraea si expendis, reperies priora esse idem significantia verba, aut eadem: posteriora eadem, excepta vna duntaxat dictione. Nam priora sic Latine vertes.

- 59. Et vidit & certē nō erat vir. (quae Lxx sic vertere faciunt em vt saepe, *כי*, ornamentū, quod saepe faciunt. *καὶ εἶδον ὅτι οὐκ ἦν ἀνὴρ*. Id est, Et vidit & non erat vir. *καὶ ἐπέβλεψα ὅτι οὐκ ἦν βοηθός*. i. Et aspexi & non erat auxiliator. *καὶ κατήσπασεν καὶ οὐκ ἦν ἀντιληψόμενος*. i. Et considerauit & non erat auxilians. *καὶ προσεβόησα ὅτι οὐδὲν ἀντιλαμβάνεται*. i. Et considerauit & nullus auxiliabatur.
- 63. Et vidi, & non erat auxiliator. Lxx
- 59. Et admiratus est, quia nō erat occurrens.
- 63. Et admiratus sum, & non erat auxilians.

- 59. Et saluauit ipsum brachium suum, & iustitia eius ipsa auxiliata est ei.
- 63. Et saluauit me brachiū meū, et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

Quae omnia qui expendit, eadem verba, aut idem significantia verba esse in prioribus, in postremis prorsus eadem, vna tamen dictione mutata, quem alium interpretem huius loci quaerit, quam ipsum Dominum? qui, quod propheta hic dicit de ipso Domino, cap. 63. ipse Dominus de seipso dicit eisdem verbis, mutata sola tertia persona in primam, quia ipse Dominus loquitur, & sibi haec omnia accommodat, quae hoc loco de illo, propheta Esaia praedixerat. Recte ergo EVSEB. Caesariensis haec passioni Christi attribuit, quin tam aperte putauit hoc loco praesignificatam Christi passionem, vt interpretatione non putarit egere. Cū ergo ipse Dominus infra cap. 63. haec verba sibi accommodet, cū sacratam suam passionem describit, & de se haec dicta indicet, de Christi passione citra controuersiam erūt explananda. Illud aduerte, hic planē Dominū dici *יהוה* .i. Deum, nomine tetragrammato. Vidit igitur Dominus, quia non erat vir] qui Domini partes ageret: nam dictū est in cap. 57. summo consensu Iudaeorum in crucem actum Dominum [& aporiatus est] .i. admiratus est, obstupuit more hominis, inquit R. Selomoh. Considerauit attentē, quia nemo erat qui occurreret, aut succurreret] .i. auxiliaretur. Iam illa verba [saluauit sibi brachium] (vel saluauit ipsum brachium suum] infra explananda sunt pluribus in cap. 63. vbi haec eadem verba sunt, leges quae in illum locum scripta sunt. Vnum tantum dicam, pro [iustitia eius] quod hoc loco est, illic esse [indignatio eius] quod etiam apud philosophos indignatio in Deo, pro iustitia ponitur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Indutus est iustitia, vt lorica, et galea salutis in capite eius. Indutus est iustitiam, quasi lorica, & circumposuit galeam salutaris in capite.

IN translatione Lxx virorum, nō legitur Graecē, galeam salutis, vt vertit Latinus interpres, sed galeam salutaris, & Dei salutare, Christus dicitur, quod supra millies est repetitum. Pro salutaris, Hebraicē est, *יְשׁוּעָה*, iesuah. D. Paulus huius loci fecit pulchram paroden, iuxta translationem

flationem Lxx virorum ad Ephes. cap. 6. vbi *συνήμιον*. i. salutare legit Græcè, nam pro *ἐκδυσασθαι*. i. induit thoracem iustitiæ. & pro *περιβέτω περι κεφαλῆς σου*. i. circumposuit galeam salutaris in capite: dixit Paulus *τῆς κεφαλῆς σου θώρακα*. i. galeam salutaris suscipite. D. Hieronymus interpretans hunc locum, dicit esse de Christo, quo magis miror hūc Diuum cum hoc viderit, non esse interpretatum illum de passione Christi. ATHAN. quoque de fide vnitatis & trinitatis, lib. vno, disputans de hoc loco Pauli: Galeam salutaris, galeam filij Dei explanat, quod filius dicatur salutare Dei ab Esaia, & satis constat hæc, & quæ sequuntur, de Christi passione esse dicta, & describitur hoc loco Christi armatura, congressuri & dimicaturi cum sathana, vt apud Homerum, & Maronem, heroum arma multis verbis describuntur: sic hoc loco Christi, cum principe huius mundi congressuri, describuntur arma. Indutus est iustitia vt lorica] vel vt Lxx vertere [vt thoracem] quod verbum Hebræum *לָרְחַו*, ab alijs redditur lorica, ab alijs thorax: D. Paulō magis placuit vertere thoracem, vt diximus. Rutilantia ergo Christi arma, sunt omnes virtutes, tam reliquæ quàm infusæ, quas nominaant, quæ dæmonis ictibus sunt imperuæ & impenetrabiles: id enim significat iustitia, quæ vt docet ARIS. & PLATO: omnis virtus est, atque ad eodē maius quiddam, iustitia, quàm omnis virtus, ideoque ab Aristotele & Platone, dicitur astris & lucifero splendidiore, nam si philosophos audias, omni virtute præditus quis esse potest, si ipse sibi viuat, & omni virtute excellat, nec iustitia splendere dicitur, nisi non solum ipse virtute præstet, sed alijs multis bono sit, efficiatq; multos virtutem colere. Hæc iustitia, Christi armatura est fulgentissima, & admirabilis, inexpugnabilis, & impenetrabilis inimici ictibus: Venit enim (inquit) princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. CHRYS. in cap. 6. epist. ad Ephes. hæc sic videtur interpretari: Quamquam postea iustitiam pro ipsa diuinitate explanat, vt pro thorace fuerit ei ipsa diuinitas, & ipse pater, iuxta illud cap. 50. Iuxta est qui me iustificat, quis contradicit mihi? stemus simul, quis est aduersarius meus, accedat ad me, ecce Dominus meus auxiliator est meus. Quæ interpretatio mihi magis placet, aut vtraq; est adhibenda, vt pro thorace, Christo fuisse dicatur ipsa iustitia. i. ipse Deus pater, & fulgentissima virtutū arma. At pro [galea] fuerit ei Iesus, ipsa sua persona filij assumpta humanitate. Sic enim Hebraicè est quod Lxx vertunt salutare, & D. Paulus. ATHAN. ergo interpretans Paulum, qui huius loci fecit paroden, totam armaturam Trinitatis putat hoc loco descriptam à Paulo, & additum gladium, pro Spiritu sancto. vndè Athanas. docet, Paulum iubere nos hanc eandē Christi armaturā induere aduersum dæmones, siquidē quotquot baptizantur, Christū induunt, & fideles hac armatura Christi nitent, congressuri cū dæmone.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Indutus est vestimentis vltionis, et opertus est quasi pallio zeli, sicut ad vindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, et vici sit uindictam inimicis suis: insulis vicē reddet.

Circundatus est vestimento vindictæ, & pallio, quasi redditurus retributionem, opprobrium aduersarijs.

Hæc planissimè ad Christi tempora spectant: sed priusquam id ostendo, illud dicam: PAGN. in thesauro linguæ sanctæ in dictione *לָרְחַו*, docere R. Abraham, & R. David interpretari hunc locum ita, vt putent significari à propheta his verbis, deleturum Dominū hostes Iudæ, vt deleuit Sennacheribum, & Pharaonem: vbi planè vides, Iudæos, vt nobis aduersentur, quod ait ATHAN. & HILAR. facere mendaces prophetias, deleta potius est Iudæa millesimo quingentesimo iam ante anno, non deleti sunt hostes Iudæ, sed potius adsciti in ecclesiam, ò miseri Iudæi, & vos illis seruitutem seruitis, sed ambusti flammis centies, nõ sentiant Iudæi, vt suprâ dixit Dominus: vndè eos non miror, nostros miror, qui relicta translatione D. Hieron. & Lxx virorum, interpretantur vt R. Abraham, & R. David, & textui sacro verba addunt, vt sententiam Iudæorum faciant textum sacrum, quod mihi rectè facere videtur Pagninus, & quisquis est ille, qui versionem Bibliorum Roberti fecit: Non sicut vir qui retribuere vult inimicis, vicisitudinem reddet Dominus insulis. i. alienis à terra sancta, vt vos vultis, nec tale quicquid est Hebraicè, ò miseri, sed vt D. Hieron. vertit ad verbū est Hebraicè, nec est cur multis punctis, velut obelis, confoderetur lectio Hebræa, vt sibi Hebræi mutuo carent, tanquam parum fideliter lectio Hebræa sit versa à D. Hieronymo, quæ fidelissimè reddita

A reddita est à D. Hieronymo quæ hæc est.

retribuet ad sicut retributiones ad sicut zeli pallio quasi opertus est & vestimento vltionis vestibus indutus est Et *וְלִבְשׁ בְּגָדֵי בָקָם תְּלַבְּשֵׁת וְיֵעָשׂ בְּטֶעֱלָ קֶצֶהאָה כְּעַל גְּמֻלוֹת כְּעַל וְשָׁלַח*
 bestijs
 retribuet retributionē insulis eius inimicis retributionē eius hostibus indignationē

Id est, Indutus est vestimentis, vltionis vestimento, & opertus est quasi pallio zeli sicut ad vindictam (vel sicut ad retributiones) sicut ad retribuet indignationem hostibus retributionē inimicis insulis retributionem retribuet (vel bestijs retributionem retribuet.) Quæ interpretatio ad verbum cum translatione D. Hieron. congruit, & cum interpretatione Lxx virorum, vt postea apparebit, non cum sententia R. David, aut R. Abraham, quam sequitur Pagninus. THEOD. putat, his omnibus Christi armaturam describi, non solum verbis superioribus quæ processit armatus, vt in stadio passionis cum principe huius mundi, & cum potestatibus tenebrarum decertaret, vbi triumphauit quidem aërias potestates, sed inimicos (inquit) quos vicit, & hostes quos interfecit, magno suo bono vicit, magno suo bono interfecit, interficiēs eos à peccatis multis, vt eos peccatis & criminibus liberaret: & interficiens inimicos sibi, amicos suscitauit & viuificauit. D. HIER. & CYRIL. hæc ad eandē referunt armaturam, sed vt vlciscatur perfidos Iudæos Romanorum armis. PROC. sic explanat hunc locum: Describitur his verbis bellum Romanorum post crucem Domini aduersus Iudæos hostes Domini, & describitur zelus, de quo Moses: Et ego irritabo illos in eo qui non est populus. Quemadmodum em̄ Iudæi delapsi ad idolatriam Gentium, prouocauerunt Deum in eo qui non est Deus, & quemadmodum irritauerunt Deum in vanitatibus suis, ita ipse Dominus prouocauit eos in eo qui non erat populus. i. in populo Gentium, qui quod expers Dei cognitionis erat, & lapides, & dæmones colebat, indignus erat populi nomine & bestiarū cognomento dicitur semper in prophetis à Domino. In hoc ergo populo, qui indignus erat populi nomine, irritabit Deus Iudæos, cum illos exclusit, & populum Gentium recepit, & vocauit ad fidem, & in gente stulta irritauit illos, cum illos reliquit, & gentem stultam, idolatras. f. nationes vocauit ad fidem. Nā sponsam habebat Dominus synagogam, vt Dominus ait apud Oseam & Ezechielē. Præoptat magis synagoga riuales multos. i. falsos deos & dæmonas, & sic prouocat ad iram Dominum, ita vt sæpè irritatus ardeat zelo, vt ipse quoque alium populum quærat, & illos relinquat, ecclesiam Gentium sibi adsciscat sponsam, cuius typus erat synagoga, & ita vlciscitur amorem suū læsum. Nam zelus, amor est Græcè, & amoris vltio, & pro vltione læsi amoris frequentissimè accipitur in sacris literis. Hanc veterum patrum sententiam verba Hebræa sonant: nā quod suprâ ad verbum vertimus, sic explanabimus: Indutus est vestimentis, vltionis vestimento] i. indutus est vestitu suo vestimento vltionis, vel vindictæ: forma dicendi Hebræa, quæ verba vndè potius explanemus, quàm ex Euangelio Luca cap. 21. vbi prædicitur vastitas Hierosolymorum, quæ accidit anno post Christi crucem quadragesimo secundo, cum vindicauit Iudæos incredulos Romanorum armis: vbi postquam dixisset, Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquat desolatio eius. Et paulò infrâ: Quia dies vltionis hi sunt, pro, Dies vltionis hi sunt, Græcè est *ἡμέραι ἐκδυσασθαι* vbi idem verbum agnoscas in euangelio Luca, & in translatione Lxx virorum. Euangelium lux scripturarum est, & veterum patrum, non R. Abraham, & R. David, & rerum euentus optimus scripturarū interpretis est, aiunt veteres patres. Eadem agnoscas verba in euangelio, & in translatione Lxx virorum, nisi putas quid interesse si dicas: Veniet dies vltionis, vt vastitas inferatur Hierosolymis, & vrbibus Iudæ. an, Induet se Dominus vestimento vltionis? vt inuehat vastitatem Hierosolymis. ducta metaphora ab his qui pugnaturi se armis induunt. Prædicta enim Christi passione, subiicitur quod in euangelio præsignificauit Dominus his, qui tantum beneficium non agnouerint, vastitatem inferendam, & ne Iudæis sit vlla tergiuersatio. Aduerte cap. 63. vbi omnium consensu Christi passio describitur, & resurrectio: idem hoc verbum esse Græcè, & Hebraicè: dies em̄ vltionis in corde meo. quod si vt superiori commentario dictum est, eadem verba multa hoc capite & illo reperiuntur, & eadem sententiæ, velint nolint Iudæi, confitendum est idem vtrobiq; significari. Sequentia verba Hebræa sic ad verbum reddidimus [Et opertus est quasi pallio zeli] vt reddidit D. Hierony. quæ interpretati sumus ex PROC. Sicut ad retributiones] sicut ad retribuēdas meritas pœnas incredulis Iudæis [sicut ad retribuet] sicut ad id quod retribuet

retribuet [hostibus suis] est enim concisum genus dicendi Hebraeis, vbi multa subaudiuntur. A ergo ita armatus procedet & ita paratus ad vltionē sicut ad id quod retaliaturus est Iudæis pro talibus meritis & pro talibus ausis. Nihil est ô Pagnine & alij quod addatis de vestro quicquā Dominus est, qui se ita parauit ad vindictā, vt erat illam irrogaturus non Iudææ inimicis, sed ipsi Iudææ, rerum hoc probat euentus & Lxx viri qui sententiam huius loci exprimunt [& pallo circumdatus est, vt redditurus retributionem hostibus suis] en Lxx viri tot sæculis ante rem gestam, sententiam D. Hieron. confirmant, refellunt Iudæos. Notatū est suprà hæc verba sæpè repetita à Lxx viris de hac retributione, quam perfidis Iudæis Dominus post Christi crucē retribuit & Dñs dicitur retributurus suis hostibus, Iudæis. f. vti interpretātur patres [non vir hostibus suis] & postea sæpè eādē sententiā repetit, repetitio enim sententiæ maior affirmatio. Nā & oratores hoc docent, vt Quint. verba repetuntur vel affirmandi gratia, & c. inulas appellari populos fideles, quod suprà maris huius fluctus falsos sint siti, suprà dictū est. & ita Lxx viri pro his omnibus vertere [quasi redditurus retributionem & opprobriū aduersarijs] quid enim abiectius Iudæis? quid magis plenum probri & ignominie? vndē scias verbū Hebræum B iim, verti posse bestijs, vt sit [bestijs vicē reddet] vt enim apud Oseam dicitur, Et nō populus meus dicitur populus meus, & populus meus non populus meus. i. populus gentium qui dicebatur non populus meus. i. non populus Domini, dicitur populus meus. i. populus Domini & populus meus. i. populus Iudæorū qui erat populus meus. i. populus Dei, erit nō populus meus. i. non erit populus Dei. hoc est, mutatio fiet vt qui bestię dicebātur, hoc est nationes (quas scriptura semper bestias nominat) vel quod behemot. i. dæmonis fuere mēbra, vel quod expertes religionis velut bestiæ vagantur) fiant populus Dei cum venere in ecclesiā, & populus Dei qui erat. i. populus Iudæorum, qui dicebatur populus Dei, mutet vicē & conditionem & bestiarū nomine appelletur, & sic Iudæi hoc loco nominantur bestiæ, quo nomine appellabantur nationes infideles, quæ mutauere vices suas cum Iudæis, & hęc ego causam esse puto cur Lxx viri pro tota hac sententia reddiderint Dominum affecturum ignominia suos inimicos, non em̄ erat alia ignominia in lectione Hebræa, quam hæc, nec vox vlla alia quæ ignominiam significaret, & quæ maior ignominia quam si primogenitus Dei Israel degeneret in bestiæ? & gentes idolatræ, quæ prius dicebantur bestię, dicantur gens sancta, genus electū regale sacerdotiū? & C populus ille, de quo Dñs dixerat primogenitus meus Israel, nomine tā fædo nominetur, vt bestię dicantur & videant gentes idolatras in suum locum esse suffectas

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et timebunt qui ab occidente nomen Domini & qui ab ortu solis gloriam eius.

Et timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis nomen gloriosum.

THEOD. His verbis, ab occidēte, & ab ortu solis, significatur toti⁹ orbis cōuersio & omniū gentium conuersio ad fidem. Idem ait D. Hieron. & Cyrillus. vndē apparet superiora eolie referēda, quo diximus, ad passionem Christi & ad Iudæorum subuersionem: nam post subuersionem Iudæę conuersus est orbis ad fidem, quod planē hæc a prophetis prædicta viderēt, & completa.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Cum venerit quasi fluuius violentus quem spiritus Domini cogit.

Veniet enim quasi fluuius violentus ira à Domino veniet cum furore.

Q Via veniet sicut fluuius angustus] violentus [spiritus Domini exaltans ipsum] quem spiritus Domini exaltat & facit exuberare & inundare campos omnes. i. veniet Christus quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini facit inundare agros omnes. ita Christus temporis momento inundabit orbem, cum spiritu sancto qui replebit orbem terrarum, vt fluuius, quādo cogit spiritus. i. aer & tempestas impellit in locis maritimis. facit enim ventus, qui intra terras fit, mare inundare agros & flumina, quæ mare intrant retrorsum ire & omnia inundare, siue ventus resolutus in imbres facit exuberare flumina. in commentarijs tamen D. Hieronymus veluti pertæsus suam versionē, Aquila, & Theo-

A Ię, & Theodocionis tralationē magis probat. Multo enim æquiores fortiti sumus Iudæos, cū odio ardebant à principijs nascentis ecclesiæ in nomen Christianum, quā Iudaizantes nostræ tempestatis. Nam Pagninus hunc locum vertit vt R. David, aut R. Abraham, vt leges in dictio ne נוסח, in Thesaurō linguæ sanctæ. Vertit ergo Theodocio: Quasi fluuius oppugnans, spiritus Domini signatus est: vt sit, צר נהר, fluuius oppugnans: quod in actibus apostolorum dictū est: Factus est de cælo sonus quasi spiritus violentus, cū descendit spiritus sanct⁹ in apostolos Domini, & fideles, vt sic dictum sit, quasi fluuius oppugnans, vel violentus, vt apud Lucā, quasi spiritus violentus. נוסח, signans, à nomine, נסח. i. signo נסח, in ipso. f. Christo signans corda apostolorū ipso Christo aut signans corda apostolorū se ipso spiritu sancto. Aquila sic: Veniet quasi flumē angustū, נר צר, angustū significat, & violētū, quādo fluuius redigitur in angustias si exuberat violētus & rapidus fertur per agros. Veniet ergo vt flumē angustū, spiritus Dñi signaculū ei⁹. i. veniet Christus vt fluuius rapidissim⁹ & inūdabit orbē [spiritus Dñi signaculū eius] Christi. f. quia signatus erit spiritu sancto, quod re quiescet super eū spiritus Dñi, spiritus sapiētia, & c. iuxta illud Ioann. vt inquit D. Hierony. Hunc Deus pater signauit, spiritu sancto scilicet, & à verbo נסח. i. signo, נוסח, signans. נסח, ipsum, Christum scilicet, vt sit totum: Veniet Christus vt fluuius violentus, spiritus Domini erat signans ipsum: quod Aquila dixit, Signaculum eius. Sic Iudæi veteres, quorum interpretationem in commentarijs laudat D. Hieronymus & meritissimo laudat: Lxx seniores hoc aliter intellexere cum superioribus dictum sit de vastitate inuecta Iudææ à Romanis post crucem Domini, hæc verba ad illam eandē vastitatem retulere, vt sit sensus, post illa conuertetur totus orbis ad Christum, vt dictum est superiori sententia proximi vaticinij, quia videbunt totam Iudæam vastatam à Christo Domino. Vidētes em̄ inquit THEODOR. quales Iudæi dederant poenas nefandi criminis quod ausi sunt Iudæi in Christum Dominum, merito adorabunt Christum, qui diuinam suam potestatem tā apertē aduersus Iudæos exeruit. Eiusdem sententiæ est CYRIL. & certē vt dixi hoc maximum habuit pondus ad conuersionem orbis intra tam breue tempus Iudæam florentissimam oppidis & vrbibus, & habitatoribus esse deletam, præsertim cum viderent vaticinia prophetarum hoc præsignificasse, qui Lxx seniores lectionem Hebræam sic intellexere, כי יבא, quoniam veniet scilicet aduersus Iudæos, & vrbes Iudææ Dominus. צר נהר, sicut fluuius angustus. i. violentus, & rapidus נהר ירהו, ira Dei, ponitur enim נהר, pro ira, quod fatentur ipsi Iudæi, & miror D. Hieronymum id inficiari בו נוסח, attollens ipsum, & exaltans, nam hoc verbum id significat etiam, vt sit totū, Quoniam Veniet quasi fluuius rapidus spiritus Domini, vel ira Domini eleuās ipsum. i. veniet Christus ad euertēdam Iudæam scilicet quasi fluuius rapidus quem spiritus Domini eleuat. i. voluntas Domini, vel ira Domini, vt eadē metaphora subuersio Iudæę sit significata, qua summus poeta expressit vastitatem Troiæ: Sternit agros, sternit fata læta, boumque labores. Et lectio Hebræa ad verbum reddita, hoc apertē potest significare: Quoniam veniet sicut fluuius rapidus, quem spiritus Domini attollit, vt scilicet exuberet in agros, & sternat omnia. Lxx seniores: Veniet enim quasi fluuius violentus ira à Domino, & veniet cum furore, vt significarent similitudine hanc fluuij inundantis agros iram Domini venturam aduersum Iudæos, & venturam cum magno impetu, vt torrens exuberans cū magno impetu ruit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et venerit Sion redemptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob.

Et veniet de Sion liberans & auertet impietates à Iacob.

D Iuus HIER. in commentarijs sic hunc locum legit & dispunxit vt Lxx viri, Nam sic legit [veniet redemptor Sion & eorum qui redeunt ab iniquitate in Iacob] vt aduentus Domini significetur, qui sanguine suo redimet eam, & ne putes hoc beneficium ait Hieron. promitti omnibus, tantum his promittitur qui egerint pœnitentiā, & Christo crediderint. THEODOR. Nam ad Iudæos primo venit Dominus, & primum ipsos voluit peccatis liberare, & omni impietate, quod ipse Dominus ait, non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. CYRIL. filius Dei de cælo descendit & homo factus est vt redimeret primum & præcipuē Israel, deinde gentium multitudinem, quod ipse Dominus dixit: nō sum missus, & c. Idē ait Procop. & D. Paulus ad Romanos cap. 11. hunc locum citat iuxta tralationem Lxx viroꝝ quod ve-

quod vero D. Hieron. ait vocem Hebraeam *לְבָרִית*, significare propinquum, iuxta proprietatem A sermonis Hebraei ita intellige, vt non putes non significare redemptorem & liberatorem, nā *לְבָרִית*, proprie redēptor est, liberator & seruator, quibus nominibus Christus Dominus appellatur. docet nos D. Hieron. significare etiā proprie propinquū & cognatū, vt simul significetur Christus Dominus, qui Deus homo factus nobis venit seruator & redēptor, futurus cognatus Iudaeorum, propinquus Iudaeis, quod de stirpe Israel natus sit Dominus. Quod vero Origenes ait Hebraicē legi. Veniet propter Sion redemptor & non veniet de Sion redemptor falsum est, nā Hebraicē legitur *יְהוָה לְבָרִית*. i. de Sion quod *לְבָרִית*, aliquando significat, de, vt 2. Reg. cap. 15. egressus de loco suo pro, de, Hebraicē est, *לְבָרִית*, cur ergo audeat quisquā quod apostolus legit, de Sion, negare ita esse Hebraicē. HILAR. lege in psalm. 58. cum hęc explanat. Notandum etiam Lxx viros hoc loco pro translatione edidisse commentarium: nam prof veniet de Sion redemptor redeuntibus ab impietate in Iacob] sic em̄ ad verbū vertēda est lectio Hebręa iuxta dispūctiōnem Lxx virorū, vbi, *לְבָרִית*, coniunctio copulatiua Hebręa, pro ornamento est accipiēda, quod frequentissimē apud Hebręos fit. edidere] veniet à Sion liberās & redēptor & auertet impie- tates à Iacob] vt ostendant non esse liberi arbitrij conuerti ad Deum, Dei munus esse oportere vt Deus nos conuertat & conuertamur, quod docent & docuerunt Lxx viros, cum prof conuertentibus ab impietate. i. conuertentibus ab iniquitate, transfulere] auertet Dominus impietatem à Iacob] hoc tamen Lxx virorum scholium citat D. Paulus, quod D. Augustinus in solubile argumētum esse putat, translationē Lxx virorum inflatu spiritus sancti textam esse, nam nisi hoc ita esset, apostoli & euangelistę translationem Lxx non citarent ijs locis vbi non translatio esset, sed pro translatione commentarium. Nūquam enim humanas interpretationes, pro diuinis responsis citaret Paulus, in quo Christus & spiritus sanctus loquerentur. Inūc & damna Lxx viros quod enucleent sacrosensus & quod nō verbū verbo reddāt, quod D. Paulū facere vides. Quod vero putant D. Paulū addidisse de suo illa verba] quando abstulero peccata eorū] q̄ nec hęc verba sunt Hebraicē, nec Gręcē, id non est, Solet enim D. Paulus & solent euangelistę & apostoli duo loca cōiungere scripturę eodē spectantia, vt idē vtrōbq; ostendant præsignificari quod suprà ex Origine sæpē fieri ostendimus. adnotat enim ille citari ab apostolico agmēta ta testimonia ex duobus scripturę locis, qua de re suprà dictū est latius, quod hoc loco fit.

D. Paulus
citāt scho-
lium Lxx
virorum.

D. HIERONYMVS.
Dicit Dominus

ego & Dominus dixit
אָנֹכִי וְיְהוָה דִּבֶּר

HÆc verba non transfulere Lxx viros, quod apertè hic describitur persona patris & filij, & præcauere ne Ptolemęus putaret Iudæos colere Deos duos, totam hanc orationem omi- sere. cur D. Hieronymus alteram partem verterit, præterierit silentio] alteram, nescio prorsus. Hebraicē ad verbum legitur dicit Dominus & ego, quibus verbis duas hic loqui personas planè demonstratur] ait Deus pater] i. & ego] supple aio, vt sit, dicit Deus pater & ego dico qui sum filius æterni patris. Nam illa verba & ego non possunt referri ad prophetam, vnde enim propheta diceret] ait Deus & ego] quasi vero ipse aliquid esset, vt pōdus verbis Dei posset addere, aliquis æqualis Deo patri hoc ait. Ait Deus] sic em̄ est Hebraicē & ego subaudi aio, quis igitur hic est qui se facit æqualem Deo patri? nisi filius vnigenitus, aut spiritus. Nec alius quisquam auderet dicere, Deus ait, & ego nisi filius aut spiritus sanctus? quæ sunt personæ æquales Deo patri. Vatablus, aut quisquis fuit ille interpres, tribuit inferioribus & vertit sic] ego enim] & sup- plet ait Dominus] vt sit: ego enim ait Dominus fœdus meū cū eis. sed ò miseri Iudaei flantes, Hebraicē non legitur] ego enim] sed] Et ego] neque vllum sensum habet, & ego, nisi mille orationes subaudiantur. SOTER papa epist. decretal. 1. tom. 1. Concil. docet multis exemplis ex scri- ptura petitis, filiū in scriptura loqui per se, vt hoc loco: Dicit Deus, & ego, sup. filius. Et BASIL. in laudē Mamantis martyris: Quoties Dominus] inquit] dicit in scriptura: Ego sum. aut. Et ego. magnum aliquid significat. IREN. lib. 4. cap. 70. Filius] inquit] principali autoritate dicit, Ego autem dico: Serui non sic, sed dicit Dominus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Fœdus meum cum eis dicit Dominus Hoc eis à me testamentum ait Dñs.

Omnes veteres patres docent promitti hoc loco nouum testamentum, & ita interpreta- tur Paulus ad Romanos, cap. 11. vbi hunc locum citat iuxta translationem Lxx virorum. ci- tat enim

A tat em̄ omnia hæc, & omittit media illa quæ diximus annotatione superiori, quod breuitatis causa facere solitos apostolos, & euangelistas, sæpē diximus, vt necessaria rei, de qua agitur, ci- tēt, omittāt media. Vbi nescio cur non viderit D. Hieronymus, D. Paulū, בְּרִית, reddidisse testa- mentū, nec vsquā ab vllō apostolorū, aut euangelistarū aliter hanc vocē esse redditā. Notant omnes patres his verbis abolitionē veteris testamenti significari, nā si ipsis Iudaeis conuersis, hoc nouū futurū est testamentū. i. si ille recipiendus qui veniet à Sion redemptor, & eius do- ctina, quis nō videat non futurū locū veteri testamento? Sed negat ERASM. Hebraicē esse te- stamentum. Vides quantum pōdus habeat maximi Diui autoritas? quod vt suprà dictum est, D. Hieron. reprehendat Lxx viros, quod בְּרִית, verterint testamentum, negetq; בְּרִית, significa- re vnquā testamentum, sed fœdus & pactū. Ecce audeat Erasmus erroris arguere Lxx viros, & Paulū ipsum, quod בְּרִית, verterint testamentū, quasi ineptus Iudæus & impius, in cognitione linguæ Hebraicę, vel cum vmbra Pauli sit cōferendus, sed de his suprà dictū est pluribus. Nō audemus inquirere in doctrinā Aristotelis, aut Platonis, nec veterū quisquā tantum sibi sum- psit, & si Deo placet, in doctrinā D. Pauli audemus inquirere, si quisquā euangelistarū aut apo- stolorum, hanc vocem aliter verterit, demus Erasmo ignorasse Paulum huius vocis intel- lectum, plus audeo dicere, si quisquā Iudæorū, qui ante incrementa ecclesię scripsere, reformi- dauit berith, vertere testamentū, constet ratio Iudæis, vt hæc in dubium vocent, sic vertunt, vt ostendimus, Iudæi ante rabiem quam in Christum concepere, apostoli & euangelistę sic reddidere: ergo hæc teneam, imitemur fulgentissimas D. Hieron. virtutes, quib⁹ vt lumē ful- gentissimū, catholicā ecclesiam illustravit, non si quid excidit D. Hieronymo, id auidē arri- piamus, relinquamus virtutes diuinas, nisi placet, si qua sanctis excidere aliquando illa imita- ri, relinquere virtutes, omnes apostoli, & euangelistę, doctores sacri vniuersi vetus testamentū aiūt, & nouū testamentū, audebimus, oēs arguere erroris? Lege AVG. de sensu huius loci epist. 59. ad Paulinū. Et AMBR. in cap. 1. epist. ad Rom. & in cap. 9. epist. ad Roman. sed fat est citasse Paulum huius loci interpretem. si plura voles, leges interpretes Pauli.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Spiritus me⁹ qui est in te, et verba mea qua posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore feminis tui, dicit Dñs a- modo, et vsque in sempiternum.

Spiritus meus qui est in te, & verba mea, quæ dedi in ore tuo, nō deficient de ore tuo, & ex ore feminis tui, di- xit Dñs ex nunc, & in æternum.

Suprà ostendi, pro illo quod Hieronymus vertit] dicit Dominus] Hebraicē legi] dicit Deus, & ego] vt necesse habeas dicere, duarum personarum hic fieri mentionem, patris, & filij. vt sit: Dicit Deus pater, & ego filius eius vnigenitus. Hoc loco fit apostrophe patris ad hunc filium, qui simul cum eo loquebatur] Dicit Deus, & ego] nunc altera ad alteram sermo- nem conuertit, pater scilicet ad filium: neque cohæret vt verba fiant ad Esaiam, vt placet D. Hieronymo. Dictum est enim de testamento nouo, cuius non fuit nuncius Esaias, sed vates & propheta, Dominus fuit angelus noui testamenti. Deindē promissio non fit semini Esaię, & femini feminis eius. Placet magis PROCO. & veterum patrū sententia, qui verba hæc patris esse putant ad filium. Verba Procopij sunt: Pater hic loquitur ad filium, qui venit redemptor ex Sion, de quo dictum est: Requiescet in te spiritus Dei, qui que eundem spiritum impertit discipulis suis, vt ipsi alij imperirent, quod significatur verbis illis: Ponā verba mea in ore tuo, & in ore feminis feminis tui vsq; in sempiternū. Ait ergo pater filio: Verba quæ tu loquutus es, erunt testamentum meum, quod manebit in omne æuum. Ita enim Seruator: Cælū, & terra transibunt. Additq; idem PROCO. Manifestissima hic prædictio redēptionis nostrę est, & ma- nifestissima promissio spiritus sancti, qua gloriamur esse filij adoptionis. CYRIL. li. 1. de spiri- tu & litera: Prophetam] inquit] suscitabo ipsis ex fratribus ipsorū, & ponam sermones meos in ore ipsius, & loquetur eis omnia quæ eis præcepero] non recedent de ore tuo hæc verba] de Christo dicta sunt, cui dedit testamentū nouū pater, quod in ore Christi posuit] quod non re- cedet de ore feminis] Christi. i. de ore apostolorū & discipulorum] neq; feminis feminis tui] i. neque ex ore fidelium. Nam fideles dici genus Christi. i. natos ex eius latere. vnde fluxere sa- cramenta, suprà pluribus est dictum.

IN ESAIAE CAP. LX.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Surge, illuminare, quia venit lumē tuū, et gloria Dñi super te orta est.

Iuus Hieron. obelo cōfodit vocē illā, Hierusalem, quod Hebraicē non sit, qua de re dicitur est centies quid veteres patres senserint ferē omnes. Notandum Hebraicē esse [Surge illuminare] & Lxx vertisse [illuminare, illuminare] vt repetitio illa habeat emphasim, & ad didisse de suo vocē illā, Hierusalem, vt ostenderent ad Hierusalē haberi sermonē, & de verbis additis à Lxx dictum est in disputatione de translationibus, & millies locis alijs. ORIG. contra Cellsum li. 6. in principio, de Christo hoc interpretatur, qui tanquā ex igne profiliēte, tanquā lumen accensum de improviso, velut lāpas accensa, factus homo mūdo apparuit lumē splendidissimū, de quo Ioannes: Erat lux vera quā illuminat omnē hominē: illuxit em̄ cordibus nostris hic splendor in euāgelij prædicatione in Christi persona, & ad hoc lumē nos Esaias hortatur [Illuminare, illuminare Hierusalē.] CYRIL. prænūciari hic ait Deū hominē factū mortalibus adesse, & cælesti quodā fulgere lumine, & gloriā Dñi Hierosolymis ortā: ortus est em̄ in Iudæis Christus quasi sol splēdidissimus, lumine intelligibili illustrās hominū corda, & radijs cælestibus fidelīū cōplens pectora, & diuinarū rerū cognitione cūcta imbūēs. Vbi docet Cyril. quod suprà notatū est, Christum in sacris literis appellari, patris gloriā, q̄ in ipso, & per ipsum, & cū ipso glorificetur, & q̄ sit figura, & splēdor patris, & quod omnis Dei cognitio est per filiū. ait em̄ Dñs: Nemo nouit patrē, nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Per filiū em̄ nouimus patris magnitudinē, & incomparabilē gloriā, quod etiā ait Dñs: Pater glorifica filium, vt filius tuus glorificet te. Visa est igitur in nobis gloria Dei patris, inquit propheta, cū apparuit Christus, qui est gloria patris. EVTH. panopliæ par. 2. tit. 14. ex lib. Cyrilli, qui ex interrogatione, respōsioneq; cōstat, docet Christū multis nominib⁹ appellari, inter quā docet appellari Christū, Patris gloriā. & sic accipi hoc loco. Gloria Dñi super te orta est. i. Christus. Id philosophi ex sacris literis sunt mutuati, vt PROCL. 4. in Timēū lib. vt suprà dixi, secundā personā in diuinis appellat Phanetē. i. illustratōrē supernarū mentium, vt em̄ illuminat homines, sic inquit ille illuminat sanctos angelos, idq; docuisse Orpheū, & per eū creasse Deū omnia, & cōplere lumine intelligibili omnia. Quod ergo hic tātus sol Iudæos dūtaxat ortu suo, diuino lumine cōplebat, addidit Lxx [ō Hierusalē, illuminare, illuminare] quod est idē cū illo Ioan. ca. 8. & 9. & 11. & 12. vbi Dñs se lucē mūdi appellat, & iubet Iudæos ambulare in lumine tāto, dū lucē habēt. vt huius loci sensus sit illud euāgelicū: Ambulate dū lucē habetis. & adnotāda paronomasia quā Latine est. Venit lumē tuū, ō Hierusalē, illuminare. & vt apud Latinos est: Adest lumē, illuminare ergo. Ita apud Græcos quōs quæritur, & apud Hebræos, ori, oreca. i. luce tanta illucescente lucē recipe, ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Quia ecce tenebra operiet terrā, et caligo populos: super te autē orietur Dñs, et gloria eius in te videbitur.

Vm sol iustitiæ, inquit CYRIL. i. Christus, cælesti lampade illucesceret Hierosolymis, caligo super omnes gētes erat. HIER. in comment. negat Hebraicē esse, populos, dānat igitur editionē quā prius fecerat, legendumq; præcipit [Ecce tenebræ operiet terrā, & caligo tribus] cū nihil tale Hebraicē sit, nā vox Hebræa est, leumin, quæ vox semper ab ipso D. Hieron. vertitur Latine, in nationes, aut populos: à Lxx interim vertitur: In nationes, & populos. interim, in principes: quæ res tā nota est, vt oēs Hebræi hoc fatēantur. Vndē apparet in D. Hieronymi cōmentaria, irrepisse multa imperitorū hominū glossemata, vt suprà dictū est: PROC. Cū nox & caligo inuoluat oēs terras, & oēs nationes, super te Hierusalē respēdet Dñs, vt sol fulgētissimus. Subiūgit hoc tanto Christi lumine, discutiendā esse nebulā erroris, & dissoluedas tenebras, quæ oēs terras occupant: primus tamen Hierosolymis illuxit Christus miraculis, signis,

lis, signis, portentis, quæ fati indicabant Christum Deum esse & hominem. Vtendū hic Canonē interpretādæ scripturæ; vt partē pro toto accipias. Non enim omnes Iudæi sunt illustrati, quauis Iudæis, vt sol splendidissim⁹ illuxerit Christus, Iudæi increduli in tenebris esse voluerunt. vndē Ioannes: Et tenebræ eum non comprehenderūt. Hinc THEOD. Voluit, inquit, Deus Babylonem captos ducere Iudæos omnes, & omnia subuētere, vt appareret gloria Dñi quomodo sine vlla Iudæorum opera, sine vllis armis, nutu Dei subuertuntur Babylonij, & liberantur Iudæi, & gentes infideles ædificandam urbē, & templū ædificandum curant, qui typus huius rei, inquit, erat: sic enim, inquit, Deus permisit omnes gentes esse in tenebris, & persequi ecclesiā cui Christus illuxerat, & fideles esse prædē nationibus & Iudæis, vt cū ecclesia vinceret & superaret omnia, Dei opera factū appareret: Lux ergo in tenebris lucebat, sed tenebræ eā non comprehenderunt, quotquot autē comprehenderunt, filij Dei facti sunt.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, et vide, oēs isti cōgregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longē veniēt, et filia tua in latere sugēt.

Ambulabūt gentes in lumine tuo, & reges in splendore tuo. Leua in circuitu oculos tuos, & vide congregatos omnes filios tuos. Ecce venerūt omnes filij tui de longē, & filia tuæ super humeros portabuntur.

CYRIL. Prædicitur (inquit) Gentīū vocatio in splendore dato tibi, ō Hierusalē, in illustratione quæ fiet per Christū, ambulabūt gētes, & nationes, & reges gētiū, & nationū ad salutē per fidē. Idē ait PROC. Idē D. HIER. & ceteri patres. TERTVL. li. 4. c. 17. Vt scias (inquit) Gētiles cōuenisse, quādo Deus homo natus erat ædificaturus ecclesiā ex volūtate patris, ait Esaias [Attolle per circuitū oculos tuos & vide, oēs cōgregati sunt.] AVG. de vnitāte ecclesiæ li. 1. c. 7. cū multa disputasset de vaticinijs prophetarū, quib⁹ ecclesiæ foelicitas prædicta est, subdidit: deindē quia oēs gētes adiugerētur ecclesiæ, sequitur & dicit, circūspice vbiq; oculis tuis, & vide vniuersos. Quod verō Hebraicē est Id est. Filia tuæ super latus portabuntur, vel stabiliētur. Nā nutriētur ad portabuntur latus super tuæ filia Et portabūtur, siue nutriētur. D. Hieron. interpretatur [ad latus suū nutriētur apostolorū lacte, doctrina euāgelica, iuxta illud: Lac vobis potum dedi. Cur pūctis pro obelis cōfoditur lectio Hebræa? tanquā parū fideliter versa à D. Hieron. quasi verō nō sic etiā Iudæi interpretētur: anne verbo quidem discrepare à Iudæis licet? Lxx pro: Super latus stabiliētur, vel portabūtur. dixere [super scapulas, super humeros tollētur] & certē super latus portabūtur significat etiā ferentur super humeros. vndē apud ARIST. li. de ingressu animalū, quæstio est, cur onera portemus supra sinistrū latus, nō suprà dextrū ferē, cū humerū oneramus pallio aut alio quouis onere. Itaq; cū verbū Hebræū significet, educabuntur, enutriētur. Rectē D. Hieron. vertit, sugēt, lactebūt, & cū significet portabūtur, stabiliētur, rectē quoq; Lxx [super humeros stabiliētur, vel portabūtur. Nā 75 75, ad latus significat, ad vbera apostolorū, vt vertit D. Hieron. & super latus, vt vertēre Lxx. CYRIL. de spiritu & litera lib. 11. explicās quid smaragdo super humeralis significaret, cui erāt insculptę duodecim trib⁹ Israēl, disputās de sacerdotio, ait hoc typo declarari oēs inscriptos in libro vitæ, qui super humeros summi sacerdotis portātur, vita beata, & sempiterna fruituros per Christū, qui veluti super humeros illos vehet, & in loco filiorū habebit vt summus sacerdos, qui typus Christi erat, duodecim tribus Israēl smaragdo insculptas, humeris ferebat. vndē Dauid: In protectione Altissimi cōmorabitur. & infrā: Scapulis suis obūbrabit tibi. cui similitē putat hunc locū Esaię [Super humeros tollentur.] Lege AMBR. lib. 2. in cap. 3. Lucæ, de Iesu baptizato, & Dei patris testimonio, qui legit: Suprà humeros tollentur. Et CLEM. Alexand. in pædago cap. 5.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI

Tunc videbis, et afflues, et mirabitur, et dilatabitur cor tuum, quando cōuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

Tunc videbis, & timebis, & stupebis corde, quoniā transferentur in te diuitiæ maris, & gentium & populorum.

LII 2 CYRIL

CYRIL. Euangelizat (inquit) hoc loco Gentium vocationem, & duorum populorum in Christo vnionem, & mutationem vmbrae in spiritalem cultum, alloquiturque intelligibilem Hierusalem. i. ecclesiam. ab initio à Iudæis constitutam, vt tollat oculos, & acie oculorum lustret omnia, vt videat ex omni parte terrarum affluere infinitam multitudinem. Sic hunc locum explanat TER TVL. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 17. idemque hic significari docet quod alibi, vbi propheta ait: Ecce isti veniunt de longinquo, isti autem veniunt ab Aquilone, & mari, alij de terra Persarum. Accusat D. HIER. in commentarijs Lxx viros, quod hic verterint, timebis, negatque hanc vocem, timebis, Hebraicè esse, cum Hebræa lectio sit, וְיִרְאוּ .i. tunc videbis, & ecclesia, constituta à Iudæis, vt explanat Cyrillus, & ipse Hieronymus, aduenientem multitudinem gentium. וְיִרְאוּ .i. affluet, hoc est, accurret ad Christum agminatim, & cateruatim, ad modum fluminis quod magno aluico fluit, vel וְיִרְאוּ .i. illuminaberis, vt exponit Rabi Abraham, & Rabi Emanuel, hoc est, videbis lucem illam magnam quæ illuxit tibi, Christum scilicet, qui sol fulgentissimus tibi est exortus, & illuminaberis à Hierusalem: hoc verbum non vertere Lxx, aut quod magis suspicor iniuria temporis, ex illorum versione intercidit: vnde reponendum est in illorum versione ex Hebræa lectione, legendumque: Tunc videbis, & affluet, & timebis. vel: Tunc videbis, & illuminaberis, & timebis. Deinde: וְיִרְאוּ, & timebit. quod D. Hieronymus vertit, & admirabitur: nam vt demus D. Hieronymo significare hoc verbum, admirari, quod sanè negant Hebræi: sed quando Hieronymus ita vertit, certè significat admirari, raro tamen atque adè rarissimè, nam propria huius verbi significatio est timere: cur igitur neget D. Hieronymus Hebraicè esse verbum, quod significet timere, cum sit, pachad. i. timebit. Sed negat D. Hieronymus huic loco conuenire hoc verbum, cum nihil huic loco sit conuenientiùs, vt sit sensus: Tunc à Hierusalem videbis, & accurret ad Christum agminatim, vel illuminaberis, & videbis lucem illam magnam, & Deum timebis, & timebunt qui ab Occidente, nomen Domini, & Actorum. 2. fuit omnium timor. & cap. 5. Factus est timor magnus super omnes audientes hæc. & 9. Eunt in timore Domini. & Paulus 2. ad Corinthios cap. 7. Perficientes sanctificationem in timore Dei. & ibidem: Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos quantùm in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, & timor donum est spiritus sancti, de quo supra vide multa inter spiritus sancti dona. וְיִרְאוּ, & elongabitur, dilatabitur vt vertit D. Hieron. significat etiam pauebit, vnde Lxx reddidit [stupebit cor tuum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi, inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, et Epha omnes.

Quando transferentur in te diuitiæ maris, & gentium, & populorum, & venient tibi greges camelorum, & operient te cameli Madiæ, & Iephar omnes.

Hæc longè fecus dispungunt Lxx seniores quàm D. Hieronymus. Lxx viri sic legunt: [Quando transferentur, vel mutabuntur in te diuitiæ maris, & gentium, & populorum] & illic apponunt distinctionem. Et postea nouo initio [Venient tibi greges camelorum, &c.] D. Hieronymus [veniet tibi] fecit finem sententiæ, quod Lxx fecerant initium. Cæterum vtriusque translationis idem est sensus: Stupebis (inquit) corde, quando mutabitur in te populus gentium. i. quando vocabitur ad fidem, & mutabitur ex non populo Dei, in populum Dei, quædo mutabitur in te opulentia maris. i. omnis insula, & multitudo gentiù, & populorù, mutabitur in ecclesiam Dei, quod factum videmus, indè em̄ omnis doctorù sanctorum splendor, omnis sanctarum virginum chorus, infinitus ille numerus, qui est in Apocalypsi, ex omnibus gentibus, qui diuinas decantant laudes, quod verba Hebræa sonant: וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ. Quoniam refundetur super te: וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ, duobus modis verti potest: vel, multitudo maris, vel opulentia maris. vt sit: Quando refusa fuerit super te multitudo maris, vel opulentia maris, vt significetur, refundendam in ecclesiam. i. conuertendam omnem maris multitudinem, omnem opulentiam maris. Deinde, וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ, quod vertere potes: fortitudo gentium, vel exercitus gentium, quod וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ, fortitudinem, & exercitum significet. vt sit sensus: Quando exercitus gentium refusus sit super te, à ecclesia, & conuersus in te, vt sit idem cum illo: Posthac vidi tur-

A vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis. Quod enim Ioannes appellat turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, propheta appellat exercitum Gentium, aut fortitudinem. Hæc sic PROCOPIUS, CYRIL. & D. HIERON. Postea [Venient tibi greges camelorum] i. innumerabilis multitudo locupletum, qui propensi in diuitias, & res caducas, iumentorum induerant naturam camelini nominati, quod subeant labores, vt acruent opes, & magna sustinent humeris negocia, & onera, vt augeant diuitias, adè vt neque cameli, neque dromedarij tam magna onera subire possent: nam camelos & dromedarios, homines hic appellari, author est THEODOR. & PROC. Nota tamen si lectionem Hebræam expendas, dispungendam sic esse hanc orationem: Dromedarij Madian, & epha omnes hi, quod וְיִרְאוּ .i. omnes hi. quanquam poni solet in principio frequenter, multò, multoque frequentiùs in fine ponitur apud Hebræos, quod propriè significat, omnes hi, supradicti. f. quod nostri non aduertere, quod, omnis, apud Græcos, & Latinos in fine poni non solet, ponitur autem in principio, aut mediò. Leges ergo: Inundatio camelorum operiet te dromedarij, & epha, omnes hi, vel vniuersi, isti supradicti. f. & relinquitur oraculum sequens admirabile de Magis regibus, vt iam dicemus, nec mirere quod Lxx verterint [camelos] D. Hieronymus reddidit [dromedarios] quod animantium nomina, vt apud Græcos & Latinos sunt incerta, ita apud Hebræos, & aliter apud alios explanantur.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, laudem Domino annunciantes,

Omnes de Saba venient, ferentes aurum, & thus, & salutare Domini euangelizabunt.

euangelizabunt Dei laudes & portabunt thus & aurum venient Saba de isti Omnes

וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ וְיִרְאוּ אֵלֵינוּ

Id est, Omnes ex Saba venient, ferentes aurum, & thus ferent, & lapidem pretiosum, & salutare Dei euangelizabunt.

C HIERON. PROC. CYRIL. THEOD. hoc oraculo nihil plùs significari putant, quàm superioribus [Venient (inquiunt) Sabæi, aurum & thus deferentes] i. bonorum operum fragrantiam diuitiasque spirituales, & euangelizabunt salutem Domini, quod multi è Gentibus recepta luce euangelica prædicabunt euangelium. Per familiaria nomina aiunt gentiù barbararum, quæ vicinæ sunt Israël, totius mundi conuersio prædicatur, Madian, Epha, Saba, Cedar, Nabaioth: Greges igitur camelorum, iniquitatis vinculis resoluti, effundentes animas suas Deo, operient Hierusalem muneribus, aurum fidei deferentes, & thus sacrificij, nequaquã propria salute contenti, cæteris etiam prædicabunt salutare Dei: ergo quod ecclesia cantat de regibus Magis, & iam indè à temporibus apostolorum ad Magos refert, hi sacri doctores non putant eò pertinere. Sed nobis obijcitur illud, quod credo deiecit Hieronymus, Procopiù, Theodor. Cyrill. de hac sententia, quod Esaia dicit omnes, Matthæus tres tantùm Magos, ait venisse, nec venisse omnes de Saba certum est, sed Magos tres, & grauisissimi veteres patres nesciunt contra torrentè niti, & manifestis repugnare, cædunt faciliè vero. Sed hoc varijs rationibus defenditur à nostris: & certè Hebraismus est, vt omnes, pro multis accipiatur, & pro tribus aut quatuor aliquãdo, vt aiunt. Sed cum necesse fuerit, vt Iudæis doctoribus in perdiscenda Hebræa lingua nostri fuerint vsi, & multa à Iudæis sint percõtati etiã, cum literas Hebræas discerent, cunq; libros sacros asseruent Iudæi Hebraicè cõscriptos, & dispungat, ne infideles, vt ait AVG. obijciant nobis, cum vaticinia de Christo plana, & aperta citauerimus, à nobis codices esse corruptos, necesse, in quã, fuit, vt ipsos & Iudæos, libris ab ipsis Iudæis petitis, reuincam: hæc occasione vsi Iudæi, mille moliantur dolos, nec vlla alia re magis quàm interpunctionibus, & verborù distinctione: quod etiã vulgò fit, factumq; est semper in omnibus controuersijs, quæ de scripto oriuntur, vt mirandum non sit varia verborù dispunctione, Iudæos nostra turbasse, & oraculis de Christo offudisse tenebras, quod hoc loco factum esse supra ostendim, nã [omnes] superiorù sententiæ tribui debuit, vt initium huius sententiæ esset [De Saba venient] &c. quod nostros non vidisse, mirabile non est, quod Græcè & Latinè, omnis, in fine sententiæ vix vnquã ponitur: vox verò Hebræa, quæ hoc loco est, culam. i. omnes hi. quanquã ponitur in principio, tamè in fine orationis poni solet multò, multoque frequentiùs, & ostendim superioribus

ri sententię mirificę conuenire post enumerationē nationū veniētiū ad fidē, vt dicatur, culam, A omnes isti: est em̄ vox composita cum pronomine, quę post enumerationē multorum claudere solet sententiā. culam, omnes isti. l. quos enumeravi. Et locus qui sequitur manet perspicuus [De Saba venient] cuius rei si me roges quem habeam authorem? respondebo tibi me habere authorem Matthæum euangelistam, siquidem ad lucem euangelij explananda scriptura est, quod inter Catholicos est confessum, & non ad interpunctionem & præscriptum nostrorum hostium, qui nobis aduersantur, nostra perturbant, & vsum totius ecclesię, quę ab apostolis vsque ad hæc tempora hoc vaticinium ad Magos refert: & quanquam Christiana reipublicę columnina referunt aliõ, ipsa tamen mordicus tenet, de Magis recinit toto terrarum orbe: respondebo me habere authores CHRYS. qui sic explanat in. 2. cap. Matth. homil. 2. in illa verba: Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham: Adimpleta est (inquiens) Esaię prophetia [Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, &c.] Et postea multa de Magis dicit. Rursum idem CHRYS. in homil. 26. vbi varios euangelij Matthæi locos explanat homilia prima: Huic (inquit) Magi offerunt dona. i. aurum, thus, & myrrham, secundum quod Spiritus sanctus antea de ipsis per Esaiam fuerat testatus. INNOM. in Matth. cap. 2. interpretans illa verba: Apertis thesauris, Prophetiam impletam (ait) Esaię dicentis: Aurum afferentes, & lapidem pretiosum, salutare Domini euangelizantes. Quando ex spinis rofas legimus, & vt ait A V G V S T. Veritas vbicunq; est, à Deo est. E V C H E R. quoque sic hunc locum legit & explanat: Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, lapidem pretiosum, & salutare Domini annuntiabunt. quam prophetiam Magos adimpleffe euidenter agnoscimus. In principio homilię eundem locum citat, & explanat eodem modo, & non legit: Omnes de Saba veniunt. sed: de Saba venient. vt vtroque modo appareat veteres hunc locum legisse. Beatus P R O S P. de prædictionibus Dei parte. 3. promiss. 6. de stellę signo, item Esaias: Omnes de Saba venient, ferentes aurum, thus, lapidem pretiosum salutare Domini benè nuntiabunt. Firmat hæc M A T T H. Euangelista, dicens de Magis: Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & c. Et respondebo tibi me habere authorem, vsum sermonis Hebræi, quo liquebit, si attentè obseruet, qui literas Hebręas legit, hanc vocem, culam, frequentissimè in fine orationis poni. Et illud quoque quod superiori sententię congruit optimè, & hæc sententiā, quam interpretamur, sine illa voce, cum literis euangelicis mirificè, & quod sic hic locus aptissimè congruit cum recepta sententiā catholicę ecclesię, & cum sententiā D. Chrysofomi, & B. Prosperii, & eandem esse sententiā si interpretè: Omnes de Saba venient. i. aliquot. forma dicendi Hebræa, quod hæc recepta lectio est in omnibus ecclesijs, nec te afferre vim scripturę, quisquam iure dixerit, neque coactam esse hanc interpretationē, neque violentā, cum tibi constet nullū signum esse vniuersale in hoc vaticinio, si lectionem Hebręam interpretè eo modo, quo dictio illa frequentius accipi solet, vt superiori orationi reddatur, eoque referas eam vocem quod referendam lux euangelica monet. Illud verò maioris momenti, quod trecentis annis ante Domini aduentum sic apertè LXXXII Iudæi, suę tempestatis doctissimi, & sanctissimi interpretantur. Nam primum omnium, LXX illi viri, verbo illo postremo *εὐαγγελιστῶν*, i. euangelizabant euangelium nostris auribus insonant, & quasi aurem nobis vellunt & indicant, quod hæc sint referenda. Et Hebræicè est *קריאת*, id est, euangelizabant. Nam vt supra ostendimus, hæc vox quoties reperitur in vaticinijs de Christo, euangelizare significat, *קריאת*, vox Hebræa, legationem obire significat, & nunciare, & in vaticinijs de Christo, legationē illam missam celo, prædicare apud homines. Vbi paulisper consiste, & attentè dispice, an ex nationibus infidelibus, quę ad fidem venere, venerit quispiam, nisi vt ambularet in via Domini, & disceret à fidelibus Domini viā: Venite (inquit Esaias) ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas. Ergo ad discendum veniunt, non ad docendum, *קריאת*, docere significat, & prædicare euangelium: de nullo inquam ex Gentium populo, propriè hoc dici potest, venisse Hierosolyma ad euangelizandum, nisi de Magis. hi inter primos prædicatores euangelij numerantur, qui Hierosolyma ingressi sunt euangelizantes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vides euangelium? vides aduentum euangelistarum? Certè sic sensit CHRYS. homil. 16. ex varijs Matthæi locis, in illa verba: Non sum missus. his verbis: Nam & ipse aduentu tuo Magos ab Oriente vocasti, & Euangelistas eos ad sua remisisti, quibus verbis Chrysof. Magos vocat, Euangelistas, vt Hebræicè & Græcè hoc loco dicuntur. Et in caput. 1. Iohannis homilia. 11. Iudæorum

A dæorum magistros effectos scribit, nec dices ob aliam causam dictos à Chrysofomo Magos Iudæorum magistros, nisi quod euangelizati sunt Iudæis, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? LXX seniores sic explanant hanc prophetiam [De Saba venient, ferentes aurum, & thus, lapidē pretiosum, & salutare Dm euangelizabunt] nam sic Græcè legitur. & miror veteres patres, cur hanc vocem vertant Latinè, admoniti ab Eusebio; & alijs antiquioribus, vt supra dictum est pluribus, nominatos proprio nomine à prophetis ipsos euangelistas, proprio nomine appellata esse euangeliā, præsertim cum videant hanc vocem iam receptam apud nos esse, & euangelium nostris auribus insonare, & sensu tinctā esse. *εὐαγγελιστῶν*, legitur Græcè, dicerent Latinè, euangelizabant, quando ita Græcè est, vt ingressum magorum euangelizantium in oculis conspectuq; omnium ponerent, cum euangelizantem natum regem Iudæorum, & vidisse stellam eius in oriente. Hi ergo soli euangelizantes ingressi Hierosolyma sunt, quod Hebræa, Græcæq; lectio clara voce testatur. Ad hos igitur referendum hoc oraculum est, neq; ad alios villo modo referri potest. Sed quid? Quod LXX addidè de suo [lapidē pretiosum] vt legatur: Lapidem pretiosum, & salutare Dei euangelizabunt. sic enim præferunt Græci codices. Sic legit B CHRYS. & B. P R O S P. INNOMIN. EVCH. locis citatis. sic PROC. & CYRIL. sic omnes veteres patres. Neq; scio cur tantum liceat in translationem, & cur expungant quę volunt pro arbitrio nostri, ex eorum translatione. Nam in Biblijs Complutens. expuncta ex translatione LXX hæc duo verba sunt, neque licere deberet tantum in cuiusquam opus, tantum abest vt in LXX translationem hoc oportuerit licere: faciunt enim, vt ostendi, paraphrasim LXX viri ex alijs scripturę locis, & addunt verba de suo, quę citat Spiritus sanctus: & sic hoc loco fecere paraphrasim ex superiore loco Esaię, vbi Christus dicitur lapis angularis pretiosus, vt ostenderent magos euangelizatos, lapidē illum pretiosum angularem, de quo supra dictum est, & de quo D. Petrus vt idem hoc, & illo loco significari ostendant. Vertè ergo, Euangelizabunt lapidē illum pretiosum, lapidē illum angularem] & ne ignorare posses quē lapidē dicerent addidè: Salutare Dei. Sic enim appellant semper Christum. Nam cum Hebræicè legatur: Euangelizabunt laudes Dei, quod visa scilicet sit stella in oriente, quod veniant adorare Dominū, vbi Christus dicitur Deus, nam Hebræicè legitur *יהוה*, vt sit, Laudes Dei euangelizabunt. vide tu quę euangelizauerunt. Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vide laudes. Vides enim stellam eius in oriente: aduerte in euangelio dici, Regem Iudæorum, apud Esaiam iehouah: admirare nunc LXX viros, qui iehoua interpretantur. i. Christum, regem Iudæorum, vbi Christum Deum esse declarant, quippe paraphrasi tua admirabili, cum iehoua. i. Deum, interpretantur salutare Dei, quem euangeliā regem Iudæorum nominant. Et quod Hebræicè dicitur: Laudem Dei euangelizantes admirabili etiam quadam paraphrasi interpretantur sic. i. euangelizabunt lapidē pretiosum, Christum. f. & euangelizabunt laudes Dei. i. salutare Dei: sic enim LXX seniores, & euangeliā appellant Christum, nempe laudes Dei interpretantur Christum, quod per Christum maiestatem Dei laudant angeli atque archangeli, & cum eis ecclesia catholica, vt dicitur in sacris mysterijs. Tecum cogita, an immeritò D. Augustinus & alij veteres patres, hæc talia scholia afflatu Spiritus sancti facta esse testentur. D. Hieronymus obscurè hæc vertit, interpretaberis sic translationem D. Hieronymi. Annunciantes, id est, euangelizantes: laudem Domino. i. laudes Domini, quod viderint stellā eius in oriente.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

D Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi, offerentur super placabili altari meo, et domum maiestatis meę glorificabo.

Et omnes oues Cedar cōgregabuntur tibi, & arietes Nabaioth veniēt tibi, & offerentur acceptabilia super altari meo, & domus orationis meę glorificabitur.

H Vnec locū D. Hier. in comment. interpretatur de cōuersione Gentium ad fidē [Omne pecus cedar] vel vt LXX reddidè [oēs oues Cedar] i. populorū qui habitabāt in tenebris, id enim significat cedar vox Hebræa, à cadar, verbo Hebræo, quod Latinè sonat noctescere, obtenebrescere, obscurari. Congregabuntur tibi, vel adducuntur tibi: Græcè, adducētur tibi,

ad te, o ecclesia, ut conueniat cum illo Ioann. 10. Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, ubi penè eadem verba Græca leges, quæ hoc loco sunt in translatione Lxx, excepto quòd pro Cedar. i. tenebrarum apud Ioannem est, quæ non sunt ex hoc ouili, erant sanè populorum qui ambulabant in tenebris. [Arietes Nabaioth ministrabunt tibi] ubi uerbum Hebraum satis indicat non intelligendum esse de arietibus, nam אריה, uerbum Hebræum, quod hoc loco est, significat ministrare ad altare Deo, & fungi munere sacerdotum, tu ipse tecum cogita, an hoc referri possit ad arietes, & an arietes fungantur munere sacerdotum, & tu dispice quomodo interpretari debeas, arietes Nabaioth, אריה נבאיות, i. ministrabunt tibi ut sacerdotes. Certè uerba Hebræa indicant explanandum hunc locum de ouibus, de quibus tam frequens mentio in euangelio est. Sic enim Dominus suos sancti per appellat, oues. ut in illo: Pasce oues meas: Ego mitto uos, ut oues inter lupos: Ite ad oues quæ perierunt, inter has oues qui excellunt arietes nominantur ab Esaiâ, & dicuntur arietes Nabaioth, illius prouinciæ, ut intelligas doctores ecclesiæ. Nam אריה, nebaiot, quod Hebraicè est, prophetias significat, ut arietes nabaioth, sacerdotes explanantes scripturas intelligas. Quid enim est aliud, arietes prophetiarum, quàm sacerdotes qui interpretantur prophetias? & est allegoria mista, de qua supra dictum est ex August. & Hilario, & ex Quintil. cui perpicuitatis causa admiscetur ueritas, ut rei intellectus pateat. Cùm enim de ouibus & arietibus dictum est: quæ allegoria erat, ut liqueat non de ouibus aut arietibus intelligendum, ueritas mista est. Subiecit enim propheta אריה נבאיות, i. ministrabunt tibi, & fungentur sacerdotis munere, ubi legis translatio significatur: si enim iuxta legem Moysi, sacerdotes non poterant esse nisi è tribu Leui, nunc cùm ministraturi dicantur ex cedar sacerdotibus, translatio legis significatur, cùm tralato sacerdotio, quod supra pluribus dictum est ex Paulo, legis translatio fiat. Senferè hoc claudæ & Iudaizantes, qui non uertunt ut D. Hierony. & Lxx uari[arietes Nabaioth] sed [cū arietibus Nabaioth] ut sit: Ministrabunt tibi sacerdotes cum arietibus Nabaioth. Nam illorū hic scopus est, ut peruertant scripturæ sensa sacra, sed hic sacerdotum nulla mentio, unde malum interpretantur, ministrabunt tibi, & subaudiunt sacerdotes, tantum præcessere oues & pecudes, & nationes infideles uenientes ad fidem. Hæ igitur gentes infideles ministrabunt ad altare Domino, & munere sacerdotum fungentur. Si subaudire licet quæ uoles, quid uis facile facies, & sensa scripturæ quolibet erit, detorquebis. Nec scio cur D. Hieron. moretur Iudeorum ineptias, & cur in refutandis illis operam sumat perdere. Si enim hæc literaliter interpretere, & non metaphoricè, sed propriè omnia, homines ut nubes uolabunt, & ut columbæ uolabunt ad fenestras suas, & exuent hominum naturam in Christi aduentu, columbæ fient in columbario, nempe quòd melior columbarum conditio quàm hominum sit. apagè fabulas ineptas Iudeorum: ut ait ATHAN. qui sic interpretaretur, uel tenuissimum poemâ, inter doctos indoctissimus haberetur, & se doctos iactant, qui sic sacras literas interpretantur. Idem D. Hieron. in commentarijs, illa quæ priore editione uerterat: Offerentur super placabili altari meo, magis conuenienter Hebræe lectioni, sic putat potuisse uerti, Offerentur super placabili altari meo, ut de ouibus Christi intelligas, & de ouibus euangelij, quæ super altari Domini offerunt quotidie uictimam acceptissimam Eucharistiæ sacrosanctæ, & uerbum illud, placabili emphasim habet: dies enim Christi dicuntur tempus acceptabile, & dies salutis: & uerbum Hebræum, quod hoc loco est, de temporibus Christi dici solet. Igitur priorem editione D. Hierony. mi sic interpretaberis: Offerentur super altari meo, sacerdotes, s. quos arietes nominauit, quia dum offerunt sacratissimam eucharistiam, se quoque offerunt: Hoc planè dixerunt Lxx: Offerentur acceptabilia super altare meum. nam Christus solus fuit acceptabile sacrificium Deo, unde apertè hoc de sacramento eucharistiæ sacratissimæ dicitur. Sequitur [Domū maiestatis meæ glorificabo] quod Lxx edidit [domus orationis meæ glorificabitur] eodè sensu. Vide an hoc possit intelligi de Iudæorū templo, quod M. D. ante anno dirutū, & solo æquatum est. Vide quàm sit glorificata domus illa, ut necesse habeas oculos cōuertere ad ecclesiā, quæ domus orationis dicitur, quæ tantoperè est glorificata, ut totum occupauerit orbem.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Qui sunt isti qui ut nubes uolant, et quasi columbæ ad fenestras suas?

Qui sunt isti? ut nubes uolāt, & quasi columbæ cum pullis.

Verbum

Verbum Hebraum אריה נבאיות, uerbi potest, ad fenestras suas, ut reddidit D. Hierony. quod אריה נבאיות, cataraçta est siue fenestra, cum alijs punctis significat multitudinem, ut docet R. Ionah. & putat esse noe pheth à אריה, deducens & ita uertere Lxx uiri [quasi columbæ cū multitudine pullis suis] pro quo posuere eum pullis suis: quæ translatione id fecerunt, iam dicendum erit. Sic uertere Lxx uiri totam hanc orationem, Qui sunt isti? interroganter, & postea per admiratione [ut nubes uolant] admirantur quosdam uolare ut nubes, quod de apostolis dictum est, quæ de re lege, quæ scripta sunt in cap. 5. in illa uerba, Nubibus madabo ne pluant super illam imbrem, sicut prædicatores euangelij pluuia cælesti fidelium animos irrigant, & fructus uerborum edere faciunt, & postea quasi columbæ cū pullis suis, quibus uerbis designantur apostolicum fidelibus, quos ad fidem uocant de quibus Dominus: Estote simplices sicut columbæ, & sub specie colubæ descendit spiritus sanctus super fideles, unde non mirum si columbæ uocentur, uenient cum pullis, cum his. s. quos ad fidem uocauerit, quos in Christo genuere. hæc omnia per admirationem leguntur apud Lxx uiros, post primam illam interrogationem, Qui sunt isti? uolant ut nubes, sicut columbæ cum pullis suis] TERTIUS aduersus Marcionem lib. 3. per ascensum ad cælestia regnantes miratur propheta dicens, uolant ueluti qui sunt milui, ut nubes uolant & ueluti pulli columbarum, ad Deum. s. auferentur enim ut nubes secundum apostolum, Christo. s. in nubibus ueniente iohuam Domino. Idem TERTIUS aduersus Marcionem lib. 5. hunc locum etiam explanat de eorum in cælum ascensu, qui mortui in Christo primi resurgunt, quod in nubibus auferentur in aera obuiam Domino, ut propheta hoc loco describat angelos mirari hos primū ascendentes ut nubes & dicere, Qui nam huc uelut nubes uolāt? tanquam columbæ cum pullis ad nos? AMBROSIUS de fuga seculi cap. postremo in fine, mortis Christi similitudine consensu imaginem uitæ eius assumpsimus, a se gratiæ spiritalis accepimus, sic igitur uolāt ut dicatur de uobis [qui sunt isti, qui ut nubes uolant? sicut colubæ cū pullis suis] ut nebula uestire rorent iustitiam & columbæ pariant simplicitatem, sic festinate ut dicatur de uobis, leues facti sunt super aquilas, aliquanto secus officiorum lib. 3. ubi inquit, Habet anima suos uolatus unde Esaias: qui sunt isti, qui sicut nubes uolāt? quanto enim ad altiora se tollunt tanto expeditius sine ullo terrenæ facis impedimento feruntur: supra mundum enim iustitia est, castitas, bonitas, sapientia, discarnas ergo in hoc mūdo supra mundum esse, & si corpus gerimus, uolitet in nobis animus uolucris. Hinc opinor Platonem in Phædro. mutuatam illud de anima, quæ cum exiit perturbationes partium ratione carentium, cum se conformat ad exemplum omnium uirtutum producit è sese pennas quibus in cælum tollitur, inhians rebus cælestibus. Translationem D. Hieronymi explanat GREG. super Ezechielem homilia 18. multis uerbis, ubi prædicatores nubes appellari ait, quia uerbis pluunt, miraculis coruscant, qui uolare dicuntur ut nubes, qui in terra uiuentes, altius sese terra gerūt. Hos cum uideat propheta nihil in terra quærere, nihil possidere, non appellat eos homines per terram ambulantes qui ad fenestras suas uolant, ad oculos suos, ut nihil in hoc mundo concupiscant, oculos enim appellat fenestras quia per ipsos anima spectat, & columbas appellat. i. simplices, & uolare ad fenestras. i. per fenestras spectare cælestia, quæ per uolatum significetur, & idem repetit D. GREG. in euangelia homilia 5. THEOD. in canticâ interpretas illa: Surge ueni propinqua mea: Esaias inquit longe ante prospiciens sanctos apostolos tanquam aligeros quosdam uniuersum terrarum orbem peruolantes, eorūque discipulos & auditores eos sequentes quasi pullos quosdam magna uoce clamat [qui sunt isti qui ut nubes uolant & quasi colubæ cum pullis suis] ad fenestras suas] AMBROSIUS. li. de Isaac & anima cap. 4. docet nos, prophetas appellari fenestras per quos Dominus ad genus humanum priusquàm ipse in terras descenderet, locutus est. & nunc si qua eum anima multum requirat uidet eum salientem ad se uenire, & prospicientem per anigmata prophetarum quasi per fenestras prospicientem, nō quasi presentem. Ergo sanctæ animæ, fidelium uidentur uolitare purissima uita & simplicissima, quam illustrat Deus scripturarum intellectu: ad fenestras, ad prophetias per quas quasi per fenestras uidetur Deus & per anigmata non facie ad faciem, ut uidebitur in patria.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Me enim insulæ expectabunt, & naues maris in principio, ut adducam filios tuos de longe. argentum eorum, & aurum

Me insulæ expectabunt & naues Tharsis in primis, ut adducant filios tuos de longè, & argentum, & aurum

Lll 5 aurum

rum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israel quia glorificauit te. Et edificabunt filij peregrinorum muros tuos & reges eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea percussite, & in reconciliatione mea misertus sum tui.

Videtur hic Christus loqui præcipue iuxta translationem Lxx virorum, ait enim [Me insula expectabunt] vel si melius vertere voles: Me insula expectauerunt, fuit enim expectatus à gentibus Dominus, quod multis vaticinijs prophetarum est præsignificatum: & [Naues Tharlis in primis, quia vt dictum est supra in fine cap. 19. in annotatione in illa verba: In die illa erit Israel tertius, populus gētium primus introijt in ecclesiam, quæ erat ex paucis fidelibus, & cum introijt plenitudo gētium, agminatim, & cateruatim intrant iudæi, in fine seculorum intraturus est Israel omnis. Naues, itaque Tharlis, & insula inter primos fuere hoc est populus gentium, postremum locum tenuit Israel, & primi fuere nouissimi, & nouissimi primi, vnde D. CYRILL. in Genesin lib. 11. in illa verba: Cūque iacob surrexisset profectus est in terram oriētis, iacob, inquit, vmbra fuit populi Christiani, de quo Dauid, Populus qui nascetur, quæ fecit Dominus, iacob fratrem supplantauit, populus qui natus est per fidem in Christum dignitatem illam primogeniti filij adeptus est, ac primum Israel em supplantando longè propulit, nam qui caput erat, hoc est primogenitus cauda factus est, & qui ante alios factus est, sequax nunc aliorum est, in dorso enim positi sunt & post gentes incedēt, hinc populus Christianorū iacob. i. supplantator, recte appellatur quod supplantauit iudæorum populum, & a tergore liquit. Hæc Cyrillus insula ergo & naues in principio, vel, vt vertere Lxx in primis, aut inter primos. i. nationes principem locum tenebunt, vt adducant filios tuos de longè. i. vt vocent multos ad fidem, & faciant filios ecclesiæ multos, & populos longè summos afferant ad ecclesiā. Argētum & aurum cum eis] apportent ad ecclesiam. i. omnium virtutum ornamenta omnes artes, omnes disciplinas, ancillas ad arcem. f. Varia igitur hic genera virtutum in ecclesiam apportanda dicit propheta, cum filijs ecclesiæ ex gentibus, vt vario ornamento spiritali versicoloribusq; vestibus præfulgēs ecclesia vndiq; niteat, fiatq; illud quod diuinus psaltes cecinit, Adstitit Regina à dextris tuis circumamicta varietate. Quod D. Hieron. vertit: Qui glorificauit te] & Lxx [propter sanctū Israel gloriosum esse] Hebraicè est אֱלֹהֵינוּ. i. quia glorificauit te, vel si aliter dispūgas, Quia gloria tua: & si lux scripturarū euangelicū est à D. Luca explanatur hic locus de Christo cum inquit: Nunc dimittis seruū tuū Dñe, quod viderūt oculi mei salutare tuū, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Quod enim Esaias dixit, & expectationem gētium fuisse, aut ecclesiarum ex gentibus, Lucas, paratum ante faciem omnium populorum, & lumen ad reuelationem gentiū dixit, & hoc postremum apud Esaiam quod vertere posses: quia gloria tua. i. quia Christus est gloria tua. ò Israel D. Lucas dixit, Gloriam plebis tuæ Israel. Ergo si lēctionem Hebræam interpretari velis ad lucem euāgelij, D. Lucæ quod vertit Hieron. [Qui glorificauit te] reddes vel interpretabere [quia gloria tua est]. f. explanabis gentes & nationes venient ad ecclesiā & apportabunt aurum & argentum. i. omnia animi sui bona, omnia virtutum & disciplinarum ornamenta, nomini Dei tui, ad Deum tuum & sancto Israelis. i. Christo qui glorificauit te qui gloria tua est, vel propter nomen sanctum tuum hæc quæ dixi adducētur ò Deus omnipotens, & propter sanctum Dei gloriosum, propter Christum. D. HIERON. Carnaliter, & spiritaliter hunc locum intelligi posse docet de Christi ecclesia, cuius muros Romani, & nationum principes ædificant, & toto orbe statuunt templa: spiritaliter quoque nationes ecclesiam ædificauerunt, nam toto orbe terrarum à nationibus fundata ecclesia est. de Hierosolymis hoc intelligere non potes, quæ per mille quingentos annos æquata solo facit, cui tantum abest, vt reges ministrent, vt vel vilissimis calombus fuerit ludibrio. sensus igitur huius loci est vrbem ædificandam esse à nationibus, vrbem inquam illā supra montem positam. i. ecclesiam fundatam super Christum, qui est ille mons magnus apud Danielem, cuius muros ædificarūt peregrini, vel alienigenæ

aurum eorum cum eis propterno A
men Domini sanctum, & propter
sanctum Israel gloriosum esse. Et
ædificabūt alienigenæ muros tuos,
& reges eorum assistent tibi. Pro-
pter iram meam percussite, & pro-
pter misericordiam dilexi te.

A nigenæ. i. nationes, super fundamenta illa 12. in quibus sunt nomina duodecim apostolorum agni apud Ioann. apocalyp. cap. 21. super iaspidem, & sapphirum, smaragdum, reliquosque duodecim preciosos lapides. i. super duodecim apostolos super quos apostoli viri fundati muri sunt ecclesiæ, vt Ioannes loco citato interpretatur. Quod autem subiicit [& reges eorum ministrabunt tibi] dixerunt Lxx [Et reges eorum assistent tibi] quod Ioannes paulo infra dixit, Reges terræ ferent gloriam suam, & honorem in illam. Significatur igitur vocatio gētium quæ ecclesiam est ædificatura & quanquam THEOD. aliò refert illud capitis 24. secretum meum mihi, secretum mihi: quod Lxx vertisse videtur vt apparet ex THEOD. in psalm. 65. in illa verba venite, audite, narrabo vobis & rursus in illa verba: Si dormiatis inter medios clericos: in psalm. 67. mysteria mihi & meis: quod notandum summo pere est vt translationem Lxx virorum, quæ illo loco vitata est, ex Theodoro castigas, quanquam ergo Theodoretus alio refert, ego ex antecedentibus & consequentibus illud [secretum meū mihi vel mysteria mea mihi & meis] illa mysteria puto significari, quæ Paulus docet factam occæcationem in iudæis, vt plenitudo gētium intraret & ædificaret ecclesiam, vt dicat illa mysteria propheta, & illud secretum sibi & fidelibus dicat referuata. Nam si iudæi hoc sensissent vt docent veteres patres flammis aboleuissent scripturas. [Indignatione mea] vel vt edidit Lxx [Propter iram meā percussite] irrogauit tibi pœnas, quod exasperasti me tuis peccatis, cum per hostes tuos Assyrios, & Babylonios vastitatem inuexi tibi, & aucta captiua es in Babylonem, & alia de te sumpsi supplicia, sed tempore acceptabili meo, vel, Tempore quod ego feci acceptabile per Christum, vel tempore quod ego Christus feci placitum, & acceptabile patri, hoc enim verbum Hebræum proprie, significat, & sic D. Paulus interpretatus 2. ad Corinthios cap. 6. in tempore placito exaudiui te, hoc ergo tempore misertus sum tui. Hieronymus vertit optimè [in reconciliatione mea] vt sint verba Christi. i. quando ego genus humanum patri reconciliaui per passionem meam. profectus sum te magna misericordia, infinita scilicet, cum Deus homo factus pro genere humano passus est.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et aperientur porta tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges eorum adducantur. Gens enim & regnū quod non seruiert tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur.

Et aperietur portæ tuæ semper, die & nocte non claudentur, vt introducant ad te potentiam gentiū, vel exercitum gētium, & reges ductos. Gentes vero & reges qui non seruiert tibi, peribunt, & gentes solitudine desolabuntur.

Diuus Ioannes in Apocalypsi huius loci fecit, pulcherrimam paroden cap. 21. Cum enim de ecclesia militanti dicat Esaias [Et aperientur portæ tuæ iugiter, vel semper, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium] vel exercitus gentium nam, אֲרִי, exercitum significat, & fortitudinem, & significantius exercitum vertes, est enim sermo de catholica ecclesia, cuius valuas significat propheta nō claudendas vsque ad fines seculorum, vt introcant exercitus omnium nationum in ecclesiam: nam vsque ad fines seculorum nullum tempus intermittent nationes qui in ecclesiā introcant quod infra præsignificabit Esaias. Idem ergo est exercitus gentium, quod plenitudo gentium, cum dicitur, plenitudo gentium ecclesiam intratura: & sic quoque vertere Lxx cum reddidit *divinus*. i. exercitum, male vertit interpres potentiam. Nam quod Hebraicè est, אֲרִי, & quod D. Paulus dixit: plenitudinem gentium ecclesiam intraturam. & quod verterunt Lxx *divinus*, eiusdem sensus sunt omnia, sed hoc inquam quod Esaias de ecclesia militante dixerat, parode pulchra facta, D. Ioannes ad ecclesiam triumphantem retulit, cuius portas nō claudendas dixit per diem, & quod nullam mentionem fecerat noctis, cum Esaias dixerit, Non claudendas die neque nocte, ad id verbum Esaiæ alludens subiicit, nox enim non erit illic, quasi diceret, dico nō claudendas per diem, & non vt Esaias per diem, ac per noctem quod in ecclesia triumphante vnus erit dies, isque sempiternus, quem nulla vnquam clauerit nox. Et pro eo quod Esaias dixerat de ecclesia militante [vt afferatur ad te exercitus gentium] dixit Ioannes de triumphantem, & afferent gloriam, & honorem gentium in illam, quod exercitus gentium sint intraturi in ecclesiam

ecclesiam militantem, in triumphantem vero horum lectissimi, non omnes, dicitur enim gloria, & honor gentium introducet in illam. i. quod lectum erit, quod multi vocati sunt pauci vero electi: non inabit in eam aliquid coinquinatum, & c. Deinde: Reges & principes in ecclesiam ait venturos propheta, eosque qui non venerint, perituros morte, intellige sempiterna, & illorum loca futura vasta, omni fructu virtutum desitura & pluuia caelesti, & fructu spiritali. Sic hoc CYRIL. & D. HIERON. & PROCOP. B. PROS. de promissionibus Dei parte, promissione. 36. quod reges inquit Christum & ecclesiam persequentes ad Christum adducuntur dixit Esaias gentes & reges qui tibi non seruiert, peribunt, Vnde puto esse illud Domini: Qui crediderit saluus erit, qui non crediderit, condemnabitur. id est enim peribunt reges & gentes, qui non seruiert ecclesiae, quod qui non crediderit condemnabitur. postremum vero illud [gētes solitudine vastabitur] ad Iudaeos referendum puto, si quidem euentus optimus scripturae interpres, qui Canon scripturae est interpretanda & Iudaeos appellari gentes post crucem Domini centies dictum est supra. facta est enim commutatio ut gentes mutatae sint in populum Dei & populus Dei in gentes exclusus ab ecclesia. haec ergo gentes. i. Iudaei mutati in gentes desolabuntur, quod factum est sub Vespas. & Adriano. AVGVST. de unitate ecclesiae lib. 1. cap. 7. haec postrema verba aliter legit & explanat, postquam enim interpretatus esset illa, reges qui ecclesiam persequerentur venturos ad ecclesiam & adiutores ecclesiae subiecit. Sed quia multi eorum in suis iniquitatibus morituri erant, adiungit, & qui desolauerunt te, discedent. intellexisse credo gentes. i. qui perstiterint gentes infideles esse, desolabuntur, peribunt morte aeterna ut explanat D. Hieronymus.

D. HIERONYMVS.

Gloria libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meae, & locum pedum meorum glorificabo.

ORIGEN. in Ioannem explanat hunc locum, in illa verba: At ille dicebat de templo corporis sui, & explanat sequentia omnia ut iam dicemus. Prius tamen lectorem admonbo, multos nomine Christiano Iudaismum potius sequi quam Christianismum, quod eo dixerim quod marginibus ORIG. vbi hunc locum explanat & Iudaeos & Iudaizantes refellit, quod haec ad auream Hierusalem referant: ostenditque haec, & quae sequuntur litteraliter de terrena Hierusalem accipi nullo modo posse, sed de caelesti Hierusalem quae aedificatur viuis & lapidibus. Iudaizantes inquam pro responso, Origenis marginibus adscribunt glossulas, quibus Hieronymus, quod Origenem sequatur, vituperat. Origenicum appellatur, quidquid spiritaliter enodatur & non carnaliter, iuxta sententiam Iudaeorum. Miror cur non vituperari homo eruditus & Christianus Ioannem euangelistam quod Apocalypseos cap. 22. haec omnia de caelesti Hierusalem interpretetur: sed bene est, iam audent Hieronymum vituperare, & sectatorem nominare Origenis quidam ex nostris. Nam Iudaizantes editis nouis translationibus praeseferunt sibi non placere translationem D. Hieronymi, neque Lxx virorum: & dixi, punctis velut obelis editionem Hebraeam plurimis locis confodere, tanquam parum fideliter versam a D. Hieronymo, nescio quo praetextu, clam ne pensentisciret princeps ille clarissimus, qui inter caetera monumenta, quae ei sempiternam gloriam parient, illud non in postremis numerandum edidit, quod biblia Complutensium quatuorve linguarum typis excudenda curauit. Sed hoc mitto quidam ex nostris iam D. Hieronymum Origenicum appellant vsque ad huc reliquos omnes doctores ecclesiasticos non admodum reuerenter tractabant. Si cites Ambrosium dicere solent, Omnia compilat ex Origene: si Hilarium, hunc vituperat, inquit, D. Hieronymus. Si Augustinum, contrahunt frontem: Graecos in vniuersum damnant. Age personam his detrahimus, quaramus ab his, num aliquis Ecclesiae doctor illis placeat? se aperiant, & prodant, qui sint. Si nemo ex doctoribus ecclesiae placet, non placet ergo D. Paulus, qui dedisse ait spiritum sanctum quosdam prophetas, quosdam apostolos, quosdam vero doctores. Sunt ergo doctores ecclesiae dono spiritus sancti dati ecclesiae & qui hoc non recipit, Christianus non est, si recipit, omnes eiusdem sententiae sunt, & spiritaliter litteras sacras interpretantur iuxta illud Pauli: Lex spiritalis est, nullus ex doctoribus sacris antiquis ita interpretatur scripturam ut congruat cum

LXX VIRI.

Gloria libani ad te veniet, in cyparisso, pinu, & cedro, simul ut glorificent locum sanctum meum, & locum pedum meorum glorificabo.

Agruat cum Iudaeis, nisi in historijs & ceremonijs. Mittant ergo posthac, si Christiani sunt singulos doctores sacros, cum citantur, contemnere, hunc hac causa, illum illa. Fatentur doctores esse ecclesiae, ne palam aduersentur Paulo in vniuersum, singillatim non magni pendunt. Sed age cum eis argumentis disceptemus, quia iam D. Hieronymus in eundem ordinem redigunt, quod haec & similia non interpretatus sit de terrena Hierusalem, & percontemur primum ab his bonis viris, quibus tam placet Iudaismus, ut mittat superiora, quae multa sunt, quo modo aedificata sint muri Hierosolymorum a peregrinis, qui per tot annos diruti iacent: quo modo die ac nocte Hierosolymorum portae non claudantur? cum millesimo quingentesimo ante anno deflagrarent, & per tot annos iaceant vasta. Quo pacto exercitus gentium, & reges adducantur Hierosolyms, quae non extant? Rogabo hos Iudaeorum tam propicios fautores, qui vel D. Ioanni aduersari sint parati, ut faucant Iudaeis, ut illud edisserant quo modo vasta sint regna, quae Hierosolyms non seruiert, si quidem negant spiritaliter haec intelligenda, & Origenem rident, quod Iudaeos & Iudaizantes derideat, qui haec ad Hierosolyms referant, quae solo aequata videamus & nationes, quae vastitatem urbibus Iudaeae intulerunt, florere opibus, & armis. An hii viri optimi expectant auream Hierusalem cum Iudaeis & millenarijs? I nunc, & illis fidem habe, qui doctores sacros Latinos, Graecosque contemnunt, admirantur Iudaeos, Hebraeam inquit, linguam, ignorabant sacri scriptores, Graeci nihil ex testamento veteri prorsus sciebant, Latinos scriptores sacros, hunc alia, alia rursus illum causa non magni faciendum putant. Neque Paulum audiunt, qui docet donasse spiritum sanctum ecclesiae sacre doctores. Verum est ergo sub pelle ouium delitescere lupos, & leones immanes. Neque enim tantum ijs marginibus de quibus dico, sed veterum patrum marginibus adscriptae sunt glossulae quae Iudaismum sapiunt quoties aliquid spiritaliter explanatur, quod litteraliter nullo modo intelligi possit, qualia sunt ea quae supra sunt dicta, & quae hoc capite dicuntur multa, quae ostendit Origenes litteraliter accipi nullo modo posse nisi putas serpentes laudaturas Dominum & bestias agri, & futuras vocales: & loca deserta venenatis infesta animalibus, fluijs & fontibus fore irrigua, & vernatura floribus, & folijs, & non interpreteris, ut interpretantur veteres patres, & nisi forte putas humilia attollenda in montes, & montes sublimis subfessuros in planitiem, quoties aliquid huius modi est in interpretationibus patrum videas marginibus adscriptas huius modi adnotatiunculas: litteram destruit: Origenicum hoc est: discedit a litera aliaque huius notae. Vbi manifestae sunt metaphora, & similitudines cum docuerit D. Paulus legem esse spiritalem: Dixerit Dominus, opinor apud Oseam prophetam, In manibus prophetarum assimilatus sum. i. loquutus sum per similitudines, & parabolas in veteri testamento. Ipsi nullam agnoscunt similitudinem: ipsi omnia exigunt ad verum litteraliter: ut si propheta dicat plana assurrectura in montes, hoc expectent, ut assurgant in montes plana, & ut mutetur natura rerum. Interpretationes patrum rejciunt tanquam indoctas. Quicumque non ita interpretatur scripturas, ut admisceat aliquid Iudaismi, Origenes est illis, sic enim omnes patres appellant, a quibus libenter peterem, si quoties ea quae sunt huius notae Origenica dicunt ut aliquem ex veteribus doctoribus citet, qui non ita explanet, quod si cum Origenem nominant, veteres patres nominant, & vno nomine omnes damnent sacros scriptores antiquos, probant Iudaeos, palam agant, & se prodant, ne nostrorum armis induti bella nobis inferant. Sed ad rem redeamus & verba prophetae explanemus.

D

D. HIERONYMVS.

Gloria libani ad te veniet, abies & buxus & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meae, & locum pedum meorum glorificabo.

LXX VIRI.

Gloria libani ad te veniet in cyparisso & pino & cedro simul, ut glorificent locum sanctum meum, & locum pedum meorum glorificabo.

Varietatis, quae est in translatione Lxx virorum, & interpretatione D. Hieronymi, haec causa est, quod & Latine & Graece non solum Hebraice arborum nomina piscium, lapidum herbarum, similiaque, ignorantur & scriptores de significatione huiusmodi vocum dissentiunt inter se, videas Rabinos de harum vocum interpretatione inter se dissidere & alios interpretari ut D. Hieronymus, alios, ut Lxx seniores. D. Ioanes apocalypseos cap. 21. haec videtur interpretari cum sponsa agni ostenditur Ioanni, & vrbs magna demittitur de caelo a Deo habens gloriam Dei

riam Dei & lapis pretiosissimus lumen eius, & murus eius fundamenta duodecim habens scripta nominibus duodecim apostolorum agni, & muri ædificatio iaspis, & zapphirus, calcedonius, smaragdus ceteræque gemmæ, quas eisdem in Esaiâ & D. Ioanne reperies, ne credas Origenianum esse si quis ita explanet ut D. Hieronymus explanat, non Origenianum est, sed apostolicum. Compara hæc cum his quæ dicit Orig. & manibus prehendes quam merito ORIG. in Ioanem in illa verba: At ille dicebat de templo corporis sui, Iudaizantes & Iudæos reprehendat, qui hæc litteraliter accipiunt de templo Hierusalem, his verbis, Nisi tragicè atque Iudæorum more intellecturi sumus has promissiones Esaiæ, nec nos esse hoc templum, sed populum Iudæorum rediturum esse in Iudæam, atque lapidibus pretiosis Hierusalem ædificandam esse: quæ minus bene ab interprete versa videntur: quod Origenes ergo & eum sequutus B. Hieron. Iudæos & Iudaizantes arguit, quod expectent reædificandam auream Hierusalè & qui hæc interpretentur ut D. Petrus & D. Paulus de cælesti Hierusalem quæ ædificatur viuis lapidibus, inuruntur nota glossulis, marginibus authorum à Iudaizantibus adscriptis, cum planè & apertè D. Paulus & D. Petrus templum & cælestem Hierusalem de viuis lapidibus dicant ædificandam; & D. Ioannes hos viuos lapides gemas iaspides, zapphiròs cum Esaiâ nominet, & apostolos esse & fideles digito monstrat. EVSEB. Cæsarien. lib. 6. euangelicæ demonstrationis cap. 18. interpretans vineam dilectam Deo & montem Oliueti, Primum inquit, Deus vineam consecuit. Sed pro vna vinea illa tulit spinas, quibus Dominum coronauit; pro iustitia, tulit clamorem, dum magno tumultu perfonat, tolle tolle, crucifige crucifige, vnde merito Dominus maceriem diruit, vastandam tradidit hostibus, alium sibi constituit agrum, montem Oliueti inquam, quod olea miserationis signum est, & quod magna Dei miseratione consistat à Domino ecclesia sit arboribus viridantibus hoc est animis sanctissimis, quæ instar olei cælesti lumen concipiunt, & flammæ spiritus sancti & conferuent, vnde illud ego tanquam oliua fructifera in domo Dei, vnde mons Oliueti de regione erat Hierosolymis. & apud prophetam cum describitur gloria Domini, deserens Hierosolyma & migrans de templo Domini, in montem Oliueti commigret. i. in ecclesiâ Dei deserto Iudæorum populo. quæ omnia cito citavi, ut appareat scripturam sanctos ecclesiæ viros oleas & arbores nominare. CYRILL. de spiritu & littera lib. 14. interpretans illud: Qui sunt in carne Deo placere non possunt, Carnes inquit appellat ut opinor carnis cogitationes, nec oportet nos tantum carnis desideria fugere, sed temperantiam, iustitiam, sanctimoniam, omni denique virtute excellere, tales enim perfectos apostolus appellat in omne opus bonum, quod scriptura exprimit similitudine animalium, quorum si scias naturas, varias descriptas tibi animalium similitudine sanctorum virtutes intelliges, quas assimilat etiam spiritus sanctus arboribus & plantis ex quarum vniuscuiusque naturali qualitate, si singula expendas & rerum naturas cognoscas, admiranda virtutum genera describi intelliges, quod Esaias significat cum fidelium virtutes & virtutum fragrantiam & suauolentiam, & admirabilem proceritatem, arborum similitudine ob oculos ponit, nec arborum similitudine solum, sed gemmarum & lapidum pretiosorum, berilli, sapphiri, smaragdi, eandem enim rem exprimit cum inquit, en ego præparo carbunculum, lapidem, fundamenta tua sapphirum] & adicit idem Cyrillus, Moris enim est sacræ scripturæ à Deo inspiratæ multis exemplis ipsique familiaribus maximè & notissimis, cælestia nobis significare, ut fermento, grano sinapis, & his, quæ de mundis & immundis animalibus precipiunt sacræ litteræ. Nam perspicuum est omnia animalia munda mundis esse, sed si naturas animalium penitus introspicias, agnosces quæ vitia hominum, quasue virtutes significant, vnde munda aut immunda animalia dicantur, quod ex illo conijcies quod immunda nominat prima & ab his abstinere iubet, quæ nemo appetit, quæque auerfantur omnes, ad quæ nemo est qui non se auertat, Camelum, Nyctioracem, Ascalabotè & his animalia foediora quod Dominus ostendit Petro cum dicens, Petre occide & manda, causanti Petro esse animalia immunda, respondit quod Deus mundaui ne comune dixeris. vbi planè Dominus interpretatur, quod ipse præceperat in lege veteri de immundis animalibus, cum per ea significauit Petro homines immundos, & se mundaturum eos dixit, his igitur satis liquet legumlatoris scopus, si lapidum arborum & animalium naturas fueris perscrutatus, intelliges quæ vitia, quasue hominum virtutes significant. Nam & vulgo dicimus, homo homini lupus & vafros vulpes appellamus, impudetes, canes, stupidos, asinos, beotias sues, & fumus Orator perniciosum hominem serpente venenatam appellat. ergo sensus est ut mos Libanus vernat arboribus, oleis pinu, cedro, & admirabilem quandam exhalat suauolentiam, sic ecclesiâ catholicam sanctissimis martyribus, castissimis

Astissimis virginibus, confessoribus splendidissimis, & doctoribus fulgentissimis vernaturam multo magis, quam loca amoenissima florû & arborum amoenitate vernant. THEOD. in psal. 1. in illa verba & erit tanquam lignum, Imitantur aquarum irrigationem spiritus sancti flumina, ut enim aquæ consistas arbores germinare faciunt, ita spiritus sancti flumina sunt causa, ut sancti diuinos fructus ferant, vnde Christus suam doctrinam aquam appellauit: Si quis sitiat veniat ad me, inquit: & significat postea Theodoretus, sanctos, qui scrutantur diuinas scripturas, quæ aquæ appellantur ratione supra dicta; arboribus comparari, quæ spiritus sancti fluminibus irriguæ se in cælum usque sustollunt.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi.

Et ibunt ad te timentes filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, omnes qui irritauerunt te.

Hæc de futuro sæculo prophetata esse docet ORIG. in Ioannem interpretans illa verba, At ille dicebat de templo corporis sui: & refutabat Origenes prius Iudaizantes, qui hæc referēbat ad auream Hierusalem. & B. PROS. de prædictionibus Dei parte 3. promissione 36. hoc loco significari putat quod gentes & reges qui Christum & ecclesiam persequebantur, ad ecclesiam humiles essent adducendi. D. Hieronymus [Venient ad te curui] interpretatur de ijs, qui non voluntate, sed necessitate fiunt Christiani. mihi magis placet interpretatio Lxx virorum, qui [venient ad te curui] interpretantur. i. supplices, timentes, accedent ad te reuenter suscepti de euangelica. Sic etiam CYRILL. Hæc eadem verba ferè reperies cap. 21. & 22. Apocalypseos de vita beata, & cælesti Hierusalem. Et adorabunt vestigia pedum tuorum, &c] .i. qui te blasphemabant, sic enim est Hebraicè, pro detrahebant. i. populi infideles, qui conuicia tibi faciebant, adorabunt vestigia pedum tuorum, vocati ad fidem, quod factum est post Christi tempora cum D. Mariæ, & Petro, & sanctis apostolis reliquis, & sanctis martyribus & virginibus erecta toto terrarum orbe sunt templa. Notandum Origenem loco citato, dum refellit Iudaizantes, præscribere Canonem illum, cuius supra sæpè facta mentio est, in explanandis sacris litteris seruandam esse scripturarum consonantiam, ut antecedentia. s. consequentibus congruât, ne in hæreticorum vitium incidamus, qui scripturæ non seruant consecutionem, & particulis scripturæ nos oppugnant ut supra dictum est.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et vocabunt te ciuitatem Domini Sion sancti Israel.

Et vocaberis ciuitas Domini Sion sancti Israel.

Dixi ORIG. loco supra citato hæc omnia ad cælestem Hierusalem referre. Sed Paulus ad Hebræos cap. 12. hunc locum citat & interpretatur, præpostere tamen, Accessistis ad Sion montem, & ad ciuitatem Dei viuētis Hierusalem cælestem. Nam si Paulus dixisset: Accessistis ad ciuitatem Dei, & ad Sion montem: hunc locum ad verbum citasset. Nam pro eo, quod Hieronymus vertit [Vocabunt te ciuitatem Domini] Hebraicè est [vocabunt te ciuitatem Dei] ad hanc ciuitatem accessisse nos ait, & ad Sion sancti Israel, pro quo Paulus ad Sion montem, reliquit verba illa, sancti Israel, quod subiecit, & ad testamenti noui mediatorē Iesum: quibus verbis interpretatur Paulus, quod Esaias dixerat [Sion sancti Israel] quasi diceret. i. Iesu testamenti noui mediatoris, & declarauit hunc locum intelligendum esse de ecclesia catholica, quæ ciuitas Dei dicitur. & Sion mons Dei viuētis: sic enim distingues [vocabunt te ciuitatem Domini] de ecclesia & vocabunt te Sion sancti Israel] i. Iesu mediatoris noui testamenti. Sion autem dicta esse Ecclesiam docet AVGVST. cum alijs locis plurimis, tū lib. 17. de ciuitate Dei cap. 16. quod Sion Latinè sonet idem quod speculatio quo nomine ecclesia appellatur spiritualiter, quod speculatur futuri seculi felicitatem, & illuc dirigit actus suos, & alia quæ adiecit. significat etiā Sion, titulum qui pro cruce Christi ponitur, quod est vexillum ecclesiæ catholice & triūphus, quo Dominus acris potestates triumphauit, ut docet ORIG. in cap. 16. Matthei tractatu 1. & dicitur ecclesia Sion mons, quod cum in terra sit, se in cælum attollit, & conuersationem habet in cælis. Significat etiam Sion siccitatem, & ariditatem quod ex nationibus infidelibus coaluit, quæ vocata

vocate sunt ad fidem, quas nationes infideles propheta, loca arida & sticulosa appellare solet, A quod nulla pluuia caelesti antea madebat, nullo spiritus sancti rore irrorabatur, vel quod igne spiritus sancti, qui est ignis consumens prauas cupiditates, & humanos affectus, exsiccat. Dilces etiam ex lib. 5. Iosephi de bello Iudaico, in colle, cui nomen erat Sion, olim tantum fuisse templum Domini, postea excisis rupibus aedificatas plurimas domos, & adiunctum collem alterum, in cuius vertice lata planities erat, & appellatam nouam urbem, nouam Hierusalem, illam quae aedificata est in colle Sio, adiuncto altero colle. & est Canon interpretandae scripturae, quae praescribunt omnes veteres patres, omnia gesta, & facta illius populi, legis nouae fuisse typos & umbras. Cum ergo antiqua pars urbis diceretur vetus Hierusalem, Sion diceretur noua Hierusalem, videtur esse typus nouae Hierusalem, quae sine muris aedificatur apud Zachariam, & quae attingit fines orbis terrarum. Si igitur adhibeamus Canonem illum interpretandae scripturae sacrae, quem praescribunt non solum nostri, sed etiam Rabini, vt docet ISIDOR. Clarius in commentarijs in caput 49. Geneseos vt cum vnum verbum Hebraeum multa significet, quae rei de qua agitur conueniant, omnia illa spiritum sanctum simul significasse putemus. appellauimus ecclesiam Sion. i. urbem nouam, Hierusalem nouam, cuius typus erat Sio, quae etiam vrbs noua dicebatur, & quod speculetur bona aeterna, & ea quaeratur, & quod mons sit altus, qui cum in terra sit, conuersationem habeat in caelis, & quod ex triumpho crucis sit nata, ex latere Christi lancea perfossi, vnde fluxere sacramenta, & quod vexillum habeat crucis Domini, & quod coaluerit ex siccitate. i. ex populo gentium, qui expers vsque ad illa erat omnis pluuiae caelestias & quod consumptis passionibus igni spiritus sancti, caelestia sapiat, non quae super terram. Notandum Platonem ex hoc loco sumpsisse illud 4. lib. de legibus vt urbem suam, qua constituit, urbem Dei viuientis nominaret, ea ratione quod vrbs, & reipub. ab eo cui seruit, sibi vendicet nomen, vt quae vrbes Hispano regi obtulerant, Hispani regis esse dicatur: quae Lusitano regi, regis Lusitani vrbes appellentur. nostra ergo inquit resp. cum Deo viuo & vero seruiat, cui sanus, & prudens qui sit, soli seruiet, ciuitas Dei viui & veri appellabitur, &c. quae adiecit eo loco Plato.

D. HIERONYMVS.

Pro eo quod fuisti derelicta & odio habitata & non erat qui per te transfret, ponam te in superbiam saeculorum, gaudium in generatione et generationem.

HAEc omnia de ecclesia dici, docet BASIL. in psalm. 4. in illa verba: Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei: & ei promitti sempiternam foelicitate: & ORIG. loco citato eodem modo interpretatur, & synodo Nicena 2. actione 6. EPIHP. haec verba de puritate ecclesiae interpretatur & idem significare putat quod illa: Tota pulchra es amica mea tota pulchra & macula non est in te: sed haec eadem verba repetuntur cap. 66. vbi ea copiosius ex D. Augustino & alijs sanctis patribus interpretabimur [Non erat qui per illam transfret] עובר, Latine reddi potest, transiens, & veniens, vt sit [non erat veniens] & subaudiunt Lxx viri, ad ferendam opem, non erat veniens ad ferendam opem, & ita edidere, non erat auxilium [Ponam te in superbiam saeculorum, vel in exultationem] nam Hebraice עולין וקנאות, quod verti potest, vt vertere Lxx, in exultationem saeculorum & in exultationem sempiternam. & postea פשוט דור ודור, i. in gaudium & latitiam, in saecula saeculorum, vel in generatione & generationem, quae omnia liquet de caelesti Hierusalem esse dicta. & sic Ioannes Apocalypf. cap. 21. & 22. haec ad caelestem Hierusalem refert.

D. HIERONYMVS.

Et fuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. Et scies quia ego Dominus saluans te & redemptor tuus fortis Iacob.

HAEc omnia ORIG. loco citato ecclesiae promissa putat, & ad caelestem Hierusalem refert. CYRIL. hoc loco praesignificatum putat cumulandam ecclesiam principum & regum opibus nemp quod

LXX VIRI.

Pro eo quod fuisti tu derelicta, & odio habitata & non erat auxiliium, ponam te exultationem aeternam, gaudium generationum in generationibus.

LXX VIRI.

Et fuges lac gentium, & diuitias regum comedes. Et scias quia ego Dominus saluans te, & erues te Deus Iacob.

A nempe quod sic Lxx viri sunt interpretati. Nam cum Hebraice sic ita vt vertit D. Hieron. ex duabus allegorijs Lxx alteram sunt interpretati, vt alterius pateret sensus, quod facere eos solitos, supra ostendimus, solere eos tropicis locutionibus, vt verbis Augustini vtar, veritatem miscere, quod hoc loco faciunt: explanant enim allegoriae partem alteram illam. s. [mamilla regum lactaberis] sic diuitias regum comedes. vt alteram quiuis intelligat, & videat sensum huius loci esse, ecclesiam augendam esse, Gentium & regum bonis, vt interpretantur CYRIL. & PROCOP. [Et scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob] dictum est Augustinum, Tertul. & alios patres hinc colligere aduersus Iudaeos, Christum Deum esse, quod ille crucifixus, ille sputatus, ille contumelijs affectus, resurgens deleuit Iudaeos omnes, ille chorus apostolorum contemptus, tractus per omnia pericula, mactatus tota die sicut ovis occisionis viderit orbem, & horum ecclesia regum & Gentium opibus & diuitijs sit aucta & cumulata, quod euentus ipse declarat.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Pro aere afferam aurum, pro ferro afferam argentum, et pro lignis aes, et pro lapidibus ferrum.

Pro aere afferam tibi aurum, pro ferro autem feram tibi argentum, pro lignis vero feram tibi aes, pro lapidibus ferrum.

Dixi ORIGEN. loco supra citato, dicebat haec omnia ecclesiae promissa esse, & de caelesti Hierusalem interpretari. Hunc locum mutatur PLATO ad verbum in li. 3. de Republica in fine, & sic explanat: Deus effector hominum, principibus reipublicae, qui caeteris praesse debent, miscuit pectori aurum caeleste. i. virtutes diuinas, vt alta quadam & excelsa mente essent, illis autem, qui hos adiuuarent in gubernanda reipublica, caeleste pectoribus induit argentum. i. praecleara virtutum ornamenta, etiam si substituerint infra dignitatem priorum: ferrum vero & aes miscuit agricolis, & alijs opificibus, qui reipub. seruiunt, & caetera quae adiecit. Addidit tamen eos quibus Dominus aurum & argentum caeleste pectoribus miscuit, contemnere debere terrenum aurum & argentum, neque loculos habere oportere, neque sequi opes. Vbi monachorum vitam descriptam reperies contra impios Lutheranos. Praesignificat Esaias futurum, vt pro aere afferatur aurum in aduentu Christi. i. pro hominibus probis & industrijs, fiant religiosi doctores, & praedicatores euangelij, & alij qui seruiunt mensae, & eleemosynas diuidant argentei homines, omni genere virtutum nitentes, vt nitet argentum, reliquamque plebem Christianorum imperitam & rudem: quae quocumque modo Christiana reipub. seruiunt, qui si non auro & argento praestant, i. virtute praesigni & admiranda, afferunt tamen in ecclesiam ferrum & aes, quae magnos quoque habent vsus in reipublica Christiana. Intelliges haec ita esse ex EVSEB. Caesariensi praeparationis euang. lib. 12. cap. quod eisdem exemplis vtitur Plato, quibus scriptura apud Hebraeos. vbi citat Euseb. Hieremiam prophetam, apud quem Dominus coqueritur Iudaeos degenerasse in aes, stagnum, ferrum, & plumbum, &c. quae leges apud eundem Euseb. Contra nunc dicit futurum in aduentu Dni, vt ferrum, aes, stagnum, plumbum mutetur in aurum & argentum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et ponam visitationem tuam pacem, et pro propositis tuis iustitiam.

Et dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia.

Verbum Hebraeum וְחַנּוּן, significat visitationem tuam, vt vertit D. Hieronymus. significat etiam tributum & vectigalia, quae pensitant ciues dominantibus: & sic Hebraei interpretantur hunc locum: Ponam tibi tributum in pace] quia non solues amplius tributum, nam Iudaei omnia referunt ad terrenam Hierusalem, & non dubitant facere mendaces scripturas. Et sic hunc locum interpretatur PAGNIN. de more enim addit verba scripturae, & sententiam Iudaeorum facit textum sacrum, vertit enim: Ponam pro praefectis tuis, qui capiunt a te tributa, pacem: & pro exactoribus tuis, iustitiam, a quo libenter quaererem, an positam putet pacem Iudaeis pro tributis, cum tributa soluant solum, solumque regem non habeant, neque sint habituri vnquam, & post Christi crucem semper miseram seruitutem seruiunt, neque futuri sunt vnquam liberi a tributo, quoad intelligant Euangelij pacem promitti principibus Hierusalem, id est, apostolis, & fidelibus. Rabbi Abraham melius, qui hoc

verbum Hebraicum **נְתִיבָה**, interpretatur, praefecturam tuam, vt sit: Ponam praefecturam tuam a pacem. i. homines praefecturae tuae, & praefectos tuos pacem. & sic vertere Lxx [dabo principes tuos in pace]. i. dabo pacem principibus tuis, iuxta illud: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, quam fidelibus annunciant, reconciliatam generi humano per Christum cum Deo patre. Pro eo quod vertit Hieron. praepositos tuos, Hebraice est **פְּרָשִׁי**. i. exactores tuos, quod Hier. recte vertit [praepositos tuos] quod vt ait Columella, praepositos esse oportet acerrimos operarum exactores, vt omnes in familia, sint in officio suo, quod Paulus significauit cum dixit: Obedite praepositis vestris, ipsi enim inuigilant quasi reddituri rationem pro vobis. Vnde Lxx reddidere [episcopos tuos, & trecentis annis antea rem gestam, apostolorum, & Christianae Reipub. verbum nobis representant. I. R. E. N. lib. 4, cap. 44. cum reprehendisset malos presbyteros, qui seruiunt voluptatibus & vitijs, & dicunt: Nemo nos videt, redarguentur (inquiens) a verbo, qui non secundum gloriam iudicat, quod dixit Esaias cap. 11. nec in faciem attendit, sed in cor: & audient illud Danielis, Inueterate dierum nunc aduenerunt peccata tua. Subijcit postremo, de bonis presbyteris hoc dici: Dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia, de quibus Dominus: Quis ille seruus fidelis & sapiens, quem preponit Dominus super familiam suam. CHRYS. in demonstratione, quod Christus sit Deus, nec ipsorum sacerdotum nomina obtulit propheta, episcoporum nomen dico: Constituam (inquit) principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia. Sed haec laus quam dicit Chrysost. prophetarum esse, Lxx virorum potius est, qui trecentis annis ante aduentum Domini, episcoporum nomina expressere.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non audietur ultra in terra tua iniquitas, vastitas, et contritio in terminis tuis.

Non audietur ultra iniquitas in terra tua, neque contritio, neque miseria in finibus tuis.

IOANN. Apocal. cap. 21. haec omnia retulit ad caelestem Hierusalem, nam pro [Non audietur ultra in terra tua iniquitas] dixit. Non intrabit in eam aliquid inquinatum, aut abominationem faciens, aut mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vite agni. [Vastitas & contritio in terminis tuis] vel vt Lxx edidit [Neque contritio, neque miseria in finibus tuis] quod idem Ioannes eodem cap. paulo post principium: Abstergit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra. Sic D. BASIL. in psal. 45. in illa verba: Fluminis impetus laetificant ciuitatem Dei. vbi ecclesie Dei haec omnia promissa dicit. & subijcit: Attollens ergo oculos animae pro dignitate caelestium, haec de Hierusalem caelesti intellige, sed quid pro dignitate, inquit, caelestis Hierusalem mente concipi potest? & sic Basilius explanat verba sequentia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Occupabit salus muros tuos, et portas tuas laudatio.

Vocabitur salutare muri tui, & portae tuae sculpturae.

Dixi D. BASIL. haec de ecclesia interpretari omnia in Psal. 45. in illa verba: Fluminis impetus. [Salutare] i. Christus [vocabitur muri tui] i. erit tuus murus, o ciuitas sancta Hierusalem. Quod Hieron. ergo vertit [salus] Lxx translatare [salutare] Hebraice est [vocabis Iesum murum tuum]. Quod D. Hieron. adnotat in commentarijs, & Iesus murus ecclesiae est, & ecclesiae triumphantis murus altissimus. Iudaei, vt Iesua possit verti salus, addunt **ו**, in fine, quod dicit terminatio foemina, sed adiectitia apud Hebraeos haec littera est, neque mutat genus, inde dices, quod Lxx viri semper vertunt [salutare Dei] i. Christus Iesus. Sic enim a Lxx viris Christus dicitur, & ab apostolis & euangelistis, & quoties vertunt Lxx [salutare Dei] Hebraice est [Iesus] Hoc adnotare diximus EVSEB. Caesariensem. Vocabis ergo, o Sion, Iesum, murum tuum, nam si ad lucem euangelicam est explananda scriptura, etiam si huius rei nullos haberemus authores, sic erat haec lectio veritatis [et portas tuas laudatio] haec ad verbum vertere posses [portas tuas laudationem] vt sit: Vocabis portas tuas laudationem, quod Lxx seniores videntur interpretati paraphrasi quadam ex Zacharia: Vocabis portas tuas sculpturam, vt sit totum iuxta versionem Lxx [vocabitur Iesus murus tuus, vel muri tui, & portae tuae sculptura] i. Christi passio: per passionem

A sione enim Domini reserata nobis sunt valvae regni caelestis, & ablata est ignea romphaea de ingressu paradisi, ne post hac ad paradysum interclusus nobis esset aditus. Cur autem pro eo quod Hebraice est, laudatio, Lxx interpretantur [passio Christi] id esse in causa puto, quod supra dictum est, quod dies Domini quem appellat Christus, Ioan. 8. die suum, illis verbis: Abraham exultauit cum vidit diem meum, dies sacratissima passionis est, dies redemptionis generis humani, cuius causa Domino cantamus laudes, vnde nobis praecipitur: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Hac ergo causa, pro laudatione Domini, reddidisse videntur Lxx [sculpturam] i. passionem Domini, & redemptionem humani generis, cuius causa in Apocalypsi, beatas mentes sempiternas laudes agno personant, factaque paraphrasis esse videtur ex 3. cap. Zachariae ex verbis illis: Ecce ego celabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terrae illius in die vna. Cum enim Zacharias dixisset, se adducturum seruum suum Orientem nomine, vel germem (sic enim dicitur est Christus) quod granum illud frumeti cadens in terra, erat germinaturus, & oriturus toto orbe, temporis breuissimo interuallo. exprimit eundem Dominum alia similitudine, inquit: Ecce lapis quem dedi coram Iesu, i. ecce Christus, qui lapis dicitur in scriptura, quem reprobrauerunt edificantes, factus in caput anguli, quem dedi coram Iesu. i. quem Iesus sacerdos magnus, de quo agebat Zacharias illo loco, praefigurat, qui instaurat Hierosolyma apud Zachariam, & typus est Christi, qui Hierusalem. i. ecclesiam est instauraturus & edificaturus, super quem lapidem illum septem oculi sunt. i. septem spiritus sancti dona, de quibus Esaias supra. Deinde sequitur [ecce ego celabo sculpturam eius] quod interpretantur Lxx. i. ecce ego fodiam foueam eius. i. permittam vt fodiat lancea latus eius. Ergo ex his Zachariae verbis, apparet celatum esse hunc lapidem angularem, & sculptum, cum cruce suffixus est, cum sacri eius pedes clauis perforati, cum manus illae sacrae cruci sunt affixae clauis, cum caput illud sacratissimum corona spinea est transfadatum, cum sanctissimum corpus plagis & verberibus est totum concisum, tunc lapis ille angularis qui fecit vtraque, vnum sculptus est, & cetera latus illa Zachariae celatura, vnde subiunctum est, illa die vna terrae iniquitatem esse deletam: illo enim die redemptum est genus humanum. Et ne mirere, pro laudatione, quae Hebraice est, reddidisse Lxx viros [hanc lapidis huius sculpturam] i. hanc sacratissimam Domini passionem, sacramentum sacrosanctum corporis & sanguinis Christi, quo eius passio in memoriam reuocatur, eucharistia dicitur. i. laudatio & gratiarum actio, quod ob tantum beneficium sempiternas Christo laudationes, & gratiarum actiones debeamus: quae res persuasit veteribus patribus, vt putaret inunctu spiritus sancti, hos Lxx viros reddidisse litteras sacras, cum viderent illorum versionem tam congruere cum litteris apostolicis & euangelicis, & cum placitis catholicae ecclesiae. Verti posset ergo hic locus: Et vocabis, o Sion, Iesum muros tuos, & portas tuas, passionem Domini, nec ignoro Procopium interpretari **ἰλιμν**, vocem Graecam, quae in translatione Lxx est, sculpturam & characterem, quod sit Christus splendor & figura patris, & verbum Hebraicum laudationem significat & splendorem, vt Procopij & Cyrilli explanatio non sit reiicienda, cum praesertim D. Paulus de Christo dicat, cum sit splendor & figura substantiae patris. Et verbum quod dixere Lxx **ἰλιμν**, est eiusdem significationis cum verbo quo vsus est D. Paulus, qui **χαρμηγεα**, illum nominauit, pro quo Latinus interpres reddidit figura. Vnde videtur mihi adhibendus Canon ille, cuius tam saepe fecimus mentionem, quoties verbum vnum plura significat, quae rei de qua agitur omnia conueniunt, spiritum sanctum illa omnia voluisse significare. Sensus igitur huius loci erit: O Sion. i. ecclesia, Iesus erit murus tuus, & portae tuae erunt ipsius diuinitas, & passio sacratissima.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor luna illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloria tua: non enim occidet ultra sol tuus, et luna tua ultra non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam, et complebuntur dies luctus tui.

Et non erit tibi amplius sol in lucem diei, nec ortus lunae illuminabit tibi noctem, sed erit tibi Dominus lux aeterna, & Deus gloria tua: non enim occidet sol tibi, & luna tibi non deficiet: erit enim tibi Dominus lux sempiterna, & complebuntur dies luctus tui.

M m m 2 ORIG.

ORIG. in cap. i. Genes. homil. i. in illa verba: Fiant luminaria in firmamento caeli: Luminaria (inquit) habebimus in nobis, quae illuminent nos, Christum & ecclesiam eius: Christus enim est lux mundi, quae illuminat ecclesiam suo lumine, ut sol illuminat mundum. Ecclesia ergo suscepto lumine Christi, illuminat omnes qui in ignorantiae nocte versantur. Christus ergo est lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ex cuius lumine illuminata ecclesia, & ipsa lux mundi efficitur, illuminans eos qui in tenebris sunt, quod ait Dominus: Vos estis lux mundi. unde Christus lux est apostolorum & mundi, apostoli vero lux mundi. Igitur iuxta haec Origenis verba si haec explanes, intelliges hunc locum ut interpretatur CYRIL. & PROC. quanvis sol occidat nocte, interdiu luna non luceat, Christus lux vera, & spiritus sanctus animis fidelium semper illucescet, nunquam occidet hic sol, & luna nunquam minuetur, i. ecclesia quae luna dicitur, quod a Christo sole iustitiae lumen accipiet, nunquam patietur eclipsin, sed illuminabit eos, qui in tenebris sunt. IOANN. tamen Apocalypf. cap. 22. hunc locum explanat de caelesti Hierusalem: describit enim penes haec verba sic: Haec ciuitas non eget sole, nec luna ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, et lucerna eius est agnus. Confer haec verba cum verbis Esaias, & intelliges nihil inter ea interesse. Notandum tamen quod pro eo, quod Esaias dixit [erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam] Ioannes dixit: Claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Vbi quem agnum appellat Ioannes, Esaias Deum nominat. Et idem D. IOANN. cap. 22. eadem haec verba iterat: Et nox ultra non erit, & non egebunt lumine lucernae, nec lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos. ut plane D. Ioannes hunc locum referat ad caelestem Hierusalem. Et certe CYRIL. in Ioannem li. 9. cap. 46. sic hunc locum explanat: Ut breuiter repetamus, improbi, a vultu Dei reiecti, inferni loca perpetuo habitabunt, qui vero arabonem spiritum intemperatum conseruauerint, viuent semper cum Christo, ineffabile deo deitatis eius inspicientes: Dominus enim, ait Esaias, erit tibi lux aeterna. Nec videbitur incongruum Dominum hoc significare voluisse, cum dixit: Adhuc modicum & mundus me iam non videbit, vos autem me iam videtis, quia ego viuo, & vos viuetis. Nec falsum videbitur, quia modicum tempus inter futurum usque ad reuelationem suam dixerit, nam longissima apud homines secula, si cum Dei aeternitate conferas, modicum tempus est. Vnde Dauid: Mille anni ante oculos tuos Domine, tanquam dies hesternae quae praeterijt.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et implebuntur dies luctus tui, populus tuus omnes iusti, in perpetuum haereditabunt terram.

Et complebuntur dies luctus tui, & populus tuus omnis iustus, & in perpetuum haereditabunt terram.

HAEC per parenthesin esse dicta, praeseferunt Lxx, si praecedentia & sequentia perpendas. Cum enim dixerit propheta, Dominum futurum caelesti Hierusalem in lucem sempiternam: adiecit [Complebuntur dies luctus tui.] Quod Paulus dixit. i. ad Corinth. cap. 7. Tempus enim breue est, & praeterit figura huius mundi. id Esaias dixit [complebuntur dies luctus] i. tempus poenitentiae praeteribit, quod Dominus voluit esse breuissimum, & tempus felicitatis nullo fine claudij, ut laborum tempus breue esset, & pro exiguo labore, sempiterna iustos exciperet merces [populus tuus omnes iusti] vel ut Lxx edidit [populus tuus omnis iustus] Hebraea lectio verti potuit [populi tui omnes iusti] quae omnia eundem sensum habent. i. Christus gratia sacri baptismatis, nos omnes est iustificaturus. Vel quod magis placet: in aeterna felicitate, futura est perfectio iustitia, perfecta redemptio, perfecta salus, & sanitas, cum corpore & animo sanabuntur iusti, & erit perfecta corporis & animi redemptio, quod supra ex Augustino diximus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Germen plantationis meae, opus manus meae ad glorificandum.

Custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam.

Lectio Hebraea potest verti ut reddita a D. Hieronymo est, si ad verbum reddatur: potest etiam reddi, ut reddita est a Lxx senioribus, quia נצר, participium esse potest. i. custodiens, a verbo נצר, custodio, & est admirabilis translatio, nam cum Dominus descripserit vitam beatam, quam beatis

A beatis & sanctis esset daturus, & per parenthesin dixerit: Complebuntur dies luctus tui. i. breue erit tempus luctus huius vitae, & populus tuus iustus omnis haereditabit terram viuentium, quae dicta esse per parenthesin supra diximus. ut cohaereat superioribus: Erat tibi Dominus lux sempiterna, custodiens plantationem in gloria illa, quam plantauit pater, Matth. cap. 15. ut interposita illa parenthesi, sit sensus admirabilis [Erat Dominus lux sempiterna, custodiens plantationem in gloriam] i. ut glorificet plantationem illam, quam plantauit pater, & cuius pater agricola est, & quam expurgat, appositum opera manuum suarum, quia pater ipse plantat, & pater ipse expurgat, Matth. 15. & Ioann. 15. & Esaias. 5. plantata a filio dicitur, quia opera Trinitatis sunt indiuisa. Et sic lectionem Hebraeam vertes ad verbum [Custodiens plantationem meam, opera manuum mearum] quia ab Esaias dicitur, plantata a filio. [Ad glorificandum] pro quo dixit Lxx [ad gloriam] Hoc verbum, custodiens, aut seruans, conuenit cum illo Ioann. cap. 17. Pater sancte serua eos in nomine meo. vbi verbum idem est, quod est in translatione Lxx: Hic seruans, ait Esaias: Ioannes, serua eos. nam plantationem, in D. Ioanne, & D. Matth. ostendimus esse, ut in translatione Lxx. Ait ergo D. Ioannes: Pater sancte serua eos in nomine meo. quibus verbis petit, ut pater seruet suam plantationem, non enim petit tantum pro apostolis, sed pro omnibus qui crediderint, ut ipse Dominus ait. Et adiecit: Ut sint vnum sicut nos. quod est idem cum illo Esaias [ad glorificandum, vel ad gloriam] haec est enim gloria beatorum, cum vniuntur per intellectum cum essentia diuina, & ut videas idem verbum repetitum centies, cum haec dixisset Dominus, subiicit: Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo, non pro ijs rogo tantum, sed pro ijs qui credituri sunt per verbum eorum in me. Quibus verbis totam plantationem suam commendat Christus patri, ut seruet eam a malo: in euangelio petit, ut seruet pater plantationem suam Christus: hic praedicat Christus, patrem daturam vitam aeternam suis, & seruaturam plantationem suam, opera manuum suarum. Idem est sensus translationis D. Hieronymi, quanquam aliquantulum obsecurus [Iusti haereditabunt terram viuentium] i. vitam beatam [iusti] in qua appositum germen plantationis meae] i. qui germinauerint ex plantatione mea [opus manus meae] i. qui iusti erant [opus manuum mearum] ad glorificandum] i. ut glorificentur. creauit enim, & redemit illos Dominus ad gloriam.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Minimus erit in mille, paruulus in gentem robustissimam. Ego Dominus in tempore eius subito faciam istud.

Paucissimus erit in millia, & minimus in gentem magnam. Ego Dominus in tempore congregabo eos.

Divus HIER. & CYRIL. referunt haec ad illud Euangelij, de seruo fideli qui praeficitur quinquae ciuitatibus, quod in paucis talentis seruauerit fidem, ut sit: Qui humilis erat, & minimus putabatur, praeficitur populis, & imperabit multis. Lxx viri mihi videntur ut eodem verbo, quo cap. 41. ελιγος εστι, cum propheta Israelem appellauit vermem: pro quo Lxx reddidit ελιγος εστι, qua de re supra pluribus est dictum. Ut ergo illic dixit: Perexiguus Israel. quod perexiguus esset numero populus fidelium: reliquiae enim quae saluae factae sunt, numero fuerunt admodum exiguae, si conferas cum impijs Iudaeis, qui non receperunt Christum. Sic hoc loco Lxx videntur eadem voce uti, & idem significare. Sensus igitur mihi videtur etiam esse: Hi fideles perexigui numero, erunt in millia multa. hoc significat Lxx, cum vertere: ελιγος εστι χειλιδους, quod vertere potes: Pauculus, supple populus in millia. quasi dicas: pauculus populus fidelis erit in millia millium. Sic enim pingui Minerua vertamus, dum plane, & perspicue. i. ecclesia complectetur omnes nationes. Et hanc sententiam veram esse, planum fit verbis sequentibus: [et paruulus in gentem fortissimam] vel [paucissimus in gentem magnam] ut edidit Lxx viri. i. paucissimus populus fidelium, qui tunc erat, quo continebatur ecclesia, erit in gentem magnam. i. late se fundet, complectetur omnes nationes. Sic GREG. Nazianz. hanc vocem ελιγος εστι, accepisse videtur in oratione ad patrem tacentem. cum enim dixisset: Castiga nos, verum in bonitate, & non in ira tua. subiecit: Ne facias nos ελιγος εστι. i. pauculos, & contemptibiles. quod verbis sequentibus significat, supra omnes habitantes terram εβουδνησας, quod verbum TERTVL. vertit, nullificamen, & accommodat hoc verbum fidelibus, qui erant gentium nullificamen, & paucissimi numero. Praedicatur ergo ex illa paucitate fidelium contemptissima, inter nationes futuram gentem magnam & robustam: quae videtur promissio facta Abrahamae, Genes. ca. 18. Num celare potero Abrahamam quae gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam?

M m m 3 nempe

nempe quòd omnes generationes benedicendæ, inquit, sint in semine tuo. i. in Christo, quòd A omnes nationes vocandæ essent ad Christum, quarum omnium pater dicitur Abraham, quæ promissionem completam esse, quando reliquæ quæ saluæ factæ sunt, totum orbem occuparunt docet EVSEB. Cæs. demonstr. euang. lib. 8. cap. 1. Quin & CYRILL. & PROC. quòd dictum fuit Moyse: Sine ut perdam populum hunc, & faciam te in gentem magnam: vaticinium credere ecclesiæ futuræ, cum populus Iudæorum & Moyses, datus est ecclesiæ ex Gentibus, ut spiritualiter intelligeretur, & legeretur per omnes nationes toto terrarum orbe, ut scriba doctus in regno cælorum de thesauro proferret noua, & vetera. Quis enim dubitat populum fidelem appellatum populum pauculum, & perexiguum in principio ecclesiæ? [gens magna] ut vertere Lxx, & [robusta, vel robustissima] ut vertit D. Hieron. ecclesia ex Gentibus dicitur, ut ostendimus. Illud obiter adnotandum est, ne quem clarissimorum scriptorum autoritas in errorem inducat, fuisse qui dicerent, dictum à D. Paulo esse: Quod loquor, non secundum Dominum loquor, sed quasi in insipientia, propter illa quæ de testamento hominis, & testatoris morte, & cæteris humanæ similitudinis exemplis dixerat, interpretans scilicet, quæ de testamento veteri scripta sunt, & ad Christum referens. quæ D. Hieronymus secundo commentariorum ad Galatas in illa verba: Fratres secundum hominem dico. non improbat quin dicta illa putat à D. Paulo, propter illa quæ diximus, & maximè propter illud quod sequitur: Non dicit in feminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & femini tuo qui est Christus. Et huius rei causam subiungit D. Hieron. quòd mente & animo pertractans omnes scripturas, nunquàm plurali numero Hebraicè semina reperisset, quòd semen Hebraicè pluralem non habeat numerum, sed singulari numero vox Hebræa semen & semina significet, ut Hebræa lectio, in femine tuo, & in feminibus tuis, significare potuerit, & ideo quòd dicit de scriptura, non dicit in feminibus: sensisse videtur Paulus in insipientia dictum, quòd lectio Hebræa vtrunq; significaret: putat etiã D. Hieron. dictum esse illud à D. Paulo, quòd testamētū appellet D. Paulus, quòd Hebraicè dicitur, berith, cum berith, nō significet testamētū, sed pactū. Quòd etiam EVCH. & alij scriptores obijciunt Lxx viris. De testamento suprã diximus, & hunc Eucherij, aliorumque errorem refutauimus, apostolos, euangelistas omnes, non solum D. Paulum hanc vocem, berith, testamētum vertisse monstrauimus, & Iudæum Philonem: nunc breuiter dicemus Paulum ab omnibus doctotibus sacris, optimam scripturam interpretem appellari, quòd in tertium cælum raptus, viderit arcana Dei, quòd spiritus sanctus in eo loqueretur quod ipse dixerit: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? nihil dixisse in insipientia, ita ut non esset verissimum & dictatū ab spiritu sancto, & à Christo qui in eo loquebatur, idque multò magis in interpretanda scriptura in similitudinibus, in exemplis, & ut largiamur D. Hieronymo, quæ dicit omnia quæ sunt verissima 771. i. semen, singulariter dici, & non pluraliter, & singulari numero vtrunque significare. i. semen, & semina, eam ambiguitatem interpretatur D. Paulus, optimus scripturæ interpret nominatus, quasi diceret, etiam si vox Hebræa vtrunque sensum reciperet, in feminibus, & in femine, scriptura eo loci non dicit, in feminibus, i. non significat in feminibus, sed in femine, hoc est, in Christo. An interpreti scripturæ in quo Christus loquitur, & spiritus sanctus, scripturam interpretari nō licebit? nō licebit quòd ambiguum est declarare? quòd igitur interpretis officium est? Quid autē sit apud D. Paulum, loqui quasi in insipientia, pete ex comment. in D. Paulū. Quòd Dñs dixit [Ego Dñs in tēpore eius subito faciã istud] interpretatur Lxx facta paraphrasi ex cap. postremo [ego Dñs in tempore suo congregabo eos, ut subito faciã istud] faciã, ut pauculus iste populus Christianus, totū orbē occupet, adiunctis multis nationibus, Christo, quòd Lxx significauere illis verbis [In tempore suo congregabo eos] i. in aduentu Christi cōgregabo omnes nationes in ecclesia. EVSEB. Cæs. lib. 6. demonstr. euang. cap. 25. Quis non mirabitur (inquit) cum legat præsignificatum tot ante seculis per prophetã: Venio congregare omnes nationes, & omnes linguas, ait Dñs: & videns toto orbe terrarū per aduētū seruatoris nostri, vocatas omnes nationes ad fidē, varijs linguis Dñm colere, vnum Deum, & Dñm vocare, relictis idolis Christo credere, &c. Lectio Hebræa verti potest ad verbum [& pauculus in gentem magnam, in tempore suo accelerare faciam istam] faciam ut pauculus populus Christianus sit in gentem magnam. i. occupet orbem [In tempore suo accelerare faciam istam] gentem Christianam. Nam gens, Hebraicè, masculino genere, & foeminino aliquando reperitur. ut sit sensus, Dominum facturum, ut omnis gens & omnis natio, ad fidem celeriter veniat.

IN ESA-

927

A  IN ESAIAE CAP. LXI.

RASMVS in cap. 4. Lucæ, hunc locum explanans, ait D. Lucam consentire cum editione Lxx, magis quam cum Hebraicis voluminibus, etiam si dissonet ab vtriusque: quod mihi, nequid grauius dicam, nimis licenter in euangelistam Lucam dictum esse videtur. Nā euangelistæ fides videtur attentari, si dū locū prophetæ citat, parum fideliter citare dicatur, si quidem dicitur ab Hebræis voluminibus discrepare, & dissonare ab Hebræa, Græcæque lectione, addidisse quædam, quæ non dicat Esaias. Si doctissimus Hebræi sermonis fuisset Erasmus, oportuisset cum D. Luca agere modestius; prudentis hominis esset, existimare, vidisse plus euangelistam Lucam, quam ipse videret. Sed quid? quòd Hebraicè nesciebat Erasmus, ut ipse fatetur, & nō sine Theseo, vtriusque verbis vtar, se de Hebræa lectione aliquid proferre dicit, cum aliquid Hebraici sermonis suis scriptis intertextit? Et Theseus ei⁹ eratis, qui postea se aperuit, & Lucæ ranorum fuit famosissimus coryphæus. Sed aiunt D. Lucam peritum Græcæ linguæ, Hebraicè nescuisse, & ideo Lxx seniorum editionē citare, quòd nescierit Hebraicè. Dissonat ab Hebræa Græcæque lectione, & addit quædam, quæ non sunt apud Esaiam? Hæc ad fidem scriptoris spectant, non ad Hebrææ linguæ cognitionem. Quasi verò scriptor humanus fuerit D. Lucas, quasi dono linguarum præditus non fuerit, quasi non acceperit spiritum sanctū, quasi de suo scripserit euangelium, non afflatu spiritus sancti. Si de suo scripserit euangelium Lucas, & non spiritus sancti in sinu, Græcè sciebat Lucas, nesciebat Hebraicè, sed scripsit quidem euangelium Lucas, verba spiritus sanctus suggessit, euangelium dictauit, spiritus sanctus errare non potuit, quæ citat ex Esaiã, verè dixit Esaias, non discrepat ab Hebræis voluminibus Lucas, ab Hebræa, Græcæque lectione non dissonat, nihil addit de suo. Falsum est, si quis dicat quicquam esse quòd non congruat cum Hebræa, Græcæque lectione. Sed ridiculum est quòd Erasmus plus tribuit translationi D. Hieronymi, quàm euangelicis, apostolicisq; litteris neq; solum hoc loco, sed semper, si quando euangelistæ aut. apostoli loca citant ex scriptura sacra, si ab editione D. Hieronymi discrepent, statim adest apostolorum, & euangelistarum censor Erasmus, qui eos ab Hebraica veritate dicat discrepare, inscius ipse Hebræi sermonis. Quasi non possent translatio D. Hieronymi, & translatio Lxx virorum, quam ferè sequuntur euangelistæ & apostoli, simul cum Hebræa veritate concordare, quasi verba Hebræa non habeant duos sensus. Sed ut magis liqueat, quòd diximus, D. Lucam summa fide citare Hebræam lectionem, & Græcam, melius est ire per singula, quanquam non satis pium est existimare D. Lucam egere patrono (si patronus dici potest homo tam tenui doctrina, & eruditione) sed res tam plana est, ut vel puer trimus eam defendat.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Spiritus Domini super me.

Spiritus Domini super me.

Hoc loco D. Lucas. D. Hieronymus, & Lxx seniores cōsentiunt verbis eisdem: tamen ex Hebræa lectione vnū ^{Dei} super me Deus dominantium mei Spiritus quiddã adnotabo, PAGN. & VATAB. & Hebræos omnes ^{Dei} יְהוָה עָלַי אֱלֹהֵי דֹמִינָנְתִּי רִיחַ sic legisse [Spiritus Domini Dei super me] & verè sic præfert Hebræa lectio, sed D. Lucas, & D. Hieronymus, & Lxx seniores, sat habuere reddidisse sensum, idemque est [Spiritus Domini super me] & [Spiritus Domini Dei super me] Illud magis adnotatione dignum erat, Hebraicè non legi [Spiritus Domini Dei super me] sed: Spiritus dominantium Dei super me. Rabbi David, alijque doctores Hebræi putant honoris causa Deum appellari pluraliter, non singulariter, dicitque Hebraicè, Dominos Deum, non Dominū Deum. Nam Hebraicè eadē voce dicitur, Dñs, & dominans, quòd per angusta sit lingua Hebræa, breuis, concisa, nō tot modos, tot tēpora, tot participia habeat, quot Græca, Latinaq; lingua, sed à doctotibus Hebræis querã primū, si honoris causa de Deo plurali numero vtimur pro singulari, cur in hac voce tantū idq; semper, cum dicitur cōpositè cū pronomine primæ personæ, Dominantes mei Deus, quotiesq; de sacra Triade sermo est, cur in alijs non item? vt THEODOR. 19. quæstione in Genesim, ait, His verbis scriptura de Deo singulari numero loquitur ferè, nisi quum innuit numerū

M m m 4

persona-

personarum Trinitatis. Si pluralis numerus pro singulari, honoris causa ponitur, cur nusquam alibi hoc apparet? cur hoc non apparet ubi ad reges, & principes verba fiunt? ubi appellatur rex Babylonius, aut Assyrius, aut rex illarum nationum, apud quas captiui agerent Iudei, ubi supplici oratione vtuntur, & honorificentissimè reges illos appellant? Ergo [Spiritus dominantium Dei super me] explanandum puto: Spiritus patris, & filii; dominantium Dei, id est, qui est vnus Deus super me. Nam Christus secundum humanitatem vnctus est à patre, & à se ipso secundum diuinitatem, & accepit spiritum sanctum, qui procedit à patre, & ipso filio. Nam ipse Dominus Lucæ 4. Hæc de se dicta esset declarat, vt personarum trinitas his tribus verbis declaretur. Est enim in principio spiritus sanctus. Deinde, sunt dominantes pater & filius, cum dicitur [spiritus dominantium]. Postremò est vna essentia, cum dicitur [Dei] quod tres personæ sint, vnus Deus. Est etiam Christi humanitas, cum dicitur [super me] descendit enim spiritus sanctus super Christum, secundum quod homo est. AVGVST. in cap. 14. Ioannis tractatu 74. interpretans hunc locum: Quod Christus (inquit) est vngentus, & æqualis patri, non est gratiæ, sed naturæ: quod autem in vnitatem personæ vngenti assumpta est humanitas, gratiæ est non naturæ. Et suprâ dixerat: Cui soli non est datus spiritus ad mensuram, quia in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis: nec enim sine gratia est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, nam & ipse de se completum ait illud: Spiritus Domini super me. IREN. lib. 3. cap. 10. Verba hæc (inquit) Christi sunt, secundum quod homo erat de radice Iesse, & filius Abrahæ, & secundum hoc requiescebat spiritus Dei super eum, & vngebatur ad euangelizandum hominibus. Et idem IREN. cap. 20. significari hoc loco ait sacrosanctam Triadem, vngentem patrem, vntum filium, & spiritum sanctum, qui est ipsa vnctio, quod vnxit pater, & vnxit filius, & spiritu sancto vnxit: Secundum vero quod Deus est, ipse cum patre suam humanitatem vnxit, vt ait ATHANAS. in epistola ad Serapionem episcopum: Spiritus sanctus vnctio est & signaculum, in quo verbum Deus vngit, & signat omnia: verbi enim proprium est spiritus sanctus. Vnctio vngentis habet suauitatem & spiritum, id est, qui vnguntur, Christi vngentis habent suauitatem & spiritum: & ideo Christi dicuntur esse participes, Christi bonus odor sumus: signaculum vero, formam Christi signantis habet, & Christi participes fiunt qui signantur: quibus verbis Athanasius spiritum sanctum à Christo procedere ait: appellat enim spiritum sanctum Christi halitum, & à patre, & filio, ait procedere, quod significatum docet, cum Christus insufflauit discipulis, & dixit: Accipite spiritum sanctum. Cum ergo à filio procedat spiritus sanctus, & sit eiusdem naturæ, vnxit filius cum patre, quos vult, & vngit spiritu sancto, & illa vnctio vnctos sibi facit similes, quod spiritus sanctus, quo vnguntur similis Christo est, & similis patri & ideo spiritus sanctus dicitur signaculum, quod signet vnctos Christi caractere, & imagine, & figura, quod signet. i. formet in eis Christum, vnde illud: Donec Christus formetur in vobis, & donec conforme mur imagini eius, quod dicitur vnctio, quod redolere nos faciat Christum, qui vngentum effusum dicitur. Idem ait idem ATHAN. de spiritu sancto lib. 1. in principio. EVSEB. Cæsariensis. lib. 9. cap. 10. Seruator, & Dominus noster (inquit) hac prophetia multo excellentius, quam veteres patres, vnctus apparet: qui non corporaliter vnctus oleo, nec ab hominibus, vt cæteri, sed spiritu sancto apparet vnctus, & vnctus à Deo patre, à quo habet esse deitatis. IREN. lib. 3. cap. 10. docet hanc prophetiam, & quod hac prophetia prædicitur descensum spiritum sanctum super Christum completa esse Matth. cap. 10. cum post baptismum spiritus sanctus super Christum descendit, vt de plenitudine eius nos omnes acciperemus. Hæc omnia quæ diximus docet AMBROS. in cap. 4. Lucæ lib. 4. ubi titulus est: Testimonium scripturæ de missione Iesu ad prædicandum.

D. HIERONYMVS.

*Eo quod vnxit me, ad annuncian-
dum mansuetis misit me.*

LXX VIRI.

Cuius causa vnxit me, ad euangeli-
zandum pauperibus misit me.

Diuus Lucas caput 4. hunc locum citat ad verbum, iuxta translationem Lxx virorum, si Græca inter se conferas. Latinus interpres pro [cuius causa] reddidit [propter quod] ARIST. cum alijs locis plurimis, tum de generatione animalium in principio, cum dixisset causas esse quatuor, subiunxit τὸ εἶναι αἰτίαν. i. cuius causa vt finis, hoc est, causa finalis. apud Græcos

A Græcos dicitur, cuius causa. Idem repetit 2. de generat. animalium. & lib. 1. de partibus animalium. Itaque apud Græcos causa finalis dicitur, cuius causa, quasi dicat, cuius causa aliquid fiti Et ita D. Lucas citans hoc testimonium Esaia iuxta translationem Lxx virorum, dixit [Cuius causa vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me] i. misit me ad euangelizandum pauperibus, quæ causa finalis erat vnctionis meæ. Sic enim Græci loquuntur. Latini hoc dicendi genus, quod non sit receptum apud nos, solent dicere, propter quod. & ita Latinus interpres, pro [cuius causa vnxit me] vertit [Propter quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me] i. misit me ad euangelizandum, propter quam causam me vnxit, quæ causa finalis fuerat meæ vnctionis. quod ergo Latine diceremus, Vnxit me Dominus, vt euangelizarer pauperibus: Græcè dicitur [Cuius causa me vnxit Dominus, aut, propter quod me vnxit Dominus, ad euangelizandum pauperibus me misit] & ἵππ, iahan, Hebræa vox, coniunctio causalis est, conficiens & finalis, quod lingua Hebræa breuis est, neque habet varias coniunctiones ad significandas varias causas: & hoc loco significare causam finalem, testis est D. Lucas, qui sic vertit. Sic hoc intellexisse videtur IREN. lib. 3. cap. 10. & AVGVST. in cap. 14. Ioann. tractatu 74. & TER. TVL. aduersus Marcionem lib. 4. & HILAR. in psal. 52. Qui omnes sic hunc locum legunt & distinguunt. Propter quod vnxit me, ad annuncian- dum pauperibus misit me] Quam lectionem veteres omnes patres agnoscunt. ERASM. in annotationib. in 4. cap. Lucæ translationem D. Lucæ & Lxx virorum ad Hieronymi interpretationem referre conatur, & eadem quidem sententia est [eo quod vnxit me] i. quando quidem iam me vnxit ad euangelizandum, &c. Ait tamen Erasmus, Propter quod, parum eleganter dictum, melius dici, eo quod. Primum omnium nescio quid splendoris in eo dicendi genere reperit Erasmus, aut quæ forma dicendi Latina sit, eò quod vnxit me. Mihi quidem certè parum recepta videtur, neque quo conijcere, cur improbet in lectione vulgata euangelij [propter quod vnxit me] Nemo enim eorum qui Latine loquuntur, reformidet dicere, Propter elegans ingenium tuum. & similes dicendi formas. An Erasmo non placeat lectio, quam receptissimam & vtitatissimam ostendimus apud Hilarium, & omnes sanctos patres, & philosophos omnes? ATHAN. oratione. 2. contra Arrianos, de Christo secundum humanitatem hæc dicta docet, & completa, quando est baptizatus in Iordane, & spiritus sanctus super eum descendit, & corpus eius sanctificatum est, vt de eius plenitudine nos acciperemus? propter nos ergo & de nobis esse docet, quod hic narratum est, quod ipse Dominus, Deus est, æqualis patri, spiritum sanctum dat, vt ipse pater, vtpote verbum Deus, & splendor patris: sed vt propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælo, & factus est homo, ita propter nos charismata spiritus sancti secundum humanam naturam accepit, vt nostrum caput, vt in nos transfunderet, & sanctam ecclesiam, & vt de plenitudine eius nos acciperemus, & ideo dictum monstrat, propterea se vnctum, quod mitteretur à patre ad euangelizandum, & nos inde melioratos, quod ipse Dominus, Deus verus, æqualis patri se exinanuerit factus homo, & secundum humanitatem septiformis spiritus acceperit dona, & vnctus sit spiritu sancto, vt in eo spiritus sanctus habitaret corporaliter, vt ab illo in ecclesiam dimanaret, & in fideles effectos Christi membra. quod rursum eadem oratione repetit his verbis: Ait Dominus, Spiritus sanctus super me, hoc dictum est respectu carnis quam induerat Dominus, vt ostenderet nos esse qui sanctificari indigeremus, & sanctificari nos oportere per Christum: ergo Christus charismata accepit, & dona spiritus sancti secundum humanitatem, vt cum Christum indueremus, in nos transmitteret, quæ vellent spiritus sancti dona. Propter nos ergo vnctus est spiritu sancto Dominus, vt nobis euangelizaret. ORIGEN. in cap. 1. epist. ad Romanos, notat hoc loco Christum dictum apostolum. Apostolus enim Latine sonat, missum, & missum se prædicat Christus hoc loco, & Græcè apud Lxx seniores, & apud Lucam ἀποστόλος. Christus ergo, apostolus dicitur: Sed omnia, inquit, quæ sua sunt, dat discipulis suis: ipse est apostolus, suos vocat apostolos: Ipse est lux vera, suis dicit: Vos estis lux mundi. Ipse est petra, Simoni dicit: Tu es Petrus. Nam petra & Petrus Græcè idem sonant, aut alterum dictum ab altero est. Idem ait CHRYS. in 1. cap. epist. ad Romanos, ubi multà mirabiliter dicit in hanc sententiam. Sed Dominus dicitur Siloa. i. missus, vnde suos quoque apostolos appellauit. i. missos. Velim conqueri flexis genibus quidem, tamen conqueri de D. Hieronymo, quod cum videret D. Lucam vertisse [propter quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me] conuenienter He-

bræ lectioni, ipse mutavit interpretationem. quanquam enim eadem sententia sit, hoc tamē no-
men euangelij dulciter Christianis auribus sonat. Gaudent sancti patres, quod Lxx viri, trece-
tis annis ante crucem Domini verterint, ad euangelizādū. Probat id D. Lucas & verbū Hebræū
basar, quoties absolute dicitur, euāgelizāre significat & sic eam vertunt apostoli & euangelistæ
& Hebræam vocē, anauin, pauperes significat & mansuetos. id quæ ratio etymologia exigit.
Cur non ita vertit, vt reddidit euangelista? quanquam eodem sensu verterit mansuetū. Fecit ille
certē, vt sciremus vtroque modo reddi potuisse. at vide quid factum sit. Erasmus, quod aliter
vertit hunc locum D. Hieronymus, putat D. Lucam à lectione Hebræa discrepare, nulloque
alio argumento, quam quod Hieronymus aliter verterit: parum considerate ille quidem qui
authoritatem D. Hieronymi euangelistis præferat. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. cō-
pletū ait hoc vaticiniū illo loco euangelij, quo Dominus dicebat, Beati pauperes, quoniam ipso-
rum est regnum cælorum. Hæc enim euangelizabat pauperibus, & mansuetis. & hic mitten-
dus dicitur, vt euangelizet pauperibus, in euangelio pauperibus euangelizat ipsorum esse reg-
num cælorum, & complet quod hic promisit. Idem ait EVSEB. Cæsariensis lib. 3. cap. 1. cum le-
gēs Dominus hanc prophetiam, Hodie completa est inquit & incepit hinc euāgelizāre pau-
peribus beatitudines, hæc præfatus, Beati pauperes spiritu, ipsorum est enim regnum cælorum. &
prædicat hæc prophetia primum prædicatorem euangelij Christum futurum & primum au-
thorē. post illum eius discipulos: Quam pulchri pedes euang. & lib. 9. cap. 10. his verbis, quod
hic futurum dicitur mittendū Dominum ad euangelizādum pauperibus, factū narratur apud
Matth. quando videns turbas conscendit in mōtem, & dicebat, Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnū cælorum. Si nihil aliud esset quam quod eadem verba in propheta Esaia, &
in euangelio Matthæi reperiuntur, tueri oportuit tralationem D. Lucæ. THEOPH. in caput. 4.
Lucæ, Pauperibus, inquit. i. gentibus quæ neque legem habebant, neque prophetas, & magna
paupertate rerum cælestium tenebantur. AMBROS. in cap. 4. Lucæ diuinitus hūc locum expla-
nat: Vngitur, inquit, oleo spiritali Dominus vt paupertatem conditionis humane, thesauro
æterno resurrectionis rigaret. i. Vinctus est Dominus spiritu sancto factus homo, vt paupertatem
generis humani, in quam per peccatū deciderat, vocaret ad diuitias beatæ resurrectionis.
ORIGEN. in caput. 4. Lucæ homilia 32. hunc locum interpretans, pauperes, nationes appellat,
erāt enim pauperes, nihil omnino possidentes, non Deum, non legem, non prophetas, nō iusti-
tiam, reliquasque virtutes, ob quam causam misit illum Deus vt pauperibus euāgelizaret. EV-
SEB. demonstr. euangelicæ. lib. 10. in fine: Nos inquit appellamur pauperes, quos secundū Deū
mendicos, seruatoris alit sermo, doctrina intelligibili, viuifico animorum pastu, vt postea nos
sempiterna vita donet.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vt mederer contritis corde Mederi seu sanare contritos corde.

Hebraicè est [alligandos cōtritos corde] i. ad deliganda vulnera peccatorum eis qui con-
trito corde sunt, & medicinā à Deo votis exposcūt. pro [alligare] Hieronymus & Lxx
verterunt, mederi, sic enim est Græcè. TERTVL. aduersus Marcionē lib. 4. idem hac prophe-
tia significatum ait, quod illo euangelij loco: Beati qui esuriunt iustitiam, quoniam ipsi satura-
buntur. Nam qui corde obtriti dolent se peccasse, & cupiunt iustificari, dicuntur esurire iusti-
tiā, quibus promittitur deligatio vulnerum peccatorū, quæ saturitas est, vndè dicitur, Quoniam
ipsi saturabuntur. HILAR. in psal. 52. vt mederer inquit obtritis corde. i. cum præfracta peccatis
corda deligantur, sanantur. THEOPH. in Lucam: Domus Israel, inquit, alta quædam gens erat,
excelsa, cælo habitans mente. postquam vero delapsa ad idolatriam est, & ad peccata alia fœ-
dissima, contritum est cor eorum & solutum, & quæ olim domus Dei erat, facta est spelūca
latronum, hanc sanare venit Dominus.

D. HIERONYMVS.

LXX VII.

Et predicare captiuis indulgentiam Prædicare captiuis remissionem.

EVSEB. Cæsariensis lib. 9. cap. 10. Nō solum reddidisse visum, inquit, cæcis videmus Dominū
iuxta hanc prophetiam, sed cæcas hominum mentes illustrasse Dei cognitione, cum cæ-
cis hominum animis cæleste lumē intulit, & reuinctis, & captis ab inuisibilibus, & dæmonia-
cis pote-

A cis potestibus, & peccatorum vinculis obligatis libertatem, & remissionem peccatorū præ-
dicauit, si prædicationi euangelij crederent, & ad redemptorem accederent, & eius præcepta
seruarent. HILAR. in psal. 52. in illa verba: Quis dabit ex Sion salutare Israel? recte Dominus
cum hanc legisset prophetiam, hodie inquit, hæc impleta prophetia est cum oculi intelligen-
tia panduntur, cum præfracta peccatis corda in requiem relaxantur cū populi Dei auersa capti-
uitas est. IREN. lib. 3. cap. 10. Remissionem dabit ijs, qui à peccatis capti erant, soluebat enim eos
vinculis, de quibus Solomon, Restibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur.

D. LUCAS.

Cæcis visum, et dimittere confractos in remissionem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et clausis apertionem. Et cæcis visum apertionem (vel cæcis visum.)

C Aetera omnia etiam, si verbis aliquantulum dissidebant, consentiebant re ipsa: tamē hic
locus est quem clamat ERASM. neque Hebraicis voluminibus, nec Græcis consentire.
Nā pro [Clausis apertionem] reddidit Lxx [Cæcis visum] & ita explanant, & legunt veteres
patres, quos supra citavi, D. Lucas pro eo quod Hieronymus vertit [Clausis apertionem] & Lxx,
[Cæcis visum] quasi vtrunque complexus reddidit, [Cæcis visum, dimittere confractos in re-
missionem] cur ergo dicat Erasmus D. Lucam discrepare ab Hebræa, Græcaque lectione? cum
vtranque tralationem fuerit complexus, neque quidquam addiderit de suo D. Lucas, quod nō
dixerit Esaia, sed dictionem Hebræam, quod duos sensus habet, & quod potuit verti vt reddi-
ta est à D. Hieronymo, & à Lxx viris, vtroque modo reddidit, iuxta Canonem illum interpre-
tandæ scripturæ sacræ non solum præscriptum à nostris, sed etiā ab Hebræis doctoribus, quod
docet ISIDOR. Clarius in cap. 49. Geneseos, cum verbum significat multa, quæ rei de qua agi-
tur coquuntur omnia, ea omnia voluisse significare spiritum sanctum: quem canonem nobis
hoc loco præscribit D. Lucas qui verba Hebræa quæ duos habet sensus rei, de qua agitur, cō-
sentaneos duobus modis transtulit, vtrunque ab spiritu sancto, significatum innuens, Nam
קרא, aperire significat, vt aperire oculos, aperire aures, vndè קרא, videns, quod habeat apertos
oculos, sic Exodi 4. & Exodi 23. Nam קרא, productionem eiusdem dictionis putant, vt apud
nos, in testamento, documento, pauimento, mentum, nihil significat, sed nominum productio
est & terminatio, & ita, קרא קרא, apertionem putant significare, oculorum scilicet, & ita inter-
pretantur Hebræi, visum. קרא קרא, ligatos significat: sed vt docet Rabi Dauid, Hebræi cæcos ap-
pellant ligatos, quod velut ligati nō possunt recedere à loco suo. D. Lucas videtur interpretari
ligatos. i. mortuos, cōfractos. Sicq; hūc locū possumus interpretari, apertionem oculorū cæcis,
vndè Lxx reddidit visum cæcis, interpretantur etiā Rabini, קרא, apertionem קרא, carcerem, à
verbo קרא, capio, & faciunt duas dictiones, קרא קרא, ligatis, vt sit totū: Apertionem carceris liga-
tis, & hoc modo reddidit D. Hieron. [Clausis apertionem] D. Lucas vtrunq; complexus est: Cæ-
cis visum, apertionem carceris ligatis. i. mortuis, & confractis. qui vertit [Cæcis visum, dimit-
tere confractos in remissionem] quem locum THEOPH. de mortuis explanat, quos ligatos
credit appellari, quod vinculis mortis teneantur, & inferni vinculis, & existimat à D. Luca no-
minari confractos. i. redductos in cineris, hos ait per sacram resurrectionem a Domino libe-
ratos, & ductos in apertionem quod inferorum portis apertis resurrexerint in æternam bea-
titudinem. Itaque si Erasmus Hebraicè scisset, hæc verba Lucæ, quæ negat congruere Græcis,
& Hebræis voluminibus, comperisset forsitan congruere cum vtraque tralatione, & cum lectio-
ne Hebræa. Prædicat ergo Dominus se donaturum clausis apertionem. i. clausis inferni claustris
resurrectionem, & confractos & comminutos, & redactos in cineres, mortuos ipsos in solu-
tionem. i. in resurrectionem, vt exeant de sepulchris velut vituli, de vinculis soluti quod infra
dicendum est. Lege tamen EVSEB. demonstrationis euāg. lib. 3. cap. 1. & lib. 4. cap. 15. & li. 9. cap.
10. & ORIGEN. in cap. 4. Lucæ homil. 32. & de præparat. euang. li. 4. cap. supra citato, quod nullus
alius ab ipsis seculi initijs nisi solus Dominus liberarit humanum genus à dæmonum errore.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Vt predicarem annum placibilem Dño, Et vocare annum Domini accepta-
et diem ultionis Deo nostro. bilem & diem retributionis.

V Traque tralatio consentit cum Hebræa lectione. nam קרא קרא, reddi potest, reuocare siue ad-
uocandum, vel prædicare siue ad prædicandum, cætera eodem modo, nam קרא קרא, acceptū
& pla-

& placabilem reddere potes & *diram ad dnas*, retributionis. Adnotat ERAS. in cōdicibus Latinis redundare hæc postrema verba, quod in codicibus Græcis nō reperiantur. & quod D. Hieron. in cōmentarijs in Efaïam hunc locum citans hæc postrema verba reticuit, quæ adnotatio indigna tam docto viro erat. Nam si hæc verba apud prophetam Græcè sunt & Hebraicè & in tralatione D. Hieron. cur in D. Luca ea redundare dicimus? quid tam mirum est si ecclesia Latina retinuerit quod ex codicibus Græcis iniuria temporis interciderit, cum hæc verba agnoscantur legitima prophetæ tam in Hebræa æditione quam in Latina? illud tantum interest vtrum citauerit Lucas hoc testimoniū duobus tribusue verbis, prolixius, breuiusue. ORIG. in Leuitici cap. 16. hæc verba: Vocare annum Domini acceptum] Sic explanat: Aduerte quo modo semel in anno isto in die repropitiationis intrat in sancta sanctorum, hoc est cum impleta dispensatione penetrat celos, & intrat ad patrem, vt eum propitium humano generi faciat, & exoret pro omnibus credentibus in se. Hanc propitiationem eius, qua hominibus repropiciat patrem, Ioannes apostolus significat cum dicit: Hæc dico filioli, vt non peccemus, quod si peccauerimus, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est repropitiatus pro peccatis nostris: quod Paulus inquit: Quem posuit Deus repropitiationem in sanguine ipsius per fidem. Igitur dies propitiationis manet nobis vsquequo occidat sol. i. vsquequo sinem mundus accipiat. Stamus enim pro foribus operientes pontificem nostrum commorantem intra sancta sanctorum .i. apud Patrem, & exorantem pro peccatis eorum qui se expectant, non pro omnium peccatis exorantem, non enim exorat pro ijs, qui in sortem veniunt eius hirci, qui in desertum mittitur, pro illis exorat qui sunt fors Domini, qui eum pro foribus expectant, qui non recedunt à templo ieiunijs & orationibus vacantes. Vbi potius videtur interpretari illud Efaïe: Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. adjicit illud, An tu putas qui vix diebus festis ad ecclesiam venis, nec intentus es ad audienda verba diuina, nec das operam ad implenda mādā data, quod possit fors Domini venire super te? Optamus autem vt his auditis, operam detis nō solum in ecclesia audire verba Dei, sed etiā in domibus vestris exerceri, & meditari in lege Domini die ac nocte, ibi enim Christus est, & vbi que adest quærentibus se: Propterea enim mādatur in lege vt meditemur ea cum imus in via, cum fedemus in domo, cum iacemus in cubili, cū exurgimus, hoc est vere pro foribus expectare pontificem morantem intra sancta sanctorum, & effici in sortem Dei. HILAR. in psalm. 52. in illa verba: Quis dabit ex Sio salutare Israel: & in psalm. 64. in illa verba: Induti sunt arietes ouium: Annum retributionis explanat annum retributionis illius seculi æterni, & beati, annum resurrectionis in vitam æternam, eodē modo quo Origenes, sed D. Hieronymus vertit [annū ultionis] quod verbum Hebræum significat, vnde annum retributionis, quem vertere Lxx. interpretabere cum Hieronymo in Commentarijs. .i. annum ultionis, quo Iudæis infidelibus retribuit meritas poenas, Iudæos deleuit post crucem Christi per Vespasianum, & Adrianum Imperatores Romanos. Itaque diem acceptabilem explanabimus vt Hilarius, Origenes, Hieronymus, & omnes. Annum vero retributionis id est, annū ultionis interpretabimur, vel annum retributionis, & ultionis cum Hilario interpretabere diem iudicij, vt sit, Venit Dominus ad prædicandum annum, vel diem iudicij, quo bonis dicet: Venite benedicti patris mei, & c. & malis, Ite maledicti in ignem æternum, & c. Est enim dies ille dies ultionis, & dies retributionis, & venit Dominus vt consolaretur omnes lugentes, sic enim ad verbum dixit, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. EVSEB. Cæsariensis. Demonstrationis euangelicæ lib. 9. cap. 13. Diem retributionis siue ultionis, cum Hieronymo explanat diem illum, quo post crucem Domini omnis sanguis, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachæ, qui occisus est inter templū, & altare venit super caput Iudæorum, vt Dominus prædixerat Math. cap. 23. quādo absumpti sunt Iudæi incendio & armis Romanorum sub T. Vespas. & Adriano Imppp.

D. HIERONYMVS.

Vt consolaretur omnes lugentes, vt ponere fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleū gaudij pro luctu, pallium gaudij pro spiritum mœroris.

LXX VIRI.

Consolari omnes lugentes, dare lugentibus Sion, dare gloriam pro cinere, vnctionem lætitiæ lugentibus, habitum gloriæ, pro spiritu mœroris.

TERT.

TERTVL. sic explanat lib. 4. aduersus cinere pro gloriā ipsi ad dandū Sion lugentib⁹ Ad ponendū Marcionem cap. 19. Christum nunciat *לְשׂוֹם לְזַכְּרֵי צִיּוֹן לְחַם לְחֵם פְּאָרְחָתָא פֶּאָרְחָתָא* se ait ridentibus & sibi in hac vita indulgētibus, poenas æternas, & lugētibus sua peccata vitā beatam: idque significasse apud Efaïam [dare lugentibus Sionis gloriam & pro cinere vnguenti iucunditatem & gloriæ habitū, pro spiritu tēdij] sic enim hunc locū legit Tertullianus, quod idem esse putat cum illo, Beati qui plorat, quia ridebūt. & cū illo: Beati eritis cum vos odio habuerint homines propter me. Notandum summopere arbitror D. Hierony. in comm. non legere [vt ponerem fortitudinē lugentibus Sion] sed potius [vt ponerem lugentibus Sion] nec eam vocem præfert Hebræa lectio, Si quidem Hebræam lectionem sic ad verbū reddes ad ponendum lugentibus Sion, ad dandum ipsis gloriā pro cinere, Lxx viri faciunt paraphrasim scripturæ, qui pro his reddidere [consolari omnes lugentes, dare lugētibus Sionis gloriam & pro cinere vnguenti iucunditatem & gloriæ habitum pro spiritu tēdij], Quæ verba aperte ponunt ante oculos gloriam beatorū etiā si nō esset ea interpretatus Tertullianus. Admonui prophetas, cum citant historias veteris testamenti, declarare eas typos esse vaticiniorū de quibus agitur. & EVSEB. Cæsariensis. demonst. euangelic. cap. vltimo docet Iesum magnum illum sacerdotem apud Zachariam typum esse Christi qui cū Zorobabele è captiuitate Babylonica reuocat plebem & instaurat Hierusalem & Sio, & suis ponit mœnia, vt leges apud prophetam Aggeū, & ea vaticinatur Aggeus propheta, quæ ei vrbi, quæ instaurabatur, conuenire plene nō possunt, vt necesse habeas hæc quæ typo nō conueniunt, ad veritatē referre, hoc est ad ecclesiam. Nunc aperitur typus & declaratur, sacerdotem illum magnum Iesum apud Zachariam, qui Christo cognominis erat, Christi fuisse typum. Vt enim Iesus sacerdos magnus Christo cognominis reuocat populū ad captiuitate Babylonica, sic noster Iesus mittitur prædicaturus captiuus remissionem & libertatem: sic enim est Hebraicè, pro quo D. Hiero. reddidit indulgētiam, quā D. Hierony. posuit pro illa libertate, qua nos filius liberauit: & vt Iesus sacerdos magnus apud Zachariam ponit suis mœnia, ponit urbem Hierusalem, ponit templum suis, hoc est instaurat & restituit, sic Dominus missus est ad ponendum Sion, ad instaurandum Sion suis, ad ædificandam ecclesiam, ad ponendū Sion motem illum lugentibus, de quo tam frequens mētio apud Ioannem in apocalypsi & apud D. Paulum [& ad ponendam lugentibus] i. his qui luxere sua peccata & poenitentia lachrymis ea eluere, Hierusalem illam ædificandam super preciosissimos lapides, super iaspides, sapphiros, smaragdos de quibus Ioannes apocalypseos 21. cui⁹ typus erat Hierusalem instaurata à Iesu sacerdote magno & Zorobabele. Certè EVSEB. Cæsariensis. loco citato Iesum sacerdotem, nostri seruatoris Iesu typum esse ait & captiuitatem Babylonicam captiuitatis demonis, quod planè declaratur verbis prophete, & vt Iesus missus ad prædicandam libertatem è captiuitate Babylonica, sic noster Iesus missus ad prædicandam captiuus remissionem, vt illud, huius fuerit figura. Sic non videat hæc quæ nūc dicuntur multo magis aperire figuram ait enim propheta, si lectionem Hebræam ad verbum reddas [ad ponendum lugentibus Sion, & ad dandū ipsis gloriā pro cinere] vt sit, misit me, per zeugma à superiori, consolari omnes lugentes .i. ad consolandum, ad ponendum Sion, urbem Sion, vel montem Sion lugentibus, poenitentibus. i. ad ædificandam urbem Sion & Hierusalem cœlestem lugentibus, pijs, & sanctis, deinde dare coronam, quod Lxx interpretantur. i. gloriam sempiternam pro cinere .i. pro poenitentia & pro luctu, pro lachrymis, quibus eluere peccata [oleum gaudij] i. oleum exultationis spiritus sancti, qui eos lætitia & exultatione compleat, pallium gaudij, vestimētum immortalitatis, & lætitiæ sempiternæ, pro spiritu mœroris, pro tristitia qua defleuere peccata admissa. Nec verba Hebræa aut vulgata, quæ in commentarijs agnoscit D. Hieron. alium sensum vllum habere possunt, etiam si tormento ferreo aliò velis defletere & detorquere.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ plantatio Domini ad glorificandum. Et vocabuntur generationes iustitiæ plantatio Domini in gloriam.

Dvplex lectio Hebræa, quæ hoc loco est, duplicis tralationis causa fuit. Nā reperitur hoc loco lectio duplex, teste R. Iehuda, & R. David, referente Pagnino in thesauro linguæ sancte legitur enim Hebraicè *צַדִּיקֵי יְשׁוּעָה*. i. fortes iustitiæ, vt reddidit D. Hierony. quod conuenit sententiæ præcedenti, cum enim fideles adscribentur ciues cœlestis Hierusalem post resurrectionem, plena regeneratio erit, & perfecta iustitia, & perfecta redemptio, & perfecta sanitas, immortalis.

mortalitate corporis & animi parta, sanato corpore & animo, vt nulla reliqua sit infirmitas, vt A fortes simus parta perfecta iustitia, nec dicatur nobis, virt⁹ in infirmitate perficitur nec dicam⁹ ampli⁹. Quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Sed mihi nō minus placet altera lectio que est sine'. **פְּרִי תְּיָבִי** arbores iustitiæ, quod video in litteris sacris & frequentissimè in hoc propheta ecclesiæ lumina appellari arbores, quod proceritate & pulchritudine & vbertate fructuū excellāt in Dei ecclesia. Vndè CYRIL. lib. 4. de spiritu & litera cōparat inquit propheta Esaias arboribus & plantis viros sanctos ex natua qualitate variarum arborum varia sancto- rum significans ornamenta sua eolentia quadam & Christi odore, cælesti fragrantia. & E. V. SEB. Cæsarien. demonstrationis euang. lib. 6. cap. 18. cuius verba suprā citauimus, eiusdem sententia est. ORIG. in Leuitici cap. 26. homilia 16. arbores intra nos nasci ait quarum pater cælestis agricola est, hæ porro arbores sunt iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia, omnes deniq; virtutes & res notissima est omnes virtutes appellari vno nomine iustitiæ. Lxx viri quod partē allegoriæ solent interpretari & tropicis locutionibus veritatem miscere, quod Hebraicè est [vocabuntur arbores iustitiæ] interpretantur. i. vocabuntur generationes iustitiæ, tunc enim per regenerationem sacri baptismatis fideles sunt iustificati, & facti sunt arbores procerissimæ in domo Dei, quarum arborum pater cælestis agricola est, & fuere plantatio Domini de qua tam frequens mentio in litteris euangelicis, quam plantauit pater ille æternus, plantatio illa ad gloriam sempiternam est plantatio.

D. HIERONYMVS.

Et edificabunt deserta à seculo & ruinas antiquas erigent, et instaurabunt ciuitates desertas, & dissipatas in generatione & generationem.

H Vnc locū explanauimus suprā in cap. 58. in illa verba, A edificabuntur in te deserta faculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis: eadem enim huius loci sententia est, quæ illius. lege AVGVST. locis super verba suprā dicta citatis, vbi te docebit hoc loco in resurrectione bonorum ad vitam beatam refarciendas ruinas lapsus primi hominis, & deserta à principio generis humani à iustitia originali, & lapsum antiquū primi parentis & ciuitates desertas. Nā ex P L A T. discis in lib. de repub. & in libris de legibus, potentias animi vbi cōparari, quæ aut regno regitur, aut tyrannide, aut Democratia, si ratio imperet quæ à Deo obtemperet regno, si potentia irrationalis arcè inuadat, & hominis gubernacula occupet, & ratio nem sibi parere cogat, vt auaritia, aut ira, tyrannis, si omnes potentia animæ imperent peruices vt non solum homo sit auarus, aut potens sed feruiat etiam voluptatibus & perturbatio nibus animi, omnibus obtēperet ratio, Democratia. lege 8. & 9. lib. PLAT. de repub. hasigitur animi ciuitates dissipatas & desertas à iustitia originali instaurabis in suprema resurrectione, vt partes omnes rationi obtemperent, ratio Deo semper sit dicto audiens, & Deus sit omnia in omnibus, videtur mihi hic locus argumentum esse librorum de repub. Platonis, & magis mihi placet hæc sententia Augustini, qui has ruinas appellat, quæ refarciendæ sunt in resurrectione corporum, quam Procopij sententia, qui deserta hæc hoc loco nationes infideles esse putat, quæ in aduentū Christi sunt instauranda, quod populus nationum vsque ad illa destitutus omnibus spiritus sancti charismatis, esset abundaturus spiritus sancti donis & vrbes nationum quæ hoc nomine erant indignæ, quod vrbs non dicitur, quæ non regitur ratione & Dei lege, vt docent etiam philosophi. Quæ hoc nomine ergo erant indignæ, instaurabuntur, hoc est exornabuntur omni virtute, & Dei cognitione illustrabuntur, & vere erunt vrbes.

D. HIERONYMVS.

Et stabunt alieni, et pascent pecora vestra, & filij peregrinorum agricola, & vinitores vestri erunt, vos autem sacerdotes Dñi vocabimini, ministri Dei nostri dicetur vobis.

LXX VIRI.

Et edificabunt deserta sempiterna, desolata prius excitabunt, & inno- uabunt ciuitates desertas, desolatas in generationes.

LXX VIRI.

Et venient alienigenæ pascentes oues tuas, & aliarum gentium aratores, & vinitores, vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri dicetur vobis.

PROC.

A PROC. & CYRILL. hoc loco significari aiunt legis veteris mutationem, quando in lege veteri sacerdotes & pastores non poterant esse nisi ex tribu Aaron, Nam hic de alienigenis dicuntur legendi pastores, qui pascant oues Domini & vinitores qui vineam Domini excoler nec iudæi hoc ad se referre possunt, nisi mendaces suo more prophetias velint facere, nā quod sequitur: Vos autem sacerdotes Dñi vocabimini, apostolis & discipulis Dñi dicta liquet, tantum enim abest vt alieni pauerint oues Iudæorum & Iudæis seruiert, vt alieni Iudææ vrbes omnes subuerterint, & Iudæos duxerint captiuos: alienigenis Iudæi per mille quingentos annos seruiunt, ergo alienigenæ pascent oues Domini, id est, erunt pastores ecclesiæ, vicarij apostolorum scilicet.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Fortitudinem gentium comedetis & in gloria eorum superbietis Fortitudinem gentiū comedetis & in diuitijs eorū eritis admirabiles.

P R o fortitudine Hebraicè est **לִּי**, quæ vox fortitudinem significat & exercitū, vt possis interpretari [fortitudinem gentiū] pro exercitu gentium, vt est Hebraicè, quod Paulus appellauit plenitudinem gentium in illo, Cū plenitudo gentium intrauerit [& comedetis], sic intelliges vt explanat AVGVST. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 6. i. concorporabitis, vt sit sensus cōcorporabitis vobis o apostoli exercitus gentiū & dentibus vestris, hoc est vestra doctrina, vt interpretatur Augustinus, prædicetis eos ab erroribus, & dentes ecclesiæ sancti appellatur, vndè dicitur Petro in ecstasi illa, quando linteum è cælo demissum est cum reptilibus, & animalibus immundis, Petre occide & manduca, iubetur Petrus occidere vitia gentiū, & errores, & manducare gentes. i. cōcorporare sibi & ecclesiæ. Ergo sic explanabis, Fortitudinem gentium exercitus gentium manducabis, concorporabis. pro [in gloria eorū] quod Hieronymus vertit conuenienter Hebrææ lectioni, reddidere Lxx [In diuitijs eorū] vt gloriam interpreta ti sint diuitias, sed illas, quæ laudantur in sacris litteris, de quibus Solomon: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ eius, diuitiæ inquæ quæ manant ab illo in quo sunt omnes thesauri sciētie & sapientiæ absconditi, diuitiæ, quas doctus scriba profert de thesauris suis nouas, & veteres, de quibus apostolus inquit: Quia in omnibus diuites facti estis in illo, In his diuitijs, quibus abundabūt innumerabiles viri sancti ex nationib⁹, superbietis o viri fideles, vel vt edidit Lxx, Eritis admirabiles] sensus est, Eritis ergo admirabiles o fideles in sanctitate, religione, & doctrina sanctorum doctorum ex gentibus. & est summo opere notādum, quot laudibus vchat sacros doctores propheta hoc loco, & alijs, quibus eos zaphiros, & smaragdos appellat, interim arbores amoenissimas, sua uolentes, contra quosdam ex nostris, qui, nescio quo malo ingenio nati, quid dicant Rabbini audiunt perattente, sacros scriptores non tanti faciunt.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Pro confusione vestra duplici, & rubore laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. Sic secundo possidebunt terram, & lætitia sempiterna super caput eorum.

A VGUST. de sanctis innocentibus sermone 4. Habet inquit ipis. erit sempiterna lætitia sancti ante resurrectionem singulas stolas, quia in sola anima beati sunt, postea receptis corporibus accepturi sunt binas, qui anima, & corpore immortales beati erunt, Vndè Esaias [In terra sua duplicia possidebunt] & dictum est illis vt quiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum, & fratrum eorum. Eodem modo explanat GREG. Moralium li. 35. cap. 9. & in septem psalmos poenitentiales, in illa verba: Audite meo dabis gaudium, & lætitiā, Tralatio Lxx toto cælo distat, nam pro tota hac lectione Di Hieronymi, edidit: Sic secundo possidebunt terram, & lætitia sempiterna super caput eorum] quem locum sic interpretantur P. R. O. C. & C. Y. R. I. L. quem admodum per sortem Israclitis Iesus Naue diuisit regiones gentium Amorrhæorū, Idumæorum, Chanaanorum, Eneorum: sic Christus seruator noster, cuius figura erat Iesus Naue, non solum Iudæam in se credentibus distribuit, sed terram vniuersam, & hæc secunda fuit post primam, diuisio hereditatis

quā sponfos, qui more sacerdotis ornantur corona, & vestibus pretiosis, nuge & fabulā, ut in A
 terim mittā sponfos non ornari corona, nec ut sacerdotes, quārā à ludæis, vbi hoc verbū (כֹּהֲנִים),
 repererint pro ornari more sacerdotis, non poterunt proferre locum ex scriptura, vbi hoc sig
 nificet, nam de hoc controuersia est, quomodo hoc loco hoc verbū sit accipiendū. Certe om
 nes ludæi fatentur hoc verbū כֹּהֲנִים, significare esse sacerdotē: & in hiphil, facere esse sacerdo
 tem, nusquam alia significatiōe reperitur, hæc huic loco optime congruit, tanquā spōsum fe
 cit me esse sacerdotē cum corona, quæ verba velint nolint ludæi, Christo soli conueniunt, qui
 sponfus ecclesiæ est factus à Deo sacerdos secundū ordinem Melchisedec, & regnat in domo
 Dauid in æternum, & nulli alij prætereā cōuenit. Deinde sequitur וְכַדְכָּד, & sicut spōsam וְכַדְכָּד
 quæ ornauit se, וְכַדְכָּד ornamentis suis, ut sit totum. Sicut sponfam, quæ ornauit se ornamentis
 suis, ut sit sensus, Sicut sponsum fecit me sacerdotem cum corona vel diademate, & sicut spon
 sam quæ ornauit se cum ornamentis suis, ut Christus dicatur sponfus & sponsa necessario, ut
 volunt veteres patres, nam alio qui quomodo cohæret ut dicatur? Sicut spōsum fecit me sacer
 dotem cum corona, & sicut sponfam, quæ ornauit se: fœmina ne sit sacerdos? nisi ad ecclesiā
 referas, ut suprā interpretatus est August. Nam verbū וְכַדְכָּד, ornauit, fœmineū est, ut nō pos
 sit referri ad Deum, sed ad sponfam, quæ ornauit se ornamentis suis, quæ fit quoque sacerdos
 iuxta illud, Vos autem genus electum, regale sacerdotium, &c. & non hoc modo tantum, sed
 ecclesia suos sacerdotes habet, quos Christus impertit suo sacerdotio. Aquila (authore D. Hier.
 ron.) interpretatus est verbū Hebræum וְכַדְכָּד sacerdos ens. Notat tamen D. Hier. Aquila
 hæc vertisse casu nominandi sic: Sicut sponfus functus est sacerdotio cum corona, & sicut
 spōsa ornauit vasa sua. Quæ versio est admirabilis. Habuimus enim ludæos, quum maximè ar
 debant odio nominis Christiani, multè æquiores quàm Iudaizantes nostræ tempestatis: erit
 ergo sensus [sicut sponfus] Christus, s. secundum diuinitatem: de Deo enim loquitur prophe
 ta vsque adhuc [induit me] Deus: s. & postea [sicut sponfus] s. hic Deus, sicut sponfus ecclesiæ, s.
 nam ut docuit Origenes & August. supra, secundū diuinitatē etiā est sponfus ecclesiæ, Deus
 ergo Christus sicut spōsus, functus est sacerdotio, factus homo, & functus sacerdotio secundū
 ordinem Melchisedec, sicut sponsa exornauit vasa sua, ut sit [sicut sponsa] i. Christus, qui secun
 dum carnem sponsa dicitur, ut suprā docuit August. secundum quam humanitatē plenus fuit
 gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine omnes accepimus [Vasa sua exornauit] i. fideles imple
 uit gratia. Nam vasa dici fideles frequentissimum est. Vnde illud. Vasa in honorē, vas electio
 nis. Erit ergo sensus, iuxta Aquilæ interpretationem: Hic Deus de quo agebatur, & qui induit
 nos vestimento Iesu, sicut sponfus ecclesiæ factus homo, functus est sacerdotio, ingressus se
 mel in sancta æterna redemptione inuenta, & sicut sponsa hic idem Deus, secundum humani
 tatem, s. plenus gratiæ & veritatis fuit, & exornauit vasa sua] i. fideles suos impleuit gratia, quā
 accepit sicut caput ecclesiæ, vnde in omnia membra dimanauit gratia.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Sicut enim terra profert germen suū, & sicut hortus germen suum germinat, sic sicut terra afferens fructum suū, & sicut hortus semina sua germinat, Dñs Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.

TRanslatio Lxx virorū mendose legitur, demēda est vna litera ex editione Græca, & pro
 ας γησ κούειρα, legendum ας γησ κούειρα. ut terra augens, nam sic legitur Hebræicè. His postre
 mis verbis reddit Dominus causam, eum Christus, qui ut sponfus ecclesiæ, functus sacerdotio
 intrauit in sancta æterna redemptione inuenta, ut de plenitudine eius omnes acciperemus: &
 vasa sua, i. fideles, impleuit donis spiritalibus, dicatur in scriptura inter alia reliqua nomi
 nationē i. germen, vel oriens, quod est vnum ex nominibus Christi in prophetis. Ait ergo idē
 dictum esse Dominum germen, quod postquam introiuit in sancta, i. postquam passus est,
 mortuus, & reuixit gloriosus, & ascendit in cælum ad patrē, intra breuissimum tempus fe
 cit, ut toto orbe germinarent, & orirentur fideles, germinaret, & oriretur iustitia, & omnis
 virtus. Ait enim [Sicut terra profert germen suum] i. sicut, germinat herbis, & floribus terra,
 & sicut hortus germinat, & producit herbas, & flores vere, sic Dominus Deus germen dici
 tur, quia

Ait, quia post passionem breui tempore faciet, ut vniuersus orbis floreat fidelibus, & iusti
 tia, & omni virtute. CYRIL. in Genes. lib. 9. in principio, sic hunc locum explanat: Christus
 iustitia, & exultatio appellatur apud Esaiam: oriri faciet Dominus iustitiam & exultationem:
 factus est enim Emmanuel, non solum ijs qui ex Isthæle, verum etiam ijs, qui ex omnibus gen
 tibus, populisque crediderint, iustitia, laus, & exultatio. In eo enim iusti euasimus, in eo p̄isca
 maledictionis ignominiam absterisimus, in eo, peccato, morteque relaxati, Deum laudamus,
 iustitia, & exultatione induti sumus.

IN ESAIAE CAP. LXII.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Propter Sion non tacebo, et propter Hierusalem non relinquam (vel remittam) donec egrediat, sicut lumē, iustitia mea, & saluator eius ut lampas accendatur.

DIuus HIER. & PROC. verba putant esse propheta, testantis se non taciturnum, neque vl
 lum tempus intermissurum, quin ad Deum clamet, enixè petens ut promissa compleat,
 hoc est, ut Christum mittat, quoad ipse Christus veniat, nam Procop. aliquando Symmacho,
 & Theodocioni fidem habet, credit ludæis aliquando caussantibus translationem Lxx viro
 rum non consentire cum Hebræa lectione, quod Lxx testimonijs planissimè multis locis Iu
 dæi reselluntur, sed duraturus ne Esaias erat vsque ad Christi aduentum? CYRIL. verba Dei
 patrisputat esse hæc [Propter Sion non tacebo] i. propter ecclesiam nunquam intermittam
 mittere prophetas, & per eosdem loqui, quod factum est, nam lex & propheta vsque ad Io
 annem. [Et propter Hierusalem] propter eandem ecclesiam, propter illam Hierusalem, quæ
 Apocalyp. cap. 21. cælo descendit à Deo [non relinquam, vel dimittam.] Nam petebant Iudæi
 apud prophetam Ezechielem, ut dictum est in principium cap. 30. ut se relinqueret sicut cæte
 ras genteis infideles, ut viverent liberè & facerent quod vellent, nolle se esse populum Dei,
 negat Dominus se relicturum, neque quieturum se propter ecclesiam, & propter cælestē Hie
 rusalem donec egrediat iustitia eius, & donec veniat Christus, relicturus postquam venerit
 Christus, si non crediderint, & ita fecit post aduentum Christi, Iudæos infideles excludit. [Do
 nec egrediat iustitia mea, & saluator eius sicut lampas accendatur] sic enim præ
 ferunt codices emendatioris, & hanc lectionem agnoscunt Procop. & Cyril. Hanc etiam le
 ctionem agnoscit idem CYRIL. in Genes. lib. 10. in principio: Salutare (inquit) Dei, quid aliud
 quàm verbum patris? qui ob salutem humani generis carnem assumpsit, ita nanq; per Esaiam
 appellat. Videbunt gentes iustitiam meam, & salutare meum sicut lampas accendetur] Dei nan
 que patris filius gloria, nobis iustitia, salutareque fuit: in eo enim iusti euasimus, honorem fi
 liorum adoptiuorum consequuti sumus, & saluator ipse nobis apparuit, velut lampas accen
 sa sedentibus in nocte, & tenebris, & lumine diuino animas in eum credentium illustrauit.
 CYRIL. in Genes. lib. 6. Salutare Dei] i. Christum, sicut lampadem accensum ait his qui in te
 nebris erant, & crediderunt, & caliginis diabolicæ crassitudinem dissiipasse, & multitudinē
 laqueorum vbique occultorum monstrasse, ne cuiquam imprudenti nocere possent: his
 verò qui non crediderint, horribilis flamma, clibanusque futurus sit. Lege finem protreptici
 CLEM. Alexandrini, vbi de hoc lumine disputat. Suprà cum interpretabamur cap. 51. quod
 AVG. de aduentu Christi esse declarat, lib. vno de vnitrate ecclesiæ cathol. cap. 7. & interprete
 non putat egere. Diximus illius & huius loci, eandem esse prophetiam, quod diximus ex A
 THAN. de cōmuni essentia patris & filij, eo capite, vbi probat filiū habere nomē patris. Vbi
 hæc duo capita de aduentu Christi simul interpretatur: quo loco aduertendum summoperè
 est, aut librariorū culpa, aut calcographi, aut interpretū, quorū pleriq; multa audet, & quædā
 haud scio an satis p̄te, locū illū vitiatū esse. Quod enim proposuit Athanas. probare de filio, q̄
 soli iustitiæ esset, & verū lumen, deprehendes relatum esse ad patrē, quod vitiose scriptū est
 Nnn 3 se intel-

se intelliges ex ipso titulo capitis, quo proponit probaturum se filium habere nomen patris, A & de filio se disputaturum, intelliges etiam ex ipso capite, ubi de filio disputat, ubi non cohaeret quod ibi leges, patrem dictum esse brachium Dei: nunquam enim hoc factum reperies, ut pater brachium appelletur, sed filius, idque conuincitur his duobus Esaiæ locis, quos illic citat Athanasius, ut probet filium dictum esse lampadem, & verum lumen de lumine vero. Sed pro eo quod Lxx verterunt [Donec egrediatur ut lumen iustitiae mea] Hebraice est [donec egrediatur sicut lumen iustitiae eius] vel ut multo significantius, reddidit D. Hieronymus [iustus eius] nam lectio Hebraea vtrunque significare potest. Dixit enim Dominus se non intermissurum mittere prophetas propter Hierusalem, donec mitteretur iustum eius, scilicet Hierusalem. Est enim nomen compositum, cum pronomine foeminino Lxx viri, qui apparet hæc esse verba Dei patris, pro [donec egrediatur iustus eius] vrbis scilicet Hierusalem, edidit [donec egrediatur iustus meus, vel iustitia mea] ut cum audis verba illa [iustus meus] intelligas esse verba Dei patris, quod idem fecere in verbis sequentibus, nam pro [saluator eius] quod Hebraice est, i. saluator eius vrbis Hierusalem (est enim nomen compositum cum proprio nomine foeminino, ut non possit aliud referri) reddidit, Donec saluator meus quem sum misurus, accendatur ut lampas. Dicit enim Dominus de se: Ego sum lux mundi, ambulate dum lucem habetis. Tamen Hebraice est [donec Iesus eius sicut lampas accendatur] & ita D. Hieronymus, & Lxx seniores vno consensu reddunt [saluator eius] Iudaeizantes cum Iudaeis contentunt foemininum nomen esse, quibus supra pluribus respondimus, quibus sat esse debuisset, & ita D. Hieronymus & Lxx viros vno consensu reddidit [saluator] quod Hebraice intelligunt esse Iesum, & nomen esse proprium, & n, literam esse adiectivam, ut in alijs multis masculinis nominibus, quaque Iesuah significat quoque salutem, & Dominus dicitur: Salus nostra, tamen cui non sit satis, trecentis annis ante tempora Christi Lxx viros intellexisse esse nomen proprium Domini? Hic Iesus ergo, hic Deus verbum, ut EVSEB. preparationis euangelicæ lib. i. in principio, verbis vtar, ut infinitum & immensum quoddam lumen, & ut splendor immensus, omnibus mortalibus est exortus, ut ex toto orbe terrarum fideles aduocaret ad fidem. Erat enim Dominus ait EVSEB. demonstr. euangelicæ lib. 9. cap. postremo in fine: Lumen verum, & sol iustitiae, diem Domini faciens, de qua dicimus: Hæc est dies, quam fecit Dominus, quæ est admirabilis in oculis nostris.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et videbunt gentes iustum tuum, et cuncti reges inclytum tuum. Et videbunt gentes iustitiam tuam, omnes reges gloriam tuam.

AVGVST. libro vno de vnitae ecclesie cap. 7. hæc citat, & tam planè his catholicam ecclesiam describi putat, ut interprete non putet egere, & subiiciat: Quàm multa? quàm clara? & tamen resistitur non homini, sed spiritui Dei. Quod Lxx viri edidit [Videbunt gentes iustitiam tuam] D. Hieron. multo significantius [videbunt gentes iustum tuum] nã dictio Hebraea vtroque modo verti potest. i. Videbunt gentes Christum, ad te missum, ô Hierusalè, & conuertentur ad eum nationes, erat enim expectatio gentium. [Et cuncti reges inclytum tuum] Lxx viri [et omnes reges gloriam tuam] videbunt gentes Christum qui dicitur [inclytus] i. valde nobilitatus, vel [et gloriâ tuâ] ô Hierusalè. Hebraice est חַיִּי וְקַיִּי. i. gloriâ tuâ. ATHAN. de communi essentia patris & filij & spiritus sancti, capite aduersus eos qui seruiunt vocibus: Esaias (inquit) seruatore nostrum nuncupat gloriam, secundum deitatis maiestatem. & sic interpretatur illud: Populus meus videbit gloriam Domini. i. Christum. & subiicit: Gloria igitur est à gloria. Sed supra dictum est ex autoritate aliorum patrum, Christum dici in scriptura patris gloriam.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Et vocabit te nomen tuum nouum illud, quod ipsum os Dñi vocauit ipsum.

Dicte mirabile est, quàm hoc Lxx sint conati exprimere, & dicere significanter Græce, qui sic edidit *καὶ κλησὶν σε τὸ ὄνομα σου τὸ καινὸν ἢ τὸ ὄνομα κρηλοῦ διακονῶν ἡμῶν*, quod Latine exprimi non potest satis, sic tamen reddes: Et vocabit te ipso nomine tuo, ipso nouo, quod ipsum os Dñi locutum est ipsum. Admirabile hoc nomen esse putarunt Lxx, quod tanto conatu &

tanta ar-

A tanta articulorum, quæ vim habent pronominum demonstratiuorum repetitione nostris animis insigere, & nobis facere venerandum elaborarunt. CYRILL. de Trinitate lib. 5. paulò post principiu, de hoc nomine Iesu hoc interpretatur, ut sit: Vocabunt te, ô Christe (facta apostrophe ad Christum) nomine tuo, hoc est, Iesum nomine, quod nomen est Christi in prophetis illud nouum, quo appellatus est factus homo, quod os Domini nominauit, cum Gabriel virgini mandata Dei patris defert, & ait: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ergo facta est apostrophe ad saluatorem: loquebatur enim antea Deus pater cum Hierusalè, & prædicebat se missurum saluatorem. Postea conuerso sermone ad saluatorem ait [vocabit] supple Hierusalè, te ô saluator [illud nomen tuum, illud nouum nomen, illud ipsum quod os Domini loquutum est] ut sit amplificatio sanctissimi istius nominis Iesu. Sic Cyrillus interpretatur hæc verba loco citato. In commentarijs verò cum D. HIER. explanat: Non vocaberis synagoga amplius, aut nomine antiquo, ô ecclesia, sed nomine tuo, quod erit tibi peculiare, & nomine nouo, quod os Domini loquutum est. Appellaberis enim ecclesia, quod erit nomen tuum tibi, quod imposuit tibi Dominus cum dixit: Tu es petra, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, Et ecclesia Christianorum (hoc enim significat Dominus cum dixit, ecclesiam meam) est nomen nouum, nomen magnificum, summi splendoris. Nam si Christus significat Deum factum hominem vntum spiritu sancto. i. plenum spiritu sancto, & in quo spiritus sanctus habitat corporaliter, ecclesia Christianorum, ecclesia est hominum qui dii sunt participatione, filij Dei adoptiui, vnti spiritu sancto, induti Christum, quales descripti sunt cap. super illa verba: Quia induit me vestimentis salutis. Multa in hanc sententiã memini me legere in codice manuscripto Theodoretii in Genes. in Bibliotheca clarissimi principis Cardinalis Burgenfis. CYRILL. in Genes. lib. i. in principio: Re creati in Christo, nouaq; creatura facti sumus, & in eo solo nouum nomen obtinuimus Christianorum. i. GREG. Nazian. περί φιλότητος. Nomen nouum (inquit) ut vocemur à Christo, Christiani, gens sancta, regale sacerdotiu. CLEM. Alexandrinus præd. cap. 5. Nomen nouum interpretatur. i. quod nunquam veterascet, quod semper erit nouum, æternum. Lege totum illud caput de populo nouo, & nomine nouo. EVSEB. Cæsariensis euang. demonstrationis lib. 2. cap. 49. Nomen nouum quod apud veteres erat incognitum, quodnam esse potest aliud, quàm à seruatore nostro Iesu Christo, ductum Christianorum cognomen, toto terrarum orbe benedictum? CHRYS. in cap. i. Ioann. homil. 19. in illa verba, Tu vocaberis Cephæ: Olim (inquit) varia ac differentia singuli nomina acceperant pro ratione rerum & virtutum, quibus postea excellere debebant: nunc vno omnes appellamur nomine Christiano, omnium maximo ac præstantissimo, cum quo & filij Dei, & amici, & corpus Christi dicimur, quo nomine maxime ad virtutem excitari deberemur, quippe dii participatione appellati, & Christi corpus & membra, & Dei filij pro tanto nomine, & tanta rei dignitate nunquam nos dimittere ad vitiorum sordes deberemus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui. Et eris corona decoris in manu Dñi & diadema regni in manu Dei tui.

Dixi AVGVST. de vnitae ecclesie lib. i. cap. 7. de ecclesia catholica hæc tam planè dicta putare, ut canat triumphu, & dicat, Quàm multa? quàm clara? & tamen resistitur non homini sed spiritui Dei. Describitur ergo quàm splendida futura sit ecclesia, cum post resurrectionem induta Iesum Christum, cum gloria resurrectionis omnibus ornamentis vndique splendeat, qualis descripta est superiore capite, in illa verba: Quia induit me vestimentis. Hoc loco, inquit CYRILL. vnam quaque animam, & vniuersam ecclesiam, sanctorum coronæ comparat ex multis floribus contextæ, vel regio diademati, lapidibus preciosis, & gemmis Indicis radianti. Sic enim ecclesia omnibus virtutis ornamentis vndique fulget, Christo pro ornamento vestita, & gloriosis Christi dotibus vndique collucens, vnde diuinus Psalter illam describit fulgentem vestitu deaurato, & ornatam varietate. [In manu Domini] quia supra dixit: In protectione manus meæ protegam te. Et in Euangelio: Nemo rapiet eas de manu patris mei. Et certè PLATO mutuatus ex sacris litteris, damnatorum poenam non minus grauem sempiternis flammis inferorum, in Tegetho esse putat, quod damnati detestabili foeditate deformes, inter foedissimos, & spurcissimos dæmonas in omne æuum commoren-

tur, neque aliud sentit de beatis, quos ornamenta virtutum faciunt splendere magis lucifero, A & sole, quod ipse ait. Hinc enim illud vulgatum natum est: Si corporeis oculis virtus cerni posset, admirabiles sui ex citaret amores, vt appareat ex sacris literis veteres multa esse mutuos.

D. HIERONYMVS

Non vocaberis vltra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea.

LXX VIRI.

Non vltra vocaberis derelicta, & terra tua non vocabitur deserta: tibi enim vocabitur voluntas mea.

AVGVST. de vnitae ecclesiae lib. 1. cap. 16. citat hec verba, & negat egere interprete, sicut alia multa scripturae loca quae citat, & interprete egere negat, pro quibusdam ex nostris hac tum moperè notanda, quibus duru videtur, si dicas scripturae testimonijs hereticos posse refelli, at qui eo loco hereticos refellebat August. & hoc loco catholicam ecclesiam describi probat tam planè, vt interprete non egeat. Suprà dictum est ex autoritate Procopij, & veterum patrum, cum Deus dat nomina, dare etiam res significatas per nomina, vt cum suos appellat lucem mundi, facit vt sint lux mundi, & cum Simoni dat nomen petrae, dat illi petrae soliditatem, cum filium Zachariae vocat Ioannem. i. Dei gratiam, in ventre matris implet illum spiritu sancto. Quod PLATO in Cratylo docet, cum vocat aliquo nomine Deus (inquiens) res aliquas, nomina dat, & res nominibus significatas. Sic ecclesia dat, vt nunquam sit derelicta, cum dat vt vocetur non amplius derelicta, nam portae inferi non praeualebunt aduersum eam, Et ipse Dominus ait: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: & cum dat ecclesiae, vt vocetur voluntas mea in ea, dat vt sempiterno matrimonio ecclesia iungatur Christo, de quo iam dicendum est amplius.

Contra quosdam qui negabant te simonijs scripturae, Iudeos & hereticos posse refelli. Cum Deus dat nomina, dat res significatas per nomina.

D. HIERONYMVS.

Et terra tua inhabitata, quia concupiscit Dominus in te, et terra tua inhabitabitur.

TERRA tua inhabitata] CHRYS. tomo. 1. de eo quod scriptum est in Esaia: Gaude Sion, ecce rex tuus venit. interpretans illud: Ecce venit habitator in te, Quis est iste habitator (inquit) nisi qui inter nos habitare voluit, & sibi congregare, qui dixit: Quonia deambulabo, & inhabitabo in eis, & ero illorum Deus iste habitator, quum possederit omnia nostra, omnia sancta in nobis aget, iste habitator dicitur possessurus terram. Lege CHRYS. in cap. 1. Ioann. in illa verba: Et habitauit in nobis. habitat igitur Christus in ecclesia, in tota terra, tanquam in membris. Lxx viri sic videntur vertisse, habitabitur, vel vt alij codices castigatores praeferrunt, cohabitabitur. i. maritabitur, id enim significat cohabitari, vt intelliges ex Chryl. in cap. 20. Genes. homil. 45. in illa verba: Ista cohabitatrix est viro, illic enim Lxx cohabitari, pro maritari vsurpant. D. AVG. in li. de vnitae eccles. c. 16. Terra tua] pro orbe terrarum interpretatur, quod Lxx verterint, quae vox orbem terrarum significat, quasi dicat propheta: Terram ecclesiae futuram, non prouinciam vnam aliquam, vt olim Iudaea fuit, sed totum terrarum orbem ecclesiam catholicam occupaturam. & hoc alijs locis scripturae innumeris praesignificatum est. D. HIER. in commentarijs totum hunc locum explanat de matrimonio spiritali Christi, & ecclesiae, quod cum ita sit, etiam probat D. Hieron. translationem Lxx [Terra tua maritata] na & verbum Hebraeum, duos habet intellectus, habitata, & maritata, & ita cap. 54. reddidit D. Hieron. hoc verbum, quae habet virum, in illo: Quoniam multi filij deserta, magis quam eius quae habet virum, vbi Hebraice est, cum hic de matrimonio spiritali Christi, & ecclesiae agatur, teste D. Hieronymo, & omnibus sanctis. Habitata, reddi potest eo sensu quo diximus, & multo significantius, maritata, & magis male vreret Iudaeos. Nam si hoc loco veritas, vt reddidit D. Hieronymus cap. 54. i. habens virum, vt sit: Et terra tua habens erit virum: quia complacuit Domino in te & terra tua habens erit virum, respondebit illi loco Osee capitis. 3. de Iudaeis, de quibus dicit: Et dies multos expectabis me

Fortasse quia appellat propheta loca habitata in quibus Deus est habitator, infideles gentes desertum nominantur.

LXX VIRI.

Et terra tua habitata, quia complacuit Dominus in te, & terra tua habitabitur.

VEL

Terra tua maritata, quia complacuit Dominus in te, & terra tua maritabitur.

maritabitur tua terra & in te Dei voluntas quia habitata tua terra est

maritata

A bisme & non fornicaberis & non eris viro. Nam quemadmodum Iudaei dicuntur ab Osea quod non habebunt virum, ita de ecclesia catholica hic videtur dicere contrarium, quod terra eius habebit virum, vt quemadmodum cap. 54. Synagoga ante illa dicebatur habere virum post Christum sedeat sine viro. i. sine Deo, & ecclesia ex gentibus quae antea virum non habebat, post aduentum saluatoris virum habeat idem est verbum hoc capite & cap. 54. cur non eodem modo explanetur? vt ecclesia quae sterilis vsque ad illa dicta est & sine viro, quum nationes sine Dei cognitione erant, & nullos addebant fructus spirituales, recepta luce euangelij virum habere dicantur. Si ab Osea propheta dicuntur Iudaei non habere virum, rectissime hoc loco dicuntur habere virum fideles, & dicitur maritati Deo vt Osea cap. 2. vocabit me vir meus. i. ecclesia vocabit me inquit Deus, vir meus. i. dicit quod ego sum vir eius, hoc significat vox Hebraea, i. habens virum.

D. HIERONYMVS.

Habitabit enim Iuuenis cum virgine, & habitabit in te filij tui, & gaudebit sponsus super sponsam & gaudebit super te Deus tuus.

DIxi ex D. Hier. describi hoc vaticinio nuptias spirituales, quod haec verba planè & aperte ostendunt [Habitabit iuuenis cum virgine vel vt Hebraice est, quia maritabitur significat enim maritabitur, & habitabit & hoc vaticinio de matrimonio spiritali magis conuenit maritabitur, vt maritatur ergo iuuenis cum virgine, vel vt habitabit iuuenis cum virgine. i. maritabitur, quod Lxx dixerunt, i. cohabitabit, & maritatur, sic habitabit. i. maritabitur tibi filij tui, sic enim est Hebraice, i. maritabitur tibi filij tui, quia pro patribus inquit Dauid nati sunt tibi filij. i. ex filijs ecclesiae praefecti sunt pastores ecclesiae qui matrimonio spiritali iuncti ecclesiae dicuntur mariti ecclesiae, episcopi scilicet & proceres ecclesiae, & Christi uicarij maritabuntur tibi, & te habebunt sponsam. Et quem admodum laetatur sponsus super sponsa, sic laetabitur Dominus super te, maritatus tibi, secundum enim reddet ecclesiam inquit CYRIL. & magnos foetus eam fecit edere, magnos partus magnam vim sanctorum martyrum, doctorum confessorum, virginum, ornamentis omnibus celestium virtutum splendidius sole micantium.

LXX VIRI.

Et sicut cohabitabit (vel maritabit) Iuuenis cum virgine, sic cohabitabit filij tui tecum, & erit sicut laetatur sponsus super sponsa, sic laetabitur Dominus super te.

D. HIERONYMVS.

Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt qui reminiscimini Domini non taceatis nec detis silentium ei, donec stabiliat & donec ponat Hierusalem laudem in terra.

LXX VIRI.

Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die, & tota nocte qui nunquam tacebunt recordantes Domini (vel redigentes vobis Dominum in memoriam) non enim est vobis similis, si correxeris Hierusalem, facies gaudium super terram.

PERsuasere Iudaei nostris Lxx virorum translationem quibusdam locis ab Hebraea lectione toto caelo dissidere, quod videtur se eorum testimonijs tertio quoque verbo configi: & ita PROCOPIUS hoc cap. non putat Deum patrem verba facere, vt putant Lxx seniores, sed verba putat esse prophetam, qui prophetarum omnium nomine magno clamore vociferatur, & petit vt Christus veniat, quos omnes spiritus sanctus adhortatur vt perseuerent in his precationibus, neque vllum intermittant tempus quin a Deo petant vt promissa compleat, quoad ponat Dominus Hierusalem laudem in terra. Haec Procop. sequutus Symmachi translationem, & disputationem, quam sequitur D. Hieronymus. Contra Lxx seniores putant Deum patrem hoc cap. verba facere ad prophetas & significare non cessatum se mittere prophetas, neque relicturum Iudaeos donec veniat Christus, vt appareat postea relicturus neque missurus prophetas, quia lex & prophetam vsque ad Ioannem. sed haec a principio. Deinde cum multa de ecclesia & de nuptijs spiritalibus Christi & ecclesiae vt Hieronymus in commentarijs interpretatur, praesignificasset hoc loco pergit propheta iuxta interpretationem

terpretationem Lxx seniorum describere ecclesie felicitatem, & vt explanat D. CYRIL. pro A mittit se muniturum ecclesiam multis angelorum millibus, qui nos excitent dies ac noctes ad decantandas Diuinas laudes, nam post matrimonium spirituale Christi cu ecclesia, quod in omne æuum est duraturum, consequens erat vt pro tanto beneficio tanquam omni oratione maiore, dies ac noctes ecclesia sempiternas laudes concineret, ad idque muniretur angelorum presidio, qui ei calcaria adderent, vt hoc munus obiret & qui semper ecclesie in memoriam redigerent hoc tantum beneficium, vt nullum intermitterent tempus, quin gratias meritas Deo agerent. AMBR OS. in psalm. 47. sub finem, eodem spectat, vbi docet te quos muros habeat ecclesia, Iesus enim est illi murus & antemurale, vt supra dixit Esaias, & sacramenta sunt ecclesie muri iuxta illud: In manibus meis pinxi muros tuos. habet Satan suos exercitus quibus animas nostras oblidet semper, & aduersus hos hostes, quos monstrat Ambrosius excubare animo nos monet. PLATO lib. de legibus 10. sub finem hinc mutuatus videlicet. In his muris inquit Ambrosius sapientia prædicat, & monet quod aduersarius vigilat, circuit & querit quem deueret, ideo semper canendus est Dominus qui dentes leonum conterat, vt nobis nocere non possint. Sic Lxx seniores sic D. Cyrillus, sic Ambrosius. secus Hieronymus, & Procop. vtri melius non controuerto, illud dicam Lxx seniorum translationem mihi placere summopere, neque dissentire ab Hebræa lectione, quanuis sit lacera, dispunxisse vero Lxx viros lectionem Hebræam longè secus quam Symmachum, quem sequutus est D. Hieron. Et quoniam sententia Procopij, & D. Hieronymi exposuimus accipe dispunxerunt Lxx viros & translationem: Super muros o Hierusalem constitui custodes totam diem, & totam noctem] hic enim addit distinctio nem quam appellant dia tolen. i. constitui o Hierusalem angelos custodes totum diem, & totam noctem] vbi deest ex lectione Hebræa aduerbium, semper, vel in perpetuum, & quod Hieronymus fecit clausulam orationis, fecere principum. nam pro: Non tacebunt] nouo rursus initio edidit [Qui non tacebunt, redigentes nobis in memoriam Dominum] nam hoc fecere secundum huius periodi membrum: quod cum Hebræa lectione ad verbum conuenit. verba Hebræa sunt:

Id est: Non tacebunt reuocantes Deum reuocantes in memoriam tacebunt Non in memoriam Deum. i. Dei beneficia. Cyrillus magis hoc videtur interpretari de doctoribus ecclesie & de prædicatoribus euangelij, quam de presidio angelorum, quos Dominus positorum se ait custodes ecclesie. Nam doctores sacri, & prædicatores euangelij custodes sunt ecclesie qui semper fidelibus in memoriam reuocant Diuina beneficia. Quod D. Hieronymus verit, Ne taceatis, ne detis silentium ei] Lxx edidit, non est enim vobis similis, si te correxeris Hierusalem] verba Hebræa utroque modo reddi possunt, que sunt.

Quæ verba Hebræa reddi possunt vt vertit Symmachus, quem sequitur D. Hieronymus. Non silentium vobis, & non detis silentium ei: pro quo Hieronymus ne taceatis, & ne detis silentium ei. Possunt etiam reddi vt transtulere Lxx viri: Non similitudo vobis, non detis similitudinem ei, nam דמי, significat etiã, similitudinem, & instar, à verbo דמתי. i. similis sum, assimilor, vt verti hic locus possit: Non similitudo vobis, vt subaudiatur est cum illo, vel, Non instar vobis, vel vestri, pro quo Lxx reddidit non est similis vobis Deus, & sic sequentia poterunt quoque verti, Nō detis instar ei. i. Si Deus non est similis vobis, ne detis ei similitudinem. i. ne faciatis Deos ligneos, & lapideos, ne colatis Deos gentium, hoc est abstinet ab idolatria: pro hoc postremo: dixere Lxx, Si te correxeris o Hierusalem, vt sit: Si tu Hierusalem quæ coluisti idola te correxeris, & abieceris idola, sic enim vertere debuit Latinus interpretes [Si te correxeris o Hierusalem, vel si correcta fueris o Hierusalem. Postea quod vertit D. Hieronymus] Donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra. Lxx vertere: Facies gaudium super terram, vt sit sensus: Si te correxeris o Hierusalem facies gaudium in terra, & superbas opes. i. poteris benedictionibus prophetarum, quæ præsignificatæ sunt tibi si legem seruaris, quod significant etiam verba Hebræa:

Quæ lectio duobus modis ver terra in laudem Hierusalem ponet donec & firmabit Donec ti potest [Donec stabiliat] vel [do nec ponat Hierusalem laudem in terra] vt reddidit D. Hieronymus vel: In perpetuum stabiliat, & in perpetuum ponet Hierusalem laudem in terra, vt consequenter prioribus legatur, si Domini non est similitudo vobis, ne detis similitudinem ei. i. ne faciatis idola, & in perpetuum stabiliat, &

Aliet, & in perpetuum ponet Hierusalem laudem in terra. i. implebit vos benedictionibus & promissis prophetarum, & notandum post vaticinia Christi aduentus, semper subiungi etiam in idola, vt aperiat Dominus caussam, cur è tanto bono exclusi sint Iudæi, & a promissis patrum, quod irritarunt Dominum, in eo quia non est Deus, & ideo electus est à Domino in populum suum, is qui non erat populus, vt supra dictum est, is populus gentium, electus est pulchris Iudæis.

HIERONYMUS LXX VIRI

Foram Dominus in dextera sua & per fortitudinem brachij sui, si ultra dedero triticum tuum & cibos tuos inimicis tuis, & si ultra bibent filij alieni vinum tuum in quo laborasti, se d congregantes comedent ea & laudabunt Dnm & congregantes bibent ea in atrijs sanctis meis.

Occurrunt optime potest in aib D. Hieronide pane: & vino ecclesia, hoc est de sanctis. I. si mo sacramento eucharistie, quod qui comedent laudabunt Dominum: quod & que iurac Dominus per filium suum non daturum se inimicis nostris Iudæis. si vt interpretatur CYRIL. de spiritu & littera. Nam in dextera inimici ecclesia in litteris sacris appellatur, & quod propheta ait [laudabunt Dominum] expressit eucharistia nomen, quod Latine declarat gratiarum actionem, nihil enim est aliud ad eucharistia, quã gratiarum actio. Latine pro tanto beneficio, quo pacimur carne & sanguine Domini, & accipimus pignus æternæ felicitatis. Et certe hæc D. Hieron. interpretatus est verus & germanus huius loci sensus, nam illud aduerbium (ultra) emphasin habet, quod vt que ad tempora Christi pascebantur donis spiritualibus & inuitabantur ad epulas vituli saginari, postea dictum est illis: Quonia indignos vos iudicatis, ecce euerit murus ad gentes, iurati hōe Dominus per brachium suum. i. per filium, qui in litteris sacris brachium & dextera patris dicitur.

HIERONYMUS LXX VIRI

Transite transite per portas, preparate viam populo, planum facite iter et eligite lapides & eleuate signum ad populos. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ. Ite per portas meas & viam facite populo meo & lapides de via proijcite, leuate signum in nationes (vel in gentes) Ecce enim Dominus fecit auditum vsque ad extremum terræ.

Quod Canon interpretandæ scripturæ est, quoties verba multa significat, quæ rei de qua sermo est conueniant, omnia illa spiritum sanctum voluisse significare, dicam multas Hebræarum harum vocum significationes, quas non arbitror ingratas fore. Transite transite per portas, vel intrate intrate per portas, quibus verbis omnes hortatur Dominus, vt ingrediantur in ecclesiam & fruatur tanto bono, & quæ verba D. Hieronymus & Lxx verterunt: Preparate viam: ערו, populo, & sic sunt verba ad angelos, & ad apostolos, vt parer viam, quo populus gentium ad euangelium veniat. Possunt etiam verti verba illa ערו, dirigite viam: vt reddidit D. Ioannes: Dirigite viam Domino: Sūt enim hic eadem verba Hebræa quæ illic interpretatur D. Ioannes, quod si interpreteris, dirigite viam ערו, casu vocandi interpretari potes, & casu dandi, vt sit dirigite viam populo. i. commonstrate viam populo, & dirigite viam populo ad deum. rectam insitite hanc viam euangelicam o popule fidelis, vt rectam viam iubeatur ingredi populus Dni, & alijs commostrate rectam viam ערו, i. viam altam munita lapidibus, Nam ערו, via alta, strata, & munita lapidibus per loca canosa, & per viam lutulentam: qua populus ire possit viamunda & pura ne se inquinat cano & luto, cuiusmodi via in locis canosis, & plenis lamis sternuntur lapidibus magnis, huiusmodi viam sternere iubentur apostoli populo Dei per loca huius vitæ canosa & lutulenta ne se cano vitiorum vlla: ex parte contaminet populus Dei, & se inquinet. Lapis Christus est, & apostoli, & sancti doctores. Nam

res. Nam Christus Dominus suos suo nomine participat, ipse lux est mundi, suis dicitur vos estis. A lux mundi, ipse siloah. i. apostolus dicitur, & missus, suos apostolos appellat ipse lapis dicitur quod, ut Cyrillus inquit de spiritu, & littera, serpens transiens lapidi nullum signum imprimit, suos appellat lapides quod illis dedit potestatem calcandi supra serpentes, & ut non vincatur a serpente, qui terra paschitur, lapidi non imprimit dentem, nam nemo tam stultus sapit ut hic de signari putet, cum iudæis viam aliquam munitam, & stratum, & cenosam viam, & lutulentam, qua Hierusalem petatur. Ridiculus enim esset qui litteraliter hæc intelligeret, ut ex toto orbe terrarum statæ, & munitæ quædam via essent Hierusalem versus. Iacet Hierusalem terrena, nūquam instaurabuntur vrbes iudææ, ut necessario spiritaliter hæc intelligas de via illa strata a Christo & apostolis, de via munita lapidibus illis magnis, de qua propheta dicit, *Alleuate, alleuate vel exaltate, exaltate viam altam & munitam per loca huius vite canosa & lutulenta, quod Paulus dixit, quæ sursum sunt, querite, non quæ super terra, quod nostra conuersatio sit in caelis, hæc enim est via alta, & excelsa, strata lapidibus magnis quorum caput & fundamentum est petra illa, de qua Paulus, petra autem erat Christus, & lapis ille apud Danielem sine manu de monte præcisus, R. David, & R. Mosech, interpretatur, solu, solu, i. tollite lapides tollite offendicula, quod Hieronymus dixisse videtur. Planu facite iter, mihi magis placet prior interpretatio quod verba Hebraica sic explanantur a iudæis, & congruunt cum verbis Pauli, & veritate euangelica. Non verborum interpretatio interdidit ex fratre d. Lxx. viros, *mundate a lapidibus, hoc verbum significat, mundate lapides, & etiam a priora verba Hebraica sic potuissent explanari, melius alio intellectu enucleatur quando, his verbis, hic sententia significatur. Ergo mundate viam lapidibus, quod Lxx. dixerunt, lapides de via projicite, vel remouete significat, Tollite vitia & offendicula quæ vobis impedimento esse possunt, quod minus altam, hanc ad caelum viam insistatis, & fortasse d. Hieronymus hanc altam viam stratum lapidibus illis magnis planum iter appellauit, planam ad caelum viam. Alleuate signum ad nationes, PROCOP. i. signum crucis quod alleuari iubetur ad nationes, non ad iudæorum populum. Idem ait CYRILLUS, & D. HIERON. Adijce tur Lxx. seniores non dixisse signum, sed *signum*, i. confignum, quo videntur significasse Christum crucifixum, cum non signum dicitur, attolendum ad populos, sed confignum. i. Christus crucifixus in illo signo. Addit Procop. filiam Sion appellari ecclesiam quod sit filia Hierusalæ, nata est enim ex iudæis ecclesia, nã reliquæ saluæ factæ sunt, quæ prima ecclesia fuit. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ. Crebra repetitione huius rei inquit Procop. facit Dominus ut intelligamus ecclesiam non occupatam prouinciã vnã aliquam, sed vniuersum terrarum orbem, prius iussit tolli signum ad populos quod interpretantur Lxx. i. ad nationes, nunc præsignificat ad extremos fines terræ euangelicam lucem perferendam.**

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dicite filia Sio, Ecce saluator tuus venit, Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

Dicite filia Sion, ecce tibi saluator aduenit, habes suam mercedem secum, & opus suum ante faciem suam.

D. MATTHAEVS.

Dicite filia Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis.

Primum omnium hoc loco explicat propheta, quid sit hoc nomen tam crebro repetitum, Iesa, quod salutem interim, interim saluatorem uertit d. Hieronymus. Lxx salutare Dei. Iudæi, & iudaizantes semper vertunt salutem. d. Hierony. in com. superioris capitis ut diximus Iesum vertendum putauit, Cur enim, cum Domino ab angelo sit impositum nomen Iesus, & Hebraicè sic appellatur non vertamus Latine Iesum, ut vertimus reliqua nomina Abraham, Isaac, cum pro Abraham non reddamus patrem populorum excelsorum, neque pro Isaac vertamus risum, sed integra nomina Hebraea ad nos transferimus, cur pro Iesu salutare, aut saluatorè, aut salutem reddimus, & non ipsum nomè Hebræum proprium transferimus ad nos integrum, & Iesum dicimus, ut Abraham, & Isaac, & reliqua nomina propria? Hoc notat prius EVSE. Cæs. & PROCOP. quod supra dictum est, erat igitur inter nostros & iudæos hæc orta controuersia utrum Iesa red di debe-

di deberet Latine salus, & saluator, an Iesus. Propheta Esaia, ut in fine capitis proximi explanauit, cur Christus appellaretur a se, & ab alijs prophetis *IMM*. i. germen, idq; pluribus verbis, ut supra ostendimus, sic hoc loco explanat, quid toties appellet Iesuah, aut Iesa, & declarat nomè esse illud quod appellatum est ab angelo, cum annunciauit Mariam concepturam, & parituram sanctum Israël. Ait enim propheta, Dicite filie Sio ecce Iesus tuus venit, sic enim est Hebraicè, ubi iam necessitas ipsa cogit, aut Iesum interpretari, aut saluatorem, non salutem. Nã quod obijciabant iudæi & iudaizantes, foemininum nomè esse, verti non posse saluatorè, aut Iesum, præter quod parui refert nomina propria qua terminatione terminetur, & nã dicitur nomina masculinis, non mutat genus, hoc loco redarguantur, ubi relatiuū nomen masculinum est, subiugitur enim: Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Vides duo relatiua masculina quæ necessario cogit ut veritas Iesa, saluatorè, aut Iesum? & fatuaris verè illa quæ supra diximus adnotata a d. Hieronymo & Procopio, & ab Eusebio Cæsariensi ubi salutare Dei aut saluator sit Hebraicè, Iesum esse, & Iesum fuisse reddendum, Ecce Iesus tuus venit, ecce merces eius cum eo.]

B nam ut ORIGEN inquit. c. 53. Iesu Naue homil. 17. Iesus Naue, qui erat typus Christi mercedem distribuit Israëlitis. Moses enim duabus tantum, & semis tribubus terram distribuere, idq; citra Iordanem, neq; dederat leuitis portionem. Iesus Naue non solum tribubus dedit portionem, sed etiam dispensauit in illis, quæ a Mose trans Iordanem fuerant collocatæ, decreuit. n. leuitis habitacula in singulis tribubus, quod non potuit facere Moses, quia Moses non erat minister veritatis, sed umbra Iesus vero Deus noster, cuius typus erat Iesus Naue, est sapientia Dei, ipse habitacula sapientibus præbet, non potuit enim dicere Moses, Vade, vade omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni, & sequere me. Neq; potest dicere, Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. neq; Qui non oderit patrem, vel matrem, fratres, aut sorores in super animam suam non potest meus esse discipulus, nã qui Iesu obtempere, a Iesu forte caelestis mansionis accipiet in futuro, inde merces eius cum eo: ait enim. Pater volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum. Vide quã magna merces sit cum eo, & sicut ego in te, & tu in me, vnum sumus, ut & isti nobiscum vni sint. O admirabile mercedem, & dñs hæreditas iustorum dicitur, cui ergo hæreditas dñs est, sit necesse est ei iustitia, pax, redemptio, salus, sint necesse est omnes thesauri sa-

pietatis, scientiæ, qui sunt absconditi in Christo hæc omnia pro mercede accipietis, cuius hæreditas dñs fuerit & sic opus eius coram illo, neq; quod sancti semper sunt cum dño ut sit idem cum illo, Volo ut ubi ego sum, & illi sint, quod etiam latroni dixit, Hodie mecum eris in paradiso, ut interpretatur Cyrillus, & opus suum appellat, quos redemerit, & iustificauerit, & coronauerit, qui coram dño erunt semper, quod Ioannes in Apocalypsi sæpè repetit. ¶ Sed iam cum ERAS. concepitatio sit necesse est, qui nescio quomodo iure euangelistarum censor est. Nam in caput. 21. Matthæi in illa verba [Dicite filia Sion, &c.] testimonium inquit, sumptum est ex Zacharia. c. 9. Quam euangelista, inquit, neq; vsquequaq; conuenit cum Hebraica veritate, neq; cum Lxx. Nã, dicite filie Sio, neq; est apud Hebræos, neq; apud Lxx. Ad ditq; alia, quibus postea respondebimus. Si Erasmus in scriptura parum versatus erat, quanto satius fuerat discere, aut quærere, quam vituperare, quæ ignorabat præsertim in euangelista? Certè si à veritate Hebraica discrepat euangelista & à translatione Lxx, cum citat testimonium Esaia, nescio quomodo dici possit euangelista fideliter citare verba prophetæ. Hoc viderit Erasmus. Nã si quid licet d. Hieronymo interful-

gentissimas virtutes, & admiranda doctrinæ sacre ornamenta, non oportet idem Erasmo licere. Quid? quod Erasmus multo plus sibi vèdicat, audeat multo, multoq; magis, & d. Hier. si quid aliquando huius notæ dixerat, mutauit sententiã cum alijs locis plurimis, tum de optimo genere interpretandi ad Pàmachiũ, ubi nos docet apostolos, & euangelistas, & Lxx viros sententiam secutos, verborum non magnopere sollicitos, quoties vertunt cum citant locos scripturæ. Sed nec longo sermone te morer, mos hic est euangelistarum, & apostolorum repetitus ab antiquis patribus interpretandi scripturas. nam idem facere videmus Lxx viros, ut ex alijs locis scripturæ paraphrasim faciãt, & coniugent duos locos scripturæ, ut alijs locis lucem afferant alijs, quod supra factum sæpè ostendimus. Solent ergo apostoli & euangelistæ, hoc more repetito ab antiquis patribus, citare duo simul loca ex prophetis, ut idem utroq; loco significari ostendant, sicut in præsentia citant hunc locum Esaia, Dicite filia Sion. Ecce Iesus tuus venit, vel seruator tuus venit, & illum Zacharia cap. 9. Exulta satis filia Sion, iubilala filia Hierusalæ, Ecce rex tuus venit tibi, ut idem veroque significari ostendat & eiusdem rei esse prophetiam, ideo enim vnum testimonium coagmè

Deficitur euangelista contra Eras num.

ratum de duobus citant apostoli & euangelista vt eandem prophetiam esse declarerent & idē eodem loco significari ostēdant. siue cum dicitur: Dicitur filiā Sion, ecce Iesus tuus venit, siue cū dicitur: Iubila filiā Sion, iubila filiā Hierusalem ecce rex tuus venit] & vnū testimoniū coagmen-
 A tatiū de duobus citari ab euangelistis & apostolis ostēdimus supramultis locis, vt docet ORIGEN in epistola ad Rom. in c. 9. in fi. Et sic diluendū est illud dubiū cuius meminit CHRYSOSTOMUS in principi euangel. secundū Marcū homil. 1. quod impius Porphyrius, qui in nos multa volumina conscripsit nobis obijcit, & Marcō euangelistā, quod pro testimonio Esaię, citet testimoniū Malachię, in quibus, sicut scriptū est in Esaiā propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, quod Malachię cap. 3. scriptum est. & imperitiā arguebat euangelistas ipsos eum ipse esset sacrarū literarū imperitissimus simul & impius. Est enim mos euangelistarū & apostolorū, quod centies factum toto hoc opere ostendimus, vnū testimoniū citare de duobus coagmentatū & ita Marcus citat prophetiā Esaię initio sui euangelij in quibus: Inuitū euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptū est in Esaiā propheta & priusq; recitaret verba Esaię propheta: quę sunt: Vox clamantis in deserto: pręmisit verba Malachię cap. 3. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā, qui pręparabit viam tuā ante te, vt ostenderet Ioannem cuius testimonium citabat, pręsignificatum ab Esaiā, esse angelum illum, quem apud Zachariam, promiserat Dominus se missurum ante faciē Christi, nam euangelistę & apostoli aperitū scripturam, citaturus ergo Marcus verba illa Esaię de Ioanne Baptista prędicta: Ego vox clamantis in deserto, voluit aperire nobis quis nā hic esset D. Ioannes de quo Esaias illa dixisset: Ego vox clamantis in deserto: idq; docuit ex Malachiā quasi diceret, angelus ille de quo dictū est: Ecce ego mitto angelum meū ante faciē tuā, qui pręparabit viam tuā] dixit apud Esaiam. Ego vox clamantis in deserto: quę verba de Ioāne Baptista sunt pręsignificata, vt appareat angelū illū apud Zachariam esse Ioannē Baptistā. Nam hęc vox clamantis in deserto: erat vox pręcursoris, qui ibat ante faciē dñi parare vias eius & hic pręcursor ostenditur esse dictus angelus domini, missus ante faciē dñi parare vias eius. Vides ergo testimoniū coagmentatū de duobus, eo cōsilio: vt alterū explanaretur altero? nec necesse fuisse vt nostri responderent Porphyrio locū euangelij vniōse legi & legendū esse in prophetis, cū omnia antiqua exēplaria tā Gręca q̄ Latina hęc agnoscant lectionē, vt scriptū est in Esaiā propheta, quę lectio legitima & germana est, quod nō solū antiqua exēplaria, sed oēs doctores sacri eam agnoscant. Quamquā IREN. lib. 3. c. 11. vt scriptū est in prophetis, legat, vbi docet fundamentū euangelij esse prophetarū voces cōtra nostros homines, qui falsas ludæorū interpretationes defendunt, & nō agrē ferunt omnes prophetias de Christo falsis interpretationib; peruersti ad ludæis, & per imprudētiā opinor, sunt. n. doctissimi & religiosissimi, omnem prophetiā ab ecclesia cū quibusdam hæreticis repellunt, cōtra quos IREN. illo cap. disputat & contra ludæos qui hæreticis operam dāt, quos quidam de nostris defendunt, & patiuntur prophetas aliō detorqueri, nihil prophetijs opus esse clamant, cum fundamentum euangelicę prędicationis prophetia sit, quod docens Irenęus; Marcus inquit initium euangelij manifeste dicēs prophetarū voces sic est exorsus: Quemadmodum dictū est in prophetis, &c. sed in eodem cap. idem repetens, totius enim illius capituli longissimi hęc summa est, Marcus inquit à propheticō spiritu ex alto adueniente initium fecit dicēs. Quemadmodum scriptum est in propheta. Cum ergo liqueat citari ab euangelistis & apostolis loca scripturę de duobus locis coagmetata, vt altero explanetur alter, hoc factum est in pręsentia à D. Matthæo, qui eum citaret locum Zacharię de Domino, qui sedens asina ingressus est Hierosolyma, quod planissimē dicitur à Zachariā, coagmetauit cum loco Zacharię partem huius prophetię Esaię, vt ostenderet euangelista idem hoc loco significari quod illo Zacharię planius dicitur & fusius. Vndē importunius Porphyrius & Erasmus obstrepunt euangelistis & negāt euangelistas cōsentire cū Hebraica veritate, quasi veritas sit numerare tibi verba & non sententiā reddere fidelissimē. Quare à philosophis & Theologis vbi sita sit veritas in sententijs dicent, verba non morabuntur, quid enim referentis aut illis verbis dicās vnam eandemque sententiā? Pergit Erasmus & vbi legitur: Venit tibi mansuetus, Hebraicē inquit venit tibi pauper si Hebraicē scisset Erasmus, faciendū ei non erat, vt suū iudiciū euangelistę iudicio ante ferret, nescit Hebraicē quod ipse fatetur. Quid, malum ludæis & Iudæis tantibus plus fidei habet quā euangelistis? pauper est, & humilis siue mansuetus & sic vertit Hierony. psalmo. 17. Quoniam populum humilem saluum facies, quid malum libet audire ludæos? qui vt nobis aduidentur à verbo עני, aiunt duo nomina delecti, עני, pauper, & עני, mansuetus & humilis, vtunque

Deficitur Marcus euangelista contra in pium Porphyrium.

Cur apostoli et euangeliste citent testimonia scripturae coagmentata de duobus.

Deficitur Marcus euangelista contra Erasmus.

A vtunque nomen idem significat ab eodem verbo, Quorsum Hieronymum citemus? aut Lxx viros, qui ita verterunt? Adest euangelista testis & doctor vt nihil necesse habeamus quidquam aliud citare, ita psalm. 131. Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius. & deducta ab hoc verbo promiscue significant & pauperem, & mansuetum esse, & quando euangelista vertit, Mansuetum, negare id Latine Græceque recte redditum, nescio an leuiori nomine possit appellari, quam impietatis. Subiungit Erasmus Hieronymum, qui Hebræa reddidit, reddidisse aliter quam D. Matt. & quam Lxx seniores, sed oportebat nosse Hebræam lectionē duos & tres habere sensus, & quauis sciat D. Hieronymus verum sensum esse & germanum, quem expressere Lxx seniores, nam sententiā euangelistarum supplex venerat D. Hieron. voluit tamen nos admonere, posse quoque reddi aliter Latine, quod ego homuncio facio nō semel, & quod ait Erasmus ridiculum est, quasi vero oratio Hebræa vnū tantum habeat sensum semper & si Hierony. reddidit sententiā Hebræam vnam, qui alteram reddidit, ab Hebræa veritate discrepet? Et quasi euangelista de tralatione D. Hiero. sit emendandus, modestius cum euangelistis & apostolis. Sed sciet Erasmus morem esse apostolorum & euangelistarum (quod supra pluribus ostendimus) passim factum ab apostolis & euangelistis vt citent necessaria, & omittant media. Cum itaque apud Zachariā legatur: Ecce rex tuus venit tibi iustus saluator ipse pauper siue mansuetus, verba illa media [iustus saluator ipse] omisit euangelista omnia, & dixit, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: & sequutus est tralationē Lxx, nam quod omisit media, non dicendus est non citasse tralationem Lxx virorum. Itaque Hebræam lectionem fidelissimē expressit euangelista contra quam putat Erasmus. Sed ego ridiculus qui euangelista lectionem tueri conor, quasi vero euangelista patrono egeat, aut defensore, sed res ipsa cogit hunc locum Zacharię quando Erasmus, Pagninus, Vatablus, eum attentant interpretari, verba Hebræa sunt.

Quo loco D. Hieron. & Lxx viri vertere [venit tibi iustus, saluator ipse] Pagninus, Vatablus & alij legunt, saluator ipse, quod Hebraicē passiuā voce legatur, saluator, non actiua saluator & quasi magnum has ludæorum opes ex myrothecis rabinorū depromptas nobis uēditant. Sed dices quid si Hebraica veritas hæc præfert? quid tandem in care est mali si nos admonent verę lectionis Hebræę? si catholicam veritatem hoc iuuaret, bene mereretur de nobis, sed oportebat eos peritos Hebræi sermonis fraudes ludæorum aperire, quę vno pūcto veritatem scripturarum obscurant. Quid em̄ est saluator ipse etiā si per parenthesis legatur [ecce rex tuus tibi venit mansuetus (saluator ipse) sedes asina] i. qui resurrexit gloriosus vndē significabatur passus & sepultus: nā qui resurrexit mortuus est & certē qui resurrexisset dicit Dñm, passum quoque dicit & mortuū, sed cum sedens asina ingressus Hierosolyma est, nondū resurrexerat nisi in terpreteris saluandus ipse aut dicas saluatus, poni pro saluādo. i. qui resurrexerat gloriosus, vndē significaretur passurus quoq; & moriturus. sed durū hoc nimis est & alieno loco apposita hæc parēthesis est, & cū D. Hier. & Lxx viri verterint, saluator ipse, oportebat viros Hebræi sermonis peritissimos aduertere vndē hæc facta esset tāta mutatio, quod facile erat deprehēdere, si cholem mutes in furec cum י, nam si pro עני, i. saluator, legas עני saluabimur. puncto ex superiore loco deducto in medium locū, vt pro nosa, legatur nusa, efficiēs lectionem D. Hier. & Lxx virorum & totius catholicę ecclesię. Sed hi, punctū quod appingit ludæus superiore loco, deducere in mediū litterę plus habere ponderis putāt, quam couellere lectionē receptam tota catholica ecclesia & auctoritatem D. Hiero. & Lxx virorum. Ergo si legas עני, futurum passiuū erit primę personę, & sic totum hunc locum reddes ad verbū. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluabimur [ipse mansuetus, vel pauper sedens super asinam & super pullum filium asinarum. pro ecce rex tuus venit tibi iustus & saluabimur. i. & saluabit nos: Lxx vertere עני, sic enim nos admonet Erasmus legi in codicibus Aldinis: adijce tu legendū esse עני, cum spiritu denso vt sit pronomen conpositum tertię personę, quod in plurali ponitur pro omnibus personis, pro prima & pro secūda & pro tertia vertendū esse hoc loco saluans nos ipsos ex lectione Hebræa vbi prima persona futuri passiuī est pluralis, saluabimur, quam Lxx viri reddidere saluans nos ipsos, & D. Hier. breuius, saluator, vt sit totum [Ecce rex tuus tibi venit iustus saluans nos ipsos vel ecce rex tuus tibi venit iustus saluator] quid hic habet quisquā quod obijciat D. Hier. aut Lxx viris? quid reprehendūt hi viri optimi? quidue aliud faciunt, quam suam

B

C

D

quam suam proderet inscitiam, dū sanctorū negligētiam voluit insectari? Sed durū est iniquis punctum ex superiore parte litteræ in mediā partem deflectere, durum nisi esset durius multo totius catholicæ ecclesiæ receptā lectionem mutare, & auctoritatē D. Hieron. & Lxx virorum conuellere. Durū ne tu putas detorquere punctum ex summo loco litteræ in mediā partē litteræ & aperire Iudeorū fraudes? religiosissimi. s. sunt Iudæi vt nihil moliat̄ur insidiarum, & sine Iudæorū fraude vitio librariorum hoc potuit contingere. & sunt testes Lxxii Iudæi & D. Hieron. sic lectū fuisse suis temporibus. Postremū illud est quod Lxx seniores verterunt: Ascendēs super ^{ἀναβήσονται ἐπὶ τὸν ἄσινον}, quod minus benè reddit Latinus interpres, qui vertit: Ascendēs super subiugale, & pullū equinū nouum. In lectione Græca Lxx seniorum, aut in lectione Hebræa nulla mentio pulli equini. Redditurus erat: Ascēdens super subiugale & pullū nouū. Sub iugales porro appellāt Græci, quos Latini vocant asinos dorsuarios quibus vtuntur muliones ad asportandas, & exportandas merces. tam enim valēt viribus asini dorsuarii, quā muli, quod id obscurè dictū erat à Lxx viris, nec enim nouere omnes quid sit ^{ἀναβήσονται}, nā si interpres nouif set significari asinam dorsuariā, pullum nouum asinæ esse putasset, non eque, eius scilicet matris quæ precesserat. Cū ergo videret euangelista hoc obscurè dictū à Lxx viris, de more planius expresit: Ascēdens inquit super asinā, & pullum filiū subiugalis: notatū est enim suprā nō semel euangelistas & apostolos esse scripturarū interpretes, & quoties citant tralationē Lxx virorum siquid obscurè sit dictū, solere interpretari. & ideo hoc loco pro eo quod Lxx dixerant, Ascendens super asinā, & pullum nouum, edidit euangelista, Ascendens super asinam, & pullū filium subiugalis. i. asinæ illius dorsuariæ: Hebraicè est, Equitans super asinam, vel ascendens super asinam, & super pullum filium asinarum. Sedit enim Dominus super asinam & super pullum filium asinæ per vices in illo spatio, vt docet Theophylactus, nec enim impossibilis est historia vt putat D. Hierony. Cur enim non sedeat per vices in illo spatio, primū in asina, postea in pullo? Quia, vt nos Theophylactus docet, necesse nō erat cōscēsa asina Hierusalē petere quasi vero Dñs non soleret pedibus iter ingredi, erat illud signū quo agnosceretur Christus & vt significaretur fore vt è gētib⁹, & ex Iudæis coalesceret ecclesia catholica: si igitur ea causā sola fuit afferendi asinam, & pullū asinæ, vt mysterium significaretur ecclesiæ futuræ ex vtroq; populo, & compleretur Zachariæ vaticiniū, & non quod opus esset Domino asina, aut pullo asinæ, ad peragrandum illud iter, cur non per vices primū iter fecerit Dominus asina sedens, postea sedens pullo? vt vigilantibus signum daret, quod præsignificatum erat sui agnoscendi. Neque dissimulandum illud est, in tralatione Lxx deesse pronomen, ipse legendumque esse: Ecce rex tuus venit tibi iustus, ^{הנה בא מלך אלוהים, מלך אלוהים}, nam ineptus librarius alterum pronomé expunxit tanquam supernacuum, hoc ex lectione Hebræa, nam ^{אשר} vt dixi suprā, futurum passiuum est primæ personæ pluralis: saluabimur & hanc lectionem agnoscunt Lxx viri & D. Hieronymus pro, Saluabimur, dixi, edidisse Lxx ^{אשר}, saluans nos ipsos, & Hieronymus Saluator, reddunt enim sententiam, neque necesse est hæere verbis. Postea sequitur, ^{אשר} ipse mansuetus. Itaque lectio Lxx virorum erit vt suprā diximus: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluans nos ipsos, ipse mansuetus, & quanquam præsentī tempore legatur, fortasse futuro tē pore legendum erat, saluatorus nos ipsos, & in ^{אשר}, mutato, nam futuro tempore legitur Hebraicè. & certè adnotatio Erasmi admirabilis est, qua nos monet castigatioribus codicib⁹ legi ^{אשר}, saluans nos ipsos, aut saluatorus nos ipsos, quod suprā diximus.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Et vocabūt eos populus sanctus redēpti à Dño, tu autē vocaberis quæ sita ciuitas & non derelicta.

Et vocabit eū populum sanctū, redēptū à Dño, tu autē vocaberis quæ sita ciuitas, & non derelicta.

Sensus huius loci perspicuus est. Cyrillus. Populus qui crediderit in Christum vocabitur populus sanctus, & redemptus à Domino, non enim legatus, nō angelus sed ipse Dominus seruauit nos, vt scriptum est. [Tu autem vocaberis quæ sita ciuitas] est idem quod suprā dictum est. Non vocaberis vltra derelicta. obscurè hoc dictum est à D. Hieronymo. Vocabunt. s. homines, eos, qui crediderint Christo, populus sanctus. i. hic est populus sanctus, hoc enim dicitur de fidelibus hic est populus sanctus, & hi sunt redempti à Domino.

IN ESAIAE

IN ESAIAE CAPLXIII.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quis est iste qui venit de Edom? tinctis vestibus de Bozra?

Quis est iste qui venit ex Edom? rubor vestium de Bozor?

TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionem, describi putat ab Esaia, Dñm à passionē venientē, carne vestitum, & cruentum habitum carnis designari putat per vestimentorum ruborem, & significari conculcatam, & expressam carnem sacratam Christi vi passionis, tanquam in torculari, esseque idem cum illo vaticinio Israēl Genesi. 49. Lait in vino stolam suam, & in sanguine vuz amictum suum. Vbi per stolam, siue amictum, aut vestimentum, carnem demonstratam ait, & per vinum, sanguinem, ita vt nunc sanguinem suum in vinō consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit. Hæc Tertull. Et lectio Hebræa non dissentit. Nam [quis est iste qui venit de Edom?] vel, quis est iste qui venit de sanguine? vt infrā ostendemus ex auctoritate D. Hieronymi in comment.

calceis sanguine
vindemia rubris terra
Bozra vestibus tinctis Edom de venit iste Quis
מִי זֶה בֹּא מֵעֵדוֹם מְצֻבֵי בְּיָדָיו חֲמוֹץ בְּיָדָיו מְצֻבֵי בְּיָדָיו

[Tinctis vestibus; vel pressis vestibus, & conculcatis] nam ^{צָבַע}, significat primere, vt verti possit: Tinctis vestibus, & rubris, seu calcatis. [De Bozra; vel de vindemia] verbum Hebræum vtrunque significat. vt sit: Quis est iste qui venit de Edom? vel, à sanguine, rubris vestibus, vel pressis, de Bozra, vel de vindemia? Nam sunt orationes apud Oratores etiam, & vulgò ad eō duos sensus significantes, vt cum vnum quidem dicamus, non minus significemus alterum, quòd in ridiculis, & facetijs, est frequentissimum. ORIG. in cap. 15. Matth. in illa verba: Cū intrasset Iesus Hierosolyma, hunc locum interpretās, reditum Christi in cælum post dispensationem passionis ipsius hic describi putat, & admirationem virtutum celestiu propter nouum vehiculum corporis eius, idemque significari hoc loco quod illo Dauidis: Tollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. In Ioannem verò idem Orig. tom. 9. describi putat Christum cælos repetentem, victorijs, & trophæis onustū, cum corpore quòd ex mortuis resurrexerat, illo comitatu veterum patrum, quos exemerat inferorum claustris, qui cū anteirent illum, & his potestatibus, qui præfecti erant cælestibus portis, dicerent: Tollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. respondebant illæ: Quis est iste rex gloriæ? Itaq; iuxta sententiam Origenis [Quis est iste qui venit de Edom?] mirantium angelorum aduentū Domini in corpore, verba sunt, cum tanto veterum patrum comitatu. In eadem sententia est AMBR. de instituto virginis cap. 5. qui putat hæc verba esse angelorum mirantium hominem resurrexisse, & cælum cōscendere. Et in lib. de ijs qui mysterio inicianur, sic hunc locum explanat: Dubitabant angeli cū resurgeret Christus, & videntes quòd caro in cælum ascenderet, dicebant: Quis est iste rex gloriæ? & Quis est iste qui venit de Edom? & eandem sapenmero sententiam repetit. Certè omnes ferè veteres patres putant idem hoc vaticinio significari, quod illis versibus psalmi: Attollite portas principes vestras. quod AVGVS. interpretans serm. 18. inquit: Ascendebat cruoris rubore perfusus Dominus à trophæis victricibus laureatus, viderunt cælites spolia castris tyrannicis reportata, & admirantes fulgentia diuina virtutis vexilla, dicebant illos hymnos: Attollite portas, & c. DION. Ariopagita de cælesti hierarchia cap. 7. videtur hanc interrogationem tribuere angelis inferiorum ordinum, qua doceri volunt ab angelis supremi ordinis, & illuminari, & angelos supremi ordinis dicere verba illa: Tollite portas principes vestras, & c. responderunt angeli medij & infimi ordinis: Quis est iste rex gloriæ? & docentur à supremi ordinis angelis, hūc esse Dominū sabaoth, & regē gloriæ, qui homo factus humano habitu cælum conscendat. D. IOAN. Apocalypf. cap. 19. hunc locum videtur interpretari, nam si præcedentia & sequentia verba capitis repetas, de Christo agi illo capite intelliges, & Christo hanc prophetiam accommodari. Nam in principio declaratur, spiritum prophetiæ illius, esse testimoniū Iesu, & illum esse Iesum cognosces, qui inducitur sedens equo albo ex sequentibus vbi dicitur: Vestitus erat veste aspersa sanguine. quibus

verbis

verbis Ioannes hunc Esaię locum videtur interpretari, venire Dominum de Edom, siue de san-
guine, tinctis & sanguine aspersis vestibus. Et subiicit Ioannes: Vocabatur nomen eius verbum
Dei. & cum dicat: Quare rubrum est vestimentum tuum? & adiungit esse verbum Dei: Deum
& Dominum proculdubio describit a passione redeuntem. quid? quod adiicit esse Deum sa-
baoth: id enim significant verba sequentia [& exercitus qui sunt in celo sequebantur eum]
quod idem est ac si diceret: Est Deus sabaoth, est Dominus exercituum. Nisi putas interesse
quicquam, si dicas: Est Deus sabaoth, vel Dominus exercituum: an exercitus qui sunt in celo
sequebantur eum? Et paulo infra, appellatum regem regum, dominum dominantium hunc,
quem vestitum veste resperfa sanguine descriperat, repetens verba Esaię, & quem calcasse
torcular vini furoris sui ait, quod Esaię paulo infra subiungit. Edom ergo est Idumęa, cu-
ius metropolis est Bozra, si Hebręis credimus. D. HIER. putat Bozra metropolim esse Moabi-
tidis regionis: regio Moabitidis & Idumęa, vtraque impietissima erat, vtraque populo Dei in-
festissima. & scripturę mos est, eos qui in aliorum mores degenerant, illorum appellare nomi-
ne, quorū imitantur mores: vt supra Hierusalę appellauit Sodoma & Gomorrha, & sic hoc lo-
co, quod Hierusalęm sęuiebat in Dñm, & in populū fidelē peius, & crudelius Idumęis, & Mo-
abitidis appellat, Hierusalę, Idumęa, & Bozra, vnde [Quis est iste qui venit ex Edom, & ex Boz-
ra?] i. ex Hierusalę, quę magis impia est facta. & magis infesta sanctis, quā olim erat regio
Moabitidis, & Idumęa. Potest etiā verti hic locus: Quis est hic qui venit de rubro? vt docet
Hieron. in comment. interpretans illa verba: Quare rubrum est indumentū tuum? vbi pro ru-
bro Hebraicę est Edom: Cur (inquit) si hoc loco, Edom interpretatur, rubrum, & sanguinē,
supra non interpretemur? Quis est iste qui venit de rubro, seu de sanguine tinctis vestibus? vel
vt dixi supra, sanguinolentis, vel pressis & conculcatis, vt planē describatur passio Christi ab
Esaię propheta. Nam certē ini qui iudices aduersus nos sumus. Cur enim si infra (vt inquit D.
Hieronymus) hanc vocem Edom interpretatur rubrum, & sanguinem, consensu omnium lu-
dęorum, hic non eodem modo interpretemur? an ne res malē vrat ludęos? cum apertius vi-
deant describi ab Esaię passionem Christi, quā ab euangelistis, si legeretur: Quis est iste qui
venit de rubro, de loco cruento? i. ex passione? veste sanguinolenta? Adjicit D. Hieronymus,
esse quosdam, qui Bozra interpretentur carnem, quibus ratio orthographię repugnet, quod
hic בוצר, scribatur, & non בשר, & opinor esse qui sic interpretantur Cyrillum, Tertullianū,
Origenem, tamen eorum interpretatio non omninō abhorret a scopo, nam בצר, vindemia
est, & si sic interpreteris: Quis est hic qui venit de rubro, vel de sanguine, tinctis vestibus de
vindemia? ferit illa prophetia Isrāel ad verbum Genes. 49. quam citant omnes patres in hunc
locum, de qua supra dictum est: In vino lauit stolam suam, & in sanguine vult vestimentum
suum. An quicquam interest inter illud quod Isrāel dixit: In vino lauit stolam suam. & hoc
Esaię: Tinctis vestibus de vindemia? aut discrepat hoc Esaię: Quis est hic qui venit de Edom?
si interpreteris vt vult Hieronymus: Quis est hic qui venit de rubro, seu de sanguine, tinctis ve-
stibus, vel sanguinolentis vestibus? & inter illud quod Isrāel dixit: In sanguine vult lauit vesti-
mentum suum? Cur quęso cum hoc vaticinium consentiat ad verbum, non ad verbum sic in-
terpretabimur? Quis est iste qui venit de rubro, vel de sanguine, tinctis vestibus, vel sanguino-
lentis, vel pressis de vindemia? præsertim cum sic interpretetur D. Ioannes loco citato. Nam
בוצר, an sit metropolis, an vrbs aliqua, nescimus, ludęis credimus, & credidit D. Hieronymus,
quibus quanta sit habenda fides quis non videt? A T H A N. de salutari aduentu Christi, no-
uo quodam modo hunc locum interpretatur de diabolo accedente ad Iesum tanquam ad hō-
minem, qui non inueniens in eo veteris suę superfeminationis vestigia, & superatus in tenta-
tione à Domino cum pudore proruperit in hæc verba: Quis est iste qui venit ex Edom, è terra
hominum incedens cum tanta potentia, & robore? ideoque dixisse Dominum ait: Venit prin-
ceps huius mundi, & in me non habet quicquam. Hęc Athanasius. Nec malē cohæret si diabo-
lus hæc dicat etiam superatus in tentationibus passionis, & videas resurrexisse gloriosum. Nā
sic etiam explanatur hic locus 6. synodi Constantinopol. actione. 8. non longē à fine.

D. HIERONYMVS
*Iste formosus in stola sua gradiens, in
multitudine fortitudinis suę.*

LXX VIRI.
Sic formosus in stola sua, qui violen-
tia incedit cum fortitudine.

THEOD.

A THEODOR. in Cantica in illa: ^{suę fortitudinis multitudine in gradiens stola in formosus} Iste
verba: Quę est ista quę descendit ^{מרו} ^{באר} ^{צער} ^{בלקשו} ^{בדוד} ^{יה}
è deserto interpretans hunc locū: Significat (inquit) Edō terrā, Bofor, carnem, & eius decorē
cum stupore contuentes, exclamant [Iste formosus in stola sua, qui vi incedit cum fortitudi-
ne] vbi stolam, corpus appellarunt, & violentam pulchritudinem, quę vniuersos cogit intue-
tes. Et idem in illa verba Cantorum: Nepos meus candidus. hunc etiam locum interpretans:
Admirantur (inquit) ipsum, & corporis pulchritudinē. corpus enim stolam appellant. Sen-
sus ergo huius loci ex superioribus liquet, Ait enim: Quis est hic qui corpore glorioso huc se-
se fert, & propria virtute in cælum subuehitur, subuehitque tantum sanctorum comitatum?
Nam vt diximus ex AVGVST. dicebant hæc cęlites, cum videbant speciosum vulneribus
Christum, spolia castris tyrannicis reportare, & admirabantur fulgentia diuinę virtutis ve-
xilla. D. HIERON. in commentarijs, prudentem lectorem iubet quærere, quid sibi voluerint
Lxx seniores, qui hunc locum verterint [Sic formosus in stola sua, violentia cum fortitudine]
B Et certē huc omnes vires aduocare deberemus, & in ea cura nos totos cōsumere, vt veros scri-
pturarum sensus erueremus, quantum humana natura posset præstare. Dixi ergo Theodoretum
primo loco sic legere [Iste formosus in stola sua, qui vi incedit cum fortitudine] secun-
do loco sic [Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suę. G R E G. Na-
zianzenus in sanctum pasccha, cum quęssisset rubra vestimenta incorporari, qui non habet san-
guinem, verbi Dei. i. tanquam si plenum calcasset torcular: Specta (inquit) corporis pulchri-
tudinem, quod gloriosius resurrexit ea pulchritudine, qua nullum amabilius esse possit cor-
pus, nec pulchrius. TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionem, qui legit [Decorus in stola violen-
tia cum fortitudine] violentia autem fortitudo Christi, significat apertē colligationem fortis,
& direptionem vaforum eius, nam Christus secundum quod homo sathanam vicit, & violen-
tus inferorum rupit claustra, prædam inde abstulit, abduxit inde sanctos patres; & pulcherri-
mo illo cinctus comitatu [in stola formosa] i. corpore glorioso [cū fortitudine violenta] qua
victor sathanę vim attulit ab inferis in cælum se referebat, opima spolia reportans, vt vtrius-
que translationis eadem sit sententia. Est trunca & lacera versio Lxx virorum quam castigabis
C ex Theodoro, vt dixi. [Gradiens, vel incedens] Hebraicę ^{מרו}, & Latine significat quidem
suo gradiens idem quod, migrare de loco in locum, & facere migrare alios de locis suis, & ducere
eos captiuos: vt ar enim Hebręorum verbis. Et sic rabi Abraham, & rabi David hunc locum
explanant: Demigrare faciens ex locis captiuitatis suę, & subaudiunt Isrāelē, & intelligunt,
qui liberat Isrāelē ex omnibus locis captiuitatis suę. Sed verborum significabnes à lu-
dęis petamus, ludęorum sensa & deliria rideamus. Hoc verbum ^{מרו}, rabini aiunt significare
ire de loco in locum, & nunc hæc, nunc illa loca petere, quod de Christo propriē dictum satis
liquet, nam cum verbum caro factum est, cælo descendit, passus, & humiliatus petijt inferos, re-
surgens repetijt terras: postremò, cinctus pulcherrimo illo sanctorum comitatu, cælum con-
scendit. Quę omnia significasse videtur D. Hieronymus cum reddidit [gradiens] sed non pos-
test tota vis huius verbi Hebręi vno verbo Latino exprimi. Significat etiam, facere, migrare
aliquos de loco suo, & abducere captiuos, quod huic loco conuenit mirabiliter, vt dicas: Iste
formosus. i. sic formosus, ad eò formosus: est enim Hebraismus, cum dicitur, iste formosus. i.
aded, vel sic formosus [in stola sua] i. in corpore suo glorioso, demigrare faciens sanctos pa-
tres de inferis, & captiuos eos ducens, qua captiuitate faciat Deus, vt ego captiuus ducar, vt
conueniat cum illo D. Pauli: Ascendens in cælum captiuitatem captiuam duxit: Hoc Lxx se-
niores paraphrasi quadā dixere: Gradiens violenta cum fortitudine, aut fortasse plus dixerāt,
quod expunxere ludęi, vt alia multa.

LXX VIRI
D. HIERONYMVS
*Ego qui loquor iustitiā, et propugnator sum ad sal-
uandum.* ^{saluator} ^{infinite} ^{loquens} ^{Ego} ^{saluandum} ^{ad multos} ^{iustitia in} ^{loquens} ^{Ego}
^{יהושיע} ^{רב} ^{בצוקה} ^{בדוד} ^{יה}
*Ego loquor iustitiam, &
iudicium salutaris.*

CYRIL. in Ioan. lib. 12. cap. 58. Christus hoc loco natura Deus intelligitur: Ego, inquit, iusti-
tiā loquor, qui autem iustitiā loquitur. i. docet, quomodo auctor legis non est? qui legis
O O O 2 author

author est, quomodo Deus non est? D. Hieron. sic vertit [Ego qui loquor iustitiā, & qui pro- A
pugnator sum ad saluandū, vel qui infinitus sum ad saluandum] eo sensu quo diximus. Et [iudicium saluatoris] id est, prædico iudiciū datum esse saluatori id est, mihi qui sum saluator. iuxta illud Ioannis: Omne iudicium dedit filio. & ibidem: Potestatem dedit filio iudicium facere: vel iudicium saluatoris, subaudi, loquor. i. euangelium, vt Matth. 12. iudicium gentibus proferet, & iudicium quo iudicauit mundum, & sathanam eiecit. C Y R I L. sic explanat [ego loquor iustitiā] euangelicam scilicet [& iudicium salutaris] i. Christi, quo iudicauit orbem, & sathanam, quod ipse Dominus ait: Nunc princeps mundi huius eiectus est foras. Sic quoque PROC. Notandum tamen, dictum hoc esse per figuram etereofin, qua de nobis loquimur tanquam de alijs, de qua Quintilianus lib. 9. de figuris verborum, citatque illud Ciceronis: Cicero negat. i. ego nego. & sic hunc locum interpretantur veteres patres [iudicium salutaris, vel saluatoris] i. meum qui sum salutare Dei, iudicium, quo eieci sathanam, quo iudicatus sum mundum. lubet enim D. AVGVST. in lib. de doctrina Christiana, omnes figuras, omnes tropos aduocare ex arte oratoria ad interpretationem scripturarum, vt omnes disciplinae ancillentur regiae sapientiae. D I O N Y S. Areopagita cap. 7. caelestis hierarchiae, putat hoc loco Christum Dominum reuelasse angelis supremi ordinis, humani generis redemptionem, idque significare hæc verba [ego loquor iustitiā], i. euangelium, aut iustificationem hominum, & iudicium saluatoris, quod qui non credit, iam iudicatus est. Sed Lxx seniores בִּרְיָ, legisse videntur cum י, non בִּרְיָ sine י, quanquam hæc literula facile solet excidere, vt docent omnes Rabini, & deesse in dictione. & sic interpretantur Lxx, iudicium. וְשִׁירָה, potest verti, saluatoris, & ad saluandum, vt vertit D. Hieronymus, vel Iesus. Nam hæc vox ab eodem verbo deducta est, à quo Iesus, & ita distat ab hoc nomine Iesus, vt Latine regnator, à rege. Hoc interest inter translationem D. Hieronymi, & translationem Lxx viroorum, quod D. Hieronymus fecit infinitiuum esse, & ita vertit [saluare] i. ad saluandum: Lxx viri putarunt esse participium, quod pro nomine ponitur, quod eadem terminatio utriusque rei seruit, & ita vertere [salutaris, vel saluatoris] & posses reddere Iesu. D. IOANN. Apocalypf. cap. 19. Mea quidem sententia videtur hunc locum vertisse aliter: ibi enim cum de Iesu loqueretur, nominat enim illum nomine suo, inquiens: Conseruus tuus sum & fratrum tuorum, habentium testimonium Iesu: testimonium enim Iesu est spiritus prophetiae. i. spiritus huius prophetiae est testimonium Iesu, hoc est, vt testimonium perhibeam de Iesu. Cum hoc dixisset, & professus esset prophetiam illam esse de Iesu, & paulò post declarasset esse Deum sabaoth. i. exercituum & regem regum, Dominum dominantium, & quaedam oracula de Christo dicta ei applicuisset, vt illud: Reges eos in virga ferrea. nam dixit: ipse reget eos in virga ferrea. & ex hoc cap. illud quoque: Vestitus erat veste aspersa sanguine. & illud: Torcular calcaui. nam dixit: Et calcatur torcular. & eius nomen dixit esse, verbum Dei, vt idem esset cum illo: Verbum caro factum est. cum hæc tot signa sint, Ioannem ex hoc capite, & ex prophetis applicare multa Christo, de quo loquebatur: quis dubitat cum dixit verba illa: Et cum iustitia iudicat? & pugnat hunc locum de quo agimus explanare. Et cum verbum Hebraeum בִּרְיָ, duos habeat intellectus, iudicans, & pugnans, utrunque expressit, vt cum D. Luca nobis Canonem illum quem diximus interpretandæ scripturæ præscribat. Quod si D. Ioannes sic intellexit verba sequentia, certè totam prophetiam de eius sententia sic explanare quoque posses, nam est sensibus fecundissima scriptura. אֲנִי מְרַבֵּר. i. sum ipse qui loquebar in prophetis: sunt enim eadem verba Hebraea quæ cap. 52. Qui loquebar adsum. vt possit esse responsio ad angelos quæretes: Quis est iste rex gloriae? sum ego qui loquebar in prophetis, homo factus, passus, & resurgens gloriosus בִּרְיָ, vel, בְּצַדִּיקָהּ. i. cum iustitia. i. legis veteris & nouæ promulgator, & pugnans, vt vertit D. Ioannes, nam utrunque significat verbum Hebraeum, & utrunque vertit D. Ioannes. Quod si recipias, vt recipere necesse est (nam certè qui Græcè & Hebraicè sciat, facile intelliget D. Ioannem sic vertisse hæc verba) si conferas inter se omnia quæ diximus. וְשִׁירָה, casu nominandi vertemus, Iesus, nam articulus ה, casui quoque nominandi adiungitur, vt statim: Quare rubra sunt vestimenta tua? vbi nominandi casui adiunctus est hic articulus. Erit ergo versio: Ego qui loquebar in iustitia, iudicans & pugnans Iesus. i. ego sum ille qui loquebar in prophetis cum iustitia. i. promulgans legem, sum Iesus qui iustifico iustos, & in iustitia pugnans. i. qui in iustitia vinco principem huius mundi. Certè non solum Ioannes, sed Lxx seniores

D. Ioannes quod verbum Hebraeum duos habeat intellectus utrunque videtur explicare.

A seniores trecentis ante Christi crucem annis. וְשִׁירָה, saluatorem vertere, quod idem est ac si vertissent Iesum. Non potest mihi non vehementer placere interpretatio D. Ioannis, vt interrogantibus angelis: Quis est iste rex gloriae? respondeat ipse rex gloriae, tricoloro pulcherrimo, sum qui loquebar in prophetis. i. sum illa secunda persona in diuinis, quæ in prophetis loquebar, legem ferens. Deinde alia responsione: Sum qui in iustitia iudico, & pugno. i. sum qui expulsi Satanam iustitia, non vi. & tertia: Sum Iesus, sum saluator, qui potui, vt inquit AVG. vincere potentia principem huius mundi, & malui illum vincere iustitia.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Quare tua rubra vestimenta? & indumenta tua sicut calcati torcularis, pleni, conculcati.

B C Y R I L. in Ioannem lib. 12. cap. 58. Angeli mirantes Domini ascensum in caelos, idque magna cum potestate dixere: Quis est iste qui venit de Edom? sanguine tinctum videntes, & mysterium ignorantes, rogant [Quare ergo rubrum est vestimentum tuum, sicut calcantium in torculari?] vina enim nuper in torculari expressa, colorè sanguineum conferunt. C Y P R. lib. 2. epist. 3. interpretans prophetiam Israël Genes. 49. de qua in principium huius capituli diximus. Postremò ait, quando autem sanguis vuae dicitur in illo: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae amictum suum, quid aliud quàm vinum calicis Domini sanguinis ostenditur? nec non apud Esaïam hoc idem Spiritus sanctus de Domini passione testatur, Quare rubrica cuncta sunt vestimenta, & indumenta tua, velut à calcatione torcularis pleni & percalcati? Vini utique mentio est, & ideo ponitur vt Domini sanguis vino intelligatur: prædicatur enim verbis prophetis, & præsignificatur quod postea manifestatum est in calice dominico. Oportet hæc apud Cyprianum legere & repetere altiùs. Quod autem Cyprianus probare vult spiritum sanctum hoc loco Christi passionem prædicere, & sanguinem Christi fufum, & significasse Christi sanguinem per vini similitudinem hic & Genes. 49. vt præsignificaretur nobis quod nunc manifestatum est in lege noua, vinum calicis conuerti in sanguinem Domini. Hæc omnia, inquam, quæ Cyprianus significari hoc loco vult, magis diceret significari, si Hebraicè scisset, & aduertisset bozra, posse verti vindemiam. Nam à principio capituli, sanguinis Christi fusi, quod diximus significare Edom, & vindemiæ facta mentio est. qua de re in principio dictum est latiùs. O R I G. etiam in Ioann. tom. 9. Quod Israël (inquit) dixerat Genes. 49. in vino stolam suam lauit, & vestimentum suum in sanguine vuae] infirmitates nostras sumperat, ægritudine; portabat, & totius mundi peccatū super se sustulerat, & ideo ad mortem crucis pro omnibus descendit, & illud est quod dicebat: Ipse baptismo habeo baptizari, Luca. c. 12. hoc his verbis significauit Esaïas. Interrogat ergo angeli, vnde rex gloriae sanguine tinctis vebus veniat, & ad eò cruentis, quasi calcasset aliquod torcular vuae plenum. Quod ergò D. Hier. vertit Hebraeæ lectioni conuenienter [quasi calcantium in torculari] Lxx facta de more paraphrasi, edidit ἀπὸ πικρῆς λυγρῆς κατὰ πικρῆς κατὰ πικρῆς. i. à calcatione torcularis pleni percalcati: erant enim illi Lxxii viri, diuini & admirabiles, passionem Christi emphaticos expressere: non enim fat habuere dicere venisse Dñm vestibus sanguinolentis, quasi calcasset torcular, sed vt maiorè Iudæorū sauitiam exprimerent: Quasi (inquiunt) torcular plenum, & redundans calcasset, & percalcasset, ita totus, quantus quantus erat, tinctus sanguine erat à planta pedis vsq; ad verticem capitis, quæ omnia tamè gloriose splendebant. Quæ non tam benè apud Origenem loco citato sunt versa, quàm apud TERTVL. qui sic vertit: Quare rubra sunt vestimenta tua, & indumenta sicut de foro torcularis pleno conculcato? sicut de foro. i. sicut de medio spatio torcularis, pleno conculcato. Quod C Y P R. dixit: A calcatione torcularis pleni & percalcati, i. quare rubra sunt tua vestimenta, non secus ac si egrederere de medio spatio torcularis pleni & percalcati? THEOD. loco citato legit [tanquàm ex torculari calcato, pleno, depresso.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum.

Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum.

Ooo ; CHRYS.

CHRYS. in psal. 44. in illa verba, Sagittæ tuæ acutæ: Rogatus vndè nam rubræ vestes? respondet victoriæ facilitatem [torcular calcaui solus] & quod nullum habuerit, qui ei opem ferret, sed ipse sibi suffecerit, vt facilè est ei qui ingreditur torcular calcare botros, sic ipse calcauit Iudæos, imò multò facilius ei est facere quæ ipse vult. THEOD. etiam sic legit hunc locum loco citato [Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum] Vitiosa enim, & trunca apud plerosque circumferebatur translatio Lxx, & putat Theodoretus hoc loco idè significatum quod illo: Non legatus, neque angelus, sed ipse Dñs saluauit nos. Et ATHAN. in quæst. de veteri testamento, vbi quærit quæ sint psalmorum torcularia, & quid sit [torcular calcaui solus] Torcularia, ecclesias interpretatur, in quibus sacrosanctus Christi sanguis effunditur, & sanctum eius corpus immolatur. & [torcular calcaui solus] quod botrus & vua Christus est, qui voluntariè est comminutus, & pressus, & ex morte sua fluere fecit diuinum mustû suôq; seipsum sanguine fecit rubere, & sic conculcauit inimicos intelligibiles, & sensibiles. Est verò omninò solus, nã solus ipse Christus pro nobis mortuus est, non angelus, nec legatus, sed ipse Christus. Petrus nanq; Christum negauit, & ipso passionis tempore ceteri quoq; apostoli dedere fugam. CYPR. lib. 2. epist. 3. cum docuisset passionem Christi hoc loco describi, & ipsum Domini sanguinem, ideo autem hoc loco per vinum sanguinem significatum, vt prædicetur in prophetis, vinû esse sanguinè futurû, quod in calice Dñi est postea manifestatû, vbi vinû in sanguinè Dñi conuertitur: subiecit huius loci interpretationè his verbis: Torcularis calcatio & pressura prædicatur, quia quodammodo vinû ad potandû venire non potest, nisi botrus calcetur antè, & prematur, sic nec nos sanguinè Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus priùs esset & pressus, & calicè priùs biberet, quàm credentibus propinaret. REMIG. Alti dorensis in 9. cap. Amos prophetæ. per calcantes vuas designantur martyres, qui tempore passionis pro nomine Christi rubentia sui sanguinis fuderunt, præbentes alijs exemplû, vt in fide fundati, pro nomine Christi fortiter decertarent calcantes diabolû, cum eligerent potiùs mori, quàm recedere à fide. Has vuas Dñs tẽpore passionis calcauit, apud Esaiam [torcular calcaui solus] hos omnes Dñs misit in ecclesiã sanctã, vt semen euangelij in cordibus electorum seminarent. Idem REMIG. in cap. postremû Zachariæ: Torcularia passionè Christi & martyru significant, quæ ipse Christus priùs calcauit, vel quã passionè ipse prius calcauit, vt apud Esaiam [torcular calcaui solus. Hęc Remig. Puto autè dici calcasse martyres torcularia, quia cõtempere mortè pro Christo, & spontè, & voluntarij subire mortè, calcant mortè, & omnia cruciamenta, & docuisse Dñm alios martyres, suos. f. calcare tormenta, & mortem, & omnia quæ in corpus edi cruciameta possent, ipse priùs calcando, cruciamenta omnia illata ei ab impietissimis Iudæis, & mortè & probra hominum, & ignominias, & pro nihilo duxisse. Vndè GREG. in 2. lib. Ezechiel. homel. 13. Torcular calcaui solus (inquit) quia solus torcular in quo calcatus est, calcauit, qui sua potentia eã, quam pertulit passionè, vicit: nam qui vsq; ad mortè crucis passus est, de morte cû gloria surrexit. Hęc Gregor. Vndè apparet, cur propheta dixerit [torcular calcaui solus] Nã quauis martyres, dixerit Remig. calcasse torcular, hoc modo, vt mortuus victa morte resurrexerit, solus Christus calcauit torcular, qui mortis victor cû gloria resurrexit. [Et de gentibus non fuit mecum, &c.] GREG. eodem loco: Hoc dixit (inquit) quia hi pro quibus pati venerat, passionis eius esse participes debuerant, qui Christo aduersabantur, de ipsis hoc loco queritur, quorum vita in illa passione quærebatur. CYRIL. Nemo patienti mihi adfuit, nemo ex vlla gente condoluit, & quantum ad homines attinet, omni prorsus auxilio fuit destitutus, cohorte militû, & immanitate ministrorum insultante, qui vt euangelista narrat, illum ad Herodem adduxerû, cum omnes discipuli eo relicto fugerunt, quod Dñs prædixerat. De torcularibus AVG. in psal. 8. in princip. & in psal. 83. in princ. quoq; de hac vua expressa in torculari idè AVG. ferm. 100.

D. HIERONYMVS.

Calcaui eos in furore meo, et conculcaui eos in ira mea, et aspersum est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinavi.

LXX VIRI.

Conculcaui eos in furore meo, & confregi eos quasi terram, & deduxi sanguinem eorum in terram, & omnia vestimenta eorû inquinavi.

THEOD.

THEOD. loco citato [Conculcaui eos] daemones. f. generis humani hostes, atque ipsorum exercitus. Quam eandem sententiam diximus esse ATHAN. CYRIL. Dominus dixit se destitutum ab omnibus, dixerat suos omnes discipulos se relicto fugisse: nunc docet rei eventum [conculcaui (inquit) eos in furore meo] quod de vastitate per Romanos Iudæis inuicta post crucem Domini, & post gloriosum eius in cælum ascensum intelligendum est. Sic interpretatur D. Hieron. & sic intellexisse videntur Lxx viri, qui quod Hebraicè est [conculcaui eos in ira mea] vertètere [confregi eos quasi terram, vel comminui eos quasi terram] i. redégi eos in cineres. Leges enim apud DION. in vita Adriani, post vastitatè inuictã Iudæis à Vespasiano, rebellasse Iudæos aduersus Romanos, & incensas fuisse vrbes Iudææ omnes, & redactos in cineres innumerabiles Iudæos, quod fortasse significant Lxx, cum pro [conculcaui eos in ira mea] reddidètere [confregi eos, vel comminui eos quasi terram] nisi *καταθραύω*, verbum Græcum, quod significat ramos virideis flectere, & frangere, & ferrum, & flexilia; de cuius verbi significatione 4. Meteororû Aristoteles, *θραύω*, inquit, vt ferrum, & cera, & cætera. Nam ea *θραύω* appellant Græci, quæ fracta non separantur, vt rami virides, arundines virides, mollis cera & ferrum. Vndè subit illud fortasse intellexisse Lxx viros, de illo quod diximus ex Iosepho de bello Iudaico, quod cum capta vrbs Hierosolyma est à Vespasiano, erant valles profundissimæ, quæ complere necesse erat ramis, terra, ruderibus, quod pateret aditus ad reliquas partes vrbs, & complebantur cadaueribus Iudæorum, & Iudæi semineces pro rudibus, & pro terra in caua illa loca coniciebantur, & conculcabantur pedibus Romanorû, quod supra pluribus est dictum: & hoc magis verbum illud *καταθραύω*, significat, nam fractio corporû, ramorum viridium *θραύω*, est apud Græcos. Hunc locû ita mihi videtur explanare D. IOANN. Apocalyp. 19. putat enim idem significari hoc vaticinio, & illo: Reges eos in virga ferrea. nam vt unque coniunxit sic: Et ipse reget eos in virga ferrea, & calcet torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, vt significetur vtroque loco comminutos Iudæos infideles, tanquam vas figuli, vt resingeretur nouum vas electionis, & nouus Dei populus [Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea] i. quia aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. THEOD. loco citato, ex ipsorum strage, atque internecione quibusdam sanguinis guttis vestimenta mea conspersa sunt, tridui mortem significat: non dicit, sanguine conspersus sum ego, sed aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, super corpus meum, diuina nanque natura pati non potuit. Ergo, quia eos redemeram, & veneram eos saluos facere, & lueram peccata illorum, iuxta illud: Languores nostros ipse tulit, dolores nostros ipse portauit. [Et omnia indumenta mea inquinavi] i. omne corpus meum, quod appellat indumentum, pro peccatis illorum sanguine & vulneribus fuit commaculatum. Quod D. Hieronymus dixit [Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea] edidètere Lxx [deduxit sanguinem eorum in terram] i. feci vt inaderent vniuersa Hierosolyma illorum sanguine: non enim vertètere verba Hebræa, quod Hebraicè sunt duæ orationes idem significantes, & pro prima oratione, quam non vertètere, contenti vertètere posteriorem, adhuc describunt vastitatè importatam Iudæis à Romanis, quibus Iudæis retaliata iniuria est, quam Christo intulère.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. *Dies enim retributionis venit eis, & annus redemptionis adest.*

Hoc loco Lxx viri satis indicant se superiora intellexisse de vastitate importata Iudæis post Christi crucem, qui quod D. Hieronymus vertit conuenienter Hebræa lectioni: [dies enim ultionis in corde meo] reddidètere ipsi [dies enim retributionis venit eis] vt sit: Eis] scilicet Iudæis [venit dies retributionis] i. retaliationis, vt retaliantur cruciamenta quæ edidètere in Christum, vt supra dictum est, & vt fiat illud quod Matth. 23. dicit Dominus: Veniet super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiz. Hoc significant ergo verba illa [Venit eis] scilicet Iudæis, [dies retributionis] id est, dies cum super eos, & super caput eorum veniet sanguis iustorum, & cum qualia ediderunt in Christum, & in prophetas, talia retribuentur eis. Sic hunc locum explanat CYRILL. & D. HIERON. THEODORET. Venit ijs, inquit, tempus vt

Non negantes, non negabunt, non mentientur mihi [& factus est eis saluator in omni tribu- latione eorum. i. ex omnibus periculis semper liberavit fideles Dominus, quod in captiuitate Ba- bylonica fecit, vt leges apud Hieremiã, vt seruauit ipsum prophetã Hieremiam, & Baruc, & de- leuit infideles ludæos & subuertit Hierosolyma, prius tamen eduxit Hiero solymis optimos quosque, vt seruaretur in captiuitate Babylonica & cum vastauit per Babylonios Hierosoly- ma, & vrbeis ludææ, & deleuit infideles, seruauit magnam multitudinem, quã ducta est ca- ptiuã Babylonem, & magna multitudine permilla in vrbibus ludææ, & postea omnem liberauit. Et ipse Dominus apud Ezechielem ait se suis inter medios igneis presto esse. Eadem est senten- tia versiois Lxx seniorũ: Et dixit, supp. Dominus] populus meus supp. est filij, sunt scilicet: ne quaquam reprobant: nequaquam reijcient me: factus est eis in salutem ex omni tribulatio- ne eorum. i. seruauit eos ex omni tribulatione eorum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non est tribulatus, & angelus faciei eius seruauit eos in dilectione sua & in indulgentia sua ipse redemit eos.

Non legatus, neq; angelus, sed ipse Dñs seruauit eos, eo q̄ diligeret eos, & parceret eis, ipse redemit eos.

eos redemit ipse eius indulgentia in & eius amore in eos seruauit eius faciei angelus & angustia Non ¶

לא צר ומלצר פניו הושעים באהבתו ובחמלתו הוא נאלם

Hic locus est decantatissimus apud omnes veteres patres iuxta tralationem Lxx virorum, quo nostri maiores Christi diuinitatem probabant, & premerere vehementer solebat ludæos, vt CHRYS. de cognitione Dei referente Euthymio panopliæ parte i. tit. 8. cũ citat testi- monia ex Baruc, & Esaiã: Non legatus, inquit, non angelus, sed ipse Dominus seruauit ipsos: do- cet enim nos D. Chrysof. idẽ esse cum illo Baruc: Hic est Deus noster in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. HILAR. in psalm. 52. alludit etiã ad hoc oraculum Esaiã. TERT. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 36. Non legatus inquit Esaiã, neque nuncius, sed ipse Deus sal- uos eos fecit, ipse, inquam, prædicans, & legem implens de carne Christi. Ipse inquit Christus erat Dominus coram ex sua auctoritate pronunciabat, non vt propheta: ait mihi angelus qui in me loquebatur, neque illud omniũ prophetarũ: Hæc dicit Dominus, quod ipse erat Domi- nus, et ipse ex sua auctoritate loquebatur: Ego dico vobis, quod Esaiã ait. Non angelus neq; legatus, sed ipse Dñs eos saluos fecit. ATHAN. de fide vnitatis, & Trinitatis lib. 1. hunc locũ ita citat, & de incarnatione verbi lib. vno probat Christum Deũ esse his vaticinijs: Dominus Deus apparuit nobis, & rursus. Misit verbum suum, & sanauit eos: & hoc loco Esaiã: Nõ lega- tus non angelus sed ipse Dominus seruauit nos. & lib. 2. de spiritu sancto & de natura humana contra Apollinarium, in fine. & in quæstionibus quæstione 109. Hoc loco Esaiã filij Diuinita- tem, & spiritus sancti deitatem probat THEOD. in illa canticorum verba: Neq; meus candidus, non enim legatus inquit nec angelus sed ipse Dominus sanauit nos iuxta Esaiã. AVG. to- mo 9. in euangelium Ioannis in cap. 6. tractatu 24. quærit quomodo Dominus dictus sit ange- lus magni consilij, & hic negetur angelus fuisse aut legatus, & ita diluit hoc dubium, quod non fuit angelus, sed angelorum Dominus, dictus angelus magni consilij, quod verbum caro factũ est, vt magnum consilium patris ad nos deportaret vt ea causa dictus appareat angelus testa- menti, vt ex hoc loco Augustini appareat Dñm, dictum angelum magni consilij, & testamenti illo adiuncto, angelus verò simpliciter non sit dictus Dominus. CYPRIAN. quoq; lib. 2. aduer- sus ludæos cap. 6. hoc testimonium affert vt Christi diuinitatem probet. AMBROS. de fide lib. 2. cap. 9. Tu autem Dñe reuelato mysterio ad nos in carne venisti, non per legatũ, neque per nuncium, sed ipse per te. & de Ioseph patriarcha cap. 12. & EPIPH. de hæresibus lib. 3. cum enu- merat capita Aetij sub finẽ libri inquit, Christus sapiẽtia patris, verbũ patris, verus Deus per pas- ionẽ suã nos seruat, quod Esaiã nos docet: Nõ legatus inquit, nec angelus sed ipse Deus seruauit nos. D. CYRIL. cõtra hereticos lib. 5. cap. 7. Quomodo inquit õ heretice per creaturã saluati su- mus cum scriptura clamat [quia non legatus, non angelus, sed ipse Dominus seruauit nos? & cõ- tra hereticos idem CYRIL. lib. 12. cap. 10. Quis neget Christum Deum esse secundum naturam qui vitam æternam credentibus largitur? solus enim Deus id facere potest, vere enim neque le- gatus, neque angelus, sed ipse Dominus seruauit nos, qui nobis salutẽ per prophetas pollicitus est, & po-

A est & postea carne assumpta clamat, Qui loquebar ecce adsum. EPIPH. lib. 3. cum capita Aetij subuertit in refutatione capitũ. 22. Deum hominẽ factum nos redemisse inquit, docet Esaiã di- cens [nõ legatũ misit, non angelum, neque propheta aliquis erat vt hi qui ante ipsum venerant sed ipse Dñs venit], & c. CHRYS. tomo 5. ad populum Antiochenũ homil. 7. Noli oscitanter, inquit, dictum percurrere [nõ angelum neq; archangelũ neque vnum conferuum misisse sed ipsummet Dominũ descendisse. IREN. lib. 3. cap. 32. putat prædictũ hoc vaticinio illud. D. Ioã- nis. Verbum caro factũ est. HIGIN. papa tom. 1. concil. epist. decretali 1. Deum ipsum hominẽ factum, inquit, nos redemisse docet Esaiã illis verbis. Nõ legatus neque angelus sed ipse Deus veniet & 2. tom. cõcil. PELAG. papa ad Vigiliũ episcopum hoc eodẽ testimonio idem probat. & EPIPH. Synodo Nicena 2. actione 6. clamant inquit Christiani ex antiquo Esaiã, Nõ legatus neque angelus, sed ipse Deus seruauit eos. Denique hic locus omnibus veteribus patribus in o- re est semper. Extorquebimus ne manibus, nostris arma quibus bellant aut cõtra hereticos, aut cõtra ludæos? Igitur interpretationẽ D. Hier. sic explanabimus ex tralatione Lxx virorũ [Nõ est tribulatus subaudi populus meus. Nam suprã dixerat Dñs, populus meus Israel, & quanquã de populo Israelitico nunc pluraliter, nũc singulariter loquatur propheta, forma dicendi He- braea est & ideo inconsequens non est, & dixit Dominus se liberaffe populum suum fidelem omni tribulatione, subiungatur nunc [Non est tribulatio sine angustia] sic enim est Hebraicẽ .i. non fuit ei angustia vel tribulatio. Pro quo D. Hieron. reddidit [non fuit tribulatus populus me⁹ fidelis scilicet [Angelus faciei eius seruauit eos] .i. semper missus est angelus Domini qui sal- uaret pios & fideles ludæos in dilectione sua & indulgentia sua ipse redemit eos. i. ipse Dñs re- demit eos in dilectione sua propter nimiam charitatem suã [& indulgentia sua] .i. quia ipse indul- sit eis & pepercit vt sit idẽ cum illo Ioannis. Sic Deus dilexit mundũ vt filio suo vnigenito non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum. Hunc esse germanum huius loci sensum indicat tralatio Lxx virorum integra: Non legatus neque angelus, sed ipse Dominus seruauit eos] ex qua interpretatione Lxx virorum intelliges in lectione Hebraea deesse voces duas, hu- hicoua, id est, ipse Deus, nomen illud Tetragrammaton Dei, pro quo Lxx semper reddũt, Do- minũ, nã Hebraicẽ est tãtum [seruauit eos] & Lxx vertere [ipse Dominus seruauit eos] quod est argumẽtum Hebraicẽ fuisse, hu hicoua ipse Deus. Hoc liquebit ex canone illo præscripto à D. Hieron. in epist. ad Damasum super quatuor euangelia posse nos deprehendere ex tralatione Lxx virorum quidquid post Lxx viros in veteri testamento est mutatum, aut detractum, quod ostendimus facile esse exemplo codicis Hispani, qui centum ante annis Latinẽ esset versus ex interpretatione Latina intelligeres facile quidquid esset mutatu. Vt si in codice Hispano legere- tur vvas Latinẽ redditum videres vluas, intelligeres in Hispano codice nõ vvas sed ouas esse le- gendũ, qualia multa exempla sunt suprã posita centies. Sic hoc loco Hebraicẽ legitur, lo far. i. non tribulatio, Lxx viri trecẽtis annis ante crucẽ Domini reddidere, nõ legatus, legere ergo nõ lo far sed lo fir. i. nõ legatus & si sic legas lectio Hebraea ad verbum erit. Nõ legatus & angelus faciei eius. vel Non legatus neque angelus faciei eius seruauit eos in dilectione sua & indulgen- tia sua ipse redemit eos] quæ verba expriment interpretationem Lxx virorum addito tantum iod, quæ literula milles in litteris sacris Hebraicẽ deesse & redundare solet. Nam puncta, vt ostendimus, docti addere & detrudere pro ratione sententiæ solent, sed quanquam lectio He- braea tralationem Lxx virorũ ob oculos ponat, tamen planum est ex interpretatione Lxx vi- rorum, deesse Hebraicẽ duas voces illas hu hicoua. i. ipse Deus, vt sit [non legatus neque ange- lus sed ipse Deus seruauit eos] Pro quo Lxx reddunt semper ipse Dominus quod hic Christus dicitur hicoua, nomine illo Tetragramato quod ore effari ludæi non audebant ita sanctũ & venerandum apud illos erat, & pro ipso reddebant, Dominus, quod fecere Lxx hoc loco: er- go ex Canone præscripto à D. Hieron. quo vtitur etiam IVSTIN. martyr in dialogo aduersus Tryphonẽ, intelliges desiderari Hebraicẽ voces illas duas, ipse Deus. sed negat, aiunt, D. Hier. hoc esse Hebraicẽ, quid tum postea? erat districtus mille negotijs, non aduertit vnus litterulã additione, etiam si non restitueres voces illas duas, esse expressam Lxx virorum tralationem & sententiam si sic reddas [Nõ legatus neque angelus faciei eius seruauit eos, in dilectione sua & indulgentia sua ipse redemit eos.] Nam post negationem, u. coniuñctio copulatiua Hæbræa, .i. &, valet pro altera negatione & quanquam legatur. Non legatus & angelus interpretabere non legatus neque angelus. An quod Hieronymus non aduertit deesse literulam vnam, quæ millicies in codicibus Hebræis etiam sine vlla ludæorum fraude deesse solet, damnabimus om- nes fan-

nes sanctos patres veteres qui ita legunt? concilia omnia? & LXXII Iudæos qui trecentis annis ante Christi Domini aduentum hanc agnoscunt lectionem Hebræam in eo præsertim oraculo ubi Christus Dominus, Deus & homo dicitur? at qui ut diximus ex D. Hier. obscurare Christi oracula nefandum est, sacrilegiū & Iudaicum. Sed quid? quod ex Canone præscripto à D. Hierony. quo vitur etiam IVSTIN. philosophus martyr, quo vituntur omnes viri docti, qui veterum libros castigant & pristino splendori restituunt hanc defendimus lectionem? Quæso unde Hermolaus, Policianus, Pincianus, cæterique viri doctissimi, qui edunt castigationes in libros veterum, eos mendis expurgant, pristino nitore restituunt nisi ex hoc Canone præscripto à D. Hieron. loco citato? Sed negant quidam viri docti hoc fieri licere in sacris litteris, nihil esse attendum, nihil mutandū, religiose omnia scripta, affirmant litteras esse numeratas & apices. De hac re disceptatum est in disputatione de translationibus, & refutabimus hunc horū hominum errorem. Quod faciendum docet. D. Hierony. & quo id fiat modo, canonem præscribit quodque facit Iulianus martyr Christi temporibus proximus, quodque faciunt concilia, id hi faciendum negant? Ostendimus enim in disputatione de translationibus Iudæos, & hereticos non solum malitiose interpretari locos scripture, sed etiam vitare, quod concilia falsare, & deflorare dicunt & veteres patres in eisdem citatis concilijs videas in hoc toto peccatore in cubere ut vitata castigant ad exemplaria antiquiora, & ex codicibus vetustissimis. Neque concilia tantum id testantur, sed & veteres patres id conqueruntur & foedissimis nominibus hos homines appellant Iudæos, furiosos Iudaissantes, alijsque id genus nomē claturis: id que faciunt ut docet ATHAN. contra Arrianos oratione 5. ut putore & graueolentia istorū nominum ab errore retrahantur, admoniti in quantam voraginem impietatis delapsi sint, & quod par sit ut quorum prauam opinionem receperunt, eorum quoque vocabula et nomina accipiant. Nam ut sis sciens, te docet ATHAN. in oratione contra Sabellij gregales, hereticos Iudaicæ infidelitatis esse ministros vnde oratione 2. cōtra Arrianos hereticas calūnias, calūnias Iudaicas appellat, & eadē oratione Iudaizare hereticos ait, & sensa scripture ad suarum heresum sensa contorquere, & necessarium esse ijs respondere, quatenus nostra & veros scripturæ sensus vindicemus. Ergo si eadem est Iudæorum & hereticorum causa, & sibi mutuas dāt operas, & omnis hereticus ex gente Iudæa, aut ex doctrina Iudaica ortum habet, & vindicanda veritas est & defendēda, id que faciunt concilia in locis citatis in disputatione de translationibus, quas fraudes faciunt Hebraicē Iudæi & heretici non aperiemus? adhibent concilia sanctissima Grammaticos Latinos, aut Græcos, quorū opera vitūt ad eruendam catholicę fidei veritatē, Hebraica volumina non erunt expendēda? licebit Iudæis illic omnes moliri fraudes? Negant rursum Iudæos, fraudes, aut dolos in vitanda sacra scriptura esse molitos. Seruant quidē religiose scripturam sacram Iudæi, vbi vero perexiguo litterarum inflexu, aut perexigua mutatione aut distinctione, interpretatione, aut alijs dolis fieri potuit, nunquam pepercere opere, vitiantur semper & obscurant, quæ potuere omnia de Christo oracula. Nam D. BASILL. in homelia aduersus locupletes, inquit *ὅτι ἡ γράμμα περιττὸν ἵκναι ἐν πᾶσι κατασκευασίαι τῆς γνῶμης.* i. vna interposita littera sat est ut totam peruertat sententiam, quod multo magis diceret D. Basilius in Hebræa lectione, vbi punctum vnum, vnus apex, litterula vna totū sensum in contrariū vertit, nigra in candida. f. & cōtra. Et hereticorū est qui à gente Iudæa ortū trahūt ut docet CLEM. Alexan. Stromatō lib. 3. varijs dictionū apicibus, varia interpūctionis distinctione omnia peruertere. Ita nullū oraculū manifestū est de Christo ferē, quod Iudæi aut mutatione literæ aliquius, aut expuncta aliqua vocula, aut falsa interpretatione, aut aliqua mala peste, non interturbant quod Deo benē iuuante iusto opere me ostensurum esse spero, ne vnum locū aut duos vitiatos à Iudæis quisquam credat. In oratione ATHAN. cōtra Arrianos in hoc dictū, ex Deo Deus est verbum, tres simul locos videas citatos ab Athanasio, quos Iudæi alio defleunt, aut vitiant, ut illud, Super occultis filij. & illud, Ex vtero ante luciferum genui te, & illud. Species quarti quæ apparebat similis filio Dei & illud etiam huc referri potest: Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei & omnes psalmorum titulos. Nec quod quæ dā recipit D. Hieron. protinus ecclesia catholica putat recipienda omnia, multa enim damnat D. Hieron. quæ catholica ecclesia, quæ spiritu sancto regitur mordicus retinet, tamen illud scias non vnam aut alteram prophetiā vitari à Iudæis, sed omnes fere manifestas & dilucidas, Quæro ergo ab istis bonis viris aperiendas ne putent has Iudæorum fraudes, ut facit Athanasius, ut faciunt concilia, cum defloratos ab hereticis locos, & falsatos arguūt & ex antiquioribus codicibus castigāt? An occul-

Omnes fere locos manifestos de Christo apud prophetas perueriti alio quo dolo malo à Iudaicis nequis vni locum putet aut duos.

tandi sint

A tandi sint Iudæorum doli, quos moluntur aduersum ecclesiā catholicam ut libere grassari in gregē Dñi possint. Docēt oēs veteres patres, ad vnū, iā indē ab initijs ecclesiæ falsas Iudæos (vtor enim libenter ipforū verbo) multos scripture locos, vt suprā ostēdimus, oracula omnia peruertere. Id aperire est nefas? ego ecclesiæ alūnus, quod cōcilia fecisse video, pro eo quantū mea pars virilis efficere poterit, ecclesiæ antiquissimā & receptissimā lectionē defendā, Iudæorū aperiā dolos. AVGVST. Eugubinus Iudæis nō admodū inimicus, fateatur Iudæos vbi perexigua mutatione fieri potuit, vitasse multa: fateatur id Vatablus cum alia quædā, tū hoc ipso loco hæc verba Esaia esse vitata. Galatinus, id pluribus verbis docet lib. 1. idq; colligit ex Rabinis, est tamen ridiculus Galatinus, qui tribus modis deprauari scripturā à Iudæis ex rabinis colligit, cum Euthydemus apud Platonē non tā multiplices ostēdat vias sophismatū, neq; Arist. tot pa rexelēchorū doceat modos, quot inuenere vias Iudæi peruertēdi sacra scripture sensa. Tamē Galatinus docet, idq; colligit ex Rabinis, tribus modis deprauari à Iudæis scripturā: Primo modo additione, aut detractioe litterarum, & multa ex Rabinis colligit exēpla: secundo modo mutatione punctorū, quod etiam Rabinorum plurimorum auctoritate confirmat: tertia mutatione verborum, cum alterū in margine ponitur, alterum in ipso contextu: idque moneo ego lectorē ex Rabinis deprehēdi non potuisse, nisi ipsi Rabini inter se contēderēt, & disiderēt, & se mutuo arguerent falsitatis, & palam facerēt mutuo sua flagitia. Nam quod Galatinus antiquiores Christo aliquos Rabinos dicit & arguere impios, ridiculū est, quomodo antiquiores minus antiquos arguunt? vt mittam dicere quod horum antiquissimi non excedunt annū quā dringētesimum. Est etiā ridiculus Galatinus, cum quindecim opinor locos docet mutatos ab scribis Iudæorum de indultia, cum iptorum Rabinorum concessu, vt leges in dictione 701 in thesauro lingue sanctæ decē & octo locos ab scribis Iudæorum mutatos Iudæi fateantur: & nos commonstrauerimus in disputatione de translationibus, testimonio ipforū Rabinorū, plurimis scripture locis variam esse lectionē, vt non solum pius Christianus, sed etiam quiuis qui doctrinam sibi vendicet, iudicet, iure optimo recepta in catholica ecclesia, quæ semper in manibus pontificum & sanctorum patrum sunt versata & litterarum monumentis consignata iam indē vsque à Lxx viris, etiamsi discrepent ab Hebræa lectione, si veritati euangelicę congruant, multo esse veriora, & dici magis iuxta veritatē Hebræam, quam quæ iuxta Hebræā lectionem, quæ nūc circūfertur, mutata vna literula, expressa sint, quod magis sint iuxta veritatem Hebraicam, ea quę iuxta veram lectionē Hebræam sunt reddita, quam quę iuxta vitiatam lectionē Hebræam sunt expressa, magis est iuxta veritatem Hebraicam: exēpli causa: Foderunt manus meas: quod iuxta veram lectionē Hebræam caaru sunt reddita. i. foderunt, quā sicut leo quod vitiatam lectionem Hebræam Caari, hæc tranlatio exprimat, vt manifestissimū de Christo testimonium obscure de passione Domini, foderunt manus meas & pedes meos. Magis iuxta veritatē Hebraicam est, quod vertit D. Paulus: In linguis alijs quod exprimit veram lectionē Hebræam laaze. i. in barbaris, hoc est in alijs: barbaras enim linguas, appellabant Iudæi alias omnes à lingua sancta quod docet D. Paul. cum vertit in alijs linguis: dictum est magis hoc iuxta veritatem Hebraicam quam in linguis balbutientibus: quod reddit falsam Hebræam lectionem quę nunc circūfertur laage, quæ Iudaicos sensus exprimit. Magis iuxta veritatē Hebraicam est titulus ille de quo dicebam psalm. 9. Super mortem filij: vt vertit D. Hieron. vel super occultis filij: quam lectionem agnoscunt veteres patres, & de filio Dei interpretātur: quam ad erudiēdum puellarum chorū, quę Iudaica exprimit sensa, aut mutatione litterarum, aut dolo aliquo, aut falsa interpretatione. Sunt quidē hæc Iudaica iuxta lectionem Hebræam, quę circūfertur, non tamen iuxta veram lectionē Hebræam, nec iuxta veritatem Hebraicam, nisi tu ea quę iuxta corruptas tabulas testamenti allegat aduersarius passurus es dici iuxta testamenti veritatem esse allegata, aut nisi damnanda concilia omnia putet quisquam impius, quod quæ falsata aut deflorata ab hereticis videbant, negabant esse iuxta veritatem scripture, falsa & mendacia esse dicebant, veritatem scripture esse sanciebant, quam retineret ecclesia ab apostolis traditam, & à maioribus, & quorum testes veteres patres citabant. Sed dies me deficiet si persequi singula coner. Lectio ecclesię, Hebraica veritas est. Hæc quæ à quibusdam dicitur in quibusdam translationibus (nec enim omnes damno) veritas Hebraica, Iudaica, potius est perfidia, Eiusque rei omnes nostros volo admōnitos, vt quæ nostra confirmant ea amplectantur: quæ immutant, ea vt rejiciant vt Iudaica. & hanc catholicę ecclesiæ fuisse semper sententiam indē discēs, quod intelliges ex ORIGEN. in caput 17. Geneseos controuersum fuisse

fuisse inter nostros & Iudæos vtra essent veriora exemplaria nostra an Iudæorum, & Iudæi sua A
 exemplaria veriora esse dicebant, negabant nostri, vt docet IVSTIN. martyr aduersus Trypho
 nem, cuius signum insolubile est, quod olim Hebræis testimonijs nisi ad constabiliē da nostra
 vti non licebat, quod colliges ex ORIG. homil. 18. in Numerorum cap. 24. ex illis verbis: In He
 bræorum codicibus aliquid etiā vehementius reperi. Quibus quanquā nō vtamur, tamē agno
 scendi gratia dicemus etiam quæ ibi legimus, quibus verbis liquet quæ Hebraicè legerētur cō
 tra quam legerentur in lectione recepta in catholica ecclesia, nisi magis nostra constabilirent,
 Iudaica esse habita. quod præ se fert IREN. quoq; li. 4. c. 63. vbi nostra omnia custodita sine fi
 ctione docet in vniuerso mūdo per successiones episcoporum nobis tradita sine vlla falsitate ex
 positione legitima. Mitto dicere ostensum esse suprā lectionem Hebræam etiam sine fraude
 Iudæorum multis locis esse vitiatam, quemadmodum & reliquos codices Græcos & Latinos: id
 que accidisse ob multas Iudæorum ruinas, quibus illa gens est accisa, quod liquet ex ipsis codi
 cibus Hebræis, in quibus frequentissimè duplex est lectio, concessu ipsorum Iudæorum, vt in
 telliget quiuis ex disputatione de translationibus & ex signis dubiæ lectionis appositis in co
 dicibus Hebræis. Id vero vel manibus prehendi potest ex collatione psalmorum, qui Hebraicè
 duobus locis sunt conscripti, inter ipsos psalmos scilicet & in libris Regum & Paralipome
 non, vbi Hebraicè multa varietas est, cū eisdē verbis vtrobiq; sunt conscripti, eadē tamē fer
 uata sententia, excepto quod alibi planius: quod plura verba sint, aut melius distincta, alibi ob
 scurius eadē dicantur, quod accidit in omnibus Græcis, Latinisque scriptoribus. Sume tibi v
 num quemlibet ex poetis, vbi minime vitari scilicet lectio potest, quod numeris est astricta,
 si cū codicibus manuscriptis antiquis conferas, dici non potest satis quantā reperies varietatē,
 & quantā in quibusdam locis lucem intelligendo poemati afferant, et doctorem id nemo mir
 retur, & hæc etiam respōsa sint D. Augustino, qui in vniuersum pronūciare videtur vbi discre
 pet lectio Hebræa & Græca, Hebræam lectionē esse veriorē, quod dubitet quonam modo
 quæ Iudæi vitariunt in omnes codices toto orbe terrarum sese fuderint. Cui puto in disputatione
 ne de translationibus me fecisse satis, & vitiatos codices Hebræos illic & hoc loco à Iudæis esse
 ostendimus, quod vt inquit AMBR. in cap. 5. epist. ad Rom. in illa verba: Sed regnavit mors ab
 Adam vsq; ad Moysen: de Græcis codicibus corruptis. Quasi nō ab iniuicē discrepēt? quod fecit C
 studiū contentionis, Quia enim propria quis auctoritate vti nō potest ad victoriā, verba legis
 adulterat, vt sensum suū, quasi verba legis asserat, vt non ratio sed auctoritas præscribere videat
 tur. hæc Ambrosius. Quæ quanquā de Græcis codicibus dicere videatur, in vniuersum illa ratio va
 let, & si manibus verses quædam Iudaizantiū scripta, hæc quæ diximus, nō manibus solū depre
 hendas, sed oculis cernas. addūt em Iudaizantes verba, & orationes scripturæ, vt ad Iudaicos
 sensus eā trahant & verba legis adulterāt quod cōtentionibus seruiant, quod inquit AMBR.
 Et de Hebraicis libris & Iudæis ipsis, illud idē quod diximus ex AMBR. scribit ORIG. in cap. 16.
 Hierem. homil. 12. de eo quod scriptū est: Ecce ego mitto pisces. his verbis, Quoniā diffici
 le est aliquē se malum confiteri, idē Iudæi exemplaria nonnulla falsarunt. & in Leuiticum ho
 mil. 1. dissecuisse Iudæos quædam ex sacris voluminibus est author, qualis est historia Sufannæ
 quod multis verbis exequitur in epist. ad Africanum, quam huic operi attexuimus & IVST.
 martyr est author, Iudæos multa ex Hebræis codicibus expūisse & ATHAN. verbis illis. Nō
 enim istis curæ est, si corrumpant diuinarū scripturarum dogmata, dum Christi aduentū ne
 gent. quod hic scopus Iudæorum est vt docet HILAR. etiam, vt corporeum aduentū Christi
 à prophetis prædictum, doctrinæ simulatione abscondant, & meditationem veritatis eius quæ D
 in Christo est, occultent. Quomodo autē loci vitiatī à Iudæis in omnes codices sese fuderint
 vt vera sit hæc veterum sententia, in disputatione de translationibus monstrauimus. & D.
 Augustino respōdimus pro antiquis patribus, quos hoc loco & in disputatione citauimus, quā
 quam ipse D. AVGVST. de ciuitate Dei lib. 15. cap. 11. liberum hoc opinaturis relinquit. Du
 bitauit ille quonam modo irrepserit vitium in omnes codices, nō damnauit hanc sententiam,
 & eadem opera querere poterat quomodo in omnes codices vitiatos, Græcos, & Latinos idē
 vitium sese fuderit? & quomodo in psalmos duobus locis conscriptos Hebraicè eadem varie
 tas sit toto terrarum orbe? sed dico inquam, hoc liberum opinaturis relinquere D. August. lo
 co citato si hæc opinio dicenda est & non verares, quod est apud comicum. vbi Iudæos ipsos
 contentes habemus, vt est monstratum & vbi in psalm. duobus locis cōscriptis Hebraicè
 res hæc oculis cernitur, deprehenditur enim mira varietas, cum sint eadem verba, seruata e
 nim ca-

A nim eadem sententia alibi verba & orationes desunt, quæ sunt alibi, vbi ex euangelistarum & a
 postolorum translatione, & ex versione D. Hieronymi Iudæorum fraus deprehenditur, quan
 do vitiant scripturam & oracula de Christo peruertunt, quod fecere in passione Domini vt do
 cet D. AVG. in psalm. 63. interpretans verba illa: Et mētita est iniquitas sibi. quod enim dixerat
 Dominus, Soluite templum hoc & tri duo suscitabo illud, Iudæi vt Augustinus inquit, vnū ver
 bum mutauerunt & paucas syllabas, vt falsum testimonium molirentur, obiecere quod dixit
 fet solua, & ipse dixerat, soluite. Apparet ergo verissimè veteres patres Christi tēporibus pro
 ximos, nos admonere quædam in codicibus Hebræis à Iudæis esse falsata (vtor enim libenter
 hoc verbo veterum patrum, quo etiā vtuntur concilia, quæ à Iudæis, hereticis testimonia scri
 pturæ falsata & deflorata docent, & castigant, idemque vt faciamus sunt exemplo) Quæ pluri
 bus sum exequutus vt appareat non solum hunc locum de quo sermo est, sed totum hoc caput
 à Iudæis & Iudaizantibus esse vitiatum, quod magna præferat mysteria de Christi diuinitate et
 humanitate, de persona spiritus sancti, quod sit Deus, de sacrosancta triade, Patre & filio & spiri
 tu sancto, quod huius capituli testimonijs sancti patres frequentissimè vtuntur ad probandā diu
 nitatē Christi, vt probēt spiritum sanctū Deū esse, vt Trinitatem sacram hic descriptam ostend
 ant, & resellant hereticos. Iudæi hereticis operam dant, sunt enim heretici vt diximus ex A
 thanasio, & vt testantur concilia, ministri impietatis Iudæorum, vt eam ad nos deferant, & suis
 ministris operā dant Iudæi locos scripturæ, quibus illos refellimus, et quibus Iudæis obturamus
 ora, peruertunt vt docet ATHAN. locis suprā citatis, & AMBR OS. loco etiam citato, illis ver
 bis: Postquam à concordia animis dissidentibus torquere quæstiones coeperunt, hereticis per
 turbatibus multa immutata sunt ad sensum humanū. Sed in hoc loco Ambrosius. duo illa aureis
 literis scripta habenda erāt ante oculos homini Christiano. Alter vñ illud est quod ait, in illo tu
 multu hereticorum quo scripturas heretici corrumpēbant, vt eas ad suos traducerent sensus,
 quod ostendimus facere Iudæos & Iudaizantes, Latinos, propter simplicitatem temporū, ser
 uasse omnia incorrupta, quod notandū summopere cōtra eos, qui omnia ex Græcis, Hebræis
 que castigant. En AMBR. docet multa Latine incorrupta esse seruata vt discamus ea ex Græ
 cis Hebræisque esse castiganda, quæ ad lectionem euangelicam & ad fidem catholicam magis
 C accedunt. Nam ita castigare ex Hebræis aut Græcis litteris, vt ea magis trahas ad Iudaicos sen
 sus & ab euangelio abducas, id corrūpere est, nō castigare. Iudicio est opus, doctrinaq; vt libros
 sacros castiges, Alterum illud est memori figendum pectore, quod subiicit. Nam hodie quæ
 in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur in veteribus posita, Tertull. Victorino &
 Cypriano. Quibus verbis Ambrosius author est eis, qui piē sacra studia tractare volunt, non cō
 sulendos eos Christianos scriptores, qui Christiani quidem dicuntur, vt ORIG. ait in cap. 7. Ie
 su Nauē, homil. 7. sed in scripturis adhuc sensum Iudaicum seruant: sed illos consulēdos, & ha
 bendos præceptores & magistros, qui sunt antiquissimi, Tertullianum, Victorinū, Cyprianū,
 simileisque scriptores sacros, & de Ireneo, & Iustino proximis temporibus Christi qui de hac
 re sentiant, de qua sermo est, diximus. Accipe quid TERTVLL. dicat in lib. de habitu mulie
 bri vbi omne instrumentum vetus per Esdram instauratum prodidit. & est quidem Tertull.
 obscurus scriptor, suprā in disputatione de translationibus ex autoritate veterum patrū ostē
 dimus, afflatu spiritus sancti Esdras libros sacros veteris testamēti omnes, laceros tot ruinis,
 & trūcos, & multis locis defectos, instaurasse, & integros reddidisse, eosq; ita ab Esdra spiritus
 D sancti inflatu factos tectos cetero post anno redditos Græcè esse à LXXII viris. Hoc præfatus
 Tertull. cōqueritur Iudæos nō recepisse scripturas de Christo loquutas. quæ ipsum corā loquē
 tem non erant recepturi. loquitur enim Tertullianus de libro Enoch, quem Iudas apostolus ci
 tat, tamen Iudæi illum reiecerunt, ut alios etiam libros sacros, quos damnatos à quibusdā ex no
 stris retinet adhuc ecclesia catholica, quod à nobis (inquit Tertull.) nihil omnino reiiciendū
 est, quod pertinet ad nos, quod certum sit omnē scripturā ædificationi habilē diuinitus esse in
 spiratam, à Iudæis postea iam videri propterea reiectā, quibus verbis TERTVLL. libros sacros
 quos retinet ecclesia, propterea reiectos à Iudæis scribit, quod Christum sonēt. Addith; illud,
 quod pollicitus sum, si vita super sit, Deo benè iuuante, me iusto volumine persequaturum: re
 iecisse Iudæos scripturam, quæ ædificationi habilis esset, sicut cetera ferē, quæ Christum sonāt,
 quod dixerat Iustinus manifestissima quæque de Christo testimonia scripturarum aut expun
 xisse, aut vitiasse, aut malitiosè interpretatos aliō deflectisse. Vtuntur enim Iudæi captioso,
 & periculoso sortitarum argumentationum genere, quod Cicero appellat: sunt enim sorte di
 ctæ à

Et à *aceruo*, i. aceruo, ducta metaphora ab aceruo tritici, qui aceruus tritici posset exhauriri pau-
latim, & minutatim, demptis singulis granis. Sic Iudæi demptis testimonijs scripturæ singulis
de Christo, vitiatis aut in flexu leui litterarum, aut interpunctionibus, aut distinctione diuersa,
aut malitiosa interpretatione, vt testantur omnes patres, quod supra memorauimus, & vt ostendi-
mus etiã concessu Iudæorũ, & Iudaizantiũ, aceruũ omnem ferè testimoniorũ de Christo mani-
festissimorũ, quæ in sacra scriptura sunt exhauriunt, neq; vllũ reperias ferè manifestũ testimo-
nium de Christo, quod impietas Iudaica non attentet. Nostri in tãta copia scripturarum, quæ
Christum sonant, quod, vt diximus ex Augustino, omnis scriptura Christum sonat, sed ei, qui
habet aureis: singula cõtemnunt, & palam dicunt: Quid moramur testimonium vnum, aut duo
de Christo? quali verò non sint tot de Christo voces in scriptura sacra, quot verba. Iudæi negli-
gentia nostra abutuntur, nam, vt Oratij verbis vtatur, vtuntur permisso, caudæque pilos vt equi-
næ paulatim vellunt, & demunt vnum, demunt etiam vnum, dum cadat elusus ratione ruentis
acerui, qui Iudæis, & Iudaizantibus fidem habet, & dum testimonia nulla de Christo fixa &
stata credit à Iudæis persuasus, ex Christiano Iudæus fiat. Videas legis euãgelicæ pandecta quæ-
dam, in gratiam lectoris, vt author ait, præferre signa quædam, quibus lector intelligat quæ
aliter Hebraicè sunt, quam Hebræa lectio præferat, alia signa quibus appareat illa testimonia
quæ litteræ euãgelicæ citant, desiderari in codicibus Hebræis, aut secus esse in euãgelicis lit-
teris, itaque penè iam euãgelica fides attentatur, tantum abest vt doctoribus sacris in his re-
bus apud quosdam vlla sit fides. Patiamur hos victores propositi euadere, & minutatim &
gradatim singula subvertere nostra, foritarum captioso argumento, & apud quosdam nostra
ruent. Ruere enim catholica non potest ecclesia. Vndè enim Origenes, & D. Hieronymus Iuda-
izantes recusant nostros appellare? nisi quod ad Iudaismum tantopere propendeant? An v-
num aliquem locum, aut duo, aut decem, aut centum locos vitiatos à Iudæis credebas, illis, qui
bus dixi modis? & ideo negligens eras? Quod si vitiati sint centum loci, bis mille essent reliqui.
Erras si id credis & totam ignoras rem. Vel ex hoc propheta Esaia coniecturam facito, in quo
quot sunt verba, tot intelliges esse oracula de Christo si adhibes interpretes sacros scriptores,
quorum hoc libro interpretationes habes, quibus Græca, Hebræa & Latina lectio veritatis tes-
timonium impertit. Adhibe rursum Iudæos, & Iudaizantes magistros, omnis Esaia Assyria,
& Babylonica bella tibi sonabit, & nugæ meras, battologiam quandã, reluctante Hebræa Græ-
caque lectione, si quando vt tibi blandiantur, vbi nimis manifesta sunt quæ dicuntur, ne se pro-
dant fortasse, de Christo loquuntur, redeunt statim ad bella Assyrica, & Babylonica, ad Sena-
cheribum, & falsis interpretationibus Iudæorum mistis, quæ de Christo dicuntur debilitant.
Vtuntur enim illo rhetorum præcepto vulgato, vt nostra in medijs auxilijs Iudæorum ponat
vt ibi posita minus habeant virum. Idè Ambrosius vultissimos, & antiquissimos scripto-
res putat adeundos. Origenes Christianos, qui in scripturis adhuc sensum Iudaicum seruant,
vitandos, quæ summopere à nostris sunt obseruanda. Sed vt ad Ambrosiũ redeã, & ad propo-
situm, vndè excessi, AMBROS. docet loco citato Latinam lectionem, quæ in antiquissimis au-
ctoribus proximis temporibus Christi reperitur, sacrosanctam esse, nec vllò modo esse atten-
tadam, nisi ea in melius mutet, secundum ea quæ magis euãgelio concordent. Quod toto hoc
opere fit, vt lectione scripturæ, quæ in authoribus sacris proximis Christi temporibus reperia-
tur, antiquissimis omnium, eruamus, eam omnibus ob oculos ponamus, ostendamus Hebræis
litteris & euãgelicis congruere maximè. Respondent quidam viri boni, sed in libris veterũ
parum versati, quid moramur vnum aut alterum locum, cum sint plurima testimonia scriptu-
ræ? quos refellit optimè D. Chrysostr. qui aurum quærit ne tenuem quidem micam spernit, &
qui gemmas quæritat, vnum vnionem non contempserit. Tamè acrius respondeas, non de v-
no loco, aut altero contentionem nobis esse aduersum impios Iudæos, sed fere de omnibus
manifestissimis oraculis de Christo, vt si in singulis cedas, in vniuersis fidei catholicæ proditor
esse conuincare, nusquã cedendum est impio Iudæo, veritas semper est tuenda. Nec meus hic
sermo est, sed Origenis, Iustini, Tertulliani, qui aperte dicit, omnia ferè, quæ de Christo dicun-
tur reijci à Iudæis nempe quod aliud deflestant, & malitiosè interpretentur, quod Imperator
Iustinianus multo planius dicit, & apertius, vt in disputatione de tralationib⁹, plurib⁹ sum exe-
quutus. Vides concilia testari locos scripturæ falsari, & deflorari ab hereticis, & tota concilia
in hoc esse, vt falsatos, & defloratos locos scripturæ verè lectioni restituat? & vitiata à Iudæis lo-
ca quod Hebraicè à Iudæis sint vitiata, nõ duo, aut tria, sed innumera, quæ vitiata arguit autho-
ritas euãg-

Aritas euãgelica & apostolica, consensus sanctorum patrum, & Conciliorum, Iudæorum etiã
confessio, quod Hebraicè sint vitiata, suspiciet quisquam ac venerabitur? hoc non est amare
Hebræam lectionem, sed Iudaizare. Amant quidem docti viri Græcos, Latinosque scripto-
res, vitia non amant, castigant potius ex scriptis veterum, alijsque antiquis scriptoribus.
Altera causa est, cur hæc sim exequutus pluribus, vt appareat quæ in translatione Lxx viro-
rum sunt, & Hebraicè non sunt, non omnia esse addita à Lxx viris, sed esse qualia depræhen-
duntur in psalmis illis, qui duobus locis Hebraicè sunt conscripti, inter psalmos ipsos, scilicet,
& in libris Regum, & Paralipomenon, vbi alibi verba & orationes desunt quæ sunt alibi, vt
ruinis Iudæorum, & temporis iniuria quædam alibi desiderentur, alibi sint, qui minus id fieri
potuit in translationibus Lxx virorum, vt quædam ex codicibus Hebræis interciderint quæ
seruentur in translatione Lxx virorum? Et sic ORIG. in cap. 21. Leuit. homilia. 12. non moratur
quod Hebræi negant se scriptum habere, quod nos apud Lxx interpretes inuenimus, idque
rectè factum putat, vt diuinitus ablatum sit illud de codicibus Hebræis quod apud nos reti-
netur. Et in cap. 39. Matth. tract. 8. notasse se quædam ait, quæ non posita essent in Hebræo, non
autum tamen ea omninò auferre, & tamen Origenes est qui primus translationem Lxx cum
Hebraicis literis contulit, & cum alijs translationibus Iudæorum, & alijs fuit author vt hoc fa-
cerent, & hoc nomine ab omni antiquitate fuit reprehensus, & à D. Hieronymo dictum est,
in causa fuisse vt translatio Lxx virorum corrumperetur, & fortasse hæc causa cur permissus
sit à Domino cadere potius quàm illa, quod Christũ voluerit negare potius quàm obscena
pati ab Aethiopiæ multigenim Christum negauerunt, qui cum poenitentia egissent, sancti po-
ste à fuere. Et in epistola ad Africanum, negat vllò modo esse auferenda, quæ apud Lxx sunt
Hebraicè non sunt, idque pluribus verbis monstrat: & ostendimus in disputatione docuisse
Origenem quædam addita à Lxx viris citari ab apostolis, & euangelistis. Apparet ergo ex
his quæ diximus, & ex his antiquis scriptoribus multa esse apud Lxx viros, quæ Hebraicè non
sunt quod addita sunt à Lxx viris, & in latu spiritus sancti addita putarunt veteres patres, mul-
ta verò quæ non sunt addita à Lxx viris, sed interciderint ex Hebræa lectione, & in Lxx vi-
rorum translatione retinentur, non secus atque id quod oculis cernimus, in psalmis illis, duo-
bus locis conscriptis quædam orationes ex alijs locis interciderint, alijs retineri.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

*In dilectione sua et indulgentia sua
ipse redemit eos, et portauit eos, et ele-
uauit eos cunctis diebus seculi.*

Eo quod illos diligeret, & parceret ip-
sis, ipse redemit eos, & suscepit eos, &
exaltauit illos per omnes dies seculi.

Sc hunc locum citat ATHAN. ad Serapionem episcopum contra hæreticos, qui dicebãt
spiritum sanctum esse creaturam, & eiusdem sententiæ esse putat cum superioribus. Ipse
redemit eos ipse Dominus [eò quod illos diligeret] quia propter nimiam charitatem, qua di-
lexit nos Deus, filio suo vnigenito non pepercit [& quod parceret eis] id enim est redimere, li-
berare è vinculis sathanæ, & peccatorum: & chamal, verbum Hebræum, parcere significat &
indulgere [& suscepit eos, aut portauit eos] pastor. s. bonus, qui amissam ouem generis huma-
ni super humeros portat [& exaltauit illos] extulit in summam dignitatẽ, vt filij Dei diceren-
tur, & essent. THEOD. Ipse Dominus ineffabili bonitate omnia salutis nostræ causa fecit.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

*Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt,
et affligerunt spiritum sancti eius
et conuersus est eis in inimicum, et ipse
debellauit eos.*

Ipsi autem non crediderunt, & ex-
acerbauerunt spiritum sanctũ eius,
& conuersus est eis Dñs in inimici-
tiam, & ipse expugnauit eos.

Quod D. Hieron. vertit [Ipsi ad iracundiam prouocauerunt] Hebraicè est *וְיָמְרוּ בְּרוּחֵי יְהוָה*. i. ipsi
non crediderunt. nam verbum Hebræum *מָרָה*, mara, significat non obtemperare, rebel-
lare deficere, transgredi præceptum, vt possis vertere: Ipsi non obtemperauere Christo, defe-
cere à Christo, cum dixere: Non habemus regem nisi Cæsarem, ipsi rebellauere aduersus
Dominum, vel prouocauere ad iram Dominum [affligerunt spiritum sancti eius] i. exacer-
bauerunt spiritum sanctum: loquitur enim de Deo more humano. LACTAN. lib. 4. cap. 12.

Ppp de Chri-

de Christo nato ex Maria virgine, hæc citat & interpretatur, & sic locum hunc totum legit: **A** Ipsi autem non crediderunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum, & conuersus est eis ad inimicitias, & ipse expugnauit eos. Et quando de Christo vsque adhuc sermo fuit, placet ex sententia Lactantij, vt sit sensus, Iudæos non credidisse Domino, qui venerat saluare eos, & non miserat angelum vnum aliquem, sed ipse per se venerat, & Iudæi non credidère, sed exacerbauerunt Dominum, & spiritum sanctum, & conuersus est Dominus ad inimicitiam: deleuit enim Iudæos Dominus per Romanos, & expugnauit eos armis Romanorum scilicet. Spiritum sancti eius] Hebraicè est *רוח קדוש*, quod Iudæi interpretantur; spiritum sanctitatis eius, vt hæreticis suis ministris operam dent, vt diximus ex Athanasio. Lxx seniores spiritum sanctum vertere trecentis annis ante Christi tempora, idque optimè. nam, quados, sanctum Latine sonat, quado, spiritus sanctus eius: idem est quod vertit D. Hieronymus, spiritus sancti; quod quoties in literis sacris, spiritus sancti, aut spiritus Dei reperitur, spiritus sanctus accipi debet, vt docet D. Basilius. Tamen nihil erat, quod lectio receptissima in scriptis sanctorum mutaretur. Iudæi, spiritum sanctitatis eius vertunt, & ita reddidit P A G N I N. à quo libenter quærem cur id fecisset? an quia, quados, non significet sanctum, nihil significat frequentius. Et sic hoc loco vertit VATABL. Spiritum sanctum eius] an quod Hebræos sequatur? admoneret nos se vertisse scripturam ad præscriptum Rabinorum, non ad lucem euangelicam. Vt intelligas verò hæreticos ab ATHAN. in sermone contra omnes hæreses merito appellari furiosos Iudæos, & Iudæos, & hæreticos mutuas sibi dare operas, ex hoc capite sumuntur testimonia à nostris ad probandum spiritum sanctum esse Deum, quæ omnia Iudæi peruertunt nulla ratione. ATHAN. de natura humana suscepta contra Apollinarium, probat hoc loco spiritum sanctum esse Deum. Quod Esaias dixerit: Ipsi autem non crediderunt & exacerbauerunt spiritum sanctum, & conuersus est eis ad inimicitias; & idem esse docet cum illo Stephani in Actibus: Vos semper spiritui sancto resistitis. Et rursum de communi essentia patris & filij, eo capite quo probat Athanasius, patrem & filium, & spiritum sanctum tres has personas duxisse Israël, hoc vtitur testimonio, & eo declarari personam spiritus sancti docet, & testimonij huius capitis sacrosanctam Triadem demonstrari ostendit. Idemque repetit de proprijs personis lib. 2. alijsque locis. Et NICET. in oratione Gregorij in sanctam Pentecosten, cum citasset hunc locum, & declarasset dictum esse spiritum sanctum prouocatum ad iram, non quod in Deum cadant affectus, sed quod scripturæ familiare est humano more de diuinis loqui, subiicit, Confiteamur ergo spiritus sancti dignitatem, quod eiufdem sit cum patre & filio substantiæ, quodque sit Deus. Sed quid moror? hæc sic legunt omnes veteres, & sic est Hebraicè. Sed quidam ideo discunt litteras, vt nobis aduersentur, & hæreticos & Iudæos iuuent, & tamen in pretio sunt.

D. HIERONYMVS.

Et recordatus est dierum seculi Moysi et populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui?

LXX VIRI.

Et recordatus est dierum antiquorum, educens de terra pastorem ouium.

LACTANT. lib. 4. cap. 2. sic hunc locum legit [Recordatus est dierum seculi, qui suscitauit de terra pastorem ouium] & interpretatur de Christo Domino. Ait enim, quis autem futurus esset ille pastor, declarauit alio loco dicens: Aperiat terra, & germinet saluatorem. & Christum fuisse pastorem gregis rationabilis, qui pascuis pinguisimis greges angelorum & hominum pascit, ipse Dñs ait: Ego sum pastor bonus, &c. Nam quod D. Hieron. vertit numero multitudinis [pastores] Lxx singulari numero reddidit [pastor] in causa est, quod Lxx viri vnam & eandem dictionem, cum vno puncto legere, & ita vertere [pastorem.] D. Hieron. legit cum duobus punctis, & ita vertit [pastores.] Et LACT. translationem Lxx explanat, qui *מריא*, mriam, i. e. mari, pro ex hoc mundo accepisse videntur, quod Deus è terra fecit filium suum nasci, vnde terræ fructus dicitur. Significat etiam mriam, è terra occidentis, & vertisse videntur: Fecit vt filius Dei luceret in tenebris, nam liquet Lxx esse paraphrastas magis quam interpretes, & fortasse facta paraphrasis est ex illo: E tenebris splendebit lux. nam mriam esset, nunquam Lxx seniores vulgatæ significationis vocem mriam, i. e. mari, vel è terra occidentis, vertissent è terra, quamquam id referri potuit quodque ad Aegyptum, quæ Iudææ terræ ad occasum vergit. Nam

Agit. Nam ATHANAS. hæc ad tempora Moysi refert etiam, & eodem spectat vtraque sententia, nam propheta Esaias, vt dictum est, quoties citat historias veteris testamenti, eas citat tanquam typos prophetiæ, de qua sermo est, vt sensus esse possit quem putat Athanasius: Recordatus est dierum seculi Moysi & populi sui, qui eduxit eos de mari] i. recordatus est illius typi aduentus Christi, & complendum esse illum typum. liberatio enim ex Aegyptiaca feruitute, typus erat redemptionis generis humani: & Pharaos, typus sathanæ: & mare, typus baptismi, vt supra dictum est centies: & pastor Moyses, typus Christi veri pastoris: Moyses enim Latine sonat, saluatus per aquas, & saluans per aquas.

D. HIERONYMVS.

Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? qui duxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum.

LXX VIRI.

Vbi est qui posuit in eis spiritum sanctum? qui eduxit dextera Moysen, brachium gloriæ suæ? sic adduxit populum suum per validam aquam a facie eius, vt faceret illi nomen sempiternum.

ATHAN. lib. 2. de proprietatibus personarum, hunc locum citat in principio, vt spiritum sanctum Deum esse probet, his verbis: Et irritauerunt spiritum sanctum, & conuersus est illis ad inimicitiam, Dominus ipse expugnauit eos, & rememoratus est dierum æternorum, qui eduxit de terra pastorem ouium, & subiunxit [vbi est qui posuit in illis spiritum sanctum suum?] & addit: Vides ergo nomen patris, & filij, & spiritum sanctum esse hunc, qui dicitur eduxisse filios Israël de terra Aegypti? Et idem ATHAN. de spiritu sancto libro. 1. vt probet idem, citat etiam hunc locum: Qui eduxit de terra pastorem ouium, & qui ponit in eis spiritum sanctum. & subiicit: Quis ex hæreticis non perspicit veritatem? cum enim Deus promississet se fore ductorem, ecce non iam angelum promittit se missurum, sed spiritum suum qui est super angelos: ipse enim Deus per verbum suum in vniuersa scriptura deducit populum. Ex his verbis Athanasij, liquet hoc loco sacrosanctam Triadem esse declaratam, cum dicat declaratum filium à principio capitis, & verbis illis: Non legatus, neque angelus, sed ipse Deus saluauit eos: & declaratum patrem, cum dicitur misisse filium propter nimiam charitatem: declaratum spiritum sanctum, cum pater dicitur posuisse spiritum sanctum in ipsis. Sed si verba Græca, & Hebræa expendas, multò hoc apertius apparebit: Græcè enim est, *ὁ ἀγαθὸς τῷ δεξιᾷ Μωϋσῆος ἢ βραχίον τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ*, quæ verba Latinus interpres parum expressit, neque exprimi Latine possunt, quod brachium, neutrum est apud nos, apud Græcos masculinum, sic reddi tamen: Et illud ducens dextra Moysen brachium gloriæ ipsius. vbi per zygma à superiori dicendum est: Vbi est brachium gloriæ ipsius patris, ducens Moysen dextera sua. i. filius. nā brachium gloriæ Dei patris, filium dici, declaratum est ex D. Ioanne & D. Paulo, in illa verba capitis. 53. Brachium Domini cui reuelatum est? Quibus verbis apertè declarata est filij persona, vel hoc solo loco. Hebraicè apertius hoc dicitur. Translatio D. Hieronymi idem significat si dicas, pater duxit ad dextram Moysen brachio. i. filio.

Id est, Quod ire fecit ad dextram suam gloriæ eius brachium Moysen ad dextram suam Ire faciens Moysen brachium gloriæ eius] i. vbi est brachium gloriæ eius? hoc est, filius, qui ire fecit Moysen ad dextram suam per desertum. Apparet ergo superioribus verbis, personam spiritus sancti esse declaratam, hoc loco personam patris & filij, neque alia vlla causa est, cur Iudæi & Iudaizantes hæc omnia turbent, nisi quod magna mysteria hoc capite referantur, & quod huius capitis testimonij veteres patres refellebant hæreticos, & Iudæis obturabant, neque erat cur D. Hieronymus pro, spiritu sancto, redderet spiritum sancti, quamquam idem est spiritus Dei, & spiritus sancti, quod spiritus sanctus, vt diximus ex D. Basilio. Et Hebraicè spiritus sanctus est, crepent licet medij Iudæi, & Iudaizantes. Neque iuuerit quenquam dicere, spiritum sancti positum pro angelo, nunquam enim in sacris literis spiritum sancti pro angelo acceptum quisquam reperiet, & cum Dominus diceret Moysi, se missurum angelum illi ducem, negauit Moyses se iturum quoad Dominus pollicitus est se iturum illi ducem, & non missurum angelum, sed seipsum iturum, quo probat Athanasius, spiritum sanctum Deum esse. Si enim pollicitus est Dominus se non missurum

rum angelum, sed seipsum iturum: & hoc loco dicitur posuisse spiritum sanctum in medio illorum, Deum igitur posuit. Cur quisquam sanctorum patrum manibus, quæ in Iudæos & hæreticos contorquent, extorqueat tela?

D. HIERONYMVS

Qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo. descendens spiritus Domini ductor eius fuit, sic adduxisti populum tuum facere tibi nomen gloria.

ATHAN. de communi essentia patris, & filij, & spiritus sancti, citat hunc locum, eo capite quo patrem, & filium, & spiritum sanctum probat ducem fuisse Israël, hoc est, sacrosanctam Trinitatem explicatam hoc loco ab Esaia, & significatam fuisse ducem Israël, & citat hæc vt id probet his verbis [Duxit eos per abyssum, quasi equum in solitudine, & non sunt fatigati, & vt pecora per campum descendit spiritus à Domino, & eduxit eos. Et de natura humana suscepta, contra Apollinarium idem Athanasius, eodem testimonio vtitur, vt diuinitatem spiritus sancti probet, & ad Serapionem episcopum, & subiicit verba hæc: *Quis hinc non contuetur veritatem cum Deo promittente se ducem fore, non angelum missurum pollicetur, sed spiritum suum qui est super angelos: ipse enim Deus per verbum suum in spiritu sancto deduxit populum suum. Et de proprietatibus personarum lib. 2. Et apud EUTHIM. panopliæ part. 1. tit. 2. hoc loco probat spiritum sanctum Deum esse, nam quod alibi scriptura Deum fecisse ait, hoc loco Esaia tribuit spiritui sancto, additque tres personas fuisse declaratas, cum Hieremias dicat Dominum direxisse hunc populum: Vbi est Dominus (inquiens) qui eduxit nos ex Aegypto, qui rexit nos in deserto? Paul. ad Corinth. cap. 10. Christum ducem veteris populi dicat per desertum, & mare rubrum, Esaia etiam hoc spiritui sancto tribuat. Idem facit de fide vnitatis & trinitatis lib. vno. & de vnitatis sanctissimæ Trinitatis lib. 2. Quod autem dicitur [descendens spiritus Domini ductor eius fuit] Lxx viri verterunt [Descendens spiritus à Domino ductor eius fuit.] Et sic semper legit Athanasius, quibus verbis significatur processio spiritus sancti à Deo, si dicatur: Descendit spiritus à Deo. videntur Lxx legisse: Michoua. i. à Deo: D. Hierony. iehoua, Dei. Ergo sensus est [Scidit Dominus aquas maris rubri ante Iudæos, vt faceret sibi nomen sempiternum] i. vt sempiterna Dei gloria notesceret hominibus, & homines imbuerentur cognitione Dei, & transitus maris rubri, typus esset salutis orbis terrarum per lauacrum regenerationis, & illuminationis generis humani. Lxx viri sensum vertere [Sic adduxit populum suum per validam aquam maris rubri à facie eius] i. ante se [vt faceret ipsi nomen sempiternum] i. vt gloriosum suum nomen faceret toto orbe terrarum [qui eduxit eos per abyssos] i. qui duxit Israël per profundum mare rubrum: nam abyssus mare dicitur, ab a, priuatiua, & bysmos, fundus: non quod non habeat fundum, sed quod habeat fundum profundissimum: particulæ enim priuatiuæ significant difficultatem aliquando, quod difficile est attingere fundum [quasi equum in deserto] quasi equum per campum desertum [non impingentem] Hebraicè est, lo icafelu. i. non ceciderunt, quod Lxx interpretantur [non laborauerunt.] ATHAN. Non sunt fatigati, quauis transmisere Iudæi mare, & desertum, suppeditauit eis Dominus vires, vt non defatigarentur [duxit eos Dominus quasi animal per campum] sicut pecudes per agrum, cum duceret eos per medium mare [spiritus sanctus à Domino descendit] vt hæc faceret missus à Domino. i. vt faceret sibi nomen gloriosum, cognitione sui impleret orbem, quod factum est in aduentu Domini, cuius hæc typi erant & figuræ.*

D. HIERONYMVS.

Attende de celo, et vide de habitaculo sancto

LXX VIRI.

Sic adduxit populum suum per validam aquam à facie eius, vt faceret ipsis nomen sempiternum: adduxit eos per abyssum sicut equum per solitudinem, non laborauerunt, & sicut iumenta per campum. descendit spiritus à Domino eduxit eos, sic adduxisti populum tuum, vt faceret tibi nomen gloria.

LXX VIRI.

Cōuertere de celo, et vide de domo sancta

A sancto tuo, et gloria tua? vbi est zelus tuus et fortitudo tua? multitudo viscerum tuorum, et miserationum tuarum super me conuenerunt se: tu enim pater noster es, Abraham nesciuit nos, et Israël ignorauit nos, tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum.

sancta tua, et gloria tua, vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? vbi est multitudo misericordie tue, & miserationum tuarum, quando sustinuisti nos? Tu enim pater noster, quia Abraham non cognouit nos, & Israël non cognouit nos, sed tu Domine pater noster libera nos, à principio nomen tuum super nos erit.

THEODOR. Ex hoc loco propheta conuertit sermonem ad Deum, & rogat pro populo suo: Conuertere (inquiens) de celo] Non quod Dominus concludatur celo, qui ubique est, & complet omnia, sed de celo, inquit, vt attollat nostras mentes ad caelum, quæ terrenam cogitant, vt ea quæ caelestia sunt cogitemus, non quæ super terram: de celo ergo attende, vt ad te conuersi contemplerur caelestia. Simul etiam docet, nihil abiectum, nihil humile cogitare de Deo, sed intelligere Deum esse magnam quandam mentem, & magnum quandam intellectum, qui omnia contineat, celos, & quæ sunt intra caelum: neque his contineatur, & cum in celo esse dicitur, omnia gubernare declaratur, si caelum regit, & supera omnia. Ignosce ergo Domine nobis, ignosce, remitte nostra peccata: confitetur enim peccata, quod facere necesse est sepe, vt nos peccatores agnoscamus, neque hoc feceris propter nos, sed propter misericordiam tuam multitudinem. hæc Theodoret. Adde tu multum apud Hebræos significare etiam infinitum, & multitudo misericordie tue potest valere pro infinita misericordia tua. Adde Theodoretus. Cum dicit: Vbi est multitudo viscerum tuorum? non negat esse, sed petit vt aperiat infinitam illam misericordiam. Tu pater noster] tu Domine, zelo tuo quondam non propter nos, sed vt infinitas tuas vires ostenderes aduersus inimicos nostros, & tuam omnipotentiam, ne dicerent gentes, vbi est Deus eorum: parcebas, & hostes nostros solebas dispergere, vt te solum vniuersorum Deum agnoscerent. Hæc Theodoretus. Abraham nos non cognouit] te solum patrem & Dominum vocamus: tuus enim populus fuimus à principio, neque dicam Abraham patrem, non quod negem Abraham patriarcham, sed quod nomen patris magis Deo conueniat, & docet nos propheta omnia referre ad Deum: hæc THEODOR. & CYRIL. & ex hoc loco iuxta interpretationem Lxx virorum, facta ad Deum apostrophe est. D. HIERON. apostrophen factam ad Deum ex illo loco putat: Vbi est qui eduxit eos de mari? vt cum descripta sit generis humani redemptio, & Iudæi Deum factum hominem non cognouerint, exclusi que ideo sint, & deleti à Domino, cum ad id loci venerit propheta, non se continuerit, sed eruperit in exclamationem: Vbi est Domine qui eduxit eos de mari? i. vbi sunt illa tua admiranda beneficia & amplissima, quæ in hunc populum conferre solebas? Et certe ARISTO. ad Nicomachum libro tertio, cum aliquid à magnanimo petierimus, monet vt nostra extenuemus & exemplificemus beneficia, & enumeremus dona, quæ ab illo in nos sunt profecta, nihil magis valere apud animum magnanimi quam si videat se capisse de aliquo benemereri, quod facere videtur propheta, iuxta sententiam D. Hieronymi: enumerat enim Dei optimi maximi beneficia erga Iudæorum gentem: ab origine gentis Iudæe, quod solebat parcere [quia sustinuit nos, vel quando sustinebas nos] Credo enim legendum est, non est. Vbi est (inquit) multitudo miserationum tuarum, quando parcebas nobis? nam ante crucem Christi castigabat Dominus, deponebat tamen offensionem post crucem Christi, post expetitas grauissimas poenas per mille quingentos annos tam graues, vt nulla vnquam hominum natio post hominum memoriam, auctore Iosepho, tam graues poenas pependerit, non parceret, neque veniam dabit vnquam. Petunt tamen recipi in ecclesiam, iuxta translationem Lxx virorum, illis verbis [de ex] ab initio, denuò [erit nomen tuum super nos] hoc est, vt à principio nos vocasti, cum Abraham vocasti, sic à principio nunc rursum sit nomen tuum, & intromitte nos in ecclesiam [à principio] de integro, de nouo [erit] incipiet esse [nomen tuum super nos] in lucem euangelicam intromissos.

Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis, indurasti cor nostrum ne timeremus te, conuertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuae.

Quare errare nos fecisti Dñe à via tua? indurasti corda nostra ne timeremuste: conuertere ppter seruos tuos, propter tribus hereditatis tuae.

AVGVST. ferm. 88. Indurasti cor nostrum ne timeremus te (inquit) i. deseruisti cor nostrum, ne conuerteremur ad te. Hanc prophetiam multis praecedentibus sacrilegijs in populo iudeorum impletam esse cognoscimus: sicut aqua frigore concreta, solis ardore regelatur, ita peccatis glaciata anima, non nisi calore diuinae misericordiae potest regelari. ORIGEN. periarcho lib. 3. cap. 1. Figura illa sermonis eius, qui scriptus est de induratione, ex quotidiano vsu dicendi ortum traxit. Indulgentissimus pater, aut maritus, solent dicere, mea patientia te perdidit, malè te docet mea facilitas multa. Sic Paulus: An diuitias (inquit) bonitatis eius, ac patientiae, & longanimitatis contemnitis? ignoras quia benignitas Dei ad poenitentiam te ducit? secundum duritiam tuam, & cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die iudicij. Hæc apostolus dicit ad eum, qui in peccatis est, quæ de Pharaone dici possunt, quoniam secundum duritiam cordis eius, thesaurizauit sibi iram: dicitur Dominus illum obdurasse. i. ostendisse durum, quod nunquam duritia eius tam manifesta fuisset, nisi Dominus tantum ei indulgisset, & tam multa & magna fecisset signa. Et paulò infra idem ORIGEN. sic explanat: Quid errare nos fecisti? i. cur tantum pepercisti nobis, neque castigasti nos cum peccaremus, sed reliquisti nos, vt per hoc cresceret nostra malitia, & propagaretur peccandi licentia castigatione cessante, sic equus, sic puer, sic omnes homines licentia sunt deteriores: sed relinquit Dominus eos, quos correptione iudicat indignos, quem enim diligit Dominus, corripit. CHRYS. in homilia de Adam & Eua: Peccatum est poena peccati, vt apud Esaiam [Quid errare nos fecisti de via tua?] quæ sententia Chrysostromi est admirabilis, nam semper Dominus significat occæcatos iudeos, quod sæpè admoniti noluerunt resipiscere ab idolatria, & auaritia, & ideo non tractos & desertos à Domino ob peccata grauissima, & peccare permisos interpretatur Chrysostronus. vt sit: Quare errare nos fecisti? permisisti nos errare? indurasti cor nostrum, deseruisti nos, reliquisti ob peccata nostra. THEOD. Indurasti non corripuisti nos cum peccaremus, & tua longanimitas fecit nos peccare licenter, & sine fræno, non castigasti nos, & hinc durum cor habuimus, & propter hoc viam euangelicam reliquimus: tua bonitas infinita, & longanimitas fecit in nobis hanc impudentiam, quod enim nos non puniebas cum legem tuam violabamus, ausi sumus eam impudenter violare. Hæretici hunc locum foedissimo quodam errore à se facere putabant, qui reuincuntur hac sanctorum patrum interpretatione.

Quasi in nihilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri, conculcauerunt sanctificationem tuam.

Vt modicum possideamus montis sancti tui, aduersarij nostri conculcauerunt sanctuarium tuum.

populi possideant exiguum tui sancti populum possederunt quasi nihilum tua hereditatis tribus tuos seruos propter Conuertere

IUSTIN. Martyr in dial. aduersus Tryphonem iudeum, hoc loco iuxta translationem Lxx, triumphu canit aduersus iudeos, cum populus iudeorum, qui se iactat prognatum Abraham patre, & Dei muneribus affectu, primogenitu Dei filium appellatu: petit nunc vt recipiatur, vel in exigua parte ecclesiae catholicae, & vt nobiscu vna hereditate adeat, vel exiguu locum teneat nobiscum, & denuò incipiat esse populus Dei. CYRIL. Mons sanctus Dei ecclesia dicitur. Petunt iudæi vt in ecclesia possideant saltem exigua parte: & ita exigua quadã portio ecclesiae fuere israelitæ, & possunt intelligi exigua parte petere caelestis Hierusalem. Ait ergo Iustinus: Populus igitur sanctus est Dei, qui non est populus iudeorum, & cuius vel exigua pars optat esse populus israel, & populus ille qui ortum duxerat ab Abraham, qui veniam petit

petit hoc loco: Quis hic est populus sanctus (inquit) cuius pars fieri optat vel exigua, israel? an est alius quam christianus populus? Lxx seniores pro [populo sancto] reddidere [montis sancti tui] quod ecclesiam nouere dici sanctum Dei montem, vt docet IVST. At negabis esse hoc Hebraice? est, est planissimè. Nam עַבְדֵיךָ, parum, significat, & exiguum: יְשׁוּרָא, hæreditabit significat, quod apud Hebræos pro imperatiuo valet. i. hæreditent. i. tribus tuae de quibus sermo erat, hæreditent parum, vel exiguum: יְשׁוּרָא עַבְדֵיךָ, populi sancti tui. Ergo tota lectio Hebræa est ad verbum reddita [Conuertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuae, vel exiguum possideant populi sancti tui] vt sit sensus: Conuertere Domine propter seruos Abraham, Isaac, & Iacob, propter tribus tuas duodecim, & fac vt simus vel exigua pars populi sancti tui. i. ecclesiae tuae. VATAB. & PAGN. suos iudeos sequuntur, qui tam manifestis oraculis reuerti rimam aliquam quaerant necesse est, qua elabuntur, & scripturae peruertant sensa sacra. [Hostes nostri conculcauerunt nos] THEOD. templum & vrbes iudæe diruta sunt à Romanis, non solum à Babylonijs, & hanc solam sententiam vltimã expressit translatio D. Hieronymi. [Quasi nihilum] leui negotio, facile [hostes nostri] Romani [possederunt populum sanctum tuum] expugnauerunt iudeos, coepere vrbes iudæi populi [conculcauerunt sanctificationem tuam] diruerunt templum sanctum tuum, & inflammauerunt, & conculcauerunt omnia, iam poenas expendimus nostrorum scelerum.

Facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, nec inuocaretur nomen tuum super nos.

Facti sumus sicut à principio, cum non dominareris nostri, nec inuocatum est nomen tuum super nos.

THEODOR. iam pependimus poenas scelerum, protriti à Babylonijs, Macedonibus, Romanis, arsit iam templum Domini, arserunt omnes vrbes iudæe. Relicti sumus sine Deo, vt olim eramus antequam nos vocares ad fidem, quod futurum prædixerat Oseas cap. 3. Quod autem quidam hoc ad Aegyptiacam seruitutem referunt, aut nescio quod, non cohæret. Tunc enim sub protectione Dei erant, & populus Dei dicebantur: nunc autem, iuxta translationem Lxx virorum, petiere esse vel exigua pars populi Dei. Consequens igitur est, vt dicant se redisse ad infidelitatem, in qua erant à principio, antequam diceretur Abraham: Egredere de terra tua, antequam discerneretur populus Dei, ad illam conditionem miseram redacti, qua de illis non dicebatur: Beatus populus cuius Dominus Deus eius fuit, & cum nomen Domini super eos non inuocabatur.

Tam planè hoc dicitur putat Iustinus vt cum hæc citet aduersus Tryphonem iudeum interprete non putet egere.

IN ESAIAE CAP. LXIII.

In principio huius capituli admonere illud volo, translationem Lxx virorum magna parte huius capituli desiderari, aut truncam esse & mancã. hoc caput præfert maxima christi mysteria, quæ fortasse Lxx viri (vt solent) planius & apertius expresserant, quàm vellent iudæi, & translatio Lxx virorum apud ipsos iudeos adseruabatur, & in bibliotheca regis Ptolomæi Alexandriae, vbi inter Aegyptios, magna iudeorum copia sedes suas collocarat, & quæ planè & aperte nimis christum sonabant in Lxx virorum interpretatione, vt docet IUSTIN. in dialoگو aduersus Tryphonem, quo magis necessaria fuit D. Hieronymi translatio. iudæi & iudaizantes, hoc caput longè secus quàm nostri interpretantur, verba decem tribuum hæc esse putant, quibus petunt, vt denuò descendat Deus in montem Sinai, & edat illa miracula quæ olim edidit, vt impios israelitas reuocet ad fidem, & similes nugas persequuntur, vt christi vaticinia obscaurent, inter quæ vel hoc euidentissimũ est, vti nã diruperes caelos & venires, de christi aduentu præsignificato etiã per tota capita superiora & sequentia, quæ nihil aliud quàm christi & christi mysteria sonant: Inter quæ quid loci erat monti Sinai? quasi verò perfidia iudeorum remedium esset allaturum hoc Dei beneficium, si ederet rursum illa omnia miracula, quæ olim ediderat in monte Sinai, quasi non multo maiora ediderit in christi aduentu, nec

perfidia Iudæorum id fat fuit, sed potius dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa si- A gna facit? & grandi pecunia corrumpere custodes, post tot rerum miracula in passione Do- mini edita, ne palam facerent surrexisse Dominum, & vt dicerent Dominum à discipu- lis furto sublatum è sepulchro. Sed Iudæorum nugas mittamus, & ad lucem euangelicam hoc caput interpretemur, apparebitque sententiam veterum patrem esse lucem, Iudæas nu- gas esse tenebras.

D. HIERONYMVS.

descenderes celos scinderes Vtinam

Vtinam dirumperes calos, et descenderes.

למה קרעת שמים וירדה

Hac prima parte huius capituli, destituimur præsidio librorum veterum patrum, quod nõ nacti sunt veram Lxx virorum interpretationem, D. Hieronymus solus nobis dux erit, is de aduentu Christi hoc explanat, & Matthæum cap. 3. citat, cum Ioannes vidit celos aper- tos, & spiritum sanctum descendentem super Dominum. Ad lucem ergo euangelij hic locus explanatur à D. Hieronymo. Nam si tempore Christi visum est cælum apertum, quod vsque B ad illa tempora non patuit, quod etiam Ioannis primo dictum est: A modò videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Et Actor. II. Visum est cælum apertum. & Apocalyp. 19. & Marci. I. Visi sunt cæli scissi. & Actor. 7. Quis dubitet quod tot euangelicis locis & apostolicis, cælum apertum esse dicatur, & scissum tempore Chris- ti, hoc loco futurum significari cum eadem verba hic reperias, & in euangelio? nam Esaias [vti nam celos scinderes, & descenderes] Marcus, celos scissos cum venit Christus ait (sic enim est Græcè) reliqui omnes euangelistæ, celos apertos postquam venit Dominus. Ergo huius lo- ci sensus est: Vtinam venias Domine, & aperias celos generi humano, qui nobis vsque adhuc erant clausi. Itaque est prothysteron, Vtinam scinderes celos, ac venires: pro, vtinam venires, & celos scinderes, & aperires nobis.

D. HIERONYMVS.

defluerent montes à facie tua

A facie tua montes defluerent

מפניו הרים נוויו

Cum tu veneris Domine, regna potentissima tuæ cedent religioni, ad te conuertentur, ad C te confugient: montes enim pro regnis potentissimis accipit, quæ liquefcere dicuntur, i. emolliri: erant enim dura hominum corda, & igne spiritus sancti sunt emollita in Domini aduentu. TERTVL. in lib. de resurrectione carnis, reprehendit Iudæos, quod omnia literali- ter interpretantur, & hoc loco Esaiæ verè liquefaciendos montes arbitrantur, vt olim liquefa- cti sunt, cum Deus in montem Sina descendit. Amiserunt (inquit Tertull.) cælestia Iudæi, ter- rena tantum sperando. Præscribit ergo ibi Canonem Tertullianus interpretandæ scripturæ, quo docet quomodo hæc accipere oportet, quando montes pro regnis accipiamus, & terram quomodo nunc pro bonis, nunc pro malis interpretemur: vt cum maledicuntur terra, maledici- tur in figuram carnis homicidæ, quod homo terra sit dictus à Domino: Terra es, & in terram ibis: & cum comminatur terræ Deus, carni peccati comminatur: cum promittit terræ aliquid, hominibus sanctis promittit, vt: Dominus regnabit exaltet terra. i. caro sanctorum, ad quam pertinet regni diuini fructus. Montes sicut terra liquefcet. i. caro prophanorum, & dura cor- da hominum emollietur. Non solum hæc Tertullianus, sed & Poëtæ: Genuit te cautibus hor- rens Caucasus. Potest etiam hoc loco intelligi, quod in aduentu Domini futurum dixerat So- D phonias, vt qui non crederent Christo, tabescerent & euanescerent. Nam montes aliquando in scripturis appellari elatos homines, & superbos, vulgatissimè est.

D. HIERONYMVS.

liquefaciens: liquefactionu ignis sicut Ardes

Sicut exustio ignis tabescerent aqua, arderent igni, vt nota- fieret nomen tuu inimicia tuis, a facie tua getes turbarerur.

ויקדוהו אש המים ויבשרוהו אש המים

Diuus HIER. sic hunc locum explanat: Si tu venires Domine, tabescerent aquæ maris, & omnem saluginem maris ignis spiritus sancti consumeret. Nam aquæ, in sacris literis homines appellantur, & hic mundus mare dicitur, vt in illo: Hoc mare magnum & spatiosum nimis, illic reptilia quorù nõ est numerus. Ergo [aquæ tabesceret] i. homines liquefieret, vel potius, sordes hominù liquefieret [sicut exustio ignis] i. sicut sordida vasa quæ exuruntur igni, vt pura re

A pura relinquuntur, arderet igni spiritus sancti. Vis videre quàm verà hæc sit Hieron. interpre- tatio, audi verba Hebræa ad verbu Latinè reddita [Sicut ardens ignis liquefaciens, aquas fer- uere fecit] i. ignis spiritus sancti feruere fecit homines, sicut ignis ardens, feruere facit aquas. quis non videat quam planè hæc verba Hebræa aduentum spiritus sancti in pectora fidelium temporibus Christi significet? qui figura ignis descendit & feruere fecit fidelium pectora, sicut ar- dens inquit ignis. i. spiritus sanctus, sicut ignis ardens liquefactionum. i. liquefaciens dura homi- num corda & expurgans & liquefaciens animorum sordes [fecit feruere aquas] i. fecit feruere fidelium pectora, quid hic distortum? quid violentum? audi verba ipsa Hebræa ארדה, sicut ardes vel sicut exustio. sed planius, sicut ardens, quis inficiari posset vocem Hebræam hoc significa- re? profecto nemo, nisi impudens esse vellet. אש, ignis ארדה, liquefactionum vel ארדה, lique- faciens ארדה, aquas ארדה, feruere fecit: nõ vides quam aperte spiritus sanctus, sicut ignis liquefa- ciens, facit feruere aquas. i. pectora fidelium, sicut feruere solent aquæ, simul etiam significare il- lud potest, quod Iustinus ait in dialogo aduersus Tryphonem, quando aperti sunt cæli & visus est spiritus. i. descendisse super Christum Dominum sub specie colubæ, fuisse admirabile quod B dam spectaculum. Fecerat enim Dominus vt ex Hierosolymis & ex omnibus vrbibus Iudææ conflueret incredibilis quædam multitudo in desertum ad Ioannem, vt testantur omnes euan- gelistæ, Ioannes autem baptizabat Iordane eo consilio diuino, vt in vniuersa illa multitudine comonstraretur Christus omnibus Iudæis. Accedit ergo Dominus humilis, pauper, habitu fabri & filii fabri (sic enim vulgo credebatur) baptizatur à Ioanne, spectante incredibili Iudæo- rum turba, humilis ille, pauperis habitu, & fabri ornatu: vix dum descenderat in aquas, cū igne spiritus sancti, ardere coepere aquæ, inquit Iustinus, statim aperti sunt coeli & in omnium con- spectu descendit super eum spiritus sanctus, vox statim caelo delapsa est patris æterni, testantis hic est filius meus dilectus. Specta, humilis ille & despectus in quantam gloriam repente sub- uehitur, cum ardente aquæ igni spiritus sancti, cum aperiuntur cæli, cum descendit super eum spi- ritus sanctus, cum voce Dei patris declaratur Deus, & filius Dei. Quo tremore putas tunc concuf- sos Iudæos omnes & infideles omnes; illo horrendo spectaculo perculsos? si hoc testimonium Iustini martyris, qui proximus fuit temporibus apostolorum, recipis, infinita enim sunt quæ fe- C cit Dominus, quæ non sunt prodita litteris euangelicis, vt ait Ioannes, vt mirandum non sit hoc etiam si acciderit, non proditum fuisse euangelicis litteris. quanquam cum testantur euangeli- stæ super Dominum, cum baptizaretur, descendisse spiritum sanctum, qui descendere solet splen- dens & sicut ignis ardens, etiam si sub specie columbæ descenderit, veluti conflagrasse Iordanem testantur, si descendit sicut ignis, vt cum descendit sub specie linguarum: sub specie ignis des- cendit, quod si factum in baptismo est, fluuius necesse est illam imaginem acciperit, & fla- grare sit visus: si hoc igitur recipis, quid aliud hic significari putemus quam quod diximus? Vtinam adesset illud tempus, vt descenderes Domine & venires, vt aperiretur cælum & descē- deret super te spiritus sanctus & feruerent aquæ igni spiritus sancti, cum tu in Iordanem descē- deres, nõ secus ac si totus conflagraret Iordanis. vtinam videremus illud tam horrendum spe- ctaculum, vt te humili habitu ingrediētem vox patris Deum esse testaretur & filius Dei: Cui sen- tentiæ congruit optime, quod sequitur [vt notum fieret inimicis tuis]. Nam vt idē IVST. docet in eodem loco, baptizatus ille Ioannis in Iordanis deserto & concursus ille ad Ioannem ex Hie- rosolymis & vniuersa Iudæa, eo spectabat, vt illis tot miraculis Iesus declararetur Deus & fi- lius Dei, declaratus est autem inimicis eius Iudæis qui videntes non viderunt. i. videntes tot mi- racula, vt inquit TERTVL. non viderunt eum esse Christum & ei indixere inimicitias & eum cruce affecere [nam gentes à facie eius timuerunt] conuerfa ad Christum. f. & non Iudæi, sic D. Hieronymus hæc omnia explanat.

D. HIERONYMVS

descendisti sperabamus non mirabilia In faciendo

Cum feceris mirabilia, non sustinebimus: de- scendisti, a facie tua montes defluerunt.

בשחורך נוראות לא נקוה ירדה

Diuus Hieron. [Cum feceris mirabilia] i. signa quæ fecisti in euangelio [nõ sustinebimus] verba sunt Iudæorum, consistunt enim Iudæi se gloriam aduentus Christi ferre non po- tuisse. Descendisti, i. tu Domine descendisti, quia verbum caro factum es & habitasti in nobis. [& mōtes defluerunt] i. aduersariæ potestates victæ sunt. hæc D. Hieron. quæ quanto verius dicta sint, quam quæ Iudæi santes cornicantur, intelliges, si lectionem Hebræam ad verbu ver- teris. sed Ppp 5

audierunt, neque vidit oculus quæ faciet tuus Christus sperantibus in se, ð summe Deus pater, A & spiritus sancte, quando eorum causa cælo descendit homo factus. Magna parat illis, fieri nõ potest aliter. Hoc præfert sermo Hebræus, vbi apostrophe videtur facta ad Deum, & de Christo dici magna parare, & maiora quam pro hominum captu sperantibus in se: vbi aperte Christus describitur Deus, cum supra dictus sit descendisse cælo: Vinam dirumperes cælos & descende res] & rursus, Faciens mirabilia quæ non sperabamus, descendisti] & nunc si verba Hebræa ad verbum reddas [à seculo non audierunt, non ceperunt auribus, oculus non vidit Deus præter te, quæ faciet sperantibus in se] quæ faciet Christus qui cælo descendisse dictus est, sperantibus in se, qui parat præmia, parat redemptionem, parat quæ solus Deus nouit, nõ homines, nõ angeli, vt colligit Paulus, si solus Deus nouit, quæ paret Christus, Deus est Christus, cuius arcana nemo nouit nisi Deus: Viderunt hoc Iudæi, & ideo non verterunt [Oculus non vidit Deus præter te, quæ faciet] ne distinguerentur due personæ planè, & aperte, nam si non vidit quisquã præter te, ð summè Deus, quæ parat Christ? sperantibus in se, qui cælo descendisse dictus est, & in aduentu suo magna edidisse miracula, haud dubium quin duæ personæ distinguantur. Sed hunc sensum vt perturbarent Iudaizantes casum illum vocandi, Deus, contra quam sensit D. Paulus & D. Hieronymus, in casum accusandi mutauerunt, & totum peruerterunt sensum: & fecere, quod inquit Hilarius, vt prophetiæ ad nihilum reciderent, & tantum significaretur hoc loco, neminem vidisse, aut audiuisse Deum, sicut tu es Deus Israel, qui ita subueniret sperantibus in se. Est enim hic Iudæorum scopus, vt peruertant prophetias & faciant eas dicere vulgaria quæ vel non tressis agaso diceret. Ergo lectio Hebræa ad verbum reddita erit: Et à seculo nõ audierunt, non auribus ceperunt, oculus non vidit Deus absque te, quæ præparauit, vel quæ fecit Christus sperantibus in ipsum. D. Paulus quod indiscreta sunt opera Trinitatis ex terra, omisit illa duo verba: Præter te: & pro, quæ præparauit, Christus. s. vertit, quæ præparauit, Deus vbi appellat Christum Deum, cum pro Christo reddidit, Deus. pro ijs qui sperant in illum, dixit Paulus, ijs qui diligunt illum. Nam D. Paulus hoc loco sententiam reddidit non verba: Nam pro: A seculo non audierunt, nec auribus acceperunt, oculus non vidit Deus absque te: Paulus dixit tantum: Oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit: pro: quæ fecit sperantibus in illum: dixit Paulus: Quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum. D. Hierony. C pro: Quæ præparauit sperantibus in illum, dixit in secunda persona: Quæ præparasti expectantibus te: vbi eadem quidem est sententia, tamen mihi admirabilis videtur illa distinctio personarum, quam Hebræa lectio tam aperte, tam plane præfert.

D. HIERONYMVS. *Occurristi lætanti, et facienti iustitiam, in vijs tuis recordabuntur tibi.*

iustitiam facienti & lætanti Occurristi
 אֲנִי הָיִיתִי לְיָדְךָ וְעָשִׂיתָ לִּי יְשׁוּעָה
 tui recordabuntur tuis vijs in
 בְּדַרְכֶיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ

Occurristi lætanti] de apparitione Dñi post resurrectionem intelligendum est, iuxta illud: Gausi sunt apostoli viso Domino, Nam quanta lætitia putas esse perfusos apostolos cū eis apparuit Dominus post resurrectionem. Quod tūc factū est, præsignificatur hoc loco Esaię [Facienti iustitiam] occurristi .s. Resurgens enim Dominus nõ apparuit omnibus, sed tantum electis, quod inquit Paulus, fidelibus suis, cuius causam quærunt discipuli ex Domino, cur nõ se mundo esset demonstraturus [In vijs tuis recordabuntur tui] .i. facient iustitiam & prædicabunt euangelium. Verbum illud [Recordabuntur tui] Hebræicè est, וְיִזְכְּרוּךָ, quod alijs punctis significat, facient recordari nominis tui. i. Hi discipuli tui quibus apparuisti, in vijs tuis. i. in doctrina euangelica facient homines. s. meminisse tui. i. conuertent homines ad fidem, quia cū apparuit Dominus discipulis dixit, Euntes prædicate euangelium omni creaturæ, Illi autè profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis Marci cap. vltimo. Quod his verbis præsignificatum est: In vijs tuis. i. in via euangelica facient recordari nominis tui. i. prædicabunt euangelium, & conuertent homines ad fidem, Domino cooperante: idem significatur per hoc verbum [recordabuntur].

D. HIERONYMVS LXX VIRI. *Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, in ipsis fuimus semper, & saluabimur? facti sumus*

Ecce tu iratus es, & nos peccauimus idcirco errauimus, & facti sumus quasi

Amus ut immudus omnes nos & quasi pã nus menstruate vniuersa iustitia nostra: & cecidimus quasi folium vniuersi, et iniquitates nostra quasi ventus abstulerunt nos, et non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Abscondisti faciẽ tuã à nobis, allestisti nos in manu iniquitatis nostra, & nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos, ne irascaris Domine satis & ne vltra memneris iniquitatis nostra, ecce respice, populus tuus omnes nos.

quasi immudi omnes nos, ut pãnus sedentis omnis iustitia nostra. Et de fluximus quasi folia propter iniquitates nostras, sic ventus auferet nos: & non est qui inuocet nomen tuum quia auertisti faciem tuam à nobis & tradidisti nos propter peccata nostra. Et nunc Domine pater noster tu, nos autem lutum, opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris nobis nimis, & ne in tempore memineris peccatorum nostrorum: & nunc respice Domine quoniam populus tuus omnes nos.

AVGVSTINVS. in psal. 77. in illa verba. Et percussit omne primogenitum: illud quod Esaias dicit. Domine ecce tu iratus es, & nos peccauimus. Propterea errauimus & facti sumus sicut immundi omnes: ea ratione intelligi dicitur vt Deus, cum facere perhibetur, non intelligatur instigasse, sed deseruisse & permisisse peccare, quod Deus debet, iusteque permittit, præcessit enim aliquid vnde Deus iustissimè iratus ab eis suum lumen auferret. D. CHRYSOSTOMVS. tom. 1. in homil. de Adam & Eva: Desertus à Deo homo propter peccatum, cedit cupiditatibus, atque consentit, & vincitur, à quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est & fit ei peccatum consequens præcedentis poena peccati. An non est peccatum poena peccati? vbi de Deo propheta dicit, Ecce tu iratus es & nos peccauimus, propterea errauimus, & facti sumus immudi omnes. Ergo hæc verba sunt Iudæorum, qui dolent se peccasse in Christum, & ideo aiunt se à Deo esse desertos, propter hoc peccatum esse lapsos in alia grauissima crimina [Ecce tu iratus es & peccauimus] quia tu iratus es, & deseruisti nos & abstulisti lumẽ tuum à nobis, peccauimus [in ipsis fuimus semper] perstitimus in peccato, & pertinaces fuimus in nostra impietate. Semper enim perstabat Iudæi & perstant in persequendis Christianis [& saluabimur?] hoc interroganter legit Lxx viri quasi dicant non, cum enim perstant in impietate, non saluabuntur, & ideo vertere Lxx [Propterea errauimus] vertunt enim sententiam. THEODORVS. Tu iratus es, inquit, quia si discipulus conuerti non vult admonitus à præceptore, neque recipere vult doctrinam, præceptor irascitur & relinquit discipulum, ita Deus relinquit Iudæos [& nos peccauimus] THEODORVS. quia Iudæos relictos à Deo, consequens erat effrenes ruere in omne nefas. & subijcit Theodoretus: Res admiranda, post illa propheta comparat non flagitia Iudæorum, sed quas ipsi iustitias appellabant, panno menstruate, id enim est pannus sedentis. i. foemina sedentis, cum ei sunt menses, & flagitia immania Iudæorum non habent cui rei possent comparari, cum virtutes ipsæ Iudæorum & iustitiæ foedissimis panis muliebribus mensibus cõparètur. Nã circūcisio & reliquæ ceremoniæ legis post Christum sunt letiferæ [Et cecidimus quasi folium vniuersi] THEODORVS. Ostendit quas poenas dederint Iudæi deleti armis Romanorum. Sicut folia tempestate deiecta, cecidimus omnes inquit. [Non est qui inuocet nomen tuum] Theodor: Decidimus in indolentiã vt iam nihil prorsus sentiamus, vnde in tanta mala inciderimus, neque sentimus cur hæc simus passi, & cur versemur in his calamitatibus, neque inuocamus nomẽ tuum, neque petimus ab his liberari. Nudati enim præsidio tuo, sumus in sempiterna seruitute, quia tu abscondisti faciẽ tuã à nobis, &c. Theodor [Allisi sumus & vastati] in sempiterna seruitute, quia tu nos nudasti tuo præsidio. Sed iuxta Canonem præscriptum à Tertulliano, quæ specialiter dicta sunt de Iudæis, generaliter sancti ad omnes applicat, vt AVG. sermo 43. & CYRIL. 4. lib. de spiritu & littera, & ORIGEN. in cap. 3. epistolæ ad Rom. vnde hæretici arripuerunt occasionem infaniendi, cum verba hæc non sint dicta de nobis, sed de Iudæis & per exaggerationem iuxta Canonem præscriptum à Tertulliano sint ad nos relata.

D. HIERONYMVS.

Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sio deserta facta est, Hierusalem desolata, domus sanctificationis nostra est gloria nostra, ubi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te Domine, tacebis et affliges nos vehementer?

IVSTI. Philosophus martyr in apologia 2. pro Christianis hac prophetiam manifestissimam esse ait vastitatis urbium Iudaeae post crucem Christi, & profopopeiam esse putat populi Iudaici admirantis vrbes omnes conflasse & confedisse in medios ignes [Ciuitas sancti tui facta est deserta, Hierusalem ciuitas sancti templi tui vastata est, Sion deserta facta est] Repetitio eiusdem calamitatis quod Sio, redacta in cineris sit & in vastitatem, Hierusalem desolata: Lxx viri commentariolo hac verba explanant. i. [Hierusalem facta est in maledictione] hoc est recidere in Hierusalem maledictiones & execrationes Moysis Genesios cap. 48. & 49. Si non seruasset legem Domini, & si seruisset dijs alienis: completæ sunt illæ prophetiæ [domus sanctificationis nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri facta est in exustionem ignis] leges apud Deum in vita Adriani vrbeis omnes Iudaeae arsisse, & populum Iudaeorum qui populus Dei erat conflasse [et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas] R uere omnes vrbes Iudæe, ruit omnis opulentia Iudaeorum [Nunquid super his continebis te Domine] .i. adhuc perges infligere poenas nobis quod interpretantur Lxx [Super omnibus his sustinebis te Domine] præter hæc patiemur alias poenas: tacebis? non parces affligens nos vehementer? perges infligere nobis poenas, hoc enim facturus est Dominus, quoad conuertantur ad Christum, & dum querunt Iudæi prædicunt quod futurum est. Notandum tamen eundem IVSTI. in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, docere nos his verbis omnibus iam inde à principio superioris cõtextus, Iudæos petere à Deo ut quando tam graues luere poenas, per tot annos, quando conflagrarunt iam omnes vrbes Iudæe, arsit Iudaeorum populus bis, residui tot mala perpessi sint, in seruitutem recipiantur tandem aliquando vel in exigua ecclesie parte, & adeant hæreditatem montis sancti Dei, reuocati ad Christum scilicet.

IN ESAIAE CAP. LXV.

Iudæi à nostris in magnas angustias redacti, hoc oraculo Esaiæ, post mille quingentos annos commentum tandem sunt, quid nostris responderent, & quomodo huic euidentissimæ de Christo prophetiæ tenebras offunderent. Nam R. Selomoh sic hunc locum interpretatur, referente PAGNIN. in thesauro linguae sanctæ in dictione Saal, ut initio huius capituli sit responsio Domini ad preces Iudaeorum superioris capituli. Impossibile est, inquit Dominus, quum vlciscar de Iudæis, quoniam quæri me feci ab illis increpando per prophetas & ipsi non interrogabant me, ipsi nolebant querere me. Idem ait R. Abraham, & R. David, principio aiunt hi Rabini dicere Dominum, fecisse se, ut quereretur à Iudæis ipse Dominus, & ipsos Iudæos nõ querisse Dominum. Hæc inter se pugnat, si Dominus fecit ut Iudæi se quererent, Iudæi querere Dominum, quomodo ergo subiungitur? ipsi noluerunt querere me. si Iudæi noluerunt querere Dominum, falsum est quod principio dixit, fecisse Dominum, ut Iudæi, se quererent. Quod si dicat noluisse quidem Iudæos querere Dominum, fecisse tamen Dominum ut Iudæi ad bonam mentem redirent, virtutem colerent, & Dominum ipsum quererent, falsum est igitur quod aiunt Rabini, dixisse Dominum, impossibile esse quin vlciscatur Iudæos. Nã si ad bonam mentem redire

LXX VIRI.

Ciuitas sancti tui facta est deserta Sion, quasi solitudo facta est, Hierusalem in maledictionem, Domus sanctificationis nostra & gloria, cui benedixerunt patres nostri, facta est igne cõbusta, & omnia gloriosa nostra ceciderunt, & super omnibus his sustinebis Domine & tacuisti humiliasti nos valde.

A diere ignouit illis Dominus, Quæ enim die ingemuerit peccator & conuersus fuerit ad Dominum, ait Dominus apud Ezechielem, se non recordaturum amplius peccatorum. Sic etiã vertit lectionem Hebræam. Quære feci me ab illis & ipsi nõ interrogabant: nihil tale Hebraicè est, lectio enim Hebræa ad verbum est, Quæ situs sum ab his, qui non interrogabant, Iudæi ut ad suos sensus trahant, pro, quæ situs sum, interpretantur, quære me feci, cum nihil tale Hebraicè sit, mirorque Pagninus cur tam amator Iudaismi sit, ut cum nihil tale sit Hebraicè, ipse Iudæos sequi maluerit quam D. Paulum & nostros: idem quæ faciat VATAB. qui in commentarijs, inuertus sum, quod statim infra est, interpretatur. i. inueniri me feci, nisi fortasse. idè fecere, quod si isto modo interpretere tum magis hæc charta Christum sonat, nemo enim ad Christum venit, quin illi trahat pater. Aiunt em Rabini sensum huius loci esse, dicere Dñm, quæri me feci à Iudæis qui colebant idola, ego obuiam me tuli Iudæis qui me nõ colebant sed simulacra, & respondi eis per prophetas, & iussi ut me cõsuleret potius, quã lapides & ligna, & illi noluerunt me cõsulere, sed potius idola. Huc huius loci sensum putat esse Iudæi & hæc respondere Dñm & hæc prætexere causam, cur sit iratus & nõ leuet illos ea miseria, in qua sunt per 1500. penè annos, & cur Dñs Iudæe omnes vrbes subuerterit & incenderit igni per Romanos. Primum omnium propter crimè idolatriæ & regum Iudæe crudelitatem, puniti sunt Iudæi captiuitate Babylonica & excidio Hierosolymorum & Iudæe, exemit tamen Dñs ex illa clade qui in minore culpa erant, & meliores, & aliquot ante annis fecit ut rex Babylonicus illos captiuos duceret, & in regno Babylonis collocaret, ut cum incuberet Hierosolymis illa calamitas & vastitas, hi liberi essent & in illa clade seruauit quoque multos, & postea septuaginta annis durauit illa captiuitas, nõ ferè abiere mille quingenti anni postquã vastata Iudæa est, & postquã vagi, miseri toto orbe sunt Iudæi, cum nec idolatra sint, nec crudeles & immanes aduersum Iudæos. si ob idolatriam puniuntur Iudæi à Domino, cum idolatra erant, puniendi essent & præcipuè Macchabeorum temporibus, cum maximè (ut supra ostendimus) in idolatriam effrænes ferebantur & plerique illorum impulere Antiochum ut legem Dei tollerent & templum & ceremonias veteris legis. Illorum enim impulsu Antiochus illa mala inuexit in templum & in fideles Iudæos. tunc tollendi Iudæi erant, tunc non erat ferendum à Deo auxilium, non post crucem Dñi, postquam non colere idola: si propter idola puniuntur eo tempore puniendi erant, cum colebant idola, puniuntur cum idolam nõ colant, quæ ergo irarum tanta culpa? nisi ea sit quã nos dicimus. sed mittamus Iudæos, qui me dactissimi sunt, ut Dominus ait apud Hieremiam, & pro scopo habet falsis interpretationibus (quod aiunt veteres patres) rursus in scripturis Christum crucifigere.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Quæserunt me qui autem non interrogabant, inuenerunt qui non querebant me. Dixi, ecce ego, ecce ego ad gentem quæ nesciebat me et quæ non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non, bona post cogitationes suas.

Manifestus factus sum me nõ querentibus, inuentus sum à non interrogantibus me: dixi ecce ego, ecce ego, genti, qui nõ vocauerant nomen meum, expandi manus meas tota die ad populum incredulũ & contradicentem, qui nõ ambulauerunt in via bona, sed post peccata sua.

dixi quæserunt non ab inuentus sum interrogauerunt non ab Quæsitus sum ¶

Primum omnium R. Seleloh. R. Abraham & R. David docent Deum respondere hoc capite Iudæorum preces, quæ sunt in fine capituli superioris: quibus ostendimus petere Iudæos ut auferat tandem velamen ab oculis eorum & ipsos ponat saltem in exigua aliqua parte ecclesie catholice, quod in fine cap. 63. & 64. petiere iuxta translationem Lxx & iuxta sententiam Iustini & aliorum patrum. Liquet ergo Deum hic loqui concessu Iudæorum, & autoritate sanctorum patrum, & ex fine capituli præcedentis. Nam cum ad Deum verba fecerint Iudæi, Deus respondeat hoc cap. oportet, & cõplanũ sit Christum hic loqui toto cap. iam inde à principio, planum erit Christum describi Deũ hominem factum. ORIG. in cap. 10. epistolæ ad Rom. interpretas verba D. Pauli, Esaias auDET, & dicit,

& dicit] quærit primum quid sibi velit Paulus cum ait Esaias, audet, & dicit, respõdetque pres-
 A cium fuisse Esaiam se ferra fuisse secundum, & interficiendum ab impijs, & quanuis sciret sibi
 imminere tantum periculum, contemnens mortem prædicat verbum Dei, excludẽdos esse Iu-
 dæos ab ecclesia, & vocandas nationes, hoc enim significat cum dicit [inuẽtus sum à non quæ-
 rentibus me] i. à gentibus quæ Christum non quærebant, nec de eo interrogabant, inuenerunt
 tamen quem non quæsierunt, quia ipse prior eos quæsiuit, pastor enim est bonus & ouem quæ
 perierat requisit, & sapientia est, quæ drachmam perditam quæsiuit, & inuenit. Iudæi semper
 quæsierunt Christum & interrogant scripturas de eo & non inueniunt, quia crux eius eis est
 scandalum, & ideo dicit ad eos: Totadie expandi manus meas ad populum non credẽtem, hoc
 est cum penderet in cruce, sed illi non solum nõ inuenerunt eum sed in super dixerunt: Si filius
 Dei es, descende nunc de cruce, & credimus tibi, quibus respondet sapientia Solomonis, quia
 non inuenietur ab his, qui tentant eum, inuenietur autem ab his, qui nõ sunt increduli ad eum.
 Idem ORIG. in cap. 5. Exodi in illa verba: Extendisti dexteram tuam: hæc verba ad populum nõ
 credentem & contradicentem, explanat illo loco euangelij, Nõ habemus Regem nisi Cæsare, B
 crucifige, crucifige eum. CHRYS. in idem cap. 10. epistolæ ad Rom. vide in quibus [quod à mul-
 tis dubitabatur clare solutum, cur excluderet Deus Iudæos, admiserit gentes, Iudæi repulerunt
 vocantem, & expansis manibus hortantem, vaticinijs prophetarum per tot annos admoniti.
 Nationes vero quæ nullos habuerant prophetas, quæ non expectabant Christum, credere
 Christo. Hæc Chrysostomus. quibus verbis satis indicat esse responsum ad prædicationes
 Iudæorũ & querelas, quod illos deseruisset Deus & sic peccarent, & deserti à Deo & exclusi ab
 ecclesia prædæ fuerint hostibus, & quod magis dolet, quod exclusi ab ecclesia essent & à pro-
 missis quæ data sunt veteribus patribus respondet Deus his querelis, inquit Chrysostomus, &
 causam reddit Deus cur excluderet Iudæos: ergo Deus loquitur & is Christus esse satis apparet
 & sic Paulus & sacri doctores omnes interpretantur, Christus igitur toto hoc cap. describitur
 Deus. Pergit Chrysost. Esaias ergo, ait Paulus, audet & dicit, quod tale est. i. dedit operã & am-
 bitiose contendit nihil adumbratum dicere, sed res ipsas nudas ob oculos ponere, magis eli-
 gens periclitari ob apertam locutionem, quam propriæ salutis respectu umbram nobis prætex-
 tum vestræ perfidiæ relinquere, quanquã non esset propheta tam clare loqui, sed vt ora vestra C
 ò Iudæi obstrueret, admodum clare dixit omnia, vestrum exitium, & gentium introductionẽ.
 hæc Chrysostomus, Quibus non solum hoc loco planè & aperte Esaiam locutum docet sed
 omnibus locis planè & aperte loqui omnia, etiam cum certo capitis periculo, destinasse citra
 vllum ænigma. quod Diuus Paulus significasse ait cum scripsit [audet & dicit] audet enim,
 quoniam nouerat illud Stephani: Quem ex prophetis non occiderunt? & se nouerat ferra se-
 candum. præoptauit tamen mori ferra sectus, & verbum Dei dicere sine vlla circuitione, sine vl-
 lis ambagibus. HILAR. lib. 5. de Trinitate, Rogo inquit, quis apparuit non interrogantibus?
 quis inuentus est non quærentibus? & quis inuentus à gentibus est, quæ non inuocauerunt antea
 nomen eius? & quis tota die manus extenderit ad populum non credentem, & contradicentẽ?
 confer cum his sacrum illud & diuinum deuteronomij cãticum, in quo super nõ Deos, Deus
 exacerbat, infideles Iudæos super non gentem & gentẽ stultam in zelum incitat? & intellige
 quis manifestus sit ignorantibus & quis manus suas extenderit ad populum contradicentem
 CYPRIA. aduersus Iudæos lib. 1. cap. 21. Idem significari hoc loco Esaiæ putat quod. 3. cap.
 actorum vobis primum oportuit prædicari verbum Dei, sed quia repulistis illud, ecce conuer-
 timur ad gentes. CLEM. Alexandrinus Stromaton lib. 2. causam hoc loco reddit inquit voca-
 tionis gentium & exclusionis Iudæorum his verbis, quod populus Iudæorum nõ credidit Chri-
 sto, quin ei contradixit, Nõ habemus regẽ in quibus nisi Cæsare, crucifige, crucifige, sed bonitas
 Dei in ruina Iudæorum admisit gentes infideles, vt æmulatione gentium traheret ad fidem Iu-
 dæos quod dixerat Moses: In gente stulta ad æmulationem excitabo vos. D. CYRIL. in euãge-
 lium Ioannis. cap. 10. lib. 4. in illa verba: Ego sum panis vite: Liquidò, inquit, in istis videre licet
 quod prædictum est ab Esaiâ [expandi manus meas ad populum incredulum] omnibus enim ora-
 tionis velaminibus remotis aperte se ipsum ostendit dicens: Ego sum panis vite, se esse verum
 manna, quod qui mâna comedis sent mortui essent, se largiturum vitam æternam. Nam quid
 aliud fuit quod Esaias dixit [ecce ego ecce ego] IVST. philosophus martyr 2. pro Christianis ap-
 logia hunc locum citans, Iudæi inquit qui habebant prophetias & semper Christũ expectabãt
 venientem, non solum nõ cognouerunt sed etiam cruce affecerunt, nationes vero quæ de Chri-
 sto nihil

Quod præ-
 sciuit Esaias
 martyrij et
 quod à Iu-
 dæis ferra
 ligna esset
 secundum
 prædixerat
 futurapla-
 nè & aper-
 tà sine am-
 bagibus, &
 meruerit
 uangelista
 quoque ap-
 pellari.

A sto nihil inaudierãt, quoad apostoli Hierosolymis profecti, ipsum prædicauere, & prophetias
 de ipso conscriptas gentibus tradidere, pleni gaudio & fide, abiicere idola, recepere Christũ
 & eius euangelium, quod his verbis futurum fuisse prænunciatur: TERTVL. in lib. de Trinitate
 idem sentit: Quod populus (inquiens) Iudæorum non esset crediturus, prædictum est ab
 Esaiâ: Expandi manum meam ad populum non credentem. ATHAN. lib. vno de incarnatione,
 ne, quærit à Iudæis de quo dicant propheta [Manifestus factus sum non quærentibus me, dixi,
 ecce ego, ecce ego, genti quæ non nouerat nomen meum] Et hoc vaticinio Iudæos vrget. Et
 D. AVGVST. in oratione aduersus Iudæos cap. 9. hoc oraculo vehementer premit Iudæos, vn-
 de redacti in angustias Iudæi, commenti sunt nugas illas, quarum neque pes, neque caput com-
 pareat. ERASM. censor, adnotat D. Paulum, neque Hebræam veritatem, neque editionem
 Lxx virorum anxie sequutum, sententiam reddere contentum, vbi libenter interrogarem,
 quam aliam appellet veritatem Hebraicam, quam sententiam editionis Hebraicæ? Num pu-
 tet veritatem in verbis sitam esse & non in sententia. Quid? quod Paulus non disidet à Lxx,
 B sed hunc locum citat iuxta translationem Lxx virorum, ordine tantum orationum permuta-
 to, si Græca Græcis cõpares. Nã Lxx dixere *ἐμφανὴς ἐγενήθη τοῖς ἐμοῖς ἑταῖροις, εὐρέθη τοῖς ἐμοῖς ἐπιζητούντι.*
 D. Paulus: *εὐρέθη τοῖς ἐμοῖς ἐπὶ ζῆτοῦ ἐμφανὴς ἐγενήθη τοῖς ἐμοῖς ἐπιζητούντι.* Verba Hebræa ad verbum red-
 dita sunt: Quæsitus sum à non interrogantibus, vel: Quæsitus sum ab qui non interroga-
 uerunt. D. Hieron. Quæsierunt me, qui antea non interrogabant] Reddit enim sententiam D.
 Hieronymus. Lxx viri: Manifestus factus sum me non quærentibus.] Postea Hebraicè est: In-
 uentus sum ab qui non quæsierunt] Quod D. Hieron. interpretatur: Inuenerunt qui non quæ-
 sierunt me] Lxx: Inuentus sum à non interrogantibus me] Quæ verba supra satis superq; sunt
 explanata, & explanantur ab AVGVST. ferm. 92. Postea sequitur [dixi, ecce ego, ecce ego, ad gen-
 tem non inuocantem nomen meum, vel, in nomine meo] Pro quo D. Hieron. dixit [dixi, ecce
 ego, ecce ego: ad gentem quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum] vbi D. Hier-
 onymus addidit totam illam orationem: Quæ nesciebat me, perspicui tatis causa, vt aperiret
 sensum scripturæ. In translatione Lxx seniorum addenda est repetitio illa, quæ est in transla-
 tione D. Hieronymi ex lectione Hebræa, & legendum est: Dixi, ecce ego, ecce ego, genti, quæ
 C non vocauerunt nomen meum] Quæ verba interpretatus est CYRIL. supra. Et de inuocatione
 nominis Domini. Lege AMBR. in cap. 10. epist. ad Romanos in illa verba: Omnis enim qui-
 cunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et lege ORIG. in eadem verba. Postea sequi-
 tur Hebraicè: Expandi manus meas tota die ad populum rebellem, vel declinantem, foetentẽ,
 recedentem, deficientem: hæc enim omnia significat hoc verbum *וירס*. Vide an quicquam ma-
 gis cõueniat Iudæis, quàm vt dicatur, populus foetens, populus rebellis, populus declinans, &
 deficiens, recedens à Domino Hierem. cap. 2. illic vbi dictum est: Quomodo versa est mihi in
 amaritudinem vitis alienæ? vel in ramos declinantes à vite? Vbi Iudæi dicuntur, rami declinan-
 tes à vera illa vite, quæ dixit: Ego sum vitis, vos palmites. Verba sic interpretatur Iudæi, sensum
 sic explanat historia euãgelica. Addit R. Dauid in libris radicum, *וירס*, sunt farneta mala quæ
 remouentur à vite in ignis pabulum. Vide tu quos alios dicat: quàm Iudæos, qui remoti sunt à
 vera illa vite. i. Christo, cuius nos sumus palmites. Est enim hoc idem verbum hoc loco: Pro
 hoc dixit D. Hieronymus: Expandi manus meas tota die ad populum incredulum: dixere Lxx
 seniores [expandi manus meas tota die ad populum incredulum] & contradicentem] vbi
 D Lxx seniores addidit de suo duo illa verba [& contradicentem,] nihilominus ea citat Pau-
 lus ad verbum ad Romanos cap. 10. & id adnotat ORIG. eo loco, addita verba à Lxx viris,
 & citari à Paulo, tantæ autoritatis viros esse Lxxii, vt quæ addant, citentur ab apostolis, ci-
 tantur autem ordine permutato, vt superiora, siquidem Lxx viri edidit: *ἐπιπέτασα τὰς χεῖρας μου
 ἅλην τὴν ἡμέραν πρὸς λαὸν ἀπειθεῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.* D. Paulus: *ὅλην τὴν ἡμέραν προσπέτασα τὰς χεῖρας μου πρὸς λα-
 ον ἀπειθεῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.* Quæ verba supra sumus interpretati, & interpretatur D. AVGVST.
 contra Faustum Manichæum cap. 10. Tota die] significat omni tempore, inquit THEODOR.
 quia semper summam curam Deus præstitit Iudæis, tamen hoc ad crucem Domini spectat, in
 qua manus extendit Dominus, qui etiam causam hic reddi exclusionis Iudæorũ ait, & hæc res-
 ponsionem esse ad preces Iudæorum capitis præcedentis: Non accipio (inquit) vestras preces,
 non patiar tantam vestram ingratitude, nationes infideles, quæ in tenebris erant, videre lu-
 cem, & vos non vidistis: inuenere thesaurum qui non habebant prophetas, & vos repudiastis.
 D. AMBR. OS. in cap. 10. epist. ad Rom. eodem modo interpretatur, vbi hunc locum explanat.

Clemens præ-
 da epist. 3.
 sic hinc lo-
 cum inter-
 pretatur
 tom. 1. con-
 ciliorum.

Postre-
 999

Postremū est Hebraicè: Qui ambulabant in via non bona post cogitationes suas] quod eodē modo vertit D. Hierony. Lxx verò edidēre: Qui non ambulauēre via bona, sed post peccata sua] i. qui noluerunt ambulare in luce euangelij, sed perstiterē in peccatis suis persequendo Christum, ac populum fidelem, nam suprā dictum est, misisse legatos in omnes terras ad suos, qui toto orbe erant dispersi, vt Christo & Christiano nomini, quanta maxima possent contentione, aduersarentur.

D. HIERONYMVS.

Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, et sacrificant super lateres: qui habitant in sepulchris, in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, et ius prophanum in vasis eorum: qui dicunt, recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scriptum est coram me.

Hoc summoperè in principio adnotandum est, quod suprā est etiam adnotatum, Christum toto hoc capite describi Deum. Nam superiora dicta esse de Christo, D. Paulus & omnes doctores sacri, quos citauī, sunt authores, eundem hunc dici Deum liquet indè, quòd querelā Iudæorum in fine capitis superioris ad Deum erant. Et hoc capite Iudæis respondet Deus, & causam exclusionis Iudæorum reddit, vt dictum est: & hic Deus qui respondet, Christus esse apparet re ipsa & D. Pauli testimonio. Et hoc loco, vt docet CYRIL. ait Christus: Nō solūm impios fuisse Iudæos, aduersum se tēpore aduentus, sed iā indè à principio exacerbasse se colendis idolis. Et sic distinxerunt hunc locum Lxx viri: Populus hic exacerbans me in conspectu meo, per omne tempus, vel iam indè ab initio] i. populus hic qui me exacerbat, quòd vocatus à me, me auersatur, & non solūm me non accepit, sed meos persequitur, nil noui facit, nam iam indè vsque à principio immolat in hortis idolis, vt eundem Christum esse dicat qui nunc irritatur non receptus, & qui irritabatur temporibus legis Iudæorum idolatria. Sic igitur distinguenda est lectio Lxx: Populus hic exacerbans me] apposita hoc loco subdistinctione. deindè [in conspectu meo semper, vel per omne tempus, aut ab initio, immolat in hortis] i. iam olim hoc laborant morbo, vt me irritent cultu idolorum, & alijs criminibus. Ita interpretari possumus translationem D. Hieron. Populus qui ad iracundiam prouocat me] i. populus hic ad quē incredulum, & contradicentem mihi, expandi manus meas, iam indè à principio ad iracundiam prouocat me ante faciem meā] in eo supple qui non est Deus, iuxta illud: Illi me prouocauerunt in eo qui non est Deus [qui immolant in hortis] nam nemora & loca amœna deligebant ad sacrificandum idolis, & altaria magnificè structa, quòd significant verba illa: Et sacrificant super lateres] i. super altaria lateribus magnificè structa. In conspectu meo] inquit CYRIL. quòd Deus omnia inspiciat, vel in ipso templo Dñi, vt est apud Hieremiam & Ezechielem. TERTVL. In conspectu meo] i. scientes quòd video omnia quæ sunt, præsentē me sacrificant dæmonibus. Verba Hebræa hoc idem sonant, quæ verti sic possunt ad verbum: Populus irritantium me, ante faciē meam semper sacrificant in hortis, & incensant super lateribus] vt vtroque modo distinguere lectionem possis. Lxx addidēre de suo [dæmonijs] facta paraphrasi ex illo Davidis: Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs, quos ignorabant: sed nō sunt [inquit] non quòd nō subsistant dæmones, sed quòd nō sunt Dij, vt ait CYRIL. vel quòd ad nihilū recidisse dicuntur, qui Dei gratia exciderē. Vndè putat D. BASIL. meliùs appellatum diabolū, vt dicitur in 1. per. 2. i. perdere, q̄ perdidit omne bonum. i. Deū, qui omne bonū est, vt ei boni nihil sit

LXX VIRI.

Populus hic exacerbans me, in conspectu meo semper ipsi immolāt in hortis, & incensant super laterib⁹ dæmonijs, quæ nō sunt, & in sepulchris & in specub⁹ dormiunt ppter somnia, comedētes carnes suillas, & ius hostiarū, pphanata oīa vasa eorū, dicētes, lōgè à me, ne appropinques mihi, quia mūd⁹ sum, iste fum⁹ furoris mei, ignis ardet in eo cunctis dieb⁹, ecce scriptū est in cōspectu meo.

A nihil sit reliquū, præterquā ipsa natura. Qui habitāt in sepulchris, & in delubris idolorū dormiūt] Lxx addidēre [ppter insomnia] loco scholij, q̄ in sepulchris federēt, & à defunctis somnia peterēt, vt apud Pomponiū & alios Geographos leges, solitos Libyas mortuos colere pro numinibus, & sepulchris incubare, vt à mortuis petāt somnia, quibus admoneantur in rebus du bijs quid factū sit opus. וְיָגִידוּ, vox Hebræa, duo significat, sepulchra, & ita vertit D. Hieron. [In sepulchris] & loca vasta, & sola, & hoc facere etiam solēbant veteres, petebant loca vasta & sola, præcipuè antra & speluncas, vt à dæmonibus peterent responsa, & ita Lxx verterunt: In specubus dormiunt propter somnia] Sic CYRIL. interpretatur & THEOD. Qui comedunt carnem suillam] THEOD. Accusat eos tanquam legirupas, & legis diuinæ transgressores, docens, quòd non legis seruandæ causa, neq; propter religionem, tam immane illud facinus ausi sunt contra Dominum, & regem gloriæ cruce affecerint. Lxx verò aliter hunc locum dispungunt quàm D. Hieron. edidēre enim: Qui comedunt carnes suillas, & ius] & addidēre de suo [hostiarum] interpretantur enim sic: Qui comedunt carnes suillas] contra legem Moysis scilicet [& ius, subaudi, hostiarum] i. ius ex hostijs, cæsis idolis. וְיָגִידוּ, verti potest, vt reddidēre Lxx: Polluta sunt vasa eorum] i. sunt sepulchra dealbata, quòd dixit Dominus, nā וְיָגִידוּ polluta, profana. וְיָגִידוּ, vasa ipsorum. THEOD. Tales erant qui accusabant Dominum, & dicebāt: Cur cum publicanis, & peccatoribus manducat præceptor vester? Talis erat pharisæus qui intra se dicebat: Si hic propheta esset, sciret profectò quæ mulier esset hæc, & similia. Diu⁹ Hieron. tantūm retulit ad eos, qui communicabant sacrificijs idolorum, qui dicunt: Recede, ne appropinques mihi, immundus es. Lxx hoc dixēre: Quia mundus sum] credo legendum ex Hebræa lectione: Quia mūdior sum te. וְיָגִידוּ. CYRIL. Putabāt, si se dæmonibus sacrificassent, esse mundos. Alio quodam modo videtur hoc intellexisse AVGV. lib. vno contra Fulgentium Donatistam, propè finem. Idem verò AVG. de remissione peccatorum, homil. 23. sic explanat hunc locum vt Theodor [Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die] CYRIL. Hæc sunt initia iræ meæ iam inde ab initio gētis Israëlitiç: furor verò accensus est, postquam impietati huic addidēre immane illud nefas, quòd regem gloriæ affecēre cruce. THEOD. Vt ligna excitant flammam, sic hæc flagitia accendunt iram meam. TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. cap. 46. hoc videtur referre ad inflammationem vrbium Iudææ, quasi dicat hæc scelera, postquam accessit tantus ille cumulus mortis Christi, accenderunt vrbeis Iudææ. Et est clausula responsionis cur eos excluderit, & cur nō recipiat Iudæos in ecclesiā. Ecce scriptum est coram me] i. semper habeo ob oculos. Vide tu quod crimen sit hoc quod scriptum est coram Domino, & quod Dominus semper habet ante oculos.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Non tacebo, sed reddam, et retribuā in sinu eorum iniquitates vestras, et iniquitates patrum vestrorum simul: dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes & super colles, exprobrauerunt mihi, & remetiatur opus ipsorum primum in sinu eorum.

Non tacebo donec reddam & retribuam in sinu eorum peccata eorum, & patrum suorum, dicit Dominus, qui adolebant incensum super montes, & super colles, exprobrauerunt mihi, reddam opera eorum in sinu ipsorum. Sic dicit Dñs.

Idem quod Moyses, vt diximus ex PROC. & EVSEB. lib. 2. demonstrationis cap. 48. Illi me irritauerunt in eo qui non est Deus, & irritauerunt me in vanitatibus suis, & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus. i. quemadmodum illi me reliquerunt Deū verum, & coluerunt eum qui non erat Deus, ita ego illos repudiabo, & vocabo eum, qui non erat populus. i. gentes stultas. Simul etiam dicit de Iudæis se vindicaturum, vt veniat super illos omne flagitium, quod fecerint idolatriæ, postquam hunc tantum cumulum addidēre effusionis sanguinis Christi, quòd est apud Matth. cap. 23. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Hæc dicit Dominus, quemadmodum si inueniatur granum in botro, & dicatur ne dis-

quemadmodū inuenietur racemus in botro, & dicat: ne dissipes illud, qm̄ bene-

Qqq 2

ne dissipet illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter seruos meos, ut non disperdam totum. benedictio est in eo, sic faciā propter A seruiem mihi, huius causa non per dam omnes.

Granum] Hebraicè est *שירי*. i. mustum, siue vinum nouum, vel granum, aut acinus, vt sit singularis numerus pro plurali. i. si in botryone reperiatur grana, quæ nõ computruerint. Lxx viri verterunt *שירי*, quod interpres Latinus vertit acinum, redditurus melius racemū, vt sit: Quemadmodum si in botryone reperiatur racemus, nam sunt botryones multifidi, qui multas partes habēt. Botryones ipsi, Latine dicuntur *uua*, partes illæ in quas diuisæ sunt *uue*, siue dicere maui, botryones: racemi dicuntur, quos vulgò, nostralingua (*grumos*) aut (*gajos*) appellamus: *uua* itaque seu botryon, totum est, racemus pars (*grumo*) aut (*gajo*) vnde dicta est *uua* racemosa. i. *uua* quæ in multos racemos est scissa, & hinc racemus Græcè dicitur *μῆζ*, i. sectio botryonis. Quod ergo Hebraicè est [quemadmodum si in botryone inueniatur mustum, seu vinum nouum] Lxx vertere [quemadmodum si in botryone sit aliqua pars sana, aliquis racemus sanus, qui habeat mustū] sunt enim potius scholiastæ quàm interpretes. Erit igitur sensus: Quemadmodum si in botryone, qui totus computruit, reperiatur *μῆζ*, i. sectio aliqua, racemus integer & sanus, putridum refecit, racemum sanum & speciosum serues. vel putridum refecit, grana illa salua serues, sic Dñs ait perditurum se Iudæos infideles, fideles Iudæos velut racemum sanum in *uua* putrida seruaturum. ISYCH. in Leuitic. lib. 6. in illa verba: Et quæ decidunt in mesura eorum, vineam Domini fabaoth, domum Israël esse ait ex Esaia, quæ fructum multum nõ ferebat, & pro *uua* tulit spinas, quibus coronauit Dominum, tulit tamen paucissimos racemos iustos & prophetas, quod docuit Esaia, quomodo si inueniatur racem⁹ in botro, hos racemos noluerit colligere Iudæi: nobiscum enim sunt propheta, & sancti viri ex illo populo. EVSEB. Cæsar. demonstrat. euangel. lib. 2. cap. 49. Præsignificat (inquit propheta, pauculas futuras reliquias, & pauculum semen ex Iacob, quod adsequatur promissa veterum patrum, & lectos appellat apostolos, quos habitaturos dicit in monte sancto, hoc est, in ecclesia, & in sylua, hoc est inter arbores ecclesiæ: diximus enim sanctos viros appellari arbores, & quia ratione sic appellantur. pergit Euseb. intelligit propheta apostolos & fideles seruandos, reliquos Iudæos delendos, & eorum vrbeis subuertendas, quod factum est Vespasiano & Adriano Imp. IVST. aduersus Tryphonem: Quid aliud (inquit) hæc similitudo significat, quam pauculos è Iudæis seruandos, reliquos esse delendos? Sic explanat CYRIL. & D. HIER. [sic faciam propter seruos meos] Isaac, & Iacob, ad quos facta est repromissio, quod in scriptura dicitur frequentissimè, tamen quod alibi Dominus ait etiam: Propter me, & propter nomen meum, non propter vos, neque propter patres vestros. non legere: *למען עבדי*, propter seruos meos. sed ipsæ litteris seruatis, additis alijs punctis, legunt *למען עבדי*. i. causa serui mei. i. Christi, vt racemum illū sanum in botryone putrido seruatum dicat propheta propter Christum, quod reliquias illæ quæ saluæ factæ sunt propter Christum sint assequutæ benedictionem illam. CYRIL. Quisquis inter illos salutem est assequutus, per Christum est assequutus, idque probat testimonio D. Pauli, reliquias illas saluas fuisse propter Christum. Quod verba sequentia Lxx virorum declarant [huius causa non perdam omnes] vbi Lxx addidit de suo pro scholio illa duo verba [huius causa] quod Dominus pepercerit Iudæis in excidio Hierosolymorum inuēto à Babylonijs, & alijs sæpè, & etiam in reliquijs seruatis, vt testantur propheta, Christi causa.

D. HIERONYMVS.

Et deducam ex Iacob semen, et de Iuda possidentem montes meos, & hereditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi, & erunt campestris in caulis gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me.

LXX VIRI.

Et deducā de Iacob semē, & de Iuda, & hæreditabunt montē sanctū meū, & hæreditabunt electi mei & serui mei, & habitabunt ibi, & erunt in sylua ouilia gregum, & vallis Achor in requiē armentorū populo meo, qui requisierunt me.

EVSEB.

A EVSEB. lib. 2. demonst. euangelicæ cap. 48. & 49. simpliciter intelligit fore, vt Dominus deligat de populo Iudæorum reliquias. i. apostolos & discipulos, qui lucem euangelicam toto orbe disseminent. IVST. nouo quodam modo hunc locum intelligit, nam aduersus Tryphonem, Israël & Iacob, Christum interpretatur, quod Christus dicatur in scriptura Israël, & Iacob: dicit autem educendum semē de Iacob, & de Iuda, quod nos ex Christi latere excisi sumus, qui Iacob dicitur & Iuda: nam si Christus Israël nominatur, nos qui ex aqua baptismi nati sumus, quæ ex eius latere fluxit, veri Israëlita sumus, & dicimur à D. Paulo, Iudæi verò Israëlita, & Iudæi secundum carnem dicuntur. Iustinus ergo sic enodat hunc locum: Educam de Iacob semen, & de Iuda] i. de Christo qui dicitur Iacob & Iuda, educam ecclesiam, apostolos, & fideles, quod semen erit vt nascatur toto orbe ecclesia [hi possidebunt montem sanctum meum] i. ecclesiam, & Hierusalem cælestem. [Et erunt campestris in caulis gregum, & vallis Achor] hæc omnia sunt in Galilæa prouincia, vt supra diximus, & colebantur ab idolatris, & nationibus infidelibus, quæ possidenda dicit à Christianis. & ex parte totum orbem significat **B** per synecdochen, & intelligit propheta totum orbem, qui colebatur ab idolatris, conuertendum ad Christum, quod factum est, nisi inimicus homo seminasset zizania. sic Euseb. CYRIL. In sylua] inquit. i. in multitudine gentiū [erunt ouilia gregum] Christi videlicet & ecclesiæ, & vallis Achor, notat Cyrillus hunc Achor esse, qui deleta Iericho, furatus sit ex anathemate, qui pependit acerbas pœnas cum tota domo: itaque execrabilis facta est vallis Achor, & huiusmodi erant regiones gentium execrabiles. Igitur [vallis Achor] posita est pro execrabili regione gentium infidelium. Regio ergo, inquit Cyrillus. nationum infidelium, quæ olim erat execrabilis, erit requies armentorum] i. erit statio ouium Christi principis omnium. Exciderat mihi illud, adnotare Cyrillum, supra non esse hæc accipiēda literaliter, quod aiunt: nec enim cum dicitur: *Vlula abies, & aperi Libane forestuas, & deuoret ignis cedros tuas*] dixerit quisquā iubere Dñm plorare cedros & pinus: esset enim id planè ineptū, inquit, quod summo perè notandū contra quosdā stolidos, qui siquid quis dicat huiusmodi, statim librorū marginibus adscribūt, destruit litteram, discedit à litera, & expectant, vt abies ploret & pinus.

LXX VIRI.

D. HIERONYMVS

Et vos qui dereliquistis Dominum, qui obliuiscitis montem sanctum meum, qui ponitis fortunam mensam, et libatis super eam: numerabo vos in gladio, & omnes vos in caede corruetis, pro eo quod vocaui, & non respondistis: loquutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quæ volui elegistis.

Vos autē relinquentes me, & obliuiscitis montis sancti mei, & parates dæmoni mensam, & implentes fortunæ potionem, ego tradā vos in gladiū, omnes in cæde cadetis, quia vocaui vos, & nõ audistis: loquutus sum, & contempsistis: & fecistis malum in conspectu meo, & quæ non volebam, elegistis.

E VSEB. loco citato, addit propheta reliquos Iudæos infideles, quod idolatriæ fuerint deliti, esse delendos armis hostilibus, quod vocati à Domino, in aduentu suo ad lucem euāgelicā venire noluerint. Lege quæ adnotata sunt in cap. 57. in hæc eadē verba. CYRIL. idē sentit, qui non recepere Christū, delicti sunt armis Romanorū, quod idolatriæ & apostatæ fuissent & postea Christū non receperint. THEOD. Quod pro Deo præoptarūt colere fortunā potius quàm ipsum Deū, & ipsum Christū reliquere: vocauit em̄ per prophetas ipsos, vocauit quoque ipse factus homo, clamabat em̄: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et rursum Venite ad me oēs qui laboratis, & onerati estis. ipsi autē, salutē quā Dñs illis offerebat, recipere noluerūt, quod significant verba illa [vocaui, & nõ respondistis: loquutus sum, & non audistis: faciebatis malum in oculis meis, &c.] THEOD. ceremonias intelligit veteris legis, & sacrificia, quæ iā nolebat Dñs, data gratia euangelica, illi reiecta luce euāgelica amplectebatur veteris legis ceremonias.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Propter hoc hæc dicit dñs Deus, ecce serui mei comedent, et vos esurietis: ecce

Propter hoc hæc dicit Dñs, ecce serui mei comedēt, vos autē esurietis,

Q 993 ecce

ecce serui mei bibent, et vos sitietis, ecce serui mei latrabuntur, et vos confundemini. ecce serui mei bibent, vos autem sitietis: ecce serui mei latrabuntur, vos autem confundemini.

Diuus AMBR. lib. de paradiso cap. 9. cibum hic pro magno premio promitti docet: est enim hic cibus, quo vita definitur æterna, quo quisquis fuerit defraudatus, mortē morietur, quandoquidem panis viuis atque cælestis, Dominus est, qui vitam dat huic mundo, vnde Dñs: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. & Panem angelorū manducauit homo. Et in lib. de Helia & ieiunio cap. 10. hoc etiā explanat de mystica mensa, & poculo sacramentorū, de quo: Qui sititis, iete ad aquas. De his enim dictū est [qui seruiunt mihi, manducabunt, vos autem esuriētis] qui vos, inquit Ambros. nisi qui ante potastis, de quibus in præcedentib⁹ dixit: Parastis de mōijs mensam, & implestis fortunæ poculū. CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 1. c. 22. Quod autem Iudæi (inquit) panē & calicē Christi, & omnē gratiam amissuri essent, nos verò accepturi, apud Esaiā sic dicit Dñs [ecce qui seruiunt mihi, manducabūt, vos autē esuriētis, &c.] Itaq; Cyprianus intelligit vt Ambros. vos autē, o infideles Iudæi, qui sacrificabatis etiā olim dæmonijs, esuriētis. Et putat Cyprianus esse idem cū illo euangelij: Ego sum panis vitæ, qui venit ad me nō esuriet, qui in me crediderit nō sitiet vnquā. & Nisi ederitis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis. D. HIER. & CYRIL. sic hæc quoq; explanat. HILAR. lib. 5. de Trinitate, dicit religioni Christianæ hic promitti præmia æterna, in fidelitati pœnas sempiternas. ORIG. in Ioanē in illa verba: Ego cibum habeo comedere, per Esaiam promissiones habemus comedendi & bibendi, inquirenda est lectio scripturæ, quæ nos hoc doceat. Totum mysterium vocationis & electionis, cibi sunt illius magnæ cœnæ: Homo (inquit) fecit cœnam magnam, Pete (inquit Orig.) ex euangelio parabolas quæ de cœnis loquuntur. THEOD. apposito contrarij amplificat: & Iudæos cruciatos sempiternis pœnis, ecclesiæ fœlicitas torquet vehementissimè. TERTVL. admonet hoc etiam, quoties huius loci facit mentionē contrarietate hâc, & oppositionem quæ est apud Esaiam vt seruos suos beatos dicat, miseros Iudæos, expressam esse à Dño, Luc. cap. 6. his verbis: Beati pauperes, quoniā vestrū est regnū Dei: Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Deinde secunda pars contrarietatis: Væ qui saturati estis, quia esuriētis: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Nā certè hæc postrema pars [Ecce serui mei latrabuntur, vos autem confundemini] quæ respondet illi parti Euangelij Lucæ: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, ecce enim merces vestra multa est in cælo, ad æternā fœlicitatē spectat, vt explanat Orig. loco citato. & in cap. 10. Leuit. homil. 7. cū interpretatur illud: Vinū & sicerā non bibes. vbi promissionē sanctis bonæ huius ebrietatis, & poculū illud inebrians, fœlicitatē illā sempiternā esse explanat, de qua: Inebriabūtur ab vbertate domus tuæ, & de torrente voluptatis tuæ potabis eos, quæ ebrietas sine dubio pro gaudio animæ, & lætitia mentis in æterna fœlicitate accipitur. Vnde CYRIL. interpretans hunc locū: Deliciabuntur, inquit, serui mei super his benedictionibus, saginantes corda, accedentes ad viuificā mensam nostri seruatoris, panē vitæ edentes, diuinū potū bibentes. TERTVL. lib. 4. aduersus Marcionē ait his verbis idem significari quod Luc. cap. 6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, & Matth. Beati qui lugent, quoniam consolabuntur, quod nihil interfit inter verba euangelij: Beati quia nunc fletis, quia, &c. & verba Esaiæ [ecce qui nunc seruiunt mihi, exultabunt in iucunditate.] Nam pro *id quod dicitur* i. delectabuntur, hoc est, fruuntur voluptate sempiterna, quæ nascitur ex Dei contemplatione in æterna beatitudine, dixit Tertull. Exultabunt in iucunditate. HILAR. lib. 5. de Trinitate: Exultabunt in lætitia, & ait TERTVL. Obletatio, & exaltatio in iucunditate, promittitur illis qui moerent peccata, iuxta illud: Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Et adnotant hi veteres patres contraria esse minatū Dñm infidelibus Iudæis, hoc est, pœnas æternas, & sempiternū moerorē. Nam pro [vos autē confundemini] Vos autem clamabitis præ dolore cordis. IVST. aduersus Tryphonē adnotat alium esse Israël hunc cui minatur Dñs [vos autē confundemini] Vos autē numerabo gladiū, aliū autem populū Dei, qui etiā Israël dicitur, cui tot bona promittuntur. HILAR. loco citato. [ecce qui seruiunt mihi, exultabunt in lætitia] vos autē clamabitis propter dolorē cordis vestri, & à contritione spiritus ululabitis, & putat significari vitam beatam, quæ expectat bonos, & pœnas sempiter-

A sempiternas, quæ malos excipient. Et TERTVL. lib. 4. cap. 18. in eadem sententia est, & cap. 21. quæ hic Dominus simul posuit, in euangelij distinxisse in partes ait.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus ululabitis, et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis. Ecce serui mei exultabunt in gaudio; vos autē clamabitis propter dolorē cordis vestri, & à contritione spiritus ululabitis, relinquetis nomē vrm in saturitatē electis meis.

Sensus horum verborū enodatus est proximo cōmentario à sanctis patribus: Restat vt admoneamus D. Hieron. vertisse *לעבד*, vocem Hebræam, in iuramentum: Lxx viros, in saturitatē, vtrunq; vox Hebræa significat: illud interest, si punctum dextro an sinistro lateri adiungas. Sensus translationis D. Hieron. est, tam acerbas pœnas Dominum expetiturum esse ab infidelibus Iudæis, vt qui volet alicui, aut sibi malè precari, dicat, sic me perdat Deus, sicut perdidit olim impios Iudæos, qui cruce affecere Christū. Si verò reddas, saturitatem, Iudæos premit hic locus vehementer, nec potest pertrahi à Iudæis in sua sensa: Relinquetis (inquit) nomē vestrū in saturitatē electis meis] i. foetebit nomē vestrū electis meis, quod sic saturitas in sacris litteris accipi solet, vt docent hoc loco PROCO. & CYRIL. & docuit etiam Cyril. in illa verba [serui mei saturabuntur] reliquere enim Iudæi nomē suū populo Dei in odiū, & in foetulentiam: foetere enim vulgò, & ignominiosissimū est Iudæorū nomen apud summos, medios, infimos, omni Christiano populo. Potest tamen, mea quidē sententia, hic locus aliter explanari [relinquetis populo Domini nomen vestrum] vt Israëlita dicantur, nos enim populus Dei verè Israëlita dicimur secundum spiritum, vt docet Paulus, nam Iudæi non appellantur à Paulo Iudæi, aut Israëlita simpliciter, sed Israëlita & Iudæi secundum carnem. Nobis ergo hoc reliquere nomen in saturitatem] i. in patrum promissa, & in benedictionem veterum patrum, quia satiabimur cū apparuerit gloria Domini. Sic hunc locum intellexit D. HIERON. & HILAR. lib. 5. de Trinitate, qui pro saturitate, posuit, lætitiā. Sic enim legit hunc locum: Relinquetis vos nomen vestrum in lætitia electis meis] quem HILAR. sic interpretatur: Sermo ad carnalem Israël est, cum futuri temporis significatione, cui exprobratur, quod nomen suū electis Dei sit relicturus. Quæro quod hoc nomen sit? nempe Israël ad quem tunc erat sermo, dehinc interrogo, qui sit hodie Israël? equidem testatur apostolus, qui spiritu non litera, qui in regula Christi ambulat, Israël Dei sunt, hæc Hilarius. Et postea subiungit verbis sequentibus: Vos autem interficiet Dñs, &c.] significari delendos esse Iudæos armis Romanorū post crucē Dñi. Itaq; semper valere debet Canon ille interpretandæ scripturæ, vt cū oratio plures sensus habet, omnes illi significati ab spiritu sancto sint, quod in iuramentum relinquendi sint Iudæi, & in foetulentiam, & quod nobis relicturi sint nomen in æternam hæreditatem.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et seruos vocauit nomine alio. Seruiētibus mihi, vocabitur nomen nouū.

Quod D. Hieron. vertit [seruos suos vocauit nomine alio] interpretantur Lxx, facta paraphrasi ex cap. 62. i. nomine nouo] vt docerent nos nomen aliud, quod Dominus hoc loco ait imponendum esse populo suo, esse nomen nouum illud toties præsignificatū per prophetas. HILAR. loco citato, interpretans hunc locum: Si à seculis (inquit) Christiani vocabuli beatitudo nunquam fuit, nunc nouum nomen est, nouū nomen religionis quod benedicatur super terram. GERMAN. episcopus in epist. ad Thomam episcopum tom. 2. Concil. synodi Nicenæ 2. Act. 4. de communi nomine benedicto Christianorum, hoc interpretatur etiam, aduersum quod portæ inferorum non sunt præualitura.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: Et qui iurat in terra iurabit in Deo amen. Seruiētibus mihi vocabit nomen nouū, quod benedicetur super terrā: benedicent enim Deum verum, & iurantes super terram, iurabunt Deum verum.

Lxx 4

N 27

verum Deum iurabitur iuratur verum Deum benedicent benedicetur In quo
 amen Deo in iurabit terra in qui iurat & amen in Deo benedicetur terra in benedictum Quod
 אמן באלהי אמן והשבע פארץ וישבע באלהי אמן אשך והתברך פארץ יתברך באלהי אמן

CYRILLI Nos in nouitate vitæ euangelicæ, veluti corona quadam insigniti nomine Christi, Christiani nominamur, quod est nomen benedictum in terra, & quia sumus benedicti à Christo, ipsum Christum benedicimus Deum verum. CYPRIAN. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 22. Quod Christianorum (inquit) nomen benedicetur in terris, apud Esaiã dicit Dominus [Seruos meos vocabo nomine alio, quod benedicetur in terra.] Quod Christus hic appelletur Deus, & sit. D. AMBR. hoc loco probat de fide lib. 1. cap. 7. in fine. HILAR. lib. 5. de Trinitate hoc multis verbis probat, & postremo addit: Anne ambigitur quis iuretur à Christianis? quis benedicatur? per quem nomen Christianorum benedictum sit? omne os credentium te Christe, Deum loquitur, omnium credentium fides te Deum iurat, Deum verum esse confitens, Deum verum esse prædicans. Nulla ergo dubitatio est, quin cum dicitur [Benedicent te Deum verum] Christus intelligatur, cui per nomen nouum seruiatur, & per quem eiusdem nominis in terris benedicta sit nouitas, & qui benedicatur Deus verus, & qui iuretur Deus verus: hæc Hilarius. Quibus explanat hunc locum sic: Insigniti nomine nouo, Christi videlicet. Christiani homines [benedicent Deum verum] i. benedicent Christum qui Deus verus est [scilicet iurantes super terram] i. cum iuramus super terram Christiani iurabunt Deum verum iurabimus per Christum, qui Deus verus est, quod nos Christiani iuramus per Christum, & benedicimus Christo, quod supra dixit Hilar. Addit quæ idem HILAR. vt probet Christum toto hoc capite appellari Deum, & quanquam quem præfens sermo significet, non ambigitur. i. quanquam planum sit hoc loco de Christo sermonem haberi, & appellari Christum, Deum hoc loco, tamen per ea quæ superius sunt dicta, planè significatur de quo sermo nunc fit. ait enim [Palàm apparui non interrogantibus me] An ignoratur Deus verus esse qui hæc loquitur? Rogo, quis apparuit nõ interrogantibus? & quis Deus Gentium est, quæ non inuocauerunt antea nomen eius? hæc Hilar. vt probet principium huius capituli de Deo esse, quod poterat probari ex fine capituli superioris: is enim respondet hoc capite, ad quem facta erat precatio in fine capituli superioris. Precabantur Deum Iudæi, Deus ergo respondet, qui idem Christus est, vt liquet ex Paulo, & ex facris doctoribus. Vt probet tamen Hilarius, Deum à principio capituli loqui, pergit dicere: Confer cum illo Moysi, in quo Deus exacerbatus super non Deos, incitat infideles Iudæos in zelum, super non gentem, & super gentem stultam, & intelliges quis manifestus apparuerit ignorantibus. Nam per continentem sermonem hic idem seruientibus sibi imponit nomen nouum, quod benedicit super terram, & hic idem benedicetur Deus verus, & iuratur Deus verus. hæc Hilarius. Lxx viri sic dispungunt hunc locum [seruientibus mihi vocabitur nomen nouum, quod benedicetur super terram] vt sit totum hoc vnus spiritus, & est, vocabuntur nomine nouo Christiani, quod erit benedictum toto orbe. Deinde nouo initio [benedicent Deum verum] i. ob tantum beneficium, Christiani benedicent Deum verum Christum, & iurabunt per Christum Deum verum. D. Hieron. dispunxit sic [Et seruos suos vocabit nomine alio] & apponit illic distinctionem. Deinde nouo initio [In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen] i. in quo nomine Christi qui benedictus est super terram. i. qui baptizatus est, benedicetur in Deo vero, vt baptizati baptismo Christi, baptismo Dei veri baptizati dicantur. Sic enim iuxta sententiam Ambrosij & Hilarij interpretabimur. Et postea [Qui iurat in terra, iurabit in Deo amen] i. in Deo vero. Et lectio Hebræa potest intelligi de sacro baptismo, nõ post illa verba [seruis meis vocabitur nomen aliud] quod Lxx sunt interpretati. i. nomen nouum Christianorum. Sequitur [Quod erit illud nomen benedictum in terra] id enim significat articulus ille 7, illud insigne nomen, illud quod celebrant omnes prophætæ, quod benedictum futurum est in terra Christianorum nomen. Deinde 7 יתברך, benedicetur, significat enim actiue & passiuè. i. quod benedicetur. אמן באלהי אמן. à dijs vero, nam dixi supra, in diuinis personis quas nos appellamus, Græcos nominasse hypostaseis, Hebræos, heolim, quam vocem, deos, vertimus, quia aliter non possumus. Quod benedicetur ergo in tribus personis, vno Deo vero: cum enim tingimus sacro baptismo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti tingimus, Potest etiam significare, quod benedicendus esset populus fidelis à Deo vero, vt Luca 24. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis, benedixit eis, & factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Et ad Ephes. cap. 1. Qui benedixit nos in omni be-

A omni benedictione spirituali. Quibus locis apparet, benedictos nos à Iesu Christo Deo vero, & à Deo patre omni benedictione spirituali, & ideo nomen Christianorum dictum est nomen benedictum.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.
Quia obliuioni tradita sunt angustia priores, & quia abscondita sunt ab oculis meis.
 Et obliuiscetur tribulationis suæ primæ, & non ascendet super cor eorum.

Diuus Hieronymus hoc loco legit: משיני, ab oculis meis: Lxx viri vna littera, mutata in משיני, ab oculis eorum. D. HIERON. & D. CYRIL. putant significari hoc loco obliuiscendas tribulationes priores. i. demonum cultus, quibus olim erant foedati, postquam ad fidem vocati, & iustificati, Deum verum colent, ait Dominus: Auferentur ab oculis meis peccata eorum. Idem sensit THEOD. Translatione Lxx virorum significari puto idem, quod illis Pauli verbis ad Rom. cap. 8. Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam & superiora, & sequentia, de vita beata sunt vaticinia, hæc particula media cur non eodè referamus? Est ergo idè cū illo, quod D. Petrus ait, Quotiescūque communicatis Christi passionibus, gaudete per omnia, vt in reuelatiõe facta claritatis eius, gaudentes exultetis. & D. Paul. ad Rom. 5. Non solum autè, sed & gloriamur in pressuris, sciētes quoniam tribulatio patientiam operatur. Dixere ergo Lxx [obliuiscetur enim tribulationis suæ primæ, & non ascendet in cor eorum] tribulationum memoria, in illa vita beata: postquam enim declinauerit Deus vt flumen pacis in illos, vt illos felicitate cælesti compleat & in illos vi quadam admirabili in corruptionis, & immortalitatis infuset & æquales eos angelis reddat, labores erumnarum, curasque, quas pertulere in mortali vitæ, cõsolabitur, quod AVG. ait de ciuitate Dei lib. 2. cap. 21. & certe משיני. i. tribulatio, quo verbo vtuntur Lxx in litteris euangelicis, est vltatissimum hoc intellectu, vt Matthæi cap. 24. tunc tradent nos in tribulationem, Græcè משיני est, & Actor. 14. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Idem potest significare tralatio D. Hieron. [quia obliuioi tradita sunt angustia priores] quas ergo pertuli pro Deo, obliuiscar omnes tribulationes præteritas, cū fruar vita beata [& quia abscondita sunt ab oculis meis] quia. f. non sunt condignæ passionibus, quas pertuli, vel tenuissima huius gloriæ particula, vt sint verba martyris gloriosi.

D. HIERONYMVS: LXX VIRI.
Ecce enim ego creo calos nouos, & terram nouam. & non erunt in memoria priora, & non ascendent super corde, sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum, in his quæ ego creo.
 Erit enim cælum nouum & terra noua, & non recordabuntur priorum, nec venient super cor eorum, sed gaudium et exultationem inuenient in ea.

Diuus AVG. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. hæc omnia de vita beata interpretatur, & eodè loco docet per cælum nouum & terram nouam, ATHAN. vero lib. 1. de fide vnitatis & Trinitatis hunc locum de resurrectione mortuorum explanat & de innouatione elementorum, his verbis, Et quisquã paraclatum creatorem non confiteatur, qui mittitur & creat corpora à seculo dissoluta & conuersa in puluerem suum? & innouat faciem terræ iuxta illud psalmi: Emitte spiritum tuum & creabuntur & renouabis faciem terræ. De illis enim loquitur de quibus dixerat: Aufer spiritum eorum & deficient & in puluerem conuertentur. & apud Esaiam: Erit cælum nouum & terra noua. Idem sentit AMBR. in cap. 1. epistolæ ad Hebræos in illa verba: Et velut amictum mutabis eos. THEOD. de aduentu Domini videtur hæc interpretari, ait enim, Hoc apostolus dixit si qua in Christo noua creatura vetera abierunt, ecce noua facta sunt omnia. citat hæc verba D. Ioannes Apocalypseos cap. 21. qua de re iam dicendum erit. Lxx viri hoc loco sententiam reddidere, & velut scholiũ sint tralationis D. Hieron. pro [in his quæ ego creo] edidit Lxx [in ea] hoc est in ea terra noua, quam ego creo in cælesti Hierusalem.

Quia ecce ego creo Hierusalem exultationem, & populum eius gaudium. exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo, et non audietur in ea ultra vox fletus & vox clamoris.

Quia ecce ego facio exultationem Hierusalem, & super populū meū lætitiā, & exultabo super Hierusalem & lætabor super populo meo, & non vltra audietur in ea vox fletus, nec vox clamoris,

Hinc locum explanat AVG. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. & lib. 22. cap. 3. Tamē quum huius loci D. Ioann. apocalyp. cap. 21. sit interpres, quorsum veterum patrum sententiās exquiramus? quauis eodem modo interpretentur. Videtur ergo mihi illa describi Hierusalem quæ cælo demittitur. apocalyp. cap. 21. exultans & noua, ibi enim declaratur à D. Ioanne cælum nouum & terram noua, quod hoc loco propheta dixerat, & sancta Hierusalem triumphans, & exultans noua super quam Dominus exultat & lætatur, descendit enim de cælo parata & ornata viro suo, & auditur vox cælo delapsa dicēs, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, habitabit enim cum eis. quibus verbis explanat D. Ioannes verba hæc Esaiæ: Exultabo in Hierusalē & gaudebo in populo meo, nam si Dominus habitat cum hominibus in cælesti Hierusalem, exultat & gaudet. i. facit exultare & gaudere suos in æterna foelicitate, per metonymiam illam in sacris litteris receptissimam, qua dicimus, nūc cognoui. i. nunc feci te cognoscere & pergit D. Ioannes hūc locum interpretari, nam pro illo quod sequitur [& nō audietur in ea vltra vox fletus, & vox clamoris] subiicit, & ipsi populi ipsius erūt, & ipse Deus erit cum ipsis Deus ipsum, & absterget omnem lachrymam ab oculis eorum. nec sat habuit hoc dicere nisi verbapone ipsius prophetæ repeteret, Et mors enim erit, nec dolor, nec labor, non erit vltra] quid enim hæc verba distant ab his verbis Esaiæ? [& nō vltra audietur in ea vox fletus, nec vox clamoris] quod autem subiicit D. Ioannes: Quoniam prima abierunt: ad illud referendum puto quod supra dixerat Esaias [quia obliuioni traditæ sunt angustię priores] lege attente caput illud totū & confer cum hoc cap. Esaię intelliges non querendum esse aliud huius loci commentarium.

Non erit ibi amplius infans dierū & senex qui nō impleat dies suos. Non, non erit vltra immaturus, & senex qui non impleat tempus suum.

THEOD. beatitudo iustorum, & damnatorum poenæ excludunt omnes ætatum differentias siue infans dierum sit. i. siue mortuus fuerit immaturus æui, siue iam æui maturus, seu sit senex aut puer, sic enim Lxx hæc interpretantur. ergo THEOD. conuenienter sententiæ superiori putat his verbis significari nullum haberi respectum ætatis siue quis sit infans dierum quod per amplificationem dictum esse potest. i. puer infans, vel puer immaturus æui, seu sit senex, quantum spectat ad æternam beatitudinem, vel ad damnatorum poenas: vnusquisque enim feret prout se gessit in corpore, CYRIL. hoc in aduentu Christi esse ait, quia in Christo non est masculus, nec foemina vt Paulus dixit, nec puer, nec senex, nec immaturus. i. populus gentium nec senex. i. nec populus Iudæorum inter se different, nam omnes erunt perfecti & implebunt tempus. i. in virum perfectū euadēt ad mensuram plenitudinis Christi, & videri ait populum gentium puerum infantem appellari, quod recens sit vocatus ad fidē, iuxta illud Petri: Tanquā modo nati infantes lac concupiscite, idem verbis eisdem ait PROC. D. HIER. in vita beata non erunt diuersæ ætates, omnes enim resurgent in virum perfectum, non erit itaque puer, aut senex paruus aut magnus, sed omnes erunt ætatis perfectæ.

Quoniam puer centum annorum morietur. & peccator centum annorum, maledictus erit. Erit enim infans cētum annorum: at moriens peccator centum annorum & maledictus erit.

maledictus erit annorum centum filius peccator & morietur annorum centum filius puer Quia ¶

כי הנער בן מאה שנה ימות והחוטא בן מאה שנה יתעורר

PROCOP. [Puer infans centum annorum] .i. populus gentilis natus recens ex aqua & spiritu sancto cui lac potus datur, de quo illud dictum: sicut modo geniti infantes, & populus nouus quem creauit Dominus [centum annorum] .i. omni virtute perfectus erit, implebuntur enim statim spiritu sancto & centenarius numerus pro perfectione ponitur, quod decies decem continet. i. continet perfectionem, quam denarius numerus significat decies. i. perfectissimè. at [senex] .i. populus Iudæorum. i. quauis perfectissimè perfectus fuerit secundum legalia, si Christum non recipit peccator est, quia Dominus ait: Si non venissem, peccatū non haberēt: & [maledictus erit] .i. erit æternę maledictioni abnoxius. idem sensit CYRILL. interpretantur etiā aliter PROC. & CYRILL. in resurrectione nouissima resurrecturos pueros & senes, bonos & malos, centenarios. i. ætatis perfectissimę, inter futurum tamē quod alij ad vitam beatā, alij ad æternas poenas resurgunt. ORIG. in Leuitici cap. 16. homil. 16. sub centenario numero inquit fideles & infideles, demonstrantur. Nam sub centenario numero Abraham Deo creditissimè & iustificatus esse scribitur, & peccator centum annorum apud Esaiam maledicitur: quę verba Orig. vt intelligas, sic accipe, populus plenus peccatis, dicitur, qui admisit in se omne genus iniustitiæ, & in quo inueniuntur etiā ea vitia, quę pugnantia inter se sunt, vnde illud: Plenus omni iniustitia, & iniquitate, & non dum completa sunt peccata Amorrhæorū. Itur enim per gradus ad summum fastigium vitiorum, & ad perfectionem omnem peccatorum, quę poena peccati est, cum à Deo homines relinquuntur præcipites ruerē in omnē flagitium, vnde, Ne de relinquo me Domine, hinc etiā illud: Implete mensuram patrum vestrorū, Hęc D. BASIL. in Esaiam, quibus intelliges quomodo centenarius numerus in bonam, & malam partem accipi possit! De sententia igitur ORIG. ita explanabis hunc locum [erit infans centum annorum] .i. erit populus gentium recens regeneratus centenarius. i. perfectæ virtutis, recepta fide Christi sicut modo geniti infantes, iuxta illud primę Petri cap. 2. donis spiritualibus exuberabit & statim implebitur spiritu sancto [peccator verò] .i. populus Iudæorū, quę peccatorē Dominus appellat: si non venissem in quiens, peccatum non haberent, quod Christum non acceperit toties prænunciatum per prophetas [Centenarius] .i. cum impleuerit mensuram patrum suorum iuxta illud verbum Domini: Et vos implete mensuram patrum vestrorum [Moriatur] .i. delebitur armis hostilibus [maledictus erit] vt rursus æterna morte moriatur. D. CYRILL. in idem cap. 10. Leuit. lib. 16. in fine eisdem verbis hunc locum explanat, quibus Origenes. HIER. in comm. hunc locum esse ait famosissimum toto orbe, in ore esse omni ecclesiæ iuxta translationem Lxx virorum, & ob eam rem negat se velle cum Hebręa lectione expendere, quod putat feilicet ab Hebręa lectione dissentire. Quod pace sanctissimi diui sit dictum, cōuenit cum ea ad verbum, atque adeo cum ipsa versione D. Hieronymi, mutata interpunctione lectionis D. Hieronymi. Dispunge sic: Quoniam puer centum annorum] & appone illic distinctionem, vt sit idem sensus, quem supra diximus, quoniam populus gentilis, recens ex aqua baptismi centum annorū erit. i. i. perfectę virtutis exuberās spiritus sancti donis, statim eī ecclesia ē gētibus floruit martyribus, virginibus, doctoribus, & omni virtutum genere, & religionis. Quod ergo Lxx dixerit: Erat puer, vel adolescens centum annorum] dixit D. Hieronymus. Quoniam puer centū annorū] disunctio tantum interest. Deindē nouo initio: Moriatur & peccator centum annorū] i. populus Iudæorum, cum peruenerit ad summum malitiæ, cruce affecto rege gloriæ, morietur & maledictus erit: THEOD. puer cētum annorū erit] .i. vitæ sempiternę interpretatur, semper erit puer, nunquam senescet. Quis sit sensus disunctionis D. Hieron. leges apud ipsum Diuū & apud GREG. Moralium lib. 17. cap. 4.

Et ædificabunt domos & habitabunt et plantabunt vineas & comedēt fructus earum. Non ædificabunt, et alius habitabit: non plantabūt & alius comedet. Et ædificabunt domos, & ipsi inhabitabunt: & plantabunt vineas, & ipsi comedent fructus earum, & vinum bibent: & non ædificabūt, & alij habitabunt: & non plantabunt, & alij comedent.

Diuus Hieronymus: quot sancti viri ædificauerunt domos, quas non habitauerunt? conseruere vineta, quorum non decerpere fructus? quot impij homines aucti bonis exteris vitam degunt, vt necesse habeas de domo spi-

Contra Iu
dizantes
ex D. Hiero-
nymo.

mo spiritali hæc intelligere. & de mansionibus apud Deum, quæ religione in cælis ædificantur, A
de quibus Dauid: Aedificabuntur ciuitas Iudææ: Iudæi accipiunt carnaliter, inquit hic diuus,
qui putant instaurandas vrbes Iudææ, quod nunquam futurum est, vt necesse habeas intellige
re de illa ædificatione spiritali, de qua D. Petrus, Superædificamini domus spirituales tanquam
lapides viui. Lege quæ dicta sunt in illa verba cap. 58. Et ædificabunt te deserta seculorum: vi-
neam intelligendam putat D. Hieronymus iuxta illud Michææ: Requiescet vnusquisque sub
vineam suam, de qua Dominus in euangelio Ioannis 15. Ego sum vitis, & vos palmites, pater meus
agricola est, cuius fructus comeduntur, & bibuntur in regno Dei, & lætificat cor hominis,
& inebriant amicos sponsi. Et huius modi domus, & vinea tantum eis fructum pariunt à qui-
bus ædificantur, & conferuntur, nam vita æterna proprijs meritis datur, non alienis. THEOD.
tropicè hæc accipienda sunt per tropum, & metaphoram dicta, domus & vinea, virtutem no-
minat, sic apostolus, Quod quis seminauit, hoc & metet, qui seminat in carne, ex carne metet
corruptionem, & qui seminat in spiritu, ex spiritu metet vitam æternam. Ita explanat CYRIL.
& PROCOP. multa citat de saturo & messe, sic dicta à D. Paulo, quæ cuius in promptu sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Secundum enim dies ligni erunt dies Secundū enim dies ligni vitæ erunt
populi mei, et opera manuum eorum in dies populi mei, opera manuū ipso-
rum inueterabunt. rum inueterascent.

PRO [secundum dies ligni] dixere LXX [Secundum dies ligni vitæ, vt lignum hoc loco, pro
ligno vitæ accipiendum esse docerent, sunt enim & interpretes, & scholiastæ. D. AVG. de
ciuitate Dei lib. 20. cap. 26. hunc locum explanat, vt lignum vitæ sit Christus, qui est sapietia pa-
tris, iuxta illud Salomonis: lignum vitæ est omnibus amplectentibus eam: vnde hic locus sic
erit explanandus [Secundum dies ligni vitæ] .i. secundum æternitatem [erunt dies populi mei]
quia regnabunt in æternū cum Christo [et opera manuum eorum inueterabunt] .i. bona quæ fe-
cerunt durabunt in æternum, quod Dominus dixit: Habebunt thesaurum in cælis, quem neq;
fur, neque tinea demolitur. PLATO in Timæo ex sacris litteris hoc videtur mutuatus, qui ho-
minem facit arborem, qui radices agat ad Deum sursum versus. Si igitur arbor sit homo futurus
qui altissimas egerit radices in Deum, & talis vita futura est hominis, qualis arboris cuius radix
non in terra hæreat, & inde trahat pabulum, sed in Deo, vnde sempiternum alimētum suppedi-
tetur ei, & alimentum, vita sit, & beatitudo indeficiens, certè vita erit ei, & beatitudo semper-
terna. THEOD. lignum vitæ interdictum est Adā ne ad illud manum porrigeret & vita viuere
sempiterna, si ex eius fructu vesceretur, quod nobis promittitur. fuit em̄ nobis lignū vitæ, crux
Domini, recipit enim veluti quendam fructum admirabilem corpus Domini viuificum, in quē
fructum qui manus extenderimus, & fructum ederimus, vita sempiterna viuemus.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Electi mei non laborabunt frustra, ne- At electi mei non laborabūt in va-
que generabunt in conturbatione, quia num, neque filios generabūt in ma-
semen benedictorum Domini est, & ne ledictionē, quia semen benedictū à
potes eorum cum eis. Deo est & nepotes eorum cū eis.

Lxx viri
semper cū
litteris a
postolicis
congruū
non sente-
tius solum
sed et ver-
bis

VERBA hæc ex litteris apostolicis enodari commodius possunt, quā aliundè [Electi mei non
laborabunt frustra. Lxx oī dei εκλεκτοι ου κενώσουσι τις κενός .i. electi mei non laborabunt in va-
cuum. quod Paulus eisdem verbis Græcis dixit: εὐδοκίᾳ δεῖν ὁ κενώσῃ ἑμῶν οὐκ ἔστι κενός ἐν κενῶ. i. scien-
tes quod labor noster non est vanus in Domino: & ad Philemonem cap. 2. quod non in vacuū
cucurri, vt sit idem cum illo. Merces eius cum eo. lege quæ in illum locum adnotauimus. Ergo
significatur hoc loco mercedem nobis esse propositam magnam nimis, cuius vmbra erat lex
vetus, veritas complebatur in Christo, in quo electis proponitur merces illa promissa magna
nimis. Quod Hieronymus vertit: Nec generabunt in conturbationem] quod verbum Hebræū
significat conturbationem, festinationem, terrorem, plagam: Lxx interpretantur, quæ nā sit hæc
conturbatio, festinatio, plaga, qui sit hic terror, in quem generantur homines, & declarant esse
peccatum originale, & pœnam, quæ ei debetur. Nascimur enim filij iræ, & ab ira Dei proficisci-
tur contur-

A tur conturbatio, festinatio, terror, plaga. & ita pro: Neque generabunt in conturbationē, verte-
runt: Neque generabunt in maledictionem: *τις κενώσῃ*, quod verbum frequentissimum est in li-
teris apostolicis: vt apud Paulū ad Galat. 3. Quicumque enim ex operibus legis sunt *οὐκ ἔστι κενώσῃ*
.i. sub maledicto sunt, & 2. Petri cap. 2. Omnes qui Christi fidem non recipiunt *κενώσῃ*, dicitur
tur .i. filij maledictionis, & apud Paulum ad Galatas 3. Christus redemit nos de maledicto legis
Sic CLEM. Alexandrinus Stromaton lib. 3. [non procreabunt filios in maledictionē] quod re-
generatis in Christo proposita merces est, reliqui in maledictionem filios generant, nec intelli-
gant contra illos esse hanc prophetiam, hæretici quoque in maledictionem generant: electi
non dogmatizant, nec generant in maledictionem. Soli igitur qui recipiunt legem euangelicā
non sunt sub maledictione, quia Christus nos redemit de maledicto legis. Nam si qui sub op-
eribus legis sunt, sub maledicto sunt, & qui fidem Christi nō recipiunt, filij sunt maledictionis.
propriū populi Christiani est nō generare filios in maledictionem, quod de generatione spi-
ritali intellige, quia semen benedictorum Domini est. Semen, apostolos esse dictos supra dixi-
mus in illud: Nisi Dominus reliquisset nobis semen, hos apostolos, Lucæ ultimo, eduxit foras
Dominus, & eleuatis manibus suis benedixit eis, & factum est dum benediceret illis, ferebatur
in cælum. & ad Ephesios cap. 1. Deus pater benedixit nos in omni benedictioni spiritali, & cū
apostoli & discipuli sunt benedicti à Deo, nos quoque ab eo sumus benedicti, qui nepotes, &
posteri eorum dicimur. Lege ORIG. in Lucæ cap. 20. homelia 39.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Erit que antequam clament, ego exau- Et erit antequam clament ipsi, ego
diam: adhuc illis loquentibus, ego au- exaudiam ipsos: adhuc loquentibus
diam. ipsis, dicam, quid est?

THEOD. sic Hierosolymis carcere concluso Paulo, dixit Dominus, Cōfide Paule, vt enim
de me testificatus es Hierosolymis, sic oportet te Romę de me testificari, sic Philippis, cō-
cuisit carcerem & vincula. Sic quod Dominus aderat statim vocatus Coryphæus Apostolorū
multa edidit in populo signa, sic enim vniuersus orbis est conuersus, quod viderent signa & mi-
racula quæ prædicatores euangelij faciebant, quod Dominus vocatus statim aderat. Lege quæ
adnotata sunt in illa verba cap. 48. tunc inuocabis & Dominus exaudiet, & clamabis & dicet
ecce adsum.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Lupus & agnus pascetur simul, & Tunc lupi & agni pascuntur simul, leo
leo et bos comedet paleas. quasi bos comedet paleas.

THEOD. [Lupus & agnus pascuntur simul], .i. principes & subditi, reges & eorum ciues, sa-
pientes, & idiotę vnā habebūt mensam, doctrinam spiritus sancti. agnos appellauit vi-
ros sanctimonia & virtute præditos. Lupos, qui plura appetunt: leones, appellauit reges, & prin-
cipes: boues, sacerdotes, & antistites: paleas, cibū sacratum sacerdotum, qui ē paleis veteris te-
stamenti doctrinam euangelicam eruit, & cibum spiritalem. non erit, inquit, leo carniuorus.
ORIG. in Ioannē in illa verba: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Quemadmo-
dum inquit corpora cibis aluntur, ita sunt etiam animorum pabula, sed non omnibus idem pa-
bulū conuenit, neque eadem mensura pabuli. Nam infantes recens nati lac sine dolo concupif-
cunt vt Petrus epistola 1. inquit cap. 2. & Paulus lactis potu aluit Corinth. infirmus olera come-
dit, perfectorum est solidus cibus: Quin etiam alius earum animarum, quæ rationis nō sunt cō-
potes, cibus herbarius, & alius scœnum, & stipula, & sic interpretatur ORIG. illud psalm. 23. Do-
minus pascet me, & nihil mihi deerit, &c. Et Esaias sic interpretandus [Leo vt bos paleas comē-
dit] homo verò qui fulerit, panem angelorum comedet. AMBROS. in Lucæ cap. 14. lib. 7. de pa-
rata coena magna, & multorum vocatione: post excusationem, inquit, diuitum, qui nolere ve-
nire inuitati ad conuiuium, contulit se Dñs ad gētes, iubet introire bonos & malos, vt bonos au-
geat, malorū affectū cōmutet ad meliora, vt cōpleretur illud Esaiæ: Tunc lupi & agni, simul pa-
scētur: & dixerat idē AMBR. in c. 10. de missione discipulorū ad prædicandū, vt cōpleretur illud
Esaiæ: Tūc lupi & agni &c. dixit Dñs, Mitto vos tanq̄ agnos inter lupos, & in psal. 118. ser. 6. cū
citatur hoc: Ecce ego mitto vos sicut oues in mediū luporū: lupi sūt heretici & persequutores, do-
cere nef-

cere nesciunt, vlulare consueuerunt. Sed nemo moueatur, si mittatur in mediū luporum, benefici Christi lupi mutantur. Beniamin lupus rapax erat, mutatus est: factus est apostolus, Paulus non iam insidiator ouilium Christi, sed defensor, & custos. Cum hoc lupo versari libet: per hūc lupum factum est vt simus tuti in medio luporum, nemo iam veretur lupos, cum his pascimur, sicut scriptum est, Tunc lupi, & agni, &c. EVSEB. Cæsarien. lib. 2. cap. 40. lupos, & leones immanes, efferos & agrestes homines nominat, qui nihilo distāt à beluis immanibus, hos traducēdos significat ad mansuetos mores, & ad fidem Christi, idem docet lib. 3. cap. 2.

D. HIERONYMVS.

Et serpentipulis panis eius, non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

LXX VIRI.

Et serpens terram quasi panem: nō nocebunt, neque corrūpent in monte sancto meo, dicit Dominus.

THEOD. [Serpenti puluis panis eius] Quia serpens per terram serpet conculcatus à sanctis **B** D. AMBROS. in lib. de poenitentia. i. cap. 13. damnati serpentis hæc est sententia, inquit, Erit tibi terra, cibus, quæ terra? ea utique de qua dictum est: Terra es, & in terram ibis, corpus scilicet hominis. Putat ergo AMBROS. significari his verbis permittendam serpenti potestatem, vt sciat tantum in corpus fidelium: dixerat enim supra AMBROS. vt noceat corpori, sed vt iuuet spiritum, & hæc vota facit idem AMBR. manducet terram meam serpens, dentem carni meæ infigat, dicat Dominus de me, trado tibi eum, tantum modo animam eius custodi. Quanta vis Christi vt custodia hominis imperetur etiam ipsi diabolo, qui semper vult nocere. & dixerat supra magna potestas, magna gratia, quæ imperat diabolo, vt se ipse destruat, se enim destruit cum hominem, quem tentando supplantare studet, ex infirmo fortiorem efficit, quia dū carnem debilitat, mentem eius corroborat. Aegritudo enim carnis peccatum repellit, luxuria, carnis culpam adolet, illuditur diabolus, vt ipso mortis suæ vulnere, cōtra se armet, quem debilitandum putauit, vt sanctum Iob magis armavit quam vulneravit, qui corpore diris perfufo vlceribus, diaboli morsum pertulit, sed venena non sensit. Sensus ergo huius loci iuxta sententiam Ambrosij est hic [Serpenti puluis panis eius]. i. permissu Dei sc̄uiet in corpus [nō nocebunt neque occident] serpentes. s. homines sanctos in ecclesia, quia magis eis proderunt: vulnerabuntur sancti à serpente corpore, sed venena non sentient animo, quia Christus iubebit diabolū vt sanctorum seruet animas. Quauis D. Hieronymus ad manū sit omnibus, neque necesse sit eius verba citare, notandum tamen quod hoc loco ait aduersus eos, qui hærent litteræ, & qui omnia litteraliter interpretanda putant, ridiculos futuros, qui pro magno putarent promitti nobis in montē sanctū Dei venturos leones, & paleas esse depasturos, mutata natura rerum, eluuiem serpentum, luporum, illuc cōmeaturam, neque nocituram cuiquam. Magna res si versentur homines inter serpenteis & rerum ipsa natura mutetur.

IN ESAIAE CAP. LXVI.

D. HIERONYMVS.

Hæc dicit Dñs, cælum sedes mea terra autem scabellum pedum meorū, Quæ est ista domus quæ ædificabitis mihi? & quis iste locus requietionis meæ?

LXX VIRI.

Sic dicit Dñs, cælū mihi sedes, at terra scabellum pedum meorū, Qualem domum ædificabitis mihi? aut qualis domus requiei meæ?

Diuus Lucas actorum cap. 7. hæc verba citat iuxta translationem Lxx, si Græca Græcis compares. D. Hieronymus hunc locū explanat diuinitus, hoc in quienste testimonio vsus Stephanus dixit, Solomon ædificauit Deo domum, sed non in manufactis excelsus habitat, sicut propheta ait, Cælū mihi sedes: quo vaticinio PROC. & CYRIL. cum D. HIER. docet repudiari templum, & sacrificium veteris legis, postquam venit verum templum, cuius typus erat templum Hierosolymorū, hoc est Christus: nam corpus Christi verum Dei templū est, quod ipse Dominus declarauit cum dixit: Soluite templum hoc, & subijcit euangelista, hoc dicebat de templo

A templo corporis sui, postquam enim venit veritas, euanescit vmbra. CHRYS. etiam in Actorū cap. 7. homil. 17. docet his verbis repudiari templū: Vide quomodo, inquit, illos paulatim abducit ab vmbra, & ad veritatem traducit D. Stephanus, quod indignum sit hæc Deo dicere, vndē subijcit, Dura ceruicē, vos semper spiritui sancto resististis. Quando nolebat esse sacrificia, vos sacrificabatis: quando iterum volebat, non sacrificabatis: quando stabat templum, excelsa montium petebatis: quando vult absque monte sibi seruire, contrā vos templum petitis: Sic D. Stephanus, interprete D. CHRYS. totum hunc locum explanat, vt propheta dicat verbis Domini cælum Domino esse sedem, terram scabellum pedum eius, quæ est ista domus, quam ædificare quis dignetur Domino? repudiaste Dominū templum, repudiaste ceremonias, & sacrificia veteris legis, quod vmbra, & typus fuerint legis nouæ, & cum iā mortalibus affulserit veritas, nihil loci esse relictum typis, & vmbis. D. HILAR. lib. 1. de Trinitate, quærit cū supra dixerit: Qui tenet cælū palmo, & terram pugillo] cur nūc dicat [cælum mihi thronus est, terra autē scabellū pedum meorum] respondet, sermo Dei in quiens, plus significationis introspectus sensu continet, quam exceptus auditu. nam conclusum palmo cælū rursum Deo thronus est, & terra Dei pugillo contenta eadem scabellum pedum eius est, nam in throno, & scabello secundum habitum confidentis protensio corporis intelligitur, vt significetur quod Deus intra & extra est, supereminens & internus. i. circumfusus, & infusus in omnia, palmo tamē, & pugillo cōtinens omnia, vt eius magnitudo monstretur, & extra omnia esse creata, & cōtinere ea. ATHAN. lib. de vnita, & sempiterna substantia sanctissimæ Trinitatis, docet incomprehensibilem diuinitatis virtutem significari cum dicitur cælum Dei palmo contineri, & thronum Dei esse, & terrā Dei pugillo concludi & rursum scabellum pedum eius esse, ac per hoc vniuersa implet, & continet, exterius, & interius, & vbique præsens est. HILAR. lib. 4. de Trinitate mōstrat doceri nos hoc loco incomprehensibilem esse Deum. Idem in psalmum. 131. significari hoc loco monstretur humanam operationem non posse facere domum Deo, quod psalm. 126. significatur cum dicitur: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eā. Solus Dominus noster Iesus Christus hoc opus effecit, vt hominem ad scientiam diuinam eruditum, habitaculum Deo redderet, nam esse hominem sedem & habitationem Dei, declarat propheta dicens: **C** Quia in his inhabitabo & ero illorum Deus. & alibi: In æternum exultabunt, & habitabo in illis, verus Solomon Christus verus ædificator templi Dei fuit, quæ est ecclesia Dei quæ ab ortu solis pertinet ad occasum vt Dominus habitaret in pauperculis, & humilibus. in sanctis viris. ORIG. in Matt. cap. 21. cum terram, inquit, scabellum pedum eius appellat Dominus, non ignominiam sed gloriam significat, quæ de Deo modicam aliquam & nouissimam intelligit partē. quæ moraliter appellatur pedes eius quod paruam cognitionem, habet de Deo, quia videmus nunc in ænigmatē, & Dominum cognoscimus per speculum, per visibilia, quæ ipse fecit quæ pedes Dñi appellamus. Vndē ecclesia super terram, inquit Origenes, appellatur, scabellū Dei. & cum dicitur: Cum autem subiecta illi fuerunt omnia, & cum ponuntur inimici scabellum pedum Dei, magna beatitudo est, ex inimicis scabellū Dei fieri, & subijci Deo. D. CHRYS. in ser. de Trinitate scabellum pro carne Christi accipi docet. & sic illud psal. 98. interpretatur, Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctus est: vbi apostrophē facit ad Dauid Chrysostr. Terram nos iubet adorare o beate Dauid? & quomodo legem Moses ponit, neque cælū, neque terram, neque quæ in eis sunt adoranda? videte sacramentum, quoniam adoraturus erat nostram carnem absque macula, caro autem nostra ex Adā, ex terra est, iuxta quod dicit: Adorate scabellum pedum eius, & cælum mihi sedes terra, scabellum pedum meorum: nos autem terram non adoramus, sed Deum uerbum, qui vniuit sibi absque peccato carnem, quæ ex terra formata est Adā. D. AVG. in psal. 98. interpretans illud. Qui sedet super Cherubim, &c. cōmoueatur terra: Cælum, inquit, non hoc, quod oculis nostris suspicimus, valde pretiosum est Deo, cælū Dei, animæ sanctæ sunt. Cælorū Dei mētes angelorū sunt: cælū Dei, omnes mentes seruorū eius sunt, de quo dictū est, cælum mihi sedes. & epistola 222. ad Consentium sic explanat illud precationis Dominicæ, Pater noster qui es in cælis: Non quia ibi est, inquit, & hic non est qui presentia incorporeus vbique est totus, sed quia in eis habitari dicitur, quorū pietati adest & hi maximē in cælis sunt, vbi conuersatio nostra est, nam si carnaliter acceperimus, quod scriptum est, inquit [cælum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorū] & ibi, & hic cum esse credere debemus, quauis non totum ibi, quia hic pedes essent, nec totum hic quia ibi essent superiores corporis partes, quam cogitationem carnalem illud excuteret quod scriptum est: Qui

Ecclesia super terram scabellū pedum Dei appellatur, et cur?

est: Qui cælum mensus est palmo, & terram pugillo, quis enim sedeat in spatio palmi sui? aut A in tanto loco pedes ponat, quantum pugillo apprehendit: nisi non solum membra, sed mōstrofa membra Dei confingit, vbi palmus lumbis sit latior, & pugillus pedibus, sed hęc dicuntur vt cum sibi non conueniāt, quæ carnaliter audimus, cogitemus spiritalia. Et rursus idem AVG. in psalm. 98. interpretans illud: Adorate scabellum pedum eius, alio inquit loco scriptura dicit [cælum mihi sedes, terra scabellum pedum meorum] ergo terram nos iubet adorare Deus hoc loco cum dicit, Adorate scabellum, &c. Et quomodo adorabimus terram? cum dicat scriptura, Dominum Deum tuum adorabis, &c. & hic dicit, adorare scabellum, & exponens quid sit scabellum, rursus dicit, terra scabellum: anceps factus sum, timeo adorare terram, ne dānet me, qui fecit cælum & terram: rursus timeo non adorare scabellum, quod propheta dicit, Adorate scabellum pedum eius: & Esaias: Terra scabellum: conuerto me ad te Christe, hic inuenio quomodo sine impietate adoretur terra, susceperit enim de terra terram Deus, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, & in ipsa carne ambulauit hic, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo enim illam carnem māducatur nisi prius adorauerit, &c. B & in psalm. 121. in illa verba: Quoniam ibi sederūt sedes: cælum inquit mihi sedes, Qui sunt isti, nisi iusti? aut quid est cælum, nisi ipsi cæli, sicut ipse ecclesiæ, vna est ecclesia & ipsi cæli. ipsi iusti, vnum est cælum.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Omnia hæc manus mea fecit, et facta sunt vniuersa ista. Omnia enim hæc fecit manus mea & sunt mea omnia ista, dicit Dominus.

Hæc omnia explanata sunt, vt diximus, à sanctis patribus, & à D. Stepha no. Quod Hierony. dixit, Facta sunt vniuersa ista: Hebraicè est: Et fuere omnia ista: vt totū sit [Omnia hæc manus mea fecit & fuere omnia ista] vt sit sensus, omnia hæc manus mea fecit, & à me habuere esse omnia ista. i. indè habuere esse omnia ista, quod manus mea ipsa fecit: Lxx pro his edidit, Manus mea hæc omnia fecit, & sunt mea omnia ista, paraphrasim videlicet more tuo textentes ex alio scripturæ loco, quo dicitur psalm. 49. Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum, & infrà, Meus est orbis terræ, & plenitudo eius & illo Dauidis psalm. concessu omnium patrum abrogatio caeremoniarum sacrificiorum veteris legis præsignificantur, & prædicitur lex spiritalis, quod hoc loco fit, vt interpretantur omnes veteres patres, quorum sententiā retuli. hæc verba ad tempora ea spectare videntur, cum iam deflagraret templum Domini Hierosolymis post crucem Domini, ne sperent ludæi instaurandum [templum mihi erit, pauperulus humilis, & tremens sermones meos] i. vnusquisque adorabit iam in spiritu, non necesse est petere templum Hierosolymorum posthac, & ideo nunquam instaurabitur, quod dictum est per prophetam. vnusquisque adorabit Dominum de loco suo, neque aliud est. Nūquid māducabo carnes taurorum, & sanguinem hyrcorum potabo] quam quod propheta subiūgit, qui immolat bouem quasi qui interficit virum. Nam Lxx seniores ideo ex alijs locis scripturæ aliorum faciūt paraphrasim vt ex collatione diuersorum locorum sensus verus scripturæ appareat, & ex alijs locis alios interpretentur, & refellant ludæos, qui hæc omnia peruertunt. & certè si de ædificato templo sermo esset, & non exciso, & vastato, aut saltem vastationi proximo, & incendio, non dixisset: Quam domum edificabitis mihi? Nam iam olim illud erat ædificatum. D

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Ad quem autē respiciam, nisi ad pauperulum & contritum spiritu, & tremulentem sermones meos? Et super quē respiciam, nisi super humilē, & quietum, & tremulentem sermones meos?

Describitur nunc templum Dei, quod est ecclesia catholica, quod est populus fidelis, hoc verum templum Dei est, quod templum fecit verus Solomon Christus, verus Rex pacificus, cuius typus erat Solomon ille, qui templum ædificauit Hierosolymis, quod etiam typus & umbra huius fuit, & ideo, vt pluribus dictum est supra, postquam venit veritas dirutum est hoc templum, quod umbra erat [Pauperulus ergo siue humilis (vtrunque enim significare vocem hanc Hebræam ostendimus supra) pauper igitur populus & humilis] qui relictis rebus omnibus

A omnibus, humilis iussa Dei sequitur, templum est sanctissimæ Trinitatis. Vnde THEOD. Ego habeo domum veram, & templum sanctum] quod secundum præcepta mea gubernatur, [populū] eum, scilicet, qui timet me, & contremiscit ad sermones meos, qui mansuetus est, & humilis corde, is populus, domus mea est, & templum sanctum meum. B. PROSP. de promissionibus Dei part. 3. cap. 27. Templum Domini Solomon fabricauit, sed quia scriptum est: Altissimum non habitare in manufactis, ideo rex noster, vera pax Christus Dominus ex lapidibus viuis domum construens spiritalem, fidelium corda suorum, non tantum singula templa in singulis, sed vnum ex omnibus templum fecit verus Solomon, verus rex pacificus, vnde dicit Apostolus: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis, in quo spiritalis hostia per ipsum principem sacerdotum offeruntur Deo: ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Vnde AMBR. in psal. 36. interpretans quid sit mansuetus, inquit: Mansueti sunt, quos nullus stimulus dissensionis exagitat, non ira perturbat, non sæuitia exasperat, non rabies crudelitatis inflammat, hos templum esse dicit spiritus sancti, iuxta illud Esaiæ: Super quem requiescam nisi super humilem? & Hexameron lib. 6. Idem AMBR. cap. 8. interpretans hunc locum: Esto humilis & quietus, vt in tuo Deo requiescat affectu, qui non dicitur requiescere in bestijs, neque requiescit in pectore bestiali, non requiescit in ijs de quibus Dominus: Veniunt ad vos in vestitu ouium, intus sunt lupi rapaces. Lege eundem AMBR. eodem libro cap. 10. CYRIL. de spiritu & literalib. 15. vbi docet oportere, vt nos sistamus Deo puros & mudo corde in oblatione sacrificij: Propheta (inquit) Esaias, Ad quem respiciam nisi ad humilem? &c. Si verbis Domini aurem accomodemus, exorabimus Dominum, & potiemur optatis aded, vt præ gaudio dicamus: Exaudiuit Dominus vocem meam de templo sancto suo. Sed qua via contingit illud, inquit Cyrillus, vt corda mundemus? nam delicta quis intelliget? & in multis offendimus omnes, ægrotat natura in peccatum, & ab ipso ortu peccatum trahit, & propendet ad malum ab adolescentia, iuxta illud quod scriptum est: Omnes declinauerunt, non est qui faciat bonum: Deus pater de cælo misit seruatorem, proprium filium, qui fide viuam in ipsum nos iustificaret, liberaret poena, & quod imbecillum esset, robustum redderet: quæ versabantur in tenebris, cælesti lumine illustraret: contrita, & fracta ligaret, in viam reuocaret errantes, oppressos diabolica tyrannide assereret in libertatem, & templum Dei faceret, quod hoc loco prædicit propheta futurum, & prophetarum omnium vocibus est testatissimum. CHRYSOS. in 1. caput Genesios homilia. 9. Idcirco Christus dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. nam qui verè seipsum humiliat, nunquam poterit ira commoueri, & proximo succensere, quia anima eius in sui consideratione occupata est & humiliata, quo quid potest esse beatius? Quicumque talis est, in portu continuè sedet, ab omni tempestate liber, oblectatur in serenitate cogitationum. vnde Dominus: Inuenietis requiem animabus vestris, nam talis multa requie fruitur. Contrà verò, qui nequit seipsum moderari, perturbationibus obnoxius semper est, domi bellum habet, nemine persequente turbatur, grauem sustinet tempestatem. Quod Hieron. dixit [contritum spiritū] Hebraicè est: נכה רוח, quod verbum Hebræi interpretantur, percussum, flagellatum corde. Et ARIST. docet lib. 3. ad Nicomachū, oportere parteis animi, rationis expertes castigare, & cohibere, quod ita se habet ista natura harū animæ partium irrationabilium, vt nisi cohibeas, & nisi frænes, euadant in immanes beluas, quæ rationem proterant pedibus, vnde dycolos appellatos putat malos homines, quasi dicas, non castigatos, qui non castigauere illas animi parteis, nam si illas castigassent, inquit Arist. extenuassent, & exiccassent ita, vt rationi non obstreperent, & pars rationalis magnas sibi vires fecisset, & partes rationis expertes castigatas & flagellatas habuisset dicto audientes, vnde Lxx seniores pro [Flagellatum animo, & castigatum] dixere [tranquillum animo, & quietum] Docent etiam Hebræi נכה רוח, significare debilem, & claudum animo. Et PLAT. in lib. de legib. & de Rep. multus est in hac parte, vt nos doceat parteis animi rationis expertes exiccandas esse, ita vt prorsus arefcant, quod futurum putat, si eas non irriges, irrigantur porro aut cogitationibus, aut actibus, si abstineas à prauis cupiditatibus, & à prauis actibus, si neque quicquam legas, neq; audias quod spectet ad prauas cupiditates, aded vt neq; poemata legas obscœna, nec cantilenas audias obscœnas, nec mimos, aut comedias, de rebus obscœnis audias, nec choræis foeminarū intersis, nec huiusmodi spectes nugas, colloquijs foeminarū abstineas: fiet, inquit, vt quemadmodū herbæ quæ nō irrigantur paulatim arefcunt, sic hæc partes arefcant quoque. Irrigandam verò partē rationālē esse ait, vt crescat, & magnas vi-

gnas vires sumat, vt vendicet sibi magnum robur: Irrigatur porrò (inquit) rerum caelestiu do- A
ctrina, Dei Opt. Max. contemplatione, & vt herbæ irriguæ, & arbores virent, & magna sumit
incrementa, ita ratio his rebus irrigua viget, & valet, & ita futurum putat, vt ratione valeamus,
claudi simus partibus irrationalibus, & debiles, quod Dominus dixit: Beati qui se castrau-
erunt propter regnum caelorum. Nam philosophi omnia ex sacris literis mutuuntur, & verissi-
mè hæc ab Arist. & Platone dicta sunt: nam si confessum est inter philosophos, eum qui in te-
nebris esset quadriennium vel quinquennium, vt prorsus nullam lucem videret, & qui abdi-
tus esset ijs locis, vbi nullam prorsus audiret vocem, diutissimè per quinque, sexve annos, cum
indè extraheretur, alterum futurum orbatum luminibus, alterum auribus captum, qui minùs
hoc contingat in cæteris animi partibus? significat etiam illud verbum Hebræum [contritum
corde] de quo CHRYS. homil. 6. ex varijs in Matth. locis: multi sunt modi humilitatis, pro-
pheta cum dicit: Super humilem requiescam] non simpliciter humilem significat, sed contra-
ctam nobis mentem designat, & nimis contractam, vt in illo: Spiritus contribulatus, cor con-
tritum & humiliatum. Eodem modo explanat hunc locum in cap. 4. Matth. homil. 15. addit-
que vtroque loco mala maxima, quæ toti orbi intulere perniciem ex superbia mentis exorta B
esse, nam & diabolus, qui antea talis non fuerat, per hoc diabolus effectus est: quod Paulus si-
gnificat cum dicit: Ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli, & primus ille homo
Deum se credens futurum, etiam quod habebat, amisit. Hoc enim ei Dominus exprobrat, ac
stultitiæ eorum insultans ait: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, contrarium ægritudini
remedium humilitas est. PAGN. tamen Iudæorum sententiam secutus, & quasi refellens ve-
terum patrum & D. Stephani sententiam, addidit de suo, tria verba, cum toto hoc: legit enim,
Cum toto hoc respiciam ad pauperem: vt his verbis non repudietur lex vetus, nec inducatur
lex noua, sed valeat Iudæorum interpretatio, denique verba illa Hebræicè non sunt.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui immolat bouem, quasi qui in-
terficit virum.

virum qui percussit bouem iugulans
וְשָׂרָף אֶת הַבָּיִת וְשָׂרָף אֶת הַבָּיִת

Transgressor legis autem qui immo-
lat mihi vitulum, quasi percutiens
virum.

ο οὗ ἀνομιᾶς ὁ θύων μοι βόσκον ὡς ὁ ἵνα κτενῆσθαι

CLEM. Alexand. Stromaton lib. 5. Repudians, inquit, sermo diuinus, templum veteris le-
gis & sacrificia quæ ibi fiebant, & veteris legis caeremonias, priùs dixerat: Quam domù
ædificabitis mihi? Et postea: Sanguinem taurorum, & adipem agnoram nolo. CYRIL. his ver-
bis palàm facit Dominus, se legis cultum non recipere, & odio habere, cum dicit: Qui sacrifi-
cat mihi vitulum, est perindè ac is qui occidit canem aut hominem. Hæc sententia est HIER.
PROC. CHRYS. HILAR. AMBR. THEOD. cæterorumque patrum, quos citauit, & quod
multò maiùs est, diui STEPH. PAGN. vt dixi, verba addidit de suo scripturæ sacræ, vt possit
pertrahi ad sententiam Iudæorum. VATABL. hoc loco ait reprehendi ab Esaia suorum tẽm-
porum mores, quasi dicat, nihil hic de repudio legis veteris, sed sic intelligendus est hic locus:
Qui immolat bouem] citra fidem, scilicet, quasi qui hominem interficit. Si licet ita subaudire
quæ volēs, ô Vatable, & addere de tuo verba quæ volēs literis sacris, facilè erit eludere omnia
oracula. Possit hæreticus dicere: Vnum cole Deù, cum potes. nã inter tormenta licebit colere D
idola. Itemq;: Ne iures vana per illũ, nisi cum dispendio vitæ, aut rei familiaris, scilicet. Deni-
que qui publicis tabulis verba adderet, aut instrumentis, & testamentis publicis quo crimine
implicaretur, vides. Indè conijcies, quantum sit crimen, Dei instrumẽto verba addere, aut sub-
audiendis verbis, & orationibus diuini instrumenti sensa eludere. Sed dices Lxx seniores hoc
idem fecisse, qui sic vertèrẽ: At iniquus immolans mihi vitulum, quasi percutiens virum] quo
loco videntur subaudisse idem, quod Vatable, primò vocem illam ἀνομιᾶς i. iniquus, aut legis
transgressor, non agnoscit CYRIL. neque D. BASIL. in regulis fusiùs disputatis, interrogat. 29.
quanquam D. Basil. sic intelligere videtur hunc locum vt Iudæi, vndè hæc vox addita videtur
ex aliorum translationibus, qualia multa esse in Lxx virorum interpretatione nos docet diuus
Hieronymus, sed cur? si D. Basilus sic interpretatur, tantoperè id reprehendimus? Nempè
quod vterque sensus his verbis significatur, & vtrunque sancti amplectuntur. Sed si verba
addas scripturæ, aut subaudienda dicas, conuelli sententiam diui Stephani, & veterũ patrum
omnium,

A omnium, quorũ sententiam supra retuli, qui de lege noua hæc interpretatur, & de abrogatio-
ne sacrificiorum veteris legis, qui verus sensus horum verborum est, & literalis, congruens
antecedentibus & sequentibus. Potest tamen accommodari ad alia, quod in multis locis fit, &
possunt habere alterum quoque sensum, nam & hoc, & illud sæpè vna oratio significat. Potest
etiam translatio Lxx sic reddi Latine: Legis transgressor est, qui immolat bouem, vt qui inter-
ficit hominem] i. qui post aduentum Christi interficit bouem, ita legis est transgressor (quia iã
abrogata est illa lex) vt qui interficit hominem, atq; adeo multò magis. Significat enim Chri-
stum venturum, nam sacrificia veteris legis, Christum venturum significabant, & qui signifi-
bant. Christum venturum, venisse negabant. Cur autem taurus, & vitulus Christũ significarẽt,
suprà dictum est, & pleni sunt sanctorum patrum libri harum rerum interpretatione.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Qui immolat pecus, quasi qui excere-
brat canem.

Et sacrificans de grege, quasi occi-
dens canem.

B ORIGEN. in Genes. cap. 26. homil. 14. Scriptum est (inquit) apud Oseam, Et in manibus
prophetarum assimilatus sum, &c. Qui sermo indicat, quod cum vnus sit Dñs Iesus per
substantiã suã, & nihil aliud quàm filius Dei sit, in figuris tamẽ scripturarũ diuersus ostenditur.
Taurus dicitur, aries, ouis, hœdus, agnus, alijsque multis nominibus, & varijs de causis, & cetera,
quæ adiecit Orig. Igitur Lxx pro, pecude, vel arietem, quod Hebræicè est תִּשְׁבֵּן, vertèrẽ: Sacri-
ficans de grege] i. quicquid sacrificat Iudæus, siue arietem, siue ouem, siue agnũ, aut vitulũ post
Christũ passum, & promulgatũ iam satis euangelium, sacrilegus est, quod testatur Christũ ven-
turũ, quod hæc omnia sacra erant signa Christi venturi, & qui venturũ testatur, venisse negat.
Pro תִּשְׁבֵּן, voce vulgatissimæ significationis, ne quis eos lapsos dicat. i. pro agno & hœdo, reddi-
dèrẽ [quicquid ex grege sumitur] ea mète vt nobis significarent, postquã aduenerit veritas, o-
mnè vmbra, & omnè typũ repudiari. CYRIL. li. 15. de spiritu & litera: Oblatus est, inquit, Dñs
pro nobis in star hœdi, aut agni immaculati: quatenº em̃ sumpserat sibi similitudinẽ carnis pec-
cati, & quatenus inter iniquos reputatus est, hœdus figura eius fuit, vt infructuosus, siccus, fœ-
tidus, noxius: nocet em̃ morsus eius viti, & ideo exhibet figurã peccatoris, huius similitudinẽ
cum Christus gereret, quippe qui similitudinẽ sumpserat carnis peccati, significabatur illo hœ-
do qui sacrificabatur in veteri lege. Agnus etiã typus Dñi erat, propter innatã mansuetudinẽ.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Qui offert oblationem, quasi qui san-
guinem suillum offerat.

At offerens similam, quasi sangui-
nem suillum.

P Ro, oblatione] Hebræicè est תְּחִינָה, holocaustum vespertinum, & munus quod offerretur
Dño, quod typus erat Christi, qui vespere. i. nouissima hora venturus erat, & passurus pro
nobis, & futurus erat oblatio, quã nos offerremus Dño. & à minchah, quod hoc significat, di-
ctã apud nos missam esse creditur: certè, minchah, tã notã significationis apud Hebræos est, quã
apud nos, missa. Ignoretne puer septuennis, quid sit missa? non sanè. Quis ergo credat Lxx vi-
ros doctissimos ignorasse quid sit, minchah? Vides ergo interpretari scripturã, & non morari
verba, & pro, minchah, reddidisse similã, quod typos omnes significarẽt excludendos, nã ipsa
sacrata Eucharistia, dicitur sacrificiũ & oblatio, atq; adeo sacrificiũ vespertinũ, quæ loco sacri-
ficiorũ veteris legis est. Noluèrẽ Lxx ponere quicquã horũ, quod hæc veritatẽ possent signifi-
care, noluèrẽ quicquã ponere, quod non planè significaret typũ & vmbra. Posuèrẽ ομοιωσιν
i. similã, quæ etiam sacrosanctæ eucharistiæ typus erat, vt ostenderent typos reijci, nã nulla a-
lia causa fuit, cur per minchah, redderent similam. Idem D. CYRIL. lib. 10. de spiritu & litera,
interpretans illud Leuit. cap. 24. de duodecim panibus ex simila: Duodecim (inquit) panes ex
simila, duodecim sunt apostoli, quod Dñs apostolis suis nominibus participat, nam ipse, lux
vera est, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ, & apostolis dicit: Vos estis lux
mundi, ipse siloah. i. missus à patre. & suos, apostolos nominat. i. missos, nam idẽ est siloah, He-
bræicè, quod apostolus, Græcè, vtrũq; em̃ significat missum, ipse pane illo ex simila significaba-
tur, & ipse panis est, de caelo descendens, animorũ pabulũ viuificatiuũ, appellatur panis à simili-
tudine panis quo corpora aluntur. Panis em̃ corporũ, Christº animorũ est pabulũ. Cõmunicat
ergo suũ nomẽ apostolis, qui sua doctrina nobis vitã spiritalẽ suppeditarunt, & famẽ ignoratiẽ
credetiũ animis exemèrẽ: duodecim ergo panes erant, in medio habebãt vnũ, Christũ videlicet.

Rrr 2 D. HIE.

Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo.

Dans thus in memoriale, quasi blasphemus.

Pro eo quod Hebraicè est, vt vertit D. Hieron. Qui recordatur thuris quasi qui benedicat idolo] edidère Lxx viri. Dās thus in memoriale, quasi blasphemus] i. qui dat thus in typū, & in memoriam Christi venturi quasi blasphemus: blasphematur enim, quod testatur Christū venturum, qui iam venerit, nā qui venturum testatur, venisse negat & blasphemus est. PAGN. & VATABL. vertunt: Qui recordari facit thuris] i. qui adolet thus, & sufficit thus. R. Selomoh, & R. Dauid sic interpretantur in comment. quæ stulta interpretatio est. Quis enim sic loquitur vnquam? Qui idola colit, quasi qui idola colit? Qui minus stultum est, qui adolet thus idolis, quasi qui idola colit? Nisi velis dicere quod Lxx viri dixere, qui adolet thus in memoriam Christi venturi post crucem Christi, non minus peccat, quàm qui idolatra est. Ita Lxx controuersia de huius loci intellectu, solo hoc commentariolo tollunt quod pro tralatione edidère.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Hæc omnia elegerunt in vijs suis, et in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vnde et ego eligam illusiones eorum, et quæ timebant adducam eis: quia vocaui, et non erat qui responderet: loquutus sum, & non audierunt. Fecerunt que malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt.

Et ipsi elegerunt vias suas, & abominationes suas, quæ anima ipsorum voluit, & ego eligam illusiones eorum, & peccata eorum retribuam eis, quia vocaui eos, & non audierunt me: locutus sum, & non audierunt: & fecerunt malum in conspectu meo, & quæ non volebam elegerunt.

CYRIL. Quia luce euangelica repudiata, voluerunt potius sequi suas cogitationes, quibus putabant se posse impedire prædicationem euangelij, conuenienter vitæ priori, quæ colebant idola, & cum ipsos vocare, & dicere: Venite ad me omnes qui laboratis, & qui sititis venite ad aquas. & noluerunt, sed elegerunt potius tenebras, quam lucem, ego eligam quoque ludibria eorum, & peccata eorum retribuam eis] i. delebo eos per Romanos. Idem sentire videtur THEODOR. Quod D. Hieronymus reddidit: Hæc omnia elegerunt in vijs suis] Hebraicè est: הַמַּדְרֵשׁ הַזֶּה בְּחַרְוֹ בְּדַרְכֵי הַיָּם, quod verti potest ad verbum: Etiam hæc elegerunt in vijs suis] Neque scio quid quisquam reprehendat in versione D. Hieronymi, cum hæc ad verbum reddita sint ex lectione Hebræa. aut cur quisquæ lectione Hebræam puncto velut obelo signauerit, tanquæ parum fideliter reddita à D. Hieron. Potest etiam reddi Latine: Etiam ipsi elegerunt vias suas] vt reddiderunt Lxx, quod הַמַּדְרֵשׁ, potest verti: Hi, casu nominandi: & hæc, accusandi casu: בְּדַרְכֵי הַיָּם, Hebraismus est, qui reddi potest: In vijs suis] vt reddidit D. Hieron. [& vias suas] vt verterunt Lxx. CHRYS. in demonst. aduersus gentiles, quod Christus sit Deus, his verbis significari putat, idem quod illo Moysis oraculo: Irritabo vos in non gente, in gente insipiente irritabo vos. Quod enim populus Iudæorum prouocauerat Dñm in ijs qui non erant dij, quod significatū est his verbis: Hæc omnia elegerunt in vijs suis] i. elegerunt colere idola, & dæmonia gentiū & abominationes suas, quæ anima ipsorum voluit, Ego irritabo vos in non gente] inquit Dñs] nam populum gentium, non gentem nominat. Non enim putabatur esse gens ob vilitatem nimiam, ob stultitiam, insipientiā, sed mutatio hæc, fide facta est, vt nunc postquam receperint fidem, multo dignior sit facta quàm erat olim populus fidelis Iudæorum. Et vide etiā in illo Moysi, quomodo declararit hoc ægrè laturos Iudæos, & inde irritatos futuros meliores. Dicit em̄ Irritabo vos in non gente] i. tanta dabo ipsis bona, vt æmulatione corripiamini, & efficiamini meliores, nam cum audirent Moysen, & prophetarum viderent signa, mare diuisum, petras scissas, & alia prodigia, colebant idola. At vbi nos ad fidem accessimus, longeque venerabiliores apparuerunt res nostræ quàm illorum, & ipsi zelotypia laborarunt, & humiliati redierunt ad fidem: & qui impij esse persistenterunt & infideles, non colunt idola post crucem Christi, postquam introière gentes in ecclesiam, irritati zelo nationum infidelium quæ idola abiecerant. Hæc Chrysofost. Significat etiam hoc loco quod ait CYRIL. & THEOD. Dñm irrogaturū de bitas

A bitas poenas; quod factum est, cum armis Romanorum delati sunt, quod significant verba illa: Ego eligam illusiones eorum] ita enim ludibrio sunt habiti à Romanis, vt supra diximus ex Iosepho, vt ipsi Dominum illudebant; quod magis significant sequentia: Quæ timebant adducam eis] quod videtur alludere ad illud Euangelij: Expediit vt vnus homo moriatur pro populo, ne veniant Romani, & tollant gentem nostrā. Timebant ne venirent Romani, & tollerent gentem Iudæorū. Ait Dominus se adducturum contra eos quod timebant, vt venirent Romani & tollerent Iudæos, quod factum est. Pro hoc reddidère Lxx: Peccata eorum retribuam eis] faciunt enim paraphrasim ex alijs locis scripturæ; & præsignificatum esse ab hoc propheta, repositurum Dominum Iudæis vices, vt quemadmodum ipsi abiecerunt Dominum, & elegerunt idola, ita ipsi repudientur, & excludantur ab ecclesia, nationes verò infideles eligantur ad fidem, & vt ipsi Dominum tradiderunt Romanorum armis, ipsi quoque Romanorum armis traderentur: vt ipsi Dominum vendiderunt per exiguo pretio, ipsi quoque venierint vilissima pecunia: vt ipsi Dominum affecère plagis, cædatur innumerabilis ipsorum multitudo fustibus, & plagis à Romanis: & vt ipsi affecère Dominum cruce, innumerabiles quoque principes ipsorum cruci suffigantur, quæ omnia facta leges apud Iosephum de bello Iudaico, vt diximus in cap. 3. huius prophetæ. [Quia vocaui eos, & non audierunt me] quæ verba interpretatur CYRIL. de aduentu Domini. EVSEB. Cæsariens. lib. 9. demonst. euangel. cap. 11. Cum Dominus inquit] dixisset, se non venisse nisi ad oues, quæ perierant de domo Israël, & mandata dedisset apostolis, ne irent in viam gentium, irent potius ad oues quæ perierant de domo Israël, Iudæi tantam gratiam non susceperunt, propheta dicit: Quoniam veni, & non erat qui audiret, vnde ad illos Dominus inquit: Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. Et discipulis præcipit postquam Iudæi repudiarunt euangelium, vt abirent & docerent gentes in nomine suo. Feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt] Eodem spectat. significatur enim his verbis, Iudæos infideles conatos impedire prædicatione euangelij, & persequutos fuisse populum fidelem, & elegisse aduersari Domino, & vijs eius.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Audite verbū Domini, qui tremitis ad verbū eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos, et abijcient es ppter nomē meū. Glorificetur Dñs, et videbitur in lætitia vestra, ipsi autē cōfundentur.

Ακούσατε λόγον κυρίου οἱ τρέμοντες τον λόγον αὐτοῦ, εἰπάτε ἀδελφοίς ὑμῶν τοῖς μισοῦσι ὑμᾶς, καὶ ἀβιψουμένοις, ἵνα τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου δοξασηθῆ, καὶ ὁρθῆ ἡ τῆ εὐφροσύνη ὑμῶν, καὶ ἐκείνοι αἰσχυνθησονται.

Dixerunt fratres vestri odientes vos, et abijcient es ppter nomē meū. Glorificetur Dñs, et videbitur in lætitia vestra, ipsi autē cōfundentur.

Dicite fratribus vestris odiētibus vos, & execrantibus, quod nomen Domini glorificetur, & appareat in lætitia vestra ipsorum & illi confundentur.

Lectio Hebræa, & Lxx virorum translatio, ante oculos ponit resurgentem Dominum gloriosum, & apparentem apostolis cum magno eorum gaudio, & Iudæorum confusionem, cum renunciauerunt custodes resurrexisse Dominum. Sic vertes lectionem Lxx virorum, quæ reddita ab interprete est parum exactè: Dicite fratribus vestris, odientibus vos; & execrantibus, quod nomen Domini glorificetur, & appareat in lætitia vestra ipsorum & illi confundentur] nam *αὐτῶν*, spiritu tenui, ipsorum, vertendum est, sed ex sermone Hebræo est legendum cum spiritu crasso, *αὐτῶν*, vestra ipsorum, vt sit pronomen compositum plurale, commune tribus personis. Vide ergo quàm apertum testimonium: Dicite fratribus vestris] id est, Iudæis, quod apostoli & discipuli Domini ex Iudæorum plebe erant. vnde D. Paulus: Cupio anathema esse pro fratribus meis. Odientibus vos] qui vos odere, quod Christum sequimini] & execrantibus] quia Iudæi excōmunicabant eos qui dicerent Dominum esse Christū. iuxta illud Ioann. 9. Conspirauerunt enim Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum extra synagogam fieret] quod nomen Domini glorificetur, vel, vt glorificetur nomen Domini] i. quod resurgat gloriosus Dominus] & glorificetur, & videatur in lætitia vestra ipsorum] i. vt appareat vobis cum maximo gaudio vestro. iuxta illud: Gauisi sunt discipuli viso Domino. & iuxta illud quod Dominus dixit de eadem sua sacrata resurrectione Ioann. cap. 16. Vos plorabitis & flebitis, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et infra, penè verba prophetæ dicuntur. Nunc quidem tristitiam

Rrr 3 habetis,

habebis, iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. **A** Nam illud: Videbo vos, & gaudebit cor vestrum] quis non videat idem esse cum verbis illis: *כי אפני בן ויפגועוהו אורא*. i. videatur in lætitia vestra ipsorum. vt sit: Sinite vt appareat gloriosus Dominus, & videatur in lætitia vestra ipsorum: quid manifestius his verbis? quid planius, quid apertius dici potuit? quid verbis euangelicis conuenientius? penè reperias verba Ioannis in translatione Lxx seniorum. Deindè: Illi autem confundentur] Iudæi. i. quasi hoc quoque non tibi narret euangelium: Congregasse concilium Iudæos, & corrupisse custodes pecunia. Verba Hebræa hoc multò apertius, & dilucidius præferunt. Nam *אמר*, sine punctis imperantis quoque vox esse potest, & significat, dicite: *אני יקום*, fratribus vestris: *אני יקום*, odientibus vos: *אני יקום*, qui expellunt vos, quod D. Ioannes dixit loco citato: Extra synagogam facient: *אני יקום*, propter nomen meum. Quod D. Ioannes dixit: Si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret: *אני יקום*, quod D. Hieron. & Lxx ita dispunxere, vt passiuum verbum esset, & vertè re, glorificetur Dominus. Et VATABL. in comment. Glorificetur Dominus. i. resurgat gloriosus. Et vide Christum appellari, i. Deum. & apertè significari Christum, apparet verbo sequenti *אמר*, quod verbum sine punctis potest esse passiuum verbum, vt Genes. 48. & Leuit. 13. & sic vertè re Lxx] & videatur] vt sit totum: Glorificetur Dominus, & videatur: *אמר אלהים*. i. in lætitia vestra ipsorum. vt sit totum: Glorificetur Dominus, & videatur in lætitia vestra ipsorum. Quæ verba Christum visum apostolis post resurrectionem cum gaudio ipsorum, vt promisit Dominus apud Ioannem, ob oculos ponunt, velint, nolint Iudæi, & Christus dicitur Deus, i. iouah. Nam, quis est hic qui se glorificaturus est, & videndus est in lætitia suorum, nisi Christus resurgens, vt diximus? Videatur, Hebraicè est] & videatur] vertè re Lxx: Vt videatur in lætitia vestra ipsorum, cum glorificatus fuerit. vel, nolentibus Iudæis in oculis incurrat Christus, resurgens gloriosus visus apostolis suis cum lætitia sua ipsorum. Iudæi mutatis punctis, verbum hoc Hebræum, faciunt primam personam futuri actiui. vt sit: Videbimus. & interpretantur: Videamus materiam amplam gaudij vestri] i. liberationem quam Dominus est pollicitus. D. Hieron. non potuit non sequi disputationem vulgatam Iudæorum, quòd ad verbum reddebat lectionem Hebræam, neque licuit ei mutare quicquam, nam nos ostendimus quid sequuti sint Lxx viri trecentis annis ante Christi crucè, & quomodo tunc Iudæi dispungerent scripturam, & quo modo eam interpretarentur. Potest tamè explanari D. Hieronymi translatio, iuxta sententiã Lxx sic: Dixerunt fratres vestri odientes vos] i. qui odere vos, & abijcientes propter nomen meum, expellentes vos synagoga, quòd me confitebamini Christum esse, vt subaudiatur id quod dixerunt Ioannis. 9. cæco illi qui visum recepit, & eius patri. & postea dicat propheta: Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra] i. videbimus quòd euadat hæc vestra lætitia, quòd cruce affecistis Dominum, ipsi autem confundentur. Nam Iudæi confundentur quòd resurrexerit Dominus, & custodes renunciant resurrexisse, & cum ruent Hierosolyma hostilibus armis.

D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini retribuētis retributionem inimicis suis.

Vox clamoris de ciuitate, vox de templo, vox Domini retribuētis aduersarijs.

THEOD. Describit propheta clamorem & lamentationem futuræ vastationis, & depopulationis vr̄bis Hierosolymorum post crucem Domini, & cum dicit: Vox Domini retribuētis aduersarijs] meritò illas pœnas irrogatas Iudæis ostendit. CYRIL. iam quasi hostium deuantium vr̄bem clamorem, & Iudæorum gemitus, & lamenta describit, & Iudæorum flentium vocem editam de vr̄be, & de templo longè audiendam significat: Domini quoque vocem futuram dicit, retribuētis retributionem aduersarijs, & præcipientis ac imperantis statutoribus, vt nullius misereantur. Et hæc Cyrilli sententiã verissimã esse intelliges ex Iosepho de bello Iudaico, cum alijs locis plurimis tū ex li. 6. vbi leges hos clamores, tumultus, gemitus qui ex vr̄be incensa, & templo incenso edebantur: reperies etiam prodigia, voces, sonitus, tonitrus, & alia portenta quæ Deus edidit, vt perterrefaceret Iudæos, cum illorū vr̄bes deleteret: leges Romanos confessos non vi sua vr̄bem captam, sed ira Dei in Iudæos: reperies eosdem confessos sibi, additos à Deo animos, detractas vires Iudæis, quod hoc loco propheta futurum præsignificat.

D. HIE-

A. D. HIERONYMVS

LXX VIRI.

Antequam parturiret peperit, antequam ueniret partus peperit masculum. Quis audiuit unquam tale, & quis vidit huius simile? Nunquid parturiet terra in die vna aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos.

Priusquã parturiēs pariat, antequã veniat dolor parturiētium, effugit & peperit masculum quis audiuit tale, quis vidit tale? quis vidit sic? si parturiuit terra in die vna, si nata est gens simul quia parturiuit, & peperit Sion paruulos suos.

THEOD. Quæ his verbis propheta significat, experientia re ipsa docuit, nam vna cõcione magni Petri simul tria hominum millia conuersi & sacro baptismate regenerati sunt in filios Dei. & rursum cum concionaretur idem magnus Petrus quinque millia filiorum simul peperit Dei ecclesiæ. CYRIL. Postquam prædicta vastitas & captiuitas Hierosolymorū significat prophetanoni perijisse omnes: nam postquã reuixit Christus, apostoli prædicauerunt, & vocauerunt Iudæos ad poenitentiam, & remissionem peccatorum per fidem Iesu Christi. Dixit enim Petrus Actorum 3. Respiciete igitur, baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, & crediderunt 3. millia hominum, & postea quinque millia, & per sacrosanctum baptismate regenerati sunt in filios Dei. EVSEB. eccles. histor. lib. 1. cap. 4. prædicitur hoc loco inquit illud, quod admiratione non solum orbis terrarum est prosequutus, verum etiam ipse propheta Esaias, dum narrat videri non satis posse admirari post Christi crucem, intra breuissimum tēpus, natum populum illum nouū, præsignificatum à prophetis, non in vno aliquo obscuro ter rē loco, sed qui sese fuderit toto orbe terrarum, omnes nationes occupauerit, qui à Christo nomen acceperit Christianusque populus sit appellatus, & temporis momento in lucem sit editus, cum hora vna quinque hominum millia crediderint, & vna concione prius tria hominum millia sint regenerati, quod propheta admirat? [quis audiuit, inquit tale, quis vidit simile?] Nū quid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul? Idem ait EVSEB. demonstrationis euangelicæ lib. 10. cap. postremo. Interrogat enim ibi, quis sit apud Dauidem, populus qui nascetur quem fecit Dominus, & respondet, populum gentium esse, & illã generationem, quæ per seruatorem nostrum Christum Iesum toto orbe coaluit. Quis enim alius populus erat oriturus post illud vaticiniū prophætæ Dauidis, qui olim nō esset, postea natus, quæque generatio significatur postea futura nisi hæc, per nostrum seruatorem constituta est ecclesiã, de qua per admirationem spiritus sanctus: Quis audiuit hæc? quis vidit sic? parturiuit terra in die vna]. ORIG. in Hieremiam cap. 11. homil. 6. Gentes in populum Dei factæ sunt, & annunciat iustitia populo de gentibus, & in propheta scriptum est, Si nata est gens semel quando saluator ascendit ad caelos, & crediderunt quinque milia, & alia addita sunt 3. milia, tunc vere fuit cernere populum in semel natum sermone Dei, & repente sterilem parturientem, ad quam dicitur: lætare sterilis quæ non parit, &c. erat enim ecclesiã à lege deserta, erat deserta à Deo, synagoga habebat virum legem scilicet & Deum. AMBR. in exhortatione ad virgines: Habet filios ecclesiã sine partu dolore, vnde & dicitur de ecclesiã: Quis audiuit, si parturit terra die vno? vno die terra non parturit sed parit gratia, venit paschæ dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrãtur, vno ergo die sine aliquo dolore multos filios, & filias solet ecclesiã parturire. ideoque pulchra dicitur, & gens nata est simul de populo consecrato. Antequam ergo parturiret peperit. i. non opus fuit generatione carnali, neque opus fuit vt parturitionis oborirētur dolores ad generationem spiritalem, populus Christianus natus est vno temporis momento, antequam veniret partus. i. ante vllam generationem carnalem, peperit masculum, mares enim appellantur sancti viri qui virili animo sunt ad perferendos omnes labores. de maribus CYRIL. de spiritu & littera lib. 4. interpretans illud in numeris: Omne masculum à vigesimo anno & supra: omne masculum inquit prouectum in pubertatem hoc est in bonam habitudinem spiritalem, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi in lib. Dei scribitur, Reijcitur quod est reprobum, molle, & imperfectum, Dominus, Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cælis, & maribus diuiditur hæreditas terræ promissionis, aliaque multa sunt in sacris literis, quibus significatur nō molles, sed masculos adepturos hereditatem patriæ & accepturos brauium qui bene pugnauerint.

Rrr 4

Nam sce-

Nam foeminas appellari molleis, docuit multis verbis idem CYRILL. lib. 3. de spiritu & litera, A ubi exposuit locum illum Zachariae de foemina illa volante, de mensura, & amphora. AMBR. sic explanat hunc locum in lib. de Noe & arca cap. 12. ubi pro [effugit] legit [effudit] & recte. i. effudit partus, apud Lxx legitur, effugit, subaudi periculum partus, ducta metaphora à puerpera & hoc couenit lectioni Hebraeae, quam non ad verbum reddidit Lxx, sententiam expressisse in quibusdam contenti. lege eundem AMBR. in lib. 2. de Abraham cap. 11. lege AVGVVS. in cap. 16. Ioannis tractatu 10.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Nūquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus.

Ego dedi expectationem hanc & nō recordatus es mei. dicit Dominus.

Diuus Hieronymus longe secus hunc locum intellexit, quam Lxx viri D. Hieron. sic vertit [Ego qui alios parere facio, ipse non pariam? i. qui ceteris rebus tribuo vt generent & procreent foetus suos, non eram procreaturus foetus, nō parerem? ecclesiam. f. nam ecclesia Dei foetus est, dictum que ait D. Hieron. vt illud, qui plantauit aurem, non audit? Lxx viri videntur vertisse hunc locum vt vertit PAGNIN. & VATAB. Nunquid ego qui ad partum perduco, non facerem parere? & videntur sententiam explanasse, non reddidisse verba. Nam supra in cap. 1. & alijs locis ex Procopio docui Lxx viros, more excellentum interpretum, pro anigmatis prophetarum, sententiam reddidisse in plerisque & quae obscura erant, explanasse, potius quam vertisse. Vnde hoc loco PAGNIN. & VATAB. verterūt [nūquid ego qui ad partū perduco] quod sic interpretatur Lxx id est, nūquid nō missurus eram Christum, ego, qui ad metam perduxi signa omnia aduentus Christi? ducta metaphora à foemina foeta, cui adsunt signa partus, qui foeminam inquit ad partum perduxi id est, ad completa signa partus, non facerem illam parere? quasi dicat facerem certe & sic, qui perduxi synagogam & promissa legis ad signa partus, id est ad signa aduentus Christi, non facerem parere? i. non facerem vt veniret Christus? hanc omnia vno verbo dixerit Lxx [ego dedi expectationem hanc & vos non estis recordati] i. significauit tempora quando hanc expectaretis, Christum. f. & redemptionem humani generis & populum hunc nouum qui natus est vno die, imo vna hora, sed vos non estis recordati, quos Matthaei 16. obiurgat Dominus: Faciē cæli iudicare nōstis, signa temporum nō potestis. verba Hebraea hoc significare etiam cōmodissime possunt: וְאֵיךְ, nūquid ego: וְאֵיךְ, qui frangere feci. faquas, ducta metaphora à foeminis parturientibus, quibus cum franguntur aquae quod ipse dicit, instat partus, quod Lxx dixerit [ego dedi expectationē dedi] i. dedi vobis expectationis signa, & ostēdi signa cui dētissimi ma, quibus intelligeretis propinquum esse Christi aduentum, וְאֵיךְ, [non parerem vel non facerem parere?] i. nō facerem completis signis aduentus Christi, vt veniret Christus? perstat enim in metaphora, cum fecissem frangi aquas, quod est signum propinqui partus in parturiente, non facerem vt parturiens pareret? hanc posteriora non uertere Lxx, quod dubium non erat completurum Deum promissa: loco huius orationis, de more, addūt de suo velut scholiū [vos autem non estis recordati] quod cum loco Matthaei dixi conuenire

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Si ego qui generationem cateris tribuo, sterilis ero? ait Dominus Deus tuus.

Et ecce ego generantem & sterilem feci, dixit Deus tuus.

Diuus Hieronymus hęc eiusdem sententiae fecit cum superioribus. Lxx viri lōge secus hunc locum intellexere. potest enim verti ad verbum sic [si ego qui generare facio & sterilis ero dixit Deus tuus] vt reddidit D. Hieronymus. potest etiam ad uerbum sic verti quoque [vere ego parientem facio & sterilem facio dixit Deus tuus] & sic reddidit Lxx. ORIG. in cap. 20. Genesios homilia 6. aperit Dominus viam sterilis & effecta est foecundata vt pariat gentem de semel quod supra dixit, lætare sterilis quae non parit. significare ergo videtur Origenes dicere Dominum se facturū vt sterilis populus gentium, qui antea erat, sit foecundissimus, post crucem Christi, edat vberimos fructus cælo, & vt synagoga sterile sciat: ecclesiam igitur fecit generantem Dominus, synagogam sterilem post cru-

A post crucem Domini, sic hęc & superiora intellexit CYRILL. THEOD. tu synagoga meo beneficio olim genuisti prophetas. Ecclesia ex gentibus quae nunc est, sterilis illo tēpore erat, nūc contra factum est, tu enim finem fecisti pariendi, ipsae nationes acceperunt gratiam pariendi multos filios, iuxta illud. Lætare sterilis quae nō parit. AMBR OS de Abraham Patriarcha lib. 1. cap. 7. Domini voluntate foecundae steriles scunt & steriles foecundantur iuxta quod scriptū est: Nōne sterilem & parientem ego feci? dicit Dominus. quauis ad synagogam illud & ecclesiae mysterium dictum accipiatur, quia synagoga partus habere desuit, quae successione fraudata est post steritatem. Et congregatio nationum, quae sterilis erat, cum Deum ignoraret, partus caput habere æternos, vnde lectum est: lætare sterilis quae non parit, & c. Lege AMBR OS. de vocatione gentium lib. 1. cap. 5.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Lætami cum Hierusalem, & exultate in ea. Gaude te cum ea gaudium vniuersi, qui lugetis super eam, vt fugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius.

Lætare Hierusalem, & exultate in ea diligentes eam, & habitantes eam. Gaudete gaudio omnes quicūque lugetis super eam, vt fugatis, & impleamini de vberibus cōsolationis eius postquā fuxeritis delectemini ab introitu gloriae eius.

CYRIL. gaudere iubet hanc nouam Hierusalem, quae est ecclesia Dei viuētis, quae coaluit ex tribubus Iudaicis, & congregatione gentium, coniunxit enim duos populos in vnum, & gaudere iubet quod plena sit spe tantae felicitatis, vt nullius mens aut cogitatio capere possit, quod neque oculus vidit, neque auris audiuit, quae parauit Dñs diligētibus se: letari iubet eos qui in ea sunt, & eam diligūt, & qui in ea agūt poenitentiā. Postea vero Cyrill. admonet nos quod supra dictū est, permanere prophetā in eadē metaphora, ait enim, cum personā mulieris parturientis tribuerit Hierusalē, permanet in eadē sermonis figura, & consolatiōnem in ea comparat sancti spiritus vberibus & lacti, iuxta illud Cantici: Meliora sunt vbera tua vino. Primus enim cibus infantibus est lac, quod tyronibus in Christo promittitur. Hanc CYRIL. vt cum lectione Hebraea de qua supra diximus congruat optime, quae erat, וְאֵיךְ, i. an ego frangi feci aquas, & non faciam parere? vbi metaphora vtitur Dominus mulieris parientis, cui cum franguntur aquae, instat partus, vt cum ecclesiam, antequam parturiret, peperisse dixerit, & antequam oborirentur dolores peperisse masculum, perstans in eadem metaphora, iuxta Lxx virorum sententiā, adiecit Dominus, An fecerim ego frangi aquas parturientis ecclesiae? cum de latere Christi fluxit sanguis & aqua, cum sudauerit sanguinem, cum sputatus, & plagis cefus Dominus in crucem sublatu, mortuus, sepultus, resurgens gloriosus ascenderit in cælum & nō facerem vt ecclesia pareret filios? in cassum res tantae abirent? frustra homo verbum factus descendisset è cælo & passus fuisset? & oconomiam redemptionis peregisset. Ego generantē, & sterilem feci] synagogam sterilem, post Christi passionem: generantē ecclesiam. Deindē,] lætami cum Hierusalem, & exultate in ea] quod Lxx interpretantur, Lætare Hierusalem] & festos dies agite diligentes eam. Vt unque congruit lectioni Hebraeae, & est hanc definitio euāgelij, quod nihil aliud est quam latissimus & faustissimus nuncijs reconciliationis generis humani cum Deo patre, quod prophetae dicunt multis modis, lætare, iubila, hinni, exulta, ob tantam felicitatem tibi datam. Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam] Supra dictū est quos prophetae appellent lugetis. Vt fugatis, & impleamini ab vberibus consolationis eius] Hic Cyrillus qui prophetā perstare in metaphora foeminae puerperae dicit, consolatiōnem enim sancti spiritus, quae est in ecclesia, vberibus & lacti comparat, vt dixi, sic Paulus: lac vobis potum dedi. Vt mulgeatis & delitijs affluatis] quod Lxx interpretantur. i. vt postquam fuxeritis delectemini in delitijs, hoc est cum ab vberibus & mamma ab lactati fueritis, iam non infantes, sed robusti in Christo solidum cibum, hoc est solidam gloriam, & delectationem capiat. Ab omnimoda gloria] Hebraicè est, מְיוֹן בְּבוֹרָה, porro autem, וְיִי, polysēma vox est, & significat vt docent Hebraei splendorem, vt vertere possis, Ab splendore gloriae eius, vel à magnifica gloria eius, & sic si interpretare, hęc ad caelestem Hierusalem spectare videntur, nam splendor & magnifica glo-

gnifica gloria Hierusalem describitur à D. Ioanne cap. 21. Apocalyp. vñdè Lxx reddidere: Ab A introitu gloriæ .i. postquam intraveritis ad Christū: hæc est enim gloria promissa beatis, vt se illis Christus ostendat: gloriam dici Christum in scriptura, dicit Cyrillus & supra sæpè adnotauimus, quanquam CYRIL. introitum, incarnationis mysterium interpretatur, quod Deus natura, factus sit homo, & velut ingressus est in hunc mundum propter incarnationem. Sed verbum Hebræum facit, vt magis putem pertinere ad cælestem Hierusalem, significatur enim verbis Hebræis vt postquam lac fuxeritis solidam voluptatem capiatis ab splendore gloriæ eius, quod Lxx interpretantur. i. ab introitu gloriæ eius, & apocalyp. cap. 21. describitur introitus cælestis Hierusalem, vbi sempiterna bonos expectat fœlicitas, vbi lugent, & bibent beati angelorum neſtar. R. Iuda dicit, מן, esse autem magnam sic dictam quod, מן, omnem bestiam agri, & omnem venationem significet. Et hæc auis commune nomen omnis venationis fecerit proprium suum, quod omne genus saporum & gustatuū præbeat, vt or enim ipforum verbis, Vñdè hoc loco D. Hieronymus sequutus hos Hebræos, vertit omnimoda, vt sit totū: Vt mulgeatis, & diuitijs affluatis, ab omnimoda gloria eius] .i. à Christo qui panis cælestis est, omnimodum præferens saporem, omne delectamentum in se habens, quod verbum Hebræum significat. Nam suprà admonuimus Christum appellari gloriam, quod pluribus verbis hic docet Cyrillus. THEOD. sic hunc locum explanat. Diuinus Apostolus hoc Corinthijs dedit pabulum, ait enim: Lac vobis potū dedi, non cibum. & adjicit: nec solū in præſenti vita per prædicatores euangelij meos, tibi omnimodam feram consolationē, sed in cælesti Hierusalem omnimoda delectatione vos implebo, donans vos immortalitate & vita sempiterna.

D. HIERONYMVS.

Ecce ego declinabo super eā quasi fluiuium pacis, & quasi torrentem inundantem, gloriam gentium sugetis.

Qvod nomina Hebræa indeclinabilia sunt, quod D. Hieronymus vertit accusandi casu, Lxx reddidere casu nominandi, cætera eodem modo sunt reddita, & vtriusque translationis idē sensus est, excepto quod iuxta translationem D. Hieronymi hæc sunt verba patris mittentis filiū. [Ecce ego declinabo super eam quasi fluiuium pacis] .i. filium, qui fluiuius pacis dicitur [& quasi torrentem inundantem. i. declinabo filium in Hierusalem illam cælestem]. qui filius, torrentis deliciarum dictus est à Diuino psalte. iuxta translationem Lxx, verba sunt filij, & ad vitam beatā spectare videntur, quanquam ad aduentum referuntur quoque à D. AVG. vt statim dicā [Ecce declinabo ad eos quasi fluiuius pacis] ORIG. in Ezechielē homil. 13. interpretās hunc locum Iesus Christus inquit est fluiuius pacis, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, qui per Esaiam ait [Ecce declino in vos quasi fluiuius pacis] sunt & alij fluiui qui ex hoc fluiuo manant. i. apostoli & sancti viri, nam ait Iesus, Qui biberit ex aqua quam ego dederō, non sitiet iterum, sed erit fluiuius in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, & flumina de ventre eius egrediētur. & idē ORIG. in cap. 3. Lucę docens Iordanem, Hebræam vocem, sonare Latinè idē, quod descendēs subiungit: Descendens autē & largo impetu currens fluiuius Dei, Iesus est, in quo baptizamus: quibus verbis fluiuius pacis, Christū esse significat, qui totum inundans orbem sacro baptismate genus humanū reconciliauit omnipotēti patri, cuius typus erat Ioannes in Iordane baptizās, i. in descendēte fluiuo, baptizare porro in descendēte fluiuo nihil aliud est quam in Christo baptizare, qui est fluiuius descendēs cælo, vel declinās cælo, & inundās orbē terrarū sacro baptis mate. Iordanis significat descendēs, & iudicās. AMBR. de spiritu sancto lib. 1. c. vltimo interpretās hūc locū: Quis dubitat inquit fluiuium esse Dei filiū, de quo eternæ vitę profluunt flumina: & AVG. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. vbi bonam huius capitis partem interpretatur: flumē pacis abundantiam pacis vitę æternæ significare putat, qua in fine rigabimur cum vita sempiterna fruemur & hoc lumen in eos declinare dicit, quibus vitam beatam pollicetur, vt intelligamus in vita beata, quæ in cælis est, hoc flumine omnia satiari: sed quia terrenis corporibus, pax incorruptionis, & immortalitatis vim influit, ideo declinare se dicit hoc flumen, vt superius quodam modo etiam inferiora perfundat & omnes equales angelis reddat. Hierusalē quoque, non illam quæ seruit cum filijs suis, sed liberam matrem nostram intelligamus, secundum Paulum [Gloriam gentium sugetis] quod inter gētes preciosum fuerit, sibi cōcorporabit eccle

sianeque

A siæneque omnes crediderunt, vt inquit CYRIL. Lxx aliter dispunxerunt, sed eodem sensu, sic enim legunt [Ecce ego declinabo ad eos quasi fluiuius pacis, & quasi torrentis inundans gloriam gentium] .i. quasi torrentis afferēs in ecclesiam quid quid inter genteis est preciosum, & hic apponūt distinctionem. sic CYRIL. hæc explanat & Domini aduentum hic describi putat, ait enim. apparitio Christi hic describitur, inducitur enim loquens Deus verbum in carne, Ecce declino in eos tanquam flumen pacis] flumen porro pacis & torrentis deliciarum, est Christus. THEODOR. hæc apostolis tribuit, ait enim, Hæc de apostolis sunt dicta, quos fecit Dominus in omnibus nationibus nominis celeberrimi & eorum gloriā flumini exuberantissimo cōparat. vñdè ORIG. sentētia verisima apparet, qui hæc de Christo & de eius apostolis dicta putat. Hebraicè verò est

tollentur latus super lactebitis Et pueri eorum

וַיִּקְרָאוּ עָלָיו לְשֵׁם יְהוָה

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Sugetis. Ad vbera portabimini & super genua blandientur vobis, quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos & in Hierusalem consolabimini, videbitis & gaudebit cor vestrum.

Et pueri ipforum in humeris portabuntur (vel super humeros tollentur) & super genua consolabuntur, quomodo si quem mater consolabitur ita ego consolabor vos & in Hierusalem consolabimini & videbitis et gaudebit vestrum cor.

Qvod Hieronymus vertit, sugetis, & superior sentētiæ tribuit. Hebraicè est וַיִּקְרָאוּ .i. & sugetis vel lactebitis, pro quo legisse videntur Lxx viri וַיִּקְרָאוּ .i. pueri eorum, nam וַיִּקְרָאוּ, plantulæ nouæ sunt instar infatium lactentium, & sola varietas punctorum videtur interesse, nam ו, littera adijci solet & detrahi citra vllum discrimen, וַיִּקְרָאוּ, significat super latus, vel ad latus D. Hieronymus vertit, ad latus, & interpretatus est ad vbera, Lxx viri verterunt super latus & interpretantur, super humeros, vt in caput 60. dictū est latius. & ita cum lectio Hebræa quam ipsi agnoscunt vertenda esset [paruuli eorum vel lactentes eorum vel plantulæ eorum super humeros portabuntur] dixere Lxx [paruuli eorum super humeros portabuntur] CYRIL. qui adhuc inquit infantes sunt & nondū perfecti, veluti paruuli infantes in humeris tollentur, & super genua consolationē habebunt, tā illis indulgebo, quam solet mater filijs indulgere lactētibus. AMBR. OS. in cap. 3. Lucę lib. 3. ad ædificationem, quæ fit ex lapidibus uiuis, refert, ait enim: Nam Christus ciuitatē Dei ædificat, verum non est solus, quia pater præſens est & spiritus sanctus, & si solus ædificat, gratiā tamen tantæ ædificationis sanctis communicat. scriptū est de tēplo quod ædificauit Solomon in quo typus ecclesie fuit, quia tria milia sexcenti erant, qui in humeris portarēt & septuaginta milia qui essent lapidum cęsores, octoginta milia tollentes onera. Veniant angeli illi, veniant lapidū cęsores: cędantur superflua lapidum nostrorum, aspera leuigentur, veniāt qui in humeris portant, scriptum est enim: suprā humeros tollentur. CLEM. Alexandrinus. Pedagogi lib. 1. cap. 5. pueros, & infantes appellari putat, menteis nouas, quę ex veteri insipientia respuerunt in nouo testamento populum nouum, quos eosdem pueros dicit nominari propter innocentiam, vñdè inquit: Pueri eorum super humeros tollentur apud Esaiam, & super genua consolationem accipient, perindè ac si mater aliquem cōsoletur. Quicquid est enim tenerum libentius vident parentes, & exosculantur, qua indulgentia suos prosequetur Deus: conuiuet enim pater ad infantium errata, & eis blanditur: conuiuet indulgentissimus pater ad nostra peccata tāquam ad infantium, & puerorum errores, si ad eum confugerimus. significat etiam fideles dictos infantibus, & pueros, quod esse debeamus ad imaginem Christi, qui nos iustificat, qui puer dicitur in scriptura: Ecce puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius & vocatum est nomen eius magni consilij angelus, Deus potēs. Ad huius pueri imaginem nos pueri dicimur, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę, & c. AVG. lib. 20. de ciuitate Dei cap. 21. Post labores inquit ærumnarū, curarūque mortalium cōsolabimur tanquā paruuli Domini in humeris genibusque portati, rudes enim nos, & nouos blandissimis adiutorijs blandissima illa beatitudo suscipiet. Et huic interpretationi CLEM. & AVG. congruere videtur illud euangelij, Nisi efficiamur sicut paruulus hic. Quod D. Hieronymus vertit: Su-

nisi sic accipere velles, vt illud in Cantico, vbi se ecclesia sancta dicit vulneratam. Nam potest a quidem ignis, & gladius, & vulnus: accipi in bonam partem, ignem enim Dominus dixit se vel de trahere in mundum; & in linguis igneis in illis est spiritus sanctus, & sermonem. Dei gladius dicit scriptura, & gladium bis acutum, propter aciem geminam duorum testamentorum. Sed hic cum legimus vltorem Dominum esse venturum, apparet quem ad modum haec sint antellegenda, quibus verbis D. AVG. EVSEB. Cesariensem perstringere videtur qui lib. 6. de monstris euangelicis superiora omnia sic explanat, vt postremo dicit Augustinus: sed mihi sententia D. Augustini placet, Eusebij sententia non placet, si cui placuerit ab illo petat. CYRIL. quoque Multi vulnerabuntur damnati in aeternas poenas inquit. Theodoretus: Vulneratos, inquit, & gladius nominat, rebus corporalibus spiritalibus significans, quod iuda per corporalia ducendū erat ad spiritalia; significat autem idem quod Apostolus, secundum duriciam tuam, & impoenitentis cordis thosaurizans in ira, &c. Appellat vulneratos, traditos eorum malitia, & sceleribus, vt in modum

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Qui sanctificabantur, & mundos se putabat in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem, et murem, simul consumuntur, dicit Dominus.

Post ianuam] Hebraice est, **בְּמִתְחִילָה**, post vnam, & **D. Hieronymus** subaudiuit, ianuam, vt sit, post vnam ianuam. Porro de lubrica idolorum magnifica edificabantur in amoenissimis lucis, arboribus frondiferis densissimis, quos hortos de more appellat scriptura, ante fores delibrorum epulabantur idolatraz cum sacra facerent, quod Hieronymus dixit: Ante ianuam vel post ianuam] idem enim est, respectu eorum qui intus sunt, quod Lxx dixerunt in vestibulis, ante ipsa templi limina [intrinsicus] Hebraice est, **בְּמִתְחִילָה** in medio lucorum, si. q. in medio lucorum & nemorum erat demonum templum, quod verbum deest ex translatione Lxx. **D. Hieron.** tamen in comment. mutauit sententiam, & **בְּמִתְחִילָה**, alter vnum interpretatur, vt sit, alter post vnum, hoc est alter post alterum, quod pompas ducebant in cultu demonum, **בְּמִתְחִילָה**, in medio idolatraz, explanat Pagninus & Vatablus, **בְּמִתְחִילָה**, reddunt post peculiarem, vt achad, a. vnam, interpretentur, peculiarem & suppleunt piscinam vel cisternam. **AVG.** loco citato de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. breuiter commemorari putat hic peccatores, & impios detrudendos ad aeternos ignes iudicio vltimo ob scelera que in se admiserunt, que scelera significari putat sub figura ciborum in lege veteri vetitorum, a quibus se non abstinuerunt, que interpretatio mihi per placet, quod lex spiritalis est. Et vt supra diximus ex **CYRIL.** de spiritu, & littera, sic lex veteris interdixit cibos immundos: vt illos interdiceret, & sub illa figura peccata, & scelera (que illis immundis animalibus significabantur) vetaret. **CYRIL.** purgati in hortis] i. qui idolatraz esse maluere, i. reijciantes redemptionem per Christum & contemnentem gratiam sacri baptismatis, que abdit peccata, maluere purgari purgationibus demonum, aut scadari potius, qui voluerunt potius in errore versari & cultu demonum, quam amplecti vitam euangelicam, ex vno omnia significat, qui in quolibet errore versari maluere, quam salutem redemptionis oblatam sequi. **THEOD.** qui lauacris & ablutionibus vtuntur, & ad iudaorum lauacra refert & ad piscinas, vt sit, qui preoptauerunt in iudaismo viuere potius, quam initiari Christianismo. Itaque hoc loco idolatraz purgationes & lotiones iudaorum in aeternas flammis reijciuntur. De purgationibus idolatraz plena sunt omnia.

D. HIERONYMVS
Simul consumuntur, dicit Dominus: Ego autem opera eorum, et cogitationes eorum.
Simul consumuntur, dicit Dominus & ego opera eorum, & cogitationes eorum.

Deferitur confuetudo idolatraz, qui demonibus in templo edificabant in medio lucorum, & ante liminatibus epulabantur. De his purgationibus quibus demonum sacrificis purgabantur idolatraz sufficientis, lauationibus plena sunt omnia. Virgil. Donec me flumine viuo abluero. Et idem. Ter socios pura circumtulit unda lustravitque viros. Philosophi ad purgationem vitiorum animum referebat, de qua Plotinus. enead. 1. li. 2. c. 3. et deinceps. Platonis in Phaedone, & in Sophista.

AVGVS.

AVGVS. eodem loco docet significari hoc vaticinio, iudicio vltimo puniendos malos simul omnes. Idem docet **D. HIER.** & **CYRIL.** & **THEOD.** Variè tamè hic locus dispungitur à **D. Hieron.** & à **Lxx** viris, siquidem **Lxx** viri initium sententia sequentis faciunt: Ego venio congregare omnes gentes] Expungendū autè est è translatione **Lxx** virorum verbum illud, scio, quod ex aliorum translationibus irrepsit quodque subaudiunt iudaei vt hoc obscurent mysterium vbi planè reuelatur persona patris & filij. docet id Hebraea lectio, vbi est hic sensus planissimus, si modo iudaeos abigas, ne turbent omnia, & verbum verbo reddas, nihil subaudias, nihil addas, nihil detrahas, quando intelliges perfectum habere sensum totam orationem, & agnosces duas personas loquentes, patris, & filij, si modò tu amandare velis longissimè iudaeos, qui more gigantum, iam olim Deo, magno cum suo malo, indixere bellum. Verba Hebraea sunt, **וְאֵנִי יְהוָה**, simul consumuntur, simul magno turbine deturbabuntur, & perdentur. Hæc enim omnia significat verbum Hebraeum, quæ conueniunt benè illis, quibus Dominus dicit: Ite maledicti in poenas aeternas: **נָאִם יְהוָה וְאֵנִי**, Dixit Deus & ego. Quæ verba eadem reperies cap. 59. in fine, vbi **D. Hieron.** non vertit verba illa, Et ego, quibus verbis nemo poterit inficiari, personam declarari patris, & filij, qui in prophetis loquitur. Lege quæ supra diximus in illa verba cap. 59. sub fine. Postea **וְאֵנִי יְהוָה וְאֵנִי** i. opera eorum, & cogitationes eorum. i. propter opera eorum, & cogitationes eorum. vt sit tota oratio: Simul consumuntur, vel perdentur, dixit Deus, & ego, opera eorum, & cogitationes eorum] vel: Simul magno impetu deturbabuntur, dixit Dominus, & ego, opera eorum, & cogitationes eorum] Quid? hæc oratio non satis plana est? non satis planè significat patrem, & filium, & magno impetu deturbandos ad aeternos ignes, tam damnatos, quam eorum opera, & cogitationes, vt soluant ibi vsque ad nouissimum quadrantem, à sanguine Abel vsque ad sanguinem fustum omnium sanctorum? omnia scelera, omnia crimina, omnes cogitationes? quid hic violentum? quid inuitum, aut reluctans? vbi dicitur: Dicit Deus, & ego] Cur adduntur verba à iudaizantibus contra execrationes scripturæ, si quis scripturæ verba addat? opera, & cogitationes. **Lxx** seniores fecerunt casum accusandi, vt impios deturbandos in aeternos ignes dicerent propter opera eorum, & cogitationes, quod hæc præpositio, propter, Græcè & Hebraicè frequentissimè solet subaudiri. Iudaizantes multa subaudiunt, vt hanc prophetiam de duabus personis, quæ hic loquuntur, obscurent. **VATABL.** verba addit, nam distinguit illam orationem: Et ego, & facit initium sententia, & addit verbum, scio, quod verbum subaudiunt iudaei, quod pronomen illud, ego, non possunt coniungere cum verbo sequenti, quod tertiae personæ est & foemininum, & videt planè dici: Dicit Deus, & ego. & ibi finiri orationem, & quaerendum esse suppositum foemininum tertiae personæ verbo sequenti **וְאֵנִי**, quod nullum aliud esse potest quam spiritus sanctus, qui Hebraicè foeminino genere enūciatur, vt dicemus. Idem facit **PAGN.** eadem ratione. Facit illud pronomen [ego] initium sententia alterius, & addit duas voculas (autem ero) vt sit totum: Ego autem ero cum operibus & cogitationibus eorum. cum Hebraicè nihil tale sit, sed tantum legatur: Ait Deus, & ego. crepent licet medijs iudaei, duæ personæ patris & filij hic loquuntur, neque solum hoc loco hæc forma dicendi reperitur, sed in fine cap. 59. vt dictum est.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Ego autem opera eorum, et cogitationes eorum, venio ut congregem cum omnibus gentibus, et linguis: Et veniet, et videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum. Et ego venio congregare omnes gentes, & linguas, & veniet, & videbunt gloriam meam, & dimitta super eos signum.

Diuus Hieronymus sequutus distinctionem Hebraeæ lectionis, verba illa, de quibus supra dictum est, retulit ad sequentia. Versionem **D. Hieron.** interpretatur **D. GREG.** in cap. 1. lib. 1. Reg. in illa verba: Ipsi preparantur cogitationes, Quem blasphemare, inquit, non metuis, non solum linguæ habebis iudicem, sed etiam cordis, vnde & per Esaiam comminatur dicens: Ego opera & cogitationes eorum venio vt congregem. **D. AVG.** de ciuit. Dei lib. 20. cap. 21. translationem **Lxx** explanat, quæ sanè admirabilis etiã est. Ait ergo **D. August.** Commemorato vltimo iudicio, recapitulat ab initio gratiam noui testamenti à primo Saluatoris aduentu, vsque

tu, vsque ad vltimū iudicium, narrat nanque Dominum dicere se venire, vt congreget omnes A gentes, & eas venturas, ac visuras gloriam eius: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. THEOD. non solum venturum se Dominus significat, causa salutis Iudæorum, sed vt omnib⁹ nationibus sit salus. CYRIL. Anacephaleosis (inquit) totius prophetiæ Esaiæ fit hoc loco; bre uiterque recapitulatur omnis œconomia redemptionis, de qua toto opere Esaias, declaratur vōcatio gentium, declaratur prædicatio apostolorum toto orbe futura: Congregabo (inquit) omnes gentes, & videbunt gloriam meam] Quæ planè & apertè significat translatio Lxx, vbi Deus apertè dicit, se esse qui veniat hominem factum, vt congreget omnes gentes luce euange lica in vnam ecclesiam, & linguas quæ in Babylone confusæ erant. Idem significare potest tra latio D. Hieron. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio vt congregem cum om nibus gentibus] i. priusquam vltimo iudicio maledictos detrudam in pœnas æternas, veniã vt congregem opera impiorum, & cogitationes impiorum Iudæorum, & idolatrarum cum omnibus nationibus in ecclesiam vnam. Est enim Deus ignis consumens, & consumpsit opera mala, & cogitationes malas impiorum, & nationum infidelium, & coniunxit omnes in vnam ecclesiam, vbi à Lxx senioribus, & à D. Hieron. Christus declaratur Deus. Cùm enim Deus lo quatur, & idem Deus dicat: Et ego venio. Christus igitur adueniens, Deus esse ostenditur. Ta mèn Hebraicè sic legitur.

Id est, Veniet ad congregandum om- linguas & nationes omnes ad congregandum Veniet
 nes nationes & linguas] בָּאָה לְקַבֵּץ אֶת כָּל הַגּוֹיִם הַחַיִּים וְהַשׁוֹנֵי
 bent, neque potest esse primæ personæ, quod tertiæ personæ sit, & fœmininum, nec potest re ferri ad Deum, nisi referas ad spiritum sanctum, qui fœminino genere apud Hebræos enuncia tur, & referas ad missionem spiritus sancti, & ad dona linguarū, veniet spiritus sanctus וְקַבֵּץ, ad congregandum: בָּאָה לְקַבֵּץ אֶת כָּל הַגּוֹיִם הַחַיִּים וְהַשׁוֹנֵי. i. omnes gentes & linguas. Missus est enim spiritus san ctus cum dono linguarum, vt omnes gentes, & omnes linguas, quæ in Babylone erant confu sæ, congregaret in vnam ecclesiam. Lxx autem ne venirent in suspicionem regi Ptolemæo, quodd tres Deos facerent si dicerent: Veniet spiritus sanctus ad congregandum omnes gentes & linguas, præfertim cùm duæ personæ diuinæ descriptæ essent: Dicit Deus & ego. & nunc adderetur tertia, spiritus sanctus, retulere ad Deum loquentem: Venio ad congregandas om nes gentes & linguas] & Deum esse demonstrare spiritum sanctum; quia hoc loco intelli gere est necesse. וְקַבֵּץ אֶת כָּל הַגּוֹיִם הַחַיִּים וְהַשׁוֹנֵי. i. spiritum sanctum, quod verbum est fœmininum, & tertiæ personæ, &

sancta Tri nitas reue lata, & spi ritus sancti missio.

spiritus sanctus, Hebraicè fœminina terminatione enunciat. Si tamen cum Hebræa lectio ne conferas, & locis citatis AVGVVS. attentè legas, intelliges hunc locum esse de missione spi ritus sancti, & de dono linguarum. Legitur enim Hebraicè, vt dixi, verbum tertia persona, & genere fœminino בָּאָה veniet, vbi non potest subaudiri Deus neque Christus, sed tantum spiri tus sanctus, qui genere fœminino apud Hebræos dicitur, vt si nihil addas, & Hebraicè scias, in telligas quodd sancta Trinitas hic sit declarata verbis illis: Dixit Deus, & ego. vbi persona pa tris, & filij est declarata: nunc adijcitur, Veniet, genere fœminino, & tertia persona, quod ver bum soli spiritui sancto conuenit, vt tres personæ declarentur. & subiicitur, vt intelligas de spiritu sancto sermonem esse ad congregandas linguas, nam si lucem euangelij adhibeas, qui Canon interpretandæ scripturæ est, non potest non agnosci his verbis spiritus sanctus, qui lin guis igneis descendit super apostolos ad cōgregandas omnes nationes, & linguas. Hebræi autē בָּאָה, tertiæ personæ & fœminini generis esse, & ideo subintelligi, tempus, quod fœmininum est apud Hebræos, & sic vertendum esse: Venit tempus congregandi omnes gentes & natio nes] i. adest tempus iam vt mittatur Christus, bene est. Sed cur non intelligamus spiritū sanctū tam bene, quando fœminino genere Hebraicè enunciat, & Lxx viri trecentis annis ante ad uentum Domini retulere ad Deum, & dixere: Venio ego. quos D. Hieronym⁹ est secutus: & si de Deo intelligere oportet, vt interpretantur Lxx viri, & D. Hieron. ad spiritum sanctum re feras, necesse est, qui apud Hebræos fœminino genere enunciat. oportet ostendat Iudaizans non esse referendum hoc verbum ad Deum, quod referunt D. Hieron. & Lxx viri, aut fateantur ad solum spiritū esse referendum, qui Hebraicè fœminino genere solus enunciat. Nō erat necesse, vt Pagn. adderet verba de suo, & cùm Hebraicè tantum sit, Venit, tempore præterito, aut futuro, ipse diceret: Quando veniet tempus, veniet. & adderet de suo tria verba, vt inter pretationem Iudæorū, textū sacrum faceret: saltē redderet fideliter Hebræā lectiōnem, dice retq; Hebraicè esse, Veniet, vel venit, quod præterita pro futuris vsurpentur, & esse fœminino genere;

A genere, vt necesse sit subaudire tempus, vel spiritus sanctus, quæ fœminina sunt, Hebræos sub audijisse tempus. vt sit: Venit tempus congregandi, &c. i. adest iam tempus aduentus Christi. Lxx viros, & D. Hieron. sua versione spiritū sanctum intellexisse: Veniet Spiritus sanctus ad congregandū genteis, & linguas, quippe qui ad Deū retulere illud verbū, Venio, ne verba ad derent scripturæ, neue ambiguum relinqueretur, quis esset hic qui venturus diceretur, quodd nec Latinè, nec Græcè potuit poni verbum, quod soli spiritui sancto conueniret, vt est Hebrai cè [Et veniet & videbunt gloriam meam] i. filium, nam suprà dictum est ex Cyrillo, & Atha nasio, & Procopio, filium appellari gloriam patris. EVSEB. Cæsariensis lib. 6. demonstrationis euangelicæ cap. 25. Quis, inquit, non admirabitur, audiens Dominum per prophetam dicen tem? Venio congregare omnes gentes, & omnes linguas: cum oculis, & animo lustret id toto terrarum orbe factum per aduentum nostri seruatoris Iesu Christi, & cum oculis videat om nes nationes magno plausu euangelicam excepisse doctrinam, & in vnam ecclesiam coaluisse & omnes linguas omnium nationum, vnum Deum, & vnum Dominum inuocare. Et ponam B in eis signum] ego, hoc signum, quod se positurum Dominus significat, esse puto illud quod est apud Marcum cap. 16. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, In nomine meo dæmo nia eijcient. & infra: Illi autem profecti, prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermo nem confirmante sequentibus signis. Nam vulgatum est apud Hebræos, singularem numerū pro plurali vsurpari. D. AVGVVS. loco citato ad miracula refert, quæ Christus veniens edidit. eodem D. HIER. refert. D. CYRIL. ad spiritum sanctum retulit, quo signati sumus, & ad Chri stum qui impressus est in cordibus nostris. THEOD. signum] explanat salutare crucis signum. EVSEB. Cæsariensis. demōst. euangel. lib. 6. cap. 25. Quis, inquit, non mirabitur, cùm videat om nes nationes Christo credidisse, & signo salubri crucis vti? & tantò antè id prophetam Esaiam prædixisse, Dominum venire ad congregandas genteis & nationes, & relicturum ipsis signū, Qui reliquus est, inquit, dubitationi locus, cùm omnia prophetarum vaticinia completa videamus? Idem sensit CYPR. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 21.

D. HIERONYMVS.

LXX VIRI.

Et mittā ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, in Lydiā, tendentes sagittam in Italiam, in Gra ciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt glo riam meam.

Et mittam ex eis saluatos in gen tes Tharsis, & Phud, & Lud, & Mo loch, & Thobel, & in Græciam, & in insulas longè, qui non audierūt meum nomen, nec viderunt glo riam meam.

THEOD. Completa (inquit) est hæc prophetia cum Matthæi. 28. dixit Dominus: Euntes docete omnes gentes. & Marci cap. 16. dictum est: Euntes in mundum vniuersum, prædi cate euangelium omni creaturæ. Ibi enim completum est quod hic futurum prædicatur. Apo stoli enim missi à Domino, promulgauere euangelium apud omnes nationes. [Tharsis] appel lat Cartaginem Libya metropolim [Phud] Lycios nominat [Lud] Lydios [Moloch] Cappado ces [Thobel] Iberes, & Græciam addit, & insulas, & per hos, omnes nationes significat pro pheta, quæ Deum non nouere. CYRIL. Complexe hoc apostolos ait, qui euangelium omni nationi prædicauerunt. Eodem modo explanat D. AVGVST. loco citato. Ergo has omnes na tiones quas significat hoc loco singillatim propheta, vno verbo complexus est Dominus cùm dixit: Euntes in mundum vniuersum. Et rursum: Prædicate euangelium omni creaturæ, euntes docete omnes gentes. Sed prophetæ necesse fuit percurrere singillatim omnes nationes, nam quoties nationes dicit, Iudæi referunt ad duodecim tribus Israël: si omnè mundum dicit, aiunt significari Iudæam, nunc cùm percurrat nationes singillatim, quod se vertant non habent. Nam vt suprà diximus ex autoritate veterum patrum, sciebat Esaias se ferra secandum, tamen non est deterritus eo malo Esaias, quin sine ænigmate & circuitiōne omnia prædiceret, vndè euan gelistæ nomen inuenit. Miratur D. Hieron. cur Lxx viri pro מִשְׁכֵּי אֲרָם i. tendentes arcum, reddiderint [Moloch] & certè Lxx viri Moschos hoc loco intelligunt, qui adhuc nomen re tinent antiquum, quorum mentionem apud Gæographos leges, vt apud PLIN. libro sexto cap. 10. & apud reliquos. Est enim natio hominum supra Armeniam, Parthis finitima, qui

SS 3 vt Parthi

vt Parthi arcu & sagittis. vtebantur, & indè sunt appellati Moschi, à Mafac, tendo, & que- A
fet arcum, quod propheta significasse videtur, & definitionem nominis pro nomine ipso po-
fuisse, vt cum artem benè dicendi dicimus. i. rhetoricam, & vt non faceret indoctè, qui pro
arte benè dicendi interpretaretur. i. rhetorica, & pro animali irrationabili latrabili, redderet
canem, ita mihi non videntur Lxx indoctè fecisse, qui pro tendentibus arcum, Moscos ver-
tère, quòd indè credantur Mosci inuenisse nomen.

D. HIERONYMVS

Et adducent omnes fratres vestros de
cunctis gentibus donum Domino, in
equis, et in quadrigis, et in lecticis, et
in mulis, et in carrucis ad montem san-
ctum meum Hierusalem, dicit Domi-
nus, quomodo si inferant filij Israël mu-
nus in vase mundo in domum Domi-
ni, et assumam ex eis sacerdotes et le-
uitas dicit Dominus.

AVGVST. loco citato de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. Significat propheta his verbis, apo-
stolos adducturos fratres istorum quibus loquebantur. i. filios Dei qui ex gentibus cre-
didere euangelio, quos fratres Israëlitarum electorum nominat, & significat propheta aposto-
los adducturos hos ex omnibus gentibus tanquam munus Domino, in iumentis & vehiculis,
quæ iumenta & vehicula, benè intelliguntur adiutoria esse diuina per cuiusque generis mini-
steria Dei, vel angelica, vel humana [in ciuitatem sanctam Hierusalem] i. in ecclesiam quæ nunc
in sanctis fidelibus est, diffusa per terras: vbi enim diuinitus adiuuantur, ibi credunt, & vbi cre-
dunt indè veniunt: comparauit autem Dominus illos filijs Israël, offerentibus ei suas hostias
cum psalmis in domo eius. Postremò promittit Dominus ab ipsis nationibus, se accepturum
sacerdotes & leuitas quòd in vniuersa ecclesia fieri videmus: non enim deliguntur è genere
carnis & sanguinis, quòd in lege veteri fiebat, secundum ordinem Aaron, sed sicut oportebat
in testamento nouo, vbi secundum ordinem Melchisedech summus sacerdos est Christus,
pro cuiusque merito, quòd in eo gratia diuina contulerit sacerdotis, & leuitæ eliguntur. Hæc
omnia Augustinus. Quòd D. Hieronymus vertit [In equis, & quadrigis] reddidère Lxx viri
[μῦθ' ἵππων καὶ ἀρματων] i. in equis & carribus. Et quòd vertit D. Hieronymus [in lecticis, & in mulis]
interpretantur Lxx viri [ἐν λαμπήναις ἡμιόνοις] putarunt enim esse figuram dialogiam, quale illud
Pateris libabat & auro. i. pateris aureis, & sic dictu[m] [in lecticis & in mulis] i. in lecticis mulorū,
porrò λαμπήνη, vox Græca, regius est carrus, regio apparatu stratus, & regali suppario desuper
tectus, & auleis insignis regalibus, & regijs tapetibus ornatus. Vox Hebræa כַּרְסִי, lecticam signi-
ficat, & quadrigas, & hos carros desuper tectos: vt non solum significet propheta quod ait Au-
gustinus, Dei adiutoria & angelica ministeria, quibus quos vult Deus, ad fidem trahit, sed beni-
gnissimam indulgentiam, & largissima munera Dei in suos, & regiam quandam dignitatem
ad quam subuehit suos. Nam vt Quintilianus inquit, ex instrumentis heroum illorum ma-
gnitudo æstimanda nobis datur, cum Polyphemus pro virga, manu gestat proceram ingentis
ponderis pinum, apparet quanta corporis eius fuerit proceritas, & quanta magnitudo, &
robur quantum, cui pro virga, quam manu gestamus, erat ingens pinus. Quod genus amplifi-
cationis Rhetores ratiocinationem vocant, sic hoc loco, cum regali curru, & quadrigis regijs
& regio apparatu, ostro & auro tecti, feruntur fideles, siue cum vtebantur lecticis, significatur
nobis ascitos eos qui crediderint, in filios Dei, in genus electum, in regale sacerdotium: hoc e-
nim regia vehicula significat. Quòd D. Hieron. reddidit [in carrucis] Lxx edidère [cū vmbra-
culis] quod vox Hebræa obscura est, & de qua rabini discèptant, cum alij interpretentur, in
carrucis, alij in equis gradarijs, quidam in equis celeribus, & sunt qui interpretentur in camelis.
Lxx seniores videntur duas voces fecisse Hebræas, non vnam, & non legisse בכר כרות, conu-
ctim, quam vocem nulla præferunt onomastica, sed diuissim, vt duas agnoscant dictiones,
בכר כרות

LXX VIRI.

Et adducent fratres vestros de cun-
ctis gētibus donum Domino cum
equis, & rhedis, in curribus mulorū
cum vmbra culis in sanctam ciuita-
tem Hierusalem: & dixit Dñs, quo
modo si offer at filij Israël victimas
suas mihi cum psalmis in domum
Domini, & ex eis sumā mihi sacer-
dotes, & leuitas, dicit Dominus.

A בכר כרות, vt sit בכר, super stramentum, כרות, succisorum ramorum, scilicet, herbarum, flo-
rum, vt non solum vtebatur dicat fideles regali curru strato regijs tapetibus. Hoc enim significat
Græca vox, qua vtuntur Lxx seniores, vt te docet Sudas, sed etiam ramis & floribus inducto &
vernanti, vt describatur triumphus fidelium vincientium & dignitas in quā subuehitur. Quod
[in vase mundo] reddidit D. Hier. trāstulere Lxx viri in psalmis. Hebræa vox fecit hæc varietatem
quæ vtrunque significat בכר כרות i. in vase, vel in instrumento musico.

D. HIERONYMVS.

Quia sicut calinomi & tarranona, qua
ego facio stare coram me, dicit Domi-
nus Deus, sic stabit semen vestrum et
nomen vestrum.

LXX VIRI.

Sicut enim cælum nouum & ter-
ra noua, quæ ego facio permanere
in conspectu meo, dicit Dominus,
sic stabit semen vestrum & nomen
vestrum.

B DIUS AVGVST. loco citato de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. cū inquit de ecclesia perspicua notissimaque prædixerit vaticinia, quæ
completa videmus omnia, subiicit nunc fines, ad quos per vltimum iudicium boni, malique
perueniant. i. vitam beatā, quæ expectabit bonos, & æternas pœnas quæ excipiet malos. quod
significant hæc verba [quomodo ergo cælum nouum] &c. CYRIL. Cum nouos cælos & nouā
terram fabricauerim, ita sinam manere sempiterna vt nunquam mutentur, & eodem modo fa-
ciam semen vestrum ò apostoli, & semen vestrum sempiternū erit apud me. expectamus enim
nouos cælos & nouam terram & vitam beatam. significat ergo hanc sanctorum spem staturam
semper & permanuram, & semen illud benedictum à sanctis apostolis oblatum, seruandum
perpetuū. THEOD. hanc naturam sensibilem innouabo & semper manere faciam & genus
vestrum faciam sempiternum, & semen, dixit eos, qui per apostolos crediderint. TERT. de re-
surrectione carnis, Is finis est inquit prophetiæ Esaia, qui est futurus finis huius mundi, quando
ergo inquit futurum est hoc quod hic prædicitur, quando præterierit figura huius mundi fiet
hoc quod dico, quando fuerit cælum nouum & terra noua, quæ ego facio in cōspectu meo, sta-
bit semen vestrum ita vt illa perpetua æternitate firmata.

D. HIERONYMVS.

Et erit mensis ex mense, & sabbatum
ex sabbato, veniet omnis caro vt ado-
ret coram facie mea, dicit Dominus.

LXX VIRI.

Et erit mensis ex mense, & sabbatum
ex sabbato, & veniet omnis ca-
ro vt adoret in conspectu meo in
Hierusalem: dixit Dominus.

D DIUS CYRIL. putat significari his ver-
bis vsque ad finem mundi semper venturos credentis in Christum ad ecclesiam, & hoc
esse [Erit mensis, ex mense, sabbatum ex sabbato] i. erunt tempora, & anni, & veniet omnis ca-
ro adorare in conspectu meo] i. & his omnibus tēporibus vsque ad finem sæculorum veniet na-
tiones adorare in conspectu meo, neque vllum erit tempus, quo non veniant, & hoc quidē præ-
dictum est per alia vaticinia prophetarum ita futurum. Sed hoc loco magis mihi placet D. AV-
GVST. sententia & TERT. & THEOD. Putat enim Augustinus significari his uerbis sempiter-
nam requiem, qua boni fruuntur, sic enim lib. de ciuit. Dei 20. cap. 22. inquit [Erit eis mensis ex
mense sabbatum ex sabbato, inquit] i. requies ex requie, quauis enim alibi dicatur, dies ma-
gnus æterna beatitudo, quia in illa illucescet sol iustitiæ ipse Deus, & nūquam occidet, & faciet
illis diem, qui nullo fine terminabitur, & sempiterno conuiuio pascet suos, cuius ipse inuitator
& ipse pabulum, & epulæ. Influet enim in omnes beatas mentes ipse Deus plenissimo alueo,
qui si luuius est omnium bonorum, & diuitiarum, omnium gaudiorum, & voluptatum, quippè
sumimum bonum est, & ipsum pulchrum, vbi omnia eminenter sunt, quod nostri aiunt. influet
ergo in beatas mētes, & ipsas saturabit, ac perpetuò manebit in illis, vt gaudio sempiterno triū-
phent, & sempiterna fœlicitate, quod vnum conuiuium dicitur à sanctis quod nullo fine clau-
ditur, tamen quod noua semper reuelat Deus per supremos angelorum ordines, siue quod mo-
re nostro loquitur propheta, Festa, inquit excipient festa & gaudia illa fœlicissima noua exci-
pient gaudia. Nam sabbatum requiem significat, & sabbatum ex sabbato, requies ex requie, in-
quit Augustinus. i. erit vna requies post aliam requiem: neque in illa vita beata intercedet vlla
Sff 4 ægritudo

ægritudo, & nouis subindè gaudijs afficientur beati. Vnum & sempiternum erit conuiuium, A quod nullo terminabitur fine. THEOD. sabbatum ex sabbato] .i. semper festos dies agent mentes enim calendæ, & sabbatum festos dies nominat, quod in ijs ludæi festos agebant dies. Quod autè dicit, Mensis ex mense] Hebraicè est: שִׁבְעָתַיִם .i. menses ex mense, vel, calendæ ex calendis. calendæ porro apud veteres festi dies erant, vt apud nos paschata, vt idem sit calendæ ex calendis (sic enim interpretatur hunc locum Rabbi David) quod festum post festum. Nam mensis ex mense, pro: calendæ post calendæ: positum est totum, pro parte: vnde apparet verifimâ esse interpretatione Theodoretî & D. August. cum lectio Hebræa reddi possit. calendæ post calendæ, & sabbatum post sabbatum, id est, festum post festum, & feriè post ferias. Interpretatio TER T. lib. i. aduersus ludæos cap. i. mihi non placet, qui eam scire volet indè petat. Et veniet omnis caro vt adoret coram facie mea] Sic Hebraicè est, pro quo Lxx dixerunt: Veniet omnis caro vt adoret in conspectu meo in Hierusalem] vbi Lxx addiderunt: in Hierusalé, de suo, vt significarent cælestem Hierusalem. TER T. de resurrectione carnis: Quando (inquit) veniet omnis caro adorare Dominû? nempè quâdo resuscitata fuerit, & egressa de sepulchris, B vt suprâ dixit: ossa vestra velut herba orientur, [veniet adorare Dominû] pro hac gratia resurrectionis. AVG. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. Ne intelligeres omnes homines adoraturus Dominum pro hac gratia, sed tantum beatos, describuntur damnatorum pœnæ. Veniet omnis caro, inquit, quia ex omni genere hominum populus iste fidelis constabit. Nô enim omnes homines ibi erunt in vita beata, quando plures erunt in pœnis æternis apud inferos.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui prauaricati sunt in me. Et egredientur, & videbunt membra hominû qui transgressi sunt in me.

THEODOR. Hoc ostendit Dominus in euangelio, vbi Lazarus mēdicus vidit pœnas diuitis: & diues viram beatam Lazari. Ostendit autem his quod qui fruūtur æterna illa foelicitate damnatos vident & pœnas, quas criminum, & scelerum pendunt. AVG. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. Virorum, inquit, .i. hominum, vt mares, & foeminas significes: & certè Hebraicè hominum est, & per syllepsim figuram, vbi homo aut vir dicitur, foemina quoque intelligitur: C Quis enim (inquit Augustinus) diceret, peccatrices foeminas in supplicijs æternis non futuras? sed ex potiori inquit genere, .i. ex homine, ex quo foemina facta est, vterq; sexus accipitur. Docet etiam cadauera dicta, nô corpora mortua, & inanima alioqui nulla possent sentire tormenta, sed quia in secūdam mortem damnata sunt, cadauera à cadēdo esse appellata. Lxx vero vertere *ויראוי וראו* .i. videbunt membra, Hebraicè est, *ויראוי* .i. in cadauera, vt vertit D. Hieron. vel *ויראוי* .i. in lassa, & defatigata, nā pagar, lassari est, & defatigari, vnde, bepigre, in lassa, & defatigata, Lxx subaudiuerunt membra hominum. .i. in lassa tormentis, & cruciatibus hominum membra & fortasse hæc vox, lassa, & defatigata, desideratur in interpretatione Lxx virorum & sensus est: Videbunt beati lassa tormentis, & defatigata membra hominû, vt interpretatur Theodoretus, & pigre, vel pogra, potes etiam vertere, Membra frigore torpentia: Nam pagar, torpescere est, & pigrum esse, & piger, vox Latina inde deducta videtur, & apud inferos corpora recte dicuntur pigra, & torpentia frigore, & sauisimis flammis ardentia, & fatigata, & lassa cruciatibus: hæc enim omnia vox Hebræa significat. Præterea quod dictum est: Egredientur] quæ ri solet quo modo sit accipiendum de beatis, & quomodo egrediantur in tenebras exteriores D ad videnda damnatorum supplicia, docet te idem AVG. eodem lib. cap. 22. quomodo hoc accipi oporteat, vbi, Egrediantur, inquit, per scientiam, non aliter. Hoc enim verbo non significatur beatas manteis suas sedes relicturas, & ad loca pœnalia peruenturas, vt malorum tormenta perspiciant præsentia corporali, significatur potius, eos, qui cruciabuntur extra futuros, extra deo dicuntur sedes beatas, propter quod Dominus ea loca tenebras exteriores vocat, quibus contrarius est ille ingressus, de quo dicitur seruo bono: Intra in gaudium Domini tui. Sed egredientur boni ad illos per scientiam, quia id, quod extra est, cognituri sunt, qui enim erūt in pœnis quid agatur intus in gaudio Domini nescient, qui verò erūt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus scient. Sed de hac re lege D. Thomam vbi hanc materiam disceptat.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Vermis eorum nō morietur, et ignis eorum non extinguetur. Nam vermis eorum non finietur, & ignis eorum non extinguetur.

D. AMBR.

Beatos nō relicturos suas sedes, quas sol in selligibilib, Deus, illu strar vt ad loca tormē torum que extra illa lucē sunt et tenebræ ex teriores in deo dicuntur tur perueniā, ad vidēda tormē ta malorū.

DIUS AMBR. in c. Lucæ 14. lib. 7. de parata coena magna: Vt multa, inquit, ex cruditate febres nascuntur & vermes, quando quis cibum sumit intèperanter, ita si quis peccata peccatis accumulet nec decoquat ea pœnitentia, sed misceat peccata peccatis cruditatem contrahat, veterum & recentium delictorum igne aduretur proprio, & vermibus cōsumetur. Ignis est quem generat mœstitia delictorum: vermis est, eo quod irrationabilia animi peccata mentè pungunt, & viscera exedunt, vermes ex vnoquoque nascuntur tanquam ex corpore peccatoris. hic vermis non morietur, hic stridor dentium prodit indignationis affectû, eo quod sero vnūquenque pœniteat, sero ingemiscat. ORIG. in cap. 15. Exodi [vermis non morietur] inquit quem generat auaritia, quem generant peccata & in 15. cap. Matt. forsità talis ignis est hic vt inuisibilia comburat, ipse inuisibilis constitutus. nam si (vt ait apostolus) temporalia sunt quæ videntur, quæ autem non vidētur æterna, necesse est si visibilis est ignis ille, temporalis sit, si autè æternus, inuisibilis est, quo puniūtur qui recedunt à Christo. Tale est quod dicitur à Iob: comedet eos ignis qui non accēdetur. Nam videmus hominum corpora accidenti calore vri & non mediocriter cruciari. AVG. de ciuit. Dei. lib. 20. cap. 22. hanc disputationem de igne & verme in alium locum reijcit. Ego cum Dominû audiam dicere: Ibunt in ignem æternum & in flammæ æternas & huius ignis æterni & ardentium flammarum, quæ in inferis sunt tam crebra mētio fiat, vtendum arbitrarer Aristotelis præcepto, vt in his quæ vera esse scimus, nô moueamur etiam si dissoluere argumentorum, quæ ex parte diuersa sunt, nodos nescierimus, etiam si vinculis argumentorum teneamur constructi, nihilominus hæc vera esse dicamus, fateamur igne torqueri & cruciari & ardere incorporea, nā si in naturalib⁹ hæc ratio valet (vt inquit ARIST.) in super naturalibus quanto magis valere oportet? vt illud omittam quod incorporea cruciari etiam corporeo igne non reicere philosophi, qua de re aliquando, si vita suppetet Deo benè iuuante dicemus, Nam nunc tempus equum fumantia soluere colla. Legendus BASIL. in asceticis, interrogatione 267. de illo, Qui scierit vapulabit multis.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Et erūt vsq; ad satietatē visionis omni carni Eterūt in visionē omni carni.

CYPRIAN. contra Demetrianum tractatu. i. in fine, Cremabit addictos perpetua semper gehenna, & voracibus flammis vorax pœna, nec erit vndè requiem, vel finem aliquando possint habere tormenti: spectabitur illic à nobis semper, qui hic nos spectauit ad tempus. Sic enim explanat illud [Et erunt ad visionem vniuersæ carni] Spectabitur enim illic à nobis semper ardes sempiternis flammis, qui hic nos spectauit ad tempus & in persecutionibus factis oculorum crudelium breuis fructus perpetua uisione penfabitur, iuxta illud, Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulere labores eorum videntes turbabuntur timore horribili, &c. Vatablus, & Pagninus legunt: Erunt fastidio & opprobrio omni carni, & contemptui: nam verbum Hebræum, *ויראוי*, significat reprobationem, & contemptum vndè *ויראוי*, contemptum, & sic ludæi interpretatur: Erunt in contemptum siue abominationem omni carni, ne videlicet velint eos videre ob multitudinem vermiū, qui erūt in eis, & putant Hebræi daraion, deduci, à, dara, i, vermis, quod damnati scaturient vermibus quibus cruciabuntur, vt qui morbo pediculari laborant, R. Ionatha putat daraion compositā vocem esse, ex dai. .i. sufficientia &, raā, visionis. .i. sufficientia visionis & ita vertit D. Hierony. D & Lxx viri vt pro vltima pœna, quam dixit Cyprianus, addat propheta, vt quemadmodū maleficum genus hominum caduntur verberibus per vias publicas, & pœna afficiuntur in conspectu hominum, & eo loco, vbi sint omnibus spectaculum, ita damnati ea afficiendi sunt pœna, vt sempiternum futuri sint omnibus spectaculum, & eorum pœnæ, & crimina omnium oculis sint subijcienda, vnde suos liberat Deus, per quem, & cum quo, sit gloria Deo patri, & sancto Spiritui in sempiterna secula Amen.

LAVS DEO TRINO ET VNI.

In sequenteis Periochas præfatio.



N disputacione de tralationibus, & toto hoc opere testati sumus, Esaïam præoptasse potius lignea serra secari, quam Christi mytheria ænigmatis inuoluere, & non apertè, & planè dicere sine vlla circuitione, sine vllis ambagib⁹. Et diximus ita veteres patres proximos tēporibus Christi Esaïam esse interpretatos, vt omnis charta Esaïæ Christum sonet. Neq; veteres patres solū, sed etiam Lxx viros ostendimus CCC annis ante crucem Domini ea pro interpretatione scilicet texuisse, quæ euangelicam historiam representarent, quibusque refellerentur impij Iudæi, qui eas post crucem Domini commenti sunt interpretationes, quibus vix tria capita reperias in Esaïa, quæ tota, Christi mytheria loquantur: sed aut Assyriū, aut Senacheribum, Babylonium, Nabucdonosorem, Dauidem, Solomonem, Ezechiam. Nunc volui has huic operi addere periochas, quæ continerent omnium capitum Esaïæ summam, & anacephaleoseis, vt cuncta illa simul quæ testati sumus sub omniū aspectum ponerè: apparetq; totum Esaïam Christi mytheria loqui, additis suis numeris singulis, vt singula sic explanata à sanctis patribus intelligat qui volet: & adhibita ab eisdem sanctis patr. ad refellendos impios Iudæos, & hæreticos, & sic expressa à Lxx, tribus seculis ante sacratum Domini aduentum, vt aliò referri non possint, quam ad Christū. Et quoniā huius operis scopus est vulgatā D. Hieron. editionē & sanctorū patrū sentētiās tueri, vulgatā D. Hiero. editionē, & eam interpretationē, quæ Lxx, & sanctorū patrū est, cōsentaneas ostēdimus lectioni Hebrææ, vt nihil possit esse magis, vt dijudices. serēdi ne sint Iudaizantes, qui lectionē receptā in ecclesia catholica, & illā alterā editā tribus seculis ante crucē Dñi, quibus veteres patres Iudæis obturabant ora, & hæreticis, cūrent reijciendas, & introducendam maliciosam interpretationem Iudæorum, quæ (vt Theodoretus inquit,) suam impietatem tuentur, additis verbis scripturæ, interiectis integris orationibus, commentis mille dolis, vt sensa sacra de Christi mytherijs aliò deflectant. En hæ periochæ sub oculis tuis ponunt vulgatam editionem, & Lxx viros, de Christo totum Esaïam interpretari, & D. Hieronymum huius rei testem adhibent, qui translationem Lxx, semper interpretatur de Christo. Numerus additus singulis, indicabit huius rei authores, omnes sanctos patres, paucissima sunt, quæ dico de meo. Qui sapiet sanctorum patrum vestigia sectabitur, vitabit Iudaismum. Quod vero ij, qui aduersantur Lxx viris, omnium sanctorum authoritati se opponunt, solo D. Hieronymi nomine recti, quod is cellas Lxx virorum solus negat, quod suo præceptori in hac re fidem habuit, & quædam aliquando ex trahat. Lxx improbet, volui singulis his periochis capitum Esaïæ præfigere sententiam D. Hieron. ex commentarijs in illud idem caput, vt appareat D. Hieronymum nobis fauere, & exemplo D. Hieronymi nos facere omnia, quæ facimus, cū tuemur Lxx, cum refellimus Iudæos, & Iudaizantes. Atqui Hieron. in cōment. tantum aduersatur Lxx aliquādo, nā in textēda interpretatione scripturæ, profiteretur ceteris se Lxx esse sequutum, vt ostendimus in disputacione, cū disceptabamus de editione vulgata: & in epistola ad Damasum papam, ab Apostolis probatam ait translationem Lxx, & in præfatione in lib. Paralip. scripsit idem Diuus Lxx spiritu sancto plenos vertisse scripturas.

Periocha Cap. I.

- 1 D. Hieronymus fatetur Lxx viros titulo ipso declarasse hoc caput referendum ad Christi passionem.
- 2 Iam ab hoc loco D. Hieronymus omnia vsq; ad finem cap. ad Christi passionem refert.
- 3 Liberum esse aliquando mutare puncta ostendimus auctoritate D. Hiero. fa. 353. 365.
- 4 Hoc etiam sensit D. Hieronymus in illa huius cap. verba, Conuertam manum meam ad te. ait enim de Lxx, quod sensum potius quam verba vertunt, et in illud capitis. 5. Vineæ facta est dilectio meo sensum, inquit, magis Lxx, quam verba interpretantur, vt constat auctoritate D. Hieronymi etiam quod veteres patres aiunt Lxx pro tralatione aliquando facere paraphrasim. ¶ D. Hieronymus in illud, Quomodo facta est meretrix, docet Lxx addidisse verbū vnū, quo sensum facerent manifestiorem, vt liquet auctoritate D. Hieron. verba esse addita à Lxx loco commentarioli.
- 4 Nescire se fatetur D. Hieronymus, quid sequuti fuerint in sua tralatione Lxx viri, hoc loco, fatetur tamen concordare cum euangelio.

VID sit visio declaratur. fa. 3. d. Esaïam dicendum esse, non Iesaiam, aut Iesaiam. fa. 1. & 2. vbi disputatur de nomenclaturis Hebraicis, Irmiau, Sedom, similibusq; ostenditur Esaïas fuisse octingentesimo anno ante Christi aduentum, quod nostræ fidei argumentum est firmissimum cum singula nostræ fidei mytheria octingentesimo anno ante Christi Domini aduentum, prædicta ostenduntur, & postea cōpleta. fa. 6. 7. 8. 9. 10. Lxx huius cap. titulo præsignificarunt Christi passionem prædici hoc capite, & Iudææ vastitatem, & est disceptatio de hac re, inter D. Hieron. & Euseb. Cæsariensis. f. 4. & 5. vbi sanctorum patrum documento intelliges titulis capitū, & psalmorum explicari argumentū rei, de qua agitur. Lxx viri pro tralatione edunt commentaria in hoc caput. f. 4. 5. & f. 12. d. & 20. a. 22. d. 23. 31. b. c. & deinceps. 34. c. d. 35. b. c. 38. c. 41. c. 44. c. 47. b. c. 48. a. b. c. 50. a. b. 51. d. & deinceps. 52. a. Hoc cap. significatur complendæ minæ Moïsis, quod Iudæi non seruarint legem Domini, & vastadam Iudæam. f. 11. Datam Iudæis potestatem filios Dei fieri, & eos eam spreuisse. f. 12. Bouem & asinum cognouisse Dominum in presepio, Israel non cognouisse. f. 13. Repudiasse Iudæos dominum ipsum, & dixisse, Non habemus Regem, nisi Cæsariem. f. 14. d. 15. a. b. c. Iudæos summos, medios, infimos, plenos fuisse peccatis, & Christum dominum à planta pedis vsque ad verticem capitis, concisum plagis. facie. 16. 17. 18. Vastandam Iudæam post crucem Domini, quod Christum non receperit, quibus vaticinijs vrgentur Iudæi à nostris quod videant vastatas vrbes, & completa omnia, & quod impij sint. Contra hæc Iudæi maliciosas interpretationes, per mille quingentos

gentos annos sunt commenti, quas sequuntur Iudaizantes, qui refelluntur hoc loco. fa. 18. d. 19. 20. 21. 22. Lxx viri sic vertunt quedam ex hoc capite, vt non possint non referri ad Christum, que citat d. Paul. et ad Christum refert. Iudaizantes contra d. Paulum nituntur, fa. 22. 23. 24. Historie Loth et Sodomę typus declaratur fa. 25. repudiantur cęremonie veteris legis. fa. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. Et Lxx viri sua distinctione hoc significant, et refellunt Iudęos et Iudaizantes. Excluduntur Iudęi prorsus, et vna eis ostenditur, via salutis si baptizentur, iuxta Lxx viros. fa. 34. 35. 36. 37. 38. 39. De pęnitentia, et Christi sanguine. fa. 40. 41. Pręmia bonorum et malorum pęnę. 41. 42. Contra Iudęos, qui Christum crucifixerunt, et repudiare euangelium. 43. 44. 45. contra pharisęos et scribas. fa. 46. excluduntur Iudęi ab ecclesia. fa. 47. et hac facie etiam paraphrasi Lxx virorum Iudęi et Iudaizantes refelluntur, qui totum hoc caput ad Babylonicam captiuitatem referunt, docetur autoritate veterum, Lxx viros facere paraphrasim scripturę, et obscura, et ambigua planę dicere, describitur vastitas Iudęę, et redemptio reliquiarum. fa. 47. 48. 49. 50. 51. 52.

Periocha cap. II.

HOC titulo Lxx viri sua paraphrasi, & veluti commentariolo declarant hoc caput esse de fęlicitate euangelica. fa. 53. & 54. 55. d. & deinceps. 62. b. 63. d. 67. d. & deinceps. 67. a. d. 69. a. Principio huius capitis Lxx viri refellunt Iudęos & Iudaizantes, qui caput superius contra D. Hieronymum, & omnes sanctos patres, ad Babylonicam captiuitatem referant, & ostendunt Lxx referendum ad vastitatem Iudęę, & causa reddi videtur, quoniam venit veritas, & tollenda est vmbra, & Christus mons dicitur, & ecclesia stabilis, & inconcussa iuxta illud. Portę inferi aduersus eam non pręualebunt. fa. 55. & quod ecclesia diffundenda sit toto orbe. fa. 56. b. c. de lege noua gentium, & conuersione gentium ad Christum. 54. 55. 56. vbi vrgentur à sanctis patribus Iudęi. fa. 56. 57. Describitur populus fidelis, & prosperatio gentium ad Christum, & infidelium Iudęorum exclusio. fa. 58. 59. Iudęi & Iudaizantes, qui hęc sensa sacra peruertunt, refelluntur tralatione Lxx virorum. fa. 59. c. d. Obcęcationis Iudęorum causa quę? fa. 68. 69. In fide Christi perseuerandum contra omnia tormenta. fa. 62. vbi rursus tralatione Lxx virorum refelluntur Iudęi & Iudaizantes, qui hęc ad Babylonicam captiuitatem referunt. Iudęę vastitas descripta post crucem Domini. f. 65. 64. 65. & 66. Christi exaltatio & prędicationis euangelicę post vastatę Iudęę. f. 67. Signū aduentus Christi. Idolatrię cessatio, & vrgētur Iudęi à nostris hoc vaticinio. fa. 67. 68. 69. Refelluntur Iudaizantes. fa. 69. D. Hieronymus sic hęc omnia interpretatur, & Iudaizantes refellit, tam planę hęc omnia dicuntur, vt THEODORĒTVS libro decimo, de oraculis, citans hoc cap. dicat. Age, per veritatem vos rogo, nunquid sinuose, aut ambigüe vobis, hoc dictum videatur, sed negaturos cōfido, videtis manifesta rerum indicia, cum prędicta omnia, & completa videatis? An non videtis Christianę ecclesię sublimitatem? Cunctos mortales illi suppliciter inclinatos? An non videtis plurimos sponte adductos? Alios aduersantes, pręter animi sui sententiam ei deseruire? An non videtis montium excelsos vertices abominatione dęmonum depulsa, monachorum cęnobijs exornatos? Non videmus omnes, vndique confluentes ad ecclesię? cessasse hostes ecclesię? cessasse idola? Hęc THEODORETVS. Quę omnia planissime hoc capite prędicta sunt, Lxx virorum commentaria & paraphrasę, quibus Iudęi & Iudaizantes refelluntur, & Christi passio ob oculos ponitur. fa. 75. 76. 77. b. c. d. 78. 80. a. 81. 82. a.

Periocha cap. III.

¹ Toto hoc capite D. Hieronymus tralationem Lxx virorum ad Christi passionem refert, & euangelicę interpretatur, ² D. Hieronymus in illa verba, Vae anime eorum perpicue, inquit. hęc iuxta tralationem Lxx dicuntur de Christi passione, & nescio cur hic diuus nō addiderit vulgatam quoque eo referri optime posse, & nullo modo ad captiuitatem Babylonicam, vt ostendimus in commentarijs. ³ Mutatas literas, & mutata puncta à D. Hieron. ostendimus. f. 351. 353. 365. 366. vt defenderet Iudęos blasphemos, quos ipse appellat Symmachum, Aquilam, & Theodocionem, ne quis iniquo animo ferat, sic defendi euangelia, concilia, doctores sacros, qui Lxx viros citant.

HOC capite significatur Regnum auferendum esse à Iudęis, & Spiritus sancti charismata, post crucem Christi. fa. 71. 72. 73. 74. Et quod Barrabam hominem seditiosum prętulert Christo, seditionibus perituros Iudęos, & quod Domino illuserint, illudendos. fa. 75. 76. Significatur dimissa synagoga à Domino, & vastanda Hierosolyma, vbi Lxx sua paraphrasi dimittendam Hierusalem significant, & expriment illud euangelicum. Derelinquetur terra vestra deserta, & describunt passionem Domini. fa. 77. 78. 79. Passio ² domini, & Iudęorum consilia aduersum Christum, pręcipue iuxta tralationem Lxx, qua refelluntur Iudęi & Iudaizantes, qui hęc omnia ad captiuitatem Babylonicam referunt. fa. 80. 81. 82. Auaritia pharisęis causa fuit vt Christo aduersarentur. fa. 82. 83. Christus sistitur iudicibus iudicandus, & iudicat postea Iudęos perfidos. fa. 84. 85. vbi videtur describi illud Augustini in cap. septimum Ioan. tra. 31. Christus inter iniquos reputatus est: latro euasit, Christus est damnatus, & ipsa crux tribunal etiam fuit: vnus latro damnatur, alter liberatur. Iudicabatur, et iudicium minabatur. Videbitis filium hominis venientem, &c. Minę aduersum mulieres locupletes

Periocha cap. III.

¹ D. Hieronymus tralationem Lxx virorum, ad Christum refert toto hoc cap. ² D. Hieronymus illa verba, Creauit Dominus, iuxta tralationem Lxx virorum interpretatur de Christo, nos, cur sic reddiderit Lxx viri, causam dicimus documento, & exemplo eiusdem D. Hieronymi, qui sic Lxx viros alibi, & Theodocionem, & Aquilam, & Symmachum tuetur. fa. 351. 353. 365. 366.

Lxx viro-

LXX virorum commentariola que Christum sonant et Iudaizantes refellunt. fa. 93. b. 95. 97. d. 100. a. b. 101. a. c. Hoc capite vastitas Iudęę significatur cum tanta paucitas virorum futura dicitur, vt septem mulieres virum vnum apprehendant, vt ex eo fiant matres, vel iuxta Lxx septem mulieres, id est, septem ecclesię, virum vnum Christum petant, quem si adipiscantur vero cibo suo se alendas aiunt sacra Eucharistia, s. et immortalī vestimento vestiendas. fa. 91. 92. describitur Christi aduentus, et Christus dicitur deus, refellitur sententia Iudęorum. fa. 93. 94. 95. 96. 97. Apostoli et populus fidelis describuntur. f. 97. 98. et hęc omnia Lxx viri sua interpretatione expriment. Christi aduentus, et ecclesia describitur iuxta Lxx viros.

Periocha cap. v.

¹ D. Hieronymus nos docet hoc loco Lxx viros, non vertere scripturam ad verbum, sed sensa sacra exprimere, quod docuerat etiam cum alijs locis, tum de optimo genere interpretandi ad Pammachium.

² Canon scripturę prescriptus ab Athanasio de passione & Cruce Domini hoc verbum, adhuc, in scriptura, spem venię pręferre, & significare Domini mansuetudinem, vt in illo Ionę. Adhuc quadraginta dies latebat, inquit, ibi Dei mansuetudo, & spes venię intra hos dies, & sic hoc loco. Quid adhuc potui facere vineę mee? quod consuetudo est scripturę, vt Dei longanimitas per hoc verbum adhuc significetur. ³ D. Hieronymus quoniam de tralatione Lxx dixisset, ne scio quid volentes Lxx transulerunt, &c. postea eam sequitur, & euangelicam historię referre docet de Christi passione Et fa. 117. apparet duplicem esse lectionem testimonio Lxx virorum & Iudęorum etiam.

⁴ D. Hieronymus in illa verba, & eleuauit signum, nos suo exemplo docet, ex pręcedentibus & sequentibus explanare scripturam contra Iudaizantes.

LXX viri cum euangelistis verbis & sententijs congruunt in descriptione vineę euangelicę, ne quis eos miretur verbis & sententijs inter se consensisse, cum sigillatim vertere scripturas, fa. 104. d. 105. a. sua paraphrasi explanant scripturam. fa. 108. d. 109. a. 114. c. d. 115. a. 116. c. d. & deinceps. 121. 122. j.

Hoc capite, Christus dicitur dilectus. ad quę ¹ loquitur pater. fa. 122. describitur vinea euangelica. fac. 103. 104. Refelluntur Iudaizantes à Lxx viris, qui hęc ad captiuitatem Babylonicam referebant, fac. 104. & 105. Vineę illa spinas & coronam spineam generat Domino, & fel propinat eidem Domino. fac. 106. Pręstitit omnia Deus huic vineę, ipsa pro vultu eius spineam coronam, & fel aceto mixtum. f. 107. Probat hanc vineam Esaię euangelicam vineam esse contra Iudaizantes ² fa. 108. Exclusio Iudęorum significatur, & refelluntur Iudaizantes paraphrasi Lxx virorum. fa. 108. d. 109. a. Apostoli & euangelici prędicatores nubes dicuntur. fa. 109. c. Pluuia cęlestis post crucem Domini, non cadit in synagogā Iudęorum, & eo loco D. Hieron. refellit Iudęos. fa. 109. d. 110. Refelluntur qui literę hęrent. fa. 110. & 111. Auaritia Iudęorum reprehenditur, et obcęcationis causa fuisse dicitur. fa. 111. c. Vastitas et fames Iudęę post crucem Domini pręsignificatur. fa. 112. et 113. a. A lectione scripturarū opulencia, et luxus, et voluptas abduxit Iudęos, et ideo perierunt contra cōuiuia lauta locupletū. fa. 113. d. 114. a. Hierosolyma vastata cum vrbibus Iudęę, quod Christus non est receptus, quod paraphrasi Lxx virorum aperte indicat. fa. 114. c. d. 115. et 116. Passio Domini ³ prędicitur, et captiuitas Iudęorum, post crucem significatur tralatione Lxx virorum. fa. 117. peccata peccatis accumulantes, cū non recipiunt Dominum, cum cruce afficiunt, cum custodes corrumpunt, et peccata vincula esse fac. 118. et 119. Iudęi cum cruce affecere Dominum, non putabant euenturas prophetias de vastitate Iudęę. fa. 119. d. Conuitia Iudęorum in Christum, et falsę interpretationes scripturę. fa. 120. Sapientes apud semetipsos Iudęi, et opulentię sequuti. Christum persequebantur. fac. 120. d. 121. a. b. c. Et ideo prędicitur conflagratura omnis Iudęę post crucem Christi, pręcipue paraphrasi Lxx virorum, qua refelluntur Iudęi, qui hęc ad captiuitatem Babylonicam referunt. fac. 122. et 123. Refelluntur Iudaizantes à D. Hieronymo, et Chrysoctom. fac. 123. d. 124.

Periocha cap. v. 1.

¹ D. Hieronymus toto hoc capite Lxx virorum tralationem interpretatur euangelicę. ² Puncta mutanda esse ad defendendam tralationem Lxx virorum, conuincitur autoritate euangelistarum & Apostolorum, fa. 142. & 143. ³ D. Hieronymus docet euangelistas & Apostolos, sic vertisse multa ex hoc capite, vt vertere Lxx, quo magis suspecta mihi sunt loca vbi hic diuus negare videtur Apostolos & euangelistas citare tralationem Lxx virorum & puto glossulas esse alienius, quę in ipsum contextum irrepserunt.

Paraphrasi Lxx virorum et commentariola. fa. 128. c. d. et deinceps, et 130. b. c. d. et deinceps. 137. a. eorum tralatio citatur ab euangelistis, et à D. Paulo, et defenditur contra Erasum. fa. 140. 141. 142. 143. 144.

Hoc cap. significatur, cur mors Ozia hic scribatur, cū in alijs non mors, sed regum vita soleat pręscribi. fa. 126. Initium tale est hoc capite, quale illud apud Ioannem. In principio erat verbum, postea sequenti capite veniatur ad illud, Verbum caro factum est, id enim significat, Vocabis nomē eius Emmanuel. i. inter nos Deus, fa. 126. d. Disceptatur quis sit visus hoc capite, Pater an filius, an Spiritus sanctus. fa. 127. 128. 129. Describuntur Angelorum ordines, et reuelatur Hierarchia Seraphinorum, et suprema esse ostenditur Deo proxima, quod Lxx viri, sua paraphrasi significant. fa. 130. 131. 132. Declaratur que sint sex alę Seraphinorum. fa. 133. De Trifragio, quod dicitur Sanctus, Sanctus, Sanctus: Sanctus deus, Sanctus Fortis, sanctus Immortalis, et eius historia. fa. 134. Reuelatur sancta Trinitas, et prędicatur euangelium, statim ruit synagoga, quod adueniente veritate tollenda erat vmbra. fa. 134. Sanctorum sanctitas qualis sit comparata cum Angelorum sanctitate. fa. 136. b. Et qua sanctitate ad deum accedere oporteat, et igni purganda mēbra, que peccant. f. 136. Ordines Angelorum. f. 137. Christus carbo ignitus dicitur, et quod, et quid sit forceps quo vtuntur Seraphini. fa. 137. d. 138. a. b.

† 2 Propheta

Propheta Esaias se offert Deo vt mittatur et comparatur Mofi, et cur terra dissectus sit. fa. 138. c. d. 139. a. b. Prædicatur obsecratio Iudeorum, et defenduntur Lxx viri contra Erasmi. Ostenduntur citari ab omnibus euangelistis. fa. 139. c. d. 140. 141. 142. 143. 144. 145. vbi quæstiones proponuntur & dissoluntur. Prædicatur post hanc obsecrationem Iudeorum post crucem Domini vastanda Iudæa bis, à Vespasiano, & Adriano. Refelluntur Iudæi & Iudaizantes, qui hæc referebant ad captiuitatem Babylonicam & refelluntur paraphrasi Lxx virorum.

Periocha cap. v. II.

¹ D. Hieronymus, hoc loco magis sequi videtur interpretationem Lxx virorum, quam suam.
² Puncta mutari posse dicimus exemplo D. Hieronymi in illud cap. 26. Esaiæ, Mortui vitam non videbunt, & in cap. 33. vbi reddit causam cur, quod ipse verterit in siti, Lxx, reddiderint in Sion, & illud cap. 17. Niere. Præuius est cor hominū & in illud. 13. Osee, Idcirco erunt, quasi nubes matutina, & mille locis alij.
³ D. Hieronymus, exemplo, mutato vno puncto defenditur lectio hæc Lxx, qua constructi tenentur Iudæi, sic enim facit D. Hieronymus, locis supradictis, & in illud cap. 1. Aggæi, vocauit siccitatem, & in illud cap. 3. Abacuch, Operuit celos, & in id quod sequitur Ante faciem eius ibit mors.

Notandum summopere tralationem Lxx virorum, & paraphrases citari ab euangelistis, & ab angelis, apud ipsos euangelistas, quod marginibus annotatum est. Cum superiore capite descriptum sit illud Ioannis. In principio, erat verbū, hoc cap. 7. venit ad illud. Verbū caro factū est, primū sub enigmatate, postea aperte. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. i. nobiscum Deus. Verbū caro factum, historia est, quod Rex Israel, & Rex Syriæ sigillatim per se vterque vrbes Iudææ vastauerant, & multa hominum millia occiderant, captiuos duxerant, nunc conuinctis copijs, maiore conscripto exercitu, vno cō filio, hi duo Reges adsunt, vt vastent Iudæā, & Regem regno amoueant. Credit Rex Achaz adesse Iudæā vt timam vastitatem prædictā à Mose, & Iosue, quod non seruarint mandata Domini. Esaias iussu domini iubet eum bonum habere animum, singulos enim vastasse vrbes Iudææ, quod Dominus Iudæos ob sua peccata punire voluerit, coniunctos nihil facturos, quod Dominus ita velit, & Regem Israelem daturum pœnas. Postremam vastitatem prædictā à Mose & Iosue, non timendam esse suis temporibus, eius signum petere iubet, non petitur à Rege, propheta dat, & signum vltimæ vastitatis prædictæ à Mose & Iosue partum virginis esse docet. Nam post natum Christum vastanda erat Iudæa iuxta vaticiniū Moysi, & Iosue quod non recepere Christum promissum in lege, & pronunciatū, discescere à lege. f. 149. 150. prætexuntur hæc historie & hæc vaticinia, vt eorum certus euentus certa faciat de Christo vaticinia apud Iudeos, & stata, vt pro certo habeat sic esse futura. f. 150. 151. de allegoria huius historie, & quod allegorie sint in his historijs sacris. fa. 151. 152. 153. Quid significet Aran, & Phace, & Esaias & filius eius Seariasub. f. 153. 154. 155. 156. 157. Sexaginta & quinque anni intra quos delendus erat Israel, fa. 158. De fide, quod initium est ad intellectum scripturarum, & de illo. Si non credideritis non intelligetis. fa. 159. 160. 161. Prophetie fundamentum nostræ fidei, maximum & potissimum, & nostrorum hominum patientia in ferendis Iudaizantibus. f. 160. De fide nostra, quod nō sit appellā da persuasio, disputatio contra quosdam. fa. 162. Achaz iubetur petere signum, & de hoc signo, quod datum est, & de obiectione Iudeorum. fa. 163. 164. Disputatio contra Iudæos, de illo: Ecce virgo concipiet. & quod non possit verti: Ecce adolescentula. fa. 164. c. d. 165. a. b. Defenditur sententia ecclesie de illo: Ecce virgo concipiet, aduersus cauillas, quas fieri potuisse putat Erasmus. fa. 165. c. d. Locus Ezechielis, de virgine sacra intacta, & pariente, enucleatur. fa. 166. 167. Defenditur sacra virgo, contra quorūdam temeritatem. fa. 167. c. d. 168. 169. Refelluntur argutiæ Erasmi, de illo loco: Ecce virgo concipiet. fa. 169. c. De partu virginis sacre, & paraphrasi Lxx virorum expressa à D. Hieronymo, etiam & citata ab Apostolis & euangelistis, & quod interpretes scripturæ habemus angelos ipsos, Christum Dominum, & Deum Patrem. fa. 170. Cur Angelus qui nunciū venit sacre virginis Gabriel sit appellatus. Et de Historia quam narrant concilia. De Emmanuele, Gabriele, Michaele, qui sine opera artificis, in quadam crucis imagine miraculo subito extiteret. fa. 171. Disceptatio, vtrum legendum, Vocabitur nomen eius Emanuel, an vocabis: quod suppositum habeat verbum illud, & cur Hieronymus vertit vocabitur, & Matthæus euangelista vocabunt, & quod Angelus apud Lucam verbis prophete iuxta tralationem Lxx, sacram virginitatem salutat. fa. 171. 172. 173. Cur cum dictum sit, vocabis nomen eius Emanuel. Euangelista dixerit. Vocabis nomen eius Iesum. Disputatio aduersum Iudæos longa. fa. 173. Neminem veterum dixisse nomina significare naturaliter, & Platonis sententia de significatione nominū. fa. 174. Iesum Naue recte appellatum Iosue, filium Num: & Iesum Naue, & fuisse Christi typum, qui appellandus erat Iesus, iuxta illud, vocabis nomen eius Iesum. Et veteres patres Græcos, & Latinos, recte appellasse Iesum Naue, recte quoque D. Hieronymum nominasse Iosue filium Nun. fac. 175. 176. Puerum Iesum, qui Emanuel est dictus. i. Deus inter homines, quod Deus verus sit, hominem etiam verum esse, fac. 177. iuxta Lxx viros, infans describitur verus Deus iuxta quam tralationem Iudæi constructi vinculis tenentur, quod ea videtur significari puerum hunc à primo conceptionis instanti meruisse, quod dicunt Theologi, & Deum esse, & non solum impeccabilem fuisse, & peccatum damnasce, vt declaratur sexta synodo Constanti-nopol. act. 8. quem locum Theodoret. in illa verba epistol. ad Hebræ. Et ad Angelos quidem dicit, sic legit Priusquam cognouerit puellus bonum, aut malum, non obediuit improbitati, vt eligeret bonum, vbi verba adduntur à Lxx viris loco commentarioli. fa. 177. 178. 179. Signa aduentus Christi. fa. 179. c. d. Cur Zacharias, interfectus sit inter templum & altare, & quod virgo Maria post natum Dominum reposita sit inter virgines. fac. 180. Vastitas Iudææ post crucem Domini, & completa propheta Moysi, & Iosue. fac. 180. c. d. 181. 182.

Periocha

Periocha cap. VIII.

Ex D. Hieronymo dictum est supra, verba addi à Lxx ad afferendam lucem scripturæ, quauis hoc loco improbare videatur quo magis mihi hæc suspecta sunt, & glossulas alicuius esse puto quæ irrepserunt in contextum.
² D. Hieronymi documento defendi Lxx viros mutatione literæ. 7 in 7. monstratum est centies.
³ D. Hieronymus in illa verba, Adiecit Dominus loqui ad me, negat quædam quæ sunt in tralatione Lxx Hebraicæ esse, & verè negat, nam dictum est ex autoritate ipsius D. Hieronymi, & sanctorum patrum, Lxx viros addere commentariola, & facere paraphrases, vbi sententiam exprimunt, verbis discrepant, & ita D. Hieronymus euangelicè ea interpretatur, & sequentia.

Lxx virorum paraphrases, & commentaria nos docent, hæc referri ad tempora euangelica. f. 183. d. 183. b. c. d. 192. a. d. & 193. a. b. 195. a. b. 198. 199. 200. 201. 202. quibus locis intelligitur diuinitus addita commentaria à Lxx viris, & f. 206. 205. 207.

Hoc capite prædicatur aduentus Christi, Lex noua, obscuritas scripturarum illustranda, vincendus Sathanas Christi aduentu, cito venturus Dominus, & spolia Sathanæ detractus. f. 183. 184. Adesse illum qui ab ipsa mundi origine expectabatur, & adhiberi iubentur testes fideles, docti, & sapientes, qui hæc legunt octim gentesimo ante anno prædicta, & interpretantur alijs, quod Lxx viri sua paraphrasi mirabiliter explicant. fa. 185. 186. Historia Zachariæ de pernicacia Iudeorum. f. 186. d. 187. a. quod in literis euangelicis angelus prædixit sacratæ Virgini Spiritus sanctus superueniet in te. f. 187. c. d. Vincendus Sathanas, & amissurus spolia. f. 188. 189. De Magis. f. 189. Vastanda Iudæa dicitur, quod Christum non receperit, vbi sub allegoria Siloe, primus Christi aduentus significatur. f. 190. & vastitas Iudææ inuecta à Romanis. f. 191. 192. Metaphrases Lxx virorum ibidem, redditur causa huius vastitatis, iuxta Lxx viros, quod puer ille natus ex sacra virgine, Deus verus, & homo verus nobiscum sit, & non cum Iudæis, Vocantur gentes ad Christum, vt vincantur prædicatione euangelica, pulchra & gloriosa victoria, captiuæ factæ in obsequium Christi. f. 194. Iudæos qui milles victi redeunt integrant bellum aduersum Christum, semper esse vincendos. Apostolos exituros de Iudæa ad gentes, iuxta illud. Exite de medio ipsorum. f. 196. a. b. Prædicantur conuitia, quæ Iudæi Christo, & Christianis faciunt, & prædicatur coniuratio Iudeorum, illa apud Matthæ. qua corrumpere custodes pecunia, ne Christum dicerent resurrexisse. f. 196. c. d. 197. a. Deus timendus dicitur, & vetamur timere homines. f. 197. c. Christus lapis offensionis, & petra scandali malis, bonis salus. Iudææ vastitas & Hierosolymorum obitio subita, & excidium, Lxx virorum paraphrasi expressa mirabiliter. f. 198. 199. 200. Christus Deus dicitur. f. 199. 200. Cessatio veteris legis post Christum, quod Lxx viri sua tralatione explanant. f. 201. Paulus citat tralationem Lxx virorum. De Apostolis Domini, & miraculis quæ fecere. f. 202. 203. Post crucem domini ruitura idola, auguria, & demonum sacrificia relinquenda. Valitur euangelium, vastandam Iudæam, quæ omnia Lxx viri sua paraphrasi, & commentariolis explicant, & duces sunt nobis, vt ad Christum & tempora Christi, hæc omnia referamus. 203. 204. 205. 206. 207.

Periocha cap. I X.

¹ D. Hieronymus tralationem Lxx virorum interpretatur de miraculo illo primo Domini in Cana Galilee.
² D. Hieronymi autoritate & exemplo, dixi erasmi verbum ex hoc loco à Iudæis. fa. 138. 351. 353. & 365. 266.
³ Controuersiam esse inter ipsos Iudæos, de quibusdam locis scripturæ, vtrum cum negatione sint legendi, an sine ea ostensum est in disputatione, ne qui miretur D. Hieronymum, hæc cum negatione legisse. Lxx viros sine ea, vtraque lectio est sacra probata à doctoribus sacris, & eodem spectans.
⁴ Autoritate & exemplo D. Hieronymi de sensu esse à me Lxx viros hoc loco, & similibus, cū mutatione literarū, & pūctorū, eos defendo, ostensum est, fa. 353. 365. Vide sit vt glossulas alicuius pūctum illud, quod subiicitur in commentarijs D. Hieron. deceptos fuisse Lxx, si enim Iudæi blasphemiam sic defenduntur à D. Hieronymo, lectionem receptam ab omnibus doctoribus sacris, & à catholica ecclesia, an nō æquū est pari iure defendi?

Commentariola Lxx virorum euangelica. f. 212. a. b. 222. 223. a. 230. 231. 234. 242. d. & 243. c. d. 244. a. b. 246. 247. Pestis ostenditur eorum librorum, qui compilati sunt ex Rabinis, & refelluntur Iudæi & Iudaizantes, qui locum, quem citat euangelista Matthæus, ad nescio quas nugæ referunt. f. 207. d. 208. 209. 210. Terra Zambulon, & Nephtalin dicitur prima creditura, & declaratur miraculū illud Cana Galilee cum aqua in vinum est conuerfa. f. 211. 212. Principium huius prophete non citatur ab euangelista, iuxta tralationem Lxx, vt ait D. Hieronymus. Reliqua citantur iuxta tralationem Lxx ab euangelista, vt citatur ferè interpretatio Lxx, ab Apostolis & euangelistis, & canon ille scripturæ, Apostolos & euangelistas citare prima & vltima, omittit re media. f. 213. Castigatur lectio Lxx virorum, ex lectione Hebrææ. Præsignificatur quibus ex locis delecti sint Apostoli & euangelistæ. Prædicatur quibus in locis potissimum, versaturus esset Christus, et qui primè Christo essent credituri. f. 214. 215. Gentium populus in tenebris, et vmbra mortis sedebat, et lux orta est eis. f. 215. de temporibus Christi fuisse duodecim tribus, contra Iudæos et Iudaizantes. f. 216. quibus locis potissimum Dominus versaturus esset, et de Galilee gentium, et quod duplex sit Galilee. f. 216. d. 217. a. b. c. vbi Matthæus euangelista citat tralationem Lxx, etiam cum nō reddita est ad verbum, euangelista et Lxx viri defenduntur contra Erasmus. fa. 217. d. 218. a. multiplicatio credentium Christo. fa. 218. c. d. 219. a. b. Iudaizantes et Iudæi refelluntur à D. Hieronymo, et à Lxx viris, quod sequentia retulerint ad Assyrios cum de Apostolis sint dicta, et de temporibus Christi. Prophetæ citant historias veteris testamēti, tanquam typos Christi, et Gedeonis historia declarata de Christo, et eius Apostolis. fa. 220. Eucharistia sacra typo declarata. f. 221. Diuinitas vestimētōrū Christi magno Iudæa. f. 221. 222. Iudæi maluerūt vri, et de flagraue incendio. q. vt gētes intrarēt in ecclesiā, et Chrs reciperet, et Mattheus locus declaratur. f. 222. d. 223. a. b. c. cōsequētia vaticiniōrū Esaiæ. fa. 223. d. Christus

Christus appellatus Puer, vnde sancti ab hoc puero, pueri dicuntur fac. 224. locus Exodi. Sponsus sanguinum mihi est, quod vertere Lxx viri: Stetit sanguis circumcisionis pueri mei: de Christo declaratur in quo erat cessatura circumcisio, facie. 224. c. d. 225. a. b. c. de puero Iesu, et principatu eius super humerum eius. fa. 225. d. 226. 227. Iudæos corrupisse scripturam. 226. 227. a. b. c. & de loco illo Dominus regnavit à ligno. fa. 227. d. Christus magni consilij angelus dictus à Lxx viris & à doctoribus sacris & concilijs, fo. 228. 229. defenditur lectio Lxx virorum, Magni consilij angelus, & defenditur Ecclesia quæ in suis sacris Christum appellat magni consilij angelum, contra Iudæos, & Iudaizantes, fa. 229. 230. 231. 232. locus Geneleos. Quid quæris nomen meum, quod est admirabile? fa. 230. Christus consiliarius, & angelus ille qui iudicium. 13. se nominavit Hebraicè Pele. i. admirabilis, vel Deus reclusus, Deus absconditus, Deus mirabilia faciens. De sacramento Eucharistiæ. f. 230. 231. Christus dicitur Deus fortis & de Trifragio, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus in mortalibus. 232. d. 233. 234. a. d. Christus pater æternitatis. fo. 234. b. c. Imperiū Christi æternum, & Mem quadrata litera, quæ integritatem Virginis & æternitatem Christi significat, & spinam coronam, fo. 234. d. 235. a. b. Regnum David instaurandum. fa. 225. locus Ezechielis de Regno Iudæ, & locus Hieremias, & de sede apostolica quod sit Regnum David, & quod nostri Iudaizantes nos oppugnant, non solū Iudæi. 236. quid sit Osanna, & defenduntur Hilarius & alij sancti patres, & quod sedes apostolica sit Regnum David. fa. 237. 238. 239. 240. 241. a. b. Prædicitur vastitas Iudææ, post Christi crucem, usque ad finem capitis.

Periocha cap. x.

D. Hieronymus in illa verba cap. 24. Esdæ. Vocavi fortes meos, nos docet Theodocionem & Lxx viros Hebræas voces in Græcas nomenclaturas vertisse, vrbium & aliarum rerum, quo dilucidior legentibus esset oratio, quod nihil aliud est quæ fuisse scholiastas, & commentarios scripturæ in quibusdam Græci appellant ea, quæ Hebræi obscure nominant, quæ alioqui non erant intellecturi, qua ratione his locis Lxx viros defendo, nam literarum mutatione posse defendi lectionem Lxx virorum ostendimus autoritate D. Hieron. & exemplo.

Hebræarum vocum significationes excutiendas esse interpreti sacrarum literarum, dictum est supra. Lxx virorum Paraphrasim & commentaria. fo. 252. 253. 254. a. b. 257. c. d. 258. a. 260. b. c. 261. a. 263. 265. Hoc capite, non agi de Senacheribo & de Afsyrijs, sed de vastitate Iudææ & temporibus euangelicis ostenditur, fo. 248. contra Iudæos qui persequebantur populum fidelem, & scripturas malitiose interpretantur, fo. 249. Hierosolymorum subversio & captivitas Iudæorum post crucem Domini. 249. c. d. 250. 251. Cur illi puniantur per quos dominus castigat malos. fo. 252. Describitur Imperator Romanus & Iudææ vastitas iuxta paraphrasim Lxx virorum. fo. 253. 254. Complenda fuisse Hierosolymis quæ prædicta erant per prophetas & vincendum Sathanam iuxta translationem Lxx virorum, fo. 255. 256. Diaboli superbia describitur, vbi Lxx viri refellunt Iudæos & declarant principem huius mundi significari, quem Dominus eiecit foras. fa. 257. 258. Mittendum Sathanam in stagnum sulphuris, fo. 259. a. b. Incendium Iudææ post crucem Christi, fo. 259. 260. vbi reperies Lxx viros suis commentariolis quæ post translationem edunt refellere Iudæos qui ad Afsyrios hæc referunt, quamquam quidam nominis celeberrimi ex nostris eorum sententiam hoc loco probent, & reperies Lxx viros congruere cum D. Paulo, qui reliquias huius vastitatis, quæ hic describitur, reliquias esse ait vastitatis Iudææ quæ saluæ factæ sunt & ita D. Paul. citat interpretationem Lxx virorum, & eam de christi Euangelio explanat, fo. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. His locis citatis refelluntur Iudæi & Iudaizantes qui ea, quæ D. Paul. de temporibus euangelicis est interpretatus, ad Afsyria bella referunt post vaticinium legis euangelicæ. cano scripturæ, quo monemur prophetas duas res simul prædicere futuras, vt completa altera pro certo habeatur alteram quoq; complendam esse, sic propheta hoc loco prædixit excidium Afsyriorum, vt illo completo statim pro certo habeatur vaticinia prædicta de christo esse complenda, fo. 266. 267. 268. 269. Prædicitur passio christi & vastitas Iudæorum. 270. 271. 272. 273.

Periocha cap. x i.

D. Hieron. toto hoc cap. translationem Lxx virorum explanat euangelicè. Lxx virorum paraphrasim, quibus scripturæ nodos explicant. 280. b. 283. d. 286. c. 291. a. b. 294. a. 295. a. b. 296. a. b.

De Nazareth & Nazareo contra Pagninum, fo. 273. Christus Nazarenus & Nazareus, & refutatur Pagninus. & cur dicitur Christus Nazareus, folio. 374. Quibus locis prophetarum prædictum sit Christum Nazareum, & Nazarenū esse nominandum, fo. 275. 276. 277. Sterilis typus virginis, & Mariæ virginis puritas. 277. quibus locis dictus sit christus Nazareus & præsignificatam esse virginem sacratam typo martis Sampsonis sterilis. fo. 277. 278. vbi paraphrasim Lxx virorum citantur ab Euangelistis de Eucharistiæ & typo Eucharistiæ sacrosanctæ, fo. 279. Virga de radice Iesse, quæ sit, et cur Lxx viri pro, de trunco, verterint de radice, idq; D. Hieron. sit sequutus, et quod christus ascendit, vt virga, et flos, et dubia quædam proposita à Iudæis. f. 280. Virga quid sit, et cuius typus, christi à sacrate Mariæ. fa. 281. 282. Explanatur locus Geneleos, vbi Iacob adorant summam virgæ. fo. 281. c. d. Defenditur D. Paul. qui citat illud iuxta Lxx viros vbi Iacob summam virgæ adorant, quamuis sit paraphrasim potius quam tralatio. fa. 283. Septiformis spiritus in christum descendit et defenditur lectio D. Hieron. et Lxx virorum contra Pagninum, et Vatablum. fo. 284. 285. 286. signum christi quod non iudicabit secundum gloriam, neque secundum visionem oculorum, sed videbit cogitationes, fo. 286. b. c. d. 287. b. c. Et de christo quod spiritus oris sui Antichristum interficiet, sic enim Theodor. hæc verba interpretatur in epistolam posteriorem ad Thessalonicens. et vocandas gentes ad fidem, quod signum etiam erat agnoscendi christi. folio. 287. d. Et Iudæorum obiectio, et Nationes appellatas beluas,

beluas, & cur sic appellentur, & puer nobilitatus literis sacris quis sit, fo. 288. Varia ciborum genera in Ecclesia, fo. 289. a. Datam potestatem credentibus calcandi supra serpentes. folio. 289. b. c. d. Ecclesiam toto orbe edificandam, fol. 260. a. b. Quod Christus gentibus sit dominaturus declarat Lxx suo commentario potius quam tralatione, & commentarium tamen Lxx virorum citat D. Paul. quo nostri Iudæos vrgent. fo. 290. c. d. 291. a. b. c. De christi sepulchro glorioso, quod signum erat agnoscendi christi, & de tralatione Lxx, & paraphrasim qua refelluntur Iudaizantes. fo. 291. De lege euangelica & eius prædicatione. fol. 293. Quod Lxx sunt scholiastæ in plerisque, fo. 294. Congregatio ecclesiæ ex toto orbe, & euangelij prædicatio, declaratur paraphrasim Lxx virorum. fo. 294. 295. 296. Signum christi aduentus cum Aegyptus regnum esse desisset. fo. 296. c. d. 297. a. b. c. d. 298. d.

Periocha cap. x ii.

Lxx Paraphrasim ses Euangelicæ. fo. 300. a. b. 302. a. b. c. Aguntur gratiæ Deo, ob redemptionem generis humani. f. 298. d. quoties in scriptura Saluator, aut Salutare est, Hebraicè est hoc nomen Iesus, & controuersia aduersus Iudæos. fo. 299. Cur hoc nomen sanctissimum Iesus. D. Hiero. & Lxx viri interpretantur Latine, & Græcè, Saluatorem, aut Salutare, alia nomina propria Hebræa non item. fol. 300. sepe repetitum hoc nomen Iesus, hoc cap. hebraicè & Deus Dei, vel Deus de deo, in scripturis. fo. 300. c. d. Enargia exultantium aduentu sanctissimi Iesu. fol. 301. Aquæ quæ Ecclesiam irrigant, fo. 301. b. c. d. Prædicare Euangelium iubentur fideles & iubilo & vociferatione christi nomen celebrare. fol. 301. d. 302.

Periocha cap. x iii.

Documento, & exemplo D. Hieron. defendi Lxx viros monstratum est. fo. 333. 339. Lxx virorum paraphrasim. fo. 305. b. 309. a. b. c. Vicinarum provinciarum casus prædicantur, vt eorum certo euentu concilietur fides vaticinijs de christo. fo. 302. d. 333. a. Hoc cap. de vastitate Babylonis est quæ typus est vltimæ vastitatis. fo. 303. 304. Cur propheta dicatur, onus. fo. 304. b. Babylon superba quædam vrbs potentissima prædicitur casura. fo. 304. 305. 306. 307. vbi defenditur Lxx viri, Mundi consummatio, & quod stellæ celi cadent, & quod iudicabitur orbis. fo. 308. 309. vbi tralatio Lxx virorum videtur congruere cum verb. D. Matthæi, Multos vocatos, paucos futuros electos. fo. 309. 310. vbi defenduntur veteres patres. Pro bono quod sit rarum, preciosum ponitur, pro vili verò & abiecto etiam si sit rarum, preciosum videtur non poni. fo. 310. 311. Vastitas Babylonis & orbis consummatio. fo. 312. 313. D. Ioan. citare videtur translationem Lxx, & interpretari de vltima consummatione, & dæmonibus, fo. 313. 314. Voluptas multiceps malum est, & veluti Hydra quædam, fo. 314.

Periocha cap. xiiii.

D. Hieronymus diuersam esse translationem Lxx à lectione Hebræa, docet in illa verba, Terram tuam disperdidisti. Et iam docuerat cum alijs locis plurimis tum in illud cap. secundi Abacuch. Respondit mihi Dominus, duplicem esse lectionem Hebræam, Beemunathi in fide mea, vel Beemunato in fide sua, & varietate lectionis Hebrææ mutata vna litera, aut puncto. D. Hieronymus defendit Theodocionem, Aquilam, & Symmachum, & ipsos Lxx, monstratum est. folio. 333. & 339. Quæ ratione hoc loco Lxx viri defendi possunt, quod aliam lectionem agnouerint, mutata vna litera & punctis.

Paraphrasim Lxx, fo. 321. b. 325. c. 328. c. d. 329. Cur describat vltimū iudiciū, f. 315. Chri aduentus, & quod hæc referri nō possint ad captiuitatē Babyloniacā. f. 315. 316. Nationes ad Chrm accessuras. fo. 316. c. d. D. Hiero. se hæere hoc loco ait, si referantur ad Babylonē, vnde apparet referenda esse ad historiā euangelicā quod liquet ex tralat. Lxx virorū, quæ hoc loco est, & supra fo. 317. Illuditur Sathan victus à Domino, fo. 318. a. b. Passio christi & redemptio generis humani, fo. 318. b. c. Christus requiem præbuit nobis. fo. 319. f. Victus Sathan, fo. 319. 320. Demissus Sathan in stagnū ignis & Christus ad inferos descendens, fo. 320. Lucifer è cælo decidit, fo. 320. 321. Decidit ad inferos, fo. 323. 324. 325. Vastitas Babylonis & orbis consummatio, fo. 325. 326. Vastitas Iudææ, fo. 327. Ecclesiæ firmitas & incendium Hierosolymorum, fo. 328. 329.

Periocha cap. xv.

D. Hieronymus in illa verba huius cap. secundum magnitudinem, vtriusq; translationem tuetur varietate significationis vocis Hebrææ, quod Harabin, salices significet, & Arabes, & docet posse addi literam vnam & significare coruos, & occidentem & montem Oreb. Et in illa verba, Ponam super Dibon, Dibon, & Dimon, scribi posse, ait nepe quod duplex sit lectio. Hebræa vt appareat nos, cum ita tuetur translationem Lxx virorum exemplo D. Hieron. eos ita tueri.

Prædicitur Moabitarem vastitas, prædicantur enim prophetæ finitimarum vrbium casus, vt certus illorum euentus fidem faceret vaticinijs de christo.

Periocha cap. xvi.

Mittitur agnus ille immaculatus à Deo Patre, & præsignificatur sacro sancta Trinitas eū mittēs, siquidē Christus secundum humanitatem, missus à seipso est secundum diuinitatem, legitur enim Hebraicè emitte agnum Dominator terræ, fo. 334. 335. vbi refelluntur Iudæi & Iudaizantes, qui hæc alio referunt, instaurandum dicitur solium David. fo. 337. 338.

Tit. cap. XVII.

¹ D. Hieron. hoc cap. 17. secundis commentarijs iuxta tralationem Lxx. de Christi temporibus interpretatur. primis commentarijs nescio quam aliam se sequi historiam ait. quam non posse coherere cum verbis propheta ostendimus. ut verior multo sit explanatio secundorum commentarijs. quia enim aliam historiam queremus quam euangelicam?

² Documento D. Hieron. et exemplo nos tueri tralationem Lxx virorum mutata una litera monstratum est. fo. 353. 389

³ Quaratione D. Hieronym. defendit Symmachum. Theodocionem. et Aquilam. et Lxx virorum tralatio hoc loco defendi potest. ut monstratum est. fo. 353. 389. 4 D. Hieron. in illud. propterea plantabis. mutat puncta. nam ubi legerant Aquila et Theodocio Enos. i. homo. legisse se ait doctum ab Hebraeis anos. i. grauer. ut appareat nihil nos facere noui quod ostendamus Lxx viros alia puncta esse sequutos et paulo infra Aquila et Theodocionem et Symmachum plantatione pulchra et bona vertisse dicit. quod ipse diuus reddidit fidelem plantationem. quod verbum Hebraei Necemanin per Aleph significet fidelem. et sic ipse D. legerit. Symmachus et Theodocio et Aquila Naamanin per anin mutatis punctis. Hec D. Hieron. quod si sic defendi licet interpretes. ubi parui refert. dicatne plantatione pulchra an plantatione fidelem? ubi magna Christi mysteria aguntur que D. Hieron. sacrilegium graue putat si celes. accusor. quod sic defendat. et sic veram esse doceat lectionem in ecclesia catholica receptam per mille quingentos annos. que Euangelica verba intonat.

⁴ LXX virorum paraphrases et commentariola. 340. b. d. 341. c. d. 242. a. b. c. 346. a. b. c. d. Lectio Lxx. hoc caput ad tempora Christi referre cogit. quibus vastata est Damascus et deletum est prorsum Regnum Damasci. fo. 340. praedicitur auferendum regnum Damasci et delenda Iudaea post crucem domini. et ostenditur tralatio Lxx virorum huc spectare. fo. 341. 342. Reliquias esse seruandas et subuertendam totam Iudaeam bis a Vespasiano et Adriano. fo. 343. Reliquias saluas futuras Apostolos. s. et populum fidele. qui credidit. fo. 343. 344. Idolorum casus et conuersio gentium. fo. 345. a. b. Quae Theodoret. de oraculis lib. 10 citans haec verba. Cofidet homo in eo qui fecit eum. docet his verbis. Haec ipsa plusquam mille annis ante praedixerat Esaias ante Constantini Caesaris tempora. Postea enim Daemonum luci cum templis destructi sunt. Verum multo ante ceu praesentia intuetur ea homo Deo plenus. tunc illa praedixit. quae post tot annorum spacia complenda erant. Declaratur typus Iesu Naue qui introduxit Israel in terram promissionis delectis nationibus infidelibus. Quod fecisse dicitur verus Iesus qui Deus hoc loco dicitur et Iesus appellatur et dicitur introducturus fideles in orbem terrarum et aedificaturus ecclesiam ubi Lxx commentarij sunt et veteris legis typos explicant. fo. 345. c. d. 346. a. b. Plantanda dicitur ecclesia ex gentibus infidelibus. et plantatio pulchra futura dicitur. ubi Lxx viri sunt scholasticae. fo. 346. c. d. Quando gentes infideles plantantur in Ecclesia excluduntur Iudei. fo. 346. d. 347. a. Diluculo resurrectionis floruit ecclesia. et amiserunt Iudei hereditatem quam adie regentes et nationes. fo. 347. c. d. 348. Praedicitur Iudee vastitas post Christi crucem. fo. 349.

Tit. cap. XVIII.

Iudei post Christi Resurrectionem mittunt legatos in omnem orbem. ad suos qui toto orbe erant dispersi ut aduersarentur Christo. et Christianis. Quod EVSEB. Caesariensis referente D. Hiero. in illa verba. Qui mittit in mare legatos. prodidit quoque quod in principio fidei Christianae. Iudei ad omnes gentes miserint legatos. ne susciperent Christum. et miserint usque ad Aethiopiam. et Occidentalem plagam. totumque orbem huius blasphemiae diffeminatione compleuerint. Populus Christianus sanctus. folio. 352. Signum crucis. et praedictio euangelica. fo. 352. 353. Ecclesiae lumen. et quod Ecclesia vrbs Dei sit illustrata a Deo. folio. 354. Christus flos nascens et messes albae. fo. 354. 355. Iudee vastitas. fo. 355. De Apostolis et populo fidele qui describitur toto hoc capite baiulans Christi Crucem relinquens omnia ut sequatur Christum. quae propheta si attente legatur. est enim obscurissima. maxime religiones probat monachorum contra hereticos lutheranos.

Tit. cap. XIX.

HOC capite. signa aduentus Christi describuntur. primum illud. Quod fugitur puer in vlnis Virginis esset in Aegyptum. fo. 375. d. 378. Christus Deus dicitur. fo. 378. a. Nubes illa leuis qua dominus Aegyptum ingreditur. quid sit. fo. 378. Secundum signum aduentus Christi erat. in eius aduentu ruitura Idola fuisse. fo. 379. Tertium signum erat illud Euangelij. Tradet frater fratrem in morte. et his vaticinijs vrgentur Iudei a nostris. fo. 380. Et quartum illud Nicodemae actorum. Consilia principum in cassum casura aduersus Christum. 361. a. Quintum signum. Aegyptium regnum sub regibus proprijs desitutum esse. fo. 361. c. d. Aegypti siccitas ut facile Aegyptus vincatur Romanis declaratur mirifice. metaphrasa Lxx virorum. fo. 362. 363. 364. 365. Cofundenda Aegyptiorum consilia. ut capiantur a Romanis. fo. 366. Iudea ab Aegyptijs. et ab omnibus nationibus. cum summa religione visitatur propter sepulchrum Domini. et praesepa ubi natus est. et alia loca religio sa. fo. 367. 368. Terra Iuda post crucem domini sterilis. fo. 368. d. 369. a. Aegypti religio. et varia religionum genera Monachi. Anachorite. Eremitae. fo. 369. Defensio Lxx. quod M vertunt in ch. et quod pro ciuitas solis. vertunt ciuitas Ha cheres. fo. 370. Aegypti templa Christi et sacrae Crucis signa et religio Christiana quae omnia erant signa quibus Christus agnoscerendus erat. et quod Onias putabat a se compleri hanc prophetiam ineptus et impius de quo Iosephus lib. 13. de antiquit. cap. 6. et lib. 7. de bello Iudaico. fo. 371. 372. 373. 374. Israelem in Ecclesia postremum locum obtenturum. fo. 375.

Tit. cap. XX.

Praedicitur aegyptiorum captiuitas iuxta canonem scripturae quo monemur praedici finitimarum prouinciarum casus. ut eorum certus euentus prophetijs de Christo conciliet fidem.

Eadem

Tit. cap. XXI.

¹ Mutatione punctorum defenduntur Lxx. quod pro leone vriam transtulerint. exemplo D. Hier. qui varias interpretationes etiam mutatione punctorum defendit in illud cap. 3. Amos. Propterea haec ait Dominus et postea subiicit. Nec eror interpretum est ubi propter ambiguitatem tribulatio et tyrus verti potest. Aquila. et Lxx: Sor legerint. i. tyrus cum vau. Iudeus preceptor Hieronymi sar sine vau. et cum alio puncto. i. tribulatio. Symmachus et Theodocio sur. i. obsidio aut petra. vide tu an eodem iure defendere mihi liceat lectionem receptam in literis euangelicis et apostolicis in concilijs et sacris scriptoribus in vniuersa catholica ecclesia qua. 300. annis ante crucem Domini sonat verba euangelica et apostolica. Na ceteros locos defendo quidem ne videantur discrepare a veritate hebraica. sed parui refert hoc an illo modo legantur que Christi mysteria sonant. iniquissimo fero animo tanquam spuria repudiari et Christum dominum tanquam sua domo pelli. quod eo dico quod parui refert legatur ne vrias an leo. Sed appareat me citare D. Hier. ut ostendat eius me exemplo defendere tralationem Lxx. ne eius auctoritas exoleat. sed suum habeat pondus. ut quoties Christum sonat audiat perattente neque credatur aliena a veritate hebraica.

² Ad ratione praedicitur vastitas regni Babylonij et sub hoc typo mundi consummatio repente exorta. fo. 379. 380. 381. 382. 383. 384. Prophetes testes suorum vaticiniorum fumere iubentur. et cur. fo. 385. De area Domini in mundi consumatione et ventilabro illo euangelico iuxta Lxx. fo. 385. d. 386. a. Inuocatio Domini Quomodo in mundi consumatione et eius responsio et quomodo querendus sit Deus et Christi aduentus. fo. 386. 387. 388. modo D. Et in illa verba. onus in Arabia. Verbum arab. inquit vesper et Arabia et coruus et plancies et occidens ap Hiero. dicitur pellatur. atqui sciebat hic diuus varia esse puncta et addendam esse literam vau. tamen licere mutare puncta fedat tras lationes aliorum. et addere vau vt apud nos licet producte legere venimus in praesenti et correpte in praeterito. et occido correpte et occido producte pro ratione sententiae. ne quidam tragedias excitent quae dicam. Lxx. alia agnouisse puncta aut ipse punctum mutem aliquando vt Christum purius astris splendens sub aspectu omnium ponat. Et in eadem verba idem D. Hiero. pro eo quod nos iuxta Lxx. transtulimus dormietis. potest explanari Morabimini. siue habitabis vt suo exemplo nos doceat D. Hieron. varias confectiones hebraearum vocum significationes vt iuxta praecipitum Domini scrutemur scripturas. in quibus vitam habemus ubi testimonium perhibent de Christo et de nostra salute.

Tit. cap. XXII.

³ D. Hier. in princ. commentarijs docet nos verbum additum a Lxx. viris perspicuum facere locum prophetae unde intelliges D. Hieron. docuisse Lxx viros commentarios esse et scholasticos. hoc. n. saepe repetit vt quod alibi scriptum est in eius commentarijs verba addita a Lxx viris esse expungenda obelo suspensum esse debeat tanquam glossata quae in scripta D. Hiero. irreperunt. tueri etiam varias interpretationes in illa verba dicit Dominus Deus exercituum. quo exemplo tanti diui utramque tralationem receptam in ecclesia catholica licet tueri.

⁴ Lxx. virorum paraphrases. fol. 389. d. 402. d. 403. 404. a. b. 405. a. b. Ducitur Dominus vincit ad passionem ex monte Oliuorum per vallem Cedron magnis clamoribus. fo. 390. a. Defenditur euangelista contra Capnionem quod dixerit Dominum duci per vallem Cedron in patrio casu. quod declarat articulus graecus i. trans torrentem Cedronum.

⁵ Clamores Iudeorum contra Christum. fo. 390. Iudeorum vastitas post passionem Christi et persecutio sanctorum. fo. 391. Non futuros prophetas neque reges neque Principes inter Iudeos quod non receperint Christum. fo. 391. Vastitas Hierosolymorum post crucem Domini. fo. 393. 394. 395. 396. Pharisei et Pontifices Iudeorum. repudiantur. fo. 398. d. 399. 400. 401. Christus Rex. et sacerdos. Pater et caput ecclesiae. fol. 402. 403. 404. accipit clauem Dauid et gloriam claudit et nemo aperit. aperit et nemo claudit et omnia ex illo pendent ibidem. ubi admirabiles reperies metaphrasas Lxx. virorum.

Tit. cap. XXIII.

Paraphrases et commentaria Lxx seniorum. fo. 401. b. c. 415. a. b. c. Hoc capite vastitas Tyri praedicitur tum cum florentissima erat vt eius euentus fidem conciliet vaticinijs de Christo. ubi praedicitur eadem ratio ne tria alia quatuorue vaticinia. explanatur locus Ezechielis. fo. 413. 414. Praedicitur Tyrus conuertenda ad Christum. ubi Lxx interpretes euangelici esse videntur sua paraphrasa semper. D. Hieron. diligenter persequitur varias interpretationes vt illis inueterat intellectum scripturae.

Tit. cap. XXIII.

³ D. Hier. in illa verba. Vocauit fortes meos. docet. Lxx et Theodocionem Hebraeos voces nomenclaturis graecis appellasse quo dilucidior legentibus scriptura esset quod nihil aliud est quam quibusdam locis scripsisse commentaria et in illa verba Vlulate. et c. quod additum est a Lxx. euangelicis verbis interpretatur et illa etiam Ecce dies domini. na quod in sequentibus quaedam vituperat. videtur nactus exemplar parum castigatum. et in secundis commentarijs cum quaedam improbare videatur postea ad euangelica verba refert.

⁴ Paraphrases et commentaria Lxx virorum. fo. 420. c. Describitur vastitas Iudaeae. quae typus est vltimae vastationis. ubi esurientes implentur bonis diuites dimittuntur inanes. Iudei. n. luere poenas quas imprecatus est Moses. si non seruarent legem. fol. 416. 417. Amentia Iudaeis iniecta et caecitas vt vastarentur a Romanis praedicta etiam a Mose. fo. 417. d. Completum vaticinium Mosis de vastitate Iudeorum. fol. 418. 419. et bis vastandam ibidem. laetitia fidelium et Christi glorificatio. euangelij et sanctissimae Trinitatis manifestatio. fo. 42. 422. apostolorum miracula et secretum illud de quo D. Paul. per reuelationem mysterij absconditum saeculis. ubi tantum dixi esse tralationem D. Hiero. t s secretum

secretum meum mihi, postea reperitralationem Lxx virorum apud Theodoretum mysteria mihi & meis, 423. Iudæ vastitas. 423. d. 424. 425. Obscuratio solis & lune in passione Domini & scisio veli in templo. 426. Nam D. Hiero. iubet nos quæpere quæ Lxx interpretes aliter sunt interpretati qua ratione fecerint est etiam, ex D. Hieron. & sententia sanctorum est tuenda.

Periocha cap. xxv.

¹ In primo commentario negat se potuisse reperire sensum, & consequentiam iuxta tralationem, Lxx virorū, fortasse distinctus multis occupationibus non reperit, & certe trunca & lacera est multis in locis interpretatio Lxx, nobis fraudi non esse debet, si veterum patrum interpretationes in unum locum congerimus, & quod veritatis ipse diuus in siti, Hebraice esse ait, & ait errorem esse perspicuum ob easde litteras & puncta diuersa, ubi, quantum arbitror, glossula alii cuius factum est, ut error hic appellatus sit, Lxx virorū, monstratum. n. in. c. 21. est, ubi D. Hieron. negat esse errorem cui ob varia puncta varie interpretantur voces Hebræas translatores.

Commentaria, Lxx virorum. fo. 427. d. 428. a. c. d. 429. c. d. 434. a. ¶ Gratiarum actio pro redemptione mundi, & quod compleuerit Dominus omnia quæ per prophetas fuerat pollicitus. 427. b. c. Vastitas Hierosolymorum post crucem Domini & urbium Iudæorum ubi refelluntur Iudæi, & Iudaizantes paraphrasi à Lxx viris, qui hæc alio referunt, de populo fideli. 428. c. d. 430. Sacramentum eucharistie. 430. d. 431. 432. 433. Sacramentum eucharistie tradendum gentibus & excludendos Iudæos iuxta Lxx viros & liberandum genus humanum à seruitute Sathang. 433. c. d. 434. a. Vbi refelluntur Iudaizantes à Lxx viris, genus humanum peccauerat in Adam, Redemptum est passione Christi fol. 434. c. d. Beatitudo populi fidelis qui Christo credidit fo. 435 & conuersio gentium fo. 436.

Periocha cap. xxvi.

¹ In illa verba viuunt mortui, alij legunt inquit Re phain cum uau, alij sine uau, & ideo alij vertunt gigantes, alij medicos, ubi apparet D. Hieron. nobis præscribere hoc documentū, ut ita defendamus Lxx viros addita una littera uau siue iod, aut detracta, ne quis id vitio nobis vertat.

Commentaria, Lxx virorum. fo. 437. d. 440. c. d. 449. b. 450. 451. c. d. & deinceps. 453. a. Christus ciuitas munita & salus nostra ubi habitamus, & ecclesie murus Iesus, & de hoc sanctissimo nomine Iesu, quod Hebraice est vbiçique D. Hieron. reddit saluator, & Lxx viri salutare, & Iudæi & Iudaizantes refelluntur, à D. Hieronymo, & Lxx viris, qui semper salutem reddunt, quod dolent Iesum dominum plinius appellari suo nomine. fo. 437. 438. a. Via euangelica, & domini aduentus. fol. 438. In scripturis Christus videtur appellari frequentissime deus de Deo, & Petra seculorum siue lapis vt in literis euangelicis. fo. 439. Urbium Iudæe vastitas. fo. 440. euangelium aliquantulum obscure. fo. 441. 442. a. b. Iudæorum immane nefas in Christum. 442. d. 443. a. b. c. qui non crederit damnabitur. 443. d. Christi exaltatio. fo. 444. b. Confusio Iudæorum in exaltatione Christi. fo. 444. c. Iudæorum zelus quo persequuti sunt Christum, & Christianos, & quo dolere gentes ad lucem euangelicam vocari. 444. d. 445. a. Qui non crederit damnabitur. 445. b. c. Christi pax. 445. d. Petunt Iudæi vt recipiatur in ecclesiam, & redempti sanguine Christi fatentur se possessos fuisse à peccatis, & à domino redemptos. fo. 446. Petimus vt dominus possideat nos quæ summa est felicitas vt simus Dei templum iuxta, Lxx viros, iuxta quos si Græcam tralationem cum Hebræa contuleris declaratur mysterium sacrosanctæ Trinitatis. fo. 447. Christus mortuus refurgens & solo imperio mortuos suscitans se Deum ostendit. fo. 447. d. 448. a. b. Et ideo vastati sunt Iudæi quod non crederent cum hoc signum accepissent cognoscendi Christi signum Ionæ propheta. fo. 448. d. Iudæi Dei indulgentia non promouere ad pietatem poena reuocentur ad religionem. fo. 449. b. c. Tribulationes pariunt nobis vitam eternam & de partu animorum, & similitudine feminae parientis. f. 449. 450. 451. Infidelium obiectio quod non credat ipsi Christo et fortunatiores sint nobis. fo. 451. c. d. Resurrectio mortuorum & quod nostra corpora resurrectura sunt vt resurrexit Christi cadaver. f. 452. b. c. d. 453. a. Christus ros lucis qui suscitabit nostra corpora fulgentissima, & impios mittet in gehennâ ignis. fol. 453. b. c. Sepulchra ibidem d. Excidium Hierosolymorum. fo. 454. a. b.

Periocha cap. XXVII.

¹ D. Hieron. autoritate & exemplo Lxx viros à nobis defendi ita vt dicamus eos alia agnouisse puncta et aliam litterulam monstratum est. f. 353. 389. D. Hier. illa verba indignatio non est mihi & cetera omnia iuxta tralationem Lxx euangelice interpretatur, & de Maria Magdalena, & de ceteris mulieribus & de historia euangelica.

Lxx virorum paraphrases quibus Iudaizantes refelluntur. fo. 457. sed repete quæ scripta sunt. fol. 456. & 458. a. c. d. 459. a. b. 460. a. b. c. 461. a. 464. c. d. 465. a. b. 467. a. c.

¶ De tralatione Lxx virorum & miraculis. 454. d. 455. a. Triumphatur Sathan à Domino qui dicitur domini gladius durus aut iuxta Lxx sanctus. Serpens vincitur à Christo, & leuiathan. Draco. fol. 455. 456. Cur obliquus dicatur serpens, & cur dicatur veçtis, & apostata & leuiathan. fo. 456. 457. Cur apostoli piscatores appellentur, & cur leuiathan Behemot. i. bestia siue bestia. fo. 457. c. Synagoga prædicatur vastanda. fo. 458. 459. 460. 461. a. Vbi sunt pulchræ paraphrases Lxx virorum, & commentaria admiranda quæ rerum euentus describunt. Vtilitas tralationis Lxx virorum ex beato Gregorio, & Irenæo. fo. 459. a. b. Iudæos rediuros ad Christum per varia temporum interualla. fo. 461. c. d. 462. a. b. c. Domini indulgentia qua non tanta plaga percussit Iudæos quanta ipsi percusserant Christum, & martyres. fol. 462. d. 463. Redemptio generis humani, & vastitas Iudææ, ubi paraphrases sunt Lxx virorum admirabiles. fo. 464. 465. iuxta Lxx Maria Magda-

Magdalena, & alia mulieres venientes ad sepulchrū Domini. fo. 465. d. 466. vbi hæc mulieres apostolica dicitur, & vastitas Iudææ post crucem domini. fo. 467. Populus fidelis, & euangelica prædicatio. 468. b.

Periocha cap. xxviii.

D. Hieron. in princ. iuxta tralationem Lxx ad euangelicam historiam hoc caput referendum docet, nescio cur, non etiam iuxta suam tralationem vulgatam. Ego semper utendum arbitror documento D. Aug. de quo supra dictum est si attente singula expendamus, idem vtraque tralatione significari, quod docet ipse D. Hieron. in princ. cap. 49. vtraque in quibus editionem posui vt quod in altera videretur obscurum, alterius lectione referetur, quod maiorē vim habere intelliges si verset animo quod toties repetitum est, tralationem D. Hieron. ad verbum esse editam ex lectione Hebræa: Lxx virorum interpretationem in plerisque magis esse commentarium, quam interpretationem & quoties vtraque tralatio D. Hieronymi, & Lxx virorum ad verbum est edita, beatum Gregorium episc. lib. 8. epistola. 22. ad Eulogiū patriarchā Alexandrinum conqueri, implicatum esse se magna difficultate, dum non est qui sensum de sensu exprimat sed transferat proprietatem verborum, ait præterea D. Hieron. verbum Hebræum, quod ipse vertit ebrius Lxx vertisse mercenarios idque varietate vnus puncti factum, ne quis putet tam religiosum esse puncta mutare, et D. Hieron. docet nos Lxx viros alia agnouisse puncta. Addit Hiero. illud quod omnes vertere, quem docebit scientiam, errore vnus litteræ vertisse se Lxx, mala, nescio an sit forma dicendi D. Hieron. vt non dicat errasse Lxx viros, sed errore librærorum factum esse vt duplex sit lectio Hebræica: nā Synmachum & Theodocionem & Aquilā Iudæos blasphemos, quos ipse appellat, defendit semper quod aliam agnouerint lectionem mutata vna littera, neque opinor hunc Diuum non putasse eodem iure defendendos Lxx viros, quos ecclesia catholica recepit.

Quod mutatione vnus litteræ Lxx viros defendimus factum esse exemplo D. Hier. monstratum est supra quod vero legitur in commentarijs. D. Hier. solum D. Lucam ab usum testimonij scripturæ iuxta Lxx qui magis Græce linguae habuit scientiam reliquos apostolos & euangelistas non item, suspectum magnopere habeo & glossema alicuius esse puto, qualia multa esse ostendimus in sanctorum libris & sparsa Zizania esse appellata docet. n. nos hic diuus euangelistam Lucam suggestente spiritu sancto verba & sensa, conscripsisse euangelium, & multo melius nouerat, quam quibus alius, euangelistas & apostolos omnes fere citare tralationē Lxx virorum, quod nos ostendimus in fine huius operis factum esse. quinquaginta. n. locos citatos ex solo Esaiā ab apostolis et euangelistis ostēdimus, si Græca Græcis compares ad verbum idque docuit D. Hieron. multis in locis, vt à nobis ostensum est in disputatione. An credibile est hæc non, multo melius nouisse hunc diuum, aut inter se pugnantia esse dicturum, fortasse fallor, sed certe persuasissimū habeo quoties hæc, et similia lego, alicuius, esse glossematæ quæ in alienum irrepere locum, diuident hæc prudentiores, mea hæc semper erit sententia de his, similibusque.

Commentaria, & paraphrases Lxx virorum. 472. a. b. c. 473. b. 475. a. b. c. 476. a. 480. tota facie. 485. d. 486. a. 489. c.

¶ Corona spinea domini & Iudas proditor, & vallis gethsemani & dñi passio. fo. 468. c. d. 469. Prædicatur Iudææ vastitas quod Christum non agnouerit. fo. 471. 472. Populo Christianorum Christus seruum glorie. fo. 473. d. euangelij prædicatio, & virtus spiritus sancti, quæ prædicatoribus datur, & pax Christianorum. f. 474. vbi refelluntur Iudaizantes, qui ad Assyrios hæc referunt, cū plane describatur illis verbis illud quod Athanasius de humanitate verbi scribit de Christianis dictum esse: Concidunt gladios suos in vomeres, quod factum esse ait quando barbari feris moribus audita Christi doctrina, à bello ad agriculturam sunt conuersi, & pro gladijs tractandis, manus extendunt ad preces, & à bellis abstinent & contra demones virtutibus amantur, ubi iuxta hanc sententiam Athanasij explanabis Renertentibus de bello ad portas. i. barbaris quorum vita semper erat in armis qui in Christiānismo abiciebant arma & reuertebantur ad cultum vitæ mitioris. Iudæorum coecitas & ebrietas, & quod prægula, & ingluuie, non audierunt Christum. f. 475. b. c. d. 476. a. Nō esse inter Iudæos perfidos, quæ Christus doceat bonorum præmia & malorum poenas. Ablactati qui sunt, & quibus tribulatione patiuntur. fo. 476. b. c. 477. 478. vbi refutantur Iudæi dona linguarum & missio spiritus sancti & disceptatio inter nostros & Iudæos, & refelluntur Iudæi, & Iudaizantes. f. 479. 480. Iudæos vitiasse scripturā, deprehensum ex D. Paulo. f. 480. Quæstio de loco D. Pauli de dono linguarū. f. 481. c. d. 482. a. b. Quomodo apostoli & euangelistæ testimonia scripturæ citent, & quod tralatio Lxx nobis ab apostolis & euangelistis sit commendata. fa. 482. a. b. Christus requies nostra & lapis offensionis. fol. 482. d. Corrigitur tralatio Lxx 483. Perijse Iudæos quod Christo nō crederent. fo. 483. d. 484. Christus, dictus lapis: summagularis qui coniuixerit duos populos, interprete D. Petro, & Paulo, qui tralationem Lxx virorum citant. fo. 485. Quis Christo crediderit non confundetur. fo. 486 tralationem Lxx virorum quæ commentarium potius est quā tralatio citant diui Petrus, & Paulus. Deus omnia cum iudicio facit & misericordia. fo. 486. c. d. Vastitas Iudæorum facta, vt Iudæi respicerent. fo. 487. Quod nemo possit seruire Domino, & mamona. fo. 488. Christus indutus infirmitate nostra caussa voluit congregare Iudæos, vt gallina congregat pullos suos. f. 488. vbi si tralationem Lxx cum lectione Hebræa conferas Christus dicitur Deus, Declarantur Typi historia legis veteris de Christi resurrectione & vastitate Iudææ. f. 489. 490. Monentur Iudæi ne illudant Christianis, ne constringantur vinculis, poena sempiterna. f. 490. d. Prædicatur euangelium prædicandum. f. 491.

Periocha cap. xxix.

D. Hieron. iuxta Lxx totum hoc caput de Christo explanat. Defenditur lectio Lxx virorum exemplo D. Hieron. mutatio ne vnus litterule de quo supra dictum est.

Commentaria Lxx virorum. f. 495. b. c. d. 496. a. b. c. 497. 504. a. b. 505. b. c. 508. d. 509. c. d. 511. b. c. d. 512. a. b. c. d. 513. a. b. c. d. 514. a. b. c. d. 515. a. b. c. d. 516. a. b. c. d. 517. a. b. c. d. 518. a. b. c. d. 519. a. b. c. d. 520. a. b. c. d. 521. a. b. c. d. 522. a. b. c. d. 523. a. b. c. d. 524. a. b. c. d. 525. a. b. c. d. 526. a. b. c. d. 527. a. b. c. d. 528. a. b. c. d. 529. a. b. c. d. 530. a. b. c. d. 531. a. b. c. d. 532. a. b. c. d. 533. a. b. c. d. 534. a. b. c. d. 535. a. b. c. d. 536. a. b. c. d. 537. a. b. c. d. 538. a. b. c. d. 539. a. b. c. d. 540. a. b. c. d. 541. a. b. c. d. 542. a. b. c. d. 543. a. b. c. d. 544. a. b. c. d. 545. a. b. c. d. 546. a. b. c. d. 547. a. b. c. d. 548. a. b. c. d. 549. a. b. c. d. 550. a. b. c. d. 551. a. b. c. d. 552. a. b. c. d. 553. a. b. c. d. 554. a. b. c. d. 555. a. b. c. d. 556. a. b. c. d. 557. a. b. c. d. 558. a. b. c. d. 559. a. b. c. d. 560. a. b. c. d. 561. a. b. c. d. 562. a. b. c. d. 563. a. b. c. d. 564. a. b. c. d. 565. a. b. c. d. 566. a. b. c. d. 567. a. b. c. d. 568. a. b. c. d. 569. a. b. c. d. 570. a. b. c. d. 571. a. b. c. d. 572. a. b. c. d. 573. a. b. c. d. 574. a. b. c. d. 575. a. b. c. d. 576. a. b. c. d. 577. a. b. c. d. 578. a. b. c. d. 579. a. b. c. d. 580. a. b. c. d. 581. a. b. c. d. 582. a. b. c. d. 583. a. b. c. d. 584. a. b. c. d. 585. a. b. c. d. 586. a. b. c. d. 587. a. b. c. d. 588. a. b. c. d. 589. a. b. c. d. 590. a. b. c. d. 591. a. b. c. d. 592. a. b. c. d. 593. a. b. c. d. 594. a. b. c. d. 595. a. b. c. d. 596. a. b. c. d. 597. a. b. c. d. 598. a. b. c. d. 599. a. b. c. d. 600. a. b. c. d. 601. a. b. c. d. 602. a. b. c. d. 603. a. b. c. d. 604. a. b. c. d. 605. a. b. c. d. 606. a. b. c. d. 607. a. b. c. d. 608. a. b. c. d. 609. a. b. c. d. 610. a. b. c. d. 611. a. b. c. d. 612. a. b. c. d. 613. a. b. c. d. 614. a. b. c. d. 615. a. b. c. d. 616. a. b. c. d. 617. a. b. c. d. 618. a. b. c. d. 619. a. b. c. d. 620. a. b. c. d. 621. a. b. c. d. 622. a. b. c. d. 623. a. b. c. d. 624. a. b. c. d. 625. a. b. c. d. 626. a. b. c. d. 627. a. b. c. d. 628. a. b. c. d. 629. a. b. c. d. 630. a. b. c. d. 631. a. b. c. d. 632. a. b. c. d. 633. a. b. c. d. 634. a. b. c. d. 635. a. b. c. d. 636. a. b. c. d. 637. a. b. c. d. 638. a. b. c. d. 639. a. b. c. d. 640. a. b. c. d. 641. a. b. c. d. 642. a. b. c. d. 643. a. b. c. d. 644. a. b. c. d. 645. a. b. c. d. 646. a. b. c. d. 647. a. b. c. d. 648. a. b. c. d. 649. a. b. c. d. 650. a. b. c. d. 651. a. b. c. d. 652. a. b. c. d. 653. a. b. c. d. 654. a. b. c. d. 655. a. b. c. d. 656. a. b. c. d. 657. a. b. c. d. 658. a. b. c. d. 659. a. b. c. d. 660. a. b. c. d. 661. a. b. c. d. 662. a. b. c. d. 663. a. b. c. d. 664. a. b. c. d. 665. a. b. c. d. 666. a. b. c. d. 667. a. b. c. d. 668. a. b. c. d. 669. a. b. c. d. 670. a. b. c. d. 671. a. b. c. d. 672. a. b. c. d. 673. a. b. c. d. 674. a. b. c. d. 675. a. b. c. d. 676. a. b. c. d. 677. a. b. c. d. 678. a. b. c. d. 679. a. b. c. d. 680. a. b. c. d. 681. a. b. c. d. 682. a. b. c. d. 683. a. b. c. d. 684. a. b. c. d. 685. a. b. c. d. 686. a. b. c. d. 687. a. b. c. d. 688. a. b. c. d. 689. a. b. c. d. 690. a. b. c. d. 691. a. b. c. d. 692. a. b. c. d. 693. a. b. c. d. 694. a. b. c. d. 695. a. b. c. d. 696. a. b. c. d. 697. a. b. c. d. 698. a. b. c. d. 699. a. b. c. d. 700. a. b. c. d. 701. a. b. c. d. 702. a. b. c. d. 703. a. b. c. d. 704. a. b. c. d. 705. a. b. c. d. 706. a. b. c. d. 707. a. b. c. d. 708. a. b. c. d. 709. a. b. c. d. 710. a. b. c. d. 711. a. b. c. d. 712. a. b. c. d. 713. a. b. c. d. 714. a. b. c. d. 715. a. b. c. d. 716. a. b. c. d. 717. a. b. c. d. 718. a. b. c. d. 719. a. b. c. d. 720. a. b. c. d. 721. a. b. c. d. 722. a. b. c. d. 723. a. b. c. d. 724. a. b. c. d. 725. a. b. c. d. 726. a. b. c. d. 727. a. b. c. d. 728. a. b. c. d. 729. a. b. c. d. 730. a. b. c. d. 731. a. b. c. d. 732. a. b. c. d. 733. a. b. c. d. 734. a. b. c. d. 735. a. b. c. d. 736. a. b. c. d. 737. a. b. c. d. 738. a. b. c. d. 739. a. b. c. d. 740. a. b. c. d. 741. a. b. c. d. 742. a. b. c. d. 743. a. b. c. d. 744. a. b. c. d. 745. a. b. c. d. 746. a. b. c. d. 747. a. b. c. d. 748. a. b. c. d. 749. a. b. c. d. 750. a. b. c. d. 751. a. b. c. d. 752. a. b. c. d. 753. a. b. c. d. 754. a. b. c. d. 755. a. b. c. d. 756. a. b. c. d. 757. a. b. c. d. 758. a. b. c. d. 759. a. b. c. d. 760. a. b. c. d. 761. a. b. c. d. 762. a. b. c. d. 763. a. b. c. d. 764. a. b. c. d. 765. a. b. c. d. 766. a. b. c. d. 767. a. b. c. d. 768. a. b. c. d. 769. a. b. c. d. 770. a. b. c. d. 771. a. b. c. d. 772. a. b. c. d. 773. a. b. c. d. 774. a. b. c. d. 775. a. b. c. d. 776. a. b. c. d. 777. a. b. c. d. 778. a. b. c. d. 779. a. b. c. d. 780. a. b. c. d. 781. a. b. c. d. 782. a. b. c. d. 783. a. b. c. d. 784. a. b. c. d. 785. a. b. c. d. 786. a. b. c. d. 787. a. b. c. d. 788. a. b. c. d. 789. a. b. c. d. 790. a. b. c. d. 791. a. b. c. d. 792. a. b. c. d. 793. a. b. c. d. 794. a. b. c. d. 795. a. b. c. d. 796. a. b. c. d. 797. a. b. c. d. 798. a. b. c. d. 799. a. b. c. d. 800. a. b. c. d. 801. a. b. c. d. 802. a. b. c. d. 803. a. b. c. d. 804. a. b. c. d. 805. a. b. c. d. 806. a. b. c. d. 807. a. b. c. d. 808. a. b. c. d. 809. a. b. c. d. 810. a. b. c. d. 811. a. b. c. d. 812. a. b. c. d. 813. a. b. c. d. 814. a. b. c. d. 815. a. b. c. d. 816. a. b. c. d. 817. a. b. c. d. 818. a. b. c. d. 819. a. b. c. d. 820. a. b. c. d. 821. a. b. c. d. 822. a. b. c. d. 823. a. b. c. d. 824. a. b. c. d. 825. a. b. c. d. 826. a. b. c. d. 827. a. b. c. d. 828. a. b. c. d. 829. a. b. c. d. 830. a. b. c. d. 831. a. b. c. d. 832. a. b. c. d. 833. a. b. c. d. 834. a. b. c. d. 835. a. b. c. d. 836. a. b. c. d. 837. a. b. c. d. 838. a. b. c. d. 839. a. b. c. d. 840. a. b. c. d. 841. a. b. c. d. 842. a. b. c. d. 843. a. b. c. d. 844. a. b. c. d. 845. a. b. c. d. 846. a. b. c. d. 847. a. b. c. d. 848. a. b. c. d. 849. a. b. c. d. 850. a. b. c. d. 851. a. b. c. d. 852. a. b. c. d. 853. a. b. c. d. 854. a. b. c. d. 855. a. b. c. d. 856. a. b. c. d. 857. a. b. c. d. 858. a. b. c. d. 859. a. b. c. d. 860. a. b. c. d. 861. a. b. c. d. 862. a. b. c. d. 863. a. b. c. d. 864. a. b. c. d. 865. a. b. c. d. 866. a. b. c. d. 867. a. b. c. d. 868. a. b. c. d. 869. a. b. c. d. 870. a. b. c. d. 871. a. b. c. d. 872. a. b. c. d. 873. a. b. c. d. 874. a. b. c. d. 875. a. b. c. d. 876. a. b. c. d. 877. a. b. c. d. 878. a. b. c. d. 879. a. b. c. d. 880. a. b. c. d. 881. a. b. c. d. 882. a. b. c. d. 883. a. b. c. d. 884. a. b. c. d. 885. a. b. c. d. 886. a. b. c. d. 887. a. b. c. d. 888. a. b. c. d. 889. a. b. c. d. 890. a. b. c. d. 891. a. b. c. d. 892. a. b. c. d. 893. a. b. c. d. 894. a. b. c. d. 895. a. b. c. d. 896. a. b. c. d. 897. a. b. c. d. 898. a. b. c. d. 899. a. b. c. d. 900. a. b. c. d. 901. a. b. c. d. 902. a. b. c. d. 903. a. b. c. d. 904. a. b. c. d. 905. a. b. c. d. 906. a. b. c. d. 907. a. b. c. d. 908. a. b. c. d. 909. a. b. c. d. 910. a. b. c. d. 911. a. b. c. d. 912. a. b. c. d. 913. a. b. c. d. 914. a. b. c. d. 915. a. b. c. d. 916. a. b. c. d. 917. a. b. c. d. 918. a. b. c. d. 919. a. b. c. d. 920. a. b. c. d. 921. a. b. c. d. 922. a. b. c. d. 923. a. b. c. d. 924. a. b. c. d. 925. a. b. c. d. 926. a. b. c. d. 927. a. b. c. d. 928. a. b. c. d. 929. a. b. c. d. 930. a. b. c. d. 931. a. b. c. d. 932. a. b. c. d. 933. a. b. c. d. 934. a. b. c. d. 935. a. b. c. d. 936. a. b. c. d. 937. a. b. c. d. 938. a. b. c. d. 939. a. b. c. d. 940. a. b. c. d. 941. a. b. c. d. 942. a. b. c. d. 943. a. b. c. d. 944. a. b. c. d. 945. a. b. c. d. 946. a. b. c. d. 947. a. b. c. d. 948. a. b. c. d. 949. a. b. c. d. 950. a. b. c. d. 951. a. b. c. d. 952. a. b. c. d. 953. a. b. c. d. 954. a. b. c. d. 955. a. b. c. d. 956. a. b. c. d. 957. a. b. c. d. 958. a. b. c. d. 959. a. b. c. d. 960. a. b. c. d. 961. a. b. c. d. 962. a. b. c. d. 963. a. b. c. d. 964. a. b. c. d. 965. a. b. c. d. 966. a. b. c. d. 967. a. b. c. d. 968. a. b. c. d. 969. a. b. c. d. 970. a. b. c. d. 971. a. b. c. d. 972. a. b. c. d. 973. a. b. c. d. 974. a. b. c. d. 975. a. b. c. d. 976. a. b. c. d. 977. a. b. c. d. 978. a. b. c. d. 979. a. b. c. d. 980. a. b. c. d. 981. a. b. c. d. 982. a. b. c. d. 983. a. b. c. d. 984. a. b. c. d. 985. a. b. c. d. 986. a. b. c. d. 987. a. b. c. d. 988. a. b. c. d. 989. a. b. c. d. 990. a. b. c. d. 991. a. b. c. d. 992. a. b. c. d. 993. a. b. c. d. 994. a. b. c. d. 995. a. b. c. d. 996. a. b. c. d. 997. a. b. c. d. 998. a. b. c. d. 999. a. b. c. d. 1000. a. b. c. d.

se idem quod Ariel apud Ezéchielé, pro altari dñi. 491. d. 492. Altare Dei Christus, et cur in omni precatione dicamus, per dominum nostrum Iesum Christum. f. 492. d. 493. 494. Aries hærens cornibus inter vepres, vel pendens cornibus ex arbore Sabec. Explanatur locus Euangelij, Eli Eli, Lamafabachthani defenditur lectio vulgata, refutatur Erasmus qui errare Græcam, & Latinam ecclesiam contendit. reprehenduntur qui nostris temporibus mutare audent multa ex facris litteris quæ per mille quingentos annos sunt seruata intacta. Explanatur quid sit apud Esaiâ Ariel. 493. 494. Prescribitur à propheta Canon quo monemur historias veteriū testamēti tāquā typos Chri citari, et explanatur typus historiæ Davidis cū expugnatis Hierosolymis de leuit cæcos et claudos, prædicatur. n. Christus. deleturus Iudæos cæcos, et claudos, cū dixit: Data est mihi potestas. 494. d. 495. vbi docetur Ariel quid sit. significatur exclusio Iudæorū, & Lxx pro interpretatione cōmentarium edunt, quo typum historiæ Moabitaram interpretantur. f. 495. d. 496. a. Iudæorum sæuitia aduersum Dominū, f. 496. c. d. Historia Davidis declaratur de Christo qui deleuit Iudæos post resurrectionē iuxta Lxx viros. f. 497. Vastitas Hierosolymorum, vbi Lxx viri cum verbis euangelicis, & sententijs cōgruunt. f. 497. d. 498. a. b. c. Iudææ vastitas. f. 499. Cæcitas Iudæorum aduersum Christum. f. 500. vbi D. Paul. citat lectionem Lxx virorum. Iudæos non intellecturos libros Sacros. fo. 502. 503. Populus hic labijs me honorat & cætera quæ citant euangelistæ ex tralatione Lxx virorum. f. 504. 505. Auferendam scientiam scripturarum a Iudæis, & dandam gentibus, & mutationem futuram populi Iudaici fidelis in populum infidelem, & populi gentium infidelis in populum Dei fidelem, vbi tralationem Lxx virorū citatā reperies ab apostolis, & euangelistis, & rursum reperies verbis & sententijs Lxx viros congruere cum euangelistis & apostolis. f. 505. 506. 507. Cur Libanus apud prophetas pro Hierosolymis accipiatur. f. 508. Iudæos obcæcandos esse & non intellecturos scripturas, & populum gentium intellecturum scripturas postquam obcæcatis. f. 508. d. vastatur Iudæa vt crescat populus fidelis. f. 509. Declinauere à Christo Iudæi, postremo tempore ad Christū redibūt. 510.

Periocha cap. XXX

D. Hieron. quædam ex tralatione Lxx virorum ab Hebraica veritate ait discrepare verbis et sensu, et ita frequenter fit quod Lxx viri frequentissime pro tralatione, edunt commentarium, quod verba Hebræa non reddidit ad verbum neque sensum illius orationis, sed totius vaticinii, quod ostēdimus hic fieri. Hier. in illa verba, et erit lux lunæ, suspicari se dicit Lxx non errasse à principio, sed paulatim scriptorum vitio quædam in illis legi deprauate. exemplo D. Hiero. defendimus tralationem Lxx varietate vnus puncti aut litterule, vt supra dictum est, et facit hic D. his commentarijs sic enū in illa verba. Ideo clamaui, varietate punctorum variis tuctur translações.

Commentaria Lxx virorum. 518. a. 519. a. b. c. 520. a. b. c. d. 541. a. b. c. d. 533. & 534. Iudæi vehementer optarunt deficere à domino, & dominum non permisit vsque ad aduētum Christi, & post aduētum Christi tunc sunt permisi, & exclusi, 511. c. d. 512. Iudæorum consilia aduersum dominū, 512. c. d. 513. cañon scripturæ, quod scriptura errare nos non finit. 513. d. Iudæi castigati cæties, & vetiti ne ad idolatras cōfugerent, nō respuere, sed dixere non habemus regem nisi Cæsare. 513. d. 514. a. b. ideo conritos Aegyptiorum deos iuxta Lxx, tempore Mojs, vt idola Iudæi vana numina esse intelligerent, nec ad eorum opem petendam cōfugerent 514. c. d. dæmones dij idolatrarum, & de dæmonibus, vbi refutatur Iudæi, & Iudaizantes, qui ad reliquias Babylonicæ captiuitatis hæc referunt. 514. d. 515. 516. 517. 518. a. b. Reges & imperatores gētū nihil Iudæis profuturos. 518. c. nouissimus dies quid sit iuxta Lxx. 519. Iudæi mendaces filij respuunt apostolos, & euangelij prædicatores, & ipsum euangelium, vbi Lxx verbis & sententijs cum literis apostolicis et euangelicis congruunt. 520. 521. 522. Quod Iudæi repudiarent euangelium sunt vastati, vbi Lxx refellunt Iudæos et Iudaizantes qui hæc omnia alio referunt. Canon scripturæ si qua reperiantur ab apostolis et à sanctis patribus explanatā, antecedentia, et frequentia eodem esse referenda. 522. c. Pœnitentiæ prophetia citata ab omnibus sanctis patribus, et à concilijs quæ nisi superiora ita explanentur, vt diximus, labefactatur, ita vt nulla ratione videri possit de pœnitentiā esse prophetia. 522. c. d. 523. Iudææ vastitas nobilitata toto orbe. 524. Christi resurrectio et glorificatio, et Iudæos refutatos esse interpretatione Lxx virorum. Exaudiet Dominus fidelium preces. 525. De euangelio et sacramento eucharistiæ et baptismo. 526. Iudæa non seruiet idolis post Christum, et gentium conuertio. 526. d. 527. De ecclesiæ pastu. 528. c. d. 529. 530. Ecclesiæ fluiuij. 530. d. Sol ecclesiæ et iustorum splendor. 531. a. b. c. Christus adueniens grauis adportandum, quia malos male perdet & gloriosus. 531. d. Iudææ vastitas. 532. 533. 534. 535. Sylua Tophet. iam cæcitas, et quod Iudæa putauit se regnaturā et prouocauit arma Romana. 536.

Periocha cap. XXXI.

Hier. de passione domini ferè hæc interpretatur. D. Hier. cum explanat hæc, varietate punctorum defendit varietatem tralationis Aquilæ, et Symmachi, sic Igitur Lxx viros defendere licet.

Commentaria Lxx virorum, 541. Iudæi milies admoniti ne cōfugerent ad idolatrarum Reges, præoptauere Imperatoris Romani gratiam potius, quam Dei, & dixere, non habemus Regem nisi Cæsarem, et similia. fa. 538. 539. Christus defendit suos. 539. Consilia Iudæorum aduersum Christum. 539. et aduertendum est Theodoretum de oraculis, lib. 10. tam planum putare hoc vaticinium de Iudæoru et gentium consilij aduersum Dominum, et de ruina idolorum, quæ tempore aduentus Christi erat futura, vt cum multis alijs vaticinijs prophetarum de Christi tēporibus hoc citet neque interprete egere putet, sed plane, et aperte significare ruinam idolorum temporibus Christi et. c. f. 540. Nationes vincendas prædicatione apostolorū armis. 540. d. 541. vbi Lxx explanat scripturam. D. Hieronymus negat se scire quid sibi voluerint Lxx quod tunc eorum tralatio est, sed si confes-

tur cum lectione Hebræa explanat scripturā mirifice. Beati esse dicuntur qui filios ecclesiæ procreant: et illud euangelicū, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. 542.

Periocha cap. xxxii.

D. Hieron. Theodocionem et Lxx viros aliter vertisse dictionem Hebræam, docet in commentarijs, quam ipse vertit, quod aliud agnouere punctum sui tempestate quam quod vulgo lectio Hebræa præferat, vt sic liceat tueri Lxx viros, vt tueretur D. Hieron. eos et Theodocionem.

D. Hieron. Lxx virorum tralationem et suam hoc cap. euangelice interpretatur ait tamē, quædā ab Hebraica veritate discrepare non solum verbis sed sensu, vt dixi, quia edunt commentarium Lxx viri pro tralatione, quod neque verba redit illius orationis neque sensum, sed totum vaticinium explicat.

D. Hieron. caput superius et hoc iuxta Lxx euangelice interpretatur, nescio cur non etiam iuxta hebraicum.

Commentaria, & paraphrases. Lxx virorum. f. b. c. d. 547. tota facie. 550. d. 552. c. d. Doctores sacri initium huius capitis coniungunt fini capitis superioris & de Christo interpretatur & de eius apostolis, vnde apparet veram esse sententiam Theodoretī quā retuli & sanctorum patrum. Iudaizantes refellunt tralationem Lxx virorum. 543. signa quibus Christus agnoscedus erat, quod occultabat suā diuinitatem & quod occultaturus erat spiritum sanctum suum, & quod loquutus erat pro parabolis, impetraturus silētium his quos curaret, quod fugiturus erat multitudinem Iudæorum & se occultaturus eis iuxta illud, Iesus autem abiēs occultabat se ab eis. 544. Iesus venit vt fluuius gloriosus in terra sitiētī, vbi dicitur fuisse duplex lectio mutatione vnus literæ quod frequentissime facit D. Hieron. 544. Credentes in Christum videbunt et non erunt in tenebris & loquentur magna Dei mysteria. 545. Non futuros post crucem Christi, Iudæorum Pontifices, propter stultū illum cuius minister dominum percussit alapa & dixit, sic respōdes Pontifici? 546. Iudæorum conuitia in Christum & simulationes ibidem. c. d. Iudæorum consilia aduersum dominum. 547. Christum fecisse alios apostolos alios discipulos, & varios ecclesiasticos ordines. 548. Muiheres quæ Christum sequebantur. 548. c. Annus retributionis quando malos male perdidit dominus, & ecclesiæ persequutio. 549. Hierosolymorum vastitas ob coronam spineam Domino impositā, & minæ aduersum Phariseos & scribas & principes sacerdotum & quod illorum opulentissimæ domus vastabuntur. 550. 551. Nationes recipiet charismata spiritus sancti, & Iudæis nulla erit pluuia cælestis. 551. d. 552. vastitas Iudææ opprimet Iudæos perfidos, populum fidelem non opprimet. 552. vnam futuram ecclesiam ex populo Iudæorum & gentibus. Prædicatores euangelij & cultores ecclesiæ beatos. & refelluntur Iudaizantes. 553.

Periocha cap. xxxiii.

Quod D. Hiero. vertit in siti. Lxx et Theodotio vertere in Sion, et tueri eos Hier. varietate punctorum, cur ergo nos non sic tueamur Lxx viros. D. Hieron. translationem Lxx semper explanat euangelice.

D. Hieron. Lxx nō solum verbis sed sensibus discordare ab Hebraico sermone dicit. D. Aug. respondet si attente legas omnia reperiri posse concordantia, D. Aug. nos hac in parte similibusque sequimur de ciuitate Dei. li. 18. cap. 44. in fine. Notandū tamen D. Hieron. iuxta Lxx omnia interpretari euangelice.

Commentaria & paraphrases Lxx virorum. 555. b. c. d. 556. d. 557. b. 561. a. b. c. d. 562. c. 557. b. c. d. Iudæi apostolorum persequutores miseri appellantur & apostoli beati, iuxta Lxx viros, qui sic interpretantur tralationem D. Hieronymi & refelluntur Iudaizantes, qui hæc alio referunt. 554. Iudæi postquā persequuti fuerint apostolos & fideles tradentur armis Romanorum vastandi, quod Lxx virorum paraphrasim declarat. 555. Apostolorum gratiarum actio ob delectos Iudæos qui sibi aduersabantur. 556. b. Vastabuntur Iudæi & illudentur quod declarant Lxx sua paraphrasim. 556. d. 557. a. b. ecclesia gratias agit Deo ob delectos suos hostes. 557. c. de ecclesia, & thesaurus ecclesiæ. 558. vbi refelluntur Iudaizantes. Christi resurrectio & apostolorum fiducia in prædicatione euangelij, & Iudæi patientur persequutionem qua ipsi persequuti sunt fideles. 559. Apostolorum tristitia & prædicatorum euangelij, quod repudiarentur à Iudæis. Vastati sunt Iudæi quod veniēte veritate cessauit vmbra, quod declaratum est tralatione Lxx virorum. 560. a. b. c. Iudææ vastitas & paraphrasim Lxx virorum qua declaratur. 561. a. Resurrectio Christi ibidem. b. Iudæo rū conatus aduersū Christū futuros vanos & arduos Iudæos. 561. c. d. 562. a. vbi refelluntur Iudaizantes à Lxx viris. Iudæi & gentes coaluere in vnam ecclesiam & impij Iudæi periere quod transgressi sunt legē dñi iuxta paraphrasim Lxx virorum. prænantiantur in feri malis vt caueant, & pauci esse dicuntur prædicatores, verbi fideles. 563. Bonorum premia. 563. d. 564. a. vbi Lxx paraphrases faciunt & de Christo & eius apostolis ibidem. doctrina euangelica, & sacra eucharistia. 564. de baptismo ibidem. euangelicæ vitæ finis Christi visio, & Regnum Christi. 565. d. 564. a. Iudæis vetium ingredi Iudæam post crucem Christi. 565. a. scribe, & pharisæi tollē di de medio. 565. c. d. 566. 567. Christus omnibus sacrificijs veteris legis significatus iuxta Lxx virorū paraphrasim. 567. c. d. Hierusalem cælestis. 568. ecclesia catholica, & eius flumina. 569. Christus Deus magnus & nobi scū est vsq; ad cōsumationē seculi. 570. Princeps ecclesiæ Christus, cū ante esset princeps Sathanas, vnde Princeps huius mundi eiicitur foras. 570. c. d. Synagoga vastanda. 570. d. 571. Nationes sicut populus Dei. 572. a. b. Sic enim Athanasius in euangelium de passione, & cruce domni & quod Iudæi diuisere carnificibus vestimenta Christi ignorabant se inter gentes diuidēdos esse, quod propheta prædixerat, ecce dies venient & diuidentur spolia in te.

Periocha cap. xxxiiii.

D. Hier. nos docet totum hoc caput iuxta Lxx euangelice esse explanādū, et quod Iudæi omni ratione nituntur Christi et apostolorum eius subuertere sacramenta, dei nunc et monitis à D. Hieronym. Iudæissantium admirare deliria.

D. Hieron.

D. Hieron. translationem Lxx de. 12. apostolis explanat.

D. Hieron. hoc cap. diuisione vocis Hebrae in duas voces et mutatione punctorum defendit Symmachum et Theodotionem et Aquilam quod pro erelam, legere erat, labem, sic igitur defendere licet Lxx.

Commentaria Lxx virorum. 576. a. b. vastitas Iudae, quae typus est vltima consummationis. 577. Canon scripturae simul duo praeuocari, vt ex vno statim facto pro certo sit reliquum esse futurum. 578. D. mundi consummatio & vastitas Iudae & cur libri sacri caeli nominentur. 574. Cur Esau dicitur edom, & de hominibus terrenis, qui pro terrenis caelestia vendunt & de Iudae vastitate. 575. quod docet Athanasius in euangelium de passione & cruce domini his verbis. Cum temerarij essent aduersum dominum diem illa aduersum se prouocauerunt quam praedixit propheta, dies enim iudicij domini & rationis iudicij sion, vertentur valles in picem & terra eorum in sulphur, & caetera quae adiecit, & subijcit in has calamitates incidunt Iudei cum putarent se Christum occidere. Dum clamant contra saluatorem Tolle tolle, & declarat Athanasius principium huius capituli his verbis: Quisquis volet accedat & faciat se arbitrum, & inspectorem non ex rebus in obscuro latentibus, sed ex claris euentis veritatem colligat & videat quis nam sit dominicae mortis fructus, & quod nam Iudaicarum insidiarum emolumentum. Siquidem mors saluatoris orbem redemit vt gētes Deum glorificet. Furor Iudeorum Iudeos perdidit. Principes Iudeorum & magnates appellatos Athanasius putat ibidem coruos, oriocentauros quomodo etiam appellat eos Plato in politico & sic totum hoc caput interpretatur. Iudeorum vastitas. 576. Et quid sit onocrotalus & onocrotalus & quae sint animalium & auium nomina, quae hic nominantur. 576. 577. 578. Apostoli domini. 12. & eorum congregatio Hierosolymis & perditio Iudej, & electio Matthij apostoli, & diuio orbis inter apostolos. 580. 581. 582. 583. D. Hieron. vtranque translationem interpretatur. hoc capite nos varietatis translationis causam reddimus.

Periocha cap. XXXV.

D. Hieron. negat Hebraice esse quod est apud Lxx, Exultabunt deserta Iordanis, quibus verbis trecentis quinquaginta annis ante scriptum euangelium, representatur nobis euangelium, et monstratum est supra. f. 365. et 366. mutatione vnius duarum litterarum et mutatione punctorum posse defendi Lxx viros, idque exemplo et documento. D. Hieron. sed vnam hanc scriberet aliquando, quantum librarius calamo posset excipere quod ipse hic diuus testatur, et monstratum est. f. 351. et f. 352. et his periochis pene per singula capita ostendimus. D. Hieron. tueri Lxx et Aquilam, et Theodot. et Symmachum mutatione punctorum, et vnius duarum litterarum, cur igitur non sic hunc locum defendamus?

Predicatur Christi aduentus his qui sedebant in tenebris & reprehenduntur Iudaizantes qui omnia accipiunt literaliter, gaudere dicuntur gētes cum apostolis & praedicatione apostolorum, & redditur causa cur Hebraice dicatur letabitur cum his deserta solitudo cum apostolis. s. missis a domino. Et Iudeos vitare scripturam. 584. & nationes appellari deserta & venturas ad Christum, qui lilius, & flos dicitur. 585. Praedicatione Ioannis in deserto Iordanis, et Christi ad eum aduentus. Athanasius de communi essentia patris & filij et spiritus sancti c. aduersus eos qui seruunt vocibus, docet gloria seruatoris nostrum nuncupatum secundum deitatis maiestatem. exultat deserta Iordanis, significat ergo gloria. i. Christum datam Libano. i. datam ecclesiae quae dicitur Libanus ratione alibi dicta. et data dicitur Iordani, quae inde delicti sunt apostoli et quae data sint baptismo charismata spiritus sancti, quae erant in populo Iudeorum, dandum ecclesiae et auferendum regnum a Iudeis. 586. d. 587. et videnda gloria Dei nostri cum baptizatus est dominus a Ioanne. 577. sanatur dominus paralyticus et omne genus morborum animi et corporis, et de ieiunio. 587. 588. Nationes infideles vocandae ad fidem. 588. b. c. Christus salus credentium et lapis offensionis infidelibus ibidem. d. 589. vbi Christus appellatur Deus. a. multitudo miraculorum quod si gnum erat quo agnosceretur Christus et de illo loco, ex ore infantium et lactentium. 589. c. d. 590. et quod hoc signo se ostendit dominus Christum esse. 590. a. b. Aque spiritus sancti in ecclesia ex gētibus et de ecclesia et nationibus infidelibus vnde facta est, et ex populo Iudeorum. 591. via euangelica et Princeps huius mundi qui expellitur foras et trinitatis reuelatio. 592. ecclesia ibidem, et 591.

Periocha cap. xxxvi. & xxxvii.

Historia rerum paulo post futurarum continetur his capitibus. et miracula quo maior fides accedat vaticinijs de Christo, vt dictum est, et varietas hebraeae lectionis ostenditur ex his capitibus duobus locis scriptis, non quae faciant varietatem sententiae, sed quae eadem sententiam planius aut obscurius referant, aut duos sensus sacros faciant, quod pleraque sunt inscripturis quae duos sensus habeant literales.

Periocha cap. xxxviii.

D. Hieron. docet verbum Chadal quod ipse Diuus iunxit sequenti versiculo posse referri ad praecedentem, vt sic quoque liceat tueri translationem Lxx, quod id faciunt aliquando.

Lxx virorum translatio toto cap. quia obscurum est valde, commentarium potius quam translatio est. Describitur morbus Ezechij Regis, et miracula edita a domino significatur, et vite Ezechij prorogatio. 612. d. 613. a. gratulatio Ezechij ob recuperatam valetudinem. Ezechias dolet se mori quod sine liberis moriatur, et priuatur tanto bono quod de sua stirpe erat Christus oriturus. 614. Christus dicitur salutare Dei, et saluator. 614. d. 615. ex translatione Lxx virorum si eam conferas cum hebraeae lectione, intelliges Ezechiam dolere quod sine liberis decedat vnde erat oritura virgo sacrata, ex qua carnem sumpturus erat Deus verbum, Christum dici Deum de Deo, et verum esse Deum. 615. 616. vbi verbum hebraeum chadal, quod D. Hieron. tribuit superiori sententiae diximus, Lxx viros tribuisse inferiori, quod D. Hieron. non improbat, et vtrique parti reddi posse

posse fatetur, tempora aduentus Christi. 620. o. gratias agit Ezechias ob restitutam vitam, quod simul restituta sit spes Christi de sua posteritate orituri. & reuelatur trinitas sacrata si conferas translationem Lxx virorum cum hebraeae lectione. 619. Penitentia per totam vitam durat. 620. b. trinitas personarum et essentiae vnitas ex collatione vtriusque translationis, et gratulatio quod vita et spes tanta sit restituta Ezechiae. 620. 621. Christus ad viuos venturus & oriturus inter viuos, non inter mortuos ad quos postea descendit. 622.

Periocha cap. XXXIX.

¶ Cur Ezechias lato animo ferat suorum captiuitatem & alia. 624.

Periocha cap. XXXX.

D. Hieron. iuxta Lxx, et iuxta ceteros interpretes iubere alios dicit consolari Hierusalem iuxta Hebraicam non item, quod, cur dixerit, nescio, cum Hebraea nomina sine declinabilibus, et quo velis casu vertere possit, vt in commentarijs suis dicitur, in reliquis notat varietatem interpretationem et explanat Esaiam iuxta varietates illas, quod variae planari multa possint.

D. Hieron. in commentarijs expugnandam obelo vocem vnam ex translatione Lxx dicit, quod nescio an alicuius sit glossa cum ipse diuus nos doceat, vt supra in his periochis ostendimus verba addita esse a Lxx, quae lucem afferant scripturae.

Commentarium Lxx virorum. 625. a. b. c. & 632. 633. 634. a. b. 643. c. d. & deinceps. Christus consolator generis humani praenunciatur venturus, qui paracletus etiam dicitur. i. consolator, & Noe. i. consolator ty pus fuisse Christi declaratur. 625. 626. a. Tribulationes & a Deo irrogatae poenae profunt patientibus. 626. b. c. loqui ad cor ibidem. d. completa militia Hierusalem, quia post Christum non est ecclesia militans. Synagoga Iudeorum nec propheta nec sacerdos habet nec pontifices nec reges. 627. & vastitas Iudae, & tribulationes viro bono, sunt, & non obfunt. 627. b. c. d. vnde Plato sit mutatur argumentum librorum de Rep. & sapientie libri Solomonis esse. 628. & duplex poena qua affecti Iudaei sunt, quae dicitur. 269. Ioannis vox, dei filius, verbum. Ioannes praeco qui audientiam regi facit, Dei filius rex verba faciens & paratur via Deo in deserto, id est, in populo gentium. 628. d. 629. Signa quibus Christus erat agnosceretur inter quae vnum erat hoc de Ioanne praecursoris haec dicturo. & de Iordane, & Christi baptismo, & de loco euangelij quo interrogatur Ioannes an sit propheta, & de illo, praebis. n. ante faciem eius & quaestiones, & parare viam domino quid sit. 630. rectae semitae quae & quid sibi vellat illae voces de Christo, adest, venit, non tardabit. 631. a. b. translationem. Lxx etiam non reddita verbum citant euangelista Matheus, Marcus, Lucas. Celeritas euangelicae praedicationis, & quod humiles gentes expertes rerum caelestium exaltantur. Iudaei, qui montes erant, pleni rerum caelestium cognitione, qui cum in terris essent, conuersabantur in caelestibus, relinquuntur inanes rerum caelestium. 631. d. 632. a. b. refecanda vitia, aperienda credentibus scripturae scripturae mysteria. 632. citatur translatio Lxx virorum. a. d. Luca etiam cum non est translatio, sed commentarium & citatur ab omnibus euangelistis. 632. d. 633. et si eo loco conferas translationem Lxx virorum cum lectione Hebraeae, Christus dicitur deus, et homo plane, et aperte vt inficiari nemo possit nisi euangelio fidem abroget impius. 633. omnes homines vulgo uisuros deum loquentur inter eos hominem factum, scilicet, ibidem & uisuros Dei gloriam. 634. a. Quae stio quis sit hic de quo propheta loquitur semper genere foeminino Hebraice, vt docet D. Hieronymus et quod sit vox quae genere foeminino dicitur Hebraice. 634. b. omnis caro quae Christo non credit, foenum arsurum semper, & credentes in Christum cum verbo deo manent in aeternum, quae verba citat D. Petrus iuxta translationem. Lxx virorum. 634. d. 635. a. quod hic Ioannes clamare iubetur, clamauit litteris euangelicis. 635. a. b. Ioannes ascendere iubetur in montem virtutum, vt homines attentos faciat & ab omnibus audiatur clamans. 635. d. 636. Ioannes angelus ante faciem domini, et primus euangelizans Christum dei filium hominem factum, et locus ille euangelij, quo se videtur negare prophetam esse, quomodo sit etiam intelligendus. 636. Ioannes quae hic facere iubetur, fecit cuncta. Christus dicitur venturus fuisse cum potestate, verbo, et imperio faciens cuncta, vt deus, merces eius cum eo, hodie mecum eris in paradiso, et congregans triticum in horreum. i. in vitam aeternam. 636. d. 637. a. b. declarata trinitas ibidem, causa redditur cum deus sit immensus in finitus qui verbo caelos fecit cur nos voluerit redimere per crucem, et homo fieri? 637. c. d. 638. 639. vbi ostenditur translationem Lxx virorum citari ab apostolis et euangelistis. Christus qui ita humilis apparuit, vt faber sit dicitur et filius fabri. Deus ille immensus est, qui omnia condidit, qui caelum pugillo continet, cuius in conspectu oēs gentes quasi gutta situle, et quid sit gutta situle. 637. 638. 639. 940. 641. Deus infinitus immensus, cuius ad comparationem omnis haec machina, gutta roris, similitudine exprimi non potest. 642. terram condidit et caelos miro artificio, solo verbo, 643. Reges, et Imperatores constituit nullo negotio, et amouet. 644. 645. Christus rerum omnium effector, et quaestio quomodo dicatur effector rerum omnium. Deus. 645. d. conditor caeli. Deus. motus syderum. 646. Deus sine vilo labore omnia facit, quod mutuatus Plato in decimo li. de legibus, et quaestio de hac re dat fortitudinem, et detrahit quibus vult. 648. Alj ingenerantur sanctis viris, qui bus in caelum subuehuntur. 649.

Periocha cap. xxxxi.

D. Hieron. toto hoc capite translationem Lxx euangelice interpretatur.

Commentaria Lxx virorum. 650. 651. 652. c. d. 653. c. 654. a. 665. b. c. d. Hoc caput vt docet D. Hieron. et vbi intelligit qui Iudaizantibus libros legit, refertur a Iudaizantibus ad Cyrum. Abrahamum, omnia. n. peruertunt Iudei, et Iudaizantes, Refellunt translationem Lxx virorum, quae commentarium est interpretationis D. Hier. gētes vocantur ad fidem. et ecclesiae infulguntur. innouatio, et edificatio spiritualis per Christum significatur a Lxx viris. 649. 650. 651. 652. Apostoli et praedicatorum euangelij euangelium praedicare iubetur iuxta Lxx

Lxx viros. 652. c. d. iustitia diuina incarnata, hoc est Christus. 653. 654. iustitia diuina incarnata dicitur Iudeos qui aduersabantur euangelio dicitur. 654. via euangelica. 655. Hæc omnia dicta paraphrasis Lxx virorum illustrat contra Iudaizantes, Christum missum à Deo patre, & à se ipso. 655. c. d. Christus dedit vetus testamentum, & nouum. 656. a. credidit orbis Christo. 656. b. idolatræ reprehenduntur ibidem, ecclesia ex toto orbe deleta. 657. deletos Iudæos qui oppugnabant ecclesiam, 658. 659. paucos apostolos superatos orbem. 659. c. d. 660. gentes vocandas ad fidem, vbi varietas lectionis Hebræe videtur fuisse temporibus Lxx virorū & varia distinctio, ostendimus. n. sic tueri. D. Hieron. Lxx viros, & Symmachum & Theodocionem. D. Hieron. tralationē Lxx virorū toto hoc capite ita interpretatur vt suam. 661. ecclesie flumina fontes, & arbores & Iudeorum exclusio. 661. d. 662. a. b. causa exclusionis Iudæorum quod persecuti sunt Christum, & apostolos. 662. d. 663. contra Idolatras, & falsa numina, & demones vnde sunt. 663. 664. gentes ex toto orbe vocatæ ad fidem, vbi Iudaizantes refelluntur paraphrasi Lxx virorum, & superioribus etiā locis. 665. prædicatio euangelij à Hierusalē inceptura & primos credituros Iudæos. refelluntur Iudaizantes. vastandos Iudæos. 666.

Periocha cap. xxx xii.

Hoc loco D. Hieron. suam tralationē commendat hoc nomine, quod nihil addat lectioni Hebrææ, & nihil detrahat, Lxx viri verba addant, & dictum est in superiore periocha tralationem Lxx virorum paraphrasim esse, & cōmentarium. D. Hieron. interpretationem esse fidelissimè ad verbum redditam ex Hebræa lectione, & has paraphrases Lxx virorum cōmendat alibi D. Hier. vt ostendimus.

Lxx virorū cōmentaria. 667. 668. 672. d. & 673. a. 675. 685. tota facie, & deinceps. D. Hier. antepōnit suā interpretationē tralationi Lxx virorū. Et quodammodo vituperare videtur ille, & Euseb. Lxx viros q̄ verba addiderint. Cōtrā sensu Aug. & Iustin⁹ martyri, & de ea re inter hos diuos disceptatio. 667. 668. a. Prophecia illius vocis æterni patris delapsæ de cælo. Hic est filius meus dilectus. 668. Chri humanitas & diuinitas 668. & passio, & resurrectio. Et q̄ redēptor generis humani est. 668. 669. vnus loci scripturæ duos esse sensus literales p̄batur ex tralatione D. Matt. & D. Hieron. 669. 670. c. descensus spiritus sancti in Christum. 670. b. figurum, quo erat agnoscendus Christus q̄ nō erat pariturus cuiquā, dicebat. n. vobis pharisæi, & multifimilia eō q̄ futurus erat māstetissimus. 671. Resurrectio Chri, & prædicatio euāgelij. 672. refellit Erasmus, & defenditur D. Matt. lectio. 673. Christus, p̄mulgaturus euāgelij ante passionē, & Iudicaturus viuos & mortuos. 674. gentes credituras Christo, & Lxx viros pro tralatione edidisse cōmentarium q̄ citat D. Matthe. cū superiora non citasset iuxta tralationē Lxx virorū. 675. Deus de Deo & De Deo loquitur, & hoc loco significatur trinitas. 676. 677. loquitur pater ad filium secundū humanitatē. 677. c. verba addita à Lxx viris significant fideles filios esse dei natos ex Chri latere, & de testamēto nouo. 678. quomodo dictū sit, Ego dñs Deus hoc est nomen meū, gloriam meam alteri non dabo. 679. a. b. Theodoret. cum lib. 10. de oraculis retulisset superiora verba huius cap. subiecit his verbis, Vniuersorum Deus dominum nostrum Iesum Christum, vt hominem alloquitus est, à conspicua humanitate Iacob, & Israel appellauit, q̄ ex ea prosapia secundū humanitatem natus est, & ostendit Christi mansuetudinem, & tolerantiam, qua vsus est cum sibi à Iudæis illuderetur. in testamentum generis hunc datum fuisse ait patriarchis, cæterisque Iudæis per hunc salutem se daturum promisit. Ait hunc eundem in lumen gentium exortum esse, vt cæcorum oculos aperiret qui circūuēti caligine ignorantia ac peccatorum cathenis vincti tenebantur, quod autem hac appellatione eos significauit cum captiuos appellauit, qui vanis superstitionibus seruiebant testantur sequētia, gloriam meam alteri nō dabo, neque virtutes meas sculptilibus. Protinus enim vt in carne apparuit ea demones nudauit appellatione quam sibi raptam circumposuerant. de veteri testamento, & nouo quod euangelizatum est, antiquato veteri testamento. 679. c. d. 680. vbi paraphrasi Lxx virorum refelluntur Iudaizantes. canticum noui testamenti. 681. lux euāgelica illustratura dicitur nationes omnes. 681. c. d. 682. a. b. vastitas importata à Romanis Iudæis post crucem domini, vbi refelluntur Iudaizantes, qui alio referunt, sic etiam Theodoret. loco citato sensisse videtur, tolerantia domini qua tulit Iudæos, & expectauit vt conuerterentur. 683. Sic Theodoret. docet quare olim non fecerit vt punierit, scilicet, inimicos. Tacui, inquit, à seculo, sunt verba tolerantia ac longanimitatis patiens. n. Deus ab initio non punijt delinquentes cum iam satis peperisset, errantes ad se vocauit atque in errore perseuerantes disperisit, hoc est. n. quod ait dissipabo, & exsicabo simul, desertos faciam montes & colles, quibus verbis idolorum lucos, & templa significari putat Theodoret. quæ in huiusmodi locis erant. Hæc n. omnia inquit postquam in nostra humanitate apparuit demolitus est. exclusio Iudæorum, & exsiccatio. 683. flumina ecclesie. 684. Conuersio nationum ad Christum, quæ significata est verbis illis, Ducam cæcos in viam, & c. sic etiam explanat Theodoret. loco citato apologia domini de exclusione Iudæorū. 684. b. cæcus dicitur populus Iudæorum vbi refelluntur Iudaizantes, & p̄cta mutasse reuincuntur ex tralationē D. Hier. & paraphrasi Lxx virorum, ne conuincerentur se & scribas et sacerdotes suos appellatos cæcos. 685. 686. 687. dominus voluit seruare Iudæos, et iuxta Lxx, qui verbum addidere, cognouere dominum Iudæi, et dixere hic est hæres. 687. c. d. describitur vastitas Hierosolymorum, et Iudeorum captiuitas, et incendium. 688. 689.

Periocha cap. xxx xiii.

D. Hieron. ostendit translationem Lxx virorum consentientem, cum euangelio toto hoc capite. Voculas Hebræas addendas dicimus, vbi aut ed. i. & ego testis, sequuntur canonē præscriptum a D. Hieronymo in epistola ad Damasum super quatuor euangelia vbi ex tralatione Lxx virorum deprehendi posse ait, si quid additum aut detractum est ex veteri testamento, et ex tralatione Lxx virorū appareat detractas esse ex Hebræa lectione voces illas vbi aut ed. i. et ego testis, vt præfert tralatio

tio Lxx virorū estote mihi testes, & ego testis dicit dñs, & seruus meus. i. Christus, & hanc lectionē Lxx virorū agnoscunt veteres patres Græci, & Latini, & concilia, quæ omnia in cōmentarijs cito. Vt ergo D. Hier. in cap. 5. Micheæ in illa verba. Et tu Bethleem, ephrata, liquido cognoscit siue de veteribus libris erasa quedā sint malitia Iudæorum, Nequaquam siue addita à Lxx viris, & planius erasa quedā dicit ab impijs Iudæis D. Hiero. lib. 2. cōmentariorū in epistola ad Galatas in principio, vt mittat alios veteres patres quoniam his periochis consiliū fuit tueri Lxx viros auctoritate, & exemplo D. Hiero. Sic dico nō temere esse, quod trecentis annis ante crucē Dñi duas personas hic expressere, idque sequutus sit chorus omnium sanctorū, & cōcilia ipsa, & fortasse malitia Iudæorū erasa esse illa verba. v. a. ani. ed. & ipse testis.

Commetaria Lxx virorum. fa. 695. d. sed repete altius. f. 701. b. 703. b. c. d. et. 705. a. b. c. 707. et. 708. et. 709. Creare, et facere quid significat apud Theologos, et philosophos. 689. d. 690. a. in fine superioris capituli preunciata sunt mala perhdis Iudæis, hoc promittuntur bona fidelibus. 690. Christianorum nomen datum populo fideli à Deo & quā venerādū hoc fit nomē. 690. c. d. 691. a. tribulationes sanctos splendiores faciūt, & fideles, Christi dicūtur possessio peculiari quodammodo, & de tribulationibus sanctorū. 691. Et q̄ sancti nunquā vincētur, & de indumētō immortalitatis quo induti per ignes, per oīa cruciamēta ad vitā immortalē, & beatā transeunt, ibidē. sanguine apostolorū, & predicatorū euāgelij etiā cōuersus orbis. 692. Martyrū premiū. 693. b. exclusio Iudæorū, & gentiū vocatio. 693. d. 694. a. b. Paris, & filij testimoniū de Christo. 694. c. d. 695. de filio Dei nato. 696. Christus, & euāgelij prædicatio, & vita sempiterna quā fidelibus est daturus. 697. liberatos Iudæos è captiuitate babilonis propter Christū venturū, & de prophetia. 698. Christus prædictus, & vocatus Israel tā aperte vt iuxta tralationē Lxx cōstricti Iudæi in vinculis teneantur. 689. d. 699. & cura Dei in seruandis fidelibus et cur ecclesia patiatur persecutionē ab hereticis. 700. a. inuitata nouitate venit Christus. 700. b. cessatio veteris legis, & euāgelij prædicatio. 700. c. d. Canon scripturæ quid significet aqua. 701. a. de baptismo, doctrina euāgelica, & de ecclesia ex gētibus, & cur homines mali bestia nominētur, & varijs animatiū nominibus, & postea genus Dei electū dicatur, sic. n. interpretatur Theodoret. de oraculis lib. 10. Interpretas. n. verba illa, Ecce ego facio noua, & quæ sequūtur, Genus inquit eos appellauit qui crederēt in eū, quorūque ipse ob assumptā humanitatē primogenitus dictus est. 701. 702. 703. vbi Lxx cū literis apostolicis verbis cōcidūt. Christ⁹ passus pro nobis luit nostra peccata, & exclusi Iudæi. 703. 704. 705. Christus delet nra peccata. 705. d. 706. de pœnitentiā locus citatus ab omnibus sanctis patribus defenditur contra Iudaizantes, qui hæc alio referunt & refelluntur tralatione Lxx virorum. Apologia domini de exclusione Iudæorum. c. 708. c. d. 709.

Periocha cap. XLIII.

Commentaria Lxx virorū. 715. tota facie, & deinceps. Ardētissimus amor dñi in reliquis quæ saluæ factę sunt. 709. d. 710. populus fidelis dilect⁹ appellatus, & rectissimus, & qui sint recti corde, & mōtes appellatos, & colles, & vidētes. 710. c. d. 711. Germinatio fidelium salicibus cōparata, & quid aqua in sanctis literis significet. 712. voces martyrum quibus se testatur Christianos. 712. Chri inuocatio, & nomina occulta, & asimilitio. 713. Christus Deus sabaoth. legē nouā, & veterē tulit. 713. duas personas nominatas patris, & filij iuxta sententiam, Laetatiij. 714. a. ostēdit dominus se solum deum, & nō esse alium. 714. c. d. 715. a. b. Idolatræ, & quod veteres suis vitijs nomina Deorum adorabāt. 715. d. 716. a. b. c. refelluntur Iudæi, & Iudaizantes qui ei, forte in significare dicūt. 716. c. d. 717. a. b. idolorū artifices. 717. c. d. Christus patris dextera, & veritas iuxta Lxx. fa. 718. Chri delet iniquitates. 718. d. fundamēta ecclesie. i. apostoli laudare iubētur. Deū ob Chri aduētū, & Iudæorū ruina. 719. vbi dicitur cur ecclesie fundamēta dicatur apostoli, subiūgitur, ppheta Cyri. qui restauratur erat Hierosol. iussu dñi vt illius vaticiniij, futuri ducētissimo post anno certus euetus fidē cōciliet vaticinijs de Chro.

Periocha cap. XLV.

Commentaria Lxx virorū. 722. toto illo cōmentario. 729. 730. 731. d. 732. c. 733. d. 734. d. & 735. a. c. d. 738. c. d. Hoc capite magna inter sanctos patres cōcertatio est, alij. n. de Cyro. vaticiniū hoc esse aut quo reedificaturus erat Hierusalem, & cui dominus regnum dedit multarum nationum vt Iudæos captiuitate liberaret: Cyrum autē typum esse Christi aiunt, et hoc præfert lectio Hebræa hoc sequitur D. Hieron. & post D. Hiero. omnes patres. Veteres sere omnes D. Hieronymo antiquiores ad Christū referunt totum hoc caput, quod pleniū mysteriorum est, & non legunt in tralatione Lxx virorum. Hæc dicit Dominus Christus meo Cyro, sed Christo meo Domino, & hanc agnoscunt Lxx virorum lectionem. Nos quod hi diui numero plurimi auctoritate grauisimi sunt, vtranque lectionem defendimus sequuti D. Hiero. qui cap. 33. in illa verba Esaiæ. ecce vidētes. verbum inquit Hebraicū erelam pro quo Aquila, & Symmachus, & Theodocia interpretati sunt: Apparebo eis, extremā syllabā diuidentes, & legentes ere. lam, Hebræi significare angelos arbitrantur vbi D. Hieron. tralationem Symmachi Theodocionis, & Aquilæ, sic defendit quod id quod alij legunt coniunctim erelam ipsi diuidant ere. lam. Et in illa verba ca. 7. Micheæ. Ne leteris inimica mea, quærit cur quod Lxx viri verterunt, de Tyro alij interpretes reddāt munitionē & causam esse docet q̄ hebraice scriptū est maior quod verbū si cōiunctim legatur munitionem sonat, si diuidatur in partes duas, in præpositionē mi. i. de & nomē sor. i. Tyrus de tyro sonabit, vbi p̄cta quodq̄ mutat. D. Hieron. & in illa verba Zacharie cap. 11. & tuli, quærit cur quod ipse diuus verterit sic pauperes, Lxx vertunt Cananeos, et reddat causam quod ipse diuus legerit diuisim, quæ. i. sicut, anie. i. pauperes Lxx vero legerunt cōiunctim quænanie Cananei. Ergo vt D. Hieron. Lxx viros defendit, & Theodocionem, & Aquilam, & Symmachū viros Iudæos sic ego sanctos patres qui illam lectionem agnoscunt, defendo, quod D. Hier. legerit coniunctim lecores Cyro. & interpretatur hanc prophetiam de Cyro, & interpretatio illa Lxx virorum quam agnoscit Aug. Tertullia. Cypria. Laetant Chrysof. diuisim ex primat lectionē Hebræam. Et æquum esse dico idem ius esse sanctis patribus quod est Iudæis, vt eodē modo defendantur de hac re. 721. 722. 723. 724. ¶ De Christo vaticiniū totū hoc esse dicitur. f. 722. 723. 724. Christus Deus

Israel, Deus, & homo. 725. Iudæi cum pater sit testatus de celo, Christū Deū esse non crediderunt. 726. c. d. Quæ mala à Deo sunt, & quod à Deo sint bona omnia. 727. a. b. Christi aduentus, & virginis partus & Iesus natus. 727. d. 728. vbi conuincuntur Iudæi tralatione. D. Hieron. mutasse puncta, refelluntur Iudaizantes, & ostenditur alia agnouisse puncta. D. Hieron. quam quæ vulgo circumferantur in codicibus hebræis. Christus reformauit nos in melius. 729. b. c. d. cessat ymbra postquā venit veritas. 730. a. b. O homo tu quis es qui respondes Deo, & omnes disputationes, & dubitationes nostræ amputantur quales sunt, quid necesse fuit dominū incarnari, pati, mori, sepeliri. 730. d. 731. a. b. c. Hebræos, & Iudæos, & Iudaizantes totum hoc caput mysteriorum plenū peruertere docet Epiphanius. 731. b. Hilarius tā perspicuas esse prædictiones huius capituli ait vt qui ignorare se dicat impietatem suam prodat, & quod Christus rex constitutus à Deo secundum humanitatem mortuus, resurgens. 731. d. 732. a. Christus prænunciatus, & dictus Deus, & impij Iudaizantes. refelluntur. 732. c. d. 733. 734. vbi tota trinitas declaratur. 733. confundendos, qui aduersantur Christo, & Christū Deū agnoscendum. 735. d. ad nouitatem vitæ, & ad Christū vocantur nationes. *Defenditur lectio Lxx virorum ea ratione qua defendi ostendimus à D. Hieron. tralationem Lxx virorum, & Symmachus, & Theodocionis, & Aquilæ. 736. Confutatio, & q. bona spes est bonis vel ex solo hoc q. cognoscat mundum intellectū regi. 737. c. d. 738. Illud euangelicum, Ego palam loquutus sum mundo. 738. c. merces Christi vita æterna. 738. d. ruitura idola, & vocatio gentium temporibus Christi. 739. euangelij promulgatio, & duarū personarum descriptio præcipue Christi. 740.*

Periocha cap. XLVI. & XLVII.

Prædicatur vastitas Babylonis ea ratione qua dictum est.

Periocha cap. XLVIII.

D. Hieron. nos docet iuxta Lxx de Christi aduentu hæc explanari, & in illa verba, audi me Iacob iuxta Lxx inquit D. Hieron. ad domini personam refertur.

Commentaria Lxx virorū de Christo iuxta sententiā. D. Hier. 745. c. & 746. 747. & 750. a. b. c. & 753. a. c. d. Israel secundū carnē, & Israel verus. 745. d. 746. a. b. D. Hieron. principum huius cap. iuxta tralationē Lxx virorū de temporibus Christi esse docet vnde liquet tralationē quoque D. Hieron. eodem esse referendā, & quod solus Deus sit Deus, Dij gentium nō sint Dij. 746. d. 747. 748. 749. 750. vbi eodē modo defendimus lectionē Lxx virorū, quomodo D. Hier. eosdē defendit & Symmachum, & Theodocionē, & Aquilā vt supra monstratū est, nisi quis putat Iudæos defendendos, nostros nō itē. Christus dictus Deus. 752. a. Cur dominus vastauerit Babylonios. 752. c. d. 753. a. b. c. Christus creator describitur, & lator legis nouæ, & missus à patre, & spiritu sancto & refutantur Iudæi, & Iudaizantes, qui hæc alio referunt. 753. 754. felicitas Iudæorū si Christo credidissent. 755. c. d. Historiæ legis veteris typus declaratus de Christo, & Christi passione ab Esaiā. 756.

Periocha cap. XLIX.

D. Hier. in principiū huius capituli vtrāq. inquit editionē ponimus vt in altera videretur obscurū, alterius lectione refertur, & in illa verba nunc dicit dominus formans me, & varietate translationis disputat, cum alij negationem agnoscant, alij nō item, & interpretantur vtrāque.

Commentaria Lxx virorū. 762. c. 766. b. c. d. ex tralatione Lxx virorum, & lectione Hebræa iuxta sententiā Procopij videtur descripta persona patris, & filij, & Christus dictus deus, & homo. Nā quod erasam à Iudæis ex lectione Hebræa vnā dictionem dicimus ostendimus iā id nos facere documēto, & exēplo D. Hier. & verbū Deus homo factus vocatus Iesus. 757. 758. verbū Deus occultatus in corpore humano vt occideret draconē, dicitur machæra seu gladius q. amputat vitia, & putrida. 758. d. 759. a. Christus sagitta, & verbū caro factū et predicatorum esse sagittas, et iacula Dei, et Christū esse Dei machæra. 758. Chr. Israel dicit, & cur missus ad oues Israel in vanū quia nō crediderit, quāuis multi ex Iudæis crediderint sed præ multitudine nō credentiū nō credidisse dicunt, sed iudicabunt q. malos male perdidit, & passio dñi sepe corā dño vt profit creditib. 760. Humanitas Christi facta a patre, & filio, & spiritu sancto. 760. d. Chr. Dei populū cōgregauit, vbi dicitur cōtrouersum sepe esse inter ipsos Iudæos de quibusdā locis scripturæ, legendi ne sint cū negatione, an sine ea, & rabinos multos citauim⁹ qui de ea re disceptāt, & hac ratioe cū patres veteres pleriq. hūc locū sine negatione legant, & alijs pūctis quā ratioe sint sequuti ostendimus. nā si D. Hier. etiā Iudæos cum verā dicere videntur defendendos putat, eo exēplo nos docet nōs veteres patres esse defendendos, & ostendendū esse quā ratioe sint sequuti, æquū est. n. esse idē ius nostris q. Iudæis. Christus lux gentiū, & redemptor hominū, & Deus verus. 762. 763. Christus contēptus & sputatus, seruus principiū humilis stetit ante Annā, & Caypham & redditur ratio lectionis Lxx virorū mutatiōe pūcti. 764. Christū adorādū à Regib. tēpus Christi tēpus acceptabile. Ecclesia ex nationib. dicitur Christi hæreditas & refelluntur Iudaizantes qui hæc alio desecrūt, quibus nri maiores solebant Iudæos premere, & vrgere. 766. a. Defenduntur Lxx qui berit vererunt testamentū 766. c. d. Dei ecclesia toto orbe cū olim populus Dei intra Iudæam esset, & refutantur Iudæi. 767. virtutes quæ olim arduæ videbantur, plane temporibus Christi. 767. d. ecclesia ædificanda ex nationibus. 768. ecclesia de la tere Christi, & Christi in eam indulgentia admiranda superat indulgentiam matris in filium. 768. c. d. muri ecclesie depicti in manibus Christi, ibidem muros ecclesie instaurabunt eius inimici, & vestietur ornamentis omnium gentium. 769. c. d. 770. describitur ecclesia tam plane vt Augustinus dicat. Quis tam surdus? quis tā demēs? & similia de his qui hæc nō intelligunt et nō vident. 770. d. 771. ligatur fortis, & aufertur præda à forti. i. à Sathana dominus fideles vindicat de Iudæis.

Periocha cap. L.

D. Hieron. docet Iudæos omni ratione conari Christi euertere prophetias, sed alia esse ait quæ Iudæi subuertere nō possunt. Hæc Hieron. Iudæi tamen ita se gesserūt post. D. Hieron. vt penē iam manifestissimā quæque aliqua fraude sepe peruerterint aut obscurarint, vt qui Iudæorum scholia admirantur quam pestem manibus trahent, aduertant.

Syna

Synagoga Iudæorum repudium accipit à Domino, & de matrimonio animarū fidelium cū dño, & de re studio quod accipiunt animæ quæ peccant. 773. d. Qui peccat se vendit sedisimo domino, sed licet hanc venditionem redimere, & irascitur dominus his qui repudiant hanc indulgentiam, & qua pecunia emat peccatores Sathanas, & qua redimantur. 774. dominus iratus Iudæis quod venientem non receperint, aufert ab illis regnum. 774. d. Cur dominus quosdam peccatores non redimat nec Iudæos. 775. b. miracula in Aegypto edita, passio Christi. tenebræ super vniuersam terram, templi velum scissum. 775. d. Deus principium essendi, dat esse omnibus, & aufert quando vult. 775. d. & deinceps Deus loquitur Deo, & refelluntur Iudæi, & pater mandatum dedit filio. 776. in Christo habitat omnis plenitudo gratiæ spiritualiter. Nolite cogitare quid loquamini, & illud, Domine labia mea aperies. 777. a. b. trinitas personarum significata. 777. c. d. & deinceps. Reuelat pater filio omnia secundum humanitatem. Christus mane in templo docebat nocte se recipiebat in motem Oliueti, Christi flagella, & alapæ, passio. 778. 779. crux domini gloriosa, & resurrectio, & alia. 780. Christus hortatur Iudæos, vt se audiant. 781. Christus inflammat Iudæam, & peccata, materia & esca ignis, & cū peccamus accendimus ignem aduersum nos. 782.

Periocha cap. LI.

D. Hieron. docet Lxx viros hoc cap. retulisse ad Christum, & persequutores Christi, quo etiam referenda est tralatio D. Hieron. nam ideo trecentis annis ante Christi aduentum scriptura reddita Græce est, vt extra suspensionem esset, vt docet Irenæus. D. Hieron. hoc caput iuxta Lxx ad Christi passionem refert.

Commentaria, & paraphras. Lxx. f. 782. d. 784. a. 786. 787. tota facie etiā. 789. 790. tota facie. 791. 796. c. d. 797. a. b.

Historia Saræ explanata ab Esaiā, & Iudæi spurci in interpretanda scriptura. 783. a. b. 784. d. & deinceps. Christi latus perforatum lancea, perforata sacræ manus, perforati sacri pedes iuxta tralationem Lxx virorum vt docet D. Hieron. 783. c. d. 784. a. b. ex Christi vulneribus fluxere sacramēta, vnde nati sumus Christiani, & ideo dicimur Israel secundū spiritū, & cur Abrahā pater multarū gentiū sit dictus. 784. Abrahā, & Sara figura apostolorum, & fidelitū, & cur filij Abrahæ vt arena maris, & stellæ cæli, & explanatur tota historia Abrahæ, & iubet dñs intueri figuras veteris testamēti, & de regeneratis in filios Dei, & de ecclesia. 785. lex noua au dicitur à regibus, & gētibus. hoc testimonio vrgēt Iudæos veteres patres iuxta tralationē Lxx virorū. 786. Ad uētus Christi. 787. de cōsumatione sæculorū, & quomodo cæli, & terra transibūt, contēnenda opprobria fidelitū, & beatos esse qui odio habentur propter Christū. 788. d. 789. vastados inimicos ecclesie. 789. Christi victoria, & quod pater futuri sæculi sit & quomodo. 790. Christus sol illucescēs, principitū generationis sæculi futuri. 790. a. b. Christus miracula edidit in Aegypto, obiurgatur populus Iudæorū q. dixerat nō habemus regē nisi Cæsare, & similia. 792. b. c. Christus descendens ad inferos liberās sanctos patres sepultus, nō incinerat⁹ Christus Deus dictus, & homo factus. sancta trinitas declaratur. 793. 794. Pater ad filiū loquitur. 794. & deinceps. vastata Iudæa ob passionē Christo illatā, monetur vt ad dñm redeat. 795. Quomodo duo mala obuenerint tantum Iudæis, & de vastatione Hierosolymorum. 796. 797. 798.

Periocha cap. LII.

Vestimentū textū ex vellere agni, quæ sacra Maria peperit, & Christus nostrū vestimentū immortalitatis. 799. Nemo potest mamoræ seruire, & Deo, ideo surgendū à peccatis, Si cōsurrexim⁹ cū Christo, quæ sursum sunt querēda, & quare vediti gratis dicamur, & qua pecunia redēpti simus. 800. Quibus causis ter captiuis ductus est populus Iudæorum. 801. & vt Athanasius de passione, & cruce dñi ait, Christus hic plenitudo legis, & prophetarū esse dicitur, quæ n. prænuiciauerat per prophetas, ea ipse opere cōpleuit, & ideo dixit. ecce ego ipse qui loquor adsum. 801. Iudæi docebat. blasphemare nomē dñi. 802. vastitas Iudææ fecit vt Christus agnosceretur Deus à nationibus. 802. verbū deus qui loquebatur in Prophetis incarnatus est. 803. Euāgelizantes, & pulchri eorū pedes. 803. 804. 805. Nomē euāgelij in prophetis ibidē. c. Iesus Hebraicē quoties Lxx vertit Dei salutem, & prædicatio apostolorū toto orbe, & q. oculo ad oculū videbitur Deus Syō cōuertens, vastata Hierusalē vt maior ædificetur. Christus reuelatur nationibus. 807. Iubētur recedere Hierosolymis, & citatur, Lxx a. D. Paulo, & quomodo intelligendū sit illud. Exite de medio eorū. 807. 808. Christi sapiētia in concilio nādo, iuxta illud. Omnis mūdus post eū abit. 809. a. b. sanguine mūdauit peccata multorū Christus ibidē. c. Iudæos non credituros Christo, nationes credituras Christo, vbi translationē Lxx citat. D. Paulus.

Periocha cap. LIII.

Toto hoc cap. D. Hier. suam translationem, & translationem Lxx probat, & explanat, quin euangelista multa ex hoc capite citat iuxta translationem Lxx.

Lxx viri in principio suis cōmentariolis duas diuinas personas describūt, & verbū dei incarnatum, & alia multa diuinitatis dicta, Describitur passio dñi nri Iesu Christi. Principio tamē dei verbi incarnatio, q. deus fit, & facie pueri venerit ex virgine pura. 810. 811. 812. vbi D. Iohannes, & D. Paulus tralationem Lxx citarūt. Nō venit in illa gloria diuinitatis. 813. Exinaniuit semetipsum, & cōtusus vulneribus, sanguine madens, despectus nouissimus virorū, vnde propheta, Vidimus eū, & nō habebat speciem: viderat. n. prius (ait Athanasius) de natura humana suscepta, in forma diuina sedentē folio sublimi, Seraphini eum glorificabāt, & dicebant, sanct⁹, Sanctus, Sanctus: Postea erat forma serui cōtempribilis, subsidens infra omnes homines. 813. d. 814. 815. a. Describitur homo, & eius mors abiectionissima: 815. Christus rex gloriæ, tectus à domino ne agnosceretur, & absconditus vt redimeret genus humanum. 815. d. Sanauit languores animi, & corporis. 816. b. c. sputatus Christus, quasi leprosus, cum deus esset, & percussus, & humiliatus. 817. Disciplina pacis nostræ, vt inquit Athanasius de natura humana suscepta contra Apollinarium interpretans hunc locum, disciplina

disciplina (inquam) pacis nostrae super eum (hoc est) ob pacem nostram ille castigatus est, & illius ignominia nostra gloria est, & liuore eius sanati sumus. 817. e. d. Christus luit peccata nostra, & oblati sunt, quia ipse voluit. vbi lectio. D. Hier. defenditur contra iudaizantes. 818. d. 819. Sicut ouis ad occisionem ducitur, & vestimentum quod textum est nobis ex illa oue. 819. c. d. 820. Christus indicta causa praecipue ad supplicium rapitur. 820. c. d. generationem eius quis enarrabit? 821. de vita Christi ibidem. d. & deinceps. Prae inuidia, & propter peccata traditur Christus ad mortem, de Christi sepulchro, & custodiis. 823. Resurrectio Christi, & passio. 823. d. & deinceps. Qui perdidit animam suam, in vitam aeternam custodit illam. 824. c. d. praedicatur hoc capite diuinitas Christi ut diximus, & natiuitas, & passio, & resurrectio, quae hoc loco describitur corporis gloriosi, & cur seruus multorum dicatur. 825. 826. ecclesia ex gentibus, & diuisio orbis inter apostolos. 827. inter duos latrones positus Christus ibidem. d. Agnus Dei qui tollis peccata mundi ibidem. d. & pro transgressoribus rogauit ibidem.

Periocha cap. LIII

Quod Iudaizantes se tuentur autoritate. D. Hiero. attente legat commentaria. D. Hiero. in hoc cap. & intelligit quomodo a D. Hiero. tractentur & cognoscent se appellari semel iudeos & refelli auctoritate. Lxx. & Lxx. viri declarant typum Arcae Noe. f. 834. 835. & 939.

D. Hiero. in epistola quam praefigit huic capiti ad Eustochium se hoc dixisse alias affirmat, apostolos & euangelistas citare fere Lxx quoties non discrepant ab editione Hebraea: quoties vero diuersitas aliqua est, inter Lxx & lectionem Hebraicam, apostolos citare lectionem Hebraeam, intellige tu quoties deprauata est translatio Lxx quod multis locis mutila est & laeua, & alij translationibus adulterata. Nam quoties Lxx pro translatione edunt commentaria, tunc illa commentaria maxime citantur ab apostolis, quo Lxx virorum auctoritas ab spiritu sancto nobis commendaretur maxime ut intelliges ex quinquaginta locis, quos ex hoc propheta citant apostoli.

Superiore capite passio Christi est descripta, hoc capite describitur fructus passionis. ecclesia ex gentibus, & de reliquijs quae saluae factae sunt, & cur dicta sit non habere virtutem, & deserta. 828. 829. 830. dilatata toto orbe. 830. d. iubetur non timere minas, neque ignominiam hominum, 830. b. c. d. de matrimonio spirituali Christi cum ecclesia. 832. Christi amor in ecclesia. 833. derelicta modico tempore cum magna misericordia suscipitur ibidem. Esaias, & Lxx viri typos legis veteris declarant, & declaratur typus historiae Noe, & diluuij, 834. 835. de coelesti Hierusalae de ecclesia ad modicum derelicta, tempore, scilicet, huius vitae. facie. 836. 837. a. filiae ecclesiae discipuli Dei ibidem. b. c. de caelesti Hierusalae. 838. Qui abstinerit a peccato non timebit poenam. 838. c. Nationes veteris ad Christum. 839. & Iudaei refutati qui urgebantur hoc loco a nostris maioribus, & comenti sunt in interpretatione alia, quam nobis tanquam magnam apportat Iudaizantes, qui refutatur translatio Lxx virorum, ecclesia ad gloriam, & vitam beatam dicitur esse aedificata a Deo. 840. Haereditas seruorum Dei quae ibidem. d. & 841. a.

Periocha cap. LV.

D. Hiero. translationem Lxx interpretatur euangelice, & D. Hiero. intellexisse in commentarijs in caput superius non citari translationem Lxx ab apostolis cum discrepat ab hebraico. i. cum vitata est apparet ex hoc capite unde Paulus citat Lxx virorum commentarium potius quam translationem.

De baptismo ad quem vocat dominus peccatores, & quaestio pulchra de hac re. 841. c. d. locus euangelij, si quis sitit veniat ad me, & bibat. 842. a. b. Et de regeneratis in Christo, & de cibis ecclesiae, & de argento caelesti, & cibis qui satiatur, & qui non satiatur, & de sacra eucharistia. 842. 843. testamentum nouum, & defensio Pauli ibidem. c. d. & 844. & 845. resurrectio domini vbi D. Paulus citat translationem Lxx vbi non translatio est, sed metaphrasia. 845. Christus quomodo dicitur sit testis, & testimonium. 846. b. c. Nationes ad Christum veniunt. 847. Christus quaerendus, & quomodo sit quaerendus. 847. c. d. 848. a. b. Nationes relicturas Idola, & Christum liberalissimum ad remittenda peccata apparet in literis euangelicis, aiebat enim, Fili dimittuntur tibi peccata tua. 848. d. 849. a. b. Similitudo pluuiae quae cadit, & non reuertitur nisi facta fructu, sic verbum deus pluuia caelestis descendit, & facta fructu reuertitur. 850. laetitia gentium recipientium apostolos, & paraphrasia Lxx virorum 850. d. homines facti venientes ad Christum, sicut doctores ecclesiae, ornamenta virorum omnium Christus, erit in signum gentibus. 851.

Periocha cap. LVI.

Addita verba a Lxx viris citat euangelista Marcus. 854. Abuti, in bona parte accipi a D. Hiero. ut apud Cic. & Quint. accipitur aliquando intelliges ex hoc cap. vbi dominum ab usum testimonio scripturae ait. D. Hiero. varietatem translationis varietate punctorum defendit sic legitur Lxx. viros tueri licet.

Aduentus Christi proprie esse dicitur, & beatus qui se ad Deum parat. 85. de castitate, & continentia, & de his qui castrat se propter Deum. 853. 854. de communicatione ecclesiae. 855. Eucharistia sacra ibidem. Iudaei caeci dicitur vbi translatio Lxx virorum constructi tenentur Iudaei, qui canes muti dicuntur non valentes latrare, & cur videntes vana, dormientes canes impudentissimi? & error Iudaeorum. 856. 857.

Periocha cap. LVII.

D. Hiero. translationem Lxx ad Christum refert, Iudaeos ait alio referre.

Cognitum est in passione domini aperte Christum esse iustum illum praedictum vaticinijs prophetarum, iuxta illud, verum filius Dei erat hic, & passio Christi, & fidelium martyrium, & Christi sepultura, & resurrectio. 858. 859. 860. Illuditur Christo a Iudaeis in passione, quae Iudaizantes ad sensum Iudaicum trahunt, & refellitur a Lxx toto hoc capite, 861. & deinceps. Reprehensi Iudaei quod Romanorum amicitiam praetulerint Deo, Christo, & religioni, & ad eos miserint legatos, & dixerint, Non habemus regem nisi Caesarem. 862. 863. 864. Audacia incredibilis Iudaeorum aduersum Christum, a principio natalis diei Christi cognoscebant Iudaei Christum esse dominum ex prophetis, & neglexerunt Prophetas. 865. Referenda a Deo Iudaeis gratia quae dixerunt, Non habemus regem nisi Caesarem, nec profutura Iudaeis Romanorum arma quibus fidebant, 866. Fideles possessores terram iuxta illud, Beati mites,

& c. ibidem de via euangelica. 867. Dominus habitat in sanctis, & humilibus, & eos facit excelsos. 867. venturos ad Christum Iudaeos, quae per varia temporum interualla fiet, & de spiritu sancti descensu in apostolos. 869. Populus Iudaeorum castigatus propter peccata, & de poenitentia, & domini indulgentia. 869. c. d. 879. a. b. Fructus laborum esse linguarum dona. 870. c. Pax Christi super pacem Iudaeis, & nationibus ibidem. d. Impiorum poenitentia, & quod non est pax impijs. 87.

Periocha cap. LVIII.

De ieiunio, & abrogatione legis veteris, & quod Christus clara voce arguat peccata Iudaeorum, 871. 872. 873. Et de ieiunio veteris legis, & nouae ibidem, & 873. & 874. & 875. & 876. Peccata vincula esse, & dissoluenda vincula peccatorum obligationes, & Syngphas quibus pauperes opprimuntur. 876. c. d. 877. 788. Eleemosyna in pauperes, & propinquos. 878. d. 879. Praemium eleemosynae lumen vitae beatae, & de resurrectione. 880. 881. vbi defenduntur patres veteres qui in translatione Lxx, pro, curatione, reddere vestimenta. Dominus vocatus adest suis. 881. Eleemosyna sine murmure danda, & vultu hilari. exutus peccatis tunc mirabiliter prodest, & quam habeat mercedem. 882. 883. 884. 885. 886. In quibus omnibus agitur de resurrectione, & de sabbato mirabiliter Esaias. interpretatur, n. veteris legis praecipuum de sabbato. 887. 888. Praemium bonorum. 888. d. & 889.

Periocha cap. LIX.

Passio Christi, & Iudaeorum peccata quibus sit ut non intro mittantur in ecclesiam. 889. 890. a. Peccata Iudaeorum quae separant eos a Deo ne intro mittantur in ecclesiam. 890. b. c. d. 891. 892. 893. 894. Querelae Iudaeorum in intro missorum in ecclesiam de caecitate in qua versati sunt. 895. 896. 897. Veritas euangelica non habuit locum inter Iudaeos. 898. a. b. c. Christi passio, & quod omnium impiorum Iudaeorum consensu sit passus. 899. 900. Et quod triumphauit Sathanam, & punierit Iudaeos, & eos deleuerit. 901. 902. Conuersio gentium. 902. Visitas Iudaeorum. 903. Christi aduentus ibidem, & 904. Vbi D. Paulus scholium citat Lxx virorum. duae personae reuelantur ibidem. c. d. Testamentum nouum 905. a. b. Pater aeternus filio dedit mandata euangelica. 905.

Periocha cap. L.

Christus lux, & sol splendidissimus illuxit Iudaeis. 907. Conuertendas gentes ad Christum, & reges Christum adoratorios. 907. 908. 909. a. Magorum aduentus, & dona oblata Christo, & euangelizatio. 909. c. d. 910. 911. Sacerdotes domini ex gentibus deliquit. 912. Sanctos ut nubes voluturos ad fenestras, & ut columbae. 913. Christus expectatio gentium, & gloria populi fidelis. 914. 915. Vbi emendatur locus capituli. 24. Esaias. Reprehenduntur Iudaizantes qui quicquid spiritale est. Origenicum appellant. 916. c. d. 917. a. b. c. Gentium gloria, & ornamenta in ecclesiam venient, & sicut arbores amoenissimae ecclesiae, & lapides pretiosissimi. 918. venient supplices in ecclesiam nationes. 919. Et de ecclesia, quae locupletabitur splendore diuitiarum caelestium sanctissimis martyribus, confessoribus. 920. 921. Habebit episcopos, praefatos. 921. d. Iesus murus ecclesiae, & Christi passio. 922. c. d. 923. Christus lux aeterna ecclesiae futurus completo tempore luctus, & 924. Pater planationem suam custodit. 925. Multiplicatio ecclesiae ex paucissimis. 925. c. d. 926. a. defenditur Paulus. 926. b. c. d.

Periocha cap. XLI.

Defenditur D. Lucas. 927. Spiritus domini super Christum. Vbi sacra trinitas reuelatur, & redditur causa cur scriptura de Deo pluraliter, & singulariter simul loquatur. 927. d. 928. Christus vngitur secundum humanitatem, & spiritus sanctus unctio dicitur, & Christi signaculum. 928. Missus ad euangelizandum Christus, & defensa lectio euangelij. 929. Nomen euangelij in literis prophetis. 930. Christus missus pauperibus quomodo intelligendus sit, & quomodo deligat vulnera peccatorum. 930. & quibus cautiuis remissionem praedicauerit dominus ibidem. Defendit D. Lucas qui verbum Hebraicum quod duos habebat intellectus dupliciter reddidit. 931. annus placabilis domino, & annus ultionis. 932. Christus lugentibus fidelibus posuit Sion. i. ecclesiam, & ecclesiae gloria. 933. vbi explanatur typus testamenti veteris, quo hoc significabatur. Sancti viri in scriptura dominus arbores amoenissimae, & Dei plantatio. 934. a. b. Instauratio hominis, & renouatio per Christum. 934. c. Abrogatio legis veteris, & introductio nouae. 935. Explanatur typus Iesu Nauae, & ostenditur fuisse typum veri Iesu. 935. d. 936. Christi passio. 937. Dabitur regnum Dei genti facienti fructum. 937. c. Testamentum nouum, & abrogatio testamenti veteris. 937. d. Vestimentum laetitiae Christus Iesus. 938. Christus sponsus, & sponsa dictus. 939. 940. Cur Christus dictus germen. 940. d. & 941.

Periocha cap. LXII.

Propter Ecclesiam non erat intermissurus Dominus mittere prophetas, & sanctos viros usque ad aduentum Christi, & Christus missus ut lumen, & ut lux fulgentissima. 941. 942. & de hoc nomine sanctissimo Iesu ibidem. Christus patris gloria. 942. c. Nomen sanctissimum Iesus, & Christianorum nomen. 942. d. 943. a. b. c. Sancti fertum pulcherrimum ex floribus domini, & lapides preciosissimi, unde illud. Neque Lucifer ita splendet ut vir iustus. 943. De ecclesia in qua dominus erit semper habitator, & quae maritabitur Christo semper matrimonio spirituali. 944. & 945. Petitur ut Christus veniat ibidem. d. & ecclesia semper gratias agit Deo ob beneficia accepta. 946. Eucharistia sacrosancta, & via euangelica. 947. 948. Defenditur euangelista Matthaeus cap. 21. Cum citat illud, dicite filiae Sion. et Marcus euangelista contra impium Porphyrium, & translatio D. Hierony. & Lxx virorum illius loci Zachariae, Ecce rex

tuus veniet tibi iustus, & salua toi, & explicantur hi loci euangelici. 949. 950. 951. 952.

Periocha cap. LXIII.

Christus ex passione sanguineis vestibus veniens velut à vindemia. 653. 654. Christus corpore glorioso resurgens cum comitatu sanctorum Patrum. 956. Christus legislator, saluator. 956. Rubra vestimenta Christi tanquam si prodijisset ex pleno torculari calcato in passione. 957. Calcauit torcular solus. 958. Destitutus ab omnibus discipulis, & apostolis coculcauit Iudæos. 959. Dies retributionis, & retaliationis, quare retaliauit Iudæis omnem sanguinem ab Abel, usque ad sanguinem Zacharie. 959. d. 960. a. Cur nemo passus cum Christo. 960. b. c. Magni Dei beneficii fuit in Iudæos Iudæa vastitas. 961. Non legatus, neque angelus, sed ipse Dominus saluauit Iudæos. 962. b. c. d. 963. Iudæos corrupisse scripturas, vbi leui inflexu paucarum literarum fieri potuit, & omnes ferè locos manifestissimos de Christo aliquo modo vitiasse longa disputatione dicitur. 964. 965. 966. 967. 968. Patrem æternum propter nimiam charitatem filio non pepercisse. 969. c. Iudæi redempti passione Christi salutem recipere noluerunt, & ideo deleti sunt. 969. 970. vbi spiritus sanctus reuelatur miracula ædita à dño in Aegypto. 971. 972. Vbi reuelatur trinitas. arguitur exclusio Iudæorum quod Deus in illos indulgentissimus eos deseruerit. Rogatur à Propheta dominus ut conuertat Iudæos. 973. Indulgentia domini in Iudæos fecit ut Iudæi offenderet dominum, & inde dicta in duratio, & obsecratio Iudæorum esse à dño. 974. Iudæi rogati ut aliqua saltem parte ecclesie recipiantur. 974. 975.

Periocha cap. LXIII.

Petitum Christi aduentus, & scissio, & apertio celorum, ut aperiat dominus coelos generi humano, & conuersio gentium, & missio spiritus sancti in pectora hominum. 976. 977. Venit Christus cum magna vi miraculorum quæ edita narrant literæ euangelicæ. 978. 979. Oculum non vidit, neque auris audiuit quæ miracula sunt edita in Christi aduentu, & quæ dominus præparauit diligentibus se, & reuelatio sanctissimæ trinitatis. 979. 980. Apparitio domini post resurrectionem cum summa apostolorum lætitia, cur Iudæi peccent tam grauiter in Dominum, & permisso Dei fieri. 981. & ibidem, quod iustitiam ipsæ Iudæorum velut pannus menstruata sunt, & vastitas Iudææ. 982.

Periocha cap. LXV.

Iudæi, & Iudaizantes qui locum explanatum à Paulo peruertere conatur refutati. 982. d. 983. Christus Deus dicitur ibidem. d. Cur ferra sectus Esaias, & quod præfici martyrii, si aperte loqueretur figura de Christo, martyrium contempserit, & planè, & aperte omnia fuerit locutus. 984. & redditur causa ibidem exclusionis Iudæorum quod toties vocati per prophetas, & à domino ipso non uenerint, gentes non vocatæ per prophetas uenerint. 984. 985. Non nouum fuisse quod dixerint, Non habemus regem nisi Cæsarem, qui contempto Deo adorare solent dæmonia. 986. Iudæi accusantes dominum. 987. vastitas Iudææ, & exclusio Iudæorum. 987. d. Reliquiæ seruandæ ut in putrido botrone seruatur racemus sanus, id est, apostolorum chorus, qui seruatus est propter Christum, qui conuerterent nationes infideles ad Christum, & conuerteret Iudæos quosdam, reliquos Iudæos infideles perdet Deus. 989. Populus fidelis comedit, & bibit, sed hic cibus vita æterna est, infideles Iudæi, & mali esurient, & sitient. 990. & quomodo intelligendum sit quod Israel relicturus sit nomen suum in iuramentum. I. in fatietatem, & quod sit nomen quo uocandi sunt seruientes domino. 991. Christiani nomine benedicto nominantur, benedicti à Christo, & Christus Deus dicitur. 992. Non esse condignas passiones huius sæculi ad futuram gloriam, & cæli noui, & terra noua. 993. De vita beata. 994. 995. 996. Populum fidelem non generaturum filios in maledictionem, & dominum ad futurum suis statim, & lupos, & agnos simul pacendos, & serpenti puluerem futurum panem, & quomodo hæc intelligantur. 966. 967. 968.

Periocha cap. LXVI.

Repudiatur templum Hierosolymorum post Christum, & templum domini populus fidelis esse dicitur, & scabellum pedum Dei appellatur ecclesia, & caro Christi. 999. 1000. Deus omnium effector, & creator & populus fidelis, & vir iustus templum Dei. 1000. c. d. 1001. 1002. a. b. Repudiatur cæremoniæ veteris legis. 1002. 1003. Iudæi prouocauerunt Deum in non dijs, Deus prouocauit Iudæos, in non gente cum recepit nationes, quæ indignæ erant nomine gentis, & nomine hominum, quod dæmones adorabant, & vitia sequebantur, ut bestia. 1004. dominus retaliauit Iudæis quæ fecerant ipsi. 1005. Resurrectio dñi, & glorificatio cum lætitia apostolorum. 1005. d. 1006. a. b. c. vastitas Iudææ.

Iuxta illud Matth. 16. Faciem cæli iudicare noftis.

1006. & vno die natus populus Christianus. 1007. Deus promissit Christum, & cõpleuit quod promisserat. 1008. b. c. dñs facit generantem, & sterilem, & ita fecit synagogam generantem filios, & sterilem populum gentium quæ multos cælo filios generet. 1008. 1009. Similitudo fœminæ parturiētis cui cum franguntur aquæ (quod ipsi aiunt) instat partus. Sic Christo dño cum fractæ sunt aquæ perosso lancea latere, perforatis sacris manibus, & sacris pedibus, capite transfixo spinis, corpore sacro toto plagis fauicio, instabat partus, nata est statim ecclesia. 1009. Et ecclesie merces vita beata, & panis cœlestis. 1010. Christum fluuius pacis ecclesiam inundat. 1010. Indulgebit dñs Iudæis ut mater filijs. 1011. c. d. 1012. a. Resurrectio. 1012. b. c. Christus ad iudicium venturus. 1013. Idolatria Iudæorum. 1014. c. d. ultimo iudicio puniendos esse malos. 1015. & Trinitas reuelatur ibidem. & fa. 1017. vbi est missio spiritus sancti super credentes Christo, missio apostolorum ad prædicandum euangelium omni creature. 1014. 1018. cõuersio gentium,

gentium, & præmia. 1018. 1019. Semper venturos ad ecclesiam credentes in Christum usque ad finem mundi, & vita æterna, quæ præmium beatorum est. 1019. d. 1020. a. b. Damnatorum tormenta. 1021.

Atis ergo apparet ex locis quos his periochis perstringimus, vulgatâ editione D. Hiero. quâ toto hoc opere tuendâ suscepimus, totâ Christi sonare, & eius cõmentariu esse translatione Lxx viorum. et quod Iustinianus Imperator nouellaru cõstitut. cõstitutione. 146. scriptu reliquit Lxx viros quasi presentibus oculis apparitione magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi cernentes prophetica quodammodo gratia ipsos circũfulgere: ad illâ accomodasse interpretatione sacroru libroru, quâ fecere, cū omnia de Christo sint interpretati. Quod nos docet per singula capita D. Hier. nã in cõmentarijs ostēdimus veteres patres omnes Græcos, & Latinos idē sensisse. Apparet etiã illud, quod idem Iustinianus imperator eadem cõstitutione docet Iudæos usque ad sua tēpora cõtendisse omni vi, & conatu pellere suis Synagogis translatione Lxx viorum ut suo arbitratu malitiose scripturam interpretarentur, vulgi ignorantia suã tegētes improbitatē, ostēdimus. n. plurimis locis malitiosam Iudaizantium interpretationem translatione Lxx viorum refutari. Nec. n. omnia persequi consiliu fuit, sed quædã, ut ex his de cæteris cõiecturam faceres. Quæ causa fuit Iudæis ut per octingentos annos cõtenderint illâ extrudere è Iudæoru synagogis, & dånati à Iustiniano imperatore non destiterunt incepto, sed illâ ex Synagogis relegauere, quod Christu sonaret. Neque intra hæc substitere: persuadere. n. nostris qui busdã ut illâ quoque ex ecclesijs protrudant foras, quod Iudæis obturat os quod impedimēto est Iudæis, quin per quosdã nostros iniquas, & malitiosas interpretationes ad nos transmittat. Neque. n. illis aduersus Lxx senioru translatione lingua vlla est, ut docet Iustinianus aduersus Thryphonē Iudæu, nisi cõfugiãt ad illud, nihil tale Hebraicè esse, & ideo monstratū est, Lxx viros cõsentire cū Hebræa lectiōne, ab eã nūquã discrepare, excepto quod non verbu verbo reddūt, sed sensa exprimūt sacra, & pro translatione edūt cõmentaria, aut paraphrases. De cætero verò semper cū Hebræa lectiōne consentiunt, nisi vbi trunca, aut lacera, aut alijs translationibus adulterata Lxx translatio est. Nã quod D. Hiero. scribit in fine libri secūdi apologiæ aduersus Rufinu scripsisse se in præfatione psalterij hæc verba: Quia nuper cū Hebræo disputas quædã de psalmis testimonia protulisti, Iudæus volēs te illudere per singulos sermones negabat ita haberi Hebraicè. Et in præfatione in Danielē idē diuus rideri nos à Iudæis docet, & translatione Lxx viorum. Dixi ceteris Iudæos maximos esse veteratores, in cõctos dolis. Illa fraude utitur, quam docet Quintil. li. 5. c. de refutatione his verbis: Hæc simulatio interim hucusque, pcedit, ut quæ dicēdo refutare non possumus, quasi fastidiēdo calcemus. His benè D. Aug. respondet epist. 49. quæ l. 6. quantum possint rideat, qui ridet scripturas nr̄as, dū cõsumptos se videat, & vastatos, & fundatâ Christi ecclesiã, & admonitos nos esse ab Esaiã huius rufus, Opprobria hominū nolite metuere, & detractiōne eorum ne superemini, sicut. n. vestimentu, ita per tēpus absumētur, & sicut lana à tineâ comedētur. Consumptos se vidēt, & cõpletū vaticiniū. Esai. rifu Sardonio soluātur quantum volēt Iudæi, & Iudaizantes.

Scopus huius operis est defensio vulgatæ editionis.

Responsa ad rufum Iudæorum, & Iudaizantium.

Præfatio in locos, quos iuxta translationem Lxx viorum citant Apostoli, & Euangelistæ.



L I M, ut constat ex Iustino aduersus Thryphonem, & ex Origene in epistola ad Africanum, & alijs locis, Iudæi translationem Lxx viorum, quam per quadringentos penè annos publicè in suis Synagogis pari religione cum editione Hebræa summo consensu legerant, oppugnabant, quod manifestissimis eius testimonijs Iudæorum impietas configeretur. Nec destitit per alios CCC annos, usque ad tempora Iustiniani Imperatoris omneis fabricas fingere, omneis admouere machinas, quoad illam ex omnibus Iudæorum Synagogis extrusere. Nec voti compotes conqueuerunt. Sed ad id incubere quoque, ut nostris illam manibus excuterent, quod negarent fideliter versam, cum esset edita à Lxx Iudæis, suæ tēpestatis longè sapientissimis (ut prodidit Iosephus Iudæus) & afflatu diuino, ut Philon Iudæus scripsit, ne nostros citem, sed Iudæos Iudæorum testimonio iugulem. Nostra tēpestate non minus à quibusdã ex nostris oppugnatur, quàm olim à Iudæis. Sunt enim quidam qui quoties Lxx citantur à sacris scriptoribus, margē nibus adscribunt: Quid hoc translationis est? Nescio quid hoc sit translationis: & alia huius notæ deliria. Audet etiam Erasmus aliquando cum citantur ab apostolis, & euangelistis, negare consentire cum veritate Hebræica. Quidam publicè edere libellos, quibus appositis quibusdam signis in gratiam lectoris profiteantur se significare illis signis, quæ citantur literis euangelicis, ex sacris literis, aut Hebraicè non sint, aut aliter sint. Quod non video quid distet ab illo, quod Iudæi nobis objiciebant quod apostoli, & euangelistæ nostri citant translatione Lxx, quæ à veritate Hebræica multum discrepat. Fides igitur euangelistarum, & apostolorum non solum à Iudæis, sed etiam à quibusdam ex nostris aliqua ex parte videtur attentari: præsertim à quibusdam, qui audēt, quæ euangelistæ, & apostoli sunt interpretati, aliter ad præscriptum Iudæorum explanare. Quod deprehendit, qui singulâ testimonia, quæ hic ponimus, in cõmentarijs perquisierit. Manifestissima enim, & vulgatiss. non audent attentare: vbi latere se putant non parcunt operæ. Igitur ut periochas fecimus, ut apparet vno aspectu Iudaizantium interpretationem prorsus aduersari sanctorum patrum sententijs in interpretanda scriptura: sic collationem hanc locorum, quos euangelistæ, & apostoli citant cum translatione Lxx viorum facimus, ut appareat Iudaizantes non solum sanctis doctoribus aduersari, sed in plerisque etiam, apostolis, & euangelistis contradicere: ut nostri videant quanta sit Lxx viorum grauitas, quos ex vno propheta apostoli, & euangelistæ quinquagies citent, quantumque faciamus operæ precium, quod eorum translationem defendamus, nostros tuendam apologetos, & euangelistas, retundamus impiam Iudæorum impietatem. Neque libuit inficiatione crimen obiectum à Iudæis depellere, quod quidam ex nostris faciunt, qui satisfacere se Iudæis putant, si negent translationem Lxx viorum ab apostolis, & euangelistis citari, hoc est victas manus dare Iudæis. Quis enim manifesta neget eadem prorsus legas verba in apostolis, & euangelistis, & Lxx viros, si Græcè legas, neque semel, sed semper ferè. Qui possis negare, quod oculis cernas, & manibus prehendas? Et ecclesia semper se tuetur veritate, quæ à catholica ecclesia in literis, syllabis, rebus omnibus stat.

Loci Euangelici

Lxx. Τίς ἔγνω τὸν κυρίου... D. Paulus Rom. II. Τίς ἔγνω τὸν κυρίου... D. Hieron. Lxx. Vlg. Legem eius insula expectabunt... Matth. c. 12. καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὰ ἔθνη κληρονομήσουσι... D. Hieron. Lxx. Vlg. Et iugiter tota die nomen meum blasphematur... D. Paulus ad Rom. 2. Τὰ ἔθνη ὄνομα τοῦ θεοῦ διδοῦντες βλασφημεῖται... I B I D E M. Vlg. Quia quibus non est narratum de eo viderunt... Lxx. οἱ οὐκ ἀνηγγέλην περὶ αὐτοῦ... D. Paulus Rom. 15. οἱ οὐκ ἀνηγγέλην περὶ αὐτοῦ... I B I D E M. Vlg. Quis credidit auditui nostro? D. Hieron. Lxx. κύριε τίς ἐπίστευσε τῷ λόγῳ ἡμῶν... Ioan. ca. 12. κύριε τίς ἐπίστευσε τῷ λόγῳ ἡμῶν... Roman. 10. κύριε τίς ἐπίστευσε τῷ λόγῳ ἡμῶν... I B I D E M. Hieronym. Vlg. Verè languores nostros ipse portavit... Matth. 2. οὐτὸν ἰσὺς ἀμαρτίας ἡμῶν φέρει... D. Petr. 1. cap. 2. ὁ ἰσὺς ἀμαρτίας ἡμῶν ἀνήγγυεν... D. Hieron. Vlg. Dicite filie Sion... D. Hieron. Vlg. Ecce rex tuus venit tibi iustus... Lxx. Ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς σου ἐρχεται σοὶ δίκαιος...

citare testimonia scripturæ ex duobus locis coagmentata... D. Lxx. D. Hieron. Vlg. Quæsierunt me qui ante non interrogabant... I B I D E M. Vlg. Expãdi man' meas tota die ad populū incredulū... D. Hieron. Lxx. Ἐξέπασα τὰς χεῖρας μου ἄνω τῆς ἡμέρας πρὸς λαόν... I B I D E M. Vlg. Cælum sedes meas, terra autem scabellū pedum meorum... D. Hieron. Lxx. οὐρανὸς μοι θρόνος ἢ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου... D. Hieron. Lxx. Vlg. Vermis eorum non morietur... D. Hieron. Lxx. Ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐκ ἐλινοῖται...

ex Esa. iuxta LXX viros

EX CAP. LIII. D. Hieron. Vlg. Sicut ovis ad occisionē ducetur... Lxx. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη... D. Luc. 8. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη... I B I D E M. D. Hieron. Vlg. De angustia et de iudicio sublatum est... Lxx. Ἐλατύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ... D. Luc. 8. Ἐλατύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ... I B I D E M. D. Hieron. Vlg. Quia abscissus est de terra viventium... Lxx. Ὅτι αἰχμαλωτὴν ἦν ἡ γῆ αὐτοῦ... D. Luc. 8. Ὅτι αἰχμαλωτὴν ἦν ἡ γῆ αὐτοῦ... I B I D E M. D. Hieron. Vlg. Et cum sceleratis reputatus est... Lxx. καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη... D. Luc. 8. καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη... I B I D E M. D. Hieron. Vlg. Laudā sterilis que non parit... Lxx. Ἐυφρανθήσεται ἡ στείρα... D. Paul. ad Galat. 4. Ἐυφρανθήσεται ἡ στείρα... I B I D E M. D. Hieron. Vlg. Misericordie David fideles... D. Luc. 13. Ὅτι δόξα ἡμῶν τὰ ἔθνη... I B I D E M. D. Hieron. Vlg. Et venerit Sion redemptor... Lxx. καὶ ἔξει ἀπόσιων ὁ ῥοδῶν... D. Hieron. Lxx. Vlg. In tempore placito exaudiui te... D. Hieron. Lxx. Ἐν καιρῷ δὲ κατὰ ἰσηκουσάνου... I B I D E M. D. Hieron. Vlg. Pollutum nolite tangere... D. Paulus 2. Cor. 6. ἀκαθάρτου μὴ ἀπτεσθε...

Vlg. Hoc fœdus meum cum eis. D. Hieron. Lxx. Et hoc illis à me testamentum... EX CAP. LXI. Vlg. Spiritus Domini super me... D. Hieron. Lxx. Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ... EX CAP. LXII. Vlg. Domus mea domus orationis... D. Hieron. Lxx. Ὁ γὰρ οἶκος μου οἶκος προσευχῆς... EX CAP. LXIII. Vlg. Confortate manus dissolutas... D. Hieron. Lxx. Ἰσχυράτε χεῖρας ἀσθενεῖς... EX CAP. LXIV. Vlg. In tempore placito exaudiui te... D. Hieron. Lxx. Ἐν καιρῷ δὲ κατὰ ἰσηκουσάνου... EX CAP. LXV. Vlg. Misericordie David fideles... D. Hieron. Lxx. Ὅτι δόξα ἡμῶν τὰ ἔθνη... EX CAP. LXVI. Vlg. Et venerit Sion redemptor... D. Hieron. Lxx. καὶ ἔξει ἀπόσιων ὁ ῥοδῶν... EX CAP. LXVII. Vlg. In tempore placito exaudiui te... D. Hieron. Lxx. Ἐν καιρῷ δὲ κατὰ ἰσηκουσάνου... EX CAP. LXVIII. Vlg. Pollutum nolite tangere... D. Paulus 2. Cor. 6. ἀκαθάρτου μὴ ἀπτεσθε...

P R A E F A T I O I N C O N C O R D I A M Euangelicam cum Esaia propheta.



LEMENS Alexand Stromaton. libr. 7. hunc canonem scripturæ interpretandæ traditum per manus à maioribus scribit, vt sit scopus scripturæ interpreti, vt vetus testamentum nouo concordet, quod significasse dominum arbitror cum dixit: Omnis scriba doctus in regno cælorum profert ex thesauro suo noua, & vetera, quæ res fecit, vt in postrema parte huic operi addiderim ea, quæ in propheta Esaia iuxta interpretationem sanctorum patrum, cum literis euangelicis consentiant, quæ quæ in propheta Esaia prædicta in literis euangelicis completa appareant: quibus (vt in his commentarijs apparebit) veteres patres Iudæos & hæreticos premere solebant huiusmodi vocibus: Audi prædicta, vide completa. Et sic per singula penè esaia testimonia ire solebant. Vides Iudæe tanto ante prædicta, & completa tuis oculis cernis, & adhuc Iudæus es? peritas adhuc in Iudaismo? Iudæi in has angustias redacti, nihil aliud quam negare tale quidquam esse Hebraicè, & ridere nos, vt ait D. Hieron. Quid aliud ergo facerent? aut quod se verteret? Mirum quin faerentur se laqueis esse confictos: magna necessitas est, quæ illos cogit ea negare Hebraicè esse, quæ LXXII testes Iudæi tribus seculis ante aduentum domini sunt interpretati, quosq; ipsi Iudæi per quadringentos annos summo omnium consensu legere in suis synagogis pari religione cum lectione Hebrææ. Sed quanto magis Iudæi hos odere, tanto magis pius lector amplectatur, & expendat, quia cum literis euangelicis consentiant, quod intelliget ex hac concordia, vbi idem oraculum sæpè repetitum inuenitur, quod completum est multis locis Euangelicis. Scio à me multa esse præterita, quod mihi, dum hæc scriberem, exhibitum negocium est, à nescio quibus, qui hæc parum probat. Quod de est tamen refarcire quibus potest ex periochis, & ex commentarijs.

E X C A P. I. D. Matthei.

LI BER generationis Iesu Chri. Esa. c. 8. fume tibi librum nouum, magnum, & scribe stylo hominis. Vbi stylo hominis res magna scribitur, Deus factus homo, vt conuerteretur cum hominibus: res noua, partus virginis. Deus ad homines veniens inusitato modo, vt declaratur tomo. i. Concil. in rescripto episcoporum synodi Tellen. ad Syriacum papam. fa. 169. a. & eodem cap. Accessi ad prophetissam. fa. 187. c. d. quibus verbis generatio Christi reuelat de spiritu sancto ex Maria virgine, quæ prophetissam appellat genuit Obed ex Ruth. Esa. c. 16. Emitte agnum. fa. 334. 335. 336. Vbi reselluntur Iudæi. Iesse autem genuit David regem. Esa. cap. 11. Egredietur virga de radice Iesse. fa. 270. & deinceps, 290. 291. Ezechias autem genuit Manassen. Tota illa oratio ezechie. Ego dixi in dimidio dierum meorum, præcipue. fa. 614. 615. 616. 624. Antequam conuenirent inuenta est in vtero habens. Locus Ezechielis: Hæc erit clausa, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniã dominus Deus Israël ingressus est per eam. fac. 166. 167. & Esa. c. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: vbi Hebraicè est: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. fa. 180. 171. 172. lege etiam fa. 164. c. d. 165. Et Esa. cap. 53. iuxta Lxx. Annunciauimus, & c. vbi legendum est, Euangelizauimus, quod ascenderit sicut puerulus in aspectu, sicut radix de terra inuisa, & sitientis. i. de Maria virgin. sine viri semine. facie. 811. & 812. Angelus domini apparuit Ioseph. Esa. c. 19. Ecce dominus veniens super nubem leuem, & ingreditur Aegyptum. fa. 357. d. 358. 359.

Quod in ea natum est de spiritu sancto est. Esa. c. 8. Accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium, vbi spiritus accessit esse ait ad virginem Mariam, quam prophetissam appellat, quod dixerat. ecce beatam me dicet oes generationes, & c. fa. 187. & deinceps, sed repete altius. Et vocabis nomen eius, & c. Et vocabitur nomen eius, & c. fa. 171. c. d. 172. Ecce virgo in vtero habebit. Esa. c. 7. ecce virgo concipiet. fa. 164. c. d. Emmanuel. Esa. c. 7. Emmanuel. fa. 173. 174. 178.

E X C A P. II. D. Matthei.

EX AEGYPTO vocauit filium meum. Esa. c. 19. Et ingreditur Aegyptum. fa. 359. De Christi natiuitate. Esa. c. 7. ecce virgo concipiet. fa. 164. vsque ad fa. 179. & cap. 8. Accessi ad prophetissam. fa. 187. sed repete à principio capit. et ca. 9. Puer natus est nobis. fa. 222. d. vsq; ad 235. & ca. 45. Rorate cæli desuper. fa. 727. d. 728 & cap. 53. iuxta Lxx. euangelizauimus quod ascēdit sicut puer. Hic enim vertenda est translatio Lxx, & fa. 811. 812. Cape puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Esa. cap. 19. ecce dominus seder super nubem leuem. fa. 359. Quod dictum est per prophetas. Cur, per prophetas? non, per prophetam? fa. 273. 274. 275. Quoniam Nazarus vocabitur. fa. 275. vsq; ad finem disputationis, sed lege præcedentia. Et audiens Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. De Magis. Esa. c. 8. Antequam sciat puer. fa. 188. d. 189. & cap. 9. iuxta Lxx volēt esse igne combusti, quoniam paruulus natus est nobis. & cap. 45. Labor Aegypti. fa. 733. b. c. & cap. 57. Quem timens timuisti. fa. 865. & c. 60. Oes de Saba venient. 909. c. d. 810. De Iudæis indicatib, vbi Christus nascere, & de per

de persequentibus Christum, & de pueris occisis. Esa. c. 57. Quem timens timuisti. fa. 865. a. b. Occidit omnes pueros. fa. 189. & 190. Secessit in partes Galilææ. Esa. c. 9. Galilæa gentium. fa. 214. 215. 216. & 219. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth. fa. 278. d.

E X C A P. III. D. Matthei.

VOX clamantis in deserto. Esa. c. 40. fa. 630. 631. 632. 633. fa. 950. Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum. Esa. c. 40. Super montem excelsum ascēdit. fa. 635. 636. Progenies viperarum. fa. 288. 313. 314. & 378. & 630. d. 871. c. d. Patrem habemus Ahraham. Esa. c. 56. & non dicat filius Aduenæ. faci. 852. d. & capit. 48. audite hæc, domus Iacob, qui vocamini nomine Israël. fa. 745. d. & 746. Securis ad radicem arboris posita est. Esa. c. 4. Quia omnis caro fennum. fa. 635. a. b. & infra. Omnes gentes quasi stilla situla. fa. 641. & deinceps, & c. 37. Facti sunt sicut fennum agri. fa. 607. b. c. De Domini baptismo. fa. 634. a. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne. fa. 38. d. Vidit Spiritum sanctum descendentem sicut columbam. fa. 280. c. d. 670. Venit Iesus à Galilæa in Iordanem. Esa. c. 35. Exultabunt deserta Iordanis, iuxta Lxx. fa. 585. c. d. 586. De descensu Spiritus sancti, & voce Patris eterni. Esa. c. 35. Ipse videbit gloriam Domini. fa. 586. d. 587. a. & cap. 40. Reuelabitur gloria Domini. fa. 634. a. 637. a. b. & cap. 42. Dedit Spiritum suum super eum. fa. 670. b. & cap. 61. Spiritus dñi super me. fa. 928. 929. Iohannes vidit cælos apertos. Esa. c. 64. Vtinam diriperes cælos. fa. 976. b. Cuius ventilabrum in manu sua. Esa. c. 22. Tritura mea filij areæ. fa. 385. d. 386. 635. 830. Congregabit triticum in horrea. Esa. c. 40. Merces eius cum eo. fa. 637. & cap. 62. Merces eius cum eo. faci. 949. & cap. 42. Electus meus complacuit sibi in eo anima mea. fa. 668. 637. a. b. Paleas comburet igne inextinguibili. Esa. c. 66. Ecce dominus in igne veniet. fa. 103. vsque ad finem cap. De pœna sempiterna inferorum. Hic est filius meus dilectus. Esa. Cætabo dilecto meo. fa. 102. & 42. Electus meus complacuit sibi in eo anima mea. fa. 668. 670. & cap. 48. iuxta. 70. Vere vos testes, & ego testis dicit Dominus, & seruus meus. Pater de filio testatus est, Hic est filius meus. fa. 694. c. d. & 695.

E X C A P. IIII. D. Matthei.

Tentatur Dominus. Pro tentatione lege. cap. 27. fa. 455. b. c. d. 456. a. b. c. & c. 40. fa. 758. 759. a. b. c. d. Omnia hæc tibi dabo si procidens adoraueris me. fa. 256. a. b. 257. a. Habitabit in finibus Zabulon, & Nephthalin. Esa. c. 9. Regio Zabulon, & Nephthalin. fa. 214. 215. 217. 218. 219. Galilæa gentium. Esa. c. 9. fa. 206. 207. Umbra mortis. Esa. c. 9. fa. 215. d. 217. 218. a. Venite post me & faciam vos fieri piscatores hominum. fa. 218. 214.

Apostoli relictiis retibus, secuti sunt Dominum. Esa. c. 9. Hoc primum bibe velociter. fa. 212. De electione Apostolorum, & hominum multitudine quæ ad Christum confluxerat. Esa. c. 9. Terra Zabulon & Nephthalin. fa. 214. 217. 218. 219. Circuibat totam Galilæam. Esa. c. 9. Galilæa gentium. fa. 214. 215. 217. 218. 219. Prædicans euangelium. Esa. 10. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. fa. 263. d. 266. a. b. Miracula domini. Esa. c. 64. Cum feceris mirabilia, & Marcus. c. 2.

E X C A P. V. D. Matthei.

BEATI mites, & pauperes, & similia. Esa. c. 11. iudicabit iudiciu pauperum: erat enim vnus ex signis, quibus Christus erat agnoscendus. fa. 287. tota. fa. & 847. c. & cap. 61. Vt consolaretur omnes lugentes, & ponere fortitudinem Sion lugentibus. 930. a. b. c. Beati qui lugent. 386. a. b. 933. a. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. fa. 42. a. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã. fa. 702. d. 930. c. d. Misericordes misericordiam consequentur. fa. 486. d. Beati eritis cum vos odio habebunt omnes homines propter me. fa. 933. a. Esa. cap. 51. contemptu hominum vincamini. fa. 788. d. Quando dixerint omne malum aduersum vos mentientes, ne timeatis opprobrium hominum. Esa. c. 51. fa. 781. d. Vos estis lux mundi. fa. 263. 924. a. b. 944. b. Non potest ciuitas abscondi. fa. 437. Audistis quia dictum est, & cetera huius notæ quæ hoc capite & alijs adicit dominus. Esa. c. 11. Et erit in die illa apponet Dominus extendere manum suam. fa. 293. 294. Ego autem dico vobis, & reliqua, quæ Christus loquitur, vt Dominus. Esa. cap. 40. Veniet cum dominatione. fa. 636. d. 637.

E X C A P. VI. D. Matthei.

CUM facis elemosynã. Esa. c. 58. de elemosyna ab illis verbis, frange esurienti panem tuum, vsq; ad finem cap. Dominus hoc loco adicit modum, & legem implet. fa. 879. 900. 901. vsq; ad capitis finem. Adueniat regnum tuum. fa. 241. Cum ieiunas unge caput tuum. Esa. c. 58. de ieiunio. à nume. 872. vsq; ad num. 878. Thesaurizate vobis thesaurum in cælo. fa. 558. a. 96. b. Nemo potest duobus dominis seruire. Esa. c. 28. Congustatum est stratum. fa. 487. Non sic Solomon in omni gloria sua. 943. d. sed repete ea quæ in fine capitis superioris dicta sunt, in illa verba: Quasi sponsum decoratum.

E X C A P. VII. Matthei.

PETITE & dabitur vobis. fa. 493. a. Quæcuq; vultis vt faciant vobis homines. Esa. cap. 11. Consummatio abbreviata inundabit iustitiã. fa. 263. c. d. Hæc est lex & prophetæ. fa. 263. Aedificauit domum supra petram. fa. 691. Erat docens sicut potestatem habens. Esa. c. 40. Brachium eius cum dominatione. fa. 636. 637.

E X C A P. VIII. D. Matthei.

DE paralyticis. Esa. c. 35. Confortate manus dissolutas. fa. 589. c. d. 590. a. b.

Domine

Domine si vis poteris me mundare, Volo, mundare. Esa. cap. 40. Dominus cum virtute venit, & brachium cum dominatione. f. 636. d. 937. & c. 32.

Princeps ea quæ sunt digna principe constituet, vbi Hebraicè est Nadib. i. Princeps liberalis volo mundare. Vide nemini dixeris. Esa. c. 32. Erat homo occultans sermones, & cap. 40. Nec audietur vox eius foris. fa. 670. c. d.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus. Videtur mihi hic Centurio illustratus ab spiritu sancto intellexisse Christum esse Deum militiarum, quod dicitur Deus Sabaoth & ideo hac similitudine vsu, de qua leges apud Marcum cap. 7.

Dico vobis quod multi ab oriente & occidente venient. Esa. c. 2. fluent ad eum omnes gentes. f. 56. & cap. 43. Ab oriente adducam semen tuum. f. 693. & cap. 45. Ut subijciam ante eum gentes. f. 723. 766. 767. 786. 787. Tenebræ exteriores. fa. 1020. c. d.

Vade & sicut credidisti fiat tibi. Esa. c. 40. f. 637. & ca. 62. f. 949.

Tunc surgens imperavit ventis ibidem.

Eijce nos in gregem porcorum, ibidem.

Infirmittates nostras accepit, & ægrotationes portauit. Esa. c. 53. languores nostros ipse tulit. f. 813. a. c.

Dimitte mortuos sepelire suos mortuos. fa. 391. c. Ciuitas Gersesinorum reuerentia domini precatur dominum, vt à se discedat. fa. 136.

Venisti ante tempus torquere nos. Esa. c. 27. De Leuia thâ fugiente, iuxta Lxx. fa. 456.

E X C A P. I X. D. Matthei.

DE Paralyticis Esa. 35. quod dictum centies est, Cõfortate manus. & c. vbi videtur significari dñm imperio fecisse. fa. 589. c. d. 590. a. b.

Remittuntur tibi peccata tua, & fiat sicut vis. & similia. Esa. c. 32. Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit. fa. 548. a. b. c. 930. d. 931. a.

Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Esa. c. 32. Nam fatuus fatua loquitur, & cor eius vana cogitat. fa. 546. c. d.

Surge & ambula, & similia. Esa. 40. Ecce dominus cõ potestate veniet. 637. d.

De Christi miraculis. fa. 587. b.

Quare cum publicanis, & peccatoribus mäducat magister vester? 987. 988. 989. & Esa. 42. Calamũ quafatum non conteret, lignum fumigans non extinguet. fa. 671. c. d.

Et comminatus est illis Iesus, ne quis sciret. Esa. c. 42. Neque audietur vox eius foris. fa.

E X C A P. X. D. Matthei.

DEDIT eis potestatem eijcendi dæmonia. Esa. c. 8. Et pueri mei quos dedisti mihi in signũ, & portentũ. 202. c. d. & c. 11. & delectabitur infans ab vberibus super foramine aspidis. 289

Duodecim discipuli. 582.

Ite potius ad oues quæ perierunt domus Israel. facie. 1005. a. b.

Gratis accepistis, gratis date. fa. 202. c. 548. a. b.

Nolite possidere aurum, nec argentum, neq; peram. Esa. cap. 18. Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam. 351.

Tradent enim vos in concilijs, in synagogis flagellabunt vos. Esa. ca. 19. & vir pugnabit contra fratrem

suum, & vir contra amicum suum, nam iuxta canonem Tertulliani. Aegyptus pro toto orbe ponitur, pars pro toto. 360.

Ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Esa. cap. 41. Nolite timere vermis Iacob. & qui mortui estis ex Israel. 636. c. d. a. b. & cap. 32. Post dies & annos, & vos conturbabimini. 549. a. b.

Estote simplices sicut colubæ. Esa. c. 60. Sicut colubæ cum pullis suis. 913.

Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. 690. c. 693. 777. b.

Tradet frater fratrem. Supra dictum est hoc eodẽ capite in illa verba: Tradent vos in concilijs.

Odio eritis omnibus hominibus. Esa. c. 51. Nolite timere, opprobria hominum ne metuat. 788. d.

Qui perseverauerit vsque in finem saluus erit. 788. & infra. Salus mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. 289. b. c.

Non consummabitis ciuitates Israel. & c. quia exclusi ab ecclesia sunt Iudæi, neq; intraturi omnes vsq; ad fines seculorum. Esa. c. 49. Israel non congregabitur. 760. d. 761. & cap. 2. Proiecisti populum tuum domum Iacob. fa. 59. b. c. d. iuxta. 70. & cap. 1. Nõ remittã amplius peccata vestra. 34. c. d. & infra. Non cessabit furor meus contra aduersarios. 47. & c. 2. Non dimittã eis. i. non laxabo eos. 61. d. 62. & cap. 3. Quia corruit Hierusalem, pro quo legendum est, quia dimissa est Hierusalem. 77.

Ne timueritis eos, quia nihil est occultum quod non reueletur. Esa. c. 51. Nolite timere opprobria hominũ, vt sic vestimetum sic comedet eos vermis, salus nostra in sempiternum. 789. & c. 54. A scõdam faciem meam parumper abs te, & in misericordia semperna miserus sum tui. 873. vsq; ad finem capi.

Nolite timere eos qui corpus occidunt. Esa. c. 8. Timore eius ne timueritis dominum exercituum ipsum, sanctificate, ipse pauor vester. 197. ca. 28. b. Sicut quæ concepit cum appropinquauerat. 449. d. 450.

Omnis qui me constituet coram hominibus, & c. peccate ex c. 9. Lucẽ in illa verba, Nam qui me erubuerit. Non veni pacem mittere, sed gladium. Esa. c. 19. Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios. 360 & cap. 49. Posui os meum quasi gladium. f. 758. d.

Qui non accipit crucẽ suam, & sequitur me. Esa. c. 26. Sicut quæ concepit cõ appropinquauerit ad partũ. & infra. Concepimus, & quasi parturimus. 449. d. 450. 451. a. & cap. 28. Tribulationem super tribulationem. 478.

Qui perdidit animã suam. Esa. c. 53. Qui posuerit pro peccato animã suam. 515. d.

Qui inuenit animam suam, perdet illam. ef. c. 2. humiliatus est vir, & non dimittã eos. 61. d. 62. a. b. & cap. 26. Terra impiorum cadet. 453. lege totam faciem, & superiorem.

Qui inuenit animã suam, perdet illam. ef. c. 2. humiliatus est vir, & non dimittã eos. 61. d. 62. a. b. & cap. 26. Terra impiorum cadet. 453. lege totam faciem, & superiorem.

E X C A P. X I. D. Matthei.

ACCII vident, claudi ambulãt. Esa. c. 35. Confortate manus dissolutas. 587. & tunc aperientur oculi cæcorũ. 589. c. d. & deinceps, & hæc erãt signa agnoscendi Christi, vt cõ dominus completa signa ostendat esse. 453. b. c. vbi leges de resuscitatis à Christo.

Non surrexit maior Ioanne Baptista. 635. d. 636. a. Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem. ecce dominator dominus auferet à Hierusalẽ, & c. f. 71. 72. 73. 74. c. & c. 1. 4.

& cap. 40. Quia completa est militia eius. 626. d. 627. a. & cap. 42. Quæ prima sunt ecce venerunt. 680. & cap. 8. Liga testimonium. 201. & cap. 10. Consummatio in undata abbreviabit iustitiam. 264. a. b. sed repete altius, & 700. c. 941. b. c. Adde his quæ ex Chrysolomõ scripta leges. fa. 72. aduersus Iudæos.

Mortui resurgunt. Esa. c. 26. iuxta. 70. vitam non videbunt. Erat enim signum peculiare Christi, quod resurrecturus erãt, & quod solo imperio suscitatus erat mortuos. 447. d.

Pauperes euangelizantur. Esa. c. 41. iuxta. 70. Tunc iudicium euangelizantur. 552. c. d. & quæ sequuntur.

Etiã dico vobis, plusquam prophetam. Esa. cap. 40. Exalta vocẽ tuam qui euangelizas Hierusalem. 636. 630. b. c. 950.

Inter natõs mulierum. ibidem.

Vã tibi Corozaim. Lege apud Lucam, cap. 10. Confiteor tibi Pater. Lege apud Lucam, cap. 10. & fa. 698. d. & deinceps.

Nemo nouit Patrem nisi filius, & c. Lege apud Lucam cap. 10. Reuelasti ea paruulis. 202.

Venite ad me omnes qui laboratis. Esa. c. 40. Non laborabunt, neq; sitient. 649. a. 989. & cap. 55. O qui sititis venite ad aquas. fac. 841. c. 1001. c. d. 1004. c. d. 1005. a. b.

E X C A P. X I I. D. Matthei.

ARGUIT pro discipulis suis superbos. Esa. cap. 11. arguet in æquitate pro mansuetis terra. 287. tota facie, & erat vnum ex signis quõ Christus erat agnoscendus.

De sabbati obseruatione declarat typum. Esa. cap. 58. fa. 887. 888.

De turba miraculorum & quod mandabat dominus ne illum manifestum facerent, quod etiam erat signum agnoscendi Christi, quod erat imperaturus omnibus silentium, & quod petiturus erat sola ca. Esa. c. 42. Non contendet, nec clamabit, nec audietur foris vox eius, fac. 670. c. d. 671. El. cap. 42. Calamũ quaffatum.

Consilium faciebant aduersum Iesum. fa. 547. & Esa. cap. 1. Principes tui infidelis. fa. 45. b. c. & c. 3. Vã anĩmã eorum quoniam consuluerunt consilium contra se. fa. 80. a. b. c. 81. & c. 29. Vã qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis cõsilium. 506. b. & cap. 31. Conuertimini qui profundum consilium cõsultastis, & contra legem filij Israel. 539.

Ecce puer quem elegi. Esa. cap. 42. fac. 667. & sequentibus.

Donec ponat in terra iudicium, & totus locus Marthe. Esa. c. 42. fa. 674. repete omnia à principio cap. In nomine eius gentes sperabunt. Esa. cap. 42. fa. 674. d. 675. tota facie.

Si in Beelzebub principe dæmoniorum dæmonia eijcio, filij vestri, in quo eijciunt. Esa. c. 8. Pueri mei quos dedisti mihi in signum, & portentum. 202. 897. b. c.

Omne rægnum in se diuisum desolabitur. fa. 68. c. No tandum B. Prosperum locum illum, de casu idolorũ intellexisse, de quo Esa. vt dictum est in cap. 10. Lucæ pluribus erat vaticinatus, & significauit casum idolosum signum fuisse aduentus Christi. Vnde respondet dominus: Ego Sathanã eiecturus sum, & dissipaturus idola dæmonum quod vastandum ait Dñs. Quomodo auferet vasa fortis. c. 8. Esa. f. 184. c. d.

188. & ca. 49. Nũquid tollitur à forti præda? 272. & c. 63. Qui violenta incedit cum fortitudine. 955.

Generatio mala, & adultera. Esa. c. 8. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? & infra. Argentum reprobum. 44. tota facie.

Et signum non dabitur ei. Esa. 26. Mortui non viuẽt. 447. d. 448. & cap. 32. Erat homo occultans sermones iuxta Lxx. 543. vbi inter cætãra signa agnoscẽdi Christi erat quod occultabat sermones, & loquebatur in parabolis, & aliquando occultabat spiritum sanctum, & miracula.

Assumit septem spiritus nequiores se. 579. D.

Ecce mater tua, & fratres tui foris stant. 168.

Qui in caelis est. 999. d.

E X C A P. X I I I. Matthei.

EXIJT qui seminãt seminare. Esa. c. 53. videbit semen longæum. 824. d. 825. 840. d. 849. d.

Quare in parabolis loqueris? Esa. c. 32. Erat vir occultans sermones, vbi ponuntur signa noscendi Christi, & inter cætãra quod occultabat sermones, & loquebatur in parabolis.

Citat Esa. i. c. 6. Aure audietis, & c. 141. lege superiora. 139. 140. & deinceps totum illud cõmetarium.

Vestri autem beati oculi quia vident, & aures quia audiunt, & c. e. 31. Esa. Beatus qui habet in Sion semẽ, iuxta Lxx. 542. 543. a. 544. c. d.

Triticum congregate in horreum meum. Esa. c. 21. Tritura mea filij areæ meæ. 385. d. 386.

Multi prophetae, & iusti cupierunt videre quæ vos videtis. f. 542. & deinceps. 818. d.

Alligate in fasciculos ad comburendũ. ef. cap. 30. Grauis ad portandum, & infra: ad perdendas gentes nihilum. 531. D. 532. 533. & c. & cap. 33. Quis annũciabit vobis quia ignis ardet? Quis annũciabit vobis ignem æternum? 563.

De consummatione seculi, & de die iudicij, & de alijs locis euãgelicis, de vltimo iudicio. Esa. c. 42. iudicium gentibus proferet. 670.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol. ef. 30. Erit lux Iunæ, & c. 331. a. b. & c. 26. Quia ros lucis ros iustus. 453. b. c.

Thesaurus absconditus in agro. i. in scriptura. Esa. 33. Ipse thesaurus eius. 557. d. 558.

Vendit vniuersa quæ habet. Esa. 18. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam. 351.

Margarita inuenta, supdabo te in zaphyris. 836.

De sagena missa in mare. 458.

Præ gaudio & c. Esa. c. 9. Sicut qui lætantur in messe. f. 218. c. d. 219. & semper prophetae dicunt, exulta, tubila.

Nonne hic est filius fabri. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, de familia Dauidis redacta in conditionem priuatam. nam eiusdem familiae erat sacra virgo redacta iam in priuatam conditionem. 280. & c. 53. Non erat ei species, neque decor. 813. 509. 546.

Elegerunt bonos in vasa. Esa. c. 13. preciosior erit vir auro, & homo mundo obryzo. 309. d. 400.

Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatẽ eorum. 543. d.

E X C A P. X I I I I. D. Matthei.

MIRACULA huius capitis. Esa. 64. Cũ feceris mirabilia nõ sustinebimus, venisti, vel vt aliter verbi potest: faciens mirabilia, nõ nõ sperabamus, venisti i. quæ

i. quæ non sperabamus, & maiora omni expectatione.

De Herode, quod Iosephus Iudæus inuertit historiã euangelicam, vt inuertit multa ex veteri testamento, vt probabilem faciat historiã in fidelibus nationibus, quæ rebus sacris fidem non habent. Disput. fa. 62. c. d. 59. a. 61. a. Contra Nicephorum, & alios celeberrimos scriptores, qui Iosephum verissimè scripsisse historiã prodidere.

Allatũ est caput beati Ioannis Baptistæ in disco. Esa. c. 57. Viri misericordie colliguntur, quia non est qui intelligat. 858.

EX CAP. XV. D. Matthæi.

Quare vos transgredimini præceptum Dei, propter traditiones vestras. Esa. c. 1. Caupones tui miscunt vinum aqua. fa. 45. b. & Esa. c. 11. Arguet in equitate pro mansuetis terræ. f. 287. tota facie & Esa. cap. 10. Væ qui condunt leges iniquas. f. 248. a. b.

Populus hic labijs me honorat, & quæ sequitur. Esa. cap. 29. Et dixit dominus eo quod appropinquat populus iste ore suo. f. 504. tota facie.

De plantatione quam plantauit pater. Esa. c. 60. Germen plantationis meæ opus manuum mearũ ad glorificandum. f. 925. a. b.

Cæci sunt, & duces cæcorum, & si cæcus cæco ducatum præstat, & c. Esa. cap. 29. Obstruiscite & admiramini, fluctuate & vacillate, vel vt Hebræa lectio, verti etiã potest, Excæcati eritis, & alios excæcabit, & quæ sequuntur, quoniam miscuit vobis dominus Spiritum soporis. fa. 500. & 501. & idem Esa. cap. 42. Quis cæcus nisi seruus meus? fa. 684. 685, & cap. 56. Speculatores eius cæci. fa. 855. d.

Ediffere nobis parabolam istam. Esa. c. 22. iuxta Lxx. Erit homo, sicut occultas sermones suos.

Turba miraculorum. Esa. cap. 35. Confortate manus dissolutas. fa. 587. b. c. d. & deinceps.

Non sum missus, nisi ad oves quæ periere domus Israel. Esa. cap. 41. Primus ad Sion dicit. fa. 666. a. & ca. 43. Ego annunciaui & saluaui, & nõ fui in vobis alienus. fa. 697. b. c. & cap. 48. Missus se ait dominus à patre, & ab spiritu sancto. f. 753. c. d. & 754. & cap. 49. Statui vt reducã Iacob, ad eum. f. 761. & 762.

& cap. 59. veniet de Sion liberans. f. 903. d. 904. & tota facie deinceps, & cap. 66. Quia vocaui eos & non audierunt me. fa. 1005.

Venit secus mare Galilææ. Esa. c. 9. Galilæa gentium fa. 217. a. b. sed repete à principio capitis.

Fiat tibi sicut vis. Esa. cap. 32. Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit. fa. 548. a. b.

EX CAP. XVI. D. Matthæi.

Accesserunt ad eum Pharisei & Saducei tentantes. & c. Esa. c. 32. vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter. f. 546. d.

Et signum non dabitur ei nisi signum Ionæ. Esa. cap. 26. Mortui non viuunt, gigantes non resurgent. fa. 447. d. & deinceps.

Reddet vniciq; secundum opus eius. Esa. cap. 40. Ecce merces eius cum eo. fa. 636. 634. a. b. & cap. 62. Ecce merces eius cum eo. fa. 948. d. 949. a. b. c. d.

Faciem cæli iudicare nostis. Esa. c. 66. iuxta Lxx. Ego dedi expectationem hanc & nõ recordatus est mei. fa. 1008. b. c.

Gnatio mala & adultera signum querit lege apud huc

eisdem D. Matth. cap. 12. vbi hæc eadem verba erant Tu es Christus filius Dei viui, vbi prohibitus est Petrus id dicere quo ad pateretur dominus. Esa. c. 32. iuxta Lxx. Erit vir occultans sermones. f. 543. c. d. Beatus es Simon Bariona. Esa. c. 45. Tu es Deus & ne sciebamus. f. 609. 734. d. & cap. 43. iuxta Lxx. Ego dominus Deus sanctus vester, qui ostendi Israel Regem vestrum, sic enim verti debet, vel ostendi, vt sit idẽ quod reuelauit, & sit idem cũ illo. Pater meus qui in cælis est reuelauit tibi. f. 698. d. 699.

Tibi dabo clauis regni cælorũ. Esa. cap. 32. Princeps ea quæ digna sunt principe cogitabit. f. 548.

Qui voluerit animam suam saluam facere perdet eã. Esa. c. 53. si posuerit animam suam pro peccato videbit semen longæuum. f. 824. c. d.

Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Esa. cap. 2. Præparatus mons domini. f. 55. c. d. ca. 8. Cõfortamini & vincemini. fa. 195. & ca. 9. Dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius. f. 361. a. b. & alibi. fa. 943. b. c. 944. b. & cap. 45. Ipse ædificabit ecclesiam meam. f. 722. d. 723. a. b. & cap. 62. & vocabitur tibi nomen nouum. f. 943. b. c. 944. b.

Tollat crucẽ suã & sequatur me. Esa. ca. 28. iuxta Lxx. Tribulationem super tribulationẽ, sed expecta spẽ super spem.

Cauete à fermento Iudæorum & Phariseorum. Esa. cap. 8. Sicut manu forti erudiuit me ne irem in viã populi huius. f. 196. tota facie, & ca. 52. Exite de medio eorum separamini. f. 807. 808. a. b. c.

Nondum intelligitis, nec recordamini quinq; panũ! Esa. cap. 40. Qui tenet gyrum terræ, & inhabitantes in ea quasi locustæ. f. 643. & v. & ad finẽ capitis, vbi describitur Christi omnipotentia, vt interpretatur sancti patres, & repete superiora, & ideo velut tyrones erudiens Dominus suos ait, Nondum intelligitis, & c.

Quia oporteret multa pati à seniorib;? Vatinia prophetarũ leges de passione domini & resurrectione. apud Matthæum.

EX CAP. XVII. D. Matthæi.

In transfiguratione de Helia & Mose. fa. 186. c. sed repete altius. Videtur hæc domini transfiguratio significata etiã illo. Esa. cap. 52. Exaltabitur, eleuabitur, sublimis erit valde, quod sequitur, Sicut obstupuerunt super te multi, tres illi Apostoli. f. & totus mundus, qui post illum ibat. Sic in gloriosus erit inter viros aspectus eius in contumelijs passionis. facie. 809.

Hic est filius meus dilectus. f. 668. Esa. ca. 42. Electus meus in quo complacuit animæ meæ. f. 668. b. c. d. Illis conuersantibus in Galilæa. Esa. cap. 9. Galilæa gentium.

Nemini dixeritis visionem cap. 32. Erat vir occultans sermones, quod ex signis, quib; Christus erat agnoscendus hoc vnũ erat. f. 543. c. d.

Vt autem non scandalizemus eos. Esa. cap. 42. Neq; audietur vox eius foris. Nam ex signis quibus Christus erat agnoscendus, vnũ erat eius admiranda mansuetudo. f. 670. c. d. 671. a. b.

EX CAP. XVIII. D. Matthæi.

Efficiamini sicut paruuli. fa. 1011. d. Assimilatur regnũ cælorũ homini regi, qui voluit ponere rationem cum seruis suis. Esa. cap. 58. Solos fa-

los faciculos deprimentes, & c. vsq; ad illa tũc clambis & dicit, Ecce adsum, à num. 877. vsq; ad. 892. Decentũ ouibus & vna inuenta. f. 984. a. Esa. cap. 65. Inuentus sum a non querentibus me. f. 984. a. b. & cap. 40. Omnes gentes quasi stilla stulæ, vbi ad cõparationem angelorum, quasi gutta vna, & stillicidium natura omnis humana erat, & tamẽ hanc stillam quam appellat ouem, non contempnit creator generis humani, sed pro illa stilla est factus homo & ita exinanivit semetipsum factus stilla. f. 641. a. b. Non dico tibi septies, sed septuagies septies. Esa. cap. 32. Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit. fa. 548. & cap. 55. Quoniam multus est ad ignoscendum. fa. 849.

Quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta & in cælis. f. 849.

Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te. Esa. cap. 58. Non tolles pedem tuum ad opus, nec loque ris verbum, & reliqua, paraphrasis Lxx virorum. fa. 887. 888.

Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Esa. cap. 19. & mittet eis saluatorem, quanq; enim Aegyptijs prædicitur mittendus saluator, notũ est Aegyptũ poni pro mũdo, parte pro toto. f. 372. c. d. 373. a. b. & ca. 45. Vere tu es Deus absconditus Deus Israel saluator. f. 733. d. 734. toto commẽtario, & infra iuxta Lxx. Innouamini ad me infula, saluamini salute æterna. f. 736. & cap. 62. Ecce tibi saluator aduenit. fa. 849. toto commẽtario.

EX CAP. XIX. Matthæi.

Migravit à Galilæa. Esa. 9. Galilæa gentium. fa. 217. a. b.

Accesserunt ad eum pharisei tentantes. Esa. cap. 32. vt perficiat simulationem, & loquatur ad dominũ fraudulenter. fa. 546. d.

De paruulis infra cap. 18. D. Luca.

Beati quise castrauerunt propter regnum cælorum. Esa. cap. 56. Non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum.

Habebis thesaurum in cælo. Esa. ca. 65. secundũ dies ligni vitæ erunt dies populi mei, & opera manuũ eorum inueterabunt. 996. b. c.

In regeneratione cum sederit filius hominis, & c. fa. 241. a. Esa. cap. 26. Viuet mortui, & interfecti mei resurgent. f. 452. b. c. d.

Quicunq; reliquerit patrem aut matrem, & c. Esa. c. 11. Iudicabit iudicium pauperi. Erat enim hoc vnũ ex signis quibus Christus erat agnoscendus. fa. 287. tota facie & fa. 295. a. b.

Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum. Esa. c. 20. Repleta est terra argẽto, & auro, vbi causam exclusionis & occæationis & Iudæorum auaritiam esse ait, & cap. 3. Popule meus exactores vestri deuorant vos. fa. 82. d. & cap. 5. Væ qui cõiugitis domũ ad domũ. f. 111. c. d. & infra. Væ qui confurgitis mane ad ebrietatem. fa. 113. d. 114. tota facie. & cap. 21. Iniquitas me inũdat. fa. 383. b. c. d. & cap. 28. Verum hi quoq; præ vino nescierũt & infra. Omnes mensæ repletæ sunt vomitu. f. 475. 476. Deniq; Iudeorum auaritia semper reprehẽditur & ingluuius, & causa dicitur occæationis Iudæorũ.

EX CAP. XX. D. Matthæi.

De vinea & de operarijs conductis in vineã. Esa. cap. 5. Vineã facta est dilecto meo. 103. 104. 105

106. 107. 108. & deinceps, & de hac eadem vinea & potissimum de illo, Malos male perdet, scriptũ est totum caput. 27. fa. 455. vbi prius dicitur triumphatus sathan à domino, postea vastitas Iudææ & reliquiarum salus & mundi redemptio. Postea exultatio mulierum redeuntium à visione angelorum.

Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. fa. 914. b. c. Esa. cap. 19. Præcipue iuxta Lxx. Die illa erit Israel tertius inter Aegyptios, & inter Assyrios. 374. d. 376 & cap. 60. idem significatur iuxta Lxx, & sanctorũ sententiam, illo, me infula expectabũt naues Tharsis imprimis. f. 914. b. a.

Multi sunt vocati, lege infra cap. 22. Matthæi.

Quid vultis vt faciam vobis. Esa. 32. Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit. 548. a. b. c.

Potestis bibere calicem, & similia. Esa. cap. 26. Sicut parturiens cum appropinquat ad pariendum. 449. d. 450. a. b. 881. d.

Sedere autem à dextris, & à sinistris non est meũ dare vobis. 827. c.

Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tra detur. Esa. c. 53. toto capite prædixit passionem & resurrectionem domini, quam etiã futuram hoc loco prædicit dominus. Alia loca prophetarum, quibus prædictum idem erat leges. ca. 27. 28. D. Matth. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Esa. c. 53. iuxta Lxx. Bene seruieĩtem plurimis. 826. a. b. & cap. 49. iuxta Lxx, & D. Hieron. in commentarijs sanctificate eum qui despicit animã suam qui seruus principum. 764. a. b. & cap. 43. Veruntamen seruire me fecisti. fa. 704. d. 705. a. b. c.

EX CAP. XXI. D. Matthæi.

Dicite filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus. 949. c. d. 950. 951. & deinceps. Sedens super asinam & pullum filium subiugalis. fa. 952. a. b. c.

Osanna filio Dauid. Esa. c. 9. super solium Dauid. f. 237. 238. 239. 240.

Benedictus qui venit in nomine domini. fa. 238. & deinceps.

Osanna in excelsis. fa. 238. & deinceps, & 240.

Ex ore infantium & lactentium. Esa. cap. 35. Cæci vident, claudi ambulant. fa. 589. 590. vbi Lxx viri vocem Hebræam iuxta canonem scripturæ quem diximus obseruatum ab apostolis, quod duos habet intellectus, dupliciter videntur interpretati, mutorum, vt D. Hieronymus & bleforũ, vt referatur ad pueros, qui infantes cum essent clamauere in templo domini, Osanna filio Dauid, iuxta illud, ex ore infantium.

Omnia quæcunq; perieritis, & c. fa. 493. a. & cap. 65. Esaie. Eritq; antequam clamet, ego exaudiam, 997. De vinea plantata. Esa. c. 5. Vineã facta est dilecto meo fa. 103. 104. 105. 106. 107. & deinceps, & malos male perdet, his locis disputatur, ca. 53. Dabit impios pro sepultura f. 523. tota fa. & alibi. 823. a. 826. c. 937. b. c. & toto cap. 27. de vinea hac vastata post crucẽ dñi. Hic est hæres venite occidamus eum, & nostra erit vinea. Esa. ca. 3. Vos autẽ quid incidistis vineã. f. 84. tota fa. & deinceps repete superiora 390. 565. 856. c. Malos male perdet, & vineam tradet alijs agricolis.

Esa. cap. 49. Ergo iudiciũ meum cum dño, cũ enim dixisset dñs se in vanũ laborasse pro Israel, scilicet,

††† quĩ

qui non credidisset exceptis reliquijs, quæ saluæ fa-
cæ sunt, dicit iudicium domini, vt intro ducatur
gentes & regnum tradatur alijs agricolis. fa. 760. b.
c. & verbis sequentibus d. & deinceps.
Auferetur à vobis Regnū. Ef. c. 3. f. 74. a. & deinceps.
71. 72. 73. 74. 585. 586. 775. a. 895. a. b. c. 937. b. c. 1005.
Domus mea domus orationis vocabitur. Esa. cap. 52
fa. 801. d. 802. a. b.
Baptismus Ioannis vnde erat, lege apud Lucam,
capite. 20.

EX CAP. XXII. D. *Matthæi.*

DE conuiuio domini & conuiuio se excusantibus
Esa. cap. 56. omnes in viam suam declinauerūt.
fa. 857. sed aduerte vocari omnes ad conuiuium ex
initio capitis. 55. O qui fitis venite ad aquas, vsque
ad hunc locum, si attēte & diligenter legas omnia.
De seruis missis, lege quæ scripta sunt de missione
apostolorum.
Ecce prandium meum parauit. Esa. cap. 55. Ecce serui
mei bibent. fa. 990.
Missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, lege
quæ scripta sunt apud Lucam cap. 21. & de vastitate
vineæ apud eundem cap. 20. & infra cap. 23. Ma-
tthæi in illa verba, Relinquetur terra vestra deserta.
Inuitati ad nuptias non fuerunt digni. Esa. cap. 49.
Ego dixi, in vanum laboraui. fa. 760. b. c. & cap. 50.
Quia veni & non erat vir, vocaui & nō erat qui au-
diret. fa. 774. & cap. 66. Vocaui & non erat qui re-
sponderet, quibus locis causam exclusionis domi-
nus dixit, quod vocati ad nuptias non venere.
Ite ergo ad exitus viarum. Esa. ca. 26. Propterea visi-
tasti & contriuisi eos. fa. 448. d. 449. sed repete al-
tius ab illis verbis, misereamur impij.
De nuptijs quæ bonis & malis impletæ sunt. fa. 830.
Esa. cap. 54. Dilata locum ad dexteram & ad læuā
penetrabis. fa. 830. d. 831. a.
Ligatis manibus & pedibus, & c. f. 118. b. c. d.
Tenebræ exteriores. & c. f. 1020. c. d.
Pauci verò electi. Esa. cap. 13. Preciosior erit vir auro.
fa. 309. & 310. & alibi. 916. a. sed repete altius.
Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in verita-
te doces. Esa. cap. 32. vt periciat simulationē, & lo-
quatur ad dominum fraudulenter. 546. d.
In his duobus præceptis vniuersa lex pendet, & c. Ef.
cap. 10. Consummatio abbreviata inundabit iustitia-
m. 263. c. d. 266. a. b.

EX CAP. XXIII. D. *Matthæi.*

ALligant onera importabilia. Esa. ca. 3. Populum
meum exactores sui spoliauerunt. fa. 83. b. No-
lite appellari magistri. Esa. c. 3. f. 73. d. 230.
Væ vobis scribæ & pharisæi. fa. 115. b. c. 577. c. 670. Esa.
cap. 1. Væ fortes Israel iuxta Lxx. fa. 46. b. c. & Esa. c.
3. Puer cōtra senem, ignobilis contra nobilem, vbi
describitur pœna illata pharisæis & principibus. fa.
76. & cap. 11. Non secundum visionem oculorum
iudicabit, erat enim signum agnoscendi Christi. fa.
287. & ca. 27. Indulsi genti domine, indulsi gen-
ti nunquid glorificatus es? fa. 449. b. c. & ca. 22. Cū
cti principes tui fugerunt simul duriq; ligati sunt.
fa. 392. & ca. 42. iuxta Lxx, qui surdi nisi dominan-
tes eorum? fa. 684. d. 685. planius. 686. & ca. 56. spe-

culatores eius cæci. fa. 855. d. vsq; ad finem capitis;
Quomodo fugietis in iudicio gehēnā. Esa. c. 42. iudi-
cium gentibus proferet. 670. b. c.
Ecce ego mitto ad vos prophetas. fa. 117. 164. a. b. Esa.
cap. 42. Quis cæcus? nisi pueri mei, & surdi, nisi ad
quem nuncios misisti. 685. 686. & cap. 59. Manus ve-
stræ potæ sunt sanguine. 890. b. c. & alibi, & cap. 22.
Cuncti principes tui fugerunt simul dureq; ligati
sunt. f. 392. b. c. & cap. 30. Væ filij defertores, vt face-
retis consilium non ex me. f. 512. c. d.

Ex illis occidetis & flagellabitis. f. 443. a. Esa. c. 26. In
terra sanctorum inique gessit, populus meus. f. vbi
Hebraicè legitur nefas patrauit, vel patratum est,
quod idem est, quod inique gessit, patratum est il-
lud nefas mortis domini & sanctorum. f. 443. a. b.
Vt veniat super vos omnis sanguis. Esa. cap. 1. Manus
vestræ tinctæ sunt sanguine. 36. c. d. & deinceps. &
987. 1005. a. b. & cap. 17. Hæc pars eorum, qui vasta-
uerunt nos, & fors diripientium nos. f. 349. d. 392. c.
& cap. 26. Ecce dominus egredietur de loco suo, vt
visitet iniquitatem terræ cōtra eum & reuelabit ter-
ra sanguinem suum. f. 454. b. & cap. 29. Defecit qui
pœualebat, cōsummatum est illusor. f. 590. 932. d. 959
d. 960. a.

Zacharias qui occisus est inter templum & altare, fa.
186. 187. & disput. 92. b. c.
Hierusalem, Hierusalē, quæ occidit prophetas, relin-
quetur domus vestra deserta. Esa. cap. 26. Rixans &
exprobrās emittere eos iuxta Lxx. fa. 463. a. b. & cap.
17. Hæc pars eorum, qui vastauerunt nos. fa. 349. d.
& cap. 30. Quoniam subito dum non speratur ve-
niet cōtritio eius. fa. 521. 522. 523. d. Expectauit enim
Iudæos Dominus quadraginta duos annos post cru-
cem domini, dum conuerterentur, & cum viderēt
se foelices & fortunatos post crucifixum dominū,
putabant se impune laturos.

Quemadmodum gallina congregat pullos suos. Esa.
c. 28. iuxta Lxx. Ipsi infirmamur, vt congregemur.
fa. 486. 539. c.
Relinquetur domus vestra deserta. Esa. cap. 1. Terra
vestra deserta. f. 18. 19. 20. & deinceps, & cap. 3. Ruit
Hierusalem & Iuda concidit. fa. 77. & cap. 6. Com-
minuta sunt superliminaria cardinum. fa. 135. & ca.
48. iuxta Lxx, Propter nomen meum ostendam ti-
bi furorē meū. f. 750. a. b. c. & cap. 53. Dabo impios
pro sepultura. f. 823. a. b.

Nōlite vocare patrem super terram. Esa. c. 1. Filios
enutriui. fa. 12.
Quia dicitis quicumque iurauerit in templo, & c. Esa.
cap. 29. iuxta Lxx, Frustra colunt me docentes præ-
cepta hominum & doctrinas. f. 504.
Pharisæe munda prius quod intus est. Esa. cap. 52. Re-
cedite, recedite, pollutum nolite tangere. 807. d. &
deinceps. Huc spectat. Esa. c. 6. f. 136. 137. & deinceps

EX CAP. XXIII. D. *Matthæi.*

Videtis has omnes ædificationes? Esa. ca. 22. iuxta
Lxx. Inspicient die illa in electas domus sal-
tus. 395. b. c.
Nō relinquetur lapis super lapidē. Esa. c. 25. quia po-
suisti ciuitatem in tumulum. 428. a. b. & cap. 30. Spi-
ritum eius velut torrens ad perdendas gentes in ni-
hilum. 532. vsque ad finem capi. & cap. 33. Quis an-
nunciabit vobis quia ignis ardet. 563. a. b.

Prædica-

Prædicabit euāgelium in vniuersa terra, & modis
quo id fiebat. fa. 814. c. d. Esa. ca. 8. Cōgregamini po-
puli, & vincemini. f. 194. a. b. c. & c. 52. Quā pulchri
super montes pedes annūciantis. f. 804. tota facie.
Sicut fulgur, & c. 103. a. lege apud alios. Sol obscura
bitur & luna non dabit splendorem suū. Esa. cap. 13
iuxta Lxx, obtenebrabitur sol in oriente. f. 308. 309.
a. b. & idē Esa. cap. 34. Et tabescet omnis militia
cælorum. fac. 574. tota facie.
Tunc videbunt signum filij hominis in cælo & tūc
se percipient omnes tribus. Esa. cap. 26. Videant &
confundantur. fa. 444. c.
Cælum & terra transibunt, & c. cap. 51. leuate in cælū
oculos vestros. fa. 788. a. b. c.
Comedentes & bibentes. Esa. cap. 21. f. 388. c.
Quis ille seruus fidelis & sapiens, quem præponit do-
minus, & c. Esa. cap. 60. iuxta Lxx. Dabo principes
tuos in pace & episcopos tuos in iustitia. f. 922. a. b.
Tunc tradent vos in tribulationem, de hoc dictū est
apud alios euangelistas.
Prædicabitur hoc euāgelium in vniuerso orbe, lege
quæ dicta sunt in illud, docete omnes gentes bap-
tizantes eos.

Sicut in diebus Noe, de hoc dictum est alibi.

EX CAP. XV. D. *Matthæi.*

DE quinque virginibus. fa. 369. b. c. d.
Vigilate qui nescitis diem nec horam, Huc facit
Esa. cap. 21. fa. 379. d. 380. a. b. c. d. & sequentia.
Cum venerit filius hominis in maiestate sua, congre-
gabuntur ante eum omnes gentes. Esa. ca. 66. Hoc
vaticinio claudit fuos prophetias, quia ecce domi-
nus in igne veniet, & quæ sequuntur omnia vsque
ad finem capitis.
Tenebræ exteriores, & c. fa. 1020.
De bonis ad dexteram, & malis ad sinistram, fa. 830.
Venite benedicti, & c. fa. 1012. c. d. 1013. tota facie, & se-
quentibus. Esa. cap. 66. Latamini in Hierusalem &
exultate cum ea omnes, & quæ sequuntur vsque ad
finem capitis, à nume. 1069.
Ite maledicti in ignem æternū. Esa. cap. 66. Ecce do-
minus in igne veniet. facie. 1013. 1014. Dixerat &
cap. 33. iuxta Lxx. Quis annūciabit vobis ignem
æternum. fa. 563. 564.
Esuriui & dedistis mihi manducare. Esa. cap. 58. Fran-
ge esurienti panem tuum, & c. faci. 879. vsque ad fi-
nem capitis, sed & superiora ab illis verbis, solue fa-
sciculos deprimentes. fa. 877. omnia enim spectant
ad hoc vltimum iudicium.

Qui paratus est diabolo & angelis eius cap. 10. Et sub-
rus gloriam eius successa ardebit quasi combustio
ignis. fa. 258. d. & deinceps, & cap. 14. Ad infernum
detraberis in profundum lacus. fa. 323. 324.
Intra in gaudium. fa. 1020. c. d.
Supplicium æternum. Esa. 66. Egredientur & vide-
bunt cadauera virorum qui pœuaricati sunt in me,
& cætera quæ sequuntur. fa. 1021. & alibi. 120. c. d.

EX CAP. XVI. D. *Matthæi.*

Passio domini Esa. toto cap. 53. De quo posses di-
cere, Passio domini nostri Iesu Christi secundū
Esaia. describitur etiam Passio domini nostri Iesu
Christi ab Esaia ca. 59. à principio vsq; ad finē. de-
scribit etiā ab eodē Esaia, toto ca. 1. & à principi. testat
cælū & terrā verbis Moysi se cōpleturū quæ Moyses
erat minatus si Christum non reciperent. fa. 11. to-

ta facie, & c. 13. a. 14. c. d. 15. a. b. 17. 18.
De valle Getsemani. Esa. cap. 28. In vertice collis pin-
gūium Hebraicè est. Getsemani, & quod villa Get-
semani seu prædium dicitur, fa. 471. & alibi. 778. c.
d. 933. 954.
Consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent. Esa. ca.
3. Væ animæ eorum, quoniam consuluerunt consi-
lium malum contra se. f. 80. b. c. 81. d. fa. 547. 891. c.
De Iuda Ischariote & pontificibus, quibus venditus
est dominus. Esa. cap. 1. Principes tui infideles socij
furum. fa. 405. c. d. & cap. 28. Væ coronæ superbiæ,
& ebrijs Ephraim.

Quid vultis mihi dare & ego eū vobis tradā? Esa. c.
30. Væ filij apostatæ fecistis consilium nō per me, &
pactum non per spiritum meum. fa. 513. a.
Hic est sanguis noui testamēti. Ef. c. 30. iuxta Lxx, su-
me tibi librū nouū magnū. fa. 184. a. 187. d. & c. 42.
Cātate dño cātīcū nouum. f. 681. & ca. 43. Ecce ego
facio noua. f. 700. e. & cap. 49. Dedi te in testamen-
tum gentiū. fa. 766. tota facie, & ca. 52. Ille asperget
gentes multas. fa. 809. 953. a. b. 957. 958.
Exierunt in montem Oliueti. fa. 390. & de mōte Oli-
ueti. f. 391. 470. b. c.

Præcedam vos in Galilæa. Esa. c. 9. Terra Zabulō, &
Galilæa gentium. fa. 214. 215. 217. 218. 219.
Quæ rebant falsos testes. Esa. cap. 9. iuxta Lxx. Omnē
stolam congregatam dolo. fa. 221. c. d. & cap. 32. Ne-
que fraudulentus vocabitur maior. fa. 546. a. & cap.
53. Dabit impios pro sepultura. fa. 222. a. b. c. d. & ca.
57. A facie malitræ collectus est. fa. 221. 258. tota fa.
Iesus autem nō respondebat, Nihil respondes ad eū
& similes loci. f. 565. b. c. d. Esa. c. 53. Et quali agnus
coram tōdente se obmutescet, & non aperiet os
suum. fa. 819. c. d. & cap. 57. quia ego tacens, & quasi
non videns. fa. 865. a.

Exspuerunt in faciem eius. Esa. cap. 52. Sic inglorius
erit inter viros aspectus eius. Erat enim hoc signū
agnoscendi Christum. fa. 809. a. b. 861. & cap. 50. Fa-
ciem meam non auerti à conspuentibus in me. fac.
778. 779. & ca. 57. Super quem iustitias super quem
dilatastis os, & eiecistis linguam? 861.

De malis domini percussis. fa. 709. Esa. cap. 50. Malas
meas dedi ad alas, iuxta Lxx. fa. 779. c.
Prophetiza nobis Christe quis te percussit. fa. 64. b.
vbi prædicta vastitas Iudææ erat & subiicitur causa
quod Deus videt omnia, & illa yiderat & vltus est,
lege quæ dicta sunt in illud, Relinquetur terra vra
deserta, & de vinea vastata, & de Hierusalē uerisa.

EX CAP. XXVII. D. *Matthæi.*

Consilium ineunt aduersus Christum. Ef. c. 3. iuxta
Lxx. Væ animæ. fa. 80. 81. & c. 30. Væ filij defertores
fecistis cōsiliū, & nō per me. f. 512. c. d. & ca. 12.
Nā consilium malorum iniqua consultat. f. 547.
Traditur Pilato dominus à Iudæis. fa. 891. Esa. ca. 59
Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.
fa. 891. tota facie & deinceps, & cap. 3. Igemus iustū
quia inutilis est nobis. fa. 81.

Videns Iudas qui eum tradidit, lege apud Esaia cap.
34. De Iuda proditore, & Mathia loco eius electo,
& de alijs. 12. apostolis à nume. 580. vsq; ad fin. capi.
Tu es Rex Iudæorum, Non negat dñs, sed affirmat.
Sic enim loquitur quoties affirmat, & in cruce titu-
lus hic positus est, iuxta illud Esaia. c. 43. iuxta Lxx,
qui cōstituit Israel regē vestrū. f. 698. d. 699.

Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam dicentem, acceperunt. 30. nummos, disput. f. 46. b. c. Iesus stetit ante praesidem Esai. cap. 3. iuxta Lxx. Nunc constituetur ad Iudicium dominus. f. 64. b. c. d. & deinceps. & ca. 8. eo quod non vult populus iste aquas Siloa, sed vult habere. fa. 19. c. d. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. f. 822. c. d. 891. b. Iesus in passione, tacet & non respondet. Esai. cap. 53. Tanquam agnus coram tondeute obmutescet, & non aperiet os suum. facie. 819. 820. a. b. & cap. 57. Nec cogitasti, quia ego tacens & quasi non videns. fa. 665. b. c. Quem vultis vobis dimittere? Vbi petunt Barrabam virum seditiosum, & ita pereunt seditiosis, quod factum, futurum significat Esai. cap. 3. corrui populus vir ad virum. f. 75. b. c. Quid enim mali fecit, & quod traditus sit dominus propter inuidiam, & non inuenio in eo causam, & similia apud euangelistas. Esai. cap. 53. Propter scelus populi mei. fa. 822. c. d. & cap. 57. A facie malitiae col lectus est. f. 858. tota facie. Clamabant multo magis dicentes, Crucifigatur. Esai. cap. 5. iudicium, & ecce clamor. fa. 109. no. & Esai. ca. 22. Quia ascendisti tu & omnis. in tecta clamoris ple na. fa. 390. tota facie. Placet enim intelligi in tecta Pi lati. f. quod sequitur, quia magis tumultus fieret in populo. Sanguis eius super nos Esai. cap. 1. Manus vestrae tin ctae sunt sanguine. fa. 36. c. d. & deinceps. Tradidit eum flagellatum. fa. 82. a. b. Esai. c. 50. Dor sum meum dedi ad flagella. f. 778. c. Chlamydem coccineam circumdederunt ei. fa. 36. c. d. 37. b. c. d. Plectentes coronam de spinis, & de spinea corona. Esai. cap. 5. Expectaui vt faceret vvas fecit spinas. fa. 106. & deinceps, & cap. 28. Vae coronae superbiae. f. 468. 469. & deinceps, & cap. 32. In terra populi mei spina & herba ascendet. fa. 549. 550. tota facie. Arundinem in dextera eius potuerunt. fa. 456. Illuditur Christus. Esai. cap. 3. Illufores dominabun tur eis. fa. 75. d. 76. Dixit enim quia filius Dei sum, admonuerat Iudaeos huius rei Esai. multis locis, praecipue cap. 9. Puer na tus est nobis. & c. vbi dicit magni consilij angelus vt vertere Lxx, pro quo Hebraice est Pele. i. Angelus ille. 13. Iudicium qui apparuit matri Sarpsonis, & se ap pellauit Pele, quam vocem vertit interpres, admirabi lis, est tamen cognomen Dei in sacris literis, & si gnificat Deum mirabilia facientem, vel Deum tec tum vt interpretantur Rabini. Dictum est etiam eodem loco, Deus fortis. & paulo infra, Pater eter nitatis, quod interpres vertit, Pater futuri seculi, & cap. 53. vbi vulgata praefert, Ascendit sicut virgultu, de brachio domini, Hebraea lectio praefert etiam, vt reddidere Lxx, Euangelizauimus, quod ascendit sicut puer lactens. Aue rex Iudaeorum. f. 498. sed repete a principio cap itis attente, & fa. 509. b. c. De flagellis, alapis, & sputis, & ludibrijs. Esai. cap. 50. Dorsum meum dedi in flagella, malas meas ad ala pas, faciem meam non auerti a confusione sputorum fa. 778. c. d. 779. & cap. 57. Super quem lussit super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? fa. 871.

De passione domini, flagellis, alapis, & sputis. Esai. cap. 49. iuxta. D. Hieronymum in commentarijs, & iuxta Lxx viros. fa. 764. 765. a. & de passione domi ni, falsis testibus & mendacijs Iudaeorum in passio ne & resurrectione domini. Esai. cap. 59. Manus vestrae pollutae sunt sanguine, & c. fa. 890. 893. a. b. & 894. d. Inter duos latrones crucifixus dominus. Esai. cap. 53. Propter scelus populi mei. & c. f. 822. c. d. & infra, in ter iniquos reputatus est. fa. 827. c. Passio Christi. Esai. cap. 51. iuxta Lxx. Aspice in soli dam Petram quam excidistis, & in foueam laci quam fodistis. fa. 783. c. d. 793. tota facie. Blasphemabant eum. fa. 77. a. lege a principio com mentarij illius attentè omnia. Veli qui destruis templum Dei. f. 897. c. d. Si filius Dei es descende nunc de cruce. Esai. cap. 5. Festinet & cito veniat opus eius, vt videamus. f. 119. d. & cap. 32. Stultus fatua loquitur. fa. 546. & cap. 57 super quem lussit super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? fa. 861. c. d. & ca. 59. Pedes eorum ad malum currunt, cogitationes eorum cogitationes stultae. f. 894. a. 984. De principibus sacerdotum & Iudaeis, in passione do mini. fa. 856. tota facie, & sequenti, & 660. c. d. Tenebrae factae sunt super vniuersam terram. fa. 775. c. d. Esai. cap. 50. Induam caelum tenebris, & faccum ponam operimentum eorum. f. 775. c. d. Impleuit spongiam aceto. Esai. cap. 5. Expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas. facie 106. 107. 108. Expirauit. fa. 320. Multa corpora sanctorum, & c. Esai. cap. 45. Portas aeras conteram. fac. 724. 955. & cap. 63. Ille formosus in stola gradiens in multitudine fortitudinis suae. fa. 955. Vere filius Dei erat hic. Esai. cap. 57. Videte, seu vidistis, vel quam vehementer vidistis, quomodo iustus perijt, sic enim potest verti tralatio Lxx, qui ad didere de suo illa, quam vehementer vidistis, id est, quam manifestis signis vidistis iustum esse, & Dei filium Dominum Iesum. fa. 858. a. b. Erant autem ibi mulieres. Esai. cap. 32. Mulieres opulente surgite. f. 548. c. d. 549. a. b. Seducitor ille dixit, & c. Esai. cap. 5. Vae qui dicitis malum bonum, & bonum malum. fa. 120. a. b. & cap. 53 Dabit impios pro sepultura. f. 823. b. c. d. De sepulchro domini. Esai. cap. 11. Erit sepulchrum eius honos. f. 292. c. d. & cap. 57. Erit in pace sepultura eius. f. 859. tota fa. & sequenti. Passionis & resurrectionis miracula. f. 750.

EXCAP. XXVIII. Matthaei.

Veni Maria Magdalena & altera Maria. Esai. ca. 27. Mulieres venietes a visione, & docetes eas, vbi Lxx vocem illam, a visione, siue ab spectaculo, addidere de suo, vt esset a visione angelorum, & ab spectaculo passionis domini, quod a longe spectabant, & ab spectaculo sepulchri & angelorum. De sepulchro Domini. Esai. cap. 11. Erit sepulchrum eius honos. f. 292. c. d. Resurrexit sicut dixit, Graecè est, Excitatus est, non solum hic, sed apud omnes euangelistas, quod Christus excitatus est a seipso, & a Patre, & ab spiritu sancto. Esai. c. 45. Sufcitans eum, quod dictum appareat de patre, qui Christum suscitauit.

De re-

De resurrectione domini. Esai. cap. 53. iuxta Lxx. Dominus voluit mundare eum a plaga. f. 824. a. b. 825. b. c. d. & cap. 57. Sepultura eius ablata est de medio iuxta Lxx. f. 859. tota facie & sequenti.

De corruptis custodibus in Resurrectione Domini & de audacia Iudaeorum cum dixere, Hic est haeres & similia. Esai. cap. 5. Vae qui trahitis peccata, quasi fune longo. f. 118. 119. & ca. 59. quem timens timuisti & mentita es me. f. 875. tota facie & sequenti. De coniuratione Iudaeorum, vt corrumperent testes resurrectionis grandi pecunia. Esai. cap. 8. Ne dicatis coniuratio. & c. fa. 196. d. 197. a. & cap. 29. Vae qui profundi estis corde. f. 506. a. b. c. d. & cap. 30. Vt faceretis consilium non ex me. f. 513. a. b. 539. d. 540. a. 547. tota facie. 1005. d. 1006. tota facie. Praecedam vos in Galilaea. Esai. cap. 9. Galilaea gentium fa. 214. 215. 217. 218. 219. quibus locis ostenditur praedictum ab Esai, quibus locis potissimum dominus esset verus & lectus apostolos. Dara est mihi ois potestas. Esai. c. 29. Vae Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid. f. 494. d. 497. a. b. c. 588. d. 955. Euntes docete omnes gentes. Esai. cap. 2. Fluunt ad eum omnes gentes. fa. 56. b. & cap. 6. Plena est omnis terra gloria eius. facie. 135. 194. d. 290. a. 301. 302. a. 583. 1017. c. d. Praedicate euangelium omni creaturae. Esai. cap. 12. iuxta Lxx. Clamate nomen eius, & quae sequuntur. fa. 301. d. 302. a. b. c. De baptismo. fa. 98. b. c. d. 100. d. 301. Esai. cap. 42. Ecce ego facio noua, & c. fa. 700. c. d. 701. a. b. 702. d. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi. f. 173. c. d. Esai. c. 32. & ipse super principes stabit. fa. 548. 570. a. b. 647. a.

EXCAP. I. D. Marci.

Initium euangelij D. Marci, explanatur, & refutatur impius Porphyrius. Esai. cap. 40. Vox clamantis in deserto. fa. 629. d. 630. & deinceps, repete quae scripta sunt in illa verba, Quia completa est militia eius. 626. d. 627. Sed respondetur impio Porphyrio, & explanatur hic locus in cap. 62. fa. 950. De nouo testamento, & Christi natiuitate. Esai. ca. 8. Sume tibi librum nouum. 184. 187. c. d. Fuit in deserto Ioannes baptizans. Esai. cap. 35. Latabitur deserta, & inuua. 584. 585. Venit Iesus a Nazareth Galilaeae, & baptizatus est. Esai. cap. 35. iuxta Lxx. Et exultabunt deserta Iordanis. facie. 585. c. d. De Ioanne Baptista, pete ex ijs quae diximus. Matth. 3. & de baptismo domini. Esai. 40. Et reuelabitur gloria domini. f. 634. a. Caesiciffi. Esai. ca. 64. Vtinam dirumperes caelos, & venires. 976. b. Hic est filius meus dilectus. Lege quae scripta sunt in Matthaeo. cap. 3. De descensione Spiritus sancti in Christum, & mansionem, lege apud Marth. 3. Venit Iesus in Galilaeam. Esai. ca. 9. Galilaea gentium fa. 217. a. b. Venite post me, facia vos piscatores hominum. Esai. cap. 9. Terra Zabulon, & Nephtholim. & c. facie. 213. & 214. Relinquentes retia secuti sunt ipsum, lege apud Matthaeum cap. 4. & de apostolis delectis, & hominum

multitudine quae Christum sequebatur. Esai. cap. 9. Multiplicasti gentem. f. 218. 219. De apostolorum lectione. Esai. c. 9. Terra Zabulon, & Nephtholim, Galilaea gentium. f. 213. 214. Erat enim docens, quasi potestatem habens. Esai. cap. 40. iuxta Lxx. Ecce dominus cum virtute veniet, & brachium eius cum dominatione. 636. d. 637. rti atten te leges inuenies declarari ab euangelista completu a domino. cum imperio enim, & potestate ibi multa si gna facit.

EXCAP. II. Marci.

De paralytico. Esai. 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. fa. 597. Dimittuntur tibi peccata tua, & illa domini facilitas ad sanandum, & parcendum omnibus. Esai. cap. 32. Princeps principatus constituet, vbi Nadib, Hebraice est. i. princeps liberalis qui gratis dat, Gratis accipistis gratis date, & gratis remittit peccata omnia. f. 546. & cap. 55. Quoniam multus est ad ignoscendum 848. 849. & cap. 42. Calamum fractum non conteret. f. 671. c. d. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit praepor vester? Esai. ca. 32. fatuus fatua loquitur, & cor eius vana cogitat. 546. c. d. 987. b. Dominus discipulos defendit contra phariseos. Esai. cap. 11. Arguet in aequitate pro mansuetis terra. fac. 286. b. c. De Christi miraculis. Esai. 36. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Tunc aperientur oculi caecorum. fa. 587. 589. 590. & cap. 52. Sicut obstupuerunt super te multi, fa. 809.

EXCAP. III. D. Marci.

Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. Esai. cap. 32. Erat homo occultans sermone suos. 343. d. 344. a. b. & cap. 42. Nec audietur vox eius foras. f. 671. a. b. De Christi miraculis. Lege apud Marcum. cap. 2. Et obseruabant eum si sabbatis curaret. Esai. cap. 58. Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam. fa. 887. 888. vbi Esai. explicat Iudaeis, quomodo sabbatum obseruandum docturus esset dominus. Pharisei cum Herodianis consilium faciebant aduersum dominum. Esai. cap. 3. iuxta Lxx. Vae animae eorum, quia consuluerunt consilium malum, contra se dicentes, fa. 80. a. b. & cap. 30. Vae filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me. fa. 512. & cap. 31 conuertimini, qui profundum consilium consultastis. 539. d. 560. 9. & cap. 29. Vae qui profundieistis, vt a domino abscondatis consilium. fa. 506. In Beelzebub, & c. Matth. c. 12. Et multa turba, & c. Esai. cap. 52. & sicut obstupuerunt super te multi. fa. 809. a. b. Quomodo potest aliquis intrare in domum fortis, & vasa eius diripere? Esai. cap. 8. cito praedare. 184. c. d. & cap. 49. Nunquid tollitur a forti praeda. fa. 772. & 188. c. 63. iuxta Lxx. Qui violata incedit cum fortitudine. fa. 655. De Galilaea diximus praedictiones Esai. in quartum caput Matthaei. Et spiritus immundi cum illum videbant. Esai. cap. 27. In die illa visitabit Dominus gladio suo super Leuiathan. fa. 455. 456.

††† 3 Et de

Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Efa. cap. 8. Pueri quos dedit mihi dominus in signum, & in portentum. f. 202. c. d. Quomodo potest Sathanas Sathanam eijcere? Putò dictum de ruina Idolorum, quod signum erat aduentus Christi. Quomodo ergo Sathanas eijciat Sathanam? Efa. 1 dola penitus conterentur facie. 67. c. d. vsque ad finem capitis, & cap. 19. Et commouebuntur simulachra Aegypti. fa. 359. b. c. d. & cap. 17. Nò inclinabitur ad altaria. f. 345. a.

EX CAP. IIII. D. Marci.

ET congregata est ad eum turba multa. Efa. cap. 52. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, eleuabitur sublimis erit valde. f. 809. a. b. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem, qui foris sunt in parabolis. Efa. c. 29. obstupefiscite, admiramini. fa. 500. c. d. De patrefamilias, qui exiit ad feminandum. fa. 824. c. d. 825. Deceptio diuitiarum, & mala reliqua concupiscentiæ. Efa. cap. 5. Væ qui confurgitis mane. 13. d. 114. & ca. 28. Verum hi quoque præ vino nescierunt. 465. Ediffere nobis hanc parabolam. 544. a. De remissione peccatorum, lege apud Matthæum. caput. 9. Sine parabola non loquebatur eis. Efa. ca. 32. Erat homo occultans sermones suos iuxta Lxx. facie. 543. d. 544. a. b. Quis est iste, quia ventus, & mare obediunt ei? Efa. c. 64. Cum feceris mirabilia non sustinebimus, descendisti. facie. 977. d. 978. i. Cum feceris mirabilia, quæ non sustinebimus. Dixit enim Petrus, exi à me Domine quia homo peccator sum, & hoc loco. Timuerunt timore magno. Lege quæ scripta sunt in illud cap. 6. Væ mihi, quia tacui.

EX CAP. V. D. Marci.

Quid mihi & tibi iesu fili David? Efa. cap. 27. In die illa inducet dominus gladium sanctum super Leuitāthā. f. 455. 456. Et rogare eum cœperunt, vt exiret de sinibus eorum. facie. 136. c. Exi spiritus immunde ab homine, & quæ sequuntur de petitione dæmonum, & domini cœcessione. Efa. cap. 40. Dominus cum potestate veniet. 636. d. & deinceps. Puella, tibi dico surge. Efa. cap. 40. Dominus cum potestate veniet. 636. d. & deinceps. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret. Efa. 32. Erat vir occultans sermones. 543. Erat enim hoc signum agnoscendi Christi, & cap. 42. Calamū quassatum. f. 671. c. d.

EX CAP. VI. D. Marci.

Faber & filius fabri, dictum est de hoc in capite. 133. Matthæi. Vnde huic hæc sapientia? Efa. c. 52. Ecce intelliget puer meus exaltabitur, gloriabitur, sublimis erit valde. facie. 809. Non poterat virtutem vllā facere propter incredulitatem Iudæorum. Efa. c. 32. f. 543. d. vbi inter cætera signa Christi, & hoc erat quod abscondit miracula aliqui. Alij dicebant, quia Elias est, alij, quia propheta est. Efa. cap. 45. iuxta Lxx. Tu enim es Deus & nesciimus,

Deus Israel saluator. f. 737. d. & deinceps, & cap. 11. Vocabitur nomen eius magni consilij angelus. ille f. qui se appellat Pelè. i. Deus testis, Deus mirabilia faciens. fa. 230. 231.

EX CAP. VII. D. Marci.

Irritum fecistis mādatum dei, vt traditionē vestrā seruetis. Efa. c. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & totū principiū huius capitis. fa. 249. a. b. 504. 505. Benè prophetauit Efa. de vobis, & tota illa responsio domini pro discipulis. Efa. 11. c. 42. Non accipiet personā, nam pharisæi tantum gratia valebūt, vt dictū est ex Iosepho, vt vniuersam plebē Iudæorū verteret quo vellent, & c. etiā. 11. Non secundū gloriam iudicauit, & infra, Arguet, pro mansuetis terræ, i. pro apostolis arguet gloriosos. f. 286. Nò est bonū sumere panē filiorū, & mittere canibus. Efa. c. 41. Principiū Siō dabo & Israel vocabo in viā facie. 666. Ingressus domū neminē voluit scire. Efa. ca. 42. Nec audietur vox eius foris. f. 670. 671. Et præcepit illis, ne cui dicerent, ibidem. Omnia illa miracula, & reliqua quæ faciebat Efa. c. 64. Cū feceris mirabilia nò sustinuemus. i. venisti, & nò sustinuemus. i. exterriti sumus, & exanimes cū feceris mirabilia, Hebraice lect. potest verti planius, faciēs mirabilia venisti, nò sperabamus. i. venisti faciens mirabilia, quæ nò sperabamus, maiora. f. omni expectatione

EX CAP. VIII. D. Marci.

Totū hoc cap. de miraculo panū & de pharisæis, petentibus signum, videtur mihi posse illustrari illo. Efa. c. 64. vtinam diruperes celos, & venires præcipue. f. 977. 978. 979. Docuit illos quoniā oportuit filiū hominis pati multa. Efa. c. 53. toto capite. & c. 57. & cap. 59. & cap. 63. alijs locis centies. Nò dum cognoscitis me, adhuc occurratū habetis cor vestrum, lege alios euangelistas. Alij Ioannem Baptistā, alij Eliā, lege apud Mar. c. 6. Tollat crucem suam & sequatur me. Efa. c. 49. sanctificate eum, qui despicit animā suam, & c. f. 764. 478. iuxta Lxx. etiam. Qui vult animam suam saluam facere, perdet eam. f. 624. 68. 678. Efa. c. 53. Si posuerit pro peccato animam suam, semen longæum. 824. Quem enim puduerit me, & verbōrū meorum in generatione ista. Efa. c. 2. humiliatus est vir & non dimittes eis. fa. 62. d. Ne timeas quoniam confusa es. facie. 831. Et filius hominis confundet eū cū venerit in gloria patris. Efa. c. 28. iuxta Lxx, qui crediderit in eum nò confundetur. fa. 485. d. 486. & ca. 45. iuxta Lxx. Confundetur, & erubescet. 665. aduersantes ei. 735. c. d. e.

EX CAP. IX. D. Marci.

De transfiguratione & de Eliā & Mose lege apud Matthæum. c. 17. Efa. c. 64. Cum feceris mirabilia non sustinebimus. f. 977. d. 978. & cap. 52. eleuabitur, exaltabitur, sublimis erit valde. 800. 941. 942. Qualia fullo nō potest super terram. fa. 156. Erant enim timore exterriti pro toto hoc. Efa. 64. Cum feceris mirabilia non sustinebimus. Vermis eorū nō morietur, & ignis nō extinguitur. 121. a. Quod filius Dei passurus, & resurrecturus. Efa. 53. toto cap. & c. 5. Cito veniet gradiens. 793. 794. & cap. 63. Iste formosus in stola sua. 955.

Quoniam

Quoniam filius hominis tradetur in manus hominū, & occident eum. ibidem. Et omnis populus videns Iesum stupefactus est. Efa. 52. sicut obstupuerunt super te multi. f. 809. Nec volebat quenquam scire. Efa. c. 42. Nec audietur vox eius foris.

EX CAP. X. D. Marci.

Vltra Iordanē. Prædictum est cap. 9. illis locis Galilææ potissimum versaturum dominum. Tentantes eum Pharisæi. Efa. c. 32. vt perficiat simulationem, & loquatur ad dominum fraudulenter. 546. Quisquis non receperit regnum dei velut paruulus De puero, & paruulo multa. Efa. c. 15. Puer paruulus in foramen aspidum. f. 289. & cap. 10. puer paruulus scribet eos. 201. a. b. Vade quæcunq; habes vende. Efa. c. 18. Ite angeli veloces ad gentem conuulsa. 351. Hæc pertinet, quod literis prophetis fideles semper appellantur pauperes, & mansueti. Quam difficilē, qui pecunias habent. Lege apud alios euangelistas. Multi autem nouissimi erūt primi apud alios euangelistas.

Habebis thesaurum in celo. 996. b. c. Nemo est, qui reliquerit patrem, aut fratrem propter me, & propter euangelium. Efa. c. 54. Paupercula tepestate conuulsa. 884. & supra. In misericordia sempiternā miseris sum tuus. 833. & quæ de vita beata dicit. Efa. c. 66. à num. 1010. vsq; ad finem. Et stupebant, & sequentes timebant. Efa. 52. Sicut obstupuerunt super te multi. f. 809. & cap. 64. Cū feceris mirabilia non sustinebimus. Et filius hominis tradetur, apud alios euangelistas. Illudent ei, & flagellabunt. f. 76. & c. 50. Dorsum meū dedi in flagella. 778. d. 779. & c. 57. Super quem iustitias. f. 861. b. c. Et tertia die resurget. Efa. c. 26. Mortui non viuunt, gigantes non resurgent. 447. d. 448. 822. a. b. 823. d. 824. 825. b. c. d. & deinceps. & cap. 57. Sepultura eius ablata est de medio. 859. b. c. d. 860. & cap. 63. Iste formosus in stola sua. 855. Baptismo quo ego baptizor baptizari. Lege caput. 10. Matth. in illa verba. Qui non accipit crucem suam. fa. 449. d. Non est meum dare vobis. Efa. c. 40. Merces eius cum eo. 637. & cap. 62. merces eius cum eo. 949. Filius hominis venit vt ministraret. Efa. cap. 49. Seruus principū. f. 764. a. b. & cap. 53. bene seruientem multis. 826. a. b. c. Semper dicitur seruus in scriptura Et daret animam suam. Efa. 49. Sanctificate eum qui despicit animam suam. f. 764. Sedere à dextris, & à sinistris. 827. b. c.

EX CAP. XI. D. Marci.

Osanna filio David. 237. 239. 240. Benedictum quod venit regnum patris nostri. Efa. cap. 9. Super folium David, & super regnum eius. fa. 239. 240. Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus. 854. Et cum appropinquaret Hierosolymis. De pullo ligato, & reliqua historia. Efa. cap. 62. Dicit filia Siō: ecce saluator tuus venit. fac. 949. & 950. & 952. & 952. & 953. & 954.

Quærebant quomodo eum perderet. 891. & c. a. b. 32. Nam senatus malorum iniqua consultat. 547. & c. 29. Væ qui profundi estis corde, vt à domino abscondatis consilium. f. 506. b. Et cum vesperā esset egrediebatur de ciuitate. Efa. ca. 50. f. 778. b. Quæcunq; orantes petitis. f. 493. a. Baptisma Ioannis de celo erat. Efa. 40. ego vox clamantis, si dicerent de celo, diceret Dominus, quare non credidistis, is enim de Christo est testatus, quia filius Dei est, & Deus homo factus prædictus à prophetis, & sic responsum erat Iudæis, in qua potestate illa faceret Dominus. Id videre Iudæi, & volebant negare fuisse de celo, ne deprehensi tenerentur, & non sunt auli.

EX CAP. XII. D. Marci.

Derinea domini lege apud Matth. c. 21. Hic est hæres, venite occidamus eū. Lege apud Matthæum cap. 21. & Efa. cap. 28. iuxta Lxx. Maledictio deuoret tale consilium. 475. Vt caperent eum in verbo. 527. b. Perdet colonos, lege apud Matth. c. 21. Scimus quia verax es. Efa. 546. d. Nec vides in faciem hominū. Intelligebant ergo pharisæi Christum esse, nā signum vnū erat hoc Christi agnoscendi apud Efa. cap. 11. Non secundum gloriam iudicabit, & c. 42. Non accipiet personam. 270. Seiens versutiam. Efa. c. 11. Nec secundum auditum aurium audiet. fa. 286. c. Quid mentatis hypocritæ. 546. d. Accipient prolixius iudicium, & cætera de vltimo iudicio. Efa. 42. Iudicium gentibus proferet. fa. 670.

EX CAP. XIII. D. Marci.

Vides has omnes magnas ædificationes. fac. 395. b. c. & sequenti facie. 532. vsque ad finē capit. & ca. 33. iuxta Lxx. Quis annuntiabit vobis quia ignis ardet? f. 563. 576. & cap. 34. Sed lege Athanasium in periocha eius. Tradent vos in concilijs, & cætera huius notæ. Efa. c. 54. Nolite timere quia non confundetis, neque erubescetis. f. 831. b. c. d. Nolite cogitare quid loquamini. Efa. cap. 43. Cū traferis per aquas tecum ero. fac. 691. c. d. & deinceps. Tradet autem frater fratrem in mortem. Efa. cap. 19. et concurrere faciā Aegyptios aduersus Aegyptios. facie. 360. eritis odio omnibus hominibus, & quæ sequuntur. Efa. c. 51. Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. 788. d. & deinceps. Cælum, & terra transibunt. & c. f. 788. c. Sol contenebrabitur, & luna non dabit lumen suum. Efa. cap. 13. & tenebrabitur sol in oriente, & luna non dabit lumen suum. 308. d. 309. Et stellæ cæli erunt decidentes. Efa. c. 13. Quoniā stellas cæli, & splendor earum non expandet lumē suū. facie. 308. d.

EX CAP. XIII. D. Marci.

De passione domini pete ex locis adnotatis. cap. 26. 27. Matthæi. Quærebant summi sacerdotes quomodo eum tenerent. f. 547. 891.

De Iuda Iscariote, lege apud Matth. 26.

Hic est sanguis meus noui testamenti. f. 953. a. b. c.
Getsemani. Esa. cap. 28. In vertice collis pinguis. Hebraice est Getsemani, vt docet D. Hieron. & quod dicitur villa & prædium. 470. 471. c. d.
Adduxerunt Iesum ad summum pontificem. Esa. ca. 3. fa. 84. tota facie. & cap. 8. fa. 191.
Prophetiza nobis Christe, quis te percussit. fa. 64. b. vbi prædicta erat vastitas Iudæe inuecta à Romanis post crucem domini, & his verbis subiicitur causa quod deus videt omnia, & punit.

E X C A P. X V. Marci.

Christus tacet & nihil respondet. Esa. cap. 53. Quasi agnus coram tó dente se obmutescet. f. 819. c. d. & deinceps. & cap. 57. quia ego tacens & quasi non vident. f. 865. b. c. d.
De scribis pharisæis & principibus sacerdotum. Esa. cap. 63. Circúmspexi & non erat auxiliator. Nam Cyrillus in legis doctores dicta hæc putat, qui cum viderent completas prophetias, & Christum dominum esse, tacebant, & tantum aberat, vt admonerent populum sui furoris, vt cum incitarent potius. f. 968. b.
Videntes Iesum duxerunt eum. Esa. cap. 3. Dicitur in isto, quoniam behem, vel iuxta Lxx. Ligemus iustum. fa. 84. tota facie.

De Barraba. Esa. ca. 3. Et corruet populus, homo ad hominem. i. peribunt seditionibus, quod enim Christo Barrabam hominem seditionis prætulere, periere seditionibus. fa. 75. 76.

In passione domini, Christus indicta causa traditur Romanis, lege apud Matth. cap. 26. 27. & per iniuriam traditus. Esa. cap. 53. propter scelus populi mei percussit eum. f. 822. c. d.

Crucifige eum, lege apud Matth. c. 27.
Postquam illuserunt ei. Esa. c. 3. iuxta Lxx. Illusores dominabuntur eis, quod enim illudere domino, retaliata illis iniuria est. f. 75. 76. intra modum tamé Esa. cap. 27. Nunquid iuxta plagam percutientis se percussit eum? f. 462. d. 463. a. b.

Vestium diuisio. Esa. c. 9. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. f. 221. c. d. 222. a. b. c.
Et cum iniquis reputatus est. Esa. cap. 43. & cum sceleratis reputatus est. f. 826. c.

Descendat nunc de cruce. Esa. c. 57. Super quem iussus filij auguratricis. 861. b. c.

Tenebræ factæ sunt. Esa. cap. 50. Induam celos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. facie. 775. c. d.

Spongia aceto plena, lege apud Matth. c. 27.
Vere hic homo filius dei erat. Esa. c. 57. Videte quomodo iustus perijt, iuxta Lxx. f. 859. tota facie.
Hæc & reliqua huius capituli, lege concordia aliorum euangelistarum cum Esaia de passione domini, præcipue Matthæi, & Esaie.

E X C A P. X V I. D. Marci.

De resurrectione, lege in consensu aliorum euangelistarum, & Esaie.
De vesperæ sabbati, & mulieribus. Esa. c. 27. Mulieres venientes ab spectaculo, seu visione, venite & illuminat ipsos. fa. 465. d. 466. tota facie.
De resurrectione dñi. Esa. c. 66. iuxta Lxx. Dicitur quod nomen dñi glorificetur, & appareat in læticia vestra

iporum & illi confundentur. f. 1005. d. 1006. tota facie.
Præcedet vos in Galilæam. Esa. c. 9. Galilæa gentium. fa. 217. a. b.

Apparuit illis Iesus, & increpauit incredulitatem eorum, & similia in alijs euangelistis, de domino, postquam resurrexit. Esa. c. 43. Et videntes clamabunt foris. fa. 559. a. b. c. 955. & cap. 63. Iste formosus in stola sua gradiens. f. 955. tota facie.

Prædicat euangelium omni creaturæ. Esa. c. 2. Fluunt ad eum omnes gentes, lege apud Matth. c. 28. Esa. cap. 66. Mittam ex eis saluos in gentes Tharsis, & Phud, & Lud, & Mofoch, & Thobel, & in Græciam. 1017. c. d. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, & remittuntur tibi peccata. Esa. c. 32. Princeps ea quæ digna sunt principi, cogitabit. f. 548. b. & cap. 53. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuitæ. 824. d. 825. c. & Esa. c. 49. Tempore placito exaudiui te. fa. 765. c. d.
Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. Esa. cap. 8. Pueri quos didisti mihi, in signa & prodigia. 202. 990. d. 1017. a. b. & c. 66. Pona in eis signa. 1017. Præcedet vos in Galilæam. Esa. cap. 9. Galilæa gentium. 219. a. b.

E X C A P. I. D. Lucae.

Zacharias. fa. 186. a. b.
Elisabeth sterilis. fa. 277. c. d.
Erit enim magnus coram domino. Esa. c. 40. Ascende in montem qui euangelizas Sion. f. 635. 636.
Ipse præcedat ante illum. f. 636. 950.
Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Esa. c. 35. Latere desertum. f. 584. 585.

Spiritus sancto replebitur, adhuc ex utero matris sue. fa. 636. 950.

Missus est angelus Gabriel. fa. 171. a. b.
Aue Maria, Dominus tecum. f. 101. b.
Ecce concipies in utero. Esa. c. 7. Ecce virgo concipiet. fa. 169. d. 170. 164. c. d. 165. 166. & Esa. cap. 53. Tanquæ radix de terra inuiua, & sitientis. 812.

Vocabis nomen eius Iesum. Esa. cap. 7. Vocabis nomen eius Emmanuel. f. 173. 174. 175. 176. 758. b. & cap. 12. Ecce Deus meus saluator meus. Hebraice est: ecce Deus meus Iesus meus. & cap. 62. Dicitur filia Sio: ecce saluator tuus venit. Hebraice, ecce Iesus tuus venit, & alijs mille locis. f. 949. & deinceps.

De Christi natiuitate, & nouo testamento. Esa. cap. 8. Sume tibi librum nouum. f. 184. 187. c. d. hic erit magnus. Esa. ca. 33. iuxta Lxx. Deus meus magnus, quo alludere videtur Angelus, quasi dicat, hic est ille qui in scriptura dicitur Deus magnus. fa. 570. a. b. Nam præterquam quod à B. Paulo dicitur, magnus Deus, sic appellatus est ab initijs ecclesiæ, vt videbis nominari apud Iustinianum in Nouellis, cõstitutione. 12. 61.

Quomodo fiet istud? 172. 223. d. vbi Procop. sensit caput. 8. Esaie. Fuisse vaticinium sacratæ virginis, quæ situra modum, quo erat virgo conceptura, & respõsionis angeli Gabrielis. f. 186. 187.

Spiritus sanctus superueniet in te. Esa. c. 8. Accessi ad prophetissam. f. 187. c. d. 188.

Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Esa. c. 12. ecce Deus saluator meus. f. 299. a. b. & ca. 25. iuxta Lxx. Iste Deus noster in quo sperabamus, & exultabamus super salute nostra. 435. a. b.

Lumen

Dumtaxat, & relationem gentium. Esa. c. 45. vt subijciam ante faciem eius gentes. 723. & 766. & 910. & cap. 46. in nomine eius gentes sperabunt. fa. 679. & infra iuxta Lxx. dedi te in testamentum generis mei in lucem gentium. fa. 677. d. & 678. & cap. 49. dedi te in testamentum gentium. 766. & ibidem: Posui te in lucem gentium. f. 763. c.

Deposuit potentes de sede. 435. a. b.
Efluentes impleuit bonis. Esa. cap. 25. Propter hoc benedicet te populus mendicus. f. 428. c. d. & 429. a. b. & cap. 40. iuxta Lxx. Qui dat esurientibus fortitudinem. f. 848.

Memorari testamenti sui sancti. Esa. c. 55. vt ponat vobis testamentum æternum. 843. & 844. & 845. vbi ostenditur, quod Hebraice dicitur Berith, possetur di pactum, & sedus vt verbum dicitur: & testamentum, vt verbum Lxx. & cap. 40. dedi te in testamentum generis mei, in lucem gentium. f. 766. & supra: posui te in testamentum generis mei, in lucem gentium. 763. c. d.

Fecit potentiam in brachio suo. Esa. cap. 40. Brachium eius dominabitur. fa. 637. a. & cap. 26. Domine excelsum brachium tuum. fa. 444. & cap. 51. & in brachium meum sperabunt. f. 789. & infra: Induere fortitudinem brachium domini. f. 789. & cap. 53. & brachium domini cui reuelatum est. 97. & cap. 48.

Benedictus dominus deus Israel. Esa. cap. 25. domine Deus meus exaltabor. f. 423. & 428. & cap. 48. Erexit cornu salutis. Esa. cap. 33. de vinea plantata in cornu filio olei. 103.

Præibis ante faciem domini. Esa. cap. 40. vox clamantis in deserto. fa. 630. & 636. & 950.

Quod natuscitur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Esa. c. 49. ex utero domini vocabitur nomen. f. 571. a. & 758. b. & 759. a. b. c.

Dabit dominus illis sedem Dauid patris eius. Esa. c. 9. super solium Dauid, & super regnum eius, quod dicitur futurum æternum, vt in euangelio, & supra: Magnus principatus illius, & pacis eius non erit finis. f. 234. d. & 235. & 237. & 240. & 276.

E X C A P. I I. D. Lucae.

Et reclinauit eum in præsepio. Esa. cap. 1. Cognouit bos possessorem suum. f. 13. b. c. d.

De Christi natiuitate. Matthæi. cap. 2.
Ascendit Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth. Esa. cap. 9. Terra zabalon, & Nephthalin. 313. & 314. 315. & 316. & 317.

Natus est nobis hodie saluator. Esa. ca. 11. Ecce Deus saluator meus. f. 299. & 300. & 301. & cap. 45. verè tu es Deus ascõditus, Deus Israel saluator. fa. 735. b. c. d. & cap. 62. ecce saluator tuus venit facie. 949. & deinceps.

Et vocatum est nomen eius Iesus. Esa. cap. 7. vocabis nomen eius Emmanuel, vbi quæstio nobis cum Iudæis est, & de quæstione, & de nomine Iesu. facie. 173. & 174. & 175. & 176. & cap. 12. Ecce Deus saluator meus, Hebraice est: Ecce Deus Iesus meus. fa. 299. & 300. & 301. & cap. 46. & germinet saluator. Hebraice est, Germinet Iesum, & infra: Deus Israel saluator, Hebraice, Deus Israel Iesus. & cap. 62. Ecce saluator tuus venit, Hebraice est: Ecce Iesus tuus venit.

Et quod esset de domo, & familia Dauid. Esa. cap. 11.

Nascetur virga de radice Iesse. f. 280. Iesus autem proficiebat: etate & sapientia. Esa. ca. 7. Butyrum, & mel comedet. facie. 177. & 178. & 189. Et in signum cui contradicitur Esa. cap. 49. ego dixi, in vanum laboraui, & infra: & Israel non congregabitur. fa. 760. videtur nasci quæstio ex illo ca. 22. & non erit contradicens. f. 403.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Esa. cap. 12. ecce Deus meus saluator meus. f. 199. & 300. & 301. & cap. 40. & reuelabitur gloria domini. f. 632. c. d. & cap. 32. videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. f. 807. d.

Hic positus est in ruinam. Esa. ca. 8. In lapidem offensionis. f. 200. a. sed altius repetetur. Hoc vobis signum, inuenietis infantem positum in præsepio, signum Christi agnoscendū erat, quod in medio duorum animalium erat agnus sedus, & positus in præsepio iuxta illud Esa. cap. 11. Cognouit illos possessores suum. fa. 13. alioqui, quod signum erat, quod inueniendus puer infans esset positus in præsepio, præsertim cum in scriptura signum pro re naturali nunquam poni solet.

E X C A P. I I I. D. Lucae.

De Ioanne Baptistâ. Matth. 3.
Videbit omnis caro salutare Dei. Esa. cap. 40. f. 632. c. d. & 633. tota facie.

Genimina viperarum. f. 891. c. d.
Iam securis ad radicem arboris posita est. f. 635. b. Cuius ventilabrum in manu sua. Matth. c. 3. Congregabit triticum in horreo. Matth. 3. Paleas comburet igni. f. 267. a. Matth. 3. De area, & ventilabro. Matth. 3.

Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi demonia. Esa. cap. 8. Pueri quos dedit mihi dominus in signum, & in portentum. f. 202. c. d.

Quomodo potest Sathanas Sathanam eijcere? Puto dictum de ruina Idolorum, quod signum erat Christi agnoscendi, quomodo ergo Sathanas eijciat Sathanam. Esa. c. 2. Idola penitus cõterentur. 67. c. d. vsq; ad fa. ca. & cap. 19. & commouebuntur simulachra Aegypti. f. 359. b. c. d. & cap. 17. Non inclinabitur ad altaria. f. 345. a.

De descensione spiritus sancti in Christum, & manifestatione. Lege apud Matth. cap. 3. Hic est filius meus dilectus. ibi.

De tentatione domini lege apud Matthæum. cap. 4. Prædicabat in Synagogis Galilææ. Dicitur est de hoc in. 4. caput Matthæi.

Spiritus domini super me. Esa. cap. 61. f. 927. & 928. & 929. & deinceps.

Quia hodie impleta est prophetia in auribus vestris. Esa. cap. 43. iuxta Lxx. estote mihi testes dicit Dominus, & ego testis, & seruus meus. f. 694. Pater. n. de filio. testatus est, quoniam hic est filius, & c. & Christus de seipso vt hoc loco, nam si omnes prophetiæ ad vnum Christum pertinet, si vnam dictam de se testatur. Syllogismo topico ex hypothesi reliquas de se esse testatur.

Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Esa. cap. 3. sicut qui absconditur. f. 543. & cap. 42. Calammum quassatum non confringet. 671. c. d. Stupebât in doctrina eius. Esa. c. 32. Sicut obstupuerit super te multi. 709. a. b.

Quia in potestate erat sermo ipfius. *Esai. cap. 40.* Dominus cum virtute veniet, & brachium eius cum dominatione. f. 637.
Quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritibus. *Esai. cap. 40.* dominus cum virtute, &c.

EXCAP. V. D. *Luce.*

Ipsa autē stabat secus stagnū Genesaret, hoc erat in Galilæa, & prædictū erat Dominū potissimū ver faturum in Galilæa. f. 217.
Exiā me quia homo peccator suum: stupor. n. circum dederat eum. f. 136. c. & c. 64. cum feceris mirabilia non sublinebimus venisti. fa. 977. d. & deinceps: Volo mundare. *Esai. cap. 40.* dominus cum potestate venit. fa. 636. & deinceps.
De apostolorū vocatione. f. 213. & 214. & 218. & 219. Ipse præcepit illi vt nemini diceret. *Esai. cap. 32.* erat vir occultans sermones. f. 543.
Portantes in lecto hominē qui erat paralyticus. *Esai. cap. 35.* confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. f. 589. & deinceps.
Remittuntur tibi peccata tua. fa. 548. b. & c. 931. a. & de remissione peccatorum lege apud Matthæum. caput. 9.
Et ceperunt cogitare scribæ, & Pharisei. *Esai. cap. 37.* fatuus fatua loquitur, & con eius vana cogitabit. fa. 546. c. d.
Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis? facie. 987. b.
Et stupor apprehendit omnes *Esai. cap. 64.* cum feceris mirabilia non sublinebimus. f. 977. d.
De Phariseis, &c. *Esai. ca. 1.* vā fortes Israēl. Lege quæ adnotata sunt in. 4. caput. D. Ioannis.

EXCAP. VI. D. *Luce.*

DE Christi miraculis lege apud Lucam cap. 5. & 6. fa. 388.
De Sabbato. f. 887. & 888.
Respondet Dominus pro discipulis. *Esai. cap. 11.* & arguet in æquitare pro mansuetis. terra. f. 287. a.
Elegit duodecim quos apostolos nominavit *Esai. ca. 32.* Princeps ea quæ sunt digna principe constituet. f. 548. & ca. 34. a. numero. 580. vique ad finem capit. 584. tota facie. & cap. 3. f. 49.
Beati pauperes, vestrum est regnum celorū. Beati qui nunc esuritis, &c. f. 933. a. & 990. c. d.
Beati qui lugent *Esai. cap. 61.* f. 933. a. b.
Beati eritis cum vos oderint omnes homines. f. 788. d. & 933. a.
Væ vobis qui ridetis nunc, & vā vobis Pharisei, & similia *Esai. cap. 11.* Percutiet terrā virga oris sui. erat n. signum agnoscendi Christi. facie. 116. & 287. a. b. & 933. a. b. c.
Non accipiet personam *Esa. cap. 42.* f. 671. a.
Væ vobis cum benedixerint vobis homines *Esai. 3.* fa. 83. c.
Eritis filij altissimi. Lege quæ adnotata sunt in illa verba Matthæi capitis. 5. Ipsi filij Dei vocabuntur. Estote misericordes sicut pater vester cælestis. f. 39. a.
Nunquid cæcus potest cœcum ducere? lege apud Matth. cap. 15.

EXCAP. VII. D. *Luce.*

Inter natos mulierum nemo est maior Ioanne Baptista. *Esai. cap. 40.*

Exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Hierusalem. 636. & 950.
Nam, & ego sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, &c. *Esai. cap. 9.*
Vogabitur Deus fortis, vel vt verti potest, pater æternitatis & cap. 44. & redemptor eius Dominus exercituum. f. 713. & 245. a. & ca. 51. Dominus exercituum nomen meum Hebraicè est, nomē eius, & de sacra triade reuelatio & de Christo facie. 793. & fa. 95. & 645. c. d.

Adolecens tibi dico surge, est illud *Esai. cap. 40.* Dominus cum dominatione. i. virtute veniet.
Acceptit omnes timorē. Est illud *Esai. cap. 64.* sapē repetitum. cum feceris mirabilia non sublinebimus.
Cæci vident, claudi ambulant *Esai. 35.* tunc aperientur oculi cæcorum. f. 589. c. d. & 590.
Vtique dico vobis plusquam propheta *Esai. cap. 40.* Super montem excelsum ascende. tu qui euangelizas. f. 635. b. c. d. & 630. b. c. d.

Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuā. f. 950.

EXCAP. VIII. D. *Luce.*

DE seminante fementium. fa. 824. c. d. & 825. c. & 849. d.
euangelizans regnum. Dei *Esai. cap. 52.* Qui loquebar ecce adsum sicut hora super montes, iuxta Lxx, quā pulchri super montes pedes annunciantis. i. v. Hebraicè est, & Græcè, euangelizantis. fa. 803. & 804.

Et de duodecim apostolis *Esa. c. 34.* numero venerūt. f. 582. a. b.

Maria quæ vocatur Magdalena, & Ioanna, & Susanna. *Esai. cap. 32.* mulieres opulentæ, & audite vocem meam. f. 548. c.

Qui habet aures audiendi audiat. *Esai. cap. 6.* Audite audiendo. f. 139. c. d. & deinceps toto commentario & cap. 42. Qui apertas habes aures, nonne audies? f. 687. b.

De tempestate, & imperio Domini lege apud alios euangelistas.

Imperat demonibus *Esai. cap. 40.* Dominus cum virtute veniet, & brachium eius cum dominatione, & cap. 27. de Leuiathan fugiente.

Interrogabat quæ esset hæc parabola. f. 544. a.
Nauigauerunt contra Galilæam, & similia de quibus. distum est in. 4. cap. Matthæi.

Et omnis multitudo Gerasenorum rogauerunt eū vt discederet ab eis, quia magno timore tenebantur. f. 136. & *Esai. cap. 64.* cum feceris mirabilia non sublinebimus, venisti, id est, cum venisti non sublinebimus timore concussi cum feceris mirabilia. Quid mihi, & tibi est Iesu fili Dauid? f. 546. d.

De puella mortua lege apud alios.

EXCAP. LX. D. *Luce.*

Dedit eis potestatem eiiciendi demonia, lege apud Matth. cap. 10.

Nihil tuleritis in via nec virgam, nec peram, nec palem. *Esai. cap. 18.*

Ite angeli leues ad gentem conuulsam, & dilaceratam. fa. 351. Si legeris attentè totum caput, fortasse videbitur obscurum admodum, sed admirabile.

Abneget semetipsum. f. 478.

Alij

Alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, &c. Tu es Christus filius Dei viui. *Esai. cap. 45.* Tu es Deus, & nesciebamus. f. 733. d.

At ille increpans illos præcepit ne cui dicerent hoc. *Esa. cap. 32.* iuxta Lxx Erat homo occultans sermones. f. 543. d.

In transfiguratione Moses, & Helias. f. 186. b.

Quod Christus passurus, & resurrecturus. lege cap. 9. Marci.

Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet illam. *Esai. c. 53.* Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum. f. 824.

Vis dicamus vt ignis descendat de celo, & consummat illos. *Esai. c. 42.* Calamum quassatum, non conteret. & linum fumigans. f. 671. c. d.

Hic est filius meus dilectus. fa. 668. & deinceps.

Seipsum perdat, & detrimentum sui faciat. *Esai. cap. 54.* ego autem creauit te, non in perditionem interficere, omne vas factum contra te non prosperabitur. f. 839. & cap. 66. Ecce dominus in igne veniet. f. 1013. vique ad finem capit.

Dimitte mortuos sepelire suos mortuos. facie. 391. c. Nam qui me eruberit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. *Esai. cap. 45.* confundentur, & erubescunt omnes aduersantes ei, & ambulabunt in confusione. f. 735. c. d. & cap. 28. iuxta Lxx. Qui crediderit in eum non confundetur. fa. 485. & 486.

Stupebant autem omnes in magnitudine dei, &c. ca. 52. sicut obstupuerunt super te multi. f. 809.

Vt tradatur filius hominis in manus hominum, lege apud alios.

Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Lege Matth. 10. Huc spectat illud. *Esai. capitis. 11.* habitabit lupo cum agno, Laniati enim agni à lupis circrauerunt lupos. f. 287. d. & 288. & cap. 65. lupo, & agnus pascentur simul. f. 997. d.

Nolite portare sacculum, nec peram. lege apud alios euangelistas.

In die illa Sodomis remissus erit. *Esai. cap. 42.* Iudicium gentibus profertur. Lege apud Matthæum cap. 11.

Væ tibi Corozain, vā tibi, &c. spectare hæc mihi videtur ad vaticinia multa *Esai. quibus prædictum est Christum reprobandum à Iudæis, recipiendum à gentibus, quibus nec missi sunt prophetae, nec prædicauit Dominus multo magis id factum esset si illis Dominus prædicasset, sed oportebat Christum pati.*

Qui vos audit, me audit, qui vos spernit. *Esai. cap. 33.* reprobas, vos non reprobabit. f. 554. d.

Videbam Sathanam. *Esai. cap. 14.* Quomodo cecidisti Lucifer. fa. 221. & 222. & cap. 27. super Leuiathā serpentem. f. 425. c. d. & 426.

Ecce dedi vobis potestatem calcandi super scorpiones ibidem. & cap. 11.

Delectabitur infans super foramen aspidum. a. f. 298. & c. 65. & serpenti puluis panis erit, nō nocebunt, nec occident in monte sancto meo. f. 998.

Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cælis. *Esai. cap. 4.* qui scriptus est in vitam in Hierusalē. f. 907. d. & 908. a. b. & 1007. d.

Confitebor tibi pater quia abscondisti ea à sapientibus, & reuelasti paruulis. *Esai. cap. 29.* Perdam sapiētiam sapientum, & supra, vt commutem populum istum, & commutabo eos. f. 505. & infra, Nonne ad huc, & in modico. f. 508. & rursum, Audient in illa die furdi. f. 509. d. & cap. 43. iuxta Lxx. Qui ostendit Israel regem vestrum. facie. 698. d. & 699. & 202. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

Tentans eum. *Esa. cap. 32.* vt perficiat simulationem. Multi prophetae, & reges voluerunt videre quæ vos videtis. f. 818. d.

Et nemo scit qui sit filius nisi pater. *Esai. cap. 9.* iuxta Lxx Magni consilij angelus. fa. 228. & 229. & 230. & 231. & 232.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. pete ex cap. 13. Matthæi.

stinet illum. Esai. cap. 54. hæc est hæreditas seruorū Domini. fa. 840. d. & 841. a. & cap. 58. sustollam te super altitudinem terræ. f. 889. & cap. 60. Non erit amplius sol tibi ad lucendum per diem. f. 924. vsq; ad finem capitis. & cap. 66. Ego declino super eum quasi fluuium pacis. fa. 1010. vsque ad finem capitū.

Seruus fidelis, & prudens quem constituit Dominus f. 922. b.

Diuidet eum, & partem cum infidelibus ponet. Esai. cap. 26. vbi cum descripta esset Beatorum resurrectionis, ex altera parte subiicitur, Terra impiorum cadet. f. 453. c. & illa diuisio expressa est. cap. 66. Cognoscetur manus domini seruis eius & indignabitur inimicis suis. f. 1012. b. c. & 1013. & infra; & egredientur, & videbunt cadauera virorū. f. 1012. c. d. & 1013. vbi diuisos esse docet malos, & beatos egredi vt videant malorum pœnas, quod quomodo intelligas loco citato explicatum est.

Baptismus autem habeo baptizari. f. 432. b. & 957. b. c. sed repete à principio capitis.

Ignem veni mittere in terram, quid volo. nisi vt accē datur. f. 137. & 138.

Non veni pacem mittere, sed separationem. fa. 759. c. d. & quare, alibi.

Hoc autem tempus quomodo non probatis quo cōpleta. f. sunt signa aduentus Christi. De quibus. Esai. cap. 7. f. 179. & 180. & cap. 17. & alia plurima quæ his commentarijs sunt adnotata, significat hoc Esai. c. 57. & mei non est recordata, & c. f. 865. a. b. c. d.

EX CAP. XIII. D. Luca.

Quam alligauit Sathanas. f. 118. lege attente. Hypocritæ. Esai. cap. 11. Non secundū gloriam iudicabit, iuxta Lxx. f. 286. b. c. & cap. 42. Non clamabit, neque accipiet personam. f. 670.

Erubescerent omnes aduersarij eius. Esai. ca. 45. iuxta Lxx confundentur, & erubescerent omnes aduersantes ei. f. 735. c. d.

Dicite vulpi illi. f. 288.

Cum videretis Abraham, & c. Lege apud alios euangelistas hæc, & sequentia.

Ecce eicio dæmonia. Esai. cap. 53. oblatum est quia voluit, & cap. 9. & vocabitur Deus fortis, pater futuri seculi, aduerte Hebraicè est pater æternitatis, & quoties describitur Deus puer hic.

Relinquetur domus vestra deserta lege apud Matthæum cap. 23.

Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas. Esai. c. 42. Quis cæcus nisi puer meus? quis surdus nisi seruus ad quem nuncios misi? f. 684. d. & 685. & 686.

Benedictus qui venit in nomine domini Rex Israel. Esai. c. 9. super folium Dauid. f. 139. & 140.

EX CAP. XIII. D. Luca.

Quise exaltat humiliabitur. f. 630. c. In resurrectione, & c. f. 1012. c.

Homo quidam fecit cenā magnam. f. 857. d. & 990. b. Sed scito à principio capitis superioris vocari conuiuas ad conuiuium, ab illis verbis, Omnes sitiētes venite ad aquas.

Exi cito in plateas, & vicus. f. 46. a. b. & 449. repete altius.

Qui non baiulat crucem suam. f. 478. a.

EX CAP. XV. D. Luca.

Inueni ouem, quæ perierat. Esai. cap. 65. Inuenerūt, qui non quærebant me. f. 984. a. & cap. 40. Ecce gentes quasi stilla stitula. f. 640. d. & 641. a. & 643. a. Dominus enim humanum genus ad comparationem angelorum multitudinis vni oui comparat, Esaias stilla stitula.

Nolite murmurare. f. 703. Esai. cap. 53. Non modo vocaui te Iacob. f. 703. c. d.

De drachma vna inuenta. Esai. ca. 65. Inuentus sum à non quærentibus. f. 984.

De vitulo faginato. Esai. cap. 55. Emitte sine argento vinum, & adipem. f. 842.

De filio maiori qui nolebat intrare. Esai. cap. 26. Zelus apprehendit populum ineruditum. f. 444. d. lege interpretationem. f. 445. b. c.

EX CAP. XVI. D. Luca.

Filij huius seculi prudentiores filijs lucis. 255. d. Esai. cap. 10. iuxta Lxx inducet super sensum magnum. l. super mentem magnam. f. 255. c. d.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Esai. cap. 28. coangustatum est stratum, ita vt alter decidat. fa. 487. d.

Lex, & Propheta vsque ad Ioannē. Lege apud Matthæum. cap. 11. & f. 941. b. c. & cap. 62. Propter Sion non tacebo. f. 941. b. c.

Mendicus Lazarus. Esai. cap. 1. væ qui confurgitis manē ad ebrietatem. f. 113. d. & ca. 66. & egredietur, & videbūt cadauera eorum qui præuaticati sunt in me. f. 1020. b. c. d. sed repete altius.

EX CAP. XVII. D. Luca.

Et si septies in die cōuersus fuerit ad te, dimitte illi. Esai. cap. 32. Princeps ea quæ sunt digna Principe cogitabit. f. 548. a. b. & significatur his verbis admiranda domini mansuetudo quod signum erat agnoscendi Christi, de qua Esai. cap. 42. calamum quassatum non conteret. fa. 671. c. d. & 671. c. d. & 672. a. & cap. 55. Quoniam multus est adgnosendum. 848. d. & 849. a. b.

Sicut in diebus Noe Esai. ca. 54. sicut in diebus Noe istud mihi est. f. 834. toto illo commentario, vnde intelliges historiam Noe typum fuisse ecclesiæ, & typum consummationis mudi, & cap. 21. edebant & bibebant. fa. 384. a. b.

Consimiliter in diebus Lot Esai. cap. 1. Audite verba domini Principes sodomorum. fa. 24. d. & 25. Nota tamē dominum historie Lot typum explanare etiā cum dicit qua die exijt Lot à sodomis vt Iudæam in flammandam significet qua die à Synagoga lot. 1. Deus absconditus Christus. se exiepit, & ad ecclesiā transierit, & cap. 3. Peccatum suum quasi sodomia prædicauerant. 79. c. d. & 117. b. c.

Sicut fulgur Esai. cap. 66. quia ecce Dominus in igno veniet. f. 1013. a. b.

Quicumque quæserit animam suam saluam facere, perdet eam. Esai. cap. 2. Opus manuum eorum adrauerunt non dimittam eos. f. 61. d. & 62. a. b.

Quicumque perdidit illam viuificabit eam. Esai. c. 53. Si posuerit pro peccato animam suā, videbit semen longeuum. f. 824. b. c. d.

EX CAP. XVIII. D. Luca.

Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus. Esai.

Esai. cap. 55. sitiētes venite ad aquas emite, comedite. f. 841. & 842.

Qui se exaltat humiliabitur Esai. cap. 40. Omnis valis implebitur, & omnis collis humiliabit. f. 631. c. d.

Quā difficile qui pecunias habent. Esaias causam exclusionis Iudæorum, & occæcationis, pecunias ponit cap. 2. Repleta est terra eius argento, & auro, et sequentia. f. 68. 59.

Illudetur, & flagellabitur. Esai. cap. 3. Illufores dominabuntur eis. f. 78. a.

Habebis thesaurum in cælis. Esai. cap. 33. iuxta Lxx in thesauris salus nostra. f. 558. tota facie.

Oportet semper orare. Esai. ca. 58. tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis, & dicet. Adsum. f. 88. c. d. sed dominus docet orandum esse. Esai. prædicat Dominum id facturum, & præscribit modum quo sit orandum.

De Parabola pharisæi, & publicani iuxta Lxx. tu dic prior iniquitates tuas vt iustificeris. fac. 706. d. & 707. toto commentario.

De pueris. Esai. cap. 11. Delectabitur infans ab vberē, & c. f. 289. c. d. & 290. & cap. 10. Puer scribat eos. f. 261. a. b.

EX CAP. XIX. D. Luca.

Nolumus hunc regnare super nos. Esai. cap. 8. Pro eo quod abiectus populus iste aquas siloē. facie 192. Sed repete à principio commentarij, & cap. 13. iuxta Lxx, turbabuntur legati. f. 308. a. & ca. 53. Dabit impios pro sepultura. f. 823.

Et eris potestatis habens super decē ciuitates. f. 245. a. Adducite huc illos qui me regnare nolunt super se. Esai. cap. 53. Dabit impios pro sepultura. f. 825. a.

De Monte Oliueti. f. 470. b. & 471. c. Quo loco, illū Esaias appellat motem vallis pinguisimæ. Hebraicè est, Gersemani. Lege etiam quæ scripta sunt in illud. Esai. cap. 22. Onus vallis visionis. f. 389. d. & 390. a.

Benedictus qui venit in nomine domini. Esai. cap. 9. super folium Dauid, & super regnum eius. fa. 239. & 240.

Inuenietis pullum asinæ alligatum, & de domino qui sedens pullo illo ingressus est Hierosolyma. Esai. cap. 62. Dicite filiæ Sion ecce saluator tuus. f. 449. & 450. & 451. & 452.

Quia si cognouisses, & tu qui veniet dies in te, & circundabunt te. f. 244. d. & 245. a. Esai. cap. 28. Iaciam contrate aggerem. f. 497. & 498. Sed lege quæ scripta sunt in illa verba, væ Ariel, Ariel, & in illa, & circundabo quasi spheram.

Non relinquentur lapis super lapidem. Lege apud Marcum cap. 13.

Reliqua huius capitis quære apud alios euangelistas.

EX CAP. XX. D. Luca.

De vinea domini lege apud Matthæum cap. 21. vbi est illud. Malos male perdet.

Et filij sunt Dei. Esaias rationem videtur reddere. cap. 26. iuxta Lxx quia ros lucis qui à te est, sanitas est ipsis. f. 453. b. c. Si enim ros lucis qui à Deo est, ipsos viuificat mortuos & suscitabit, filij Dei sunt.

Quid me tentatis hypocritæ? Esai. cap. 32. vt perficiat simulationem, & loquatur ad dominum fraudulenter. f. 546. d.

Attendite ab scribis qui volūt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro. Esai. cap. 42. Non accipiet personam. f. 670. d.

Docente illo populum, & euangelizante, & c. & postea subiungitur, principes sacerdotum interrogat se in qua potestate hæc faceret. Esai. cap. 50. dominus dedit mihi linguam eruditam, & c. Hebraicè est lingua doctorum, aut eruditionis. f. 776. b. c. & cap. 22. Quam pulchri pedes euangelizantis. f. 83. & 84. & cap. 42. Noua quoque ego annuncio, Græcè, & Hebraicè, euangelizo. 679. c. d. & 680.

Baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus? nā Esai. cap. 40. Prædixerat futurum præcursorē domini, & inde patebat respōsio quia si ille erat is de quo dictū erat, ecce ego mitto angelū meū cōstabat quis ipse esset, & quare baptizabat, & eodē. ca. ego vox clamātis in deserto. f. 630. tota illi f. & 650. lege attēte omnia, & intelliges quid sibi velit, Quare non credidistis? dixerat enim Ioānes. Parate viā domini, & ecce De⁹ vester. cur ergo nō credidistis Iesum esse dominum, & esse Deum, & alia quæ ibi dicuntur.

EX CAP. XXI. D. Luca.

A rescentibus hominibus præ timore. Esai. ca. 13. Omne cor hominis tabescet. f. 307. c. d.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius discedant, & c. Esai. cap. 27. In mensura, contra mensuram, cum abiecta fuerit iudicabo eā, cum enim prædicat dominus vastandam Iudæam post crucem domini, citra condignum punit, monet enim vt fugiant cum hæc, & illa signa viderint. f. 442. d. & 463. a. b.

Attendite ne forte grauentur corpora vestra in crapula. Esai. ca. 5. væ qui cōfurgitis manē ad ebrietatē. f. 113. & 114. & infra, væ qui sitiētes estis ad bibendum. f. 121. & c. 28. Omnes mensæ repletæ sunt vomitu, & cap. 28. Nunc nolite illudere ne fortē constringatur vincula vestra. f. 490. d.

Cū videritis circundari ab exercitū Esai. ca. 29. & circundabo sicut Dauid super te, & infra, Iaciam contra te aggerē. f. 497. d. & 498. & cap. 27. iuxta Lxx capietur nocte, die autem cadet. f. 459. d.

Quia dies vltionis hi sunt. Esai. cap. 59. Indutus es vestimentis vltionis. f. 961. & cap. 63. Dies enim vltionis in corde meo. f. 959. d. & 960. & ca. 32. Post dies & annos, & vos conturbabimini. f. 549.

Trademini autem à parentibus propter nomen meū Esai. cap. 19. & vir pugnabit contra fratrem suum, & vir contra amicum suum quod signum erat agnoscendi Christi, nam Aegyptus pro toto orbe ponitur, pars pro toto. f.

Cœlum, & terra transibunt. Esai. cap. 51. salus mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. fa. 708. c. & 59. verba mea quæ posui in ore tuo non recedent à modo vsque in sempiternum. f. 905. d.

Morabatur in monte qui vocabatur Oliueti. f. 390. a. Sed ante omnia iniiciet vobis manus. cap. 32. iuxta Lxx. Post dies, & annos, & vos conturbabimini. f. 549. & 57. & viri misericordiæ colliguntur. 858. & cap. 28. tribulationem super tribulationem. f. 477. lege, quæ dicta sunt in illa verba. Potestis bibere calicem, & tollat crucem suam.

De templo, & lapidibus eius. Esai. cap. 22. inspicient die

die illa in electas domus saltus. f. 395. b. c.
Hac qua videtis venient dies in quibus non relin-
quetur lapis supra lapidem. Esai. toto capite. 27. &
præcipue illis verbis. Capietur nocte, die autem ca-
det, murus eius non est. fa. 459. c. d. & deinceps.
Vigilate omni tempore. f. 382. & 383.
Nolite præmeditari quomodo respondeatis Esai. ca.
50. Dominus dedit mihi linguam eruditā. Hebrai-
cè est, eruditorum, quod idem est linguam capitis
vt influat in mèbra, & ideo vt ait Tertullianus præ-
cogitationem prohibet. f. 777. b.
Et eritis odio omnibus hominibus propter me. Esai.
cap. 54. Noli timere quia non confunderis, & op-
probrij viduitatis tuæ non recordaberis. f. 831.
Sunt signa in sole, & luna, & stellis. Esai. cap. 13. quo-
niam stella cæli. f. 308. d. & 309.
Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur
tempora nationum. prædicta est vastatio Hierusalé
post crucem domini, & nunc prædicatur à domino
vastitatem duraturam vsque ad consummationem
sæculorum. Quod significat. Esai. cap. 5. Cum di-
cit. Adhuc manus eius extenta, & non est auersus
furor eius. i. non mitigabitur furor eius, durabit vs-
que ad fines sæculorum, semper ad irrogandas pœ-
nas erit eius manus excelsa. f. 124. a. b. c.
Tanquam laqueus superueniet in omnes. Esai. cap.
21. Huius rei est typus. f. 379. d. & 380. & 381.

E X C A P. XXII. D. Lucæ.

Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se tan-
quam ad latronem existis, & cætera. Cum
quotidie essem apud vos, & c. Quibus verbis osten-
dit se sua voluntate teneri. Esai. cap. 32. Erat homo
occultans sermones. Hebraicè est, occultans spiri-
tum, quod Procopius explanat. i. diuinitatē. f. 544.
& appellauit Christum Esaias brachiū. Dei, qui iux-
ta Lxx, ascenderat habitu pueri lactētis. f. 811. & ap-
pellauit puerum qui natus est nobis, Deum fortem
patrem æternitatis cap. 9. f. 233. & 234. Sed signum
agnoscendi Christum erat quod cum Deus omni-
potens esset, mansuetissimus esset. Esai. cap. 42. Cala-
mum quassatum non conteret. f. 671. c. d. & 972. a.
Quærebant principes sacerdotum, & scribæ quomo-
do eum interficerēt. f. 547. & 991. c. Esai. ca. 32. frau-
dulenti vasa pessima, quod Lxx interpretantur fe-
natus malorum transgressionem legis. consultat.
f. 547. & c. 59. iuxta Lxx parturiunt cædem, & pari-
riunt legis transgressionem. fac. 891. tota facie, &
deinceps.

De Iuda Iscariote lege apud Matthæum. cap. 26.
Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. lege
quæ scripta sunt in illa verba, cap. 20. Matth. filius
hominis non venit ministrari.
Desyderio desyderauit hoc pascha manducare vobi-
scum. f. 432. b.
Nam, & Galilæus est. Esai. cap. 9. Terra zabulon, &
Nephtalim, & c. Galilæa gentium. Quibus verbis
prædictum erat quibus ex locis lecturus apostolos
esset dominus, & quibus locis potissimum versatu-
rus, vnde dominus appellatus est Galilæus, & disci-
puli Galilæi, & Iudæi dixerūt, à Galilæa propheta
non surgit parū intellecta scriptura. f. 214. c. & 217.
Hic est calix, nouum testamentum in meo sanguine.
f. 293. & 953. a. b. c. & 957. & de Christi sanguine quo

totus aspersus erat, hic & in capitis initio. & f. 958.
Ibat secundum consuetudinem in montem Oliua-
rum. f. 778. b.
Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnū,
vt edatis, & bibatis super mensam meam. Esai. cap.
40. Ecce merces eius cum eo. f. 937. a. b. & cap. 62. ec-
ce merces eius cum eo. f. 949. b. reddit, n. Christus
mercedem vt ipse pater.
Ecce Sathanas expetiuit exscribare vos. Esai. cap. 28.
Tribulationem super tribulationem. f. 478.
Et cum iniquis reputatus est. f. 827. c.
Ibat Iesus secundum consuetudinem in mōtem Oli-
uarum. Esai. capit. 22. Onus vallis visionis, ibatur
enim in mōtem. Oliueti per vallem Cedron. f. 390.
Factus in agonia dominus. Esai. ca. 7. Quomodo do-
mino exhibebis agonem iuxta Lxx. f. 164. a. b.
Comprehendentes eum duxerunt ad domum prin-
cipis. Esai. ca. 3. ligemus iustum quoniam, & c. f. 84.
tota facie, & deinceps, & cap. 8. f. 191. tota facie.
Illudebant ei cadentes. Esai. ca. 57. Vos autem accedi-
te huc filij augurantis, super quem lusistis? super
quem dilastis os? & eiecistis linguam, & cap. 50.
malas meas dedi ad alapas. f. 778. d. & cap. 57.
super quem dilastis os, semen adulteri, & fornica-
riæ. f. 871. b. c.

De scribis, & phariseis, & principibus sacerdotum. f.
960. alibi millies, & cap. 56. Speculatores eius cæci
omnes, nescierunt vniuersi. fa. 855. d. & infra: Canes
muti, & videntes yana, dormientes, & ipsi pastores
ignorauerunt. f. 556. & 557.
Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis.
Esai. cap. 11. Qui exurget imperare gentibus. fa. 291.
& 292. c. d. vbi dominus ait oportere impleri quæ
dicta sunt in psalmis, & prophetis de se. f. 163. c. d. to-
to, cap. 53. Esaiæ, & cap. 55. Ecce testimonium genti-
bus eius. f. 846. & 1005. d. & 1006. tota facie.
Prædicare euangelium omni creaturæ. f. 98. b. c. d. &
100. d. Esai. cap. 20. fluent ad eum omnes gentes. fa.
56. b. c. & cap. 41. Hierusalem euangelistam dabo,
& credituras gentes, alijs locis plurimis, & f. 906. &
907. & 908. & 1017.
Et vos este testes horum. Esai. cap. 43. Estote mihi te-
stes, & ego testis. f. 694. & 695. & 697. c.
Eleuatis manibus suis benedixit eis. f. 997. b.

E X C A P. I. D. Iohannis.

In principio erat verbum. Esai. cap. 45. tantum in te
est Deus, & non est Deus absque te. facie. f. 733. d. &
734. & ca. 48. & nunc dominus misit me, & spiri-
tus eius. f. 754. & 668. d. & 470. b. 126. d. & 173.
Omnia per ipsum facta sunt. Esai. cap. 40. Quis men-
sus est pugillo aquas, & cætera vsque ad finem ca-
pitis hanc sententiā expriment si legas sanctorum
patrum sententias facie.
Lux in tenebris lucet. Esai. ca. 9. Habitantibus in teno-
bris lux orta est eis. f. 213. d. 906. et. 907. et. 941.
Fuit homo missus à Deo. fa. 950. Vbi defenditur Mar-
cus euangelista, & cap. 40. Ego vox clamantis in de-
serto. f. 629. usque ad. 637.
Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem. Esai.
cap.

cap. 40. Dedi te in fœdus populi mei, lucem gen-
tium. fa. 677. d. & 678. & pauld supra iuxta Lxx. In
nomine eius gentes sperabunt. f. 675. & cap. 49. De
di te in lucem gentium. 763. & cap. 4. iuxta Lxx. In
die illa illuminabit Deus. 96. d. 97. & c. 60. Surge il-
luminare Hierusalé. f. 906. & ca. 62. Donec egredia-
tur sicut splendor, iustus. f. 941. & 942.
In propria venit, & sui eum non receperunt. Esai.
cap. 49. Ego dixi in vacuum laboravi, & sine cau-
sa, & vane fortitudinem meam consumpsi. f. 760.
Sed repete à principio vt videas, illud in propria
venit, & cap. 52. Quibus non est annunciatum de
eo, & c. cap. 53. domine quis creditit auditui no-
stro? & quod sequitur, vt Hebraicè est, & vt verte-
re Lxx. Euangelizauim, quod acciderit sicut puer
aspectus eius. f. 809. & 810. & 811.
Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Esai. cap. 1. filios
enutriui, & c. f. 12.
Et verbū caro factum est. f. 126. & 127. & 128. & 129.
& 141. & cap. 7. Ante quam sciat puer non credet
malitig. & cap. 46. Vidi dominum excelsum alle-
uatum, & cap. 7. & vocabitur Emmanuel. f. 173. &
ca. 53. iuxta Lxx euangelizauimus quod ascende-
rit sicut puer lactens, sic. n. vertēda erat lectio Lxx
f. 811. c. d. & 638. & 640. & 641. & 642.
Vidimus gloriam eius. Esai. c. 52. Ecce intelliget puer
meus, exaltabitur, eleuabitur, sublimis erit valde.
f. 848. a. d. 809. & tamen ca. 53. dicit. Nō erat ei spe-
cies, nec decor. i. non venit in primo aduentu in
forma gloriosa vnigenitus filius Dei, qua vêturus
est in secundo aduentu.
De Christi natiuitate. Esai. cap. 6. vidi Dominum ex-
celsum eleuatum, & postea cap. 7. Ecce virgo con-
cipiet, & vocabis nomen eius Emmanuel. fa. 164.
vsque ad numerum. 179. et cap. 8. fume tibi librum
magnum. f. 184. vsque ad numerum. 189. & cap. 11.
Paruulus natus est nobis. f. 222. d. vsque ad. 235. &
cap. 53. iuxta Lxx euangelizauimus quod ascende-
rit sicut puer lactens de terra fitientis. 811.
Plenum gratiæ, & veritatis. Esai. cap. 10. iuxta Lxx. fa.
264. c. d. Verbum consumans, & abbrevians in iu-
stitia, vbi quicquam sic citetur à Diuo Paulo quod
sæpè omittat media, & citet necessariari de qua
tractat. Hebraicè est, breuias, & inundas, siue exu-
berans iustitia. f. 264. c. d.
Quia prior me erat. Esai. cap. 48. ex tempore ante quā
fierent ibi eram. f. 753. De plenitudine eius omnes
accepimus. Esai. cap. 50. dominus dedit mihi lin-
guam eruditam. f. 777. & cap. 10. Consumatio ab-
breuiata inundauit iustitiam. f. 264. c. d.
Deum nemo vidit vnquam. f. 228.
Ego vidi & testimoniu perhibui quia hic est fili' Dei
Esai. cap. 40. Dic ciuitatibus Iudææ: ecce Deus ve-
ster. f. 636. a. b. c.
Propheta es tu non. Esai. cap. 40. Ego vox clamātis
in deserto. fa. 630. & cap. eodē & super mōtem ex-
celsum ascende tu qui euangelizas Sion. fa. 636. c.
& 950.
Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Esai. ca. 53.
Cum dixisset, quasi agnus coram tondente, in fi-
ne subiecit, ipse peccata multorum tulit, euangeli-
stæ breuitatis causa solēt omittere media. fa. 827.
d. & 828. & 636.
Ecce agnus Dei, hic est filius Dei. Esai. cap. 40. Dic ci-

uitatibus Iudææ, ecce Deus vester, & cap. 53. Qua-
si agnus coram tondente. f. 819. c. d. & deinceps.
Super quem videris spiritum descendentem, & ma-
nentem, & c. Esai. cap. 11. Requiescet super eū spiri-
tus sapientiæ. f. 280. c. d. & 284.
De Galilæa, & de electione apostolorū, & Iordane.
Esai. cap. 9. Terra Zabulon, & Nephtholim.
De Baptista Matth. 3.
De descensu spiritus sancti in Christum, & mansione
Matth. 3.
A modo videbitis cælum apertum. Esai. ca. 64. Vtinā
dirumperes cælos. f. 976. d.

E X C A P. II. D. Iohannis.

Vptiæ factæ sunt in Galilæa. Esai. cap. 9. iuxta
Lxx. fa. 22. c.
Soluite templum hoc. f. 212. c. Esai. ca. 45. In te est De-
us. f. 734. & 938. & 998. & 999. c.

E X C A P. III. D. Iohannis.

Nisi quis renatus fuerit, & c. Esai. cap. 1. filios enu-
trui, & exaltaui. f. 11. d. & 12. & eodem ca. La-
uamini mundi estote. f. 35. c. d. & ca. 40. iuxta Lxx
Dedit in testamentum generis mei. f. 678. & iux-
ta eodē cap. 49. posui te in testamentum gene-
ris in lucem gentium. f. 763. d.
Num potest homo senex in ventrem matris suæ in-
troire? Quomodo possunt hæc fieri? & familia. fa.
731. & 849.
Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit
fa. 163. c. d. & 978. c. Sed repete à principio capitis,
& 1010. c. d.
Qui non crediderit iam iudicatus est. Esai. capit. 26.
iuxta Lxx tollatur impius neuideat gloriam Dei.
fa. 443.
Dilexerunt magis tenebras quam lucem. f. 59. b. c.

E X C A P. III. D. Iohannis.

Vtergo agnouit Iesus quia audierunt Pharisei.
Esai. cap. 1. vā fortes israel. vbi minatur Domi-
nus Phariseis potissimum quod hi tātum gratia va-
lebant apud plebem vt quocunque vellent eam
momento temporis mouerent, vt scribit Iosephus
de Antiquitate lib. 13. cap. 18. & capit. 23. & hi fuere
in causa vt natio Iudæorum quæ Christum fratris
solo ramis, & vestibus, Dauidicis cantionibus ag-
nosceret, mutata momēto temporis, omnibus pro-
bris afficeret, & ignominijs, quod prædixisse vide-
tur. Esai. cap. 52. Sicut obitupuerunt super te mul-
ti sic inglorius erit. f. 809.
Fons aquæ salientis in vitā æternā. Esai. ca. 37. Panis ei
datus est, & aquæ fideles sunt. f. 574. Videtur hoc
spectare ad illud, Non fiet iterū. f. 526. & 1010. c.
Qui biberit ex hac aqua non sitiet iterum. f. 702.
Aqua viua. f. 702.
Veri adoratores nec, & c. Esai. cap. 4. iuxta Lxx & ve-
niet, & erit omnis locus montis Sion. f. 99. c. d. &
deinceps. & 1000. c. d. & 1001.
Cum ergo venerit ille nūciabit nobis omnia. Esai. c.
28. quæ docebit scientiā. f. 476. & ca. 9. Habitātibus
in tenebris, & vmbra mortis lux orta est eis. f. 215. &
ca. 40. Dedi te in testamenti generis mei in lucem
gētū. f. 677. d. & deinceps. & ca. 49. Dedi te in lucē
f. 763. & deinceps. & cap. 55. Ecce testem populis de-
di. n. duccem, ac præceptorem gentibus. f. 846.
Cibum

Cibum habeo manducare quem vos nescitis. f. 824.
Vt faciam voluntatem eius qui misit me. f. 653. d.
Ego sum qui loquor tecum. Esai. cap. 43. Et forte mihi testes, & ego testis & seruus me. Apostoli. n. testes fuere Christi, & ipse Christus de se hoc loco, & alijs & aeternus Pater, nã cū omnes prophetiæ ad Christum referantur, si vna ostenditur ad dominum referenda, & reliquæ conuincuntur eò referendæ.
Videte regiones quia albæ sunt ad messem. fac. 14. 219. a. b.
Congregat fructum in vitam æternam. De messe, & tritura. Esai. cap. 21. Tritura mea filij areæ meæ. f. 385. d.
Quia hic est verè saluator. Esai. cap. 12. Ecce Deus saluator meus. facie. 299. & 300. & 301. & cap. 45. Deus Israel saluator. facie. 735. b. c. d. & ibidem, Rorate cœli desuper aperiatur terra, & germinet saluatorem, & cap. 62. Ecce tibi saluator aduenit. fa. 949. & deinceps.

E X C A P. V. D. Ioannis.

TRiginta annis paralyticus. Esai. ca. 53. Cõfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. fa. 589. & deinceps.
Surge tolle grabatum, & ambula. Esai. cap. 40. dominus cum virtute veniet. f. 636. & deinceps.
De Sabbato, & quomodo esset obseruandum, moniti erant Iudæi. Esai. cap. 887. & 888.
Patrem suum dicebat dominum. f. 734. b.
De patre, & filio, & reuelatione Trinitatis. f. 135. & totum principiu capitis. 6. vsque ad huc locu, & quod sequit infra, quis ibit nobis. Sed lege in dictioe Trinitas, millies. n. reuelata est apud Esa. & predictu est reuelandam in literis euangelicis quod hoc loco, & alijs sit.
Iudiciu omne dedit filio. Esai. ca. 35. iuxta Lxx Deus noster iudicium retribuet. f. 588. & deinceps. & ca. 42. Iudicium gentibus profert. f. 656.
Venit hora, & nunc est quando omnis qui in monumentis sunt audiēt vocem filij Dei. Esai. cap. 26. Venit mortui. f. 452. & 453. & facie. 886. a.
Et procedēt qui bona fecerūt in resurrectione vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectione iudicij. Esai. cap. 66. & ossa vestra quasi herba germinabunt. fa. 1012. Sed repete altius vsque ad finem capitis vbi de bonorum præmijs, & malorum pœna multa prædicta sunt, hoc enim sine Esaias suam prophetiam claudit.
De resurrectione. facie. 880. vsque ad finem capitis. & 1012.
De missione filij, & quod missus à patre, & spiritu sancto. Esai. cap. 48. & nunc dominus misit me, & spiritus eius. f. 753. & 754. vbi Deus loquitur, & misit me à Deo dicit, & à spiritu eius.
Non quæro voluntatem meam, sed eius qui misit me. Esai. cap. 41. Qui suscitauit ab oriente iustum & vocauit eum vt sequeretur se. facie. 653. c. d. lege attentè.
Scrutamini scripturas. fa. 114. & 115. & 116.
Ego veni in nomine patris mei. f. 725. b.
Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis. f. 867.
Est qui vos accuset Moses. f. 45. c. d.

E X C A P. VI. D. Ioannis.
TRansiuit mare Galilææ, dictum est hoc in quartum caput Diui Matthæi.
De miraculis in gentibus. Esai. cap. 64. Cum feceris mirabilia nõ sustinuius, descendisti. l. vt verti potest, faciens mirabilia quæ non sperabamus descendisti. i. maiora omni expectatione. l. non sustinuius. i. quæ non sustinuius, terrebimur.
Ego sum panis vitæ. Esai. cap. 30. Dabit dominus panem arcum. f. 526. & 564. b. c. et. facie. 894. et. 984. et 990.
Ego resuscitabo eum in nouissimo die. f. 886. a. b. lege capite superiori de resurrectione.
Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit. fa. 652. c. Erunt omnes docibiles Dei. f. 837. c.
Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum. f. 849. a. b.
Nisi manducaueritis carnem meam. f. 990. a.
Caro mea verè est cibus. Esai. cap. 30. et dabit dominus panem arcum. f. 526. 564. b. c.
Quia descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, et ca. 41. Quis suscitauit ab Oriente iustum, et vocauit vt sequeretur se. f. 653. c.
Verba vitæ æternæ habes. Esai. cap. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam. f. 777. b.
Hæc est enim voluntas eius qui misit me. Esai. cap. 43. Nunc dominus misit me, et spiritus eius. Vbi Deus se à Deo missum esse dicit, et ab spiritu eius. f. 753. 754.
Nonne ego vos elegi. Esai. cap. 12. et facie. 49.
De electione apostolorum lege apud D. Lucam. 6.

E X C A P. VII. D. Ioannis.

AMbulabat Iesus in Galilæa, dictum est de Galilæa in 4. caput Matthæi.
De toto hoc capite quod Iudæi quærebant interficere dominum, & dominus volebat in Iudæa versari, & postea in medio templo docebat liberè, nec potuere Iudæi ei manus iniicere. Esai. cap. 42. iuxta Lxx Resplendet, nec conteretur donec ponat in terra iudicium. f. 673. & 674.
Nonne hic est quem quærunt interficere? ecce palam loquitur. f. 673. & 474.
Quærebant Iudæi eum interficere, & loci similes. Esai. cap. 29. Væ in abscondito consilium facientes. facie 506. b. & c. 59. Conceperunt labores, & pererunt iniquitatem. f. 891. a. b.
Quærebant ergo illum apprehendere, & nemo misit manus in illum, ibidem, & de his quæ sequuntur.
Dæmonium habes. f. 498.
Audierunt Pharisei, & miserunt principes sacerdotum, & pharisei ministros, vt apprehenderent eum, Dixit ergo Iesus, adhuc modicum tempus vobiscum sum. Esai. cap. 53. Oblatus est quia voluit. fa. 818. d. & 819.
Christus cum venerit nemo scit vnde sit. Esai. ca. 45. Tu es Deus absconditus. f. 735. et. 821. b. c.
Si quis sitit veniat, et bibat. Esai. ca. 9. iuxta Lxx Hoc primu fac velociter. fac. 212. a. et. f. 989. d. et. 1004. c. d. et. cap. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. fa. 841. d. et. 842. a. b. c. et. cap. 48. scidit petram, et fluxerunt aquæ. f. 756. c. d.

Nun-

Nunquid ex Galilæa venit Christus. Esai. cap. 9. Terra Zabulon, & Nephthalim, & sequentia. facie. 213. & 214. & 215. & 216. & fac. 268. Sed repete tota disputationem.
Vide quia à Galilæa Propheta non surget. Hoc dictum esse ex imperitia intelliges ex locis supra citatis.
Nonne scriptura dicit quia ex semine Dauid? Esai. cap. 11. Egredietur virga de radice Iesse. fa. 280. & infra: & erit in die illa radix Iesse.
Flumina de ventre eius fluent. f. 842. a. b.
Nunquid & tu Galilæus es? Esai. ca. 54. Ne timeas quoniam confusa es, nec reueraris quia exprobrata es. f. 831. b. c. d.
Hoc autem dixit de Spiritu Sancto. facie. 1016. & 1017.
Quidam ex ipsis volebant apprehendere eum. Quod dictum est in hoc caput ex Esai. cap. 42. & cap. 53. Oblatus est quia voluit facie.
Nunquam sic locutus est homo. Esai. cap. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam. f. 777. b.
Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum? facie. 449. Sed repete altius, & Esai. cap. 1. væ fortes Israel. f. 46.
Scrutare, & vide quod Propheta à Galilæa non surgit. Esai. cap. 9. Prædicat dominum versaturum in Galilæa frequentissimè, & electurum illic discipulos, & ita habitauit Nazareth urbem Galilææ vnde erat dicendus dominus Nazareus. Vnde intelliges Iudæorum imperitiam. facie. 214. & 215.

E X C A P. VIII. D. Ioannis.

Perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum. f. 778. b.
Pharisei, & scribæ. Esai. cap. 1. væ fortes Israel. facie. 46.
Tentantes eum. Esai. cap. 32. vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter. facie. 546. d.
Abi & amplius noli peccare. f. 849.
Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. Esai. cap. 42. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.
Ego sum lux mundi. Esai. cap. 60. Venit lumen tuum facie. 906. c. d. & cap. 62. Donec egredietur vt splendor iustus eius, & saluator eius sicut lampas accendatur. f. 941.
Et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Esai. prædixerat daturum testimonium patrem filio. cap. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum, dilectus meus in quo complacuit animæ meæ. Compleuit hoc dominus in baptismo Christi, & in trasfiguratione.
Solus non sum, sed ego, & pater qui me misit. Esai. cap. 42. Ego dominus vocauit te. facie. 676. tota facie, & sequenti, & cap. 45. Cuius apprehendi dexteram. facie. 723. tota facie, & infra apertius. Quia in te est Deus, & non est Deus preter te. facie. 732. c. d.
Duorum hominum testimonium verum est. facie. 694. c. & 995. c.
De Christo qui de se perhibet testimonium, & de pa-

tre qui etiam de eodem Christo perhibet testimonium. Esai. cap. 43. estote mihi testes, & ego testis, & seruus meus iuxta Lxx. f. 694. & 695.
Et nemo apprehendit eum, quia nõdum aduenerat hora eius. Esai. cap. 40. Quis mensus est pugillo aquas. f. 637. & 638. & infra, Ecce gentes quasi stillicidia sicut gutta. f. 640. d. & 641. vsque ad finem capitis, & cap. 53. Oblatus est quia voluit, & cap. 42. Calamum quassatum non conteret. Lege attentè, & cum his confer.
Amen dico vobis si non credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini. f. 443. c. d. & Esai. ca. 59. f. 897.
Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo, dicit dominus, idè quod dixerat in passione, regnum meum non est de hoc mundo, quo significauit se Deum esse, & regem. Esai. ca. 53. Quis cognouit brachium domini? & postea de brachio domini euangelizauimus, quod ascendit sicut puer parvulus coram eo. sic. n. legèda est lectio Lxx. Et sic etiam verti potest lectio Hebræa, & Christus centies dicitur Deus. pete ex indce.
Principium qui & loquor vobis. Esai. cap. 52. Qui loquebar ecce ad sum. facie. 803.
Ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo. Esai. cap. 9. iuxta Lxx Magni consilij angelus. f. 228. & 229. & 230. & deinceps, & cap. 59. verba mea quæ posui in ore tuo. f. 905. c. d. & cap. 51. posui verba mea in ore tuo. f. 795.
Qui misit me pater, & ego quæ placita sunt facio. f. 653. & 770. d. & 795. & 850. b.
Cum exaltaueris filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Esai. ca. 11. Erit sepulchrum eius gloriosum. facie. 291. Tunc enim dixere, vere filius Dei erat hic.
Sicut docuit me Pater hæc loquor. Esai. ca. 50. vt eum audiam quasi magistrum. f. 777. c. d.
Ego quod vidi apud patrem loquor. f. 228.
Et qui me misit mecum est. Esai. ca. 45. In te est Deus, & non est Deus preter te. f. 733. d. & 734.
Quia ego quæ placita sunt ei facio semper. apud Esa. cap. 42. Pater de filio dicit, in quo complacuit sibi anima mea. f. 667.
Vos ex patre diabolo estis. Esai. cap. 1. Semen nequæ. f. 15. b. c. & cap. 57. Semen adulteri, & fornicariæ. facie. 861.
Verè discipuli mei eritis. Esai. cap. 54. Erunt docibiles Dei. f. 837.
Filios se vocant Abraham, & dominus videtur negare eos, qui ipsum quærunt interficere filios esse Abraham. Esai. cap. 48. Audite hæc domus Iacob qui vocamini nomine Israel, & infra, Non in veritate, nec in iustitia. f. 745. d. & 746.
Ille homicida erat ab initio. f. 702. b. 891. 892.
Ego. n. ex Deo processi, & veni. Esai. ca. 48. dominus misit me, & spiritus eius. f. 753. 754.
Quis vestrum arguet me de peccato? Esai. ca. 7. iuxta Lxx Antequam sciat puer bonum, aut malum, repellat malum. f. 178. & f. 780. 822. c.
Quare loquelam meam non agnoscitis? Esai. ca. 52. Qui loquebar ecce ad sum. Nam sancti patres Christum locutum fuisse per prophetas sentiunt, & locutum esse de se, & dedisse signa quibus agnoscere-

tur, quare non recognoscitis signa, & ex loquela, & forma loquedi, qua sum semper ad vos vsus, agnosci deberem.
Nonne bene dicimus nos quod Samaritanus es, & dæmonium habes? Esai. cap. 3. Quia lingua eorum contra dominum. fa. 78. b. 120. 123. b. 498. 750. a. b. 813. a. 861. 897.
Nunc autem quæritis me interficere. Esai. cap. 32. Nā consiliū malorum iniqua consultat. f. 547.
Exultauit ut videret diem meum. f. 495. 494. & Esai. cap. 31. c. d. Beatus qui habet in sion semen. fa. 542. 545. 344.
Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? f. 511. b.
Iesus autē abscondit se, & exiit de tēplo. fa. 544. a.

E X C A P. IX. D. Ioannis.

L Aqua in natoria siloa. Esai. cap. 8. Abiecit populus iste aquas siloa. f. 190. c. d. 191.
Quandiu sum in mundo, lux sum mūdi. Esai. ca. 60. Surge illuminare Hierusalē quia venit lumē tuū. f. 906. c. d. ca. 62. Donec egrediatur ut splēdor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. f. 941.
Hunc nescimus vnde sit. f. 735. d.
In iudiciū ego veni in hunc mundū vt qui vident, & c. f. 494. d. & cap. 29. Ecce ego addam vt admirationem faciam. f. 505. tota facie. 507. b. 551. d.
Vt extra Synagogam fieret. Esai. ca. 10. vā qui cōdūt leges iniquas. f. 249. & cap. 66. Dicite fratribus vestris odientibus vos, & execrātibz. f. 1005. 1006.

E X C A P. X. D. Ioannis.

E Go sum ostium. f. 443. & deinceps.
Bonus pastor animā ponit pro ouibus suis. Esai. cap. 49. Qui despicit animam suam. f. 764.
Alias oues habeo. Esai. ca. 2. fluent ad eum omnes gētes facie. 135. f. 912. & quoties de gētibus quæ Christum recipere fit mentio.
Hoc mandatum accepi à patre meo. f. 905. d.
Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis. fac. 498. Sed repete à principio cap. & fa. 509. b. c. 546.
Erant encænā. f. 650. 651.
Non est qui de manu mea rapiat. Esai. cap. 43. Non est qui de manu mea eruat. f. 697.
Si mihi non vultis credere, operibus credite. f. 444. 694. c.
Iesus abiens occultabat se ab eis. f. 544. a. b.
Illas oportet me adducere. Esai. cap. 9. iuxta. Lxx Vō lent esse combusti igne quia puer natus est nobis. f. 222. d. 223.
Quia pater in me est. Esai. ca. 45. Quia in te est Deus, & non est Deus præter te. f. 733. & cap. 42. Describitur sacrata Trinitas. Sed legenda bona pars capitū vt plenē intelligas, & de sacra triade multa in Esaiā.

E X C A P. XI. D. Ioannis.

E Go sum resurrectio, & vita. Esai. ca. 26. Quia ros lucis, ros tuus. f. 453. b. c.
Lazare veni foras. f. 886. b.
Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Esai. cap. 32. Fraudulenti vasa pessima sunt. f. 547. tota facie. 247. 512. c. 891. b.
Venient Romani, & tollent gentem nostram. Esai. ca.

8. Timorē ei⁹ ne timueritis. f. 197. c. 292. 512. c. 1005. a. b. & ca. 53. Dabit impios pro sepultura. f. 823. a. b. c. d. ca. 57. ppter iniquitatē auaritiē ei⁹. f. 856. d. 869. c.
Expedit vt vnus homo moriatur. De cōsilijs Iudæorū aduersus dñm. Lege apud Matthæū. ca. 3. 80. 81. & Esai. ca. 29. vā qui profundi estis corde. f. 506. tota facie. 512. c. Vt faceretis cōsiliū nō ex me. f. 513. a. b. & c. 539. d. 540. a. 547. 890. 891. d. 1005. a. b.
Iesus moriturus erat, non tam pro gente Iudæorum, sed vt filios Dei qui erant dispersi cōgregaret. Esai. cap. 11. dispersos Iudā colliget. f. 294. b. c. 318. b. 593. b. 854. d. 855. a.

Hæc pauca, hinc duabus inclusis lineis, chalcographorum incuria fuerāt omissa, Ex cap. 22. D. Lucae, malum usq; hic ea interseri (tametsi alieno loco) quam omnino perire, reponēda alioqui in cap. 22. D. Lucae.

Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Inter signa agnoscedi Christi illud erat, vt vera erat dicturus præciso respectu rerū omnīū. Esai. ca. 42. iuxta Lxx. Non clamabit, nec dimittet, quæ verba interpretatur D. Augustinus, erit mansuetissimus, sed in prædicanda veritate non cessabit, nec parceret. f. 670. d. Nā diximus quorundam locorum duos esse sensus sacros literales. De diuinitate Christi lege cap. 19. D. Ioannis, in illa verba. Quia se filium Dei fecit, & hanc veritatem aperit.

E X XXIII. D. Lucae

DE passione domini lege quæ adnotata sunt in ca. 26. 27. d. Matthæi.
Commouit populū docēs per vniuersam Iudæā, incipiēs à Galilæa, & sequētia: interrogauit si homo Galilæus esset. Quod dñs erat ex patria Nazareth, quæ erat vrbs Galilææ, dict⁹ est Galilæa, & qd Es. dixerat terra Zabulō, & Nephtholim, & postea, Galilæa. 216.
Traditur Pilato dñs. f. 891. & dñs indicta causa traditur Romanis lege apud Matthæum. cap. 26. 27.
Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā. Esai. ca. 59. Impiē egimus, & mentiti sumus, recessimus à Deo nostro, locuti sumus iniuste. f. 897. c. d.
Nihil inuenio causæ in hoc homine. Esai. ca. 53. Propter scelus populi mei percussit eū. f. 822. c. Cōiunge cum illo eiusdem capitū iuxta Lxx. Propter humilitatem iudiciū eius sublatum est.
Spreuit illum Herodes, cum exercitu suo. Esai. cap. 49. iuxta Lxx, & iuxta D. Hierony. in cōmentarijs. sanctificate eū qui despicit animam suam, qui abominatur à gentibus, seruus principum. f. 464. Coniunge cum illo Esaiæ capitū. 53. In humilitate iudiciū eius sublatum est.
Stabant autem principes sacerdotum, & scribæ cōstater accusantes eum. Christus dñs ex hoc iudicio prouocat ad Deū apud Esai. ca. 50. Quis contradicit mihi? stemus simul? quis est aduersarius meus? f. 780. vnde subiicitur Iudæorū vastitas, per me hæc facta sunt vobis, & quia prouocauerat ad Deum. se his verbis Deum ostendit, cum ait, se inuexisse vastitatem Iudææ.
Ego nullā inuenio in eo causam. Lege in alijs euāgelistis de toto hoc loco innocentie Christi.
Tolle hunc, crucifige eum. f. 565. c. & lege apud Matthæum

thæum. ca. 27.
At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur. Esai. ca. 22. Quia ascendisti tu omnis in recta clamoris plena. f. 390. c. d. Potes enim intelligere ascendisse in tecta Pilati.

Filia Hierusalē nolite flere super me. Esai. ca. 3. f. 85. d. & ca. 5. f. 124. 125. vbi vastitas Iudææ describitur inuēta à Romanis. f. 435. 550. b. 796. a. & idē Esai. ca. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus. f. 114. 115. significat. n. Dñs vastandā esse Iudæā post eius crucē seuissime, qd his verbis Esaiæ prædicitur, & alijs locis multis Esaiæ prædicitur vastatio Hierusalem quam hic dominus præsignificat.
Imposuerūt ipsi crucē. Esai. ca. 9. factus est principatus super humerū eius. f. 225, 226. ca. 22. Dabo clauē domus Dauid super humerū eius, & quæ sequuntur. f. 403. c. d.

Ducebantur alij duo nequam cum eo, vt occiderentur. Lege apud Matthæum. ca. 27.

Pater ignosce illis. Esai. ca. 27. Nūquid iuxta plagam percutientis se percussit eum? f. 462. 473. ca. 53. Quia si absconditus vultus eius, & despectus. f. 815. d. 816. a. ca. 57. iuxta Lxx. Nō in æternū vilis eris vos. f. 869. De diuisione vestīū. Esai. ca. 9. Quia omnis violenta prædatio, & vestimentum mixtum sanguine. f. 221. b. c. d. & deinceps.

Se saluū faciat si hic est Christus. f. 560. c. d. Fecit dñs nō id qd petebat Iudæi, sed aliud longē maius, nam postquam crucifixus est, eos vastauit. Esai. cap. 33. dissipatē sunt viæ. f. 560. Lege quæ scripta sunt in Iud, relinquatur terra vestradeserta, & in illud Matthæi. cap. 23. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas. f. 560. c. d.

Hodie mecū eris in paradiso. Esai. ca. 62. & merces ei⁹ coram eo. f. 949. c. Dixerat idem cap. 40. f. 937. c. d. Tenebræ factæ sunt in vniuersa terra. Esai. cap. 50. In duam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. f. 775. c. d.

Verē hic homo iustus erat. f. 858. Esai. cap. 57. Iustus perijt, quod Lxx dixere. Quam vehemēter vidistis, quod iustus perijt. f. 858.

De mulieribus lege apud Matthæum. cap. 27.
De sepulchro domini, & Ioseph ab Arimathia. Esai. ca. 57. Erit in pace sepultura eius, ablata est de medio. f. 859. 860.

E X C A P. XXIII. D. Lucae.

V Na sabbati valde diluculo. Esai. ca. 27. Mulieres venientes à visione venite huc. f. 466.

Quid queritis? viuētē cū mortuis. Esai. ca. 57. Erit in pace sepultura eius, ablata est de medio. facie. 859. 860.

Cū adhuc in Galilæa esset, de hoc dictū est in cap. 4. D. Matthæi. quo spectat quæ sunt in literis euāgelicis de mari Genesareth, de mari Tyberiadis, & de ripis Iordanis, quæ omnia sunt in Galilæa, quibus locis prædictū erat versaturum esse Dominum.

Reliqua reperies cap. 22. Lucae.

E X C A P. XII. D. Ioannis.

D E Hierusalē quæ prodijt obuiā dño cum ramis, & de illo totus mundus post eū abiit, similibusque. Esai. ca. 52. Exaltabitur, & sublimis erit. f. 809. a.

In diē sepulturæ meæ. Sepulturæ suæ meminit domi

nus, sed tollendā hanc sepulturā, dixit. Esai. cap. 57. sepultura eius ablata est de medio. Nempe, quod re surrexit tertio die. f. 859.

O sanā. Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Esai. cap. 9. super solum Dauid, & c. fa. 239. d. & deinceps.

Dominus sedens super asellum. f. 722. 723. Signū erat etiā agnoscedi Christi, non solum, quod sedens asino dominus rex regū Hierosolyma esset ingressus, sed quod mansuetissimus erat futurus. Esai. ca. 42. f. 671. c. d. 672.

Quando Lazarum vocauit de monumento. Esai. ca. 26. iuxta Lxx. Mortui non videbunt vitam, nec medici suscitabunt. f. 447. d. & 448.

Ecce mūdus totus post eum abit. f. 218. & 809. a.

Quando glorificatus est Iesus. Esai. cap. 66. Quod non men domini glorificetur. I. vt veritū D. Hiero. glorificetur dominus. f. 1005. d. 1006.

Si granum frumēti cadens in terrā mortuum fuerit multū fructū affert. f. 347. & Esai. ca. 27. f. 606. b. c. d. 1009. c. d.

Qui amat animam suam. lege apud alios euāgelistas. Pater clarifica filium. f. 906. b. c. 421. c. d. 422.

Venit ergo vox de cælo. Esai. cap. 43. iuxta Lxx. Estote. mihi testes, & ego testis dicit dominus, & seruus meus quem elegi. f. 694. c. d. 695.

Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Esai. ca. 14. quomodo cessauit exactor. f. 318. & puto his verbis dñi significatum etiam ruitura idola, quod signū erat aduentus Christi. f. 359. tota facie. 373. a. 570. c. & ca. 27. In die illa inducet dominus gladiū sanctum, & magnum. f. 455. 456.

Ego si exaltatus fuero à terra. Esai. ca. 30. Propter hoc exaltabitur vt misereatur velti. f. 525. & cap. 26. do mine excelsum brachium tuū, & nescierūt. f. 444.

Omnia traham ad me. f. 373. a.

Vbi ego sum illic, & minister meus erit. Esai. cap. 66. Ecce declinabo super eam quasi fluuium pacis. fa. 1010. c. d. 1011. 1018.

Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus, & adducent omnes fratres nostros in equis, & quadrigis, & in lecticis, & carrucis. f. 1018. 531. a. b. Ambulate dum lucem habetis. f. 387. b. 895. d. 906.

Abijt, & abscondit se ab eis. f. 544. a.

Et propterea non poterant credere. facie. 146. 2. b. Sed repete altius.

De cæcitate Iudæorum qui non receperunt Christum. citat Esai. cap. 53. Domine quis credidit auditui nostro? f. 810. c. d. & deinceps.

Excæcavit oculos eorum. Esai. cap. 6. f. 142. & deinceps toto commentario.

Hæc dixit Esai. quando vidit gloriam eius. Esai. cap. 6. f. 126. 127. 128. 129. vbi late disceptatur quomodo visus sit filius, & disceptatur locus Ioannis, & Pauli, & sanctorum sententia proponitur.

Ex principibus multi crediderunt, sed propter Pharisæos, & c. f. 789. a.

Ego lux in mundum veni. Esai. cap. 60. Quia venit lumen tuum, facie. 906. b. c. d. & cap. 9. Sedentibus in tenebris, & vmbra mortis lux orta est eis. facie. 217. & capit. 62. Donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. facie. 941.

Ambulatē dum lucem habetis. *ibidem.*
Qui misit me pater ipse mandatum mihi dedit quid dicam, aut qui loquar. *Esaï. ca. 50. Dominus mihi dedit linguam eruditam. f. 766. d. & ca. 52. Posui verba mea in ore tuo. f. 795. a. & 850. b.*
Vt saluificē mundū ideo dictus saluator est millies *vt Esaï. ca. 45. & germinet saluator ē, siue Iesum. f. 727. d. & 728. & infra. De Israel saluator. f. 733. d. & 734. & ca. 62. Ecce tibi saluator aduenit. f. 949.*
Quæ loquor sicut dixit mihi pater sic loquor. *f. 776. & 905.*
Pater mihi mandatū dedit. *f. 776. d. & 795. & 905. d.*
EX CAP. XIII. D. Iohannis.

Ante diem festum paschæ, & cætera. *facie. 33. d. & 34.*
Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. *Esaï. capit. 7. Emmanuel, id est, Deus inter homines, & cætera, & capit. 9. Vocabitur Deus fortis, pater futuri sæculi. l. vt Hebræa lectio verti potest pater æternitatis, & cap. 45. Tu enim es Deus, & nesciimus, & alij mille loci vbi reuelatū est Christū esse Deū.*
Et quia à Deo exiuit. *Esaï. capit. 48. vbi Deus loquens post multa subiicit, & tunc dominus misit me, & spiritus eius. f. 753. & deinceps.*
Vt transfret ex hoc mundo ad patrem. *De passione domini, & ascensione ad patrem. facie. 953. & 954. & 955.*
Cum diabolus misisset in cor Iudæ, & c. *fac. 891. c. d. & 892.*
Vbi dominus lauat pedes discipulis. *facie. 159. Esaï. cap. 52. f. 803. d.*
Quod ego facio tu nescis modo. *Esaï. cap. 6. fa. 139. c. d. & 140. a.*
Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicē. *f. 194. c.*
EX CAP. XIII. D. Iohannis.
Ego sum via. *f. 140. a. Sed repete altius.*
Ego in patre, & pater in me est. *Esaï. cap. 45. Tan tum in te est Deus. Esaï. cap. 45. f. 733. d. & 734.*
Adhuc modicum, & mundus me iam non videbit. *f. 924. a. b.*
Pacem meam do vobis. *f. 874. c. d. & 922.*
Venit princeps mundi huius. *Esaï. cap. 7. iuxta Lxx. Antequā sciat puer repellat malum. fa. 178. & 954.*

EX CAP. XV. D. Iohannis.
De plantatione quam plantauit pater. *Esaï. cap. 60. Germinet plantationis meæ, opus manus meæ. f. 925. a. b.*
Ego sum vitis, & vos palmites. *Esaï. cap. 5. Vinea est facta dilecto meo, vbi reperies totam hanc domini similitudinem de sarmentis exsiccatis, & recisis in ignem, & de sarmentis. fa. 939. b. 103. d. & 105. d. & legenda quæ de vinea scripsit. Esaï. fa. 104. & 105. & 106. & 107. & 108. Et de hac vinea quæ erat populus Iudæ quæ vinea post crucem domini vastata est, vaticinium est toto capite. 27. f. 457. d. & deinceps vsque ad finem capituli, & cap. 65. Plātabunt vineas. f. 995. & deinceps.*

Sine me nihil potestis facere. *492. d. et deinceps vbi declaratur locus Ezechielis cur apud Ezechielem altare Dei, in quo tantum oblata sacrificia valent, & alibi nusquam valent, nisi in illo altari offerantur, dicitur, Harel, id est, mons Dei. I. mons Deus, id est, Christus per quem tantum oblata valent, & ideo*

semper dicimus, per Christum dominum nostrum. Hoc est præceptum meum. *Esaï. cap. 8. Congregamini populi, & vincemini. f. 194. c.*
Quodcumque petieritis patrem in nomine meo dedit vobis pater. *ibidem.*
Quæcūque audiui à patre meo nota feci vobis. *Esaï. cap. 9. Admirabilis consiliarius, siue magni consilij angelus. f. 228. b. c. d. & 229. a. b.*
Elegi vos de mundo, & similia. *Esaï. ca. 43. iuxta Lxx. Genus meum electum. f. 703. a. b.*
Si non venissem peccatum non haberet. *f. 391. b.*

EX CAP. XVI. D. Iohannis.
Absque Synagoga facient vobis. *Esaï. cap. 66. iuxta Lxx. Dicit fratribus vestris odientibus vos, & execrantibus. fa. 1005. d. & 1006. tota facie, & ca. 10. v. qui condunt leges iniquas. f. 249. a. b.*
Vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium prestare Deo. *Esaï. cap. 26. iuxta Lxx. Zelus apprehendit populum ineredum. facie. 444. d. & 445. a. & cap. 19. & vir pugnabit contra fratrem suum. facie. 360. tota facie. & cap. 47. & viri misericordiaz colligantur. facie. 858. tota facie, & deinceps.*
Tristitia vestra vertetur in gaudium. *Esaï. cap. 66. iuxta Lxx. Appareat dominus in læticia vestra ip forum, & illi confundentur. facie. 1005. d. & 1006. tota facie.*
Mulier cum parit tristitia est illi. *Esaï. cap. 26. Concepimus, & quasi peperimus, & c. facie. 450. c. d. & deinceps.*

In hoc credimus quia à Deo existi. *Esaï. cap. 48. & nunc dominus misit me, & spiritus eius, vbi Deus dicit se missum à Deo, & ab spiritu sancto, & tres personæ diuinæ reuelantur. facie. 753. c. d. & 754. a. b. c. d.*

Quia à Deo exiui, exiui à Patre, & veni in mundum *ibidem. & ca. 66. Appareat Deus in læticia vestra ip forum. f. 1006.*
Vsq̄ modo nō petistis quicquam in nomine meo. *f. 943. a.*
Loquitur dominus in prouerbij. *Esaï. cap. 32. Erit vir occultans sermones. f. 543. d. & 544. a.*
Confidite, ego vici mundum. *Esaï. cap. 14. Quomodo cessauit exactor. f. 318.*

Ecce venit hora vt dispergamini, & me solum relinquantis. *Esaï. capit. 63. Torcular calcui solus, de gen tibus nō est vir mecum facie. 953. d. quod referri pot sunt sequentia, Circumspexi, & non erat auxiliator, quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. facie. 950.*
In mundo pressuram habebitis. *Lege quæ adnotata sunt in illa, Tollat crucem suam, & sequatur me. Esaï. capit. 28. Tribulationem super tribulationem, facie. 478. Idē enim est, tribulationem super tribulationem, sed spem super spem, & quod Iohannes dixit, In mundo pressuram habetis, sed confidite.*

In illo die dico in nomine meo petetis, & totus ille locus Iohannis, de loco illo Ezechielis, Harel, id est, de altari in quo solograta sunt sacrificia, id est, Christo. *f. 492. d. & 493. & deinceps.*

EX CAP. XVII. D. Iohannis.
Pater clarifica filium tuum. *Esaï. cap. 11. & erit sepulchrum eius gloriosum. facie. 292. c. d. & capit. 49. glorificabor coram dño. facie. 422. a. b. & 76*

Personæ diuinæ mutuo se clarificent. *facie. 422. a. b. sed repete altius. & 761. & 851. d. & 906. b. c.*
Vt videant claritatem meam. *Esaï. capit. 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. facie. 443. c. d.*

Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum. *Esaï. ca. 33. Regem in decore suo videbunt. f. 564. d. & 565. a. b.*
Opus consummaui, quod dedisti mihi vt facia. *Esaï. ca. 10. Cum compleuerit dominus cuncta opera sua in Sion. f. 255. a. b. c. d.*

Pater filium clarificat, & filius patrem. *facie. 422. tota facie.*
Claritate quam habui priusquā mūdus fieret apud te. *Esaï. cap. 48. ex tempore antequam fierent ibi eram. Vbi Deus Christus missum se dicit à patre, & spiritu sancto, & antequam fierent, quæ sunt, se fuisse apud patrem. fa. 753. c. d. & 754. Sed repete altius.*

Et cognouerunt verè quia tu me misisti. *ibidem apud Esaïam.*
Manifestaui nomen tuum hominibus. *Esaï. ca. 9. iuxta Lxx. Magni consilij angelus. f. 229.*

Quia verba quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt. *Esaï. cap. 59. & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui à modo vsque in sempiternū. f. 905. c. d. & ca. 51. 79*
Pater sancte serua eos. *Esaï. cap. 60. iuxta Lxx. Custodiens plantationem suam, opera manuum suarum in gloriam. f. 925. a. b.*
Nemo ex eis perijt. *Esaï. cap. 34. iuxta Lxx. vna ex eis non perijt, & infra, Non quæsiuit alter alterū. f. 582. c. d. Sed repete altius. f. 580. a.*

Volo pater vt vbi ego sum, & c. *fa. 202. & 948. c. Esaï. ca. 40. Merces eius cum eo. f. 637. a. b. & ca. 43. vbi dicitur, Affer filios meos delonginquo, & in gloriam suam creasse eos dicit. fac. 693. b. c. & cap. 62. Merces eius cum eo. fac. 949. c. & cap. 48. sustollam te super altitudines terræ. facie. 888. d. & 889. a. b. & cap. 65. Electi mei non laborabunt frustra. facie. 996. d.*

Nemo nouit Patrem nisi filius, lege apud Matth. *cap. 11.*
Ego in eis, & tu in me, & similia. *Esaï. cap. 61. iuxta Lxx. Quia induit me vestimentum salutaris. f. 938. b. c. d. & infra. Quasi sponsum decoratum corona. fac. 939. toto commentario, & cap. 32. Induere vestimentum gloriæ tuæ Hierusalem. facie. 799. tota facie.*

EX CAP. XVIII. Iohannis.

Egressus Iesus trans torrentem Cedron. *Esaï. ca. 12. Onus vallis visionis. ibatur enim per vallem Cedron in Montem Oliueti. facie. 390. tota facie.*

Sciebat autem Iudas locum, quia frequenter refus conuenerat illuc. *Esaï. cap. 50. Erigit manē, manē erigit mihi aurem. Nam Tertullianus putat signifi cari esse destinata certa loca domino ad docendum, alia ad sedendum. f. 778. a. b.*

De Iuda Ischariote lege apud Matthæum *cap. 26. Venit illuc cum lateris, & facibus, & armis. Esaï. ca.*

pit. 28. Qui erant in vertice collis pinguisimi, pro quo Hebraicè est, Gethsemani. facie. 469. & 470. & 471.

Non perdidit ex eis quenquam. *Esaï. ca. 34. iuxta Lxx. Vna ex eis non perijt, altera alteram non quasi runt. f. 582. c. d.*

Comprehenderunt Iesum, & ligauerunt, & adduxerunt eum ad Annam, & Caipham. *Esaï. ca. 3. iuxta Lxx. Ligemus iustum quoniam inutilis est nobis. f. 84. tota facie, & deinceps. & cap. 8. Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe. facie. 190. c. d. & 191. tota facie.*

Quia expedit vnum hominē mori pro populo. *Esaï. cap. 3. Dicit iusto quoniam benè. f. 84. tota facie, & deinceps.*

Ego palam locutus sum mundo. *Esaï. cap. 45. Non in abscondito locutus sum. f. 778. b.*

Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. *Esaï. cap. 3. Mala secundum opera manuum eius accidet ei. f. 82. a. b.*

Sic respondes Pontifici. *Esaï. cap. 32. Nec fraudulenti appellabatur maior. fa. 546. a. b. vbi iuxta translationem Lxx virorum, & iuxta lectionem Hebræam propter alapam, qua minister summi pontificis percussit dominum, significatur tollendum sacerdotium à Iudæis, & excludendos Iudæos.*

Nonne ego te vidi in horto cum illo? *disceptatur quæstio. f. 471. b. c.*

Traditur Pilato dominus à Iudæis. *f. 891. Esaï. cap. 59. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem, oua aspidum ruperunt. f. 891. tota facie.*

Dominus indicta causa traditus Romanis, lege apud *Matthæum. cap. 26. & 27.*

Non hunc, sed Barrabam, & c. *Esaï. cap. 3. & corruet populus vir ad virum facie. 75. b. c.*

EX CAP. XIX. D. Iohannis.

In passione domini de spiritibus, ludibrijs, & alapis, lege *Esaï. cap. 49 iuxta Lxx. Et diuum Hieronymum in commentarijs. fa. 764. tota facie. & 765. a. & 778. c. d. & 779. vsque ad finem capituli.*

Ego non inuenio in eo causam. *Esaï. cap. 53. Propter scelus populi mei percussus est. facie. 822. & cap. 59. Opus iniquitatis in manibus eorum. facie. 893. & ca. 53. In humilitate iudicium eius sublatum est. facie. 891. d. & lege apud Matthæum quemadmodum dominus indicta causa traditus sit Romanis. ca. 26. & 27.*

Quia se filium Dei fecit. *Hic attexenda erant loca aliquot ex plurimis quæ sunt apud Esaïam, vbi præmoniti Iudæi erant Christum Deum esse, quale illud capituli. 53. Brachium Dei, qui reuelatum est, euangelizauimus de illo. quod ascendit sicut puer lactens specie eius. f. & cap. 9. Puer natus est nobis, & postea, vocabitur magni consilij angelus, pro quo Hebraicè est pele, id est, Deus absconditus, Deus mirabilia faciens, & postea subiicitur, vocabitur Deus fortis vt appareat incarnatum esse illum qui in sacris litteris dicitur Deus fortis, & cap. 48. vbi loquitur Deus, & subiungitur, nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. facie 573.*

Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Esai. ca. 30.
 Fecistis consilium non per me, & pactum nō per spiritum meum. f. 513. b. & c. 59. conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. facie. 891. tota facie, & deinceps.
 Clamabant, tolle tolle crucifige eum. Esai. cap. 5. expe-
 ctavi vt faceret iustitiam, & ecce clamor. fa. 109. & 110. a. & f. 565. d. & cap. 22. Quia ascēdisti, & tu omnis in te cta clamoris plena facie. 390. tota facie, vbi ascēdiste intellige etiam in te cta pontificum vt pe-
 teret vt dominus crucifigeretur, sed cap. 33. illis in-
 sultat Esai. quod clamassent, tolle, tolle, illis verbis vbi est literatus? f. 565. c. d.
 Non habemus regem nisi Cæsarem. Esai. cap. 1. fa. 15. 45. & 119. d. & cap. 8. f. 191. d. & 74. a. b. & 862. a. b. & 865. tota facie, & sequenti. & 891. c. d. & 892. & 893. a. b. Lege attentē. & 894. tota facie.
 De passione dōmini lege locos adnotatos in cap. 26. & 27. d. Matthæi.
 Et cum eo alios duos latrones. Esai. cap. 53. f. 827. c. & affectus quidem cruce genere mortis ignominio-
 sissimo, & quo magis ignominiosus esset, positus inter duos latrones vt latronibus annumeraretur sed sepulchrum eius, & reliqua fuere gloriosissima. f. 292. d.
 Noli scribere Rex Iudæorum. f. 308. a. & 510. a.
 De fortitione vestimentorum. Esai. cap. 9. Quia omnis violenta prædatio, & vestimentum impletum sanguine. f.
 Vas positum est aceto plenum. Esai. cap. 5. expecta-
 ui vt faceret vas, fecit labruscas. f. 106. b. c. d. sed lege illa verba Hieremias cap. 9. Igitur absinthio pascam illos, & fellis rorem propinabo, & cætera. facie. 82. b.
 De spongia aceto plena lege apud D. Matthæum. cap. 27.
 Cōsummatum est. Esai. cap. 11. & erit requies eius ho-
 nos. f. 291. a.
 De latronibus, quibus fracta sunt crura, & de domi-
 no cui non sunt fracta, quod mortuus erat priusquam latrones. Esai. despectus, & nouissimus vi-
 rorum. cap. 53. f. 814.
 Non haberes potestatem hanc. cap. 53. Veruntamen seruire me fecistis peccatis tuis. f. 705. a. b.
 Vnus militum lancea latus eius aperuit. Esai. cap. 48. Scidit petram, & fluxerunt aquæ. f. 756. c. d.
 Quasi li bras centum myrrhæ. Esai. cap. 11. & erit re-

quies eius honos. f. 291. d. & 292. c. d.
 E. X. C. A. P. XX. D. Ioannis.
 V Na die sabbati cum adhuc, & c. Esai. cap. 27. iux-
 ta Lxx. Mulieres venientes à visione venite,
 à visione angelorum. f. & sepulchri 466.
 Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. Erat enim signum hoc datum Achaz regi. Esai. cap. 7. f. 163. & docet dominus compleri.
 Causi sunt discipuli viso domino. Esai. cap. 64. Oc-
 curristi lætanti. f. 980. c. d. Sed repete altius & cap. 66. glorificetur nomen domini, & appareat in læ-
 titia vestra ipsorum, & ipsi confundentur. f. 1005. d. & 1006. tota facie.
 Sicut misit me Pater. Esai. cap. 48. & nunc dominus misit me, & spiritus eius vbi Deus filius iuxta san-
 ctōrum sententiam se missum à Deo patre ait, & ab spiritu sancto. f. 756. tota facie, & cap. 32. ecce in iustitia regnabit rex, & principes eius præerunt. fa. 343. vbi significatur præponendos ecclesiæ apo-
 stolos, qui præsent, & infra, Princeps ea quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super principes sta-
 bit, quibus verbis significatur dominum præ-
 staturum ecclesiæ apostolos, & ipsum dominum cū illis futurum vsque ad consummationem sæculo-
 rum, & cap. 34. iuxta Lxx Quia dominus ipsis præcepit, & ipse immisit eis fortes. Quæ verba etiam D. Hieron. de missione Apostolorum interpreta-
 tur. f. 583.
 Et vidit lapidem sublatum à monumento. Esai. cap. 57. Sepultura eius ablata est de medio iuxta Lxx. f. 859. & 860. & huc pertinet illud ca. 11. Erit sepulchrum eius gloriosum, de visione angelorum. f. & alijs.
 De resurrectione domini lege apud Matthæum in cap. 28.

E. X. C. A. P. XXI. D. Ioannis.
 A lius te præcinget. Esai. cap. 45. Post te ambula-
 bunt vinciti manici, & apostoli se vincitos Christi appellant. f. 733. b.
 Sicut misit me pater, & c. fa. 659. d. & lege quæ supra scripta sunt in caput. 20. in eadem hac verba.
 Ad mare Tiberiadis. Esai. cap. 9. Gallia gentium, prædixit enim Esai. quod his potissimum locis vestaturus esset dominus, & mare Tyberiadis Ca-
 lilæa est, & ideo dominus dictus est Galilæus. fa-
 cie. 217.

PRÆFATIO IN sequentem operis indicem.

Singulis huius operis particulis præfationem addere cogor, quod inuicta natio Iudæorum est, millies victa nequit abistere bello, postquam contra Deum sumpsit arma, mille addas catenas impio Iudæo, effugiet tamē cuncta scelerata vincula Proteus, fiet aper, modo ignis, modo aqua, modo huius, modo illius immanis fera induet figuram, vt exterrat ignaros. Nam Proteus Homerius, non proteus est, si cum impio Iudæo conferas, qui in tot se vertit figuras, vt vel Arist. fugiat vincula, quod (vt inquit Arist.) ad exteriorem sermonem demonstratio non est. Quis enim veter, quin mille laqueis constrictus Iudæus huc, & illuc se verteret, lingua neget se constrictum, etiam cum ita sit illaqueatus, vt hiscere non possit? Refert de Christo vaticinia ad Assyrios, Babylonios ad tramas putridas, reuictus ex antecessentibus, & consequentibus, negat prophetam coherentia dicere, Sed modo hæc, modo illa multum diuersa, prout instigat spiritus, oracula fundere, ostendimus pseudoprophetarum isthuc esse, qualis fuit Mahoma, qualis Montanus, qui dum fingunt se prophetas, insanos homines referunt, & dicunt non coherentia. Nam vates demonum, etiam cum furiant, & vaticinantur, dicunt coherentia, & acuta, que supra humanam sapientiam (vt in Phædro, inquit Plato cum de prophetis demonum disputat) longe & multum se attollant. Neque longè huius rei petenda sunt exempla, si poetas, & historicos, qui puerorum manibus teruntur, euoluas, vbi demonum oracula legas prudenter, caute, astute connexas, nequis nostrorum hominum, etiam pietatis amatorum, Iudæos defendat, & eos vera dicere putet. Sunt enim nostri veri amatores, & dum Iudæus vera dicere videtur, veritati cedunt, idq; iure optimo: sed omnis historia, potissimum hoc redarguit cum Pythij Apollinis, aliorumq; demonum oracula, ea sapientia dicat Plato esse connexa, que humanam sapientiam longo intervallo exsuperet. Neque æquum sit demonum vaticiniis posthaberi Dei prophetas, qui celo ad nos deuocant cælestem sapientiam, & quorum ore ab spiritu sancto instruimur doctrina reuelata. Huc rei putant mederi quidam ex nostris, quod Iudæorum sensum, sensum literalem esse dicant, sanctorum patrum sensum, sensum dicant esse spiritalem, & ita hæc nostram interpretationem omnem, & hunc indicem de sensu spirituali esse contendunt, non de literali. Non vident quidicūq; sensum quidam doctissimi viri hoc, quod præferunt Iudaizantium libri, magnā importare hominibus pestem, & labefactū sum Iudæorum omnia nostra. Nam si argumenta petita ex testimonij scripturæ sensu literali robur habent (vt millies docet Auerrius esse litæ- gustinus) si veteres patres, & ipse Diuus, dum redarguunt Iudæos, & hereticos, non citant scripturam sensu literalem, san- rali, cum initio disputationis sensu literali tantū citanda profiteantur, quid inde sequatur vides, neque redargui ve- ræ Iudæos, neque hereticos, quod sensu literali potissimum sint redarguendi. Vt mittam dicere quod de singulis no- sum, sensum bis controuersia est aduersus Iudæos, vt toto hoc opere apparet. Res maxime inter se repugnantis ita esse spirita- tu cōiungas vt has illarū dicas esse figurat? Typus, imago, et similitudo est, cū dñs factis aliquid significat, vt verbis: lem, vt cū manna de celo datur panem de celo datū significat. Neque siquid ingenio applices, id illius erit typus. Mitto etiā illud, quod reperies hoc opere toto, sanctos patres ita citare scripturam sæpè aduersus Iudæos, & hereticos, vt nec interpretentur, nec interprete egere putent, iuxta Lxx viros, sed auditori intelligenda relinquāt. Sensum igitur literale intelligendū relinquunt, non spiritale. Sed hic obijci potest: g. D. Hier. in præfat. in Daniele derideri à Iudæis ait translationē Lxx, & historiā susanne: & ad Sophronium scribit, Sophroniū ipsum illum à Iudæo quodam In fine perio- charū hui- per sermones fere singulos, quos citabat ex Lxx, q. negaret quidquā tale habere in Hebræo. Et ad Pammachiū in fine raderi scribit à Iudæis illud, q. habemus iuxta Lxx. Beatus, qui habet semen in Sio, & domesticos in Hierusalē. Quæ Iudæorum, & omnia eō valēt, vt doceat D. Hier. opus esse alia trāslatione, quā ipse eadit, vt cōcessit, & cōcessit aduersus Iudæos Iudaizantiū ritui respon- utamur testimonijs, quoties cum eis disputamus, quod docet, etiā Orig. in epistola ad Africanum, que cum hoc opere circumfertur, non quod improbet translationem Lxx, de qua multa diuinitus eo loco Origenes, que inde petes. Et dimus. vel illa verba, que subijcit Hiero. tantum habere deberent ponderis, vt lingua nulla esse deberet, qua ei liceret refra- gari, quod recepta esset in ecclesijs, & quod ante Christi aduentum facta esset, & quod usurpata esset ab apostolis, & euangelistis. Singula per se expendi. Quod in ecclesia receptum fuit per tot annos quisquam erit qui ex ecclesia extrudat translationem factam ante Dñi aduentū liberis odio, & gratia mētib; quisquā improbet? An talis interpre- tatio non antepouitur iudicio Aristot. in proœmio Rethor. ad Theod. ei legis interpretationi que post natā contro- uersia facta est, q. male verū examinat omnis corruptus iudex, et post crucē Dñi ardeat Iudæi, Christi, & Christiani nominis odio? Huc incuberint omnes tam inde à cruce domini vsque ad hæc tēpora, vt sacros scripturæ peruertant sensus. Quid illud tertium? An non est palmariū, quod usurpata trāslatio Lxx ab apostolis est, q. apostoli usurpant id quisquam improbet? Quod ad nos transmittunt quasi per manus apostoli, Ecclesiæ principes, et triumphales duces re- hiciet quisquā cū vel ex vno hoc propheta ostēderim euāgelistis, & apostolos ex tradat. Lxx quinquaginta citasse lo- eos, vbi ab hebræo non discrepat (inquit) ait D. Hiero. ita est. Nā trūca est trāslatio Lxx, et aliorum trāslatio- nibus adulterata, quod docet D. Hieron. in præfatione in libros Paralip. ad Chromatium, vbi negat se versurū, fuisse scripturā ex lectione Hebræa, si pura maneret trāslatio Lxx, & castigata. Et in fine epistola ad Augustinū que vndecima est inter Augustini epistolas asteriscis esse figurata, ait, que addita sunt translationi Lxx, ex Theo- docone, & corruptam multis locis esse dicit ab Orig. Lxx virorum interpretationem, & adulteratam trāslatio- ne hominis Iudæi, atque blasphemā, quod multis verbis repetit. 2. libro Apologie aduersus Rufin. seque id testatū ait alibi millies. Vnde que obijciunt quidam indigna sunt responsione. Aiumt quedam Lxx viros nō vertisse. Nēpe que expuncta sunt à Iudæis, q. Christi sonarent planissime vt docet Iusti. aduersus Thryph. ea negat reddita à Lxx viris ergo q. tēporis iniuria in Curtio, Diono, Arriano, Liuiio, alijsque authoribus Græcis, & Latinis, multa desiderantur que extant, repudientur, aut arguantur scriptores non scripsisse que veteribus ipsa aboleuit. Addunt ijdem Lxx vi-

ros, quaedam male vertisse. Illa scilicet quae desiderabantur in translatione Lxx virorum à Iudaeis puncta, quod hoc opere Christum plene sonarent, ut docet Iustinus, aut vitiosa ab Orig. sunt, ut ait D. Hier. & addita sunt, ex translatione eruitur ex his hominibus Iudaeorum, et blasphemorum ut verbis D. Hier. ut ait, haec male versa sunt, sed ecclesia catholica non tam negli libris veteris fuit ut omnia pateretur corrumpi, quae in manibus Pontificum, & sanctorum semper erant, & consignata erant scri rum transpissio veterum patrum Orig. antiquioribus, unde his commentariis excerpimus quam maxime possimus puram trans latio Lxx nationem Lxx virorum ex sacris scriptoribus scilicet, temporibus Christi proximis, ubi pura maxime & castigata servatur, scriptura, ut ait Ambro. in cap. 5. epist. ad Rom. & hoc praesent haec commentaria, in quo me magnum xime po fecisse operis pretium arbitror quod castigatam maxime translationem Lxx virorum ex libris veterum patrum ex test pura cerpo. Tamen nemo inficiabitur laceram esse, & truncam multis locis, & Iudaeorum translationibus adulteratam, quod magis cui malo occurrit D. Hiero. sua translatione. Sed nolim intelligas omnia esse adulterata, erant enim in ore totius ec clesie toto orbe terrarum, & consignata libris sanctorum patrum fere omnia, quae Christum plane sonant. Quod vero D. Hieron. questionem proposuerat, nec dissoluerat, cur Stephanus dicat Iacob in Aegyptum descendisse cum septuaginta quinque animabus, & patres defunctos translatos in sicchem, & positos in sepulchro quod emit Abraham à filijs Emor patris Sichem, & alia quae aliter habentur in Hebraico, & cur in illo psalmo Heli, Lamafabachthi ni, q. est, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Lxx. addiderint de suo, respice in me. ipse D. Hieron. hanc to tam questione dissoluerat. In periochis enim ostendimus D. Hieron. docere nos, quod docet omnes sancti, ut pluribus diximus in disput. de translat. multa esse addita à Lxx viris, quae lucem afferant scripturae quae diuino afflatu addita esse inde apparet, quod citentur ab apostolis, & euangelistis, de quibus supra latius. Illud hoc loco addendum puta ui multa quae addita videtur à Lxx viris, non esse addita, sed intercidisse ex lectione Hebraea, aut e contra esse à Iudaeis, Quod praese tulisse Orig. apparet cum alijs locis plurimis, tum in epist. ad Aphricanum, & D. Hiero. in epistola ad Damasum, Quia enim aliud praese tulit cum dixit ex translatione Lxx virorum deprehendi quae mutata sunt aut detra cta ex veteri testamento post Lxx viros, quam ut intelligamus quae sunt in translatione Lxx virorum, et Hebraice non sunt, intercidisse ex lectione Hebraea. Quia multa deprehendimus in multis scripturae partibus, quae Hebraice duobus locis sunt conscriptae in quibus eum eadem verba sunt, & res eadem, in altera parte orationes integre desunt, quae sunt in altera integra, ubi necesse est dicat illas intercidisse ex parte altera, neque enim quisquam tam erit im pius ut additas dicat orationes illas à quopiam literis sacris, ut. 2. Reg. cap. 22. cum scriptum sit Dauidem composuisse psalmum sequentem in die qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, idemque sit titulus psalmi. 17. principium illud. Diligam te Domine fortitudo mea, desideravi te. 2. Reg. cap. 22. Quid additum dices in psalmis an potius intercidisse orationem illam. ex 2. Reg. quod mirum nemini debet esse post tot rui nas gentis Iudaeae post crucem Domini, & postea, si quid Hebraice non est, statim à nostris obelo expungitur ex tran slatione Lxx. Deinde ubi in psalmo legitur. Robur meum saluator meus, Hebraice est me sudathi omephaethi li. i. robur meum saluator meus mihi, & pro li. in psalmis est Eli. i. Deus meus. robur meum, saluator meus Deus meus. dicit ne quisquam orationem illam, Deus meus additam esse psalmis: an potius detractioe omnis literae deesse ora tionem illam. 2. Reg. quod pro Eli Deus meus. detracta litera legatur, li. mihi ut sit saluator meus mihi. Postea sequi tur in psalmis, fortis meus & sperabo in eum, Hebraice est, furi echebe bo. fortis meus sperabo in eum. 2. Reg. est. Elof furi echebe bo Deus fortis meus sperabo in eum. Dicit sic. 4. Regu addita voce illa, Elof, q. non fit in psal. Imo potius intercidisse ex psalmo. Na ter repetitum erat hoc nomē Deus quo significari sacra triadē docēt doctores sacri. Postea tur à Lxx post verba illa, quae sunt. 2. Regu. Cornu salutis meae, susceptor meus, verba illa refugium meū saluator meus de ini sunt addita scribit ceteris ecclesiae retinere conata esse ea quae in Lxx viris essent, etiā si Hebraice non essent, & pleraque alia hi sed plera que nota ex eodē psalmo reperies annotata. f. 611. 612. Quid in libris Paralip. li. 1. c. 16. ubi canitur psalmus. 95. in pri mo principio non deest integra illa oratio: Cantate Domino canticum novum, & statim illa. Cantate domino, & benedicite nomini eius, & postea, quod in psalmis est. Magnificētia in sanctificatione eius Hebraice est, ozue tipheret be miqda for. fortitudo, & magnificētia in sanctuario eius: pro tipheret, est in Paralip. chedua. i. magnificētia, & pro benedicte so. i. in sanctuario eius, in Paralip. est bi mequomo. i. in loco eius. Quid mirum ergo si p. Emor, & sichē sit alibi Ephrō, & Scor, & het. eum huiusmodi varietas tā crebro reperitur etiā in lectione Hebraea, in his partibus quae duobus locis conscriptae sunt ut infra in eodē loco in Paralip. est, seu mincha vobou. lepanau. i. tollite sacrificiū, et venite in co spectu eius. In psalmo. 95. pro bou lepanau est bou lecha serotau. i. Introite in atria eius, ergo alibi panau alibi legitur chaserotau. in eodē psalmo. Quod quid quae so distat ab illo quod alibi legitur Ephron alibi Emor, & infra est illud. Dicite in gentibus quia Dominus regnavit. Unde in cap. 11. Esaię vitiatam ostendimus à Iudaeis voculam illam es. i. à ligno. neque id fecisse solum, sed coegisse nostros ut eandem vocem expungerent ex translatione Lxx, nihilominus ta men ecclesiam toto orbe terrarum illam vocem retinere & sacris cautionibus publice toto orbe resonare. Impleta sunt quae concinit Dauid fidelis carmine dicens in nationibus regnavit a ligno Deus. quod quomodo verē ecclesie caneret iam inde vsq. a temporibus Christi, nescio, nisi verissimum est quod illic probauimus vocem illam es. i. à li gno mutata à Iudaeis in aph. i. et enim. Haec ergo tota oratio in Paralip. li. 1. cap. 16. prorsus est transposita et mutata aliquid ulu. Na pro imru. i. dicite legitur betomiru. i. & dicit, ne quis miretur q. nos factū illi probamus es. i. à ligno. mutatu esse à Iudaeis in aph. i. et. n. Multa huius notae reperies in psal. 104. qui citatur etiā li. 1. Paralip. ca. 1. ubi verba illa Paralip. semē Israel serui eius filij Iacob electi eius, legitur sic in psal. 104. semē Abraham serui filij Iacob electi eius, ergo alibi Israel, & alibi Abraham, ut alibi Ephrō alibi Emor, & reliqua quae proponuntur à D. Hier. Va rietatē lectionis sapientis est annotare, et docere hanc esse lectionis varietatē, sententiā tamē vtrāq. esse eadē, aut sacrosā ctā vtrāq. et sapientis est intelligere proponitis quaestiones à D. Hier. alibi. alibi dissolui, neq. oia quae addita putantur à Lxx viris esse addita, sed intercidisse ex lectione Hebraea, ea quae retinet catholica ecclesia, et pbat, et cū discrepat le ctio euangelica, & apostolica ab Hebraea lectione, vtrāque sacrosanctam esse, neque mirandū cū etiā in ipsa Hebraea lectione reperitur haec varietas, doctores Theologi est, vtrūq. explicare ut nos suis locis explicamus singula. Iudaeo rū, & Iudaeis antiū risu in sine periocharum respondimus ex D. Augustino, & ex Esaię, & sat ecclesiam, canōni ca sanxisse esse illa quae ridet Iudaeus impius risu quodam sardonio.

In lectione Hebraea duobus locis scripta Hebraice, verba quaedam esse varia, & orationes alibi deesse, quae sunt alibi.

Non omnia quae addita dicuntur à Lxx sunt addita, sed pleraque excide re electio ne Hebraea

Index

INDEX PRAEDICTIO num Esaię prophetæ, iuxta sanctorum patrum interpretationem, rerūq; eodem spectantium.



Abraha soboles, ut stellae caeli, & ut arena maris. fa. 263. a. 785.
Abraham pater multarum gentium. fa. 784. d.

Abraham & Sara pater multarum gentium, & de ea re quaestio. 785.
Adoratores veros, nec in monte, nec Hierosolymis adoratores, iuxta Lxx. fa. 99. c. d.
Adoptio perfecta. 504.
Aedificatio spiritualis. 649. c. d. 650. 651. 884.
Aegyptij primo loco benedicuntur, secundo Assyrij, tertio Israel. 734. d. 375.
Allegoriae mista veritas. 912. b.
Alexander papa defensus contra quorundam imperitorum glossulas. 603. b. c. & deinceps.
Agnus Dei qui pro nobis est oblati. 919. c. d. & deinceps.
Ambrosius defenditur contra Erasmus. 264. a.
Amianthus & eius natura. 692. a.
Amos pater Esaię, vtrum fuerit propheta. fa. 4. a.
Angelus sacratam virginem salutat verbis prophetae iuxta paraphrasim Lxx. fa. 172. b. c. d.
Angelus magni consilij. 228. 229. 230. 231.
Angeli mali. 515. 516. 517. 664.
Angelorum vox audita, relinquamus has sedes. 21. a.
Animae partes irrationales ex sicandae & castigandae. 1001. c. d.
Animae potentiae vrbibus comparantur. 934. c. d.
Animae ruinae, quae & quod reaedificandae sint bonis. 884. c. d. 934. c.
Animus pinguefcit scriptura sacra, & Christo desuper rotante. 883. b.
Animorum partus. 528. c. 529. 530.
Animam quae vere fatient. 842. b. 843. a. b.
Animae concipiunt de dilecto filio Dei. 449. d. 450. ubi dicitur, animas omnes concipere, & parere de deo aut de diabolo. 891. c. d. 892.
Animorum partus duplex. 451. a. b.
Animalia bruta cur pro hominibus malis ponuntur. 288. 577. 578.
Annus domini acceptabilis, quis & cur? facie. 588. d. 932. c. d.
Annus retributionis, quis & cur. 588. d. 932. c. d.
Apostolos duodecim, totum conuertisse orbem. inges miraculum. 659. 357. c. d. 357. a. Et illis patuit orbis, ita ut illis nihil esset impedimento. 655. a. b. 691. d. 710. c. d. 711. 806. c. Gratia Spiritus sancti orbem conuertisse. 808. 45.
Apostolos & sanctos martyres dedisse proprium etiā sanguinem pro populis & nationibus. 662. b. c.
Apostoli quid sensisse videantur de Lxx viris. disputa tionis. 21. d.
Apostolis forte diuisus orbis. 583. d.
Apostoli repelluntur à Iudaeis. 520. c. d.

Apostolos appellatos ceruas. 580. c. & cur feminine genere ceruae appellentur. 582.
Apostoli patres dicti, & cur? 1003. d.
Apostoli piscatores, quo expiscentur hamo. 457. c. & sagena in mare emissa, ibidem.
Apostoli & euangelistae faciunt metaphrasim scripturae. 199. d.
Apostoli & euangelistae voces obscuras mutant in planiores. 482. a.
Apostoli relictis Iudaeis euangelium praedicant gen tibus & recipiuntur à gentibus magna letitia. 850. d. 937. d. & iussi sunt discedere à Iudaeis. 196. 808. c.
Apostoli Christi nominum participes. 659.
Apostoli & sancti se pro Christo victos gloriantur. 733. b. c.
Apostoli dant spiritum sanctum quem acceperunt. 625. tota facie & deinceps.
Apostolorum electio: & vnde sint electi, & quod pri mi credituri fuerint. 211. d. 212. a. b. 585. d.
Apostoli & euangelistae, ex piscatoribus, & peccato ribus. 851. b. c.
Apostoli & euangelistae cum citant testimonia scri pturae citant prima & vltima, plerūq; omittunt me dia & cur. 213. 485.
Apostoli & euangelistae aliquando non citant testi monia scripturae, iuxta Lxx, idq; diuino consilio, & cur. 482. 675.
Apostolos citare testimonia scripturae coagmentata ex duobus locis. 502. c. 485. a. b.
Apostoli & gradus & ordines, & status ecclesiastici. fa. 548.
Apostolorum & iustorum splendor. 531.
Apostolorum miracula fiebant per Christum. 510. d. 511. a. 422. d. & deinceps.
De Apostolis. 542. b. c. 543. 652.
Apostolorum praedicatio euangelica. 468. b. 469. a.
Contra apostolos nihil licuisse Iudaeis, nec defuisse quenquam ex illis, excepto filio perditionis Iuda, pro quo electus est Mathias. 580. 582. 583. a.
Apostolorum chorus praedictus, & quod futuri erāt duodecim num. 344. b. c. d. 581. d. 582. a. b. 584. b. c. d.
Apostoli appellantur pedes domini. 655. b.
Apostoli & prophetae appellantur nubes, & cur. 109. b. & deinceps.
Apostoli preponuntur prophetis. 344. c. d.
Inter apostolos diuisae regiones. 219. b. 583.
Apostolica sedes regnum Dauid. 236. d.
Aetorum locus, quem prophetarum non sunt perfe cuti. disput. 92. d.
Aetorum locus baptizetur vnusquisq; 35. d.
Aetorum locus nunciauimus vobis nō loqui in no mine isto, & consilia Iudaeorum. 195. d.
Aetorum cap. 5. de non seruadis ceremonijs veteris testamenti. 201. a. b.
Aetorum locus de illa visione Linthei demissi de caelo D. Petri. 288. a. 289. 19.

†††† 5 Aetorū

Actorum locus cap. 6. audiuitus, quod Iesus Nazaren. mutabit traditiones. 293. d.
Actorum locus cap. 8. de Samaria, quæ recepit verbum domini. 295. c. d.
Actorum locus, hunc ignorantes Iesum & iudicantes, voces prophetarum impleuerunt. 475. c.
Actorum locus cap. 2. Parthi, Medi & Aelamitæ. 480. b.
Actorum locus, vidimus eos loquentes magnalia Dei. 511. b.
Actorum locus ca. 5. Si hoc ex Deo est, non potestis dissoluere illud. 506. c. d.
Actorum locus, In nomine Iesu, surge & ambula. 511. a.
Actorum locus, Quid agemus ergo fratres? 511. b.
Actorum locus de Stephano & Paulo, quibus de Christo loquentibus, Iudæi aures sibi obturabant, & c. 520. b.
Actorum locus cap. 4. & 5. Vocantes illos denūciaverunt, ne omnino loquerentur in nomine isto. 520. b. c. d.
Actorum locus, Nam de secta hac notum est nobis quod ubiq; contradicitur. 520. c.
Actorum locus agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisq; 35. & 522. d.
Actorum 5. locus de consilijs Iudæorum. 547.
Actorum locus, Vobis oportebat prædicare euangelium, sed quia nolulistis. 560. a. 984. c.
Actorum locus cap. 5. de Gamaliel. 561.
Actorum locus, de miraculo quod edidit apostolus. 565. a.
Actorum locus de concilio apostolorum. 580.
Actorum locus, Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus. 581. c.
Actorum locus, de Matthia electo loco Iudæ. 581. c. d. 572.
Actorum locus, Ecce conuertimur ad gentes. 585. a. 676. a.
Actorum locus cap. 7. de propheta illo quem prædixerat Moses. 630.
Actorum locus, de Anania & Sapphira. 758. d.
Actorum locus vos autem sanctum, & iustum negastis. 890.
Actorum locus, vos semper spiritui sancto restististis. 970.
Actorum locus, cum credidere tria millia, postea quinque millia. 1007.
Aquila ideo fecit translationem scripturæ, vt aduerfaretur translationi Lxx, & Christianis, disputationis. fa. 53. a.
Aquila cæteris Iudæis translatoribus fidelius creditur vertisse scripturam. disputationis. 90. c. d.
Aqua facta vinum in Cana Galilææ. 212. c.
Aqua, Dei sermo, & cur. 553. 662. 702. 918. d. 919. a.
Aqua regenerati, genus Dei dicimur. 678. & dicimur Dei filij. 12.
Aqua, ecclesiæ & flumina. 301. 661. d.
Aqua illa euangelica saliens in vitam æternam. 803. d. & ibidem, a qua qualauit dominus pedes discipulorum.
Aristæi libellus de medio sublatus à Iudæis. disput. 69. b.
Arenarum tempestas quæ fluctus attollit arenæ instar marinorum fluctuum, cui comparatur mundi consummatio. 379. d. 380.

Architectus, & ecclesiæ architectus quis? 37. a. c.
Arbores quid significant in sacris literis. 661. d. 662. a. b. lege in dictione aqua. 918. c. d.
Ariel. i. leo. Dei, populus Iudæorum appellatus, & cur. 495. b.
Ariel quid sit, & quid intersit, inter Ariel, apud Esaiã & Ariel, siue harel apud Ezechielem, longa disputatione cõtra Iudæos & Iudaizates. fa. 491. d. 492. 493
Aristæas & Iosephus, qui dicuntur ab schola Iudæorũ, prodidisse Lxx viros vertisse tãtum Græcè quinque libros Moysi, explanantur, & refellit schola Iudæorum & explanatur cur miraculorum, quæ facta sunt cum Lxx viri vertere scripturam, & cellarum non aperte meminerint. 43. b. c. & deinceps.
Aristæa libellus, qui circumfertur confictus & supposititijs. 59. b. c.
Aferet, lege in dictione, ocium festum quoddam.
Auari & amatores rerum terrenarum Hebraicè stulti & stupidi appellantur à Lxx viris, & à B. Hieron. pusillanimes. 588. b. c. 823. a. b. 111. c. 113. d. 114. a. b.
Aures quando aperiuntur à Deo quando secus. 778. b.
Aurum & argentum cæleste, quid sit, & indutum à Deo pectoribus hominum. 921. b. c.
Auxilium petendum à Deo non ab infidelibus. 376. 387. c.
Audi prædicta, vide completa, quæ oratio frequentissima est in ore D. Augustini. Dei oratio est, qua se Deum probat, quod omnia prædixerit & fecerit. 605. c. d.
Augustinus refutat, quod putauit Hebræos codices non potuisse vitari à Iudæis, disput. 46. 47.
Augustinus putat spiritum sanctum aliud per prophetas, aliud per Lxx viros dixisse: fortasse si Hebraicè scisset ubiq; duplicè sæpe esse lectionem, diceret de industria id factum à propheta author spiritu sancto, & alteram lectionem vertisse Hieronymum, alteram Lxx viros. disput. 42. a.
Augustini, & Hieronymi de tralatione Lxx disputationis. f. 11. disputationis de tralationibus. c. d.

B

Babylonici regni prædicta vastatio cum erat potentissimum. 303. & deinceps toto capite. 14. & fa. 411. tota facie, & toto cap. 21. & cap. 46. 47.
Baptismus. 62. d. 98. b. c. d. quod Iudæis hæc sola reliqua sit spes. 35. c. d. 38. b. 100. d. 101. a. b. 526. c. 564. c. 702. d. & deinceps. 712. a. b. 841. b. c.
Baptizari igni spiritus sancti, est omnes animi sordes & omnes prauas cogitationes igni spiritus sancti exurere. 38. d.
Barrabam seditiosum, quod poposcere Iudæi quæ mala incurrerint. 75. a. b.
Barbara nomina emolliri, vt Græcè Latineq; enunciantur. Idq; à clarissimis viris esse præceptũ, ideoque non dicendum esse Iesaiam Irmijahu, nec Iechezchian, vt Iudaizantes enunciant, nec similia. fa. 1. tota facie.
Beatitudo. f. 568. b. c. d. 979. c. d. Cui monstrabitur à Christo, si omnes sumus pleni crapula. 476. b. c. Et quod sit visio Christi. 564. quod proposita pro premio. 852. c. quod non sint condignæ passiones huius vitæ. 994. tota facie cum sequentibus. 990. 884. c. d. 924. a. b. 944. a.
Beatorum deductorum ab angelis ad æterna tabernacula

INDEX

na cula; gratulatio, & exhortatio ad fideles. 438. b. c. d. & deinceps.
Behemoth. i. Bestiæ cur sathan nominetur. 458.
Berith, vox Hebræa recte reddita foedus & pactum à D. Hieronymo, & testamentum à Lxx viris, & ab apostolis & euangelistis. 677. d. 766. c. d.
Biblia sacra excussa Compluti tribus linguis. 54. a. b.
Blasphemia quando non sit respondendum. 598. a.
Blasphemus, vt bestias frenat Deus. 608. b.
Blasphemias aliorum in Deũ hostra: aliquando cõmereri peccata. 598. b.
Bona quæ vere satiant. 842. d. 843. a. b. Bona æterna. 884. bona terre cãm pollicetur Deus, non solum polliceri terrena, ratione probatur. 42. a. b. c. d. Bona facere in oculis dei quãdo aliquis dicitur. 38. c. d.
Bonos, aut malos esse, an propriæ nre voluntatis sit tãtum opus, & loci Esaiæ, quos pro se citabant Pelagianis, quos refellit August. 41.
Bonis præmia, & malis pœnæ pro merito cuiusque irrogantur. 486. c. d. 738. a. b. bonorũ merces. 996. d.
Brachium Domini Christus, & cur sic dicitur. 810. c. d. & deinceps.

C

Cana Galilæe, & aqua ibi vinum facta. 212. c.
Canon scripture, vt nomen pro rei euentu ponatur. fa. 49. c. 173. c. d. 188. b. c.
Canon scripture, ubi in scriptura patrum peccata legitur, ob quam utilitatem sint conscripta diligenter ratione videndum est. 276. c.
Canon scripture, vt de parte loquamur tanquã de toto. 690. a. 347. a.
Canon scripture tropicis locutionibus misceri veritatem, siue allegorie veritatẽ misceri. 303. c. d. 721. b.
Canon scripture, quãdo verbum vnum plura significet, quæ ad rem de qua agitur pertinent, omnia illa ab spiritu sancto esse significata. 920. a. b. f. 344. a. sed repete altius. 106. b.
Canon scripture quãdo aliqua dicuntur, quæ in ipsum de quo dicuntur, qui typus sit Christi conuenire non possunt, de ipso Christo prædicta esse, etiã contra ipsos Iudæos manifestissimè defenditur. 277.
Canon scripture quid in scriptura significet. 791. a.
Canon quæ specialiter pronunciantur, generaliter esse interpretanda. 522. c. 436. a. 211. b. c.
Canon scripture arborum nominibus appellari sanctos. 851. c. & lege supra. a.
Canon cognoscendas arborum & animalium naturas, quod arborum & animalium nominibus, scriptura varia hominum vitia & varia virtutum genera significet. 701. d.
Canon quoties Esaias veteris testamenti citat historias, tanquam typos prophetie de qua agitur eas citare. 834. 404. c. d. 11. b.
Canon vt tanq; tralatione conferendam esse & ex vtraq; veros scripture sensus esse eruendos. 494. b. c. 704. d. 106. a.
Canon per nomina gentium Barbararum familiarũ finitimarum totus orbis significatur. 909
Duo simul prænunciantur, vt ex altero cõpleto statim, aut nõ longo post tempore, alterum futurum pro certo habeatur. 325. d. 302. d. 583. d.
Canon si quid figurate dicitur, quod ad proprietatẽ non sit impletum, argumentum est intelligendum

esse de Christo literaliter. 276.
Canon D. Hiero. quo docemur post Lxx viros nihil in veteri testamento esse mutatum, quod ex tralatione Lxx virorum non deprehendas, cõstabitur autoritate D. Pauli & euangelistarum, & apostolorum. 639. b. c. d. 36. c. d. 38. a. b.
Canon quæ in historia completa non videas, intelliges in veritate fuisse complenda. 435. d. 436. a.
Canon apostolos & euangelistas citare prima & vltima, quæ necessaria putat, omittens media, & obfcura planioribus verbis dicere. 213. b. c. d. & deinceps, & docendi causa id fit, non solum causa breuitatis. 633. d.
Canon quoties propheta citat verba legis veteris, citare ea tanquam typos eius prophetiæ, de qua sermo fit. 345. c. & 11. b.
Canon quæ literaliter non sunt completa intelligamus spiritaliter & illum esse sensum literale. 313. c.
Canon scripture interpretandæ rerum euentus & lux euangelica. 360. c.
Canon vt pro re & pro loco intelligamus terram in scriptura bonos, aut malos significare. 42. a.
Canon ex consequentibus, & anteceditibus scripturam explanari.
Canon scripture, si quis locus explanatur ab apostolis & euangelistis, aut à doctoribus sacris anteceditia, & consequentia si congruant eodem esse referenda. 765. b.
Canon allegoriæ partem explanari à propheta ipso aut à Lxx viris, quo reliquæ allegoriæ lux afferatur, quod est idem cum illo canone Augustini de quo supra diximus tropicis locutionibus misceri veritatem. 576. & hoc faciunt frequentissime Lxx viri. 183. d.
Canon aduocada schemata omnia & tropos omnes ad interpretationem scripture. 191. a.
Canon vt consequentia seruetur prophetiæ. 24. c. d. 361. c. 919. c.
Canon spiritum sanctum ferè artexere aliquid scripture de Christo, quo eam vetet ad alias referre historias. 403. c.
Canon expendendum diligenter, quæ affirmanter intelligenda sint, quæue interroganter. 534. a.
Canon scripture animalium irrationabilium similitudinibus vsq; vt humilitas nos cogeret non illis adherere, sed ad maiora attollere mentes. 529. b.
Canon literas sacras ad lucem euangelij esse explanandas. 300. c.
Canon vt in interpretanda scriptura veteris, ac noui testamenti sit summa consensus. disput. fa. 5. b.
Canon vt in interpretanda scriptura sanctorũ cõsensum sequamur. disput. fa. 5. a.
Canon vt intelligamus scripture per metaphoras & res & varias similitudines, cælestia nobis significare. 918. c. d.
Canon scripture seipsam exponit & errare non sinit lectorem. 913.
Canon quod narratur in veteri testamento, prophetia de Christo est, etiam si fieri ad literã possit, quãto magis si non possit. 276. c.
Ceci vident, claudi ambulant. 589. c. d. & deinceps.
Canticum nouum quid sit. 681. a. Canticum pro redemptione generis humani. 427. & deinceps. 437.
Cantica Benedictus dñs. Magnificat anima mea dominiq; minium.

INDEX

minu. 418.c.d. 429.a.b.c. sed repete a principio capituli. cap. 45. Esaiæ quod mysteriorum plenum est. vitium ab hereticis. & Iudæis docet Epiphanius. 721.c.d.
 Captiuitas, quid in scriptura. 500.a.
 De his qui se castrauerunt propter regnum cælorum. 853.b.c. 871.c.d.
 Castigatio spiritus ardoris dicitur. 98.c.d. 974.a.b.c.
 Castigatores vt sapiant alieno malo. ne plus pœnarum irrogent, quam par est. 304. 305.c.d.
 Erga castigatis à dño iubet dominus esse misericordes. 388.a.b.
 Catholici regiam ambulant viam. disput. fa. 5.b.c.
 Catholici idiotæ appellantur à Iudæis & hæreticis. disput. 48.b.c. & fa. 85. cap. 52. toto cap.
 Christus vt flos oriturus cum venerit temporis plenitudo. 355.a.b.c. Et sicut hora super montes. iuxta Lxx viros. 805.a.b.
 Christus natus recens positus in præsepî, inter boue & asinum, & quid bos significet & asinus. fa. 13. toto commentario.
 Christo nato perturbatur omnis vrbs Hierosolyma. 223.
 Christus natus. 224. 227. 228. 230. 233. d. 234.
 Christi natiuitas. Rorate cæli desuper. 727. 728.
 Christus natus. 696.
 Christus natus, qui venit habitu pueri lactentis. 811. 812.
 Christus puer appellatur Deus, lectione Hebræa, ita dispuncta, vt dispuncta est à Lxx viris. 178. 179.a.
 Christus vt pluuia descendit, & ascendit rursus. 849 D. 850.a.b.c.
 Christi incarnationis testes fieri vult Deus omnes doctores Theologos, quib' prophetias notissimas esse oportet. 186.a.b. 300.d.
 Christi incarnatio. 187. 188.
 Christum fecit incarnari, qui prædixit Christum incarnandum, iuxta Lxx. 655.
 De Christi incarnatione. 653. c.d. 654. 543.a.b.c.
 Christi aduentus primus tacitus cum silentio. 190.c.d. 191.d.
 Christi aduentus. 902. d. 719. b. vbi celi iubilate iubetur angelorum cantu, & patres in sinu Abrahæ, fa. 767.a.b.
 Christi aduentus tēpore summa pax. 58.d. & deinceps
 Christi aduentus. 976.a.b.c. 625.a.b. 96. 97.
 Christi aduentus fructus describuntur. 631. d. 632.a.
 Christi aduentus peritur. 388.a.b.
 Christi aduentus splendebit, & illuminabit omnes homines. 93.a.b.c. & deinceps.
 Christus venit lampas & lumen his qui in tenebris. 941.c.d. 942.a.b. 906.a.b. 763.c.
 Christi aduentu ferrum in aurum mutandū, & quo modo intelligendum. 921.b.c.
 In Christi aduentu homines futuros fuisse sanctissimos. 767.
 In Christi aduentu miracula. 636. d. 672. b. 750.c.d. 890.a. 978. 979.
 Cū Christus venerit iubemur ei credere, & eū sequi, iuxta illud, Ambulate dum lucem habetis. 846.c.d.
 Christi aduentus & eius nomen sanctissimum Iesus 787.a.b.
 Christi aduentus. 993.d. 994.c. 665.b.c.d.
 Christi duo aduentus. 813.a.b.

Christi aduentus prædicitur iam appropinquare. fa. 852.a.
 Christi aduentus, & Iudæa vastitas. 565.a. b. 620.b.c.
 Christi aduentus prædicitur nationibus sedentibus in vmbra mortis. 217. d. 218. a. 584.a.
 In Christi aduentu Iudæos prophetas neglexisse & signa quæ data erant Iudæis vt Christum agnoscerent. 865.b.c.d.
 Christus videt appellari Iesus, & De' noster. 807.b.c.
 Christi aduentus promittitur his qui agunt pœnitentiam. 903.d.
 Christi aduentus. 531. d. 532.a. 538.c.d.
 Christi aduentus signum. 179.c.d. 67.c. d. 68. 527.c. 587. 589.a. 590.a.b. 630.a.b.
 Christus dicitur Deus. 199.b.c. 200.a. 300.a.b. 734.b. d. 992. tota facie. 93. 94. & deinceps.
 Christus dicitur Deus & angelus. 232.b.c. 233. d. 234. 633.b.c. 955. d. 956. 958. 751. 752. a. 589. a. 899. a. b. lege attentè. 880. 435.b.
 Christus dicitur Deus & homo, si attente lectione Hebræam iuxta Lxx legas. 675. 757. 762. d. 763. a. 372.c. d. 372.c.d. 668. tota facie.
 Christus dicitur Deus Israel, planè & aperte, iuxta Lxx. 698.d.
 Christus Deus reuelatus, iuxta Lxx, illo loco, Nō legatus, neq; angelus, & de eo longa disput. 962. & toto illo commentario.
 Christus puer Deus planè declaratur lectione Hebræa, ita dispuncta, vt dispuncta est à Lxx. 178. d. 179. a. & 793. tota facie.
 Christus se Deum & hominem appellat & hortatur homines, vt se audiant & euangelio obtemperent. 781. c.
 Christus Deus Israel dicitur. 725.b.c.d.
 Christus Iesus & Deus, & rex Hebraicis literis appellari videtur. 806.
 Christus Deus sabaoth dicitur, & rex Israel, & legē veterem tulisse, & legem nouam. 713. a. b. c.
 Christi diuinitas reuelatur & personæ duæ. 733.a.
 Christus dicitur Deus & homo, passus pro hominibus, iuxta interpretationem Aquilæ, & Theodotionis. 764.c.d.
 Christus descriptus Deus & homo. 735.a.b. sed repete tendat sunt alte superiora.
 Christus Deus dicitur & missus à patre & spiritu sancto. 753.c.d.
 Christus Deus dicitur. 358. a. 636.c. 637.a. b. 847.d. 848.a. 989.d. 984. & deinceps toto capite.
 Christus puer dicitur pater æternitatis, vbi planè dicitur. 234.b.c.
 Christus declaratus à patre Deus. 758.b.c.
 Christus dicitur ab Esaiæ Deus fortis. Et resuratur qui illū locū peruertere conantur. 223. & deinceps.
 Christus Deus, & obiectio Iudæorum. 810. tota facie. 811. a. Reuelatur esse Deus, & toto orbe colendus 832.c.d. Deus & homo. 166.c.d. 637.a. b. 640.a. b. c. 641. a. b. c. 986.b.c. & deinceps.
 Christus Deus sabaoth, Princeps exercituum, & potestatum Deus, à quo omnis potestas. 645.d.
 Christus pater futuri seculi. i. futuræ regenerationis, in lege noua, & vitæ sempiternæ. 223. Secūdus Adā de cælo cælestis. 790. d. Alterius generis hominū principium. 835. 842.c.
 Christi passio & prædicatio euangelij. 825.b.c.d. 891. Christus

INDEX

Christus passus, quia ipse voluit, quibus vobis deus esse monstratum. 818. d. 923. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus passus pro genere humano. 823. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus humiliatus est vtque ad alas & spuit a facie. 778. 779.
 Christus acetum propinatum felle mixtum. 706. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus vinculus ligatus. 811. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passio & pena inrogata Iudæis. 462. d. 463. a. b. 814. d. 815. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus obediens vtq; ad mortem. 762. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus confensus Iudæorum omnium, ex captis his quo sexcipit euāgelij, quia discipuli domini erant, in crucem actus. 839. & tota facie sequenti. 811. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus trahitur à Iudæis clamantibus, tolle, tolle, crucem tuam, & crucifige. 390. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 In Christi passione Iudæorum ardor. 895. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus passus pro nobis. 705. c. 898. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passio. 393. 496. 464. b. c. d. 889. d. 899. a. b. 683. a. 775. d. & deinceps, vtq; ad finem capitis.
 Christus in passione iudicatur, & postea resurgens, iudicat ipse suos iudices. 84. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus vinculus ducitur ex monte Oliueti. 390. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus à Iudæis affect' cruce, & cur. 869. c. 783. c. d. Christus præ contemptu sine iudicij vlla formula datus. 821. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus passus. 778. tota facie. 813. & toto capite. 853. a. b. c. d. & deinceps. 857. b. c. d.
 Christus quibus non haberet decorem, & quibus esset speciosissimus. 813. d. 814. tota facie. 780. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus passus, Hebraicè dicitur videtur Deus passus. 816. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passio & resurrectio. 809. a. b. d. & deinceps.
 Christus passus pro genere humano redimet homines, & ædificabit ecclesiam. 824. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passio, ita ab Esaiæ descripta, vt dicere possis: Passio domini nostri Iesu Christi, secundum Esaiam, tamen notandum ita passionem domini descriptā ab Esaiā, vt prius doceat eodem cap. Deum esse, & è virgine natum. 810. & deinceps toto capite. 813. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passio. 953. a. b. c. & deinceps. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Qui Christo in passione illuserunt, quæ mala intulerunt. 75. d. & deinceps. 77. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passionis quas pœnas haurit Iudæi. 896. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Post Christi passionem prædicitur causa passionis. 822. c. d. 816. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christum passum pro nobis, dictū planissimè. 816. b. c. d. 817. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus humilis stat ante Annā, & Caipham, & Herodi, & Pilato fuit traditus crucifigendus. 764. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Eorum, qui Christum affectere cruce, semen in verberationem, iuxta illud, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. 555. d. 556. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Chrus in passione vicit potestates tenebrarū. 574. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus ille, qui affectus contumelijs in passione est, adorandus dicitur. 764. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi humanitas describitur, iuxta quam passus, tamen Deus passus dicitur. 815. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi pendens in cruce imago, & spinea corona. 493. 494. 468. 469. 470. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus spuitatus, alapis caesus, & illusus. 861. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus passus ad inferos descendens, & iuxta sententiam Eusebij, lotus. Esaiæ hoc deservit. 320. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi vulnera. f. 69. b. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.

eternæ scatenz. E. Christi laterē fluxere sacramēta. 756. b. c. d. 780. d. 301. Christus puteus iugis a que vnde emanant sacramenta. 783. d. & deinceps.
 Christus post passionem incendit vrbes Iudæas, quo vaticinio Iudæi premuntur à nobis. 1792.
 Christus quod humiliatus est vtque ad mortem exaltatur. 827. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi congressuri cum sathana describitur armatura. 903. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi cum sathana descripta pugna. 817. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus victor sathane, spoliat inferos. 791. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus triumphat sathaniam, & ætias potestates, & delet Iudæos & principes terræ qui ei aduersabantur. 455. b. c. 654. a. b. c. 655. a. b. 772. tota facie. 811. d. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi aduentus serpentem magnum vicit. 455. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus in passione sua meruit cōuersionem orbis. 827. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus animā suā ponit pro ouibus suis. 764. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus & alij martyres à Iudæis interfecti. 858. tota facie.
 In Christum mendacia & murmur. 546. 890. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passio retaliata Iudæis. 555. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus abscondit faciem suam, ne qui illum affectere cruce, intelligerent regem gloriæ esse. 815. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi vestium diuisione, & fortitio, & vestimenti ministerium sanguine. 221. d. & deinceps.
 Christus post passionē delet Iudæos, & eo loco Procopius virget Iudæos. 221. e. 294. f. 14. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passionis & resurrectionis quis fructus. facie. 836. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Aduersum Christum Iudæorum consilia. 80. 81. 306. 512. 540. 891. 893. c. 475. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi sepulchrum. 291. d. 292. 859. 860. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi sepulchri custodes. 860. 823. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Ad Christi sepulchrum mulieres euntes. 465. d. 466. 839. 860. iuxta Lxx, qui vertere sepultura eius sub lata est, quod idem esse videtur cum illo, surrexit non est hic, & cum illo, quid queritis viuum inter mortuos?
 Christi resurrectio, & mulieres quæ eam euangelizant. 466. 859. 860. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi resurrectio. 672. b. 447. d. 448. a. b. 845. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus resurgens delet Iudæos & declaratur typus. 494. d. & deinceps. 497. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi resurrectio vita & mors. 822. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus Deus dicitur & homo & sepultus, non in cineribus descendisse ad inferos, resurrexisse, & liberasse sanctos patres. 793. lege attentè.
 Christi resurrectio. 790. a. 793. tota facie. 434. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi resurrectio & passio. 452. 809. a. b. d. & deinceps. 493. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus resurgit gloriosus. 825. 826. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus ille qui affectus est contumelijs adorandus dicitur. 764. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi resurrectio, & quod acceperit omnem potestatem. 761. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christus resurgit gloriosus, gaudent apostoli, cōfunduntur Iudæi. 1005. d. 1006. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi passio & resurrectio & vastitas Iudæa significata. 780. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.
 Christi ascensio. 953. a. b. c. d. & deinceps. 555. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z. tota facie.

INDEX

Christo, qui crediderit saluus erit. 824. c. d. 825. c.
 Christus vestimentum fidelium. 938. b. c. d.
 Christo indutis nihil timendum, quod transeunt ad immortalitatem. 692. a. 799. tota facie. 938. b. c. d.
 Christi miracula in eius aduētū. 978. 979. 672. b. 750. c. d. 890. a. 636. d.
 In Christum multis modis Iudæi fuere impij & audaces. 897. a. b. 805. a.
 Christus gloria patris. 114. c. 633. d. 942. c. d. 906. c. d.
 De Christo manifestissima testimonia timide citabant veteres patres, quod deterrebantur clamoribus Iudæorum, qui negabant, ita esse Hebraicè. 28. d. 29. a.
 Christus quomodo sit porta regni celorum. 923. a. b. c.
 Christus iudex viuorum & mortuorum. 525. b. c.
 Christus panis & aqua. 526. b. Christus panis vitæ. 990. tota facie.
 Christus nobiscum vsque ad consummationem seculorum. 526. d.
 Christi transfiguratio. 672. b.
 Christū chirographū nostrum cruci affixit, & quid sit illud chirographum. 706. a. b.
 Christi mansuetudo quod erat vnum ex signis quæ erant agnoscendū. 670. b. 671. a. Reliqua signa. 543. 544. 678. 286. c. d. 287. tota facie. 179. c. d. 359. 360.
 Christus regnum Dauid restituit. 235.
 Christus in vlnis sacratæ virginis in Aegyptum descendit. 377. d. 358. a.
 Contra Christum debacchaturus Iudæos, & de eorum cæcitate. 500. b. c. d. 501.
 Christus dictus taurus. 375. d.
 Christum ab ipsis non cognitum esse queruntur Iudæi. 897. a. b.
 A Christo vocati Iudæi ad fidem etiam postquæ eū in crucem sustulerunt. 690. a.
 Christus lapis ille qui apud Danielem præcisus est de monte sine manibus, & creuit in montem magnam. fa. 55. toto illo commentario. & fa. 67. a. b.
 Christus mons cur. 55. tota facie.
 Christus dictus via. 701. a. b.
 Christus hostia pro nostris peccatis. 815. b. c.
 Christus machæra & gladius dictus & cur. 455. c. 758. c. d.
 Christi gladius quis. 813.
 In Christo mendacium esse nemo dicat. 718. c.
 Ad Christum gentes vocantur. 854. b. c. 907. b. 908. a. c. d. 909. 649. c. d. 855. b. c.
 Christum negant Iudæi. 897. d.
 Propter Christum reliquias ex Israel esse seruatas. fa. 988. c.
 A Christo magna nobis proposita merces. 738. c.
 Christus manipulus dictus, & cur. 881. d.
 Christi armaturâ induere iubemur. 900. b. c. 901. a. b.
 Christus visu gratiosissimus fuisse dicitur. 913. a.
 Christum receptum à nationibus, à Iudæis exclusum exceptis reliquijs, quæ saluæ factæ sunt. 684. c. 733. b. 809. d. 810. tota facie. 846. b. c. d. 838. d. 839. a. b. c. 984. tota facie, & deinceps. 674. d. 675. Accursuras omnes gētes ad Christum, quibus testimonijs nostri premunt Iudæos. 846. 847.
 Christi humanitas templum Dei. 734. c.
 Christo secundum humanitatem reuelata plura quæ vlli creaturæ. 778. a.
 Vsque ad Christi tēpora semper missos esse prophe-

tas. 944. b. c. 945. d. & deinceps.
 Christus promittitur, & spiritus sanctus, loco quodā capitis decimi, iuxta Athanasij sententiam. 270. c. quem documaliter fueramus interpretati, de sententia veterum.
 Cur Christo tot æditis miraculis nō crediderint Iudæi, neq; Mosi tot miraculis editis, sed adorauerint idola, neq; apud Babylonios, neq; apud Aegyptios miraculis sit creditum. 107.
 An Christus in instanti suæ conceptionis meruerit. 179. a.
 Christus secundum humanam naturam, potestatem accepit calcandi super scorpiones & dracones. 455. d.
 Christus quomodo dicatur pax nostra. 885. c.
 Chrs iustitia dictus ab Esaia, vt ab apostolo. 953. c. d.
 Christus serui formā accipit. 826. b. c. d. 667. tota facie.
 In Christum descendit spiritus sanctus longè aliter, quam in sanctos prophetas. 670. b. Super Christum spiritum sanctū requieuisse dicitur, & de eare quæstio, & septem dona spiritus sancti. 280. c. d.
 Christi gloria, à quibus videntur sit. 586. d. 587.
 Quia Christus à Iudæis non est receptus, Iudæi perierunt. 114. c.
 Christus non parceret cuiusquam dignitati, sed dicitur: Væ vobis pharisæi, & reliqua signa quibus Christus agnoscendus erat. 670. b. 671. a. 668. b.
 Ad Christum orbem conuertendum. 345. a. b. 712. tota facie. 902.
 Christus redemit genus humanum. 302.
 Christi regnum quid sit. 240. d.
 Christus dilectus dictus. 102. a. b. & deinceps.
 Christus apud quos prophetas dictus sit Nazareus. 276. a. b. & deinceps.
 Christus fidelibus corona gloria. 473. c. d.
 Ad Christū relatæ omnes prophetiæ de Christo, voce Dei patris. 668. & deinceps.
 Christus lumen dictus & nubes, & cur. 35. a. b.
 Christus missus à patre & vocatus iustitia. 663. c. d. 654. a. b. c.
 Christi ad iudicium venientis rex. Darius typus. fa. 384. d.
 Christi caro nobis Hierusalem, & visio pacis, & ciuitas. 56. d.
 Christi indulgentia in illos, qui ipsum in crucem sustulerant. 462. d.
 In Christo omnia innouantur. 649. d.
 Quæ de Christo dicuntur cautum ab spiritu sancto, quibusdam verbis additis, ne ad terrena transferri possent. 319. b. c.
 Christus ex Moabitide Ruth. 334. 335. 336.
 Ad Christum referre scripturam, si commode fieri possit, in magna laude ponendum: cum sensus non coheret, non caret culpa, qui hæc facit. 91.
 Christus suos defendit. 539. c.
 Quæ à Christo facta sunt aliud sensu literali significant, spiritali aliud. 63. c. d.
 Christo paucos credituros. 343. a. b. c. d. 344. a.
 Christus glorificaturus reliquias Israel, & perditurus impios Iudæos. 97. d.
 Christus in sancta eucharistia vnguentū effusum. 103.
 Christus testis & testimonium, & cur sic appelletur. 846. b. c.
 De Christo tam manifesta sunt testimonia, vt eis cōtradocere impudentissimū sit. 656. a. b.

Christus

INDEX

Chrs quibus potissimū locis esset versaturus. 216. b.
 Christus cur non receptus à Iudæis. 43. b.
 Christus instauraturus solium Dauid, refelluntur iudaizantes, qui hæc peruertunt. 337. 338.
 Cur Christus angelus sit dictus, & negetur fuisse angelus illo loco. Non legatus neq; angelus. 962. c. d. 229. a. Cur dicatur angelus magni consilij & non angelus. 228. 229.
 Christo mors allata, vastitate Iudææ attulit. 802. c. d.
 Ad Christum diuites fuisse venturos. 919.
 Christum non agnoscendum fuisse à populo Iudæorum. 684. d.
 Principes & pharisæos occæcandos. 684. d.
 Christi indulgentia in peccatores. 671. c. d.
 De Christo & euangelio, & de apostolis seruatis à patre aeterno. 720.
 Christus ex sua autoritate loquebatur. Ego dico vobis. 802. 962. c.
 Christus cur Semach. i. germen, seu oriens dicitur in literis sacris. 712. a. b. & dictus germen, quod totum orbem iustitia fecit florere. 940. d. 941. a.
 De Christo. 723. 724.
 De Christo manifestissimum testimonium obscuratum à Iudæis, referatur à Lxx viris. 787. c.
 Ad Christū vocamur, & monemur, vt soluamur peccatorum vincula. 800. b.
 Christum in prophetis loquutum. 803. a. 53. d.
 Christus ecclesiæ irrorat semper, quo rore animus sanctorum pinguescit. 833. b. c.
 Christi gloria secundum humanitatem. 762. a. b. c. d.
 Christus sponsus & sponsa dictus, & quomodo. 939.
 Christus animâ suam ponit pro ouibus suis. 764. a. b.
 Christus, & martyres interfecit à Iudæis. 858. tota facie.
 Christi aduersarios Iudæos confundendos fuisse pudore, Christum toto orbe adorandum. 735. c. d.
 Cur per Christum dominum nostrum dicamus in omni prece. 733. d.
 De Christo omnes ferè locos manifestos peruerti à Iudæis & à Iudaizantibus. 964. c. d.
 Christus verus gigas. cap. 3. f. 74. 75. 720. & deinceps.
 Christus euangelium promulgat, & est propheta ille, de quo Moses. 697. tota facie.
 Christi nomen qui inuocauerit saluus erit. 713.
 Caro Christi, velamen est verbi. 799. b.
 Christus omnium peccata soluit. 818. a. b.
 Christi corpus sumus omnes Christiani. 691. b. c.
 Christi & ecclesiæ matrimonium spiritale. 944. 945. 832. b. c. d.
 Christus salutare Dei cur dicatur. 633. c.
 In Christo duplex aspectus. 913. tota facie.
 Quanto tempore post captiuitatem Babylonicā fuerit Christus. 6. b.
 Chrs cur lapis offensionis, & petra scādali. 588. c. d.
 Christus secundum humanitatem descriptus. 668. & deinceps.
 Christus ros lucis siue luminū, aut splendorum suscitabit corpora nostra è monumentis fulgentissima. 453. b. c.
 Christus sicut pauper ingressus est Hierosolyma. fa. 722. d.
 Christum dictū Israel & Iacob in sacris literis. 667. d.
 Christus caput ecclesiæ. 939. b.
 Christum & Christianos persequuntur Iudæi. 736. c. d. 739. a.

Christus rex ecclesiæ edificat, vbi diluitur Iudæorū obiectio. 731. d. 732. a. b.
 Christum in Galilæa primum cœpisse prædicare, & edere miracula. 213. 214. sed legenda attente omnia à principio capitis.
 Christus saluator in scriptura dictus. 697. a.
 Christi sanguine redemptus populus fidelis. 794. c. 885. c. d. sed repete altius.
 Christus intrat in sancta sanctorum, vt patrem proprium reddat generi humano. 932. a. b.
 Christus præmia reddit sanctis, & quæstio de ea re. 827. b. c.
 Christus imperabit in æternum. 334. 335.
 Christus iustitiæ originalis iacturam instaurat. 885. c.
 Christus flos & liliū. 585. b.
 Christus Dei altare & typi huius altaris. 492. c. d. 493.
 Christi mos quoties se Deum reuelat, vt editis miraculis illud confirmet. 589. d.
 Christus ipsum pulchrū, & ipsum amabile, quo grauidæ fiunt animæ, & pariunt fœtus vitæ sempiternæ, sed in pariendo graues perferunt dolores. 450. a. repete altius.
 Christus & Christi crux principū in nobis vitæ sempiternæ. 226. a. b. c.
 Christi clemētia infinita, & infinita potētia. 849. a. b.
 Christus cōstituit apostolos ecclesiæ præfides & super ipsos ipse stat. 548. a. b.
 Christi domini baptismus & gloria domini in eo visa. 586. d. 587.
 Christus quem docebit euangelium, si omnes sunt pleni crapula: quem docebit bonorū præmia, & penas malorum? 476. b. c.
 Christus sacerdos secundū ordinem Melchisedech. 402. a. b. c. d. 493. 404.
 Christus à Iudæis tentatus. 521. b.
 De Christo oracula manifestissima fere peruertunt Iudæi, non vnum aut alterum. 967. 968.
 De Christo domino, & de Ioanne. 626. d.
 Christus ad labores nos vocat cum spe & proposita magna mercede. 548. c. 549. a. b.
 In Chri aduētū cū apostolis gētes lætantur. 584. a. b.
 Christum animam rationalem assumpsisse, quo loco Esaia probet Epiphanius. 899. b.
 Christus suo sanguine mūdauit gētes multas. 809. c.
 Christus gentibus nunciatur venturus. 585. a. b. 561. c. d. 462. a. b.
 Christus Deus & homo significatus commentario Lxx virorum. 567. b. c.
 Ad Christum vocantur omnes gentes & Iudææ præ dicitur vastitas. 578.
 Qui Christum in scriptura celant, sacrilegi. 275.
 Christi aduentus maximum argumentum quod. fa. 20. a.
 Christus dictus præceptor omnium & magister, & Dei consiliarius. 73. c. d.
 Christus gloriam vitat, & hoc signum erat quo erat agnoscendus. 671. a.
 Christus principem huius mundi, & aeris potestates triumphauit. 455. b. c.
 Christus appellatus puer, & natus, puer verbū Deus. 224. a. b.
 Christus quibus locis primum cœperit prædicare, & edere miracula. 212. d. 213. 214. d.
 Christus ascendit vt virga, & vt flos, & cur. 280. c.
 Christus

INDEX.

Christus delevit Iudeos post passionē, & eo loco Procopius vrget Iudæos. 222. c. 494. d.
 Christi & ecclesiæ matrimonium spirituale. fa. 944. d. 945. a.
 Christus consolatio generis humani. 625. b. c. & deinceps toto commentario.
 Christum testantur omnes prophetiæ. 846. b. c.
 Christus clavis Dauid, & quomodo scripturam referret. 503. b.
 Christo pueri infantes acclamant Osanna. 489. c. d.
 Christus trahitur à Iudæis clamantibus, Tolle, tolle, crucifige. 390. b. c.
 Christus cur bonum, & bona, numero multitudinis dicatur. 805. d.
 In Christum contumelia prædictæ. 809. a.
 Hæreditas Christi quæ? 828. c. fere toto capite, de hoc argumento est prophetia.
 Christus creditibus in sanctificationem futurus, nõ credentibus in lapidem offensionis, & in petrâ scâ dali. 198. b. c. 199. b. c. d.
 Christus à Lxx viris dictus testimoniũ, & cur. 846. b.
 Christus lux vera. 773. c.
 Christi imperij æternitas Mem quadrata litera in principio posita significatur. 235. a. b.
 Christi nomen esse Dauid, & sonare latine idē, quod desideratus & dilectus. 95.
 Christiana simplicitas & innocentia. 57. c. d.
 Christiani, genus Dei dicimur. 678. tota facie.
 Christianorũ nomē. 991. d. 992. 690. d. 691. a. 943. b. c.
 Christianos angeli deducunt ad superas sedes. facie. 438. b. c.
 Caritas in proximum. 878. d. 879. a. b. c. d.
 Chet Hebræa litera vertitur aliquãdo in h, aliquando in ch. 600. d.
 Ceremoniæ Iudæorum abrogatæ. 26. c. d.
 Centaurus quid in scriptura. 578. a.
 Cibi ecclesiæ & pastus. 997. c. d.
 Circumcisio spiritalis. 887. d.
 De Cyro, & de controuersia sanctorum patrum capite. 45. f. 720. 621. 722. 723. 724.
 Cælestia pro terrenis bonis vendidit Esau, & ideo appellatus est Edom. i. terrenus.
 Cælum & terra quid in scriptura significant aliquando. 11. b. c. d.
 Cæli fabrica. 643. c. d.
 Cogitationes prauas exurendas, & hoc dici igni spiritus sancti baptizari. 38. c. d.
 Columba & nubes appellati sancti. 813. a. b.
 Commentaria texta è Rabinorum libris, quantã importent pestem. disputationis. 6. a. d.
 Commentaria hæc cur sint texta ex scriptis sanctorũ disputationis. 5. a. 6. d.
 Consilia Iudæorũ aduersum dominũ. 512. c. 80. b. c.
 Consiliarius cur Christus appelletur. 230. a. b.
 Con sanguineos non esse negligendos. 879. c. d.
 Concilia & doctores sacri omnia faciunt, iuxta scripturæ testimonia, & decreta veterum patrũ, & sic refellunt hæreticos. 807. a. b.
 Concordia impietatis dispartur à domino. c.
 Continentia. 870. d. 853. b. c. 712. a. b.
 Contra concionatores, qui Dei verbum cauponantur. fa. 45. b.
 Consumere quid significet in Esaiâ. 50. b. c.
 Confessio idem, quod disputatio cum Deo. 39. b. c. d.

Conuersatio cum malis. 808. b. c.
 Conuiuũ, & conuiuũ vituli saginati. 431. 432. 433.
 Cornu in sacris literis, quid? 103. 105. d.
 Corona spinea domini. 549. d. 550. a. b. c. 468. d. 469. & deinceps. 106. b. & deinceps.
 Corporis & spiritus pugna fedatur à Christo. 885. c. d.
 Corpus Christiani militis vegetum esse oportet, vt possit laboribus suppeditare. 797. b.
 Corporis castigatio præscripta à Philosophis non solum à sacris scriptoribus. 587. d.
 Crux & quando crux in nobis regnet, & quãdo quis Christi crucem baiulet. 225. d. & deinceps.
 Crucis signum. 570. a. b. c. 552. d. 829. c. 191. b. c. Delet. nostrum chirographum. 707. a. b.
 Creare & facere idem esse, apud philosophos alterũ, alterum apud theologos. 689. 690. a.
 Cupiditates prauæ, grauisima nostrorum peccatorum pcena. 629.

D

Damasci, & Samariæ vastitas signũ aduentus Christi. 340. 341.
 Damnati. 943. d. 641. b. c. d. 383. c. d. 453. c. d. 1013. 1015. 1020. 1021.
 Danielis locus. 129. vbi diluitur quæstio proposita à D Hieronymo.
 Dauidis historia. 2. Reg. quando expugnauit Hierosolyma pro typo Christi explanat, aut ab Esaiâ, aut à Lxx viris. 497. sed lege à principio capitis.
 Danielis vltimi libri, disceptatur an sint Danielis, cũ in Hebræa lectione non sint. 89. & 90. & tota epist. vbi Origenes probat multos libros esse Græcõs, qui Hebræicè nõ sint, quod Iudæi multa volumina de medio sustulere.
 Dauidis solum instaurandum, vbi refelluntur Iudæi & iudaizantes. 337. d. 338.
 Dauidis locus, Dominus Regnauit à ligno. 226. d.
 Dæmones nõ consulendos à Christianis. 203. 204. de scribuntur dæmones. 516. d. 517. inuicem suæ pestis. 664.
 Dæmonũ vanitas. 314. Pecuniæ dæmonũ quibus se eis vendunt peccatores. 774. b. techna dæmonum, quãdo aperte pugnare nõ possunt. disput. 3. c. 6. c. d.
 Dæmones Aegyptij à Mose contriti. 515. a. b. c. & deinceps. Scorpij dicuntur & dracones. 455. d. Nesciunt futura, neque quidquam facere possunt, fac. 645. c. d.
 Dæmonum vates etiam si furiant, seruant dictorum consequentiam. 35.
 Debiti repetitio. 895. b. c.
 Deus non continetur cælo. 973. b.
 Deus factus homo, cur non sit rezeptus, causam reddit Esaiâs, iuxta Lxx, & alios interpretes, quod venit velatus facie pueri lactentis, natus est terra inuia & sicca. i. è virgine. 811. b. c. d. & deinceps.
 De statim adest suis, & de hac re quæstio. 881. d. 997. b. c. & cur dicatur, Conuertere domine de cælo. fa. 973. b.
 Deum creasse omnia, & materiã, sensit Plato, mutatus ex sacris literis.
 Deus illuminat mentes fidelium. 882. c.
 Deus verbum quibus nominibus appelletur in literis sacris. 11. c.
 Deus ignis ardens & exsiccans. 354. b.
 Deus mentem petentis speciat, an mereatur accipere, quod

INDEX.

re quod petit. 504. c.
 Cum Deus verbũ homo factus sit, quæres inquit propheta, an sit futurus rex potentissimus, respondet toto cap. 53. nihil minus, sed potius humilem veturũ & ignominiosam mortem moriturum. 712. d.
 Deus omnia præstitit, vt saluemur. 107. b.
 Deus vitur malis ad cõmodum bonorum. 500. a.
 Deũ quærentibus quæ sint proposita præmia. 368. c.
 Deus solus scit futura, & responsio contra magos, & dæmones. 645. c. d.
 Deus quõ dicatur habitare in sanctis. 557. c. 944. b.
 Deus terram fecit, & qua facilitate. 645. a. b. & continet. 643. a. b.
 Deus ipse nos docet explanare typos, & vmbra scripturæ contra Iudæos. 110. c. d. & deinceps.
 Deus quomodo quærendus. 388. c.
 Deus omnia regit, & gubernat, ita vt ne tenuissima quidẽs ei gubernatione fugiat. 641. b. & deinceps. 646. c. 647. a. b. & oia sine vllõ labore gubernat.
 Deus sanctis & bonis progenerat alas quibus in cælum subuehantur. 648. d. 649. a.
 Dei potentia infinita maiora potuit, quàm ea quæ fecit. 644. b. c. d. 645. a. b.
 Deus homo factus, cur alios trahat, excludat alios & quomodo hoc intelligendum sit. 637. c. d. & deinceps. 640. a. b. c. d. 641. a.
 Deus, quia Iudæi eius indulgentia permoti nõ sunt, vt conuerterentur, addit illis mala. 449. b.
 Dei in conspectu omnes gentes velut gutta situlæ, & tamẽ guttam illã situlã redemit. 637. d. & 640. 641. a. 643. a. b. c.
 Dei imago in quorundam animis est, in alijs contra est diaboli imago, qui dicuntur argentum reprobum. 44. c. d.
 Dei facilitas in rebus faciendis & omnipotentia. fac. 664. c. d. 645. a. b.
 Deus quo argumento se Deum esse probat, & legẽ quam nobis tulit diuinam esse. 605. c. d.
 Deus miseretur peccatorum & è malorũ barathro eos subleuat, & sedes Dei facit. 878. a. b. c.
 Deus admittit preces cuiuscunq; si ad se conuertatur. 602. a.
 Deum creasse omnia verbo suo. 719. d.
 Deus pelagus essendi, fa. 439. b. c. 607. b. c. & principium essendi & omnium bonorum. 607. b.
 Dei filij an Iudæi dicantur typice, an vere sanctorũ sententiæ. fa. 12.
 Dei filij christiani. 12. tota fa. 698.
 Dei magitudo immensa, & quod neque mente concipi imago ei possit, neq; re vlla formari. 642. b. c.
 De facit reges & aufert mira facilitate. 644. c. d. 645.
 Deus Babylonicum regnum vastari iussit cum potentissimum erat, vt appareret Dei nutu fieri omnia. 411.
 Deum, solum esse Deum, argumento necessario colligi. 664. a. b. & deinceps, sed repete superiora. 663. b. c. d. 747. a. b. 714. d.
 Deus possidet summam felicitatem. 444. a.
 Deus ipsarum culpa nationes deserit. 665. a. b.
 Deus fecit calorum ornatum, & hunc syderum motum admirabilem & harmoniam. 646. b.
 Dei vrbs. 920. b.
 Deus puer futurus, qui more aliorum puerorum paulo alatur Deus & homo. prædictũ ab Esaiâ. 177.

a. b. c. 615. 616. a. b. 811. c. 806. c.
 Deus Deus Hebraice est frequenter, & interpretadũ puto, Deus Dei, aut Deus de Deo, contra Iudæos, & Iudaizantes. 33. d. & deinceps. 439.
 Deus cur non vitur, nostris temporibus ea benignitate, qua vsus est olim. cum precibus Ezechij delevit Senacherib. 565. b. c.
 Deũ fieri hominem, tam admirabile est, vt postquã factũ est a pluribus nõ credatur, & ideo præmissos esse prophetas multos qui id prædicarent, & sæpe prædicarent. 811.
 Deus nos redemit propter nimiam charitatem, qua nos diligit. 969. c.
 De cur punit ministros suæ iustitiæ, per quos suos castigauerat. 252. a. b.
 Dei magnitudo & immensitas, cuius ad cõparationẽ oia sunt velut gutta situlæ. 637. 640. a. b. c. d. 643. b. c.
 Deus præcauet, ne iusti superbiant. 623. d.
 Deus quõ indurare corda nra dicatur. 974. a. b. c.
 Deus frenat blasphemos vt bestias. 608. b.
 Deus dator bonorum omnium. 409. b. c.
 Deus in veteri & nouo testamẽto Petra dictus. 439. d.
 Dei præsidio destituti effrenes Iudæi in omne nefas ruunt. 981. c. d.
 Deus infinitis partibus nos superat, & ideo nos illũ ad iracundiam prouocamus, ille contra nos beneficijs cumulat. 849. a. b. c.
 Dei magnitudo cur significata ab Esaiâ per hæc duo nomina excelsum & eleuatum. 126. c. d.
 Deus cur permittat nos peccare. 981. b. c.
 Dij gẽtium peccata ipsa, & vitia, nam coitum adorabant Veneris nomine, & Priapi, vinũ nomine Bacchi, & similia. 715. & facie sequenti.
 Deus lux fulgentissima pro premio sanctis semper affulget. 880. 881.
 Dei sermo, aqua & pluuia cælestis, & cur? 553.
 Deus cui dat noia dat res significatas per noia. 944. b.
 Dei misericordia infinita. 973. b. c.
 Dei docibiles, qui dicantur. 837. b. c.
 Deus ad Deum loquitur. 733. d. 734. a. b.
 Dei castigatio misericordia est. 750. b.
 Deus cur perfidos Iudæos deleuerit. 710.
 Demonstrationes in rebus nostræ fidei qua ratione dicantur ab Eusebio, & alijs. 8. c. d.
 Diabolus per nostros nos oppugnat. disputa. 7. Diabolus. 593. Leuiatan. i. caput malorum. 456. c. d. 457. c.
 Dies & nox quid in sacris literis. 441. d. 442. a.
 Die iudicij electi auro, & gemmis pretiosiores. 310. tota facie, sed repete altius.
 Die iudicij dicitur peccatoribus, vt sibi caueat dum tempus est. 386.
 Dies domini à quo sole fiat. 942. c.
 Disputatio cum Deo qualis. 396.
 Diuinos non esse cõsulendos à Christianis, quod factis sit nobis euangelium. 203. 204.
 Diuitiæ humana. 589. b. 661. Contra diuites. 83. c. d. 111. c. 113. d. 114. a. b. 121. b. diuitiæ sunt impedimento ne scrutemur scripturam. 54. a. b.
 Diuites venient ad Christum. 909. a.
 Diuidere, quid sit in sacris literis, & secare. disp. 92. a.
 Doctores sacri Latini defenduntur, qui apud Esaiã legunt. Vestimenta tua cito orientur. 880. 881.
 Doctores sacros facere mēdaces magnũ est detrimẽtũ. 601. d. ttttt pocto

INDEX.

Doctores sacri citant testimonia scripturæ & hæretici testimonia quoque scripturæ citant, quid tamen interfit inter utroq; 86.d.87.a.b.
 Doctores sacri laudantur. 395.b.
 Doctorum sacrorum testimonijs concilia refellunt hæreticos & fanciunt ecclesie dogmata. disput. 21. & 87.a.b.
 Doctorum sanctorum scripta ruunt si infamatur Lxx virorum auctoritas. 10.a.
 Doctrina cælesti munimur, contra vitia & contra demones. 885.d.
 Doctrinæ reuelatæ primū principiu. 159. & deinceps Dominus cur deflet vastitatem & miserias Iudeorum & non eis subuenit potius. 107.c.
 Dñantes Deo, cur dicatur Hebraicè fere semper quoties Latine est dñs Deus. 128.b.c. 927.
 Dominus sanctorum hæreditas. 840.d.
 Dominus mittit morbos iustis ob ipsorum utilitatē & ob culpam etiam. 612.
 Dominus exercituum, quid & quis. 245.a.b.
 Duodecim tribus extitisse tempore Christi ostenditur contra iudaizantes. 216.a.b.c.
 Duarum personarū diuinarum facta mentio. f. 776. b.c.d. & deinceps.

E

Ecclēsia ex gentibus infidelibus. 346.c. fundata toto orbe. 832. est hortus, & paradus amēnissimis arboribus vernans. 301.b. est irrigua fluuijs spiritus sancti & donis cælestibus. 590.c.
 Ecclesia, Dei sedes cui data sunt spiritus sancti charismata. 557.c.d. 586.c.d.
 Ecclesia ex latere Christi nata. 768.c. 785. occupabit totum orbem. 989.a.b.
 Ecclesia indulget Dominus & dat promissa. 769. tota facie & sequentibus.
 Ecclesia militans & triumphans. 915.a.b.
 Ecclesia in mote ædificata, hoc est, in Christo. 433.d.
 Ecclesia ex nationibus pietate superat veteres Iudæos. 1005.d.
 Ecclesia persequutiones ab infidelibus, & hæreticis patitur, & cur. 700.a.b.
 Ecclesia persequetur suos persequutores. 43.a. b.c. 436.b.c. 429.c.d. 554.a.b.c. 559.c.
 Ecclesia promissa patrum accipit quæ a misere Iudei. 991.b.c.
 Ecclesia possessio Dei, & Deus ecclesie possessio. fa. 446. 447.a.b.
 Ecclesia scripturam quomodo proponat nobis. 31.b.
 Ecclesia cur sterilis ab Esaia dicatur, & non habuisse virum, & virgo. 829. 830.
 Ecclesia toto orbe futura non intra Iudæam tantū. 866.d. 345.c.d. 346. 56.b.c.
 Ecclesia verum Dei templū, quod ædificauit verus Solomon, verus rex pacificus. 1000.d. 1001.
 De ecclesia quæstio. 931.
 Ecclesia Christo induta pro vestimento splendet mirabiliter. 938.d. 939.
 Nihil in ecclesia catholica receptum attendendū est, neq; præbenda hæreticis est occasio conuellendi ecclesie auctoritatem. 91.b.
 Qui in ecclesia confabulantur. 933.a.b.
 Ecclesia fructus passionis Christi. 828.b.c.d. 829.
 Ecclesia ex Iudæis, & gentibus quæ exuberat aquis cælestibus, & de prædicatore euangelij. 553. c.d. &

de presentia spiritus sancti. 100. 101.a.b. & quod maior dignitas ecclesie sit, quā synagoga. ibidē.
 In ecclesia primum locum tenent nationes, vltimū Israel. 914. totum commentarium.
 Ecclesie appellatur insula. 674.d. 681.c.
 Ecclesie aues & catus. i. doctores ecclesie, pasqua, atque paludes illorum doctrina. 591.a.b.c.d.
 Ecclesie caput Christus. 939.b.
 Ecclesie cibi & pastus. 997.c.d.
 Ecclesie & Christi matrimonium spiritale. 832.b.c.d. 944.d. 945.a.
 Ecclesie descriptio. 351. 352.a.b. 356.b.
 Ecclesiarū diuisio in episcopatus & dioceses. 827.b.
 Ecclesie filij. 1006. non nascuntur filij maledictionis nec iræ. 997.a.b.
 Ecclesie flumina quæ & fons quis? 590. & de ecclesia 569.a.b.
 Ecclesie fundamenta quæ? 719.b.
 Ecclesie & eis qui in ea agunt poenitentiam, prænunciatur lætitia magna. 1009.b.c.
 Ecclesie multiplicatio. 783.b. 925.c.d. 926.
 Ecclesie nomen venerandum. 943.b.c.
 Ecclesie paxilli apostoli & cur? 568.c.d.
 Ecclesie præfectorū merces si religio præstet. 922.b.
 Contra ecclesie præfectorū, si vitia sequatur. 922.a.b.
 Ecclesie securitas & illustratio. 553.c.d. 554.a.b.c.
 Ecclesie stabilitas. 55.d.
 Ecclesie totise opponit quorundā impudentia. 229.
 Ecclesie typus Sara. 829.d.
 Editio communis quæ fuerit, disput. 20.b.
 Effeminati qui in sacris literis. 75.d.
 El, semper Deum significat, & nunquam fortem contra Iudæos, & Iudaizantes. 716.
 Elo reperiri singulariter frequentissime, & significare semper el, & elo Deum, contra Pagninum, & alios. 23. & deinceps.
 Eleemofyna. 878.d. 879.a.b.c.d. & quomodo sit danda. 882.a.b.c. eleemofynę præmia. 880. 881.d. vsque ad finem cap.
 Electi ab æterno sancti. 714.d.
 Eliachim, & Sobna apud Esaiā fortasse parabola potiusquam historia. 399. toto commentario, & sequentibus & 402. 403. 404.
 Emmanuel. 173. 174.
 De Emanuele, & Gabriele, & Michaelē historia. 171.
 Encenia, & eorum typus explicatur. 650.c.d. & sequentibus.
 Ephraim cur pro Iuda proditore ponatur, & pro omnibus Iudæis perfidis. 469.
 Epiphanię festum. 188.d. 189.
 Episcoporum mentio facta à Lxx viris, nam episcopus, vox Græca est nominata à Lxx trecentis annis ante apostolos & euangelistas, & non est Hebræa vox, vt sic nominari posset Hebraicè. 929.
 In episcopatus & dioceses ecclesiarum diuisio. fa. 827.b.
 Esaias dicendum & Hieremias non quomodo nostris temporibus nominantur à quibusdam & cætera huius notæ. fa. 12.
 Esaias quid significet Latine, & quāto tempore ante Christum, & ante reditum ex captiuitate Babylonica. 6.b.c.
 Esaias citat verba scripturę pro typis suę prophetię. 431.a.d. 432. rota facie, & deinceps. 61.a.b. 936.a.b. Esaias

INDEX.

Esaias præcius martyrij, & quod terra secundus esset lignea si aperte loqueretur, prædixit futura aperte & plane, & meruit vocari euangelista. 984.a.c.
 Cur Esaias non sentit tantam domini indulgentiam vt dicatur Dñs eius causa facere, quæ facit. 263.d.
 Ab Esaia filii dei esse visum. 128. toto fa. & deinceps Esaię dignitas declarata. 130.a.b.
 Esaię vaticinijs auctoritas additur turbā miraculorum. fa.
 Eua typus sacratæ Mariæ. 919.d.
 Euagelica doctrina. 421.c. d. & quod est animorum pastus. 528.d. & quod est panis fidelis, & aqua fidelis, quæ post mortem manent. 564.b.
 Euangelica prædicatione victus orbis non armis. fa. 540.c.d. 541.a.b.
 Euangelica tempora. 558. tota facie.
 Euagelica veritas sublata est à media Iudæa. 898.a.b.
 Euagelica via cur recta dicatur, Moisaica cur per amages ducatur. 63.a.
 Euangelica via. 592. 867.
 Euangelicæ prædicationis initium, & quod euangelicæ viæ cursus futurus facilis sit. 219. 631.d. 666.a. 674.b.c. 691.d. 440.d. 441.a. 442.b. 184.a.b.c.
 Euangelicis literis decantatissima toto orbe fore Iudæorum flagitia. 868.c.
 Euangelici prædicatores. 351.b.c. 803.c.d. & sequentibus. 61. 62.b.c. 691.d.
 Euangelistæ & apostoli citant etiam lectionem Hebraeam. 667.d.
 Euangelistæ quid fuisse videatur de Lxx viris. d.
 Euangelistæ ex piscatoribus. 85.b.c.
 Euangelium. 263.c.d. 264.b. & deinceps. 265. & deinceps. 701.a.b. 490. quid sit. 1009.d. Est cibus animorum. 526.a. dandum gentibus. 585.a.b. 652.c. d. appellatur iudicium in prophetis. 652.c.d. 672.
 Ad euangelium præparatus fuit orbis lege veteri, & alijs rebus, vt ad sementem faciendam præparatur ager. 490.b.c.
 Euangelii putes multa Esaię capita qualia sunt. 52. 53. potiusquam prophetiam. 809.b.
 Euangelium repudiatur à Iudæis. 520.
 Euangelij nomen literis prophetis prædictum Hebraicè, & Græce frequentissime, christianorum auribus dulce sonat. 803.c.d. 804.a.c.d. 805.c.
 De euangelio idem sentire iubemur. 652.c.d.
 Eucharistia. fa. 26.c.d. 529.d. 530.a.b.c. 564.c. c. 545. b. 547.b. 923.a.b.c. 221.a. 842.c.d. 443.a.b. 957.b.c.d. 430.d. 431. 432. 433.
 Contra eos qui Eucharistię sacramento abstinent, vt volutetur in voluptatibus. 120.c. præcipue tamē 857.c.d. sed repetendū est totum caput & præcedēs
 Eucharistię admirabilis typus. 231.c.d.
 Eucharistię typus manifestissimus angelus ille qui se appellari dixit Pele. i. Deus absconditus, & mirabilia faciens, qui se obtulit in sacrificium. 13. iudicij in historia Sampsonis, vbi Hebraicè angelus ille Pele. i. Deus absconditus & mirabilia faciens oblatu dicitur, in sacrificiū Deo & mirabilia facienti, i. Deo mirabilia facienti, vt Christus dicatur oblatu Deo patri & sibi ipsi secundū diuinitatem. 279.b.c.
 Eucherius improbatur. disput. 24.a.c.
 Euentus rerum declarat scripturam. 36. c. 42.b.c.
 Eusebius de Lxx viris, non scripsit cellas septuaginta, nec miracula, scripsit tamen prouidentia diuina

factam translationem Lxx virorum ante domini aduentum. 28. negligentia tamen prætermisum est quod in exemplari erat eundem Eusebium libr. 5. historie ecclesiastice. cap. 8. Scripsisse historiam Lxx virorum, cellas & miracula, verbis Irenæi.
 Eusebius, & veteres adhibere quidem Iudæorum translationes, vt illis iuuaretur ad intellectum scripturæ, nunquam tamen a Iudæis petiere scripturæ sensum, posteriorum temporum hoc fuit. 28.
 Eusebius nō tantū tribuit translationi scripturæ, quātū ceteri patres, in libris de preparatiōe euagelica fate tur tamen spiritus sancti instinctu contextā fuisse. 28.b.c. sed dixi prætermisum esse quod in exemplari erat manuscripto. lib. 5. hist. ecclesiast. verbis Irenæi totam historiam Lxx virorum scriptam postea fuisse ab Eusebio.
 Eutropius de Lxx viris. 61.c.d.
 Exactores debitorum nimios dānari. 874. & sequentibus vsque ad 889.
 Exactū quod Græce dicitur acribes, quid sit apud philosophos. disput. 50.b.c.d.
 Exorcismi. 593.d.
 Ezechias castigatus a dño, quod insoleceret quantum rex iustus. 224.a.
 Ezechias dolet mori sine sobole, quod sic Christus de suo sanguine non esset oriturus. 614.d. 623.b.
 Ezechias cur gaudeat prænunciata captiuitate sui populi, & calamitate suæ sobolis, quæ Babylone erat eunuchizanda, & quæstio de hac re, & solutio. 625.
 Ezechias, quod thesauris gloriatus potiusq; Dei beneficij fuerat, irā dei meruit. 624. & hoc nota contra auaritiā Ezechia dicendū nō Iechezchihau. fa. 1.a.

F

Fides necessaria ad intellectum scripturarum, & est primum principium doctrinę reuelatę. 159 b.c. & deinceps.
 De fide & de eius significatione, & quod nullo modo dici possit persuasio, sed appellanda est fides, lōga disputatio aduersus Laurētium Vallam, & alios doctos, qui negant fidem nostram appellandam fidem, sed persuasionē Christianā. 161.d. & deinceps
 Fides nra & supernaturalis sciētia prophetarū potissimum testimonijs probari possunt, non argumētis contra Lactantium. 7.8. & quomodo res nostræ fidei euidentes dicat esse August.
 Inter fidem & sciētiam, quid inter sit. 162. & deinceps
 Facere quid apud philosophos, & quod significet idē quod creare apud theologos. 689.d.
 Familię propriæ tractatio sit facilis & leuis. 87.a.
 Fidelibus opprobria fiunt ab infidelibus. 788. c.d.
 Fidelis populi descriptio. 351.b.c.d. 352.a.b.
 Fideles præmio vocari ad Christum, poena deterreri a vitijs. 62. 641.b.c.d. fidelij præmia. 635.b.c. 840.a.b.c.
 Fidat sibi nemo. 409.b.c.
 Filij irę omnes nascuntur, filij ecclesie non nascuntur filij irę. 997.a.b.
 Filius Dei magister humani generis, nos docet personas esse tres, & Deum vnum. 714.b.c.d.
 Filius per Hebraismū quis sit in quibusdā locis. 103.c.
 Flumina in scriptura. 101. 701.b. 684.a.b.
 Fœminarum ornatus 85. & deinceps.
 Fœminę vocatur a Christo ad labores, ad martyria, ad grūnas, pposita magna spe p̄mij æterni. 548.c. 549.a.
 Fœnerator concerpe fasciculū cautionum & obligationū

INDEX.

gationum si fapis. 878. a. b.
Fœtida bene olent consuetudine, fœtēt contra odo-
res boni. dispu. 3. a. b.

G

Gabriel angelus nomine ipso significabat nun-
cium, quē apportabat virgini sacratę. 171. a. b.
Galilza gentium, cur dicta. 216. d.
Quid intersit inter Gaudia bonorum & gaudia im-
piorum. 871. b. c.
Getsemani vallis. 470. b. c. 471. tota facie.
Gedeonis historię typus declaratur. 219. c. d. & de-
inceps.
Gentium vocatio ad Christum. 854. b. c. 907. b. 908
a. c. d. 909.
Genus Dei qui dicantur, & cur. 678. tota facie.
Gigas verus Christus. 72. & deinceps.
Gomorra dicta Hierusalem, quod domino attule-
rit manus. 24. c. d.
De gratia legis nouę. 790.
Gula. 398. a. b.

H

Hebraea lectio duplex, ex Apostolis & Euangeli-
stis, & D. Hieronymo, & Symmacho, & A qui-
la, & ex Rabinis. disputa. 37. c. & deinceps. 818. c. d.
721. 820. 821. 995. 639. 83. 117. b. 600. c.
Hebraea lectio duplex, & dubia legenda ne sit cum
negatione, an sine ea, dispu. 41.
Hebręas voces & syllabas magna habere mysteria.
171. a.
Hebręa lectio vitata, in illo foderunt manus meas.
965. c.
Ioannes citat Esaiam aliter distincta lectione He-
bręa, quā distincta est à D. Hieronymo, aut à Lxx,
eodem tamen sensu. 837. d.
Ioannes Hebręam lectionem citat. 631.
Quoties Hebręa lectio duplex est, iuxta Lxx viros,
& D. Hieronymum, si attēdas reperies diuina pro-
uidētia factum fere, vt vtraq; magnum aliquod
præferat mysterium. 784. c. d.
In Hebręa editione multa deesse, quę apud Lxx vi-
ros sunt Gręcę, & in translatione Theodocionis
Iudęi. 90. c.
Hebręa noīa emolliuntur à Lxx viris, & cur. 38. 6. b.
Hebręa lectione multis locis vitata. 965. 966.
Hebręa lectio, vt non licebat olim. 966. a.
Iuxta Hebręicā veritatē ea sunt quę sunt iuxta euan-
gelicam, & ecclesiasticam veritatem, quę veram le-
ctionem Hebręicam exprimit. Nec ea dicenda sunt
iuxta veritatē Hebręicā esse quę sunt reddita iux-
ta vitatā lectionem Hebręam. 975.
Hebręa nomina qualia sunt Pascha, Esaias, pronun-
cianda sunt, vt apostolicis euangelicisque literis
pronuntiantur, non horride. Pefah, Iesaias, simili-
terq; cętera cum Iudęis, & Iudaizantibus. f. 1. & 2.
Hebręice variam esse lectionem ostēditur etiam ex
Iosepho Iudęo, contra Iudęos, & Iudaizantes. fa.
38. c. d.
Hebręos codices facile potuisse vitari. dispu. 47.
Hebręicę literas esse alias pro alijs frequentissime cō-
tra Iudęos. dispu. 41. b. c.
Ex Hebręa lectione Iudęos expunxisse multa, vitia f-
se multa. 46. b. 48. a. b.
Hebręa cum Gręcis conferenda studio scriptu-
rę. 91. b.

Hebraica puncta vnde ortum habuerint. 49. c. d. &
50. & deinceps.
Homines impij, & mali & cur bestiarum, & serpen-
tum nomine nominētur. 566. d. & 577. 716. b. 701.
d. 702. 353. a.
Homo æternitatis particeps effectus. 635. a. Dei ha-
bitatio, & templum. 999.
Homines bonos arbores in Deo confitas esse, iuxta
Platonem. 106.
Hostes nostri nos vitant, quod patitur Deus ma-
los tanquam herbas inutiles refecari. 508. a. 607. c.
Humiles & contritos facit Deus sublimis. 868. a. b. c.
Hæreditas sanctorum dominus. 840. d. 889. a. b.
Hæreticos scripturę & sanctorum patrum testimo-
nijs vtj, & qua fraude. disputa. 86. d. 87. a. b. 596. d.
De hæreticis & diabolo. 840. a. b. c. 887. b. 934. c. sunt
ministri Iudęorum, vt nos oppugnent. 964. b. c.
967. c. dimanarunt ex Iudaismo. dispu. fa. 5. c. 597. a.
à Iudęis sunt mutuati fraudes alias, & vt negēt ser-
uandum esse ordinem dictorum in scripturis. di-
spu. 35. d. 36. a. 47. d. 48. a.
Heresim fuisse quorūdā oli nihil de Chro dictū esse
literaliter. dispu. 4. b. & cętera quę leges. 721. d. 731. a. b.
Hieremię locus de regno Iudęa, & quæstio. 23. b. d.
Hieremię locus insignis de Christo. 94. & deinceps.
Ex Hieremia Iudęos sustulisse illa. Mittamus lignū
in panem eius, & postea deprehensos reposuisse, vt
mirandū nō sit sustulisse Iudęos illud, ex Hierem.
de. 30. argenteis dispu. 4. 6. b. c.
Hebręicę ostēditur duplicē esse lectionē in codici-
bus Hebręis, dispu. 36. c. d. vsq; ad fi. 43. & fa. 611. lon-
ga disputatione: vbi ostēditur etiā verba quę sunt
apud Lxx, & Hebręicę non sunt, expūgenda nō es-
se, & verba quę diuersa videntur in apostolis, &
euangelistis, ab his quę Hebręicę sunt, nō discrepare
à lectione Hebręa, quod ea olim essent in lectione
Hebręa, & mutata sunt, quod apparet ex partibus
quibusdam scripturę duobus locis scriptis Hebręi-
ce, in quibus aliquando diuersa verba Hebręa, in
altera parte sint ab his Hebręis verbis, quę sunt in
altera parte, vt mutata esse apparet seruata eadem
sentētia. 611. 612. & in epist. præfixa indici hui' opis
Hierosolymorum vastitatē prædixere Petrus, & Pau-
lus. 64. a.
Hierusalē cęlestis. 1010. a. b. 568. a. b. 994. tota fac. &
sequentibus. 922. b. c. 924. a. b. 836. b. c. & de portis,
& valuis & columnis eius, quę dicuntur gemę, &
lapides pretiosi, quibus fundata est, & quod sit ec-
clesia. 838. a.
Intra portas Hierusalem sedere, quid sit. 887. b.
Hierusalē dicendū, non Hierusalaim. fa. 1. a.
Hierusalem cur sit dicta Metropolis. 49. c.
Hierosolymorum turbatio nato Christo. 223. a. b.
Cur & Hierusalem, & templum domini, & vrbes
Iudęę subuersę sint post crucem domini. 20. b. c.
Hierusalē cęlesti agnus pro sole & luna est. 924. a. b.
D. Hiero. vulgatam suam interpretationem emēdat
ex sententia doctissimorum Hebręorū, quę emen-
datio minus placet. 495. c. 366. d. 367. 368.
D. Hieronymi non sunt studiosi Iudaizantes, & quis
D. Hieronymi studiosus. 55. b. c. 53. d. 54. a. b.
Cur D. Hieronymi translatione ecclesia fere vtatur.
36. a. b. & cur ecclesię necessaria. 5. 6.
Qui Hieronymi autoritatem plus valere apud se
testantur

INDEX.

testantur, quam autoritatem omnium aliorū ve-
terum patrum, simul refellitur. dispu. 64. toto capi.
Hieronymi autoritate ostēditur vitiatam esse scri-
pturam, in quibusdam locis à Iudęis. 138.
D. Hieronymus credibiliter à Iudęis refelli potest,
Lxx viri non possunt. 515. b. c.
Cur B. Hier. Iudęis à primo sacceptissimus erat, quē
postea validissimē oppugnant. 32. d. 190. a.
D. Hieronymus ad verbū scripturam reddidit, Lxx
viri reddidere sacra sensa. 32. c.
D. Hieronymi translatio oppugnatur à Iudęis, & iu-
daizantibus. 32. d.
Cur D. Hieronymus putarit aliquādo Lxx viros dis-
fidere ab Hebręica veritate. 16. b.
D. Hieronymi interpretationem sequitur Augusti-
quod veteres patres vtraque editione vtantur pro-
miscue. 55. b.
D. Hieron. translatio necessaria. fa. 70. b. 196. a. 257.
233. d. 235.
D. Hieronymi & Augustini contentio de Lxx viris.
D. Hieron. accusat Lxx viros, neque scio cur. 76. d.
Cum D. Hiero. supplex querela. 81.
D. Hiero. autoritate duplex lectio in codicibus He-
bręis esse ostēditur. 83. 106.
D. Hieronymi dubitationi respondetur. facie. 192. c.
275. b. c.
Quod D. Hieron. licuit non omnibus licere debet.
140. b. c. 142. a. b.
Non mirandum si D. Hieron. & Lxx viri diuersam
rationem sequantur. 143.
Ex D. Hiero. & Lxx virorum translatione, deprehendi-
tur mutata esse puncta à Iudęis, aut literas. 144. &
expuncta verba à Iudęis. 230. d. 331. a.
D. Hieronymum vertisse bene Iosue filium Nun, &
bene quoq; vertisse Lxx viros Iesum filium Naue
175. 176.
D. Hieron. districtus multis negotijs, quę ad eū ex
toto orbe aduolabant fortasse non potuit expēde-
re omnia. 213. a. b.
D. Hieronymi pace explanatur, locus Ezechielis. fa.
236.
A. D. Hieronymo reprehensus Hilarius, & defensus.
237. & sequentibus.
In D. Hieronymi scripta multa glossemata irrepisse
ex marginibus librorum. 283. 321.
Hilarius defenditur contra Erasmus & veteres pa-
tres vna. 237. c. d. 238.
Heliseus in testam salem indidit, & quid significet.
271. b.
Heliachim & Sobnam capitis. 22. diuersos esse ab He-
liachim, & Sobna, de quibus Esaias cap. 36. fa. 594.
d. & 398. 399.

I

Idem, Idem,
I. A. teoua, vn de dicantur, & cur cum vtrūq; sit Dei
nomen geminari soleant. 439.
Iacob domus quę sit intelligēda. 56. c. d. 57. b. c.
Iacob filiorum ordo, cur sit permutatus à domino.
375. vsque ad finem.
Idolatria & cur fuerit causa exclusionis Iudęorū, 511.
c. d. 512. a. b. 717. 718. 715. à dæmone traxit initium.
664. a. b. Sub idolorū nomine vitia & peccata pro
numinibus colebant nationes. 314. 716. a. b.

Idolorum casus Christi aduentus signum, & hoc va-
ticinio vrgentur Iudęi à nostris. 359. b. 360. b. c. 361.
a. b. c. d. 362. b. 527. b. 715. c. 574. c. d.
Idumęa dicendum, non Edom. fa. 1. 2. 3. 6. a.
Ieiunia philosophorum. 587. d.
Ieiunia Christianorum descripta. 871. c. 872. d. 873.
875. 876. c. d. 877. 878. 879.
Ieiunij veri præmia. 879. d. 880. 881.
Iesus, Deus dictus Hebręicę. 345. c. d.
Iesus dñs missus Aegyptijs, & cur homo dictus à Lxx
& quod Deus, & homo. 372. c. d. 373. a. b.
Iesus nostra ciuitas. 437. a. & refelluntur Iudaizantes.
Iesus ter esse Hebręicę apud Esaiam, ter repetitū in
signum lætitie eius aduentus. 299. a. b. & deinceps.
301. 306.
Iesus est Hebręicę quoties latine est apud Lxx, & a-
pud D. Hieronymum salutare, aut saluator, quod
docent etiam Procopius, & Eusebius. 806.
Iesus nomen humanitatis, est etiam diuinitatis no-
men. 300. b.
Iesus nomen venerandum. 942. d. 943. a. b. c. d. 948.
c. d. & sequentibus.
In nomine Iesu, omne genuflectatur. 762. a.
Iesus ecclesię & cęlestis Hierusalem murus. 922. d.
De Iesu fontibus quę aquę ecclesiām rigent. 301. b.
Cur hoc nomen sanctissimum Iesu D. Hieronymus
& Lxx interpretantur latine, & Gręcę, ex Hebręo
sermone, cum alia nomina propria integra ad nos
transferant, Abraham, Isaac, & similia. fa. 299. c. d.
300. a. b.
De hoc nomine sacratissimo Iesu, contentio aduer-
sus Iudęos, & quæstio. 299. c. d. & deinceps.
Iesus Naue historia, typus est Iesu domini plantantis
ecclesiām toto orbe, & introducentis in regna cęle-
stia. 345. c. d.
Iesu Naue negant Iudęi & Iudaizantes rectē sic ap-
pellatum, quod dolent typum Christi esse, & refel-
luntur. 175. 176.
Iesu Naue historię typus declaratur à Lxx. fa. 345. d.
346. a. b.
De Iesu Naue, quod æque bene sic appelletur atque
Iosue filius Nun. 175. 176.
Imaginum adoratio. 371. a. tota fa. 455. b. c.
Imagines Dei & sanctorum venerandę. 642. d.
Imber, nix quid sit. c.
Incarnatio verbi, & descensus ad inferos, & ascensus
in cęlum, & liberatio sanctorū patrum datur à deo
pro signo vultus Iudęę prædictę à Mose. 163. c. d.
Incarnatio verbi ex sacra virgine mirabiliter, apud
Ezechielem. 176. 167.
Inferorum pœnæ. 990. a. b. c. d.
De inferis, & paradiso. 563. a. b. c. d. 564. a. b. d.
Contra eos, qui nec inferos esse putant, nec præmia
bonorum. 398. a. b.
Infideles. 641. b. c. d.
Infideles prophetis fidem abrogare non poterant tē-
pore Augustini. 7. b. c.
Infidelium obiectio, quod infideles in rebus huma-
nis nobis sint fœliciores. f. 451. c. d. & deinceps. vbi
respondetur infidelibus à propheta.
Infidelium pœnæ. 635. b. c.
Interpres nostri temporis scripturę sacrę iactant,
se vertere scripturam ad veritatem Hebręicę, quo d
sua translatione Iudaica sensa exprimāt quos potius
TTTT 3 dicas

INDEX.

dicat scripturam ad perfidiam iudaicam vertere. 280. a
 Interpres, quantumvis linguæ sit peritissimus, rudis tamē disciplinæ, cuius libros vertit, tertio quoque verbo labatur necesse est. 76. a. b.
 Interpretes quidam nostræ tempestatis quod sermo Hebræus concisus est, & brevis, ea subaudiunt quæ sensus reddant iudaicos. 72. cap. 45.
 Interpretes scripturæ sensa potius exprimunt quam verba. 94. b.
 Interpretes scripturæ subornati a Iudæis in inuidiam Lxx. 69. a. b.
 Interpretum, qui Græcos sermones latinè vertunt, licentia. 55. d.
 Cur interpretationes scripturæ recens editæ damnandæ esse videantur. disput. 72. cap. 45.
 Quid inter interpretationem D. Hieron. & Lxx. quibus ecclesia vtitur & inter recens editas interpretationes, interfit. 73. c. d.
 Interpres cuiuscunque linguæ qualia concipit, talia verbis exprimit, si iudaicos concipit sensus, iudaicos sensus exprimat necesse est, etiam si verbū verbo reddat, propter varias vocum significationes, & quod aliter scripturam dispūxit, & quod subaudire multa necesse est. disp. 72. c. d. & deinceps.
 Interpretationis D. Hiero. & Lxx. hinc etiā est mirandiueritas, quod sermo Hebræus concisus est, & brevis ubi multa oporteat subaudire, sed hoc inter est quod D. Hiero. & Lxx. viri, trecentis annis ante aduentum domini subaudiunt, quæ euangelicos, reddant sensus, Iudæi & iudaizantes post crucē domini subaudiunt ea quæ nostra subuertant & sensus reddunt iudaicos. 72. cap. 45.
 Infantiæ falsæ, & infantiæ veræ quæ. 387. c. d.
 Insule in scriptura ecclesiæ appellatur, & cur. 649. c. d.
 Ioannes citat Esaiā, aliter distincta lectione Hebræa quam distincta est a D. Hiero. aut a Lxx. eodem tamen sensu. 837. c.
 Ioannes Hebræam lectionem citat. 631.
 Ioannis vaticinium, & quomodo sit vox clamantis, & dñs verbum. 621. d. 630. a. à Ioanne legem cessasse. 264. b. & deinceps dicitur angelus, & primus euangelizans, & multa alia. 636. repete a principio cap. 109. locus, adhuc tres dies, & Niniue subuertetur. 42. b. c. d.
 Iordanis datus gentibus, & non perfidis Iudæis.
 Iosephus Iudæus, quas fabulas narret in historia, & cur. disput. 60. d. 61. a. 66. d. 67. a.
 Iosephus mentitur de historia Ioānis baptiste. 62. b. de Iacobo fratre domini, & de Christo, cum fateatur dominum vere fuisse Christū, & iuxta prophetias mortuum & sepultum, resurrexisse, ut suam historiam credibilem faciat infidelibus, vastitatem inuictā Iudæe nescio quo refert. 67. a. b.
 Iosephus scribit Iudæos cōplessse prophetias oēs de Christo dicitur continere, & ridet, & ita Hierusalem, & vrbes Iudæe perisse. 66. d. 67. a. & deinceps.
 Iosephus fatetur Iesum dominum vere fuisse Christum illum, expectatum a Iudæis reuixisse, & cōpletas prophetias, tamen ut infidelibus probabilem ferbat historiam vastitatem Iudæe nō refert ad Christum, & quantumvis vera prodat in quibusdam tamē de rebus veteris testamenti, & noui multa mentitur ea causa quæ diximus. 61. c. & deinceps. 62. a. b.

Non continuo si Iosephus cellarum Lxx virorū nō fecit mentionem, nec miraculorum, falsam esse historiam septuaginta cellarū, & miraculorū, quod scribens historiam veteris testamenti multa atque adeo plurima præterit miracula, quædam aliter narrat, quædam mutat, aut peruertit, ut schola Iudæorum quæ authoritate Iosephi refellit cellas leuissimi argumēto nitatur.
 Iosephus typus Christi. 275. d. 881. b. c. cur suum manipulum viderit stare, & adorari à fratribus ibidem. Ireneum virum apostolicum citat veteres patres. dispensata. fa. 5. c.
 Israel videns Deum, significat, etiam ex Philone Iudæo, & omnibus doctoribus sacris. 713. primogenitus olim, nunc postremum locum tenet. 374. d. duplex Israel. 713. Cur educus ex Aegypto per ambages. 631. a. b. redemptus a dño, & renouatus. 690. a. Cur inter Israel habitarent nationes. 209. c. d.
 Israelis regi Moabitæ tributum reddebant, & refelluntur Iudæi, qui eō referunt cap. 16. Esa. Emitte agnum domine dominatorem terræ. 334. 335.
 Israel dispersi, qui. 593. b. c.
 De delēdo Israele. pphetia. 65. annorū explicat. 158.
 Iuda & controuersia inter D. Hieron. & Lxx. an primum caput Esaię sit contra Iuda, an contra Iudæam. fa. 5. c. d.
 De Iuda proditore prophetia. 580. a. 469. a. b. 506. b. Iudæa quomodo relinquenda, & non relinquenda. 22. a. b. c.
 Iudæa olim vberissima & rerum omnium feracissima & cur nunc sterilis post crucem domini, & reprehensa quorundam stultitia, ne dicam impietas. fa. 117. c. d. 369.
 Iudæa Iudæis inaccessa post Christi crucem imperatorum legibus. 16. c. d. iuxta prophetarū vaticiniū. Iudæa & synagoga cur sit deleta & repudiata. 464. b. c. 20. b.
 Iudæa post crucem domini prædicitur futura festiuitati omnibus nationibus, quæ recepta Christi fide petent sepulchrum & loca sancta. 367. d. & deinceps. 368. tota facie.
 Iudæe vastitas, quod Chro nō credidit. 441. c. d. 191. c. d. 65. 66. 340. 416. toto cap. 327. & sequētib. 467. b. c. d. 78. c. d. 560. c. d. 344. 345. 346. 982. b. c. 390. 392. tota fa. 393. tota fa. 556. tota fa. 180. c. 181. d. 182.
 Iudæe vastitas incutit timorem omnib. gētibus, & Christi admirationem. 368. a. b. 903. & 8. d. 313. c. d. 989. d. 855. b. c. 238. d. 260. 1006. d.
 Iudæa subuertendā post crucē dñi, iuxta vaticinium Mosi prædicitur ab. fa. 111. a. b. 499. a. b. c. 102. a. b. 461. b. c. d. Datur signa duo vastitatis Iudæe. 179. c. 18. d.
 Iudæi multas translationes cudēdas curarūt, ut aduersarēt Christianis, & translationi Lxx. 53. b.
 Iudæi scripturam non intelligunt cæci & cæcorum duces, contra iudaizantes. 895. b. c.
 Iudæi spurcissimi & impudentissimi in interpretatione scripturæ. 165. b. c. & disp. 4. c. d. 982. d. 983. a. b. c.
 Iudæi quasi fune longo peccatorum trahunt mēdacia. 118. b. c. d. 119. a. b. c.
 Iudæi querūt se nō cognouisse Chrum. 897. a. b.
 Iudæi refelluntur a Iustino quod non aduersari præcedentia, & sequentia. 679.
 Vtrum Iudæi typice, an vere filij Dei appellentur in veteri testamento quæstio. 12. & deinceps.

Quod

INDEX.

Quod Iudæi qui in peccatis perseuerant non reuocantur in ecclesiam. 775. b. c.
 Iudæi & iudaizantes sacratæ Triadis mysterium obsecrant, & ingens nostrorum aduersus eos contentio. 753. c. d. & deinceps.
 Iudæi & iudaizantes mysterium diuinitatis Christi & sacræ Trinitatis obscurant & refelluntur à Lxx, & ab ipsa veritate. 754. c. d.
 Iudæi in Christo videbant prophetias cōpleri, & tacebant, nec admonebāt populū cōpletas prophetias, potius à Christo auertebant plebē. 747. d. 748. a. b.
 Iudæi & iudaizantes refelluntur, qui vaticinium de Christo ad alia referunt. 751. d.
 Iudæi supra modum fuere impij in Christū, & apostolos. 869. c.
 Iudæi Christum negantes, Iudæorū perdiderunt nomen, suntque Iudæi secundum carnem, nō in veritate. 745. d. 746. a. b.
 Iudæi millies victi, millies rebellant. disput. 6. b. c.
 Iudæi per nostros nos oppugnant, & malitiose interpretantur scripturam. disput. 6. c.
 Iudæi per quosdam nostros extorquere nobis cōnātur prophetias oēs, & nos oppugnat. 159. d. 160. a. b.
 Iudæi quæ nobis obijciant aduersus sacrosanctam Triadem, & responsio. 679.
 Iudæi puocati à deo in nō gēte quid significet. 1004.
 Iudæi & iudaizantes & hæretici catholicos idiotas appellat. 48. b. c.
 Iudæi & iudaizantes omnia ad Iudaicos trahunt sensus. 191. b. c.
 Iudæi vitiantur multa ex translatione Lxx, & ex lectione Hebræa. 33. b. 36. b. 46. b. 48. a. b.
 Iudæi priuantur pluuia cælesti. 109. b. c. d. 110. a.
 Iudæi abutuntur nostra ignorantia suis falsis interpretationibus decipiendo. 36. b.
 Iudæi ex principio cap. 2. reuincuntur à sanctis patribus. 54. d. 55.
 Iudæi qui accusant Lxx, quod dixerint quæ Hebræice non sunt, refelluntur. 80. b. d.
 Iudæi qui re freti prouocarunt arma Romana. 112. 113. 114. 115. 116.
 Iudæi vrgētur & premūtur à Tertulliano loco Esaię 71. c. d.
 Iudæi quia non credidere domino, ruit Hierusalem & Iudæa tota. 78. a. b.
 Iudæe femine suos maritos in Christū concitabāt. 82. d. & deinceps.
 Iudæi si vnam voculam arripuerūt quæ sibi fauere videatur ea totam peruertunt scripturam. 35. d. 250.
 Iudæi constricti in vinculis testimonijs petitis è translatione Lxx negant fideliter à Lxx scripturam versam. 7. d. 8. a.
 Iudæi erroris & perfidię à veteribus patribus reuicti varijs interpunctionibus, scripturę sensa alio desistent. 22. d. 26. & deinceps.
 Iudæi libros habent sacros, eorum sensum non habent. 74. b.
 Iudæi cur delecti, cur Hierusalē, ac tēplum dñi subuersum post Christum passum. 54. a. b. c. d. 193. d.
 Iudæi perfidi cur perdit gladio, fame, peste. 44. a.
 Iudæi mendaces falsas historias constringunt. 595. a.

Iudæi refelluntur, qui contra sententiā sanctorum, quæ de vltimo iudicio dicuntur ad Babylonicos referunt. 310.
 Iudæi malis vexati intelligēt, pphetias cōpletas. 487. a.
 Iudæi primū eblan diri à nrīs conātur omnibus locis subesse nescio quem alium sensum literalem, ut potestea cum hæc omnibus infederit persuasio, sensum spiritalem destruant. 110. c.
 Iudæi occęcantur, illustrantur nationes. 505. b. 984.
 Iudæorum aduersus Christum dicta illa, descendat nunc de cruce. 116. d.
 Iudæi non credebāt prophetias cōplēdas. 119. b. 121. b.
 Iudæi quas pœnas luant passionis Christi. 896. a. b.
 Iudæis non est præcisā salutis spes, multi enim salui facti sunt credentes, & salui fient quod cōuertuntur ad Christum. 869. a. b.
 Iudæi refelluntur, & reuincuntur initio capitis. 2. f. 56. a. 69. d. 390. d. 392. a. b. 679. c. 734. c. d.
 Iudæi læti & hilares vinxere Christum. 390. d.
 Iudæi post crucem domini facti sunt habitatio demonum. 577. a. b.
 Iudæi idolatrę & multo magis post captiuitatem Babylonicam. 511. c. d. 512. a. b. 67. 68. a. 704. c.
 Iudæi & iudaizantes oēs intendunt nervos ut Christi vaticinia obscurēt, quibus veteres patres illis os obturabant. 23. c. d. disput. 7. a. 46. a. b. 735. c. 736. b.
 Iudæi re non sunt Iudæi, sed secundum carnem & cur. 403. b. 578. a. b. c.
 Iudæi falsis interpretationibus rursus Christū crucifigunt. 567. a.
 Iudæi & iudaizantes pergunt extorquere nobis oēs translationes sacras & sanctorum interpretationes, & nobis obtrudere iudaismum. 70. c. d. 71.
 Iudæi vastati quod manus attulere Christo. 391. b. c.
 Iudæi & iudaizantes peruertunt scripturæ sacra sensa. 478. b. c. d. & disput. 7. c. d. 783. b. c. & refelluntur. 70. 334. 335. 33. b. c. 36. b. 776.
 Iudæi & iudaizantes reprehensi quod completa vident vaticinia & adhuc in errore perstent. 19. d.
 Iudæi post Christi crucem non cessant ab impietate & ideo delentur. 16. c. d.
 Iudæi dum negant prophetas consequuntur prophetię seruare, faciunt prophetas domini demonū prophetis inferiores. 35. c. d.
 Iudæi refelluntur, qui negant Hebræicę quidquæ esse vtiatū, oia à Iudæis scripta sine vlla fraude. 35. b. c.
 Iudæi maledicto obnoxij post crucē Christi, & quomodo. 26. c.
 Iudæi & iudaizantes aduersantur B. Paulo, & sanctis patribus impudentissime in interpretando illo. Ni si dñs reliquisset nobis semen. 23. d. 24. a. b.
 Iudæi exclusi, bestię videntur appellari. fa. 576. c. d. 802. b. c.
 Iudæi vrgentur a nobis loco Esaię, & redacti in angustias peruertunt scripturæ sensa sacra. 985.
 Quod Iudæi & iudaizantes Lxx virorum translationem fidem abrogāt satis magna necessitate ad id cogi videntur. 8. a.
 Iudæi quando erubuerint quod Christum non receperunt. 511. a.
 Iudæi refelluntur & illorum impudentia detegitur. 479. c. d.
 Iudæi cachinnos tollebant aduersus credētes ex nationibus tanquam deceptos falsis scripturæ testimonijs.

++++ 4 monijs

INDEX.

monijs, nepe qđ vteretur tralatione Lxx Orig. 91. b. Non solum Iudei, sed nostrorum quidam nos valde oppugnant. 236. c. d.

Iudæi deleti quod conuerti ad dominum noluerint iuxta Lxx. 2. 4. 4. d. 2. 4. 5. a. b.

Iudæi exclusi quod occidere Christum, martyres & prophetas. 4. 4. 3. a. b. c.

Iudæi sæuisimi ecclesiæ Romanæ hostes. 89. 6.

Iudæi & iudaizantes, quæ D. Paulus interpretatur, ex planant aliter. 20. 2.

Iudæi duri animo dicuntur à Lxx, & cur. 85. 6. d. 85. 7. a.

Iudæi expunxere ex sacris literis quæ Christum sonant. 9. 2. 8.

Iudæi nobis obijciunt, quod euangelistæ & apostoli testimonijs scripturæ vtatur, iuxta tralatione Lxx, quæ discrepat ab Hebræa editione, quod falsissimū esse ostēdit. f. 10. b. & in prefat. in locos euāgel.

Iudæi & iudaizantes verbum Dei positum in scripturis crucifigunt falsis interpretationibus. 22. a.

Iudæi obscurant vaticinia de Christo reluctante lectione Hebræa. 73. 6. c. d. 73. 7. a.

Iudæi refelluntur. 122. c. d. 85. 9. 8. 6. 0.

Iudæi seruiēt semper & semper timebūt, quia time runt Romanos, & illorum metu nō receperunt Christum. 79. 2. c.

Iudæi qui verba illa Esaiæ terra vestra deserta, quibus à nostris maioribus premebantur, alio referūt, refelluntur. 19. c. d.

Iudæi sine vilo metu imperterriti aduersus Deū sciēt res ausi sunt omne nefas, Christo & Christianis infidias moliti. 86. 5. a.

Iudæi & iudaizantes, tralatione D. Hiero. pūcta mutasse cōuincuntur & dictiones diuississe, vt fraudes molirentur. 86. 5. d.

Iudæi locos manifestissimos redēptionis nostræ ad Ezechiam referunt, contra iudaizantes, qui sensum Iudæorum sensum literalem appellant. 177. b.

Iudæi & iudaizantes ecclesiam ἀνακληθῆναι facere videntur, quod ne loqui quidem sciat, quod Sion dicat, sabaoth, Esaiam, non Iesaiahu. Tcion, Tcebaoth, & similia, & reuincantur. 1. a. b.

Iudæi scripturā vitiāt, & postea clamoribus obtūdunt nōs, & negant tralatione Lxx congruere cū lecti. Hebr. & cogūt nōs mutare scripturam. disput. 3. 6. & sequentibus. & 22. 6. d.

Iudæi & iudaizantes, quāto maiore conatu cōtendūt extorquere nobis prophetarū testimonia firmissima nō fidei propugnacula, tanto validius à nobis sunt arcendi, & refutandi. 9. c. 10. a. b. c. d.

Iudæi & heretici, mutuas operas sibi dāt, & Iudæi peruertūt scripturæ testimonia, quibus vtūt nō aduersus hereticos, vt hereticos iuuēt. 97. 0. a. b. 96. 4. b. c.

Iudæi pleriq; idola coluere vsq; ad Christi aduentū. 60. 6. & ipsi Iudæi idolatræ causā fuere cur tēpore Machabæorum ab Antiocho, tantū malorū Iudæis importaretur. 47. 7. a. b. c.

Iudæi ita locos manifestos de Christo, fere peruertūt, vt multi loci qui simul citantur ab Athanasio, ab Augustino, & alijs patribus vitiati sint à Iudæis, vt nisi eis occurratur, ruitura sit authoritas sanctorum patrum. 96. 4. d. 96. 7. c. d.

Iudæi premuntur à nostris prophetarum locis cap. 7. f. 179. d. & in Augustinus redacti cōmenti sunt doctos quibus respōdeāt argumētis veterū patrū quos

dolos quidam è nostris vulgare & tuētur. 180. a.

Iudæi & iudaizantes refelluntur qui aiebant numeratas esse literas Hebraicas scripturæ sacre, numeratas apices religiosissime, nihil esse mutatum, nihil supesse oīa seruata religiosissime. disput. 3. 6. 37. 38. 39

Iudæi nobis obijciunt veteres patres conuertisse oīa bē testimonijs falso ex scriptura petitis, quod sequantur tralatione Lxx virorū, quæ ab Hebræa lectione discrepet, quod falsissimū esse ostēdit. 10. a. & epistola Origenis. f. 91. & deinceps.

Iudæi & iudaizantes refelluntur, qui el. dicunt significare fortē. 71. 6. c. d. 71. 7. a. b. & aperiantur Iudæorū fraudes, qui pro el. citant, leel, & dicunt, le, articulum esse, quod falsum esse liquet cum, el, nunquam per se reperiat, nec cum alio articulo pro forti.

Iudæi extorserunt nobis tralatione Lxx, & pergunt extorquere translatione D. Hieron. vt suis malitiosis interpretationibus scripturæ extorqueāt nobis firmissima fidei nō testimonijs. 9. c. d. 10. a. b. & deinceps.

Iudæi post multas editas sua ipsorū fraude scripturæ tralationes, vt pellerent tralatione Lxx, è suis synagogis postq; vidēt se nihil pro fecisse octingentesimo post anno nouas fraudes molitūre aduersus eā, & damnātur à Iustiniano imperatore. 53. b. c. d.

Iudæi & heretici vitiāt scripturam, quod falsare & deflorare dicūt Cōcilia, & sancti patres tori in hoc sunt, vt castigent locos vitiatos, qui minus ergo castiganda sunt quæ Iudæi vitiarūt. 96. 4. & deinceps, & loca multa vitiata esse à Iudæis Hebraicè, quæ vera sunt, & castiganda in Latinis, Grecisq; libris, qui semper fuere in manibus pōtificū & doctorū ecclesiæ Iudæorū exclusio iuxta Lxx. 34. c. d. 47. b. c. 62. & exclusionis causa. 60. 61. 77. 77. 4. d. 108. d. 109.

Iudæorum affectata ignorantia. 89. 8. b. c. 85. 7. c.

Iudæorum populus relictus a Deo post Christum, & destitutus charismatis spiritus sancti. 68. 3. c. d.

Iudæorum spes vanæ, & metus vani venient Romanis, & c. 87. 9. b. c. d.

Iudæorū cecitas prædicta. 68. 4. d. 78. 6. 68. 7. 69. 3. c. d. 69. 4. a. b. 89. 4. 89. 5.

Iudæorum fertilitas. 98. 5. c. 99. 1. b.

Iudæorū iustitiæ post christi passionem panno mestratæ comparantur, inde conijcies, quid de flagitijs sit iudicandum. 98. 1. c. d.

Iudæorum flagitium quod admiserunt cruci suffixo domino. 87. 3. a. b. c. 87. 4. b.

Iudæorū & iudaizantium impudentia. 33. 4. b. c. d. 33. 5.

Iudæorū principes dicuntur canes muti. 85. 6. a. b. 85. 7. a.

Iudæorum conuersione aduersus Christum, cum corrumperet custodes, ne dicerent dominum resurrexisse, prædicta ab Esaiā. 196. 197. a.

Iudæorum vastitas inuecta a Romanis prædicta ab Esaiā. 12. 5.

Iudæorū Christum crucifigentū cecitas. 85. 8. a. b.

Iudæorum sensum non esse sensum literalem contra quosdam. disput. 3. d. 4. fa. 4. d. fa. 5. d. fa. 6. a. d. 79. d.

Iudæorum templum, & vrbs cœpta instaurari ab infidelibus in odiū christianorum, & diuinitus prohibita. 124. a. b.

Iudæorum duo genera perire post crucē christi legis transgressores, scribæ & pharisæi & peccatores, qui eis obtēperantes nō credere christo. 50. b. c.

Iudæorum populus post crucem domini factus vt gutta cadi, & vt sputum. 64. 1. c. d.

Iudæorū

INDEX.

Iudæorum pugna acris describitur aduersus Lxx. 53. tota facie.

Iudæorum vastitas, & quod eo tempore maxime euāgelium toto orbe resplenduit. 116. a. b.

Iudæorum fames dira post passionem Christi. 113.

Iudæorum schola refellitur negantium miracula in tralatione Lxx, & cellas, & prophetas fuisse Lxx. 43. b. c.

Iudæorum commentum de sobna, & prodicione sobna. 296. b.

Iudæorum mendacia aduersus Christum. 47. prædicta ab Esaiā. 118. 119. d. 120.

Iudæorum cōfessio aduersus dominum. 47. 5. c. d. 54. 7. a. b. c. d. 50. 6. b. c. d. 59. d. 89. 1. b. c. d. 47. 6. a.

Iudæorum exclusio ab ecclesia. 35. 36. 59. 60. 34. 6. d. 34. 7. c. d. 34. 8. a. b. 85. 4. b. 70. 4. a. b. c. 72. 6. b. c. d. 84. & deinceps. 85. 7. 4. 4. c.

Iudæorum in Christum sequitia cum eum cruce affecere. 49. 6. c. d.

Iudæorum sententia de reliquijs captiuitatis Babilonicæ, quæ petiere Aegyptum refellitur. 51. 6. a. b. c.

Iudæorum sacerdotes, & Pontifices amouendos ob alapam Christo datam. 54. 6. a. b.

Iudæorū interpretationes falsæ, & malitiosæ ab Esaiā dicte argentum reprobum, iuxta sententiam quorundam veterum patrum. 44. d. 45. a. b.

Iudæorum, & sarracenorum illa ratio refutatur vt tu Christianus Christianis ortus parentibus nunquā Iudæus bona fide eris aut Sarracenus, sic nos Iudæi & Sarraceni Iudæis, & Sarracenis orti parētibus nūquam bona fide discemus Christianismum. 10. c.

Iudæorum, & Iudaizantium imperitia in interpretatione capitū. 9. quod Matthæus erat interpretatus. 20. 8. d. & deinceps. 20. 9. 21. 0.

Iudæorum exclusionis causa redditur. 70. 8. c. d. & soluitur dubium quod obijciebatur cur dominus alijs promiserit, dederit alijs: ex alijs natus seruauerit alios. 70. 9.

Iudæorum fraudes ostēduntur exemplo codicis Hispani qui si versus Latine esset, aliquot ante annis, & postea vitiatus, ex tralatione facile posset emendari. 36. b. c. d.

Iudæorum sententiam quidam nostri temporis contextum sacrum faciunt, additis verbis scripturæ, & dūm ad perfidiam Iudæorum interpretatur scripturam, ad veritatem Hebraicam eam vertere gloriantur, & magis nobis aduersantur, quam olim Iudæi nobis offensissimi. 47. 8. b. c. d. 47. 9. a. b. c. aduersantur D. Paulo. 23. 26. 3. 26. 4. 26. 5. 26. 6. 47. 9. 48. 9.

Si Iudæorū queritur interpretatio scripturæ. Lxxij Iudæi qui tribus seculis ante crucem domini sunt interpretati scripturas paraphrasi quadam euangelica. Hi sunt aduēdi, nam Iudæi impij post crucem domini ardent odio Christiani nominis. 9. d. 10. a. b. & deinceps cōmēnti sunt centies à maioribus nostris reuicti, quod respōdeāt per mille quingentos annos, & suas falsas interpretationes ad nostransmittunt.

In Iudæos zelus domini. 90. 1. c.

Iudæos fore implicatos miserijs omnibus post crucem Christi, donec ad Christum redeant. 55. 1. b.

Contra Iudæos, iudaizantes, & hereticos eligit Deus vasa quæ eos refellant. 22. a.

Iudæos malitia cœcatos, Christo non credidisse.

44. 4. b.

Iudæos scripturas non intelligere, quia non credunt. 159. tota facie.

Iudæos etiam in vocū significatione errare. 39. 6. c. d.

Iudæos quod per octingentos annos efficere nō potuerunt per se, effecisse per quosdam ex nostris perexiguo tempore. 74. d.

Iudæos fabricatores errorum, scripturæ peruersos interpretes, & persecutores Christi, & ecclesiæ. 73. 5. d. 82. 1.

Iudæos mille versare dolos. 68. 5. d.

Iudæos in Christi aduentu neglexisse prophetias, & signa quibus Christus erat agnoscendus. 86. 5. b. c.

Iudæos semper à nationibus victos post Esaiam, & cur. 19. 5. c.

Iudæos daturos pœnas impietatis in Christum. 47. 2. a. b. 47. 3. a. & deinceps. 98. 7. b. c. 114. c. 68. 7. c. d. 60. b. c. 62. 5. 7. 5.

Iudæos Chrysofostomus vrget argumento insolubili. 124. a. b. c.

Iudæos in ecclesiam reuocat dominus. 87. 0. a. b. 25. 5.

Iudæos idolatras vsque ad Christi tempora. b. c.

Contra Iudæos ex cap. 3. Esaiæ duo insolubilia argumenta nectit Chrysofost.

Aduersus Iudæos Chrysofostomi insolubile argumentum. 77. d. 79. a.

Iudæos ex Hieremia sustulisse quadam, & deprehensos. 46. b.

Iudæos vincendos fuisse, & eorum consilia, prædictum ab Esaiā. 19. 5. a. b.

Inter Iudæos, & nostros disceptatur lis de prophetia de dono linguarum. 47. 9. c. d.

Iudæos, quod Christo aduersentur, perdendos ob auaritiam. 78. 9. b. 82. 3. a. b. 86. 6.

Iudæos quod videre nationes receptas ad fidem, præiudicia quod vna secū saluaretur nationes saluos esse noluisse. 44. 3. b. 44. 5. b. c.

Iudæos, & hereticos vitiasse cap. 4. 5. multis locis, quæ plenum est mysteriorum. 72. 1. c. d.

Iudæos combustos flammis bis, & castigatos à Domino grauissime, adhuc non intelligere quare sic premantur. 68. 9.

Iudæos vitiasse Hebræos codices conuincitur ex illo, foderunt manus meas, & ex illo, in alijs linguis & cetera. 47. c. d.

Iudæos vitiasse exēplaria testimonio euangelistarū, & apostolorum, & D. Hieronymi. 47. c. d. discas ex periochis.

Contra Iudæos, vetula ostenditur non significare semper virginem, & alma non significare adulescentulam, sed virginem custoditam, & absconditam quæ vox est in illo. ecce virgo concipiet. 16. 4. c. d. 16. 5. b. c.

Cōtra Iudæos cōfessio & confessio scripturæ testimonijs est vtendum, ne cachinos tollant, in epistola Origenis. 91. b.

Iudæos in resurrectione Christi confusos, confundēdos in die iudicij cum viderint in quem transfixerint. 44. 4.

Iudæos inuidere nationibus cum vident eas Christum recepisse, & se exclusos, & cōfusus esse quod nostris temporibus videmus. 44. 4. d.

Iudæos vitiasse scripturam vbi vnus duarum vel literarum inflexu fieri potuit facile, deprehendatur ex

++++ 5 D. Paulo

INDEX.

D. Paulo non solum ex Lxx viris, & ex D. Hieronymo, & ita deprehenditur, vt manibus teneatur. 480. a.

In Iudæis foeminae ne sit infecunda. 91. c. d.

Iudæis cur sit tantopere iratus dominus. 774. b. c.

Iudæis pro creatio liberorum ex alienigenis erat prohibita. 61. a. b. c.

Iudæis adimitur omnis prophetia, & omne lumen Spiritus sancti. 505. d.

De Iudæis foeminae quæ mala incurrerint ob nimium ornatum. 85. 86.

A Iudæis hæretici hoc sunt mutuati vt negent seruandum esse ordinem dictorum in scriptura. 35. d. 36. a.

A Iudæis quot modis vitentur scripturæ. 965.

A Iudæis vtinam sanctorum nullus quidquam esset mutuatus in interpretanda scriptura, cognitione Hebrææ linguæ ab illis tantum petissent. 28. a.

In Iudæis refutandis erant toti veteres patres, non in legendis Iudæorum scriptis, & admirandis quod nostris temporibus à quibusdam sit. 57. a. 280. b.

Iudæis librum esse signatum, quem locum peruertit Iudæi, & Iudaizantes qui refelluntur. 503.

Iudæis fauent nostri quidam homines cum audet dicere doctores sacros, & apostolos, & euangelistas discrepare à veritate Hebraica, cum Lxx translationem citant. 10. b.

De Iudæis quæstio Augustini cum prædictum sit capite. 1. Esaiæ perdendos gladio post crucem domini omnes, cur tot millia Iudæorum sint residua. 428. c. d.

Iudæis auferendum fuisse regnum, & dandum genti facienti fructum. 71. c.

A Iudæis didicere hæretici vitari scripturam, & scripturæ sensa peruertere. 47. d.

Iudæis venia petitur. 445. d.

In Iudæis, & Iudaizantibus ferendis nostrorum hominum incredibilis patientia. 160. b.

Cum Iudæis de singulis nobis est contentio vt appareat quantum mali ecclesiæ importent, qui Iudæorum sensum in ecclesiam introuerunt conantur. videtur. n. d. nata causa ecclesiæ in interpretanda scriptura Iudæorum introuerunt sententiam tanquam potiore, & meliorem. 163. b.

Iudæis captiuus Dei beneficio etiam apud hostes secundæ res erant, & iudicia erant tanquam si essent liberi. dispu. 94. c. d.

Iudæis signatus liber. 503. tota facie, & deinceps eodem enim spectat commutatio populi Dei in populum gentium. 505. d.

Iudaizantes negat D. Hieronymus nostros appellandos. 679. c. d.

Iudaizantes refelluntur. 109. a. d. 687. c. 59. d. 912. d. 782. d. 889. b.

Iudaizantes reprehensi. 916. c. d. 917. a. b. c. 918. a. b.

Iudaizantes negant cap. 50. repudiari Synagogam contra omnes veteres patres. 776. d. 898. b. c. 900. d.

Iudaizantes refelluntur à Lxx. 1002. d. 558. d. 433. d. 888. c. 884. d. 885. a. b.

Iudaizantes iniquiores nobis quam veteres Iudæi impietissimi, Christiani nominis hostes. 812. b. 234. c.

Quidam Iudaizantes ideo didicisse literas videntur vt hæreticos, & Iudæos iuuent. 970. b. c.

Contra Iudaizantes ad nos Iudæorum interpretationes transmittentes. 79. cap. 47.

Iudaizantes quantum mali republicæ Christianæ importent. 20. a.

Iudaismus, nisi obuiam eatur ab inquisitoribus, per ecclesiam pafsus velis ibit disput. f. 6.

Ex Iudaismo ortæ hæreses. 597. a. f. 5. disput. c.

Iudaizantes refelluntur, qui negant doctores sacros literaliter explanare scripturam, & Iudæorum sensum, sensum esse literalem, & docent Iudaizare. 84. toto cap. 51. & f. 79. cap. 47. & disput. 83. b. c. 179.

Iudaizantium refellitur ridicula responsio, cum illis dicitur Lxx omnia ad Christum retulisse. 73. b.

Iudaizantes callide conantur persuadere veteres patres scripturam non intellexisse, sed scripturam intellectum esse apud Iudæos. 83. d.

Iudaizantes relicto D. Hiero. & D. Paulo, Iudæos sequuntur disput. f. 4. 979. a.

Iudaicas interpretationes apud quosdam circumferri vulgo. 33.

Contra Iudaizantes, qui omnia ad literam accipiunt, apud quos tropis, & figuris non est locus. 191. a. b. 632. a. b. 635. d. 662. b. 989. b. 996. a. 998. c. 701. b. c. d.

Iudaizantes, & Christianos nulla ratione eodem modo posse scripturam interpretari, exemplo ostenditur, & quod nostra ratio plus valeat qui habemus interpretationem, editam ab ipsis Iudæis Lxx numero, trecentis annis ante aduentum domini. Iudæi odio Christi ardentis post aduentum domini ad id semper incumbunt vt eam inuertant. 75. b. c. d.

Iudaizantes quantum mali importent ecclesiæ sanctæ exemplo principij cap. 9. ostenditur, quod contra euangelistas impudenter peruertunt, & contra omnem rationem Hebræicæ lectionis, & historię, & geographię, & philosophię. 207. 208.

Iudaizantes qui sensum sanctorum Patrum spiritalem esse dicunt negant esse literalem refelluntur. 46. a. b. 80. disput. cap. 48. 632. a. b. 635. d. 462. b. 110. b.

Iudaizantium aperiuntur doli, qui nobis interpretationes Iudæorum obrudere conantur & tecte eos antepone re sanctorum patrum scriptis. 80. cap. toto. 48.

Iudaizantes refelluntur per quos vix licet Domino, pene dixerim, loqui quæ vult, ita additis verbis sensa omnia sacra peruertunt. 39. d. 30. a.

Iudaizantes refelluntur. 748. 749.

Iudaizantes aduersantur Lxx. vt Iudæos iuuent. 766. quibus Iudaica deliria mel sapiunt. 679. c. d.

Iudaicæ malitiosæ interpretationes, lege Iustiniani erant prohibita, & sententia ipsius Imperatoris, & res iudicata in iudicium vocari nequit: Iudaizantes omnia iura rumpunt, & contra Ius, & legem latam ab imperatore promulgant interpretationes malitiosas, & impias Iudæorum. 74. 75. a. 504. c. 505. c. 509. d. 120. c. & disput. cap. 46. f. 76. & 71. d.

Contra Iudaizantes qui ecclesiam, si Deo placet, post mille quingentos annos loqui docent, & horride sonare Iesaiahu Irmiahu Iechezchel non Esaiâ Hieremiam, & similia. 1. a.

Cur Iudaizantes sequi malint Iudæos, quam sacros scriptores in re nec vera, nec verisimili, quibus fuerunt doctores sacri. 979. b. maxime in illis locis quibus nostri Iudæos premere solebant. 207.

Iudai-

INDEX.

Iudaizantes refelluntur, qui locum quo nostri maiores aduersus hæreticos utebantur alio desectunt, & peruertunt. 970. a. b.

Iudaizantes falsis interpretationibus, & malitiosis peruertunt scripturæ sensa sacra non aliqua, sed omnia. 809. c. decipiuntque Hebrææ linguæ rudes ac permittunt sibi quod Iustinianus imperator lege lata Iudæos facere vetuerat. 73. c. d. 74. 75. a. f. 22. disput. 59. d. 950. b. c. 492. a. b. c.

Iudaizantes nostri temporis vna plaga enerunt omnia scripta sanctorum, labefactant omnia fidei catholice fundamenta, eam plagam catholicæ ecclesiæ imprimere videtur qua nulla acrior, & seuior ab ipso Christi aduentu ab hæreticis catholice ecclesiæ impressa esse videtur, singuli enim singulas partes catholicæ fidei labefactare sunt visi, hi omnes simul videntur enerare. 82. cap. 49.

Iudicium vltimum. 674. b. c. 683. a. b. 670. b.

Iudicij dies. 932. c. 573. d. 574. a. b.

Iudicij dies, & mundi vltima consumatio. 379. d. 303. 306. d. 307. a. b. 380. c.

Iudicij. 13. de angelo illo Pele, qui se in sacrificium obtulit. 279. b. c.

Iudicium vltimum cur describatur cap. 13. & 14. Esai. 315. a. b.

De iudicio vltimo. 309. & deinceps, & refelluntur Iudæi qui alio referunt. 310.

De iudicij die, quæ D. Ephrem, & alij patres dicunt videntur esse mutuati ex cap. 13. Esaiæ ita plane, & graphice dies iudicij describi videtur. 311. a.

Iustinianus quid fenerit de Lxx contra perfidiam Iudæorum. 73. a.

Iusti viri descriptio. 627. 628.

De iusticia incarnata, hoc est de Christo. 563. c. d. 654. a. b. c.

Iustificare quid. 39. a.

Iusti ne in superbiam incidant præcauet Dominus. 623. d.

Iustinianus quingentesimo trigesimo anno post Domini aduentum litigantes Iudæos de exigenda à Synagoga Iudæorum Lxx translatione damnat. 53. c. d.

Iustitia animata Christus homo factus, qui iustitia dictus est à Platone, & idea, boni sic enim Plato Deum optimum appellat. 654. b. c.

L.

Labiorum fructus. Dona linguarum, & gratia sermonis. 870. b.

Lac quibus datur imperfecti adhuc. 476. b. c. ab lacte perfecti. & qui. 476. b. c.

Lapis de monte pregeus sine manibus Christus. 55.

Lapides preciosi sancti appellantur. 919. c. d.

Leones qui. 997. c. d.

De Leuiatham multa. 456. c. d. 457.

Lex euangelica à lege Mosis quo differat. 719. c.

Lex noua prædicitur. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & deinceps. 854. a. 786. b. c. 370. tota facie, & repete altius.

Lex, & prophetę vsque ad Ioannem. 261. c. d. 262. a.

Legis veteris sacrificia ceremonię, & ieiunia repudiatur. 871. tota facie. 630. d.

Legem veterem idem Deus tulit qui nouam. 655. d.

Legis veteris cessatio. 35. b. c. 54. 99. 100. a. b. & 101. b. 935. a. 917. d. 980. d. 999. 1000. 1002. 854. b.

Libanus cur pro Hierosolymis, & pro populo gentium vnde tanta diuersitas. 508.

Libri qui apud Daniele aperiuntur. 706. b.

Lignum vitę Christus. 996. b. c. & Crux Domini ibidem.

Linguarum donum. 480. b. d. & quod dono linguarum attrahende erant nationes, Iudæi non ita.

De linguarum dono prophetia clauditur illo postremo, & noluerunt audire, & vsque ad illa verba tota periodus eiusdem sententię est. 481. c. d.

De linguarum dono prophetia, & quęstio disputata ab Erasmo, & cum Erasmo. 481. b. c. d. & deinceps.

Linguarum peritia quomodo prodesse possit studiosis sacre scripturę. f. 54. & 87. c.

Locus conserpe fasciculum obligationum quibus creditores habes oppressos. 875. c. 878. a. b. c.

Locus Mosis non deficiet Princeps de iuda. 3. d. Cur per Mosem constituit dominus festum legitimum sempiternum, rursum per Esaiam dicat Nouilunia, & sabbata vestra odit anima mea. 31. d.

Locus Mosis Maledictus omnis qui non manet in omnibus scriptis in lege vt faciat ipsa. 26. b. c. d.

Locus Mosis leuitici cap. 26. & Deuteronom. 17. 32. c. d. 32. 34.

Locus Deuteronom. cap. 32. De vinea sodomorum vuarum. 106. c.

Locus numerorum ca. 13. Iesu Naue qui prius appellatus est. Ose. 17. 6. b. c.

Locus Deuteronom. ca. 29. quod in exemplum Sodomę vastanda esset Iudæa. 117.

Locus exodi sponsum sanguinum tu mihi es, quod Lxx dixere stetit sanguis circuncisionum in puero. 224. 225.

Locus geneleos cap. 32. Quid queris nome quod est admirabile? 230.

Locus Mosis ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus. 241. c. 444. d. 987. d. 1000. 4. d.

Locus Geneleos cap. 49. de Ioseph. 235. 236.

Locus Deuteronom. ca. 33. De Ioseph. 235. 236.

Locus Geneleos ca. 47. De virga cuius summitas adoratur. 282. c. d. 283.

Locus Deuteronom. cap. 29. De vastitate Iudæe. 368. d. 369. a.

Locus Geneleos cap. 49. Quoniam in furore suo occiderunt virum. 375. b. c.

Locus Geneleos, in semine tuo benedicentur omnes gentes. 464. c.

Locus Mosis Prophetam fuscitabit vobis dominus. 475. c. 697. b. c.

Locus Geneleos. cap. 49. vasa iniquitatis bellantia, in consilio eorum non intrat anima mea. 547. b. c.

Locus Mosis de Noe, ipse consolaturus est nos. 625. 626. a.

Locus Mosis cum de petra adduxit aquas. 756. c. d.

Locus Geneleos cap. 49. In vino lauit stolam suam. 954.

Locus exodi ca. 2. De festo agni Paschalis. 451. a. b. c.

Locus Geneleos. Cum futurus sis in gentem magnam & robustissimam. 925.

Locus Geneleos faciam te in gentem magnam ibidem. a. b.

Locus Geneleos, Ecce Adã vt vnus ex nobis factus est. 1002. b.

Locus

INDEX.

Locus Reg. de Heliseo qui sanat aquas. 271. b.
 Locus primi Reg. 15. Agag pinguisimus disput. 75. b. c.
 Locus. 2. Reg. cap. 14. ifceptatus disput. 75. c. d.
 Locus lib. 2. Esdrae ca. 8. de scripturis suggestis Esdrae diuinitus. disput. 69. c. 70. 71.
 Locus capitis. 2. lib. 2. Machabaeorum declaratur disput. 71. b. c.
 Locus Hieremiae. Ecce dies venient dicit dominus, & suscitabo verbum bonum quod loquutus sum. 94. a. b. c. d. & deinceps.
 Locus Ezechielis ex cap. 26. 413. 414.
 Locus Ezechielis eodem. cap. 26. De tyro, & quaestio proposita à D. Hieron. de eo, & de Esaiâ. 413. 414.
 Locus Ezechielis cap. 1. Hac visio similitudinis gloriae domini. 126. & deinceps, & locus. ca. 2. 3. & 6. de eadem re.
 Locus Ezechielis cap. 44. & conuertit me ad viam portae sanctuarij. 166. 167.
 Locus Ezechielis cap. 21. Tu tamen prophane aufer Cidarim. 236.
 Locus Ezechielis cap. 17. de Ramo quem seuit dominus. 272. c. d.
 Locus Ezechielis. cap. 19. 280. b.
 Locus Ezechielis cap. 32. de plantula illa quam germen vertit D. Hiero. 280.
 Locus Danielis lapis praecisus de monte sine manibus. 351. a.
 Locus Danielis cap. 3. visio. 4. similis filio Dei. 129.
 Locus Zachariae ca. 6. Ecce vir oriens nomē eius. 94. a. b. c. d. & deinceps.
 Locus Zachariae ca. 3. Ecce adducā seruum meum semach. 94. a. b. c. d. & deinceps.
 Locus Pauli: Lapidati sunt, secti sunt. disput. 92. b.
 Locus Pauli ad Romanos. 9. Nisi dominus reliquisset nobis semen. 22. d. 23. 24.
 Locus Pauli, Esaias audet, & dicit. 138. d. & deinceps. & 984.
 Locus Pauli, si fuerit numerus filiorum Israel. 248. b. c. & 263.
 Locus Pauli: Verbum consummatum, & caetera. 263. & 264.
 Locus Pauli ad Hebraeos explanatur: Adorauit Israel super summitatem virgæ eius. 282. d. 283.
 Locus Pauli, in illa die erit radix Iesse. 290. c. d. 291. & 280. quo loco apparet Lxx viros paraphrasim fecisse & hanc paraphrasim D. Hierony. esse secutum.
 Locus Pauli ad Colossenses. 2. chirographum affigēs cruci. 318. a.
 Locus Pauli ad Romanos. 10. Testimoniū perhibeo illis quod zelum Dei habent. 444.
 Locus Pauli: Qui suscitauit Iesum à mortuis viuificabit mortalia corpora nostra. 453. a.
 Locus Pauli ad Ephesios. 4. dedit quosdam apostolos, quosdam prophetas. 548. a. b.
 Locus Pauli. ad Thessalonicenses. c. 4. Qui hæc spernit, non me spernit. 555. a.
 Locus Pauli ad Colossen. ca. 2. Erit thesaurus sapientia, & scientia. 558. c. d.
 Locus Pauli ad Ephesios. 2. Euangelizauit pacē vobis qui longe fuistis 562. b.
 Locus Pauli: Quis cognouit sensum Domini. 638. & 639.

Locus Pauli: Secundus homo de celo caelestis. 678. d.
 Locus Pauli: Delens chirographum. 706. a. b.
 Locus Pauli. Vincit Christum. 733. b. c. 734. a.
 Locus Pauli: Deus in Christo erat mundum reconcilians sibi. 734. a. b.
 Locus Pauli: Videte Israel secundum carnem. 745. d.
 Locus Pauli: Ab omnimoda gloria. 1009. d.
 Locus Pauli, & Petri: filij iræ. 997.
 Locus Pauli: quotquot baptizati estis, Christum induistis. 799. & 938.
 Locus Pauli: Si possibile fuisset oculos vobis eruisse. facie. 851. a.
 Locus Pauli: Rapiemur obuam Christo in aera. 913.
 Locus Pauli: quia in omnibus diuites facti estis in illo. 935. c. d.
 Locus Pauli: accessistis ad Sion montem. 919. c.
 Locus Pauli: Tempus breue est, & præterit figura huius mundi. 924.
 Locus Pauli: Quasi in insipientia loquor disceptatus. 926.
 Locus Pauli: An diuitias bonitatis eius contemnitis? 974. b.
 Locus Pauli, Nec oculus vidit, nec auris audiuit. 979. & 980.
 Locus Pauli: Non sunt condignæ passionēs huius temporis. 993. b.
 Locus Pauli: Ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli. 1002.
 Locus Pauli: Quem posuit Deus repropitiacionem in sanguine ipsius perfidem. 932.
 Locus Euangelicus: Quomodo potestis credere gloriam inuicem accipientes? 789. a.
 Locus Euangelicus: Caelum, & terra transibunt. 788. a. b. & 905.
 Locus Euangelicus, fecit potentiam in brachio suo, & reliqua. 790.
 Locus Euangelij. Nolite flere super me. 766. a. b. c.
 Locus Euangelij: Nemo potest mammonæ seruire, & Deo. 800. b.
 Locus Euangelicus: Potestis bibere calicē, & c. & tollat crucem suam. f. 836.
 Locus Euangelij: Ego suscitabo eum. 881. b. & 886. a. b. c.
 Locus euangelij: Non habemus regem nisi Cæsarē, & nostra erit hereditas. 890. d.
 Locus Euangelij: Non sum missus nisi ad oues. 903. d.
 Locus Euangelij: Ego autem dico vobis. 904. d.
 Locus Euangelij: Lux in tenebris lucet. 907.
 Locus Euangelij: Alias oues habeo. 912. a.
 Locus Euangelij, vbi oues appellantur fideles. 912.
 Locus Euangelij: Primi fuere nouissimi. 914.
 Locus Euangelij: Nunc dimittis seruum tuum & sequentia. 914.
 Locus Euangelij: Dabitur genti facienti fructum. 937. b. c.
 Locus Euangelij: Dic vulpi illi. 918.
 Locus Euangelij: Pacem meam do vobis. 922. a.
 Locus Euangelij: Quis ille seruus fidelis, & prudens factus. 922.
 Locus Euangelij: Multi crediderunt, sed propter pharisæos non confitebantur. 789. a.
 Locus Euangelij: Cum videret diem meum. 927.
 Locus

INDEX.

Locus Euangelij: Beati pauperes quoniam ipsorum est regnum caelorum. 930. b.
 Locus Euangelij. Beati qui esuriunt iustitiam. 930. c.
 Locus Euangelij: Venite benedicti patris mei. 932. c.
 Locus Euangelij. Beati qui lugent, & vobis qui ridetis. f. 932. c. d. & 933.
 Locus Euangelij: Verbum caro factum est. 963.
 Locus Euangelij: Qui venit ad me non esuriat, qui crediderit in me non sitiet vnquam. f. 990.
 Locus Euangelij. Merces eius cum eo. 996. d.
 Locus Euangelij de beatitudinibus. 990. c. d.
 Locus Lucæ: Cum apostolos eduxit foras, & benedixit. 997. a.
 Quaestio de illo loco Euangelij quomodo dicatur Dominum Deum tuum adorabis, & adorate scæ bellum pedum eius. 999. c. d. & 1000. a.
 Locus Euangelij: Elegerūt potius tenebras, quam lucem, cum eos vocarem: Venite ad me omnes qui laboratis, & qui sititis venite ad aquas. 1004. c.
 Locus Euangelij: quādo illudebant domino. 1005. a.
 Locus Euangelij: Venient Romani, & c. & expedit vt vnus homo. 1005. a.
 Loci Euangelij: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, & in viam gentium ne uertis: Auseretur à vobis regnum, & dæcete omnes gentes. 1005. b.
 Contra Euangelij persecutores Iudæos. 1005. b.
 Locus Euangelij: Signa caeli iudicare nostis. Matth. 16. fa. 1009.
 Locus Euangelij: Qui biberit ex hac aqua quam ego dederō non sitiet iterum, sed fiet in eo fluuius fons aque saluētis in vitam æternam. f. 1010. c.
 Locus Euangelij: Flumina de ventre eius egredientur. 1010. c. d.
 Locus Euangelij, Nisi efficiamini sicut paruulus hic. 1011. d.
 Locus Euangelij: Beati mudo corde quoniam ipsi Deū videbunt. 1012. a.
 Locus Euangelij: Sicut fulgur. 1013. a.
 Locus Euangelij: Videbitis filium hominis venientem in nubibus caeli. 1013. a.
 Locus Euangelij: Quare fremuerunt gentes. 195. a.
 Locus Ioannis: Si cor nostrum non reprehenderit nos. 39. b.
 Locus Ioannis docet vos vnctio. 431. b.
 Locus Ioannis: Ipse est propitiario pro peccatis. 932.
 Locus Apocalypheos cap. 7. de agno. 435. b.
 Locus Apocalyp: Clavis Dauid. 503. b.
 Locus Apocalypsis: Facta est habitatio dæmonum. 577. a.
 Locus Apocalypsis. 7. Agnus qui in throno sedet pascet eos. 767. b. c.
 Locus Apocalypsis: Post hæc vidi turbam magnam. 909. a.
 Apocalypsis loci multi toto cap. 60.
 Locus Apocalypsis de Satana coniecto in stagnum sulphuris 323.
 Locus Apocalypsis: Prima abierunt ecce facio nunc omnia noua. 680. b.
 Locus sapientia: Ligemus iustum facie. 81.
 Locus Psalorum: In mari via tua. 133. d.
 Locus Psalorum: Illic Beniamin adolescentulus factus. 214. b.
 Locus Psalmi: Dominus regnauit à ligno. 226. 227.

Locus Psalmi: Viti sunt fontes aquarū, & aperta sunt fundamenta orbis terrarum. 91. c. d.
 Locus Psal. Tauri pingues oblederunt me. 120. a.
 Locus Psalmi: Quoniam pones eos dorsum. 374. d. & deinceps.
 Locus Psalmi de oleo exultationis. 431. b. c.
 Locus Psalorum: Eleuauerunt flumina vocem suam. 701. b.
 Locus Psalorum: Dñe intres ne in iudiciū cum seruo tuo. 706. d.
 Locus Psalmi: Nisi dominus ædificauerit domum, & c. f. 999. b.
 Locus iudicum de Gedeone, & trecentis, & pura, seu phara, & madjanitis. 220. 271. 272.
 Locus cantorum: Vnguentum effusum nomen tuum. 431. a.
 Locus Malachia cap. 30. Sedebit confians. 433. a.
 Locus Petri: Caeli magno impetu transient. 574. a. & paulo infra, caeli ardentēs soluentur ibidem.
 Locus D. Petri: Omnis caro scænum. 634. d. 635. a. b.
 Locus Petri: Nunc si oportet contristari in varijs tentationibus. 836. 837.
 Locus Petri: Latamini gaudio inenarrabili, & glorioso. 806.
 Locus Petri: Omnem malitiam omnē dolum. 838. c.
 Locus Solomonis: Redemptio animæ viri propriae diuitiæ eius. 935.
 Quaestio D. Augustini, de illo: Venite ad me omnes qui laboratis. 843.
 Loth. typus declaratur. 24. c. d.
 De Lucifero quomodo de celo ceciderit. 322. repete altius.
 Luminaria ecclesia quæ. 924. a. b.
 Lupi qui? 997. c. d.
 Lux matutina sanctis pro præmio affulura. 880. M.
Martyrium. 690. b. c. 691. d. & eius exhortatio. 436. a. b. 588. b. c.
 Martyres. 712. b. c. d.
 Martyres nostros, & pios ridebant infideles quibus propheta respondet. 451. c. d. & deinceps.
 Martyres, & persecutionem patientes. 554. b.
 Martyres, & prædicatores Euangelij prædicti ab Esaiâ. 58. c. d.
 Matthai Euangelium Græcè conscriptum à D. Matthæo. 104. b.
 Machæra siue gladius Christus dictus. 42. b. c. d.
 Mahoma interclusit aditum omni doctrinæ, ne legēdis propheticis testimonijs mauri suum dederēt errorem. 9. b. c.
 Masculus. 1006. d.
 Malorum stultitia. 914. b.
 Matrimonium spiritale Christi, & ecclesia. 773. d. & 832. b. c. d.
 Mensura qua alicui mensi fuerimus remetietur nobis. 577. b.
 Mariti vxorij. 85. c. d. 86. tota facie.
 Maledictionis filij. 997. a. b.
 Malos nec intellecturos esse prophetas, nec curatores quid dicat sacra scriptura. 126.
 Mansuetus, quis? 1001. a. b.
 Mansuetudo. 8. 75. a.
 Mendacis signum si non cohæreant priora sequenti bus. 34. b.
 Mer-

INDEX.

Mercatura, & quid de ea fenserint. 70. 413. b.
Mercatorum quorundam vitia vituperata. 413. b.
Medicina commendatur à Theodoro. 523. a.
Mensis quo immolabatur agnus. 32. a.
Merces iusto propofita. 423.
Mifericordia. 878. d. 879. tota facie. & 39. a.
Mifericordiæ præmia. 881. d.
Mifericordia Dei infinita. 973. b. c.
Qui in miffa colloquuntur, & attenti non funt. 932. a. b.
Miracula tot cur edita à Chrifto funt? 750. c. d.
Mons cur Chrifto fit dictus, & lapis præcifus de monte apud Danielem. 55.
Montes cur fancti appellantur. 53. 55. c. d.
Mons Oliueti. 918. b.
Mons quid fit in fcriptura, & quid fit ascendere in montem. 635. d.
Magici, & incantatores quomodo deludant. 645. c. d.
Magi qui iere adoratum Chrifto. 189. 731. b. 909. c. d. 910. 911.
Magi euangeliftæ vocati. 910. d.
Mare hic mundus dicitur, & cur? 681. c.
Mariæ virginitas, puritas, typo admirando declaratur. 279. c. d. repete totam annotationem à principio, & 277. & prædicatur. 811. c. d. & deinceps, & eius laus. 169. a. b.
Maria facrata nobis texuit immortalitatis indumentum cum peperit agnum Dei. 819. c. d. & 692. a.
Mariam virginem alloquitur angelus verbis translationis. 70. tertijs personis mutatis in fecundas, quod ad virginem facratam fiebat fermo. 172. a. b.
Maria propriè Eua dicitur, & cur? 166. b. i. vera mater viuientium. Eua. n. eius typus erat. 819. c. d.
Maria virgo ante partum, & in partu, & post partum defcripta ab Efaia, & Ezechiel Hebraicè. 165. c. d.
Maria virgo concipiens filium Dei apud Ezechielcm. 166. 167.
Maria virgo post natum dominum reposita inter virgines. 180. a.
Mariæ nuncijs allatus de cælo ab angelo. 185. tota facie, & deinceps. 187. c. 188. a. b.
Maria virgo facrata defenditur contra quorundam impudentiam, qui ex fanctorum libris congerunt fi quid alicui fanctorum negligenter de ea exciderit, quod peccarit aliquando venialiter, aut aliquid huiusmodi, aut fi quid hæretici fanctorum libris venenorum interperferint. 167. 168.
De Maria Magdalena, antiphonæ Ecclefiarum. 466. a. b. c.
Maria Magdalena, & reliquæ Mariæ redeuntes à sepulchro Domini. 466. a. b. c.
Matthias loco Iudæ proditoris lectus est. 582. c. 584. b. c. d.
Machabæi, & illorum historia, & caufa bellorum. 511. c. d. 512. a. b.
Machabæi simulac foedus fecere cum Romanis interfecti ab hostibus finguli, vt Moses vita priuatus & ingreffu terræ promiffionis quæ hæfitauit educurus aquam de petra. 515. c.
Moses dicendum esse, aut, Moyfes, non Mofeh, cum Iudaizantibus.
Moses liberans populum Israel de Aegypti feruitute, Chrifto typus fuit. 791.
Mosis vaticinium completum. 34. a. b.

Mosis locus de Noe explanatus. f. 625. d. quæ. 70. diuinitus vertere ita vt non poffet vlllo vnquam modo alio quam ad Chrifto referre.
Moses cur serpentem iufferit adorari. 455. b. c.
Mosis quinque libros ante Lxx virorum tempora fuisse tranflatos Græcè, & eos legiffe Platonem. 455. c. d.
Moabitarum vaticinium. 330. & fequentibus.
Monachus vnde, & quis? 599. b. c. & eorum vita. 921. b. c.
Mos apofolorum, & Lxx virorum coagmentare fimul duos locos fcripturæ. 199. d.
Mortificatio. 877. a. & Mortis imitatio virtus est, quæ nostri mortificationem vocant.
Mortis regio, & vmbra. 215. d.
Morbi immittuntur iuftis à Domino ad eorum vitilitatem. 612. d.
Mundi confummatio. 735. c. 775. d. 379. d. 380. tota facie, & deinceps.
Quomodo in mundi confummatione cælum, & terra corrumpentur, & quæ fit illa corruptio. 788.
Mundi conuerfio ad Chrifto. 767. a.
Mundos nos esse oportet corpore, & anima. 807. & deinceps.
Mundani qui dicantur. 681. c.
Mulieres feptem. 91. 92.
Mutantes ea quæ funt in facris literis. 652. b.

N.

Natoria quod idem est quod piscina. 396. b. c. 442. c. d. 443. a. b. c. 436. a. b. 559. d. 44. d. & deinceps.
Nazareth patria Domini contra Pagninum non Nazareth. 274.
Nazaræus, id est, fanctus, & feperatus ab alijs. 277. d.
Nazaræus dictus dominus. i. facer, & feperatus ab alijs, Deus vti que, & homo & cur fic appellatus. 278. d. & tota illa difputatione.
Nazaræum vocandum fuisse Dominum apud quos prophetas fit? 275. a. b.
Nazaræum, dicendum, & non Nazarenum, & non differre Nazarenum, à Nazareo contra Pagninum. 273. 274.
Negatio an addenda, detrahendæ fit quibusdam locis fcripturæ, controuertitur inter ipfos Rabinos, ne quis miretur additam à Hieronymo detraçtâ à Lxx de coruo. 41. a. b. fimilis est controuerfia deloco Efaia legédus ne fit cum negatione, aut fine. ea. 761. c.
Nix in fcriptura quid? 11. c.
Noe Latine idem fonat quod confolator, & quod fit typus Chrifto, qui confolator dicitur generis humani. 625.
Noe historia, & typus declaratur. 834. c. d. 835. a. b. c.
Nomina Barbara emolliri folêt ad vsum Latini, Græcique sermonis. 2.
Nomina Hebræa qualia funt Sodoma, Gomorrha, Pafcha reliqua que, pronuntianda Euangelice, nõ Iudaicè. f. 1. 2. 3.
Nomenclaturæ ecclefiasticæ defenduntur cõtra eos quibus placet loqui Iudaicè. 208. b. c. latius primo huius operis folio.
Nomina rectè pofita significant rerum naturas iuxta

INDEX.

ta Platonem, qui id mutatus est ex facris literis. 174. b. c. d.
Nomina fignificare naturaliter vt vulgus accipit, ne moueretur Philofophorum dixit, nedum Plato. 174. a. b. c.
Nomina esse eadem quæ eandem rem significant, & fi videatur esse diuerfa, ex Platone difputatio. facie. 161.
Nomen nouum quid? 943. b. c.
Nouiffimus quid fignificare doceant Lxxviri? 519. b.
Nouiffima tempora quæ? 54. c. d.
Nouitas, hereseon est seminarium. disp. 5. 6.
Nox, & dies quid in facris literis. 441. c. d. 442. a.
Nubes roris fpiritus fanctus. 354. c.
Nubes appellantur propheta, & apofoli, & cur? 109. b. & deinceps.
Nubes, & columbæ fancti appellati. 913. a. b.
De nube, & pluuia fpiritali. 358. b. c. d.
Numerorum varietas in fcriptura vnde fit. 42. a. b. c.
O.
Ocium feftum quoddâ ruderorum, Hebraicè dictum Afereth, & longa difputatio de eo. 32. c. d. & deinceps.
Non otiofe, quo intellectu dicatur ab Ambrosio. Difput. 23. b.
Odores, affluetis rebus foetidis, malè olent Difp. 3. a. b.
Olei filius, quid? 103. c. d.
Olympias quot annos contineat. 6. b.
Onocentaurus quid? 77. d. 578.
Onocrotalus, quid? ibidem.
Onofcelis quid? ibidem.
Opes humanæ. 635. a. b. c.
Operis huius inftitutum vulgare defenfio, & defenfio translationis Lxx, & huius prophetæ interpre tatio ad veterum patrum lucem: & præfcriptum. facie. 3.
Orbis conuerfionis poft vastatam Iudæam prædictio. 352. c. d.
Origenes de Lxx viris, difput. 22. d. 23. a.
Origenes Græca cum Hebræis cõtulit, & varias editiones, & quorfum? 91. b.
De Origene perexigua cum Erasmo velitatio. 502. b.
Origenes defenfus. 916. 917. 918.
Originalis iuftitiæ inftaurator Chrifto. 885. c.
Orthodoxi rectam ambulant viam. difpu. 5. b. c.
Os Domini. 42. d.
Os Domini filius. 583. c.
Ossa pro animæ potentijs accipi, quæ pinguefcere dicuntur charismatis fpiritus fancti. 883. b. 884. a. b.
Ossa. i. Animæ potentiæ quomodo inueterascant? quomodo pinguefcant. 884. a. b.
Ossa animorum hominum malorum difsipantur à Deo. i. permittuntur esse difsipatæ animæ potentiæ hominum malorum, & diuino auxilio deftitutæ, & fic non poffunt in virtutis actibus perfeuera re. 884. a. b.
O fannâ quod fit vulgatiffimæ fignificationis apud Hebræos, & quæ facillime potest reddi Latine. 239.
O fannâ in literis Euangelicis non legi corruptè vt quidam putant. 239. c. quo loco defenduntur Euangeliftæ.
O fannâ à D. Luca redditur pax, & gloria. 240. 241.
O fannâ cur D. Lucas verterit Græcè? reliqui euangeliftæ vocem Hebræam retinuerint, nec verterint

Græcè. 239.
Dubium in explanatione D. Hieron. & Eusebij huius loci Euangelici, o fanna filio Dauid, & reprehensio cuiusdam Iudaizantis. 237. a. b.
Ozias rex Iuda, biniominis, dictus est. n. alio nomine Azarias. 68.

P.

Pafio Chrifto. f. 958. a. b. c. d. 705. a. d. Sed lege in diftione Chrifto.
Pafio Chrifto vt liberaretur genus humanum, & ideo ipfos crucifixores expectauit Dominus. 42. annos dum conuerterentur. 525. b. c.
Pafio Chrifto gloriofa. 780. b. c. d.
In pafioe Domini obfcurationis Solis, & Lunæ, & scifio veli templi. 426. c. d.
Pafcha dicendum non pefah cum Iudaizantibus. facie. 2. c.
Pafcha ruderorum, & Pafcha Dei in quo differant. 34. a. b.
Paulus optimus fcripturarum interpres. difput. facie. 4. c.
D. Paulus, & Lxxviri tam planè explicant fcripturam quam fi edidiffent onomastica Hebræa, & scholia. 480. c.
A D. Paulo factæ fcripturæ paraphrafes, nequis Lxx viros vituperet, qui id faciunt. 481. c. d. 492. a. b. c.
D. Pauli locus, & authoritas. 979. a.
D. Paulus defenfus quod berith verterit testamentum & non verterit pactum. 843. c. d. 844. a. b.
D. Paulus defenditur contra Erasmus. 905. a. b.
Paulus optimus fcripturæ interpres explicat prophetiam de dono linguarum, & fignificat alienigenas homines, doctores Iudeorum esse futuros. 480. c & iuxta fcripturæ canonem quæ obfcure dicta erant Paulus planè dicit, & dilucidè.
D. Paulus, & D. Hieron. reddunt fententiam fcripturæ. 480. c.
Pauli epiftola ad Hebræos Græcè confcripta. facie. 104. b. à quibusdam impugnatur quod multa citat quæ Hebraicè non funt (de medio fublata à Iudeis fcilicet) & defenditur ab Origene. f. 92. c.
D. Paulus defenditur aduerfum D. Hieronymum, quod parum Grammaticè locutus diceretur. 57. d. & deinceps.
Quem locum D. Paulus explanat, Iudæi audent alio defletere. 23. d. 24. a. b. & deinceps.
Patriarcharum peccata cur in fcriptura commemorantur. 276. c. d.
Cur fancti patres quædam loca ad duos fenfus sæpe referunt. 36. a.
Patribus facta promiffa, ceflere nationibus infidelibus vocatis ad fidem. 347. 348.
Veteribus promiffa patribus accipienda etiâ fpiritaliter, & vnde hoc intelligatur. 313. c.
Patrum veterum authoritas defenditur qui legunt ca. 45. Hęc dicit Dominus Chrifto meo Domino. 721. 722. 723. 724.
Pauperes. 878. d. 879. tota facie.
Pater clarificat filium. 725. d. 726. c. d.
Paronomafias Hebræas quomodo Græcè vertunt. Lxx. 625. d. & in epiftola Origenis.
Patres veteres indignum facinus esse si quis ex sibi let, quæ plus fciat Græcè, aut Hebraicè, Theologiæ cognitione

INDEX.

gnitione multis partibus inferior. 237. b. c.
 Pauper, pupillus, & vidua. 39. a. b.
 Paradisus. 568. b. c. d.
 De paradiso, & inferis. 563. a. b. d. 564. a. b. d. 565. b. c.
 Pax super pacem. quæ sit. 44. 5. d. 876. c. d.
 Pactus ecclesiæ. 997. c. d.
 Panis, & aqua doctrina euangelica. 526. a. & Christus
 ita appellatur ibidem. b.
 Paracletum dici Christum, & spiritum sanctum. 625. b. c.
 Patris nomen Deo maxime conuenit. 973. b. c.
 Peccatoribus afflictio utilis. 449. b. c.
 De peccatoribus sanctorum sententia. 314. c. d.
 Peccatores bestias dici, & non homines, & eorum vr
 bes non dici vrbes. 353. a.
 Peccatores s. flaccidiores, appellatur, femina, molles
 797. b.
 Peccato originis omnes mortui eramus. & liberati su
 mus à Deo. 434. c. 818.
 Peccata pro numinibus colunt quidam vt veteres ido
 latræ. 314. c. d. 645. d. 646. a. 383. b.
 Peccatis, & vitis dediti, si non verbis, re tamen quo
 dammodo idola colere videntur. 314.
 Peccatorum fœditas, & grauitas. 523. b. c. 597. b. 528.
 a. b.
 De peccatis hominum. 517. tota facie. 518. a. b.
 Peccata nostra faciunt vt nos Deus obijciat hostibus
 & vt permittat Dominus nomen Dei in nostro cõ
 spectu blasphemari, quod cupiamus prohibere, &
 non possumus. 598. d. 607. c.
 Peccatorum pœna duplex. 629. a. & onus graue. 378. c.
 Peccatum pœna peccati. 674. a. b. c.
 Peccata, & vitia animorum aures obstruunt, ne sacra
 audire possint. 597. b.
 Peccata quomodo deleantur attende. 627. d. Pro his
 qui castigantur à Deo.
 Peccata nostris animis inscribi. 705. d. 706. tota facie,
 & delentur cruce domini.
 Peccata quomodo eluantur. 881. d. 706. tota facie.
 Peccati nexibus liberat se peccator. 878.
 Peccata nexus esse, & vincula. 876. c. d. 118. 119. a. b.
 Peccata duplicia quæ? 629. a. b. c.
 Vt peccatum fugere possimus à Christo quærenda
 potentia, & robur. 848. a. 882. a. b. cohibendos oculo
 los, pedes, linguam. 887. c. d.
 Peccatores miseretur dominus, & humiliatum suble
 uat, & excelsum facit. 868. a. b. c.
 In peccatores Christi indulgentia. 671. c. d.
 Peccare nos permittit Deus, & cur? 981. b. c.
 Qui peccatum fugit, fugit omnem metum. 838. c.
 Peccatores qui Deo adherere volunt à peccatorum
 via se segregent, quod in fordido vase pretiosa nõ
 inmittuntur vnguenta. 647. c.
 Peccator suis peccatis se vendit dæmoni domino ne
 quisissimo, & spurcissimo. 774. a. b. 800. c. & cur à do
 mino peccator non redimatur quando non redi
 mitur. 889. c. d.
 Peccator qui cum peccauit se dæmoni vendiderat,
 si indulgentia, & liberalitate Domini se exoluere
 vinculis non vult, trahit maiorem Domini iram.
 774. a. b.
 Peccans anima nullum lucrum facit, etiam si videat
 tur sibi facere lucrum, quod docet Esai. iuxta Lxx
 viros exemplo Iudæorum, qui ne amitterent,
 quod habebant, & vt conciliarent sibi Romanos
 affecere cruce Dominum, & periere. 862. d. repete
 altius, & 863. a.
 Peccatum ignis pabulum. 887. a.
 Peccata peccatori ignem, quo concremetur, accen
 dunt. f. 136. 742.
 Contra peccata, & vitia oportet esse munitos. 885. d.
 De Pentecoste. f. 57. a. b.
 Duæ personæ diuinæ reuelantur. 694. c. d. & deinceps.
 810. d. 980. a. b. 732. c. 714. a. 904. c. d. 636. c.
 637. a.
 Tres personæ diuinæ, à Latinis personæ, à Græcis hy
 postases: Hebraicè Eloim dictæ. 603. b. c. d.
 Dominus Petrus Pontius Leo Episcopus Placentiæ
 illustrissimus qui huius operis bonam sibi partem
 vendicat. 468. d. & in epistola ad Philippum regem.
 Perfecti qui? 476. b. c.
 Pharisei auertebant à Christo plebem sui quæstus
 gratia. 82. c. d. 83. c. d.
 Phariseis, & scribis minatur Dominus apud Esaiam,
 vt in euangelicis literis, vè vobis scribæ, & phari
 sei iuxta Lxx viros. 46. 76. c. 801. b. c. 566.
 Pharisei, & Iudæi dicuntur canes muti. 856. a. b. 857. a.
 Philosophos, & poetas auctores errorum, ad Christum
 transituros. 72.
 Philon cur dicat quinque libros Mosis à Lxx Græcè
 versos. disput. 43. b. 45. b. c.
 Philonem quidam ex nostris oppugnant, quod no
 bis faueat. disp. 55. a.
 Pilosus. i. peccator. 387. d.
 Pythones qui. 203. c.
 Piscina quid sit, & refelluntur Iudæi. 396. b. c.
 Piscina Bethsaida vsque ad aduentum Christi. 110. a.
 Plebs Domini quomodo relinquenda erat, & non re
 linquenda. 22. a. b.
 Plato legit quinque libros Mosis, & ideo dictus Mo
 ses Attica lingua locutus. 45. c. d.
 Platonem quæ de inuentione literarum, & de vtili
 tate earum, & incommodo in Phedro prodidit, à Iu
 deis esse mutuatum. 49. a. b. c.
 Quod Plato ex sacris literis multa sit mutuatus lōga
 disputatio. 627. 628.
 Plagæ domini seruant nos. 373. d. 374. a.
 Pluuia spiritalis. 849. d.
 Pluuia cælestis. 109. b. c. d. 110. a.
 Pluuia, ros imber, nix, quid in scriptura. 11. c.
 Pœnitentia. 869. d. 870. a. b. d. 707. 708. 712. a. b. 522. c.
 d. 523. a. b. c. & corporis maceratio. 587. c. d.
 Pœnæ irrogatæ nobis à Deo, nos Deo cõciliat. 626.
 b. c. 627. b. c. d. & deinceps. 628. d. 629. c.
 Inferorum pœnæ, & præmia bonorum cui aperiuntur
 à Christo si omnes sunt pleni crapula. 476. b. c.
 Populus Dei mutatur in populum gentium, & popu
 lus gentium in populum Dei, miraculo grãdi. 505.
 b. c. d. 506. c. d. 508. tota facie. 551. d. 552. a. b. c. 851. b.
 c. 372. a.
 Populus fidelis quomodo dicatur pauper, & populus
 robustus, & cur appelletur nominibus contrarijs.
 428. c. d. 429. a. b. c.
 Potentia humana. 635. a. b. c.
 Prophetica visio quomodo fiat. 3. c. d.
 De prophetijs quæstio. 810. d. & obiectio Iudæorum
 811. a.
 Prophetiæ vsus. 688. d.
 Prophetiæ de Christo multo tempore ante aduentum
 Christi.

INDEX.

Christi. 757. b.
 Posse pro velle, & impossibile pro eo quod futurum
 est vt nullo modo velimus. 146. & quæstio.
 Prophetæ, & quo fuerint tempore. 186. b. c. d.
 Prophetæ cur finitimis futura prædicant. fac. 266. d.
 720. c. d. 302. d. 303. 330. a. b. 339. b. 376. b. c. d. 379. b.
 c. 594. b. c.
 Prophetæ cur duo, aut plura vaticinia simul prænun
 cient, aut quædam paulo post complèda, reliqua
 longo post tempore. 267. a. b. c. 411. b.
 Prophetæ qui de Christo mysteria prædicarent, quo
 genere probationis vterentur.
 Prophetia, & futurorum prædictio Dei propria. 663.
 b. c. d. 803. c.
 Prophetæ dictis, & factis prophetabunt. 377. d. 378. a.
 Prophetiæ quædam de vmbra, non cõplentur in vm
 bra, sed in veritate. d. 31.
 Prophetæ, & sancti viri, omnium mala dolent. f.
 Sermo factus ad prophetas quomodo intelligendus
 53. c. d.
 Prophetæ cur tam crebrò dicant: Dixit Dominus, fa
 ctus est sermo Domini, & similia. 53. c.
 Cur per prophetas Dñs ederet miracula. 65. d. 66. a.
 Prophetas cõpleri in Christo Iudæi videbãt, & dissi
 mulabant impij. 748. a. b.
 Prophetas missos vsque ad Christi tempora. 941. b. c.
 945. d. & deinceps.
 Cur in Prophetarum titulis præsignificatur sub quo
 rege fuerint, & quanto tempore ante Christi Do
 mini aduentum? Disput. 6. c. d. & deinceps toto cõ
 mentario, & 9. d.
 Prophetiæ Christi typi. 4. a. & testatur Christum. 846. b. c.
 Prophetæ citant historias veteris testamenti tanquã
 typos Christi. 219. c.
 Quoties propheta suis oraculis intertextit historias
 veteris testamenti, aut ceremonias tanquam typos
 prophetiæ, de qua sermo est, eas intertextere canõ
 præscriptus ab ipso Esaiã. 497. b. c.
 Prophetia veritatis insolubile argumentum. 519. c.
 697. d. & qua ratione cæteris videantur excellere
 probationibus. 8. b. c. contra Iudaizantes qui per
 uertunt prophetias de Christo firmissimum no
 stræ veritatis argumentum, & insolubile.
 Prophetis testimonijs vtentur nostri maiores, ad
 conuertendum orbem, & apostoli, & ipse Domi
 nus. 8. d. & deinceps. Vnde apparet quantum ma
 lum Iudaizantes importet nobis qui Iudaicis ma
 litiosis interpretationibus prophetarum oracula
 obscurant. 9. a. b. & deinceps, & 10. a. b. & dein.
 Prophetarum testimonijs factum est vt orbis credi
 derit magis, quam miraculis quibus effectum est
 plurimum, si exteras causas expectes. 8. b.
 Euidetia fieri nostra prophetarum testimonijs, qua
 ratione dicat Augustinus, & quomodo intelligẽ
 dum videatur. 7. a. 8. c. d.
 Prophetarum testimonijs res fidei, & supernatura
 les probantur potissimum. 7. a. b. 8. b. c.
 Prophetas non seruare dictorum ordinem, & seriẽ,
 Iudæorum causæ est firmamẽtum, quod si tollas,
 Iudæorum causa ruet. 36. b.
 Cur prophetas Iudæi negent prophetiæ ordinẽ ser
 uare. 35. d.
 Prophetæ Domini sunt penè inferiores dæmonum
 prophetis à Iudæis, dum Iudæi negant prophetas
 domini seruare seriẽ, & ordinẽ dictorum. disput. 53.
 Si prophetas non seruare ordinem dictorum Iudæi
 zantes largiantur Iudæis, idem largiantur hæreticis
 necesse est, & ita Iudæorum, & hæreticorum cau
 sam non mediocriter iuuert. 36. a.
 Prophetas dicere inter se cohærentia, & consequen
 tia contra Iudæos qui prophetas furere aiunt, & ne
 gant cohærentia dicere. 33. d. 34. toto capite.
 Prophetis non habebatur olim fides. 186. a.
 Prophetias nunquam esse complendas putabant Iu
 dæi. 36. d.
 Prophetias neglexisse Iudæos in Christi aduentu
 865. b. c. d.
 Prophetæ alij, aliorum dictis, & sermonibus vtun
 tur. 95. b. c.
 Quæ prophetis reuelabantur, sanctis quoque viris
 quos prophetæ iubebant se sistere in statione ea
 dem, reuelari solebant. 385. a. b. c. 186. a. 187. a. b.
 Cur prophetæ Deum suum appellent, & mos sit vt
 qui prophetas alloquitur, dicat prophetæ: De tuus,
 cum sit vniuersorum Deus. 599. a. b. c.
 Ad prophetas non vno quodam modo locutũ esse
 Deum, sed ad vnum, & eundẽ varijs modis. 93. a. b.
 Prædicatio euãgelij, & totius orbis cõuersio. 609. c. d.
 Prædicatores euãgelij. 559. d. 873. a. b. c. & quales ef
 se oporteat, esse per paucos. 563. b.
 Prædicatores appellari nubes, & cur? 109. b. c.
 Princeps tenebrarum. 258. d. & quod mittendus sit
 in stagnũ ignis. 258. c. d. & deinceps. Sed repete al
 tius à numero. 256.
 Probatica piscina quæ videatur esse. 396. c. d. 397. to
 ta facie.
 Preces quãdo valeat apud Dñm, & quãdo nõ. 610. b.
 Cur in omni precatione dicatur, Per Dominum no
 strum Iesum Christum. 492. d. 493. a. b.
 Pseudoprophete, vt Mahoma, & Montanus, similes
 que non seruant dictorum consecutionem, dẽmo
 nũ vates seruant dictorum seriẽ, & ordinẽ. 35. a. b. c.
 Psalmorum tituli. 22. a. b. 23. b. 650. d. 652. d.
 Psalmorum, & scripture sensus peruersi à Iudæis post
 crucem Christi. disput. 4. b. c.
 Pũstorũ varietas in codicib⁹ Hebræis. 818. d. 819. 630.
 Punctorum mutatio contra Iudaizantes. 453. c. d.
 Puncta mutata esse post D. Hieronymum. 824. c. d.
 Pũcta mutata esse à Iudæis. 685. c. d. 141. 142. 143. 144.
 Pueri in scriptura pro Christo, & confessio. facie.
 Quæstio de principio capitis primi Esaiæ. 11. a.
 Quæstiones in illa verba capitis. 1. Derelinquetur s̃
 lia Sion vbi legas. 20. d. 22. a. b.
 Quæstio cur post Christi crucẽ vastata sit vrbs Hiero
 solymorum, & tẽplum dirutum. 54. & supra. 27.
 Quæstio cur dñs in prophetis hominũ malorũ mala
 deflet, & nõ poti⁹ laboratib⁹ manũ porrigit. 107. c. d.
 Quæstio de loco Ioannis. ca. 12. & loco actorũ. Hæc
 dixit Esaias, quando vidit gloriã Dei. 127. & dein.
 Quæstio cur Seraphini astare dicatur, & volare. 133. d.
 Quæstio de apostolis, & euãgelistis. 143. & de indura
 tione Pharaonis, cæcitate Iudæorũ similibusque.
 142. vsque ad. 145. quomodo De⁹ tradat in reprobũ
 sensum. 146. de vaticinijs finitimorum, de miracu
 lis Danielis. 150. de virga. 281. & deinceps.
 Quæstio cur Deus bonus occurrat Iudæorum cor
 da. 145. vbi multas quæstiones leges, sed repete à
 principio

INDEX.

principio commentarij.
Quæstio propofita à Iudæis de illo capitis.7. Peti bi signum à Domino.163.c.d.165. b.c.
Quæstio de loco Ezechielis capit.19.& Esai.capit.11. 280.b.c.d.
Quæstio propofita à Iudæis de illo loco Esaię: & Re quiescet super eum spiritus,&c.280.d.
Quæstionem de radice Iesse vbi sis reperitur. 591. c.d.
Quæstio de hoc nomine sanctissimo Iesu. 299. d.& deinceps.
Quæstiones de illo: Sol obscurabitur, vnde petes. 38.
Quæstio de loco Pauli, de dono linguarum. 481.
Quæstio an Iudæi filij Dei sint appellati in veteri te stamento, typicè, an verè.12. & deinceps.
Quæstio propofita à Christo de D. Paulo, & loco Esa. capit.11.f.27.d.& deinceps.
Quæstio alia aduersus Iudæos.f.27.a. b.
Quæstio de loco Mosis.31.d.
Quæstio de angelorum ordinibus.131.132.
Quæstio cur Esaias se obtulerit Domino.138. c.d.
Quæstio cur Paulus dicat, Esaias audet.138.c.d.
Quæstio cum Iudæis de nomine Iesu sacratissimo. 173.& deinceps vsque ad finem illius commenta rij.
Quæstio de loco Hieremię cap.22.f.236.c.d.
Quæstio de spiritu timoris Domini.285.b.
Quæstio de ordine filiorum Israel. 375.
Quæstiones propofitæ ex cap.23.& ex loco Ezechie lis. 413.414.
Quæstio de Libano monte. 508.b.
R.
Rabinorum scripta cauenda. 597.a.
RE Rabinorum libris contexta cõmentaria quã tam pestem importent. disput.6.a.
Rabinis decreta commentaria, quibusdam videt ur ex doctõribus sacris excerpta, magna cum pe ste legentium. disput.3.b.c.
Redempti à Christo.681. a.b.& à Deo propter nimiam charitatem qua Deus dilexit nos. 966. c.
Redemptio generis humani. 427. & facta in Iudæa omnibus gentibus erit admirationi.368.
Redemptionis canticum.298.c.d.
Redemptio perfecta, & perfecta adoptio, & perfecta fanitas.240.d.& deinceps.
Resurrectio Domini.980.c.per coniurationem Iudæorum obscurata.197.a. b.
Resurrectio.884.tota facie.885. Lege omnia altius: 886.a. b.880.881.931.c.d.934.c.935.d.913. b.c.993. d.994.tota facie. 290.d.
Resurrectionis vaticinium.452.b.c.d.453.tota facie.
Resurrecturos mortuos vt resurrexit Christi corpus 453.e. d. & deinceps.
Resurrecturos fideles splendidissimos.453.b.c.
In resurrectione dabit Deus alas sanctis, quibus celũ petant.649.a.& quomodo sit intelligendum.
Regeneratio duplex.240.d.
Renouatio redemptorũ per Christũ Iesum.729.b.c
Reliquię quę saluę factę sunt.866.d.328.c.d.329.c.d
Reliquię quę saluę factę sunt, numero paucissimæ & totum orbem conuertere.659.d.
Reliquię ex cõflagrat.Iudęę sub Adriano.148.149:

Reliquię quę saluę factę sunt cur à Diuo Paulo se me sint appellatę.Nisi Dominus reliquisset nobis semen.22.c.d.
Reliquias ex Israel futuras fuisse paucas. 988. b.c.& reliquias illas seruatas esse propter Christum.
Religio vnde dicta.874.d.
Reges, & principes ecclesię fautores. 771. 874.
Rhaphaces typus Sathanę constat inuidiam bonõ regi Ezechię, virtuti imponens vitij nomen. 595. d.
Rhaphaces typus dæmonis mendacissimus, & arrogantissimus.595.a.b.
Ros, pluuia, imber, nix, quid?11.c.
Reuerentia quę debet præstari Deo, & reb? sacris.134. S.
Sabaoth.dicendum, non Tcebaoth, facie. 1.2.3.
Sabbatum, & sabbatissimus.31.d.886.d. & 887. & 888.
Sabbatissimus Christianorum.853.c. 854.a.
Sabbati sanctificatio quę fit.887.b.
Sabbati obseruationem spiritaliter necessario intel ligendam, non carnaliter apud Esaii. facie.887.c.d
In sabbato qui ligna colligit cur lapidetur?887. a.
Sabbato ne exportes onus quid fit?887.b.
In sabbato circuncidi hominem quid fit?887.b.
Sabech. quid?493.c.d.& quæstio propofita de hac re ibidem.499.a.b.c.
Salutare Dei Christus.614. d.615. 694.
Salutare Dei quid? & cur sic Christus appelletur. Le ge in dictione, Christus salutare Dei.
Salutare Dei est. I. saluator quoties est Hebraicè, Ie sus, 437. a.299.
Sagitta Christi dictus, & cur?759.9.b.c.
Sacramenta.301.b.c.d.
Sacerdotes ex nationibus in lege euangelica. 912.c.
Sacerdotes purissimos esse oportere. 881.d.
Sacrificia veteris legis apud Esaiam excluduntur à Domino cur per Mosen constituitur festum sem sacramentũ eucharistię, & quæstio.137.138.
Sacramentũ quod excluditur per Esaiam.31.d.
Sacrificia veteris legis quando Deo grata, & quan do ingrata.31.a.b.
Sacrificiorum mutatio.854. b.c.
Sacri Doctores & viri sancti ex peccatoribus.851.b.c
Saluandi.641.b.c.d.
Salus nostra in libris euangelicis.558.a.
Samariam dicendum non Somron.1.2.3.6.a.& de Sa maria, quę recepit verbum Domini.295.
Sampson Christi typus.236.c.
In Sampsonis historia quę de Sampson dicuntur nõd Sampsoni, sed Christo conuenire, & cur?277. a. b.
Ex Sampsonis historia angeli paraphrasim fecere, cum annunciant virgini Domini incarnationem vt hanc figuram doceant esse illius veritatis.278.b.
De Sampson loci capitis.13. Iudicum explanatur. 276.c.d.277.278.b.
In prophetijs quibusdam de Sampson non Sampson agnoscendus, sed Christus.276.c.d.
Sanctus quis appelletur.808.a.
Sancti arbores, & præciosi lapides dicuntur in scriptu ra.918.c.d.
Sancti viri precatio quantum valeat.599. c.602.a.b.
Searia sub. Esa. filius.152.c.d.155.d.154.
Sathan vade post me.287.

Sancti

INDEX.

Sancti omnium mala dolent.393.a.
Sancti viri peccatoribus.851.b.c.
Sanctorum alæ.913.b.c.
Sanctorum merita reposita in thesauro ecclesię. 692.c.
Sanctorum hereditas Dominus.846.d.
Sanctorum patrum sequenda semper authoritas. 21.c.d.
Sanctorum doctrinam excuterẽ fidelium manibus, & nouas inducere scripturę interpretationes, here ticorum semper fuit institutum. 83.b.
Sanctos Deus sanctificat, & inhabitat. fa. a.b.c.
Sanctis præmia Christi distribuit.827.b.c. quæstio de hac re.
Sanctificare quid significet aliquando.259. c. d. & cur?
Sanctificari penam, & sanctificari bella, quę immit tit Deus peccatoribus, cur dicantur? 304. c. 305. c.d.
Sanitas perfecta.240.
Sapientia dæmoniaca.255.c. d.
Sapientia Salomonis esse inde colliges, quod ex illa Plato mutuatur multa.642.c.
Sapientia liber à Solomone conscriptus.81.d.628.
Sapiens apud se ipsum, & quæstio de hac re propof ita.120.
Sathan cur appelletur Behemot, Latinè, bestia, in il lo: Ne tradas bestijs.458.d.
Sathan, lege in dictione: Princeps huius mundi, prin cept tenebrarum.
Sathanas vctis appellatus, quod conclusum in car ere haberet genus humanum.456.a.b.
Sathan describitur sub typo Rhaphacis.595.a. b.
Sathan instagnum sulphuris missus. 320. b. c.d.325. b.455.d.
Sathan apostata.456. b.
Sathã bestia, & bestia numero multitudinis, & cur? 458.c.
Sathan videtur signif. cap.14. Esaię.315.316. 317.
Scabellum pedum Dei quid fit? 999. c. d. & 1000. a.b.
Scabellum pedũ Dei fieri homines, magna beatitu do est.999.c.d.
Scænophegia.32.d.33.
Scorpium, & draco, & serpens dæmonum princeps. 455.d.
Scribæ, & pharisæi, & principes sacerdotum cæci. 680.
Scripturę qui interpretes sint adhibendi. 968.b.c.
Scripturę interpretandę canones, qui semper ante oculos habendi sunt interpreti scripturę. 87. d. 88.a.b.
Scripturę interpretatio vnde petenda. disp. f.5.d.
Scripturam quomodo nobis ecclesia proponat.31.b.
Scripturę veritas penes quos sit.966.a.
Scripturę interpretes nos habere ipsum Deum pa trem, spiritum sanctum, angelos, ipsum Chri stum.170.
Si scripturam iuxta sententiam veterum patrum in terpretare, omnia reperies inter se cohærentia, cõ tra vero omnia deprehendes si Iudaizantium scri pta reuoluas.34. a. b.

Scripturę finis Christus, non David, aut Senacheri bus, aut Assyrius, ad quos Iudaizantes omnia refe runt.88.
Scripturę quãuis sit varia lectio, semper spiritus san ctus cauit vt vtraque sit vera lectio, quod ostendi tur exemplo Esdrę. disput.42.
In Scriptura sacra multa sunt Græcè, quę Hebraicè non sunt, quod Iudæi multa refecuerunt, & multa volumina non sunt Hebraicè quę Græcè sunt. fa cie.90. c.
Scripturę sensum spiritalem qua fraude Iudæi conẽ tur extorquere nobis. fa.151.
Scripturę studiosis quomodo profit linguarum pe ritia.87.c.
Scripturę quædam loca cur à sanctis patribus ad duos sensus referuntur.36.a.38.b.
Scripturam qui meditantur debent esse simplices vt columbæ.620.b.c.
Scripturę canon nõ solum ab Hebræis præscriptus, sed etiam ab euangelistis, quando verbũ Hebræũ plura significauit quę ad rem de qua agitur expe ctent omnia ab spiritu sancto esse significata. 931.b.
Sensum literalem non esse à Iudæis petendum disp. 3.d. & 4.
Ad scripturam interpretandam ad discendos omnes tropos, ad sciscenda omnia schemata. 251.a.
Sensu literali nihil dictum fuisse de Christo, heresim fuisse quorundam.4.b.
Sensum literalem esse qui per metaphoras, & quas dam allegorias significatur. 84.a. b. 580.a. 191.a. b.
De sensu literali, & spiritali contra Iudęos.110.b.
Sensus literalis apud quosdam tantum est qui nuda verba explicat, & qui eruitur ex Iudæorum scri ptis. f.111.a.
Scripturę locum vnum aliquem habere sensus lite rales duos contra quosdam qui vt aduersentur, Lxx viris cum discrepant ab interpretatione D. Hieronymi, vrgent illa interrogatione vtra sequẽ da translatio hæc, aut illa. 669.d.
Sensum literalem, spiritalem esse scripturę. disp.4.b.d.
De sensu literali, & spiritali contra Iudęos.110.b.
Scripturę loca quę apud doctores sacros antiquissi mos sunt, castigatiora putat Ambrosius, & cur? 966.967. & deinceps.
Scripturę res gestas non applicamus nos ad res no stras ingenio, nam typi ipsi, & figurę res ipsas no stras planè loquuntur, & tam dilucidè quam verba fa.124.
Scripturam sacram tempestate Lxx virorum castiga tissimam fuisse contra quosdam ex nostris. disput. 55.a.
Scripturas scrutari, & exquirere omnia iubet Do minus ne patiamur decipi nos à dæmonibus, & fal sis dijs.716.a.
Scripturas scrutandas esse, & Græca cum eis conferẽ da. Orig.91.b.
In Scriptura nihil temere positum, omnia excutiens da.592.a.b.
Scripturę testimonijs refelluntur heretici cõtra quos dam ex nostris.596.944.a.b.

++++ 1 In

INDEX.

In scriptura citanda quid intersit inter catholicos, & hæreticos: utriusque enim citant eam. Disput. 86 to. cap. 56. & scripturæ magistros se appellant Iudæi. 153.

Scripturæ veritas quæ sit appellata à concilijs. 965. c. d. & scripturæ allegoriæ. 67. d.

Scripturæ sacra cur nominetur cælum. 574. b.

Scriptura sacra animus pinguecit. 885. b.

Scriptura sanctos interim arbores appellat, interim gemmas, & pretiosos lapides. 918. c. d.

Scripturæ locus, In mōte Dominus visus est. 994. b. c.

Scripturæ locus, Deus fortis Israel. 233.

Scripturæ locus: Extendisti cælos sicut pellem. 574. b. c. d.

Scripturæ locus de die iudicij. 309. c. vitiat à iudæis 144.

Scripturæ locus. Maior seruiet minori. 451. a.

De secreto, & de trālatione Lxx quæ deesse videtur cap. 24. Esaiæ, illius loci, secretum meum mihi. 423. b. c.

Sedes Apostolica. 238. d.

Sepulchrum Christi. 859. b. c. d. 292. 293.

Series vaticiniorum de Christi in carnatione. 299.

De Seraphinis, Cherubinis, & tronis. 130. 131. 132. 133. 134. 137.

Serpens sequere permittitur in corpus vt anima salua fiat. 998. b.

Serpens victus à Christo. 455. b. c.

Serpentem cur Moses adorare iusserit. 455. b. c.

Serpens tortuosus, & qui eum sequuntur tortuosi. 456. & cur serpentes dicuntur & bestie. 287. 288. & credituro s postremo Christo. 289. 290. 291. 294.

Serpens puluerem pro pane habebit, quid sit? & quod serpens conculcabitur à sanctis. 998. b. c. d.

Seruare Deo, & vinci à Deo. 194. a. b. c.

Signum quo erat agnoscendus Christus. Lege in dictione Christus. & 296.

Siloa quid sit. 190. 191.

Sirenes quid. 702. c.

Siligo optimum genus tritici. 30. d.

Signum quid in sacris literis. 565. b.

Sion pronuncians, non Tcion. 1. 2. 3. 4.

Sion cur pro ecclesia posita. 919. d. 920. a. & sion mōtem omnem locum futurum. 99.

Synagoge cessatio. 630. d. 627. a. Cantio cōtra Synagogam. 458. d.

Synagogam Deus fecerat fecundam, & faciet sterilem, Ecclesiam ex gentibus sterilem artea, fecit fecundam. 1008. 1009.

Synagoga adultera, & repudiata. 730. 773. d.

Spiritus sanctus in Christum descendit longè aliter quā in prophetas. 670. b. 53. c. d.

Spiritus sanctus cur dictus sit descendisse, & manifeste super Christum? 53. c. d.

Spiritus sanctus Christo datus tāquam capiti 777. a. b. septiformis, & disputatio. 284. 285.

Spiritus sancti descensus. 903.

Spiritus sanctum Apostoli dāt quē acceperunt. 625. & spiritalia in scriptura quærenda. 139. 140.

Spiritus sanctus datur terrena calcantibus. 677. b.

Spiritus sancti missio, etiam in Iudæos, qui cruce affecerunt Dominum, & postea crediderunt. 869.

Spiritus sanctus descendens in fidelium pectora, &

in Christum. 977.

Spiritus sanctus Deus esse reuelatur. 970. a. b. c. 971. b. c. 972. b. c. d.

Spiritus sapientiæ, & intelligentiæ. 74. a.

Spiritus compunctionis, 501. c. d. 502. a. b.

Sobna, & Eliachim diuersos esse ab ijs de quibus Ef. Sobna, & Eliachim significatio. 399. 402. cap. 22. 594. d.

Sodomæ, & Eoth historiæ typus declaratur. 24. c. d.

Sodoma, & Gomorra, dicta Hierusalem cur? 24. c. d.

Sodoma typus Iudæorum. 79.

Sterilis ecclesia cur sit dicta? 829. & non habuisse virum. 830.

Struthiones quid? 702. c.

Stultus quis? & quæstio de hac re. 120. d.

Superbia, & arrogantia vnde. 664. tota facie.

Superbos deprimit Deus. 409. b. c.

Ex superbia orta omnia mala. 1002. a.

Suidas refellit qui tradidit Iosephum fuisse authorem Hierosolyma diruta ob cædem Iacobi. 67. a.

Sufannæ historia an sit supposititia disceptatur in epistola Aphricani ad Origenem. 89. 90.

Sufannæ historia defenditur, & canonicæ esse ostenditur. 91. c. 93. d.

Septuaginta virorū miracula, & cellas cur ea præterierit filietio Iosephus disput. 6. tota facie. & 62. tota facie.

Lxx virorum cellas, & miracula probari ex Iosepho. f. 62. c. d. 63. a. 66. c. d. 67.

An Lxx vna cellula verterint scripturas, an sigillatim? disceptatur iuxta verba quædam Aristarxi quæ citat D. Hieron. contra Lxx cellas. 63. 64.

Lxx cellas scribunt August. disp. 12. Theodoretus. facie. 20. b. c. Hilar. 23. c. Epiphani. 23. d. Eugypus ibidem. Iustinianus. 25. b. Philon Iudæus ibidem. c. d. Irenæus. 26. Nicephorus ibidem. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus. 27. d. Euseb. Cæsariensis. histor. eccles. lib. 5. capit. 8. quod negligentia Typographi prætermisum est. Clem. Alexand. 29. b. Iusti. 30. a.

De Lxx veteres patres vtuntur quadam figura quæ dicitur concessio dist. 28. c. d.

De Lxx tralatione quid apostoli, & euangelistæ, & sancti patres senserint à facie. 21. d. vsque ad fac. 30. a. b. c. & quod illa citant etiam apostoli vbi nō est reddita ad verbum. 23.

De Lxx cellis, & miraculis quid senserint etiam hi qui alieni à fide catholica erant, Philon Iudæus & Aristæus Aegyptius, & Aristobul, & Aegyptiorum vulgus disp. 60. 61.

De Lxx cellis dubium ex Iosepho quod Iudæi Lxx cellas oppugnant testimonio Iosephi. Iustinus testimonio Iosephi probat Lxx cellas. 62. c. d.

Lxx cellæ, & miracula. 22. c. 23. c. d. 25. b. c. d. 27. c. d. 58. d. 59. a. c. d. 61. c. d. 65.

Lxx virorum cellas ridet quidam, & refelluntur. 57. c. d. & respondetur D. Hier. 56. c. d. 57. b. c. d. 58. a. b. c.

In Lxx vtinam nunquam quicquam licuisset Euseb. & alij. 201. a. b.

Lxx tralatio ornata fuit miraculis, & ludis qui per quadringentos annos celebrati sunt Alexandria apud Aegyptios. fa. 60. & editi ludi in honorem Lxx

INDEX.

Lxx virorum autoritas tribus insignita miraculis, & cur? 434. d.

Lxx virorum historia, & quod iuxta sanctorum sententiā afflatu spiritus sancti texta sit. 22. b. c. 23. b. c. d. 24. d. 25. b. c. d. 27. c. d. 29. b. 30. a. b. 675. d.

Lxx tralationi vnde accesserit auctoritas vt legeretur in Synagogis pari religione cū scriptura Hebraica per octingentos annos. Nam postea exemplo trālationis Lxx, & in eorum inuidiā, aliorum Iudæorum trālatio est lecta post crucē domini. 68. c. d.

Lxx trālatio diuinitus intra. 72. dies absoluta vt Hierosolymorū muri magno miraculo intra. 52. dies sunt perfecti firmisimi. 454. d. 455. a.

Lxx tralationē citant apostoli, & euangelistæ etiam cum non est reddita ad verbum, citat & spiritus sanctus, qui apostolorum, & euangelistarum ore loquitur. f. 23. 172. tota facie. 291. a. b. c. 292. a. b. c. 486. a. b. 504. b. c. d. 590. a. b. 632. d. 633. tota facie. 675. 802. a. b. 820. c. d. 845. d. 854. b. c.

Quoties Lxx virorum tralationē negamus citari ab apostolis, largiamur oportet eisdem verbis, & sententijs Lxx viros vt cum apostolis, & euangelistis. 300. annis ante apostolos, & euangelistas, & iam non loquū inter se Lxx viros conuenisse verbis, & sententijs, sed etiam cū apostolis, & euangelistis quod cū frequentissime fiat Irenæus putat argumentū esse insolubile afflatu spiritus sancti textā esse illam tralationem. 507. tota. fa.

Lxx distinctionem sequitur D. Paulus. 870. b.

Lxx vertisse scripturam Græcæ. 300. annis ante crucē Domini diuino consilio, vt sensus sacros euerent & scripturam interpretarentur apostolice, & euangelice. disp. 16. d.

Lxx viri prophetæ appellantur. 14. a. 22. a. 23. d. 24. d. 25. a.

Lxx virorum interpretatio, & autoritas maior omni suspitione, & calumnia. 185. d.

Lxx sua paraphrasi significat sapissime Iudæos excludendos. 34. c. d. 35. a. 43. b. c. 62. 77. c. d. 109. a.

Lxx exclusa sacrificia, & cessaturā veterē legē sua disputatione significant. 27. c. d. & deinceps. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.

Lxx viros significasse cessaturam veterē legē sua interpretatione, & amouendos Iudæorum pōtificates ob aliam Christo datam. 546. a. b. c.

Lxx semper euāgelicē interpretatos scripturam. 691. d. facta euāgelica quadā paraphrasi, & ad Christi apparitionem in plerisque suam interpretationē accommodasse, vt docet Iustinianus quod illustrati ab spiritu sancto mysteria Christi viderint, & Lxx viri semper cū apostolicis literis faciūt, pro nobis faciūt semper Iudæos dānant, nostra nobis mysteria. 300. annis ante crucē Christi personant. disp. 7. 8. & eorū cōmentaria congruunt verbis, & sententijs cū apostolis, & euāgelistis, ne quis miretur cōsensisse inter se verbis & sententijs. fa. 81. 649. d. 747. a. b. 686. d. 701. b. 104. d. 762. 105. 837. d. 838. 861. d. 996. c. d. 997. a. 703. a. b. 900. a. 901. c. d. & deinceps. 683. c. d. 891. a. b. 77. b. 78. a. b. c. 243. b. c. 218. b. c. 201. tota facie. 326. a. b. 325. c. 482. d. & deinceps. 404. b. 534. a. 371. a. 373. a. 982. b. c. 450. c. d. 957. b. c. 246. 413. b. 426. b. c. 541. 592. 593. b. c. 594. a. 595. c. d. 715. a. b. d. & deinceps. 926. d. Sed repete à principio commentarij illius. 959. c. d. 960. b. c. 687. a. 195. b. 531. b. 532. c. d. 533. b. c. 63. d. 68. d. 69. a. b. & deinceps. 988. a. b. 246. d. & deinceps. 576. c. 582. 882. a. b. c. 547. a. b. 549. d. 14. c. 205. c. d. 206. tota facie. 682. c. d. 453. b. c. 667. tota facie, & sequenti, & mille alijs locis quæ agnosces in periochis.

Lxx virorum commentarium. 535. b. 536. c. d. 340. a. b. 341. c. 342. a. b. c. 404. a. 586. d. 655. c. d. 464. d. 465. a. b. d. 256. d. 257. c. 258. a. b. 260. tota facie. 261. 556. d. 557. b. 561. a. 562. c. 792. b. 206. 518. c. d. 547. b. c. d. 54. a. b. c. 566. b. c. 571. b. 573. a. b. 605. a. b. 108. c. 552. d. 553. a. c. d. 554. a. & defendit. 601. a. b. lege periochas Lxx viri semper vertunt literas sacras rerum euentui conuenientes. 666. d.

Ex Lxx trālatione in plerisque, plura legi quā Hebraicè & in alijs contra. 91. a. & quæ geminata sunt cōtēti sunt semel dixisse, & refellunt Iudæos. 686. a. 519. a. & addunt verba scripturæ scientia spirituali iuxta sanctorum patrum sententiam. 5. b. & quædam solēt prætermittere, & quædam addere. 16. a.

Lxx viri pro interrogatione, & dubitatione reddunt responsonem. 451. c. d.

Ex Lxx virorum tralatione collata cum Hebræa lectione sacratæ trinitatis mysterium declaratur. 447. b. c. & due personæ diuinæ ob oculos ponūtur planè. 694. c. d. & 695. & Trinitas personarum significata. 777. c. d. & 778. a. 447. b. c. 620. d. 621. a. b. plura reperies in periochis.

Ex Lxx virorum lectione apparet Iudæos ex lectione Hebræa expunxisse verba duo vt obscuerent oraculum manifestissimum quo personæ duæ diuinæ reuelabantur, & Christus dicebatur Deus, & homo. 757. b. c. d. & deinceps.

Lxx commentarium edidere, quo Christum explanant. 505. a. 911. b. & eorum tralatio non potest refferri nisi ad tempora Christi. 652. c. d. & Iudæos vt get. 698. d. & quid aduersus hoc testimonium sunt commenti. 699. c. 731. d. 782. d. 974. d. 975. a. & defenduntur quod verba addiderunt, & sancti qui eos sequuntur. 451. b. & premit Iudæos, & nescio qua ratione à nostris his potissimum locis damnetur, quibus veteres patres Iudæos vtgent. 66. tota facie.

Lxx viri addunt duo verba contra Hierusalem, quibus subuertunt sententiam Iudaizantium, qui hæc alio referunt. 500. a. & addita verba quibus monemur credere in Christum. 198. a. 511.

Partem allegoriæ interpretantur. 567. a. b. 851. a. & quæ per allegorias, & obscure in scriptura dicuntur, planius dicunt, & dilucidius. 48. a. b. c. tropicis locutionibus veritatem mīscēt. 489. c. 242. d. & addunt de suo commentariola. 405. a. b. c. & veritatē allegoriæ mīscēt sua interpretatione, quod prophetæ sepè faciunt. 192. c. d. 193. a. b. Lege attentè Metaphrases Lxx virorū vidisse Origenem, & Procopium ostendimus.

Lxx pro parabola, & ænigmate interpretationē reddunt Euangelicam. 1008. b. c.

Lxx paraphrasis qua Christi passionem videntur expressisse. 4. 5. 11. & deinceps toto capit. 923. a. b. e. & 705. a. b. 426. & additis verbis significat Christum à Iudæis actum in crucem 858. a. b. c. & collata cū Hebræa lectione crucis admiranda mysteria. 633. b. c.

INDEX.

Lxx translatione descripta Christi resurrectio cum gloriosus discipulis appareat. 1006. tota facie. & 780. d.
 Lxx viri verba addunt, quæ exprimerent videntur locum Matthæi. 426. 959.
 Lxx virorum translatio conuenit cum D. Iaconne in Apocalypsi in postremis capitibus de cælesti Hieru salem. fa. 836. d.
 Ad Lxx virorum translationem D. Ioanes alludere videtur. 313. c. d.
 Lxx virorum translatio paradysum describit. 658. b. c. d. & ecclesiæ preces prefert. 732. c. d.
 A Lxx viris facta episcoporum mentio. 922. b.
 Reliquias iuxta Lxx propter Christum esse seruatas. fa. 988. c.
 Lxx viri defenduntur quod in vertunt in ch. fa. 369. a. b. c.
 Lxx viri Iudæos, & Iudaizantes resellunt, qui oracula Christo manifestissima obscurare conantur. 495. a. b. 900. d. 902. a. b. 1000. c. 898. b. c. 888. d. & nos ad cælestia erigunt. 885. a. b. repetit altius. & 839. a. b. c. 1004. a. 72. tota facie. 675. b. c. d. & ea causa Iudæis displicent. 685. a. b. c. 733. d. 736. a. b. c. 753. c. d. & innumera reperies deinceps. 787. a. 846. d. & in periochis Salutare Dei Christum appellant. 633. a.
 A Lxx facta admirabilis paraphrasis in illo, Egredietur virga. & c. qua dubium diluitur. 280. a. b. c. 281. b.
 Lxx cur verterint magni consilij. angelum. 230. 239.
 Lxx viri prius Diuo Petro typum Noe declararunt. 834. c. d.
 Lxx viri declarant historiam Iesu. Naue typum esse Christi domini. 935. d.
 Lxx sua translatione descensum verbi Dei ad nos, & ascensum exprimunt. 531. d. 532. a. 850. a. b. c. & Christi aduentum mirabiliter. 544. c.
 Lxx resellunt Iudæos impios qui hoc nomen sanctissimum Iesu occultari in literis sacris conantur. fa. 806. a. b.
 Lxx virorum translatio si ruat, ruent scripta veterum patrum omnia quæ illam interpretatur, & omnia cõfirmant testimonijs ex illa petitis. fa. disput. 10. a. 9. b.
 Lxx translatio ab apostolis ecclesijs tradita. 27. b. c. d. & summi pontificis Gregorij decreto cõstabilita, & Iustiniani lege. 25. b.
 Lxx translatio inconcussum fidei Catholica impertit argumentum. 7. a. b.
 Lxx duo testes. 300. annis ante aduentum Domini Hebraicæ veritatis cui non sint satis, præsertim cõ euangelica verba sonant. 211. b. c.
 Lxx translatione singula nostræ fidei mysteria prædicta ostenduntur, & completa. 6. b.
 Lxx viri ecclesiam veluti quodam commentario edito describunt. 831. d.
 Lxx resellunt Iudæos, & fauent nostris sacramentis. 707. 708.
 Lxx translationem impudenter reprehendunt quidam, & scholijs authorum marginibus ascriptis in famant. 9. d. 23. c. 26. a. 27. a.
 Ex Lxx translatione Iudæos expunxisse multa. 46. b. c.
 Pro Lxx translatione qui vertunt scriptores Græcos, Latine reddunt translationem D. Hieronymi. ingeniosius videlicet in alieno opere. 9. d. & quidam nun

quæ ferè fideliter reddunt. 378. b.
 Lxx cur Iudæis, & Iudaizantibus odiosissimi. facie. 7. a. 8. a. & cur illorum translationem opugnant. 21. b. & 53. tota facie. 32.
 Lxx obturant Iudæis os. 497. a.
 Vt Lxx translationi aduerfarentur, & vt eam è Synagogis Iudæorum pellerent, Iudæi subornarunt Aquilam, postea Symmachum, deinde Theodotionem vt nouas cuderent interpretationes scripturæ. 53. tota facie, & contra Lxx Iudæorum pugna. 160. a. & Iudæi orientali ecclesiæ obijciunt qd ea vtratur, & Apostolis, & Euangelistis, atque adeo Romanæ ecclesiæ toti, & ideo huius operis scopus est eos resellere. 41. a. & à Iudæis 70 mille vituperatur criminibus. 46. a. b. 53. 160. a. 609.
 Aduerfus Lxx tertiam edidit editionem Theodotion. 53. b.
 Sic Lxx translatio trunca, lacera, & aliorum translationibus adulterata, & cur. 16. b. c. 227. d.
 Aduerfus Lxx Iudæorum describitur & lata sententia à Iustiniano imperatore. 45. disp. 74.
 Lxx translationem qui oppugnant Iudæorum causam adiuuare videntur, & aduersari Christianæ reipublice. 20.
 Lxx translatione quidam è nostris nescio quo animo oppugnat cum videant vna se oppugnare primitiuam ecclesiam, quæ ea est vsa. 20. c. d. & accerrimè oppugnant contra omnia veterum testimonia, sine vlllo teste vt olim Iudæi. 54. c. d.
 Lxx translationi quidam opponunt concilium Tridantinum, & refutatur. 56. c. d.
 Quod Lxx viris à quibusdam fides abrogetur contra veterum omnium sanctorum autoritatè, contra Apostolos, & Euangelistas à quibus eos ecclesia accepit, querela, cum fat esse debuisset nostris vt eos venerarentur quod oppugnentur ab schola Iudæorum disput. cap. 44. f. 71.
 Lxx defenduntur contra Eucherium. 601. 602. a.
 Lxx. Doctissimos suæ tæpestatit fuisse, quanquæ eos Iudæi, & Iudaizantes imperitos appellant. 48. b. c. 33. b. c. 54. c. d.
 Quod Lxx tæpestate literæ sacræ castigatissime fuere & emendatissime inspiratæ diuinitus Esdræ contra quosdam. 55. a.
 Lxx primos aperuisse viam qua cõsonantibus Hebraicis puncta quæ pro vocalibus sunt Hebræis, addi possent.
 Lxx translatione cur nostri putarent non citari ab apostolis, & euangelistis, cum ferè ab illis citentur. 638. d. 639. a.
 De Lxx Zonare sententia reprehenditur. 62. b.
 Lxx defenduntur quod illis obijciunt locos esse quatuor citatos ab apostolis qui in eorum translatione non reperiuntur. 842. a. b.
 Lxx translatio lege imperatoris Iustiniani cõstabilita, & sententia ab ipso imperatore pronuntiata contra Iudæos. 74. 75. a.
 Qui Lxx aduersantur Iudaizantes solo Beato Hieronymo se tuentur cum nihil peius oderit B. Hieronymum quam Iudaizantes, & se opponunt sanctis patribus. 55. b. c.
 Lxx translatio in Synagoga probata maxime à Iudæis & lecta per octingentos annos, & dein pulsa quod tam

INDEX.

tam plane Christum sonaret, & dolos aperiret Iudæorum in interpretanda scriptura. 51. c. d.
 Lxx virorum translatione multas ob causas esse retinendam. 91. a. b.
 Quamquam aliquando D. Hieronymus Lxx translationem improbet eam sequitur tamè, quod videat tãto pere cum literis apostolicis, & euangelicis congruere. 116. c.
 Lxx omnes sacros libros vertisse probat cõtra scholam Iudæorum etiam ex Aristæa, & ipso Iosepho quos autores pro se citat schola Iudæorum. 44. b.
 Lxx non continuo damnados quod B. Hieronymus in eadem sit ecclesiæ fulgentissimum, & eos damnet aliquando cum eos traditos ecclesiæ ab apostolis sequatur, & probet omnis veterum patrum chorus disput. fa. 9.
 Lxx Lectio in ecclesia recepta, & literis euangelicis, & apostolicis concordat aut recepta in ecclesia probataque sanctis partibus verissimè esse, iudicandū est, etiã si pũcta quædam aut literulæ aliqua ex lectione Hebræa vt cum ea cõcordet, mutare sit necesse. 39. a. b. 95. b. c. id ostenditur imagine quadam & similitudine, & documento D. Hieronymi. 40. tota facie.
 Ex Lxx translatione, deprehendi potest iuxta canonè præscriptum à D. Hieronymo quicquid post Lxx viros in veteri testamento mutatum est, additum, aut detrahitum. 36. c. d. 38. a.
 In Lxx viris quedam esse quæ Hebraicè non sunt, quod Iudæorum ruinis quedam ex codicibus Hebræis intercederint, & quod quedam à Lxx sunt addita vt putant sancti patres scientia spiritali disput. facie. 22. 23. 24. 25. 26. a. 611. 612. 969. a. b. & epistola tota quæ præposita est indici.
 Cur Lxx translatio ab Hebræa lectione videatur dissiidere disput. 7. b. 23. c. 24. b. 29. d.
 De Lxx translatione litigabant Iudæi inter se, & damnantur qui eam pellere è Synagogis conabantur. 53. c. d.
 Lxx non esse reijciendos quod D. Hieronymus quendam aliter interpretetur, quam Lxx, quædam iuxta Lxx explanet aliter secundum veritatem Hebraicam. 7. c. d.
 Lxx translatione Iudæi, & hæretici à nostris reuincuntur, vt nihil respondere possent, nisi accurrerent ad illud, Lxx parum fideliter vertisse sacras literas. 6. b. & defenduntur, & quod non sint tela è nostrorum manibus extorquenda. 662. 963. & deinceps. 695. b. c.
 Lxx omnia ad Christum referunt, & quid de hac re Iustinianus senserit. 703. a. b. 32.
 Si Lxx virorum interpretatio tantum peructus esset scholijs scripturarum auro, & smaragdis preciosior futura erit, quod nostra semper cõstabiliret, & Christi prædicaret, damnet Iudæos. 8. b.
 De Lxx translatione D. Hieronymi, & D. Augustini dissenfio. disput. 11. & concordia. 14. b. 15. b. 77. d. 12. 13. 7.
 Lxx virorum autoritas vnde colligatur ab Augustino. fa. 677. d.
 Lxx virorum veritate appellata ab Origene, vt veritate Hebraicam dicimus. 23. a.
 Lxx translatio dicta olim vulgata, & cum à D. Hieronymo dicitur vulgata editio, ea est intelligenda.

17. a. b. c.
 Ex Lxx translatione Iustinus vitiatam Hebræam lectionem arguit, neque solus B. Hieronymus, hoc præscripsit documentum. 227.
 Lxx translatio quo distet à translatione D. Hieronymi. 9. c.
 Præter D. Hieronymum, & Lxx, omnes translatores scripturæ suspectos esse. 28. c. d.
 Lxx, & D. Hieronymi translationis vtriusque vnus est sensus. 9. c. & vtraque cum editione Hebræa congruit, eodem vtraque spectat, & vtrâ potius sequenda. 639. d.
 Quando Lxx seniorum, & D. Hieronymi translatio discrepant, vtraque Hebraicæ veritati congruunt, & quomodo. 15. d. neque dicendum ferè aliud esse sensum, iuxta Lxx, alium iuxta Hebraicam veritatem. 15. c. d.
 Qui Lxx aduersantur, quod illorum interpunctio aliquando discrepet ab interpretatione D. Hieronymi, reselluntur. 670. c.
 Cur Lxx translatio Iudæis sit suspecta. 31. c. quod illos, & de quibus adducit. 855. c. d. quod hæc planè Iudæos significet, & Christum à Iudæis non fuisse cognitum.
 Quæ Lxx viris obijciat schola Iudæorum. 30. d.
 Ex translatione ea est, quæ nunc circumfertur Græcè contra quosdam. 20. d.
 Lxx a D. Hieronymo accusantur, & defenduntur. 10. d. 11. a. b. & afflatu spiritus sancti eorum translationem editam. 16. b. 22. a.
 Lxx tantum quinque Moysi libros vertisse D. Hieronymus putauit, aliquando. 12. c.
 Lxx viros danamus, quod interpretentur nobis scripturas, & discrepare ab Hebræa lectione dicimus, quod nobis sensus sacros pandant, & de hac re breuis querela. 651. b. c.
 Lxx viri defenduntur, quod berith vocem Hebræam veterint testamentum. 766. c. d.
 Lxx virorum translationis utilitas maxima est, si ecclesia ea nõ esset vsa, neque esset vsura vnquam ad resellendas falsas Iudæorum interpretationes. 56. c. d. & deinceps, & quod vtilior, quod nõ numeret verba, sed sacra sensa pandat. 300. annis ante crucem Christi Lxx virorum, & D. Hieronymi translatio probanda necessario. 820. c. d.
 Aduersus Lxx viros quorundam obiectio quod si liceat mutare literas, aut pũcta in scriptura, vt lectio ni Hebræa congruat translatio Lxx, nihil in scriptura erit stabile, & scripturam statam esse oportet. fa. 3. 6. 9. b. c.
 Lxx virorum translatione reselli omnium Iudaizantium malitiosas interpretationes intelliget, qui leget periochas & cum eis. contulerit Iudaizantium interpretationes & commentaria. illic enim plurimi loci, non omnes signantur, quibus Iudaizantes reselluntur suis additis numeris, vt singula late sua videre liceat.
 Iuxta Lxx virorum interpretatione, nihil aliud torum Elai quæ Christi sonare mysteria intelliget, qui attendere legere volet periochas, & contulerit cum aliorum commentarijs idque iuxta omnium veterum patrum interpretationem.
 Lxx virorum translatione declarari de Christi mysterijs, ferè omnia apud Esaiam esse dicta literaliter.

INDEX.

ter, iuxta sanctorum patrum interpretationem, quæ ex nostris quidam alio referunt, intelliget qui vollet ex periochis, qui eas attentè legere volent, & cū quorundam conferre commentarijs.

T

TAbulas & syngraphas creditorum concerpere creator. 878. a. b.

Templum dei, quod? 1001. tota facie, & repete altius, in templum dei ædificamur fundati super Christū qui lapis dicitur, & ipsi lapides viui. 650. b. c. d. 651. & deinceps.

Templi Hierosolymorum repudiatio. 998. d. 999. tota facie, & deinceps.

Templi typus declaratur. 938. c. d.

Terra & cælum quid in scriptura aliquando significent? 11. b. c. d.

Terra pro euangelica doctrina. 881. b.

Terra sancta caro Christi, & cur? 789. d.

Terra scabellum pedum dei. 999. tota facie, & deinceps quæstio, & alia.

Terra serpentis & cibus, quid significet. 998. b.

Terræ altitudines, quæ? 889. a. b.

Terræ habitator, quis? 425. a. b.

Terreni homines quo nomine appellantur in sacris literis. 674. 287. 288.

Testamentum. 905. a. b. & quod rectè testamentum dicatur, quod? Hebraicè est berith, & sic vertisse apostolos & euangelistas. 766. c. d. & 677. d. 843. c. d. 854. 545.

Testamentum quot Hebraicè habeat intellectus, qui omnes conueniunt sacratæ eucharistiæ. 845. b.

Testamenti veteris abrogatio. 937. d.

De testamento nouo. 843. 844. 845. vbi ostenditur quid significet testamentum præcipue. 845. a. b.

Timor. 274. 275.

Tituli significant capitis argumentum, & prælucent faciem quandam splendidissimam rerum intellectui. 4. b. c. d. & deinceps. 5. a. b. c. fa. 53. & deinceps.

Torcular quid sit, & torcularia. 958. a. b.

Trecenti, qui cum Gedeone Medianitarum fudere copias litera T, apud Græcos significatur, signo crucis. f. & cur Græca litera? 220. 660. a.

Tribulationes à Sathana patiuntur electi, ne quis miretur, cur tot hæreses insurgant. 700. a. b. 690. b. c. 691. b. d. 992. b. c. 478.

Trinitas & de patre & filio. 740. tota facie.

Trinitas personarum significata iuxta distinctionem Lxx virorum. 777. c. d.

Trinitas in scriptura declaratur Hebraicè sæpè, quam Latine non ita expressa est. 717. a. b.

De Trinitate & personarum circumscriptione. 134. 734. tota facie. 335. b. c. 421. c. d. & deinceps. 583. b. c. 592. a. b. c. 603. a. b. c. 619. b. c. 620. d. 637. a. b. 668. d. & deinceps. 670. a. 676. b. c. d. 753. c. d. 793. d. 972. b. c. 972. b. c. d.

Trifagium. 134.

Tunica lætitiæ, quæ? 938. b. c. d.

In typo dicuntur multa, quæ postea in veritate complentur. 219. d.

Typi scripturæ, qui? 211. a.

Typi & vmbra scripturæ, res nostras loquuntur aperte, non applicantur ingenio. 14. a. b.

Typus tam planè pene loquitur res quam planè ver-

ba ipsa significant, nec quancunque historia temere applicatam dixeris esse typum. dispu. 3. d.

Typos & vmbra intelligere nos docet ipse dominus. 110. c. d.

Sub typis & vmbra veteris legis Christus colebatur à Iudæis, postquam venit veritas cessat vmbra facie. 31. a.

Tyri vastitas prædicta. 406. & deinceps, & quæ causa fuerit eius dirutionis. 409. c. d.

V

Vasa Domini oportere esse munda. 847. & nihil aliud esse quàm corpora sacra plena dei gratia. 808. c.

Vaticinia multa dicta in vmbra, complentur nõ in vmbra, sed in veritate. 31. d.

Vatablus vna in re vilis vt intelligas, quàm inepti sunt Iudæi in interpretanda scriptura. 22. a.

Vastitas Hierosolymorum & vrbium Iudææ, & causa vastitatis. 440. tota facie.

Væ quid in sacris literis significet. 802.

Verbum factum ad prophetas quomodo explanatur. 53. c. d.

Verbum Deus factus homo, vt lateret Sathanam. 759. a. b. d.

Verbum caro factum, hamus factus dicitur, quo expiscaretur dominus Leuiathan. 458. c.

Vestimentum saluatoris. 799. tota facie.

Vestimenta pro corporibus in resurrectione, & pro vestimento salutari sanctorum. i. Christo. 881. a.

Veniens in prophetis Christus dicitur, & adest. 184. c. d. 185. a. 759. a. b. d.

Ventriloqui, qui? 203. c.

Vermis, & non homo, & vermis Iacob. 685. c. d. & deinceps.

Virum habere, cur sit dicta synagoga, & ecclesia cur sit dicta non habuisse. 829. tota facie. & 830.

Virgo ecclesia cur dicatur? 829. d. repete altius.

Virgo filia Babylonis, & similes formæ in scriptura quid significant. 602. b. c.

Via regia, & vulgata orthodoxorum. Dispu. 5. 6. c.

Via domini descripta. 947. d. 448. a. b. c.

Via apud Esaiam, quæ? 592. tota facie.

Via euangelica. 592. tota facie. & 593. a. c.

Via Christus. 701. a. b.

Virtus via placida. 631. d. 632. a. b.

Vitiorum via aspera. 631. d. 632. a. b.

Virtutis facilitas, & peccati graue onus. 878.

Virtus vitio vertitur Ezechia a Rapsace sathanæ typpo. 595. d.

Vita beata. 595. a. b. c.

Vinea domini vbi refelluntur Iudæi, & Iudaizantes. 103. vsq; ad numerum. 111.

Vinea domini cuius Christus secundum humanitatem vitis, nos verò palmites, cuius agricola pater est, & ipse Christus secundum diuinitatem. 103.

Vinea Domini. i. anima nra quando producat vvas fetidas, & quomodo spinas. 106. b.

Vidua, lege in dictione pauperes.

Vitulæ similitudine, quæ loris reuincta se concutit, peccata Iudæorum declarantur. 119. a. b. c.

Viri iniusti descriptio. 628. tota facie.

Virga Aaron quæ refluoruit, & locus ille scripturæ explanatur.

INDEX.

planatur. 448. b.

Virga de radice Iesse, & dubium iade natum, & solutum. 280. b.

Vindicta diuina. 177. b.

Vincula iugi super omnes homines, & vincula captiuitatis sathanæ soluta. 433. c.

Visio prophetica. 3. 5. d. 53. d.

Vinguetum Nardi pisticæ, & Christi aduentus signum. 291. d. & deinceps.

Voluntaria oblatio. 138.

Voluptas multiceps malū. 314. c. & contra vitā voluptariam, & ei deditos. 114. a. b. 398. a. b.

Voluptas bonorum, & malorum. 831. b. c.

Volant sancti ad Deum. 913. b. c.

Vocati secundum propositum, qui? 837. b. c.

Vrbium Iudææ inflammatio. 987. b. c.

Vrbes infidelium, & malorum non dici vrbes. 353. a.

Vulgata editio facta à D. Hieronymo. dispu. capite.

17. toto.

Vulgata editio constabilita concilij Tridentini, & pontificum decretis. 20. a.

Vulgatam suam fatetur D. Hieronymus, & emendat in commentarijs. 764. a.

Vulgata vt rejiciatur contra concilium inuenta a quibusdam est rima. dispu. fa. 4. d.

Z

ZAbulon, & Nephthalim tribus primæ credere. 212. a. b.

Zacharias cur interfectus inter templum, & altare? 180. a.

Zabuli castra timenda non esse homini Christiano, ex Cypriano, sed cum martyrio, & alijs tribulationibus Zabulus vrget maximè, maximos concipiendos animos, & spes maximas. 690. b. c. 691. b. d.

Zelus domini in Iudæos. 901. c.

Finis tabulæ.

Errata grauiora, quæ sententiam immutare, aut deprauare quomodo videbantur, typographorum indiligentia toto hoc opere resperfa, libuit hic subtexere, leuioribus omiffis, quæ diligens lector facilè reponet.

¶ Prior numerus paginam, posterior verò verficulum indicat.

Facie. 1. Quibus se dedissent, lege, de didissent.
 2. a. Studioforum, lege, Sudiorum.
 3. c. Fidem catholicam tuetur, vt qui maximè, lege, fidem catholicam tuetur, fateor vt qui maximè, qui mihi aliqua ex parte videntur aduersari.
 Ibidem viros pijsimos & doctissimos esse, & ci lege, fateor viros pijsimos & doctissimos esse quosdam, qui his libris è Rabinorum scriptis delibatis fauent aliquando.
 Ibidem D. oportet, lege, oportere.
 8. d. Quæ antea intellexerat, lege, quam.
 10. c. Lumine, lege, lumini.
 17. b. Cum Saluiano, lege, Eucherio, quem errorem repetitum in hoc opere centies emendabis.
 22. b. vers. 1. Venerat, lege, restituerat.
 24. c. vers. 7. Vt incitandis, lege, vti.
 25. b. vers. 3. Quas cæteras leget, scribe, leges.
 Ibidem vers. 9. Gratia spiritus sancti ipsos circumfulgente dixerat, lege, dixere.
 Ibidem. c. vers. 8. Iudæus non agnoscere, lege, agnosceret.
 Ibidem. d. vers. 6. Expungendas, lege, expungenda.
 27. d. vers. 10. Audeat, lege, audiat.
 28. c. 10. Hæc translationem Lxx virorum, Adde, Nec inficior tamen Eusebium ecclesiasticè hist. lib. 5. ca. 8. historiæ Lxx virorū, & miracula, & cellas, Irenæi verbis scribere fusus.
 38. c. vers. 8. Siquidem, lege, sic quidem.
 42. b. vers. 11. Stromaton. lib. lege, lib. 1.
 44. c. vers. 7. Sumpto, lege, sumptu.
 48. c. vers. 8. è translatione, lege, translationi.
 49. a. vers. 2. Ita vt legi, & intelligi possent, lege, Ita vt legi vulgo, & intelligi possent.
 Ibidem. c. vers. 5. Sacras literas ita fuisse scriptas, lege, sacras literas scriptas quidè esse Hebraicè, sed ita fuisse scriptas vt scriptæ plene, & exactè non fuisse videantur.
 51. a. vers. 5. Multò diuersa, lege, multum.
 54. d. vers. 10. Ab Antigono, lege, ab Antiocho.
 56. c. vers. 13. Quam dices tu in ecclesia catholice præter, & c. lege, quam dices tu in ecclesia catholica, præter libros sacros noui, & veteris testamenti, & Concilia, & Pontificis Romani definitiones rem maioris ponderis, & c.
 61. d. vers. 4. Quæ aut extenuant, lege, quas.
 Ibidem infra vers. 10. Quod completa sunt vaticinia prophetarum, lege, quod completa sunt vaticinia prophetarum, neq; refert ad Christum, de quo Iudæos compleffe prophetias dixerat, dum eas rident, neq; complenda putant, adieceratq; Iesum fuisse Christum prædictum à prophetis, & cætera quæ diximus.
 62. c. vers. 10. Et Philo quidem hæc eadem, quæ Iosephus, lege, hæc eadem quæ Iustinus.
 66. c. vers. penult. Quamq; miraculum, lege, quamquam.
 70. d. vers. 4. Vt hoc verbum, lege, vt hoc verbum, aut actiuè sit, aut passiuum.
 88. a. vers. 8. Quod supra diximus ex Chrystomo, & ob oculos pone, lege, Et quod supra diximus ex Chrystomo ob oculos pone.
 6. a. 4. De duodecim tribubus, lege, de decem tribubus.
 18. b. 4. Manifestum est quàm, lege, manifestus est quàm.
 19. c. 8. Terram vestram alieni deuorant, lege, interpretans illa verba, Terram vestram alieni deuorant.
 22. d. 7. Quod Aug. facit, & Euseb. lege, quod Augustinus facit, & Eusebius lib. 2. Demonstrationis euangelicæ, demōstratione. 35. in sine, & demonstratione. 50.
 32. a. 2. Quodes, lege, chodes.

Hæcennis erata disput.

Hinc cōmentariorum erata.

43. a. Adidisse, lege, addidisse.
 47. b. Aduersus vitæ monasticæ, lege, aduersus vitæ monasticæ vituperatores.
 55. d. 6. De ea enim loquitur, lege, de ea enim loquitur, & quod non solum firma sit futura, solida, & immobilis, sed quod & multa pace orbis præsidebit, significat inquit eò fringent gladios suos in vomeres.
 66. a. Oit postremum, lege, Hoc postremum.
 104. b. 4. Neque enim illis accedo, qui Marthæum Hebraicè scripsisse putat, lege, qui Hebraicè tantum scripsisse putat.
 110. a. 5. Curando inualetudines ab Israel, desijt à beneficijs, lege, curando inualetudines ab Israel desijt à beneficijs, & postea nouo principio, deinde, & c.
 122. b. 3. Quos nolabant, lege, quos volebant.
 124. a. 12. Nolueritque manere, lege, volueritq; manere.
 Ibidem. a. 14. Nemo poterat instaurare, lege, nemo poterat instaurare quod significant verba illa, Adhuc manus eius excelsa. i. semper ei manus elata vt pennis iroget Iudæis semper, nec ponet modum quoad intreat in ecclesiam.
 132. a. vers. 2. Interpretans Dionysius, lege, interpretans Dionysium, & infra. c. vers. 7. tertia hæc de clamatione, lege, ac clamatione.
 143. a. vers. 3. diuersa ratione, lege, diuersam rationem secutos, Hebræam lectionem vertisse varie.
 147. d. vers. 1. Erit in deprecationem, lege, in depradationem.
 158. a. 5. Paulianiam, lege, Epiphanium.
 161. c. 7. Falsum ne tibi videtur hunc locum sic lege, Falsum ne tibi videtur crimen, quod sancti patres Iudæis solè obijcere, cum dicunt & c.
 162. c. 6. Quod cogatur audiri, lege, audire.
 165. a. 9. Hoc loco est, lege, quæ hoc loco est.
 166. d. Qui sit hic princeps, lege, Quis sit hic princeps, & infra vers. vltimo. Ipse dissolutè positum, lege, absolutè positum.
 167. c. 11. Quid sit Erasmus, lege, qui sit?
 168. c. Proponit, lege, præponit.
 169. a. 8. Ecce tu virgo concipies, & paries filium, lege, Ecce tu virgo concipiens, & pariens filium.
 170. in caput decimum, lege, in caput vndecimum.
 176. a. 12. Iudæi enim esse putant postremam, lege, Iudæi enim esse putant postremam literam. i. n. qui legunt Iosue filium Nun, et Iesum filium Nauem.
 Et infra ibidem, qui vltimam literam pono, lege, qui vltimam literam ponunt. i. i. h.
 Et infra. c. vers. 9. Nempe dominus appellandus esset, lege, nempe, quod dominus appellandus esset, & statim is qui citus erat. Hebraicè dictus est Iesua, lege, Hebraicè dictus est Iesua, siue Iosue. Græcè, & Latinè Iesus, vt nomē dñi, & c. & statim quæ data erant à veteribus patribus, lege, quæ data erant veteribus patribus.
 179. b. 11. Postea coniungere copias, lege, postea coniungere copias.
 180. d. 8. Sed authoribus certissimis, lege, sed argumentis firmis.
 191. a. 11. Effet ridiculus, lege, effes ridiculus.
 193. b. vltimo, Non planè exercitum Senacherib, lege, nō planè videbit, & c.
 165. b. 6. Potentiam vestram intrudatis, lege, potentiam vestram intradatis.
 Et infra. d. vers. 5. Intrudite rursus, lege, intendite rursus.
 Et infra, statim & vobiscum est, lege, & nobiscum est.
 Ibidem, glossa marginalis, Iudæorum sententia, lege, vtrum Iudæorum sententia, & c.

197. a. 6. Iudicium facit, lege, iudicium facit.
 220. b. Tricentesimo, lege, trecentesimo.
 222. b. Retralatione, lege, retranslatione.
 223. b. Puerum matum, lege, puerum natum.
 232. d. 9. Non fortis quidem, lege, Nam fortis quidem.
 242. c. 7. Ab his qui maceriam parant, lege, materiam.
 250. b. Ducerentur in triumphum Romani, lege, Romani imperatoris.
 251. c. Vt Troianis, lege, An Troianis.
 267. b. 11. Quod reponendum est in lectione Hebræa, lege, in lectione Lxx.
 304. c. 11. Cyri regis Perfarum, lege, Darij regis Perfarum.
 305. a. 2. Altitudinem tantam esse, lege, Altitudine tanta esse.
 317. a. Satisfacit fatia, lege, facit fatis.
 319. c. Vbi ergo Antigonus, lege, Antiochus.
 324. c. postremo vers. Vt moriariis sine sensu, lege, vt moriariis & sine sensu sis sepultus.
 326. in glossa marginali. Nolo hos canones, lege, Nota hos canones.
 329. c. Demit litera, lege, adempta litera.
 365. b. 11. Nunquā vitiant Iudæi, lege, non quā vitiant Iudæi.
 366. b. 5. vt purius astris Christi nitent, lege, Christus.
 494. b. 11. intelliget ex his, lege, intelliges.
 438. a. 7. Sed vt ridiculus esset qui, lege, Sed vt ridiculus esset, si.
 Et infra vers. penul. commentarij, vt Hieronymum suum nomen, lege, vt Hieronymum suo nomine appellamus.
 456. d. 6. Non hoc potius, lege, Nam hoc loco cur non potius vicius Iathan laterali sensu, significetur.
 501. b. An dedit illos, lege, An dedit illis.

502. a. 9. Pernisit, lege, permisit.
 551. b. Vbi super Hebræam lectionem scriptum est, super vos, lege, super nos.
 626. a. 10. Nos verò dicentur, lege, nos verò dicemus.
 643. d. Ilychius, sæpe est pro Hefichio.
 690. a. Vt Palus, lege, Paulus.
 694. b. In contextu D. Hieronymi. Dere vos testes mei, lege, vere vos testes mei.
 696. 3. Vbi se solum saluare, lege, vbi ait se solum saluare.
 728. b. 2. Non iusti, sed iustum, lege, non iustitiam, sed iustū.
 753. b. 5. Antequam fierem, lege, antequam fierent.
 766. d. vers. postremo. Sic hūc locū sensisse, lege, intellexisse.
 771. a. 6. Ex ea ergo parte, lege, parte.
 819. a. vltimo vers. commentarij. & est aduerbium similitudinis, aduerbium veritatis, lege, & non est aduerbium similitudinis, sed est aduerbium veritatis.
 824. a. in sine illius cōmentarij adde exemplari manu scripto: hæc & bonam partem huius capituli explanat Chryso. tom. 5. in demonstratione quod Christus sit Deus.
 824. b. 4. illum citet Dominus per se, lege, pro se.
 850. a. 5. Hunc sensum vocem, lege, vocet.
 884. b. 2. Animæ potentij vt in virtute, lege, Animæ potentij vitij ita debilitate, vt virtutis viam, & c.
 905. b. 5. Ergo tenemus, lege, Ergo hæc tenemus.
 941. c. 8. Donec egrediatur sicut fulmen, lege, sicut lumen.
 943. b. 1. Tu es petra, lege, tu es Petrus.
 946. b. 5. Et quoniam sententia, lege, sententiam.
 950. b. penul. Vitiōse legi in prophetis, nec scribendum esse, lege, vitiōse legi, nec scribendum esse in prophetis.
 954. d. vers. penultimo cōmentarij, & videas, lege, & videat.

SALMANTICÆ,
 Excudebat Mathias Gastius.
 Mense Maio. M. D. LXX.

